BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
1 G
11
14-31 i 10

~~VIII g 16~~

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBRI OCTO

EX

Dion. LAMBINI & P. VICTORII interpretationib. puriſs.

Græcolatini

THEOD. ZVINGERI *Argumentis atq;* SCHOLIIS, TABVLIS *quinetiam in tres priores Libros illu-ſtrati:* VICTORII *Commentarijs perpetuis declarati.*

PYTHAGOREORVM ueterum FRAGMENTA Politica, à IO. SPONDANO conuerſa & emendata.

INDEX *Rerum & Verborum pleniſs.*

Pertinet ad [illegible] ex C. Ascanij



Bibliothecae [illegible] Ill.mi et R.mi [illegible] 1662

Cum gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt. ad decennium.

BASILEAE

EVSEBII EPISCOPII OPERA AC IMPENSA.

CIƆ IƆ XXCII.

H. AC V.

ALEXANDRI DVCIS

MAGNANIMI

EX

CLARISS. IAGELLONVM

FAM. ORIVNDI

SLVCENSIVM ET COPELIENSIVM

DYNASTAE

Theodorus Zuingerus Bas.

HASCE

ARISTOTELEAE REIP.

ANALYSES

DD

VENTO ET

REMICIO.

Illuſtriſs. Principi

ALEXANDRO Duci Slucenſi & Copelienſi

THEODORVS ZVINGERVS

ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

NOTVM eſt Hippocrateum illud, Princeps ALEXANDER ſereniſsime, ad omnes quarumuis diſciplinarum profeſſores ex æquo pertinens, Σοφίην ἐς τέχνην μετάγειν oportere. Quam quidem methodum à diuino Sene acceptam, Plato mirificis laudibus extulit, eandemq; Ariſtoteles in diexodico ſcribendi genere non tam præceptis (quorum maxima & præſtantiſſima pars temporũ iniuria perijt) quàm exemplis illuſtrauit & ampliauit. Quantus uir iſte in tota fuerit encyclopædia, ut ſcripta illius omnia, quæ non niſi ab imperitis contemnuntur, ſatis oſtendunt: ſic cumprimis decem illi, quos de Morum philoſophia ad Nicomachum ſcripſit, quoſque ijſdem ſubiecit, Politicorum libri, euidentiſſimè cõuincunt. Nam cùm in cæteris philoſophiæ partibus ſecundùm Næuianum illum Neoptolemum paucis ſit philoſophandum: in hac una, quæ ad ſui quemq; cognitionem ducit, & multum & frequenter philoſophandum eſſe, non modò ſummorum uirorum & legiſlatorũ auctoritas, ſed & ratio ipſa, quam illi ceu normã ſecuti ſunt, perſuadere poteſt. Et de Ethicis quidem Nicomachijs ſuperiore uere ſub illuſtri tuo nomine euulgatis, ea, quæ tunc ex uſu uidebantur, diſſeruimus. Nũc uerò cùm Earino labori Oporinum ſuum (ut Epigrammatographi uocibus utar) fidei noſtræ liberandæ cauſa iungere decreuerimus: de Politicis ipſis, hoc eſt, de octo libris, quos de optimo ciuitatis ſtatu, uti Victorius interpretatus eſt, ſiue de Reip. benè adminiſtrandæ ratione, uti Lambino placuit, ſiue de Republica, ut Gręcę uocis generalẽ ſignificationẽ retineamus, Ariſtoteles ſcripſit, quędã Initiorũ loco pręmittemus.

Quæ librorum iſtorum cum Ethicis cognatio ſit, in Prolegomenis Nicomachijs docuimus: & uniuerſim quidem mores ho

minis in communi uita uicturi libris Ethicorum deſcribi: eiuſdem, ut in certa uita practica, ciuili nimirum & domeſtica, uerſaturus eſt, in Politicis & Oeconomicis explicari oſtendimus. Itaque ſecundùm didaſcalici ordinis legem Ethica tanquam generalia, Politica & Oeconomica tanquam ſpecialia uitæ practicæ theoremata ſtatui debent. Iam cùm nullus hominum ſit, ne illis quidem exceptis, qui contemplationis ſtudio meliorē ſibi cum Maria partem deſumſere, quin præter communem illam κοσμοπολιτείαν Socraticā priuatim uel ciuitatis uel domus alicuius pars exiſtat: ad omnes in uniuerſum, ſed potiſſimùm ad eos, qui domi foriſúe alijs imperaturi ſunt, cognitionē horū pertinere, manifeſtum eſt. Etſi enim ex Bianteo illo πόλις ἄνδρα διδάξαι τι καὶ δεῖξαι poſſit: at quod & Ariſtoteles in decimo Ethicorū, & ante illum Plato in ſuis dialogis docuit, ſapiētiæ ciuilis doctorem νομοθετικὸν eſſe oportet, hoc eſt talem, qui ex rectæ rationis præſcripto leges alijs ponere poſſit, quas omnes obſeruent, qui optimi ſunt auctoritate ſua tueantur, prudentia moderentur & interpretentur: adeoq; uniuerſalem cognitionem eius quod rectum & honeſtū eſt, particulari cognitioni, quæ circumſtātias perſonarum, locorum, temporum obſeruat, feneſtram aperire debere. Cuius idea cùm hiſce libris deſcribatur, admiratione'ne an inſectatione maiore digna ſit illorum oſcitantia, qui fontibus iuris perennibus neglectis, riuulos cōſectantur, & tum demum ſe pulcrè ſuo perfunctos munere eſſe putāt, quando legum centones memoriter conſarcinare, & mancipiorum more nomina tantùm dominorum recitare norint, ſapientię eorundem in philoſophorum ſcriptis cōceptæ atq; traditæ penitus ignari, iudicē illi, quibus meliore luto finxit præcordia Titan. Hoſce igitur libros cùm priuato ſtudio ante multos annos, D. Thomæ Aquinatis & Donati Acciaioli, barbaris quidē, ſed eruditis & luculentis cōmentarijs, elegantioribus uerò Io. Geneſij Sepuluedæ Cordubenſis adiutus, nō tam rerū quàm methodi cauſa aggreſſus eſſem: ſubinde, Academicæ profeſſionis occaſione, ne in uniuerſali tantùm morum theoria ſtudioſos exercerem, ad Politicos libros, typicis aduerſarijs adoleſcentiæ noſtræ inuitatus, perpetuis Tabulis explicandos acceſſi: eo conſilio, ut his ipſis Platonicos quoq; dialogos, quotquot uel Ethica uel Politica pręcepta continerent, pro uirili mea analyſi logica euolutos adiungerem: ad Oeconomica deinceps Ariſtotelea, etſi fœde admodum & alienis infercita & proprijs mutilata eſſent, ex Xenophontis Oeconomico illuſtranda

ſtranda cōferrem, & hunc ueluti colophonem philoſophiæ morum imponerem. Cæterùm conatum huncce noſtrum Medicinæ docendæ munus, ut inuito, ſic ſeriò reluctanti, ab ijs tamen, qui auctoritate ſua etiam cogere poterant, impoſitū, non interturbauit tantùm, uerum etiā ſpem nobis omnem, niſi Deo ſecus uideatur, morum philoſophiæ ulterius perſequendæ præcidit. Ergo quando in diuerſo ſtudiorum genere nō agendo tantùm, ſed & docendo, quandiu ſummo illi & uitæ & ingeniorū moderatori uidebitur, deinceps exercebimur: neq; ijs, quibus methodicę analyſes noſtræ hactenus placuere, pro uoto & expectatione ipſorū plenè ſatisfacere poſſumus: ut ſaltem anteactæ noſtræ diligentię ſpecimen exhiberemus, Scholia & Tabulas noſtras in tres priores libros Ariſtotelis de Republica, mutilū licet, at multo interim labore editum fœtum (niſi quis fortè abortiuum appellare malit) methodi Ariſtoteleæ ſtudioſis communicare uoluimus: quorum luce excitati ſaltem, ſi non eruditi alij, maiore dexteritate uel ſuppleant manca, uel etiam meliora ſubſtituant: maximè quando & Petri Victorij Itali, & Ludouici Regis, ſed gallicè ſcripti extant cōmmētarij: quorum laboribus cogitationes noſtras plurimum auctas confirmataſq; fuiſſe, ingenuè & libenter fateor. Capita trium primorum librorum cum Argumentis nō nouandi libidine, ſed ex methodi præſcripto immutauimus: reliquorum intacta permiſimus. Interea ne ſummo Scriptori iniuriam faceremus, Græcum eiuſdem cōtextum integrum ſeruauimus: hinc P. Victorij uerſione fida, illinc luculenta Dionyſij Lambini interpretatione ſtipatam. Victorij commentarios perpetuos diuerſo, quàm in Florentina editione, modo, certè pro inſtituti noſtri ratione magis cōmodo, ſingulis capitibus ſubiecimus. Fragmenta quædam Pythagoreorū uetuſtiſſima ad Politicam philoſophiam facientia ex Stobæi ſpicilegijs depromta, ſub finem addidimus: quod prius in Ethicis quoq; pari ratione feceramus, ut Ariſtoteleæ philoſophiæ fontes agnoſcerentur, & cōſenſus iſte ſummorū uirorū philoſophiæ morum certitudini ſimul & maieſtati atteſtaretur. Vtinam uerò duo poſtremi libri è decem, ad optimæ Reip. Ariſtoteleæ perfectā inſtitutionem pertinentes, qui magna cum ſtudiorū iactura iam tum Laertij ætate uel perierant, uel tanquam diuerſi ab octo πολιτικῆς ἀκροάσεως libris (quos nunc præ manibus habemus) ſeorſim legebantur, tandę aliquādo è tenebris eruantur. Niſi forte ſingulari Dei Opt. Max. cōſilio premuntur, ut ne in ſcriptis hominū id quæramus, quod

ex ſolis diuinitùs traditis literis peti poteſt atq; debet. In tanta enim rerum humanarum cõfuſione & inconſtantia, cùm nõ minus obſcuritatis in cognitione, quàm improbitatis in actione, multũ licet & diuinis & humanis legibus repugnantibus, ineſſe deprehendatur: ut ab uno profecta ad unum tandem referantur omnia, & ſub Chriſto θεανθρώπῳ (cui etiã ex naturæ inſtinctu, ab ipſomet Ariſtotele, dum Pythagoreis myſterijs ſua ſcripta latenter condit, obſeruato, propterea quòd per diuinitatẽ homo maximus & optimus eſt, imperium debetur) unum fiat ſub uno paſtore ouile: hoc ipſum qui boni ſunt & pij in præſens optabunt, qui felices, ſuo tempore experientur. Nos uerò, qui in ferrea iſta ſecula uoluntate ſupremi Numinis incidimus, Aegyptia hæcce ſpolia eidem Creatori & Seruatori noſtro conſecrata in conſpectum publicum proferamus: & quãdo in hac nos ſtatione excubare uoluit, uoluntatem ſaltem rei iuuandæ literariæ nobis adfuiſſe teſtemur. Tu interim, Magnanime Princeps ALEXANDER, ad priores illos Ethicos labores hoc ueluti auctarium, meæ certè erga te deuotæ obſeruantiæ monimentum, placido uultu excipe: rectæq; adminiſtrandæ Reip. præcepta ex diuinis primùm, ſubinde etiam ex naturæ fontibus Ariſtoteleis petita, illuſtribus exemplis, bene uertente Numine (in cuius manu & ingenia & corda ſunt regum) animare perge: ut te tanquam patriæ patrem ſubditi amẽt atq; colant: tanquam belli fulmen hoſtes uenerentur atq; metuant: cæteri omnes, quos uel uirtute tua tibi deuinxiſti, uel gratia cõciliaſti (inter quos nobiliſſ. Io. Dzierzecius, regius Secretarius, aulę tuæ prҿfectus, non poſtremum locum ſibi uendicat) te cum Homerico Agamemnone ἰόντι μέγαντι in ore atq; pectore nunquam intermoritura memoria ferant & circumferant.

Vale, PRINCEPS cordatiſſime. Baſileæ Cal. Auguſti, anno Salutis CIↃ IↃ XXCII.

PETRVS VICTORIVS
LECTORI.

PRISCI illi mortales, qui ſtudio tenebantur honeſtarum artium, deditiq́ erant cognitioni rerum ignoratarum à multitudine, ſedulò incumbebant in ortus & occaſus ſiderum uidendos, eorundémque motus ac magnitudines contemplandas, resq́ itidem ſuperas diligenter inueſtigandas. Quos cùm admirarētur rudes illi homines, non deerant tamen tunc quoq́ nōnulli, qui tantam curam poni in rebus partim obſcuris, partim incertis, non magnopere probarent: præſertim cùm ipſorū non pauci abuterentur ſcientia illarum rerum, callideq́ imponerent ſtultitiæ antiquorū ingeniorum. quare ſtudium hoc non multum in ſe dignitatis habebat. Succeſſit his Socrates, qui primus à quibuſdam dictus eſt philoſophiam euocaſſe è cælo, & in urbibus domibusq́ collocaſſe: qui ſanè dubitari nō poteſt, quin hoc, adhibita multa cura, præſtiterit. omne namq́ tempus, quo uixit, in moribus emendandis, uiaq́ uirtutis monſtranda conſumpſit. An dux uerò princepsq́ huius optimi conſilij fuerit, uidendum eſt: cùm exploratum ſit, Pythagoram, qui ætate ipſum anteiuit, non paruam partem ſuarum curarum huc deriuaſſe, ingeniaq́ ac uitam hominum ætatis ſuæ ſtudioſe perpoliſſe: etſi non ſpreuit ſtudia mathematica, ſed potius illa ornauit, melioráque ſua diligentia atque ingenij diuinitate reddidit, cùm Socrates ab ipſis abhorruerit, & tantum illorum ſolùm attingendum iudicarit, quantum uſibus uitæ neceſſarium eſt. Fluxerunt autem è diſciplina Samij huius ſapientis multi clari & illuſtres uiri, ciuitatibusq́ ſuis ualde utiles: & ut Archytas Tarentinus, Timæus Locrus, plurimiq́ alij: ita quoque Lyſis ille, & ipſe Tarentinus, qui Epaminondam Thebanum, ſummum imperatorem erudiuit, útque tantam rerum à ſe geſtarum gloriam adipiſceretur, monitis ſuis effecit. Multis alijs argumentis comprobari poſſet Pythagoræ diſciplina. Sed cui ignotum eſt, ſtuduiſſe illum magnopere, ut mores hominum uitamq́ purgaret, etſi occulta uia in diſciplina illa ſua tradenda uſus eſt? Sed ad Socratem reuertamur, qui magno doctorum hominum conſenſu, plurimum profuiſſe huic parti ſapientiæ fertur. Ex eius autem multiplicibus uariiſque ſermonibus prodière diuerſæ doctorum uirorum familiæ: in primis uerò optima ipſius inſtituta, præceptáque uitæ noſtræ excolendæ accommodata, monimentis literarum mandarunt fideliter atque eleganter Plato, Xenophon, Aeſchines, cuncti Athenienſes, qui Aeſchines poſtea Socraticus eſt appellatus: eius autem ſcripta, iniuria temporum nobis erepta ſunt. Sequutus iudicium ſui doctoris Plato, magna ex parte manſit in illo ſtudio, quod uiderat ipſi ualde probari, ſermonesq́ ſuos elegantes referſit præceptis, aptis uitæ limandæ, & à uitijs ſceleribusq́ uindicandæ. Xenophon Socratis uitam monitaq́, quibus errata multorum caſtigabat, ueramq́ uiam uirtutis oſtendebat, perpetuis monimentis, ijſdemq́ plenis uenuſtatis mandauit: multaq́ alia ſcripſit, quæ meritò laudata ſunt, fructusq́ magnos tulerunt hominibus, occupatis in rebus gerendis. qui tamen non ſemper otium amauit, nec uitam tranquillam ita amplexatus eſt, ut ab ea diuelli non poſſet, ſed in aciem deſcendit, & in bello difficili honeſtè uerſatus eſt, ſummumq́ dignitatis locum in eo obtinuit. in quo res admirabilis ipſius conſilio & auctoritate geſta eſt: manum enim Græcorum, quæ ſequuta fuerat Cyrum iuniorem, conatum eripere Perſarum regnum Artoxerxi fratri, ſaluam incolumemq́ è medio illius regni in loca propinqua mari, tutaq́ reduxit. Cyrus namq́ uitam amiſerat, partamq́ iam uictoriam uirtute earum copiarum ſua temeritate corruperat. Quod Xenophōtis factum addidit animum Alexandro Macedoni, ut regnum illud, uetus & opulentum, inuaderet, non magno cum peditum equitumq́ numero. Quare, qui diligenter cogitabūt, ac uerum fateri uolent, facile intelligent, temptatum eſſe atq́ euerſum imperium barbarorum prudentia & ſtudio duorum doctorum & diſertorum uirorum. Nō multo enim antea Iſocrates Philippo eius patri ſuaſerat, ut, compoſitis diſcordijs Græcarum rerumpublicarum, auxilijsq́ ipſarum cum ſuis ueteranis copijs coniunctis, in Aſiam tranſiret, belloq́ perſequeretur inimiciſſimam nationem, imminentem ſemper capiti & libertati Græcorum. quod cùm moliri perſuaſus eſſet, pararetq́ res, ad eantum bellum neceſſarias, interfectus à Pauſania, filio gerendum reliquit. Sed hoc nunc omiſſo (quod tamen hinc alienum nullam in partem fuit, cùm loquamur de fructu, qui capitur ex ingenijs eruditorum & ſapientium uirorum, ad rempublicam gubernandam, beneq́ ac beatè uiuendum) Plato quoq́, ex eadem diſciplina profectus, attigit & ipſe rempublicam, in Siciliamq́ nauigauit, conſilio ac uoluntate potentiſſimi regis, ſed iniuſti, corrigendi, atq́ ita opem illi telluri hominibusq́ ferendi. Dionyſium igitur iuniorem, adoleſcentem adhuc, perpolire, & ad uirtutem capeſſendam inflammare

conatus eſt: cernebantur enim in natura moribuſq́ ipſius igniculi non parui uirtutis, etſi pater ipſos extinguere maturè ſtuduerat, qui ſpiritus etiam ſuorum, atq́ animi magnitudinem ſuſpectā habebat. Cùm autem initio ſe facilem ille optimo & doctiſſimo uiro præbuiſſet, cœptuſq́ eſſet excoli in ſtudijs Geometriæ, ita ut tota regia pulueris illius eruditi plena foret: inde tamen, artificijs eorū, qui in ſua pōteſtate iuuenem habere uolebant, extruſus eſt, & in uinum crapulamq́ coniectus: qui præterea timentes, ne aliquando ille reſipiſceret, ſplendoreq́ uirtutis oculis ipſius obiecto, unde diſceſſerat, rediret, ſibi auctorem dignitatis amoliendum inde, exturbandumq́ cenſuerunt. Sed certum etiam fertur eodem Plato acceſſiſſe, ut Dionem (quem ualde diligebat) Dionyſio reconciliaret. quod etiam conſilium ipſius, etſi periculi & ipſum non expers, pietatis tamen plenum fuit. quare ad eundem ſcopulum iterum uir probus offendit: uixq́ inde precibus & auctoritate Pythagoreorum, uicinam terram incolentium, cùm cuſtodiretur in horto, liberatus eſt: antea namq́, cum eò nauigaſſet, ut inſulam uiſeret, & fauces Aetnæ, à Græcis crateras uocatos, in conuiuiumq́ à Dionyſio patre uocatus eſſet, liberè nimis illic locutus, penè interfectus ab eo fuit, ceriè malè acceptus, & ne tanquam mancipium uenderetur, inimico homini traditus. Nauigationem igitur illam, ſæpè repetitam, odioſis uocibus maleuoli inceſſerunt, quaſi Plato à menſis illis Syracuſanis eò traheretur. nam uox quoq́ Molonis, magni dicendi magiſtri, literis tradita eſt, qui dixit, mirum nemini uideri debere, ſi Dionyſius Corinthi, ſed ſi Plato Syracuſis. de Dionyſio autem filio iactari uocem illam ſolitam, notum eſt. Quin etiam Diogenes, qui libenter omnibus maledicebat, eandem ipſi præſenti peregrinationem obiecit, tanquam ſuſcepta foret deſiderio ſumptuoſarum illarum cœnarū. Cùm igitur, cuius cauſa uenerat, non impetraſſet, Athenas reuerſus eſt. Cur autem Plato domi non acceſſiſſet ad rempublicam, cùm factus ad eam eſſet, patrieq́ ægrotanti non ſubueniſſet: ipſe diligenter docuit, ſeq́ omni illa culpa liberauit. Intelligebat enim ſe ab iniquis accuſari, quòd cùm uideri uellet non alienus eſſe à rebus gerendis, ibi potiſſimum ingenium ſuum optimum, prudentiamq́ nō exerceret, ubi commodè poterat, atq́ etiam debebat, præſertim cùm in alienam longinquamq́ tellurem, ne id obtineret, nauigaſſet. Cauſam uerò, quæ fuerit ipſi non attingendæ Athenienſium ſui temporis reipublicæ, expoſuit ille in longiore epiſtola, quam miſit ad Dionis propinquos: quam cauſam, acceptam inde, cōmemorauit M. Cicero ſatis illuſtri loco. Eandem quoq́ ſibi fuiſſe iudicauit C. Criſpus remouendi ſe à republica. Non induxit etiam in animum Plato efficere, quod Arcades Thebaniq́ rogauerant, cùm communi animo copijsq́ poſt pugnam Leuctricam conderent urbem, à magnitudine Megalopolin uocatā. petierant enim ab eo, ut leges illi populo ſcriberet: ſciebat enim ipſos æqualitatem non amare. Cùm igitur non uideret, quomodo aliter poſſet gentem aliquam optimis moribus legibuſq́ erudire, cuius rei efficiendæ deſiderio magno incenſus erat: conuertit totam mentem ac cogitationes ſuas ad ciuitatem fingendam, animoq́ fabricandam: unde, ſi aliquando illa reciperetur, abeſſent mala cuncta & ſollicitudines, quæ cōtinenter uruut humanum genus, nec ſuauitatis aliquid puræq́ uoluptatis in uita guſtare patiuntur: eademq́ expleta foret ueris bonis, fructibuſq́ uitæ iucundæ atq́ integræ. Veritus tamen, ne tantam nouitatem rerum, mutationemq́ inſtitutorum facile mortales ferrent, alteram extruxit, quæ propius accederet ad cōſuetudinem reliquarum ciuitatum. eadem tamen accommodata foret ad uitam beatam pariendam, atq́ hominibus adportandam. Nam prior illa uidebatur cœleſtibus potius naturis, q̄ mortalibus ingenijs conuenire. Extiterunt alij quoq́ ſapientes uiri, qui ætate duos hos, claros admodum Athenienſes, philoſophoſq́ anteceſſerūt: qui cupiditate laudis commoti, uel potius prodeſſe ciuibus ſtudentes, in eandem curam incubuerūt. in quibus primum locum tenuêre Lycurgus Lacedæmonius, & Solon Athenienſis: qui ambo & remp. condiderunt, & leges ipſis ualde utiles ſcripſerunt. Exorti ſunt duo alij temporibus illis in eo ſtudio ualde laudati, Zaleucus & Charondas, ambo Pythagoræ auditores: quorum prior Locris, qui ſedes habebant in Italia, alter autem Catanæis ciuibus ſuis leges ſcripſit: quarum legum ueſtigia quædam parua reſtant. celebratus enim fuit ſtylus Charondæ: aperteq́ et eleganter, quæ iuſſit aut uetuit, complexus eſt, in odium adducens improba facta, amoremq́ excitās in pectoribus noſtris mirificum uirtutis ac dignitatis. Horum omnium ſcripta ſententiaſq́, profectus è diſciplina Platonis, cùm & ipſe de optimo ciuitatis ſtatu ſcribere uellet, ciuitatemq́ conſtituere beatam, & omnibus bonis expletam, propoſuit ſibi uidenda diligenterq́ conſideranda Ariſtoteles, ut quidquid boni maliq́ in eis foret, cognoſceret, & ne nos falleret, laborauit. In primis autem doctoris ſui documenta iudiciaq́ de hac re ſedulò ponderauit, ac quid de ipſis ſentiret, liberè aperuit. in quo uiſus eſt non paucis & antiquitus, & inferioribus etiam temporibus, nimis acerbus in opinionibus illius refellendis, & tanquam exagitandis: neq́, ut gratum piumq́ diſcipulum decet, erga ducem ſuum auctoremq́ ſapientiæ ſe præbuiſſe: cùm uiuente etiam illo, non ſolùm mortuo, cœperit homini aduerſari, ac ſtudioſe conuellere ſententias ipſius. Quod cùm ad aures Platonis perueniſſet, amara

uoce

uoce fertur ingratum animū auditoris ſui accuſaſſe: ſimulq́ morſus ipſius leues, ſimili uſus, contempſiſſe. Etſi enim Plato moderatus uir erat, atq́ exemplar quoddam probitatis: poterat tamen, cùm rectum eſſe iudicabat, acutis uocibus contumaciam aliquorum retundere. qua licētia loquendi ſemper uſus fuit erga Sophiſtas ſui temporis, qui inanem falſamq́ doctrinam tradebant adoleſcētibus cupidis perdiſcendi. Vnde Gorgias ille Leontinus, princeps eius generis hominum, cùm uideret ſe à Platone hoc pacto irriſum, præſens præſenti reſpondit: Habet etiam ætas noſtra ſuum Archilochum. Illud profectò ſtomachum multis mouit, doctis grauibusq́ uiris, quòd tanto ſtudio Ariſtoteles conatus eſt ideas illas frangere ac labefactare, nec ullam unquam occaſionem omiſit exterminādi ipſas, uel potius ſcrutatus eſt omnia, ut anſam aliquam arriperet eis maledicendi. Plutarchus certè, grauiſſimus ſcriptor (ut omittamus nunc ea, quæ idem obiecit ueteribus phyſicis, propriaq́ ſunt alterius philoſophiæ) defendit multa hic dicta contra leges Lycurgi, inſtitutaq́ Lacedæmoniorum: quam remp. cuncti, qui aliquid literis mandarūt de republica conſtituenda, ciuitateq́ bonis moribus informanda, ſibi propoſuerunt imitandam, tanquam ſpecimen quoddam uirtutis, ac perfectum undiq́ opus atq́ abſolutum. Ii autem fuère, ut teſtatus eſt idem, Plato, Diogenes, & Xenon: qui laudantur, cùm literis ac uerbis remp. condiderint: Lycurgus autem nō literas & orationem, ſed remp. re factuq́ in lucem extulit, quam nemo unquam imitaretur. Sparta enim longam illam ſuam uitam tutata eſt, diuq́ à ſe omne periculum impetumq́ hoſtium reiecit, non muris defenſa, non foſſis aut aggeribus, non fluminibus aut mari, ſituq́ deniq́ locorum, ut Aegyptus (qua tellus Nilo, tanquam munimento quodam ſtabili, utebatur. quod de nonnullis alijs urbibus uerè dici poſſet, quæ ſalutem ſuam ac diuturnitatem his rebus acceptam referre deberent) ſed optima diſciplina, & animi fortitudine, uitaq́ remota ab omni luxuria & mollitia. Quare uideretur meritò ab omnibus commendandus, & in cælum ſummis laudibus ferendus, magiſter atq́ auctor huius ſanctiſſimæ uitæ, atq́ optimæ inſtitutionis: quemadmodū ille, adhuc uiuens, à Pythia appellatus eſt, dignusq́ habitus, qui potius Deus, quàm homo uocaretur. Qui enim tanti beneficij mortalibus auctor eſt, prodeſtq́ ſtudio ſuo ac cura, non ſolùm ſui temporis hominibus, uerum etiam poſteris: is certè in numero deorum eſt collocandus, & omni laude honoreq́ cumulandus. Exiſtimatus autem eſt dictusq́ Lycurgus multa ſumpſiſſe è rep. Cretenſium, indeq́ in ſuam tranſtuliſſe, cùm in ea inſula diu peregrinatus eſſet: etſi propter uetuſtatem non omnino certa ſunt cuncta, quæ de ipſo feruntur. nam ætas etiam, qua uixit, explorata non eſt, cùm ſigna quadam ſecuti, uſiq́ argumentis leuioribus, nonnulla boni auctores de illa memoria prodiderint. Non habemus itidem aliquid compertum de illo, qui conſtituit rempub. Carthaginienſium: hæ namque tres reſpublicæ, præter cæteras, in his libris celebrantur, & bonis moribus inſtitutisq́ ornatæ fuiſſe dicuntur. Nam de Carthaginienſium republica, quæ libera erat, & in qua poteſtatem ſuam multitudo habebat, non poteſt dubitari: declarat enim hoc imperium magnum ab ipſa partum, diuq́ armis ac uirtute retentum. cùm uaſtæ regionis, in qua condita erat, magnam partem occuparit: & illam etiam, quæ contrà ſita eſt, amplam itidem, bellicoſamq́, armis ſubegerit, diuq́ in ipſa dominata ſit: ſed inſulas quoq́ in medio poſitas ſuæ ditionis fecit: cum Siculisq́ tyrannis, opulentis & fortibus, uaria belli fortuna diu pugnauit: illiusq́ opima inſula, atque omnibus copijs referta, dimidium in prouinciam redegit. nam de periculo magno, quod ſubijt Italia, ne in poteſtatem eius ueniret, Hannibale duce, dicere opus non eſt, cùm antea etiam contra Romanum imperium bellum geſſerit, incommodaq́ ingentia ipſi importarit. Fuit autem opinio doctorum uirorum, & in bello quoque magna cum laude uerſatorum, ſi bellatum fuiſſet inter duas has potentiſſimas reſpublicas, cùm ambæ uigerent, nec ipſarum altera non parum iam ſuarum uirium ac roboris amiſiſſet: futurum fuiſſe, ut Carthaginienſium reſp. uictrix extitiſſet, ac fortuna belli aliter cecidiſſet. Contrà enim uſu uenit, ut cùm illa iam ſenectute imbecillior facta eſſet, floreret autē Romana & diſciplina militari & ſcientia uirtuteq́ ducum plurimorum, bellum inter ipſas exortum ſit. quare mirandum non eſt, ſi reſiſtere altera diutius non potuit tanta conſtantia, adeoq́ firmis hoſtibus ac ualidis: putariq́ facile poteſt, quidquid proſperè geſſit in ſecundo Punico bello (multa autem illa ac magna extitère) factum fuiſſe ſingulari uirtute ac conſilio prudentis ſui ac uafri imperatoris. Dum autem de ualde laudatis opulentisq́ rebusp. loquor, & quanta fuerit uirtus magnitudoq́ animi Carthaginienſium diſputo, quamq́ latum imperium habuerint: uenit mihi in mentem conſiderare, quanta ſit imbecillitas rerum humanarum, cùm gens illa multis ante ſeculis deleta ſit, ac nomen penè ipſius extinctum, ut ne lingua quidem ueſtigium ullum appareat: ac quidquid de ipſis memoriæ proditum eſt, id omne ab hoſtibus aduerſarijsq́ laudis ac gloriæ ipſorum narratum ſit. Idem autem declarat, & ante oculos omnium ponit, qui hæc ſcire curarint, fatum ueterum incolarum horum locorum, in quibus nos uiuimus, ac priſcorum illorum Etruſcorum: qui cùm & ipſi olim floruerint, armisq́ ac uirtute bellica magnā Italiæ partē domuerint, conditis illic urbibus, ap-

pellatoq́

pellatoq́; à ſe utroq; mari, & ipſi tamen interiêre, opibuſq́; uicina Romanorum gentis, cum qua diu dimicarunt, uicti tandem ac profligati ſunt. Altera uerò ipſorum diſciplina, præſenſioq́; rerum futurarum, in quam toto pectore incumbebant, ita longo tempore probata eſt, ut mos Romanorum fuerit mittere huc liberos ad artem eam perdiſcendam, à qua ipſi nunquam abhorruerunt, quámque ſibi ſemper magnopere utilem in adminiſtranda republica inuenerũt: ijdem tamen, ut dictum eſt, longo tempore, multiſq́; prælijs, domitam gentem hanc ſedibus ſuis eiecerunt, in urbeiſq́; ab Etruſcis ædificatas, colonos ſuos miſerunt, qui huc & nouos mores, & nouam linguam tulerunt. nam illorum ipſorum ſermo, ut Carthaginienſium, penitus extinctus eſt: cùm tamen reſtent monumenta quædam ipſius, è lapidibus aut ære, in ueteribus oppidis Etruſcorum, ut Populonij, Volaterris, Aretij, Iguuij, quæ in urbe publicè cuſtodiuntur tabulæ plures aheneæ magnæ, in quibus Etruſcæ literæ inciſæ ſunt, quæ tamen legi non poſſunt, nec ſenſus inde ullus elici. Quis autem ſcit, an huius quoque gentis mores inſtitutaq́; literis prodiderit Ariſtoteles? cùm feratur omnium ferè ciuitatum, non Græciæ ſolùm, ſed etiam Barbariæ reſpublicas diſciplinámque ſcripſiſſe. Nam, ut notum eſt, longo temporis ſpatio anteceßit poteſtas magna Etruſcorum imperium Romanorum: dignáque natio hæc prorſus fuit, cuius mores inſtitutaq́; notarentur, cùm in XII. firmos populos diſtincta uetus Etruria foret, quibus inter ſe multis in rebus conueniret, communibuſq́; concilijs uterentur: ut antiquitùs Achæi uocati, qui & ipſi è plurib. Peloponneſi ciuitatibus coagmentati erant: & inferioribus temporibus Heluetij, fortiſſima gens, & in militari diſciplina omni laude digniſſima. Tyrrheni autem non ignoti erant Græcis. Non meminit uerò in his libris, quos habemus, noſter auctor, ut opinor, morum reipublicæq́; Romanorum: quia non bene cognita perceptaq́; inſtituta ipſorum ei erant. nam, quin nomen ad aures eius perueniſſet, ueriſimile non eſt: quòd ſi diutius uixiſſet, breui potuiſſet omnia perſpecta habere, admonitus à Græcis hominibus, qui extremum Italiæ, Græciam magnam incolebant: cœperunt enim tunc magis cum rebus Græcorum immiſceri, ita ut ſæpè cum illis pugnarint: qui cùm pares Romanis in bello non eſſent, Pyrrhum regẽ accerſierint, ipſiuſq́; conſilio & auxilijs uſi ſint ad libertatem ſuam legeſq́; contra ipſos tuendas. Quæſitum autem eſt non ſine cauſa à diſertis & Græcis & Latinis ſcriptoribus, ſi Alexãder ille magnus, deuicta Aſia, regnoq́; Perſarum extincto, arma in Italiam conuertiſſet, quæ fortuna futura fuerit Romanorum, exituſq́; tanti belli: ferebatur enim ille hoc animo uerſare, ſuperato prius, ſuæq́; ditionis facto Pœnorum imperio. nam matrem eorum Tyrum, unde in Africam uenerãt, multo antea expugnarat. Qui igitur poſt illum uixit Ariſtoteles, aliquid audire debuit de uirtute bellica Romanorum, & nõ paruo iam ipſorum in hac tellure imperio. Nam non fefelliſſe ipſum, Romam à Gallis captam, memoriæ proditum eſt: notum enim omnibus, quàm diligentes fuerint ſemper Græci in huiuſcemodi rebus tradendis, ſuiq́; generis hominibus ſignificandis. Plena autem erat Italia tunc Græcarum ciuitatũ, in oraq́; eius, nõ ualde remota à Roma, plures cõdita erant eius nationis urbes: ut Palæpolis, Neapolis, aliæq́;. Illud enim probabile non eſt, quod T. Liuius inquit in ſuperiore quæſtione tractãda, refellendaq́; uanitate quorundam leuium Græcorum, qui contra nomen Romanum gloriæ Macedonum fauebant: ſe arbitrari, ne famæ quidem notum illis Alexandrum fuiſſe. nimis enim rudes agreſteiſq́; facit eius ætatis Romanos, quos ornare uult, ſi putat nomen factaq́; inuicti regis, & qui uniuerſam Aſiam Indiæq́; magnam partem uictorijs luſtrauerat, ipſis inaudita fuiſſe: uideturq́; uim ac celeritatẽ famæ, quam tamen illo loco appellat, ignoraſſe. Sed dixit hoc, ut opinor, iactationẽ eorum ſimili genere uanitatis confutare uolens. Alexander certè, Epiri rex, auunculus Magni, in Italiam cum claſſe uenit, fœduſq́; cum Romanis fecit, eadẽ illa ætate, qua è ſorore ipſius ortus, Alexander alter, in alio tractu orbis bellum gerebat. Cùm etiam multorũ, ſi non omnium, meminerit Ariſtoteles, qui ante ipſum literis aliquid mandarunt, de optimo ſtatu ciuitatis: miratus quandoq; ſum nõ ſine cauſa, ut opinor, cur Xenophontis mentio hic nulla ſit, qui Cyri uitam ſcripſit, perfectũ & abſolutum opus meritò habitum & à Græcis, qui exiſtimare de his rebus poterant, & à Romanis, grauib. & ſapientibus uiris, qui fatentur ſe ipſum manib. contriuiſſe, indeq́; præcepta multa, ad rem gerendam apta, & ad rem publicam adminiſtrandam accommodata hauſiſſe. Etſi enim regem inſtruit, exemplarq́; quoddam ſummæ probitatis ac uirtutis fingit: non uidebatur tamen ea de cauſa omittendũ, cùm regnũ (præſertim quale illic deſcribitur) uacuum ab omni labe, refertumq́; maxima uirtute, non ſolùm reſpublica ſit, uerum etiã optima & perfectiſſima reſpublica. de quo noſter auctor & dux nõ uidetur dubitare: primas enim illi defert omniũ gentium rectionũ. Nam Plato creditur non magnopere opus illud celebraſſe, quia æmulus foret laudis ac gloriæ Xenophontis, intercederentq́; inter ipſos cauſæ nõ nullæ ſimultatis, uel potius obſcuræ quædam contentiones de ingenij doctrinæq; nobilitate, quales in pectoribus etiam clarorum & doctorum uirorũ nonnullæ ſæpè exoriri conſueuerũt. Adiungitur huic, quòd nominatim Xenophon duas reſpublicas ſcripſit, unam Lacedæmoniorũ, alteram Athenienſiũ:

niſi aliquis putet, priorem harum laudationem potius quàm politiam illius ciuitatis uocandam: poſteriorem autem ſua uituperationem. Potuit tamen hoc praſtitiſſe in duobus, qui deſiderantur, niſi fallor, extremis huius Operis librĩs, in quibus uериſimile eſt, niſi à ſemetipſo inſtitutiſq; ſuis diſceſſit, Ariſtotelem iudicium ſuum patefeciſſe, ac quid uerum eſſe putarit de tot tantiſq; quaſtionibus, quas propoſuerat, oſtendiſſe: regnúmne inquam huiuſcemodi eſſe exiſtimarit, ſed integrum, & ſi non omnino legibus frenatum, ſaltem perpolitum & ornatũ, de quo illic copioſe diſputarit. Quia autem nonnihil huc uſq; uagatus ſum, placet iam propius accedere ad propriam huius Operis quaſtionem: paucáq; de eo diſputare, quod magis praſentis temporis eſt, meritoq; à me requiri poterat. Cùm enim philoſophia illius, qua in rebus agendis uerſatur, tres partes ſint: ſiue enim in ſingulis hominibus excolendis, bonisq; moribus ornandis, tota occupatur: ſiue in re familiari rectè ordinéq; diſpenſanda: ſiue in uniuerſa ciuitate regenda: unde cunctis nomen adepta ſunt: nullam harum partium non à ſe diligenter purgatam reliquit Ariſtoteles. Non ſemel autem aggreſſus eſt de moribus ſcribere: perſpicitur enim ter auctorem hanc curam ſuſcepiſſe: cùm tamen libri de ipſis ad Nicomachum filium miſſi, qui integri ad nos peruenerunt, ut meliore fato uſi ſunt, ita etiam exiſtimentur eſſe exquiſitiores. neque enim arbitror, quod ſuſpicatus eſt M. Tullius, uerum eſſe, probariq; ullo pacto debere, illos à Nicomacho ipſo ſcriptos, non à patre ad eum miſſos: qui tamen non hoc primus prodidit, ſed à Gracis quibuſdam accepit, qui id literis mandarant. in quo autem illi decepti ſint, nullum negotium eſt cognoſcere. Scripſit etiam prater hos, alios eiuſdem tituli libros, ſimiles magnopere Nicomachijs, quos ad Eudemum Cypriũ, ſodalem ſuum, ad quem etiam alia ingenij ſui monimenta, propria alius philoſophia, miſit: cùm uehementer hominem diligeret, ut doctum uirum, in ſcholaq; Platonis diu ſecum uerſatum. ij autem manci admodum & mutilati ad nos peruenerunt: nec tamen ita quoque reliquia ipſorum ſunt contemnenda. quidam enim loci uberius illic, quàm in ſuperioribus tractantur. Sunt etiam in manibus duo alij de Moribus libri. minimè autem & ipſi integri, ſed minoribus multo uulneribus confecti: quorum index eſt ἠθικὰ μεγάλα: nec tamen puto, plures eos unquam fuiſſe. qui & ipſi & ſtylum & diſciplinam Ariſtoteleam redolent, etſi non cuncta, qua pracipiunt, argumentis ſtatim firmant, ut philoſophi huius mos eſt. non apparet etiam, cur Magni uocati ſint. Extitêre autem plures hac atate, docti uiri, qui crediderunt falſò hos, ut ſuperiores quoque, Ariſtotelis putatos. At ſi ueteres Graci interpretes de hoc nunquam dubitarunt, qui cùm uixerint illo tempore, quo nondum tanta clades inuaſerat in bonos auctores, & uitam omnem conſumpſerint in declarandis, & penitus explorandis ſcriptis huius philoſophi: mirarer eos in re propria ſtudij ipſorum tantopere deceptos fuiſſe. nam in alijs quaſtionibus, de quibus diſſerunt initio ſuorum commentariorum, ipſos accuratè ſolitos uidere, uerâne auctoris eſſent ſcripta, qua ſuſcepiſſent declaranda, exploratum eſt. Domeſticam etiam diſciplinam, οἰκονομικῶν nomine ſignificatam, accuratè tradidit. ſed hi libri ualde aduerſa fortuna uſi ſunt: initium namq; ipſorum tantùm conſeruatum eſt: multa enim, qua accreuerunt poſt principiũ primi libri, partemq; ipſius, qua terminatur his uerbis, οὕτω γὰρ αὖ, ἔντιμον ὄν, ἂν ζῴη τι, nullo conſilio eò adportata fuerunt. nihil enim faciunt ad rationem, qua priuata domus regenda ſint, tradendam: documenta namq; ſunt quadam ad pecuniam parandam, uiaq;, quibus reſpublica regesq; in anguſtis ſuis rebus ſumptus belli ſuſtinuerunt. Sed etiam opinio eſt, inferioribus temporibus atateq; noſtra uicina, incommodum hoc auctum eſſe, amiſſa parte aliorum οἰκονομικῶν, quam in Latinum ſermonem uerterat Leonardus Arretinus: intelligo autem, quod expreſſerat his uerbis, Probam mulierem. Priuatas autem domos cùm inſtituiſſet Ariſtoteles, tempus uenisſe intelligens abſoluendi huius praclari muneris, quod initio ſibi propoſuerat, toto animo incubuit in optimam rempublicam informandam. quorum ſcriptorum ordinem, & quid ipſis acciderit, minimè nunc exponam, cùm hi ipſi ſint, de quibus multa ſape quaſiuimus: & infrà etiam hic de iniuria, quam à tempore acceperunt, queſti ſimus. Non defuerunt etiam poſt Ariſtotelem, qui eandem operam ſuſciperent, ac de republica diligenter ſcriberent: ut ij, quos ſuprà memoraui, atque alij docti uiri, ſed in repub. regenda minimè uerſati. Poſt quos omnes M. Cicero in eandem curam omnibus animi uiribus incubuit, ſexq; libros confecit, qui ipſius atate uigebant, & in magno apud omnes honore meritò erant: tùm prater magnum ingenium hominis & ſingularem, ut in homine Romano, doctrinam, reipubl. adminiſtranda ſe totum dediſſet, atque in ea res maximas geſſiſſet. Qui libri etiam iniquitate calamitoſorum temporum, qua poſtea ſequuta ſunt, interiêre, è manibuſq; nobis magno cum damno noſtro erepti fuêre. Quantam autem iacturam fecerit Latinus ſermo interitu illorum, intelligitur è particula, qua fortuitò conſeruata eſt, qua nihil grauius, nihil eruditius, nihil, quod magis perſona honeſta atque illuſtri, qua ſermonem illum habuit, conueniret, excogitari potuit. Monimenta igitur duo optimorum ingeniorum, qua plurimum

rimum mortalibus modis multùm profuiſſent, malè accepta ſunt à tempore: & ſiue tota conſumpta, ſiue non parua ſui parte, & fortaſſe meliore, mutilata. Etſi enim, quæ reſtiterunt præſtantium noſtri omnium bonarum artium magiſtri, elapſa ſuperiores atroces caſus, impetumq́ totius Barbariæ in maximè excultas orbis partes, & feraces omnium uirtutum, utilia ſunt, maximosq́ fructus ferunt: maiores tamen & uberiores inde expectari poterant. Nam, quamuis mancos & decurtatos, nobis caros reliquos hos libros eſſe debere declarat, quòd multæ uigiliæ doctorum hominum in ipſis explicandis conſumptæ ſunt: in primis autem D. Thomæ, non minus magnitudine ingenij, cognitionéque rerum naturalium ac diuinarum, quàm ſanctitate uitæ admirandi: qui cùm ſeculo illo, pleno inſcitiæ ac tenebrarum, natus eſſet, præſtitit in eo munere obeundo, quod à nemine tunc expectandum erat, cum Græcus ſermo in Italia penitus ignoraretur, omnisq́ polita & elegans doctrina in profundo demerſa foret. Neque enim poetæ eius linguæ legebantur, & Latini etiam à paucis guſtati erant: memoria quoque ueteris & hiſtoria cunctos fallebat, ſcriptaq́ itidem Platonis, eruditorúmque ipſius interpretum, in Latinum ſermonem uerſa non erant, ut quoquo modo legi poſſent: ſine quorum accurata lectione parum progredi uidetur aliquis in eo ſtudio potuiſſe. id quod inde etiam cognoſcitur, quia cùm multi rerum ſcriptores deleti ſint, neceſſariò aliqui loci in his libris obſcuri ſunt, & magnis tenebris inuoluti: exemplaq́, breuiter hic poſita, non uidentur poſſe explanari. Ipſe autem & temporis beneficio, cuius, cùm longum fuerit, natura eſt, ut plurima occulere & caligine implere, ita etiam quædam gignere atque aperire, quod à uetere poeta uerè dictum eſt (cura enim & opera multorum, ſumma laude dignorum uirorum, humaniora ſtudia ualde illuſtrata ſunt, & ſubtiliora etiam non parum ornata, pulſa ab ijs magna illa barbaria, quæ ipſa inquinauerat, & omnem ſplendorem ipſorum obſcurauerat) & ui à tempore adiutus, ita etiam aſſiduo ſtudio ac diligentia in hac re poſita, conatus ſum aliquid lucis huic eximio operi adſerre. Quod ſi, ut optaui, ac ſtudui, aliqua parte obtinui, gaudebo, & me compotem uoti mei factum eſſe exiſtimabo. Adplicaui autem animum omni uita mea ad eos potiſſimum ſcriptores adiuuandos, in illisq́ pro uiribus illuſtrandis plurimum ſtudij ac diligentiæ adhibui, qui maximè uidebantur opera alicuius accurati hominis, & magni ipſorum amatoris, egere: ijdemq́ maximos fructus, exculti ac perpoliti, ferrent. Satis autem notum arbitror, ante operam curamq́, quam de illis ſuſcepi, Ariſtotelis libros de Arte dicendi propter obſcuritatem ſolitos arcere bona ingenia ab ipſorum lectione, præſertimq́ tertium ipſorum librum paucos antea auſos attingere, qui quaſi per caliginem elegantem illam doctrinam uariamq́ uidebant: nec tamen ſe conſequi atque inde haurire poſſe ſperabant, cùm ualde maculoſus foret: in primis autem exempla uirtutum illarum dicendi, ab auctore illic poſita, unde petita eſſent, ignorarentur, & ob breuitatem obſcura, eademq́ magnis mendis operta forent. Idem etiam à me dici poſſet de erudito & eleganti libello Demetrij Phalerei, cuius non modò doctrina, ſed etiam nomen auctoris neſciebatur. Cum enim prius ipſum, purgatum & multis partibus auctum, imprimendum curaſſem, non defuerunt, qui mihi obſtreperent, & nullo modo uellent eſſe Demetrij illius, dulcis oratoris ac peripatetici philoſophi, partum, eiuſdemq́ in rebus gerendis, reipublicaq́ gubernanda, diu magna cum laude uerſati. donec certo teſtimonio auctoritateq́ magni doctoris confutati ſunt, quem locum mihi indicauit Gulielmus Sirletus cardinalis, optimus ac doctiſſimus uir: prius enim coniecturis tantùm uſus fueram. Non poſſum idem affirmare de labore, quem ſuſcepi in explanando libro, qui unus è tribus Ariſtotelis de Studio poetarum reliquus eſt: nactus enim ille fuerat ante me unum & alterum, qui in eam curam toto pectore incubuerant: nec tamen puto operam meam in eodem & corrigendo & declarando poſitam, inutilem & iniucundam ſtudioſis ipſius extitiſſe. Contigit autem quiddam ſimile in hoc opere, quod modò depoſui, & illo uetere, quod, quo potui, ſtudioſè tuli. Vt enim, cum opus illud ipſum integrum non foret, adiutum ualde fuiſſet, ſi conſeruati eſſent tres, quos idem ſcripſerat de Poetis: ita hoc de Optima republica, ſi plurimæ illæ reſpublicæ, cum inſtitutis ipſarum, quas monimentis mandarat Ariſtoteles, in manibus eſſent. Vt enim M. Cicero in libro, quem ſcripſit copioſum ac uarium, de Claris oratoribus, multa præcepta de arte complexus eſt: ita ueriſimile eſt, diligentem ſcriptorem, ſtudioſumq́ ualde docendi, incluſiſſe in libros de Poetis multa, quæ pertinerent ad artem poetarum tradendam, & in commentarijs de Rebuſpublicis, quæ ualerent, uirtutibus ac uitijs ipſarum indicatis, ad optimam rempublicam informandam. Sed malè nobiſcum undique actum eſt, perdidimusq́ non pauca, quæ remedij plurimum attuliſſent ad uulnera accepta, ut fieri poterat, ſananda. Sed quid opus eſt nunc hoc ulcus tangere, quaſi non multa alia amiſſa ſint, quæ non poſſumus ſine dolore magno recordari: cùm potius, ſi qualia ſuperiora tempora fuerint, reminiſci uoluerimus, quantaq́ inſcitia eorum ſeculorum, admirari debeamus hæc ipſa, quæ in manibus ſunt, monimenta optimorum ingeniorum reſtitiſſe: caſusq́ il-

ſinq́; illos graues ac pericula, inſtantia ipſis, euaſiſſe: cùm exploratum ſit, non pauca opera magnorum ſcriptorum ad unum exemplar olim redacta fuiſſe: quòd ſi extinctum eſſet (multis autem modis, faciléque hoc contingere poterat) ſtatim cognitione illarum rerum orbati fuiſſemus. Quòd ſi ratio excudendi libros, arsq́; hæc, mirificè utilis uitæ, inuenta non fuiſſet, profectò breui hoc contigiſſet. Sed Deus Opt. Max. huic malo medicinam fecit, qui mentem dedit mortali homini, ut, quod à ſe ſolo expectari poterat, uoluntate ipſius opéque, ab humano ingenio excogitaretur. Ita autem paruo labore ſalus data eſt multis ueteribus auctoribus, factumq́;, ut paruo ſumptu & opera, quod à Romano imperatore adhibita multa cura & ſtudio in uita retinendo ſui generis graui ſcriptore obtineri non potuit, à tenui opifice impetraretur: ſtatimq́; auctores omnes per uniuerſam terram, quæ clauſas non habet aures auditionibus documentisq́; doctorum uirorum, diſſeminarentur. Magna igitur laude digni ſunt principes uiri, qui reliquias antiquorum ſcriptorum, ſparſas, & morti propinquas, collegerunt: & non minus, qui ipſas diuulgandas, & formis imprimendas ſtuduerũt. Quæ utraque laus diu uiguit in familia Principum noſtrorum, & quaſi priuata propriáque ipſius eſt. Spero autem eam propediem, Franciſci noſtri, magni ducis ſtudio, ualde auctum iri: ſatisq́; certa iudicia huius rei uideo. Veritas quoque non patitur, ut reticeam egregiam uoluntatem atque operam, inferioribus temporibus in hac re poſitam à Franciſco primo Gallorum rege: qui, ut erat omnibus in rebus magno animo, ac uerè regio præditus, procliuisq́; in humanum genus iuuandum, rectoque ſtudia ſumma ope augenda, curauit, ut quidquid antiquorum ingenij monimentorum reſtaret in afflicta Græcia, ad ſe mitteretur. Cui beneficio magno addidit alterum, & ipſum ualde utile ad hanc ipſam honeſtam artem ornandam. Studuit enim, magnis præmijs propoſitis, ut lepida admodum forma literarum & Græcarum & Latinarum fingerentur: in quo etiam felix fuit. ita enim pulchræ atque politæ fabricatæ fuêre, ut non uideantur ab humano ingenio uenuſtiores & exquiſitiores ullo pacto conformari poſſe: librique ipſis excuſi non inuitent tantùm, ſed etiam aliquo modo rapiant ad ſe legendos. Nec tamen negarim ab eodem hoc cœleſti munere mali etiam aliquid prodire potuiſſe, niſi uia ipſi obſtructa fuiſſet: quod magno conſilio, ſapientérque à noſtris factum eſt. Sed quæſo, quæ res tam utilis uitæ hominum inuenitur, omnibúſque ſui partibus ita perfecta, unde multum incommodi non proficiſcatur, uitio ac prauitate animi eorum, qui ipſa abutuntur? nónne hoc paſſim uſu uenire declaratum eſt à noſtro doctore, & certis argumentis comprobatum? Qui autem contrà cogitaret aliquid ac moliretur, is imitaretur Lycurgum illum, Dryantis filium, ſtultum planè hominem ac dementem: qui cùm uidiſſet multos, qui largius potauerant, ſeque uino obruerant, ebrios factos, ſtatim uites excidit, matréſque mitiſſimi liquoris obtruncauit: cùm debuiſſet potius, ut ſine damno ſuauitas, quæ inde fluit, guſtaretur, fontes propius admouere, furentémque deum, ut Plato inquit, ſobrio Deo coercere. Non puto autem me alieno loco meminiſſe incommodi, quod ab incuria hominum accipiunt monimenta ueterum ſcriptorum: cùm intelligi poßit, me nulla alia re tantopere adiutum in tollendis mendis, partibúſque quibuſdam inſtaurandis horum librorum, & cùm olim ipſos emendare ſtudui, & nunc, cùm eoſdem declarationibus meis explicare conatus ſum, quàm à ueteri illa tralatione. Quoſcunque enim calamo exaratos codices indagare potui, cunctos deteriores, mendoſioresq́; inueni, quàm fuerit exemplar, quo illa uſa eſt. Quare planè cognoui contaminari cotidie libros magis: & ut hac uia niſus ſum iuuare hoc opus ac perpolire, ita nullum laborem fugi, ut quantum ualerem, præſtarem, quod in me recepi. Quòd ſi doctrina & uſu rerum impar fui tanto oneri ſuſtinendo, ſtudium certè & diligentia in hoc meo labore meritò deſiderari non poteſt: fides in primis magna fuit. Quare ignoſci mihi arbitror oportere, ſi non abſolui perfeciq́; penitus, quod optaui.

IN
POLITICOS LIBROS
PROLEGOMENA.

PRIVSQVAM ad Politicorum enarrationē accedamus: generalia q̄dam prius diſcotiamus, tum quo ad

- *Efficientem.* ARISTOTELIS ſunt omnium confeſsione. Cùm etiam Laertius inter Ariſtotelea numeret Politicæ auſcultationis octo, Politicorum duos, de Republica duos, de Platonis legibus tres, de Platonis republica duos, Oeconomicum unum, Reſpublicas urbiom CLIIX.
- *Inſcriptionē* libri, quæ cōtinet &
  - POLITICORVM. An æmulatione quædā Platonicorū Politicorū, an potiꝰ rei ipſiꝰ naturam ſecutus hūc illis titulū indidit? Politica ergo, quoniā ſcientiam Politicam, inſtituēdæ ſcilicet & regendæ reip. continēt. Sciētia autem iſta politica cùm præceptis ſimul & exemplis abſoluatur: reſpectu
    - *Theoria* Præceptorum uniuerſalium, q̄ Philoſophi otioſè in Scholis tradunt, dupliciter ſumitur: partim
      - *Communiter* pro tota Philoſophia practica, tum principia tō principiata cōprehendente, à ſpecie ſcilicet principiatorum nobiliore ad totum genus appellatione ducta. Sic lib. 1. Ethicorum cap. 1. ſummi boni humani conſiderationem Politicæ ſcientiæ propriā eſſe ait, quòd idem ſit reipſa & uni & multis bonum, licet ſplēdora & excellentia differat. Vti enim urbs omnes domos cōplectitur: ita Politia omnes œconomias, & Politicæ ſcientia omnes practicæ Philoſophiæ partes.
      - *Propriè*, pro philoſophiæ practicæ parte nobiliſsima. Sic hoc loco Politica ſumontur.
    - *Praxeos* Exemplorum ſingulariū, quæ homines Politici propriè dicti in Senatu, in Foro, in Concione (ſiue quid agendum ſit inoſtigent conſultando, ſiue idipſum præcipiant leges ferendo: ſiue id quod factum eſt examinent iudicando) negotioſè exercent: nulla eſt alia, quàm Prudentia, quam Ariſtot. lib. 6. Ethic. cap. 7. [illegible] uocat: uti etiam lib. 10. cap. ult. [illegible] partem facit.
- *Effectū* quatenus inſcribūtur
  - LIBRI OCTO. Cùm ex methodica analyſi magnā adhoc partem inſtitutionis reipob. Ariſtoteleæ, quam ſeptimo & octauo libro perſequi cœpit, deeſſe conſtet, quæ fortaſsis uix uno aut altero libro explicari potuit: in eam ſententiam uenio, uel Politicos hoſce libros ab Ariſtot. non fuiſſe abſolutos, uel certè parte ſui poſtrema mutilatos eſſe. Quòd ſi coniecturę locus eſſe poteſt, hi fortaſsis ſunt octo illi Auſcultationis Politicæ libri, à Laertio indicati, quibus reliqui duo Politici cōiungi deboere, quum temporum iniuria hominumque inſcitia à corpore reliquo auulſi eſſent. adeoq; ut Ethicorum, ſic Politicorum quoq; in poſterum decem libri numerandi forent. Hanc iacturam Cyriacus Strozza Florentinus uti ſarciret, duos libros ſuos octo Ariſtoteleis præclaro ſanè conatu græcos adiecit.
- *Librum* ipſum. Vide Aa.

- **Aa.** In quo perpendenda
  - *Materia* ſiue Res ipſa, quæ docetur, tum
    - *Per ſe.* Sic de Ciuitatis Materia & Forma, de eiuſdem inſtitutione ſcilicet & conſtitutione diſputat. Subinde uarias Rerumpubl. ſpecies deſcribit, bonas atque malas: Accidentia earundem quoad Ortum, Conſeruationem, Interitum, deducit: Legum quinetiam ferendarum omni generi Rerump. ſed optimę præſertim, rationem explicat.
    - *Reſpectu* aliorum librorum eiuſdem argumenti, quib. Politici libri cohærent: uidelicet
      - *Ethicorum.* Sic Politicos libros Ethicis immediatè ſubiungi debere, non temporis ſed dignitatis ratione, ex epilogo Ethicorum intelligi poteſt. Poſteaquam enim illic longa Reſolutione oſtendit, philoſophiæ practicæ doctrinam tunc demum perfectam fore, ſi uniuerſali theoriæ principiorum in Ethicis traditæ, particularis theoria principiatorum, uitæ ſcilicet Politicæ & Oeconomicæ, adiungeretur: tandem infert, [illegible] ſcilicet. Vt hac ratione etiam quo ad ipſam [illegible] Politica ſtatim Ethicis coniungenda uideantur.
      - *Oeconomicorum.* Sic Oeconomica Politicis dignitate multo inferiora, imperfectiora ſcilicet, & proinde poſterius tradenda uidentur, quæ alioqui tempore priora erant, & Politicorum quædam rudimenta ſtatui poterant.
  - *Forma* ſiue Modus. Contextus Politicorum totus diuiditur in
    - *Proœmium*, quo inſtitutum ſuum proponit, & de Ciuitate deinceps & Rep. diſputandum eſſe docet.
    - *Tractationem.* Ordine didaſcalico Politica declaraturus, à Principijs ad Principiata, à Cauſſis ad Effecta, à magis uniuerſalibus ad minus uniuerſalia deſcendere debuit. Iam quia ordo didaſcalicus apud Logicos triplex eſt: uti in tota philoſophia practica Reſolutiuo ordine uſus eſt, Ethica à fine exordiendo, à ſummo ſcilicet bono, & ex eiuſdem boni ſpeciebus materialibus, alterius priuati & œconomici, alterius publici & politici, doctrinam Politicam & Oeconomicā ſubiungendo: ita hic in Politicis ordinis Compoſitiui normam ſequitur, à cauſis internis ad effecta progrediendo. Etſi autem principia Politicæ ſcientiæ, uti etiam Oeconomicæ, ea ipſa ſunt quæ in Ethicis pertractauit, generatim conſiderata: tamen in ſpecie, ratione ſcilicet materiæ, cui applicantur, differunt. Quemadmodum enim philoſophus de generalibus naturæ principijs, de Materia prima, de Forma, de Natura, de Motu, Loco, Tempore, in libris Auſcultationis phyſicæ diſputat, in reliquis principiatorum libris eadem omnia ſupponens, de proximis & proprijs cuiqi entium generi cauſis agit: ita Ethics theoremata de Beatitudine, de Virtutibus & Vitijs, de Amicitia & Voluptate, communia ſunt Politicorum & Oeconomicorum principia: propria uerò ſua ſunt ſingulorum, Politicorum Politica, Oeconomicorum Oeconomica principia, tanquam materiæ & formæ & fines quidam ſecundi. Itaque de beatitudinę beati hominis, & uirtute uiri boni non uniuerſim, ſed de Beatitudine ciuili, de Virtute boni ciuis, de Amicitia ciuili agit Politicos: uti Oeconomicus de domeſtica Beatitudine, Virtute, Amicitia: quæ etſi in genere eædem ſunt, in ſpecie tamen propter diuerſitatem ſubiecti differunt. Vide Bb.

Bb. *Politicæ* igitur do-ctrinæ

- *Principia* Interna explicat (ſuppoſitis externis, Fine ſcilicet & Efficiente in ipſo prooemio) oidelicet
  - *Materiam*, eas ſocietates, ex quibus ciuitas conſtituitur. LIBER PRIMVS.
  - *Formam*, Conſtitutionem Reip. partim
    - *Ανασκευαστικῶς*, non oeram ab alijs aſsignatam cooſutsodo. LIBER II.
    - *Κατασκευαστικῶς*, osram doeendo, oſque ad cap. XIV. in quo de Regno diſpotare incipit. LIBER III.
- *Principiata*, à principijs ſuis orta, ſunt ipſęmet Politiæ, quatenus ſob artem csdunt, quam lib. 6. Ethicorum *φρόνησιν πολιτικὴν* appellat. Vt ergo *φρονήσεως* duæ ſunt ſpecies, *διανοητικὴ* *ποιητικὴ*, & *πρακτικὴ γνώμη*: (quarũ hæc ad *πρᾶξιν* ſiue *χρῆσιν*, ills ad *θεωρίαν* atque *γνῶσιν* facere uidetur: quãdoquidẽ ex lib. 2. cap. 11. conſtitut, conſidersrionẽ politicam alism cognitiuni potiſsimom, aliã uſui magis inſeruire) ita quuq; ſcientia ſme ars politica cooſiſtet partim in
  - *Κρίσει*, in Politijs, qualeſcunq; tandẽ ſint illę, q̃ uel reipſs ſobſiſtũt, uel imaginatione tantùm cumprehẽduntur, cugnoſcendis & dijudicandis (quæ Theuria Pulitica utioſa eſſe uidetur, ſi cũ poſteriore conſerstur) tum quoad illarum
    - *Naturam*, nõ generalẽ (quã in Principijs ſupi os explicauit) ſed ſingularũ ſpecierũ propriã. cõſideratur itaq;
      - *Per ſe*, Quot ſint.
      - *Reſpectu* cioiũ, quibus conferunt. Cùm alis ſit Cõſtitutio Reipub.
        - *Cõmuniſsima*, quæ maiori parti hominũ cunoenire queat, etſi non ſit optima.
        - *Minus* cõmuois, oũ maiori parti, ſed certæ sli cui ſucietati hominum cõuetiieos.

      LIB. IV.
    - *Accidentia*, Motum ſcilicet, qui in tempore & loco fit. Cùm ergo Reſp. ſit ueluti soimal quoddã, qood io tempore naſcitur, uiuit & interit (oã ut Noudũ erat, oritur: ot Eſt, ſic uel conſeruatur, uel corrumpi incipie) conſiderare opurtebit uitæ illius
      - *Principiũ*, Ortũ, & ueluti Nstiuitatẽ, ut Eſſe incipit.
      - *Medium* ſtstũ, ut Eſt, Augetur & Cõſeruatur.
      - *Finem*, ueluti Murtem & Interitum, qustenus Corrumpitur.

      LIB. V.
  - *Χρήσει*, io inuenieodis & præcipiendis ijs quæ sd Politiæ cuioſcunq; & iocrsmentum & conſeruationẽ facere poſſont: & uiciſsim io ijs, quę ad decrementũ & interitũ eiuſdẽ pertioent, prohibendis & arcẽdis. quæ Praxis politica negotioſs eſſe oidetur, eamq; Ariſt. io epilugo Ethicorũ *Νομοθεσίαν* sppellst. Artis ergo politicæ eſt legibus & inſtitutis inſtrusre poſſs Politias tum
    - *Imperfectas* quasſuis, & sb idea optimæ msgis minùsoe deficientes. LIB. VI.
    - *Perfectiſsimã* & optimam ueluti ideã reliquarum. Proinde Platooica æmulatione de optims Reipub. conſtitutione & inſtitutiuoe diſſerit libris ſequẽtibos. Vide C c.

Cc.

Quoniam uerò inſignem cladem paſsi uidētur, & meliore ſui parte mutilati eſſe libri iſti, eūm quantum coniectura methodica colligi poteſt, duo poſtremi perierint: ex ijs quæ ab Ariſt. ꝓpoſita fuēre, damnū quod paſsi ſunt inueſtigemus, & ex Hippocratis medici præcepto membri affecti læſionem comparatione membri ſani æſtimemus. De optima igitur Repub. ex ſententia ſua conſtituenda Ariſt. agit per

- [illegible] primò rudem. Etenim [illegible] (quē Reſp. optima propoſitum habet)
  - *Cauſas* enarrat quatuor: Materiam quidem, [illegible]: Formam, [illegible] Efficientem, Ciuem: Finem, Beatitudinem. CAP. I.
  - *Species* ſiue differentias dedocit: cùm alius [illegible] ſit, alius [illegible]. CAP. II.
- *Ἀναγραφὴν* exactiorē: quā partiri uidetur eodē modo quo [illegible] cōſiderationē lib. 1. partitus fuerat: alteram ſcilicet magis accommodatam ad
  - *Tribu* ſeo Theoriam. De optimæ Reipublicæ
    - *Materia*, tū
      - Ex qua, de Ciuibus ſcilicet, quoad Numerum & Habitum animi. Hi enim ſunt, quorum reſpectu ciuitas & potens & magna eſſe dicitur. [illegible]. CAP. III.
      - In qua, de Regionis nimirum quantitate, qualitate, loci figura & ſitu tum
        - *Particulari*, oportuno ad auxilia & neceſſaria importanda exportandaq́;. [illegible]. CAP. IV.
        - *Vniuerſali*, nēpe ſub quo climate poſita eſſe debeat ciuitas, ad ingeniorum corporumq́; temperiem accōmodatiſsimo [illegible]. CAP. V.
    - *Forma*, de Cōmunione ſcilicet, quam
      - *Proponit*. [illegible]. CAP. VI.
      - Explicat, quoad cōmunionis
        - *Materiam* hoc eſt, ea quæ ciuitati neceſſaria ſunt, ſex numero: Alimenta ſcilicet, Vtenſilia oaria, Arma, Pecunia, Sacra, & Iudicia ſiue Magiſtratus. [illegible]. CAP. VII.
        - *Formam* ſiue modum cōmunicandi, ſecundū quem & Ciues & Reſp. diſtinguitum
          - *Ratione* deducit. [illegible]. CAP. IIX.
          - *Auctoritate* cōfirmat. [illegible]. CAP. IX.
  - [illegible] ſiue [illegible] uitæ politicæ quotidianæ. Vide in ſeq. ſignum A.

LIB. VII.

LIB. VII.

A. Optimæ Reipublicæ conſtitutio requirit tū

- *Externa* quædam, quæ ſcil. extra Ciues ipſos ſubſiſtunt, & propterea ad [illegible] potius quàm ad [illegible] referuntur. uimirum Communio eiuſdem
  - *Agri.* [illegible] CAP. X.
  - *Ciuitatis*, Cuius [illegible] explicat
    - *Naturalem.* [illegible] CAP. XI.
    - *Artificialem* [illegible] CAP. XII.
- *Interna* hoc eſt ea quæ ipſis ciuibus ſecuodū corpus & animū inſunt, & propterea ad [illegible] potius quàm ad [illegible] referuntur: Virt⁹ in geuere Quæ cùm tribus adminiculis compareretur, Natura, Arte & Exercitatione: eum qui optimā Remp. informare uolet, in id incumbere oportet, ut Ciues ad Virtutis acquiſitionem ſimul & exercitationem legib⁹ ſuis traducat. Ergo
  - *Principia*
    - *Proponit*, ex Fine ciuitatis, qui Beatitudo eſt practica politica, deducta. [illegible] CAP. XIII.
    - *Declarat.* Videlicet
      - *Qui* ſiot inſtituēdi: Cioes nimirom, à prima infaona per omnes ætatis gradus. [illegible] CAP. XIV.
      - *Quid:* Virtutē ſimirū. Qoam in
        - *Genere* deducit. [illegible] CAP. XV.
        - *Specie* accommodat. [illegible] CAP. XVI.
      - *Quomodo:* [illegible] primùm, deinde [illegible] CAP. XVII.
  - *Principiata* ex ſo perioribus ſontibus deducta, duū eſſe uidētur generū. Nimirum, ut ciues Optimi
    - *Fiāt* recta inſtitutione ad uirtutē: quę in genere eadem eſt, at in ſpecie ꝑ perſonarum diuerſitate uariat. In ciuitate igitur ratio habenda perſonarum aliarū
      - *Primaria*, Liberorum ſcilicet hominum, cum
        - *Marium*: ut ſcilicet quando
          - *Nō ſunt*, Naſcantur optimi, quantum id fieri poteſt. [illegible] CAP. XIIX.
          - *Sunt* conformētur ad uirtutē partim præceptorū inſtitutione, partim exēplorum deſignatiōe per omnes ætatum gradus. Agit proinde de inſtitutiooa
            - *Infantū*. uſq; ad annū ſeptimū. CAP. XIX.
            - *Puerorū* uſq; ad XIV, hinc Adoleſcentium uſque ad XXI. Vide ſig. B.
            - De his uidetur Ariſt reliqs duob⁹ libris IX ſcilicet & X uel egiſſe, ſi intercidērunt, uel acturus fuiſſe, ſi quidem diuturnior uitæ uſos illi contigiſſet.
              - *Iuuenum* bellis maximè aptorū, robore, nō cōſilio, à 21. uſq; ad 35. annū, quo primùm illos ad cōiugium admittit.
              - *Virorū* à 35. uſque ad 50. ueluti mediorū inter iuuenes & ſenes. & ꝓpter ea ad pacis atque belli munia accōmodatorū, tū robore, tū conſilio,
              - *Senū* à 50. deinceps, qui cōſilio Reip. ꝓdēſſe poſſunt.
        - *Fœminarum*, quę ſecundum Platonem dimidiam partem hominum liberorum cōſtituunt: & propterea Ariſt. Lycurgum reprehendit, quòd nullam mulierū, uel certè paruā admodū curam habuiſſet.
      - *Secundaria*, ꝓpter liberos ipſos, Seruorū. Quòd ſi Plato in ſua Rep. ſeruorū quoq; rationē haberi uoluit, propter dominos: neq; hanc couſiderationem à ſe Ariſt. alienam putauerit.
    - *Facti*, Imperando & Parendo munia ciuilia omnia tum pace tum bello rectè obeāt. Hic ergo de forma Imperij optimæ Reip. de Magiſtratuum ſpeciebus, electione, adminiſtratione, depoſitione.

B. De Puerorũ igitur inſtitutione agit,

- An ſit ſuſcipienda, tanquam ſeminarij Reipublicæ. Affirmatiuè. } CAP. I.
- A' quibus obiri debeat: Vtrum priuata tantùm, an publica cura eſſe debeat. } CAP. I.
- Qualis ſit: tũ in
  - *Genere.* [illegible] CAP. II.
  - *Specie*, de uulgata puerorũ Græcorum inſtitutione. Quam ipſam
    - *Proponit*, & quatuor puerorum liberalia facit exercitia. CAP. III. quorũ alia uidentur inſtituta cauſa
      - *Neceſsitatis* ad
        - *Animi cultũ.* [illegible] Quorũ ambitu Mathematicæ diſciplinæ cum reliqua philoſophia cumprehendi poſſe uidentur.
        - *Corporis* robur & ſanitatẽ. [illegible]
      - *Voluptatis*: ut quãdo tot ſunt uoluptatum illecebræ, honeſtis aſſueſcentes, ab inhoneſtis abſtineant. Honeſtæ autem ſunt & hominis maximè propriæ quoad
        - *Viſum*, Pictura.
        - *Auditum*, Muſica.
    - *Examinat.* Quæſtiones affert & decidit uarias de iuſtitutione
      - *Gymnaſtica* [illegible] CAP. IV.
      - *Muſica*, reſpectu
        - *Finis*, de illius uſu
          - *Negatiuè.* [illegible] CAP. V.
          - *Affirmatiuè* tũ
            - *Iucundo.* [illegible] CAP. VI.
            - *Vtili.* [illegible] CAP. VII.
        - *Efficientis*
          - *Principis.* Vtrum ipſi ciues canere debeant, an alios canẽtes audire. [illegible] CAP. IIX.
          - *Inſtrumentalis.* [illegible] CAP. IX.
        - *Materiæ* & *Formæ.* [illegible] CAP. X.
      - *Picturæ.* An, quantum, quatenus, cur conueniat.
      - *Grammaticæ.* Solæ'ne literæ (uernaculæ, externæ'ue) an philoſophia quoq;: & utrum hæc tota, an mathematica potiſsimùm (unde etiam nomẽ habuit olim, quòd hac primùm erudirentur) an ethica quoq; & phyſica pueris addiſcenda. præſertim quoniam in Ethicorum primo puerũ minimè idoneum philoſophiæ morum auditorem eſſe pronunciauit.

  } *Hæc* & his ſimilia omnia duobus reliquis libris, q periere, IX. ſcilicet & X. Ariſt. fuiſſe complexum, probabile eſt.

} LIBER IIX.

Plato de Republica

LIB. V.

Ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν· οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν, δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει.

NISI philoſophi in ciuitatibus ſummam auctoritatem poteſtatémque obtineant, uel hi qui nunc reges & optimates dicuntur, & rerum ſummam obtinent, germana & cumulata quadam ratione philoſophentur, ac in idem concurrant ciuilis illa potentia & philoſophia, ipſarúmque, quæ nunc in uarias partes abeunt, inuicem ſeiunctæ atq; ſeparatæ naturæ neceſſario quodam uinculo in unum coaleſcant: nulla erit malorum in ciuitatibus quies, nèq; etiam generi humano unquam, mea qaidem ſententia.

ARISTOTELIS
DE REPVBLICA
LIBER I.

Diſpoſitio Libri Primi.

- Ex Prolegomenis cōſtituit, ordine Compoſitiuo, à cauſis Internis ordiendo, ad Effectus deſcēdēdū eſſe. Libro igitur hoc Primo &
  - Prooemium præmittit, in quo Materiam & Formam huiuſce inſtituti ſui Politici declarat. CAP. I.
  - Tractationem aggreditur. Cum internorū Principiorum appellatione Materiā & Formā cōprehendamus: Materia autē eorū, quæ oriuntur, tēpore prior ſit, quàm forma: Ciuitatis profectò Materia, ipſa uidelicet Societas domeſtica, prius erit explicanda. De illa igitur diſputationem in
    - Genere proponit, & urbem ex uicis, uicum ex domibus conſtare, diuiſiuo inſtrumento docet. CAP. II.
    - Specie inſtituit: earum ſocietatum, ex quibus domus ueluti componitur, ſpecialem enarrationem
      - Præmittens. CAP. III.
      - Perſequens. Societates œconomica conſiderantur & ſecundum
        - Materiā atque Finem martiū. Alia namque inſtituitur cauſa conſeruationis
          - Indiuiduū, ἕνεκα σωτηρίας, inter Dominum & Seruū: Δεσποτικὴ, Herilis. In qua ratio habenda eſt &
            - Perſonarū, quæ inter ſe conuerſantur, Domini ſcilicet & Serui, tum
              - Materialiter. Qui ſerui perſonā cognorit, ſimul etiā domini perſonam norit. De Seruo igitur & Seruitute in
                - Genere, quòd docetur. CAP. IV.
                - Specie, methodo problematica: nimirū de Seruitute
                  - Naturali. CAP. V.
                  - Legitima. CAPVT VI.
              - Formaliter, quo ad ſcientiam utriuſque. CAP. VII.
            - Rerū propter quas ad uitam quotidianā neceſſarias inter ſe conuerſantur. Res familiaris in genere dicitur. De cuius acquiſitione agit tum quo ad
              - Θεωρίαν ſiue Theoriā. Quæſtio proponitur: Vtrum Quæſtuaria ad œconomiā pertineat. Quæſtionis ergo
                - Subiectum, cuius multiplex ſit, primò diſtinguit: et Quæſtuaria ſpeciē aliā facit
                  - Naturalem. CAP. IIX.
                  - Artificiale. CAPVT IX.
                - Prædicatum, utrū necne ſubiecto inſit, & quatenus, & cui, CAP. X. oſtendit.
              - Χρῆσιν ſiue Praxin. CAP. XI.
          - Speciei, ἕνεκα γεννήσεως, duplex illa quidem: altera
            - Primaria, γαμικὴ, Coniugalis, inter Maritū & Vxorem.
            - Secundaria, inter Parentes atque Liberos. Πατρικὴ, Patria.

            De quibus agit CAP. XII.
        - Formam, ſecundùm habitum ſcilicet uirtutis œconomicæ. De hac tractat CAPVT XIII.

CAPVT I.

Procemium Politicum, de Subiecto & Modo doctrinæ Politicæ.

PETRI VICTORII
interpretatio.

QVia [1] omnem ciuitatẽ uidemus communionem quandam eſſe, & [2] omnẽ communionem boni alicuius cauſa conſtitutam (eius [3] enim quod uidetur bonum eſſe gratia omnes omnia agunt) perſpicuum [4] eſt omnes bonum aliquod propoſitũ habere: maximè [5] autem, & quod eſt præſtantiſsimum omnium, quæ cunctarum præſtantiſsima eſt, atque omnes alias continet. hæc [6] autem eſt, quæ uocatur ciuitas, & communio ciuilis. Quicumque [7] igitur putant eũdem eſſe idoneum hominem ad ciuitatem, regnum, domũ adminiſtrandam, & ſeruos regendum, non rectè dicũt. Multitudine [8] enim & paucitate arbitrantur inter ſe diſcrepare, & non ſpecie unumquemque horum: ceu ſi paucorũ rector ſit, erum: ſi autem plurium, patrem familiâs: ſi uerò adhuc plurium, ciuitati aut regno gubernando aptum: tanquam nihil inter ſe diſcrepent magna domus & parua ciuitas. & [9] ciuitati & regno regẽdo facti homines: quando ſanè ipſe præfuerit, regius: quando autem, ut ſunt rationes diſciplinę huiuſcemodi, mutatis uicibus, modò imperat, modò paret, ciuilis. Hæc [10] autem non ſunt uera. Planum [11] autẽ erit quod dicitur, ſpectãtibus hoc ex ratione uiaq;, quæ incœpta eſt. Quemadmodum [12] enim in alijs compoſitum uſq; ad incõpoſita neceſſe eſt diuidere (hę namq; [13] minimę partes ſunt totius) ſic & [14] ciuitatem, ex quibus iuncta eſt, attendentes, uidebimus [15] & de his magis, quid diſcrepant inter ſe, & [16] ſi quid proprium artis contingit capere in ſingulis explorandis, quæ dicta ſunt.

ΕΠΕΙΔΗ [1] πᾶσαν πόλιν ὁρῶμεν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν, καὶ [2] πᾶσαν κοινωνίαν ἀγαθοῦ τινὸς ἕνεκεν συνεστηκυῖαν· (τοῦ [3] γὰρ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες) [4] δῆλον ὡς πᾶσαι μὲν ἀγαθοῦ τινος στοχάζονται· [5] μάλιστα δὲ καὶ τοῦ κυριωτάτου πάντων, ἡ πασῶν κυριωτάτη, καὶ πάσας περιέχουσα τὰς ἄλλας· [6] αὕτη δ' ἐστὶν ἡ καλουμένη πόλις, καὶ ἡ κοινωνία ἡ πολιτική. [7] ὅσοι μὲν οὖν οἴονται πολιτικὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ οἰκονομικὸν, καὶ δεσποτικὸν εἶναι τὸν αὐτὸν, οὐ καλῶς λέγουσι. [8] πλήθει γὰρ καὶ ὀλιγότητι νομίζουσι διαφέρειν, ἀλλ' οὐκ εἴδει, τούτων ἕκαστον· οἷον ἂν μὲν ὀλίγων, δεσπότην· ἂν δὲ πλειόνων, οἰκονόμον· ἂν δ' ἔτι πλειόνων, πολιτικὸν, ἢ βασιλικόν· ὡς οὐδὲν διαφέρουσαν μεγάλην οἰκίαν, ἢ μικρὰν πόλιν· [9] καὶ πολιτικὸν δὲ, καὶ βασιλικὸν, ὅταν μὲν αὐτὸς ἐφεστήκῃ, βασιλικόν· ὅταν δὲ κατὰ λόγους τῆς ἐπιστήμης τῆς τοιαύτης, κατὰ μέρος ἄρχων καὶ ἀρχόμενος, πολιτικόν. [10] ταῦτα δ' οὐκ ἔστιν ἀληθῆ. [11] δῆλον δ' ἔσται τὸ λεγόμενον ἐπισκοποῦσι κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον. [12] ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις, τὸ σύνθετον μέχρι τῶν ἀσυνθέτων ἀνάγκη διαιρεῖν ([13] ταῦτα γὰρ ἐλάχιστα μόρια τοῦ παντός) οὕτω [14] καὶ πόλιν, ἐξ ὧν σύγκειται, σκοποῦντες, ὀψόμεθα [15] καὶ περὶ τούτων μᾶλλον, τί τε διαφέρουσιν ἀλλήλων, καὶ [16] εἴ τι τεχνικὸν ἐνδέχεται λαβεῖν περὶ ἕκαστον τῶν ῥηθέντων.

DION. LAMBINI
uerſio.

QVandoquidem [1] uidemus, omnem ciuitatẽ, ſocietatẽ quandam eſſe, omnẽmq; [2] ſocietatem, boni alicuius gratia coiri (eius [3] enim, quod boni ſpeciem præ ſe fert, cauſa agunt omnes omnia) apparet [4] omnes quidem ſocietates, bonum aliquod, ueluti ſcopum, petere, ac deſtinare: eam [5] uero, quæ eſt omnium maximè princeps ac domina, quæq; cæteras continet, id ſibi bonum propoſitum habere, quod ſit omnium ſummum ac præſtantiſsimum. Hæc [6] autem eſt ea, quæ ciuitas appellatur, & ſocietas ciuilis. Ii [7] igitur omnes, qui exiſtimant, politicum, id eſt, uirum ad ciuitatem moderandam idoneum: & hominem ad regalem poteſtatẽ aptũ, quẽ baſilicũ Græci nominãt: & eum, qui rei familiaris tuendæ facultate ſit præditus, quẽ œconomicũ: & eum, qui ſeruis imperare ſciat, quẽ deſpoticũ: eundẽ eſſe, minus rectè dicunt. Putant [8] enim unũquemq; horum multitudine & paucitate, nõ genere, aut ſpecie differre: uerbi gratia, ſi paucis præeſſe atque imperare poſsit, eſſe deſpoticum, hoc eſt, ad herile imperium idoneum natura: ſi pluribus, œconomicum: ſi aliquanto pluribus, uel politicum, id eſt, ad ciuitatem moderandam aptum: uel baſilicum, [illegible] ad regalem poteſtatem idoneum: quaſi uerò nihil interſit inter magnam domũ, & paruam ciuitatẽ: & cum [9] ipſe quidem ſolus ciuitatẽ præeſt, ad regalem poteſtatem idoneũ: ubi uerò ex rationibus talis ſcientiæ uiciſsim imperat, ac paret, politicum. Sed [10] [illegible] non ſunt uera. atq; [11] id quod [illegible] dicitur, ijs planum fiet, qui hoc ſpectabunt ex ea inſtitutione, ac docẽdi ratione, quã nos antea ſecuti, atq; [illegible] ſumus. Quemadmodũ [12] enim in alijs reb. compoſitũ uſq; ad ſimplicia & compoſitionis expertia diuidere neceſſe eſt (hæ [13] [illegible] ſunt particulæ totius minimæ) ſic [14] & [illegible], ſi, quib. ex partib. [illegible] et ciuitas, uideamus [15], eadem opera & quid hæc inter ſe differant, cognoſcemus, & [16] fieri ne poſsit, ut quippiã, quod ſub artẽ cadat, in unoquoq; eorum, quæ dicta ſunt ſumamus, intelligemus.

PETRI VICTORII COMMENTARIVS.

Q[illegible]) Fructum, quem capiemus ex hac ſcriptione, dignitatemque eiuſdem oſtendit ſubitò Ariſtoteles: docens ciuitatem, de qua omnis ſermo hic ipſi futurus eſt, propoſitum habere bonum, uetiſsimum omnium bonorum, idq; maximo opere expetendum. concludit autem hoc plana certaq; ratione: utitur enim tanquam inſtrumento quodam ad hoc conſtruendum apto, ciuitatem omnem eſſe communionem ſocietatemq; quandam. quod quia planum eſt, ſatiſque ſua ſponte apertum, inquit, ὁρῶμεν, id eſt aſpicimus, & quaſi oculis cernimus, ut loqui conſueuit de huiuſcemodi rebus: ita enim quoque argumentatus eſt & in primo de moribus ad Nicomachum, & multis alijs locis. inquit enim, de ratione regẽdæ ciuitatis illic agẽs, ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας. Statim poſt adiungit, omnem ſocietatem boni alicuius cauſa primo conflatam fuiſſe. Sed, ne quis falleretur, putaretq; hoc falſum eſſe (conſtat enim ſocietates non paucas ſtudere prauis rebus) magis aperit ſenſum animi ſui, affirmans cunctos mortales quæcumque agunt, agere ut adipiſcantur, quod ſpeciem ſaltem boni continet, ſi non eſt certum atque exploratum bonũ. Quod

uerò inquit, *ἄλλως ἐν πᾶσιν*, & quę ſequuntur, eſt redditio illius *ἐπειδή*, ſtatim initio poſiti, indeque aptum eſt. Si namq; ille ſtant, quorum prius, ut oſtendi, ſatis apertum eſt alterum autem, & ſi ipſum quoque non ualde obſcurum erat, tamen eſt eo breuiter illuſtratum fuit: non poteſt dubitari, quin hoc uerum ſit: omnes inquam communiones bonū aliquod expetere, atque eò ſuas omnes cogitationes, factaque dirigere: præter cæteras autem in hoc incumbere, & ut optimum omnium conſectari eam, quæ omnium optima eſt, & continet incluſatque in ſe habet, cæteras communiones: illo enim maximè ſignificatur ſtudium ipſius uehemens in perſequendo, quod quærit, ut non ſolùm ciuilis ſocietas maius & honeſtius bonum expetet, ſed etiam maiore ardore ad ipſum feratur. Addit autem hanc eſſe, quæ uocatur ciuitas, & ut ipſe explanans, quod inuolutum eſt in nomine ciuitatis, adiungit, communio ciuilis.

Quicunque.) Refellit errorem quorundam, qui arbitrabantur, quos appellat, non diſcrepare inter ſe ſpecie ac natura, ſed tantùm quòd imperium haberent aut anguſtius aut latius, id eſt aut paucioribus aut pluribus præciperent ij autem ſunt, quos uocat ciuiles, aut regios, aut factos ad domum regendam aut ſeruos in officio retinendos. Exiſtimabant igitur illi unum & eundem hominem poſſe rectè has perſonas ſuſtinere: uariari autem aliquo modo illum, cum mutaretur numerus ipſorum, qui ei parerent. ſi namque paucos regeret, herus uocaretur. ſi uerò plures, diſpenſator domus & pater familias: quòd ſi præterea plures, uocaretur ciuilis aut regius: conuenit enim in multitudine ambobus his: ambo namque uniuerſam ciuitatem ac gentem regunt. Addit autem eoſdem illos ita ſenſiſſe, quia exiſtimarent amplam domum & puſillam ciuitatem nulla in re inter ſe diſcrepare: numerus enim idem, ſiue non ualde diſcrepens in ambabus exiſtit. Intelligit autem Socratem, & eos qui auctoritatem eius ſententiamq; ſequebantur: nec poteſt dubitari, quin hoc uerum ſit. nam in ſermone Platonis, qui *πολιτικὸς* inſcribitur, hæc ipſa uerba leguntur: ita enim facit, quem induxit illic, hoſpitem loquentem, cum è Socrate iuniore quæreret, quid ſentiret de hac re: *πότερον οὖν τὸν πολιτικὸν καὶ βασιλικὸν καὶ δεσποτικὸν καὶ ἔτι οἰκονόμον θήσομεν ὡς ἓν πάντα ταῦτα προσαγορεύοντες, ἢ τοσαύτας τέχνας αὐτὰς εἶναι φῶμεν, ὅσαπερ ὀνόματα ἐρρήθη*; Sed etiam idem declarat Xenophon in 3. libro *τῶν ἀπομνημονευμάτων*, apud quē Socrates, cum docuiſſet ſimiles inter ſe multis in rebus eſſe œconomicum & ducem belli, refellens Nicomachidem qui aliter de hoc exiſtimabat, ad extremum inquit: Noli contemnere Nicomachide uiros peritos domorum adminiſtrandarū: cura enim, ſtudiumq; rerum domeſticarum in numero tantum diſcrepat à cura rerum publicarum, cæteris in rebus pares ſunt. Adiungit autem Ariſtoteles, eoſdem exiſtimaſſe, quemadmodum grandem domum & paruam ciuitatem nulla in re inter ſe diſcrepare arbitrabantur: ita etiam rectores eius ciuitatis, quorum alter ciuilis, alter uerò regius appellatur, diuerſos non eſſe. Hoc autem quoque expreſſum eſt ex illo Platonis loco, quem modò indicaui. ita enim illic loquitur idem ille hoſpes: uerba autem ipſius ponam, eadem penè, quæ doctoris noſtri, grandiore tantum ſtilo: *τί δὲ μεγάλης σχῆμα οἰκήσεως, ἢ σμικρᾶς αὖ πόλεως ὄγκος, μῶν τι πρὸς ἀρχὴν διοίσετον*; Cui reſpondet Socrates, quem dixi, nullo pacto.

Quando.) Hæc adhuc auctoris uerba ſunt, explanantis iudicium illorum, totamque rem magis aperientis. Quandoquidem, inquit ipſe, ille uniuerſam remp. regebat, nec umquam imperium deponebat, regium uocabant: quando uerò, ut ratio eſt diſciplinæ huiuſce, mutatis temporibus nunc imperium habet: nunc uerò paret, & eſt dicto audiens publicam perſonam ſuſtinenti, ciuilem appellabāt. Quod appellat *λόγους τῆς ἐπιστήμης τῆς τοιαύτης*, arbitror hic ualere, *λόγους* præcepta & documenta ciuilis facultatis, quam tradit, quemadmodum ſanè locutus eſt Plutarchus in Solone. narrat enim fuiſſe tempus, quo ciuitas Athenienſium magnis diſcordijs ſeditionibusq; agitebatur, diſſentientibus inter ſe ualde locupletibus ac pauperibus: quæ ambæ nationes uarijs de cauſis delegerant Solonem his malis ſedandis. fidebant enim ipſi diuites, ut mediocres fortunas habenti: pauperes autem, ut probo uiro addit etiam, extitiſſe quoſdā, qui ſuaderent Soloni, ut fortius remp. capeſſeret, & tanquam ipſi in manus traderent tyrannidem. quod conſilium non fugiebant quoq; medij & interiecti inter illos ciues, quia uidebant mutationem, quæ proficiſceretur à ratione & lege, operoſam & arduam futuram. quare non timebant committere totam remp. iuſtiſſimo & prudentiſſimo uiro. Verba grauis ſcriptoris, quæ huc faciunt, ſunt hæc: *τὴν ἀπὸ λόγου καὶ νόμου μεταβολὴν ἐργώδη καὶ χαλεπὴν οὖσαν*.

Hoc autem.) Incipit nunc aduerſari rationi ipſorum. Vt autem facilius probet, eos deceptos fuiſſe, orditur longè diſputationem ſuam peccaſſe igitur illos, ac deceptos eſſe, planum fore, apertumque futurum dicit illis, qui rem ſubtiliter animaduerterint, ſequentes uiam ueram certamq; harum rerum indagandarum *λεγομένην*, quod inquit, puto ipſum oſtendere uoluiſſe id ipſum quod dicit, id eſt quæ illi aiebant non eſſe uera. Eodem pacto uidetur locutus Plato in Lyſide, cuius hæc uerba ſunt: *φαίνεται οὐκ ἦν τὸ νῦν λεγόμενον*.

Quemadmodum enim in alijs.) Oſtendit, ſi rationem eam, quam in cæteris ſuis ſcriptis cuſtodit, & quem Plato in primis amauit, *διαιρετικὴν μέθοδον* appellatam, hic quoque ſeruarit, errorem illorum cognitum iri, planumq; magis futurum, quantopere perſonæ inter ſe diſcrepent, quas eaſdem eſſe, & nulla penè re inter ſe diſſimiles exiſtimabant. ea autē eſt, omne quod iunctum eſt diuidere: nec ſemel tantùm aut iterum hoc moliri, ſed in ea ratione permanere donec ad ea diuidendo peruentum ſit, quæ iuncta concreteq; amplius non ſunt, ſed ſimplicia Exempli cauſa, ille exquiſitè intelliget, quid nauigium ſit, qui cognorit carinam, puppim, proram, malum, antennam, uela, gubernaculum, ſi ponamus hæc res eſſe ſimplices: eodem pacto animal, qui ſeorſum partes corporis ipſius, mēbraq; perſpexerit, uel potius elementa unde illæ compoſitę ſunt. Cauſam autem ſtatim affert, cur illic ſiſtere oporteat. Illæ namq; inquit, ſunt minimæ partes totius: quæ autem minima ſunt, diuidi amplius, minoraq; fieri non poſſunt. Non multo etiam infrà idē repetit, utiturq; ſententia hac, tanquam ſolo quodā ac fundamento eius quod oſtendere uult hæc uerò uerba ſunt ipſius: *ἰδεῖν δὲ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις μορίοις τοῦ ὅλου*. Inquit igitur, Si eodem pacto ciuitatem in partes eas, ex quibus compoſita eſt, diuiſerimus, ſingulaſque ipſas accuratè attenderimus: uidere intelligereq; poterimus, quid de his ſentiendum ſit: & ſanè, quid diſcrepent hi inter ſe nec non etiā perſpiciemus, ſi quid nobis licet, adhibito ſtudio, ab arte profectum in ſingulis his tractandis, quæ dicta ſunt, accipere, ad eaque explicanda ratione & arte accedere.

ZVINGERI SCHOLIA.

ἄλλως ἐν πάσαις.) *Πάσας* nimirum (eſt enim ſyllogiſmus integer) non autem *κοινωνίας*, alioqui tautologiam committeret n. 2. & 4. Niſi quis has propoſitiones differre putet: Omnis communio cauſa boni alicuius conſtituta eſt. &, Omnis communio ad bonum aliquod tendit. Verba quidem diuerſa, res tamē eadem. Sed obſcuriorem locum fecit duorum ſyllogiſmorum connexio, per coniunctiones *μὲν* & *δὴ*

ὅταν μὲν αὐτὸς ἐφεστήκῃ.) Cùm ipſe pro arbitrio præeſt, mero & abſoluto imperio, nō quid leges iubeant, ſed quid ipſe uelit, ſpectans.

κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον.) Priſtinam diſſerendi rationem Sepulueda interpretatur, ad libros Ethicorū animum aduertēs. Cæterùm cùm nihil planè ſimile habeat Politicorum deductio cum Ethicis (hoc uno excepto, quòd utrinq; procemiū à Fine ordiatur) rectius Strebeus, Doctrinam quæ uiam monſtrat, conuertit. Ergo cùm Ariſt. proponat, ſe de ciuitate & ciuitatis rectoribus diſputaturum ordinem conſequenter adnectit, non ut in Ethicis à Fine, à Beatitudine ſcilicet theoria eſſe ordiendum. ſed à Materia, ex qua conſtituitur ciuitas. Hæc autem materia cum Domus ſit, de domo agendum erit ei, qui ciuitatem ex domibus conſtantem explicare uolet. At quia domus etiam ipſa compoſitum quid eſt ex uarijs partibus diſſimilaribus, eæ propter & materialiter & formaliter partes quælibet conſiderandæ erunt, eo ſolo ſenſu, ut Materia ciuitatis ſubiecta (ordinis compoſitiui principium atq; baſis) quam ſua forma conſequitur, rectè intelligatur. Methodū proinde hic intelligit Ordinē Cōpoſitiuū propriè dictū, eūq; magis naturalem quàm artificioſum, ad rei naturā uti eſt cognoſcendam maximè cōferentem: cùm Reſolutiuus cōtrà, magis artificioſus quàm naturalis, rem potiùs uti ſit & utitur quàm uti eſt inſinuet. Ordinem rectè omnem à principijs ad principiata deſcendere, principia uerò cauſas eſſe, in confeſſo eſt. Itaque ad Confuſorum Diſtinctionem Ordo conducit: uti Methodus ad Ignotorum per notiora Declarationem. De qua re in Logicis ex profeſſo. Cùm ergo ſcientia Politica docenda eſſet per ſuas cauſas, carum autem aliæ Internæ eſſent, aliæ Externæ: ab Internis ordiendum eſſe ait, à Materia ſcilicet, eo quòd ciuitas ex uarijs partibus componatur: quarum partium deductio tum alijs inſtrumentis, tum præſertim Di-

uiſione inſtituenda ſit. Proinde quòd hic ἀναμνήσεως meminit, idipſum de Methodo propriè dicta intelligēdum eſt, quæ in Materia ciuitatis, quæ in Compoſitiuo ordine primum locum obtinet, explicanda utitur: quemadmodum in Ethicis ad explicandum ſ[illegible] cui, qui in Rel[illegible] ordine primus erat, inſtrumento defi[illegible] uo uſus fuit. Hic eo ne ob ordinis & methodi ignorantiam in Ethi[illegible] definitiuum ordinem conſtituerat, in his q[illegible] paralogiſmo diuiſiuum ordinem quæreret.

[illegible])Quælibet ſcientia ſua habet principia in eo genere prima, & propterea ſimplicia, & pro compoſitis habenda quæ ipſa in alio fortaſsis genere diſciplinæ minime ſimplicia ſ[illegible]ent. Sic V. G. orbs ex uicis, uici ex domibus, domus ex Domino & Seruo, Marito, Vxore, Patre & Liberis conſtat. Hæ perſonæ in Politica doctrina ſunt ſimplices, & principiorum ſocietatis locum tenent, cum ultra illas nulla practicæ ſ[illegible] ueſtigia ſeſe offerant. At quòd iam ſerui ex corpore & animo conſtat, hæc iam non Politica uel Oeconomica, ſed Phyſica principia fuerint, in hoc philoſophiæ genere externa.

[illegible])Ex domibus ſcilicet domus uerò ex perſonis uarijs. Quæ conſideratio eſt Oeconomicæ propria eſt: illic tamen per ſe inſtituitur, domeſticæ beatitudinis explicandæ & conſtituend[illegible] ergo hic uero propter aliud, nimirum ad Politicæ beatitudinis fundamenta cognoſcēda. Nam ſi de iiſdem rebus, ut de uoluptate, in ſeptimo primùm, deinde in decimo libro Ethicorum, item de Beatitudine primo libro, ſubinde etiam decimo diſputare licuit, diuerſo utrobiq; conſilio: multo magis de Domo in his libris propter urbem, quam conſtituit, in Oeconomicis propter ſeipſam, uerba facere licebit: conſtat eo ubiq; ordinis methodiq; lege.

PROOEMIVM Politicis libris præmittit, ut ſequentis doctrinæ et Subiectū & Modū, hoc eſt, Materia & Forma in uniuerſum cognoſcatur. Proinde & ad docilitatē pertinet, & propter rei tractandæ præſtantiā & ambiguitatem facit quoq; ad Attentionem. Proponit igitur Politicæ diſciplinæ

- **Materiā** *ſubiectam, hoc eſt, ea omnia de quibus tractat. Quæ quidem diuiduntur partim in*
  - **Res**, *ut eſt* [illegible] *&* [illegible], *Ciuitas & Reſpublica. Vide ſeq. ſignum* A.
  - **Perſonas**, *in eos ſcilicet, qui in hanc politicam ſocietatem coeūt: inter quos cùm alij præeſſe, alij ſubeſſe conſpiciantur, adeoq; reſpectu mutuo dicantur, nominibus interim diuerſis ij qui præſunt ſignificentur, nempe homines Politici, Baſilici, Oeconomici, & Deſpotici: quæſtio magna oritur, baſim totius doctrinæ huius concernens, Virî hominis Ciuilis & Regij, Patrisfamilias item & Domini, natura & ratio ſit*
    - **Eadem**, *ſicuti Plato in Politico uoluit. N.7. Ille enim differentiam harum uocum nō eſſentialem, ſed accidētalem tantùm ſtatuebat, ſumtam partim ab accidentibus*
      - **Materiæ**, *nempe ab eorum quib. præſſent numero. Nam ſi in domo primùm paucis præſſet, Dominum ſi pluribus, Patremfamilias: ſi in urbe adhuc pluribus, uel Politicum uel Regē appellari. N.8.*
      - **Formę**, *nēpe ſi præſſet pro arbitrio ſuo, abſolutè et ſemper, Regem: ſin uerò nō ipſe, ſed leges præſſint, pro quarum arbitrio nunc imperaret, nūc pareret, Politicum uocari. N.9.*
    - **Diuerſa**, *quemadmodum Ariſt. contra Platonem demonſtraturus eſt. N.10.*
- **Formam** *ſiue Ordinē. Viam atque Methodum, quæ rei, non ut eſt, ſed quatenus docetur, anima exiſtit,* [illegible] *appellat, non præcedentem (quæ in Ethicis ſit uſus, Reſolutiuum ſcilicet ordinem, arte magis quàm natura conſtantem) ſed introducentem, & rei naturam commonſtrantem, ordinem ſcilicet Compoſitiuum, maximè naturalem. N.11. Declarat ſemetipſum ratione tali:*
  - **Quæcunq;** *compoſita ſunt, in ſuas partes materiales incompoſitas diuidere oportet. N. 12. Ratio:*
    - **Nullum** *compoſitum rectè intelligi uel explicari poteſt, niſi partium etiā minimarum explicatio & intelligentia habeatur. Sic etiam infra cap.3.n.6.*
    - **At** *incompoſitæ & ſimplices partes ſunt minimæ. N.13. Incompoſitas autem & ſimplices in ſuo quaſq; genere intelligimus ipſa principia, ex quibus res componuntur: etſi hæ ipſæ alio conſiderandi modo compoſitæ eſſe poſſunt, & in alias magis ſimplices reſolui.*
    - **Ergo** *compoſiti intelligentia & explicatio ex incompoſitis pendebit.*
  - **At Ciuitas** *eſt compoſitum quid.*
  - **Ergo** *ciuitatem in partes materiales incompoſitas diuidere oportet, & politicæ huius doctrinæ, ordine compoſitiuo tradendæ, ueluti baſim conſtituere. N. 14. Vt & ea quæ ſunt*
    - **Dubia**, *quomodo ſcilicet prædicti ciuilis & domeſticæ rei adminiſtratores inter ſe diſſerant, explicentur. N.15.*
    - **Certa**, *uera, & huius artis ſeu ſcientiæ propria præcepta reliqua omnia intelligantur. Num.16.*

A. Quæ

A.

Quæ cùm ex ſuis cauſis cōſtet, Ariſt. compendioſè admodū ſolius finis demonſtratione omnes cauſas complectitur: ſimul etiam ut Ethicorum librorum proœmij quandam ſpeciem hîc exprimat: maximè verò ut cùm ex Reſolutiuo ordinis præſcripto Principiorum doctrinam à Fine ſit exorſus, Principiata, hoc eſt, ſpecies uitæ practicæ, ab eodem fine deſumenda fuiſſe inſinuet: adeoq; bonum in genere omni ſocietati, perfectiſſimum uerò perfectiſſimæ, Politicæ ſcilicet, proprium eſſe oſtendat. Ciuitatis igitur & Ciuilis ſocietatis Finem in

- **Genere** *ſtabilit, Bonum eſſe, argumento à genere generaliſſimo ducto, in quo Politica cū Oeconomica ſocietate cōuenit:*
  - **Omnis** *eſt enim communio bonum quoddam affectat. N. 2. Ratio:*
    - **Omnes** *homines omnia boni cauſa ſuſcipiunt & agūt, quod uel reuera bonum eſt, uel ſaltem ipſis bonum eſſe uidetur. N. 3. Subeſt hîc tacita anthypophora.*
    - **Quotquot** *autem in uitæ communitatem aliquam conueniunt, homines ſunt.*
    - **Ergo** *etiam qui in unam ſocietatem coeunt, boni cauſa uel ueri uel apparentis coëunt.*
  - **At** *omnis ciuitas eſt communio quædam. N. 1.*
  - **Ergo** *omnis ciuitas bonum quoddam affectabit. N. 4.*
- **Specie** *deducit, Quale ſit bonū, à genere ſ. ſumto argumento, quo ipſo Politica ſocietas ab Oeconomica differt:*
  - **Communio** *præſtantiſſima & communiſſima bonum præſtantiſſimum, hoc eſt communiſſimum affectabit. N. 5.*
  - **At** *Ciuitas ea eſt. N. 6. Conſule proœmium Ethicorum: ſimul etiam ea quæ ſeq. cap. dicentur, cùm Ciuitas inſtituta ſit, ut homines omnium rerum ad uitam neceſſariarum, quo ad animū, corpus & fortunas, copia honeſtè affluant.*
  - **Ergo.**

CAPVT II.

Ciuitatis Materiam, ipſam ſcilicet Societatem domeſticam, generatim proponit.

SI [1] igitur aliquis ab initio res, cùm naſcuntur, aſpiceret, quemadmodū in alijs, ita & in his pulcerrimè ſpectaret. Neceſſe [2] iam eſt primùm copulare eos, qui ſeiuncti eſſe nō poſſunt, ceu feminam & marē procreandi cauſa: atq; hoc non cōſilio ac uoluntate, ſed quemadmodum & in alijs animantib. & ſtirpibus natura datum eſt appetere, quale ipſum eſt, tale relinquere alterū. Imperiū [3] autem habens naturæ ui, & obtēperans, propter ſalutem. Quod enim ualet ratione prouidere, imperās eſt natura, & dominās natura: quod autem ualet corpore hæc præſtare, obtemperans eſt, & natura ſeruū. Quare hero & ſeruo idē prodeſt. Natura [4] igitur diſtincta eſt femina & ſeruus. Nihil [5] enim natura facit tale, quale fabri ærarij gladium Delphicū aptè ad uſus pauperū: ſed unum ad unum. Sic [6] enim optimè perficeretur unūquodq; inſtrumentū, ſi non pluribus rebus, ſed uni tantū ſeruiret. Apud [7] barbaros aūt femina & ſeruus eundē ordinē habent. Cauſa [8] huius eſt, quòd natura imperans nō habet, ſed [9] ſocietas ipſorū eſt ancillæ & ſerui. Quapropter [10] aiūt poetę, Gręcos in Barbaros imperiū habere, rectū eſſe: tanquā idē natura ſit, barbarū eſſe & ſeruū. Ex [11] his igitur duab. ſocietatibus cōſtat dom9 prima: & [12] rectè Heſ. dixit,

Domū quidē primum, uxorēq;, et bouē aratorē.

Εἰ [1] δή τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις, κάλλιστ᾽ ἂν οὕτω θεωρήσειεν. [2] ἀνάγκη δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι· οἷον θῆλυ καὶ ἄρρεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν· καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ᾽ ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτό, τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον. ἄρχον [3] δὲ φύσει καὶ ἀρχόμενον, διὰ τὴν σωτηρίαν. τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν, ἄρχον φύσει, καὶ δεσπόζον φύσει· τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν, ἀρχόμενον, καὶ φύσει δοῦλον· διὸ δεσπότῃ καὶ δούλῳ ταὐτὸ συμφέρει. [4] φύσει μὲν οὖν διώρισται τὸ θῆλυ, καὶ τὸ δοῦλον. [5] οὐθὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τοιοῦτον, οἷον χαλκοτύποι τὴν δελφικὴν μάχαιραν πενιχρῶς· ἀλλ᾽ ἓν πρὸς ἕν. [6] οὕτω γὰρ ἂν ἀποτελοῖτο κάλλιστα τῶν ὀργάνων ἕκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις, ἀλλ᾽ ἑνὶ δουλεῦον. [7] ἐν δὲ τοῖς βαρβάροις τὸ θῆλυ καὶ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν. [8] αἴτιον δ᾽, ὅτι τὸ φύσει ἄρχον οὐκ ἔχουσιν, [9] ἀλλὰ γίνεται ἡ κοινωνία αὐτῶν, δούλης καὶ δούλου. [10] διό φασιν οἱ ποιηταί, Βαρβάρων δ᾽ Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός· ὡς ταὐτὸ φύσει βάρβαρον καὶ δοῦλον ὄν. [11] ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν δυοῖν κοινωνιῶν, οἰκία πρώτη. [12] καὶ ὀρθῶς Ἡσίοδος εἶπε ποιήσας·

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ᾽ ἀροτῆρα.

ITaque [1] ſi quis à principio res orientes ac naſcentes inſpexerit, quēadmodum in alijs, ſic & in his hoc modo optime res ueritatem perſpexerit. Neceſſe [2] igitur eſt primum eos coniungi & copulari, quorum alter ſine altero eſſe non poteſt, ut marem & fœminam procreationis cauſa. atque hoc non ex conſilio pro[illegible]itur: ed, quemadmodum & in alijs animantibus & ſtirpibus, naturale eſt, tale alterum, quale ipſum ſit, cupere relinquere. Copulantur [3] autem etiā natura id, quod imperat, & id quod imperio páret, propter ſalutem. Nam quod mentis agitatione prouidere poteſt, imperandi ius habet natura, & dominatur natura: quod autem poteſt corpore imperata facere, id imperio alterius parere & ſeruire debet natura. Quapropter domino & ſeruo idem expedit. Fœmina [4] igitur & ſeruus diſtincta ſunt natura. Nihil [5] enim tale efficit natura, quale fabri ferrarij, gladium Delphicum, pareè, tenuiter, & anguſtè: ſed ſingula ad ſingulos uſus. Sic [6] enim abſolutiſſimum & perfectiſſimum fuerit unumquodq; inſtrumentum, ſi non multis operibus, ſed uni aſſeruiat. Apud [7] barbaros autem fœmina & ſeruus eodem ſunt ordine & loco. Cuius [8] rei cauſa eſt, quod non habent quod imperet natura, ſed [9] eorum ſocietas ex ſeruo & ancilla conſtat. Quocirca [10] par eſſe aiunt poetæ, Barbaris Græcos imperare: proinde quaſi idem ſit barbarus ac ſeruus, natura. Ex [11] his igitur duabus ſocietatibus prima domus conſtituitur: rectèq; [12] Heſiodus ſcripſit,

Eſto domus primum, & mulier tibi, bos & arator.

Bos enim pro ſeruo pauperib. eſt. [13] Cómunio igitur, quæ natura ad totũ diem cõſtituta eſt, domus eſt: [14] quos Charondas uocat ὁμοσιπύους, Epimenides autem Cretes, ὁμοκάπνους. Quæ [15] autẽ è plurib. domibus cõſlata eſt cõmunio prima, nõ ſanè ob uſum diurnum, pagus eſt. Maximè [16] autem ex natura uidetur pagus colonia domus eſſe: quos [17] uocant nonnulli ὁμογάλακτας, natosq; & natorũ natos. Quapropter [18] & initio à regibus gubernabantur ciuitates, & nũc etiã gentes: conueniebant [19] enim qui regio imperio aſſueti forẽt. In [20] omni enim domo regnat, qui maximus natu eſt. Quare [21] & coloniæ propter cognationem. Et [22] hoc eſt, quod dicit Homerus:

Singuli autem ſua ex libidine regunt
Liberos & uxores.

diſſeminati enim erant: & ſic antiquitùs habitabant. Et [23] deos hanc ob cauſam cuncti aiunt regem habere, quia [24] & ipſi, hi quidem uſque ad noſtra tempora, hi autem antiquitus à rege gubernabantur. Quemadmodum [25] enim & formas ſuæ ſimiles fingunt homines, ita etiam uitas deorum. E [26] pluribus autem pagis cõmunio perfecta, ciuitas eſt: quę iam omnis ubertatis, ut ita loquar, extremum nacta eſt: nata ſanè uiuendi cauſa, exiſtens tamen bene uiuendi. Quare [27] omnis ciuitas natura eſt, ſi [28] quidem etiam primæ communiones. Finis [29] enim hæc illarum: natura [30] autem finis eſt. Quale [31] enim unumquodque eſt generatione abſoluta, talẽ affirmamus eſſe naturam uniuſcuiuſq;: quemadmodum hominis, equi, domus. Adhuc [32] autem cuius cauſa & finis, optimum. Vbertas [33] enim finis, & [34] optimum. Ex [35] his igitur perſpicuum eſt, natura ciuitatẽ eſſe, atque [36] hominem natura ciuile animal eſſe: nec [37] non eum, qui uiuit longè à ciuitate propter naturam, & non propter caſum aliquem, ſiue improbum eſſe, ſiue meliorem, quàm homo ſit: quemadmodum [38] qui ab Homero uexatus cõtumelia eſt,

Sine tribulibus ſine legibus, ſine Veſta laribuſq; familiaribus.

Simul enim & natura talis, & belli cupidus, ueluti ſine iugo, ſocioque, ut contingit in auibus. Quare [39] autem homo ciuile animal ſit, omni ape & omni gregali animante magis, apertum

ὁ γὰρ βοῦς ἀντ' οἰκέτου τοῖς πένησίν ἐστιν. ἡ [13] μὲν οὖν εἰς πᾶσαν ἡμέραν συνεστηκυῖα κοινωνία κατὰ φύσιν, οἶκός ἐστιν· [14] οὓς Χαρώνδας μὲν καλεῖ ὁμοσιπύους, Ἐπιμενίδης δὲ ὁ κρὴς ὁμοκάπνους. [15] ἡ δ' ἐκ πλειόνων οἰκιῶν κοινωνία πρώτη χρήσεως ἕνεκεν μὴ ἐφημέρου, κώμη. [16] μάλιστα δὲ κατὰ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη ἀποικία οἰκίας εἶναι· οὓς [17] καλοῦσί τινες ὁμογάλακτας, παῖδάς τε καὶ παίδων παῖδας. [18] διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις, καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη· [19] ἐκ βασιλευομένων γὰρ συνῆλθον. [20] πᾶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου. [21] ὥστε καὶ αἱ ἀποικίαι διὰ τὴν συγγένειαν. [22] καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὃ λέγει Ὅμηρος,

——θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
παίδων ἠδ' ἀλόχων.

σποράδες γάρ· καὶ οὕτω τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. [23] καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντες φασὶ βασιλεύεσθαι, [24] ὅτι καὶ αὐτοί, οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο. [25] ὥσπερ δὲ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν. [26] Ἡ δ' ἐκ πλειόνων κωμῶν κοινωνία τέλειος, πόλις, ἤδη πάσης ἔχουσα πέρας τῆς αὐταρκείας, ὡς ἔπος εἰπεῖν· γινομένη μὲν οὖν τοῦ ζῆν ἕνεκεν, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν. [27] διὸ πᾶσα πόλις φύσει ἐστίν, [28] εἴπερ καὶ αἱ πρῶται κοινωνίαι· [29] τέλος γὰρ αὕτη ἐκείνων· [30] ἡ δὲ φύσις, τέλος ἐστίν. [31] οἷον γὰρ ἕκαστόν ἐστι, τῆς γενέσεως τελεσθείσης, ταύτην φαμὲν τὴν φύσιν εἶναι ἑκάστου, ὥσπερ ἀνθρώπου, ἵππου, οἰκίας. [32] ἔτι τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος, βέλτιστον· [33] ἡ δ' αὐτάρκεια τέλος, [34] καὶ βέλτιστον. [35] ἐκ τούτων οὖν φανερόν, ὅτι τῶν φύσει ἡ πόλις ἐστί, [36] καὶ ὅτι ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῷον, [37] καὶ ὁ ἄπολις διὰ φύσιν, καὶ οὐ διὰ τύχην, ἤτοι φαῦλός ἐστιν, ἢ κρείττων ἢ ἄνθρωπος· [38] ὥσπερ καὶ ὁ ὑφ' Ὁμήρου λοιδορηθείς,

ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος.

ἅμα γὰρ φύσει τοιοῦτος, καὶ πολέμου ἐπιθυμητής, ἅτε περ ἄζυξ, ὥσπερ ἐν πεττοῖς. [39] διότι δὲ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῷον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζῴου μᾶλ-

Bos enim pauperibus pro ſeruo eſt. Societas [13] igitur in omnes uitæ dies conſtituta, natura conueniens & conſentanea, domus eſt: cuius [14] ſocietatis participes & conſortes, ὁμοσιπύους Charondas appellat (id eſt, ex eodem panario, ſeu ex eadem apotheca uictum ſumentes: nos conuictores appellemus) Epimenides autem Cretenſis, ὁμοκάπνους, (id eſt, uno & communi foco ſeu fumo utentes: dicamus, ſi placet, contubernales.) Societas [15] autem prima ex pluribus domibus conflata, non diurni uſus gratia, uicus eſt, ſeu uicinitas. Maximè [16] uerò uidetur eſſe natura conſentanea uicinitas, ueluti quædam domus colonia, quos [17] nonnulli collactaneos appellant, & filios, & filiorum filios. Itaque [18] & principio ciuitates ſub regio imperio erant, & nunc etiam gentes, quia [19] ex ijs, qui ſub regno uiuebant, cõuenerũt. Omnis [20] enim domus, eius, qui ætate antecedit, regio ſubiecta eſt. ergo [21] et colonia .i. familiæ plures, quæ ab una domo fluxerunt, propter cognationẽ. Atq; [22] hoc illud eſt, quod ait Hom.

——iura autem uxoribus unus
Quiſq; dat, & natis.

Nam hoc modo fuſi per agros & diſperſi primis illis temporibus uitam colebant. Atq; [23] idcirco omnes aiunt, deos ſub regno ætatẽ agere: quia partim [24] ipſi quoq; etiã nunc, partim primis illis & priſcis tẽporibus ſub regibus erant. Quemadmodũ [25] enim formas, ita & uiuendi genera deorũ, ſibi ſimilia faciunt homines. Perfecta [26] aũt ſocietas, ex pluribus uicis conflata, ciuitas eſt, quæ ad ſummũ iam, ut ita dicã, omnis copiæ, bonis omnibus cumulatæ, nihiĺq; præterea requirentis, culmen peruaſit: oriens quidẽ uiuendi cauſa, conſtãs aũt benè uiuẽdi gratia. Quapropter [27] ciuitas omnis natura cõſtat, ſiquidẽ [28] & primæ ſocietates cõſtant natura. Finis [29] enim illarũ hæc eſt. At [30] natura finis eſt. Quale [31] enim quidq; eſt ortu ſuo abſoluto atq; perfecto, hanc cuiuſq; naturam eſſe dicimus, ut hominis, equi, domus. Præterea [32] id cuius gratia res fit, & cuiuſq; rei finis, optimum quiddã eſt. At [33] copia ipſa ſuis opibus pollens & contenta, & nihil extra ſe deſiderans, finis eſt, & [34] optimum. Ex [35] his igitur perſpicuum eſt, ciuitatem in ijs rebus, quæ natura conſtant, eſſe numerandã: & [36] hominem, ciuile animal eſſe natura: & [37] eum, qui non naturæ impulſu, nõ fortunæ culpa, ciuitatis ſit expers, aut eſſe improbum, aut homine meliorẽ: ut [38] is, in quẽ ab Homero hoc maledictũ cõiectũ eſt,

Cui neq; curia, nec lex eſt, neq; Veſta, Lareſq;.

Non enim poteſt quiſquã talis eſſe, quin uno eodẽq; tẽpore ſit & belli cupidus, utpote qui nullũ iugũ ferre uelit, quẽadmodũ cõtingit in quibuſdã uolatilib. [39] Hominẽ aũt eſſe animal ciuile magis, quàm quãuis apẽ, & quoduis animal cõgregabile

pertũ eſt. Nihil [40] enim, ut cenſemus, natura facit fruſtra. Orationis [41] enim tantũ homo ex omni genere animantiũ particeps eſt. Vox [42] igitur triſtis rei ac iucundæ nota eſt. Quare [43] cæteris quoq; animantib. data eſt. Huc uſq; enim natura ipſarũ peruenit, ut ſentiant quod moleſtum eſt ac iucundum, & hæc ſignificent ſibiipſis. Oratio [44] aũt inuenta eſt ad declarandũ, quod prodeſt & obeſt. Quare [45] etiã iuſtum & iniuſtum. Hoc [46] enim aduerſum cæteras animantes hominũ propriũ eſt, ſolum ipſum boni & mali, iuſti & iniuſti, & aliorũ ſenſum habere. Cõmunio [47] aũt horũ parit domũ & ciuitatem. Et [48] prius quidẽ natura ciuitas eſt, quã domus, & unuſquiſq; noſtrũ. Totũ [49] .n. prius neceſſe eſt eſſe, quã partẽ. Interẽpto [50] enim toto, non erit neq; pes, neq; manus, niſi æquiuocè. Quẽadmodũ [51] ſi quis manũ dicit lapideam: [52] mortua .n. erit talis. Cũcta [53] aũt officio & poteſtate definita ſunt. Quare [54] cũ huiuſcemodi amplius nõ ſunt, nõ dici poſſunt eadẽ eſſe, ſed idẽ tantũ nomẽ habere. Ciuitatẽ [55] igitur natura conſtare, & prius eſſe, quã unuſquiſq; ſit, perſpicuũ eſt. Si [56] namq; unuſquiſq; mortalis, ſeiunctus à cæteris, ſatis ſibi, nõ eſt, ſimiliter atq; aliæ partes ſe habebit ad totũ. Qui [57] uerò nõ ualet ſocietatẽ colere, ſiue nihil indiget ſocijs, quia ſatis in ipſo ſit, nulla pars eſt ciuitatis. Quare [58] uel bellua eſt, uel deus. Natura [59] igitur in omnibus propenſio eſt ad huiuſcemodi communionem. Qui [60] aũt primus conſtituit ipſam, maximorum bonorũ cauſa fuit. Quemadmodũ [61] enim perfectũ optimum omniũ animalium homo eſt: ſic [62] ſecretũ à lege ac iuſtitia, peſsimum omniũ. Moleſta [63] .n. maximè iniuſtitia eſt, quæ arma habet. Homo [64] aũt armis munitus naſcitur, prudentia & uirtute, quib. ad contrarias res uti licet maximè. Quare [65] ſceleratũ & ferũ maximè eſt ſine uirtute, & ad uenerẽ uẽtrẽq; deterrimũ. Iuſtitia [66] aũt accõmodata eſt ciuitati. Ius [67] .n. ciuilis ſocietatis ordo eſt. Ius [68] aũt, iuſti exiſtimatio.

λον, δῆλον. οὐθὲν [40] γὰρ, ὥς φαμεν, μάτην ἡ φύσις ποιεῖ. λόγον [41] δὲ μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων. ἡ [42] μὲν οὖν φωνὴ τοῦ ἡδέος καὶ λυπηροῦ ἐστι σημεῖον· διὸ [43] καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει ζώοις. μέχρι γὰρ τούτου ἡ φύσις αὐτῶν ἐλήλυθεν, ὥστε αἰσθάνεσθαι τοῦ λυπηροῦ καὶ ἡδέος, καὶ ταῦτα σημαίνειν ἀλλήλοις. ὁ [44] δὲ λόγος ἐπὶ τῷ δηλοῦν ἐστὶ τὸ συμφέρον καὶ τὸ βλαβερόν· ὥστε [45] καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον. τοῦτο [46] γὰρ πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ἴδιον, τὸ μόνον ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ δικαίου καὶ ἀδίκου, καὶ τῶν ἄλλων αἴσθησιν ἔχειν. ἡ [47] δὲ τούτων κοινωνία ποιεῖ οἰκίαν καὶ πόλιν. καὶ [48] πρότερον δὴ τῇ φύσει πόλις ἢ οἰκία, καὶ ἕκαστος ἡμῶν ἐστί. τὸ [49] γὰρ ὅλον πρότερον ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ μέρους· ἀναιρουμένου [50] γὰρ τοῦ ὅλου, οὐκ ἔσται πούς, οὐδὲ χείρ, εἰ μὴ ὁμωνύμως· ὥσπερ [51] εἴ τις λέγει τὴν λιθίνην· διαφθαρεῖσα [52] γὰρ ἔσται τοιαύτη. πάντα [53] δὲ τῷ ἔργῳ ὥρισται, καὶ τῇ δυνάμει· ὥστε [54] μηκέτι τοιαῦτα ὄντα, οὐ λεκτέον τὰ αὐτὰ εἶναι, ἀλλ᾽ ὁμώνυμα. ὅτι [55] μὲν οὖν ἡ πόλις φύσει πρότερον ἢ ἕκαστος, δῆλον. εἰ [56] γὰρ μὴ αὐτάρκης ἕκαστος χωρισθεὶς, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μέρεσιν ἕξει πρὸς τὸ ὅλον. ὁ [57] δὲ μὴ δυνάμενος κοινωνεῖν, ἢ μηθὲν δεόμενος δι᾽ αὐτάρκειαν, οὐθὲν μέρος πόλεως· ὥστε [58] ἢ θηρίον, ἢ θεός. φύσει [59] μὲν οὖν ἡ ὁρμὴ ἐν πᾶσιν ἐπὶ τὴν τοιαύτην κοινωνίαν. ὁ δὲ [60] πρῶτος συστήσας, μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος. ὥσπερ [61] γὰρ τελεωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν· οὕτω [62] καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης, χείριστον πάντων. [63] χαλεπωτάτη γὰρ ἀδικία ἔχουσα ὅπλα. ὁ δὲ [64] ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ, οἷς ἐπὶ τἀναντία ἐστὶ χρῆσθαι μάλιστα. διὸ [65] ἀνοσιώτατον καὶ ἀγριώτατον ἄνευ ἀρετῆς, καὶ πρὸς ἀφροδίσια καὶ ἐδωδὴν χείριστον. ἡ δὲ [66] δικαιοσύνη, πολιτικόν. ἡ [67] γὰρ δίκη πολιτικῆς κοινωνίας τάξις ἐστίν· ἡ [68] δὲ δίκη τοῦ δικαίου κρίσις.

bile, perſpicuũ eſt. Nihil [40] enim fruſtra facit natura, ut dicimus. Homini [41] autẽ ſoli ex animantib. ſermo tributus eſt. Vox [42] igitur iucundi & moleſti ſignum eſt. Quapropter [43] etiã alijs animantib. ſuppetit. Nã huc uſq; progreſſa eſt earũ natura, ut moleſtũ & iucundũ ſentiant, & inter ſe hæc ſignificẽt. Sermo [44] autẽ ad id quod prodeſt, & id quod nocet, declarandũ, ualet. Ergo [45] etiam ad id quod iuſtum, atq; ad id quod iniuſtum eſt. Hoc [46] enim præter cæteras animãtes hominis eſt propriũ, ut ſolus boni & mali, iuſti & iniuſti, & aliorũ ſimilium ſenſum habeat. At [47] horum ſocietas & cõmunio domum facit & ciuitatem. Prius [48] igitur eſt ciuitas, quàm domus, & unuſquiſq; noſtrum. Totum [49] enim parte prius eſſe neceſſe eſt. Nam [50] ſi homo, qui totum quiddam eſt, intereat, neq; pes, neque manus erit, niſi ex cõmunione nominis, non rationis, quemadmodum [51] ſi quis manum lapideam, manum eſſe dicat: corrupta [52] enim manus, talis erit. Omnia [53] autem opere definita ac diſtincta ſunt, & poteſtate. Quare [54] poſteaquam talia eſſe deſierunt, non iam ſunt re aut forma eadem dicenda, ſed homonyma, id eſt, nominis cõmunitate tantũ ſimilia. Ciuitatem [55] igitur ſingulis hominibus eſſe priorem, perſpicuum eſt. Si [56] enim ſinguli ſeparati & ſeiuncti, nõ ſunt inſtructi copia per ſe ſuis bonis cumulata, & nihil præterea requirente: ſimiliter atq; aliæ partes à ſuo toto ſeparatæ, ad ciuitatem, quæ eſt totum, erũt affecti. Qui [57] autem nõ poteſt res ſuas cõmunicare, aut ſocietatem contrahere cum alijs, aut qui non eget cõmunicatione, propterea quòd ipſe ſuis pollet opibus, ſuis que bonis contentus eſt, nihil præterea deſiderans, nulla pars ciuitatis eſt. Itaq; [58] aut fera, aut Deus eſt. Omnes [59] igitur ad hanc ſocietatem omni animi impetu feruntur natura. Qui [60] autem primus eam inſtituit, maximorum bonorum auctor & cauſa fuit. Quemadmodũ [61] enim homo ſuis omnib. numeris abſolutus, animal eſt animaliũ optimũ: ita [62] a lege & iure ſemotus ac ſeiunctus, omnium deterrimum. Sæuiſsima [63] enim & aſperrima iniuſtitia eſt armis inſtructa. At [64] homo armis inſtructus naſcitur, prudentia & uirtute: quibus ad res contrarias maxime uti licet. Quapropter [65] ſceleratiſsimũ & immaniſsimum animal eſt ſine uirtute, & ad res uenereas cibumq; profligatiſsimum. Iuſtitia [66] uerò, ciuilis res eſt. Nam [67] iudicium, ſocietatis ciuilis ordo eſt. Ius [68] autẽ diſceptatio, iudicium eſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Sicuti.) Si quis, inquit, ſtatim ab initio res has aſpicere potuiſſet, quemadmodum oriuntur, idem hic contingeret, quod in alijs uſu uenit: ſed quia hoc non poteſt facilè obtineri, ponemus nobis ipſa ante oculos, contemplemurq; animo. Non debet autem dubitari, quin hæc pulcerrima & uerisſima ratio ſit ipſa omnium intelligendarum: cernimus enim ita planè & ortum & auctum earum. quare incumbemus in hanc rem, & originem harum rerum uideamus. Idem au-

tem uidetur Plato dixiſſe: atque hoc (ut opinor) ab ipſo acceptum eſt. hæc enim ipſius uerba ſunt è 2. libro de Republica [illegible] id eſt, ſi propoſuiſſemus nobis ante oculos, & ratione uidiſſemus ciuitatis ortum, & iuſtitiam ipſius & iniuſtitiam ſimul ortam aſpexiſſemus. Quod autem hic inquit, [illegible], oſtẽdere uolens ſequi has naturam ordinemq́. cæterarum rerum, nec ab illis ullam in partem diſſentire (quare quod paſsim uidemus in illis fieri, eſtq; nobis exploratum, uelut propter ſimilitudinem ad has res declarandas) quod [illegible]tur hic inquit, Vt cæteris in rebus, ſupra quoque uſurpauit, cum de diuiſione loqueretur, quam perſequendam affirmat uſque ad ea quæ iuncta non ſunt, nec poſſunt amplius ſecari.

Neceſſe.) Vt conſtituatur ciuitas, initiumq́. ipſius ducatur à prima eius origine, neceſſe inquit eſſe, quod ad perſonas pertinet, ex quibus conſtat, ut primum copuletur mas & femina: neque tamẽ ipſe primo expreſsit hos ipſos, ſed quaſi deſcripſit: ait enim, eos qui ſeiuncti diremptiq́ [illegible] manere, ſtatumq́. ſuum tueri nequeunt. ambæ namq; hæ perſonæ ſeorſum poſitæ, inchoatæ imperfectæq́. ſunt, nec poſſunt munus ſuum, & cui rei à natura factæ ſunt, obire. ſtatim autem aperuit quid intelligeret, maremq́. ac feminam appellauit ſimul [illegible], monſtrauit, quibus rebus ſeruiret hæc coniunctio harum contrariarum naturarum, generationi inquam, quæ tamen primum non [illegible] agetur ab illis uoluntate ac conſilio, ſed ui naturæ fieret, & more cæterarum animantium ac ſtirpium etiam, quæ manifeſto naturæ ad id faciendum impelluntur. Habent enim hoc homines commune cum beluis & cum omnibus, quæ oriuntur è terra: eſt enim in ipſis innatus appetitus gignendi tale, quale ipſa ſunt, atque ita tuentur ſtatum ſuum; cum aliter nullo pacto perpetuò manere queant. Quod autem exiſtit in illis quod imperet, & quod pareat (niſi uerum ordinem eſſe quis mutare uelit) id quoq́. à natura factum eſt, & communis ipſorum ſalutis cauſa inſtitutum. Quod namq́., inquit, ratione poteſt prouidere, quod boni maliq́. futurum ſit, ualetq́; conſilio: illud factum eſt ad imperandum, naturaq́; dominetur. Quod autem factum eſt ad illa corpore adminiſtranda, parere debet, ac natura ſeruum eſt. Quod ſupra inquit, [illegible], feminam inquam & marem conficere primam copulam, in primo de ortu animantium, diſtinguere hos uolens, ita uim utriuſque expreſsit: marem enim inquit eſſe animal, quod in alio gignit: feminam autẽ quod in ſeipſo: nec tamen ſine opera, interuentuq́. uiri. Quod itidem infrà dixit, naturale de[ſiderium] eſſe in his omnibus rebus, quæ participes animi ſunt, relinquere poſt ſe tale, quale ipſa ſunt. Idem etiam affirmauit in 2. libro de Animo iiſdem penè uerbis. qui in ipſo in loco ſubtiliter inquit, [illegible] & [illegible] ut enim hic docet, hic à natura inſitus appetitus non exiſtit tantum in animalibus, uerum etiam in ſtirpibus, & iis omnibus quæ oriuntur è terra, ut ſtirpes appetere, flagrareq́. deſiderio eiuſmodi rei dici poſſunt. quæ omnia, quemadmodum [illegible] rectè uocari non poſſunt, ita uerè dicuntur [illegible], id eſt uiuentia: uiuunt enim & ipſa, ſed aliter atque animantes.

Quare ero) Liquitur ſane hoc ex iis quæ ſupra tradita ſunt: putauit tamen non alienum eſſe hoc admonere, ut aperiendo, quod non omnibus eodem pacto uidebatur, ſententiam ſuam inciperet teſtari. inquit igitur, Quod prodeſt [h]ero, prodeſſe etiam ſeruo. contraq́. neque enim manet herus ſine ſeruo, neque ſeruus ſine hero damniq́. aliquid acciperet herus, ſi interiret ſeruus: neque enim haberet, qui ipſi miniſtraret. ſeruuſq́., ſi amitteret herum, cum ipſe non queat ui ſua res ſibi accommodatas curare, incommodum & ipſe acciperet. Loquitur autem de iis hominibus, qui natura ſerui ſunt, non de illis, quales intellig[it] [in]itio fabulæ cuiuſdam ſeruus Ariſtophaneus. ipſi namque ſapientiores ſunt eris: & quamuis eos a[d]moneant, doceantque quid ſecto opus eſſet, quia tamen eorum optima conſilia deſpiciuntur, una cum illis plectuntur.

Natura.) Ex his quæ tradita iam ſunt, elic[it] [illegible], diſtinctam eſſe feminam à ſeruo, ſi quis naturam ſequetur: longè enim aliud munus eſt mulieris a[c] ſerui, ut oſtendit. etſi inueniuntur, qui mulieres loco ſeruorum habent, eo nihilq; ipſarum infirmiora ſunt. mulier [ete]nim[q́]. una [c]um uiro procreationi filiorum facta eſt: ſeruus uerò ad parendum miniſtrandumq; natus. Videtur a[utem] [h]oc ad[diʃ]ſe, ne quis putaret feminas propter imbecillitatem conſilii non diſſerre pare à ſeruis natura, quo[d] [illegible] [n]ihil pe[ni]tus ualere conſilio, ſpectatis præſertim moribus barbarorum. Cauſam autem afferens eius quod [d]ixit, inquit, naturam non ſolere ſuis in operibus huiuſcemodi aliquid facere, quale faciunt fabri ferrarii. illi namq; fabri[c]ant [gl]adium, uocatum Delphicum, accommodatum tenuitati pauperculorum uno enim ſumtu parant ſibi aliquo mo[do] [illegible] inſtrumenta quorum imaginem & uſum habẽt in uno illo & eodem. Cum autem oſtendiſſet quo[d] [illegible] natura [illegible] ſenſumq́. ab ipſa eſt aperit uim inſtitutumq́. eius, affirmans illam moliri ſolitam ſingulis rebus ſi[ng]ula [illegible] [inſtrum]enta: redditq́; ſtatim rationem conſilii ipſius, laudatq́. illud, dicens Sic enim effici fabricariq́. pulcerrim[e] poteſt [illegible] quodq; inſtrumentum, ſi non multis operibus, [illegible], diuerſis, ſed uni ſeruiat: in hiſq; in eo exiſtet, quod impediat uſum eius rei, cui paratum eſt, ut in alteris illis neceſſario contingit. Videmus enim hoc paſsim uſu uenire in his inſtrumentis, quæ hodie quoque fabricantur ad imaginem gladii illius Delphici. Cum uerò tradiderit hic Ariſtoteles, naturam rerum abhorrere ab hoc more: & iam an exploratum ſit, membra quædam corporis humani, ut cæterarum etiam animantium, non unum tantum munus obire, atque id facere propriè ſuaque ex ui: parturiret hoc meritò quempiam, niſi uideremus quomodo ſcrupulus hic euelleretur: præſertim cum auctor ipſe in 3. libro de Partibus animalium contrarium teſt[at]ur, affirmetq; naturam morem hunc habere, ut membra, facta ad certum uſum, eſs tenr ad alias res, & plures ſanè, ut cõtingere docet in elephãti proboſcide, & humana lingua, qua guſtamus ſapores, & orationem fingimus: id quod non uno loco affirmet, ſed pluribus eodem libro. Videtur igitur, ne ſummum doctorem aduerſari ſibi dicamus, ita accipi ſententia hæc debere. hucq́; negaſſe auctorem naturam efficere, cum ſcilicet contingit uſum tractatumq́; unius mol[e]ſtiæ multum impedimentiq́; afferre alteri operi. Quod cum minimè euenit diuerſiſq́; temporibus illa adminiſtrantur, nihil obeſſe. nonnullaq; huiuſcemodi membra in animantibus eſſe intelliguntur. & non lingua tãtum, ſed aliæ etiam, in quibus ſunt partes corporis aptæ generationi animantium, & in feminis, & in maribus.

Apud barbaros.) Reſpondet hoc ei, quod dixit, natura diſſentire muliebre genus à [ſeru]ili: docet enim, in quibuſdam gentibus, id eſt apud Barbaros, moribuſq́. ipſorum, rem aliter ſe habere: apud illos namq; feminam & ſeruum eiuſdem ordinis eſſe: placet enim [illegible], quo auctor uſus eſt, ordinem appellare, ut Virgilius feciſſe uidetur, cum cecinit:

——*ſi omnes uno ordine habetis Achiui.* Cauſam autem apertè affert huius rei, eſſe matq; id uſu uenire apud ipſos, quia carent eo, quod factum eſt ad imperandum. cum igitur illic non inueniatur ingenium tale, neceſſe eſt copulam ſocietatem que ipſorum conſtare ex ancilla ac ſeruo, ita enim uir ſeruus eſt, ut mulier. Idem autem de inſtituto hoc Barbarorum protulit Plato in 7. libro de Legibus. Affirmauit enim Thracas, & multas alias gentes uti opera mulierum in ſeruilib. officiis, contrà, ac Græci facerent, id eſt in colendis agris & pecora paſcendo & cæteris huiuſcemodi utilibus miniſteriis. Ariſtoteles tamen utitur teſtimoniũ poetarum, tradens hunc ſenſu illos dixiſſe decere, rectumq́. eſſe Græcos imperium habere in Barbaros. Euripidis autem uerba hæc ſunt ex Iphigenia in Aulide. Addit autem, illos quoque putaſſe, intelligiq́. id ex huiuſcemodi ipſorum uocibus, idem natura eſſe Barbarum, ac ſeruum. Vocaſſe uerò ſolitos Græcos Barbaros populos omnes, qui illo, quo ipſi, ſermone uterentur, notum eſt: ut Macedonas etiam & Romanos, cum ſine metu poterant, ita uocarent. Atq; id, quia ut linguam aliam, ita etiam mores & inſtituta haberent: neque enim excolebant ingeniũ Barbari honeſtis artibus ac diſciplinis.

Ex his igitur.) Concludit è duabus, quas expoſuit, ſocietatibus conſtare domum, quam initium eſſe inquit ac condendæ ciuitatis: illæ uerò ſunt uir & uxor, atque herus & ſeruus. oſtendit autem idem de hac re ſenſiſſe Heſiodum, interpretaturq́ue ſubtiliter præceptum ipſius. Prior enim communio illic aperta eſt, poſterior egebat declaratione. Docet igitur, cum poeta ille appellauit bouem, intellexiſſe ipſum ſeruum: bos namq; (ut affirmat) uice ſerui eſt apud pauperes: operis enim ruſtici ſocius eſt, minuitq́; ualde miniſterio & labores coloni.

Communio igitur.) Rurſus colligit, quod item ducitur ex iis quæ iam tradidit, communionem natura conſtãtem, promptaq́; ac parata habentem cuncta, quæ opportuna ſunt uſibus unius diei, ut nihil illic deſiderari poſſit, quod ualeat ad bene uiuendum per uno illo ſpacio temporis, domum eſſe: adiungitq́; uariis nominibus participes huius communionis, quique in eadem domo uiuunt, appellatos primùm fuiſſe ab illis doctis uiris, qui hæc curarent. Charondam enim Catanæum, qui ſcripſit leges, uocaſſe illos tradit [illegible]: quia cuncti panem, quo aluntur, ſumunt ex eadem arca. [illegible] enim, quo uerbo utitur,

tur, cum idem prorſus oſtendere uellet Ariſtophanes in fabula, cui Diuitiæ nomen dederunt, eſt huiuſcemodi capſa. Ep[illegible] uidem uerò Cretem narrat eoſdem uocaſſe, [illegible], eodem ſenſu. [illegible] namq; eſt, unde alimur, cibus. Quare otte[illegible] Grato mat[illegible] putarit [illegible], qui ſunt Latinis caupones, ab eo nomine ductos eſſe, quod uendāt, que nobi[illegible] aléi[illegible] nece[illegible] ſunt. Arbitror autem hanc ueram eſſe lectionem: [illegible] in quibus ſcriptum ſit, [illegible] uocis poſterior pars ſumum ualet. [illegible] etiam illa tralatio hanc uocem exprimit. quare D. quoq. Thom[illegible] ipſam ſequutus, ut qui meliorem non uidiſſet. Multas autem uoces Græci ſic [illegible]. Vt enim [illegible] & [illegible], & quem inter po[illegible] auctor, [illegible], ita [illegible], & [illegible] quondam uocabant [illegible] unicum harum auctor Polybius in v. libro, ubi loquitur de beneficijs magnis, quibus affecerant in grauiſſimis coru[illegible] Arcades M[illegible] commemorat enim, [illegible] receptſſe ipſos, [illegible] patrijs, ſuas in domos, & ciuitate etiam donaſ[illegible] poſteriore [illegible], eum appellans Amphitryonem [illegible] Iouis, quia ambo uti eſſent eodem c[illegible]. Alcmenam enim uxorē eius amauerat Iuppiter, & ex ip[illegible] Herculem ſuſceperat.

Quæ autem e pluribus.) Adiungit communionem; conſtantem è pluribus domibus, primam quidem illam uocat pagum. Primam uerò inquit eruditè: ciuitas enim quoque eſt communio coagmentata e pluribus domibus [illegible] non eſt illa prima. Primùm enim multarum domorum, propinque in loco ædificatarum, [illegible] gignit pagum deinde ciuitatem, [illegible] multæ ipſæ fuerint, ut ex illis plures pagi conficiātur. Addit autem deſcriptio[illegible] [illegible] domu[illegible], non propoſita eum habere commoda tantum, [illegible] dici, quod ſpectatur in domo [illegible]. In pago [illegible] ſunt opifices uariarum artium, & ſi non tot, nec ita periti, ut in orbibus.

Maxime autem ex natura.) Naturalem ortum pagi demonſtrat, qui eſt tanquam coloni plures ex una domo profe[illegible] ſcilicet parentis alicuius plures filij, in una eademq; domo commodè non uiuentes, propria ſibi domicilia ædificant. Ita enim paulatim, creſcente numero domo[illegible] gignitur pagus. Nec tamen omnem pagum talem eſſe affirmat. Vſu namque uenire poteſt, & ſanè contingit aliquando, [illegible] uarijs locis homines, non coniuncti inter ſe ſanguine, ueniant in eādem ſedem: atque illic domicilia ſibi conſtruant, tot numero tam, ut pagum ex ipſis conficiant. Verum autem eſſe, quod dicit, confirmat primùm uocibus quibuſdam: non deerant enim, qui huiuſcemodi cœtum hominum uocarent nominibus, quæ hoc declarant, id eſt [illegible], quaſi fratres, qui eodem lacte alti forent: ut alij nonnulli, in quibus etiam Homerus fuit, qui appellarunt ipſos [illegible], & [illegible]. Verſum autem ſummi poetæ, quo ita locutus eſt, expreſſit Virgilius, cum cecinit, poſteros ſignificare uolens,

Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

Idem ferè, quod hic noſter docuit, memoriæ prodidit M. Cicero in 1. libro de Officijs, cum de his ſocietatibus præciperet, extremum certè hoc expreſſit, dicens: Sequuntur fratrum coniunctiones, pòſt conſobrinorum, ſobrinorumq;, qui cum una domo iam capi non poſſint, in alias domos, tanquam in colonias, exeunt.

Quapropter & ciuitates.) Idem confirmat ſigno quodam & nota non contemnenda huius rei. Illam enim cauſam eſſe dicit, cur olim ciuitates libenter regibus parèrant, uniusq; imperium atq; auctoritatem ſequerentur, & ſua quoque ætate nationes, id eſt populi Barbari: prodierant enim, cum in eaſdem ſedes ſe contulerunt, ex locis, qui in poteſtate unius erant, id eſt, e domibus. Hoc enim eſt, ut omnis domus regatur à ſeniore, qui tanquam perſonam regis ſuſtinet. Inde uerò profectum eſt, ut coloniæ quoque propter cognationem, ab uno ſcilicet regerentur. Plaoum autem eſt [illegible] ipſum colonias pagos, ea de cauſa, quam repoſuit.

Et hoc eſt quod dicit Homerus.) Vtitur etiam auctoritate ſummi poetæ, qui idem oſt[illegible] priſcos ſcilicet, ut ipſis commodum erat, ſolitos regere ſuam familiam: [illegible] loquutus illic de Cyclopibus, quos narrat [illegible] habuiſſe [illegible], ut ſinguli [illegible] liberos & uxores gubernarent ut uolebant. Statim autem affert cauſam huius rei. [illegible] hoc eum [illegible] quia ſparſas domos & diſſeminatas habebant. Quem morem fuiſſe illius temporis adiungit, ut ſcilicet ſedes & domicilia haberent, non parui ſpacio loci ſeiuncta inter ſe. Plutarchus quoq; in Theſeo, cum idem de ueteribus incolis agri Attici commemoraret, eodem uerbo, quo hic Ariſtoteles, uſus eſt. Illi enim, antequam ipſos Theſeus in idem oppidum, [illegible] perduxiſſet, in [illegible] diſſeminatas inter ſe lociis eius telluris domicilia habebant. Quod [illegible] etiam Cicero in 2 libro de Legibus. Sed etiam Plato in 3 de Legibus citat hoc teſtimonium poetæ, cui conuenit cum iudicio Ariſtotelis: exiſtimat enim ille quoque [illegible] ciuitatis, ſiue familiæ alicuius, a cunctis uocari [illegible]. Nec non hunc noſtrum in X. de Moribus ad Nicomachum attigiſſe eundem Homeri locum, notum eſt: ubi queritur in multis ciuitatibus negligi publicam diſciplinam, uel potius ipſam eò inductam nunquam fuiſſe, uiuereq; illic omnes, ut uoluntas ipſis fert, more Cyclopum.

Et deos hanc ob cauſam.) Tangit etiam aliam rationem, quæ declarat idem, priſcis ſcilicet temporibus ſolitos mortales in poteſtate regum eſſe. Illa autem eſt conſenſus omnium gentium, quæ arbitrantur deos regem habere, cæteroſque regi ab uno: id namque nulla alia de cauſa uſu uenire cenſet, niſi quia ipſi illi homines tunc eo genere reip. utebantur: ſuſtiſta enim [illegible] ad deos transferebant. Verum autem partitione, affirmans partem hominum uſque ad ſua tempora morem illum ſeruaſſe: partim uerò, quibus id poſtea non placuerat, antiquitus & ipſos ſub regi fuiſſe, cuiuſmodi erant Græci. Quod autem tradit, uerifimile reddere uolens, homines ſcilicet conſuetudinem uiuendi ſuam ad deos tranſportaſſe: [illegible] hoc ipſos alia in ſe feciſſe. Humanam enim formam [illegible] tribuerunt. quare credi debere, quemadmodum in hoc deos ſibi ſimiles fecerunt; ita etiam uitas eorundem ſuæ ſimiles feciſſe. Idem autem, quod hic tradit de more hominum, qui humanam ſpeciem tribuerunt dijs, retulit in 2. [illegible].

E pluribus autem pagis.) Tranſit ad tertiam communionem, cui efficiendæ inſeruiunt ſuperiores duæ: quamque conſtare dicit è pluribus pagis, atque abſolutam perfectamque uocat: illam uerò ciuitatem eſſe inquit. Addit autem, ut magis explanet & ornandæ qua aptum, communionem hanc continere in ſe terminum, ultimumq; bonorum illorum, quæ uitam exornant, ipſiq; cumulandæ requiruntur. Veritus tamen ne plus dixerit, quàm ueritas patiatur (multa namque requiruntur, ut ipſis contenta penitus ſit uita humana) tanquam ſe corrigit, ut ita dicam, adiungens. Pergens autem eam magis laudare, bonaque ipſius aperire, inquit illam [illegible] ortam conditamque primo fuiſſe uiuendi cauſa, ſed eſſe bene beatéque uiuendi. Hoc (ut opinor) ſignificans, homines, qui primi orbem condidere, propoſuiſſe ſibi inde commoda multa & utilitates inueniſſe tamen in ipſa uitam tranquillam, ac refertam multo pluribus bonis, quàm ſperaſſent, ſi modò ipſis rectè uti ſcirent. De primo ſtatim urbis ortu idem dicit Plato in 2. de Optima rep. impuliſſe ſcilicet mortales, ut unà uiuerēt: quia nemo tam multa bonorum in ſe haberet, ut contentus ipſis eſſe poſſit.

Quare omnis ciuitas.) Elicit e ſuperiore diſputatione ciuitatem conſtare natura. Quod tamen, ut planius intelligatur, [illegible] magis, uel potius, unde deducatur, declarat: atque id duobus argumentis, quorum prius tale eſt: Cùm ea, ex quibus conſtat ciuitas, natura conſtent, ut demonſtratum eſt: illa autem ſunt domus ac pagus: perſpicitur, quod inde conformatum eſt, natura & ipſum conſtare. Totum enim reſpondet partibus. Adiungit autem naturam eſſe finem, & id, quò cætera referuntur: quod etiam leuiter probat, & communi iudicio [illegible] utraque. (Quale enim, inquit, eſt unumquodq;, cùm iam perfectum & abſolutum eſt, non adhuc inchoatum (id enim ualet, non [illegible] facta iam & ad ſummum perducta generatione ipſius) hanc dicimus naturam eſſe illius, quodcunq; ipſum ſit: loquitur autem, exempli loco, ceu hominis, equi, domus. Quis enim non uidet, minimè naturam eſſe hominis, quæ illa geſſit, infans adhuc, uel puer. Hac enim ætate ſemper exiſtimauit Ariſtoteles [illegible] parum diſcrepare à belua. Eadem ratio eſt equuli & domus inchoatæ: neque enim inde capi adhuc poſſunt commoda, [illegible] uel quæ, qui à d[illegible] Exemp[illegible] autem declarauit, hoc uſu uenire in omni natura, id eſt & participa rationis qualis homo eſt [illegible] & ſenſu etiam carente, inanimoq;, quod domui contingit. Quod ad uerbum [illegible], eodem pacto locutus eſt Plato in 5 libro de Rep. ubi docet, oportere pueros in caſtra ducere, ut in illa [illegible] que gen[illegible] alt[illegible], cùm iam grandiores & firmiores facti fuerint.

A[illegible] autem cuius [illegible]) Poſt[illegible] Infert igitur illud, ſatueobtinendi cauſa cuncta, quæ antecedunt, ſicut, quod [illegible] & proprio nomine uocatur fin[illegible] arbitrem quod adiunxit, Et finis) eſt optimum. Quibus autem contentus eſſe poſſis, tenere iam (quod [illegible] in ciuitate: dictum enim eſt, ipſam eſſe talem, id eſt omnia continere, quæ proſunt ad bene beateq; uiuendum) eſt finis, nec tantum finis eſt, uerum etiam optimum. [illegible] enim reperiri poteſt, quod meliorem illum reddat, qui abundat omnibus rebus, aptis ad eum ornandum atq; [illegible]

Ex

Ex his igitur perſpicuum eſt.) Colligit, quæ proximè conſtituit: loquit enim, perſpicuum eſſe ui explicatorum argumentorum, ciuitatem natura conſtare, non arte & ſtudio, & hanc primam originem eius eſſe: & hominem itidem natura duce animal eſſe, ad ciuitatem colendam aptum. Quibus addit, certum ſanè è ſuperiora diſputatione: itidemq; aliquo modo ductum, hominem eum, qui remotus eſt à ciuitate, natura ſcilicet ac uoluntate, non caſu aliquo & inuitus, ſiue peſſimum eſſe, ac nequiſsimum: ſiue meliorem, quàm conditio humana ferat. qui enim fugiunt cœtus hominum, ut facilius res naturales aut cœleſtes contemplentur, cùm ad meliorem partem uergant, ex hominibus, quaſi dij fiunt. Quod ἄπολιν uocat auctor talem hominem, Diogenes ille Cynicus, cùm ſibi tragicas execrationes contigiſſe diceret, ipſasq; enumeraret, primùm ſe aiebat carere ciuitate, eodem uerbo utens: cui adiungebat multa, quæ & ipſa incommoda reliqua, quæ premunt ualde mortales, ſignificarent. Ariſtoteles ipſe, quod facit ad eum oſtendendum, qui culpæ affinis, & illi quidam graui, ſeiungit ſe à reliquis mortalibus: docet factum facere poetam qui uerbis, quæ adducit, talem hominem notauit, & infamia aſperſit. ſumta autem illa ſunt è 9 libro Iliadis, edita illic à Neſtore, inſimulante obſcurè auctoris ſimultatis eius quæ penè euertit fortunas Græcorum initio autem ſuæ orationis uſus eſt hac ſententia, qua declarauit, quot malorum origo foret, qui ciuile bellum excitaret. Indicaui autem olim expreſsiſſe huoc locum M. Ciceronem initio 13. ſuæ orationis in M. Antonium, cum diceret contra pacem, nec tamen uideri uellet amare bellum, & domeſticis diſcordijs lætari. quare primùm accuſauit naturam hominis talem, & diligēter ipſam deſcripſit. Addit autem, tanquam declarationem Homericæ ſententiæ, cum qui natura talis eſt, neceſſariò eſſe belli, malorumq; omnium, quæ inde proficiſcuntur, cupidum, ceu uitantem ſemper ſocios ac ſine comite ullo uiuere uolentem. quod uſu uenire etiam in auibus perſpicitur: quæ namq; ſolitariæ ſunt, ſæuæ magna ex parte ſunt, interituq; cæterarum aluntur, ut aquilæ, accipitres. ἄζυγες autem uocari poſſunt tales homines, quia non libenter iunguntur cum cæteris mortalibus. Euripides ἄζυγας λέκτρων & γάμων mulieres appellans, uirgines & innuptas ſignificauit.

Quare autem homo ciuile animal ſit.) Planum eſſe dicit, ac nullo negotio intelligi hominem eſſe animal, ciuitati & coetui hominum colendo factum: uinceréq; ipſum in hoc & apes & cæteras animantes, quæ gregatim uiuunt. Quod autem id appareat, & oſtendit, eſſe dicit hoc, quòd nihil fruſtra molitur natura, & quod non alicui fini inſeruiat. uidemus autē hominem ſolum orationis compotem eſſe: nullum uerò fructum hoc ipſi ferret, ſi ſeiunctus ab hominibus uiueret. oratione enim & facultate loquendi nos alijs facimus ſenſus animi noſtri. Quod ſignificauit, apes, & præterea nõnullas alias animantes habere in ſe aliquid, quod uitam ciuilem referat, etſi ipſas ſuperari in eo ab hominibus affirmat, prætereà quòd ipſe idem de apibus prædicauit: ubi in hiſtoria animantium naturam earum, omni admiratione dignam, celebrat. M. quoque Varro in libro de uillaticis paſtionibus, ornans ſummo ſtudio eas, propius adhuc ipſas accedere ad talem uitam colendam inquit. Eiuſdem autem ordinis ſum facit hic Ariſtoteles & uolucres & quadrupedes nonnullas, quæ congregantur cum apibus, plus tamen tribuit in hoc Varro ſcriptor apibus, atq; id uerè, ut apparet, & ut ipſe accurate docet. Quod uerò facit ad uerba, quæ hic uſurpantur ἀγελαῖον ζῷον, quod dicit hic noſter, uidetur Cicero ſignificaſſe: cum in 3. de Finibus inquit, Congregatione aliæ cœtum quodam modo ciuitatis imitantur. ſed non hoc tantùm uerum etiam expreſsit, ut potuit, πολιτικά.

Vox igitur triſtis ret.) Occurrit ei, quod aliquis dicere potuiſſet, uocem eandem uim habere, quam habet oratio, cuius participes ſunt helluæ, poſſeq; idem præſtare. Tradit igitur, refellens id, uocem, notam indiciumq; eſſe doloris ac uoluptatis quam ſentiunt animant[illegible] ipſam edunt. unde non in homine ſolum, uerum etiam in cæteris animantibus exiſtit. Naturam namq; bel[illegible]um terminum eum habere affirmat ſuæ progreſsionis: nec participem ullius dotis eſſe, quæ maiorem ipſam perfe[illegible]oremq; reddat: notumq; ſentire, quod moleſtum, & quod iucūdum eſt: nec ſentire tantùm, uerum etiam al[illegible] ſignificare. neque enim eandem uocem edunt quadrupedes & aues, cum iam aliquam lætam, & cum triſtem nactæ ſunt. ſed longè aliam. quare audientes aues certam quandam uocem auem ſui generis edere, fugiunt: aliam uero, indicemq; uoluptatis, ad conuolant. Nec tamen me fugit, uideri aliter ſcribere philoſophū de hoc in 9. libro Hiſtoriæ animalium, ubi naturam coruorum exponit, quod uſu uenerit in agro Attico & Peloponneſi regionibus commemorantem, ut quodam tempore aues hæ deſeruerit penitus loca illa, uniuerſæq; ſe contulerit ad Theſſaliæ urbem [illegible]alum, in qua Mediæ hoſpites occiſi fuerant, tanquam ſenſum habeant ſuarum ſignificationum: ita enim uertit locum Plinius. Nec tamē arbitror diſſentire Ariſtotelem illic ab eo, quod hic tradit, & quod doctrina ipſius magis congruit ſed tantum narraſſe, quod audiuerat. præter quam quod non omnino dicit coruos ſenſum habere ſuarum ſignificationum, ſed tantum αἴσθησιν τινὰ τῶν τοιούτων ἀλλήλοις σημαινόντων, id eſt ſenſum aliquem, tanuē tanquam & exilem. Valet etiam multum collatio duorum horum inter ſe locorum ad ueterem meam opinionem confirmandā de ueritate lectionis eius loci, declarandumq; ἀγελάζονται illic legi debere, non [illegible], ut eſt in excuſis, quia hic auctor eandem rem agens, uſus eſt eadem uoce. ſed quia plenior diſſerui de hac quæſtione in 37. libri cap. 1. meorum Var. lect. non ero nunc longior. Oratio autem, hic inquit, data eſt homini, ut oſtendat id, quod prodeſſe & obeſſe ualet. unde ſequitur, ut eiuſdem ope ſignificemus, & quod iuſtum, & quod iniquum eſt ſequitur autem atque inde aptum eſt, quia iuſtitia in hoc manat, ut ſinguli homines bona & mala obtineant, quibus digni ſunt: & illa iuſtè facit, qui hoc diligenter ſeruat.

Hoc enim aduerſum cæteras animantes.) Affert cauſam huius, quod dixerat. ea uocem eſt habere hoc proprium hominem, cuiuſque cæteræ animantes participes minimè ſunt, quod ſolus bonum & malum ſentit, & ut hoc, ita etiam iuſtum & iniuſtum. & alia uerò, quod hic addidit, intellexit honeſtum & turpe, cæteraq; huiuſcemodi, quæ oratione oſtenduntur. Communionem autem harum rerum gignere inquit domum & ciuitatem. ut enim horum commodorum & maximarum utilitatum participes fierent mortales, primò domos ædificarunt, deinde urbes condiderunt, atque illis, tuti ab omni iniuria, uiuere uoluerunt. Animaduertendum quomodo uerum ſit, quod inquit, ſolum hominem ſentire bonum ac malum, atque alijs hominibus monſtrare, cum ſupra dixerit beluas uoce indicare ſe lætari, aut dolere: uoluptas enim bonū eſt, dolor autem malum. An ex uerbis ipſis poteſt elici diſſolutio huius quæſtionis? Dixit enim uocem quadrupedum & auium notam & indicium eſſe harum rerum: non enim eam uocem tunc illæ edunt, ut cæteræ ſui generis animantes malum caueant, in quod ipſæ inciderunt, aut inuitant ipſas ad eaſdem uoluptates percipiendas. ſed natura duce ſuorum contrariorum affectuum diuerſis tēporibus ea ſigna dant hæc enim notio eſt uerbi σημαίνειν: homines autem oratione declarant, aperiuntq; (hoc enim ualet uerbum, quo uſus eſt, δηλοῦν) quod prodeſt & obeſt: atque ita, tota re patefacta, docent quid facere illos oporteat. Vt autem auctor, transferens hic uerbum, inquit boni atque mali, nec non iuſti & iniuſti αἴσθησιν ἔχειν (namq; enim hæ res ſenſibus percipiuntur) ita M. Cicero in 2 Philippica di[illegible]is, libidinoſos, auaros, facinoroſos ueræ laudis guſtatum non habere, unum pro cæteris omnibus ſenſum p[illegible]nens.

Communia autem horum parit domum.) Deſiderium bonorum, quæ modò narrauit, excitaſſe primùm homines affirmat, ut domos & urbes ædificarent, unaq; illic uiuerent: neque enim ſeiuncti & in remotis locis degentes, frui poterant ipſis: quomodo enim diſperſi præſidio ſibi fuiſſent ad mala uitanda, & commoda multa uitæ obtinenda? eodēq; pacto expertes penitus fuiſſent iuſtitiæ. nec multas alias uirtutes coluiſſent, quæ ſunt propria bona mortalium. Appellat autem extremas duas coniunctiones pagumq;, qui medius inter ipſas eſt, relinquit.

Et prius quidem natura ciuitas eſt.) Cognoſci poſſe inquit ex his, quæ tradita ſunt, ciuitatem prius eſſe, quàm domus, & quàm ſinguli mortales ſint, non ſimpliciter tamen, ſed natura. Cum enim demonſtratum ſit, & domum, & hominem partes ciuitatis eſſe, & finem eum habere, eodem tempore declaratum eſt ipſam illo modo præcedere. Et ſi autē hoc è ſuperioribus poteſt elici, ipſe tamen laboris leuandi cauſa id explanat: dicens totum prius neceſſario eſſe ſua parte. ciuitas autem eſt totum. Quod etiam ita ſe habere confirmat hoc pacto. extincto enim toto homine, non manebit neque pes, neque manus. Quod ſi quis cōtendat, membra illa, parteſq; adhuc reſtare, quia ita in mortuo etiam homine ipſa uulgo uocantur: oſtendit nomen tantum ea retinere uim autem, naturamq; amiſiſſe: ſimiliq; hoc confirmat: poſſet enim inquit aliquis manum uocare è lapide formatam, quæ tamen manus non eſſe perſpicitur: neque enim fungitur munere manus. manus uerò hominis mortui talis profectò eſt. Addit autem ipſe ut hoc probet, cūctas res

offi-

officio ſuo ac poteſtate, quam habent, definiri, quare nullo modo oportere neque uerum eſſe, ipſas, cum munus id obire nequeant, eaſdem exiſtimare, & eodem nomine appellare. Cum uerò id fit, intelligendum eſt, eas nomen tantum commune habere, naturam autem longè aliam. Documentum uerò, & quaſi norma quædam, qua hic utitur ad declarandum priorem eſſe ciuitatem, quàm domum, nota eſt: non enim, ut interempto animali partes corporis ipſius ſtatim intereunt, ita [illegible] ex-ſtinctis animal ipſum moritur. Videmus enim animantes multas uiuere, orbatas aliquibus membris, ceu homines ſine manibus ac pedibus.

Ciuitatem igitur natura conſtare.) Repetit paucis, ut ſolet, quod proximè præſtitit. Planum enim factum eſſe dicit, ciuitatem & natura conſtare, & priorem eſſe, quàm ſinguli ciues ſint, qui illic uiuunt: nec tamen non adhuc exponit, quod magis aperit poſterior hoc, id eſt ſimile, quo uſus eſt, hic conuenire. Inquit igitur: Si nanque, ſinguli homines ſeiuncti a cæteris, nô poſſunt bene uiuere, carentq; rebus non paucis ad beatè uiuendum neceſſarijs, non ſunt q. demum [illegible]. perſpicitur ipſos eodem pacto ſe habere ad totum, ut ſe habent partes, quas declaratum eſt ſeparatas ac mortuas, propriè uocari partes nô poſſe, & inutiles prorſus eſſe. Idem igitur in ipſo uſu ueniat.

Qui uero non ualet ſocietatem colere.) Videbat optimus magiſter duo genera hominum inueniri, quæ contrarijs modis ualde diſcrepant ab ingenio reliquorum mortalium, ſoliq. uiuere malunt, & fugiunt huiuſcemodi cœtus: qui tamen non multi ſunt, ſi diligenter attendimus. Illorum alteri ſunt ita feri & agreſtes, ut nullo modo ualeant cum cæteris hominibus communitatem ſeruare: alteri autem neceſſe non habent ciuitatem colere, quia cuncta in ſe poſita habent, quibus merito contenti eſſe poſſunt. quid uerò de his ſentire nos oporteat, & quo numero eos habere, ſignificat. Affirmat igitur hos, etſi etiam in ciuitatibus degunt, nullam tamen partem ipſarum haberi debere. Quare ſequitur, ut talis homo aut belua ſit, aut deus. Alter uerò eorum beluá ſit, & alter deus, apparet. Prior namq; ille, ſi poſſet ferre communionem, egeret in primis conſuetudine cæterorum hominum, & aſperitatem illam ſuam abijceret, meliorq; fieret: poſterior uerò non abhorret natura à ſuo genere, ſed contentus ſuis bonis, quæ maxima ſunt, non curat cum cæteris mortalibus uiuere. unde non poteſt aliquid capere, quod magis perfectum ipſum reddat.

Natura igitur in omnibus propenſio eſt.) Cum probarit iam, quod aliquam in partem uideri potuit cuipiam confirmatione egere, concludit ex ijs quæ conſtituit, natura manere in omnibus hominibus impetum quendam appetitionemq;, naturalem ad huiuſcemodi ſocietatem ſtatimq; commêdat eum, qui primus origo cauſaq; fuit huius communionis, id eſt qui condidit ciuitatem, diſperſuſq; prius mortales, ac uitam beluarum ſequentes impulit, ut ſimul uiuerent, & huiuſcemodi cœtus frequentarent. Etſi enim homo natura factus erat ad hanc ſocietatem perſequendã, egebat tamen duce & auctore aliquo, qui, quod in animo inchoatum habebat, perficeret. Illum igitur, qui hoc præſtitit, maximorum bonorum cauſam fuiſſe affirmat. cuius iudicij ſui rationem reddit, dicens: Eodem pacto quemadmodum animal hoc, quod uocatur homo, perfectũ, optimum eſt omnium animalium, ſic ſeiunctum remotumq; à lege ac iuſtitia, id eſt depravatum, extinctis ſeminibus illis naturalium bonorum, quæ in ſe habebat, peſſimum eſt omnium. Vt autem mortalem eum, qui exuiſſet naturale bonum, oſtenderet uincere cæteras animantes prauitate facultateq; nocendi, affirmat maximè moleſtam eſſe iniuſtitiam, armis inſtructam. Quæ uerò arma intelligat, ſtatim oſtendit, & quomodo mortalis aliquis ipſis ornatus eſſe ualeat: à natura uerò eum illa habere, naſciq; ipſis munitum, tradit: ſunt enim ipſa prudentia & uirtus, quæ tamen natura homini non præbuit, ut ipſis ad perniciem aliorum uteretur, ſed ut opa ipſorum & ſibi & cæteris prodeſſet: natior enim magiſq; proprior hic eſt uſus eorum. qui tamen mala conſuetudine corrupti, ipſis abutitur. Quod uerò inquit, oſtendere uolens homines naturæ impulſo ferri ad hanc communionem, in ipſiſq; eſſe huius rei [illegible], putari non ſine cauſa poſſet: Cicero idè ſignificare uoluiſſe, cum Cælium defendens, ita de Catilina locutus eſt: Neque unquam ex illo delendi huius imperij tam ſceleratus impetus, & quæ ſequuntur. Sed fortaſſe Cicero illic intellexit eo uerbo maiorem conatum, cum ualeat [illegible] tantum appetitio, ut idem uidetur alijs in locis hoc uerbum Græcum expreſſiſſe. Quod uero hic noſter narrat de homine auerſo à legibus, idem ferè Plato affirmet in 7. de Legibus de puero, qui cuſtode caret. quare caſtigari oportet eum frenare, multiſq; tanquam uinculis coarctare, non etiam ualde diuerſis uerbis utens.

Quare ſceleratum & ferum) Cognoſci oſtendit ex ijs quæ tradita ſunt, talem hominem eſſe maximè ſceleratum, & alieniſſimum ab omni humano cultu, quem penitus exuit: contrarium autem ipſi, id eſt, qui iuſtitiam colat, factum eſſe ad ciuitatem frequentandam. Etſi autem hæc non magno negotio intelligi poterant ex ijs, quæ iam expoſuerat, tamen apertè ipſa & explanare uoluit, ut maius in odium uitam illam, à ratione uacuam adduceret: & nos ad iuſtitiam colendam, quæ eſt origo huius ſummi boni, inflammaret. Adiungit etiam, quem fingit & ponit nobis ante oculos, ut cognitis eius uitijs, toto pectore ipſum fugiamus, totum deditum eſſe uenitri, & obſcenas uoluptates ardenter perſequi. Vt autem ipſum uituperauit, ita iuſtitiam laudat: hancq; uirtutem accommodatam eſſe ciuitatibus dicit: cuius ſuæ ſententiæ ſubtiliter rationem ſubducit, dicens [illegible], unde uocata eſt [illegible], quæ iuſtitia eſt, eſſe ordinem ciuilis communionis. Id eſt oſtêdere, quo pacto, qui in eadem ciuitate uiuunt, tueri ſocietatem illam debeant: eademq; res eſt exiſtimatio in iuſtæ, atque iniuſtæ. Docet etiam quomodo diſtinguere poſſimus iuſtum ab iniuſto. Iiſdem autem penè uerbis, quibus hic auctor notauit turpem hominem, uentriq, ac ueneris mancipium eſſe dixit, uſus eſt Plato in 9. libro de Rep. cum partem illã animi deſcriberet, in qua uigent cupiditates. Præterea, ut hic noſter definiuit dicam, ita etiam in V. libro de Moribus ad Nicomachum.

Ei de ut ex archês.) Qui materiam rei cuiuſq; explicare uult, ortum eiuſdem inſpicere debet. A' materia enim per formam ſuam exornata res quælibet ſuum eſſe ſortitur. Proinde ciuitatis quoq; Materiam primam, hoc eſt, eas ſocietates, ex quibus conſtituitur, cûm prius nulla eſſet, conſiderare debemus.

[illegible].) Neceſſitatis quotidianæ cauſa domeſticæ ſocietates omnes ſuſceptæ ſunt. Latini idcirco Neceſſarios uidentur appellaſſe cognatos & affines, in quos neceſſaria officia conſecrentur, & uiciſſim ab iiſdem expectarentur, teſte Feſto.

[illegible].) Societas prima & ſimpliciſſima, ſi numerum ſpectes, inter duos exiſtit. [illegible] lib. 4. Ethicor cap. 12. n. 1. ſocietas precetur [illegible], & lib. 9. c. 9 n. 85. [illegible], conuictum hominum uocat, [illegible], non autem conuictum pecudum, [illegible] Hunc locum Cic. 1. de Offic magna ex parte expreſſit.

[illegible].) Appetitus coniunctionis ueneræ, naturalis penitus eſt, generationis cauſa inſitus, communis homini cum brutis, quatenus animal eſt. Vt etiam Ira, & Gaudium, & Odium naturales ſunt affectus, & homini cum brutis communes. Qui tamen ipſi, quando a ratione diriguntur & reſtringuntur, humanitatẽ quandam, ut ita loquar, induunt. Sic etiam in Ethicis lib. 3. c. 13. [illegible] lib. 7. c. 6. alimẽti & ueneris cupiditatem aliam communem omnibus, aliam ſuo cuiq; animalium generi propriam ſtatuit. Huc facit diuinum illud, Relinquet homo parentes ſuos, & adhærebit uxori ſuæ, non de corrupta, ſed de natura hominis integra pronunciatum. Relinquet conuerſationem domus paternæ, & nouam cum uxore familiam inſtituet, ad generis humani propagationem in uicos & urbas: non interim obedientiam quam parentibus debet abijciet (quod corruptæ naturæ proprium eſt) cum uti domus ab uno patrefamilias, ita uicus à maximo natu gubernari debeat.

[illegible].) Eapropter lib. 8. Ethicor. cap. 14. n. 48. amicitiam inter uirum & uxorem naturalem eſſe dicit, omnibus etiam animalibus communem. Menander item:

[illegible] [illegible]

Apud Rom. ſacramẽto ignis & aquæ, nuptiarum fœdera ſanciri, Lactantius lib. 2. de Orig. n. 20. affirmat, quòd in calore & humore generationis principia conſiſtant. Vnde quis colligat, cœlibatum præter naturam humanam eſſe, uti etiam ſolitariam uitam, infra n. 57. Et proinde eum, qui ad côiugium corporis quocunq; uitio ineptus eſt, imperfectum eſſe: qui uerò aptus eſt, & libidinis [illegible] agitur, nec [illegible] tamen nuptias legitimas data opportunitate amplectitur, uel deteriorem eſſe uel præſtantiorem homine. Præſtãtiorem quidem, ſi potioris uitæ uel theoricæ, uel politicæ ſtudio, œconomicæ huic ſocietati uacare nequeat: deteriorem uerò, ſi propter quaſcunq; tandem alias tranquillitatis, quietis, opulentiæ, amicitiæ ue cauſas priuatas, ſocietatem publicam, quantum in ſe eſt, prodat, ciuem ſibi ſimilem poſt ſe relinquere negligens. Sed & illud hic notandum, coniugium ab Ariſt. [illegible] cauſa tantum concedi. Nimirum ad primigeniæ naturæ penetralia reſpexit. Coadiutorem ſimile Adamo Deus addidit Euam, ſobolis perpetuandæ cau-

ſa.

ſa. Poſteaquam uerò illa credulo marito peccati anſam præbuit non modò primo illi fini, propter quem creata erat adiutor, pœnæ loco adiunctus eſt, ſed & quæ uiro alioqui par erat, uiri imperio ſubiecta fuit: ut quæ libertate ſua contra Deum uſa, marito male agendi cauſam dederat, ſeruitute ſua impoſterum, liberali tamen illa, nec penitus ſeruili, ex Dei præſcripto uſa, marito rectè agendi occaſionem daret cum quantum marito de domeſtica cura, propter uxoris uicariæ miniſterium decedit, tantundem uerè utilibus ſtudijs tam theoricis quàm practicis ſecundùm uirtutem accedere debeat. Ergo poſt lapſum non tantùm βοηθὸς, ſed & ὑπήκοος cauſa uir mulieribus coadiutorio, & uiceſsim mulier uirili opus habere cœpit. Itaq; nō tam barbari (de quibus paulò poſt) quam cordati quiq; uxoribus uti lecti ſocia liberta tem concedere debent: eandem tamen, tanquam uitæ famulæ & adminiſtræ, certis limitibus circumſcribere. (quandoquidem τὸ βουλευτικὸν mulieri ineſſe quidem, uerùm ἄκυρον, infrà c. ult. n. 33. affirmat. adeoq; illa cū opera in minis ſeruilibus honeſtioribus, uti cuiuſmodi ſunt lanam facere, cuquere, pinſere, diſpenſare. Et ſanè hac in parte Germani ſummeritò à Gallis & Italis reprehenduntur, uel priſtorum Romanorum exemplo.

ἀρχὴ φύσει.) Iuris igitur gentium (in quo ſecundum naturam omnes rationis præditi conſentire debent) dominium & ſeruitus erit, ut Prudentior imperet minus prudenti. Econtra ut potentior minus potenti imperet, id iuris eſt Naturalis, hominibus cum belluis, corporis potius quam animi robore nitentibus, communis. Etſi enim in hoc omnes gentes conſentiunt, non tamen idcirco iuris erit gentium, cum non ratione, ſed bellulna imperandi cupidine ducti homines, corporis uiribus & animorum potentia ad parendum ſuæ uoluntati eos cogant, quibus rationis imperio ipſi potius ſubeſſe deberent. Dominium proinde & ſeruitutem diuerſimodè nunc ad Ius naturale, nunc ad Ius gentium referri poſſe, conſtat.

ταὐτὸ συμφέρει.) Quoniam mutuas ſibijnuicem præſtant operas ſeruus atq; dominus, hic imperando, ille parendo, ea propter eidem conducit utriſq; nimirum coniunctio mutua, per quam ſeruo dominus proſpicit prudenter, & ociſsime domino ſeruus miniſtrat fortiter. Sic etiam infrà c. 6. n. 39. Nam iuxta Euripidem, χρήματ᾽ ἐστὶν ἀμφοῖν ἐπιτάδεια πρὸς βίον.

τὴν Δελφικὴν μάχαιραν.) Gladius Delphicus, & uictimarum mactationi & noxiorum ſupplicio inſeruiens: talis quoque Vlyſsis in Odyſſea, quo & in bellis utebatur contra hoſtes, & ad ratem conficiendam.

τὸ θῆλυ καὶ τὸ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν.) Homo ſerui homini, minor maiori, excellentior minus excellenti. Excellentia autem iſta & magnitudo conſideratur uel quo ad animum, uel quoad corpus. Quoad animum quidem, naturæ ductu (ut ſuprà n. 3) prudens imperare debet ſtultiori. Et ſic de Iure gentium rationis rectæ utentium erit Dominium atq; ſeruitus. Quoad corpus uerò, robuſtior & potentior imperat debiliori & imbecilliori. Et ſic de Iure Naturali, hominibus cum reliquis animalibus communi, erit dominium atque ſeruitus. Ergo quo ad animum inter Barbaras gentes, rationis rectæ uſu deſtitutas, dominium atque ſeruitus nulla eſt naturalis, quæ ſcilicet homini ſecundùm eam naturam, qua homo eſt & qua à brutis differt, conueniat (quod nos Iur gentium propriè uocamus) cum omnes ex æquo ſint ſtupidi, neq; ullus dignior, propter prudentiam, qui cæteris imperet. At quoad corporis robur, ſic dominium datur atque ſeruitus, primò inter ipſoſmet, cùm Mas imperet fœminæ extra contubernij uſum, tanquam robuſtior imbecilliori (nam ſecundùm Bionem μορφῇ θηλύτερον πέλεν καλόν, ἀνέρι δ᾽ ἀλκά. Sic hodie Turcæ & Moſcouitæ ut ſeruis utuntur mulieribus, nulla illis ferè libertate conceſſa, uel intra domum, nedum extra) deinde erga hoſtes, quibus iure belli imperant, uictores ſcilicet uictis: quod dominium & ſeruitutem nos Iuris naturalis eſſe dicimus, hoc eſt, homini ſecundùm naturā nō propriā, ſed illi cum belluis communem, conuenientis. Apud Barbaros ergo libertas maximè communis eſt, cum non ſit, qui alijs ratione recta præeſſe queat. Quòd ſi ſeruitus quædam oritur, illa œconomicè quidem ſexus cauſa primùm inter marem & fœminam locū habet politicè uerò inter uictores atque uictos. Vt proinde ſeruis utantur partim apud ſe natis fœminis, partim mancipijs aliunde adductis: ijſq; imperent non ſecundùm naturæ humanæ inſtitutum, ſed uiolenter. Si qui uerò ſunt uel fuerunt olim Barbari γυναικοκρατούμενοι, ij uel imbecillitatis uel libidinis cauſa mulieribus, quibus alij qui cæteri imperant, parere didicerunt. Naturæ ductum & inſtitutum primum Ariſt. ſecutus, Fœminam Mari non parere, ſed unà cum illo ſobolem procreare debere pronunciat. Idipſum ſacræ docent literæ. Mulierem quòd prima peccaſſet, & ſimul ad peccandum induxiſſet maritum, ſeruam factam fuiſſe marito, ut cū maritus foris in ſudore uultus ſui uictum compararet, ipſa domi cum dolore liberos pariat, & cum labore œconomiæ præſit. Sic apud Euripidem Electra:

> Δεῖ δ᾽ ἐμὲ κἀπ᾽ ἐνδόθεν ἐς ὅσον σθένω μόχθου ἐπικουφίζουσαν ὡς ῥᾷον φέρειν,
> Συνεκκομίζειν σοι πόνους. hoc eſt, onus unà ferre & in partem iuuare ut fiat coadiutorium ſimile. Item poſtea:
> ——τὰ δ᾽ ἔνδον ἡμῖν χρὴ ἐξευτρεπίζειν· ἀργὸς οὐδεὶς θεοὺς ἔχων ἂν δύναιτο βίον ἄνευ πόνου.
> Θεοὺς δ᾽ ἔχων τάδ᾽ ἐξευτρεπίζεται καλῶς.

Idem imitatus Horatius de uitæ ruſticæ laudibus:

> ——pudica mulier in partem iuuet
> Domum, atque dulces liberos. Item:
> Et horna dulci uina promens dolio Dapes inemptas apparet.

διό φασιν οἱ ποιηταί.) Sic Iphigenia Aulidenſis apud Euripidem:

> Βαρβάρων δ᾽ Ἕλληνας εἰκὸς ἄρχειν, ἀλλ᾽ οὐ βαρβάρους,
> Μῆτερ, Ἑλλήνων. Τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ᾽ ἐλεύθεροι.

Ipſe quinetiam Ariſt. Græcos popularitar in hac eſſe ſententia, infrà cap. 6. n. 22. aſſerere uidetur.

Ἡσίοδος.) Primo ἔργων, Oeconomiam ruſticam docens, hæc habet:

> οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ᾽ ἀροτῆρα,
> κτητήν, οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο.

Domum primò parare iubet (locum ipſum œconomiæ futuræ: Ponendæq; domo quærenda eſt area primùm, iuxta Lyricum) deinde Vxorem: poſt Bouem, & quæ curam bouis habeat Seruam innuptam. Itaq; non idem planè, quod hic Ariſt. innuit, præcipere uidetur Heſiodus, quaſi domus prima ex coniugali & herili ſocietate conſiſtat: niſi quis uerſum primum à reliquo corpore auulſum tanquam aphoriſmum conſideret, & præceptum craſſo ruſtico datum, ad œconomicā philoſophiam ſubtiliorem accommodet.

ἡ μὲν οὖν εἰς πᾶσαν ἡμέραν.) Hoc eſt, ut in ſeq. loquitor χρήσεως ἕνεκεν ἐφημέρου. Domus enim propter primā & ſimpliciſsimam neceſsitatem paucorum inſtituta eſt. Quibus per propagationem ſobolis in maiorem numerum exceſcentibus, pluribus opus eſt: quorum cùm in domo una copiam habere nequeant, κωμῃδὸν in pagana primùm, mox etiam in urbana ſocietate quærunt. De qua Ariſt. lib. 8 Ethicor. c. 11. n. 39. hunc locum ueluti interpretans, ἡ δὲ τοῦ συμφέροντος συμφέρουσα πολιτικὴ ἐφίεται, ἀλλ᾽ εἰς ἅπαντα τὸν βίον. Ergo μὴ ἐφημέρου χρήσεως intelligit perpetuam, cùm Reſpub. ſit ueluti aeternum quoddam animal.

Χαρώνδας.) Legiſlator Thuriorum in Italia, hoc ipſo quòd legem, quam tulerat, ne quis armatus in concionem ueniret, ſuo ipſemet ſanguine ſanciuerit, celeberrimus.

Ἐπιμενίδης. Epimenides Cretenſis, ſapientiæ nomine illuſtris, cùm ciuitatem Athenienſium ara Ignotorum Deorum erecta à peſtilentia liberaſſet, & Soloni in condendis legibus adiutor fuerit.

ὁμοσιπύους.) σιπύη arca eſt panaria, penus. Vnde ὁμοσίπυοι, quaſi cōpenuarij. Aut ἀπὸ τοῦ πυοῦ, à coloſtro ſeu lacte in caſeum coagulato, primo antiquorum cibo: quo ſanè de cauſa etiam ὁμογάλακτες, à cōmunis lactis cibo, dici poſſent (de quibus paulo poſt, ſed diuerſa appellationis ratione) item ὁμοσίτους, eodem uictu ſemper utentes. Quibus ſeſe ex trineceua adiunguot ὁμοτραπέζους. Iidem quinetiam ὁμοκάπους, cōmuni præſepi utentes, & quod de Hercule & Telamone Theocritus in Hyla pronūciat,

> Οἱ μέσσοι ἀμφότεροι μιᾶς ὁμοδαίτονες ἐκ τραπέζης.

Non ſine ratione quoq; dici poſſent ὁμοδέμνιοι, ab eodem lecto & contubernio: ὁμόκαπνοι, ab eodem fumo hoc eſt, uictu: quorum prior illud atteſtatur coniugali, poſterius herili ſocietati, ex quibus domus prima conſtat: ſiquidem deſiderium naturale animalibus inſitū eſt σίτου καὶ εὐνῆς, cibi lectiq; ut lib. 3. c. 13. Ethicor. ex Homero docet, quorum cauſa & ipſa inter ſe, & homines inter ſe conuerſantur. Hinc adeò priſca nomina, φρατρία, ἀπὸ τῶν φρεάτων, à puteis communibus: πηγαί, ἀπὸ τῶν πηγῶν, à fontibus: πύργοι quinetiam, ſiue Burgorum, à cōmunitate πυρός, quem Barbara uoce ſic appellari Plato teſtatur, imprudēs licet antiquitatem Germanorū linguæ, quib. aſpreſiura ſonu Fur ignis eſt, commendans. Ipſa κώμη uel ἀπὸ τοῦ καίειν, ab urendo, à communi igne (ſic uulgò etiamnum à focorum numero urbium & eorum magnitudinem colligunt) uel ἀπὸ τοῦ κοιμᾶσθαι, à contubernio & communi cubiculo.

ὁμογά-

ὁμογάλακτας.) Eodem lacte nutriti, à teneris, dum adhuc unius & eiuſdem patris uel aui imperio reguntur. Poſteaquam uerò iam adoleuêre, uti domos alias, ita quoq; aliam uictus rationem quærunt in eodem ſaltem uico, quādiu in eadem non licet domo: & tamen ob memoriam primæ conuerſationis ſuæ etiam tunc ὁμογάλακτες dicuntur, quòd non ita pridem fuerint, etiamſi non ſint amplius.

πᾶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται.) Sic etiam cap. 7. n. 5. μοναρχεῖται γὰρ πᾶς ὁ οἶκος. Qui maior eſt, prudentia & auctoritate inſtructior, præeſt in domo, in pago itidem. Germani uoce ſaltem à Romanis mutuata etiamnū præfectum paganum Meyer appellant, qui horum colonis Francogallis Maire dicitur.

διὰ τὴν συγγένειαν.) Propter affinitatē ſcilicet maiorum. Latet enim in his uerbis argumenti à minore ad maius ductio. Si urbs propter domum (à qua tamen longè remotior eſt, quàm uicus) regio imperio adminiſtretur: multo magis uicus, qui ex domibus immediatè conſtat. Hunc locum penè ad uerbum Cic. initio 3. de Legibus expreſſit.

σποράδες.) Locus eſt Odyſſ. 9. de Cyclopibus:

> Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες,
> ἀλλ' οἵ γ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
> ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι, θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
> παίδων, ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι.

Ex quibus uerbis liquet, Domeſticam tantùm, nullam uerò Paganam ſocietatem inter Cyclopes fuiſſe, cùm ſparſim poſitas domos in ſpeluncis haberēt, nō uicatim collectas. Eapropter hæc auctoritas Homerica nō ad uicū, ſed ad domū pertinet.

θεῶν τὸν βασιλέα.) Iouem regem atq; patrem hominumq; deûmq; uno ore ueteres dixêre, à quo reliqui Dij tam maiorum quàm minorū gentium dependerent. Itaq; lib. 8. Ethicorum cap. 12. ex Homero Iouem patrem appellat, quòd regio imperio, paterno illo, non tyrannico, præſit. Vti etiam infrà cap. 12. n. 19.

ὑφ' Ὁμήρου λοιδορηθείς.) Sub Neſtoris perſona Iliados 9.

> ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος,
> ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.

ἅμα γὰρ φύσει.) Synchyſis eſt: τοιοῦτος γὰρ ἅμα καὶ πολ. ἐπιθ. φύσει. Sin uerò legas, ὁ μὲν γὰρ φύσει τοιοῦτος, longè explicatior erit ſententia.

ἅτε περ ἄζυξ.) Videtur poetæ cuiuſdam uerſus ſubeſſe. Participium ὢν poſt nomē ἄζυξ Victorius ſuſtulit. Iugi ſocialis impatiens, adeoq; belli, quo ſocietas humana tam politica quàm œconomica maximè deſtruitur, cupidus.

ὥσπερ ἐν πεττοῖς.) Græci ἄζυγας aues rapaces uocant, aquilas, uultures, accipitres, quòd non in ſolitudine erodant, tanto ferociores, quo magis ſolitariæ.

λόγον δὲ μόνον ἄνθρωπος.) Cic. hunc locum 1. de Legib. expreſſit.

πρότερον δὲ τῇ φύσει πόλις ἢ οἰκία.) Dignitate ſcilicet & perfectione & inſtituto naturæ. Alioqui tempore & neceſſitate prior, magisq; neceſſaria domus eſt, teſte Ariſt. lib. 8. Ethicorum, cap. 14. n. 50.

τὸ γὰρ ὅλον πρότερον.) Perfectum prius eſt imperfecto naturæ. lib. 1. de Cœlo. Nam quod ortu poſterius, natura prius eſt. lib. 8. Phyſico & primo Metaphyſico.

πάντα δὲ τῷ ἔργῳ.) Res quælibet eatenus eſt, quatenus uiuit: uiuit autem, quatenus munere ſuo fungitur. Sic lib. 9. Ethicor. cap. 7. n. 18. ἐσμὲν δ' ἐνεργείᾳ· τῷ ζῆν γὰρ καὶ πράττειν. ἐνεργείᾳ δὴ ὁ ποιήσας τὸ ἔργον ἔστι πως· στέργει δὴ τὸ ἔργον, διότι καὶ τὸ εἶναι. Et eiuſdem libri cap. 9. n. 53. τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζῴοις δυνάμει αἰσθήσεως, ἀνθρώποις δ' αἰσθήσεως ἢ νοήσεως. ἡ δὲ δύναμις εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται. τὸ δὲ κύριον ἐν τῇ ἐνεργείᾳ. ἔοικε δὴ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι ἢ νοεῖν.

μηκέτι τοιαῦτα ὄντα.) Nempe quo ad ἔργον, ſiue ἐνέργειαν, & δύναμιν agendi.

οὐ λεκτέον τὰ αὐτὰ εἶναι.) Quoad eſſentiam & naturam ſuam, à qua functio & facultas tanquam riuuli à fonte promanant.

ὁ δὲ μὴ δυνάμενος.) Quid ſi legamus, ὁ δὲ μὴ, ut reſpōdeat præcedēti membro ὁ γὰρ μὴ. Coniecturæ rationē pete ex Tabulis.

ὁμώνυμα.) ὁμωνύμως ſcilicet, ut paulò antè dictum.

ὁ πρῶτος συστήσας.) Siue Saturnus ille eſt Maronis lib. 8. Aeneid. ſiue Orpheus & Amphion Horatio, alicubi etiam Mercurius: Ciceroni primo de Oratore Eloquentia. Apud diuerſos certè diuerſi huius ſocietatis inuentores & conſtitutores fuere.

ἐπ' ἐναντία ἐστὶ χρῆσθαι.) Prudentia & uirtute ethica abuti homo poteſt, nimirum ad iniuſtitiam. Sed hoc abuſiuè tantùm Prudentia & Virtus dicitur, non propriè. Sic Prudentem ſæpè eum qui Callidus eſt uocamus, & Fortem eum qui Audax eſt, & Magnanimum eum qui Ambitioſus eſt, quoniam ſcilicet quædam uitia ſub uirtutum ſpecie ſeſe uenditare conſueuerunt, propter actiones ſimiles, licet habitus ſint diſſimillimi. Aut certè φρόνησιν & ἀρετὴν, hic intelligit φυσικὴν, ingenij nimirum acumen, & morum proclivitudinem natiuam, quorum utrunq; tam ethicæ uirtutis quàm uitij ethici baſis eſſe poteſt, uti lib. 6. Ethicor. cap. ult. docuit.

διὸ ἀνοσιώτατον.) Eadem habet lib. 7. Ethicor. c. 7. circa finem. Sed quam illic ἀρχὴν, hic ὅπλα uocat.

αὐτὸς ἀρετῆς.) Virtutem propriè ἠθικὴν intelligit, quam Iuſtitia uniuerſim complectitur. Vir iuſtus idem bonus eſt: & bonum uniuerſim iuſtus: reſpectu tantùm differunt, erga ſe, & erga alios. Homo igitur improbus uirtute caret propriè dicta. at ille idem uirtutem habet, impropriè dictam, qua tamen abutitur.

ἡ δὲ δικαιοσύνη πολιτικόν.) Lib. 5. Ethicor. cap. 10. Ius ſimpliciter & Ius Politicum unum idemq; facit, & iuſtitiam totam ἀλλότριον ἀγαθὸν eſſe dicit. Item lib. 8. Ethic. cap. 11. Ius & Amicitiam ad eadem pertinere, & in iiſdem uerſari ait, cùm in omni ſocietate ius & amicitia reperiatur.

δίκης κρίσις.) Sic etiam 5. Ethicorum, ἡ γὰρ δίκη κρίσις τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου.

QVANDOQVIDEM conſtitit ex Procemio, à Materia ciuitatis eſſe ordiendum, quæ baſis ſit futura ordinis Compoſitionis: Materia autem ea eſt, ex qua unaquæque res ſuum ortum ſortitur: certè ea, ex quibus ciuitas conſurgit, conſideranda erunt, ut eiuſdem cognitio certa habeatur. Num. 1. Iam quia in confeſſo eſt, ciuitatem eſſe Communitatem & ſocietatem quandam: genus ipſum diuiſiua methodo tantiſper deducendum erit, donec ad eam ſpeciem, quam quærimus, deueniamus. Coniunctio hominum, natura ſua ſocietatis ſtudioſorum, propter mutuas operas & auxilia (χρείας ἕνεκεν) alia eſt

- Prima & ſimplicior, χρείας ἕνεκα τῆς ἐφημέρου, cauſa uſus quotidiani tantùm neceſſaria, ut ſine qua homo uiuere nequeat, uel quo ad indiuiduum, uel quo ad ſpeciem ſuam. Vide ſeq. ſignum A.
- Secunda & compoſita ex pluribus domibus, χρείας ἕνεκεν μὴ ἐφημέρου, præter quotidianum uſum uitæ ſuſtentandæ homini inſuper ad bene uiuendum neceſſaria, ut & ipſe quo ad indiuiduum ad uirtutem inſtituatur, & quo ad ſpeciem ij quos poſt ſe relinquet liberi recta educatione in uiros euadāt optimos. Vide in ſequētibus ſignum B.

A. Hæc DOMUS dicitur, Cum ipſius

- **Principia**
  - **Proponit.** Coniunctio (συνδυασμὸς) hominis cum homine, oritur à Vitæ deſiderio, ut ſeipſum & in indiuiduo & in ſpecie conſeruet. Lib. 8. Ethicorũ c. 14. n. 52. homines cohabitare primùm inquit cauſa συνουσίας, deinde cauſa τῶν χρειῶν τῶν ἐς τὸν βίον. Sic quoq; hoc loco ſecundùm Philoſophi mentem ſocietas alia inſtituitur cauſſa
    - *Τεκνώσεως, ſiue τεκνοποιΐας, ut quandoquidem immortalis in indiuiduo eſſe nequit, ſaltem ſui ſimilis procreatione ſpeciem ſuam perpetuet. Procreatio autem cùm Maris & Feminæ opera perficiatur, idcirco à Natura potius quàm à Conſilio primam hanc coniunctionem, ad ſpecies conſeruationem introductam, dependere, uel reliquorum animantium exemplo intelligere licet. N.2. Hanc ſocietatem γαμικὴν, cùm finem ſuam procreationis eſt conſecuta, comitatur altera, τεκνικὴ ſcilicet, quæ eſt inter Parentes & Liberos: ſed quia non prima eſt, ideirco omittitur, ſeu potius ſubintelligitur.*
    - *Σωτηρίας, ſiue τοῦ ἐς τὸν βίον ἐπιτηδείου χάριν, ut uitam hanc mortalem uictu & amictu & cæteris ad eam neceſſarijs, quantũ eius fieri poteſt, proroget. Cùm igitur corporis miniſterio, animi uerò imperio quilibet homo ad uitam bene degendam inſtructus eſſe debeat: cæterùm non ex æquo à natura ſinguli hæc dona obtinuerint, ſed alij Corpore, alij animo magis excellere uideantur: quod ſingulis eſt denegatum, id collatis in unum per ſocietatem operis alterutri ab altero contingere poterit. Proinde cùm Animo Principatum debeatur in actione dirigenda, Corpori uerò Seruitium ad eadem exequenda: quicunq; animi perſpicacia & quid in præſens agendum ſit uidere, & quid in futurum proſpicere poteſt, illum eſt Dominari ſecundum naturam. Quicunq; uerò corpore tantùm agere poteſt, & mandata animi exequi, illum eſt Seruire. Hincq; adeò prima ſocietas inter Dominum & Seruum exiſtit, utriq; ad conſeruationẽ ſui à natura, indiuidui humani conſeruationem quærente, indita. N.3.*
  - **Cõfirmat,** & naturales eſſe, et quidem natura diſtinctas, oſtendit, propter perſonarum, Domini ſcilicet & Maris, Serui itẽ & Feminæ natiuam & eſſentialem diſcrepãtiã, etſi interdũ accidentalẽ habeant cõuenientiam. N.4. Explicat perſonarum illarum
    - **Diſtinctionem** naturalẽ, ratiocinatione tali, inter omnes homines recta ratione & educatione utentes
      - **Diuerſos** fines habentia diuerſis quoq; inſtrumentis Natura inſtruere & efficere ſolet. Ratio:
        - **Id** quod melius eſt, Natura ſemper ſpectat & agit, cùm ex æquo ſit potens, ſapiens atq; beneuola.
        - **At** inſtrumentum unum uni tantùm uſui quàm multis inſeruire, melius eſt. N.6.
        - **Ergo** inſtrumentum unum uni tantùm uſui, diuerſa diuerſis uſibus Natura deſtinat & accommodat: non autem ut Ars propter ſuam impotentiam & indigentiam unum pluribus uſibus, ſicuti gladium Delphicum ars fabrilis. N.5.
      - **At** coniunctio Maris & Feminæ, item Domini & Serui, diuerſos habent fines.
      - **Ergo** etiam diuerſis illas organis Natura abſoluit.
    - **Confuſionem** accidentalem, ob Naturæ errorem, uel Inſtitutionis defectũ inter Barbaros, apud quos Femina & Seruum unũ tãtũ ordinẽ cõſtituũt, h.e. cõiunguntur ſimul Mas & Femina, tũ γενέσεως, tũ σωτηρίας cauſa, quũquidẽ mares feminis pro ſeruis utũtur. N.7. Quod ipſum
      - **Ratione** oſtendit:
        - **Inter** quos nulla naturalis diſtinctio eſt dominij & ſeruitutis (nimirum ut prudentior imperet, robuſtior pareat) quandoquidem animo & corpore pares ſunt, inter eos unica tãtùm eſt naturalis coniunctio, maris ſcilicet & fœminæ.
        - **At** inter Barbaros nulla eſt naturalis diſtinctio dominij & ſeruitutis ſecundùm prudentiam et robur, cùm omnes ex æquo ſtupidi ſint, & uiribus corporis tantùm, non animi, utantur. N.8.
        - **Ergo** inter Barbaros unica tantùm eſt naturalis coniunctio maris & fœminæ, quorũ uterq; propter ſtupiditatem ſerui natura præditus eſt & dignus qui alteri pareat. Et tamen quia fœmina uiris robuſtior eſt muliebri, ea propter feminis pro ſeruis utuntur, ut ita mas feminæ tanquam dominus ſeruæ imperet. N.9.
      - **Auctoritate** Poetarum confirmat, Græcos natura liberos, Barbaros natura ſeruos eſſe perhibentium, & proinde iure Græcos Barbaris imperare. N.10.
- **Naturam explicat ium**
  - **Materialem.** Ex his duabus ſocietatibus, altera coniugali, altera herili, Domus primùm conſtituitur. N.11. Quod Heſiodi auctoritate in οἴκου comprobat. N.12. Nam ſocietas Patria, natis iam ex coniugio liberis, Coniugalis ſocietatis uelut corollarium eſſe uidetur: ut, licet & ipſa ſecundum naturæ ſit inſtitutum, tempore tamen ſit poſterior, Tacita proinde uidetur ſubeſſe anthypophora.
  - **Finalem.** Sic definitione uidetur cõplecti: quòd ſcilicet Domus ſit prima naturalis ſocietas, cauſa quotidianæ neceſſitatis & perpetuæ (quantum in hoc genere natura mortalis permittit) inſtituta N.13. Auctoritate comprobat Charondæ Thurij legiſlatoris, qui à neceſſitate communis uictus & coagulis ὁμοσιπύους appellat: Epimenidis item Cretenſis, qui ab eiuſdem menſæ tanquam præſepis uſu herum atq; ſeruũ ὁμοκάπους euocat. N.14.

B. Con-

B. **Coniunctio multarum domorum alia eſt**

- **Prior,** cæterū imperfectior, ſi cum perfectiore conferatur, Κώ-μη ſcilicet, Vicum, ſiue Pagus, ſiue Curia, non quatenus locum, ſed communitatem in loco ſignificat. Rā
  - **Proponit.** Vicus eſt ſocietas prima (quo ad Formam) ex pluribus domibus conſtituta (quo ad Materiam): cauſa uſus non quotidiani (quo ad Finem) N.15.
  - **Declarat.** Coloniam quādā domeſticā uideri eſſe, non tam hominū uoluntate, quàm ipſius naturæ neceſſitate N 16. Quod quidem oſtendit partim ex
    - **Materia,** hoc eſt, ijs ex quibus conſtat, quos ὁμογάλακτας uocant, Filios nimirum & Nepotes, eodem lacte materno nutritos, qui cum maximè ſimul uiuere cupiãs propter affinitatem naturæ, tamen propter multitudinē in alias atq; alias domos, ipſius naturæ inſtinctu (ut in apibus & auibus uidere licet) migrare cogūtur, eamq; maximè cōiugas, ut ſi mutua opera egeāt, praſto eſſe queāt. N.17.
    - **Formâ** ſeu conſtitutione et adminiſtratione pagana, quā domeſticæ ſimilē eſſe ex adminiſtratione urbana demōſtrat. Quēadmodū enim Vicus ex domibus, Ciuitas ex uicis cōſtat: ita adminiſtratio Vrbana Paganā, Pagana Domeſticam imitatur. Ratiocinatio talis eſt, à minori ad maius ducta:
      - Si urbes primùm regio imperio ſunt uſæ, propterea quòd ex domibus regio imperio aſſuetis mediatè (nimirum per uicos ipſos) conſtitutæ fuerunt: multo magis uici, qui ex domibus immediatè conſtituuntur.
      - **Sed** urbes primum regio ſunt uſæ imperio. Quod ipſum demonſtrat &
        - **Ratione tali**
          - **Quæ** adminiſtratio ijs, qui in primas urbes conuenerunt, familiaris fuit, ea primas urbes uſas fuiſſe, rationi conſentaneum eſt.
          - **At** regia adminiſtratio ijs, qui in primas urbes cōuenêre, familiaris fuit. N. 19. Deducit
            - **Domeſtici** cuiuſcunq; domus ab eo, qui maximus eſt natu, regio imperio adminiſtrari conſueuerunt. N. 20. Itaq; in ſeq. Oeconomiam uocat regnum domeſticum: & lib. 8. Ethicorum, cap. 12. & 13. Regem patrē populi, uiciſſim Patrē regē familiæ appellat.
            - **At** qui in primas urbes conuenêre, domeſtici fuêre uariarum domorum.
            - **Ergo** qui in primas urbes conuenêre, regio imperio aſſuerêre.
          - **Ergo** regia adminiſtratione primas urbes uſas eſſe, rationi conſentaneum eſt. Num. 18.
        - **Auctoritate,** uidelicet Regiū imperium primum fuiſſe & in
          - **Oeconomijs.** Homerus de Cyclopibus in Odyſſea canit, quemlibet pro arbitrio uxori & liberis ſuis imperare: ſpeciem quandam primæ hominum uitæ, rudis & agreſtis exprimens, quando ſpacſim adhuc uiuebant, necdum in uicos commigrare cœperāt. Poſteriùs enim ipſa docuit neceſſitas, ut qui ex una domo in plures fuerant diſperſi, rurſus in unam uiciniam eiuſdem uici cōgregarentur. Num. 22.
          - **Politijs,** quandoquidem omnes homines in eo conſentiunt, quòd Deos à rege uno atque ſummo & dependere & regi credunt. Huius communis opinionis rationem affert:
            - **Qua** Reipub. forma & primi homines ſunt uſi, & pleræque gentes etiamnum utuntur, eandem inter Deos quoque ab illis conſtitui uerisimile eſt. Rationē ſimilitudine complectitur. Quemadmodum enim homines Dijs incorporeis formas corporeas à ſuis mutuatas corporibus affingere ſolemus: ita quoque mores ijſdem & Oeconomicos & Politicos à ſuis mutuatos moribus eoſdem affinxiſſe probabile eſt. Num. 25.
            - **Atqui** regia Rep. & primi homines ſunt uſi, & pleriq; etiam nunc utuntur. N. 24.
            - **Ergo** regiā Remp. inter Deos quoq; conſtitutam fuiſſe uerisimile eſt. N. 23.
      - **Ergo** multo magis uici, tanquam domorum coloniæ, propter maiorem affinitatem cum domo, regio imperio utentur. N. 21.
- **Poſterior** & quidem perfectior, πόλις, à multitudine dicta, Ciuitas, ut domorum, ſic domeſticorum, domos inhabitantium diuerſas, multitudinem in certos uicos diductam ſignificans. Vide ſignum B.

C. Ciuilis igitur ſocietatis ...

- Cauſas & Eſſentiam definitione proponit. Ciuitas eſt perfecta conſociatio plurium uicorum, omni rerum neceſſariarum copia ferè inſtructa, tum uiuendi, tum bene uiuendi cauſa ſuſcepta. Num. 26. Quatuor cauſarum congerie definitio conſtat. Quandoquidem
  - Materia ex qua, ſunt uici plures.
  - Forma eſt Conſociatio perfecta.
  - Efficiens, & quidem Inſtrumentalis, eſt ipſa αὐτάρκεια, Copia rerum ad uitam neceſſariarum. Pluribus eget ciuitas, quàm domus, & propterea minus αὐτάρκης: at pluribus etiam abundat, & quibus caret, facilius acquirit, & propterea maximè αὐτάρκης.
  - Finis eſt, ut & ſinguli ciues & omnes ſimul &
    - Sint atque uiuant.
    - Bene ſint & bene uiuant, ſecundùm illud quod ipſis commune bonum eſſe uidetur, Beatitudo ſcilicet Politica.
- Accidentia exponit uiresſpectu
  - Efficientis, hoc eſt, Hominis, in quem cadit. Vide ſignum C.
  - Finis. Ciuilis ſocietatis finis eſt publicum bonum. Proinde accidens illius eſt tertium, quòd Optima iure appellatur. Quod ipſum demonſtrat tum ab
    - Adiuncto deſiderio
      - Ad quam ſocietatem omnes naturæ inſtinctu feruntur, illam optimam eſſe conſentaneum eſt. Nam cùm quiſq; ſuum bonum appetat, illud quod omnes appetunt, communiſſimum, atq; adeò optimum eſſe uidebitur.
      - Ad ciuilem uerò ſocietatem omnes naturæ inſtinctu feruntur. N. 59.
      - Ergo ciuilis ſocietas optima eſt.
    - Effectu. Bonū enim cùm minimè inuidū ſit, ſuam bonitatem alijs quoque impertitur. Ratiocinatio talis eſt:
      - Quæcunq; ſocietas iuris eſt magiſtra, omnium eſt optima cenſenda. tali ratione:
        - Si inter omnia humana ius optimum eſt: ea profectò ſocietas, quæ iuris eſt magiſtra, optima erit cenſenda.
        - At illud eſt. Comparatione ex cognatis oſtēdit:
          - Quemadmodum homo perfectus, qui rectam rationē per omnia ſequitur, iuſtiſſimus quoq; eſt, & per conſequens optimus. N. 61.
          - Ita uiciſſim homo imperfectus, qui nō rationis, ſed cupiditatis imperio regitur, iniuſtiſſimus eſt, & per conſequens peſſimus N. 62. Probat:
            - Improbitas armata eſt pernicioſiſſima. N. 63.
            - At improbitas ſi in hominem cadat, armata eſt. Deducit. Homo enim arma ad agendum à natura conſecutus eſt, Rationem & Appetitum: illam regit Prudentia, hunc moderatur Virtus moralis. Quibus armis & iuſtè & iniuſtè homo poteſt uti erga alium. N. 64.
            - Ergo improbitas, ſi in hominem cadat, eſt pernicioſiſſima. Num. 65. Et ut lib. 7. Ethicorum, cap. 7. ſub finē, multo pernicioſior, quàm quæ in bruta cadit, etſi minus ſit horribilis.
        - Ergo illa ſocietas, quæ iuris eſt magiſtra, omniū erit optima cēſenda.
      - At politica ſocietas iuris eſt magiſtra, & ipſa Iuſtitia uirtus eſt maximè politica, quæ in conuerſatione ciuili & exercetur & diſcitur. N. 66. Deducit:
        - Ius conſiſtit in δίκῃ & κρίσει, hoc eſt, in ijs quæ
          - Agenda ſunt, ſecundùm rectam rationem præſcribendis. Quæ δίκη eſt & κοινωνία Politicæ ſocietatis. N. 67.
          - Acta ſunt iudicandis. Quæ κρίσις eſt iuſti & iniuſti. N. 68.
        - At Politica ſocietas maximè requirit δίκην atque κρίσιν, à quibus fouetur, & quas ipſa uiciſſim fouet.
        - Ergo Politica ſocietas maximè requirit & exercet ipſum ius: & proinde etiam uel exemplis uel præceptis illius & diſcipula & magiſtra eſſe uidetur.
      - Ergo politica ſocietas omnium eſt optima, & primus inuentor eius maximi boni mortalium generi auctor fuit, N. 60.

- **C. Accidentia ciuilis ſocietatis reſpectu Hominis, in quem cedit, enarrat tũ**
  - **Abſolutè, eſſe ſcilicet maximè Naturalẽ, Nu. 35. Oſtendit enim tum**
    - **Quòd naturæ conueniat, N. 34. duobus argumentis: altero ab**
      - **Materia, hoc eſt, ſocietatibus, ex quibus cõſtat, à minori ad maius**
        - **Si primæ ſocietates ſunt ſecundùm naturam, multo magis ſocietas ciuilis, N. 28. Conſequẽtiam deducit**
          - **Finis magis ſecundùm naturã eſt, quã ea quæ ad Finem tendunt. Ratio:**
            - Si res quæq; tum maximè eſſe dicitur, cùm finẽ ſuũ aſſequitur: certè Naturæ appellatio ipſo Fini maximè conuenire uidebitur.
            - At quì illud eſſe, quotidiana docet experientia; tum in rebus quæ à natura producuntur (ut in homine, quoniam eum demum ſecundùm naturam perfectum hominem dicimus, qui per ætatem omnia homini conuenientia obire poteſt & exercere) tum in iis quæ ab arte fiunt (ſic ea demum domus naturalem perfectionem dicitur adepta, quæ omnibus ſuis partibus ab architecto abſoluta, iam incolitur.) N. 31.
            - Ergo etiam Naturæ appellatio ipſi Fini maximè conueniet: adeoq; natura prior & dignior erit Finis, cùm ad eum omnia opera referat. N. 30.
          - At ciuitas finis eſt, ad quem uici atq; domus referuntur. N. 29.
          - Ergo ciuitas magis ſecũdùm naturã erit, quã uici atq; domus.
        - At illud eſt. Hoc ipſum enim paulo antè demonſtratũ eſt, domeſticas ſocietates, Herilem ſcilicet & Coniugalem, ſecundùm naturam eſſe: euidentius uerò in ſeq. confirmabitur.
        - Ergo & hoc erit. N. 27.
      - **Efficiente inſtrumentali, ab Abundantia nimirum rerum ad uitam neceſſariarum, ratiocinatione tali**
        - Id quod natura ſpectat, maximè eſt naturale.
        - **At αὐτάρκειαν natura ſpectat. Deducit**
          - Id quod optimum eſt, natura in ſocietate ciuili ſpectat.
          - **At αὐτάρκεια eſt optimũ. Probat**
            - Finis eſt optimum. N. 32.
            - Αὐτάρκεια eſt finis, propter quem ciuitas inſtituitur. N. 33. Eo ſiquidem nomine in urbes ex uicis atque domibus commigrare uidentur, ut qui minus commodè ſuas domos ſparſim habitabant, neque etiam in pagis omnia ad uiuendum & bene uiuendum neceſſaria habere poterãt, collatis in unũ operis & opibus ſuorum atque uicorum uariorum, unum ueluti politicum animal conſtituant: in quo & anima inſit, inſtitutio uidelicet & ordo Reipublicæ, & corpus è diuerſis partibus tanquam inſtrumentis ad uarium uſum facientibus conſtet: eùm ſint qui Cerebri, qui Cordis, qui Hepatis uices ſubeãt, Conſulendo, Defendendo, Alendo, ſecundùm Platonis diuiſionem: Oculorũ item, & Aurium, & Manuum, & Pedũ, ut Speculatores, Exploratores, Artifices, Viatores: adde quinetiam Excrementorum, ut Veſpillones, Purgatores uiarum, Tonſores, Balneatores: ſunt & Pilorum quædam ſymbola in iis qui præter ornatum nullum alium uſum uidentur habere.
            - Ergo αὐτάρκεια eſt optimum. N. 34.
          - Ergo αὐτάρκειαν natura in ſocietate ciuili ſpectat.
        - Ergo αὐτάρκεια maximè naturalis erit: & ſi nõ ab ipſamet natura introducatur, ſaltẽ ab arte naturæ æmula & medica introducenda erit. Vt infrà cap. 9 περὶ κτητικῆς αὐτῆς naturalis familiaris ſcribit.
    - **Cui naturæ conueniat. Vide figuram D.**
  - **Comparatè, Priorem, hoc eſt digniorem & perfectiorem eſſe. Vide ſeq. fig. E.**

D. Humanæ naturæ Ciuilem ſocietatem propriam eſſe oſtendit na

- *ὅτι. Quòd homini potiſsimú conueniat, tum*
  - Per *ſe pronunciat.* Homo *natura ſua animal eſt politicum, hoc eſt, ciuilis ſocietatis & conuerſationis amans.* N.36.
  - A' contrario
    - Affirmat. *Amans enim & à ſocietate politica alienus uoluntate & natura, non neceſsitate & inſtituto (qui enim in inſulas deportatur, aut metu tyrannidis in ſolitudinem abit, neceſsitate non uoluntate ſolitarius euadit) naturæ humanæ limites excedere, & uel ad diuinam uel ad belluinam naturam accedere uidetur.* N.37. *Vis etiam infrà num.* 57.
    - Confirmat *Homeri auctoritate, Iliados nono, ubi Neſtor eum, qui bello inteſtino delectetur, alienum à tribu, domo, & iure eſſe dicit. Nam qui diſsidium inteſtinum amat, ſocietatem odit tum domeſticam tum politicam, & ἄζυξ eſt, iugi impatiens, belliq; cupidus, quo ſocietates humanæ omnes deſtruuntur: belluinæ uerò, ſolo robore & potentia nitentes, fouentur & propagantur.* N.38.
- *διότι: Cur conueniat homini magis, quàm ulli animalium generi uel maximè gregali.* N.39. *Reſolutione utitur, cum hanc ſim ab adiuncto ſumit:*
  - Homo *ſolus inter omnia animalia Orationem à natura obtinuit.* N.41. *Qua mentis ſuæ conceptus intellectuales aurium ſenſui ſubijcere poteſt.*
  - Si *à natura, non fruſtra, ſed propter finem aliquem.* Ratio: *Nihil enim natura facit fruſtra, cùm à mente ſapientiſsima dirigatur.* N.40.
  - Finis *autem orationis humanæ eſt ſignificatio boni & mali, utilis & inutilis, iuſti & iniuſti. Propoſitionem hanc explicat partim*
    - Diuiſione. *Cùm homo ſit animal, animo & corpore conſtans: conuerſatio autem animalium non magis ſit corporum quàm animorum: animi autem ſenſa per ſe conſpici ab alio & alteri communicari nequeãt, niſi per medium ſonum: ut Animus uis duplex eſt, concupiſcibilis & rationalis: ita quoq; ſono duplice natura inſtruxit animalia: altero quidem ad exprimendũ ſenſa animæ*
      - Concupiſcibilis, *uoluptate & dolore omnia metientis, quam φωνὴν, Vocem propriè uocamus, & alibi λόγον ἄναρθρον.* N.42. *Quam ipſam brutis quoq; natura dedit, ut quando id quod iucundum & triſte eſt ſentiunt, uocem quoq; habeant, qua ad ea ipſa exprimenda in mutuo conſortio utantur.* N.43.
      - Rationalis, *utili & inutili, ſiue bono & malo, omnia in conuerſatione quotidiana dijudicantis, quẽ Græci λόγον, & cum additione etiam ἐναρθρον, quoniam τοῦ λόγου ſeu Rationis interpres eſt, Latini Orationem, quaſi oris rationem, hoc eſt, rationem quandam ore expreſſam, & proinde ſenſibilem, appellãt.* N.44. *Et hæc ſoli homini præ omnibus animalibus conuenit.*
    - Syllogiſmo: *nimirũ quòd*
      - Iuſti & iniuſti *ſignificatio finis ſit orationis:*
        - Si *orationis propria eſt ſignificatio generis, multo magis ſpeciei nobiliſsimæ ſub genere contentæ.*
        - At *orationis propria eſt ſignificatio boni atq; mali, ſiue utilis & inutilis, quæ genera ſunt ſub ſe complectentia iuſtum & iniuſtum, temperans & intemperans, caſtum & inceſtum, & ſimilia alia.*
        - Ergo *etiam orationis propria erit ſignificatio ſpeciei, iuſti ſcilicet & iniuſti.* N.45.
      - Significatio *iſta hominis ſit propria:*
        - Cui *conuenit rei ſenſatio, eidem quoq; rei ſenſu perceptæ ſignificatio.*
        - At *homini ſoli conuenit rei bonæ & malæ, iuſtæ & iniuſtæ, utilis & inutilis ſenſatio.* N.46.
        - Ergo *etiam ſoli homini conuenit eiuſdem rei ſenſu perceptæ ſignificatio.*
  - At *boni & mali, utilis & inutilis, iuſti & iniuſti communitas, domeſticæ primò, deinde etiam ciuilis ſocietatis ſtudioſos facit.* N.47. *Sic lib.* 5. *Ethicorum cap.* 8. *χρέαν, hoc eſt, uel indigentiam rerum ſocietatis occaſionem, uel uſum rerum ſocietatis conſeruatorem eſſe docuit.*
  - Ergo *homo ſolus inter omnia animalia domeſticæ primùm, deinde etiam ciuilis ſocietatis ſtudioſus eſt, inſtrumento orationis, quo ille opus habet, inſtructus.*

E. Ciui-

E. Ciuitatis *ſecundum accidens eſt Dignitas, cùm & Naturæ perfectione, & Exiſtimatione hominum prior ſit, licet Tēpore & ortu ſit poſterior. Priorem & perfectiorem ciuilem uitam eſſe oſtendit uita tum*

- **Oeconomica** *aut etiam Pagana, in hunc modum:*
  - **Totū** *prius eſt ſuis partibus.* N. 49. *Exemplo à partibus corporis ſumpto demonſtrat:*
    - **Quo** *ſublato, uel quo non ſublato, ſed ſeiuncto tantùm, alterum non eſt amplius, præterquam æquiuocè, illud prius eſt natura.*
    - **At** *ſublato toto corpore, uel certè non ſublato, ſed ſeiuncto tantùm (ut ſi pars aliqua amputetur) pars nō eſt amplius, præterquā æquiuocè.* Num. 50. *Id quod &*
      - **Simili**-*tudine illuſtrat:*
        - **Quemadmodū** *lapidea manus, æquiuocè tantū manus eſſe dicitur.* N. 51.
        - **Ita quoq;** *manus carnea à toto corpore auulſa æquiuocè tantùm manus dicenda, quia mortua manus (ἀναίσθητος) lapideæ ſimilis eſt (ἄψυχος) mortua ſcilicet & ſenſus expers.* N. 52.
      - **Ratione confirmat:**
        - **Quæ** *non habent eandem naturam, non niſi æquiuocè eadem dici poſſunt. ὁμώνυμα ſiquidem dicuntur, quæ nomine ſolo conueniunt, cùm ratio nominis ſit longè diuerſa.*
        - **At** *pars uel à toto auulſa uel toti mortuo & corrupto adhærēs, nō habet eandē naturā quā prius, cū toti hæreret, & uita cōmuni cū toto frueretur. Ad probationis intelligentiā ſupponēdū eſt, Res cōſideratas ratione uitæ & eſſentiæ, τὰ αὐτὰ uel μὴ αὐτὰ dici: ratione uerò functionis, per quā interius latens uita exterius cognoſcitur, τοιαῦτα uel μὴ τοιαῦτα. adeoq; cùm functiones uitam ſequantur et illuſtrent, ea quæ τοιαῦτα ſunt, i. quæ functionib. ſunt ſimilia, eſſe τὰ αὐτὰ, h. e. eadē & eandē naturā habētia eſſe dicēda. Sic proinde ratiocinatur:*
          - **Quæ** *non ſunt amplius talia, nō ſunt eadem, hoc eſt, non ſunt eandem naturam habere dicenda, præterquàm æquiuocè.* N. 54. *A' contrario docet:*
            - **Quorum** *actio & agendi potentia eadem, illa eandem naturā habere, & eadem eſſe dicuntur. Omnia enim quæ ſunt & uiuūt, per uitæ functiones, quas uel actu obeunt, uel ſaltem potentia obire poſſunt, eſſe & uiuere cognoſcuntur.* N. 53.
            - **At** *quæ Talia ſunt, illorum actio & agendi potentia eadem eſt.*
            - **Ergo** *quæ Talia ſunt, illa naturam eandem habere & eadem eſſe dicentur.*
          - **At** *pars à toto auulſa, uel certè toti etiamnum adhærens, ſed mortuo & corrupto, non amplius talis qualis prius eſt.*
          - **Ergo** *pars à toto auulſa, uel toti mortuo adhærēs, non eſt eadem, nec eandem naturam habere dicenda eſt.*
        - **Ergo** *pars à toti auulſa, uel toto mortuo adhærens, non niſi æquiuocè eadem cum ſeipſa toti uiuenti adhærente dicenda erit.*
    - **Ergo** *ſublato toto corpore, uel certè parte à toto ſublata, pars non eſt amplius, præterquàm æquiuocè tantùm.*
  - **At** Ciuitas *totum eſt,* Domus *ſunt partes.*
  - **Ergo** Ciuitas *prior eſt* Domo. N. 48. *Et propter eaſdem quoq; cauſas* Vico *ſiue* Pagō.
- **Solitaria,** *quā do quis ſolus uiuit, etiā extra domeſticā ſocietatem. Ratiocinatio talis eſt:*
  - **Si** *ſolitaria uita ciuili præſtat, uel præſtabit quatenus αὐτάρκης eſt, uel quatenus eſt μὴ αὐτάρκης.*
  - **Atqui non ueſt**
    - *μὴ αὐτάρκης, aliorum quoq; ope indigus exiſtens. Demonſtrat:*
      - **Pars** *à toto ſeparata æquiuocè tantùm eſſe & uiuere dicenda. Vt præced. n. 50. docuit.*
      - **At** *qui rerum ad uitam neceſſariarum indigus conuerſatione hominum relicta ſolitarius uiuit, eſt pars à toto ſeparata.* N. 56.
      - **Ergo** *qui indigens aliorum ſolitarius tamen uiuit, æquiuocè tantùm eſſe & uiuere dicendus.*
    - *αὐτάρκης*
      - **Ab** *humana natura degenerans, non propriè homo dici debet, cùm reipſa uel homine maior ſit, & Deus quidam, uel homine inferior, & Beſtia quædam.*
      - **Qui** *uerò abundans omnibus ad uitā neceſſarijs, ſolus tū uiuit (uel coactus, μὴ δυνάμενος, cū careat opportunitate conuerſandi: uel ſponte, μὴ δεόμενος, cùm ipſe ſibypſi per omnia ſufficiat, nec ope habeat alij.) ab humana natura degenerat. Probari poteſt:*
        - **Quicunq;** *humanæ naturæ ductum ſequitur, pars ciuitatis eſt, hoc eſt, inter ciues actu uerſatur, aut ſaltem uerſari cupit.*
        - **At** *qui omnibus abundans ad uitam neceſſarijs ſolus tamen uiuit, uel neceſſitate coactus, uel uoluntate inductus, non eſt pars ciuitatis.* N. 57.
        - **Ergo** *omnibus abundans, ſolus tamen uiuens, naturæ humanæ ductum non ſequitur.*
      - **Ergo** *omnibus abundans & ſolitarius tamen uiuens, non propriè homo dici debet, ſed uel Deus quidam, uel Beſtia.* N. 58.
  - **Ergo** *ſolitaria uita ciuili neutiquam præſtabit, ſed econtrà ciuilis uita priuatæ & ſolitariæ antecellet.* N. 55.

CAPVT III.

Societatis domesticæ ſpecialem enarrationem inſtituit

QVia[1] autē apertum eſt, ex quibus partibus ciuitas cōſtituta eſt: neceſſe[2] eſt de ratione regendæ domus prius dicere. Omnis[3] enim ciuitas è domibus conſtat. Diſciplinæ[4] autē huius partes ſunt, ex quibus rurſus domus conſtituta eſt. Domus[5] autem perfecta cōſtat è ſeruis hominibus & liberis. Quia[6] autem in minimis primùm ſingulæ res inquirendæ ſunt: primæ[7] autem & minimæ partes domus ſunt, erus & ſeruus, & uir & uxor, & pater & filij: de[8] tribus utiq; ijs conſiderandum eſſet, quid unúquodq; horū, & quale oportet eſſe. Hæc[9] autem ſunt erilis &[10] nuptialis (ſine nomine nāque eſt uxoris & uiri copula) &[11] tertia procreatrix liberorum: etenim hæc non nominata eſt proprio nomine. Sint[12] igitur hæ tres, quas diximus. Eſt[13] autem quædam pars, quæ uidetur his quidē eſſe ratio domus regendæ: his aūt maxima pars ipſius. Quomodo autem ſe res habet, uidendum eſt. Loquor autem de ea, quę uocatur pecuniaria. Primùm[14] autem de ero ac ſeruo dicamus: ut[15] & ea quæ ad neceſſarium uſum pertinent, uideamus: &[16] ſi quid ad intelligendum de ipſis capere melius ualemus, quàm ea ſint, quæ nunc opinionibus hominum tenentur. His[17] namq; uidetur ſcientia quædam eſſe facultas eri: &[18] eadem eſſe ratio domeſtica & erilis, & ciuilis & regia, ut diximus in principio. His[19] uerò præter naturam eſſe dominari. Lege[20] nāque hunc quidem ſeruum eſſe, hunc aūt liberum: natura aūt nihil differre. Quapropter[21] neq; iuſtum. Violentū[22] enim. Quia[23] igitur res familiaris pars domus eſt, & facultas[24] ipſius parandæ pars erit domeſticæ diſciplinæ. Sine[25] namque rebus neceſſarijs non poteſt neq; uiui, neq; rectè uiui.

ΕΠΕΙ[1] δὲ φανερὸν, ἐξ ὧν μορίων ἡ πόλις συνέστηκεν, ἀναγκη[2] περὶ οἰκονομίας εἰπεῖν πρότερον. πᾶσα[3] γὰρ πόλις ἐξ οἰκιῶν σύγκειται. οἰκίας[4] δὲ μέρη, ἐξ ὧν αὖθις οἰκία συνίσταται. οἰκία[5] δὲ τέλειος, ἐκ δούλων καὶ ἐλευθέρων. ἐπεὶ[6] δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις πρῶτον ἕκαστον ζητητέον· πρῶτα[7] δὲ καὶ ἐλάχιστα μέρη οἰκίας, δεσπότης καὶ δοῦλος, καὶ πόσις καὶ ἄλοχος, καὶ πατὴρ καὶ τέκνα· περὶ[8] τριῶν τούτων σκεπτέον ἂν εἴη, τί ἕκαστον, καὶ ποῖον δεῖ εἶναι. ταῦτα[9] δ' ἐστὶ δεσποτικὴ, καὶ[10] γαμικὴ (ἀνώνυμον γὰρ ἡ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς σύζευξις) καὶ[11] τρίτον ἡ τεκνοπιητική· καὶ γὰρ αὕτη οὐκ ὠνόμασται ἰδίῳ ὀνόματι. ἔστωσαν[12] δ' αὗται τρεῖς, ἃς εἴπομεν. ἔστι[13] δέ τι μέρος, ὃ δοκεῖ τοῖς μὲν εἶναι οἰκονομία, τοῖς δὲ μέγιστον μέρος αὐτῆς· ὅπως δ' ἔχει, θεωρητέον. λέγω δὲ περὶ τῆς καλουμένης χρηματιστικῆς. πρῶτον[14] δὲ περὶ δεσπότου καὶ δούλου εἴπωμεν· ἵνα[15] τά τε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ἴδωμεν, [16] κἂν εἴ τι πρὸς τὸ εἰδέναι περὶ αὐτῶν δυναίμεθα λαβεῖν βέλτιον τῶν νῦν ὑπολαμβανομένων. τοῖς[17] μὲν γὰρ δοκεῖ ἐπιστήμη τις εἶναι ἡ δεσποτεία, καὶ[18] ἡ αὐτὴ οἰκονομία καὶ δεσποτεία, καὶ πολιτικὴ καὶ βασιλικὴ, καθάπερ εἴπομεν ἀρχόμενοι. τοῖς[19] δὲ παρὰ φύσιν τὸ δεσπόζειν. νόμῳ[20] γὰρ, τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον· φύσει δ' οὐθὲν διαφέρειν. διόπερ[21] οὐδὲ δίκαιον· βίαιον[22] γάρ. ἐπεὶ[23] οὖν ἡ κτῆσις μέρος τῆς οἰκίας ἐστὶ, καὶ[24] ἡ κτητικὴ μέρος τῆς οἰκονομίας· ἄνευ[25] γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἀδύνατον καὶ ζῆν, καὶ εὖ ζῆν.

QVando[1] autem perſpicuum eſt quibus ex partibus conſtet ciuitas, neceſſariò[2] de domo prius dicendum eſt. Omnis[3] enim ciuitas ex domibus & familijs componitur. Domus[4] porrò partes ſunt, ex quibus domus conſtituitur. At[5] domus perfecta atq; integra, ex ſeruis & liberis conſtat. Quoniam[6] autem primum quodq; in una quaq; re explicanda uel in minimis quærendum eſt, ab ijsq; initium diſcendum: prima[7] autem & minima domus partes ſunt dominus & ſeruus, uir & uxor, pater & liberi: de[8] his tribus, quid & quale unumquodq; eſſe debeat, conſiderandum uidetur. Sunt[9] autem hæ, herilis ratio, ſeu diſciplina ſeruis præcipiendi atq; imperandi: &[10] nuptialis (nomine enim uacat uxoris & uiri coniugatio) &[11] ea, quæ ad imperium patris in liberos à ſe procreatos pertinet: nam neq; huic proprium nomen impoſitum eſt. Atque[12] hæ tres rationes ſunto, quas diximus. Eſt[13] porrò quædam præterea pars, quæ uidetur alijs quidem res familiaris adminiſtratio, alijs uerò pars eius maxima. Quomodo autem res ſe habeat, poſterius erit cognoſcendum. Dico autem de ea, quæ appellatur res nummaria parandæ, ſeu pecuniæ quærendæ ratio, quæ à Græcis chrematiſtica nominatur. Sed[14] primùm de domino & ſeruo dicamus: ut &[15] quæ ad neceſſarium uſum pertinent, uideamus, &[16] ſi quid ad ea cognoſcenda melius conſequi poſſimus, quàm quæ nunc in communi hominum exiſtimatione atq; opinione uerſantur, expetiamur. Quibuſdam[17] enim ſcientia quædam uidetur eſſe dominandi imperium, ſiue herilis poteſtas: eademq;[18] domus adminiſtrandæ ratio, & herilis poteſtas, & ciuilis, & regia, quemadmodum initio diximus. Alijs[19] præter naturam eſſe in alterum dominari. Lege[20] enim alium eſſe ſeruum, alium liberum: natura autem nihil intereſſe. Quocirca[21] neq; iuſtum eſſe, quia[22] ſit uiolentum. Quoniam[23] igitur certum ſine partarum & quæſitarum, ſiue[24] etiam ædificiorum poſſeſſio, pars domus eſt: ergo & ratio earum quærendarum, rationis rei familiaris adminiſtrandæ pars eſt. Nam[25] ſine rebus ad uictum neceſſarijs neq; uiuere, neq; bene uiuere fas eſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quia autem apertum.) Accedit nunc propius ad tradendam diſciplinam, qua regatur ciuitas: ſubtiliusq́; diſputare incipit de rep. initium ipſi ut ducens à rebus, quæ planæ notæq́; eſſe poſſunt ex his, quæ ſuprà explicata ſunt utiturq́; ipſis, tanquam ſolo quodam ac fundamento eius, quod oſtendere nunc uult, inquit igitur. Quia planum factū eſt, ſatiſque nunc apertum, ex quibus partibus ciuitas coagmentata ſit: neceſſe eſt differere prius de ratione adminiſtrandæ domus. hæc enim eſt redditio illius ἐπεὶ. Non poſſumus autem facere, quin de diſciplina domeſtica prius agamus: quia ciuitas omnis conſtat è domibus, quæ domus, ut declaratum eſt, ſunt partes ciuitatis. Huius uero diſciplinæ partes ac membra ſunt, ex quibus rurſus domus conſtat. Rurſus inquit, quia iam docuerat ex quibus partibus ciuitas cōpoſita

poſita foret. Secunda igitur hæc eſt, quam tradit compoſitio domus autem abſoluta, & finẽ ſuum naſta illa eſt, in qua liberi homines ac ſerui ſunt: eget enim domum regens ac gubernans miniſtris, qui efficiant ac perſequantur, quæ ipſe ſua prudentia ac conſilio uidet.

Quia autem in minima.) Hic quoque, ut paulo antè fecerat, orditur à re certa & explorata: utiturq; ea ipſa tanquã principio quodam firmo ac ſolido eius quod modò quaſi ædificare uult. Inquit igitur. Quia uera ratio eius inquirendi, quodcunque id ſit, quod è pluribus iunctum ac concretum eſt, requirit ut à minimis partibus ipſius initium eius inueſtigandi ducatur (ita enim planius apertiuſque uis ipſius omnis percipiatur, ſi à minutis partibus & quaſi elemẽtis ipſius incipietur) primæ autem ac minimæ partes huius rei, quam ſedulò conquirimus, id eſt domus, ſunt erus & ſeruus, & uir & uxor, nec non pater & filij: debemus de his tribus copulis cogitationem ſuſcipere, ac ſubtiliter, quid ſingulæ ipſæ ſint, qualeſque eſſe debeant, ponderare. Quod autem hic admonet, uel potius ipſo, ut certo & explorato utitur, opus eſſe uidere uim & naturam compoſitarum rerum, ſpectatis prius partibus, quæ ipſas componunt, minimis, idem non longe à principio huius libri præceperat. quare ſi forte ipſum e ſimplicibus concretum ſit, uſque ad ea diuidendo perueniendum eſſe ſignificauit, nec antea ullo modo quieſcendum.

Hæc autem ſunt.) Hæc autem, inquit, ſunt erilis copola, & quam uocare licet nuptialem: cæteram enim nomine dicit in Græco ſermone coniunctionem uxoris ac uiri tertiam autem eſſe, inquit, eam, quæ liberorum creatrix eſt. Cum uerò nomen hoc conſuetudinis non eſſet (non enim habebat ipſa quoque ſuum ac proprium nomen) oſtẽdit ſe rei docendæ cauſa id finxiſſe. Quomodo autem affirmet carere nomine in Græco ſermone copulam uiri & uxoris, uidendũ eſt: nihil enim tam notum, quàm uocari ipſam γάμον, quæ uox uſitata eſt, uetuſq; in ea lingua. Libet autẽ exponere, quid mihi in mentem uenerit: uereor enim, ne dixerit hanc carere nomine, quia, quod primæ ſuperiori contigit, ut à meliore parte uocata ſit, ipſi non contingat. uocata namque illa eſt ab ero δεσποτική, nõ autem a uiro hæc πόσιμη, ſed a communi uinculo ac nomine uiri & uxoris. Quod quemadmodum in ſecũda hac, ita etiam in tertia uſu ue[...]e potuit: ipſa enim a cum[...]nni munere, & cui innexa fuit coniunctio illa, appellata eſt, id eſt à ſtudio liberorum procreãdorum. Eſt autem conceſſum artem nouam, ſcientiamque tradentibus, rerum earum docendarum cauſa, quæ ignotæ ſunt multitudini, ideoq; ſine nomine, commiſci aliquid, quod ſeruiat illi præceptioni.

Eſt autem quædam pars.) Præter tres iam expoſitas, reſtare dicit partem quandam, de qua non omnes, qui hæc curant, eodem pacto ſentiũt cùm igitur de ipſa ſint uariæ opiniones, oportere ſe affirmat ueritatem huius rei ſubtiliter indagare. Illa autem eſt, quæ Græco nomine χρηματιστική uocatur, quia tota uerſatur in pecunia, cæteriſq; rebus domui neceſſarijs parandis. Inueniebantur igitur, qui putarent ipſam unam & eandem eſſe cum οἰκονομίᾳ, nullaque re à ratione gubernandæ domus diſcrepare. ij autem ut apparet, arbitrabantur hoc unum officium eſſe patris familiâs, quærere & tueri rem familiarem. Erant etiam, qui ipſam non totam ſanè eam diſciplinam referre, ſed maximam partem ipſius exiſtimarent: in primis enim hi patri familiâs incumbendum in pecuniam cogendam rebantur. Sed tamen antequam ad hanc quæſtionem aggrediatur, intendit ſe de ero & ſeruo nelle differere, ut cuncta examinentur, quæ ad neceſſarios uſus pertinent: quorum hic unus manifeſto eſt: altera cauſa, quæ ipſum impulit, ut hoc prius quæreret, eſt, ut narrat, quia uidere uolebat, ſi quid ſtudio ſuo ac cura poſſit melius inueniri, quod faciat ad intelligẽtiam ipſorum, quam ea ſint, quæ ad id temporis alijs in mentem uenerant, & apta ualde huic rei præſtandæ, falſo putabantur.

His namq; uidetur.) Tradit extare duas ſententias de hac re: quarum prior erat, quam attigit initio huius libri, ut ipſe quoque nunc teſtatur. auctor autem ipſius, ut illic à me demonſtratum eſt, fuerat Socrates: putabat enim ille omnes has rationes regendarum rectè multarum rerum ſcientiam eſſe, totaſq; manere in cognitione & præceptis, quæ ex una ad aliam artem traducerentur. quare qui ſciret ſeruum regere, eundem etiam mutata materia, poſſe domum ac ciuitatem & regnum gubernare. Poſterior uerò hæc erat. reperiebantur enim qui putabant, atile imperium naturæ aduerſari. cuius ſuæ opinionis ita rationem reddebant: dicebant enim lege atque inſtituto hominum fieri, ut hic ſeruus eſſet, hic uerò liber: natura autem inter ſe non diſcrepare perſonas has, quæ poſtea diuerſæ conditionis factæ forent: quare non eſſe id iuſtũ, cũ à ui profectũ ſit, quæ adhibetur illis qui infirmiores ſunt, unde coguntur ſeruire.

Quia igitur res.) Oſtendit quid ſentire debeamus de ratione dominandi, & ſeruitute ipſa ſine ullo errore: primumq; aggreditur ad ſeruitutem explicandam. Cùm autem oratur ad id explanandum quod uult, quibuſdam aut planè certis aut egentibus paruo adminiculo ad ueritatem ſuæ ſententiæ demonſtrandam initium duxit huius explicationis, ut conſueuit, à particula ἐπεί: cuius tamen ἀνταπόδοσις ac redditio eſt ualde propinqua, nec tamen ita aperta, ut ſolet, neque illis uocibus expreſſa. Inquit igitur nunc: Quia res familiaris, & quod al[...]s poſſidet (hoc enim ualet hoc loco κτῆσις) eſt pars domus: & ars eius quærendi eſt pars diſciplinæ domeſticæ, quæ uocatur οἰκονομική: quam igitur rationem habere inquit poſſeſſionem bonorum ad domum, eandem tradit habere uiam artemq; quærendi ipſam ad diſciplinam domeſticam: atque ita claudit, quod probare uoluit. connectitq; inter ſe. Probat autem ſtatim quod initio poſuit, rem familiarem partem eſſe domus: ſine rebus enim, inquit, ad uitam neceſſarijs non poſſumus neque uiuere, neque bene uiuere: non ſolum enim uita beata, quam quærimus, non obtinetur abſque illis: ſed etiam uita ipſa, qualiscunque ea ſit.

Τεκνοποιητική) Hæc infrà cap. 12. n. 3. uocatur πατρική, à digniore parte huius ſocietatis, à patre ſcilicet, facta denominatione: quemadmodum etiam δεσποτική altera illa à domino tãquam parte excellentiore. Cæterùm τεκνοποιητικὴν intelligimus (ut etiam lib. 8. Ethicor c. 14. n. 53.) non quatenus liberorum ſuſcipiendorum cauſa ſuſcipitur (ſic enim eadem eſſet cum γαμικῇ, quam cap. 2. n. 1. γενέσεως cauſa inſtitutam dixit) ſed quatenus liberorum iam ſuſceptorum curam habet. Curam enim natura hominis indidit primum ſuipſius, quam per Herilem ſocietatem maximè ampliat: deinde ſpeciei, tum per Generationem eorum quæ non erant (cuius ergò ſocietas Coniugalis ſuſcipitur) tum per eorũ quæ generata ſunt Educationem, quam Patria ſocietas profitetur.

Ἐπεὶ δεσπότου καὶ δούλου). Appellatione domini etiam dominam, & ſerui ſeruam cõplectimur. Apud Romanos dominus & domina uocabula erant, quibus uir & uxor caſtandi coniugij cauſa utebantur, quaſi in communionem rei familiaris, in qua ſeruos principatum obtinet, cõueniſſent. Dominus enim à domo, idemq; ſerui dominus. Ergo ut maritus & uxor per ſe cauſa procreationis conſociantur: ita iiſdem propter rei familiaris communionem accidit dominium.

POSTEAQVAM *Materiam urbis, Domum eſſe, ſuperiori cap. per diuiſionẽ oſtendit: at neq; domus ipſa ſimplex ſit, ſed ex plurib. ſocietatib. cõpoſita: ut materia politicæ diſputationis rectè intelligetur, ſingillatim de ſocietatis domeſticæ partib. agendũ erit, tanquã de Materia ciuitatis remote (quemadmodum rerum naturalium remota materia ſunt ipſa Elementa) cùm materia proxima ſint ipſi ciues, qui tamen neceſſariò partes domus prius exiſtere. Tractatio igitur de Domo*

Quòd ſit ſuſcipienda, ſic demonſtrat:

Si *ciuitas tanquam totum ex partibus componitur, illorum profectò accurata conſideratio propter ipſum totum erit inſtituenda.*

Sed *ciuitas uti totum ex partibus cõponitur.* N. 1. *Declarat. Componitur enim ex domibus.* N. 5.

Ergo *ciuitatis partium, Domorum ſcilicet, propter urbem accurata conſideratio erit inſtituenda.* N. 2. *Vt hinc colligamus per anthypophoram, de Domo hic propter urbẽ, in Oeconomicis uerò per ſe tractari.*

Quæ ſit ſuſcipienda docet. Vide ſignum A.

A. Quæ

A. Quænam de domo ſuſcipiēda ſit tractatio, exponit quoad

- **Materiam** naturam, tū reſpectu
  - **Partium.** Ciuitas uelut totū ex partib. conſtat. Partes autem ciuilis ſocietatis conſiderari poſſunt ex eorum, qui in unam ciuitatem ex uarijs domibus coeunt, coniunctione ratione, in
    - **Genere** quidē, reſpectu Libertatis et Seruitutis, quæ in omnibus reperiūtur, cæterùm in alijs expreſſim, in alijs obſcurius. Sic ciuitatem conſtare ex Liberis & Seruis probat.
      - **Quæ** ſunt domus partes, eædem quoq; ciuitatis partes in uniuerſum erunt.
      - **At Liberi et Serui ſunt domus partes. Deducit**
        - **Ex** quib. perſonis domus conſtat, illæ ſunt partes domus dicēdæ. N.4.
        - **At** ex liberis & ſeruis domus perfecta conſtat. N.5. Cæterùm non eodem modo conſiderati. Liberorum eſt imperare & præeſſe, ſeruorum parere & ſubeſſe. Parendi igitur neceſſitas aliqua uel nulla, inter alios eſt
          - **Simplex & abſoluta,** propter unū quod alter in alterū habet, uel quo ad
            - **Animum.** Sic Dominus liber natura, & imperio dignus: Seruus natura dignus qui pareat.
            - **Corpus.** Sic Pater nil debet filio, & cæterum liber: at Filius cùm patri ortum ſuum debeat, ei ſeruire, hoc eſt, parere debet.
          - **Mixta,** cùm ijdem uiciſſim & ut liberi præſint, & ut ſerui pareant: Sic Maritus Vxori in pleriſq; imperat, in quibuſdam paret.
        - **Ergo** liberi & ſerui domus partes ſunt dicendi.
      - **Ergo** Liberi quoq;, & Serui in uniuerſum ciuitatis partes erunt.
    - **Specie** uerò reſpectu Iuris & imperij & Obſequij & officij uarij, pro perſonarum & rerum diuerſitate. In œconomia enim, cuius naturam etiam imitatur atque ſeruat politia, ratio habenda partiū (quarum primo Oecon. ab initio duas facit, ἀνθρώπους & κτῆσιν: inter Homines autem Liberis, inter Res uerò domeſticas Alimēto primas tribuit:) ratio itaque habenda
      - **Perſonarū,** quæ conſociantur, & triplicē ſocietatem conſtituunt, ſingillatim explicandam. N.12. Ratiocinatio talis eſt:
        - **Domorum** tres minimæ & primæ partes ſunt, Dominus & Seruus, Maritus & Vxor, Pater & Liberi. N.7.
        - **At** cognitio perfecta domus in cognitione minimarum partium poſita eſt. Deducit
          - **Totum** tum denique rectè cognoſcitur, quando primæ & minimæ illius partes cognoſcuntur. N.6. Sic etiam ſuprà cap.1.n.13.
          - **At** domus eſt totum.
          - **Ergo** domus non niſi partibus minimis cognitis rectè cognoſcetur.
        - **Ergo** cognitio perfecta domus in cognitione Domini & Serui, Mariti & Vxoris, Patris & Filij ſita erit. N.8. Declarat. Horum namq; officia ut ſunt natura diſtincta, ita quoq; tres ſocietates conſtituunt, pertinentes uel ad
          - δεσποτικήν, Δεσποτικὴ, Herilis, inter Dominum & Seruū. N.9.
          - γαμικὴν Alia quidem
            - **Prior,** γαμικὴ nouo nomine dicenda, Cōiugalis, inter Marē & Fœm. nā. N.10.
            - **Poſterior,** Τεκνοποιητικὴ, Patria, inter Parentem & Liberos, nouo item nomine expreſſa. Nu. 11. Alibi uocat πατρικήν.
      - &
      - **Rerum** quarum cauſa conſociantur, ad uitæ uſum neceſſariarum, quas ἀπὸ τοῦ χρῆσθαι Græci χρήματα uocant, eaſdemq; ἀπὸ τοῦ κτᾶσθαι κτήματα. κτῆσιν. Item cùm prior ſit χρῆσις, licet dignitate poſterior: idcirco ratio comparandi res iſtas κτηματικὴ propriè dicitur, & propter ipſum uſum (cùm ſecundùm Iſocratem κτήματα ſint facienda χρήματα) χρηματιστική: niſi fortaſſe à communi menſura, à pecunia ſcilicet, quæ æquiualentia res omnes complectitur, appellationem traxit. Hanc igitur cùm alij totius œconomiæ baſim ſtatuant, alij non poſtremam partem, diligenter examinanda erit, ut quæ & qualis ſit cognoſcatur, N.13.
  - **Ordinis.** Vide in ſeq ſignum B.
- **Formam,** Virtutem ſcilicet, De qua CAP. XIII.

B.

Cùm *quatuor partes œconomicæ diſciplinæ conſtituerit, Herilem, Coniugalem, Patriã, & Pecuniariã adminiſtrationẽ: quæ priore loco, quæ poſteriore ſint explicandæ, dubitatur. Naturæ igitur ordinem Ariſt. ſequutus, ut prior ſit & ſimplicior cura indiuidui, quàm ſpeciei. Ergo de adminiſtratione conſerẽtie ad cõſeruationem*

- **Indiuidui** *primùm ſe acturũ pronũciat, quæ poſita eſt cũ in*
  - **Perſonarũ** *ſocietate, Domini ſcilicet & Serui. De diuerſo dicitur ſiue Herili ſocietate agendum erit, tanquam de baſi reliquarum ſocietatum.* N.14 (à CAP. IV uſque ad CAP. IIX.) *tũ propter*
    - **Actionem,** *ut quæ ſit illius utilitas in uita quotidiana perſpiciamus.* N.15.
    - **Cognitionẽ,** *ut dubitationes magaorum uirorum de hac ortas explicemus, & quid uerè de ea ſit ſentiendum, utrum ſub Philoſophi practici conſiderationem uenire debeat, intelligamus.* Nu. 16. *Quandoquidem aliqui ſocietatem hanc aiunt eſſe*
      - **Secundùm naturã** (*Platonimirũ*) *& quia natura conſtet, idcirco vbi diuerſas ſiue Dominationis ſcientiam &*
        - **Quòd** *detur pronunciant.* N.17.
        - **Quæ** *ſit explicant, nimirum Oeconomicam, eandem planè cum Politica & Baſilica, accidentaliter tantum differentem, ſicuti in Proœmio attigimus ex ſententia Platonis.* N.18.
      - **Præter naturam.** N.19. *& propterea ſcientiam illius non debere à Practico philoſopho tradi (etſi illam confutandi cauſa cognitam & perſpectam habere debeat, quemadmodum Medicus ipſa uenena) ſic deducunt*
        - **Iniuſti** *ſcientiam Politicus tradere non debet, quoniam uirtuti, & per conſequens beatitudini, contraria eſſet.*
        - **At Dominari** *alijs & Seruire alijs iniuſtũ eſt. Ratione tali*
          - **Quod** *uiolentum eſt, iniuſtũ eſt.*
          - **At Dominari** *alijs & Seruire alteri uiolentum eſt.* Nu. 22.
            - **Quod** *eſt præter naturam, uiolentum eſt.*
            - **At Dominari** *alijs & Seruire alteri, eſt præter naturam hominis, lege tãtùm & conſuetudine introductum, ut potentiori ſeruiat inferior, cũ alioqui nõ minus hic quàm ille natura ſua ſit libertatis ſtudioſus* N.20.
            - **Ergo Dominari** *& Seruire uiolentum eſt.*
          - **Ergo Dominari** *& Seruire iniuſtum eſt.* N.21.
        - **Ergo Dominationis** *& Seruitutis ſcientiam Politicus tradere non debet.*
  - **Rerum** *communitate & abundantia. Et idcirco de κτητικῇ ſeu χρηματιστικῇ, quæ diuerſa ab hac conſtare uidetur, ſecundo loco eſſe agendum* (à CAP. IIX. *uſq. ad* CAP. XII.) *tali argumentatione docet, ex coniugatis*
    - **Si** *κτῆσις eſt pars domus, κτητικὴ quoq. pars erit œconomiæ.*
    - **Sed** *κτῆσις eſt pars domus.* N. 23. *Demoſtrat:*
      - **Sine** *quibus domus ſiue domeſtica ſocietas eſſe nequit, ea ſunt partes domus.*
      - **At** *ſine neceſſarijs rebus, quæ ſcilicet ad uictum & amictum pertinent, domeſtica ſocietas eſſe nequit.* N.25.
      - **Ergo** *res neceſſariæ (τὰ ἀναγκαῖα κτήματα uel κτήσεις dictæ, quia poſſidentur propter uſum neceſſarium) ſunt partes domus.*
    - **Ergo** *etiam κτητικὴ pars erit œconomiæ.* N.24.
- **Speciei,** *poſteriùs eſſe agendum* (CAP. XII.) *ſubintelligitur. Conſeruatur ſpecies per generationem. Generant autem Mas & Femina, & fœtum ſibi ſimilem producunt. Duplex proinde hic reſpectus, numerum generantium*
  - **Inter** *ſe, Maris uidelicet atq. Feminæ, prout inter illos datur Coniug. ui adminiſtratio rerum communium.*
  - **Reſpectu** *fœtum, Parentum ſcilicet & Filiorum, prout inter illos datur Patria adminiſtratio rerum communium.*

C Ao

CAPVT IV.

De Herili ſocietate domeſtica primò agit, & de Seruo & Seruitute generatim diſputat.

Quemadmodũ[1] autẽ artibus definitis neceſſe eſſet adeſſe ſua propriaq; inſtrumenta, ſi debet perfici opus: ſic[2] etiam illi, qui domum regit. Inſtrumentorum[3] autem hæc quidem ſunt inanima, hæc autem animalia: ceu[4] gubernatori clauus quidem inanime, qui[5] uerò manet in prora, animale. Miniſter[6] enim uim habet inſtrumenti in artibus. Sic[7] & res poſſeſſa inſtrumentũ eſt ad uitam: &[8] res familiaris multitudo inſtrumentorum eſt: &[9] ſeruus unum eorum quę poſsidẽtur, animi particeps: &[10] tanquam inſtrumentum ante inſtrumenta omnis miniſter. Si[11] namq; potuiſſet unumquodq; inſtrumentum, quod mandatũ eſſet accipiens, uel ipſum præſentiens, perficere ſuum opus, ceu[12] Dædali aiut uel[13] Vulcani tripodas, quos poeta cecinit ſpōte ſua diuinũ ſubiſſe certamẽ: ſic[14] radij ipſi ſuo munere fũgerẽtur in tela texẽda, & plectra fides pulſarẽt: nihil[15] opus fuiſſet neque architectis miniſtris, neq; eris ſeruis. Vocata[16] igitur inſtrumenta efficientia inſtrumenta ſunt: mancipium autem agendi. A[17] radio enim aliud quippiam gignitur præter uſum illius: à[18] ueſte aut lecto uſus tantum. Adhuc[19] autem quia diſcrepat factio ſpecie & actio, & indigent ambæ inſtrumentis, neceſſe[20] eſt & hæc eodẽ pacto inter ſe diſcrepare. Vita[21] autem actio, non factio eſt. Quare[22] & ſeruus miniſter eorum, quæ faciunt ad actionem. Res[23] autem poſſeſſa dicitur, quemadmodũ & pars. Pars[24] enim nõ ſolùm alius eſt pars, ſed & omnino alius. Eodem autẽ pacto & quod poſſidetur. Quare[25] erus quidẽ ſerui erus ſolum: illius enim non eſt. Seruus[27] autem, non ſolùm eri ſeruus eſt, ſed & omnino illius. Quæ[28] igitur natura ſerui, & quæ poteſtas, ex his apertũ eſt. Qui[29] enim nõ ſuiipſius natura eſt, ſed alius, homo aũt, hic natura ſeruus eſt. Alius[30] aũt eſt homo, quicunq; mancipiũ fuerit, idẽq; homo. Mancipiũ[31] autem, inſtrumentum actiuum & ſeiunctum.

Ὥσπερ[1] δὲ ἐν ταῖς ὡρισμέναις τέχναις ἀναγκαῖον ἂν εἴη ὑπάρχειν τὰ οἰκεῖα ὄργανα, εἰ μέλλει ἀποτελεσθήσεσθαι τὸ ἔργον, οὕτω[2] καὶ τῷ οἰκονομικῷ. τῶν[3] δὲ ὀργάνων, τὰ μὲν ἄψυχα, τὰ δὲ ἔμψυχα· οἷον[4] τῷ κυβερνήτῃ, ὁ μὲν οἴαξ ἄψυχον, ὁ δὲ[5] πρωρεὺς ἔμψυχον. ὁ γὰρ[6] ὑπηρέτης ἐν ὀργάνου εἴδει ταῖς τέχναις ἐστίν. οὕτω[7] καὶ τὸ κτῆμα ὄργανον πρὸς ζωήν ἐστι· καὶ ἡ[8] κτῆσις, πλῆθος ὀργάνων ἐστί· καὶ[9] ὁ δοῦλος κτῆμά τι ἔμψυχον· καὶ[10] ὥσπερ ὄργανον πρὸ ὀργάνων, πᾶς ὁ ὑπηρέτης. εἰ[11] γὰρ ἠδύνατο ἕκαστον τῶν ὀργάνων κελευσθὲν, ἢ προαισθανόμενον ἀποτελεῖν τὸ αὑτοῦ ἔργον, ὥσπερ[12] τὰ Δαιδάλου φασὶν, ἢ[13] τοὺς τοῦ Ἡφαίστου τρίποδας, οὕς φησιν ὁ ποιητὴς αὐτομάτους θεῖον δύεσθαι ἀγῶνα· οὕτως[14] εἰ αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταὶ, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιθάριζεν·[15] οὐδὲν ἂν ἔδει οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν, οὔτε τοῖς δεσπόταις δούλων. τὰ[16] μὲν οὖν λεγόμενα ὄργανα, ποιητικὰ ὄργανά ἐστι· τὸ δὲ κτῆμα, πρακτικόν. ἀπὸ[17] μὲν γὰρ τῆς κερκίδος ἕτερόν τι γίνεται παρὰ τὴν χρῆσιν αὐτοῦ· ἀπὸ[18] δὲ τῆς ἐσθῆτος, καὶ τῆς κλίνης, ἡ χρῆσις μόνον. ἔτι[19] δὲ, ἐπεὶ διαφέρει ἡ ποίησις εἴδει καὶ ἡ πρᾶξις, καὶ δέονται ἀμφότεραι ὀργάνων, ἀνάγκη[20] καὶ ταῦτα τὴν αὐτὴν ἔχειν διαφοράν. ὁ[21] δὲ βίος, πρᾶξις οὐ ποίησίς ἐστι. διὸ[22] καὶ ὁ δοῦλος ὑπηρέτης τῶν πρὸς τὴν πρᾶξιν. τὸ[23] δὲ κτῆμα λέγεται, ὥσπερ καὶ τὸ μόριον. τό[24] τε γὰρ μόριον, οὐ μόνον ἄλλου ἐστὶ μόριον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἄλλου. ὁμοίως[25] δὲ καὶ τὸ κτῆμα. διὸ[26] ὁ μὲν δεσπότης τοῦ δούλου δεσπότης μόνον, ἐκείνου δ' οὐκ ἔστιν. ὁ[27] δὲ δοῦλος, οὐ μόνον δεσπότου δοῦλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἐκείνου. τίς[28] μὲν οὖν ἡ φύσις τοῦ δούλου, καὶ τίς ἡ δύναμις, ἐκ τούτων δῆλον. ὁ γὰρ[29] μὴ αὑτοῦ φύσει, ἀλλ' ἄλλου, ἄνθρωπος δὲ, οὗτος φύσει δοῦλός ἐστιν. ἄλλου[30] δ' ἐστὶν ἄνθρωπος, ὃς ἂν κτῆμα ᾖ ἄνθρωπος ὤν. κτῆμα[31] δὲ ὄργανον πρακτικὸν καὶ χωριστόν.

Quemadmodum[1] autem in artibus definitis ac terminatis, inſtrumenta cuique arti accommodata ſuppetere neceſſe eſt, ſi futurum eſt ut opus ab arte abſoluatur: ita[2] & rei familiari adminiſtrandæ rationi ſua præſto debent eſſe inſtrumenta. Iam[3] inſtrumentorum alia ſunt inanima, alia animata: uerbi[4] gratia, nauis gubernatori clauus quidem inſtrumentũ eſt inanimum, proræ[5] præfectus uerò animatum. Miniſter[6] enim artibus ſimilitudinem quandam ſpeciemq; gerit inſtrumenti. Sic[7] & res aliqua parta & quæſita, ſiue etiam relicta, inſtrumentum eſt ad uitam degendam comparatum. Rerum[8] autem partarũ ſeu relictarum poſſeſſio, multitudo inſtrumentorum eſt: &[9] ſeruus, res quædã poſſeſſa animata eſt: &[10] miniſter omnis ueluti inſtrumentum eſt inſtrumenta antecedens. Nam[11] ſi, ut ferunt[12] Dædali ſimulacra, aut[13] Vulcani tripodas, quos ait poeta, Diuinum uel ſponte ſua certamen iniſſe: ita & unumquodque inſtrumentorum uel artificis dominiq; iuſſu, uel præſentiens domini uoluntatem, & ultro ſuum opus poſſet abſoluere: &[14] ſi radij textoris per ſe texerent, & plectra citharam pul[...]ent: non[15] opus eſſet neq; opificibus opera miniſtrorum, neq; dominis ſeruorum. Inſtrumẽta[16] igitur quæ appellantur, inſtrumenta ſunt ad e[...]ciendum ualentia: res parta & poſſeſſa uero, ad agendum ualet. Nam[17] à radio aliud quiddam efficitur præter uſum eius: ex[18] ueſte autẽ & lecto uſus duntaxat proficiſcitur. Præterea[19] quoniam effectio & actio inter ſe ſpecie differũt, & utriq; inſtrumẽtis opus eſt, neceſſe[20] etiam eſt hæc eodẽ modo inter ſe differre. Vita[21] porro, actio, non effectio eſt. Quocirca[22] & [...], eorum, quæ ad actionem pertinent, miniſter eſt. Iam[23] res poſſeſſa ſic dicitur, ut & pars. Nam[24] & pars non ſolum alterius eſt pars, ſed etiam ſimpliciter alterius eſt. Et[25] res poſſeſſa ſimiliter. Quapropter[26] dominus [...]ui quidem dominus eſt tantùm, ſed illius non eſt. Seruus[27] autem non modo domini ſeruus eſt, ſed etiam abſolutè & omnino illius eſt. Quæ[28] ſit igitur ſerui natura, quæq; uis ac poteſtas, ex his perſpicuũ eſt. Nam[29] qui nõ eſt ſuus natura, ſed alterius, et præterea uero homo eſt, hic ſeruus eſt natura. Alterius[30] porrò homo eſt, qui cũ homo ſit, res poſſeſſa eſt. Iam[31] uero res poſſeſſa, inſtrumentum eſt ad agendum accommodatum, & ſeparabile.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quemadmodum autem.) Quemadmodum, inquit, artibus abſolutis iam ac perfectis (hoc enim arbitror ualere, quod inquit ὡρισμέναις, ut diſtinguat ipſas ab iis, quæ inchoatæ ſunt, ac nondum ita definitæ, ut merito uocentur artes) neceſſe eſt adeſſe & quaſi parata iam eſſe ſua ac propria ipſarum inſtrumenta, ſi effici & ad exitum perduci debet opus, quod conficiendum ſuſceperunt: ſic etiam huic, quæ & ipſa ſpeciem artis habet, & duci auctoriq́; ipſius, quem uocat οἰκονόμον. Cum igitur iam probarit ſimili artium patri familias neceſſaria eſſe inſtrumenta, ne quis hoc miretur ac ſpernat, neque enim (ut uidemus) ipſum huiuſcemodi aliquo inſtrumento, quale eſt malleus aut ſerra) affirmat non omnia inſtrumenta eſſe eiuſdem generis: partim enim eorum ſunt inanima, partim autem animalia. Quod declarat exemplo artis naualis, eiuſque qui ſummum locum in ea tenet, id eſt gubernatoris. Ipſi enim clauus inſtrumentum eſt expers animi: qui autem manet in prora anterioreq́; parte nauis, cùm gubernator in puppi ſedeat, uoces ipſius mandataq́; attendens, inſtrumentum eſt animale. Non ſine cauſa uerò hunc uocet a ſe inſtrumentum eſſe, oſtendere uolens, in omni arte, quæcunq́; illa ſit, affirmat miniſtrum eius locum inſtrumenti tenere. Concludit igitur, his rebus patefactis, eodem pacto, quod aliquis poſsidet, eſſe inſtrumentum ad uitam aptum: & ſanè res familiaris, ſortunæq́; ipſæ hominis, ſunt copia multitudoq́; inſtrumentorum: ſeruusq́; itidem poſſeſsio quædam particeps animi, & aliquo modo (ut inquit) inſtrumentum, quod præſtat & antecellit cæteris inſtrumentis. hoc enim ualet, quod ipſe dicit, illum eſſe ὄργανον πρὸ ὀργάνων. particula enim πρὸ, hic ſignificat dignitatem, & meliorem locum. Quod perſpicitur etiam ex illa uoce peruulgata, [illegible]: ipſa enim traditur inuenire ſeruum, cuius melior conditio ſit, quàm alius ſerui: & eodem pacto erum honeſtiorem alio ero. Cum uerò in omnibus, quos uidi libris, legeretur patrio multitudinis caſu τῶν ὀργάνων, emendaui, ſecutus fidem ueteris tralationis, dandi caſu ſingulari τῷ ὀργάνῳ: hoc enim mihi magis conuenire uidetur & orationis ſtructuræ, & ſententiæ auctoris. Præterea initium huius clauſulæ in ueteri etiã multis ſine præpoſitione ea ſcriptum erat, quam lectionem eadem confirmat. Reſpondendum igitur fuit illi ſtructuræ uerborum.

Si namq; potuiſſet.) Hoc ualet ad oſtendendum neceſſarium eſſe domino ſeruum, & omni opifici famulum ac miniſtrum, ut poſsint commodè obire ſua munera: aliter enim uix poſſent efficere, quod proprium eſt artis ipſorum, aut maiore cum labore ac iactura temporis. Videmus autem pleruq; ipſos in hoc uti opera puerorum, quibus etiam ea de cauſa ab eo quòd faciant, opusq́; adiuuent, nomen impoſitum eſt. Vt igitur hoc planum faciat, conditionem quandam fert, quæ ſi exitum haberet, & non potius una foret earum rerum, quæ non poſſunt effici, ſine damno ullo carerẽt & eri & opifices ſuis miniſtris: illa autem hæc eſt. Si namq; potuiſſent ſingula inſtrumenta, cùm mandatum accepiſſent, ſine ipſa quod requiritur præſenſiſſent, moliri quod opus illorum eſt, ut fama eſt ſeceru ſolita inſtrumenta Dædali, illius eximij opificis & architecti: uel ut Vulcani tripodas, quos Homerus cecinit ſponte ſua diuinum certamen occurriſſe: ſic etiam radij, textoris inſtrumenta, ipſi per ſe telæ texendæ operam nauaſſent: & plectra ſine citharistæ ſtudio citharam pulſaſſent: nihil ſanè opus fuiſſet neq; architectis miniſtris, neque eris ſeruis. Sed hæc res commentitiæ ſunt & fictæ à poetis, ut ornent ſua ſcripta, & admirationem gignant: quare non ſunt ad uſum & uitam transferendæ. Locus poetæ notus eſt in V. Iliados. Eſt etiam hic uidendum, quos uocat miniſtros architectorum. illos ne, qui appellantur à Cicerone fabri in epiſtola quadam ad M. Varronem, & à Græcis [illegible], ſiue quaſi famulos horum fabrorum, id eſt qui calcem ipſis ac lapides præbent: unde itidem noſtra lingua à manibus ipſis nomen impoſitum eſt: ſine ſtudio enim & labore ipſorum uix conficeretur domus. Et ſane ſi architecti tantum formã ædificij deſcribunt, & nunquam adhibent manus operi, miniſtri ipſorum intelligi debent fabri.

Vocata igitur inſtrumenta.) Oſtendit diſcrimen, quod uerſatur inter ea quæ uulgò uocantur inſtrumenta, & illa quæ docti homines aliquando docendi cauſa eodẽ nomine appellant: atq; id duobus argumentis. Primũ eorũ eſt, uocata inſtrumẽta eſſe inſtrumenta ad mouendum aliquid efficiendumq́; ſecte partes autẽ patrimonij, & omne quod poſsidetur, eſſe inſtrumentũ aptum ad agendum. Quod ſtatim exemplis poſitis declarat. à radio enim, inquit, quem conſuetudo uocat inſtrumentum; aliud quippiam efficitur præter uſum ipſius, id eſt tela. à ueſtimento uerò & lectulo uſus tantùm. Eadem ratio eſt equi, domus ipſius, & aliarum omnium huiuſcemodi rerum. Ita etiam M. Cicero uocauit Senatum, ὄργανον ſuum, quòd ipſo uteretur ad bene gerendam remp. quod ſanè opus manibus tangi non poterat, neque oculis apparebat.

Actio autem quia.) Alterum argumentum hoc eſt, quo oſtendit diſcrepare uocata uulgò inſtrumenta ab illis quæ propter ſimilitudinem ipſorum aliquando appellantur inſtrumenta, quemadmodum ipſe modò fecit, qui dixit ſeruum eſſe inſtrumentum rei familiaris. Inquit igitur, ſumens principium ad hoc conſtituendum à rebus plenis. Quia diſcrepant inter ſe factio & actio ſpecie (factio enim functio quædam eſt, quæ molitur aliquid, uimq́; ſuam exercet in materia, extra ipſam poſitum, qualis ædificatio eſt, pictoris opus: actio uerò eſt functio, quæ reſtat in eo qui molitur, & ad eius uitam refertur. egent autem ambo functiones hæ inſtrumentis) neceſſe eſt, inſtrumenta ipſarum eodem pacto inter ſe diſcrepare, id eſt & ipſa quoque ſpecie diuerſa eſſe. Adſumit autem uitam hominis eſſe actionem, non factionem. unde ducitur, ſeruum eſſe miniſtrum eorum, quæ actionis propria ſunt, eoq́; referuntur, cùm uitæ commodisq́; hominis ſeruiat.

Res autem poſſeſſa.) Declarat, quæ ratio ſit ſerui ad erum: utitur autem ad hoc probandum ſimili. Inquit igitur, rem poſſeſſam, ceu ueſtem, domum, agrum, eandem rationem habere ad dominum, eumq́; qui poſsidet, quam habet pars ad id, cuius eſt pars. Pars enim inquit, non ſolum alius eſt pars, uerum etiam omnino ſimpliciterq́; alius, atque id quod eſt, inde accipit. exempli cauſa, caput animantis, pesq́;, non tantum animantis pars eſt: ſed ſi hoc etiam non addideris, alius eſt, per ſeq́; minus nullum obit. Eadem igitur, inquit, ratio eſt eius quod poſsidetur, ceu ſerui: unum enim & ipſe eorum quæ poſsidemus: neque enim ſolum illius ſeruus eſt, id eſt eri, ſed ſimpliciter alius, quia ſua ui ſe ſuaque commoda tueri non poteſt. Concludit autem hic Ariſtoteles ratione hac tantum oſtendit eius è ſuperiore hac diſputatione, uerum etiam aperit aliter ſe rem habere in eo quod è regione reſpondet illi, id eſt in perſona eri, à quo orditur hoc monſtrare. Inquit enim: Quare erus ſerui erus tantum eſt. Illius autem res non eſt: manet enim ſine illo, ſtatumq́; ſuum tuetur. Contrà autem ſeruus non ſolum eri ſeruus eſt, ſed ſimpliciter illius. hoc autem eſt, quod probare uoluit, ut ipſe etiam teſtatur.

Quæ igitur natura ſerui.) Hæc eſt concluſio totius rationis: inquit enim, perſpicuum eſſe ex his quæ iam tradita ſunt, quæ ſit natura ſerui, atque etiam quæ uis ac poteſtas ipſius, id eſt quid expectare ab eo debeamus, & quid ille cura ac ſtudio ſuo efficere poſsit. Eodem pacto initio primi libri de Arte poetarum, cũ dixiſſet ſe uelle præcipere de arte illa, & de ſpeciebus eius, addidit, ἥν τινα δύναμιν ἕκαστον ἔχει: id eſt, quid præſtare poſſunt ſingulæ ipſius ſpecies. Etſi autem hic oſtendit nullo negotio intelligi poſſe è ſuperiore diſputatione, quænam potiſsimum ipſa ſint: tamen ſtatim cuncta explanat, ut facere conſueuit; hoc pacto: Qui enim non eſt ſui ipſius natura (hoc autem addidit, quia uſu uenit aliquando ingenuum hominem amittere libertatem, nec ſuæ poteſtatis eſſe, cum ſcilicet capitur ab hoſtibus: is enim quoque eo tempore non eſt ſui iuris, ſed inſtituto quodam hominum, non natura) ille igitur, qui non eſt ſui iuris natura, ſed alius; idem tamen homo, hic eſt, inquit, natura ſeruus. Cum autem in hac ſerui explicatione dixiſſet ſeruum eſſe alius, uidereturq́; hoc eſſe durum, & aliquo modo effici non poſſe, ut homo naturæ duce alius, non ſui eſſet: docet quomodo hoc contingat, his uerbis: Alius autẽ eſt homo, qui mancipium reſq́; poſſeſſa ab aliquo fuerit, cùm homo ſit. Cum autem plurium generum ſint, quæ poſsidentur à nobis, κτήματα uocata à Græcis, declarat cuiuſmodi ipſe κτῆμα ſit: atque, κτῆμα mancipiumq́; inſtrumentum aptum eſſe rebus agendis, & ſeiunctum à corpore eius, cui ſeruit. Quibus uerbis aliquo modo definiuit ſeruum, ſeruans ea, quæ cuſtodiuntur in omni definitione: κτῆμα enim quòd ipſum eſſe inquit, uſus eſt hoc tanquam genere. quin enim tale ſit, dubitari non poteſt. ſed aliæ multæ ſunt partes patrimonij noſtri. Inſtrumenti uerò uim habere ſeruum remq́; ita poſſeſſam, quòd inquit, diſtinxit hoc pacto ipſum à partibus rei familiaris, quibus non utimur tanquam inſtrumentis. Cum autem homo ſit, ſequitur ut animale ſit, quo nomine ſeparatur ab inſtrumentis inanimis: nec non etiam à mulis, equis, cæteriſq́; pecudibus, quæ inſtrumenta cum ſint, ratione carent. Quòd uerò idem ad agendum aptum eſſe dicit, remouet ab inſtrumentis opificum, & ipſis animalibus, quales ſunt pueri adminiſtratoreſq́; omnes ipſorum. quæ inſtrumenta ſeruiunt factioni. In extremo quod poſuit, ſeparatum ipſum eſſe, diſtinguit à manibus pedibuſq́;, quæ & ipſa inſtrumenta ſunt, ſed hærent nobis, ſuntq́; partes noſtri corporis. unde ab ipſo uocantur μέρη ὀργανικά.

Καὶ ὁ δοῦλος, κτῆμά τι ἔμψυχον.) Inſtrumenta hic diuidit Oeconomica in animata & inanimata. In Oeconomicis ſeruos a-

lius facit animatos, rationis capaces aut expertes, alius inanimes Itaq; hic instrumenti speciem constituit seruum in propriè sumtum, hominem scilicet. Illic uerò serui speciem ponit instrumentum inanimatum. Vtrumq; rectè, diuerso diuisionis respectu. Sic Aeschyls Prometheus animalia cicura dare sese hominibus ait [illegible].

[illegible].) Plato in Menone & Euthyphrone meminit Dædali [illegible], sigeorum, quemadmodum, quæ sua sponte mouerentur, & nisi cauincta cathenis, fugerent: alludēs ad Rhodiorum morem, qui statuis mira arte fabrefactis uincula addere solebant, uti ne fugerent, animatis similes esse monētes, teste Eustathio Iliad. 6. Fuit autem Atheniensis patria, statuarios & architectus inter priscos maximè insignis. Pausanias in Corinthiacis eius opera rudia neque aspectu decora fuisse, diuinitatem tamen quandam præ se tulisse scribit. At Diodorus lib. 4. in statuis omnes coætaneus longè superasse tradit, ut signa ab eo facta uiuere, aspicara item & moueri uiderentur. Etsi alij Dædalum primum in statuis oculos, manus atq; pedes discriminasse dicant, & hinc famam diuulgatam, quòd inuentia, hoc est, uiuentibus simillima exhiberet simulacra.

[illegible].) Hom. Iliad. VI. fingit Volcanum XX. tripodes, ad usum mensæ, uel lebetis, uel crataris confecisse, qui extra domum starent, & sponte, cùm opus esset, aurearum rotularum beneficio in Deorum coetum prodirent ([illegible], ubi Deorum inseruiturj) rursusq; inde domum redirent, ministerio absoluto. Verba poetæ sunt hæc:

—[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible].) Quemadmodum unus & idem homo & gubernator est, & paterfamiliâs: sed quatenus gubernator, ita nauim regit mechanicè: quatenus paterfamiliâs, ita domui præest œconomicè. ita quoque unus & idem homo & remex esse potest, & seruus. sed ut remex est, ita ministrat gubernatori: ut seruus est, inseruit domino in iis quæ ad uitam quotidianam practicam necessaria sunt. Proinde ut in eandem interdum personam & mechanica & œconomica seruitus incidat, diuerso tamen respectu, altera quidem per se, altera per accidens: cùm is qui per se cōsideratus gubernator est mechanicè, accidat quoq; administratio domestica, & contrà Arist. ergo essentialiter seruum, quatenus seruus est, actiuum instrumentum esse perhibet: quem alioqui etiam factiuum instrumentum euadere nō prohibet, si opus faciat uel nauticum, uel rusticum, uel fabrile. Vt etiam actio mechanicæ finis per se est opus: per accidens uerò uictus acquisitio.

[illegible].) Seruus ergo instrumentū est domini, à domino tamen acto seiunctū. neque illi cohærēs corpore, ut pars suo toti. At infrà cap. eir. n. 59. dicit seruum esse [illegible], mechanicū uerò artificem seruum quendam seiunctum esse. Illic conuersationem, hic cohærentiam respicit.

- CVM singularis explicatio societatum, ex quibus domus cōstat, instituti debeat: prima occurrit ea quæ est inter Dominum & Seruum cōmunitas, quam à digniore persona Arist. [illegible], nos Herilem appellamus. Huius igitur societatis
  - Materiam, hoc est, Personas, quæ hanc societatem constituunt atque continent, Dominum scilicet & Seruū, explicare oportet. Cùm autem inter se relationem habeant, & relatorum tum prædicatio tum cognitio sit mutua: licet Dominus imperij dignitate, Seruus tamē ministerij necessitate primas obtinet: adeoq; Seruo rectè cognita, Dominum quoq; facilè cognouerimus. Domini autem appellatione etiam Dominam complectimur: quandoquidem Mari & Feminæ, qui procreationis causa in eandem domum conueniunt, accidit, ut imperent seruis & ancillis. De Seruo igitur & Seruitute (subintelligendo semper & Dominū & Dominationem) agit tum in
    - Genere primùm, hoc capite. Societatē herilem usus quotidiani gratia institutā esse in superioribus constitit. Dominus est qui utitur, Seruus est quo utitur, tanquam instrumento utentis domini. Instrumenta autē cū uaria sint, pro eorū qui instrumētis utūtur instituto & natura: mechanica uerò eximiè cæteris cognoscā tur: ideirco Instrumēta œconomica (inter quæ Seruus principatū obtinet) cōparatione instrumentorū mechanicorū enarrare aggreditur. De œconomicis igitur instrumētis disputans, tum
      - Quòd dentur, similè ostendit
        - Quemadmodum *mechanici artifices, qui certas solidasq; artes profitentur, habent opportuna instrumenta, quorum ope sua efficiunt opera.* N. 1.
        - Ita quoq; *œconomi instrumētis domesticis ad munia domestica exequenda & perficienda indigent.* N. 2.
      - Quænā sint illa, explicat partim
        - Comparatè, *respectu scilicet instrumentorū mechanicorum. Vide in seq. signum* A.
        - *Per se & absq; comparatione, corollariū inferēs: Serui Naturā (ut est) & Facultatem (ut operatur & ministrat & seruit Domino) ex prædictis perspici, atq; una Resolutione comprehendi posse.* N. 28.
          - Seruus est, *qui natura sua homo existens, alterius homo est & esse dicitur.* N. 29.
          - At homo alterius est, *qui cùm homo sit, ab altero possidetur.* N. 30.
          - Cæterùm *qui ab alio possidetur, instrumentum est actiuum, ab eo à quo possidetur et cui inseruit separatū.* N. 31. *Sic etiam infrà cap. 6. n. 42.*
          - Ergo *Seruus est instrumentum actiuum domini, & à domino separatum, adeoq; natura à domino diuersa, à domino tamē dependentis.*
    - Specie, *de speciebus scilicet Seruitutis (& per consequens etiam Dominij) sumptis ab Efficiente, methodo problematica.* CAP. V & VI.
  - Formam *persequitur.* CAP. VII.

A. Cum

- **A. Cum mechanicis organis œconomica organa**
  - **Conueniunt, nempe quo ad differentias à materia ſumtas: quas uarià ui**
    - **ὅτι non unum eſſe generis**
      - **Proponit.** *Inſtrumenta in uniuerſum duorum ſunt generum: quædam animata, quædam inanimata.* Num. 3.
      - **Declarat uidē per ſimilitudinem:**
        - **Quemadmodum** *Gubernator, qui naui præeſt, inſtrumentum habet*
          - **Inanimatum,** *Gubernaculum.* N. 4.
          - **Animatum,** *Remigem* N. 5. *Ratio. Miniſter enim in omnibus artibus inſtrumenti uicem ſupplet.* N. 6.
        - **Ita quoque œconomi inſtrumenta conſiderata in**
          - **Genere,** *Res erunt quælibet ad uitam neceſſariæ, quæ ſi perpendantur*
            - **Singillatim,** *unum quodq; per ſe,* κτῆμα *dicitur, Res poſſeſſa, ad uitam neceſſaria.* N. 7.
            - **Coniunctim,** *multa ſimul,* κτῆσις *uocatur, Res tota familiaris, multitudo quædam inſtrumentorum œconomicorum.* N. 8.
          - **Specie uariant &**
            - **Natura.** *Sunt enim alia*
              - **Inanimata** *inſeruientia*
                - **Locationi.** *Vaſa in genere, ut Lectus, Olla, Mactra, Cochleare, Mortarium, Laſanum.*
                - **Operationi.** *Arma in genere, ut Vectis, Aratrū, Piſtillum, Pala.*
              - **Animata** *uel rationis.*
                - **Expertia,** *ut Canis, Equus, Bos.*
                - **Capacia,** *ut Seruus.* N. 9.
            - **Dignitate.** *Seruus enim omnibus alijs inſtrumentis præſtantior eſt, tum quia animatus (ſic enim inanimatis præſtat) tum quia rationis eatenus particeps, ut obedire imperāti queat, uti noſtrā c. ſeq. n. 40. (ſic etiā brutis antecellit) Quod ipſum ex genere probat. Quoniam omnis miniſter, inſtrumentum eſt reliquis omnibus, tam brutis quàm inanimatis, excellentius, cùm illa poſſit regere, & ad uſum traducere oportunum.* N. 10.
    - *dein comprobat, cur inſtrumenta tam uaria requirantur, tali ſyllogiſmo hypothetico. Cuius*
      - **Summa talis eſt**
        - **Antecedens:** *Si inſtrumentum quoduis eam haberet naturam, ut uel imperanti domino aut artifici obedire, uel ſaltem uolenti & cupienti ſponte gratificari poſſet.* N. 11. *Declarat ſimili. Nempe*
          - **Quemadmodum tradunt**
            - **Hiſtoriæ** *ueteres de Dædali operibus.* N. 12.
            - **Poetæ** *de Vulcani tripodibus.* N. 13.
          - **Ita quoq;** *Radij per ſe texerent, Plectra citharam pulſarēt, Mallei tunderēt.* N. 14.
        - **Conſequens:** *Certè neq; artifices miniſtris, neq; œconomi ſeruis opus haberent.* N. 15.
      - **Aſſumtum** *ſubintelligitur. Atqui illud non eſt.*
      - **Concluſio** *quoq; ſubticetur. Ergo neq; hoc erit.*
  - **Non conuenire, ſed differre oſtendit tum in**
    - **Genere,** *omnia inter ſe, tam inanimata quā animata, ex ipſo fine:*
      - **Quæ** *diuerſos habent fines, etiam ipſa differunt.*
      - **At** *inſtrumenta mechanica & œconomica fines habēt diuerſos: cùm illa præter uſum etiam opus certum producant, hæc nihil aliud præter uſum ſpectent. Declarat exemplis. Nempe*
        - **Radij** *textorij finis non eſt uſus ſolus, ſed opus, Tela ſcilicet, quæ per uſum radij texitur.* N. 17.
        - **Veſtis** *aut* **Lecti,** *quo utitur œconomus, finis eſt ſolus uſus, nec quid præter illum aliud ſpectatur.* N. 18.
      - **Ergo** *inſtrumenta mechanica & œconomica differunt, quòd hæc actiua ſint, illa factiua.* Num. 16. *Et proinde licet in unum idemq; ſubiectum incidere poſſit utriuſque inſtrumenti conſideratio, V. G. ſi idem homo fabri ſeruus ſit & in officina & in domo: tamen diuerſa ratione. Quatenus enim ferrū cudit, ſic fabri miniſter erit: quatenus uerò ad uictum comparandum inſeruit, domini ſeruus appellabitur.*
    - **Specie,** *animatum ſcilicet ſeruum œconomicum à mechanicis omnibus alijs: quandoquidem dignitate reliquis inſtrumentis omnibus antecellit. Vide ſeq. ſignum B.*

B.
Seruū omnibus alijs mechanicis organis antecellere oſtendit duobus argumentis: altero à Serui

- Fine:
  - Inſtrumentum πρακτικὸν ſiue eſt diuerſum ab inſtrumēto ποιητικῷ. Probat:
    - Si πρᾶξις & ποίησις differunt, etiam inſtrumenta eorundem different.
    - Atqui πρᾶξις & ποίησις differunt. N. 19. πρᾶξις enim hominis agentis, ποίησις uerò ipſius operis, quod producetur, perfectionem quærit.
    - Ergo etiam inſtrumenta ποιητικὰ & πρακτικὰ different. N. 20.
  - Seruus autem eſt inſtrumentum πράξεως, non ποιήσεως. Quod ſic demonſtrat:
    - Vita humana eſt πρᾶξις, non autem ποίησις. N. 21.
    - At ſeruus eſt inſtrumentum uitæ humanæ.
    - Ergo ſeruus eſt inſtrumentum πράξεως. N. 22.
  - Ergo ſeruus eſt diuerſus ab inſtrumentis factiuis.
- Forma prædicationis:
  - Inſtrumentum mechanicum id quod eſt, non dicitur eſſe alterius. Sic Malleus per ſe eſt, licet ad uſum fabri ſit traducendus.
  - At ſeruus id quod eſt alterius eſt & eſſe dicitur. Deducit:
    - κτῆμα ſiue inſtrumentum œconomicum id quod eſt, alterius eſt & eſſe dicitur. Probat:
      - Quemadmodum μόριον dicitur, ita etiam τὸ κτῆμα N. 23. Vti enim ſe habet Pars ad totum, ita Res familiaris ad Domum. Domus eſt pars ciuitatis, uti ſuprà cap. 2. docuit: & Res familiaris pars eſt ipſius Domus. Sic etiam infrà cap. 6. n. 39.
      - At μόριον non tantùm dicitur alterius pars, ſed in uniuerſum id quod eſt, ab alio habet. N. 24. Vti cap. 2. n. 50. Toto enim ſublato, uel ſaltem à toto ſeparata parte, non niſi æquiuocè tantùm dicitur pars eſſe.
      - Ergo etiam κτῆμα non tantùm dicitur alterius κτῆμα, ſed in uniuerſum id quod eſt alterius eſt, eius ſcilicet qui poßidet. N. 25.
    - At ſeruus eſt κτῆμα.
    - Ergo ſeruus id quod eſt, alterius eſſe dicitur. Explicat. Nam:
      - Dominus, quatenus dominus, ſerui eſt & dicitur eſſe dominus, cùm ſit correlatiuum, ut Logici loquuntur. At quatenus eſt, non eſt ſerui res, à ſeruo ſcilicet poſſeſſa, neq; à ſeruo dependet. N. 26.
      - Seruus, & quatenus ſeruus eſt, domini ſeruus eſt & eſſe dicitur: & quatenus res eſt, domini res eſt, & à domino poßidetur. N. 27. Vti etiam Plato in Parmenide docuit.
  - Ergo ſeruus non eſt inſtrumentum mechanicum, ſed ab eo differentem habet naturam.

CAPVT V.

De Seruitute naturali differit.

VTrum[1] aūt eſt aliquis natura talis, an nō: &[2] utrū melius ac iuſtum alicui ſeruire, an nō, ſed omnis ſeruitus contra naturā eſt, poſt hæc conſiderandū. Non[3] eſt aūt difficile & ratione uidere, & ex his, quæ[4] fiunt in uita, perdiſcere. Imperare[5] .n. & parēre nō ſolùm partes neceſſariorū ſunt, uerū etiā conducentiū: ſtatimq;[6] ab ortu quædā inter ſe diſcrepant: hæc namq; ad parendum, hæc uerò ad imperandū facta ſunt. ſpeciesq;[7] multæ & imperantium & parētiū: ſemperq;[8] melius imperiū eſt meliorū parentiū, ceu hominis, quàm beluæ. Quod[9] enim efficitur à melioribus, melius opus eſt. Vbi[10] autem hoc quidem imperat, hoc autem paret, exiſtit quoddam horum opus. Quæcunque[11] enim è pluribus conſtant & fiunt unū

ΠΟΤΕΡΟΝ[1] δ' ἐστί τις φύσει τοιοῦτος, ἢ οὔ· καὶ[2] πότερον βέλτιον καὶ δίκαιόν τινι δουλεύειν, ἢ οὔ, ἀλλὰ πᾶσα δουλεία παρὰ φύσιν ἐστί, μετὰ ταῦτα σκεπτέον. οὐ[3] χαλεπὸν δὲ καὶ τῷ λόγῳ θεωρῆσαι, καὶ[4] ἐκ τῶν γινομένων καταμαθεῖν. τὸ[5] γὰρ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι, οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων ἐστί. καὶ[6] εὐθὺς ἐκ γενετῆς ἔνια διέστηκε, τὰ μὲν ἐπὶ τὸ ἄρχεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ τὸ ἄρχειν· καὶ[7] εἴδη πολλὰ καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων ἐστί. καὶ[8] ἀεὶ βελτίων ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν βελτιόνων ἀρχομένων, οἷον ἀνθρώπου, ἢ θηρίου. τὸ[9] γὰρ ἀποτελούμενον ἀπὸ τῶν βελτιόνων, βέλτιον ἔργον.[10] ὅπου δὲ τὸ μὲν ἄρχει, τὸ δ' ἄρχεται, ἐστί τι τούτων ἔργον. ὅσα[11] γὰρ ἐκ πλειόνων συνέστηκε, καὶ γίνεται ἕν τι κοινὸν,

VTrum[1] autē ſit aliquis talis natura, nécne: &[2] utrùmne præſtet & iuſtum ſit alicui ſeruire, nécne, ſed potius omnis ſeruitus ſit præter naturā, poſterius erit conſiderandū. Veruntamē[3] non eſt difficile etiā ratione hec contemplari, &[4] ex ijs quæ fiūt intelligere. Imperare[5] enim & imperio parēre non ſolum ex numero rerum neceſſariarum ſunt, uerum etiam ex utilium. Et[6] ſtatim ab ortu primo nonnulla inter ſe diſtiterunt, alia ut parērent imperio, alia ut imperarent. Tū[7] plura ſunt & imperantiū, & imperio ſubiectorū genera: ſemperq;[8] id melius imperiū eſt, quod ob tinetur in res imperio ſubiectas meliores ac præſtantiores: uerbi gratia, melius eſt imperiū in homine, quàm in feram. Nā[9] quo unūquodq; opus ex meliorib. abſoluitur, eo eſt melius. Vbi[10] aūt aliud imperat, aliud imperio paret, aliquod horū opus extat. Quæcunq;[11] enim ex plurib. conſtat, & unum quoddam efficiunt fi-

ue ſt,

aliquod cómune, ſiue è continuis, ſiue ex ſeiunctis, in cũctis perſpicitur quod imperat, & quòd paret. Et [12] hoc ex omni natura ineſt in his, quæ ſunt ſine animo. Etenim [13] in his quæ nõ cõmunicant uita, eſt tamen aliquod imperiũ, ceu in cantu. Sed [14] hęc fortaſſe ſunt animaduerſionis alienioris. Animal [15] autem primùm cõſtitit ex animo & corpore: quorum [16] hoc quidẽ imperans eſt natura, hoc autem parens. Decet [17] autem attẽdere in integris potius, q̃ ex natura eſt, & non in corruptis. Quapropter [18] & homo optimè diſpoſitus & corpore & animo ſpectandus eſt, in [19] quo hoc perſpicuum eſt. In prauis [20] enim uel prauè ſe habentibus, uideri poſſet imperare ſępe corpus animo, quia malè & præter naturam ſe habet. Licet [21] igitur, quemadmodum dicimus, primùm in animali ſpectare & erile imperium, & ciuile. Animus [22] enim imperat corpori erili imperio: mẽs [23] autẽ appetitui, ciuili & [24] regio. In [25] quib. manifeſtũ eſt ex natura eſſe conducereq́; corpori regi ab animo: & parti, quæ [26] agitatur turbidis motibus, regi à mẽte & parte, quæ rationẽ habet: pariter [27] autem uel contra, detrimentoſum omnibus. Rurſus [28] in homine & alijs animantibus eodem pacto. Manſueta [29] enim feris meliora natura: his [30] autem omnibus melius regi ab homine: adipiſcũtur [31] enim ſalutem ita. Adhuc [32] autem maris genus ad ſemineum natura: hoc [33] quidem melius, hoc autem deterius: hoc [34] quidẽ imperans, hoc [35] autẽ parens. Eodem [36] autẽ pacto neceſſe ſe habere & in omnib. hominibus. Quicunq; [37] igitur tantum diſtant, quãtũ animus à corpore, & homo à belua, diſpoſiti ſunt hoc modo. At quorũ opus eſt uſus corporis, & hoc eſt quod ab ipſis optimũ capitur, hi ſunt natura ſerui, quibus optimũ eſt regi hoc imperio, ſi quidem & ijs, quę à me dicta ſunt. Eſt [38] .n. natura ſeruus is, qui alius eſſe põt: quare [39] & alius eſt: & [40] q particeps eſt rationis tantũ, ut ſentiat ipſam, ſed non habeat. Cæteræ [41] enim animantes, rationẽ nõ ſentiẽtes, ſed affectib. miniſtras ſe præbẽt. Et [42] ſanè uſus parũ uariatur. ad ea .n. quę ne-

neceſſaria

κοινόν, εἴ τε ἐκ συνεχῶν, εἴ τε ἐκ διῃρημένων, ἐν ἅπασιν ἐμφαίνεται τὸ ἄρχον, καὶ τὸ ἀρχόμενον. καὶ [12] τοῦτο ἐκ τῆς ἁπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἀψύχοις. καὶ [13] γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς, ἐστί τις ἀρχή, οἷον ἁρμονίας. ἀλλὰ [14] ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως. τὸ [15] δὲ ζῷον πρῶτον συνέστηκεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ὧν [16] τὸ μὲν ἄρχον ἐστὶ φύσει, τὸ δ' ἀρχόμενον. δεῖ [17] δὲ σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει, καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις. διὸ [18] καὶ τὸν βέλτιστα διακείμενον καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν ἄνθρωπον θεωρητέον, ἐν [19] ᾧ τοῦτο δῆλον. τῶν [20] γὰρ μοχθηρῶν, καὶ μοχθηρῶς ἐχόντων, δόξειεν ἂν ἄρχειν πολλάκις τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, διὰ τὸ φαύλως καὶ παρὰ φύσιν ἔχειν. ἔστι [21] δ' οὖν, ὥσπερ λέγομεν, πρῶτον ἐν ζῴῳ θεωρῆσαι καὶ δεσποτικὴν ἀρχὴν, καὶ πολιτικήν. ἡ [22] μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει, δεσποτικὴν ἀρχήν· ὁ [23] δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως, πολιτικὴν, καὶ [24] βασιλικήν· ἐν [25] οἷς φανερόν ἐστιν, ὅτι κατὰ φύσιν καὶ συμφέρον τὸ ἄρχεσθαι τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ [26] τῷ παθητικῷ μορίῳ ὑπὸ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ μορίου τοῦ λόγον ἔχοντος· τὸ [27] δ' ἐξ ἴσου, ἢ ἀνάπαλιν, βλαβερὸν πᾶσι. πάλιν [28] ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὡσαύτως. τὰ [29] μὲν γὰρ ἥμερα τῶν ἀγρίων βελτίω τὴν φύσιν· τούτοις [30] δὲ πᾶσι βέλτιον ἄρχεσθαι ὑπ' ἀνθρώπου· τυγχάνει [31] γὰρ σωτηρίας οὕτως. ἔτι [32] δὲ τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ φύσει· τὸ [33] μὲν κρεῖττον, τὸ δὲ χεῖρον· καὶ [34] τὸ μὲν ἄρχον, τὸ [35] δὲ ἀρχόμενον. τὸν [36] αὐτὸν δὲ τρόπον ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων. ὅσοι [37] μὲν οὖν τοσοῦτον διεστᾶσιν, ὅσον ψυχὴ σώματος, καὶ ἄνθρωπος θηρίου, διάκεινται τοῦτον τὸν τρόπον. ὅσων δ' ἐστὶν ἔργον ἡ τοῦ σώματος χρῆσις, καὶ τοῦτ' ἐστ' ἀπ' αὐτῶν βέλτιστον, οὗτοι μέν εἰσι φύσει δοῦλοι, οἷς βέλτιόν ἐστιν ἄρχεσθαι ταύτην τὴν ἀρχὴν, εἴπερ καὶ τοῖς εἰρημένοις. ἔστι [38] γὰρ φύσει δοῦλος, ὁ δυνάμενος ἄλλου εἶναι· διὸ [39] καὶ ἄλλου ἐστί. καὶ [40] ὁ κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν. τὰ [41] γὰρ ἄλλα ζῷα οὐ λόγου αἰσθανόμενα, ἀλλὰ παθήμασιν ὑπηρετεῖ. καὶ [42] ἡ χρεία δὲ παραλλάττει μικρόν· ἡ γὰρ πρὸς τἀναγκαῖα τῷ σώ-

unt, ſiue ex continuis, ſiue ex diſiunctis, in eis omnibus elucet atq; apparet id, quod imperat, & id, quod imperio ſubiectum eſt. Atq; [12] hoc ex omni natura in animatis ineſt maximè. nam [13] etiam in ijs, quæ ſunt uita expertia, aliquod imperium eſt: uerbi gratia, in concentibus ſeu harmonijs. Sed [14] hæc fortaſſe minus ſunt huius quæſtionis propria, atque aliquanto alieniora, & extra rem. Animal [15] autem primum ex animo & corpore conſtat: quorum [16] alter imperium gerit natura, alterũ imperio paret. Oportet [17] autem in ijs, quæ natura conueniunt & congruunt, ſpectare naturam, non in corruptis ac deprauatis. Quare [18] contemplari debemus hominem & animo & corpore optimè affectum: in quo [19] hoc apparet. Nam [20] uitioſorum & uitiosè affectorum ſæpenumerò uideatur corpus animo præeſſe atque imperare, propterea quod male & præter naturam affecti ſunt. Licet [21] igitur, quemadmodum dicimus, in animali primum cernere & herile imperium, & ciuile. Animus [22] enim in corpus imperium herile obtinet: mens [23] autem in appetitum, ciuile & [24] regium. In [25] quibus perſpicuum eſt, conſentaneum eſſe naturæ, atque expedire & corpori, animo ſeruire: & [26] ei animi particulæ, quæ ad motus ſuſcipiendos ualet, menti, eiuſque particulæ, quæ ratione prædita eſt, imperio parére: item [27] æqualitatem autem, aut contrarium eius, quod diximus, omnibus eſſe detrimentoſum. Rurſum [28] in homine, & in alijs animantibus ſimiliter ſe res habet. Cicures [29] enim beſtiæ, feris ſunt meliores natura. His [30] autem omnibus melius eſt hominis imperio ſubiectas eſſe: ſic [31] enim ſalutem adipiſcuntur. Præterea [32] mas cum fœmina comparatus, [33] melior eſt, hæc autem deterior: & [34] ille quidem imperare, hæc [35] autem imperio parére debet. Eodem [36] modo ſe res habeat etiam in omnibus hominib. neceſſe eſt. Quicunq; [37] igitur tãto cæteris hominibus ſunt inferiores ac deteriores, quãto animus corpore, & homo fera præſtat (tales autem ſunt ij, quorum opus in uſu corporis poſitũ eſt, quorumq; hoc unum eſt, quod ab eis optimũ proficiſci poteſt) hi ſunt ſerui natura, quib. melius eſt huic imperio parére: ſi quidẽ & ijs, quæ ſupra dicta ſunt. Natura [38] enim ſeruus eſt is, qui alterius eſſe poteſt: ideoq; [39] & alterius eſt: & [40] qui eo uſq; rationis eſt particeps, quo ad eam ſentiat quidem ille, ſed non habeat. Nam [41] alia animalia cum rationem non ſentiant, affectibus inſeruiunt. Et [42] uero ſeruorũ & animantium mutarum uſus parum admodum inter ſe differt, ab utriſq; enim, à ſeruis, & à

ceſſaria ſunt corpori, adminiculum capitur ab utriſque: à ſeruis inquam, & à manſuetis animantibus. Vult [43] igitur natura corpora quoque diſcrepantia facere liberorum hominum & ſeruorum: hæc [44] quidē firma ualidaq; ad uſum neceſſarium: hæc [45] aūt recta, & nullo modo apta ad huiuſcemodi munerib. fungēdum, ſed accōmodata ad uitam ciuilem. Hæc [46] autem diſtinguitur in militarē uſum & [47] propriū pacis. Contingit [48] tamē ſæpe & cōtrariū: hos quidē corpora liberorum habere, hos aūt animos. Nā [49] hoc certè planū eſt, ut ſi tantū corpore ſolū diſcreparēt, quantū deorū imagines: oēs dicerēt eos, qui uincūtur ab ipſis in hoc, dignos eſſe, qui his ſeruirēt. Si [50] aūt in corpore hoc uerū eſt, multo iuſti⁹ in animo hoc definitū eſſe. Sed [51] nō eodē pacto facile eſt animi pulcritudinē & corporis uidere. Eſſe [52] igitur natura quoſdā, hos quidē liberos, hos uerò ſeruos, apertū eſt: quib. prodeſt ſeruire, & iuſtum eſt.

μα τι βοήθεια γίνεται παρ' ἀμφοῖν, παρά τε τῶν δούλων, καὶ παρὰ τῶν ἡμέρων ζώων. βούλεται [43] μὲν οὖν ἡ φύσις καὶ τὰ σώματα διαφέροντα ποιεῖν τὰ τῶν ἐλευθέρων, καὶ τῶν δούλων· τὰ [44] μὲν ἰσχυρὰ, πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρῆσιν· τὰ [45] δ' ὀρθὰ, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὰς τοιαύτας ἐργασίας, ἀλλὰ χρήσιμα πρὸς πολιτικὸν βίον. οὗτος [46] δὲ καὶ γίνεται διῃρημένος εἴς τε τὴν πολεμικὴν χρείαν, καὶ [47] τὴν εἰρηνικήν. συμβαίνει [48] δὲ πολλάκις καὶ τοὐναντίον, τοὺς μὲν τὰ σώματα ἔχειν ἐλευθέρων, τοὺς δὲ τὰς ψυχάς. ἐπεὶ [49] τοῦτό γε φανερὸν, ὡς εἰ τοσοῦτον γένοιντο διάφοροι τὸ σῶμα μόνον, ὅσον αἱ τῶν θεῶν εἰκόνες, τοὺς ὑπολειπομένους πάντες φαῖεν ἂν ἀξίους εἶναι τούτοις δουλεύειν. εἰ [50] δ' ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦτ' ἀληθὲς, πολὺ δικαιότερον ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο διωρίσθαι. ἀλλ' [51] οὐχ ὁμοίως ῥᾴδιον ἰδεῖν τό, τε τῆς ψυχῆς κάλλος, καὶ τὸ τοῦ σώματος. ὅτι [52] μὲν τοίνυν εἰσὶ φύσει τινὲς, οἱ μὲν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι, φανερὸν, οἷς καὶ συμφέρει τὸ δουλεύειν, καὶ δίκαιόν ἐστιν.

belliſq; ciuilibus, ad res neceſſarias adiumenta corpore afferuntur. Vult [43] igitur natura quidem etiam corpora liberorum & ſeruorum diſsimilia efficere: hæc [44] quidem ad uſum neceſſariū ualida, illa [45] autem erecta, & ad tales operas inutilia, ſed ad uitam ciuilē utilia atq; opportuna: atque [46] hæc etiam diuiſa eſt in uſum pacis & [47] belli. Accidit [48] autem ſæpenumero etiam contrarium, nempe alios quidem corpora, alios autem animos habere liberorum. Nam [49] hoc quidem in promtu eſt, ſi qui naſcantur tanto alijs corpore excellentiores, quanto ſimulacra hominum antecellunt deorum imagines: reliquos ab omnibus dignos pronunciatum iri, qui his ſeruiant. [50] Quòd ſi in corpore hoc uerum eſt, multo iuſtius eſt hoc in animo definitum eſſe. Sed [51] non æque facile eſt, animi pulcritudinem, atque corporis cernere. Eſſe [52] igitur nonnullos alios liberos, alios ſeruos natura, perſpicuum eſt: quibus expediat, quoſque iuſtum ſit ſeruire.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Verum autem eſt.) Cum & naturam & uim ſerui explanaſſet, intelligens aliquos à ſe diſſentire, qui non arbitrarentur reuera homines natura tales, qui commoda ſua & ſalutem tueri ſine præſidio alius non poſſent: quærere de hoc, & ſubtiliter diſputare inſtituit. cui quæſtioni alteram adnexit, quæ quaſi eodem tempore aliquem ſollicitaret. Eſt autē ſecunda hæc, Verum prodeſſe homini poſsit ſeruire alicui, & ita ſtatum ſuum meliorem reddere, ſimulq; iuſtum id ſit, ſiue contra, quia (ut inquit) omnis ſeruitus exiſtimanda ſit naturæ aduerſari. Hæc igitur ſunt, de quibus nunc ſedulò quærere aggreditur.

Non eſt autem difficile.) Affirmat non eſſe arduum ambos hos nodos diſſoluere, demonſtrareq; inueniri aliquam hominem, qui ſit natura ſeruus, cuiq; conducat eſſe in poteſtate alius. Quod duobus modis cognoſci poſsit: & argumentis enim, accurataq; de his rebus diſputatione id uidere licere, & idem etiam percipere ex his quæ in uita fiunt, quotidieq; uſu ueniunt. Primùm autem priorem quæſtionem attingit, ipſamq; explicat diligenti animaduerſione eorum quæ fiunt. Tradit enim, imperium habere, & pati ſibi imperari, non ſolùm manera, ubi neceſſitas exiſtit, ac uti adhibetur: eorum etiam parère aliquando bono alicui eſſe, & conditionem illius iuuare: cùm quædam ſtatim à primo ortu ita diſtincta ſint, ut alterum eorum imperium perpeti debeat, alterum uerò exercere. addit autem, plura genera inueniri, & eorū qui imperant, & eorum qui parent. Quod ſatis planum eſt. aliter enim præcipit uir uxori, aliter erus ſeruo, aliter magiſtratus priuatis. Cui adiungit poſtremum eorum, quæ ſumit ad id, quod uult, probandum: ſemper melius imperium eſſe, ubi qui parent meliores ſunt. Quod etiam exemplo declarauit: honeſtius enim eſt imperium habere in hominem, quàm in beluam. Quod uidit etiam miles Terentianus, cùm repreſsit Stratonem elephantarchum, quē ſibi moleſtus erat. Quid autem hoc faciat ad poſteriorem quæſtionem, non eſt dubitandum. ipſe quoque Ariſtoteles hoc confirmat, dicens, quod conficitur a melioribus, qui in ipſum toto animo incumbant, melius opus eſſe. Quòd autē operis munerisq; mentionem fecit, docet, ubi eſt qui imperet, & qui tunc pareat ipſi: illic etiam neceſſariò exiſtere opus aliquod, quod ex conſenſu ipſorum ſtudioq; naſcatur.

Quæcunq; enim e pluribus.) Incœpit iā, quod ſolebat demonſtrare argumētis & ſubtili diſputatione. Tradit enim, quæcunque è pluribus partibus conſtant, itaque coniuncta inter ſe ſunt, ut ex ipſis unum fiat, idq; commune, quemadmodum homo conſtat ex animo & corpore (ſiue inquit, ipſæ illæ partes continentes ſunt, ut contingit in corpore hominis, quod conſtituunt membra, quæ ſibi hærent: ſiue ſeiunctæ, partibus non concretis, ut fieri uidemus in ciuitate, quæ conſtat è ciuibus diſtinctis, cohorte militum, turma equitum, grege ouium, armentoq; nec non choro, cuius etiam perſonæ ſunt ſeparatæ) in omnibus his perſpicitur, & quod imperat, & quod paret. Quod adiūgit, Ex omni natura doctū, ſpectari etiam in rebus animi expertibus: in ipſis enim quoque, quæ uitæ ſunt expertes, exiſtere quiddam uult, quod imperij inſtar eſt, ceu inquit, in harmonia, numerorumq; concentu. Nam illic etiam uox exiſtit, quæ dux eſt, & quaſi regit alias uoces: ad ipſam enim reliquæ referuntur. Cum autem in excuſis omnibus legatur, τοῖς ἐμψύχοις, exiſtimo legi debere τοῖς ἀψύχοις: cuius ueræ lectionis ueſtigia adhuc apparent in uetere tralatione. Sed D. etiam Thomas ipſam probat. Nam qui diligenter ponderabit, quæ ſequuntur, non magno negotio intelliget ipſam ueram eſſe. Verba quoque hæc, μὴ μετέχειν ζωῆς, ſunt aliquo modo declaratio illius ſuprà poſiti, ἀψύχοις. Facile oſtendi potuit, id uſu uenire in animantibus: non tam promtum autem eſt hoc facere in his, quæ ſunt animi expertia. In quibus tamen cenſet hoc etiam locum habere, cùm commune ſit uniuerſæ naturæ, & non ſolum eius quæ prædita eſt ſenſu.

Animal autem primum) Cum multis modis probet, quod propoſuit, uerum eſſe, primùm oſtēdit id ita prorſus ſe habere in prima animantis compoſitione, quæ cùm conſtet e duabus rebus, ex animo, inquam, & corpore, imperium naturæ ordine eſt animi, ſeruitium corporis. Potiſsimum autem hoc perſpicitur in homine ipſo, de quo differit: quia tamen contingit in aliquibus mortalibus rem aliter ſe habere, ne quis putaret hoc quicquam ualere ad tentandam hanc rationem, docet id attendi non debere peccareq; illos, qui, quod natura uiq; ipſius fit, quærunt in ijs, quæ à natura ſe remouerunt, malaq; conſuetudine aut aliquo uitio deprauati ſunt: quin potius proponendum ſibi eſſe in ea inquiſitione hominē abſolutum ac perfectū, & cuius animus corpuſq; ab omni labe uacuū ſit, in quo fieri, quod dictū eſt, apparebit. Nā in corruptis hominibus contaminatiſq; uideri poſſet ſæpenumero corpus animo imperare, & quòd ipſi placeret, ipſum ducere ac raptare. Quod non aliunde contingit, niſi quia illic improbè & præter naturā omnia fiunt.

Licet

Licet igitur, quemadmodum dicimus.) Cum iam probaſſet animum in corpus naturale iuſtumq; imperium habere, ſimulq; aliquo modo indicaſſet, cuiuſmodi imperium illud foret (id enim ſignificat, quod addidit, Vt dicimus: herile enim eſſe uult) quale exercent domini in ſeruos (nam animus corpori imperat, ut erus ſeruo: & eodem loco ipſum habet) adiungit nunc, in eodem homine poſſe ſpectari aliud genus imperij, quod in ciuitatibus exercetur, ubi omnes liberi ſunt, qui participes ipſius ſunt, & tamen parent & ipſi magiſtratibus: imperium enim eſſe tale affirmat mentis in appetitionem partemq; animi, in qua uigent deſideria cuncta naturam. Cum autem hoc affirmaſſet, recordatus ſuæ poſterioris quæſtionis, qua oporteret etiam uidere ſignificaret, an præſtaret quibuſdam hominibus ſeruire potius alijs, quam ſuæ poteſtatis eſſe: tangit quiddam, quod ad nodum illum explicandum facit. Inquit enim, planum eſſe, natura fieri, et quæ expedire corpori, imperium accipere ab animo, & ipſi dicto audiẽtem eſſe. & eodem pacto parti animi, in qua urgent libidines, regi ipſam a mente, & ab animi parte, in qua regnat ratio. Cùm uerò mutatur in his uiciſſim imperiũ, & nunc in hoc eſt, nunc in illa, ſiue cõtra quod parere debet imperat, id eſt detrimẽtoſum ambobus: nec tantũ quę iniuſtum imperium ſuſtinet, uerũ etiam quod improbe exultat ac dominatur, cum obtẽperare deberet, inde detrimentum fit.

Rurſus in homine.) Idem uſu uenire docet in uarijs naturis animantium, quæ ſcilicet diſcrepant inter ſe feritate & manſuetudine. cunctis tamen illis in hoc conuenit, quod ſunt rationis expertes. Cum enim manſuetæ beluæ natura meliores ſint feris, ut oues, equi, boues, lupis, urſis, leonibus, manſuetis omnibus præſtat regi ab hominibus. Quod uerũ eſſe docet. Ita namque, inquit, adipiſcuntur commoda multa, ac ſalutem deniq;, cùm homines obijciant ipſis copiam pabuli, quam aliter certis anni temporibus non obtinerent, inueniantq; remedia multorum morborum, qui ipſas tentant. Meliores uerò appellat manſuetas, quia ſeruiunt utilitatibus hominum, & uerſantur in muneribus honeſtioribus, ut in agris colendis, & in bello.

Adhuc autem mare genus.) Oſtendit idem intelligi poſſe in alia diſſimilitudine generum quæ uocatur ſexus, id eſt ſpectatis maribus ac feminis. Cum enim mares ut naturæ meliores ſint feminis (Naturâ enim addidit, quia inueniuntur aliquando feminæ nonnullæ prudentiores quibuſdam uiris: ſed hoc eſt præter naturam) ipſi imperium habent régũtque ipſas, eæ uerò obtemperant. Cum igitur percipiatur eſſe ſpecimen quoddam imperij in his omnibus, quæ expoſuit, demonſtratumq; ſit eſſe ex natura, ut quædam imperent, quædam uerò pareant. nec tantùm hæc ordine fieri, uerum etiam prodeſſe deterioribus imbecillioribuſq; ſeruire, potius quàm imperium occupare. exiſtimare debemus idem neceſſariò euenire in hominum genere, ut ſcilicet qui meliores ſunt, imperent deterioribus: quod imperium & naturale & iuſtum haberi debet.

Quamuis igitur tantum diſtant.) Cùm ſimilibus multis probarit in omnibus fere rebus, quæ aliquo modo paria putantur, inueniri diſcriminis aliquid, & tale deniq;, ut alteræ ipſarum dignæ uideantur, quæ cæteris imperent: alteræ uerò, quæ imperium accipiant: inquit nunc, ut ad exitum perducat argumentationem, illi igitur homines, in quorum naturæ tantum interuallum poſitum eſt, quantum eſſe docuimus in rebus, quarum exemplo uſi ſumus, tales & ipſi ſunt, id eſt, eodem ſanè modo affecti ſunt, digniq; planè eſſe intelliguntur, qui ſuperioribus ſeruiãt. Vt autem magis eos declaret, & quaſi manum ad ipſos intendat, inquit. Intelligo, inquam, illos, quorum opus omne ac miniſterium eſt uſus corporis: & ſi omnia facias, nihil melius inde duces. Hi, inquam, ſunt ſerui natura. Pergit autem exponere, quæ faciunt iudicium tuum confirmandum, addẽs. Quibus melius eſt regi hoc genere imperij, quàm liberis ac ſui iuris eſſe (quod ſcilicet imperium exercent eri in ſeruos) ſi uerò demonſtratum eſt, rem ita ſe habere in his quæ iam tradita ſunt, de quo dubitare non poſſumus.

Eſt enim natura ſeruus.) Cùm uideret, non paucos eſſe, qui à ſe in hoc diſſentirent, ſtudet quantum poteſt rem aperire & monſtrare, quales illi ſunt, quos intelligit. Inquit igitur, duobus adhuc quaſi ſignis ipſos indicans. Eſt enim natura ſeruus, qui ita natus eſt, ut poſſit ſeruitutem pati, ac dominum perpetuum habere. ut ſane, inquit, habere perſpicitur enim, huiuſcemodi homines ac nationes hoc genere imperij delectari, aut ſaltem patienter nimis acerbum hoc iugum ferre. Etſi autem δυνάμενος, inquit, id eſt qui uim eam & poteſtatem in ſe habet, ut ualeat alios eſſe: non tamen intelligere debemus putareq; ſeruos eſſe natura, qui interdem præmium aliquod ſecuti, regibus & fortunatis hominibus ſeruiunt (quamuis hi quoque aliquo modo libertatem amittant) uoluntate enim & conſilio id faciunt. Alterum ſignum eſt, quod cum ille rationis particeps ſit, tantum rationis accepit, ut ſentiat ipſam, nõ tamen in ſe poſitam habeat. Ne quis autem diceret, ipſum fingere beluam, non hominem: docet quid diſcriminis ſit inter ipſum hũc ac beluam, hoc pacto: Nam cæteræ animantes, excepto homine, etſi & ipſæ ſeruiunt utilitatibus hominis, non tamen rationem in eo attendunt, uerùm motus animorum ſuorum ſequuntur. recordantur enim ſe cibum inde accipere, & in otia ſua tuenda ab eo iuuari, exercerique plagis, ſi aliter fac ant, ſunt præſtò uſibus ipſius.

Et ſanè uſus parum uariatur.) Hoc quoque ualet ad oſtendendum huiuſcemodi hominem, id eſt ſeruum natura, accedere magnopere ad ſimilitudinem beluæ alicuius, id eſt manſuetæ, & quæ ſeruit uſibus uitę. nam opera ipſius utimur in iiſdem ferè rebus. Quod declarat, dicens; Vtilitas enim capitur ab ambobus ad res corpori noſtro neceſſarias. Neq; enim talis ſeruus conſilio nos iuuat, aut fructum aliquem fert animi: ſed tantum corporis miniſterio ſuo auxiliatur. Vt autem hic, ita quoque infra hoc ipſo in libro cœpit hoc uerbum βοήθεια, cùm dixit, feras quoque animantes multas, ſi non omnes, hominum cauſa creatas eſſe: ueſcimur enim carnibus ipſarum, & inde etiam alias utilitates capimus.

Vult igitur.) Confirmat ſententiam ſuam inſtituto naturæ. tradit enim ipſam etiam, ut illi differunt inter ſe dotibus animi, quod & ipſum ab ea profectum eſt: ita etiam ſtudere, ut corporibus liberi & ſerui homines diſſimiles inter ſe ſint, cùm faciat corpora ſeruorum ualida ac robuſta, ut pares illi ſint muneribus neceſſarijs obeundis, id eſt laboribus magnis ferendis, & oneribus ſuſtinendis: contra autem corpora liberorum recta, & quæ minimè idonea ſint ad opera illa ſeruilia exercenda, apta tamen eadem ad ciuilem uitam colendam. Quod initio huius partis inquit, naturam uelle, eſt ſermo familiaris Ariſtoteli, & quem multis locis uſurpauit philoſophus. ualet autem, dat operam, & perſpicitur inea eſſe uis quædam, quæ incumbit in hanc curam. Neque enim propterea illa uult. Ingenuorum corpora quod ὀρθὰ debere eſſe inquit, eodem uerbo uſus eſt Xenophon in 2. libro ἀπομνημονευμάτων, ubi de mulierum fallacijs loquutus, ſocratiq; pulcritudine. Inquit enim, ipſas, quod ad figuram attinet, uelle uideri ὀρθοτέρας, id eſt magis rectas, quàm ipſa tem natura ſit. Sed Latinus etiam, puriſſimi ſermonis poeta, eodem pacto uerbo ſuo, quod huic reſpondet, uſus eſt. Inquit enim, cum partes formoſæ feminæ exponeret, quæ tamen deſtitutæ illa, quod in primis pulcritudo requirit, ſulæ formoſam eam non reddunt, *Quę mea formoſa eſt multis, mihi candida, longa, Recta eſt.* —— huiuſcemodi autem corpus non conuenire mancipio alicui, beluę declarant, quarum deſtinatarum operibus illis corpus in terrã pronum eſt.

Hæc autem.) Adiungit uitam eam, quam dixit hominum, diuidi in munera belli, & in ſtudia pacis. Cum enim res publica nunc quieta ſit, nunc uero bello premitur, utrique; tempori ſeruire debet ciuis, ipſi utilis. Neque enim aliũde expectanda ſunt auxilia ad hoſtes pellendos, & impetum eorum coercendum. Qui autem conſilio ipſam pacis temporibus iuuare poſſunt, & cætera munera ciuium ſuſtinere, ijdem etiam arma ferendo, nec ullos periculorum caſus fugiẽdo, præſtò ipſi erunt.

Contingit tamen.) Cum conatum naturæ oſtendiſſet, quæ uellet diſtinguere corpora liberorum à corporibus mancipiorum, fatetur nunc non ſemper eam obtinere, quod cupit. ſæpe namq; contrarium contingere in his rebus, ut ſerui ſcilicet natura corpora habeant liberorum hominum: liberi autem animos ſeruorum. Quod fortaſſe cum ſtomacho quodam ab auctore pronunciatum fuit, qui uidebat, atque id non ſine dolore, multos mortales tales eſſe, neque ſtudij aliquid ponere, ut animos excolerent, & cultiores redderent. Nam natura ipſa, quæ ſemper integras abſolutaſque res omnes efficere nititur, rarò non obtinet finem ſuum. paucisq; admodum temporibus perſpicitur eſſe aliquid maioris uitij in ipſius operibus, atque id ſemper alicuius culpa. id quod uidetur accuratius in primis ſcriptor oſtendere uoluiſſe, cùm dicit, hoc συμβαίνει id eſt euenire. Exempla multorum, qui, cùm nõ ſolum liberi fuerint, uerum etiã ſummos gradus honoris ſuſtinuẽre, ſeruile ingenium habuerunt, non poſſunt eſſe clam.

Nam hoc certe planum eſt.) Vult hic auctoris eſt oſtendere, qui præſtẽt magno interuallo cæteris mortalibus dotibus

 animi,

animi, dignos eſſe qui reliquis imperent. Docet autem hoc etiam aliquo modo uerum eſſe in corporis bonis, ſumaque ipſa. Cùm enim inueniantur aliqui pulcriores alijs, quos ſanè ſuſpicimus & admiramur, ſi exiſterent adhuc qui tàm antecellerent ipſis, quantum imagines deorum præſtant formoſis etiam hominibus: profectò cuncti mortales forent huius opinionis, & dicerent inferiores dignos eſſe, qui pulcerrimis ſeruirent. Quod confirmat teſtimonio non poëtarum ſolum, uerum etiam aliorum ſcriptorum, qui narrant priſcos illos ſolitos creare reges, qui ſpecie corporis aut uiribus uincerent reliquos mortales. Id quod in 4. horum librorum auctor hic quoq; noſter commemorat. Nam quod de ſimulacris deorum locutus eſt, fuère huius iudicij ſemper ferè cuncti, ut cùm humanam formam tribuant dijs immortalibus, putent tamen eam elegantiorem multo, perfectioremq; eſſe. Vnde apud Homerum Troiani proceres, cùm laudarent eximiam ſpeciem Helenæ, affirmarunt ipſam eſſe ſimilem facie dijs immortalibus.

Si autem in corpore.) Quòd ſi, inquit, in corpore hoc ita ſe habet, multo iuſtius eſt hoc ſeruare in animo, ut illi ſcilicet, qui longo interuallo præſtant cæteris in animi ipſius dotibus, aerum potiantur, præcipiantq; illis, quorum conſilium imbecillius eſt. Quin autem hoc argumentum ſit à minore, non eſt dubitandum. Si enim regnare exiſtit, ubi minus ſpectari poterat, debet magis innotere, ubi magis innotere debebat. Quod autem impedimenti aliquid afferat huic optimo inſtituto, declarat. Difficultas enim intelligendi pulcritudinem animi hoc incommodum parit: nequa enim procliue eſt cognoſcere, qui præſtat alijs in animi bonis, ut in corporis ſpecie, quæ oculis perſpicitur. Poſt ſcententiam hanc concludit totam ſuperiorem diſputationem, in qua duo quæſita erant. Inueniri enim hoc diſcrimen inter homines demonſtratum eſſe affirmat, ut quidam eorum ſint natura liberi, quidam uerò eodem pacto ſerui, quibus expediat dominum habere: quod quemadmodum ipſis utile ſit, ita etiam iuſtum. Neque enim qui cogunt ipſos ſibi ſeruire, improbè faciunt.

Εἰσὶ πολλὰ καὶ ἄρχοντα καὶ ἀρχόμενα.) Si materialiter conſiderentur res inter quas datur ſeruitus & dominium, cùm uariæ ſint, etiam dominium erit uarium: ſin formaliter, formæ eædem parendi & imperandi erunt diuerſæ. Sic aliter pater liberis, nobilis plebeijs, maior natu minoribus, dominus ſeruis, potentior debilioribus, ſapiens ſtultis: aliter princeps forte electus ſubditis, uti Plato 3. de Legibus docet. Senecæ illud notum eſt, Omnia ſub regno grauiora regnū eſt. Quod Philemon in Thebanis per inductionem illuſtrauit. Ἐμοῦ γὰρ ὁ κύριος μὲν εἷς ἐστιν,

Τούτων δὲ καὶ σοῦ μυρίων τ' ἄλλων νόμος, ἑτέρων τύραννος, ὧν τυραννεῖται φόβος·
Δοῦλοι βασιλεῖς εἰσίν, ὁ βασιλεὺς θεῶν, ὁ θεὸς ἀνάγκης. πάντα δ', ἂν σκοπῇς, ἔσει
Ἑτέρων πέφυκεν, ἥττονος δ' ἃ μείζονα, Τούτοις ἀνάγκη πάντα δουλεύειν ἀεί.

ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως.) Ad Muſicam pertinet harmoniæ conſideratio. Ergo Muſica Politicæ philoſophiæ reſpectu Exoterica dicitur. Si Exoterica, ergo Exotericum non opponitur Acroamatico, quoad rationum acumen atq; pondus, ut quidā uolunt. De qua re uide Scholia noſtra in tertium caput primi Ethicorum.

ἀλλὰ καὶ τὸν βέλτιστα διακείμενον.) Qualem Stoici ſapientem illum ſuum eſſe uolebant, nunquam priuatum, ſemper cum imperio, regem regum, ſolum poetam, ſolum dialecticum, ſolum pulcrum, ſolum diuitem, teſte Cic. in Lucullo, & Strabone lib. 1. Geographiæ. Sed huic commento philoſophico nos Chriſtianum corollarium addamus. Cum ſecundum Philoſophum is homini reliquis is, qui omnium perfectiſſimus eſt, imperare debeat: Chriſto omnia & cœleſtia & terreſtria meritò colla ſubdere, non tantùm diuinitatis, ſed & abſolutiſſimæ humanitatis nomine: quandoquidem ille ſolus & unus eſt, ὁ βέλτιστα διακείμενος καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν, idea proinde perfectiſſimæ humanitatis. Admirabilis locus eſt apud Suetonium in Cæſare, ubi ex Sibyllinis affert carmen tunc temporis uulgatum, Romanos ſaluos eſſe nō poſſe, niſi eum qui reuera rex eſſet pro rege colerent. Nimirum ad Chriſtum propediem naſciturum hoc oraculum pertinebat: quod cùm ad Cæſarem ſuum adulatores referrent, cumque Lupercalibus per iocum, quod ſerio non audebāt, regem ſalutarent, cōſpirationi Caſſij & Bruti occaſionem dedêre.

τῶν μοχθηρῶν.) Qui improbitatis habitum iam contraxerent.

μοχθηρῶς ἐχόντων.) Qui improbis ſimiles ſunt, non ad actiones, non quo ad habitū, incontinentes ſcilicet, quos ὁμοίους lib. 7. c. 11. Ethicorum uocat & non quidem inſanos, inſanis tamen ſimiles eſſe alibi dicit.

ἡ δὲ τοῦ ὀρέξεως.) Plato lib. 4. 8. & 9. de Repub. Rempublicam homini comparat, & Reip. partes partibus animæ comparat: in Phædone animæ imperium in corpus præclarè tribuit.

ἀρχικὸν ἐπ' ἀνθρώπων.) Ergo homo natura rex & dominus eſt uniuerſi, non tyrannus, quandoquidem bonum non tam ſuū, quàm alienum curat, & expedit ipſis creaturis, hominis imperio ſubeſſe, ad ſuipſius conſeruationem. Propterea eadem homine, ad tuendum coleodumq; paradiſum creato, tota ſimul natura cecidiſſe & uiriſſim reſtituto per Chriſtum opt. max. homine, reſtitui uidetur. eodem quinetiā cū Deo coniuncto, ipſa quoq; finem ſuū aſſequetur. Propterea omnē creaturā ſuſpirare, & liberationē ſui, per hominis reſtitutionē in cenſurio dic expectare, D. Paulus intonat. Ad ipſos uſq; fontes humanæ dignitatis & excellentiæ ſolius naturæ inſtructus lumine pertigit Ariſt. etſi cauſam ignorarit, cur hoc tāto principatu homo præter naturæ inſtitutum exciderit, ignorarit etiam (quandoquidem natura nihil facit fruſtra) quo modo & per quem recuperarit eundem, ſacra ſcilicet reuelatione deſtitutus.

τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ.) Sic Iphigenia Aulidenſis apud Euripidem:

Εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος.

ὅσοι μὲν οὖν τοσοῦτον διεστᾶσιν.) Victorius ſic legit, ὅσοι μὲν οὖν τοσοῦτον διεστᾶσιν, ὅσον ψυχὴ σώματος, καὶ ἄνθρωπος θηρίου (διάκεινται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅσων ἐστὶν ἔργον ἡ τοῦ σώματος χρῆσις, καὶ τοῦτ' ἔστ' ἀπ' αὐτῶν βέλτιστον) οὗτοι μέν εἰσι φύσει δοῦλοι, οἷς βέλτιον ἐστιν ἄρχεσθαι ταύτην τὴν ἀρχήν, εἴπερ καὶ τοῖς εἰρημένοις. Subinde aſteriſco lacunam notare uidetur, eo quòd eorum qui ſerui ſint, tantùm meminerit Philoſophus: eos uerò qui imperare debeant, ſilentio prætereat: cùm tamen etiam hos uerbo ſaltem uno attingendos fuiſſe, ex propoſitione prima, ὅσοι μὲν οὖν τοσοῦτον διεστᾶσιν, colligi queat. Et rectè illa quidem. Sed ſi uulgatā retinemus lectionem, ratiocinatio erit aptior, & quem putem is deeſſe putat, nos citra iniuriam contextus facilè ſubintelligere poterimus.

ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν.) αἰσθάνεσθαι λόγου, ἀλλὰ μὴ ἔχειν. Sic etiam lib. 1. Ethic. cap. ult. rationis compotem propriè λόγον ἔχον aſſerit, impropriè uerò partem rationis expertem, quæ tamē rationis imperio obedire queat, ut patri filius obedit. Propterea infrà c. 13. n. 64. uirtutis ſeruilis ſeruo auctorem uult eſſe dominum.

τὰ σώματα διαφέροντα ποιεῖν.) Proinde Socrates pulcris corporib. pulcras animas ex naturæ rectè agentis inſtituto inſſe debere affirmabat. Et ab Homero Achilles omnium Græcorū pulcerrimus ſimul & fortiſſimus perhibetur. Idē de Hectore

——οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρός γε θνητοῦ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

τὰ δ' ὀρθά.) Procera & erecta corpora ſunt heroica, ut cœlum, à quo demiſſas habent animas, & quò aliquando redituri ſunt, intueri poſſint. Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram, inquit Naſo, Os homini ſublime dedit, cœlumq; uidere Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere uultus.

πολεμικὴν χρείαν.) Adſit ergo firmitas lacertorum ingenuo, non ſeruilis. Plut. An ſeni ſit admin. Reſp. ſcribit, rhetoras Athenienſes Charetem quendam hominem robuſtiſſ. ſummæ rerum præficere uoluiſſe. Timotheum uerò, Non, per deos, dixiſſe, ſed hic talis imperatori uiro, ea quæ ante & à tergo ſunt proſpicienti, ſarcinas geſtare idoneus erit.

τὰ σώματ' ἔχειν ἐλευθέρων.) Sic apud Homerum Nireus Græcorum omniū pulcerrimus erat, Paris Troianorum: uterq; imbellis. Itaq; probri loco ei obijcitur forma, Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε.

διαφέροιεν τὸ σῶμα μόνον.) Quarto & ſeptimo Politico Ariſt. Aethiopes & Indos ex forma corporis reges deligere ſolere auctor eſt. Nota eſt Herodoti hiſtoria de Macrobiorum Aethiopum rege, qui arcu primùm intento, deinde laxato coram legatis Cambyſis, ſuo illos regi renunciare iuſsit, tunc Aethiopibus bellum inferrent, cùm arcus tales Perſæ populariter tendere poſſent. Thaleſtridis item ſeu Minitheæ Hyrcanæ Curtius & Trogus meminère, quæ cupiditate prolis heroicæ ſuſcipiendæ ad Alexandrum Magnum longis itineribus contendit. Saulus certè Iudæorum rex Agago Amalechitarum principi ſoli ne formæ ergò pepercit. & Maximinus Imp. cùm filium conſortem imperij feciſſet, id eo quoq; conſilio à ſe factum Romanis ſcripſit, ut nunquam ſe pulcriorem Imperatorem habuiſſe gloriari poſſent.

Φύσει τινὲς οἱ μὲν δοῦλοι.) Non tantùm inter priuatos homines, ſed etiam inter gentes. Quod ſuprà cap. 2. de Græcis & Barbaris dixerat, id Hip. lib. de Aere, aquis & locis, de Aſiaticis & Europæis demonſtrat.

- Propoſitū tū reſpectu
  - **Materiæ** *ſubiectæ. Quæritur de Cognatiſ inq́pe de* **Cōcreto**, *ſiue de Perſonis, utrū Seruus aliquis natura ſit. N. 1. et de* **Abſtracto**, *ſiue de Re atq; Iure, utrū Seruitus aliqua iuſta ſit et ſecūdū naturā, nec ne. N. 2.*
  - **Formæ.** *Quæſtio licet magna ſit, non tamen explicatu difficilis, ſi quis in ea declaranda adhibeat &* **Rationis** *iudicium, τὸν λόγον θεωρίαν N. 3. &* **Senſuum** *teſtimonium, τῶν γιγνομένων ἱστορίαν, exēplorum, ſcilicet uitæ quotidianæ fidem. N. 4.*

POSTEA *quam conſtitutū in genere de Materia ſocietatis primæ domeſticæ, Seruum domus inſtrumentum eſſe, inter omnia reliqua princeps, propterea quòd animatum eſt, et inſuper rationis particeps: ſubinde ſpecies erunt conſiderādæ, utrū una tantùm, an plures Seruitutis ſint ſpecies. Eas igitur ex ipſo Efficiēte deducere uidetur uia problematica. Quæſtionem namq; diſcutiendam ſuſcipit, Vtrū ſeruitus lege tantùm cōſtet, h. e. utrum unū tātùm genus ſit Seruitutis, id ſ. quod naturale eſt, an præterea etiam alterum, quod ſit legitimum. De ſpeciebus igitur Seruitutis inter ſapientiſſimos uiros diu multū & uarié agitatam quæſtionem Philoſophus*

- *Aggreditur, utriuſq; partis quæſtionis cōprobando: quandū ſ. Seruitutē & Dominationem eſſe*
  - **Naturalē.** *Hominū enim alios natura liberos, alios ſeruos fecit: quorum his quidem & expedit & conuenit ut obediāt, illis uerò ut imperent. Quemadmodū ex ſine bonum ea. Nu. 52. colligere licet. Deductio autem bipartita eſſe uidetur, cùm de Domino et Seruo duo demōſtret: alterū,*
    - **Quòd** *ſecundùm naturam ſit humanam, tali ratiocinatione à genere ad ſpeciem ducta*
      - **Quod** *ſecundū naturā ineſt omnib. entibus naturalibus, illud etiam ſecundùm naturā homini ineſt.*
      - *At parere et imperare omnib. reb. naturalib. ineſt, ſiue ſecūdū naturā uniuerſalē, et omnib. entib. naturalib. cōmunē, ſiue ſecūdū naturam particularē ſpecierū certarū cōſiderentur. Proinde Seruitutē & Dominiū eſſe ſecundū naturā uniuerſi ineſſe oſtenditur tum in*
        - **Genere** *Vide ſignum A.*
        - **Specie** *ſecundùm naturam ſpecierū uniuerſi præcipuæ ſunt duæ, nempe Entia alia*
          - **Inanimata.** *In his Dominium & Seruitutem dari oſtendi poſſet, niſi hæc ab inſtituto noſtro nimis remota eſſent (nam ad animatarum ſeruitutem demonſtrandam exempla inanimatarum fortaſſe nō magni momenti forent) & exoterica, hoc eſt, ex alio philoſophiæ genere petenda, nimirum ex Phyſico uel Mathematico (Muſico ſcilicet) ſi de Sonis, uel Numeris, uel Coloribus, uel Odoribus, uel Saporibus ſit agendum. N. 14. Vt paulo antè n. præcedenti.*
          - **Animata partim**
            - **Vegetantia.** *In his Seruitutis & Dominij ueſtigia ſunt, ſed obſcuriora (ut in arboribus fera & manſueta, inter ſiruas, Cedrus et Quercus excellit) proinde omittuntur.*
            - **Animalia,** *in quibus etiā denotior et certior eſt Dominij et Seruitutis notitia. Siue illa cōſiderētur*
              - **Seorſim,** *quoduis ſcilicet animalium genus per ſe. Vide B.*
              - **Cōiunctim** *inter ſe, nēpe Homo cum reliquis animalibus, inter quæ principatū obtinere merito debetur. Nu. 28. Deductio talis eſt:*
                - **Quicquid** *animalibus inter ſe conuenit ſecundum animum & ſecundùm corpus, id maximè eſt ſecundùm naturam animalium.*
                - *At parere et imperare cōuenit animalib. inter ſe ſecundùm animum & ſecū dùm corpus. Inter Animalia diuerſi generis imperium & ſeruitutem dari oſtēdit tū reſpectu*
                  - **Animi** *quo ad Mores, tali ratiocinatione*
                    - **Fera** *debēt parere cicuribus, & cicura feris ſecundū naturā imperare. Ratio:*
                      - **Meliora** *& perfectiora imperare debēt deterioribus & imperfectioribus. Ratio. Nā hac obediētia ea quæ deteriora ſunt, in uita conſeruantur. N. 31.*
                      - **At** *in genere cicura ſunt meliora feris. N. 29. In ſpecie Homo omnib aliis etiā cicurib. antecellit.*
                      - **Ergo** *etiā in genere cicura debent imperare feris. In ſpecie Homo meritò omnib. aliis imperare debet. N 30. Quoniā hac ratione animalium uita atq; ſalus cōſeruabitur.*
                    - **At** *animalium alia fera, alia cicura ſunt.*
                    - **Ergo** *animaliū alia aliis ſecundùm naturam parere debent & imperare.*
                  - **Corporis,** *quo ad Sexū. N. 32. Melior et præſtātior ſexus deteriori et debiliori debet imperare. At Mas natura melior et præſtātior eſt quā ſemina. N. 33. Ergo Mas natura ſua Feminæ debet imperare. N. 34. Nō tā herili ſed cōiugali imperio. Eo. n. nomine 1. c. 2. n. 7. Barbaros reprehendit, q. feminis loco ſeruorū utentur.*
                - **Ergo** *parere & imperare maximè eſt ſecundùm naturam animalium.*
      - **Ergo** *etiam homini ſecundùm naturam ineſt. N. 35.*
    - **Quomodo** *ſecundū naturā ſit humanam. Nā cùm conſtiterit ex præced. Hominē reliquorum omnium animalium dominum eſſe debere: quā ratione ſit ut homo alteri homini æquè libero imperare auſit? Hoc igitur fieri oſtēdit propter differentiā & Animorū & Corporū. V. de in ſeq. ſig. C.*
  - **Legitimam,** *& eatenus non ſecundùm naturam.* CAP. VI.

A. Secun-

A. Secundùm naturam uniuerſalem & animali cum omnibus alijs entibus commune, dominium & ſeruitutem competere, ſic oſtendit

- Quod neceſſarium & utile eſt, id eſt ſecundùm naturam. Natura enim id quod bonum eſt in omnibus ſpectat atque ſequitur.
- Sed Imperiũ & Seruitium inter entia naturalia, et neceſſaria eſt & utilis. N. 5. Quod quidem tũ in
  - Genere affirmat. N. 6.
  - Specie declarat uariè
    - Om. Species eorum imperij & ſeruitutis in rebus uniuerſi &
      - Per ſe ſunt, quo ad eſſentiam ſuam, Diuerſæ & Multiplices, pro uaria entium natura, uel per ſe, uel reſpectu mutuo conſideratorum, & uel ſecundùm genera, uel ſecundùm ſpecies inter ſe comparatorum. Atq; ut entium officia ſunt diuerſa, ita quoque parendi & imperandi diuerſitas inſignis. N. 7. Sic in cælo Primum mobile, inter Planetas Sol, inter Elementa Ignis, inter Lapides Carbunculus, inter Metalla Aurum, inter Stirpes Cedrus, inter Piſces Delphinum, inter Feras Leo, inter Aues Aquila, inter Homines Græcus, ſecundùm Poetas (ut ſuprà cap. 2. n. 10.) principatũ obtinet. Rurſus Cœleſtia in Elementa, Elementa in Mixta omnis generis, Homo in Animalia imperium exercet: inter ipſos quinetiam homines eſt, qui alijs imperet, nõ uno, ſed uario imperandi genere, pro perſonarum diuerſitate: aliter rex ſubditis, aliter pater liberis, aliter architectus operis.
      - Reſpectu mutuo, perfectione & dignitate ſunt Diſſimiles, cùm ſemper in meliori genere entium melior & perfectior ſit dominatio, quàm in deteriora. Sic præſtantius eſt imperium hominis in homines, quàm leonis in bruta, quia homines ſunt brutis perfectiores. N. 8.
    - Acòm Cur ſcilicet imperij et Seruitutis in rebus uniuerſi ſpecies ſint
      - Diſſimiles, ac ſic alijs perfectiores:
        - Vbi locus eſt dominio & ſeruituti, ibi melior imperat deteriori. Probatur:
          - In communi opere is qui præſtantius opus facit, imperat uilius opus facienti. Ratio:
            - Qui melior eſt, deteriori imperare debet.
            - At qui opus facit melius, eſt cæterum melior. Num. 9. Opus enim externum eſt internæ uirtutis argumentum.
            - Ergo qui opus facit melius, opus facienti uilius imperabit. Eapropter artium quaſdam architectonicas & χειρώνας, quaſdam uero ὑπηρετικάς fecit lib. 1. Ethicorũ cap. 1. n. 7. & ſeq.
          - At ubi eſt dominium & ſeruitus, ibi commune quoddam opus ſubeſſe neceſſe eſt. N. 10.
          - Ergo ubi eſt dominium & ſeruitus, ibi præſtantior opere imperat deteriori.
        - At in natura rerum locus eſt dominio & ſeruituti.
        - Ergo in natura rerum melior imperat deteriori.
      - Diuerſæ, tali ſyllogiſmo:
        - Quando plura ad unum & eiuſdem conſtitutionem concurrunt, ſiue coniuncta ſint (ut in homine anima & corpus, in corpore caput & reliquæ partes) ſiue diſiuncta (ut homo, piſcis, auis, fera, quæ unum genus animalis ueluti totum quoddam conſtituunt) inter ea manifeſtè imperium & ſeruitus locum habere conſpicitur. N. 11.
        - At in ſingulis ferè entium uniuerſi ſpeciebus plura ad unius & eiuſdem conſtitutionem concurrere uidentur.
        - Ergo in ſingulis ferè uniuerſi ſpeciebus imperium & ſeruitus locum habebit. Illuſtrat exemplis à minori:
          - Si in inanimatis ſpecies quædã ſeruitutis et dominij ſeſe exerit, multo magis in animalibus.
          - Sed illud eſſe exemplis demonſtrat. Sic nãque inter Sonos, quorum concentus harmoniam efficit, Acutæ uoces Grauibus imperare uidentur, Graues uerò Acutis inſeruire. N. 13. Sic inter Colores Albus & Niger de principatu reliquorum certãt: inter Sapores dulcis primatum ſibi uendicat.
          - Ergo etiam hoc erit. N. 12.
- Ergo imperium & ſeruitus inter entia naturalia ſecundùm naturam exiſtit.

B. Ratio·

2. Ratiocinatio talis ſubeſt:

- **Si** *dominium & ſeruitus animali conuenit ſecundum partes principes ex quibus conſtat, certe illi ſecundum naturam inerit. Notum eſt enim ex Phyſicis, Naturam de Materia & Forma ex æquo dici.*
- **Atqui** *dominium & ſeruitus animali conuenit ſecundum partes principes ex quibus conſtat. Probat:*
  - **Quod** *animali ſecundum corpus & animam conuenit, id illi ſecundum partes ex quib. conſtat conuenire dicendum. N.15.*
  - **At** *dominium & ſeruitus, ſiue parere & imperare, animali ſecundum corpus & animam conuenit: cum corporis quidem ſit parere, animæ verò imperare. N.16. Demonſtrat, argumento à ſpecie nobiliſſima ad totum genus ducto:*
    - **Quod** *in animalium genere homini tanquam ſpeciei nobiliſſ. ſecundum corpus & animam conuenit, id toti generi naturaliter ſecundum animam & corpus conuenire dicendum. Natura enim reliquas ſpecies tanquam rudimenta quædam ad ſpeciem nobiliſſ. ſemper dirigere videtur.*
    - **Cæterum** *dominium & ſeruitium in animalium genere homini tanquam ſpeciei nobiliſſimæ ſecundum corpus & animam conuenit. Per anthypophoram declarat, propoſitionis huius veritatem in homine*
      - **Perfecto** *tantum locum habere, in quo ſecundum naturam res ita ſe habere, & animo corpus parere conſpicitur. N.19. Tali ſyllogiſmo:*
        - **Quod** *humanæ ſpeciei ſecundum naturam conuenit, id in homine maximè ſecundum naturam ſe habente, hoc eſt, & quo ad animum, & quo ad corpus perfectiſſimo ſpectare oportet. N.17.*
        - **At** *dominium & ſeruitus ſecundum naturam humanæ ſpeciei conuenit.*
        - **Ergo** *dominium & ſeruitutem in homine perfectiſſimo ſpectare oportet. N.18.*
      - **Imperfecto** *non habere locum, in quo præter naturam corpus animo imperat. N.20.*
    - **Ergo** *dominium & ſeruitutem toti animalium generi naturaliter ſecundum corpus & animum conuenire dicendum.*
- **Ergo** *dominium & ſeruitus animali ſecundum partes, ex quibus conſtat, conueniet. Corollario illuſtrat: Dominium inquam tum herile tum ciuile. N.21. Etenim ſi conferantur partes hominis*
  - **Heterogeneæ**, *nimirum animus & corpus inter ſe, Herile imperium emerget, cùm corpus abſolutè & animi eſſe & ab animo dependere dicatur. N.22.*
  - **Homogeneæ**, *videlicet animi partes inter ſe, Ratio nimirum cum Appetitu, ſic locus erit dominio in iis, quæ ſunt*
    - **Bona**, *Politicorum quidem Appetitus veluti ſeruus aliquid ad corporis ſuſtentationem neceſſarium perſequitur, Ratio domina eidem moderatè aſſentiatur, atq; ita per vices & imperet & pareat. N.23.*
    - **Mala**, *Regio, ita ut nunquam Ratio appetitui aſſentiatur, ſed abſoluto imperio fræna illi injiciat. N.24.*
- **Ergo** *dominium & ſeruitus animali ſecundum naturam inerit. Quod ipſum declarat ſigillatim reſpectu nimirum*
  - **Animi** *& corporis. Sic ſecundum naturam Corpus Animo ſeruiet δεσποτικῶς. N.25.*
  - **Animi** *partium. Etenim quando*
    - **Secundum** *naturæ inſtitutum Ratio Appetitui imperat πολιτικῶς, tunc animal rectè ſe habet, viuit, & conſeruatur. N.26.*
    - **Contra** *naturam Appetitus Rationi imperat, tunc animal ad interitum properat. N.27. Siue tam imperium Rationi eripiatur ab Appetitu*
      - **Non** *penitus, ſed ex parte tantum, & veluti adæquetur, ἐξ ἴσου, quaſi δημοκρατικῶς. Quod in Incontinentibus & Mollibus videre eſt, in quibus pugna eſt inter Rationem & Appetitum, donec tandem Appetitus ſuperet.*
      - **Penitus**, *ut in Improbis, quorum vitioſitas tam callum obduxit, ut Rationem mancipii inſtar Cupiditas vinctam abſq; ulla renitentia trahat τυραννικῶς. Quod Ariſt. vocat ἀκολασίαν, quando ſcilicet fertur equis auriga nihil planè renitens.*

C. Quo-

C.

Quomodo *inter homines ſecundùm naturam, quoad Animum & quoad Corpus, exiſtat Dominiū et Seruitus, declarat: eos ſcilicet qui Animo excellunt, minus excellentibus imperare: & qui Corporis forma atq; robore antecellunt, inferioribus & debilioribus præferri ſolere. Ius iſtud imperandi & parendi duplex ſingillatim explicat. Dominium & Seruitus naturalis in hominis animo & corpore eluceſcit notis quibuſdā ſeu characteribus uel*

- **Perfectè** *in corpore ſimul et animo, quando animi qualitatē qualitas quoque corporis æmulatur, & liberali animo liberalis quoq; forma à natura rectè ægéric tribuitur. Notæ igitur Dominij & Seruitutis naturalis eluceſcunt, quo ad*
  - **Animum,** *per ingenij perſpicaciam & tarditatem naturalem. Quod quidem oſtendit tali ſyllogiſmo:*
    - **Inter** *quos ea eſt diſtantia, quæ eſt inter Corpus & Animū, inter Belluam et Hominem: ijs naturaliter Dominium & Seruitus ineſt. Nu. 36. Declarat. Nimirū ijs qui pollent uiribus*
      - **Corporis** *tātùm, Ratione interim deſtituuntur, Seruitus ſecūdùm naturā conuenit. Ex cauſis oſtendit:*
        - **Seruus** *natura is eſt, cui ſeruilis naturæ conditiones adſunt (qui & κτῆμα & ὄργανον alterius eſt) ſecundùm*
          - **Materiam:** *Qui alterius eſt totus, & alterius κτῆμα eſt, ab alio poſſidetur, et propterea alieni iuris eſt.* N. 38. *Sed quia obijcere quis poſſet, At non oīs ſerui alterius ſunt: ideirco reſpondet. At oēs natura ſeruos ea eſſe conditione, ut alterius eſſe poſſint. Et proinde potentia illa ſeruilis cum actu ſeruili naturaliter non pugnat. Ratiocinatio talis eſt:*
            - **Qui** *poteſt eſſe alterius ſecundùm naturam, is etiam alterius eſt. Natura enim cùm nihil faciat fruſtra, potentiam hanc naturalem rebus indidit, ut ad actum aliquem reducatur.*
            - **At** *ſeruus poteſt eſſe alterius. Nam ut ipſe propter ſtupiditatem alteri præeſſe, & alterum ſui iuris facere nequit: ita uiciſſim propter hanc ipſam idoneus redditur, qui alteri ſubſit, & alterius iuris fiat.*
            - **Ergo** *ſeruus etiam eſt alterius.* Numero 39.
          - **Efficientē Inſtrumentalem:** *quia ſcilicet quo ad*
            - **Animum,** *Ratione quidē præditus eſt, ſed imbecilli, ut non per ſe quid agendum ſit uidere, ſed tamen imperium alterius audire & intelligere queat.* Num. 40. *Quo ipſo differt Seruus homo à ſerua bellua. Namq; Domini imperio obedit*
              - **Brutum,** *non ratione inductum, ſed ſenſu iucundo pabuli pellectū, uel ſenſu triſti uerberum coactum.* N. 41.
              - **Homo** *ratione inductum, q. meliori uel maiori parere & æquū ſit & utile, non domino tantum, ſed & ſeruo.*
            - **Corpus,** *Robore præditus eſt ad uſus heriles idoneo. Ferè enim natura quantum animi ei detrahit, tantum corporis robori addit.*
          - **Formam:** *Qui ſeruire, hoc eſt, Domino utilis eſſe poteſt, in ijs quæ ad uitam neceſſaria ſunt. Corollario illuſtrat. Hac ipſa conditione ferè conuenit ſeruus Homo cum Brutis ſeruis, cùm uterq; ad quotidianæ uitæ neceſſitatem conferat, ſed ſeruus tanto illuſtrior, reliquorum ueluti præfectus exiſtens. ut cap. præced. docui.* N. 42.
        - **At** *ei, qui corporis tantū robore pollet abſq; ratione, qua alijs præeſſe queat, ſeruilis naturæ conditiones inſunt: nimirum quòd & Alterius eſt, & Ratione ad parendum tantum præditus, & ad Miniſterium aptus eſt.*
        - **Ergo** *qui corporis tantùm robore abſq; ratione pollet, ſeruus eſt naturâ.* Num. 37.
      - **Animi,** *licet corporis uiribus non excellant, Imperium & Dominium ſecundùm naturam conuenit. Ex præcedentibus ſubintelligitur.*
    - **At** *inter homines quoſdam ea eſt diſtantia, quæ eſt inter Corpus & Animum, inter Hominem & Belluam.*
    - **Ergo** *inter homines naturaliter Dominium & Seruitus ineſt.*
  - **Corpus,** *per Formæ dignitatē, & motus atq; ſenſus alacritatem. Natura enim cùm animo ueluti domino corpus tanquam ſeruum conformare ſtudeat, corpora dominorum liberalia, ſeruorum ſeruilia efficere conſueuit.* N. 43. *Proinde corpora*
    - **Seruilia,** *ut ad opus faciendum idonea ſint, & labores, frigora & æſtus ferre queant, robore tū actiuo, tum paſſiuo inſtruit.* N. 44.
    - **Libera,** *cùm nō ad opus faciendū, ſed ad ciuilis ſocietatis munia capeſſenda pertineant, procera & erecta facit.* N. 45. *Quorum uſus ſit, omni reip. tēpore, uidelicet & tempore*
      - **Belli.** Nu. 46. *Ergo in libero homine ut non requiratur robur ſeruile, at certè tū robur militare.*
      - **Pacis.** N. 47.
- **Imperfectè,** *in alterutro tantùm, quando ſcilicet corporis qualitas animi qualitatē non imitatur. Vide ſeq. ſign. D.*

D.

Præter naturæ inſtitutum interdum quoad animi & corporis libertatem & ſeruitutem aberratio quædam cõtingit, ita qui dẽ ut ijdẽ altera parte ad imperandum, altera ad ſeruiendum nati uideantur. Hæc igitur aberrationem

- **Natura** *uelut mõſtrum inuehit (Num. 48.) tum in*
  - **Vno** *homine, quando quis præditus forma corporis*
    - **Seruili,** *animo interim eſt maximè liberali & ingenuo: ut Aeſopus, Socrates, Epictetus.*
    - **Liberali,** *animo eſt ſeruili, abiecto atq; ſtupido: ut Nireus apud Homerum, & Paris.*
  - **Pluribus** *hominibus & gentibus integris, ut alij quidem libertat inſit quoad*
    - **Corpora,** *cùm ſpecie ſint liberali & decora, animo interim ſeruili.*
    - **Animos,** *cùm ingenij acumine & perſpicacia ualeant, at ſpecie corporis ſint abiectiſsima.*
- **Ratio** *explicat & ueluti corrigit, ei principatum tribuẽs, quod dignius eſt. Nam quando naturalis libertatis & ſeruitutis notæ in animo & corpore inter ſe pugnant, nec animi qualitas corporis qualitati conſentit, tunc animi maiorem quàm corporis rationem habendam eſſe, & propterea eum qui ingenio eſt liberali, etſi corpore ſeruili, ſecundùm naturam imperare debere, rationi conſentaneũ eſt. Libertatem namq; ſeu pulcritudinem animi libertate & pulcritudine corporis*
  - **Reipſa** *quidẽ multo præſtantiorem eſſe ſic oſtendit:*
    - **Si** *excellentia formæ & ſtaturæ corporeæ dignos imperio facit, multo magis excellentia animi. Num. 50: Quandoquidẽ animus corpore multis modis præſtat.*
    - **Sed** *excellentia formæ & ſtaturæ corporeæ heroica, qualem in Deorum ſtatuis artifices exprimere ſtudent, imperio dignos facit. N. 49.*
    - **Ergo** *multo magis excellentia animi imperio dignos faciet.*
  - **Cognitione** *uerò multo difficiliorem & operoſiorem eſſe affirmat, Nu. 51. Eoq; fit, inter Barbaros præſertim, ut à ſpecie potius externa quàm ab interna uirtute magiſtratus deligant.*

CAPVT VI.

De Seruitute legitima diſputat.

EOs[1] eũt, qui contrarie hic aiũt, aliquo modo rectè dicere, nõ eſt arduũ uidere. duob.[2] n. modis dicitur ſeruire, & ſeruus. Eſt[3] .n. quidẽ lege ſeruus, & ſeruiens. lex[4] nãq; cõſenſus quidẽ eſt, & pactũ, in quo bello uicta uictorũ eſſe affirmẽt. Hoc[5] aũt ius multi legũ periti tanquã oratorẽ accuſant, repugnereq; legib. aiũt: tanquã malũ & nõ ferẽdũ ſit, ſi eius qui uim adhibere poteſt, atq; opib. pſtet, ſeruũ erit & in poteſtate ipſius poſitũ, qđ uim perpeſſũ eſt. Ex hie[6] quidẽ ite uidetur, his uerò illo modo, è numero quoq; ſapientiũ. Cauſa[7] eũt huius cõtrouerſiæ, & quod facit ut rationes hę uerientur, eſt,[8] quòd aliquo modo uirtus, cùm ornata eſt copijs, & uim edhibere põt maximè: &[9] ſemper quod ſuperat, ſecũ habet exuperantiã alicuiꝰ boni: ut[10] uideri poſsit nõ ſine uirtute eſſe uiolentia. Sed[11] de iuſto tẽtũ reſtere cõtrouerſiẽ: ob[12] hoc .n. his quidẽ beneuolẽtie uidetur eſſe iuſtũ, his[13] aũt ipſum hoc iuſtũ, ſuperiorẽ imperiũ hebere. Nã[14] diſſentientib. inter ſe his rationib. neq; firmũ aliquid, neq; aptũ ad perſuadẽdũ hebẽt alterę rationes, qđ nõ decet, qđ uirtute melius eſt, regere ac dominari. Omnino[15] aũt pendẽtes quidã, ut putant, eb aliquo iure (lex[16] .n. eſt iuſtum quoddã)

ſerui-

ΟΤΙ[1] δὲ καὶ οἱ τἀναντία φάσκοντες τρόπον τινὰ λέγουσιν ὀρθῶς, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. διχῶς[2] γὰρ λέγεται τὸ δουλεύειν, καὶ ὁ δοῦλος. ἔστι[3] γάρ τις κατὰ νόμον δοῦλος, καὶ δουλεύων. ὁ[4] γὰρ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι.[5] τοῦτο δὴ τὸ δίκαιον πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ ῥήτορα, γράφονται παρανόμων· ὡς δεινὸν εἰ τοῦ βιάσασθαι δυναμένου, καὶ κατὰ δύναμιν κρείττονος, ἔσται δοῦλον καὶ ἀρχόμενον τὸ βιασθέν. καὶ[6] τοῖς μὲν, οὕτω δοκεῖ· τοῖς δ' ἐκείνως, καὶ τῶν σοφῶν. αἴτιον[7] δὲ ταύτης τῆς ἀμφισβητήσεως, καὶ ὃ ποιεῖ τοὺς λόγους ἐπαλλάττειν, ὅτι[8] τρόπον τινὰ ἀρετὴ, τυγχάνουσα χορηγίας, καὶ βιάζεσθαι δύναται μάλιστα· καὶ[9] ἔστιν ἀεὶ τὸ κρατοῦν ἐν ὑπεροχῇ ἀγαθοῦ τινος. ὥστε[10] δοκεῖν μὴ ἄνευ ἀρετῆς εἶναι τὴν βίαν, ἀλλὰ[11] περὶ τοῦ δικαίου μόνον εἶναι τὴν ἀμφισβήτησιν.[12] διὰ γὰρ τοῦτο, τοῖς μὲν, εὔνοια δοκεῖ τὸ δίκαιον εἶναι· τοῖς[13] δ' αὐτὸ τοῦτο δίκαιον, τὸ τὸν κρείττονα ἄρχειν. ἐπεὶ[14] διαστάντων γε χωρὶς τούτων τῶν λόγων, οὔτ' ἰσχυρὸν οὐθὲν ἔχουσιν, οὔτε πιθανὸν ἅτεροι λόγοι, ὡς οὐ δεῖ τὸ βέλτιον κατ' ἀρετὴν ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. ὅλως[15] δ' ἀντεχόμενοί τινες, ὡς οἴονται, δικαίου τινὸς (ὁ[16] γὰρ νόμος δί-

EOs[1] autem, qui contrà dicunt, quodammodo rectè dicere, non eſt difficile uidere. Duobus[2] enim modis dicuntur ſeruire, & ſeruus. Eſt[3] enim aliquis lege ſeruus, & homo ſeruiens. Lex[4] enim pactum conuentum quoddam eſt, qua lege bello capta, eorum, qui uicerunt, ea quę ceperunt, eſſe dicunt. Hoc[5] igitur ius multi ex iis, qui in legibus uerſantur, tanquam rhetorem, uocant in iudicium & crimen rogationis contra leges latæ: quaſi graue ſit, minimèque ferendum, ſi id, quod uim afferre poſsit, quódque uiribus antecellat, ſeruum & ſubiectum erit id, cui uis allata fuerit. Atque[6] his quidem ita uidetur; illis aliter, & ex numero quidem ſapientum. Huius[7] autem controuerſiæ cauſa, & quod facit rationes uariare, eſt,[8] quia uirtus quodammodo uirtus commeatu inſtructa, & adiumentis freta, uim afferre maximè poſsit: tum id,[9] quod uictoria potitur, bono aliquo ſemper antecellit: quo[10] fit, ut non ſine uirtute uis eſſe, ſed[11] de iure tantùm ambigi uideatur. Propterea[12] enim aliis ius uidetur eſſe[13] bonarum legum conſtitutio: aliis hoc ipſum ius eſſe, ut, qui uiribus ſit ſuperior, ac potentior, is præſit atque imperet. Nam[14] diſsidentibus & pugnantibus inter ſe his rationibus, neque firmum quicquam, neque probabile habent altera rationes, quin oporteat, id quod uirtute præſtat, dominari atque imperare. In[15] ſumma autem nonnulli iure quodam, ut arbitrantur, nitentes (lex[16] enim ius quoddam eſt)

ſeruitutem [17] impoſitam bello ſtatuunt iuſtam. Simulq́; [18] nō aiunt: principium [19] enim bellorum uſu uenire poteſt, ut nō ſit iuſtum: & [20] hominem indignū qui ſeruiat, nullo pacto diceret aliquis ſeruum eſſe. Si [21] autem non, cōtinget nobiliſsimos habitos ſeruos eſſe, & è ſeruis ortos, ſi uſu uenerit, ut capti bello uenundati fuerint. Quapropter [22] ipſos nolunt dicere ſeruos, ſed barbaros: & [23] ſanè quando hoc dixerint, nihil aliud quærunt, quàm ſeruum natura, quod ab initio diximus. Neceſſe [24] enim eſt quoſdam cōfiteri eſſe ſeruos, hos quidem, ubicūque fuerint, ſeruos: hos autem nullibi. Eodem [25] autē pacto & de nobilitate. Ipſos [26] enim nō ſolùm ſuis in ſedibus nobiles, uerùm ubiq; arbitrantur: Barbaros [27] autem domi tantùm tanquam [28] ſit hoc quidem ſimpliciter nobile & liberum, hoc [29] aūt non ſimpliciter: quemadmodum [30] & Helena Theodectis inquit:

Diuinis ab ambobus parentib. radicibus, quis
Vtiq. audeat appellare ancillam?

Quādo [31] aūt hoc dixerint, nulla alia re, niſi uirtute ac uitio definiunt ſeruū & liberū, & nobiles & ignobiles. Poſtulāt [32] .n. ut quēadmodū ex homine hominē, & è belua naſci uidemus beluam: ita ex bonis bonū. Natura [33] aūt uult quidē hoc efficere ſæpe: nō tamē ualet. Continere [34] igitur in ſe rationē quandam hanc controuerſiam: & nō eſſe hos quidē natura ſeruos, hos autem liberos, planū eſt: nec [35] nō in quibuſdam hoc eſſe definitum: quorum cōducit, huic quidem ſeruire, huic uerò dominari: & [36] iuſtum eſt atq; decet hoc quidem parēre, hoc autem imperare, eo genere imperij, quo à natura facti ſunt, ut utantur. Quare [37] & dominari ipſis licet: peccare [38] aūt in hoc detrimentoſum eſt ambobus. Idē [39] enim cōducit parti ac toto, & [40] corpori atq; animo: ſeruus [41] autem pars quædam eſt domini, tāquā [42] animalis pars corporis, ſeiūcta aūt pars. Quare [43] & utilitas eſt quædam cōmunis, & amicitia ſeruo & ero inter ſe, his inquā, quibus à natura ſtatus hic tributus fuerit: quibus [44] autem oon hoc modo, ſed lege & ui adhibita, contrarium uſu uenit.

κατά τι) τὴν [17] κατὰ πόλεμον δουλείαν τιθέασι δικαίαν. ἅμα [18] δ' οὔ φασι· τήν τε [19] γὰρ ἀρχὴν ἐνδέχεται μὴ δικαίαν εἶναι τῶν πολέμων· καὶ [20] τὸν ἀνάξιον δουλεύειν, οὐδαμῶς ἂν φαίη τις δοῦλον εἶναι. εἰ [21] δὲ μή, συμβήσεται τοὺς εὐγενεστάτους εἶναι δοκοῦντας, δούλους εἶναι, καὶ ἐκ δούλων, ἐὰν συμβῇ πραθῆναι ληφθέντας. διόπερ [22] αὐτοὺς οὐ βούλονται λέγειν δούλους, ἀλλὰ τοὺς βαρβάρους. καί τοι [23] ὅταν τοῦτο λέγωσιν, οὐθὲν ἄλλο ζητοῦσιν, ἢ τὸ φύσει δοῦλον, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν. ἀνάγκη [24] γὰρ εἶναι τινὰς φάναι, τοὺς μὲν πανταχοῦ δούλους, τοὺς δ', οὐδαμοῦ. τὸν [25] αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ εὐγενείας. αὐτοὺς [26] μὲν γὰρ οὐ μόνον παρ' αὐτοῖς εὐγενεῖς, ἀλλὰ πανταχοῦ νομίζουσι· τοὺς [27] δὲ βαρβάρους, οἴκοι μόνον· ὡς [28] ὄν τι τὸ μὲν ἁπλῶς εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον, τὸ δ' [29] οὐχ ἁπλῶς. ὥσπερ [30] καὶ ἡ Θεοδέκτου Ἑλένη φησί·

Θείων δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἔκγονον ῥιζωμάτων,
Τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειε λάτριν.

ὅταν [31] δὲ τοῦτο λέγωσιν, οὐθενὶ, ἀλλ' ἢ ἀρετῇ καὶ κακίᾳ, διορίζουσι τὸ δοῦλον καὶ ἐλεύθερον, καὶ τοὺς εὐγενεῖς καὶ τοὺς δυσγενεῖς. ἀξιοῦσι [32] γὰρ ὥσπερ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπον, καὶ ἐκ θηρίων γίνεσθαι θηρίον· οὕτω καὶ ἐξ ἀγαθῶν, ἀγαθόν. ἡ δὲ [33] φύσις βούλεται μὲν τοῦτο ποιεῖν πολλάκις, οὐ μέντοι δύναται. ὅτι μὲν [34] οὖν ἔχει τινὰ λόγον ἡ ἀμφισβήτησις, καὶ οὐκ εἰσὶν οἱ μὲν φύσει δοῦλοι, οἱ δ' ἐλεύθεροι, δῆλον· καὶ [35] ὅτι ἔν τισι διώρισται τὸ τοιοῦτον, ὧν συμφέρει τῷ μὲν τὸ δουλεύειν, τῷ δὲ τὸ δεσπόζειν· καὶ [36] δίκαιον, καὶ δεῖ, τὸ μὲν ἄρχεσθαι, τὸ δ' ἄρχειν, ἣν πεφύκασιν ἀρχὴν ἄρχειν, ὥστε [37] καὶ δεσπόζειν. τὸ [38] δὲ κακῶς, ἀσυμφόρως ἐστὶν ἀμφοῖν. τὸ [39] γὰρ αὐτὸ συμφέρει τῷ μέρει καὶ τῷ ὅλῳ, καὶ [40] σώματι καὶ ψυχῇ. ὁ δὲ [41] δοῦλος μέρος τι τοῦ δεσπότου, οἷον [42] ἔμψυχόν τι τοῦ σώματος, κεχωρισμένον δὲ μέρος. διὸ [43] καὶ συμφέρον ἐστί τι, καὶ φιλία δούλῳ καὶ δεσπότῃ πρὸς ἀλλήλους, τοῖς φύσει τούτων ἠξιωμένοις. τοῖς [44] δὲ μὴ τοῦτον τὸν τρόπον, ἀλλὰ κατὰ νόμον καὶ βιασθεῖσι, τοὐναντίον.

ſeruitutem [17] bellicam ſtatuunt eſſe iuſtam: ſed [18] ſimpliciter & abſolutè iniuſtam eſſe negant. Nam [19] primum contingere poteſt, ut principium bellorum non ſit iuſtum: deinde [20] indignum qui ſeruiat, nemo ullo modo dixerit eſſe ſeruum. Alioqui [21] eueniet, ut, qui honeſtiſsimo & clariſsimo loco nati exiſtimentur, ſerui ſint, & ex ſeruis nati, ſi fortè acciderit, ut capti ueneant. Quapropter [22] nō eos dicere ſeruos uolūt, ſed barbaros. Atqui [23] cum hoc dicunt, nihil aliud quærunt, quàm natura ſeruū: qua de re nobis initio ſermo inſtitutus eſt. Neceſſe [24] enim eſt fateri aliquos eſſe alios ubique locorū ſeruos, alios nuſquam. Eodem [25] autem modo & de nobilitate ſentiendum. Eos [26] enim non ſolum domi nobiles, ſed ubique gentium claros arbitrātur: Barbaros uero [27] domi tantùm: proinde quaſi [28] aliquid ſit ſimpliciter nobile & liberum, aliud [29] non ſimpliciter: quemadmodum [30] ait & Theodecta Helena:

Diuina ab utraque ſtirpe prognatam, quis hanc
Seruam uocare non iniquum cenſeat?

Cùm [31] autem hoc dicunt, nulla alia re, quàm uirtute & uitio ſeruum & liberum, nobilemq́; & ignobilem definiunt. Par [32] enim eſſe cenſent, ut ex homine homo, & ex feris fera naſcatur, ſic ex bonis bonum naſci. Natura [33] autem uult illa quidem hoc facere: ſed ſæpenumero non poteſt. Huius [34] igitur controuerſiæ rationem eſſe aliquam, utrum ſint alij natura ſerui, alij liberi, nécne, ex ijs, quæ ſuprà explicata ſunt, intelligere licet. Nec [35] hoc quidem obſcurum eſt, hoc in quibuſdā eſſe definitum ac diſtinctum: quorum huic quidem expedit ſeruire, illi autem imperare: & [36] iuſtum eſt, atque oportet hunc imperio alterius parêre, illum imperium obtinere, id imperium ſcilicet, quod utriuſque naturæ conuenit: ergo [37] & dominari. Male [38] autem imperare (id eſt, non eiuſcemodi imperium, ad quod uterque ſit aptus natura, exercere) eſt utrique inutiliter imperare. Idem [39] enim expedit parti & toti, idémque [40] corpori & animo. At [41] ſeruus, pars quædam domini eſt, ueluti [42] animata quædam corporis, ſed tamen ſeparata pars. Quare [43] etiam utilitas quædam & amicitia ſeruo & domino inter ipſos intercedit, ijs, quibus hæc contigerunt natura. In [44] autem, qui non ita dominantur & ſeruiunt, ſed lege & ui coacti, contraria.

COM-

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Eis autem qui contraria.)Cum iudicium ſuum confirmarit, anquid nos ſentire de hoc oporteat, oſtenderit, fatetur eos etiam, qui diſſentiunt à ſe, non tota uia errare. Nam aliquo modo acceptam, non ſimpliciter tamen, opinionem quoque eorum ueram eſſe, quod non magno negotio intelligi poſsit. Docet igitur ſeruum duobus modis dici, & eodem pacto ſeruire, cùm ſit quidam ſeruus lege atque inſtituto hominum: quo pacto etiam aliquis dicitur ſeruire. Declarat autem cuiuſmodi ſit lex, quam intelligit. Eſt enim, inquit, lex conſenſus quidam gentium, qua lege tradunt, quæ uicta bello ac ſuperata fuerint, fieri eorum qui uicerunt. Quod ius intellexit M. Antonius, cùm in epiſtola ad Octauianum & Hirtium accuſauit illos his uerbis: Maſsilienſibus iure belli adempta, redditurоs uos pollicemini. Valet enim illic, iure belli, iuſtè: ſed tamen genere illo æquitatis, quod exponit hic Ariſtoteles, quoque utuntur uictores in uictos & ſubactos.

Hoc autem ius.)Inquit, iuſtum hoc quod expreſſum eſt, non omnibus probari, nec deeſſe qui ipſum criminentur, & affinem eius culpæ aiunt eſſe & eos quidem peritos homines, ac diu uerſatos in legibus interpretandis. Dicunt enim acerbū eſſe, & nullo modo ferendum, ut qui ſubigere potuit, & opibus tantum melior eſt, ſeruum habeat, & dicto ſibi audientem eum, cui uim intulerit. Addit autem auctor, Et ſanè de hac re his hominibus ita uidetur, alijs uerò aliter: neque tantum è numero idiotarum, uerum etiam doctorum uirorum. Cùm quibuſdam magnopere diſplicere hoc genus iuris ſignificare uellet, qui non ceſſarent ipſum reprehendere & accuſare, locutus eſt eleganter & ex conſuetudine Athenienſium, in quorum moribus & inſtitutis erat, ut qui plebiſcitum ſcripſiſſet, quod repugnaret ueteri alicui legi eius reipublicæ, eo nomine uocaretur in iudicium: oratores autem erant, quibus hoc periculum crearetur: illi namq; in ea libera ciuitate, & in qua populus ſummam poteſtatem habebat, remp. adminiſtrabant. appellabant autem hoc γραφὴν παρανόμων, id eſt intendi illis litem, quòd falſam ac repugnans legibus plebiſcitum ſcripſiſſent. ut Aeſchines Cteſiphontem accuſauit, qui plebiſcito decreuerat, ornādum eſſe Demoſthenem, qui muros ciuitatis ſua pecunia inſtaurarat. id autem legibus non licebat, quia nondum reddiderat rationem adminiſtratæ rei. Demoſthenes etiam in ea oratione, qua defendit auctorem illius beneficij ſibi dati, inquit: ἀντὶ χάριτος παρανόμων, παρανόμων γραφόμενος. Vt autem oratores, qui id auſi eſſent, ita nunc poſitos doctos iuſtum hoc in iudicium uocari ſolitum dicit.

Cauſa autem huius.)Aperit, quæ ſit cauſa huius controuerſiæ, & quid faciat ut inter ſe diſſentiant, non ſolū cæteri, uerū etiā acuti & ſapiētes uiri. Hi enim ſunt, qui cum ſubtiliter de rebus diſputēt, ſequentes tamen diuerſa argumēta, aliter atq; aliter de hoc exiſtimant. Illa autem eſt, quia aliquo modo uirtus, cùm eſt nacta copiam rerum ad id accommodatarum, & quaſi inſtrumentorum, id eſt, cùm ſimplex non eſt, nec ſpoliata rebus, quæ conatus ipſius adiuuant, ut alia facile præſtare poteſt, ita etiam uim adhibere. Et ſi attendemus, inueniemus ſemper quod uincit ac ſuperat aliquid, hoc obtinere: quia præſtat ipſa poſſeſsione alicuius boni, ut uideri poſsit non omnino carere uirtute nis illa. ἀρετὴν uerò ualere hic puto calliditatem, ut cepit quoq; hoc nomen ſuprà, cum inquit, ὁ ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ. Ἐπαμφοτερίζειν dicitur res quæ quaſi ſtatū ſuum facile mutant, & ita ſimiles inter ſe ſunt, ut ipſarum una altera uideri ſæpe poſsit: quemadmodum ipſe etiam cepit hoc uerbum in 4. horum librorum, ubi de duobus generibus tyrannidis diſſerit, quæ ſimiles ſunt regno. Quod inquit, τρόπον τινά, ut crebrò loqui ſolet, ualet, non exquiſitè nec perfectè, ſed quaſi craſſo quodam modo. Neque enim uirtutis propriū eſt uim alicui afferre, et quia ipſum cogere: neq; e abſolutam etiam uirtutem intelligit. Latini quoq; quidam ſcriptores, hoc ut puto exprimentes, & ipſi Aliquo modo dixerunt. Notio huius nominis χορηγία, multis locis ita eb eo uſurpati (eſt enim uerbum tranſlatum) ſatis nota hodie, ac perſpecta eſt.

Sed de iuſto tantum.) Quo demto reſtat tantum ſcrupulus, iuſtum ne id ſit: hac enim de cauſa, inquit, ſunt qui putent, beneuolentiam tantum & amorem erga eos, qui reguntur, eſſe iuſtum: nec aliter poſſe dici imperium iuſtum, niſi ſeruiat commodis & utilitatibus eorum, qui parent. Alij autem arbitrantur hoc ipſum æquum ac iuſtum eſſe, meliorem, inquam, firmiorēmque regnare. Nam niſi dirimatur hæc lis, contrariæq; ambæ rationes ſtabunt, nihil neutrum neque robori habebit: & quod quicquam ad perſuadendum ualeat, oppoſita huic ratio, quòd ſcilicet non oporteret uirtute præſtantes, melius, id eſt ualidius imperare & dominari inter inferiores. Non intelligit autem, tum ἀρετὴν uocat, ne hic quoque ueram uirtutem, ſed ſpeciem tantum ipſius, ut ſuprà. Nam Proclus in politiam affirmat hanc uocem eſſe ὁμώνυμον, uſurpariq; ſæpe ſolitam de rebus uacuis ab animo, cum dicatur quoque uirtus uaſis, & aliarum huiuſcemodi rerum. Dicit igitur opus eſſe nos omnia facere, ut conſtituamus ſuperiorem rationem. Niſi enim hoc obtinuerimus, non poterimus non concedere, eos qui meliores ſunt hoc genere uirtutis, id eſt callidiores, non habere iuſtum imperium in eos, quos ſubegerunt. Qui exiſtimabant beneuolentiam iuſtum eſſe, id quod dixi, ſignificare uolebant. Neque enim me latet ceriuiſſe, qui aliter hoc acceperint. De quo genere imperij, ut de contrario etiam, quid ſui iudicij foret, docuit Mitio Terentianus. Et erret longè mea quidem ſententia, qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius, quod fiat, quàm illud, quod amicitia adiungitur. Διαμφισβητεῖν quod inquit, de rationibus contrarijs argumentiſq; loquens, uſus eſt uerbo tranſlato, à ueris hominum contentionibus, quo propriè uſus eſt optimus poeta, cum de iurgijs Agamemnonis Achilliſq; inter ſe loqueretur.

Omnino autem prudentes quidam.)Docet quo argumento utantur, qui aiunt, impoſitam bello ſeruitutem iuſtam eſſe defenduntq; ue illud, quod totum in ui fundatum eſt. Inquit igitur. Et, ut plenius de hoc loquar, nonnulli ſunt, qui apprehenſo quodam iuſto, ipſoq; primum utentes, tanquam ſolo, ac fundamento ſuæ rationis, uolunt ſeruitutem profectam ex bello, eſſe iuſtam: qui tamen pòſt, re tota diligentius cogitata, non omnino manent in ſententia. Erat autem firmamentum ipſorum, quòd ſeruitus illa lege quadam conſtabat. Quadam uerò, inquit, quemadmodum etiam eodem animo, ut illi putant, quia lex illa non eſt omnibus partibus uera & tamen, ut non perpetuò propriéq, omnis lex uocari poteſt iuſtum, ita ſine errore ullo dicitur iuſtum quoddam, quia in ea re aut tempore probatur, & recepta eſt.

Simulq; non aiunt.)Oſtendit eoſdem illos quaſi diſſentire à ſemetipſis, & mutare ſententiam, quia uident fieri poſſe, ut quod iuſtum eſſe uoluerint, non ſit ſemper iuſtum: contingit enim principium eorum bellorum minimè iuſtum eſſe. quod autem ab initio malo proficiſcitur, malum & ipſum uideri neceſſe eſſe. Vnum igitur hoc eſt eorum, quæ faciunt ut illi negent, quod antea affirmabant, incertiq; animo de hoc ſint: alterum autem, quòd uirum, indignum ſeruitute, nullo pacto aliquis concederet ſeruum eſſe. Quod ſi hoc non tenemus, inquit, cogemur fateri, eos qui ab omnibus exiſtimantur eſſe nobiliſsimi homines, ſeruos eſſe, atque ex ſeruis natos: quod adhuc humilius ac ſordidius eſt, ſi contigerit eos (quod ſæpe fit) bello captos uenundari. Perſpicitur auctorem ueteris tralationis in exemplari, unde expreſsit, ſcriptum hic habuiſſe ὅλως pro ἄλλως neque tamen ipſe in libris, quos calamo exaratos multos uidi, aliter atque in excuſis ſcriptum offendi. Quare opinor unam hanc eſſe uarietatem illarum lectionis, quæ antiquitas hæſerunt monimentis doctorum: & ſanè idoneus ſenſus elicitur ex utraque ſcriptura. Notaui præterea Ariſtotelem alibi, ut nunc legitur, &, ut ego accepi, locorum: ut in primo libro de Arte dicendi, ubi inquit, ἄλλως δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸ ἀληθὲς πεφύκασιν ἱκανῶς. Quod ſi alicui magis placet ὅλως, non eſt obſcurum quomodo capi debeat. ſignificare enim, quemadmodum aſſentiuntur, ſeruitutem bello importatam eſſe iuſtam, ita non omnino id aſſeuerant: quia fieri poteſt, ut iniuſtè id bellum ſuſceptum ſit.

Quapropter.)Quare inquit ne cogantur hoc concedere aſſentiriq; tam importunæ ſententiæ, non inducunt in animum dicere hos ſeruos, qui ſcilicet ſummo loco nati, iniquitate fortunæ uenditi fuerint, & ere alicui pecunia addicti, ſed barbaros tantùm, quibus idem contigerit. Vnde elicit, eos ſecum aliquo modo facere, cùm tamen id non putarent. ſi enim inquit accurate attendimus, uidebimus eos, cum hoc dicunt, quærere & omne ſtudium ſuum ponere in indagando homine, qui ſit natura ſeruus, non inſtituto mortalium ac lege: quem nos quoque uerum eſſe ſeruum arbitramur, ut ſuprà oſtendimus.

Neceſſe enim eſt.)Qui enim, inquit, uerè ſentire uolunt de his rebus, neque errori ulli affines eſſe, coguntur affirmare inueniri quoſdam, qui omnibus in terris ac fortunis ſint ſerui. & non ſolum cum in poteſtatem alienam uenerint. Contrà autem alios, qui nullis in locis, quique, cùm ab hoſtibus etiam tenentur, liberi ſunt.

Eodem autem pacto & de nobilitate.)Adiūgit eodem pacto illos ſentire de nobilitate: ipſos enim, id eſt uerè nobiles dignoſq; qui tales habeantur, non ſolum apud ſuos & collatos cum alijs, qui in iiſdem terris uiuunt, nobiles eſſe uolunt, ſed ubique: barbaros autem contrà domi ſolum. Nam cum uenerint in alias terras, in quib. ſunt homines uerè liberi, collati cum ipſis,

non poſſunt amplius liberi exiſtimari, tanquam ſit, inquit, nobile duorum generum: quorum quidem unum ſimpliciter nobile eſt, alterum uerò non ſimpliciter. Cuius ſententiæ, inquit, fuit Helena Theodectis. Theodectes enim, Phaſelites patria, unuſque è ſodalibus Ariſtotelis, ſcripſit etiam fabulas tragicas. Apud ipſum igitur Helena de ſe (ut ſuſpicari licet) loquens, inquit (ſunt autem, quos citat, duo ſenarij) Cuius autem ab utriſq; parentibus exiſtant diuinæ radices, quis auderet appellare hanc ſeruam? Videtur enim de ſe, ut de alia muliere locuta. Et ſanè ita nata Helena, & cœleſti ſtirpe orionda erat. Tráſlato autem uerbo uſus, uocauit radices principia amborum ſuorum parentum. Vt enim radices arborum origines, ita ipſi oeterum: quas etiam appellauit infrequentiore uocabulo, & magis proprio poetarum, quàm ſolutæ orationis, neutro genere ῥιζώματα. Hac etiam uoce principia rerum naturalium, elemétaq; uocata ſignificauit Empedocles. Plures enim ipſius uerſus leguntur apud Plutarchum, quorum initium hoc eſt τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε.

Quando autem hoc dixerint.) Quid illi, quos ſignificat, dicerent, commemorauit. Docet autem nunc, quod ijdem non expreſſerant, quis exquiſitior ſenſus foret uerborum eorum. Vtebantur enim, minimè intelligentes illi quidem, quaſi norma quadam diſtinguendæ ſeruitutis ac libertatis hominum; & ut harum, ita etiam nobilitatis atque ignobilitatis, uirtute ac uitio: quomodoq; hoc facerent, declarat. Verum enim eſſe cenſent, idq; ſibi concedi debere arbitrantur, ut quemadmodum uidemus ex homine naſci hominem, & è belua beluam, ita etiam è probis parentibus probos liberos. Aperit autem ſtatim errorem animi eorum, & in quo decipiantur, oſtendit. Non enim, inquit, dubiū eſt, quin natura hoc uelit ſtudeatq; facere, quod etiam ſæpe obtinet: non tamen ſemper hoc præſtare ualet. Quæſtio autem hæc omni tempore multum agitata eſt. Viſum enim eſt ſemper admirabile, è moderatis & ſapientibus parentibus naſci filios nequiſſimos, & imbecilli admodum conſilij. Id quod etiam ab ijs, qui ueterem memoriam literis prodiderunt, exemplis multis poſitis notatum eſt. Nam comici quoque Græci teſtantur, hoc uſu ueniſſe liberis Hippocratis, ſummi medici, qui omnium ſtultiſſimi extitêre, ac paſſim irriſi & deſpicatui habiti ſunt. Accommodatum exemplum eſt huic rei docédæ illud Ciceronis è Philippica XI. facetè ſanè dictum: Vidi etiam P. Decij auctionem, clari uiri, qui maiorum ſuorum exempla perſequens, pro alieno ſe ære deuouit. Qui autem hoc quoque ſæpe numero contingere affirmauit, magni ingenij poeta noſter & penè diuini Dantes, dixit hoc fieri uoluntate & conſilio Dei: qui ita oſtendere uoluit, ut alia cuncta, ita etiam hoc ipſum bonum nos à ſe expectare & accipere debere.

Continere igitur ea ſe rationem.) Profligata iam quæſtione hac, totaq; re declarata, repetit paucis, quod fecit controuerſiã hanc: opinionemq;, quæ aduerſatetur iudicio auctoris ſui, non eſſe inanem, ſed habere in ſe quiddam, quod dignum inquiſitione ſit: exiſtereq; aliquos, qui non ſunt natura ſerui, neque hi liberi planum & apertum eſſe. Et præterea in certis quibuſdam definitum hoc eſſe ac diſtinctum, ita ut huic proſit ſeruire, huic uerò imperium habere, ac dominari. nec tantum hoc utile ſit ipſis, uerum etiam idem iuſtum deceatq; prorſus alterum in poteſtate aliena eſſe, alterum uerò imperium exercere, illud ſcilicet genus imperij, cui tractando nati ſunt. Quare poſſunt etiam & debent ut domini ſe gerere, quod domini imperium eſt: quod ſi perperam adminiſtraretur, ambob. obeſſet: ſeruos namq;, ut ſeruus, regi debet, nec prodeſſet illi indulgentius haberi: corrumperetur enim quare erus etiam ex illa indulgẽtia malum acciperet. Subtiliter autem hoc probat, ac uerum eſſe docet: uideri enim hoc poſſet alicui nouum, deprauari ſeruum, ſi ut liber homo tractetur.

Idem enim conducit parti.) Sumit, ut hoc probet, quod prodeſt omni in re parti ipſius, idem etiã prodeſſe toti, quod uerum quoque eſſe uult in corpore, & animo. Seruum autem ſtatim eſſe docet partem quandam eri; quia ſine ipſo uix poſſet ille ſtatum ſuum tueri. Partem autem quandam corporis, quæ animum ſeorſum habeat. Partem uerò non eo pacto, quo paſſim uocamus membra animantis, id eſt caput, manus, pedes, partes corporis: ſed partem ſeiunctam, diſtinctamq; à corpore. κεχωρισμένον μέρος ipſe uocat, quemadmodum ſuprà loquit eundem ſeruum eſſe inſtrumentum, quod ſeparari queat. Quod autem adiungit, Id quod parti conducit, prodeſſe etiam toti, nec poſſe utilitatem ipſorũ ſeiunctam eſſe: defenſum eſt copioſa oratione, illuſtribuſq; exemplis à Demoſthene in cauſa Cteſiphontis, ubi argumentatus eſt proditores libertatis, qui accepta pecunia utilitatibus Macedonum ſeruiebant, non ſolum remp. euertere, ſed ſuas etiam, priuataſq; fortunas: quia tùm reſp. damnum accipit, priuata etiam ſimul labefactatur, & funditus interit.

Quare & utilitas eſt.) Ducit tanquam corollarium ex his, quę proximè docuit: indeq; hoc uerum eſſe intelligi affirmat, inueniri quiddam, quod ſimul ambobus proſit in copula ſerui atque eri, & quemadmodum communem utilitatem, ita etiam amicitiam inter ipſos manere. Ne tamen in hoc error ullus exiſtat, cuiuſmodi ſeruos & dominos intelligat, ſignificat. illos, inquam, qui tales natura ſunt: nam in illis, qui non hoc pacto ſerui ſunt, ſed lege quadam & ui adhibita, nullum amorem erga dominos inueniri poſſe concedit, ſed contrà odium & inimicitias, & eas quidem atroces & implacabiles. Quod etiam Plato in 6. lib. de Legibus teſtatus eſt, qui dixit ſeruos & dominos nullo pacto fieri amicos poſſe. Vocauit autem illic ſeruos, qui ita uulgò appellantur.

ὁ γὰρ νόμος.) Ius gentium, tacito conſenſu receptum, uictori in uictos omnia licere. Quid enim aliud (inquiunt Galli ad Romanos, dum gladium quoq; auro rependi uolunt) quàm uæ uictis! Alexander uicto Dario, regiam intrans, Deſcendamus, ait, in balneum Darij. Tum quidam ex comitibus, Quin potius Alexandri, cùm uictorem & corpora & fortunæ uictorũ ſequantur. Sic diripientib. Sardes Perſis, Crœſus ad Cyrum, cur immoto uultu ſua diripientes ſpectare poſſet, rogantem: Neq; uerò mea, ſed tua, uictor Cyre, diripiunt, reſpondit. Proinde uictum Pædiæ Cyrus bello parta, iure gentium poſſideri affirmat. Quod ipſum Plato lib. 3. & 4. de Legib. ex Pindaro cõfirmat, Potẽtiores debilioribus imperare iuſtum eſſe: & primo de Repub. Thraſymachus id iuſtum eſſe ait, quod potentiori ſit utile. Item in Gorgia, ſub perſona Calliclis, Pindari auctoritate legem reginam dicit eſſe mortalium & immortalium, quæ manu armata & uiolenta ius ſuum exequatur. Sic Herculẽ Geryonis uicti boues, nullo alio quã uictoriæ iure, ſuos effeciſſe. Hinc formula illa apud Romanos, qua natalib. reſtitui dicebantur liberti, qui beneficio Principis ingenuitatis ius ac dignitatem adipiſcebantur, quaſi ſerui nuſquam fuiſſent. Natalia enim ius libertatis ſunt, quod natura principio generi humano æqualiter tribuit, ut alter alterius ne pareret imperio, ſecundum Marcianum l. 3. de natal. reſtit. Hotomannus com. Verb. Iuris.

ὥσπερ ῥήτορα γράφονται παρανόμων.) παρανόμων γραφὴ actio eſt, quæ rhetori forenſi intẽtatur de lege perperã & contra leges alias uel lata uel interpretata. tùm παρανόμως γράφειν fit contra leges aliquid proferre. An hic fortaſſe ad Rhetoris hiſtoriam (Aeſchynis ne?) ſuo tempore Athenienſib. notam alludit? Ergo quemadmodum rhetores accuſantur propter legem contra leges latam: ita hi qui ſeruitutem bellicam legitimam eſſe uolunt, ut quam maximè ius gentiũ allegent, tamen quia ius iſtud iuri naturæ uidetur contrarium eſſe, tanquam legis iniuſtæ patroni accuſari poſſunt.

καὶ τῶν σοφῶν.) Eaptopter opinionum harum à tantis uiris ortarum, ratio meritò habenda. Nam non quaſuis, ſed eas tùm τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον, examinandas eſſe, lib. 1. Ethic. cap. 3. n. 17 affirmauit.

κεχορηγημένη.) Externorum bonorum copijs inſtructa. Eam uocem lib. 1. Ethicorum cap. 9. n. 38. explicauimus.

ἄπορα λόγων.) Rationes ſcilicet eorum, qui ſeruitutem lege quidem & iure gentium conſtare uolunt, ſed iniuſtã eſſe.

ἀντεχόμενοί τινες.) Qui contrà ſentiunt, & ſeruitutem non iure tantùm gentium, ſed & naturali conſtare, & per conſequens iuſtam eſſe perhibent, nituntur ὅλως & uniuerſim probare omnem ſeruitutem bellicam iuſtã eſſe: ὅλως δ' οὐ φασί, at uniuerſim non probant, ſed ſpeciatim tantùm, quandam ſcilicet iuſtam eſſe: tùm alias è diuerſo iniuſtas eſſe, & ratio & experientia teſtentur.

καὶ τὸν ἀνάξιον δουλεύειν.) Hinc illa apud Euripidem, in Menalippe primùm:

δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ, πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων,

Item in Phryxo:

πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρόν, ἡ δὲ φρὴν τῶν οὐχὶ δούλων ἔστ' ἐλευθερωτέρα.

Similiter in Ione:

ἓν γάρ τι τοῖσι δούλοισιν αἰσχύνην φέρει τοὔνομα· τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν ἐλευθέρων
οὐδεὶς κακίων δοῦλος, ὅστις ἐσθλὸς ᾖ.

Et in Helena ſic ſeruus de ſeipſo:

ἐγὼ μὲν εἴην κεἰ πέφυχ' ὅμως λάτρις, ἐν τοῖσι γενναίοισιν ἠριθμημένος

δούλοι-

ἀδίκους, ... ἔχειν ... τίς ἂν ... κρατοῖ ...
... χερῶν ... φρένας ... ... ἄλλοι ... πόλεως.

ὁ δὲ μὴ.)Nos aſſerimus,indignum ſeruitute,ſeruum neutiquam eſſe appellandum Quod ſi quis negat,& putat uel indignum ſeruitute,iure tamen belli in ſeruitutem abripi,& ſeruum fieri poſſe ille idem fateri cogetur, ingenuos & optimos interdum ſeruos fieri. At hoc contra popularem omnium Græcorum opinionem eſt,ſe ſemper & ubiq; liberos,Barbaros econtrà ſemper & ubiq; ſeruos eſſe perhibentium.Plato in Politico teſtatur, opinione plebeia hominum genus in Græcos tantùm & Barbaros diuidi.

καὶ ἐν ἀγῶσι.)ἐν præpoſitio cauſam ſeruitutis inſtrumentalem ſignificat, ut ſit ſenſus. Euenict interdum ingenuos ſeruos fieri,uel ab ipſis ſeruis,nimirum aut à Barbaris naturâ ſeruis uictos (ſic frequenter Græci à Perſis & Scythis) aut à proprijs ſeruis ſubiugatos (ut à Primaco Chij, ab Ilotis Spartani, ab Euno Syro Siculi,à Spartaco gladiatore Romani)uel etiam uictos ab ingenuis, & uenundatos alijs etiam Barbaris (ut quando Alexander Magnus Thebanorũ XXX.millia,Romani Tarentinorum totidem,ſub haſta uẽdidêre)Sic Herod.loquitur,ἐν ... à Prexaſpide proditum ſit Ariſtophanes,ἐν χερῶν ἀπώλετο,manu interijt.

τοὺς βαρβάρους αὐτοὺς μόνον.)Barbari domi tantùm liberi ſunt,cum mãcipijs,iure belli ſeruis factis,collati: foris uerò ſerui,cum Græcis naturâ liberis collati Meminit Herodotus lib.4.Scytharum uxores maritis abſentibus cum ſeruis cõſueuiſſe: ſeruos armata manu dominis occurriſſe: dominos, ne per deſperationem ſeruorum robur animarent cum illis pugnare noluiſſe, ſed flagris, ſeruitutis propriæ conſcientia , ad officium redire compuliſſe. Ergo Scytharum ibi alij ingenui erant,alij ſerui.

ὥσπερ καὶ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθόν.) Naſcuntur fortes fortib. & bonis, inquit ille. Propterea Plato ſibiipſi gratulabatur, quòd homo,non bellua.quòd Græcus,non Barbarus:quòd Athenienſis, non Bœotus natus eſſet.

ἡ δὲ φύσις βούλεται.)Quod in annonæ prouentu uidemus,inquit Ariſtoteles lib.2 Rhetor. ut ferè alternet fœcunditas & ſterilitas,natura ſibimetipſi otium & quietem imponente illud idem in ingenijs cõtingere, & iuxta prouerbiũ ferè ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα eſſe. Degenerare enim ingenia εὐφυῆ in μανικά, ut Alcibiadis & Dionyſij poſteros: στάσιμα econtra in νωθρά,ut Socratis liberos.Id quod in Problematis latius explicat. Quam ob cauſam Epaminondas nuptijs abſtinuiſſe fertur,ne filios ſe deteriores procrearet Anacharſis certè Scytha multis Græcis melior fuit,& Andromache Hectoris licet barbara morum ſuauitate Pyrrhum ita ſibi conciliauit, ut Hermionem uel ipſius Helenæ filiã ipſi præponere non dubitaret.

τὸ δὲ κακῶς.)Voce κακῶς id exprimere uidetur,quod eſt contra naturam: at quod contra naturam eſt, id malum eſt, cùm natura ſemper id quod optimum eſt conſectetur.

διὸ καὶ συμφέρον ἐστί τι.)Malè ergo Thraſymachus in primo de Repub.apud Platonem id iuſtum eſſe ait,quod potentiori utile eſt,domino ſcilicet,excluſo ſeruo.In naturali enim ſeruitute & dominio tam ſeruo expedit ſubeſſe,quàm domino præeſſe.Maryandini certè, quòd ob ingenij debilitatem ipſi ſeipſos tegere nõ poſſent, Heracleotis ſeſe ſponte ſubiecerunt,ea lege,uti neceſſaria ſibi à dominis præberentur, neque extra regionem Heracleotarum uenundarentur,teſte Poſidonio Stoico apud Athen.lib.6.c.7.

CVM præcedẽti c. conſiderit,Seruitutẽ et Libertatẽ ſecũdũ naturã eſſe cõmunẽ tũ propriã inter homines:dubitatũ ſit,utrũ ſeruitus & libertas quædã præter naturã detur, lege tantùm & conſuetudine hominũ conſtans,ut bellica ſit, quoniam uiribus inferior ſeruiat meliori tanquã potẽtiori. Quæſtionẽ igitur

- **Explicat,** opiniones aliorum de ſeruitute bellica
  - **Proponẽs.** In contrariam naq; ſententiam homines docti & ſapientes diducũtur. Nu.6. Quandoquidem alij eam iure dari
    - **Affirmant,per diſtinctionem iuris.N.1.**
      - Si ſeruire & ſeruus iure duobus dicitur modis,iure ſcilicet naturali & legitimo: non erit abſonum, Seruitutem quoq; aliam naturalem,aliam non naturalem,ſed hominum tantùm uoluntate introductam,ſtatuere.
      - **Atqui** ſeruire & ſeruus iure duobus dicitur modis.N.2. Videlicet iure uel
        - **Naturali**, ut qui corpore tantùm excellit, ei,qui animo excellit, pareat.
        - **Legitimo**, ut qui uiribus corporis et potẽtia armorũ uictor eſt,uictis imperet. N. 3. Ratio talis
          - **Quod** lege conſtat communi apud omnes gentes,id ius eſſe uidetur.ius uidelicet gentium dictum.
          - **Atqui** ſeruitus bellica lege conſtat communi omnibus gentibus. Quandoquidem legem uocamus conſenſum omniũ gentiũ, etſi non ſcriptam, uſu tamen iam inde ab omni antiquitate confirmatam N.4.
          - **Ergo** ſeruitus bellica iuris gentium erit.
      - **Ergo** ſeruitus quoq; duplex erit,naturalis & non naturalis.
    - **Negant,** quòd grauis & uiolenta ſit futura ſeruitus iſta, ſi robuſtiori & potentiori melior & ſapientior ſeruire præter uoluntatem & naturæ inſtitutum cogatur. N.5. Quandoquidem cap.3.n.21.& 25.omne uiolentum iniuſtum eſſe affirmant.
  - **Examinat.** Vide ſeq.ſignum A.
- **Concludit,** totã.ſ. diſputationem de ſeruitute ſuprà c. quinto propoſitam : & per anacephalæoſin repetit pauca ea de quibus uerba fecerat. Ex ijs namq;, quæ duobus capitibus hactenus ſunt explicata, conſtare ait, Dominationem & Seruitutem aliam eſſe
  - **Secũdum** naturã: ita ut quidã ſint natura ſerui, nunquã liberi,alij natura liberi,nunquam ſerui. N.34. Et hanc ipſam &
    - **Vtilem** eſſe iis,inter quos eſt: cùm is qui robore pollet, ratione tanquam duce egeat: & uiciſſim is qui ratione præſtat, robore tanquam miniſtro indigeat : adeoq; neuter ſine altero uitam uel rectè inſtituere uel commodè tueri queat. N.35.
    - **Iuſtam** eſſe iure naturali,ut ſeruus ſeruiat, liber imperet , oſtendit:
      - **Imperare** deteriori,& Parêre præſtantiori,iuſtum eſt.N.36.
      - **At** Dominari eſt imperare: Seruire eſt parêre.
      - **Ergo** Dominari & Seruire iuſtum eſt. Num.37.
  - **Præter** naturã:atq; per conſequens malam, quoniam ab inſtituto naturæ, quæ ſemper id quod optimum eſt in quoq; genere ſpectat,alienam. Vide ſeq ſignum C.

A. Diſſidium huiuſce affert

- **Cauſam. N. 7.** Quoniam hi qui de ſeruitute bellica tam contraria opinantur,
  - **Conſentiunt** uidelicet de Facto, quando alios uirtute uictores euadere, alios uerò ignauia & imbecillitate uinci & ſubiugari, quotidiana docet experientia. Vt talis ſubſit ratiocinatio:
    - Si uirtus, opibus & copijs inſtructa, maximè poteſt cogere alios uirtute & opibus minus inſtructos, ſeruitium certè bellicam, quam uictores uictis afferūt, non ſine uirtute eſſe interdum, fatendum erit.
    - Sed illud eſt. Nu. 8. Probari poteſt:
      - Quod bonitate excellit, ea quæ minus excellentia ſunt ſuperat, & ſi renitantur, etiam cogere poteſt. N. 9.
      - At uirtus opibus inſtructa bonitate excellit, & inter omnia humanæ principatum obtinet.
      - Ergo uirtus opibus inſtructa & ſuperare omnes, & ſi repugnent, cogere poteſt.
    - Ergo & hoc erit. N. 10.
  - **Diſſentiunt** uerò de Iure facti. N. 11. Propter hoc, quòd de Iure diſſentiunt, & alij aliter ius definiunt, diuerſitas quoq; opinionum oritur, ut alij bellicam ſeruitutem (quam etiā uirtute, non potētia tantùm ſuperiar, imponunt ijs qui uirtute & robore inferiores ſunt) iuſtam, alij iniuſtam eſſe perhibeant. Nam qui Ius eſſe uolunt
    - **Liberum** tantùm, & cui uolētes ſe ſubijciūt homines (Δίκαιον ἑκούσιον, Ius uoluntatis. N. 12.) illi ſeruitutem bellicam iniuſtam eſſe ex prædicta ſuppoſitione ſic probant:
      - Si ſeruitus bellica eſſet iuſta, ſponte & uolentes illam ſubirent homines. Quandoquidem Ius eſt naturale: at quod naturale non eſt, uiolentum eſt coactum.
      - Atqui non hoc. Nemo enim uolens & ſponte uincitur, & ſeruit alteri.
      - Ergo neq; illud.
    - **Coactum** quoq;, & cui uel inuiti ſe ſubijciant (Δίκαιον βίᾳ, Ius neceſſitatis, ſecundum quam uictus paret uictori, ἵνα ἀναγκαίως δουλῇ, metu grauioris mali ad parendum coactus. N. 13.) illi ex contraria ſuppoſitione contrarium inferunt:
      - Debiliorem & minorem potentiori & maiori ſeruire iuſtum eſt, ſeu uolentem, ſeu inuitū & coactum. Nam meliori quacunq; ratione, uel quo ad corpus uel quo ad animum, alterum deteriorem in eodem genere ſeruire, naturale eſt: & niſi ſponte id faciat, etiam cogendus eſſe uidetur.
      - At uictus uictore debilior eſt & minor.
      - Ergo uictum uictori ſeruire iuſtum erit.
- **Solutionem** & compoſitionem, quæ tota in diſtinctione conſiſtit: Seruitutē ſcilicet bellicam, quæ lege ſiue iure gentium conſtat (ſiquidem is qui uictor eſt, dignus ſit etiam natura qui imperet alijs, propter ſapientiam & uirtutem) iuſtam eſſe, quia naturalis ſit. Sin uerò econtrà uictor indignus ſit qui imperet alijs, propter ſtoliditatem & improbitatem: legitimam quidem hanc ſeruitutem uideri, iure gentium recepto (quod commune omnibus hominibus ius eſt, non ſecundùm humanam, ſed ſecundùm belluinam naturam, quā participant) attamen quia non ſit ſecundùm hominis ratione rectè utentis naturam, iniuſtā & indignam & non naturalem eſſe. Ergo eorum opinionem, qui Seruitutem & Dominationem bellica uictoria comparatam uolunt eſſe penitus & uniuerſim
  - **Iniuſtam**, nec firmis nec ueriſimilibus argumētis niti, affirmat: cùm planè ſit rationi & naturæ conſentaneum, ut uirtute excellentior imperet & dominetur minus excellentibus. Nu. 14. Vt talis ſubſit argumentatio:
    - Si interdum bello uictor iure imperat uictis, mentiuntur qui ſeruitutem bellicam penitus iniuſtam eſſe clamant.
    - Sed antecedens eſſe ſic oſtendi poteſt:
      - Virtute excellentior imperat & dominatur iure minus excellentib. Quandoquidē præced. cap. demonſtratum eſt, inter eos qui tantum à ſe inuicē diſtant, quantum animus à corpore, & homo à beſtia, iuſtam dari ſeruitutem & dominationem.
      - At interdum ſit, ut qui bello uincit alios, ſit uirtute excellentior. V. G. quādo Græci Barbaros, quādo Iudæi Palæſtinos uincunt.
      - Ergo interdum bello uictor iure imperat & dominatur uictis.
    - Ergo etiam conſequens erit.
  - **Iuſtam**, uniuerſaliter quidem falſam eſſe, ſed particulariter ueram demonſtrat. Vide in ſeq. figuram B.

B. Etenim

B. Etenim ſeruitutem bellicam iuſtam

- iuſtam eſſe, argumento tali probare nituntur, quod tamē particulariter tantùm concludit:
  - Quod lege conſtat, uniuerſim iuſtum eſt. Num.16.
  - At ſeruitus bellica lege conſtat. N.15.
  - Ergo ſeruitus bellica uniuerſim iuſta eſt, & de iure gentium. Numero 17.
    - Atqui uitium eſt in propoſitione. Iuſtum enim propriè id eſt, quod rectâ ratione & honeſtate nititur. Ergo non quæuis lex, ſed ea tantùm quæ à prudentibus atq; bonis lata eſt, iuris appellatione dignanda erit: quæ à ſtultis & improbis, æquiuocè tantùm lex erit. Proinde Seruitus quoq; bellica lege conſtans uel recta (quando melior uirtute imperat deteriori) uel peruerſa (quando potentior, licet ſtultior, imperat debiliori) illo quidem modo iuſta erit propriè, hoc iniuſta: non autem uniuerſaliter iuſta. Ea propter non uniuerſim quamuis ſeruitutem bellicam, ſed eam tantùm, quam uirtute ſuperior inferiori imponit, iuſtam eſſe conuincunt.
- non iuſtam eſſe. (N. 18.) ſed tantùm cùm & reſpectu eſſicientis uictor animo non minus quā corpore præſtat uicto: & reſpectu finis, honeſtā ob cauſam uicit & reſpectu modi, honeſtè uicit: iniuſtam uerò, quando uictor armis & robore ſuperior uicto, eundem uirtute uel
  - Antecellit quidem, cæterùm ipſius belli occaſionē & finem iniuſtum habuit. Sic deducit:
    - Cuius rei occaſio iniuſta eſt, illa iuſta dici non debet.
    - Sed cuiuſdam uictoriæ bellicæ occaſio iniuſta eſt & inhoneſta. N.19.
    - Ergo uictoria illa reſpectu cauſæ iuſta non erit: & per conſequens neq; uictor imperabit iuſtè, neq; uictus iuſtè ſeruiet.
  - Non antecellit (ut quamuis iuſtā belli occaſionē habuerit, in ſeruitutem tamen abripiatur nequior & uilior meliorē & præſtātiorem) oſtendit. Et ſic ſeruitus non reſpectu cauſæ, ſed per ſe iniuſta erit appellanda. Syllogiſmus talis eſt:
    - Si indignus ſeruitute (propter uirtutem) bello tamen captus, iure belli ſeruus eſt dicendus: continget aliquando natura ingenuos, nobiliſſimos & optimos homines, ſeruos abiectiſſimorum & peſſimorū fieri, ſiue ab iis captos, ſiue captos ab aliis & iis uenditos. N.21.
    - Atqui natura ingenui, optimi & nobiliſſimi, ſiue capti ab improbis, ſiue uenundati improbis, ſerui tū idcirco nō dicūtur fieri. Quod ipſū opinione demonſtrat Græcorū, libertatē & ingenuitatē ſuæ gēti, ſeruitutē uerò Barbaris natura cōuenire aſſerētiū. Cuius quidē opinionis rō ... ſis, Auctoritate muniat geminam. Altera
      - Communi & populari. Quam
        - Proponit. Ideirco Græci non ſe, ſed Barbaros ſeruos appellare ſolent, quantumuis bello à Barbaris ſubigantur. N.22.
        - Explicat. Seruos eſſe Barbaros, ſe uerò liberos, naturæ beneficio Græci arbitrātur. Num.23. Et proinde duas ſpecies ſtatuunt &
          - Seruorū: alios ſemper & ubique, alios nunquā & nuſquā ſeruos eſſe. N. 24. Etenim Græci putant
            - Barbaros ſemper & ubiq; ſeruos eſſe, & Seruitutem hanc ſimpliciter dici.
            - Græcos nūquā & nuſquā ſeruos eſſe. Quòd ſi aliquando uel ipſi bello ab aliis capti uenundentur, uel à Barbaris in ſeruitutem abripiantur, ſeruitutem hanc nō ſimpliciter, ſed ſecundùm quid tantū appellari debere.
          - Liberorū: alios ſemper & ubique, alios nūquā & nuſquā. N. 25. Siquidē ex naturæ inſtituto
            - Græcos ſemper & ubiq; liberos eſſe, etſi Barbaris ſeruiant. N.26. Et hanc Libertatē ſeu ingenuitatē dici ſimpliciter. N.28.
            - Barbaros nec ſemper nec ubiq; liberos eſſe, ſed domi tantū ſuæ cū ignobiliorib. cōparatos: qui alios qui cū Græcis comparati ſemper ſint ſerui cenſendi. N.27. Quòd ſi potentia & armis ſeſe in libertatem aſſerant, hanc Libertatem non ſimpliciter dici. N.29.
      - Priuata Theodectis Tragici, qui Helenam introducit de ingenuitate natalium glorantem, quam fortuna bellica obſcurare forſitan, at extinguere & in ſeruitutem commutare nequeat. N 30.
      - dicin
        - Proponit. In hanc ſententiam uenère, propter excellentiā animorum, quæ populariter Græcis adſit: cùm econtrà animorum abiectio Barbaris natura inſit. N.31.
        - Corrigit. Nāque uniuerſaliter Græcos Barbaris me liores
          - Eſſe arbitrantur, tali ſimilitudine inducti. Numero 32.
            - Quemadmodū ex homine homo, ex belluis naſcitur bellua.
            - Ita quoq; ex natura bonis & liberis, boni & liberi: ex ſeruis natura, ſerui natura.
          - Non eſſe, ſed quoſdam deteriores, propter naturæ nō tā errorē, quā repugnantis materiæ conditionē, ipſa docet experientia. N.33. Et propterea inſaniūt, qui hoc ſolo, quòd è liberis ſunt nati, ſe liberos eſſe putant: è diuerſo aūt ſeruos, eo quòd ſeruiant, ſe deteriores putās. Multi proinde Græci liberi conditione, non natura: multi uicisſ in Barbaris ſerui conditione, natura liberi, & imperio digni.
    - Ergo indignus ſeruitute (propter uirtutem, ſiue Græcus ſit ille, ſiue Barbarus) licet bello captus, iure tamen belli ſeruus non eſt dicendus, præterquam per accidens N.20.

C. Seruitus præter naturam eſt, quando ij, qui natura ſerui non ſunt, quacunque tandem occaſione ingenuis & liberis natura imperãt. Quã ipſam

- Inutilẽ & Domino et Seruo eſſe
  - Per ſe pronunciat. N. 38. Tali ratiocinatione:
    - Naturalis ſeruitus et dominatio (quando ſcilicet præſtantior uirtute inferiori imperat) utrique tam ſeruo quàm domino confert, & propter mutuum cõmodum mutua quoq; beneuolẽtia eos iungit, cùm ſuum quiſq; bonum ab altero prouenient amet. Syllogiſmo comprobat:
      - Toti id conducit, quod & parti. N. 39. V. G. quod corpori prodeſt uel animo, id etiam toti homini ex animo & corpore conſtanti prodeſſe dicendum. N. 40.
      - At ſeruus eſt ueluti pars quædam. N. 41. Icone illuſtrat. Vti uariæ ſunt humani corporis partes, quæ animo inſeruiunt: ita ſeruus uidetur etiam animata quædam & corporea pars, domino tãquam animæ inſeruiens. Hoc unum intereſt, quòd pars corporis cum reliquo corpore (ut uita cõmuni per animam infuſa fruatur) ſemper iuncta eſt: at ſeruus à domino ſeparatus eſt, licet cũ illo in eadem uerſetur ſocietate. N. 42. Sic etiam ſuprà cap. 4. n. 23. & 31. Et infrà c. 13. n. 59. animatũ ſuũ appellat.
      - Ergo quod ſeruo conducit, etiã domino cõducere debet. & econtrà. Sic aurigæ conducit equos habere, quibus uehatur: equis conducit habere aurigam, à quo alantur atq; regantur.
    - At deteriorem meliori imperare (V. G. quando uel iure belli ingenuus uictori barbaro, uel iure politico philoſophus uniuerſitati plebeio alicui ſeruire cogitur) non eſt ſecundùm naturam.
    - Ergo neq; ſeruo neq; domino conferret, neq; beneuolentiam fouebit mutuam. Serui enim ſapientis miniſterio dominus ſtultus abutetur: & uiciſſim domini ſtulti imperium ſeruus ſapiens ferre & exequi cogetur: & ſimilis erit œconomia illa homini, in quo cupiditas recta ratione uinctam poſt ſe trahit.
  - Reſpectu naturalis domini ueluti per corollariũ colligit: Seruitutem uidelicet,
    - Naturalem dominum ſeruo, & ſeruum domino mutua beneuolentia cõiungere, mutuæ utilitatis cauſa. N. 43.
    - Legitimam, & ui belli introductã, beneuolentia mutua carere, cùm mutua non ſubſit utilitas, ſed uictor tantùm ſuũ quærat cõmodum. N. 44.
- Iniuſtam eſſe, quoniã uiolenta eſt, & contra naturã, ex prædictis facile eſt intelligere: ut licet lege & iure gentiũ uideatur introducta, non tamen illo, quod gentibus ſecundùm naturam proprium meſt, ſed quod illis cum beluis eſt commune, inter quas uiribus potentior dominatur, ut in grege taurus.

CAPVT VII.

De Domini & Serui Forma, quo ad Scientiam utriuſque, agit.

PLanum [1] autem eſt ex his, non eſſe idem dominatum & poteſtatem ciuilem: neque [2] omnia inter ſe imperia, quemadmodum nonnulli aiunt. Hoc [3] enim, imperium eſt liberorum natura: hoc uerò ſeruorum. Et [4] domus adminiſtratio, imperium eſt unius. Regitur [5] enim ab uno omnis domus: ciuilis [6] autem, liberorum & parium imperium. Erus [7] igitur non uocatur ex ſcientia, ſed quia talis eſt: eodem [8] autem pacto & ſeruus & liber. Scientia [9] autem eſſet & erilis & ſeruilis. Seruilis [10] quidem, qualem Syracuſis ille tradebat: illic enim accepta quidam mercede docebat pueros circularia miniſteria. Eſſet [11] autem latior perceptio harum rerum, ceu ars dapes coquendi, & alia huiuſcemodi genera miniſtrationis. Sunt [12] enim alia alijs, hæc quidem honeſtiora opera, hæc autem magis neceſſaria: & [13] ut fertur prouerbio, *Seruus ante ſeruum, erus ante erum.*

ΦΑΝΕΡΟ`Ν [1] δὲ καὶ ἐκ τούτων, ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστι δεσποτεία, καὶ πολιτική· οὐδὲ [2] πᾶσαι ἀλλήλαις αἱ ἀρχαὶ, ὥσπερ τινές φασιν. ἡ [3] μὲν γὰρ, ἐλευθέρων φύσει· ἡ δὲ, δούλων ἐστίν. καὶ [4] ἡ μὲν οἰκονομικὴ, μοναρχία· μοναρχεῖται [5] γὰρ πᾶς οἶκος· ἡ δὲ [6] πολιτικὴ, ἐλευθέρων καὶ ἴσων ἀρχή. ὁ [7] μὲν οὖν δεσπότης οὐ λέγεται κατ᾽ ἐπιστήμην, ἀλλὰ τῷ τοιόσδ᾽ εἶναι. ὁμοίως [8] δὲ καὶ ὁ δοῦλος, καὶ ὁ ἐλεύθερος. ἐπιστήμη [9] δ᾽ ἂν εἴη καὶ δεσποτικὴ καὶ δουλική. δουλικὴ [10] μὲν, οἵαν περ ὁ ἐν Συρακούσαις ἐπαίδευεν. ἐκεῖ γὰρ λαμβάνων τις μισθὸν, ἐδίδασκε τὰ ἐγκύκλια διακονήματα τοὺς παῖδας. εἴη [11] δ᾽ ἂν καὶ ἐπὶ πλεῖον τῶν τοιούτων μάθησις, οἷον ὀψοποιικὴ, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα γένη τῆς διακονίας. ἔστι [12] γὰρ ἕτερα ἑτέρων, τὰ μὲν ἐντιμότερα ἔργα, τὰ δ᾽ ἀναγκαιότερα. καὶ [13] κατὰ τὴν παροιμίαν, δοῦλος πρὸ δούλου δεσπότης πρὸ δεσπότου.

PErſpicuum [1] eſt autem etiam ex his, non idem eſſe dominatum, ſeu herile imperium, atq; ciuilem principatum: neq; [2] omnia imperia inter ſe eſſe paria, aut eadem, quemadmodum aiũt quidam. Ciuilis [3] enim principatus, eſt liberorum natura: herile imperiũ uerò, ſeruorum. Et [4] domeſticum quidem imperium, monarchia, id eſt, unius principatus eſt: domus [5] enim omnis unius imperio regitur: ciuilis [6] principatus autem, liberorum & æqualium imperium eſt. Dominus [7] igitur non appellatur ex eo, quòd ſcientiam habeat, ſed quòd talis ſit: itemq; [8] ſeruus & liber. Scientia [9] tamen aliqua eſſe poſſit & herilis, & ſeruilis. Seruilis [10] quidem, qualis ea, quã ludimagiſter ille, qui Syracuſis cõmorabatur, tradebat. Illic enim quidem mercede accepta pueros uſitata & uulgaria miniſteria docebat. Poſſit [11] aũt etiã latius manare talium miniſteriorum diſciplina: ut ea quæ ad opſonia coquenda atq; apparanda pertinet, & cætera huiuſmodi miniſterij genera. Sunt [12] enim munera alia alijs honoratiora, alia magis neceſſaria, & (ut [13] eſt in prouerbio) Dominus domino, ſeruusq; præferendus eſt Seruo.

Tales

Cunctæ [14] igitur huiuſcemodi ſeruiles ſciẽtiæ ſunt: erilis [15] autem ſcientia eſt, quæ utitur ſeruis. Erus [16] enim non conſtat poſſeſſo ſeruorum, ſed uſu ſeruorum. Scientia [17] autẽ hæc nihil amplum plenumúe honoris habet. Quæ [18] namq; ſeruũ ſcire oportet facere, illum hæc opus eſt ſcire præcipere. Quare [19] quibus licet ipſis non conflictari tenuibus his curis, procurator ſuſcipit hoc munus. Ipſi autem nauant operá reipublicæ, ſiue doctrinis ſe dedunt. Ratio [20] autem quærendi rem diuerſa eſt ab ambobus his, [21] ceu iuſta: quæ eſt bellica quędã uel uenatoria. De [22] ſeruo igitur & ero definitũ ſit hoc pacto.

αἱ [14] μὲν οὖν τοιαῦται πᾶσαι δουλικαὶ ἐπιστῆμαί εἰσι. δεσποτικὴ [15] δ' ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ χρηστικὴ δούλων. ὁ γὰρ [16] δεσπότης οὐκ ἐν τῷ κτᾶσθαι τοὺς δούλους, ἀλλ' ἐν τῷ χρῆσθαι δούλοις. ἔστι [17] δ' αὕτη ἡ ἐπιστήμη οὐδὲν μέγα ἔχουσα, οὐδὲ σεμνόν. ἃ [18] γὰρ τὸν δοῦλον ἐπίστασθαι δεῖ ποιεῖν, ἐκεῖνον δεῖ ταῦτα ἐπίστασθαι ἐπιτάττειν. διὸ [19] ὅσοις ἐξουσία, μὴ αὐτοὺς κακοπαθεῖν, ἐπίτροπος λαμβάνει ταύτην τὴν τιμήν· αὐτοὶ δὲ πολιτεύονται, ἢ φιλοσοφοῦσιν. ἡ [20] δὲ κτητικὴ ἑτέρα ἀμφοτέρων τούτων, οἷον [21] ἡ δικαία, πολεμική τις οὖσα, ἢ θηρευτική. περὶ [22] μὲν οὖν δούλου καὶ δεσπότου τοῦτον διωρίσθω τὸν τρόπον.

Tales [14] igitur ſunt omnes ſcientiæ ſeruiles. Herilis [15] autem, ſeu domino conueniens ſcientia eſt, quæ ad uſum ſeruorum pertinet. Dominus [16] enim non in poſſeſſione, ſed in uſu ſeruorum cernitur. Hæc [17] porrò ſcientia nihil habet magnum, nihil amplum. Nam [18] quæ ſeruum ſcire facere oportet, hæc illum ſcire præcipere conuenit. Quapropter [19] quibus licet has moleſtias ſolutis & uacuis eſſe, apud eos curator res domeſticas hanc partem agit, atq; hoc onus gerit: ipſi autem domini remp. adminiſtrant, aut philoſophantur. Ars [20] porrò rei quærendæ ab utraq; harum differt, ut [21] quæ ſit ueluti quædam ars rei militaris iuſta, aut ars uenandi. De [22] ſeruo igitur & domino hoc modo explicatum ſit.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Planum autem eſt ex his.) Redit iterum ad opinionem illam refellendam, quam ſtatim initio huius libri propoſuit: & cõtra quam illic ſedulò diſputauit. Cum enim haberet egregium auctorem (à Socrate namq; orta erat, & omni ipſius familiæ probabatur) erat penitus extirpanda. Inquit igitur planum eſſe ex his etiam, quæ modò explicata ſunt, ut ſcilicet ex argumentis iam antea prolatis, non eſſe idem rationem regendi ſeruos, & rationem adminiſtrandę reipublicæ: & eodem pacto non habere debere eaſdem cæteras omnes rectiones & quaſi imperia, ut nonnulli affirmant. Quod autem nouo argumento idem cognoſceretur, oſtendit hoc pacto: altera enim earum liberorum hominum eſt, altera uero ſeruorum. Diſſimilitudo igitur magna perſonarum, quæ ſequuntur, & quaſi materia diuerſa, uarias imperia: diſcrepant enim inter ſe natura ac ſpecie. Præterea, inquit (hoc autem facit ad alia imperia diſtinguenda) non eadem eſt ratio gubernandæ domus, & totius ciuitatis, quæ adminiſtratio πολιτικὴ uocatur. Illa namque ſingulare imperium eſt: omnis enim, ut credit & apparet, domus regitur ab uno uiro, qui ſemper imperium in eandem familiam habet. Politica autem eſt imperium liberorum & æqualium. Quare cùm pares inter ſe ſint, mutatis uicibus nunc parent, nunc imperant. Oeconomicum autem imperium unius eſſe dixit, & ſi contingit aliquãdo plures in eadem domo poteſtatem habere, ut cùm mortuo patre ſemibãs filij exequuntur munus illius, numero plures. Quod tamen imperium, diſſectum in plures, non diuturnum eſt: diuiſo enim patrimonio ſinguli partes ſuas tuentur. Præterea uideri poteſt plerunq; maiorem eorum natu, perſonam curamq; patris ſuſcipere. Nam quod uxor etiam, uiuo coniuge, partem domeſticarum curarum ſuſtinet, hoc non ualet quicquã ad ſententiam philoſophi euertendam: ipſa namq; in poteſtate uiri eſt, & concedente illo uolenteq; liberat ipſum certis quibuſdã curis, quæ ſenè propriæ ipſius ſunt, nec eripi illi ſine iniuria poſſunt.

Erus igitur non uocatur.) Hoc illud eſt, quod aperit errorem Socraticorum. Vt igitur, inquit, intelligi potuit, dominus non dicitur, qui rationem didicit utendi ſeruis: ſed qui natura talis eſt, ut rectè poſſit ipſos regere, & ex operis eorum uerus fructus capere. Eodem etiam pacto inquit ſeruus eſt huiuſcemodi aliquis, qui propter imbecillitatem conſilij nequit utilitates ſuas tueri, ſed factus eſt à natura, ut dicto audiens melioribus ſit, cuiusq; corpus ſeruilibus officijs obeundis accommodatum eſt. Adiungit autem, eandem rationem eſſe liberi natura hominis: ut enim quidam ſerui natura ſunt, ita alij contrarij illis, liberi.

Scientia autem eſſet & erilis.) Concedit inueniri poſſe ſcientiam, quæ tradat, quod ſit officium eri: & eodem pacto doceat, quæ ſint partes ſerui: neq; tamen uult, contra eoſdem illos, intelligentiam exquiſitam etiam harum rerum, uim eam habere, ut efficiat hos eros, illos uerò ſeruos; quia, ut docuit, in alio poſita foret uis & natura eri, ut etiam ſerui. Nam cognitiones has extitere declarat, quod narret Syracuſis uſu ueniſſe: illic enim fuit, qui mercede accepta pueros doceret miniſteria, quæ propria ſeruorum eſſent, ac ſolerent in perſonam eorum cadere certis temporibus. Adiungit, perceptionem eam rationemq; tradendi illam artem poſſe adhuc dilatari, ac magis magiſq; fundi: quia ut illa munia & miniſteria, quæ dixit, poſſunt doceri: ita etiam coqui ars, ratioq; rectè epulas condiendi, atq; alia eodem pacto huiuſcemodi multa genera ſeruiliorum officiorum. Quæ tamen opera non eſſe dicit omnia eiuſdem ordinis, cum ſint aurum quædam honeſtiora, quędam uerò ſordidiora, & quæ neceſſarijs uſib. inſeruiant. Quod peruulgata uoce & multitudini probata, ita ſe habere confirmat: erat enim prouerbiũ apud Græcos, quo ſerebatur, extare ſeruum ſeruo honeſtiorẽ, & eodem pacto erũ, qui dignitate uincat alium erum.

Cuncta igitur huiuſcemodi.) Tradit artes illas, quas enumerauit, paresq; ipſis alias, humiles eſſe, conuenireq; ſeruis: ſtatimq; docet cuiuſmodi ſit, quæ propria eri diſciplina eſt, indeq; appellatur. Eum igitur eſſe uult, quæ ſcit uti ſeruis. Nam uerius nominandum erum exiſtimat eum, qui rectè utitur ſeruis, quàm qui multos ſeruos parauit: eadem ratione, qua diuitem potius eſſe uult illum, qui utitur pecunia, cæteriſq; partib. patrimonij, quàm qui abundat re familiari ſine uſu ullo ipſius. Quod alijs in libris affirmauit contra iudicium multorum. Quare eundem errorem nunc eripere quibuſdam uult, qui itidem putabant falſo eri uim notionemq; manere in poſſeſſione ac copia ſeruorum.

Scientia autem hæc nihil amplum.) Vim huius ſcientiæ aperit, affirmatq; nullam partem amplitudinis, dignitatiſq; ipſam in ſe continere: cuius ſtatim ſuæ ſententiæ rationem reddit: quæ enim, inquit, adminiſtrare facereq; ſeruum oportet, eadem opus eſt erum ſcire præcipere ac mandare. Seruilia autem officia tenuia eſſe abiectaq; nemo non nouit. Quare cognitio ipſorum præceptioq; non poteſt in ſe habere dignitatis aliquid.

Quare quibus licet.) Hæc altera ratio eſt, qua idem conſtituit. Corollarij autem modo edita eſt. Argumentatur igitur aliquo modo à ſigno & fortunatorum hominum inſtituto, qui cùm facultatem nacti ſunt liberandi ſe his moleſtijs, nolunt huiuſcemodi curis implicari: eliguntq; procuratorem diſpenſatoremq; domus, qui hoc onus ſuſcipiat. Ipſi autem, inquit, ut honeſtiorib. rebus & libero homine dignioribus, nauant operam reipublicæ, ſiue incumbunt toto animo in ſtudia ſapientiæ. Perſpicitur autem ipſum his uerbis duo genera uitæ ſignificare: quarum altera πρακτικὸς, altera θεωρητικὸς βίος appellatur. Nam quod in munerib. ſeruilibus non obeundis ſolum, uerum etiam cogitandis nolle occupari dicens diuites, inquit κακοπαθεῖν, declarauit hoc uerbo quàm parum conuenirent perſonæ ipſorum illæ curæ: ac non ſine cauſa fugere locupletes cognitionẽ tam tenuium munerum ſignificauit. Quòd uerò, quem ipſe uocauit ἐπίτροπον, procuratorem dixi, ſecutus ſum Ciceronẽ, qui in 12. Philippica uocauit Calenum procuratorem: Fufius enim Romæ curabat negotia M. Antonij abſentis, honeſtiora tamẽ. In extremo etiam primi libri ἠθικῶν μεγάλων meminit Ariſtoteles huius procuratoris, qui in domo diuitum diſpenſaret intrã domum, patremq; familiâs liberaret his curis, cùm prudentiam, huius procuratoris inſtar eſſe doceret: ſapientiam autem, ſimilitudinem habere uellet patris familiæ, cui ſeruiret prudentia.

Ratio autem quærendi rem.) Quæ ſit illa, cuius iam meminerat, docet, id eſt quem uocauit κτητικήν. Quia cognitio hæc tota occupata eſt in quærendo, augendaq; re familiari. Primùm igitur dicit ipſam diuerſam eſſe ab ambobus illis, quas nominauit, intelligit autem uocatas à ſe δουλικὴν & δεσποτικὴν, id eſt eam, quam ſcire opus eſt ſeruum, & quæ inſtruit ipſum: quemadmodum etiam quæ docet herum. neq; tamen rationem omnem quærendi eiuſdem generis eſſe uult, cum & iniuſtè ac iuſtè poſſit imperium & patrimonium parari & amplificari. Rationem autem ueram æquamq́, eſſe uult iuſtum bellum: hoc enim intellexit, cum inquit, πολεμικὴ τις: neq; enim omne bellum tale eſt, ſed certum tantum quoddam. Et præterea inquit uenatio, rationeq́; capiendi feras: nam piratæ, qui uenantur homines, remoti ſunt à iuſtitia: nec poteſt ullo pacto eorum ſtudium probari. Concludit autem, ut ſolet, his explicitis, repetitq́; quid nuper fecerit.

Οἷον ὅπερ ὁ ἐν συρακούσαις.) Hiſtoriam qui poteſt praeterat. Catonem certè maiorem Plutarchus teſtatur, ipſummet ſuos uernas in literis erudiiſſe, & P. Craſſū, cū maximos ex ſeruis mechanicos fructus caperet, in ijs artib. ſeruos curaſſe inſtruēdos.

ἐγκύκλια διακονήματα.) Miniſteria ſeruilia uulgata, & paſſim in domibus neceſſaria, ut piſendi, molendi, onere geſtandi, uerrendi, purgandi, coquendi, fricandi. Lib. 1. Polit. c. 5. n. 14. διακονίας ἐγκυκλίας uocat opera ſeruilia quotidiana, quib. frequētiſſimè & indigemus & utimur. Athenæus lib. 9. c. 5. & 6. coquinariæ inuentorem primum Sicyone fuiſſe, ſcribit, qui diſcipulos in ea ita erudierit encyclopædia coquinaria.

ἔστι δ' αὐτὸς ἐπὶ πᾶσιν.) Varia ſunt officiorum genera quæ à ſeruis fiunt, fieriq́; debent (quòd liberi maioribus & nobiliorib. occupari queant) alia quidem œconomica, ἐγκύκλια fortaſsis paulò ante dicta, quòd per omnes ferè domus communia eſſent, ſiue ad domini, ſiue ad familiæ reliquæ, ſiue etiam ad rei familiaris ſalutem commoditatemue facerent: alia uerò exoterica, ut ita dicam, hoc eſt, quæ ſeruis conueniunt, non ut inſtrumenta ſunt œconomi ad domeſticos uſus, ſed ut inſtrumenta ſunt artificis ad artis cuiuſcunq; alterius exercitationem, cui artifici accidit, ut ſimul ſit œconomus, & ſeruis domeſticis abutatur. ἐγκυκλίων rurſus alia magis, alia minus ſunt liberalia. Sic cibos parare, piſere, coquere, diſpenſare, ueſtes cuſtodire in balneis, libros deferre (quorum utroſq; à capſis uocaſſe uidentur capſarios) honorifica erant. Molere econtrà, fricare, purgare, ſordes efferre, tergere, geſtare onera, ligna findere, aratorum & focariorum & mediaſtinorum officia erant. Itaq; puer Lacon, è tecto ſe præcipitem dedit, dum mauult amittere, quàm abiectiſsimo laſani miniſterio ingenuitatem ſuā fœdare maluit. Porrò harum rurſus operarum aliæ uſui ſunt domino ipſo opere quod faciunt, ut coquus cibo, piſtor pane: aliæ ſolo opera, ut quæ tergunt, quæ diſponunt, quæ portant. quarum has fortaſſe διακονικὰς appellare quis poſſet, quandoquidem infrà c. 13. n. 4. utranq; uocem ſeruilibus officijs tribuit. Exotericorum eadem uidetur eſſe ratio, quòd aliæ ſint liberaliores operæ, amanuenſium ſcilicet, pædagogorum, medicorum, piſtorum, muſicorum, ipſorum quinetiam militum (quod Parthis familiare fuit olim, ut quo quiſq; locupletior eſſet, eo plures ſeruos equites regi in militiā exhiberet) aliæ ſordidiores & mechanicæ, textorum, fornicariorum, qui calcarijs præſunt, fabrorum, ruſticorum.

δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου.) Prouerbialis ſenarius eſt, ingenijs potiſsimū & ſeruos inter ſe differre, & dominos. Sed Ariſtoteles ad operas inſuper ſeruiles tranſtulit.

ἃ γὰρ τὸν δοῦλον) Sic paſsim Heſiodus in ἔργοις dominum ſeruis imperare iubet, quæ facto opus ſunt. δμώεσσι δ' ἐπιτεῖλαι. item, δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν.

διὸ ὅσοις ἐξουσία.) Quibus per facultates licet, curam rei domeſticæ curatoribus ſuis delegant, ipſi interim nō otioſi uiuunt: ſed quantum illis otij datur à ſeruilibus iſtis & libero homine indignis occupationibus, id totum animi exercitijs tam practicis quàm theoricis impendunt. Quòd ſi otio abutantur ad uoluptatem, ſeruis uel abiectiſsimis deteriores eſſent. Eo conſilio Spartani ex inſtituto Lycurgi ab omni opificio, ab ipſa quinetiam agricultura uel imprimis neceſſaria & maximè liberali abſtinebant, uti ne à politicis & bellicis exercitijs auellerentur. Interrogatus Alexandridas Leonis F. cur agriculturam Ilotis permiſſerent? Quoniam, inquit, maiorem curam noſtri quā agrorum habemus, ideirco Ilotas comparauimus. Plutarchus in Lacon.

πολεμικὴ γάρ τις οὖσα ἡ θηρευτική.) An ad Platonis Sophiſtem alludit, ubi κτητικὴ diuiditur in θηρευτικὴν & ἀλλακτικήν. ἀλλακτικὴ in δωρητικὴν & ἀγοραστικήν. ἀγοραστικὴ in αὐτοπωλικὴν & μεταβλητικήν. Hæc in ἐμπορικὴν & καπηλικήν. Quorū in ſeq etiā uſus erit. θηρευτικὴν ille idem aliam facit ἀψύχων, aliam ζῴων, aliam πεζῶν. & horū rurſus uel ἀγρίων, uel ἡμέρων, Hominū ſcilicet: qui capiuntur uel βίᾳ, cuiuſmodi eſt λῃστικὴ & πολεμικὴ & τυραννική. uel πειθοῖ, ipſa πιθανουργική, in uarias ſpecies ſubdiuiſa. Ita quoque 7 de Legibus θήραν diuidit in ἐνύδρων, πτηνῶν, & πεζῶν: hanc rurſus partim θηρίων, partim ἀνθρώπων: horum rurſus uel κατὰ πόλεμον, ληστικὴν & λῃστῶν, uel κατὰ φιλίαν. κτητικὴν iuſtam hic partiri uidetur in πολεμικὴν, quo ad homines, & θηρευτικὴν quo ad feras. Ita quoque ſeq. cap n. 54. πολεμικὴν ſpeciē facit κτητικῆς. κτητικὴν enim reſpectu materiæ ſubiectæ diuidi in eam quæ acquirit res inanimeas uel animatas, & in alterā quæ acquirit animalia, θηρευτικὴ in genere dicta, duûm itidem generum, nempe uel nomine generis appellata, uel hominum, πολεμικὴ propriè dicta.

EXPLICATA materia tum in genere tum ſecūdùm ſpecies: ad Formam ſocietatis Herilis inter Dominum & Seruum deſcendit, Externā ſcilicet illā, in Imperando & Parendo poſitā. Nam de Interna, externæ huius ueluti matrice & directrice, de Virtute ſcilicet, quæ Forma eſt omnibus practicis ſocietatibus cōmunis, infrà cap. 13. poſt omniū ſpecierum materialium enarrationē aget. Proinde hoc cap. Societatis Herilis

- **Formam** *enarrat: ut cùm inter ſe communicent meliur & deterior, quomodo et qua ratione id fiat, cōſtet. Neq; enim idē ab utroq; alteri præſtari pōt (quippe cùm ſint inæquales) ſed diuerſum.* Comparatiuè igitur Formam hanc expedit, conſiderando illam
  - **Latius**, *reſpectu Politiæ, conferendo nimirum Herilem cum Regia & Politica adminiſtratione: præſertim cùm Plato (ſicuti cap. 1. propoſuit) eandem eſſe aſſereret. Vide in ſeq. ſignum A.*
  - **Arctius**, *reſpectu ſolius œconomiæ. Oſtendit erga Dominum & Seruum inter ſe communicare, ſed formis diſtinctos tū*
    - **Internis** *et eſſentialibus & natiuis, ipſius Naturæ dona, nulla ſcientiæ acquiſitæ reſpectu: quod quidā alij aſſerebant.* Namq;
      - **Dominus** *dicitur dominus, non quòd ſciat dominari, ſed quòd ſit dominus ſeruo à natura conſtitutus propter ingenij acumen & perſpicaciam. N. 7. Poteſt enim aliquis ſcire dominari, tamen cùm actu non habeat cui imperet, non erit dominus.*
      - **Seruus** *dicitur ſeruus, non quòd ſciat ſeruire, ſed quòd à natura ad ſeruiendum meliori & ſapientiori ſit conformatus. N. 8. Poteſt enim aliquis ſcire quomodo ſeruiendum ſit, qui tamen propter hanc ſcientiam non eſt ſeruus, niſi actu quoque ſeruiat.*
    - **Externis** *& accidentalibus, & Artis beneficio, quæ naturæ et pediſſequa & obſtetrix et imitatrix eſt, acquiſitis. Vide ſig. B.*
- **Tractationem** *concludit. De Seruo & Domino hactenus tractatum eſſe, quatenus tertiam perſonarum œconomicarum differentiam conſtituunt. N. 22. Nam de ijſdem, reſpectu imperij & ſocietatis mutuæ, uti etiam de reliquarum perſonarum œconomicarum ſocietatibus, ratione Formæ infrà cap. 13. diſputabit.*

A. Diuerſa

A. **Diuerſam igitur ab illis formam eſſe Herilis ſocietatis, imperium & ſeruitutē diſſimilem,**

- **Proponit in**
  - **Specie.** *Ex præcedentibus liquere ait, Herilem & Ciuilem ſocietatem & adminiſtrationem (inter dominum & ſeruum, inter magiſtratum & ſubditos) diuerſam eſſe.* N.1.
  - **Genere.** *Liquere item, Imperandi non unam (ut Plato) ſed uarias eſſe ſpecies, non materialiter tantùm, ſed & formaliter (cùm forma ex materiæ educatur potentia) differentes.* N.2.
- **Demonſtrat:**
  - **Quæ** *materia & forma differunt, penitus differre ſunt dicenda.*
  - **Atqui** *imperium herile, & politicum, & regium, materia & forma differūt. Declarat quoad*
    - **Materiam.** *Herile enim imperium in ſeruos natura exercetur: politicum uerò & regium in liberos natura.* Num. 3.
    - **Formam. Nam imperium**
      - **Herile** *eſt monarchia quædam œconomica ſemper durans. Semper enim ſeruum ſeruire, nunquam imperare debet. Sic conuenire uidetur Herile imperium cum Regio formaliter: ſed materialiter differt, cùm Dominus ſeruis imperet, Rex liberis uitem ſiue, cū Rex ad ſubditorum ſalutem omnia referat (hoc ipſo diuerſus à tyranno) Dominus uerò primariò ſuæ utilitati conſulat, & ſeruo tanquam re uel inſtrumento ſuo pro libito utatur. Probat tali ratione:*
        - **Si** *omnis domus unius imperio regitur, etiam dominus imperiū in ſeruos erit monarchia quædā.*
        - **Atqui** *illud eſt.* N.5. *Id quod ſup. c.2.n.20. diſertè pronunciauerat, omnem domum ab eo, qui uel dignitate uel ætate maximus eſſet, regio imperio adminiſtrari. Etſi non eadem ſit forma regiæ adminiſtrationis, alia ſcilicet inter maritum & uxorem, ad Ariſtocratiam declinans: alia inter patrem & liberos: alia inter dominum & ſeruum, Tyrannidi propior exiſtens.*
        - **Ergo** *etiam herile imperium erit monarchia quædam.* N.4.
      - **Politicum** *eſt multorum, cum uiciſsitudine parendi & imperandi.* N.6.
  - **Ergo** *imperium herile & politicum & regium penitus differunt.*

B. **Ars** *humana animaduertens dominum & ſeruum ſecundum internā eſſentiam ab ipſa natura diuerſos eſſe factos, opera illorū informare, & naturæ cuiuſq; adaptare ſtudet: & proinde ſcientiā aliam ſeruilē, aliam herilē inuenit.* N.9. *Scientiam igitur*

- **Seruilē & ſeruo conuenientem**
  - **Dari,** *exemplo Syracuſani cuiuſdam docet.* N.10. *Vt talis ratiocinatio ſubſit:*
    - **Quod** *doceri poteſt, eius ſcientiam eſſe oportet.*
    - **At** *ſeruile officiū doceri poſſe, Syracuſani illius ſeruilium officiorum magiſtri auctoritate probatur, qui pueros etiam ingenuos (non ſeruos tantum) docebat ſeruilia miniſteria, non quidem ut ea exercerent ipſimet (præterquā neceſſitate urgēte propter ſeruorū inopiā) ſed ut ſeruos in ijs exercere poſſēt.*
    - **Ergo** *ſeruilis officij ſcientia quoq; erit.*
  - **Quæ** *ſit oſtendit,* διακονικὴ *ſ. nempe ut dominis qualibuſcunq; uſibus ad uitā neceſſarijs inſeruire queat. Artes proinde* διακονικαὶ *ſiue ſeruiles in genere dictæ (infrà c.13.n.4. etiam* ἐργατικὰς *uocat.) An hoc, quatenus opere tanquam inſtrumento, illud quatenus opera ſola hero cōmodāt) reſpectu*
    - **Quantitatis** *ſeu Numeri, Multæ ſunt & uariæ, cum longè lateq; pateat neceſsitas uitæ quotidianæ, cuius miniſtrū eſſe conſtituit in ſuperioribus ſeruum: adeò ut & ad coquinariam, & furnariam, & textoriam, & ſtabulariam, & medicam operam ſeſe extendant.* N.11.
    - **Qualitatis** *ſeu Dignitatis, Diſsimiles ſunt, aliæ alijs præſtantiores, ut etiam opera alia alijs uilior.* N.12. *Quod uulgati ſenarij auctoritate comprobat.* N.13.
- **Herilem conuenientem domino**
  - χρηστικὴν *eſſe aſſerit, h.e. in eo poſitam, ut ſeruis opera in ijs, quæ ad uitā ſunt neceſſaria, uti queat.* N.15. *Ars igitur herilis*
    - **Quod** *ſit* χρηστικὴ, *non aūt* κτητικὴ, *profitetur.* N.16. *Seruum enim cùm ſit domini* κτῆμα, *nō primùm ab hero comparandus, ſed ab eo poſſidendus eſt. Quatenus uerò nondum habetur, ſed acquiritur, ita non tam domino, quàm uel mercatori, uel uenatori, uel militi ſubijcitur.*
    - **Qualis** *ſit, nec operoſa ſcilicet nec difficilis, neq; etiā multæ dignitatis, facilè oſtendi poteſt.* N.17. *Duobus argumentis. Altero à*
      - **Subiecto:**
        - **Scientia** *imperandi res & operas uiles, non eſt magni momenti & dignitatis.*
        - **At** *ſcientia herilis eſt ſcientia imperandi (*ἐπιτακτικὴ*) res uiles, quarum faciendarum ſcientiam ſeruus habet* [illegible]. N.18.
        - **Ergo** *ſcientia herilis non eſt magni momenti uel dignitatis.*
      - **Efficientes:**
        - **Si** *ſcientia herilis imperandi ſeruis eſſet alicuius momenti & dignitatis, nunquam uiri magni eam curatoribus permitterēt, ipſi ſcientias alias digniores conſectarentur.*
        - **Sed** *nunc uiri magni & locupletes, qui poſſunt, ne moleſtiam hāc ignobilis imperij ſubire cogantur, curatoribus hanc ſcientiā ſeruilis imperij committunt, ipſi uel ad philoſophiam uel ad Remp. accedunt.* N.19.
        - **Ergo** *ſcientia herilis leuis momenti & dignitatis exiſtit.*
  - κτητικὴν *eſſe negat, quāquidem* κτητικὴ, *hoc eſt, ſcientia comparandi res tā inanimatas quàm animatas, à ſcientia imperādi ſeruis, & à ſcientia parēdi dominis, & ratione ſubiecti, & ratione formæ diuerſa eſt. Quod quidē tamen in*
    - **Genere** *profitetur.* N.20.
    - **Specie,** *per diſtinctionē cōfirmat, in ſeq. fuſius explicādam. Acquiſitio enim eius ſit uel*
      - **Iniuſta,** *ut per latrociniū, furtū, abigeatū, proditionē, proſtitutionē, quoniā inhoneſta, ne digna quidem erit, cuius hic ratio habeatur.*
      - **Iuſta** *ſiue Bellica, qua iuſto bello potentior & ſapientior Barbaros ſeruos acquirit, ſiue Venatoria, qua modò feras omnis generis, modò res etiā inanimes ad uſum uitæ neceſſarias cōparat: hæc licet ab hoc genere philoſophiæ non ſit aliena, tū cū eorū ſit quæ nondum poſſidentur, ſed cōparantur & acquiruntur primùm ſiue ab ipſomet dño, ſiue à ſeruis iuſſu dñi obeatur, ad ſcientiā tñ neq; dñi neq; ſerui referenda erit, licet in utrūmis cadere poſsit, quemadmodū etiam quæuis alia mechanica cognitio & operatio.* N.21.

CAPVT IIX.

De Quæſtuaria acturus, primam eius ſpeciem, quæ Naturalis eſt, explanat.

OMnino[1] autem de omni poſſeſſu bonorū & ratione pecuniaria uideamus, inſtiruro[2] nobis modo: quoniā[3] ſanè & ſeruus eſt rei familiaris quædam pars. Primùm[4] igirur quæreret aliquis, utrū pecuniaria tario eadem ſit cū diſciplina domeſtica, uel[5] pars quædā ipſius, uel[6] adminiſtrarrix. Et ſi[7] quidē eſt adminiſtrarrix, utrum ſit, ut ars, quæ fabricar radios, eſt artis rextorum, uel ut ars ęraris illi, quæ ſigna ex ære cōficit: non[8] enim eodē pacto miniſtrant, uerū hæc quidē inſtrumenta præbet, hęc[9] uerò materiam. Intelligo[10] aūt mareriam, ſtrarū, ex quo aliquod cōficirur opus: ceu rexrori lanam. fictori, æs. Non[11] eſſe igitur eandē diſciplinā domeſticā cū rarione pecuniaria, perſpicuū eſt: huius[12] enim officiū eſt, parare: huius uerò,[13] uti. Quæ[14] namq; erit, quę uſura ſit his quę domi ſunt, pręrer diſciplinā domeſticā? Vtrū[15] aūr pars ipſius eſt aliqua, uel alia ſpecies, habet in ſę controuerſiā. Si[16] nāq; munus eſt eius, qui quærendæ rei incūbit, uidere unde pecunię & reliqua res familiaris parerur: res[17] aūt familiaris multas amplexa eſt partes, ac diuitiæ: quare[18] primū quæritur, utrū agricultura pars aliqua ſit pecuniarię artis, ſiue aliud quippiā genus: &[19] in uniuerſum cura, quæ ponitur in rebus, unde familia alatur, & omnis domus poſſeſsio. Atqui[20] ſpecies quidē multæ cibariorū. Quare[21] & uiræ mulræ, & cęterarū animantiū, & hominū ſunt: non[22] enim ſine cibo licet uiuere. Quapropter[23] differentiæ alimentorū uitas reddiderūt diuerſas animanriū. Beluarū[24] enim hæ quidē gregatim, hæ uerò diſperſe uiuunt, urro[25] modo prodeſt ipſis ad uictū parandū: quia hæ quidē ueſcūrur animanribus, hæ aūt fructibus telluris: hæ uerò è numero ipſarū omni genere ciborū utūtur. Quare[26] ad facilitatē & ſumtionē horū natura uiras earū diſcreuit. Quia aūt[27] nō idē unicuiq; natura iucūdū eſt, ſed alia alijs, & [28] ipſarū etiā, q̄ ueſcuntur animantibus, & ijs quæ fructib. aluntur uitę diſſentiūt inter ſe. Et[29] eodē pacto hominū. Multū .n.

diſcre-

ΟΛΩΣ[1] δὲ περὶ πάσης κτήσεως καὶ χρηματιστικῆς θεωρήσωμεν κατὰ τὸν[2] ὑφηγημένον τρόπον· ἐπείπερ[3] καὶ ὁ δοῦλος τῆς κτήσεως μέρος τι ἦν. πρῶτον[4] μὲν οὖν ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερον ἡ χρηματιστικὴ ἡ αὐτὴ τῇ οἰκονομικῇ ἐστὶν, ἢ[5] μέρος τι, ἢ[6] ὑπηρετική. καὶ[7] εἰ ὑπηρετική, πότερον ὡς ἡ κερκιδοποιητικὴ τῇ ὑφαντικῇ, ἢ ὡς ἡ χαλκουργικὴ τῇ ἀνδριαντοποιίᾳ· οὐ[8] γὰρ ὡσαύτως ὑπηρετοῦσιν· ἀλλ' ἡ μὲν ὄργανα παρέχει, ἡ δὲ[9] τὴν ὕλην. λέγω[10] δὲ ὕλην, τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ τι ἀποτελεῖται ἔργον. οἷον, ὑφάντῃ μὲν, ἔρια· ἀνδριαντοποιῷ δὲ, χαλκόν. ὅτι[11] μὲν οὖν οὐχ ἡ αὐτὴ οἰκονομικὴ τῇ χρηματιστικῇ, δῆλον. τῆς[12] μὲν γὰρ, τὸ πορίσασθαι· τῆς[13] δὲ, τὸ χρήσασθαι· τίς[14] γὰρ ἔσται ἡ χρησομένη τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν, παρὰ τὴν οἰκονομικήν; πότερον[15] δὲ μέρος αὐτῆς ἐστί τι, ἢ ἕτερον εἶδος, ἔχει διαμφισβήτησιν. εἰ[16] γάρ ἐστι τοῦ χρηματιστικοῦ θεωρῆσαι πόθεν χρήματα καὶ κτῆσις ἔσται· ἡ[17] δὲ κτῆσις πολλὰ περιείληφε μέρη, καὶ ὁ πλοῦτος· ὥστε[18] πρῶτον ἡ γεωργικὴ πότερον μέρος τι τῆς χρηματιστικῆς, ἢ ἕτερόν τι γένος· καὶ[19] καθόλου ἡ περὶ τὴν τροφὴν ἐπιμέλεια καὶ κτῆσις. ἀλλὰ[20] μὴν εἴδη γε πολλὰ τροφῆς. διὸ[21] καὶ βίοι πολλοὶ, καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσίν. οὐ[22] γὰρ οἷόν τε ζῆν ἄνευ τροφῆς. ὥστε[23] αἱ διαφοραὶ τῆς τροφῆς τοὺς βίους πεποιήκασι διαφέροντας τῶν ζώων. τῶν[24] τε γὰρ θηρίων, τὰ μὲν ἀγελαῖα, τὰ δὲ σποραδικά ἐστιν, ὁποτέρως[25] συμφέρει πρὸς τὴν τροφὴν αὐτοῖς, διὰ τὸ τὰ μὲν ζωοφάγα, τὰ δὲ καρποφάγα, τὰ δὲ παμφάγα αὐτῶν εἶναι. ὥστε[26] πρὸς τὰς ῥᾳστώνας καὶ τὴν αἵρεσιν τὴν τούτων, ἡ φύσις τοὺς βίους αὐτῶν διώρισεν. ἐπεὶ[27] δ' οὐ ταὐτὸ ἑκάστῳ ἡδὺ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ ἕτερα ἑτέροις, καὶ[28] αὐτῶν τῶν ζωοφάγων καὶ τῶν καρποφάγων οἱ βίοι πρὸς ἄλληλα διεστᾶσιν. ὁμοίως[29] δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων. πολλοὶ γὰρ

VNiuerſè[1] autem de omni rei familiaris poſſeſſione, reiq́ue nummariæ quærendæ ratione, quemadmodum[2] inſtituimus, uideamus: quandoquidem[3] etiam ſeruum rerum partarū poſſeſſionis partem quandam eſſe diximus. Primùm[4] igitur dubitauerit aliquis, utrum ratio pecuniæ quærēdæ eadem ſit, atq; rei familiaris tuēdæ ratio, an[5] pars aliqua, an[6] eius adminiſtra: & ſi[7] adminiſtra, utrùm ut ars conficiendorum radiorum, textoriæ, ſeu textrinæ, an ut ars æraria, ſtatuariæ: non[8] enim eodem modo aſſeruiunt ac miniſtrant: ſed illa quidem arti textoriæ inſtrumenta præbet, hæc[9] ſtatuariæ materiam. materiam[10] autem appello, rem ſubiectam, unde opus aliquod efficitur atque abſoluitur: ut eſt textorū quidem lanam, ſtatuarum autem fictori, æs. Non[11] eſſe igitur idem, rationē tuendæ rei familiaris, atq; artem pecuniæ quærendæ, hinc licet intelligere, huius[12] enim eſt ſuppeditare, illius[13] uti. Quæ[14] enim alia erit ars, quæ uſura ſit rebus domeſticis, præter rationem tuendæ rei familiaris? Sed[15] utrum pars eius ſit, an alia forma, ſeu ſpecies, controuerſia eſt. Nam[16] ſi eſt eius, qui ad pecuniam quærendam aptus ſit, unde pecunia, & prædia, rerumq́ue partarum & quæſitarum poſſeſſio ſuppetat, prouidere: rerum[17] autem partarum poſſeſſio & diuitiæ multas partes complectuntur: ergo[18] quærendum eſt primùm, utrum agricultura, &[19] uniuerſe utrum curatio in uictu parando occupata, & rerum quærendarum ſtudium, pars aliqua ſit rationis tuendæ rei familiaris, an alia quædam ſpecies. Atqui[20] multa ſunt uictus ſeu alimēti genera. Quapropter[21] etiam multæ ſunt uitæ colendæ rationes & in multis animantibus, & in hominibus: ſine[22] alimento enim & pabulo uiui nō poteſt. Itaque[23] alimenti uictiúſque differentia, uitæ colendæ rationes in animantibus effecerunt diſsimiles ac diuerſas. Beſtiarum[24] enim aliæ gregatim, aliæ ſparſim & uagè uiuunt, utrocunque[25] modo eis ad paſtum expedit: propterea quod earum aliæ animantibus, aliæ fructibus, aliæ omni pabuli genere ueſcuntur. Itaque[26] ad facilitatem commoditatemque uictus, & harum rerum electionem, earum uitæ genera natura diſtinxit. Quoniam[27] autem non eſt idem cuique iucundum natura, ſed alia alijs: etiam[28] beſtiarum tum earum, quæ animantibus ueſcuntur, tum earum, quæ fructibus, uiuendi genera inter ſe diſtant: itémque[29] hominum. Multæ enim

rebus

diſcrepant hocū uitæ. Pigerrimi [30] igitur paſtoritiam uitá colunt: cibus [31] enim è mitib. animantibus ſine labore adeſt ipſis in otio degentibus. Cùm [32] autem neceſſe ſit pecudib. mutare paſcua, & ipſi coguntur comitari ipſis, tãquam uiuentem agriculruram coleutes. Hi [33] autem è uenatione uiuunt: & uenatione alij alia. ceu [34] hi quidé prædas hominum agendo: hi [35] autem è piſcatu, qui ſunt qui lacus, & ſtagna, & fluuios, uel mare huiuſcemodi accolũt: hi [36] aũt ab auibus uiĉtum ducũt, & [37] feris animantibus. Plurimi [38] autem mortales è tellure uiuunt, & mitibus fructibus. Vitę [39] igitur tot fermè ſunt, quæcũque ſuá, è ſeq; natá culrurá habent: & nó per cõmutationem & cauponariá uiĉtũ paráτ, paſtoritia, ruſtica, piratica, piſcatoria uenatoria. Qui [40] uerò miſcent, ex his iucũdè uiuũt, explentes prętereα uitá, quę penuria maximè laborabat, qua parre deficit, ut cótenta ſuis bonis ſit: ceu [41] hi quidem ſimul paſtoritiam & prædatoriá: hi [42] uerò ruſticá & uenatoriá: ſimiliter [43] aũt in alijs uitis, ut uſus utiq; coegerit, hoc modo ſe gerunt. Huiuſcemodi [44] igirur copia ab ipſa perſpicitur natura data cũctis, quẽadmodũ ſtatim à prima origine, ita & perfectis. Etenim [45] initio ab ortu ipſo hæ quidẽ animãtes ſimul pariũt tantũ alimentũ, ut ſatis ſit, donec potuerit ipſum, quod genitũ eſt, parare ſibi cibũ. ceu [46] qoæcũq; uermes gignũt, uel oua Quæcũq; [47] aũt animal pariunt, alimentũ habent in ſe poſitũ, quod ſeruiat natis, uſq; ad tẽpus aliqđ, naturá uocati lactis. Quapropter [48] ſimiliter planũ, putare nos debere quæ oriũtur è terra animaliũ cauſa eſſe, & [49] cæteraa animantes hominum gratia. Manſuetæ [50] enim, & propter uſum, & propter cibũ. Feras [51] autem etſi non omnes, plurimas ramen, cibi & aliorũ adminiculorum inde capiẽdorũ cauſa, ut & ueſtis, & alia inſtrumenta cóficiantur ex ipſis. Si [52] igitur natura nihil neq; imperfectũ neq; fruſtra facit, neceſſe eſt hominũ cauſa cũcta ipſa feciſſe naturá. Quapropter [53] & ars bellica natura facta aliquo modo erit ad rem quærendam. Studiũ [54] enim uenatorũ pars

ipſius

διαφέρουσιν οἱ τούτων βίοι. οἱ [30] μὲν οὖν ἀργότατοι, νομάδες εἰσίν· ἡ [31] γὰρ ἀπὸ τῶν ἡμέρων τροφὴ ζώων, ἄνευ πόνου γίνεται σχολάζουσιν. ἀναγκαίου [32] δ' ὄντος μεταβάλλειν τοῖς κτήνεσι διὰ τὰς νομὰς, καὶ αὐτοὶ ἀναγκάζονται συνακολουθεῖν, ὥσπερ γεωργίαν ζῶσαν γεωργοῦντες. οἱ [33] δ' ἀπὸ θήρας ζῶσι, καὶ θήρας ἕτεροι ἑτέρας. οἷον, [34] οἱ μὲν ἀπὸ λῃστείας· οἱ [35] δ' ἀφ' ἁλιείας, ὅσοι λίμνας, καὶ ἕλη, καὶ ποταμοὺς ἢ θάλατταν τοιαύτην προσοικοῦσιν· οἱ [36] δ' ἀπ' ὀρνίθων, ἢ [37] θηρίων ἀγρίων. τὸ [38] δὲ πλεῖστον γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῆς γῆς ζῇ καὶ τῶν ἡμέρων καρπῶν. οἱ [39] μὲν οὖν βίοι τοσοῦτοι σχεδόν εἰσιν, ὅσοι γε αὐτόφυτον ἔχουσι τὴν ἐργασίαν, καὶ μὴ δι' ἀλλαγῆς καὶ καπηλείας πορίζονται τὴν τροφήν· νομαδικὸς, γεωργικὸς, λῃστρικὸς, ἁλιευτικὸς, θηρευτικός. οἱ [40] δὲ καὶ μιγνύντες ἐκ τούτων ἡδέως ζῶσι, προσαναπληροῦντες τὸν ἐνδεέστατον βίον, ᾗ τυγχάνει ἐλλείπων πρὸς τὸ αὐτάρκης εἶναι. οἷον [41] οἱ μὲν νομαδικὸν ἅμα καὶ λῃστρικόν· οἱ δὲ [42] γεωργικὸν καὶ θηρευτικόν. ὁμοίως [43] δὲ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους, ὡς ἂν ἡ χρεία συναναγκάζῃ, τοῦτον τὸν τρόπον διάγουσιν. ἡ [44] μὲν οὖν τοιαύτη κτῆσις ὑπ' αὐτῆς φαίνεται τῆς φύσεως διδομένη πᾶσιν, ὥσπερ κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν εὐθὺς, οὕτω καὶ τελειωθεῖσι. καὶ [45] γὰρ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γένεσιν τὰ μὲν συνεκτίκτει τῶν ζώων τοσαύτην τροφὴν, ὡς ἱκανὴν εἶναι, μέχρις οὗ ἂν δύνηται αὐτὸ αὑτῷ πορίζειν τὸ γεννηθέν· οἷον, ὅσα [46] σκωληκοτοκεῖ, ἢ ᾠοτοκεῖ. ὅσα [47] δὲ ζῳοτοκεῖ, τοῖς γινομένοις ἔχει τροφὴν ἐν αὑτοῖς μέχρι τινὸς, τὴν τοῦ καλουμένου γάλακτος φύσιν. ὥστε [48] ὁμοίως δῆλον ὅτι καὶ γενομένοις οἰητέον, τά τε φυτὰ τῶν ζώων ἕνεκεν εἶναι, καὶ [49] τὰ ἄλλα ζῶα τῶν ἀνθρώπων χάριν· τὰ [50] μὲν ἥμερα, καὶ διὰ τὴν χρῆσιν, καὶ διὰ τὴν τροφήν. τῶν [51] δ' ἀγρίων, εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ τά γε πλεῖστα, τῆς τροφῆς καὶ ἄλλης βοηθείας ἕνεκεν, ἵνα καὶ ἐσθὴς, καὶ ἄλλα ὄργανα γίνηται ἐξ αὐτῶν. εἰ [52] οὖν ἡ φύσις μηθὲν μήτε ἀτελὲς ποιεῖ, μήτε μάτην, ἀναγκαῖον τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν αὐτὰ πάντα πεποιηκέναι τὴν φύσιν. διὸ [53] καὶ ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική πως ἔσται· ἡ [54] γὰρ θηρευτικὴ μέρος

rebus differunt horum uitæ genera. Omnium [30] autem pigerrimi ac deſidioſiſſimi ſunt pecuarij, quos Græci nomadas appellant. Victus [31] enim ab animantibus cicuribus ſine labore eis cõtingit, & ceſſantibus. Cum [32] porrò neceſſe ſit pecoribus locũ mutare propter paſcua, ipſi quoq; una ſequi coguntur, uelut uiuæ agriculturæ operam dãtes. Alij [33] ex uenatione uiuunt: ſed alij ex alia, exempli gratia, hi [34] ex latrocinio, illi [35] ex piſcatu, quicunq; lacus, & paludes, & fluuios, aut mare piſcationi opportunum accolunt: alij [36] ex aucupio, aut præda [37] ferarum beſtiarum. Pleriq; [38] autem homines è terra uiuũt, & ex fructibus manſuetis. Viuendi [39] igitur genera, quæ quidem opera natiua conſilent, & non permutatione aut cauponatione uictum ſuppeditent, hæc fere ſunt: pecuarium, in agro colendo occupatum, in latrocinando poſitum, piſcatorium, uenaticum. Nonnulli [40] porrò hæc inter ſe miſcentes iucunde uiuunt, ut quæq; uita egentiſſima eſt, ita eam, qua parte ei aliqua deſunt, ſupplẽtes, ut ſint ipſi omnibus copijs cumulati ac referti, nihilq; præterea deſiderent: uerbi gratia, hi [41] pecuariam uitam cum latrocinio coniungunt, illi [42] agriculturam cum uenatione: itemq; [43] alia uitæ genera, quemadmodum uſus flagitauerit, tractant ac perſequuntur. Talis [44] igitur rerum parandarum ratio ab ipſa natura uidetur omnibus tribui, ut ſtatim ab ortu primo, ſic & iam adultis ac perfectis. Etenim [45] principio & ab ipſa origine prima aliæ quidem animantes tantum uictum una cũ fœtu pariunt, ut ſatis eſſe poſſit ad alendum id, quod natum eſt, donec ipſum ſibi ſuppeditare alimentum poſſit: exempli gratia, [46] quæcunq; uermes aut oua pariunt. Quæcunq; [47] uerò animal edunt, ea genitis alimentum in ſeipſis continent uſq; ad aliquod tempus, eiuſq; quod lac appellatur, naturam. Itaq; [48] ſimiliter atq; fœtuum recentium ac tenerorum gratia aliquid à natura comparatum eſt, unde alantur: exiſtimare oportet ſcilicet etiam animalium cauſa ſtirpeis ac plantas eſſe natas, & [49] hominum gratia cætera animalia: manſueta [50] quidem tum propter uſum, tum propter uictum: fera [51] autem & agreſtia, ſi non omnia, at certè plurima, uictus, & cæteri ſubſidij atque adiumenti cauſa, ut & ueſtitus, & alia inſtrumenta ex ijs comparentur. Si igitur [52] natura nihil neq; imperfectum, neq; fruſtra facit, neceſſe eſt ea omnia hominum cauſa feciſſe naturam. Quapropter [53] etiam ſcientia rei militaris quodammodo ad quærendum ac parandum appoſita natura. Venatoria [54] enim, pars eius eſt, quæ utendum

e tendum

ipſius eſt, quo decet uti aduerſum feras, &[55] hominũ genus: qui homines cùm à natura facti ſint ad parendum, recuſant: tanquam[56] natura iuſtũ hoc bellum ſit. Vna[57] igitur ſpecies rationis, quæ rem quærit, ut natura fert, diſciplinæ domeſticæ pars eſt: quam opus eſt aut iam adeſſe, aut parare ipſam: dareq; operam ut ſit, earũ ſcilicet rerũ quæ conduntur ſeruanturq; ad uitã neceſſariarum, & quæ ualeant ad cõmunionẽ ciuitatis & domus. Et[58] uidẽtur ſanè ueræ diuitiæ ex his cõſtare. Poſsiderẽ[59] nãq; tantũ bonorũ, quod ſatis ſit ad bene uiuendũ, non eſt infinitũ, ut[60] Solõ ait, q cecinit:

Diuitiarum nullus terminus apertus fixus eſt mortalibus.

Fixus[61] eſt.n. quẽadmodũ cæterarũ artiũ. nullũ[62] enim inſtrumentũ infinitũ eſt ullius artis, neq; numero, neq; magnitudine. Diuitiæ[63] aũt inſtrumentorũ multitudo ſunt, & reip. & domus accõmodatorũ. Eſſe[64] igitur quandã rationẽ quærẽdi rẽ naturalem, & regentib. domũ ac rempub. adminiſtrantibus, & quam ob cauſam, perſpicuum eſt.

αὐτῆς, ἣ δεῖ χρῆσθαι πρός τε τὰ θηρία, καὶ[55] τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι πεφυκότες ἄρχεσθαι, μὴ θέλουσιν· ὡς[56] φύσει δίκαιον τοῦτον ὄντα τὸν πόλεμον. ἓν[57] μὲν οὖν εἶδος κτητικῆς κατὰ φύσιν τῆς οἰκονομικῆς μέρος ἐστίν. ὃ δεῖ ἤτοι ὑπάρχειν, ἢ πορίζειν αὐτὴν, ὅπως ὑπάρχῃ, ὧν ἐστὶ θησαυρισμὸς χρημάτων πρὸς ζωὴν ἀναγκαίων, καὶ χρησίμων εἰς κοινωνίαν πόλεως ἢ οἰκίας. καὶ[58] ἔοικεν ὅ γ' ἀληθινὸς πλοῦτος ἐκ τούτων εἶναι. ἡ[59] γὰρ τῆς τοιαύτης κτήσεως αὐτάρκεια πρὸς ἀγαθὴν ζωὴν, οὐκ ἄπειρός ἐστιν, ὥσπερ[60] Σόλων φησὶ ποιήσας·

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

κεῖται[61] γὰρ, ὥσπερ καὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις. οὐδὲν[62] γὰρ ὄργανον ἄπειρον οὐδεμιᾶς ἐστὶ τέχνης, οὔτε πλήθει, οὔτε μεγέθει. ὁ[63] δὲ πλοῦτος, ὀργάνων πλῆθός ἐστιν οἰκονομικῶν καὶ πολιτικῶν. ὅτι[64] μὲν τοίνυν ἐστί τις κτητικὴ κατὰ φύσιν τοῖς οἰκονόμοις καὶ τοῖς πολιτικοῖς, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, δῆλον.

tendum eſt & in feras, &[55] in eos homines, qui ad parendum imperio natura facti, parere nolunt: tanquam[56] hoc bellum iuſtum ſit natura. Vna[57] igitur ſpecies artis ad quærendum comparata, quæ naturæ congruat, rationis tuendæ rei familiaris pars eſt: cui quidem aut ſuppetere oportet res neceſſarias, aut ipſam ſuppeditare, ut eæ pecuniæ ſuppetant ac praſtò ſint, quæ recondi ac reponi ſolent, tanquam ad uitam degendam neceſſaria, & ad communionem ciuitatis aut domus utiles. Et[58] uero ex his ueræ diuitiæ uidentur cõſtare. Talis[59] enim rerum partarum & quæſitarũ copia bonis omnibus cumulata, nihilq; præterea deſiderans, ad bene uiuendum non eſt infinita, quemadmodum[60] ait Solon hoc uerſu:

Nulla hominis finis certa hæret diuitiarum.

Hæret[61] enim diuitijs certus aliquis finis, quemadmodum & alijs artibus. Nullum[62] enim cuiuſquam artis inſtrumẽtum, neq; multitudine infinitum eſt, neq; magnitudine immenſum. Diuitiæ[63] aũt inſtrumentorum domeſticorum & ciuiliũ ſunt multitudo. E[64] igitur genus aliquod artis quærẽdi naturæ cõgruentis, & ijs qui res domeſticæ tuendæ rationẽ tractant, & ijs, qui remp. adminiſtrant, & propter quam cauſam, ex ſuperioribus intelligere licet.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Omnino autem de omni)Cùm præcepiſſet quid nos ſentire oporteat de ero ac ſeruo, qui ſeruus eſt unum quoddam eorum, quæ poſsidentur à nobis, parsq; fortunarum noſtrarum: ueniſſe tempus intelligit, differendi communiter de omni poſſeſſione, rationeq; quærendi pecuniam ac res utiles domui, quod facturum ſe oſtendit ea uia ac modo, quo incepit, ac putat his reb. explicandis aptum.

Primum igitur quæreret aliquis.)Cùm multa ſint, quæ dubium aliquem & incertum redderent, quid potiſsimum in his reb. ſequi deberet, ac uerum putare, primùm, inquit, hæreret animo ſecum quiſpiam, utrum ratio cogendæ pecuniæ eadem omninò ſit, atq; œconomica, & diſciplina illa, quæ uniuerſam domum regit, ſiue pars quædam ipſius, ſiue neq; omnino eadem, neq; pars aliqua ipſius, uerùm adminiſtratrix quædam ac famula, ſedulò procurans quæ illam ornant atq; inſtruunt. Hæc igitur prima quæſtio eſt, quæ ſollicitaret quempiam. Nam dubitari non poteſt, quin poſterior hæc ad priorem faciat. Videmus enim patrem familias egere pecunia & alijs rebus, ad uitam familiæ neceſſarijs, ſine quib. non poſſet ullo pacto perſonam ſuam tueri. Diſcrepare autem magnopere inter ſe, partem eſſe alicuius artis, & ſeruire ipſi, præbereq;, quibus illa utatur, apparet: nec tamen non ipſe hoc ſtatim diligenter docet.

Et ſi quidem eſt adminiſtratrix.)Hæc eſt ſecunda quæſtio, quæ apta eſt è prima: ſi enim, inquit, ſtatuamus artem quærẽdi pecuniam adminiſtratricem eſſe œconomicæ, non tamen ſtatim omnem ſcrupulum ex animo noſtro eiecimus: reſtat enim adhuc, quod nos premit: neq; enim omnis ars, quæ alij arti inſeruit, præbetq; ipſi aliquid ad opus illius efficiendum neceſſarium, idem miniſtrat: quædam enim porrigit ipſi inſtrumenta, quædam autem materiam ſuppeditat, ut doctè accuratè docet: antequam enim quid illæ præbeant oſtendat, artes nonnullas huius generis appellat. Inquit enim, quæri præterea poſſe, utrum miniſtret ipſi, ut quæ fabricat radios ars miniſtrat arti, quæ telas texit, ſiue ut quæ molitur æs, miniſtrat arti, quæ ſimulacra deorum aut hominum ex ære facit: neq; enim ambæ hæ eodem pacto adminiſtrant: uerum, inquit, ipſarum altera inſtrumenta, altera uerò materiam præbet. Cum autem ὕλην nominaſſet, quia huius nominis uariæ notiones ſunt, quid accipi uelit, ſignificauit. Inquit enim ſe ὕλην uocare ſtatum, & quaſi ſegetem, ſine qua opus nullum effici poteſt. id quod etiam exẽplis declarauit, ceu inquit textori uellera, opifici uerò, qualis Polycletus fuit, æs. Nõ uocãtur aũt eidẽ nomina à Græcis, qui ex ære ſigna cõficiunt, & qui è lapide: quo enim uocabulo hic utitur, paſsim appellãtur qui ex ære fuſo ſimulacra fingũt.

Non eſſe igitur eandem.)Propoſitis quæſtionib. pluribus, incumbit nũc in ipſas diſſoluendas: hæc autem ſolutio eſt primæ. Dicit enim non eſſe ullo pacto unam eandemq; œconomicam cum ratione quærendæ pecuniæ, quæ χρηματιστικὴ uocatur. Id quod nullo negotio intelligitur: quia alterius officium eſt parare, quæ ad bene uiuendum neceſſaria ſunt: alterius uerò, œconomiæ inquam, uti illis. Quòd ſi quis inquit non concederet proprium eſſe diſciplinæ domeſticæ rebus partis uti, non poſſet adferre, cuius id facere proprium ſit: neque enim alia ulla eſt præter ipſam. Initio librorum de Morib. ad Nicomachum dicit Ariſtoteles, quod uidetur huic loco aduerſari, finem œconomiæ eſſe diuitias. Quòd ſi hoc uerum foret, non eſſet alia ab ea, quæ χρηματιστικὴ uocatur. Sed loquitur illic ex opinione multitudinis. Cum autem hic tradat, munus eſſe œconomicæ uti reb. quæſitis, cognoſcere poſſumus, non ſatis commodè expreſsiſſe M. Ciceronem iudicem libelli Xenophontis, quem in ſuum ſermonem uertit (οἰκονομικὸς autem uocatur) inſcribit enim ipſum de tuenda re familiari, cùm diſciplina illa magis occupata ſit in utenda re familiari, recteq; diſpenſanda, quàm in tuenda.

Vtrum autem pars ipſius eſt aliqua) Cùm planum factum ſit non eſſe omnino eaſdem œconomicam & rationem parandæ rei familiaris, uidendum an iure hæc, quæ curam omnem ſuam ponit in quærendis rebus uitæ neceſſarijs, ſit pars œconomicæ, ſiue alia quædam ars, quæ per ſe maneat, diſtinctaq; ſit ab œconomica. Nam partes ſeiunctæ non ſunt à toto, neq; ſpeciem aliquam illæ conſtituunt ac naturam. hoc enim arbitror hic ualere εἶδος, quemadmodum etiam ipſe cepit hoc nomen in 3. libro de Arte dicendi, ubi accuſat magiſtros quoſdam eius artis, qui noua nomina imponebant rebus, quæ fortè eædem, aut parum omnino inter ſe diſsimiles. dicit enim non eſſe cunctandum, cùm aliquis εἶδος, id eſt formam aliquam oſtendit, remq; affert, quæ diſcrepat à cæteris, nomen illi imponere, ſin, id facere inane eſt ac nugatorium.

Si uero q;

Si namq; mensis eſt aim.) Oſtendit quæſtionem haud inanem non eſſe, meritoq; ſollicitare, cùm ex ipſa naſcantur nouæ difficultates, quæ non parum perturbant. Inquit igitur, ſi namq; officium eſt eius, qui det operam pecuniæ cogendæ, uidere unde illa proficiſcatur, & ut illa, ita etiam reliqua res familiaris, & poſſeſsio (ut uerbum, quo ipſe utitur, exprimam) Res autem familiaris multas cõtinet partes, & diuitiæ amplitudinẽq; patrimonij. Quare, inquit, primum oportebit uidere, res ruſtica utrum pars aliqua ſit earum eius, quæ ſtudet pecuniæ parandæ, ſiue diuerſum quoddam genus. nec tantum hoc cogimur uidere, ſed altiore adhuc principio ſumto, an ſtudium, quod adhibetur in uictu quærendo, demumq; poſſeſsio, idem ſit.

Atqui ſpecies quidem multæ cibariorum.) Atqui, inquit, ſi ars, quæ adhibetur ad alimenta paranda (ut artẽ ipſam uocem: ipſe enim ἐπιμέλειαν uocauit, quomodo appellare ſolet ſtudia quædam nonnullarum rerum conficiendarum, quę non ſunt ita integra atque abſoluta, ut artes propriè uocari poſsint) ſi, inquam, ars hæc uidenda eſt, an eadem ſit cum ea, quæ incumbit in pecuniam parandam, ſubitò exorietur multitudo ſcrupulorum: ſunt enim plures ſpecies alimenti: quare uitæ quoque multæ erunt & beluarum & hominum. Nam quin ſedulò ſit uidendum alimentum ac cibus, non eſt dubitandum: neq; enim ſine cibo uitam tuentur animantes. Diſsimilitudines igitur ciborum, quibus aluntur, uitas efficiunt diſsimiles ac uarias.

Beluarum enim hæ quidem gregatim.) Oſtendit uerum eſſe quod dixit, uarias animantes uarijs cibis ueſci. Inde ipſe autem à beluis: idem etiam infrà uſu uenire docet in hominibus. Inquit igitur, beluarum hæ quidem gregatim uiuunt, hæ uerò diſperſæ: ſequentia ſingula genera commoda ſuæ uitæ ut eo facilius inueniant cibos, id faciũt. Sunt enim animantes, quæ ueſcuntur carne, ut aquilæ, accipitres, & quadrupedes nonnullæ: ſunt aliæ, quarum cibi ſunt ſemina, fructusq; terræ: nec deſunt etiam, quæ non genere cibi contentę uno ſunt, ſed omnibus uescuntur. Quare inquit, natura diſtinxit illarum uitas: tribuitq; ſingulis rationem eam, qua commodè copioſeq; uiuant, & ſumant non magno labore, quibus paſcantur. Nam aquilę, ſi gregatim uolarent, longè uiſerentur, quaſi aues, quibus aluntur, ſe abderent: nunc autem ſolæ, idque non conſpectæ, inopinãtes illas capiunt: neq; etiam inuenirent ſimul tantos ipſarum greges, ut poſſent ipſis uesci.

Quia autem non idem.) Alio etiã pacto ducet diſtingui uitas animantiũ: non ſolùm enim diuerſam uitã colere, quæ longè alijs cibis aluntur, ut quæ uescuntur cæde animantium, ab illis, quarum cibus ſunt ſemina: uerum etiam, quæ ſeminibus aluntur, & quæ carne uescuntur, diſcrepare inter ſe in uita colenda, quia non idem ſemen, neq; eadem caro iucunda eſt omnibus. Nam quin cunctæ ſequantur in hac re uoluptatem, amentq; ea, quæ ipſam pariunt, non eſt dubitandum. Vius autem eſt ſolo & quaſi fundamento huius argumenti, Quod eſt iucundum uni animanti, non eſſe ſępe iucundum alijs. neque enim eadẽ ſuauitas eſt ſeminum omnium ac pomorum: neque etiam idem ſapor eſt alius carnis neq; eodem pacto gratus eſt alijs animantibus, quamuis illis conueniat inter ſe in genere illo cibi: id eſt ſiue ſemen, ſiue caro ſit cibus communis.

Et eodem pacto hominum.) Declarat uarietatem ciborũ, quib. uescuntur, uariare etiã uitas hominũ, ac ualde diſtinguere: quin uerò ipſæ diuerſæ inter ſe ſint, dubitari nõ poſſe. Inquit igitur, hoc probãs: Qui maximè ignaui ſunt, paſtores ſunt & eius generis paſtores, qui non ſemper in ijſdẽ ſaltib. manent, ſed longinqua loca petunt. nã cibus quẽ capiunt ex animantib. manſuetis, quas paſcunt, id eſt bubus, capris, uaccis, facultatem ipſis dat, ut otiũ amplexentur. Quòd enim ſedes mutant, moleſtiq; aliquid ſuſcipiunt, id faciunt coacti: cum enim pecora neceſſe habeant loca mutare nouaque prata ſyluasque quærere, uepribus, in quib. diu ſteterunt, iam abſumtis & ipſis neceſsitas imponitur comitandi illis. Aliter enim unde greges alerentur non haberent. Vnde elegans ſcriptor inquit, uita illorum ſibi ante oculos propoſita, ipſos quaſi agriculturam colere uiuentem, ut qui dixit poẽſim eſſe picturam loquentem. Agri namque ipſi expertes animi atque omnis muneris uitæ, non mutant ſedes: ſtudium uerò illud uitaq; armentariorum continenter mouetur. Simile uerò inter ipſos eſſe apparet, quia eodem pacto & agricolæ & paſtores ex ſuis illis ſtudijs uitam ducunt.

Hi autem è uenatione uiuunt.) Sunt etiam inquit, qui è uenatu uiuunt, artemque eam habent, qua capiunt animantes. Non intelligit autem quem propriè nos uenatum appellamus: ſed hoc nomine amplectitur rationem omnem capiendi animantes, quibuſcunq; in locis uiuant, & cuiuſcunque generis illæ ſint, cum prædam etiam, quæ agitur ex hominib. intelligat & aucupium & piſcatum. Primus igitur nominat prædones, & qui uitam colunt uenãdis hominibus, rebusque ita neceſſarijs uictui parandis. Secundos piſcatores, qui uicini uiuunt uel lacubus, uel ſtagnis, uel fluuijs, uel mari, quod piſcium fertile ſit. neque enim omne mare piſcib. abundat. Addit autem inueniri certos quoſdam mortales, quorum uita ſit aucupium & alios nonnullos, qui feras captando inde uitam ducant, qui eſt proprius uerusque uenatus. Hos autem intellexit Virgilius, cùm uitam priſcorum Latinorum feris Numanum magnificè prædicare; qui tamen exercendi corpora ſtudio id facerent, non quia uitam illam ſequerentur.

Plurimi autem mortales.) Cùm de uarijs rationib. uiuendi diſſeruiſſet certorum hominum, nunc de cibo maioris partis mortalium loquitur, quem capi affirmat è terra, & fructib. ipſius mitibus, id eſt frugibus & pomis, quę ferunt arbores manſuetæ. Quare fructus ipſarum mites uocat, ut ſeparet ab agreſtibus. Nam in ſyluis inueniri etiam agreſtia poma planum eſt, quib. Lucretius narrat uesci ſolitos ueteres illos mortales, nondum arte inuenta colendæ telluris.

Vita igitur tot fermè ſunt.) Expoſitis tam compluribus rationibus uiuendi, admonet has eſſe ferme uitas, quæ coluntur à uarijs generibus hominum. Simplices ſi tamen intelliges e uitas reſtatur & non mixtas e duobus generibus, qualis ſunt illæ, quas infrà enumerat. Cum autem ſimplices oſtendere uellet, inquit, quæ res neceſſarias uictui parant ſtatim ex illo ipſo ſtudio, & non nanciſcuntur ipſas commutatione, & quaſi cauponaria exercenda. Ἐργασίαν ualere ſtudium in aliqua re poſitum, & quaſi artem quandam, apertum eſt: quemadmodum infrà hoc ipſo in libro rurſus tandem uocem cepit, & pluribus alijs locis. αὐτόφυτον autem, quod addidit huic nomini, ſignificauit quæ pariat ipſa ui ſua, finemq; alius auxilio, quod alat. Quinque autem potiſsimum ſunt hæ uitæ, ut narrat, id eſt paſtorum, agricolarum, prædonũ, piſcatorum, aucupum.

Qui uerò miſcent.) Oſtendit inueniri alia genera hominum, quę una harum uita contenta non ſint, ſed liberalius copioſiusq; uiuere uolentia, iungant duas aliquas ex his. Superiores namq; illæ tenuiores uitæ ſunt ac remotæ à uoluptate: quare miſcentes duas, ita comparant quod deſiderabatur ad bene iucundeq; uiuendum: redduntq; inopem antea illam, plenam & uberem. Neq; enim ſuauitatem habere poſſunt ijdem ſemper cibi. Quomodo autem homines miſcere uitas, confundereq; ſoliti ſint, docet. Nam quod facit ad copulandam uenatorum uitam cum uita paſtorum (quam tamen gationem auctor non tetigit) hoc etiam fieri poſſe ac debere admonuit Virgilius, cum de pecore paſcẽdo præcipiens, cecinit. *Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros, Et canibus leporem, canibus uenabere damas.*
& ut hanc, ita aucupium cum uita agricolarum, cum in agricolis inſtruendis inquit:

Tum gruibus pedicas & retia ponere ceruis, & quæ ſequuntur. Quod autem facit ad communionem duorum ſtudiorum uel plurium, & dolo captandas feras, de quo poſteriore hoc exemplo egit poeta, memoriæ proditum eſt Ariſteum, quem paſtorem Virgilius appellat, cùm tamen ipſum ſtudioſum fuiſſe mirificumq; amatorem apum tradat, primum excogitaſſe foueas & laqueos, quibus lupi atque urſi caperentur. Pluribus igitur ille artibus inſtructus erat: atq; illis quidam aliorum generum, quæ ab Ariſtotele hic commemorantur. Paſtorum uerò uitam non eſſe omnino ſeiunctam à ſtudio latronum, quod philoſophus uoluit, aliquo modo iudicauit idem poëta, cùm ſtudium uitamq; paſtoralem quadam in re ſimilem eſſe dixit militari. Addidit autem Ariſtoteles eodem pacto inueniri alios, qui cæteras uitas ita iunxẽt, adiungentes quod ad eas explendas deſiderabatur.

Huiuſcemodi igitur copia.) Tradit facultatem ac copiam rerum uitæ neceſſariarũ, de qua diſſeruit, à natura præbitam eſſe animantibus, id quod nullo negotio intelligatur. Hoc enim ualet, quod inquit, φαίνεται, id eſt perſpicitur illa, & tenetur huiuſcemodi eſſe. Cum ſint autem duo tempora, quib. hoc quæri poſsit, ambobus profectò temporibus, id eſt & tum primum naſcuntur, & cum iam abſolutæ illæ perfectæq; ſunt (magis autem conſtare uidetur hoc ita ſe habere in primo ſtatim ipſarum ortu) adiungit tamen in reliqua etiam uita idem illo modo fieri. Verùm ne ſcrupulus aliquis reſtet in animo alicuius, totam rem diligenter exponit. Cùm autem ſint rationes uariæ naſcendarum animantium, quod facit ad primum ipſarum ortum, ſunt quæ pariunt unà cum fœtu alimenti tantum, quantum ſatis ſit alẽdo animali uſq; ad tempus, quo ipſum ualeat ſibi uictum parare, quod procreatum eſt: ut fieri uidemus, inquit, in his animantibus, quæ aut uermes, aut oua pariunt. Nam fœtu cum uermium pars abſumitur in reliqua, unde animans conflatur, parte alim da, donec abſoluta illa ſit. Quod uſu uenit in ouis quoq;, quæ aues edunt. Cum enim pullus ex albo naſcatur, uitellus cibus ipſius eſt. Idem autem prorſus ſignificare uo-

lens, unum tamen uerbum mutauit. quam enim prius appellauit *τροφὴν σύνδυο*, poſtea uocauit *τροφὴν ἐξ ἀρχῆς*.

Quæcunq; autem animal pariunt.) Vt in uermibus & ijs quæ oua pariunt iam hoc uſu uenire oſtenderat, ita nunc in animantibus, quæ animal gignunt, idem contingere demonſtrat. Nam habent ipſa cibum in ſe ipſis poſitum, unde partes eorum alantur. In ſemetipſis autem, inquit, ut diſtinguat à fœtib. uermium, qui cibum habent ſecum coniunctum, non in matrum corpore collocatum. Quem autem cibum intelligat, monſtrare uolens, inquit ſe intelligere lac: neq; tamen *γάλα* appellauit, ſed *γαλακτώδη φύσιν*. quemadmodum in libris de Ortu animantium, cùm ſemen, unde naſcuntur animantes, ſignificaret, non *σπέρμα* dixit, ſed *σπερματώδη φύσιν*: atq; id non uno tantum loco. & eodem (ut arbitror) pacto in primo libro de Morib. ad Nicomachum inquit, *φύσιν ψυχῆς*.

Quapropter ſimiliter planum.) Cum igitur plenè cognouerimus naturam prouidiſſe uitæ ſaluti q; animantium ſtatim in primo earum ortu, iis non debemus putare ipſam deſeruiſſe illas integras ac perfectas, neq; cibum ipſis paraſſe. Eodem enim pacto exploratum eſt naturam prouidam ac liberalem fuiſſe erga iam adultas, & ad ſummum perductas. Cũcta igitur, quæ oriuntur a terra, & fructus eorum exiſtimare debemus animalium cauſa procreata eſſe. Animalium autem dicens, non intelligit tantum eo nomine beluas, ſed homines etiam: ueſcuntur enim ipſi quoque frugibus ac pomis: nec tamen ſolis illis uitam ducunt, uerùm, ut ſtatim affirmat, animantibus. Quare hominum cauſa uult cæteras animantes genitas eſſe, cùm ipſarum ferè nulla ſit, ex qua non utilitatem aliquam capiant. Quod uerum eſſe docet, diuiſis illis in manſuetas & feras. Cicures enim, inquit, creatas eſſe hominum cauſa apperet, & propter uſum, & propter cibum. Nam equis, aſellis, mulis utimur: ouibus autem, bubus, capris ueſcimur: cùm ſint etiam quædam ipſarum, quæ & uſus & carnes nobis ſuppeditent, cuiuſmodi ſunt boues.

Feras autem etſi non omnes.) Idem uſuuenire docet in ſyluestrib. animalibus. ipſe enim quoq;, ſi non omnia, plurima tamen ſunt à natura creata propter noſtram utilitatem. huminea namq; ueſcuntur ipſis, & capiũt etiam inde alia commoda. Nam carnib. luporum, urſorum, leonum, uulpium non aluntur, ut leporum, aprorum, ceruorum: ſed aut pellibus eorum contra frigus ſe muniunt, aut inſtrumenta quædam ad uſus uitæ neceſſarios ex eorum oſſib. dentibuſq; conficiunt. *Βοηθήματα* quod inquit, intellexit illa omnia, quę afferunt nobis aliquid aptum ad hoc uiuendum: ſollertia enim hominis è cunctis penè rebus aliquid boni emolumentiq; capit. Hoc autem ipſo uerbo ſupra quoque uſus fuit, cùm idem oſtendere uellet: ſed etiam in alijs locis horum librorum.

Si igitur natura.) Orditur concluſionem, declaratis iam multis, quæ faciunt eò. Vtitur autem quaſi ſolo ac fundamento ipſius ſententia peruulgata, quæ probatur ualde doctis, Naturam nihil moliri, quod fine ſuo careat, imperfectumq; ſemper ſit: quemadmodum nihil etiam eandem facere uidemus fruſtra ac temerè. Cui ſtatim adiungit quod ſequitur, inde neceſſe eſſe illam mortalium cauſa cuncta feciſſe. Aliter enim deſtitutum his quæ monſtrauit, hoc præclarum animal ſuo fine careret, & illa ſine cauſa genita forent. neq; enim haberent, cui ſeruirent.

Quapropter & ars bellica.) Ducit hoc è ſuperioribus, modoq; declaratis, quaſi corollariũ. Inde enim cognoſci poſſe, inquit, bellicam diſciplinam ſi, ut natura inſtituit, uera q; ratio ducat, aliquis ipſam exerceat, aliquo modo uim habere quærendi augendiq; patrimonium, ac uiam quandam eſſe comparandi res utiles uitæ. Nam uenandi ars, capiendiq; feras, pars eſt ipſius: qua, ſcilicet bellica arte, decet uti (contrà ac multi faciunt, qui iniuſte ſæpe bella gerunt) contra ſylueſtres animantes, & homines illos tantùm, qui cùm facti ſint à natura ut pareant, detrectant iugum. hoc autem, inquit, quia bellum hoc natura iuſtum eſt.

Vna igitur ſpecies rationis.) Concludit iam, quod cœperat, unam ſcilicet rationem quærendi rem, illam inquam, quæ naturam ſequitur, eſſe partem diſciplinæ domeſticæ. Quam autem comparandi, uel potius rem familiarem ſtudio huius artis parari, oportet, ut inquit, iam præparatam eſſe, poſſideriq; aut ſedulò in illam comparandam nos incumbare, dareq; operam ne mercitò deſiderari poſſit. Significat autem ſe intelligere iuſtam copiam earum rerum quæ condi quæ ſeruantur q; ad uitam neceſſariarum, non frumenti, uini, olei ſolùm (ſine his namque uitam producere nequiremus) uerum etiam, ut adiungit, ad alios uſus accommodatarum & publicos & priuatos. inde enim quoque & reip. trocter capit, & priuata omnis domus inſtituitur. Nam quin ſubleuari aliquando publicam egeſtatem priuatorum pecunijs opus ſit, dubium non eſt. ut e ſanè ſine illis reſp. commode adminiſtraretur.

Et uidentur ſane uera diuitiæ.) Oſtendit ueras diuitias conſtare ex his rebus, unde uitam ducimus, & nonnullis alijs, quæ cæteris uſibus domeſticis publicisq; idoneæ ſunt. Quare non ueram eſſe ſententiam Solonis clamat, qui affirmauit in elegia quadam ſua, diuitias nullum terminum habere. Tantum enim inquit, poſſidere harum rerum, quantum ſatis ſit ad bene beateq; uiuendum, non eſt infinitum, ut ille cẽſuit, qui dixit nullum terminum diuitiarum fixum eſſe. finis enim profectò eſt, inquit, immotuſq; manet, cum diuitiæ ſint inſtar inſtrumenti. nullum autem inſtrumentum reperiatur ullius artis, quod infinitum ſit. Cum autem infinitum eſſe aliquid duob. modis dicatur, numero ſcilicet, ac magnitudine: neutro illorum infinitas uerè appellari poſſe diuitias tradit, quia & numerus ipſarum definitus eſt, & corpus. Cum uerò diuitias affirmaſſet inſtrumentũ eſſe, cuiuſmodi illæ inſtrumentum ſint, docet inquit enim, ipſas eſſe multitudinem quandam inſtrumentorum idoneorum & domui regendæ, & reip. adminiſtrandæ. Cùm enim diues abundat ueſtimentis, pecunia, ſe uis, auxilio horum quaſi inſtrumentorum, quib. inſtructus eſt, poteſt & domum & ciuitatem utiliter gubernare. Verſus hexameter Solonis adductus quoque eſt à Plutarcho in libello *περὶ φιλοπλουτίας*, extrema ſui parte, quod ad uerba pertinet, uariatus: nam pro *ἀνδράσι κεῖται* legitur illic *ἀνθρώποις*. Sed Stobæus, ut uidetur, totam elegiam, in qua erat, poſuit, ubi ſententias collegit de iuſtitia, à doctis uiris editas. Cum auctor noſter, quæ ſuprà expoſita ſunt expleſſet, oſtendit quid proxima diſputatio ua efficerit, ſummámque eorum declaret.

Κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον.) Diuerſa eſt hęc formula, ab ea qua cap. 1. uſus eſt, *κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον*. Cõfer loci utriuſque Tabulas.

Ἐχ ἁ αὐτὴ οἰκονομικὴ τῇ χρηματιστικῇ.) Alludit ad etymon. *χρηματιστικὴ πορίζει, οἰκονομικὴ* uerò *χρῆται*. *χρηματιστικὴν* autem hic in genere ſumit pro Arte quæſtuaria, acquirente ea quæ ad uitam ſunt quomodolibet neceſſaria. Cuius ſpecies ea, quæ in Alimentis immediate occupatur, maximè naturalis eſt *χρηματιστικὴ ἀπὸ ζώων χρημάτων κτωμένη*, uti inſrà n. 58. quam non *χρηματιστικὴν* abſolute, ſed *κτητικὴν* tantũ honeſtiore uocabulo, toto hoc capite, appellare dignatur. at c. 10 n. 19. etiã *χρηματιστικὴν* abſolutè, & c. 11. n. 18. *χρηματιστικὴν οἰκονομικὴν* nuncupat. Altera ſpecies non naturalis, ſed artificialis eſt, quam cap. ſeq. enarrat, & n. 1. ab ipſo ſubiecto *χρηματιστικὴν* propriè (cum priore ſcilicet illa collatam) uocari ſolere & debere aſſerit. eò quòd non in ijs, quæ ad uitam ſunt neceſſaria, ſed in non neceſſarijs comparandis occupetur, quibus tanquam medijs inſtrumẽtis ea quę ſunt neceſſaria acquirit, quibus alioqui carere cogeretur. Eãdem uerò reſpectu formæ ſiue modi comparandi *μεταβλητικὴν* appellat: duarumq; facit generum, alteram naturali proximam, quoniam naturæ indigentiæ ſupplementum procurat, & propterea cap. ſeq. n. 23 *χρηματιστικὴ* eſſe negatur (neq; enim contra naturæ inſtitutum eſt, ſed uera tantùm non naturalis, uti uerò naturalis, & naturæ amica euadit: neq; circa *χρήματα* propriè dicta, circa pecuniam ſcilicet occupatur) & *μεταβλητικὴ* eximiè dicitur c. 9. n. 15. & *φύσει* talis n. 5. eademq; rurſus *χρηματιστικῆς* ſpecies n. 32 & n. 86 *ἀναγκαία χρηματιστικὴ* uocatur. Altera ſpecies illi oppoſita eſt *μὴ ἀναγκαία* n. 85 dicta, & *οὐ φύσει* n. 5. & 16. & abſolutè *χρηματιστικὴ*, ad differentiam reliquarum duarum n. 35 propriè uerò *καπηλική*: cuius ſpecies ſunt altera Numulariam *ὀβολοστατικὴ* cap. 10 n. 25. altera Operariam cap. 9. n 75. Ex his igitur conſtare poteſt, quam uariè Ariſtot. *χρηματιστικῆς* uoce utatur, nunc generatim pro *κτητικῇ* quauis, nunc ſpeciatim pro ſpecie qualibet: & impropriè quidem uel pro Naturali, uel pro *μεταβλητικῇ*, propriè uerò pro ipſa *καπηλικῇ*.

τὰ μὲν ἀγελαῖα.) Animalium differentiæ uariæ: ſed præcipuæ è tribus fontibus ſumuntur: nempe à Partibus corporis, ab Actionibus, & à Paſſionibus ſeu Affectibus. Actiones uoco hîc animales, Inceſſum, & quamuis Loci mutationem, Senſum, Spirationem, Vocem, Victus parandi ſolertiam cum uitales, Mores item naturales, Appetitum alimenti, Coitum, Partum. Paſſiones uerò, ortum, incrementum, ſexum, ætatem, uitam, uigiliam, ſomnum, ualetudinem, habitationem, uſum & utilitatem. De quibus breuiter & ingenioſè Edoardus Vuttonus lib. 2. de Diff. anim. Hoc loco attingit Ariſt. differentias à cibi appetitu & moribus petitas. Quæ pabolu eodem ſimul utendi facultatem habent, ipſius naturæ ductu gregatim uiuunt: neq; inter ſe, niſi ubi illud defecit, pugnant. At quæ eodem loco pabulum pluribus ſufficiens habere nequeunt, ſparſim uiuere coguntur.

Illaus

illius ferè generis ſunt τὰ καρποφάγα, quæ fructu terræ uiuunt quaſi cuoque, tam fera quàm cicura, utpote radice, herba, folio, fronde, ſemine, fructu, pomis ſcilicet, pyris, nucib. glandibus: ſic cornigera animalia, & quib. dentes non ſunt ſerrati, omnia fruga barbaq; ueſcuntur, accepta ſoe, quæ radices maximè expetit. Huius uerò ſunt ζωοφάγα, ſiue ὠμοφάγα, & σαρκοφάγα, quæ carne ueſcuntur: inter piſces mullia umula, ut ſepiæ, pulypi: inter aues, quib. aduncæ ſunt ungues, quæ potu ictirco facile carent, itē aliæ, quæ uermiculos & muſcas captant: inter terreſtres deniq; omnipara ſylueſtria, dentib. ſerrata, ut leo, lupus. Animalia corticaiotecta omniuora ſunt, cùm & lapillos & limum & algam deuorent. Sic cancri fluuiatiles, lacerti & ſerpentes, & inter quadrupedes urſus, omniuora ſunt, cùm & carnem, & herbam & fructum edant.

ἀμφοτέροις δὲ τὸ τῶν ἀνθρώπων.) ſubintellige, αὐτῷ πρὸς φύσιν, u τουτων ἰων.

Νομάδες εἰσί.) Vide Hip. de Scythis Numadibus lib. de Aere, aquis & locis. Paodæorum Indorum pecuariorum meminit Herodotus. Troglodytarum Aethiopum, Numidarum, Curetum item uetuſtiſſimorum Diodorus.

γεωργίαν ζῶσαν.) Pecuarij pecus ſequuntur, quemadmodum agricolæ boues aratores: hoc intereſt, quòd agricola ſequitur boues colentes agrum inanimem, fructus inde percipiendi cauſa: et paſtor ſequitur armenta colentis ſemetipſa per pabulū, ueluti agrum animatum, ut quo fructus ad ſe redeat. Elegāte igitur metaphora pecuariorum agrum pecus uocet: uti uiciſſim agricolarum pecus ager dici poſſet. Nam ut hi ex agro, ſic illi ex pecore alimentum, lac uidelicet quomodolibet paratū, ſumunt: ſerò enim ad animalium cædes eſcæ cauſa ſe conuertere. Poſt diluuium certè primùm Deus hominib. alimenti loco etiam carnes conceſſit: ante diluuium ſimpliciore & frugaliora uictu, frugib. è terra natis, & fructu qui ex uiuis perciperetur animalibus, contenti fuēre.

ἀπὸ θήρας.) Hic quoque πολυμερῶς, uti paulò poſt n. 54. ſpeciem facit θηρευτικῶν, quatenus ſcilicet θῆρες ἄγριοι ζῶοι, hoc eſt animalia fera, quæ parere recuſant, cicurib. imperium non detrectantib. opponuntur. Plato in Sophiſta & de Legib. ſæpius θηρευτικὴν in ſpecies uarias diſtinxit.

ἀπὸ λῃστείας.) Primus in ſacris Nimrodus Babylonius, uenator fortis (hominum ſcilicet) coram Domino fuiſſe dicitur. Atteſtatur quoque ex Trogo Iuſtinus, & Herodotus conſentit, Ninum Aſſyrium & Seſoſtrim Aegyptium imperij propagandi cauſa bellum finitimis intuliſſe. Et pulcrè pirata, Alexandro Magno piraticæ ſcelus ſibi exprobranti, eandem ſeſe artē uni ea nauicula mari exercere reſpondit, quam ille in continenti numeroſiſſimo exercitu.

ἀφ' ἁλιείας.) Vt Ichthyophagi Aethiopes, quorum Diodorus 3. lib. mentionem facit. Item Septentrionalium magna pars.

ἀπ' ὀρνίθων.) Struthophagi apud Strabonem lib. 16.

θηρῶν ἀγρίων.) Vt Thyſſagetę & Ircæi Scythæ apud Herod. lib. 4. Troglodytæ itē Aethiopes, Lucani, Moloſſi, & antiquiſſimi quiq; populi, cùm terra nondum exculta, ſyluis horreret, & ferarum copiam maximam ſuppeditaret.

οἷον οἱ μὲν νομαδικοὶ ἅμα καὶ λῃστρικοί.) Vt Heluatij noſtri, domi paſtores, foris milites, utinam ne mercenarij Cares.

οἱ δὲ γεωργικοὶ καὶ θηρευτικοί.) Sic nobiles Germani Principum feudis quaſi fideicommiſſis diuites, ex agricultura, quam per ſubditos ceu ſeruos exercent, quæſtum faciunt annuum: ipſi interim uenationi, non uoluptatis tantùm, ſed & neceſſitatis cauſa indulgent: & hoic aſſueti, ſemel ſcilicet efferatis animis, ad uenationem quoque ἀνθρώπων ζώων conuertuntur: hoc uitæ genus, etiam abſq; philoſophia, ſibi à maioribus ueluti per manus traditum, maximè naturale eſſe dictitantes, quòd minorem maiori parēre conſentaneum ſit, ſe autem primos hominum eſſe credant.

σκωληκοτοκεῖ ἢ ᾠοτοκεῖ.) Animalium generatio, uti & plantarum, ex ſemine fit, ſed uel occulto (quod primigenium Varro appellat & inſenſibile) uel manifeſto & ſenſibili. Occultum ſemen ſponte naturæ latet in ijs quæ ex putredine ortū habent tum terræ & ſtirpium, ut inſecta complura: tum rursis frondibus inſidentis, ut erucæ, tum limi, ut ferè teſtacea, & mures Niliaci: tum animalium & eorum quæ excrementis eorundem innaſcuntur, ut lumbrici, pediculi. Manifeſtum uerò ſemen ex cognati generis animalium mare atq; femina ueluti in communa depromitur, ad ſpeciei conſeruationem, ſuiq; ſimilis animalis productionem. Animalia igitur ſeminis per coitum quomodolibet immiſſi & concepti beneficio animal aduut, alia quidem Perfectum, & uel immediatè, quæ ex ſemine concepto ſtatim animal intra ſe effingūt, ut canis, lupus: uel mediatè, quæ ex ſemine concepto prius ouum, deinde ex ouo animal intra ſe conformatum excludunt. alia uerò imperfectum, cùm potentia non actu animal ſit, ut quæ ouum edunt, ex quo animal generari debeat: Ouum, inquam, uel actu uel potentia. Quæ ouum actu pariunt, uel pariunt oui perfectum, & nullo incremento externo indigens, è quo per ſolam incubationem animal excudi queat, ut ferè Aues, uel pariunt imperfectum, & incrementi externi indigum, ut Piſces tam molles quàm cruſtati. Sed quæ Ouum potentia pariunt, Vermem edunt, qui in ouum conuerſus, tertia tandem mutatione, animalis eius, à quo ſemen prodijt, formam ſuſcipit. Sic inſecta primò uermiculum pariunt: qui temporis progreſſu ſpeciem accipit oui, in chryſalidem ſiue aureliam mutatus: ex eo poſtea animal naſcitur. In primo igitur uictu ſtatim naturam animalib. de alimento proſpexiſſe ait. Nam quæ animalia eduntur perfecta, ea à parente tantiſper cibo uel congenito matri, lacte ſcilicet, in ijs quæ ubera habent, uel extrinſecus petito, in ijs quæ mammis carent, aluntur, donec ſuopte marte alimēntum acquirere queant. Quæ uerò animalia eduntur imperfecta, ea ouo ſcilicet uel actu (quæ ᾠοτοκεῖν uocat) uel potentia, ex uerme ortiuum (σκωληκοτοκεῖν) ijs alimētum natura non è matre, ſed è ſeipſis petendum adiunxit. Náq; ex oui albumine tanquam ſemine pullus naſcitur, luteo alitur. Vti lib. 6. de Animal. hiſt. c. 3 & 2. de Gen. anim. 2. Ex aureliæ itidē, quæ oui inſtar eſt, parte altera ueluti ex ſemine prodit papilio, parte altera nutritur & alitur. et 3. de Gen. anim. circa finem, in quo quidem genere, uermis tendit in ouum. Cæterum in ipſis quoq; ouribus hanc ſeminalis & alimentaris materiæ differētiam animaduertere licet: quandoquidem pars inſatius maior inter initia fit, ut oli & caput poſtea augetur: in ouis contrà oculi primùm in capite grandes apparent, reliquæ partes ſenſim conformantur.

καὶ φύσει τῶν ζώων τινας.) Sunt proinde animalium differentiæ à uictu etiam petitę, ὀλοφάγα, καρποφάγα, ποηφάγα, σαρκοφάγα apud Hip. 2. de Diæta.

διὰ τὴν χρῆσιν.) Animalia in hominis uſum cedunt, uel tanquam alimenta, uel tanquam inſtrumenta. Alimenti uſum præbent tum ipſa met ſua carne, pinguedine, ſanguine: tum ea quæ ab illis excluduntur, lac, ouum, mel. Inſtrumenti rurſus uices ſubeunt animalia & uel animati ſerui, quæ operā ſuam arando, uehendo, trahendo, ducendo, triturando locant, ut equi, boues: uel inanimati, quæ coria, pilos, teſtas, oſſa, cornua, ungulas, membranas ſuas ad ueſtitum, ad fabricam, & alias uitæ commoditates tanquam materiam conferunt. Proinde animalia hoc loco hominis commodare ait, uel τροφῆς, uel χρήσεως, uel ἄλλης βοηθείας cauſa.

μηθὲν ἀτελὲς ποιεῖ.) Quoniam ad certum finem refert omnia. Perfectum ergò id, quod ſuum τέλος habet. ἀτελὲς, quod finem non aſſequitur. Supra quoq, c. 2. n. 40. eandem protulit ſententiam.

ἀναγκαῖον τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν.) Suprà c. 5. n. 30. hominem dominum omnis creaturæ conſtituit: hic omnem creaturam homini factam eſſe profitetur, & alimenti & miniſterij cauſa. utrunq; ſcilicet cum ſacris literis conſentiens: ut uel hinc deprahendere liceat, rectam rationem à natura inſitam cum ſacra authoritate non pugnare. Naturâ autem hunc ordinem creaturis ineſſe affirmauit paulò ante, & idipſum infrà cap. 10 n. 16. repetijt: adeoq; à natura, non ab arte, omnia ad uitam neceſſaria homini œconomo ſuppeditari debere pronunciauit, eum hominis ſtatum intuens, in quo ante lapſum fuerat, quem etiam Poetæ deguſtaſſe uidentur, apud quos aurei ſeculi hominib. ſponte ſua tellus fruges donabat intemptas: reliquis ætatib. parcius & detectus. τὸ ὂν ergò & Philoſophi & Poëtæ animaduerterunt, qui uictus olim ex naturæ, quæ Dei miniſtra eſt, inſtituto eſſe debuerit. Cauſam uerò inobedientiæ naturæ, cur ſpinas illa & tribulos cultori ſuo rependat, quæ alioqui ſponte ſua inhabitatori ſuo omnia ad uictum neceſſaria proferre debebat, ſacrarum tantùm literarum reuelatione conſtat. Poſteaquā enim Adamus, qui Deo ſeruire debebat, Diabolo ſeruire cœpit: ut libertatem propriam amiſit, ita imperium quoq; in creaturas, quæ non niſi coactæ obediunt. Proinde qui ad colendum tuendumq; citra laborem atq; ſudorem paradiſum, omnia uberrimè proferentem, creatus erat (cuius omnium arborum fructus, præter unam, in uſum ἀγροτικῇ & αὐλητικῇ conceſſi erant) per peccatum à ſtatu integritatis ſuæ deiectus, in ſudore uultus ſui panem ſuum quærere cepit, terra interim improbo ſuo cultori malignè reſpondente. Variæ igitur artes mechanicæ, & ut Theognis ait,

πανταίη χρηστοῖς ἐν ἀνθρώποισιν ἔασιν, ... τ' ἀρετή, καὶ βιοτῆ παλάμαις,

ex uariis Indigentia ortum ſuum habuēre: tùm multis indigēs, multa quoq; comparare opus habeat. Exercitia hominis extra peccatum in contemplatione uera & actione bona theorica & practica ſuiſſent, homine libero digna, animiq; propria. Poſt peccatum uerò homini ſeruo exercitia ſordida & ſeruilia conueniunt, corporis potius miniſterijs, quàm animi impe-

rijs obedienda. Per quod quiſq; peccat, per idem punitur. Ergo qui plus corporis uoluptati cibum uetitum guſtando, quàm animi uirtuti diuinis præceptis parendo, tribuerat: dignus fuit, qui & Corpore laboris ſeruilis iugum ſubiret, & Rationis imperio in appetitum neglecto, imperio quoque in reliquas creaturas careret: etſi ueſtigia quædam per Dei miſericordiam ob Meſsiæ promiſsi memoriam & libertatis priſtinæ & imperij in creaturas remanſerint. E paradiſo pulſi, alimentis à natura productis, arte interim agriculturæ & paſtoritiæ obſtetricante, primi homines uti cœpêre, frugibus ſcilicet è uegetantibus & animalibus ſine ſanguine petitis. Poſt diluuium tandem animalia omnis generis in uſum alimenti cõceſſa fuêre Noacho & poſteris, debilitatis per inundationem terræ frugibus: tum uerò etiam quod calorem natiuum confirmaret uinum primùm repertũ: & uenatione ferarum cõceſſa, uenatoria quoq; hominum ſimul introducta eſt, adeoq; Nimrodus Babylonius prædatoriam primùm exercuiſſe traditur, Venatur potens coram Domino. Cum ſacris igitur hæc non pugnant, ſed ſontes naturæ referant, auctoritati diuinę uicinos. Victum homini natura debet, ea Dei creaturis liberalitate paterna. Hactenus ſimpliciſsima & liberaliſsima & ſaluberrima & laboris expers [illegible] fuiſſet. Poſteaquam uerò ille naturæ ſuæ leges in Deo colẽdo tranſgreſſus eſt, laborioſa, inſalubris, illiberalis atq; multiplex facta eſt ut in ſudore uultus ſui panem ſuum edere cogatur tanquam ſeruus, qui dominio & libertate ſua rectè uti noluit: ut uarijs artium præſidijs opus habeat ad creaturas ſubigendas & domandas, cui alioqui naturæ ſolius ductu omnes ſponte paruiſſent. Κτῆσις ergo rerum ad uitam neceſſariarum non Homini, cuius cauſa omnia ſunt creata, ſed Naturæ creanti conuenit, quæ homini hactenus proſpexit, ut uictus inquirendi labore ſubleuatus, omne ſuum ſtudium ad uirtutis exercitium conferret, per quod finem ſuum, beatitudinem ſcilicet practicam, & per conſequens theoricam, aſſequeretur. At Χρῆσις homini per ſe conuenit. Per accidens uerò, propter Naturæ, homini improbo ſeruire dedignantis, defectum, κτῆσις etiam homini conuenit, non tanquam Oeconomico domino, uerè ſcilicet libero, quo ad animum; ſed tanquam ſeruo Oeconomico, qui animi libertate per peccatum amiſſa, intermiſsis uirtutum nobiliũ exercitijs, ſeruilis operæ laborem in ſubigendis creaturis etiam quoad corpus ſubire cogitur. Quòd ſi uerò quis uel diuino uel humano beneficio neceſſarijs omnib. abundat, quanto plura præter meritum ſuum conſecutus eſt, quantoq; propius ad [illegible] ſolis pijs ex naturæ inſtituto debitam accedit: tanto quoq; in exercenda uirtute & contemplãda ueritate plus ſtudij ponere debet: ut otium quod à ſeruili labore habet, conuertat in negocium libero homine dignum, neque ad inertiam & improbitatem abutatur.

[illegible].) Conſule Sebulis cap. VII. ſub finem.

[illegible].) [illegible] (uel [illegible]) ipſam adeſſe, hoc eſt, bonis iam antè partis inſtructam domum eſſe oportet) [illegible], aut ipſam Oeconomicam comparare & acquirere oportebit copiam rerum ad uitam neceſſariarum: hoc eſt, patrem familiâs rationem comparandi & acquirendi famulis & miniſtris uel domeſticis, uel publicis, artificibus ſcilicet mechanicis (quos cap. ultimo peculiarem ſeruitutem habere ait: Platonem in hoc imitatus, qui illos ſeruos publicos, ſed ſui iuris tamen facit) ſuadere oportet. Malim legere, [illegible], &c. ut rationem afferat, cur pars ſit Oeconomicæ quæſtuaria iſta: nimirum quia χρημάτων ad uitam neceſſariorum uſus quando adſunt ad œconomum pertinet, abſque controuerſia: quando non adſunt, acquiſitio eorundem œconomi eſt, quoad cognitionem ſcilicet, ut ſciat qua ratione commodiſsimè & expeditiſsimè inſtituatur, & hoc ipſum ſuos quoq; ſeruos doceat: quo ad exercitationẽ non item, ut ipſemet eam obeat, uti inſrà cap. 10 docebit.

[illegible].) In Elegiarum fragmentis, quæ ſuperſunt. Eſt & hæc eadem gnome in Theognide quoque extat.

[illegible].) Ita quoq; Epicurus, diuitias, quib. natura contenta eſt, & parabiles & terminatas eſſe dicebat: inaniũ autem cupiditatum nec modum ullum nec finem inueniri poſſe. Socrates apud Plut. com. de Securitate animi, cùm quidam Athenarum orbem ſumptuoſam eſſe criminaretur, quòd uinum Chium, purpura, mel, aliaq; huiuſcemodi ad uitã non neceſſaria, magno uæniret: prehenſum hominem duxit ad ea loca, ubi res ad uitam neceſſariæ paruo ære cõparari poterant: & contraria inductione docuit illum ciuitati aſsignare id quod hominũ luxurioſorum proprium reuera eſſet. Diuitiæ profectò inſtrumenta ſunt uſus quotidiani. Non igitur infinitæ, ſed neceſsitate uitæ circũſcriptæ. Neceſsitas aũt eſus alimenti, uictus, & amictus, & tegumenti & operis, ea ipſius naturæ inſtinctu, quæ hominem nudum creauit, & multorũ indigens, in aſsidua eorundem acquiſitione occupatus, non otiaretur. Alia non uera, præter naturæ inſtinctum, ſola habendi libidine introducta, & proinde indigna, quæ hic conſideretur. Ergo uſui neceſſario inſeruiunt diuitiæ, uel præſenti uel futuro. Præſenti rurſus uel ſuo, uel alieno. Suo, cum natura paucis indigeat, uictum & ueſtitum habens, cum Crœſo de felicitate certare poterit. Alieno autem, uel liberorum, uel amicorum. Liberis patrẽ de alimentis proſpicare debere, donec ad eam perueniant ætatẽ, ut inſtitutionis paternę præſidio ipſi ſibimetipſis ea cõparare queãt, natura argumento brutorum docet, & lex illa Solonis confirmat, filium ab alendo patre ſene liberans, ſi nullam honeſtam artium ab illo eductos eſſet. At ubi iam adoleuerunt, non magis à patre alimenta petere debent, quàm bruta lac à ſuis matrib. Amicorũ quoque etiã uſui diuitiæ inſeruire debẽt, ſiue illi priuato, ſiue publico nexu nobis ſint deuincti, eoq; rurſus uel profano uel religioſo, ut ferè pauperes. Qui tamen uſus neq; ipſe infinitus eſt, ſed modulo facultatum cuiuſq; circumſcriptus, ut ex ijs quæ ſuperabondant, detur eleemoſyna. Beatius certe eſt dare quàm accipere: & quò quis plura habet, eo plura dare cogetur: quo plus gratiæ habet atque gloriæ, tanto plus quoque habiturus eſt moleſtiæ. Iam uerò in futuram quoq; neceſsitatem diuitiæ comparari poſſunt atq; debent, uel ſuam, uel ſuorum: utromq; ſanè ea moderatione, ut ne ſollicitus in craſtinum fuiſſe uideâre. Prouidentiam non prohibet Chriſtus, ſed curam & ſollicitudinem. Illa moderata eſt, & mortalitatis ſuæ ſuorumq; memor, dum de uictu cogitat, pietatis interim & uirtutis ſtudia minimè negligit. Hæc uero & immoderata eſt, & mortalitatis immemor, quo minus uitæ ſupereſt, tanto plus quærit uiatici, uirtutem deniq; & pietatem poſt nummos ponit. Ergo ſic uictus curam habeat paterfamiliâs, ut quotidianum illum & diurnum, non æternum fore ſciat, in uſum incertum tum ſuum, tum ſuorum, aliorumue, ea æquo ſcilicet mortalium: eiq; ſic ſtudeat, ut animi interim exercitia minimè negligat. Quòd ſi eaſdem ipſas opes alijs quoq; relinquere uolet, ſeu filijs, ſeu amicis, neceſsitatis quidem ergò licebit, ſi adhuc dum pueri ſint, ut liberaliter educentur: ſi paupertate preſsi, uti ſuſtententur: licebit quoque etiam bonoris & amoris monumento quædam legare, ſed exilia illa, ueluti dona. Grandes uerò opes uel filijs adultis uel amicis relinquere, ſiquidem probi ſint ſuperuacaneum eſt (cum ipſi ſibijpſis de alimentis proſpicare queant atq; debeant, propter eã quæ de pane in ſudore uultus ſui comparando prolata eſt communis moleſtæ formulam) ſin improbi, etiam impium, cùm ijs non niſi ad ſuam aliorumq; perniciem ſint abuſuri. Et hæc quidem ſic fieri decebat: hacq; adeò [illegible] conſtante, Reſpub. ſecundum omnes ſui partes beata foret. Quòd ſi uerò alicui uel honeſtis rationibus per Dei benedictionem partæ (ut Abrahamo & Iacobo) uel legitimè relictæ adſint diuitiæ (quas ipſas abijcere prodigi & ſtulti, non exercere uerò ſordidi eſſet & impij) reſpectu quidem ſuipſius oraculare illud recolat Affluentibus diuitijs nolite cor apponere: reſpectu uerò aliorum, cùm nunquam deſint pauperes & alienæ opis indigi, fontes opulentiæ ſuæ diuinitus conciliatæ reſerare, & per Mammona iniquum amicos iuſtos ſibi comparare, ſiuatq; diuitijs theſauros æternitatis fœnerari meminerit: ut quantũ otij à ſeruili acquiſitione uictus cõceſſum ſibi uidet, illud omne in uerè ingenua & liberalia uirtutis & pietatis exercitia conferat. Quotquot uerò quacunque tandem de cauſa nec partas nec relictas habent opes, confidant interim, neque Naturam matrem neque Deum patrem ſibi defuturum, cum qui cõmuni nobiliſs. ſiderum & influxu uegetantur, & conſpectu fruuntur, locum quoq; ſibi tanquam Dei in terræ uicarijs aliquem, in quo & uiuere & benè uiuere queant, reliquum fore, certò perſuadeant.

[illegible].) Admittemur lucis naturalis radius, ad ipſam uſq; primi ſtatus humani ante peccatũ [illegible] penetrantes. Homo rerum omnium dominus, qui idcirco animalib. omnibus nomina impoſuerat, capere tantum nũ renitentia nec fugientia omnia ad uictum neceſſaria debebat, non multo labore & ſudore illa perſequi, cùm ſpõte ſua ad nutus illius omnia ſeſe compoſuiſſent, ſi ipſe eius, quod à Deo acceperat, mundani imperij ordinem ſua inobedientia non perturbaſſet. At poſt lapſum, non tam capere, quàm multo ſudore & labore acquirere, uenari, & cicurare, & præparare inuita & renitentia iubetur. Ergo captio ſimplex uolentium eſt, ſecundũm naturam hominis primigeniã: nolentium uerò eſt ſecundum naturam accidentalem, peccato labefactatã. Nam cum terra malignè præbeat fruges, & animalia non niſi coacta ſub iugum ueniant, ob maledictionis diuinæ interdictum: partim ad commutationem (id quod ſeq. cap. docebit) partim ad uarias artes, pro ſupplenda naturæ indigentia, animum adijcere fuit coactus.

P Ou

POSTEAQVAM perſonas Domini & Serui, primã ſocietatem domeſticam, cuius finis αὐτάρκεια eſt, cõſtituentes, explicauit ad Rerũ, quæ αὐτάρκειαν huiuſce ueluti inſtrumenta ſunt, et quarũ uſus atq; fructus cauſa ſocietas iſta inſtituitur, enarrationem deſcendit. Quarum curo & adminiſtratio cùm ad œconomiam etiã ipſa pertinere uideatur: ſicuti œconomia reſpectu Domini dicebatur δεσποτική, reſpectu Serui δουλική, ita reſpectu rerũ uſus χρηματιστική, quaſi uſuaria, reſpectu acquiſitionis κτητική ſeu Quæſtuaria uidetur appellanda. Hanc igitur Oeconomiæ uel partem uel famulam,

- Propoſitione
  - Quòd deinceps de Re familiari à domino poſſeſſa (cuius ambitu ſeruus quoq; ut κτῆμα comprehenditur) & de Arte res iſtas comparandi, quam χρηματιστικὴν & κτητικὴν uocant, agendum ſit. N. 1.
  - Quomodo de illa ſit agendum, modo uidelicet eodem, quem in præcedenti enarratione ſerui obſeruauimus, N. 2. (qua ipſa formula etiã præcedens caput concluſit) Vt talis ſubſit argumentatio:
    - Quoniam in explicanda ſerui natura, eadem quoq; in explicãda natura rei familiaris uertendum. Ratio:
      - Quæ ratio eſt totius partis, eadem eſt totius rei familiaris explicandæ.
      - Atqui ſeruus eſt pars & ueluti ſpecies rei familiaris tanquam totius. N. 3.
      - Ergo quæ ſerui, eadem totius rei familiaris naturæ explicandæ, ratio iniſtitute.
    - At in explicanda ſerui natura & Rationis theoria & Senſuum hiſtoria cen duobus cruribus innixi ſumus. Vt ſuprà cap. 5. n. 1. & 4. propoſuerat. Infrà cap. 11. n. 41. & 44. τὴν καθόλου θεωρίαν, καὶ τὴν στοιχείων λεγομένων ἐμπειρίαν ἀναλογίαν requirit.
    - Ergo in explicanda etiam rei familiaris natura iiſdem innitemur.
- Aggreditur, materialiter primùm, ſubinde formaliter eam enarrando: ſiue, ut ipſemet cap. 11. ſtatim ab initio docet, cõſiderando ea quæ pertinẽt ad illius
  - Theoriã, γνῶσιν, Cognitionem tũ generis, tũ ſpecierũ, ueluti materiæ. Problematica igitur uia utitur, & de κτητικῇ ſeu χρηματιστικῇ in genere dicta quæſtionem
    - Proponit. Dubitari poteſt utrũ ars κτητικὴ & œconomica ſint naturæ
      - Eiuſdẽ uel
        - Generatim, planè eadem, & nomine tantùm differentes. N. 4.
        - Speciatim, nimirum ut œconomica totius & generis, κτητικὴ ſpeciei & partis rationem habeat. N. 5.
      - Diuerſæ, mutuas operas ſibi inuicẽ præſtantes, œconomica quidem conſeruando & utẽdo, κτητικὴ uerò res ad uitã neceſſarias cõparando: ut cùm res conſeruare & ad uſum reuocare præſtantius ſit, quàm cõparare, κτητικὴ œconomiæ famula & miniſtra eſſe uideatur. Dubitatur ergo in
        - Genere, an ſit ὑπηρετική. N. 6.
        - Specie, quomodo ſit ὑπηρετική, per cõparationẽ mechanicarũ artiũ, quarum aliæ alijs diuerſimodè inſeruiunt. N. 7. Nimirum an œconomiæ inſeruiat uel
          - Inſtrumentum oportunum & neceſſarium ſubminiſtrãdo: ut ſicuti ars fabrilis textoriæ arti radium & tomentum & ſcapham ſuppeditat, ita χρηματιστικὴ pecunias & diuitias œconomicæ. Num 8.
          - Materiam producendo, ex qua opus œconomicũ fiat: ut ſicuti metallaria ſtatuariæ æs ſubminiſtrat, ita κτητικὴ alimenta & ueſtimenta ipſi œconomicæ. Nu. 9. Explicat ſemetipſum quid p materiã intelligat. N. 10.
    - Explanat. Oeconomicam artẽ & artẽ Quæſtuariã eaſdem
      - Generatim conſideratas non eſſe, manifeſtum eſſe ait. N. 11. tali ſyllogiſmo:
        - Quarum artium operationes ſunt diuerſæ, etiam ipſas diuerſas eſſe conſentaneum eſt,
        - At Oeconomicæ & Quæſtuariæ operationes ſunt diuerſæ: nẽpe
          - Quæſtuariæ πόρος, κτῆσις, ſiue acquiſitio. N. 12. Vnde κτητικὴ propriè dicitur χρηματιστικὴ κατὰ non ἀπὸ τῆς χρήσεως (ſic enim œconomica eſſet) ſed ἀπὸ τῶν χρημάτων, ab ipſis rebus quæ uſus cauſa acquiri debent.
          - Oeconomicæ, χρῆσις, uſurpatio N. 13. Nullam enim aliam eſſe artem, præter œconomicam, quæ rebus uti quærat, inductione facile colligi poſſet N. 14. Nã quòd politica rebus utitur, hoc facit ea ratione, quoniam uti ex domibus urbs, ita ex œconomijs multis in unum collectis politia conflatur.
        - Ergo œconomicam & quæſtuariam etiam ipſas inter ſe diuerſas eſſe, rationi conſentaneum eſt.
      - Speciatim conſideratas eſſe & non eſſe: hoc eſt, Quæſtuariæ certam ſpeciem, certa ratione conſideratam, œconomiæ partem eſſe: certa alia ratione non partẽ, ſed famulam atq; miniſtram eſſe: reliquas ſpecies quomodolibet conſideratas ab œconomo eſſe alienas, oſtendet. Vide in ſeq ſign. A.
  - Praxim, πρᾶξιν, χρῆσιν, Vſum ſiue Modum exercendæ & conſtituendæ, tanquam Formæ.

CAP. XI.

A. Ad huius rei demonſtrationem affert dubitationis prædictæ

- Cauſam talem:
  - Si χρηματιστικὴ una foret atq; ſimplex, facilè explicari poſſet, utrum œconomiæ pars eſſet an non.
  - Cæterū una & ſimplex nō eſt. Deducitur:
    - Si ſubiectum χρηματιστικῆς eſt uarium, ipſa quoq; erit uaria. Artium enim differentiæ etiam à materia ſubiecta ſumuntur.
    - At ſubiectū χρηματιστικῆς eſt uarium. Demōſtrat:
      - Χρήματα, & in uniuerſum κτῆσις, res ſcilicet familiaris, quæ poſſidetur, uaria eſt, & πλοῦτος (qui nihil eſt aliud quàm copia quædam œconomicarum rerum) multiplex exiſtit. N.17. κτῆσις & χρήματα non re, ſed reſpectu tantùm differunt: ut acquiruntur, κτήματα, ut ad uſum reuocantur, uel ſaltem reuocari debent, χρήματα nūcupata. Eapropter pecunia, quia inter omnes res quæ in uſum ueniunt, & frequentiſſimi & commodiſſimi uſus exiſtit, nomen generis ſibi eximiè uendicauit.
      - At χρηματιστικῆς ſubiectum ſunt χρήματα & κτήματα. N.16.
      - Ergo χρηματιστικῆς ſubiectum eſt uarium.
    - Ergo etiam χρηματιστικὴ uaria erit.
  - Ergo non eſt facilè explicare, utrum χρηματιστικὴ pars an miniſtra tantùm ſit œconomiæ. N.15.
- Solutionē, in ſpecierum diuerſarum enarratione, & diuerſa earundem conſideratione, quatenus ſcilicet uel cognoſcuntur uel exercentur, conſiſtentē: quā ſecundùm λέξιν cum præced. cōiūgit. Cū ſubiectum quæſtionis, χρηματιστικὴ ſcilicet, nō ſit unius generis, prius erit explicandū: deinceps autem uidendum, an prædicatū uerè de ſubiecto enuncietur. Quæſtuariæ itaque artis ſpecies duas
  - Quæ ſint, explicat: alteram uidelicet ortu ſuo
    - Naturalem, ex inſtituto naturæ pendentem (etſi eadem quis abuti, & iſto abuſu nō naturalē reddere poteſt) quæ abſq; ulla exceptiōe œconomiæ pars eſt, & propter hanc ipſam quoque politiæ (quaten° ſcilicet cognoſcitur, nō autē exercetur, ut cap. 10.) N. 64. Hanc infrà ca.11.n.18. alimentariā uocat (ſiue propter χρῆσιν maxime οἰκείαν propter uſum rei natiuum, cum c. 9. n. 10. meminit: ſiue propterea quòd naturæ ipſius inſtinctu maximè domui cōueniat) eamq;
      - Proponit problematicè. Naturalis quæſtuaria omnia ea quæ animaliū natura exigit, & propter quæ neceſſariò uidentur conſociari, comparat & acquirit. Ipſa enim indigentia, ut lib. 5. Ethic. c.8. n.18 ſocietatem fouet humanā. Indigent autem
        - Primariò quidem Alimentis. De his ergo quæri poteſt in
          - Specie, utrū V.G. Agricultura, ad uictū maximè neceſſaria, & notiſſima, et innocētiſſima ſit, quæſtuariæ œconomicæ ſpecies, an potius mechanica ars dicenda. Num 18.
          - Genere, utrū tota quanta eſt Victum comparādi ratio ad χρηματιστικὴν œconomicā pertineat. Num. 19.
        - Secundariò autem alijs quibuſuis rebus, ad ἄλλων βοήθειαν conferentibus, nimirum ad ueſtimenta, ædificia, inſtrumenta, arma, uaſa. Sub intelligitur. Nam paulopōſt n. 52. ex animalibus alijs quidem alimentū, ex alijs etiam alia quædam uitæ præſidia naturaliter peti affirmat.
      - Explicat, quatenus ſit in alimentī cōquiſitione naturali occupatā. Idipſum autē de altera etiā ſpecie quæ in naturali conquiſitione rerū quarūuis aliarū ad uitā neceſſariarū uerſatur, ſubintelligi debere, ex ijs quæ infrà n. 51. affert, colligi poteſt. Alimentarem itaq; χρηματιστικὴν reſpectu
        - Subiecti, uariā eſſe docet, eiuſq; ſpecies materialiter inter ſe differre. Vide ſignum B.
        - Efficientis, Naturalē eſſe oſtendit. Vide ſign. C.
        - Formæ, ex ipſius naturæ inſtituto partem eſſe Oeconomicæ & Politicæ profitetur. Conuenire enim œconomo & politico, ut res ad uictū eorū, qui in eadem ſunt familia aut urbe, neceſſarias, uel iā actu poſſideat, uel ſi nō poſſideat, rationē tñ eas comparandi perſpectā habeat atq; cognitā. N.57. Quod hic πορισμὸν uocat non ut ipſemet, quatenus œconomus, cōparet, ſed ut cōparandi methodū calleat. Hac enim diſtinctione cap. 10. œconomicam χρηματιστικὴν à non œconomica ſeu miniſtrante ſeparat: & cognitionē quidē acquiſitionis rerum neceſſariarum patrifamiliās conuenire, in qua ſeruos etiam exercere queat: exercitationē uerò ab eius dignitate eſſe alienā: etſi poſſit id quod alijs præcipit ipſemet obire, nō tanquam œconomus, ſed tanquam artifex quæſtuarius œconomo miniſtrans.
        - Finis. Vide in ſeq. ſignum D.
    - Artificialem, non naturæ, ſed artis opus: quæ cùm plures & ipſa complectatur ſpecies, non ſecundum omnes œconomiæ quadrat, cùm ea & uti & abuti liceat. Cap. IX.
  - Quomodo & quatenus œconomiæ conueniant, ex præcedenti ſpecierum enarratione ueluti colligit, Cap. X.

B. Alij

- Si animalium uita, cui ſuſtentandæ κτῆσις inſeruit, uaria eſt, etiam ipſa χρηματιστικὴ ſeu κτητικὴ uaria erit.
- B. Alimẽtarũ χρηματιστικὴ ſpecies materialiter inter ſe differre ſic oſtendit:
  - Sed illud eſſe docet tum
    - Generatim, propter alimenti diuerſitatem, in hunc modum:
      - Quorum alimẽtum uarium, eorundem quoq; uita uaria. Ratio:
        - Id ſine quo uita non poteſt ſuſtentari, uitam ipſam uariam reddere poteſt.
        - At ſine alimenta uita nequit ſuſtentari. N. 21.
        - Ergo. N. 23.
      - At animalium alimentum uarium. N. 21.
      - Ergo animalium quoq; uita uaria. N. 20.
    - Speciatim in
      - Brutis. Belluarum uitam uariam eſſe oſtendit καὶ τὸ
        - διότι:
          - Quorum uictus diuerſus, diuerſa quoq; eſt uita.
          - At animalium uictus diuerſus. N. 25.
          - Ergo etiam diuerſa animalium uita. N. 24.
        - διότι:
          - Facilitas & appetitio alimenti non eſt eadem. N. 27.
          - At uita animalium facilitate & appetitione alimenti diſterminatur. N. 26.
          - Ergo neq; uita animalium erit eadem. N 28.
      - Hominibus. Quorũ itidem uitã propter uictus diuerſitatem uariã eſſe diuiſione occulta deducit. N. 29. Ratio comparandi uictus humani naturalis alia eſt
        - Simplex, αὐτόφυτον ἐργασίαν, ſolertia natiua, abſq; commutatione & cauponatione, quinq; generum, Paſtoralis, Ruſtica, Prædatoria, Piſcatoria, Venatoria. N. 39. Species haſce ex materia deducit. Alia namq; uerſatur circa
          - Animalia uel
            - Abſq; labore, cùm cicura animalia cauſa pabuli hominis curam libenter admittãt. βίος νομαδικὸς N. 30. Etenim Nomades Scythæ, uel quiuis alij, Hamaxobij & Galactophagi, ſuis armentis propter uictum, quem ex illis percipiunt, addicti,
              - Fructum ex ijs nõ repugnantibus abſq; labore otioſi percipiunt. N. 31.
              - Pabulum ijs ſubminiſtrant natiuum, quod terra quotannis profert: eiuſq; gratia locum paſcuorum ſæpius mutare coguntur, curribus inſidentes, & pecora ſequentes. N. 32.
            - Cum labore, circa animalia uel non cicura, uel cicura quidem, ſed repugnantia. βίος θηρευτικὸς, uniuerſim dictum, non unius generis. Nu. 33. Alij namq; uenantur
              - Homines, uel ipſoſmet, uel illorum apes. Et βίος dicitur λῃστρικὸς, infrà etiam πολεμικὸς, quoniam hoſtili animo atq; manu abitur. N. 34.
              - Belluas uel
                - Aquatiles, ἐνυγρὰς, in ſtagnis, lacubus, flumínibus degentes. βίος ἁλιευτικὸς. N. 35.
                - Nõ aquatiles, βίος θηρευτικὸς in ſpecie, ſiue perſequatur
                  - Aereas Volucres. N. 36.
                  - Terreſtres Feras. N. 37.
          - Animata uegetantia, quæ è terra naſcuntur ſponte ſua (arte interim abſtinente) & uel tota, uel ſecundùm partes, ut puta radice, caule, cortice, folia, frõde, flore, ſemine, fructu, ad alimoniam humanã faciunt. βίος γεωργικὸς, amplitudine & utilitate omnium aliorum princeps. N. 38.
        - Mixta ex ſimplicibus, ſi quando propter loci quem incolũt uel copiam uel indigentiam diuerſa genera uitæ amplectantur homines. N. 40. Proinde reperiuntur, qui popula riter dediti ſunt ſimul &
          - Paſtoritiæ & Prædatoriæ. N. 41.
          - Ruſticæ & Venatoriæ. Num. 42.
          - Quibuſuis alijs uitæ generibus pro uictus neceſſitate. Num. 43.
- Ergo etiam χρηματιστικὴ erit uaria.

C. Victus

C. **Victus** *cõparandi rationẽ à Natura tanquã efficiẽte dependere, oſtendit tum in*

- **Genere**, *à ratiocinatione;*
  - **Rei** *naturalis acquiſitio naturalis eſt.*
  - **Alimẽtum** *verò eſt res naturalis. Demonſtrat:*
    - **Quicquid** *animali & in ortu & in tota reliqua uita conuenit, id maximè naturale cenſeri debet.*
    - **Atqui** *alimenti appetitus atq; uſus à primo ſtatim ortu & deinceps animali conuenit. Num. 44. Deducit. Et enim quando animalia*
      - **Nondum** *ſunt, ſed oriuntur, neq; ſibi ipſis adhuc propter imbecillitatem de alimento prouidere poſſunt, natura illis de alimento proſpicit duobus modis: uel alimentum*
        - **Fœtui** *largiendo, quo abſq; parentum ope tantiſper alatur, donec ſuapte ſponte aliunde comparare queat. N. 45. In Vermiparis & Ouiparis animalibus rem ita ſe habere ait: quandoquidem ex una parte materiæ animal generatur, ex alia alitur. Num. 46.*
        - **Matri** *ſuppeditando, lac nimirum. Quod in perfectis animalibus ſenſus oſtendit. N. 47.*
      - **Sunt** *iam, & ea ſagacitate & robore prædita, ut alimentum ſibi conueniens cõparare queãt: ipſius naturæ prouidentia & inſtinctu, uti enim ſic alimentorum quoq; ordines & ſucceſſiones dantur. Siquidem*
        - **Stirpes** *in uſum ueniunt animalium N. 48.*
        - **Animalia** *reliqua hominis uſibus commodant. N. 49. Namq; hominibus reliqua animalia, homini uerò præſtantiſſimo reliquos minus præſtantes naturæ ſubijci, ſuprà c. 5. n. 28. docuit. Illuſtrat per diſtributionem. Homini enim commodant animalia*
          - **Cicura**, *alia miniſterij, ut equi & aſini ad uehendum, geſtandum: alia alimenti, ut capræ, oues: alia utriuſque gratia, ut boues. N. 50.*
          - **Fera**, *alimenti potus & ueſtimenti, & inſtrumenti, quã ministeriy cauſſa. N. 51.*
    - **Ergo** *alimenti appetitus & uſus maximè naturalis erit.*
  - **Ergo** *etiam alimenti acquiſitio maximè erit naturalis.*
- **Specie**, *comparatione prædictorum uitæ generũ inter ſe. Quaſi ſic ratiocinatur à minori:*
  - **Si** *ratio acquirendi prædatoria naturalis eſt, multo magis reliquæ ſpecies κτητικῆς naturales erunt.*
  - **At** *uero prædatoria naturalis eſt. Quod in*
    - **Genere** *demõſtrat, tali ratiocinatione:*
      - **Cogere** *eos qui parere debẽt ad parendũ ſi ſponte nolint, à natura non eſt alienum. Deducitur*
        - **Si** *natura omnia propter hominem fecit, profectò niſi ſponte pareant, cogenda erunt.*
        - **Atqui** *illud eſſe, ſic probat:*
          - **Si** *natura nihil facit fruſtra, propter hominem certè omnium perfectiſſ. fecerit omnia. N. 52.*
          - **At** *natura nil facit fruſtra.*
          - **Ergo.**
        - **Ergo** *ſi non ſponte pareant, cogenda erunt.*
      - **Sed** *prædatoria ea eſt, quæ ſponte parêre nolentes cogit.*
      - **Ergo** *prædatoria à naturæ inſtituto non eſt aliena.*
    - **Specie** *confirmat, exemplo acquiſitionis bellicæ, πολεμικῆς, quæ ſpecies eſt prædatoriæ*
      - *θηρευτικὴ iuſta & naturalis ſpecies eſt κτητικῆς naturalis, quæ exercetur uel erga*
        - **Feras.** N. 54.
        - **Homines** *ad ſeruiendum natos, ſeruire tamen nolentes.* N. 53.
      - **At** *πολεμικὴ quædam eſt θηρευτικὴ iuſta & naturalis. N. 56. per diſtinctionem ſcilicet. Nam ut bellum quod ſuſcipitur contra eos qui parêre digni*
        - **Sunt**, *iuſtum eſt: ita quoq; iuſta uictoria, & quæ uictoriam conſequitur prædatoria. Victorẽ namq; ut corpus, ſic quoq; res uicti, tanquam ſerui, conſequitur.*
        - **Non** *ſunt, iniuſtum eſt, ita quoq; iniuſta uictoria, & quæ uictoriam conſequitur prædatoria.*
      - **Ergo** *πολεμικὴ quædam ſpecies eſt κτητικῆς naturalis. N. 53.*
  - **Ergo** *multo magis reliquæ ſpecies κτητικῆς naturales erunt.*

D. Re-

D.
Reſpectu Finis, ϰτητικὴν ſeu χρηματιστικὴν naturalem ad uſum penitùs accõmodatam eſſe, ut κτήματα ſcilicet ſiant χρήματα, & per conſequẽs Diuitias hoc modo partas uerè diuitias appellandas,ſic oſtendit:

- **Diuitiæ** *uera non ſunt infinitæ, ſed certum quendam modum habent atque finem, ipſum ſcilicet uſum domeſticum atque ciuilem, propter quem comparantur. Argumento probat ab artibus mechanicis (cum quibus cap. 4. œconomicam comparauerat) petito, Num. 61, In hunc modum:*
  - **Nullum** *cuiuſcunque artis uel ſcientiæ inſtrumentum uel numero uel magnitudine infinitum eſt, ſed certo ſuo fine circumſcriptum. N. 61.*
  - **At opulentia** *nihil eſt aliud quàm multitudo inſtrumentorum, ad uitam quotidianam tum œconomicã tum politicam conferentium. N. 63.*
  - **Ergo opulentia** *non eſt uel numero uel magnitudine indefinita, ſed circumſcripta.*
- **Iam** *uerò naturalis ϰτητικῆς, de qua hactenus uerbã fecimus, diuitiæ non ſunt infinitæ, ſed ad domeſticam & ciuilem copiam moderatam, neceſſariam illam, non ſuperfluam, reſpiciunt. N. 50. A' repugnãtis. Neque enim de hiſce loquitur Solon, quando nullum opulentiæ terminum mortalibus eſſe ſcripſit ſed de ea ſpecie, de qua ſequenti capite agemus. N. 60.*
- **Ergo** *naturalis ϰτητικῆς diuitiæ uerè diuitiarum nomen merentur. N. 58.*

CAPVT IX.

Secundam Quæſtuariæ ſpeciem, quæ Artificialis eſt, explicat.

Eſt[1] autem genus aliud rationis quærendi, quã maximè uocant: & dignũ ſanè eſt ipſum uocare pecuniariã, per[2] quam nullum uidetur extremũ eſſe diuitiarum & quærendi rẽ: quam[3] ut unam & eandem, atque ea quæ dicta eſt, multi arbitrantur, propter uicinitatẽ. Eſt[4] autem neq; eadem, quę tradita, neque ualde remota ab illa. Eſt[5] autẽ ipſarum hæc quidem natura, hæc uerò non natura: ſed potius per uſum quendam & artem exiſtit. Sumamus[6] autem initium de ipſa diſſerendi hinc. Singularum[7] enim rerũ, quas poſsidemus, duplex eſt uſus. Ambo[8] autem per ſe quidem, ſed[9] non eodem pacto per ſe: uerùm[10] hic quidem ſuus propriusque, hic[11] uerò nõ proprius eius rei: ceu[12] calcei, cum induitur, & cum commutatur. ambo namque hi calcei ſunt uſus. Etenim[13] qui permutat cum eo, qui eget calceo, pro numo aut eſca, utitur calceo, qua calceus eſt, ſed nõ ſuo neq; proprio uſu: nõ enim permutationis cauſa inuentus eſt. Eodem[14] autem pacto ſe res habet de alijs rebus, quas poſsidemus. Cunctas[15] enim licet permutare: quæ permutatio orta primùm eſt ab eo, quod natura ſit: quia partim rerum uitæ accõmodatarũ plus homines habent, partim minus. Quo[16] perſpicuũ etiam eſt, nõ cõſtare natura pecuniarię genus cauponatiũ.

ΕΣΤΙ[1] δὲ γένος ἄλλο κτητικῆς, ἣν μάλιστα καλοῦσι· καὶ δίκαιον αὐτὸ καλεῖν, χρηματιστικήν· δι᾽[2] ἣν οὐδὲν δοκεῖ πέρας εἶναι πλούτου καὶ κτήσεως. ἣν[3] ὡς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῇ λεχθείσῃ πολλοὶ νομίζουσι διὰ τὴν γειτνίασιν. ἔστι[4] δ᾽ οὔτε ἡ αὐτὴ τῇ εἰρημένῃ, οὔτε πόῤῥω ἐκείνης. (ἔστι[5] δ᾽ ἡ μὲν φύσει, ἡ δ᾽ οὐ φύσει αὐτῶν, ἀλλὰ δι᾽ ἐμπειρίας τινὸς καὶ τέχνης γίνεται μᾶλλον) λάβωμεν[6] δὲ περὶ αὐτῆς τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν. ἑκάστου[7] γὰρ κτήματος διττὴ ἡ χρῆσίς ἐστιν. ἀμφότεραι[8] δὲ, καθ᾽ αὐτὸ μὲν, ἀλλ᾽[9] οὐχ ὁμοίως καθ᾽ αὐτό· ἀλλ᾽[10] ἡ μὲν οἰκεία, ἡ δ᾽[11] οὐκ οἰκεία τοῦ πράγματος. οἷον[12] ὑποδήματος, ἥτε ὑπόδεσις καὶ ἡ μεταβλητική· ἀμφότεραι γὰρ ὑποδήματος χρήσεις. καὶ[13] γὰρ ὁ ἀλλαττόμενος τῷ δεομένῳ ὑποδήματος, ἀντὶ νομίσματος ἢ τροφῆς, χρῆται τῷ ὑποδήματι, ᾗ ὑπόδημα, ἀλλ᾽ οὐ τὴν οἰκείαν χρῆσιν· οὐ γὰρ ἀλλαγῆς ἕνεκεν γέγονε. τὸν[14] αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ τῶν ἄλλων κτημάτων. ἔστι[15] γὰρ ἡ μεταβλητικὴ πάντων· ἀρξαμένη τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, τῷ τὰ μὲν πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους. ᾗ[16] καὶ δῆλον, ὅτι οὐκ ἔστι φύσει τῆς χρηματιστικῆς ἡ καπηλική.

Eſt[1] autẽ genus aliud artis quærendi, quam appellant maximè & meritiſsimò artem pecuniæ quærendæ, propter[2] quam nullus uidetur diuitiarum & rerum quæſitarum finis eſſe: quam[3] unam & eandem eſſe, atque eam, quæ à nobis modò dicta eſt, multi exiſtimant, propter ſimilitudinem ac uicinitatem. Sed[4] neque eadem eſt atque ea, quam diximus; neque longo ab illa diſtat interuallo. (Conſtat[5] autem earum altera natura, altera non natura, ſed uſu quodã potius & arte tractatur, atque exercetur.) Atque[6] hinc de ea diſputandi exordium ſumamus. Vniuſcuiuſque[7] rei, quæ paratur ac poſsidetur, duplex uſus eſt. Vterque[8] autem per ſe quidem eſt, uerùm[9] non ſimiliter per ſe: ſed[10] alter rei accommodatus, ac proprius: alter[11] alienus, neque proprius: uerbi gratia, calceum[12] induere, & calceum permutare. Vtroque enim modo calceo uti licet. Nam[13] etiam qui calceũ numo aut uictu permutat cũ eo, qui eget calceo: utitur ille quidẽ calceo, qua ratione calceus eſt: ſed non ex uſu proprio. Nõ .n. permutationis cauſa factus calceus eſt. Idẽq;[14] de alijs rebus, quæ parãtur, ac poſsidentur, ſentiendũ. Nam[15] permutandi ratio omnibus in rebus locum habet: eáque primùm quidem duxit initium ex eo, quod eſt naturæ conſentaneum, quia homines aliarum rerum maiorem, aliarum minorem copiam, quàm ſatis eſſet, habebant. Ex[16] quo licet intelligere, cauponariã, ſeu mercaturã ſordidam, quã profitentur, atq; exercent ij, qui ab alijs emunt, quod pluris rendant, non eſſe partem artis pecuniæ quærendæ naturæ.

nam

quantū [17] enim ſatis erat ipſis, neceſſe fuiſſet permutationem facere. In prima [18] aūt cōmunione, hoc autem eſt domus, planum eſt nullum eſſe munus ipſius, ſed [19] cùm iam amplior cōmunio eſt. Hinc [20] eorūdem omniū participes erāt: qui [21] uerò diſiuncti ſunt, multis præterea & alijs, quæ ut opus uenerat, neceſſe erat ſibi mutuo alijs acceptis tradere: quēadmodū [22] adhuc multæ faciunt barbararū gentiū in permutatione: ipſas enim res utiles uitæ inter ſe cōmutant, nec ultra quicquā, ceu uinū pro frumēto dantes & accipientes, & ſingulas alias huiuſcemodi res. Huiuſcemodi [23] igitur ratio permutandi, neque præter naturam eſt, neq; pecuniariæ ſpecies ulla: ad [24] ſupplementum enim eorū, quæ natura requirūtur, ne familia egeat, inuēta eſt. Veruntamē [25] ex hac prodijt illa ratione. Cū [26] enim longinquius cōmodū, qđ hinc capitur, factū eſſet, importādis rebus, quib. egebant, & exportandis, quib. abundabāt, neceſſariò uſus numi cōparatus eſt. Non [27] enim facilè cōportātur aliò cunctæ res, quæ ſunt natura uitæ neceſſariæ. Quapropter [28] ad permutatiōes huiuſcemodi quiddā pepigerunt inter ſe dare & accipere. Quod [29] cū ipſum unū eſſet eorum quæ utilia ſunt, continebat in ſe uſum facilē ad uitā, cuiuſmodi eſt ferrum & argentum, & ſi quid huiuſcemodi eſt aliud. Primū [30] quidē ſimpliciter definitum magnitudine & pondere: poſtremùm [31] autem nota impreſſa, ut liberet ipſos cura menſurandi. Nota enim poſita eſt quantitatis indicium. Profectò [32] igitur iam numo è neceſſaria permutatione, altera ſpecies pecuniariæ extitit, cauponaria. Primū [33] quidē ſimpliciter fortaſſe orta: deinde [34] propter uſum iam artificioſius, unde & quomodo mutatum plurimum gigneret lucrū. Quapropter [35] uidetur pecuniaria maximè circa numum uerſari: & [36] munus ipſius eſſe poſſe uidere, unde erit multitudo pecuniæ: cùm [37] ſit effectrix diuitiarū & pecuniæ. Etenim [38] diuitias ſæpe uolunt eſſe numorū multitudinē, quia [39] circa hos eſt pecuniaria & cauponaria. Quandoq; [40] autē cōtrà numus uidetur eſſe nugæ,

ὅσον [17] γὰρ ἱκανὸν αὐτοῖς, ἀναγκαῖον ἦν ποιεῖσθαι τὴν ἀλλαγήν. ἐν [18] μὲν οὖν τῇ πρώτῃ κοινωνίᾳ, τοῦτο δ' ἐστὶν οἰκία, φανερὸν ὅτι οὐδέν ἐστιν ἔργον αὐτῆς. [19] ἀλλ' ἤδη πλείονος τῆς κοινωνίας οὔσης. οἱ [20] μὲν γὰρ τῶν αὐτῶν ἐκοινώνουν πάντων, οἱ [21] δὲ κεχωρισμένοι πολλῶν πάλιν καὶ ἑτέρων, ὧν κατὰ τὰς δεήσεις ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι τὰς μεταδόσεις. καθάπερ [22] ἔτι πολλὰ ποιεῖ καὶ τῶν βαρβαρικῶν ἐθνῶν κατὰ τὴν ἀλλαγήν. αὐτὰ γὰρ τὰ χρήσιμα πρὸς αὐτὰ καταλλάττονται, ἐπὶ πλέον δ' οὐθέν· οἷον οἶνον πρὸς σῖτον διδόντες, καὶ λαμβάνοντες· καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕκαστον. ἡ [23] μὲν οὖν τοιαύτη μεταβλητική, οὔτε παρὰ φύσιν, οὔτε χρηματιστικῆς ἐστιν εἶδος οὐδέν. εἰς [24] ἀναπλήρωσιν γὰρ τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας ἦν. ἐκ [25] μέντοι ταύτης ἐγένετο ἐκείνη, κατὰ λόγον. ξενικωτέρας [26] γὰρ γινομένης τῆς βοηθείας τῷ εἰσάγεσθαι, ὧν ἐνδεεῖς, καὶ ἐκπέμπειν, ὧν ἐπλεόναζον· ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ νομίσματος ἐπορίσθη χρῆσις. οὐ [27] γὰρ εὐβάστακτον ἕκαστον τῶν κατὰ φύσιν ἀναγκαίων. διὸ [28] πρὸς τὰς ἀλλαγὰς τοιοῦτόν τι συνέθεντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διδόναι, καὶ λαμβάνειν· ὃ [29] τῶν χρησίμων αὐτὸ ὄν, εἶχε τὴν χρείαν εὐμεταχείριστον πρὸς τὸ ζῆν· οἷον ὁ σίδηρος, καὶ ἄργυρος, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· τὸ [30] μὲν πρῶτον ἁπλῶς ὁρισθὲν μεγέθει καὶ σταθμῷ· τὸ δὲ [31] τελευταῖον, καὶ χαρακτῆρα ἐπιβαλλόντων, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτούς· ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐτέθη τοῦ ποσοῦ σημεῖον. πορισθέντος [32] οὖν ἤδη νομίσματος ἐκ τῆς ἀναγκαίας ἀλλαγῆς, θάτερον εἶδος τῆς χρηματιστικῆς ἐγένετο τὸ καπηλικόν· τὸ [33] μὲν πρῶτον ἁπλῶς ἴσως γινόμενον· εἶτα [34] δι' ἐμπειρίας, ἤδη τεχνικώτερον, πόθεν καὶ πῶς μεταβαλλόμενον, πλεῖστον ποιήσει κέρδος. διὸ [35] δοκεῖ ἡ χρηματιστικὴ μάλιστα περὶ τὸ νόμισμα εἶναι· καὶ [36] ἔργον αὐτῆς τὸ δύνασθαι θεωρῆσαι πόθεν ἔσται πλῆθος χρημάτων· ποιητικὴ [37] γὰρ εἶναι τοῦ πλούτου καὶ χρημάτων. [38] καὶ γὰρ τὸν πλοῦτον πολλάκις τιθέασι νομίσματος πλῆθος, διὰ [39] τὸ περὶ τοῦτ' εἶναι τὴν χρηματιστικὴν καὶ τὴν καπηλικήν. ὁτὲ [40] δὲ πάλιν λῆρος εἶναι δοκεῖ τὸ νόμισμα, καὶ νό-

nam [17] quæ ad eam ſatis eſſet, eatenus rerum commutationem neceſſario facerent. In [18] prima igitur ſocietate, hoc eſt in domo, perſpicuum eſt, commutatione non opus eſſe, ſed [19] tum denique, cum iam maior ſocietas eſt: inter [20] illos enim eorundem omnium erat communio: hi [21] autem à multis ſemoti ac ſeiuncti, rurſus etiam alia communia inter ſe habebant, quæ pro cuiuſq; egeſtatibus neceſſe erat inter ſe impertiri. quemadmodum [22] etiā nunc multa faciunt barbaræ nationes: ipſa enim utilia cum utilibus cōmutant, nihil amplius: ut uinum pro frumento dantes, & accipientes: & unumquodque aliud tale. Talis [23] igitur permutandi ratio neq; auerſa à natura eſt, neque ulla eſt artis pecuniæ quærendæ ſpecies: ad [24] ſupplendam enim copiam ſuis opibus inſtructam & cumulatam, naturæ conſentaneā, ualebat. Ex [25] hac tamen nata illa eſt conuenienter rationi. Cùm [26] enim ſubſidium illud fieret magis ac magis externum ac longinquum, partim ſupportandis ijs, quibus egebant, partim exportandis, quibus abundabant: neceſſario numi uſus comparatus eſt. Non [27] enim facilis eſt ad portandum unaquaque earum rerum, quæ ſunt neceſſariæ natura. Quapropter [28] ad res contrahendas tale quiddam de communi ſententia conſtituerunt inter ſe dare & accipere, quod [29] cùm eſſet è numero rerum utilium, uſum haberet tractabilem ac facilem ad uitam degendam: quale eſt ferrum, & argentum, & ſi quid tale aliud eſt: primò [30] quidem ſimpliciter magnitudine & pondere definitum: ad [31] extremum uerò etiam ab ijs nota ſignatum, ut labore metiendi ac ponderandi defungerentur. Nota enim impreſſa eſt ad quantum ſignificandum. Numo [32] igitur ex neceſſaria permutatione comparato ac ſuppeditato, alia ſpecies artis pecuniæ quærendæ orta eſt, mercatura cauponaria: quæ [33] initio quidem fortaſſe ſimpliciter factitabatur: poſtea [34] uerò propter uſum & peritiam, callidius iam atque artificioſius, cùm quæreret unde & quomodo permutando plurimum lucri faceret. Quocirca [35] uidetur ars pecuniæ quærendæ maximè in numo uerſari, & [36] eius eſſe munus, unde maxima ui pecuniæ ſuppetat, uidere ac diſpicere poſſe. Exiſtimatur [37] enim diuitiarum & pecuniarum cauſa efficiens eſſe. Diuitias [38] enim ſæpenumero ſtatuunt numorum multitudinem, propterea [39] quod ars pecuniæ quærendæ, & mercatura cauponaria in hac re uerſentur. Interdum [40] uero contrà nugatorium quiddam uidetur eſſe numus, &

gæ, & opinio penitus, natura autem nihil: quia [41] mutato animo eorũ qui ipſo utuntur, nullius æſtimationis eſt, neq; utilis ad quampiam rem neceſſariã. Et [42] ſæpe continget, ut diues numorũ aliquis egeat neceſſario alimento. Atqui [43] abſurdũ eſt huiuſcemodi quiddã eſſe diuitias, quo cum aliquis abundet, fame perit: quemadmodum [44] Midam illum fabulantur, cui propter inexplebile optatum cuncta, quæ apponebantur, aurea fiebant. Quare [45] quærunt aliud quippiam, diuitias & rationem domus inſtruendæ, rectè quærentes. Eſt [46] enim alia ratio parandi rem, & aliæ diuitiæ, quę ſunt ex natura: & [47] hæc quidẽ propria domus ornãdæ: cauponaria [48] uerò effectrix pecuniarum modis omnibus, ſed per cõmutationẽ pecuniarũ. Et [49] uidetur circa numum hæc eſſe: numus [50] enim eſt elemẽtum & terminus permutationis. Et [51] infinitæ iã hæ diuitiæ, quæ ab hac ratione quærendi proficiſcuntur. Quẽadmodum [52] enim medicorum ars curandi ægrotos in infinitũ eſt, & ſingulę [53] artes ſui finis in infinitum: quã [54] maximè enim poſſunt illud efficere uolunt: eorum [55] uerò, quæ referuntur ad finẽ, non in infinitum: finis [56] enim extremũ eſt omnibus: ſic [57] & huius rationis quærendi non eſt finis ipſius extremũ: finis [58] .n. ſunt huiuſcemodi diuitiæ & pecuniarum comparatio. Eius [59] uerò, quæ ſeruit uſibus domus, & non pecuniæ cogendæ. extremum eſt: non [60] enim eſt hoc domeſticæ rationis munus. Quare [61] hac quidem apparet neceſſe eſſe omnium diuitiarũ exiſtere extremum: in [62] his autem quæ fiũt, uidemus uſu uenire contrariũ. Cuncti [63] enim ſine termino ullo augent numum, qui incumbunt pecunię cogendę. Cauſa [64] autem huius eſt propinquitas ipſarũ. Immutatur [65] enim uſus, qui eiuſdẽ eſt utriuſq; pecuniarię Eiuſdem [66] enim uſus eſt poſſeſſio ipſa. Veruntamen [67] nõ eodem modo, ſed huius finis, alius autem auctio. Quare [68] uidetur quibuſdã hoc eſſe domeſticę rationis munus: & [69] manẽt in hoc, uel tueri putãtes oportere uel augere numi ui ſine extremo ullo. Cauſa [70] aũt huiꝰ animi ipſorũ eſt, qđ [71] ſtudiũ adhibẽt in uiuẽdo, & non

μος παντάπασι, φύσει δ᾽ οὐθέν· ὅτι [41] μεταθεμένων τε τῶν χρωμένων οὐθενὸς ἄξιον, οὔτε χρήσιμον πρὸς οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐστί. καὶ [42] νομίσματος πλουτῶν πολλάκις ἀπορήσει τῆς ἀναγκαίας τροφῆς. καίτοι [43] ἄτοπον τοιοῦτον εἶναι πλοῦτον, οὗ εὐπορῶν, λιμῷ ἀπολεῖται. καθάπερ [44] καὶ τὸν Μίδαν ἐκεῖνον μυθολογοῦσι, διὰ τὴν ἀπληστίαν τῆς εὐχῆς πάντων αὐτῷ γιγνομένων τῶν παρατιθεμένων χρυσῶν. διὸ [45] ζητοῦσιν ἕτερόν τι τὸν πλοῦτον καὶ τὴν χρηματιστικὴν, ὀρθῶς ζητοῦντες. ἔστι [46] γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ, καὶ ὁ πλοῦτος, ὁ κατὰ φύσιν. καὶ [47] αὕτη μὲν οἰκονομική· ἡ δὲ [48] καπηλικὴ ποιητικὴ χρημάτων, οὐ πάντως, ἀλλ᾽ ἢ διὰ χρημάτων μεταβολῆς. καὶ [49] δοκεῖ περὶ τὸ νόμισμα αὕτη εἶναι. τὸ [50] γὰρ νόμισμα στοιχεῖον καὶ πέρας τῆς ἀλλαγῆς ἐστι. καὶ [51] ἄπειρος δὴ οὗτος ὁ πλοῦτος ὁ ἀπὸ ταύτης τῆς χρηματιστικῆς. ὥσπερ [52] γὰρ ἡ ἰατρικὴ τοῦ ὑγιαίνειν εἰς ἄπειρόν ἐστι, καὶ [53] ἑκάστη τῶν τεχνῶν τοῦ τέλους εἰς ἄπειρον. ὅτι [54] μάλιστα γὰρ ἐκεῖνο βούλονται ποιεῖν. τῶν [55] δὲ πρὸς τὸ τέλος, οὐκ εἰς ἄπειρον. πέρας [56] γὰρ τὸ τέλος πάσαις· οὕτω [57] καὶ ταύτης τῆς χρηματιστικῆς οὐκ ἔστι τοῦ τέλους πέρας· [58] τέλος δὲ ὁ τοιοῦτος πλοῦτος, καὶ χρημάτων κτῆσις. τῆς [59] δὲ οἰκονομικῆς, οὐ χρηματιστικῆς, ἐστὶ πέρας. οὐ γὰρ [60] τοῦτο τῆς οἰκονομικῆς ἔργον. διὸ [61] τῇ μὲν φαίνεται ἀναγκαῖον εἶναι παντὸς πλούτου πέρας. ἐπὶ [62] δὲ τῶν γινομένων ὁρῶμεν συμβαῖνον τοὐναντίον. πάντες [63] γὰρ εἰς ἄπειρον αὔξουσιν οἱ χρηματιζόμενοι τὸ νόμισμα. αἴτιον [64] δὲ τὸ σύνεγγυς αὐτῶν. ἐπαλλάττει [65] γὰρ ἡ χρῆσις τοῦ αὐτοῦ οὖσα ἑκατέρα τῆς χρηματιστικῆς. τῆς [66] γὰρ αὐτῆς ἐστι χρήσεως κτῆσις· ἀλλ᾽ [67] οὐ κατὰ ταυτὸν, ἀλλὰ τῆς μὲν ἕτερον τέλος, τῆς δ᾽ ἡ αὔξησις. ὥστε [68] δοκεῖ τισὶ τοῦτ᾽ εἶναι τῆς οἰκονομικῆς ἔργον· καὶ [69] διατελοῦσιν, ἢ σώζειν οἰόμενοι δεῖν, ἢ αὔξειν τὴν τοῦ νομίσματος οὐσίαν εἰς ἄπειρον. αἴτιον [70] δὲ ταύτης τῆς διαθέσεως τὸ σπουδάζειν [71] περὶ τὸ ζῆν, ἀλλὰ μὴ τὸ εὖ ζῆν.

mus, & longe prorſus conſtare, nulla autem natura: quia [41] ubi qui ea utuntur, eum immutarunt, nihili eſt, neque ad ullam rem neceſſariam parandam eſt utilis. & [42] ſæpe euenire poteſt, ut is, qui numis circumfluit, rebus ad uictum neceſſarijs egeat. Atqui [43] abſurdum eſt tales eſſe diuitias, quibus qui abundat, fame periturus eſt: quemadmodum [44] & Midam illum fabulantur, cum omnia, quæ ei apponebantur, propter optatum inexplebile, aurea fierent. Quocirca [45] alias quærunt diuitias, aliamque pecuniæ quærendæ rationem: & meritò quærunt. Alia [46] enim pecuniæ quærendæ ratio eſt, aliæ que diuitiæ: nempe natura congruentes & conſentaneæ. Atque [47] hæc quidem ad rationem rei familiaris tuendæ pertinet: illa [48] autem cauponaria eſt, quæ pecuniæ effectrix eſt, non omnimodo, ſed pecuniæ permutatione: & [49] uidetur hæc in numo uerſari. Numus [50] enim elementum & extremum eſt permutationis. Infinitæ [51] igitur ſunt hæ diuitiæ, quæ ab hac pecuniæ quærendæ ratione proficiſcuntur. Quemadmodum [52] enim medicina ſanandi cupida eſt uſque in infinitum: & [53] unaquæque ars finem ſuum expetit in immenſum: quàm [54] maximè enim illum conſequi & efficere uult. Ea [55] autem, quæ ad finem pertinent, non perſequuntur infinitè. Omnibus [56] enim artibus, finis eſt extremum. Ita [57] & huius rationis pecuniæ quærendæ finis nullum habet extremum. Eius [58] autem rationis finis ſunt tales diuitiæ, & pecuniarum poſſeſſio. Rationis [59] autem tuendæ rei familiaris, non rationis pecuniæ quærendæ, aliquod eſt extremum. Non [60] enim eſt hoc rationis tuendæ rei familiaris munus, rem augere. Quapropter [61] huic quidem neceſſarius uidetur eſſe omnium diuitiarum terminus. Sed [62] in ijs quæ in uita quotidiana fiunt, contrarium uideo uſu uenire. Omnes [63] enim ij, qui pecuniæ quærendæ ſtudent, numum augent infinitè. Cauſa [64] autem huius rei eſt, earum inter ſe propinquitas & ſimilitudo. Alternat [65] enim eiuſdem rei uſus, cùm ſit utriuſque rationis ad pecuniam quærendam pertinentis. Ad [66] eundem enim uſum pertinet rerum partarum poſſeſſio, uerum [67] non eadem modo: ſed huius quidem alius finis eſt, illius autem amplificatio. Itaque [68] uidetur quibuſdam hoc eſſe rationis tuendæ rei familiaris munus: & [69] in hac ſententia perſeuerant, aut ſeruare, aut augere infinitè rem numariam oportere. Cauſa [70] autem huius affectionis eſt, quod [71] uiuendi ſtudio ducantur, non bene uiuen-

& nõ in bene uiuendo. [72] Cùm ſit igitur in infinitum porrecta hęc cupiditas ipſorũ, cupiũt etiã infinita efficiẽtia ipſius. Quicunq; [73] aũt & bene uiuere ſibi proponũt, quod ad corporis uoluptates facit quærũt. Quare [74] quia & hoc in poſſeſſu bonorũ uidetur exiſtere, omnis [75] cura ab his ponitur in quærenda pecunia. Et [76] altera ſpecies pecuniariæ propter hoc in uſum uenit. Cùm [77] enim frui poſſe uoluptatib. maneat in exuperãtia, ea quæ eſt effectrix exuperantiæ, aptæ uoluptatibus decet pendio, quęrunt. & [78] ſi per pecuniariam nõ potuerint ipſam cõparare, per aliã cauſam enitũtur, ſingulis [79] facultatibus utẽtes minime ex natura. Fortitudinis [80] enim nõ eſt gignere pecuniã, ſed audentiã: neq; [81] imperatoriæ facultatis, & [82] artis medicorũ: ſed [81] huius uictoriã, huius [82] uerò corporis ſanitatẽ. Hi [83] uero cunctas reddũt pecuniarias, tãquam finis hic eorũ ſit: ad [84] finem aũt omnia oporteat referri. De [85] pecuniaria igitur non neceſſaria, & quę ſit, & quã ob cauſam egemus ipſa, dictum eſt: nécnon [86] de neceſſaria, quod [87] alia eſt ab ea, œconomica autem è natura, quæ occupatur circa alimentum, non [88] quemadmodum hęc infinita, ſed habens terminum.

ζῆν. εἰς [72] ἄπειρον οὖν ἐκείνης τῆς ἐπιθυμίας οὔσης, καὶ τῶν ποιητικῶν ἀπείρων ἐπιθυμοῦσιν. ὅσοι [73] δὲ καὶ τοῦ εὖ ζῆν ἐπιβάλλονται, τὸ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις τὰς σωματικὰς ζητοῦσιν. ὥστ' [74] ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἐν τῇ κτήσει φαίνεται ὑπάρχειν, πᾶσα [75] ἡ διατριβὴ περὶ τὸν χρηματισμόν ἐστι. καὶ [76] τὸ ἕτερον εἶδος τῆς χρηματιστικῆς διὰ τοῦτ' ἐλήλυθεν. ἐν [77] ὑπερβολῇ γὰρ οὔσης τῆς ἀπολαύσεως, τὴν τῆς ἀπολαυστικῆς ὑπερβολῆς ποιητικὴν ζητοῦσι· κἂν [78] μὴ διὰ τῆς χρηματιστικῆς δύνωνται πορίζειν, δι' ἄλλης αἰτίας τοῦτο πειρῶνται, ἑκάστῃ [79] χρώμενοι τῶν δυνάμεων οὐ κατὰ φύσιν. ἀνδρείας [80] γὰρ οὐ χρήματα ποιεῖν ἐστιν, ἀλλὰ θάρσος· οὐδὲ [81] στρατηγικῆς, καὶ [82] ἰατρικῆς· ἀλλὰ [81] τῆς μὲν νίκην, τῆς [82] δ' ὑγίειαν. οἱ [83] δὲ πάσας ποιοῦσι χρηματιστικάς, ὡς τοῦτο τέλος ὄν· πρὸς [84] δὲ τὸ τέλος ἅπαντα δέον ἀπαντᾶν. περὶ [85] μὲν οὖν τῆς τε μὴ ἀναγκαίας χρηματιστικῆς, καὶ τίς, καὶ δι' αἰτίαν τινὰ ἐν χρείᾳ ἐσμὲν αὐτῆς, εἴρηται. καὶ [86] περὶ τῆς ἀναγκαίας, ὅτι [87] ἑτέρα μὲν αὐτῆς· οἰκονομικὴ δὲ κατὰ φύσιν, ἡ περὶ τὴν τροφήν· [88] οὐχ ὥσπερ αὕτη ἄπειρος, ἀλλ' ἔχουσα ὅρον.

di. Cum [72] ſit igitur infinita cupiditas illa, ſic ut etiam efficientia uitæ uoluptariæ infinita concupiſcant. Quicunque [73] autem etiam ad bene uiuendum curam ſuam conferunt, quærunt unde ſuas cupiditates explere, & uoluptatibus corporis perfrui poſſint. Itaque [74] quoniam hoc in rerum partarum poſſeſſione ineſſe uidetur, omnis [75] eorum opera, atque adeò tota ætas in pecunia quærenda conſumitur: & [76] propter hanc cauſam altera pecuniæ quærendæ ratio introducta eſt. Nam [77] cùm fruendæ uoluptatis nullus ſit modus, rationem, quæ efficiat immoderationem uoluptatum fruendarum, conquirunt. Quod [78] ſi per artem pecuniæ quærendæ comparare non poſſint, alia experiuntur uia, unaquaque [79] facultate ad quæſtum abutentes. Fortitudinis [80] enim eſt non pecuniam conficere, ſed fiduciam gignere: neque [81] artis imperatoriæ, aut [82] medicinæ: ſed [81] illius quidem uictoriam, huius [82] autem bonam ualetudinem ſeu ſanitatem efficere. Homines [83] autem has omnes uirtutes ac facultates faciunt pecuniæ quærendæ rationes, proinde ac ſi hic ſit finis: ad [84] finem autem omnia referri oporteat. De [85] ratione igitur pecuniæ quærendæ tum non neceſſaria, quæ ſit, & quam ob cauſam eam requiramus: tum [86] neceſſaria (hanc [87] quidem eſſe ab ea diuerſam; eam autem quæ ad rem familiarem tuendam pertinet, quæque in rebus ad uictum neceſſariis parandis occupata eſt, eſſe naturæ conſentaneam, neque [88] ut illam, interminatam atque infinitam, ſed finitam ac terminatam.) dictum eſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Eſt autem genus aliud) Docet aliud genus extare artis illius ac ſtudii, quod conſumitur in quærendo, quam artem primi [illegible] uocari maximè à pecunia cogenda χρηματιστικήν. [illegible] ipſe quoq; fatetur ei conuenire, ac [illegible] eſſe ita illam appellari. Quòd ſi quis ipſam ſpectet, eò [illegible], quod de illa dixit ſapiens ille uir. Neque [illegible] uideri, [illegible] capit diuitias, terminus ullus extremumq; eſſe ipſarum, & rationis itidem, quæ incumbit [illegible] animo [illegible] quærendam. Vnde etiam [illegible] eorum, qui ipſam finem nullum habere putarent, aperit. erat autem illic, quia duorum generum eſſe nõ uiderant, nec poterant diſtinguere poſteriorem hanc à priore: atq; id, quia ſunt inter ſe uicinæ.

Fit autem ipſarum) Quid ſui iudicij ſit de ipſis exprimit, incipitq; ipſas diſtinguere: aliſ eum nullo modo uult haberi [illegible] dem, quæ [illegible], nec tamen ualde remotam putat. Conſtare igitur alteram illarum, id eſt ſuperiorem, natura uult: alteram autem, inferiorem inquam, non naturâ, ſed ex uſu potius quodam & arte proficiſci. Quia autem nondum [illegible] exquiſiteq; aliquid præceperat, ſubtilius de ipſis diſputare aggreditur.

Singularum enim rerum.) Singularum rerũ quas poſſidemus, quæq; ſunt partes patrimonij, duplex eſt, inquit, uſus qui ſanè [illegible] ambo ſunt propter ſe: nec tamen uno eodemq; pacto propter ſe. Verùm alter eorum eſt ſuus propriusq; [illegible] alter uerò nullo modo proprius. Quod autem generatim ita ſe habere dixit, uerũ eſſe docet, ſumto uno quopiam eorum quæ poſſidentur à nobis, id eſt calceo. Poterat autem idem docere, ſumto alio quouis loco, frumento, uino, oleo, & alijs. Inquit igitur: Calcei unus uſus eſt, quia ipſum induimus, præſtamusq; ne pedes doleant: alter autem, quia commutamus cum aliquo, ſi abundamus ipſis. Egemus autem aut ueſte, aut frumento, aut alia re, apud quem copia ſit aliqua eius, penuria autem calceorum. quod paſſim uidemus facere ſutores. Nam hic quoq; uſus calcei eſt pro[illegible] [illegible] ut calcei, niſi enim calceus fuiſſet, non ut acciperet calceum illa qui emit, pecuniam aut frumentum dediſſet [illegible] bat enim calceo. Nec tamen hic eſt uerus uſus ipſius: neq; enim primò inuentus eſt conſutuſq; calceus, ut commutaretur, ut tum ne pedes tereremus ambulando, ſentiremusq; inde dolorem.

[illegible] enim &c.) Quod oſtendit uſu uenire in calceis quo exemplo uſus fuit: idem contingere affirmat [illegible] [illegible] quia nulla eſt, quæ commutari cum alia non poſſit. Dixerit igitur de commutatione hac primumq; [illegible] [illegible] habere teſtatur a natura. Contingit enim ſæpe hunc alicuius rei, uitæ accommodatæ, plus habere, quàm [illegible] ipſi ſit ad familiam ornandã: alium autẽ quælibet illa egere. facile igitur poteſt his conuenire, ut inter ſe commutent.

Quo perſpicuum etiam eſt) Hoc ualet ad declarandum non eſſe nobis datam à natura commutationem, [illegible] rũtur caupones, lanij, cetarij, cæteri omnes, qui huiuſcemodi artes colunt neque enim illi ſtudent parare tantum frumenti, ueſtimentorum, ſi cum his rebus commutarent uinum, oleum, ſalſamenta, aut reliquorum rerum, quantum ſatis ſit uitæ ſuæ familiæq; alendæ, ut ſuperiores illi, quos dixit: ſed ſequuntur quæſtum. Vnde hoc eſt tanquam corollarium. Poſſumus enim perſpicere hoc uerum eſſe ex illa præceptione. quis enim naturam in hoc ſequitur, rebus quibus abundat [illegible] tractis, tantum parat earum rerum, quibus caret, quantum uitæ ſuæ ſuorumq; neceſſe ſit.

In prima autem communione.) Indicat ubi utilis eſt & commoda multum efferr hæc commutatio, & ubi etiam locum non habet. Nam in prima communione (quem eſſe tradit eorum qui in eadem domo uiuunt, nulla enim extat ſimplicior magis coniunctarum perſonarum ſocietas) ipſam exerceri non poſſe tradit. cuncta enim illic in patris familiæ poteſtate ſunt, qui non patitur unum quempiam eorum quos regit egere, alium uerò abundare. Aperuit autem, ut arbitror, quam intelligeret primam communionem, ne quis acciperet priſcam illam, cum primùm homines ſimul uiuere cœperunt, qui antea ſeiuncti diſtantibusq; in locis di[illegible] eminenti forent. cùm igitur [illegible] domus ipſ[illegible] cieciſſet, di[illegible] [illegible] cauſam ſuæ ſententiæ attuliſſet, inquit, eam uſurpari, ubi amplior pluriumq; rerum c[illegible]mm[illegible]nicatio fit, id eſt [illegible] his qui magis inter ſe diſtincti ſunt, qui [illegible] poſſident multa, quibus alij careant. cùm tamen ipſ[illegible] [illegible] tur [illegible] bilis copia quaſi dam rerum. inter hos igitur ad iuuandi neceſſariò reer [illegible] hanc commutationem. Hoc autum de [illegible] are oſtendit inſtitutum multarum barbararum nationum, quibus adhuc ſua ætate id familiare fores. Nam apud Homerum cu[illegible] tempore Græci quoque hoc ſeruabant, [illegible] ra teſtimonia ſunt huius commutationis. & iuriſconſul[illegible] [illegible] de hoc diſſeruerunt, ut Paulus libro 18. Pandectarum. Salluſtius quoq; de bello Iugurthino uaſrat, Mau[illegible] hunc morem cuſtodire: quod faciunt etiam noſtra ætate nationes nonnullæ Septentrioni proximæ, & aliæ quo[illegible] [illegible] ortum ſoli expoſitæ. Sed hic relictis, inquit Ariſtoteles gentes non paucas barbaras, quæ uiuente ipſo, hunc morem habebant, commutare inter ſe ſolitas res tantū utiles uitæ, pretereaq; nihil: quæ eti[illegible] ſignificet, Verba uitæ dicens, accuratè exponit.

Huiuſmodi igitur ratio permutandi.) Qualis hebruda ſit hæc commutandi ratio declarat. Primùm autem præter naturā ipſam non eſſe affirmat neque ſpeciem ullam exiſtimari debere artis eius, quæ incumbit toto animo pecuniæ cogendæ. quod conſtituit, dicens ipſam inuentam, ut expleret uſus uitæ neceſſarios, faceretq; ne aliqui nobis huiuſcemodi deeſſet. Natura enim, quemadmodum creat animal, ita tueri ſtudet, pabulaq; ipſi parat. Hæc igitur manifeſto perſpicitur adiuuare conatum naturæ. quare nullo modo iudicari debet alienā ab ipſa eſſe, repugnareq; illi.

Veruntamen ex hac prodit) Vt ſuperiorem rationem commutandi non eſſe partem docuit eius artis, quæ cogendæ pecuniæ ſine termino ullo incumbit: ita nunc adiungit hanc poſteriorem inde ortam eſſe, quod conſentaneum fuit, meritoq; expectari poterat. Hoc enim ualet, quod auctor inquit, κατὰ λόγον, non, ut quidam interpres accepit, qui putauit hunc philoſophum addidiſſe quòd uellet oſtendere ipſam a ratione [illegible] ue[illegible] tam, non [illegible] natura protectam fuiſſe. Eodem autem pacto locutus eſt in [illegible] mo libr[illegible] de Ortu animant[illegible], ubi diſſ[illegible] de poſitura uterorum, in qua, quæ contraria ſunt inter ſe, ratione ita collocata fuiſſe affirmat, nec habere al[illegible] qui[illegible] aliorum ab ipſa. Rationem igitur reddens eius il la hinc natum duxerit, ait: Cum enim è longinquo [illegible] perere ſæpe nos oporteret, quibus egebamus, [illegible] & comportare aliunde res nobis neceſſarias conſueuimus & quibus abundamus, eaſdem exportare neceſſariò inuectus uſt fructus magnus commodumq; , quod capitur è nummo pecuniaq; omni. quod probat dicens: Non enim ſingulæ res, quæ uitæ accommodatæ ſunt, facile ex his in alia ualde remota loca comportantur. hoc enim moleſtiæ plenum foret, atq; impedimenta magna in ſe contineret. Si namq; exerceri commutatio hæc debuiſſet inter eos tantum, qui in iiſdem aut ualde uicinis locis degunt, non tam requiſit[illegible] [illegible] ummus fuiſſet. Minore namq; negotio, qui commutare uellent, ea quib. abundabant, ferre in fora his muneribus deſtinata potuiſſent.

Quapropter ad permutationes huiuſcemodi.) Quare, inquit, utilitatem horum commerciorum retinere uolentes, & difficultatem illam inde pellere, hanc rationem excogitarunt, u[illegible] e apra[illegible] huic conſilio nec tamen id effici poterat ſine conſenſu quodam ac pacto. unde, inquit de homi[illegible] ib. ill[illegible], id eſt pepigerunt inter ſe, ad commutationes has celebrandas datu & accipere quiddam, quod [illegible] unum foret eorum qu[illegible] u[illegible] m[illegible] [illegible] in ſe habēt, & poſſunt facile deferri ad alios. Quæ nam autem potiſsimum [illegible] a [illegible] appellauit ferrum, argentum, & ſiquid, inquit, his par ſimileq; eſt. ſi[illegible] oſicat autem æs, aurum, caſsiterum. Nam que hæc ipſa, quæ pro reb. illis ſecum ferebant, non inania neque prorſus [illegible] poliata fructu eſſe inquit, notum eſt ex i[illegible] materi[illegible] confici inſtrumenta & agro colendo apta, & multis alijs uſib. uitæ. quare [illegible] on poterat deſpici & repudi[illegible] [illegible] ut factum fuiſſet, ſi res penitus inutiles dediſſent. & tamen certis temporibus, ut in urbe obſeſſa, rùm penuria r[illegible], non nummorum ſolum, uerum etiam [illegible] mataeæ, unde conflantur, uſurpatæ ſunt ad tempus rei pro nummis nullius pretij quas tamen poſtea qui, liberataq; ciuitate illo malo, munſtraſſent, iuſtam mercedem capiebant ſuæ [illegible] [illegible] [illegible] præbit[illegible]. Quod uerò inquit, τῶν ἀναγκαίων [illegible], notum eſt ciuitatem omnem contendere, ut q[illegible] m [illegible] ipſorum ag[illegible] copioſe naſcuntur, exportentur: alia uerò, quib. egent, ſtudere ut importentur, de quib. Plutarchus egit in uita S[illegible], inſtituta ueterum Athenienſium exponens. Sed etiam Plato 10 2. libro de Rep nam quòd ἀπαγ[illegible] [illegible] oſter meminit, quib. commode adminiſtrandis inuentā pecuniam dicit. idem quoque rurſus ab eodem politi[illegible] imo [illegible] ptore, eodem uerbo uſurpato, prolatum tuetur. ita enim locutus eſt [illegible].

Primum quidem ſimpliciter definitum) Hoc quoque non ſtatim ut inuentum eſt, exquiſitè tractatum fuit, ut contingit in omnibus rebus nouis (habuit enim in ſe aliquid moleſtiæ) poſtea uerò melior ratio excogitata eſt, ut accuratè narrat inquit enim primò ſimpliciter ipſum, ſiue ferrum foret, ſiue æs, ſiue alia quæpiam materia, definitum fuiſſe magnitudine et pondere, id eſt ſolitos illos ueteres magnitudinem ſpectaſſe, ſiue pondus earum maſſarum quod cùm fieret, menſura eadem requirebatur. deinde poſt tempora aliqua ipſos notam impreſsiſſe, quæ lib[illegible] aret eos labore menſurandi. nota enim impoſita finem illum habuit, eratq; indicium quantitatis. Paulus loco [illegible] o, quem ſuprà monſtraui, & ipſe hoc teſtatus eſt, cuius hæc uerba ſunt: Eaq; materia, forma publica percuſſa, uſum dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quàm ex quantitate. Quod ad uerba facit, Plato quoque in 9. libro de Legibus [illegible], inquit.

Profecto [illegible] iam nummo.) Vnde fluxerit alia ratio cogendæ pecuniæ docet, quam menſarij exercent. inquit igitur: Cum iā inuentus eſſet nummus (qui ſanè prodijt, ut patefactum eſt, ex neceſſaria permutatione) alterum extitit genus pecuniæ faciendæ, illud inquam, quod cauponarium uocatur. quod & ipſum ſimpliciter lotaſſe primo adminiſtratum fuit ab aliquibus, quib. aares, nihil tale ſibi proponentibus, fructum tulit. Viſu uenire enim potuit, ut aliqui pecuniam ſecum ferrent, ad res aliquas emendas, in ea loca, in quib. propter penuriam ipſius, ea maioris precij foret: quo animaduerſo, periculoq; ipſius ſæpe f[illegible] cto, iam ſollertius, maioreq; artificio res tractari cœpit: unde ſcilicet & quo pacto immutata pecunia, maximum quæſtum faceret. Qui nemq; in hanc artem incumbunt, quærunt ſedulò, qua in urbe carior illa ſit, u[illegible] eo e lo[illegible] is, magis ipſa abundant [illegible], mittent. & hæc eſt ars ſtudiumq; ipſorum, unde magnos quæſtus faciunt. Quod [illegible] inquit, omniſmn intelli[illegible] [illegible] rd quoque dixit eodem ſenſu, [illegible].

Quapropter uidetur pecuniaria.) Vnde orta ſit opinio multorum oſtendit, qui uolunt curam & artem faciendi rem præcipuè uerſari debere in pecunia cogenda. Attēdunt enim i[illegible] t, ut docet, inſtitutum eorum, quos dixit magnus quæſtus facere ex pecunia, ex alio in alium locum comportanda. Quare exiſtimant hoc ſolum illi faciendum, officiumque eius artis eſſe, uim eā & poteſtatem habere, qua uideant, unde paretur copia pecuniæ: quæ illa efficitur conciliatrixq; ac ſit pecu[illegible] ac diuitiarum.

Etenim diuitias ſæpe ponunt.) Duas extare ſententias oſtendit, & eas quidem ualde inter ſe diſcrepantes, de nomiſmate ac pecunia: quibus diligenter expoſitis, quid uerius ſit, magiſque probari debeat, declarabit. Primum igitur narrat ſæpe homines arbitrari diuitias nihil eſſe, niſi numerum magnum copiamq; pecuniæ: quia uident artem inde appellatam, nec non cauponariam, in pecunia cogenda totas occupatas eſſe. à ſtudio igitur illarum artium profecti, ita exiſtimant de pecunia.

Quandoque autem contra nummus.) Foſdem mortales aliquando commemorat longè aliter ſentire de nūmis ac pecunia omni, quibus inani penitus ac meræ nugæ potentur nummi, opinioneq; demum ipſius atque inſtituto conſtare, natura uerò nihil eſſe. Cuius rei rationes duas ducebant: quarum prior hæc eſt, quod mutato conſilio eorum qui ipſis utuntur, nullius æſtimationis foret, neque fructum ullum commodumq; afferret uitæ eſſe autem in manu illorum, qui nummis honorem tribuiſſent, eiſdem ipſum eripere. Si diligenter autem attendimus, hic quaſi ludere uoluit philoſophus. uidet enim νόμισμα uocaſſe Græcos pecuniam, quia eius opinionis fuerant, & quaſi pepigerant inter ſe materiam eam nota publica ſignatam, talis æſtimationis eſſe. quare inquit, ipſam re uera nihil eſſe, nec quicquam ualere ſua ui ad uitam iuuandam: ſed totam conſtare opinione, moribuſq; tantùm & inſtitutis hominum uigere. Acute igitur dixit pecuniam eſſe penitus νόμος, à quo νόμισμα nocatum ſit, hæc enim ratio eſt eius nominis. Nam quia ueteres illi νόμον aliquando uocarunt opinionem, non eſt dubitandum: & ſanè ita accepit hoc nomen Democritus, dicens, νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ θερμόν, quemadmodum etiam M. Cicero uertēde ſententiam

tentiam ipſius in Academicis ad M. Varronem, oſtendit, Opinionibus & inſtitutis omnia teneri, nihil ueritati relinqui.

Et ſæpe [illegible] ut dum.) Hoc alterum argumentum eſt, quo demonſtratur diuitias ueras non conſtare pecunia: conſequeretur enim inde incommodum magnum, reſq; penitus ridicula, ut ſcilicet qui diues foret, pecuniaq; abundaret, egeret rebus ad [illegible] tam neceſſarijs, fameq; demum interiret. Citat autem teſtem huius rei fabulam peruulgatã de Mida rege Phrygiæ, qui propter inexplebilem cupiditatem auri, exitium ſibi parauit, cum Iouem rogaſſet, ut omnia quæ tangeret, aurum fierent. eici igitur omnis, quem uri admouebat, aurum fiebat, cum impetraſſet, quod ſtulte petierat. Dentes etiam noſter hanc fabulam attigit, & eiuſdẽ errorem Midæ exagitauit. Quod autem auctor inquit, cum inſatiabilem cupiditatem oſtenderet, & quæ expleri non poſſet, [illegible] eodem pacto locutus eſt Plato in 9. libro de Legibus hæc enim ipſius uerba ſunt: [illegible].

Quare quærunt. Aperit nunc, quæ ſint ueræ diuitiæ, explosis iam ſuperioribus ſententijs: ita autem ait. Quare homines errore hoc cognito, perſpectoq; uitio harum inanium diuitiarum, cùm rem cogere uolunt, quærũt aliud quippiã, quod uerius diuitiæ uocetur atq; alij incumbũt [illegible]. Laudat autẽ eos & hos ſentire affirmat, cum ſit alia profectò ratio rei quærendæ, & aliæ ueriores diuitiæ, quæ ſunt illæ, quæ naturam ſequuntur. Hanc autem rationem augendi patrimonium patri familiãs conuenire dicit, propriamq; eſſe ipſius curæ. ſuperiorem uerò, quam cauponariam uocat, cogere pecuniam, & in eo ſtudio totam occupari: neque id etiam moliri quauis ratione, ſed commutatione tantum pecuniæ.

Et uidetur.) Docet unde orta ſit illa praua opinio, quæ tenuit animos multorum, ut ſcilicet hæc ratio potiſsimum circa pecuniam uerſetur. Inquit autem id factum eſſe, quia nummus eſt elementum & extremum permutationis. ſignificaut hæc uerba [illegible] nummum eſſe initium ac fundamentum huius rationis, quia ſine nummis ipſa adminiſtrari non poteſt eundemq; eſſe terminum atq; ultimum, quia contenta illa eſt, cùm coaceruat nũmos, nec aliud ſibi proponit: in eo namque [illegible] parit nummum.

Et infinita iam.) Cùm docuiſſet rem genus alterũ [illegible] opinionibus ac pactis conſtare, & quod illud foret, monſtraſſet: nunc [illegible] diuitias quæſitas ab ipſa, infinitas eſſe atq; extremo carere. [illegible] autem ualet quoq; ad Solonem à culpa [illegible], qui perſpicitur has diuitias intellexiſſe. neque enim credendum erat ſapientem uirum omnino deceptum, [illegible] attigiſſe. Quomodo igitur ſententia ipſius probari poſsit, declarat, dicens. Et infinitæ ſane ſunt diuitiæ, quæ ab hac ratione quærendi rem parantur. Probat autem, quod uult, ſimilitudine aliarum artium, in quibus idem [illegible] uenire certum eſt: eſt enim hæc quoque ratio cogendæ pecuniæ ars quædam. In medicorum uerò arte hoc ita ſe habere, explanat. Quemadmodum enim, inquit, medendi ar[illegible] tenetur ſtudio curadi morbos ſine termino ullo (neq; enim contenta eſt uſq; ad terminum aliquem certum medicinam facere ægrotis, atq; id cum præſtiterit, offici[illegible] functam putare) ſed ſemper ſtudet ulterius progredi [illegible] cumulum, addere illi bonæ ualetudini. Quod etiam in cæteris artib[illegible] contingit, cùm ſinguli ſiom ſui ſint appetentes [illegible] termi[illegible] quam maximè enim poſſunt, inquit, illud efficere uolunt ac ſtudent. Non poterat igitur om[illegible] reprehen[illegible] eximius pictor Protogenes, qui manum de tabula auferre ne[illegible] ſciebat. Si peccabat enim, ut feciſſe inſimulatus eſt, peccabat in eo, quod laudem aliquam in ſe cõtinet, integrioraque & abſolutioria opera ſua efficere conabatur. Non tamen ipſas hoc eodem pacto ſe gerere adiungit in hi[illegible] rebus parandis, quæ ſeruiunt finibus ipſarum enim eſt menſura quædam & modus. Quod uerum eſſe in ſuperiore arte intelligere licet neque enim medici aut cibum imperant ægrotare [illegible] aut medicamentum ægroto [illegible] dant ſine termino: ſed modum ac menſuram iuſtam in his ſequuntur. Quod aut[illegible] inquit, finem eſſe omnibus artibus terminum atque extremum, ualet, ipſas, cum comparantur ea, quæ finem adiuuant ac moliuntur, [illegible] eſſe potare. Idem igitur contingere dicit in ratione hac cogendi pecuniam neque enim terminum ullum inuenirs finis atque eius, quod ſibi propoſuit: ſines autem ipſius ſunt, ut inquit, tales diuitiæ, & infinita poſſeſsio acerruiusque pecu[illegible].

Eius uero, quæ ſeruus. Non idem uſu uenire docet in diſciplina domeſtica, quod in ratione pecuniæ cogendæ, aliena ab ipſa Oeco[illegible]micæ nam[illegible] terminus eſt in paranda pecunia neq; enim officium ipſius eſſe dicit cogere pecuniam, omneque ſuum ſtudium [illegible] ſed rectè or[illegible] neq; domum regere ac gubernare. Qua[illegible] tum igitur pecuniæ ſatis eſt huic rei præſtandæ tantum ipſa ſtudet comparare.

Quare hac [illegible] apparet.) Scrupulum, qui oritur ex his, quæ modò explicuit, indicat atq; ipſum euellit ex animo eorum, quos [illegible] bat. Eſt autem ille quia, quod ratione conſulit, ac uerum eſſe [illegible] cuſtoditur à patribus familia[illegible] quare mores & inſtituta hominum intelligitur [illegible] ratio [illegible], quod fieri nõ uideretur debere, inquit igitur [illegible] ſita rem attendimus, id eſt ſi argumentis ducimur [illegible] neceſſe eſſe omnium diuitiarum terminum al[illegible] reperiri. Cum autem oculos conuertimus ad ea, quæ geru[illegible]tur uidemus contrarium uſu uenire. cuncti enim, qui rem quærunt terminum nullum in ea quærenda habent, ſtudentq; quantum poſſunt, coacerua re nũmos. [illegible], quod inquit ualet ad conſuetudi[illegible]em hominũ factaq; ut locutus eſt antea hoc ipſo in libro, cùm cœpit docere inuentri aliquos, quibus conducit in poteſtate aliorum eſſe. Appellantur autem hic [illegible] (ut arbitror) omnes, qui quacunque ratione incumbunt pecuniæ quærendæ: ut [illegible] etiam intelligantur patresfamilias, qui ſua uerâq[illegible] ſtudent ipſam parare: quomodo etiam hoc uerbum cepit intrà.

Cauſa autem huius eſt.) Oſtendit unde uulgò naſcatur, ut pat[illegible] quoque familiæ non [illegible] tantum pecuniæ paraſſe, quantum [illegible] neceſſe ſit ad domum inſtruend[illegible]m, uerum etiam [illegible] quam oporteat eius quærant. Cauſam autem huius erroris ipſorum eſſe dicit, uicinitatem harum diuerſarum rationum pecuniæ quærendæ: cum enim propinquæ ſint, immutatus uſus ipſarum, id eſt imprud[illegible] ſæpe capitur alter pro altero. hoc enim ualet (niſi fallor) [illegible]. Mirum autem uideri non debere, ſi [illegible] Ariſtoteles declarat quia utriuſq; rationis ille [illegible] ſcilicet [illegible] ac fructus quæſtus enim patris familiæ & nummularij id eſt pecunia ambabus rationibus parta, ijſ[illegible]bus inſeruit, poſſuntq; parari & emi ipſa eædem te[illegible]. Nam quod addit, [illegible], hunc (ut opinor) habet ſenſum. Quidquid partum eſt poſsidetur q; ambabus illis rationibus in ſe habere eaſdem utilitates, præbere[illegible] eoſdem fructus.

Veruntamen non eodem.) Cùm ſimilitudinem harum rationum oſtendiſſet, nunc quid diſcriminis inter ipſas uerſ[illegible] docet nec tamen noui aliquid affert, ſed quod ſuprà dixerat confirmat. Non enim, inquit, eodem pacto [illegible] nam huius quidem, id eſt rationis pecuniariæ, quæ propria eſt œconomicæ, longe alius ſinis eſt huius uerò amplificatio, & iam partæ pecuniæ noua ſemper aliqua acceſsio.

Quare uidetur quibuſdam.) Hoc pertinet adhuc ad ſimilitudinem ipſarum: redit enim eò, affirmatq; nonnullo[illegible] inue[illegible]ri, qui diſtinguere ipſas ne[illegible] ſcientes, uidenteſq; eoſdem fructus capi[illegible] pecuniis diuerſis his quaſi artibus qu[illegible]ſita, falſo putant hoc eſſe œconomicæ munus, patriſq; familiæ officium: cogere, inquam, ſemper pecuniam, nec terminum ullum huic ſtudio tuendi ipſam augendiue conſtituere. [illegible] quod inquit, puto ipſum intellexiſſe patrimonium, quod manere [illegible] num in pecuniaq;. Cum enim ſint plures partes rei familiaris, una illarũ eſt hæc ipſa, cui (ut dicit) tuendæ & amplificandæ toto pectore incumbunt mẽſarij, quos intelligit: nam quin una in alijs multis ualeat patrimonium omne, [illegible]on eſt dubium.

Cauſa autem huius.) [illegible] plure[illegible] aperit huius erroris ac prauæ conſuetudi[illegible]s, quòd patres ſcilicet familiarum [illegible] termi[illegible] incumbant in pecuniam, nec ceſſent eam ſtu[illegible] cogere. Cauſam igitur eſſe dic[illegible] ipſorum a[illegible] qu[illegible] tuom [illegible] in uiuendo, & non in bene uiuendo. Cùm autem cupi[illegible] illa porrigatur i[illegible] (non enim uellent enim perpetuò uiuere) cupiunt etiam eodem pacto & ſine termino ea, quæ ſint efficientia huius [illegible] carentis uitæ. & hæc prima res eſt, quæ ipſos in errorem rapit, ſitis inquam ill[illegible] ſtulta perpetuæ [illegible].

Quicunque autem.) [illegible] hæc altera res eſt, quæ ipſos non ſinit uidere, quid ſui officij ſit, ſuadet[illegible] quærere pecu[illegible]iam [illegible] inquit igitur Quibuſcunque autem in mentem uenit bene uiuer[illegible] nam pri[illegible] tantum [illegible]) cauſa lapſ[illegible] eſt, quia poſitum putant bene uiuere in explend[illegible] corporis uoluptatibus. Quare cum hanc uitam a[illegible] pendere totam è copia patrimonij, eoſq; ſolos poſſe traducere uitam in continentibus corporis uoluptati[illegible],

qui

qui ualde diuites ſunt: Omne, inquit, ſtudium ponitur ab illis in pecunia coaceruanda: inueniri autem multos, qui bene uiuere ſolùm eos putent, qui fruuntur magnis corporis uoluptatibus, ac longè aliter capiant bene uiuere, quam docti ac ſapientes uiri, apertum eſt.

Et altera ſpectet)Quia ſunt multi mortales, qui ſe dediderunt uitę refertæ uoluptatibus, ut docuit. hic enim ipſorum ſtatus uiam patefecit alteri rationi parandæ pecuniæ, quæ caret extremo. Quomodo autem hoc factum ſit, docet. Cũ enim, inquit, non poſsint facile frui his uoluptatibus, niſi qui abundant patrimonio: ſectantur rationem illam cogendæ pecuniæ, quæ conficit copiam & exuperantiã rei familiaris, quæ ubertas auxilio ipſis ſit ad ſe totos explendos omni ſuauitate.

Et ſi per pecuniariam.)Nulli certè parcere docet hos, qui tam ualde cupidi ſint huius uoluptuariæ uitæ. ſed omnia deprauare, & ad longe alios uſus conuertere, quam quib. inuenta illa ſint. Inquit igitur. Quòd ſi ope huius pecuniariæ non ualuerint ſibi parare hanc copiam, alio pacto ſtudent ipſius participes fieri, ſingulisq; facultatibus, quib. præditi fuerint, abutentes illis; conantur idem obtinere, & ita ad amplas diuitias peruenire. Vtitur autem exemplo certarum quarundam perſonarum, id eſt fortium uirorum, ducum militarium & medicorum. Idem autem in multis alijs uiuere nullo negotio intelligitur. Sunt igitur nonnulli fortes uiri, nec ſinguli tantum mortales ſed populi ac nationes, quæ operam ſuam præbent in bello fortunatis hominib. ac regibus mercede accepta: & eodem pacto duces & imperatores, ſed etiam medici: qui cunctis ſuis illis facultatib. utuntur præter ipſarum naturam. Neque enim, ut teſtatur, fortitudinis proprium eſt gignere pecuniam: ſed eos, qui præditi ipſa ſunt, audentiores reddere ad omnes caſus periculorum: & eodem pacto imperatoris facultatis parere uictoriam, & artis medicorum morbo ægrotos liberare. Cum exemplo igitur exercituum ducum probaris certare, qui abutantur artibus, quas didicerunt, ac ſtudijs, conuertantq; ipſa ad quæſtum: perſpicere hinc licet morem quoq; ueterum illorum fuiſſe, ut inferioris ſtatus, huiuſcemodi illuſtres perſonas ac ualde peritas bellicæ facultatis, ornare pecunia, ut dignitatem ſuam facilius tuerentur. Declarat hoc etiam, quod memoriæ proditum eſt de Arato Sicyonio, cui ſingulis annis definitam certamq; pecuniam ([illegible], rem commemorans Plutarchus, appellat) mittebat, & illam quidem grandem, Ptolemæus Aegypti rex: quam ſummam auri, ut illum ad ſuas partes traduceret, conciliaretque Achæos (quorum penè perpetuus prætor erat) Lacedæmonijs, Cleomenes rex Spartiatarum non ſolùm ipſi cuſtodire, uerum etiam duplicare pollicitus eſt. Eam autem liberalitatẽ florentiſsimi imperatoris cùm Aratus repudiaſſet, ſiue inuidia, ſiue timore commotus, conſilium cepit iniuncum libertati Græcorum, & quod multa præclara ipſius facta corrupit. Quod ad medicum facit, idem à Platone dictum eſt in primo libro de Republica. cuius politiſsimi ſcriptoris uerba hic ſunt: [illegible], [illegible]. Adiungit autem poſt hunc locum ſummus doctor (cum ſtomacho, ut uidetur, & contempto illorum) Hi uerò cũctas has faciunt famulas pecuniæ, & opera præſtantiſsimarum artium abutuntur in pecunia paranda, tanquam hic finis ipſarum ſit (quod perſpicitur falſum eſſe) ad finem autem oporteret omnia referre, & uni illi, cæteris relictis, occurrere.

De pecuniaria igitur.)Repetit breui, quod proximè fecit. Teſtatur enim ſe diſſeruiſſe de pecuniaria ratione, nõ neceſſaria uſquæ & monſtraſſe, quæ ſit: quòd ſi etiam uſui nobis ipſa aliquando eſſe poſsit, qua de cauſa id contingat. Eodem pacto teſtatur ſe diſputaſſe de illa uia quærendæ pecuniæ, quæ neceſſaria eſt, demonſtraſſeq; ipſam diuerſam eſſe à ſuperiore, accommodatam autem domeſticæ diſciplinæ, & propriam ipſius, quæ occupatur in alimentis parandis, quæ nõ ait, ut illa, infinita, ſed extremum terminumq; habet.

ἐπὶ δ' ὁ μὲν φύσει.)Hæc ad duas ſpecies [illegible] refero: non autem ad Naturalem, de qua præced. cap. & Artificalem, de qua hoc cap. quandoquidem etiam infra n. 15. & 47. diſerte [illegible] ait, & n. 86. [illegible] ab Oeconomica ea, quæ ex naturæ primo inſtituto [illegible] occupatur, & Naturalis eximiè dicitur, diuerſam facit. Quineriam n 34. [illegible] primùm ſimplicem extitiſſe, mox uerò [illegible] quandam [illegible] redditam aſſerit. Quod ipſum cap. x. n. 21. confirmet, [illegible] duplicẽ ſtatuens, alteram Oeconomicam & naturali proximam, alteram [illegible] naturæ contrariam, non tantum ortu, ſed & uſu ſuo. Eſt enim illud tenendum, Ariſt. tenoas [illegible] ſeu [illegible] ſpecies ratione ortus ſui deducere uoluiſſe, unam quidem Naturalem, reliquas duas Artificiales. quarum tamen altera [illegible] ad naturalem propius accedit, altera longinquius ab ea recedit, [illegible] uidelicet. Cùm ergo naturam ſequi rectum ſit, quæſtum honeſtiſsimum cũ ſtatuiſſe, qui ex naturæ ſit inſtituto minus honeſtum, qui ſit præter naturæ inſtitutum: alium quidem magis, alium uero minus. Maiorem itaque partem hominum, qui naturæ conuenienter uiuunt, Naturali uictu contentos eſſe. Qui uerò neceſsitatem naturæ ſuis accendunt cupiditatib. naturali uictu relicto & faſtidito, Commutationem primum introduxiſſe, ſubinde etiam Numulariam. In quib. uiuendi generibus cùm multis modis peccare liceat, idcirco maiorem partem hominum in his uerſantium, uafram, aſtutam, doloſam, iniuſtam reddi: neq; id iniuria, cum honeſtatis atq; iuris fontẽ, Naturam ſcilicet, relinquant. Et hæc quidem Ariſt. ſententia eſſe uidetur, naturæ primigenios fontes conſectantis. Interim uerò ſi mores hominum intueare, qui tanquam rerũ omnium, ipſius quinetiam naturæ domini, rebus uel præter naturã ſe habentibus rectè uti, & uiciſsim rebus ſecundum naturam abuti poſſunt: ſæpe conſpicies [illegible] naturalem per ſe innocentẽ, hominum improbitate corrumpi, & uiciſsim [illegible], per ſe parum probatam, hominũ probitate corrigi, & ueluti ex uipera antidotum confici. Et ſic certè qui agriculturæ ſunt dediti multos extremè auaros in quæſtu maximè pio & naturali reperias, quando quidem neceſsitatis naturalis orbitas excedunt. E diuerſo qui uel nummulariam exercent, uel ex opera etiam ſua lucrum captant, ſi nec fœnus nec ſtipendium immodicum exigant, neq; luxum uel theſauros, ſed neceſsitatem quotidianam ſuam ſuorumq; moderate ſpectent (ut quando Iſocrates rhetor ſtipem à diſcipulis accipit, neceſsitatem corporis animi liberalitate ſuperiorem eſſe non fictis teſtatus lacrymis) rebus quidem præter naturę inſtitutum utuntur, non tamen contra honeſtatis legem, neq; etiam contra naturam ipſam, cuius ut æmula, ſic miniſtra quoq; & medica ſępenumerò ars recta; ſatis eſſe ſolet. Nam ſi dominus ſeruo ſuo ſecundùm naturam uti poteſt atq; debet, quandocunque eundem alteri utendum concedet, uoluntatis potius quàm naturæ inſtituto, ut non ſecundùm naturam, neque tamen contra naturam facit. Idem heres & ipſe ex ſeruo fructum percipere, & fructus ex eodem percipiendi poteſtatem alteri facere ſuo iure poteſt. Porrò pecunia ſeruus quidam eſt inanimis, qui etſi neque opus facit, neq; operam ullam confert, neq; atteritur uel deperit, præſentia tamen ſua alteri occaſionem lucri præbet, quo ſi carere cogeretur, pecunia illa deſtituitur. Vt ergo non refert quoad photerum, equo quis generoſo uehatur, annon, modò eo rectè uehatur: neq; quantum equo decedat conſideratur, ſed opera, ipſa qui diurna perpenditur: ſimilis quoque ratio eſt pecuniæ, quæ danti & accipienti maximè oportunum ad lucrum faciẽdum organum præbet. Etſi uerò nihil ei decedit, & propterea iniuſtus eſſe reditus è pecunia uidetur: tamen hoc ipſum excellentiæ potius ipſius (non naturæ, ſed aduantitiæ, ex conſenſu hominum ortæ) acceptum referri debet, quàm ut [illegible] planè contra naturam uideri faciat. Vt enim pecuniæ uſus lege introductus per accidens tantùm contra naturam eſt, ſi cum fraude fiat: ita quoq, pecuniæ fructus bona fide inſtitutus, abſq; [illegible], etſi à naturæ conſilio alienus eſt, non tamen ab artis honeſtæ ingenio abhorrere uidetur. Qui ſeruos poſſet habere immortales, ipſe interim mortalis, fructum ac eorum, locatio nuper eripiens ſuis uſibus oportunum, minimè peccaret. Cur peccat igitur, qui nummo, ad eoſdem uſus, neceſsitatis ſuæ ſuſtẽtandæ, non luxus aut auaritiæ explendæ cauſa, utitur? At ſeruus agit, & operam præſtat conductori, pecunia nullam, inquies. Nullam ue uerò? An neſcis uſum rerum duplicem eſſe, Actiuum & Paſsiuum? Domus locata nihil agit, ſed patitur tantum, quando à domino permittente inhabitatur. Nauis conducta locat, nihil ipſa agit, conductoris operam mirè exercet. Et in uniuerſum ex inſtrumentis ea, quæ Arma dicuntur, actiuè: quæ Vaſa, paſsiuè tantum inſeruire uidentur. Rurſus obijcies: At & domus & nauis ipſo uſu atteritur, huiusq; damni cauſa fructus iure exigitur. Cęterùm non propter attritionem, ſed propter ipſum uſum, pretium penditur. Nam ſi ſolius damni præſtandi cauſa penderetur, nauis profectò dominus nullum unquam quæſtum inde faceret: tantum impendens, uel impenſurus, quãtum accepiſſet. Sin uerò præter ſumtus etiam lucri cauſa nauim locare poteſt, ita ut in uno eodemq; naulo & damni quod naute atterando patitur, & præterea lucri ad uitam degendam neceſſarij (quandoquidem ex hoc quæſtu locatori uiuendum eſt) ratio habeatur: cur non in pecunia quoque elocata, neglecto damno (quoniam atteri & corrumpi nequit. loquor autem de ijs reditib. qui certam immobilium rerum hypo-

 thecam

thecem habent)ſolius lucri,quod ea pecuniæ uſu redit ad alterum, ut in haberetur ut qui pecunia aliena inſtructus, quæſtũ ea facit duplicem uel triplicem,ea ſocietatis uiciſsim iure partem fructus ei,cuius beneficio pecuniæ commoditatem habuit,afferat, ſibi ſuam pro opera ſeruet. Vt enim indignum foret conductorem pro labore,quem in exercẽda pecunia aliena præſtat,nihil fructus referre:ita non minus indignum,cum pecuniâ aliena inſtructus conductor fructum percipiat ex opera ſua maximum, nihil interim fructus ad pecuniæ dominum redire. Quandoquidem in alijs etiam ſocietatibus,qui parẽ uel ſortem uel operam cõferunt,par quoque lucrum auferunt: qui imparem, imparem quoq; ſiue quo ad lucrum. Eſt qui operã tantùm,eſt qui pecuniã tantùm,eſt qui utrunq;: eſt qui dimidium,eſt qui tertiam uel quartam. Ergo etiam in ſocietate numularia,cùm alius operam,alius pecuniam conferat:fructum uterq; ferat uel parem uel imparem, pro ratione quæſtus, quẽ operam & pecuniam conſequi ſolet. Vt igitur optandum eſſet,ut nec aurei ſeculi hominum ſponte prognatis frugibus [illegible] [illegible] eſſet:ita ſi hoc non detur à natura,defectum naturæ per commutationem ſupplere, non erit abſurdum. Iam ſi neq; commutatio commodè fieri queat,propterea quòd res ad importandum uel exportandum ineptæ ſunt:pecuniariam [illegible] ſequi non erit per ſe malum,nimirum ut uel res uel opera cum pecunia commutetur:uel ſi neq; res neq; opera adſit,adſit uerò pecunia,pecuniæ ſors cum fructu honeſto commutetur.

[illegible] διττὴ ἡ χρῆσίς ἐστι.)Κτῆμα dicitur reſpectu eius qui poſsidet,poſsidet autem ut utatur. Vtitur uel per ſe,ad neceſsitatem,uel per accidens,præter naturã. Priore modo rurſus uel propriè, propter finem à natura uel arte primaria inſtitutum, ut calceo ad induendum,ſtrumento ad emendendum: uel impropriè,propter finem à natura uel arte ſecundariò tantùm conceſſum, & proinde non contra naturam: ut calceo uel frumento ad commutationem. Per accidens uerò,quando præter neceſsitatem re utitur uel ad primarium,uel ad ſecundarium uſum. Iam ſi Res per ſe & abſolutè conſideretur,ut eſt ſcilicet,non autem ut poſsidetur,ſic huius illius eſt uſus,ſiue ille ſit contra naturam, ſiue non ſit. Eapropter diſertè dicit, κτήματος, id eſt rei poſſeſſæ per ſe uſum eſſe duplicem. Rei enim ut eſt,non autem ut poſsidetur, uſus eſt ſimplex.

[illegible].)Vide lib 5. Ethicorum cap.8.

[illegible].) Ars ipſa non facit opus mechanicum,ut cõmutetur cum alio opere uel naturali uel artificiali: ſed facit opus propter ipſummet opus,ut eo homines utantur. Artifex autem facit opus per ſe quidem propter operis uſum naturum per accidens uero propter commutationem uel donationem.

[illegible].) Itaq; in 5 Ethicorum paulo antè citato ſocietatis humanæ conciliatricem eſſe ait χρείαν, Neceſsitatẽ, eiuſdemq; & iudicem & uindicem eſſe Pecuniam. Commutatio igitur prima ex eo quod ſecundum naturam eſt,ortum ducit,nimirum ex indigentia naturali:quæ non per ſe,ſed per accidens tantùm naturalis eſt,hoc eſt,non eſt à natura ſocietatis humanæ aliena,ſed illi accidit:uerùm quia mala,idcirco arte emendanda. Pari ratione Morbum dicimus contra naturam eſſe hominis,quo ad effectum,quoniã corrumpit:at quo ad ortũ ſiue cauſam,non eſſe præter naturam corporis humani morbo obnoxij,ipſa docet experientia.

ἡ καπηλική.)Intelligit eam μεταβλητικήν,quæ non res quib.abundat,pro rebus quibus indiget: ſed pro pecunia, non utendi,ſed poſsidendi cauſa commutat. Cuius ſpecies præcipuæ,quoniam uel rem,uel operam,uel pecuniam cum pecunia commutat.Illa ἐμπορία,hæc [illegible] & [illegible],media [illegible] infrà cap. XI. notantur. Ἐμπορία rurſus cùm pro mercium uarietate multiplex ſit, tum ea abiectiſsima & ſordidiſsima, quæ hoſpitalitatem,homini liberali & ingenuo maximè cõuenientem,proſtituit,cauponaria ſcilicet,[illegible],à præſepi, & à [illegible], à uino dicta,cùm & iumentis & hominibus alimenta mercede præſtet,& in minuto quæſtu erga peregrinos magnas improbe agendi occaſiones habeat: tanto etiam magis infamis,quod ueteres hoſpitalitatem erga peregrinos exercebant gratuitam , neq; pandocheorum erat uſus: quod ex ſacris & Leuitæ, & Abrahami & Lothi exemplo patet. Poſt uerò improbitate peregrinorum, aut etiam frequentia,ex liberali facta eſt ſordida hoſpitalitas: ipſiq; hoſpites uel aduenarum conuerſatione uel cupiditate habendi fraudolenti facti ſunt & perfidi,ut multi [illegible],quòd uinum adulteret, dictum uelint. Ex hac igitur tam infami & ſordida mercaturæ ſpecie totum genus commutatoriæ quæſtuſæ nomen ſuum traxit.

βαρβαρικῶν ἐθνῶν.) Commutatio rerum prima fuit,antequam nummus inuentus eſſet. Reperto nummo,commutationi ſucceſsit emptio & uenditio. Ergo quotquot gentes cultiores ſunt, numi uſum propter ſui commoditatem ſtatim ſunt amplexæ,& inter eas etiam Græci,qui temporibus belli Troiani commutatione etiamnum utebantur,teſte Homero Iliad 7. At gentes minus cultæ,Barbarorum nimirum populi aliquot, numi uel rationem uel commoditatem ignorantes,commutatione adhuc utuntur: ut etiamnum hodie Tartari,& Peruuiani quidam.

ἡ τοῦ νομίσματος.)Vide Platonem 5 de Legib.

[illegible].)Vide Scholia cap 8.lib.5. Ethicor. An idcirco fortaſsis [illegible] nomen obtinuêre,non tã quòd [illegible] eueniret, quàm quòd ad [illegible] maximè opportuna eſſent (quia diu durat,quia rara ſunt,quia ad uitæ uaria organa materiam ſuppeditant ualde opportunam. Primum ergo metallo non ſignato utebantur, illudq; appendebant ſtateræ priſci illi, etſi uel ſoluendo numo, [illegible] ſontem metuens Lycurgus, Spartanos ſuos ferro tantùm infecto uti uoluit) Subinde ſignum ſiue notam impreſſerunt,ruditati & imperitiæ & incommoditati ſimul medentes. Quæ nota ſicubi ſuſpecta eſt,ad priſtinum tamen appenſionis examinari conſueuit. Saturnus primus Latio æs notis ſignatum intulit. Seruius rex Romæ æs pecore inſigniuit, unde nomen Pecuniæ, Phidon Aeginetis argento notam impreſsit,an bouis fortaſſe. unde illud, [illegible].Sed multo antiquior uſus pecuniæ ex ſacris colligitur. Ioſephus XXX argenteis uenditur Iſmaelitis, & Abrahamus CCCC ſiclis redimit locum ſepulturæ ab Hebronitis.

[illegible].)Commutatio pecuniaria ſimplex primùm fuit, ſiue rem uitæ uſibus neceſſariam, ſiue numum rerum neceſſariarum ſponſorem pecunia compararet: utrobiq; neceſsitati tantum naturæ mederi,non autem luxui uel auaritiæ obſtetricari uolens. Et hactenus Numularia & Mercatura etſi non naturalis,ſed merè artificialis exiſtit,non tamen contra naturam erit & honeſtatem. Deinceps uerò improba cupiditate habendi & prodigendi ex ſimplici facta eſt admodum uaria, iniqua & doloſa.

[illegible].)Sic etiam paulo antè n.5.[illegible].

[illegible].)Regem Phrygiæ, auriculis aſininis celebrem,ſed uoto omnia quæ tangeret in aurum conuertendi celebriorem. Quo potitus,alio uoto,uti prius illo liberaretur,opus habuit. Nota eſt ex Ouidio fabula.

[illegible].)χρηματιστικὴ propriè dicta,cuius finis,numi eſt accumulatio,duum eſt generum. Altera Numularia,quæ numo ipſo tantùm,tanquam [illegible],hoc eſt,organo & inſtrumento , numi acquirendi utitur. Altera Operaria,quæ opera qualiſcũq; uel animi uel corporis,arte conſtante,uel artis experte,quæſtum facit pecuniarium. Huc auari medici,rhetores,theologi,iureconſulti,cerdones,meretrices,ueſpillones. Vtraq; numum habet [illegible]: ſed prior illa eodem tãquam [illegible] utitur,poſterior non item,cùm loco numi utatur opera.

[illegible].)Sepulueda legit,[illegible], & ſic cõſtruit:[illegible].Sed [illegible] retinet Victorius,ut ſit ſenſus. Vtus .n. eiuſdẽ rei (pecuniæ ſcilicet) cum ſit duplex,moderatus & immoderatus: uterq; autẽ ad [illegible] pertineat(ſed alter ad naturalẽ,alter ad præternaturalẽ)occaſionem dat huic permutationi,ut ſcilicet ꝑ naturali quæſtuaria pleriq; præter naturalem amplectantur. Senſus idem:ſed tamen Sepuluedæ lectio planior eſt & facilior.

[illegible].)Hic Oeconomicam negat eſſe [illegible] (ſubintellige totam ſumtã pro [illegible].) At ſuprà n.46 etiam [illegible] ſpeciem fecit: omnium diuerſo ſignificatu,communiore,& minus communi, hæ difficultates ſunt explicandæ.

[illegible].)Ex ratione prædicta patet,Opulentiæ terminum neceſſariò dari.quænam illa? Quòd eorum quæ ad finem tendunt,terminum dari dixerit,tanquam inſtrumentorum: finis uerò terminum eſſe negarit, tanquam boni in infinitũ extendendi. Atqui opulentia ex eorum genere eſt,quæ inſtrumenta & præſidia uitæ exiſtunt Ergo terminus opulentiæ neceſſariò dabitur.

[illegible].)Δυνάμεις uocat in uniuerſum omnes facultates humanas,ſiue corporis ſint tantùm, ut operæ geſtandi,ducendi,uehendi,currendi,purgandi,fodiendi:ſiue animi,tum mechanicæ,eæq; uel liberales,medendi,ſcribendi, pingendi uel illiberales,cerdonum,fullonum,& ſimiles: tum practicæ, militum, lictorum, & quorumuis aliorum officiorum: tum theoreticæ quælibet.

[illegible].)Per parentheſin hæc lego.Ratio ex Tabulis petatur.

ARTI-

ARTIFICIALEM *χρηματιστικὴν nunc aggreditur, arte & induſtria humana potius quàm natura introductam. Nam cùm natura alijs abundet, alijs careat: ex hac abundantia & indigentia commenti ſunt homines cōmutationem rerū, abundantia exportando, defectum importando. Quam quidē χρηματιστικὴν ſiue κτητικὴν μεταβλητικὴν in genere appellat, eāq; praecedenti illi, quā κτητικὴν ὀργανικὴν appellauit, opponit, ut ὀργανικὴν μὲν κατὰ φύσιν, & τέχνῃ potius quàm φύσει conſtantē. Quia tū ipſa turſus ſi nō ex inſtituto, ſaltē ex uoto naturæ quis uti poteſt, ad naturæ ſ. defectum ſupplendos: poteſt etiā abuti, ad cupiditatē habēdi explendā. Si rectè ea utatur, erit quidē artificialis tātū, nō naturalis, neq; tñ contra naturā. Si nō rectè, et nō naturalis erit (quia artificialis) & cōtra naturā ſimul. Vtriuſque prior illa, quæ Naturalis eſt ex inſtituto naturæ, improbitate tñ hominū in Nō naturalē cōuerti pōt, ſi quis eā nō naturæ neceſſitati, ſed cupiditati ſuæ inexplebili in acolendis cōquirendis cōſulat. Μεταβλητικὴν igitur*

- **Proponit primū quoad**
  - **Nomen.** *Hæc præ ſuperiora illa, maximè χρηματιστικῆς nomen meretur, eo quòd rei familiari augendæ maiorem quàm illa operam dat. N. 1. Ex quo loco intelligi poteſt (uti quoque ex ſeq.) χρηματιστικὴν ſumi tam in*
    - **Genere,** *eandem eſſe cum κτητικῇ, quatenus χρήματα eadem ſunt et κτήματα, ſolo reſpectu χρήσεως & κτήσεως differūt.*
    - **Specie,** *κτητικὴν ſignificare Non naturalem, & uel*
      - **Communiter,** *uti hoc loco, totam μεταβλητικὴν: quoniam uti Naturalis uictū tantùm & amictum curat, ita hæc circa χρήματα & κτήματα quæ nunc acquirenda occupatur.*
      - **Propriè** *μεταβλητικῆς ſpeciem maximè lucroſam, καπηλικὴν, ut infra n. 35. & huius rurſus ſpeciem maximè infamem ὀβολοστατικὴν, ut cap. ſeq. n. 25.*
  - **Rem.** *Huius merito diuitiæ infinitæ uidentur, quoniam illarum in infinitum accumulandarum deſiderio atq; ſtudio ducitur. N. 2. Proinde uti ſuperioris illius diuitiæ naturales & ex qui[illegible] cōſcriptæ erant: ita huius diuitiæ præter naturā cupiditati inexplebili campum aperiunt [illegible].*
- **Proponit primum**
  - **Respectu prioris illius, quā Naturalē uocauimus. Etenim**
    - **Alij,** *affinitate naturæ decepti, unam & eandem utriuſq; facultatem eſſe arbitrantur: & per cōſequens, cùm priorem illam œconomicam ſtatuerimus, hanc quoq; ad œconomum pertinere cenſent. N. 3.*
    - **Nos** *uerò affines quidem, neque multum diſtantes, differentes tamen eſſe pronunciamus. N. 4.*
- **Explicat. Enarrationem μεταβλητικῆς**
  - **Per ſe,** *quæ nanſ ſpecies illius ad Naturalē prædictā propius accedat. Eſt enim duplex, altera quoniam nititur, quādo ars naturalis indigētiæ famula eſt: altera μὴ φύσει, quando ars non indigētiæ, ſed cupiditati humanæ indigentiæ famulatur atque medetur. N. 5. Cōmutatio enim rerum ad unā conferentium, ortum ſumſit alia ex indigentia*
    - **Naturali** *(quā idcirco ἀναγκαίαν uocat) ut cùm alijs alia adeſſent, alia deeſſent, cōmutatione abundantium cum deficientibus mutuæ utrinq; neceſſitati ſuccurreretur. Eſtq; adeò hæc ipſa naturalis indigētiæ uelut medica, & naturalis quæſtuariæ uicaria. χρηματιστικὴ μεταβλητικὴ nomine generis appelletur, ſicuti Nu. 15. colligit. Quam ipſam à natura non abhorrere, etſi nō ſit penitùs ſecūdùm naturam, tali oſtēdit principio. N. 6.*
      - **Atqui illud eſſe**
        - *Si cuiuſcunq; rei poſſeſſæ duplex eſt uſus, χρηματιστικὴ quoq; duplex erit, ut quæ naturam ſat ſubuecti, τῶν χρημάτων [illegible] imititur. χρήματα autem ἀπὸ τῆς χρήσεως nomen habent, quòd non ut poſſideantur, ſed ut ad uſum reuocentur, & ab arte et à natura ſint data.*
        - **Affirmat.** *N. 7. Vſus rei cuiuſq; quæ a poſſidetur, duo ſunt (uti ait Res eſt, ſic uſus illius unicus tantū exiſtit) et partim*
          - **Conueniunt,** *quoniam rei per ſe competunt, non per accidens. N. 8.*
          - **Differūt,** *quoniā nō eodē modo per ſe competunt. Nu. 9. Namq; uſus alius eſt rei*
            - **Proprius,** *ipſi mnaturæ inſtincta. N. 10.*
            - **Improprius,** *non quidem naturæ inſtinctu, ſed artis commento, neq; tamen contra naturam rei. N. 11.*
        - **Confirmat exemplis**
          - **Calcei.** *Etenim calcei uſus*
            - **Per ſe ſunt duo,** *nempe Calceatio & Commutatio. N. 12.*
            - **Propriè eſt** *Calceatio: impropriè eſt Commutatio, cùm loco pecuniæ eo ſutor utatur alimenti indigus, calceum dans pro pane, quia calceus natura ſua non eſt factus ad commutandum, ſed ad calceandum. N. 13.*
          - **Quarumuis** *aliarum rerum. N. 14.*
      - **Ergo** *χρηματιστικὴ quoque duplex erit, utraq; rei conueniens per ſe, ut eſt, & homini inſeruit, ſed alio modo*
        - **Propriè,** *& ſecundū naturā, quādo rē cōparat, puta carnem frumentum, uinum, gladiū, modium, propter eum uſum, quem uel natura uel ars primariò cōcernit: illa propter alimentum, hæc propter ſecandū uel menſurādū.*
        - **Impropriè,** *non quidem ſecundùm naturam, neq; tamē cōtra naturā: ut quā carnē, frumentū, uinum comparat, ut per cōmutationem pro carne lanam, pro uino ligna, pro frumento calceum, quibus indiget, accipiat.*
    - **Nō naturali,** *ſed uoluntaria ſiue arbitraria, μὴ ἀναγκαίᾳ, cùm ijs rebus ſe carere nollent, quibus tamen facilè ſecundū naturā carere poterāt. Hæc καπηλικὴ propriè dicitur, eāq; præter naturā penitus eſſe ſic oſtendit*
      - *μεταβλητικὴ naturalis tantùm, quantum opus eſt, cōmutando acquirere ſatagit. N. 17. Imitatur enim hac in parte χρηματιστικὴν naturalē propriè dictā, de qua ſuperiore cap.*
      - **At** *καπηλικὴ plus quàm ſit opus per cōmutationem acquirere ſtudet.*
      - **Ergo** *καπηλικὴ non eſt μεταβλητικὴ naturalis. N. 16.*
- **Perſequitur.** Vide A a.

A a.
Μεταβλητικῆς ſpecierum enar rationem perſequitur, ut eidem ſeq. cap. quæſtionis uniuerſalis explicationem adnectat. Quænam inter haſce ſpecies œconomiæ conueniat. Μεταβλητικὴ ergo ea eſt, quæ res acquirit ad uſum uitæ neceſſarias, uel natura uel arte conſtantes, non capiendo, ſed commutando. Quoniam igitur commutatio non à natura, ſed ab arte humana excogitata eſt & introducta: propterea uti prior illa Naturalis, ita hæc Artificialis dici meretur. Quæ tamen ipſo rurſum uel cum natura rerum

Non pugnat, *quin potius miniſtra & uicaria & ueluti medica eſt naturalis abundantiæ & indigentiæ: quãdoquidem abundãtias exportando, & deficiẽtias importando, per mutuæ cõmutationis cõmercium, naturæ inſtitutũ promouet, ampliat & illuſtrat. Vti enim medicus luxata mẽbra reponens, uel pharmaco bilẽ expurgãs, opus quidẽ facit nõ naturale, ſed artificiale, naturæ tamen amicũ: ita quoq; cõmutans res quibus abundat, cum iis quibus eget, naturæ defectus arte ſua mederi uidetur, nõ quidem ſecundùm naturã, neq; tamen præter naturã. Μεταβλητικὴ Rerũ inter ſe dicitur. Cuius quidẽ explicat*

- **Materiam**, *inter quos ſ. locũ habeat: nimirum non inter eos qui eandẽ domũ, ſed qui eundem pagum uel urbẽ inhabitant. Vt uel hinc colligi queat, minus œconomicam eſſe, quàm prior illa: cũ domus ſine commutatione eſſe queat, at ſine uictu eſſe nequeat. Syllogiſmus talis eſt:*
  - Quæ ſocietas pluribus rebus indiget, & pluribus uiciſſim abũdat, in illa commutationi locus eſt.
  - *At ſocietas pagana, maximè uerò politica, talis eſt, minimè omnium domeſtica. Declarat. Nam qui ui uunt*
    - **Coniunctim**, *in eadem domo* (ὁμοσίπυοι & ὁμόκαπνοι, *uti ſup. c. 2. docuerat) quoniã numero pauci, omnium rerum ex æquo fiunt participes, paucis abundantes, paucorum indigentes. Num. 20.*
    - **Separatim**, *in pagos aut urbes diducti, quoniã numero plures, maiori copia rerum opus habent: quam ſi natura loci non ſubminiſtret (uti præced. cap. n. 33. Nomades propter paſcua locũ mutare ſcribit) uel aliunde petenda erit per Capturã: uel ſi id non liceat, per Commutationem & Mercaturam. N. 21. Exemplo declarat Barbaricarum gentium, neceſſitatis quotidianæ cauſa rerum commutationes exercentium. N. 22.*
  - Ergo locus cõmutationi in ſocietate
    - **Domeſtica** *non datur.* N. 1[illegible].
    - **Politica** *datur.* N. 19.
- **Formam.** *Etſi politico ſit potius quàm œconomica, neq; ex inſtituto naturæ, uti prior illa, nõ tamen eſt contra naturam: & proinde etſi* χρηματιστικὴ *communiter appelletur, non tamen ſpecies erit* χρηματιστικῆς *propriè ſumtæ,* καπηλικὴ *ſcilicet, quam contra naturam penitus eſſe infrà patebit. N. 23. Sic deducit:*
  - **Quod** *ad naturæ indigentiam ſupplendam confert, non eſt contra naturam.*
  - At *cõmutatio rerum prædicta ad ſupplendam naturæ indigentiã ab arte excogitata eſt. N. 24.*
  - Ergo *commutatio rerum non eſt contra naturam.*

Pugnat, *lege tantùm & inſtituto hominum introducta, uti Numus, res uiliſſima, & qua quis per ſe non eget, meliori & excellentiori per commutationem æquiualeat. Μεταβλητικὴ Rerum & Pecuniæ inter ſe. quæ propriè & eximiè* χρηματιστικὴ *dicitur: quum* χρήματα *Græci pecuniã* κατ' ἐξοχὴν *uocent, qua ultrò citroq; data uel accepta, cõmutatio iſta nititur. Et uerò ſpeciali etiam nomine* καπηλικὴ *uocatur, à ſordidiſſima mercaturæ ſpecie, cauponaria ſcilicet, ad totum genus tranſlata appellatione. Diſputat ergo de buius*

- **Ortu**, *& ex indigentia rerũ commutandarum ſuo introductam oſtendit. Nu. 25. Tali ratione:*
  - **Si** *Numus ex indigentia rerum commutandarum ortum ſuum ſumſit,* χρηματιστικὴ *quoq; pecuniaria,* καπηλικὴ *dicta, ex rerum* μεταβλητικῇ *præcipua ortum ſuum habuerit.*
  - *Sed illud eſſe probat tali Reſolutione:*
    - **Ars** *naturalis indigentiæ etiam peregrinorum ſubuenire uolens, commutationem rerum inuenit.*
    - **Commutatio** *cõmoditatem exportandi & importandi requirebat.*
    - **Commoditas** *cùm rebus per ſe natura non adeſſet, arte ſupplenda fuit. N. 27.*
    - **Ars** *uoluntate & conſenſu hominum rem cõmutationi idoneam, quam ultrò citroq; dare & accipere uellent, commenta eſt. N. 28.*
    - **Res** *iſta cõmutationi idonea, ex eorũ genere, quæ* χρήσιμα *ſunt, h. e. multis uſibus inſeruire poſſunt (hoc ipſo enim dignitas & exiſtimatio illius augetur) facilis importatu & exportatu (aliòqui rerũ cõmutandarũ, ad importandum & exportandum minus cõmodarum, uicaria eſſe non potuiſſet) metallũ eſt, ferrũ, plumbũ, æs, argentũ, aurũ. N. 29.*
    - **Metallum** *primùm rude magnitudine & pondere ſuo æſtimabatur.* N. 30. *Nam quo quidq; in minori quantitate plus haberet ponderis, eò precioſius eſſe putabatur. Hinc plumbo, & auro, & argento ſua accreuit dignitas.*
    - **Aeſtimatio** *porrò magnitudinis & ponderis, ad laborem aſſiduæ appenſionis euitandum, charactere ſiue ſigno impreſſo exprimebatur. N. 31.*
    - At *ſignũ impreſſum Numum ſeu pecuniam propriè dictam produxit.*
    - Ergo *ab arte naturali peregrinorum indigentiæ ſubuenire uolente Numus ſuum habuit ortum. N. 26.*
  - Ergo *& hoc erit. N. 31. Corollario illuſtrat.* Χρηματιστικῆς *proinde altera ſpecies eximia, propro nomine* καπηλικὴ *dicta,*
    - **Rudis** *primùm fuit & ſimplex, ſimplici rerum commutandarum commoditati inſeruiens, commutationis uicaria, & ueluti proxeneta. N. 22.*
    - **Exactior** *ſenſim, progreſſu temporis, propter hominum auaritiam atq; uafritiem effecta eſt, et cõmutationis rerũ uicariatu non contenta, principatũ ipſa cœpit affectare, & numum non propter res, ſed propter ipſummet cõquirere cœpit, uarioſq; accumulãdi modos excogitare. N. 34.*
- **Eſſentia.** *Vide in ſequentibus ſignum B b.*

Bb. *De χρηματιστικῆς natura & eſſentia agit ex ſententia*

- **Aliorum.** *Hanc enim χρηματιστικῆς ſpeciem κατ' ἐξοχὴν dictam, matrem opulentiæ & diuitiarum alij eſſe*
  - **Affirmãt.** *Opinionis huiuſce ui*
    - *hi. Aſſerunt enim χρηματιστικῆς huius*
      - **Materiam** *ſubiectam eſſe Numum per ſe: res uerò alias per accidens, nimirum ut ex illarũ uenditione pecunia acquiratur.* N. 35.
      - **Formam** *in pecuniarum accumulatione poſitam eſſe.* N. 36.
    - *alij, quo ad*
      - **Formam:**
        - Πλοῦτος eſt πλῆθος χρημάτων. *Argumentum à notatione ſumtum uidetur: etſi alij πλοῦτον ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quòd nauigationibus mercatorum potiſſimum augeatur, deductum uolunt.*
        - **At** χρηματιστικὴ *illa facit* πλοῦτον. N. 37.
        - **Ergo** χρηματιστικὴ *ſectatur* πλῆθος χρημάτων.
      - **Materiã,** *demonſtratione reciproca:*
        - Πλοῦτος eſt πλῆθος χρημάτων, *Pecunia multa.* N. 38. *Probat*
          - Πλῆθος χρημάτων χρηματιστικῇ *ſubijcitur.* Num. 39.
          - **At** πλοῦτος χρηματιστικῇ *ſubijcitur.*
          - **Ergo** πλοῦτος eſt πλῆθος χρημάτων.
        - **At** χρηματιστικὴ *uerſatur circa* πλοῦτον.
        - **Ergo** χρηματιστικὴ *uerſatur circa pecuniam multam.*
  - **Negant,** *tali argumẽto:*
    - **Si** πλῆθος χρημάτων *non eſt* πλοῦτος, *neq;* χρηματιστικὴ *propriè dicta in augenda pecunia occupabitur.*
    - **At** πλῆθος χρημάτων *non eſt* πλοῦτος. N. 40. *Duobus argumentis: altero ſumto à ueræ opulentiæ*
      - **Materia:**
        - **Id** *quod per ſe ad uitam non eſt neceſſarium, uel ſaltem minus quàm cibus neceſſarium, id ſua copia ueram & naturalem opulentiam conſtituere non eſt dicendum.*
        - **At** *Numus per ſe non eſt tantæ neceſſitatis, neque tanti precij. Oſtendit ex adiuncto: Nam mutata hominum uoluntate amittit æſtimationem ſuam.* Num. 41.
        - **Ergo** *Numus ſua copia ueram & naturalem opulentiam conſtituere non eſt dicendus.*
      - **Forma:** *quã quidem* χρήματα *à* χρήσει *nomẽ habent.*
        - **Quod** *hominem ſuſtentare nequit, ſed fame interdum perire ſinit, ueram & naturalem opulentiam non conſtituit.* N. 43.
        - **At** *pecuniæ multitudo, per ſe hominem ſuſtentare nequit, ſæpe etiam fame perire ſinit.* N. 4[2]. *Exemplo ſit Midas rex Phrygiæ.* N. 44.
        - **Ergo** *pecuniæ multitudo, ueram & naturalem opulentiam minimè conſtituit.*
    - **Ergo** *neq;* χρηματιστικὴ *propriè dicta in augenda pecunia occupari dicenda eſt, ſed in alia quadam opulentia quàm in pecuniaria.*
- **Sua.** *Poſteriores: illi, qui opulentiam ueram à pecuniaria diuerſam eſſe aiunt, & propterea* χρηματιστικὴν οἰκονομικῇ *conuenientem inquirunt à* καπηλικῇ *diuerſam, non male ſentiunt. Neq; tamen etiam alij penitus malè. Sed illi id quod fieri oportebat, hi id quod fieri uident, conſiderant.* N. 45. *Vide ſeq. ſignum Cc.*

Cc. Ex diſtinctione Diuitiarum, χρηματιστικῆς circa diuitias occupatæ deducens duo eius genera. Opulentiæ igitur materiam & efficientem χρηματιστικὴν duplicem

- **Propoſitionem**
  - **Non** contra naturam, ueras & natiuas diuitias, ad hominis uitam ſuſtentandam per uictum & amictum conferentes, commutatione rerum, quibus abundat, cum iis quibus caret, comparantem, adeoq; naturæ defectum arte cõpenſantem. N. 46. κατὰ φύσιν eſſe pronunciat (paulo antè n. 5. etiam φύσει eſſe dixerat) non quòd à natura proueniat, ſed quia naturæ uicaria ſit. Et proinde ſi cum priore illa cap. præced. propoſita conferatur, illa φύσει, hæc no φύσει dici meretur: ſi cum poſteriore, μεταβλητικὴ illa κατὰ φύσιν, καπηλικὴ uerò παρὰ φύσιν uocari iure poterit. Eãdem quinetiam ab œconomo non eſſe alienam aſſerit, cognitione ſua, non autem exercitatione. N. 47. Quod ipſum infra c. 10. oſtendet. Cauſa huius eſt, quoniam ad œconomicæ finem, qui beatitudo eſt, conferts quandoquidem inter uirtutis χορηγίαν etiam diuitiæ commemorantur.
  - **Præter** naturalem, & mercatore potius ſiue fœneratore ſeu caupone, quàm œconomo dignam, quæ καπηλικὴ iccircò dicitur, & nomine generis uſurpato etiam χρηματιστική, ſeq. cap. etiam ὀβολοστατική, quatenus pecunia quæſtum facit pecuniarium. N. 48. Hæc œconomo penitus indigna eſt, non exercitatione tantùm, ſed etiam cognitione, cùm uirtutis exercitium (in quo beatitudinis œconomicæ præcipuum momentum conſiſtit) neq; ſpectet, neq; promoueat, ſed impediat potius.
- **Declarationem**
  - **Abſolutè & ſingillatim. Opulentiæ etenim**
    - **Nõ** ueræ, ſed illiberalis & ſordidæ & infinitæ mater eſt καπηλικὴ & ipſa ſordida, & ſolo quæſtu nobilis. καπηλικὴ enim quo ad
      - **Materiam**, uerſatur circa rem non natura ſua, ſed inſtituto cãtùm hominum talem, circa Numum uidelicet. N. 49. Quod tali ſyllogiſmo deducit:
        - **Numus** res eſt per ſe incerta, inſtabilis, mutabilis, ignobilis.
        - **At** καπηλικὴ uerſatur circa numum, & tãquam ſubiectum ſeu inſtrumentum (στοιχεῖον) & tanquam ſcopum ſeu effectum (πέρας) N. 50. Numo enim numum fœneratur.
        - **Ergo** καπηλικὴ uerſatur circa rem incertam, inſtabilem, mutabilem, ignobilem.
      - **Formam**, nullum planè terminũ ſuæ acquiſitionis nouit, ſed in infinitum cupit augere diuitias. Nu. 51. Quod ipſum ſimilitudine deducit:
        - **Quemadmodum** Medicus ſua opera in infinitum producere & exercere cupit N. 52. Protaſis talis ſyllogiſmo confirmatur:
          - **Omnis** ars opera ſua in infinitum producere cupit. Etenim
            - **Finis** artium excurrit in infinitum. Nu. 53. Ratio:
              - **Quòd** maximè cupiunt & aſſequi uolunt, eius conſequendi ſtudium eſt infinitum
              - **Atqui** finem maximè cupiunt atq; uolunt aſſequi, tanquam optimum in ſuo quoq; genere. N. 54.
              - **Ergo** finis conſequẽdi ſtudium eſt infinitũ tã reſpectu
                - **Qualitatis** & perfectionis. Sic ars qualibet opera, quæ facit, excellẽtiſſima cupit facere.
                - **Quantitatis** atq; numeri. Sic ars qualibet opera optima in infinitum multiplicare uellet.
            - **Ea** quæ ad finem pertinẽt (uerbi gratia Materia & Inſtrumẽta) artib. ſingulis finita ſunt. N. 55. Ratio: Ipſo enim fine circũſcribuntur atq; terminãtur. N. 56.
          - **At** Medicina eſt ars.
          - **Ergo Medicina** opera ſua in infinitum producere cupit tum ſecundùm
            - **Qualitatẽ**. Sanitatẽ ergo firmiſſimã & perpetuã, immortalitatemq; ipſam, ſi fieri poſſet, homini tribuere uolet.
            - **Quantitatem**. Infinitos igitur mortales ſanitati reſtituere, & in ſanitate conſeruare cupiet.
        - **Ita quoq;** χρηματιστικὴ καπηλικὴ opera ſua, diuitias nimirum, in infinitum augere ſtudet. Deductio talis eſt:
          - **Finis** χρηματιστικῆς eſt infinitus. N. 57.
          - **At** opulentia pecuniaria finis eſt χρηματιστικῆς καπηλικῆς. N.
          - **Ergo** opulentia pecuniaria eſt infinita.
    - **Veræ**, liberalis & finitæ, mater eſt οἰκονομικὴ ingenua, & patrefamiliàs digna. Deducitur:
      - **Si** œconomicæ finis non eſt opulentia poſſidendi, ſed commoditas & neceſſitas utendi, fruendi: certè χρηματιστικὴ œconomica non erit infinita.
      - **Sed** illud eſt. N. 60.
      - **Ergo** & hoc erit. N. 59.
  - **Comparatè**. Vide in ſequentibus ſignum D d.
- **Colligit: aliam**
  - μὴ ἀναγκαίαν, infinitam, ex luxu uel auaritia hominum natam. N. 85.
  - ἀναγκαίαν, ex neceſſitatis naturalis defectu ortam. N. 86. Quæ quidem differt à
    - **Naturali** œconomica, circa uictum & amictum immediatè uerſante (de qua cap. præced. egimus) cùm ipſa mediatè tantùm per commutationem rerum circa ea uerſetur. N. 87.
    - **Pecuniaria** infinita, non circa uictum, ſed circa numos tantùm occupata N. 88.

D d. Cum

D d. Cùm duplicem opulentiam, & duplicem coquærendarum opum rationem eſſe docuerit: nunc eas inter ſe comparat: et tum quid fieri debeat, tū quid fiat, exponit. Rationem namque acquirendi

Priorem, quæ cum natura non pugnat, œconomo conuenire, eaq; contentos eſſe debere homines pronunciat, ut certæ & finitæ diuitiæ per χρηματιστικὴν cōparentur, quæ ad uictum & amictū neceſſarium ſolū eſſe queant. N. 61. Nam cùm opulentia non ſit finis, ſed ad finem tendat, ad Neceſſitatem ſcilicet, tanquam inſtrumentum: nullum autē inſtrumentum infinitum ſit, ſed finitum: eandem profectò finitā oportebit eſſe ſecundū uerā & naturalem χρηματιστικήν.

Posteriorē, quæ cum natura pugnat, luxu hominum introductā, eorundemq; inexplebili cupiditate adauctā & amplificatā, priori illi lōgè anteponi, adeoq; omnes mortales uno ſenſu ad pecunias immodicè accumulandas ferri, quotidiana conſtare experientia aſſerit. Nu. 62. Etenim quotquot rei familiaris curā habent, aut habere nolunt, alij quidem diuitijs & pecuniarum multitudini ſtudent

- **Reipſa**, illique operam dāt abſque modo et fine. Oſtēdit uerò dicens, cur ſcilicet œconomi, dum diuitias naturales & finitas capiant, in nummorum immodicam & infinitam incidāt. Cauſa eſt, quoniam ſpecies ſunt ſub eodē genere contentæ, affines inter ſe. N. 64. Deductio talis eſt:
  - Pecunias enim accumulātibus Creſcit amor nummi, quantū ipſa pecunia creſcit. N. 65.
  - **Quorum** habituum actiones in genere conueniunt, in ſpecie differunt, facilè inter ſe commutātur, & alter in alteram degenerat.
  - At χρηματιστικῆς prioris & poſterioris actiones ita ſe habent. N. 65. Etenim
    - **Conueniunt** genere, quoniam commutatione diuitias acquirere ſatagunt, comparant (utrobis) opulentiæ cauſa (τῆς αὐτῆς χρήσεως) Numero 66.
    - **Specie** differunt, quòd prior opulentiā non per ſe, ſed propter uſum aliquem, propter neceſſitatē ſcilicet, affectat: poſterior uerò non uſus, ſed poſſeſſionis ergò, ut augeat tantùm, non ut ad neceſſitatem utatur. N. 67.
  - **Ergo** χρηματιστικὴ prior in poſteriorem facilè tranſire & degenerare poteſt: ita quidem ut non deſint, qui hoc œconomi officium eſſe putent, diuitias quàm poſſit maximas accumulare. Numero 68.
- **Opinione**, cumq; in hac œconomiæ partem præcipuam ſitam eſſe arbitrētur, alij quoq; auctores ſunt, ut pecunias immodicè cumulēt, vel
  - Putant œconomi officium eſſe, uel quas non habeat acquirere, uel quas iam habeat, augere & conſeruare in infinitum oportere. N. 69.
  - dicens, cauſam tā peruerſæ opinionis affert. N. 70. Hominum igitur mentes, ut in accumulandis opibus tantoperè deſudent, peruertit tum cupiditas & amor immodicus
    - **Vitæ**, cùm uiuere potius quàm bene uiuere deſiderent. Sic ferè auari homines opes accumulant, neq; ijs tamen frui audent, ſemper ne quid deficiat metuentes: adeoq; ſenes quo minus uitæ ſupereſt, tanto plus quærunt uiatici. Ratio talis:
      - **Quæcunque** ad uitæ ſuſtentationem faciunt, homines immodicè appetunt. Demonſtrat:
        - **Qui** uitæ deſideria immodicè tenentur, etiam ea quæ ad uitam faciunt, ſupra modum appetunt. N. 72.
        - **At** pleriq; homines uitæ deſiderio tenentur immodicè. Imò uerò omnes homines perpetuò uiuere deſiderāt, & immortalitatē conſequi, etſi ignorent quænam uera ſit uita, & quō comparetur. ut etiam beatitudinis & gloriæ deſideriū omnibus à natura eſt inſitum. Num. 71.
        - **Ergo** etiam ea quæ ad uitā faciūt, immodicè appetunt, etſi ignorēt quænam ſint.
      - **At** νόμισμα & pecunia ad uitæ ſuſtentationem facere uidetur, non quidem immediatè, ſed mediatè, cùm ſit ueluti conciliator in præſens rerum neceſſariarum, & ſponſor etiam in futurum. ut lib. 5. Ethic. cap. 8. docuit.
      - **Ergo** νόμισμα pleriq; homines immodicè appetunt & infinitè.
    - **Voluptatis.** Vide in ſequentibus ſignum E e.

E e. Volu-

Be. **Voluptatis** *cauſa etiam auari redduntur homines, quoniã non tantùm uiuere, ſed & bene uiuere cupiunt: at bene uiuere in ſola uoluptate conſiſtere putant: uoluptatis autem conciliatrices & ueluti proxenetas eſſe uident diuitias. Sic certè homines* ἀσώτοι, *luxu & luxuriæ cauſa prodigi, conſumtis tandem facultatibus, in auaritiam, tanquam prodigalitatis et intemperantiæ ſuæ nutricem futuram, delabuntur. Quod Neronis & Caligulæ & ſimilium aliorum exempla docent. Oſtendit ergo, Diuitijs propter uoluptatem ſupra modum ſtudere homines, &* χρηματιστικῶς καπηλικῶς *exercere eam*

- **Propriè** *dictã,* ὀβολοστατικὴν *ſcilicet ſiue Numulariã, quæ circa* χρήματα *tota occupatur, & ex pecunia quæſtum pecuniarium facit fœnerando: cui nummus &* τόκος *eſt et principium, & inſtrumentum & effectum, ſuprà n.50. Demonſtratio talis eſt:*
  - **Voluptuaria** *uita pecunijs maximè fouetur atq; promouetur.* N.74.
  - **At** *qui bene uiuere ſtudent, uoluptuariam uitam ſequuntur.* Num.73. *Quãdoquidem potiorem aliam uoluptatem ignorant corporea. Quod de Tyrannis lib.* 10. *Ethicorum cap.*6.*n.*25.*dixerat.*
  - **Ergo** *qui bene uiuere ſtudent, pecuniæ maximè inhiant.* N.75.
- **Impropriè** *dictam, quæ ſcilicet non ex pecunia, ſed ex opificio uel opera quauis alia ſordidum quæſtum pecuniarium captat, præter neceſſitatem uitæ. Quam uicariam quis operariam dicere poſſet, ſiquidem nummus illi nõ* τόκος, *ſed* πέρας *tantùm eſt. Hanc ergo oſtendit et*
  - **Vicariam** *eſſe Numulariæ.* N.76.
    - **Qui** *diuitias quærunt, ſi non ratione omnium compendioſiſſima, Numularia ſcilicet, id impetrare queant, uicaria eius, Operaria nimirum, diuitiarum ergò utuntur.*
    - **At** *omnes qui uoluptatis ſtudio tenentur immodico, diuitias quærunt. Probat*
      - **Diuitiæ** *uoluptatis miniſtræ ſunt & conciliatrices.*
      - **At** *uoluptatis ſtudioſi quærunt ea, quæ uoluptatem conciliare & augere poſſunt.* N.77.
      - **Ergo** *uoluptatis ſtudioſi diuitias quærũt.*
    - **Ergo** *quotquot uoluptati ſtudent, ſi Numularia nequeant, Operaria, quæ illius uicaria eſt, diuitiarum ergò utuntur.* N.78.
  - **Præter** *naturam eſſe tali deductione*
    - **Qui** *non ad proprium finem quoslibet habitus referunt, præter naturam illis utuntur. Ratio in genere. Omnis enim habitus ad finem proprium referri debet.* N.84.
    - **At qui** *artes quæſtus pecuniarij cauſa exercent, non ad finem propriũ ipſos habitus referunt. Demonſtrat*
      - **Pecunia** *nõ eſt finis proprius habituum. Exẽplis illuſtrat habitus tum*
        - **Practici,** *ut puta*
          - **Fortitudinis,** *cuius finis non eſt pecunia, ſed animi conſtantia in proſperis ſimul & aduerſis.* N.80.
          - **Prudentiæ** *bellicæ, quæ finem ſuum per ſe & propriè in uictoria, non in pecunia quærit, præterquã per accidens.* N.82.
        - **Mechanici.** *Sic artis Medicæ finis eſt ſanitas, non pecunia.* N.81.
      - **Cæterùm** *qui artes exercent quaslibet cauſa quæſtus, finem illarum conſtituunt pecuniam.* Num.83.
      - **Ergo** *finem non conſtituunt proprium.*
    - **Ergo** *qui artes quaslibet tam liberales quàm ſordidas & ſeruiles cauſa quæſtus exercent, præter naturam illis utuntur.* N.79.

CAPVT X.

Vtrum Quæſtuaria ad œconomiam pertineat, elucidat.

PErſpicuū [1] aūt eſt & illud, de quo initio dubitatū eſt, utrum eius, qui domū regit, & eius, qui incumbit reipublicæ, ſit ratio cogēdæ pecuniæ: [2] an non, ſed opus eſt paratum eſſe. Quemadmodū [3] enim homines non efficit facultas ciuilis, ſed [4] cùm acceperit à natura, utitur ipſis: ſic [5] & alimentum naturam oportet tradere, tellurē, uel mare, uel aliud quippiam: ex [6] his aūt, ut decet, hęc diſpēſare conuenit, qui regit domū. Non [7] enim eſt artis textoris lanas efficere, ſed [8] uti ipſis, & [9] cognoſcere, quæ bona & idonea, & quæ mala & inutilis. Etenim [10], quæreret aliquis, cur ratio cogendę pecuniæ pars ſit curæ familiaris, medicina autē non ſit pars: & tamen [11] oportet ualere eos, qui domi ſunt, non minus atque uiuere, uel aliud quippiam eorum, quæ neceſſaria ſint. Quia [12] aūt eſt quidem quomodo patrisfamiliâs & principis ciuitatis munus eſt uidere de ualetudine: eſt [13] aūt quomodo non eſt, ſed medici. eodē pacto & de pecunia: eſt [14] enī quomodo patrisfamiliâs, [15] eſt autem quomodo minimè, ſed eius quæ inſeruit ipſi. Maximè [16] autē, quemadmodum dictum eſt prius, oportet naturà hoc adeſſe. Naturæ [17] namque officium eſt, quo alatur ei, quo procreatum eſt, præbere. Omni [18] enim ex quo naſcitur, alimentū eſt, quod reſtat. Quare [19] ſecundùm naturā, quæ domū inſtruit, omnibus eſt è fructibus telluris & animantibus. [20] Cùm autem duplex ipſa ſit, ut diximus: [21] & hæc quidē cauponaria, hæc autem propria rei familiaris: & [22] cùm hæc quidē neceſſaria ſit & laudata, commutatiua [23] autē iure uituperetur (non [24] enim ortum habet à natura, ſed è ſemet ipſis quæſtum faciunt) meritiſſimò [25] fœneratoria ars odio habetur, quia [26] ab ipſo numo fit quæſtus, & non ſeruit, cui primo inuentus eſt. permutationis [27] enim gratia extitit: fœnus [28] autem ipſum copioſiorem facit. Vnde [29] & nomen hoc nactum eſt: ſimilia [30] enim quæ pariuntur ſunt gignentibus ipſa.

ΔΗΛΟΝ [1] δὲ καὶ τὸ ἀπορούμενον ἐξ ἀρχῆς, πότερον τοῦ οἰκονομικοῦ καὶ πολιτικοῦ ἐστιν ἡ χρηματιστική· ἢ [2] οὔ, ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν. ὥσπερ [3] γὰρ καὶ ἀνθρώπους οὐ ποιεῖ ἡ πολιτική, ἀλλὰ [4] λαβοῦσα παρὰ τῆς φύσεως, χρῆται αὐτοῖς· οὕτω [5] καὶ τροφὴν τὴν φύσιν δεῖ παραδοῦναι, γῆν, ἢ θάλατταν, ἢ ἄλλο τι. ἐκ [6] δὲ τούτων ὡς δεῖ ταῦτα διαθεῖναι προσήκει τὸν οἰκονόμον. οὐ [7] γὰρ τῆς ὑφαντικῆς ἔρια ποιῆσαι, ἀλλὰ [8] χρήσασθαι αὐτοῖς, καὶ [9] γνῶναι δὲ, τὸ ποῖον χρηστὸν καὶ ἐπιτήδειον, ἢ φαῦλον καὶ ἀνεπιτήδειον. καὶ [10] γὰρ ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τί ἡ μὲν χρηματιστική, μόριον τῆς οἰκονομίας· ἡ δὲ ἰατρική, οὐ μόριον· καίτοι [11] δεῖ ὑγιαίνειν τοὺς κατὰ τὴν οἰκίαν, ὥσπερ ζῆν, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων. ἐπεὶ δ' [12] ἔστι μὲν ὡς τοῦ οἰκονόμου καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ περὶ τῆς ὑγιείας ἰδεῖν, ἔστι [13] δ' ὡς οὔ, ἀλλὰ τοῦ ἰατροῦ· οὕτω καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ἔστι [14] μὲν ὡς τοῦ οἰκονόμου, ἔστι [15] δ' ὡς οὔ, ἀλλὰ τῆς ὑπηρετικῆς. μάλιστα [16] δὲ, καθάπερ εἴρηται πρότερον, δεῖ φύσει τοῦτο ὑπάρχειν. φύσεως [17] γὰρ ἐστὶν ἔργον, τροφὴν τῷ γεννηθέντι παρέχειν. παντὶ [18] γὰρ ἐξ οὗ γίνεται, τροφὴ τὸ λειπόμενόν ἐστι. διὸ [19] κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ χρηματιστικὴ πᾶσιν, ἀπὸ τῶν καρπῶν, καὶ τῶν ζώων. διπλῆς [20] δ' οὔσης αὐτῆς, ὥσπερ εἴπομεν· [21] καὶ τῆς μὲν καπηλικῆς, τῆς δ' οἰκονομικῆς· καὶ [22] ταύτης μὲν ἀναγκαίας καὶ ἐπαινουμένης, τῆς δὲ [23] μεταβλητικῆς, ψεγομένης δικαίως (οὐ [24] γὰρ κατὰ φύσιν, ἀλλ' ἀπ' ἀλλήλων ἐστίν) εὐλογώτατα [25] μισεῖται ἡ ὀβολοστατική, διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ [26] νομίσματος εἶναι τὴν κτῆσιν, καὶ οὐκ ἐφ' ὅπερ ἐπορίσθη. μεταβολῆς [27] γὰρ ἐγένετο χάριν· ὁ δὲ [28] τόκος αὐτὸ ποιεῖ πλέον. ὅθεν [29] καὶ τοὔνομα τοῦτ' εἴληφεν. ὅμοια [30] γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστι.

PErſpicuum [1] autem eſt etiam illud, de quo initio quærebatur, utrum ars pecuniæ quærendæ ſit hominis ad rem familiarem adminiſtrandam apti, & uiri reipub. adminiſtrandæ periti, [2] necne: ſed hæc oporteat ſuppetere ac præſto eſſe. Quemadmodum [3] enim homines non procreat ſcientia reip. adminiſtrandæ, ſed [4] iis à natura acceptis utitur: ita [5] & uictum natura ſubminiſtret oportet, nempe terram aut mare, aut aliud quippiam: quomodo [6] autem hæc ſint procuranda & tractanda, ad partes eius, qui rem domeſticam adminiſtrat ac procurat, pertinet. Non [7] eſt enim artis textoriæ lanam facere, ſed [8] ea uti, & [9] præterea qualis ſit bona & apta, qualiſue mala atque inepta, cognoſcere ac iudicare. Etenim [10] dubitare poſſit aliquis quamobrem ars pecuniæ quærendæ quidem rei domeſticæ adminiſtrationis particula ſit, medicina autem non ſit. Atqui [11] bene ualere oportet eos, qui domi ſunt: quemadmodum uiuere, & aliud quippiam neceſſarium. Quoniam [12] autem aliquo modo eſt eius, qui rem domeſticam adminiſtrat, & eius, qui ciuitati præeſt, etiam bonæ ualetudinis ſuorum curam habere, aliquo modo [13] non eſt, ſed medici: ſic [14] & uidere, ut pecunia ſuppetat, aliqua ratione eſt eius, qui rem familiarem tuetur atque adminiſtrat, aliqua [15] ratione non eſt, ſed artis miniſtræ & ſubſeruientis. Maximè [16] autem, quemadmodum ante dictum eſt, eam præſto eſſe oportet natura. Naturæ [17] enim munus eſt, uictum ei, quod procreatum eſt, præbere. Omnis [18] enim eius, unde oritur, reliquum, uictus eſt. Quare [19] ea pecuniæ quærendæ ratio, naturæ conſentanea omnibus eſt, quæ eſt à fructibus & animalibus. [20] Cùm ſit autem ea duplex, quemadmodum diximus, [21] & altera quidē ſit cauponaria, altera ad rem familiarem tuendam pertinens: [22] & hæc quidem neceſſaria ſit, & laudetur: illa autem, [23] quæ in permutatione nummorum conſiſtit, merito uituperetur (non [24] enim natura conſentanea eſt, ſed in ea alter ab altero lucrum aucupatur) optima [25] ratione omnibus in odio eſt ratio fœneratrix, quòd [26] ab ipſo nummo quæſtus fiat, & nō ad quam rem paratus eſt uſurpetur. Permutationis [27] enim gratia natus eſt: fœnus [28] autem eum auget, & multiplicat. unde [29] etiam apud Græcos hoc nomē reperit. (τόκος enim à pariendo, quod illi dicunt τίκτειν, manauit. & apud Latinos fœnus a fetu.) [30] Similia enim ſunt ea, quæ pariuntur, iis quæ gignūt &

pſa. Fœnus [31] autem eſt, cùm paratur numo numus. Quare [32] omnium quęſtuum hic eſt maximè pręter naturam.

ἐστιν. ὁ [31] δὲ τόκος γίνεται νόμισμα νομίσματος. ὥστε [32] μάλιστα παρὰ φύσιν οὗτος τῶν χρηματισμῶν ἐστιν.

procreant. In fœnere [31] autem, pecunia pecuniæ partus ac fœtus eſt. Quapropter [32] maximè omnium quærenda pecuniæ rationum abhorret hæc à natura.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Perſpicuum autem eſt.) Quæſiuerat ſuprà, utrum pars foret diſciplinæ domeſticæ illa ratio, quæ χρηματιστικὴ uocatur: officium què patris familiâs eſſet quærere pecuniam, ſiue pecuniaria ars adminiſtratrix ipſius & famula foret: cuius χρηματιστικῆς ſciliicet partes eſſent ſuppeditare ei, quod ſtudio ſuo peperiſſet. Nunc tradit totum hoc, quod eos eo tempore premebat, perſpicuum eſſe. Quomodo autem hoc planum fit, exponet: antè tamen quæſtionem illam huc reuocat, inquit enim, dubium fuiſſe, utrum proprium munus patris familiâs atque ciuis, qui uerſetur in rep. foret, incumbere in eã curam, ſtudioſeq; cogere pecuniam, ſiue non, ſed oporteat eorum hoc paratum eſſe. Quod quemadmodum accipi debeat, ſimili illuſtrat inquit enim, Ve eadem ratione, qua ratio adminiſtrandæ reip. non perficit etiam homines, ſed illis acceptis à natura, utitur: ſic etiam oportet naturam cibaria præbere illis, ut loquitur, terram, ſiue mare, ſiue aliud quippiam. Terram cùm dicat, intelligitur fructus terræ: mare uerò, quia cùm Græci in urbib. condendis ſecuti eſſent mare, piſcib. multum utebantur Plato quoq; in 8 libro de Legib. tradit, Græcam nationem magna ex parte cibum capere ex iiſdem duob. elementis. Nam quod noſter addidit, Vel aliud quippiam: uidetur ſignificaſſe aues. quo enim alio ueſci poſſunt homines præter ea, quæ ſumunt è terra & aquis, niſi auibus, è quib. ſuauiores epulæ menſam inſtruunt? Vnde fortaſſe appellauit terram & mare, quia inde capitur maior copia hominum ciborum, & magis neceſſariorum: non expreſſit autem quæ uolant, quia illis facilius caret hominum genus. Putaret etiam aliquis non ſine cauſa auctorem ea innuiſſe, quibus Anacharſis ille Scythes in epiſtola ad Hannonem, ſe uitam ducere ſolitum oſtendit, dicit enim, Lacte, caſeo, carne ueſcor. Quod uerò hic ἀποδιδόναι dixit, cum διδόναι. & de quo controuerſia eſſet, oſtendere uellet: eodem pacto infrà in hoc ipſo libro inquit, ζητουμένου pro ζητοῦντος. nam quin notio huius & illius participij eadem ſit, dubitari non poteſt,

Ex his autem.) Cùm oſtenderit, quod officium patris familiâs non ſit nunc aperit quid meritò ab eo expectari debeat. Affirmat igitur oportere eum reb. acceptis, unde monſtrauit, rectè uti ipſis, ſeduloq; procurare commoda familiæ. quam regit. Quod autem inquit, ἐκ τούτων, ualet (ut opinor) è tellure ac mari, quemadmodum etiam Plato locutus eſt, qui loquit, ἐκ γῆς τε καὶ θαλάττης, uel artib. ac ſtudijs, quæ illa ipſa et tradunt. Verum autem quod præcipit eſſe, declarat exemplo artis textoriæ Neque enim, inquit, artis deber eſſe textori gignere lanam: ſed officium ipſius eſt uti ipſa, ſcireq; quæ utilis & idonea eſt: & quæ contrà inutilis, minimeq; apte telæ texendæ.

Etenim quæreret aliquis) Non eſt hæc noua quæſtio, ut nonnulli putarent: ſed quod nunc addit, eſt quaſi ſimile quoddam accommodatum ad confirmandum, non eſſe rationem quærendæ pecuniæ alteram partem œconomicæ. Si namq; cogeremur fateri, χρηματιστικὴν hanc eſſe partem ipſius: negare non poſſemus, quin ars, quæ morbos curet, foret & ipſa pars œconomicæ. opus eſt enim, ut inquit, familiam ualere non minus, atque eandem uiuere Abſurdum autem hoc eſt, nemoq; unquam dixit proprium uerumq; munus eſſe patrisfamiliâs mederi domeſticis ægrotis. Cùm autem dixiſſet, Vt uiuere familiam: addidit, Vel aliud quippiam, quod neceſſarium ſit. non deſunt enim alia quoque, quæ ſanè magnificè conueniunt familiæ, uel potius neceſſaria ipſi ſunt: ut tecta habere, quibus & frigus & æſtum uitet: & ueſtimenta, quæ tamen à patrefamiliâs effici non debẽt: nec ſunt optimè, ut opera ipſius fient, poſtularentur.

Quæ autem eſt quidem.) Oſtendit exemplo huius ſimilis, quomodo partis familiæ munus dici poſſit pecuniam parare: eodem ſcilicet modo, quo ipſius principis, ciuitatis officium eſt ſaluti ſuorum ualetudiniq; prouidere. Requiritur namq, meritò ab ipſis, ut hoc pacto ipſi in tueantur ac periant. id eſt, ut domum urbemq; mundam ac purgatam habeat, denīq; operā ne oſcantur cibis inutilibus, ſed ſalubribus: ſi medici non ſint, aliunde ipſos propoſitis præmijs euocent, alijq; non pauca huiuſcemodi rebus ipſi conſulant. Vt enim huc pactu decet ipſos ualetudinem curare, ita non ſunt partes huius aut illius ad lectulos ægrotorum accedere, medicinamq; ipſis imperare, ſiue aluum purgere. hoc enim officium eſt medici. Simili modo, inquit, oportere ſe ipſum gerere in pecunia ipſa. nam ita opus eſt ipſum uidere: illo uerò minimè, cùm hoc proprium munus ſit artis illius, quæ famula eſt adminiſtratrixq; œconomicæ.

Maximè autem) Tangit rurſus, quod antea dixeras, in primis oportere, ut hoc ipſum à natura prouiſum paratumq; ſit: cùm ipſius officium ſit, cibum ſuppeditare, unde ali poſſit illud, quod procreauit. Quod uerum eſſe, ſolereq; ipſam ſeruare, declarat. Neq; enim unde aliquid gignitur, totum abſumitur in eo conformando: nam reſtat ſemper aliquid, quod imbecillū adhuc ipſum tenerumq; tueatur ac nutriat: id quod ipſe ſuprà in animantibus, quæ oua pariunt aut uermes, ita ſe habere docuit. Idem autem uſu uenire in hominibus belluiſq;, dubium non eſt. nam quod reliqui eſt materiæ, unde gignuntur alunturque in uentre matrum, uertitur in lac, quo uiuunt, cum ex utero prodiêre. & hoc eſt, quod uocauit λειπόμενον. Addit autem, quod elicitur è ſuperiore diſputatione: Quapropter ratio pecuniæ comparandæ, quæ naturam imitatur, omnibus hominibus eſt in fructib. terræ, & corpore animantium, quibus illi ueſcuntur.

Cùm autem duplex) Propoſitum hic aliquo modo uidetur eſſe auctoris in odium adducere fœneratores, demonſtrareque ſtudium illud peſſimum eſſe, in primisq; à natura alienum: nec tamen non oſtendit ſimul, quæ ratio rei quærendæ honeſta ſit ac meritò probetur. Ita igitur argumentatur, ab initioq; ipſius ducit totam hanc rationem: Cùm autem ipſa χρηματιστικὴ ſcilicet, ſit duplex (quod etiam ſupra à ſe declaratum fuiſſe teſtatur) & ipſarum altera cauponis propria ſit, altera uerò patris familiâs, & eius, qui domum diſciplina ſua regit: cumq; hæc neceſſaria ſit & laudetur, illa uerò, quæ tota poſita eſt in commutatione, iure optimo uituperetur. cuius ſui iudicij, ante quam rationem abſoluat, reddit rationem dicens: Nō enim ſequitur naturam, neque finem ſibi propoſuit comparare, quæ uitæ neceſſaria ſunt, contenta ſit illis eſt. uerùm, inquit, res, quę ipſa parantur, ſe mutuò gignunt. ut exempli cauſa, cùm magna uis copiam frumenti parat, ſiue olei, ſiue ueſtimentorum. quæ res poſtea ita partæ, rurſus commutantur, nouamq; ubertatem aliarum rerum pariunt, unde ſemper patrimonium maius fiat: ita enim diuitiæ conficiuntur, quibus incumbitur. Hoc igitur arbitror ualere, quod inquit, ἀπ' ἀλλήλων. Concluditur autē ratio omnis uerbis, quæ ſtatim ſequūtur: Optima ratione iuſtiſſimaq; de cauſa odio habetur fœneratoria. cuius etiam ſuæ ſententiæ cauſam attulit: quia, inquit, quod illa parit, naſcitur à nummo ipſo. Quare non ſeruit ille, nummus ſcilicet, ei rei, cui inuentus eſt, ortus enim eſt, uſurpariq; primùm cœptus. ut artem commutandi res utiles uitæ adiuuaret. ita autem fœnus nummorū copiam parit. ὀβολοστατικὴ uocata eſt ab obolo ſtatuendo: ita enim olim fœneratores appellabāt, ut Ariſtophanes comicus ὀβολοστάτας. Veteres autem quidam grammatici hanc rationem huius iuncti nominis attulerunt, dicentesq; uocatos ita fœneratores, quia moris eſſet in lancibus collocare obulos nummoſq;: expendebant enim antiquitùs pecuniam, non numerabant. Nam quod τόκον hic, inquit ſummus doctor, cùm ſine fine nummiſma ſemper augeri fœnore ſignificaret: idem facetiſſimus comicus, quid eſſet τόκος demonſtrans, hoc ipſum nomen iterauit.

Vnde & nomen hoc.) Vnde fœnus à Græcis τόκος uocatum ſit docet, ac de ratione huius nominis diſſerit: ualet enim hoc ad confirmandum iudicium ipſius, qui dixit ita nummum parere nummum. Omnibus enim, inquit, in rebus, quæ gignūtur, ſimilia ſunt illis, unde gignuntur: fœnus autem eſt, cùm è nummo naſcitur nummus. Quare addit, Præter cæteras omnes rationes, quæ non ualde naturam ſequuntur, hæc maximè aliena à natura eſt.

ἀλλὰ δεῖ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν.) Si μὲν aduerſatiuā ratiocinamur aut ſequētia omnia, ὥσπερ γὰρ, uſq; ad, ἐκ δὲ τούτων, parētheſi includēda erūt: aut certè quid aliud ſubintelligendū erit. ſin uerò pro μὲν legamus μόνον, explicatior erit ratiocinatio. Opes ad uitam ſuſtentandā neceſſarias œconomo adeſſe oportet, in quibus condendis, diſponendis, & ad uſum promendis induſtriam ſuam exerceat. Si non adſint, œconomi non erit officium illas comparare: ſed tantùm rationes comparandi noſſe. Hoc ipſum cap. 8, n. 58. per diſiunctionem expreſſit: πότερον τοῦ οἰκονομικοῦ, quæ œconomiæ pars eſt, δεῖ ἢ τοῦ ὑπάρχειν, ἢ πορίζειν (rationes

nes comparandi dictare, non actu comparare) [illegible] (τὴν οἰκονομικὴν) [illegible]. Sic Heſiodus paſsim in ἔργοις patremfamiliâs nũ ipſum operi manus admouere, ſed rationem, qua opes per agriculturam & mercaturam acquirantur, callere, & famulis præcepta agrorum ſuo tempore dare iubet. Vt equiſo & ephippiarius & calcarius faber equeſtri diſciplinæ inſeruiũt: ita χρηματιστικὴ ipſi œconomicæ, tanquam architectonicæ. Quò ſanè reſpiciens Salluſtius, cùm rationem uitæ conſilijs ſui redderet, Neq; uerò agrum colendo aut uenãdo ſeruilibus officijs ætatē ſe egiſſe ſcribit: cùm cæteri ſcriptores agriculturam & uenationem uel ipſis regibus dignam laudare conſueuerint.

[illegible].) Synchyſis hic eſt, [illegible] (ad uictum ſcilicet neceſſaria) [illegible]. Duo ſiquidem Oeconomicæ [illegible] munia ſunt, ea quæ acceperit condere: & quæ condita ſunt, ſuo tempore promere. Quorum hoc prioris finis eſt. Conditura autem in Diſpoſitione & Locatione apta potiſsimum conſiſtit, ſicut in Oeconomico docet Xenophon.

[illegible].) Synchyſis eſt uocũ, [illegible]. Ea ſeminalis materiæ parte altera oritur, ex reliqua parte nutritur animal. In uteri parte ex ſemine propriè dicto concipitur fœtus: ex ſanguinis parte effluente ad uterum, & maſſæ conformationis ſeſe immiſcente, embryo naſcitur & augetur: reliqua pars prouidentia naturæ tẽpore partus in mãmas regurgitans in lac conuertitur.

[illegible].) Hoc membrum, quod in textu Ariſtoteleo deſiderabatur, methodi coniectura ſupplendũ putãui & ne quis audaciam noſtram accuſare poſſet, lineis incluſi. Ratio ſupplementi eſt, quoniam anacephalæoſin inſtituit ſpecierũ χρηματιστικῆς. Naturalis ergo, quam cap. 8 explicauit, non eſt duplex (quod aliòqui uelle uideretur, ſi hæc abſq; ſupplemento legantur) ſed Artificialis altera, quam cap. 9. duplicem facit, nempe uel Naturæ deficientis uicariam, uel Luxuriæ miniſtram: hanc [illegible], illam nomine generis [illegible] dictã. Porrò quæ adijcit, ſic intelligenda: [illegible] propriè dictæ, nomine generis ad ſpeciem tranſlato, cap. præced. n. 13.) [illegible], (cùm [illegible] inuenta ſit ab arte, uti præced. cap. n. 24. docuit) [illegible] (quæ altera ſpecies eſt [illegible], non [illegible], ſed [illegible] tantùm [illegible] quærens, uti cap. præced. n. 67. Omnes legunt, [illegible]. ſed errore manifeſto. Vna fortaſſe [illegible] in margine ad explicandum præcedens relatiuum [illegible] adiecta primum ab aliquo, ſubinde in græcum contextũ à librario importunè tranſlata fuit) [illegible] (non abſolute & per ſe uituperatur, uti neq; cõmutatio abſolutè laudatur: ſed hæc, quatenus naturalis indigentiæ terminos non tranſcendit. illa uerò, quatenus tranſcendit. Alioqui poteſt quis in Naturali χρηματιστικῇ, quæ ortu ſuo naturalis eſt, peccare per auaritiam poteſt etiam [illegible] uiciſsim ad auaritiam abuti. poteſt denique [illegible] per ſe parum laudata ad neceſsitatem naturalem tantùm uti) [illegible] ([illegible] ortu ſuo non eſt naturalis, ſed purè & merè artificialis: uſu tamen recto naturæ poteſt miniſtra fieri. At ſi uiuo peruerſius accedet, planè cõtra naturam euadit, & ortu ſcilicet & uſu ſuo) [illegible] (Opponit inter ſe τὸ κατὰ φύσιν, & τὸ [illegible], quod [illegible] cap. 9. n. 5. dixerat. Non naturales, ſed arte tantum & inſtituto hominum introductas diuitias conſectatur, pecuniam ſcilicet: & lucrum ex alio quærit [illegible]. An fortaſſe legendum, [illegible], non à naturæ neceſsitate, ſed à commutatione pendet. uel [illegible], hoc eſt à cupiditate immoderata pendet, uti præced. cap. n. 77. docuit.)

[illegible].) Sic Ariſtophanes [illegible]:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Cuius interpres [illegible] uidetur ipſam ſortem uocare, [illegible] alioqui dictũ: [illegible] uerò, id quod pro ſorte penditur. Iam ſi uſura ad ſortem applicetur, & ſemper creſcẽdo ſortem, ne unquam exoluatur, ueluti mergat (uti Liuius loquitur) [illegible] appellatur. Latinis Fœneratoria, Græcis [illegible], pecuniæ uſu pecuniam acquirens. Quæ quidem ſi reſpectu eius, qui pecuniã ab altero acceptã utitur, cum illius lucro fiat, ſiue abſq; hypotheca, ſiue cum hypotheca. item ſi reſpectu eius, qui pecuniam dat alteri, non pecuniæ accumulandæ, ſed uitæ ſuſtentandæ cauſa ſuſcipiatur: ut quam maximè nõ naturalis ſit ſuo ortu, ſon tamen uſu neq; cõtra naturam, neq; contra bonos mores eſſe uidebitur. At quando fœnus uel reſpectu accipientis ſine lucro illius eſt, uel reſpectu dantis nulla neceſsitate, ſed accumulandi tantùm libidine fit: non tantum ortu ſuo non naturalis, ſed abuſu inſuper ſuo [illegible], contra naturam & contra bonos mores erit fœneratura, & odio hominũ digniſsima.

[illegible].) D. Ambroſius etymon ab adiuncto dolore amplificat: [illegible] inquiens, Græci appellarunt uſuras, eò quòd dolore partus animæ debitoris excruciare uideantur. Veniunt Calendæ, parit ſors centeſimam: creuit centeſima, petitur, nec ſoluitur, applicatur ad ſortem. Itaq; non iam centeſima incipit eſſe, ſed ſumma, hoc eſt, non fœnoris centeſima, ſed fœnus centeſimæ. Fœnus Latinis, quaſi Fœtus nummi. Feſtus naturalem terræ prouentum à ueteribus Fœnus appellatum prodidit.

[illegible].) Vel actu, ut quæ animalia fœtum uiuentem edunt, equa, homo, uacca: uel potentia, ut quæ ouũ prius pariunt, è quo excluditur auis, ſimilis ſpeciei.

POST ſpecierum [illegible] ſeu χρηματιστικῆς enarrationẽ, ad quæſtionẽ, quam ſupra c. 3. attigerat, ſolutionem ſeſe conuertit, adeoq; ea quæ hactenus de ſpeciebus ſingillatim dixit, ueluti per anacephalæoſin ad problematis explicationem confert. Quæſtionem igitur ſuperius propoſitam

- Repetit: nimirum Dubitatum fuiſſe, utrũ χρηματιστικὴ, quæ circa res œconomicas uerſaretur, œconomi (& per cõſequens politici) propria
  - Eſſet, & cum œconomia planè eadem. N. 1.
  - Non eſſet, ſed ipſam œconomiam præcederet, materiam illi ſuppeditando, Diuitias ſcilicet, tanquam organa uitæ quotidiana. Vt proinde œconomiæ munus eſſe uideatur, ſiquidem diuitiæ per χρηματιστικὴν iam partæ adſint, illas ad uſum domeſticum reuocare: ſi non adſint, eas per χρηματιστικὴν œconomicæ eatenus inſeruientem comparare. N. 2.
- Deducit: & χρηματιστικὴν œconomicæ
  - Non conuenire penitus, ex alterũ, ut uidetur, aptè, nonnullis probat tum ab
    - Effectu, in hunc modum
      - χρηματιστικῆς munus eſt, res ad uictum & amictum inprimis, deinde & ad alios uſus quotidianos neceſſarias comparare.
      - Atqui œconomicæ munus non eſt res neceſſarias comparare, ſed iis uti. Χρῆσθαι enim œconomi eſt: [illegible] ab alijs obtineri artibus. Vide in ſeq. ſignum A.
      - Ergo œconomica non erit χρηματιστική.
    - Pari. Nu. 10.
      - Si χρηματιστικὴ pars eſt œconomiæ, etiam Medicina eiuſdem pars erit. Ratio. Neq; enim minus neceſſaria eſt familiæ ſanitas (quam conſeruat & recuperat medicina) quàm alimẽtum (quod χρηματιστικὴ ſuppeditat.) N. 11.
      - At Medicinam nemo unquam œconomiæ partem fecit.
      - Ergo neq; χρηματιστικήν.
  - Conuenire aliquatenus, & aliquã, non omnẽ, nec omni modo, ex ſua ſententia oſtẽdit. Vide ſig. B.

A. Similitudine oſtendit geminas alteram ſumta ab arte

- **Politica:**
  - **Sicuti** *politica ſcientia erga homines ſe habet, ita ſe habet œconomica erga res ad uictum neceſſarias.*
  - **Atqui politica**
    - **Non** *facit primùm homines.* N.3.
    - **Sed** *à natura productis utitur, regendo illos & inſtituendo.* N.4.
  - **Ergo** *etiam œconomica*
    - **Non** *facit primùm res ad uictum neceſſarias, inter quas alimenta natura ductu principatum obtinent.* N.5.
    - **Sed** *rebus à natura productis ad uſum familiæ utitur, eaq́; domi ſicuti par eſt diſponit.* Num.6.
- **Mechanica:**
  - **Quomodo** *mechanici artifices circa inſtrumenta & materiam ſuam uerſantur, ita quoq; œconomus circa inſtrumenta œconomica. Inſtrumenta enim dari œconomica, ſuprà cap.4. demonſtrauit, & c.8.n.4. mechanicis famulantes artes duûm facit generum: alias quæ materiam, alias quæ inſtrumenta ſubminiſtrarent.*
  - **At** *mechanici artifices (Textoris exemplum ſit inſtar omnium, quo etiam lib.7. Polit. cap.4. utitur)*
    - **Non** *faciunt neq; inſtrumenta neq; materiam (neq; enim textor radium fabricat, uel lanam generat)* N.7. *Quòd ſi interdum faber ferrarius ſibiipſi malleum fabricat, hoc per accidens tantùm, non per ſe. Ipſius enim eſt malleo uti ad cudendum uel gladium uel malleum.*
    - **Sed** *ſatis habent materiam & inſtrumenta opportuna tum*
      - **Ad** *uſum reuocare operando.* N.8.
      - **Cognoſcere,** *ut qua & qualia eſſe debeant, ſis qui hæc procurant, indicare queant.* N.9.
  - **Ergo** *etiam œconomi non faciunt primùm res neceſſarias ad uictum, ſed factis & productis uel à natura uel ab artibus alijs utentur.*

B. Ergo χρηματιστικὴν

- **Genere,** *non quouis modo, ſed certa quadam ratione (nimirū non ratione exercitationis, ſed ratione cognitionis) œconomicā eſſe, & ad œconomū pertinere, ſimilitudinis ultimæ paulo antè adductæ explicatione oſtendit, & ueluti elenchū infert:*
  - **Quemadmodum** *œconomo & politico cura ſanitatis ciuium & familiæ*
    - **Conuenit,** *nimirum ut eam præſentem probi alimenti ſubminiſtratione & moderatorum laborum inſtitutione ex Gymnaſticæ præſcripto conſeruet: abſentem uerò medici introductione reuocet.* N.12.
    - **Non** *conuenit, ut ipſemet gymnaſtes ſit & medicus: et licet artē calleat, non tamen ut œconomus, ſed ut gymnaſtes & medicus eandem in ſua familia profitebitur.* N.13. *Sic Cato ſeruorum uernarum liberos literas docebat, non ut dominus, ſed ut grammaticus.*
  - *Ita quoq; œconomo χρηματιστικὴ*
    - **Conuenit,** *ut de alimentis & alijs rebus neceſſarijs, uel à natura uel ab arte ad uſum uitæ productis producendiſue, ſuæ familiæ proſpicere, & qua ratione cōmodiſſimè & honeſtiſſimè acquiri poſſint, uidere queat.* N.14. *Nam ſi procurationem œconomicam propter negotia potiora ſup. c.7.nu.19. ab hominibus liberis & opulentis, ſuis præfectis atq; ſeruis committi ſolere aſſerit, non ut otio interim ipſi indulgerent, ſed uel theoricæ uel politicæ uitæ operam darent: multo minus ipſa acquiſitio, utpote operoſior, œconomo politicóue conueniet. Et hactenus χρηματιστικὴ quoad ſui cognitionem, eſt œconomica (hoc eſt, ab œconomo bono, eodemq; uiro bono non aliena) prouidere ſcilicet, ut honeſta ratione & uictus & reliqua ad uſum uitæ moderatum neceſſaria, ex præſcripto earum artium, quarum hæc profeſſio propria eſt, uel ſuopte marte, uel alieno miniſterio comparentur. Scire igitur, quomodo aratro manum admouere, in uenationem progredi, pecora curare, calceum ad uenditionem parare, nummos elocare, operam mercede addicere deceat, ab œconomo non erit alienum, quòd hac ratiōe honeſta uictus & amictus cōparetur. Naturalis proinde χρηματιστικὴ cōſideratione inprimis ad œconomū pertinet: deinde Artificialis, duûm generum, tū quæ naturalis neceſſitatis præſentis uicaria eſt μεταλλακτικὴ, tū quæ futuræ neceſſitatis ſubſidiaria eſt καπηλικὴ, dūmodo ſit moderata, à luxu & auaritia ſeiuncta. At inhoneſta ratione qualicunq; comparare res neceſſarias, ut ab exercitatione boni uiri, ſic à cognitione œconomi alienum eſt. Aliena proinde ab illo cognitio χρηματιστικῆς naturalium rerum immodicæ, ἀλλακτικῆς item omnigenæ, tum Mercatoriæ tum Nummulariæ tum Operariæ, quatenus nimio & immoderato quæſtui ſtudent.*
    - **Non** *conuenit, ut ipſemet ſeſe operi accingatur, ſordido præſertim & libero homine indigno, cū id per ſeruos & præfectos curare queat, ipſe interim rebus melioribus & utilioribus occupabitur: quod de quibuſdam dominis opulentis ſupra cap.7.n.19. affirmarat. Et hactenus χρηματιστικὴ, quo ad ſuam exercitationem, non eſt œconomica (hoc eſt, non conuenit œconomo, quatenus œconomus, ſed quatenus artifex eſt quiuis alius, cuius opus ad œconomiam confert, quemadmodum ad eandem confert opus naturæ abſq; adiumento artis) ſed eſt ὑπηρετικὴ tantùm, miniſtra ſeu famula œconomicæ.* Num.15. *Sic ergo famulatur œconomiæ exercitatio honeſta & moderata χρηματιστικῆς. Inhoneſta uerò χρηματιστικῆς exercitatio, ſiue captione rerum naturalium, ſiue commutatione mercatoria, nummularia, operariáue fiat, ab œconomia eſt aliena: cùm matronæ pudicæ miniſterium impudicæ ancillæ minimè acceptum ſiet.*
- **Specie,** *non quamuis, ſed certam illius ſpeciem, ratione cognitionis, ad œconomicam pertinere, diuiſione repetita uidetur demonſtrare. Vide in ſeq. ſignum C.*

- **C.** *Κτητικὴ igitur ſeu χρηματιστικὴ alia eſt*
  - **Naturalis**, *quæ ex fructibus terræ, & ab animalibus (à natura quidem productis, arte tamẽ promotis, auctis & ampliatis) ea quæ ad uictũ & amictum & inſtrumentum quotidianum facere poſſunt, ſecundùm naturæ præſcriptum* Capitum c. 8. n. 44. *diximus: ſimpliciſſima proinde, & frugaliſſima, & innocentiſſima, Naturæ matris liberaliſſima dona manu grata ſuſcipiens.* N. 16. *Qua tamen ipſa abutuntur &* Agricolæ & Milites & Paſtores *auari, non in ſubiecto, ſed in forma acquiſitionis peccantes. Syllogiſmus ſubeſſe uidetur talis:*
    - **Rei** *maximè naturalis & ad uitam œconomicam neceſſariæ*
      - *Κτῆσιν* quoad
        - **Exercitationem**, *χρηματιστικῆς naturalis propria eſt.*
        - **Cognitionem**
      - *Χρῆσιν* — *pertinet ad œconomum.*
    - **At** *alimentum res eſt maximè naturalis, & ad uitam neceſſaria. Deducit:*
      - **Id** *cuius præcipuam curam habet natura, maximè naturale & ſumme neceſſarium eſſe uidetur.*
      - **Nunc** *uerò alimenti præcipuam curam habet natura.* N. 17. *Confirmat. Nam ex parte una ſeminalis materiæ generatur, ex altera nutritur fœtus.* N. 18. *De qua re ſuprà cap. 2. n. 45. egit.*
      - **Ergo** *alimentum res maximè naturalis eſt & neceſſaria.*
    - **Ergo** *alimenti*
      - *Κτῆσιν, ſi ſpectes*
        - **Exercitationem**, *χρηματιστικῆς naturalis propria eſt.* N. 19. *Hæc, hactenus œconomicæ famulatur, materiã œconomicam illi ſubminiſtrando. Idem quod ſuprà c. 8. n. 9. quæſiuerat.*
        - **Cognitionem**
      - *Χρῆσιν* — *œconomo imprimis conuenit.*
  - **Artificialis**, *quæ rebus uel natura uel arte comparatis atq; captis, præter naturæ illarum inſtitutum ad rei cuiuſuis alterius acquiſitionem commutãdo Vtitur: Μεταβλητικὴ dicta in genere.* N. 20. *Vide etiam cap. præced. n. 15. Cuius uſus moderatus œconomicæ famulatur, organum ſiue inſtrumentum œconomicum œconomo uero ſubminiſtrando, Pecuniam ſcilicet, uel Rem aliquam aliam, commutationi aptam: ſicut ſuprà cap. 8. n. 8. quæſiuerat. Immoderatus uerò inſtrumentum præbet uel auaritiæ poſſidenti, uel prodigalitati utenti: cùm ferè malè parta malè dilabantur. Hanc duplicem eſſe conſtituit in præced.* N. 21. *Altera ſiquidem*
    - **Neceſſaria** *eſt, & neceſſitatis naturalis uelut medica, ortu quidem ſuo non naturalis, fine tamen & uſu naturæ amica, aut ſaltem non contraria, laude igitur eo digna, & œconomi propria, ut non minus quàm prior illa œconomica dici mereatur, quoad* Cognitionem *ſcilicet, non autem quoad* Exercitationem. N. 22. *Eam* Ariſt. *μεταβλητικὴν κατ' ἀρχὰς uocauit præced. cap. quando quidem rem qua abundat, cum re qua caret & indiget, commutat. Ad quam ipſam* Mercatura *quoq; &* Nummularia *&* Operaria *referri poteſt atq; debet, quando neq; immoderatum quæſtum conſectantur, neq; alio quàm neceſſitatis quotidianæ ſupplendæ nomine ſuſcipiuntur. Quemadmodum enim iſta uerò Naturali improbus abuti poteſt, ita his uiciſſim* Non naturalibus *rectè poteſt uti uir probus.*
    - **Non** *neceſſaria eſt, καπηλικὴ dicta, nõ neceſſitatis naturalis, ſed luxus & auaritiæ miniſtra atq; nutrix. Quæ quidem in*
      - **Genere**, *digna eſt uituperio.* N. 23. *Et per cõſequens indigna, quæ ab œconomo uel cognoſcatur, nedum exerceatur. Porrò uituperij rationem addit:*
        - **Quod** *contra naturã eſt, id uituperio & odio dignum eſt.*
        - **At** *καπηλικὴ contra naturam eſt, non tantùm ortu ſuo (quod cõmune habet cum priore μεταβλητικῇ) ſed & ſuo fine, quæſtum immodicum ex alijs quomodocunq; affectans.* N. 24.
        - **Ergo** *καπηλικὴ uituperio & odio digna eſt.*
      - **Specie** *conſiderata, aliam alia ſpeciem habet uituperabiliorem, & œconomo indigniorem. Etſi enim in immodico quæſtu conueniunt, differunt tamen rurſus ipſo modo. Pecuniæ enim accumulandæ ſtudent alij media*
        - **Opera** *qualicunq;, ex qua ſtipem ſordidam & illiberalem & immodicam petunt.* Καπηλικὴ *Operaria appelletur, opera ſua ad iuuandos alios inſtituta ad quæſtum proprium abutens. Tamẽ quia otioſa non eſt, ſed opus facit, minus reprehẽdenda, quàm fœneratoria. Hanc ſeq. cap. μισθαρνίαν appellat.*
        - **Pecunia**, *ὀβολοστατικὴ*, Nummularia, Fœneratoria. *Vide in ſeq. ſignum D.*

D. ὀβολοστατικὴ omnium maximè contra naturam eſſe, et proinde œconomo minimè dignam, ſic oſtendit:

- Quæ penitùs contra naturam eſt χρηματιστικὴ, & uituperanda & fugienda eſt.
- At ὀβολοστατικὴ penitùs contra naturam eſt. Demonſtrat:
  - Qui pecunia propter alium finem, quàm propter quem inuenta eſt, utuntur, contra naturam faciunt multoq́; magis, ſi finis ille etiam contra honeſtatem ſit, ut non modò naturæ pecuniæ qua utuntur, ſed & naturæ hominum qui ea utuntur contrarius ſit.
  - At ὀβολοστατικὴ pecunia propter alium finem, quàm propter quem inuenta eſt, utitur. N. 26. Deducit:
    - Finis legitimus pecuniæ eſt permutatio rerum. N.27. Inuenta eſt, ut res diſsimiles, quæ commutari debent, æſtimatione pecuniaria circumſcriptæ facilius adæquentur.
    - Nunc uerò ὀβολοστατικὴ in pecunia non permutationis commoditatem, ſed lucri incrementum quærit, ut ſcilicet pecuniam pecunia fœneretur, & id quod habet, augeat, non autem commutando acquirat id quod non habet. N.28. Confirmat ab etymo:
      - Quæ fructum ſibi ſimilem edunt, iis τόκου appellatio nō malè conuenit. N.30.
      - At per ὀβολοστατικὴν pecunia fructum ſibi ſimilem edit, pecuniam. N.31.
      - Ergo ὀβολοστατικὴ τόκου appellationem meretur. N.29. Sic quoque Latini Fœnus appellarunt, quaſi numorum fœtum, translatione à naturali terræ fœtu.
    - Ergo ὀβολοστατικὴ pecuniæ legitimum finem non quærit.
  - Ergo ὀβολοστατικὴ contra naturam facit. N.32.
- Ergo ὀβολοστατικὴ inter omnes ſpecies χρηματιστικῆς maximè uituperanda erit atque fugienda. N.33.

CAPVT XI.

Quæſtuaria Theoria explicata, de iis quæ ad Praxim eiuſdem faciunt diſputat.

QVia[1] aũt, quę faciunt ad cognitionem, definiuimus ſatis: quæ ad uſum pertinent, opus eſt percurrere. Cuncta[2] autem huiuſcemodi contemplationẽ habent libero homine dignam, uſum[3] uerò neceſſarium. Sunt[4] autem pecuniariæ partes utiles, pecorum peritum eſſe, qualia[5] maximos fructus ferunt, &[6] ubi, &[7] quomodo: ceu[8] equorum poſſeſſio qualis, uel boum, uel ouiũ: eodem pacto & reliquarum animantium. Oportet[9] enim noſſe quę horum inter ſe collatorum ſint maximè fructuoſa, &[10] qualia qualibus in locis: alia[11] namq; in aliis regionibus uigent. Deinde[12] de agricultura: & hæc[13] iam nuda, &[14] arboribus conſita.

ἘΠΕΙ[1] δὲ πρὸς τὴν γνῶσιν διωρίκαμεν ἱκανῶς, τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν δεῖ διελθεῖν. πάντα[2] δὲ τὰ τοιαῦτα, τὴν μὲν θεωρίαν ἐλεύθερον ἔχει, τὴν δ'[3] ἐμπειρίαν ἀναγκαίαν. ἔστι[4] δὲ χρηματιστικῆς μέρη χρήσιμα, τὸ περὶ τὰ κτήματα ἔμπειρον εἶναι, ποῖα[5] λυσιτελέστατα, καὶ[6] ποῦ, καὶ[7] πῶς· οἷον[8] ἵππων κτῆσις ποία τις, ἢ βοῶν, ἢ προβάτων· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ζῴων. δεῖ[9] γὰρ ἔμπειρον εἶναι πρὸς ἄλληλά τε τούτων τίνα λυσιτελέστατα, καὶ ποῖα[10] ἐν ποίοις τόποις· ἄλλα[11] γὰρ ἐν ἄλλαις εὐθηνεῖ χώραις. εἶτα[12] περὶ γεωργίας· καὶ[13] ταύτης ἤδη ψιλῆς τε καὶ[14] πεφυτευμένης·

QVoniam[1] autem, quæ ad cognitionem pertinent, ſatis explicauimus ac diſtinximus: quæ ad uſum referuntur, perſequi nos oportet. Omnia[2] porro hæc huiuſmodi, cognitionem quidem & contemplationẽ habent liberalem, uſum[3] uerò atq; experientiam neceſſariam. Sunt igitur[4] rationis pecuniæ quærendæ partes utiles hæ, primum uſu atque experientia didiciſſe, quales[5] res poſſeſſæ, ſint utiliſsimæ atque opportuniſsimæ, &[6] ubi, &[7] quomodo: uerbi gratia,[8] equorum, aut boum, aut pecorum qualis ſit poſſeſsio, itémque aliorum animalium. Oportet[9] enim uſu didiciſſe, & quænam horum inter ſe comparata, ſint utiliſsima, &[10] qualia qualibus in locis: aliorum[11] enim aliis in locis ubertas & proſperitas eſt. Deinde[12] de agricultura cognouiſſe, eaq;[13] tum nuda, tum conſita: &

nec [15] non de mellificio, & [16] alijs animantibus, degentibus in aquis, uel [17] uolucribus, è quibus licet capere aliquid adminiculi. Maximè [18] igitur propriæ pecuniariæ hæ ſunt partes, & primæ quidem. Commutatiuæ [19] uerò maximum eſt mercatura. Atque [20] huius partes ſunt tres, naucleria, [21] oneraria, [22] paraſtaſis [23]. Differunt [24] autem harum partium aliæ ab alijs: quia hæ tutiores ſunt, hæ uerò maiorem fructum afferunt. Secundum [25] aũt fœnus. Tertium [26] aũt mercenaria. Huius [27] autẽ una eſt, quæ mercedẽ capit, colendo ſordidas artes: altera [28] uerò, quæ ex operibus uacuis ab arte & corpore ſolo adminiſtratis. Tertia [29] aũt ſpecies pecuniariæ in medio ſita eſt huius & primæ. Habet [30] enim in ſe & eius, quæ natura conſtat, quandam partem, & illius, quæ in permutationibus uerſatur: quæcunq; [31] è tellure, & è rebus, quæ è tellure naſcũtur, infructuoſis quidẽ, ueruntamen utilibus: ceu [32] quæ materiẽ cædit, & omnis [33] ars, quæ fodit aliquid è terra. Hæc [34] aũt multa iam cõplexa eſt genera. Multæ [35] namq; ſpecies ſunt eorũ, quæ è uiſcerib. terræ eruuntur. De [36] unaquaque autem harum in uniuerſum quidem dictum eſt & nũc: ſingulas [37] autem exquiſitè tradere prodeſſet quidem ad eas artes exercendas, oſtentationem tamen præ ſe ferret diutius in his commorari. Sunt [38] autem maximè artificioſę tractationes earum, in quibus minimam poteſtatem habet fortuna: ſordidiſsimæ [39] autem, in quarum uſu corpora maximè deprauãtur. Maximè [40] autem ſeruiles, ubi corporis plurimę functiones: ignobiliſsimę [41] uerò, ubi minimum requiritur uirtutis. Quia [42] autem ſunt nõnullis prodita literis de his (ceu Chareti Pario, & Apollodoro Lemnio de cultu agrorũ, & nodorum & arboribus conſitorum: eodẽ aũt pacto & alijs de alijs rebus) hęc quidẽ ex eorũ monimẽtis uideatur ab eo, cui curę ſunt. Adhuc [43] aũt, quę dicta ſunt ſparſe, opus eſt colligere, quorũ ope nacti ſunt quidam, quod experiuére, incũbentes in rem quęrendã. Cũcta [44] nãq; hęc utilia ſunt in precio habẽtib. pecuniariã: ceu [45] illud Thaletis Mileſij (hoc [46] .n. inuentũ quoddã eſt

καὶ [15] μελιττουργίας, καὶ τῶν [16] ἄλλων ζώων τῶν πλωτῶν, ἢ [17] πτηνῶν, ἀφ' ὅσων ἐστὶ τυγχάνειν βοηθείας. τῆς [18] μὲν οὖν οἰκειοτάτης χρηματιστικῆς, ταῦτα μόρια καὶ πρῶτα· τῆς δὲ [19] μεταβλητικῆς, μέγιστον μὲν ἐμπορία· καὶ [20] ταύτης μέρη τρία, [21] ναυκληρία, [22] φορτηγία, [23] παράστασις· διαφέρει [24] δὲ τούτων ἕτερα ἑτέρων, τῷ τὰ μὲν ἀσφαλέστερα εἶναι, τὰ δὲ πλείω πορίζειν τὴν ἐπικαρπίαν. δεύτερον [25] δὲ, τοκισμός. τρίτον [26] δὲ μισθαρνία. ταύτης [27] δὲ ἡ μὲν τῶν βαναύσων τεχνῶν, ἡ δὲ [28] τῶν ἀτέχνων, καὶ τῷ σώματι μόνῳ χρησίμων. τρίτον [29] δὲ εἶδος χρηματιστικῆς μεταξὺ ταύτης καὶ τῆς πρώτης. ἔχει [30] γὰρ καὶ τῆς κατὰ φύσιν τι μέρος, καὶ τῆς μεταβλητικῆς· ὅσα [31] ἀπὸ γῆς, καὶ τῶν ἀπὸ γῆς γινομένων, ἀκάρπων μὲν, χρησίμων δέ· οἷον [32] ὑλοτομία τε, καὶ πᾶσα [33] μεταλλευτική. αὕτη [34] δὲ πολλὰ ἤδη περιείληφε γένη. πολλὰ [35] γὰρ εἴδη τῶν ἐκ γῆς μεταλλευομένων ἐστί. περὶ [36] ἑκάστου δὲ τούτων, καθόλου μὲν εἴρηται καὶ νῦν· τὸ δὲ κατὰ [37] μέρος ἀκριβολογεῖσθαι, χρήσιμον μὲν πρὸς τὰς ἐργασίας, φορτικὸν δὲ τὸ ἐνδιατρίβειν. εἰσὶ [38] δὲ τεχνικώταται μὲν τῶν ἐργασιῶν, ὅπου ἐλάχιστον τῆς τύχης· βαναυσόταται [39] δὲ, ἐν αἷς τὰ σώματα λωβῶνται μάλιστα· δουλικώταται [40] δὲ, ὅπου τοῦ σώματος πλεῖσται χρήσεις· ἀγεννέσταται [41] δὲ, ὅπου ἐλάχιστον προσδεῖ ἀρετῆς. ἐπεὶ [42] δ' ἐστὶν ἐνίοις γεγραμμένα περὶ τούτων (οἷον Χάρητι δὲ τῷ Παρίῳ, καὶ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Λημνίῳ περὶ γεωργίας, καὶ ψιλῆς, καὶ πεφυτευμένης· ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλοις περὶ ἄλλων) ταῦτα μὲν ἐκ τούτων θεωρείτω, ὅτῳ ἐπιμελές. ἔτι [43] δὲ καὶ τὰ λεγόμενα σποράδην, δι' ὧν ἐπιτετυχήκασιν ἔνιοι χρηματιζόμενοι, δεῖ συλλέγειν. πάντα [44] γὰρ ὠφέλιμα ταῦτ' ἐστὶ τοῖς τιμῶσι τὴν χρηματιστικήν. οἷον [45] καὶ τὸ Θάλεω τοῦ Μιλησίου (τοῦτο [46] γὰρ ἐστὶ

& [15] de apum curandarum, aliarumque [16] animantium aut aquatilium, aut [17] uolatilium, ex quibus aliquid opis aut adiumenti conſequi licet, ratione. Artis [18] igitur pecuniæ quærendæ, nobis coniunctiſsimæ, maximéque propria, hæ ſunt primæ partes, primáque primordia. Eius [19] autem pecuniæ quærendæ rationis, quæ in permutatione poſita eſt, pars prima & maxima, eſt mercatura. Atq; [20] huius partes ſunt tres, una [21] quæ fit nauibus: altera, [22] quæ plauſtris aut iumentis: tertia, [23] quæ ſine labore aut periculo mercatura, iiſdem in locis, ubi merx nata eſt, factitatur, quam παράστασιν uocant Græci. Differunt [24] autem hæ inter ſe, quòd aliæ ſint tutiores, minuſq; periculoſæ, aliæ maiorem fructum faciant. Secũda [25] pecuniæ quærendæ rationis pars, eſt fœneratio: tertia, [26] operæ locatio, ſiue opera mercenaria. Huius [27] autem duæ ſunt partes, altera artium ſordidarum, atq; illiberalium: altera [28] earum, quæ ſunt artis expertes, & corpore duntaxat utiles ſunt. Tertia [29] autem rationis pecuniæ quærendæ ſpecies, inter hanc & primam interiecta eſt. Habet [30] enim & partẽ aliquam eius, quæ conſentanea naturæ eſt, & eius, quæ permutatione conſtat. Eam [31] dico, quæ pecuniam è terra, atque ex iis, quæ terra nata ſunt, quærit, fructu carentibus quidem illis, ſed tamen utilibus: qualis [32] eſt ſyluæ ſiue materiæ excisio, & [33] ars omnis, quæ ad metallorum effoſsionem pertinet. Hæc [34] autem multa iam complectitur genera. Multæ [35] enim ſunt eorum, quæ è terra effodiuntur, eorum formæ, multæq; ſpecies. De [36] unaquaq; porrò harum, dictum quidem eſt uniuerſè etiã nunc: ſubtiliter [37] autem, & tenuiter ſingulas partes perſequendo de iis diſputare, utile illud quidem eſt ad operas & effectiones, ſed in iis immorari, ineptum ac putidum. Sunt [38] autem eæ operæ artificioſiſsimæ, in quibus minimum fortunæ relictum eſt loci. Sordidiſsimæ [39] uero, in quibus corpora maximè deformantur & corrumpuntur. Seruiliſsimæ [40] porrò, in quibus corporum plurimus eſt uſus. Ignobiliſsimæ [41] denique, in quibus minimum præterea uirtutis requiritur. Quoniam [42] autem his de rebus à nonnullis ſcriptum eſt, ut à Charetide Pario, & ab Apollodoro Lemnio de agricultura tum nuda, tum conſita ac ueſtita, itẽq; ab aliis de aliis: hæc quidem ex his cognoſcat, cui ea ſcire cura eſt. præterea [43] uerò etiam quæ diſperſe dicuntur, quib. aliqui pecuniæ quærendæ ſtudentes, rem ſuã bene & ex ſententia geſſerunt, ea colligere oportet. hæc [44] enim omnia iis utilia ſunt, qui ſtudiũ pecuniæ quærendæ magnifaciũt. Cuiuſmodi [45] eſt etiã illud Thaletis Mileſij (nam [46] hoc inuentum quoddã acutum

 eſt

eſt aptũ ad cõficiẽdã pecuniã: ſed illi adnectunt propter opinionem ſapiẽtiæ: eſt aũt quiddam uniuerſale) Cùm 47 enim obijcerent ipſi, pauperi homini, ſtudium ſapientiæ tanquam inutile: aiunt eum cognita futura ubertate olearum ſcientia ſiderũ, adhuc hyeme, cùm facultatem nactus eſſet puſillæ pecuniæ, arrabones dediſſe omniũ torculariorum, quæ forent Mileti & in Chio, conductis illis exiguo pretio, quia nullus augeret mercedem. Poſtquam autem tempus uenit, cùm multi ſimul quærerent, ſubitò locantem quomodo uoluit, magna pecunia coacta, demonſtraſſe, procliue eſſe philoſophis diteſcere, ſi uellent: uerùm longè aliud eſſe, cui ſtuderent. Thales igitur fertur hoc pacto ſpecimẽ dediſſe ſapiẽtiæ. Eſt 48 aũt, ut diximus uniuerſalis hęc uia quęrendi rem, ſi quis ualuerit poteſtatẽ conſequi, ut ſolus aliquid uendat Quare 49 ciuitatum etiam ipſarum quædã hanc rationẽ ſequuntur, cùm egent pecunia: monopolium enim rerũ uendendarum inſtituunt. In 50 Sicilia autem quidam, depoſita apud eum pecunia, coemit omne ferrum ex officinis: poſtea cùm è mercatibus mercatores ueniſſent, uẽdebat ſolus, non ualde aucto pretio: & tamẽ è quinquaginta talentis recepit centum. Hoc igitur cùm Dionyſius audiſſet, pecuniam ſanè paſſus eſt exportare: non tamen uoluit amplius Syracuſis manere, ut inuenientem uias pecuniæ rebus ſuis detrimentoſas. Quod 51 uidit igitur Thales, & hoc idem eſt. Ambo enim ſibi callido conſilio, ut ſolis ipſis liceret uendere, poteſtatem compararunt. Prodeſt 52 autem cognoſſe hæc etiam ijs, qui uerſantur in republica. Multis 53 enim ciuitatibus opus eſt pecunia, & huiuſcemodi uijs ipſius faciendæ, quemadmodum domui: magis autem. Quare 54 nonnulli eorum qui dant operam reipublicę, curant tantum hęc.

ἐστὶ κατανόημά τι χρηματιστικόν· ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν διὰ τὴν σοφίαν προσάπτουσι· τυγχάνει δὲ καθόλου τι ὄν. ὀνειδιζόντων 47 γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν, ὡς ἀνωφελοῦς τῆς φιλοσοφίας οὔσης, κατανοήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων, ἀρραβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργείων, τῶν τ' ἐν Μιλήτῳ καὶ Χίῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐθενὸς ἐπιβάλλοντος. ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς ἧκε, πολλῶν ζητουμένων ἅμα καὶ ἐξαίφνης, ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἠβούλετο, πολλὰ χρήματα συλλέξαντος, ἐπιδεῖξαι, ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις, ἂν βούλωνται, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἐστὶ περὶ ὃ σπουδάζουσι. Θαλῆς μὲν οὖν λέγεται τοῦτον τὸν τρόπον ἐπίδειξιν ποιήσασθαι τῆς σοφίας. ἐστι 48 δ', ὥσπερ εἴπομεν, καθόλου τὸ τοιοῦτον χρηματιστικόν, ἐάν τις δύνηται μονοπωλίαν αὑτῷ κατασκευάζειν. διὸ 49 καὶ τῶν πόλεων ἔνιαι τοῦτον ποιοῦνται τὸν πόρον, ὅταν ἀπορῶσι χρημάτων· μονοπωλίαν γὰρ τῶν ὠνίων ποιοῦσιν. ἐν 50 Σικελίᾳ δέ τις τεθέντος παρ' αὐτῷ νομίσματος συνεπρίατο πάντα τὸν σίδηρον ἐκ τῶν σιδηρείων. μετὰ δὲ ταῦτα ὡς ἀφίκοντο ἐκ τῶν ἐμπορίων οἱ ἔμποροι, ἐπώλει μόνος, οὐ πολλὴν ποιήσας ὑπερβολὴν τῆς τιμῆς, ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα ταλάντοις ἐπέλαβεν ἑκατόν. τοῦτο μὲν οὖν ὁ Διονύσιος αἰσθόμενος, τὰ μὲν χρήματα ἐκέλευσεν ἐκκομίσασθαι, μὴ μέντοι γ' ἔτι μένειν ἐν Συρακούσαις, ὡς πόρους εὑρίσκοντα τοῖς αὑτοῦ πράγμασιν ἀσυμφόρους. τὸ 51 μέντοι ὅραμα Θάλεω, καὶ τοῦτο, ταὐτόν ἐστιν. ἀμφότεροι γὰρ ἑαυτοῖς ἐτέχνασαν γίνεσθαι μονοπωλίαν. χρήσιμον 52 δὲ γνωρίζειν ταῦτα καὶ τοῖς πολιτικοῖς. πολλαῖς 53 γὰρ πόλεσι δεῖ χρηματισμοῦ καὶ τοιούτων πόρων, ὥσπερ οἰκίᾳ, μᾶλλον δέ. διόπερ 54 τινὲς καὶ πολιτεύονται τῶν πολιτευομένων ταῦτα μόνον.

eſt ad pecuniã parandã accõmodatũ, quanquam illi quidem id propter ſapientiam attribuunt: ueruntamẽ aliquid eſt uniuerſe fortaſſe præceptum.) Cum 47 enim ei paupertatem uitio uerterent atque exprobrarent, tanquam ſapientiæ ſtudium inutile ſit: aiunt eum, cum ex aſtrologia intellexiſſet olearum ubertatem fore, hyeme nondum exacta, paucorum nummorum copia inſtructum, omnia olei conficiendi loca & quæ Mileti, & quæ in Chio eſſent, datis arrhabonibus paruo conduxiſſe, quippe cum licitator nullus, qui mercedem augeret, exſtitiſſet. Vbi autem tempus uenit, cum multa ſimul & ſubito quærerentur, illa ſuo arbitratu, & quanti uellet, elocatis & traditis, multis pecunijs coactis, oſtendiſſe, facile eſſe philoſophis, ſi uelint, diteſcere: ſed hoc non eſſe, in quod ſtudium ſuum conferunt. Thales igitur hoc modo dicitur ſapientiæ ſuæ ſpecimen edidiſſe. Eſt 48 autem, quemadmodum diximus, uniuerſe hoc tale genus ad pecuniam faciendam accommodatum, ſi quis poſſit ſibi uni ſingularem uendendi facultatem conciliare. Quare 49 & nonnullæ ciuitates hanc ſibi uiam ad pecuniam parandã, cùm eius indigent, muniunt. Aſſequuntur enim, ut ſingularem rerum uenalium uendendarum facultatem ſolæ habeant. In 50 Sicilia autem quidam nummis apud eum conditis ac poſitis ferrũ omne ex ferrarijs officinis coemeras & coemit. Poſtea ubi ex mercatibus conuenerant mercatores, ferrum omne ſolus uendebat, non ita immoderatè aucto precio: ueruntamen talentis quinquaginta expenſis, centum lucrifecit. Quod cum audiſſet Dionyſius, pecuniæ quidem ſecum exportandæ ei poteſtatẽ fecit, uerùm Syracuſis eum amplius manere uetuit, tanquam qui uias pecuniæ faciendæ reperiſſet ſuis rebus ac rationibus inutiles. Thaletis 51 tamẽ, & huic, de quo proxime locuti ſumus, idem propoſitum fuit, quod intuerentur ac ſpectarent. Vterq; enim callidè excogitauit & machinatus eſt, quo pacto ſolus uendendi poteſtatem haberet. Vtile 52 autem eſt hæc cognoſcere ciuitatum rectoribus. Multis 53 enim ciuitatibus opus eſt pecuniæ faciendæ ratione, & talibus rei nummariæ facultatibus, quemadmodum & domus. atque adeo magis. Quapropter 54 nonnulli ex ijs, qui ciuitates regunt ac moderantur, hæc duntaxat in rep. adminiſtranda prouident, ac procurant.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quis autem quæ faciunt) Sibi cùm iam uiſus eſſet cuncta explicaſſe, quæ ad intelligentiam harum rerum accuratamq; doctrinam pertinebant: reſtaret autem uſus, quem nunc tradere inſtituit: uoluit hoc ſignificare, ut conſilium ſuum ſermonemque huius libri aperiret. Admonet igitur, ſubtilem animaduerſionem harum rerum ingenuo profectò uiro dignam eſſe, nec prorſus illo pa'lo ab ipſo ut tenuem minutamq; deſpici (quis enim otſciſ, multos graues & honeſtos uiros ſedulò de ipſis præcepiſſe) uſum uerò tractationemq, ipſarum non ita liberalem uideri, ſed tamen omitti non debere, propter fructu, qui inde capitur.

ſtitur: eſt enim neceſſaria. Ita autem appellare conſueuit, quæ non ſatis honeſta ſua ſponte ſunt, neque dignitatem in ſe ullam habent: ſed tamen, quia uitæ noſtræ proſunt, ſunt cognoſcenda. Hoc igitur ualere arbitror, quod inquit, ſuperiora habere ſe θεωρίαν ἐλεύθερον, non ut interpres accepit, expeditam & facilem. Eſt enim exploratum, uſus quorundam retinuum, unde magni quæſtus fiunt, eſſe illiberales ac ſordidos. Similitudinem uerò non paruam habet, quod hic inquit Philoſophus de contemplatione harum rerum, & de tractatione atque uſu, cum eo, quod de Partibus animalium dixit in extremo primi libri. uidere namq; illa quoque eximio & artificium naturæ contemplari homini cupido ſcientiæ adferre mirificam ſuauitatem: ſpectare autem oculis, iniucundum ac ſæpe moleſtum eſt. Quare adhibita multa cura, locũ eum purgauit, hortatusq; eſt ad moleſtiam illam deuorandam, ne prius nos ſubtili cognitione partium etiam noſtri corporis, uniuſque tamen hic exquiſitam rationem curandi pecoris, cum ualde à propoſito ſibi fine abhorreret.

Sunt autem pecuaria.) Docet nunc, quæ partes rationis incumbentis pecuniæ, & illius quidem honeſtæ, magnos fructus ferant: & cùm plures ſint, diſtinguit ipſas. Primam igitur tradit, multum prodeſſe peritũ eſſe pecoris (κτήματα hic uocauit pecore uarij generis, ut ex ijs, quæ ſequuntur, perſpicitur ſed etiam in 1 libro de Arte dicendi, cùm idem oſtenderet, appellauit βοσκήματα) cognoſſetq;, cuius generis pecora ſint maximè quæſtuoſa, & quibus potiſsimum in locis, & quomodo habere & curare: ceu, inquit, equorum ſtudium cuiuſmodi ſit, uel boum, uel ouium eodem pacto, inquit, & aliarum animantium, exempli cauſa mulorum, aſinorum, caprarum: de quibus omnibus ſedulò M. Varro in 2. de Re ruſtica diſputauit. Repetit autem, ſi quis inde magnos fructus capere uelit, oportere ipſum ualde peritum eorum eſſe primumque quaſi conferre ipſa inter ſe, uideretq; ex quorumne gregibus ſiue armentis boum maiores utilitates capiantur, & qualia potiſsimum in his aut in illis locis. Nam etſi fructus, qui capitur è gregibus equorum, maior eſt, quàm qui è uaccis: poſſet tamen fieri, ut locus magis idoneus ſit paſcendis bubus, quàm equis hoc igitur ſignificauit, cùm loquitur Alia namque pecore uigent in alijs locis ac ſaltibus: quare uberiores fructus ita inde proficiſcuntur.

Deinde agricultura.) Alteram partem attingit γεωργικήν, quæ in tenet in cognitione rerum ruſticarum. Partitur autem ſtatim agros, qui coluntur, in nudos, & in arboribus conſitos. Terram igitur πεφυτευμένην uocat, in qua ſint arbores fructuoſæ. φυτὰ enim nunc ſunt ipſi ſtirpes hæ, & non omnia, quæ oriuntur è terra, ut ſæpe ualet hoc nomen: in illis namque ſcumentum & reliquæ fruges ſunt, ſine quibus non conſtet agricultura. Demoſthenes quoque ita accepit hoc nomē aduerſus Leptinem. ſed alterũ etiam eodem loco uſurpauit: nam ſequitur illic, [illegible]: addit autem huic ſtudio terram colendi alios quæſtus, qui aliquo modo ipſi commiſcentur. Quare M. Varro ipſos coniunxit, & appellat eos uillaticas paſtiones: quod fecerunt etiam cæteri, qui de ſtudio agricolarum ſcripſerunt. Cùm autem hic noſter appellet μελιττουργίαν, præcepiſſe quoque illum diligenter de apibus notum eſt, è quibus etiam non contemnendæ utilitates capiuntur. Maiores tamen illæ inde capiebantur antiquis temporibus, quibus maior uſus erat mellis: nondum enim inuentum erat, quod ei multum dignitatis eripuit. Monſtrat etiam hic, unde aliæ quoque utilitates ducantur, quod & ijdem illi fecerunt: id eſt, ſi quis piſcinas habeat, aut aues paſcat, unde etiam aliquid emolumenti capiat ad uſus domeſticos. hoc enim ualet, quod inquit, [illegible]. Quam uerò hic ipſe appellauit [illegible], eandẽ Plato in XI. libro de Legibus, [illegible]. hæc enim ipſius uerba ſunt [illegible].

Maximè igitur propria.) Partes rationis pecuniariæ, maximè proprias patris familiæ eſſe dicit, concludens quod iam præcepit: & illas quidem primas, quas adhuc docuit. Alteram uerò, quæ manet in permutatione, [illegible], id eſt in primis quæſtuoſam eſſe inquit, mercaturã: cuius mercaturæ partes ſint numero tres. Vocat autẽ ipſas his nominibus, ναυκληρίαν, φορτηγίαν, παράστασιν, in quibus omnibus aliquid ſcrupuli manet. Niſi namque hoc obſtaret, diuiſio tota partesq; ipſius ſatis commodè perciperentur. Videtur enim uocaſſe ναυκληρίαν, mercaturã, quæ nauibus exercetur, cùm mercator mare in hanc urbem, aliamúe, ſiue emporium, impoſitas in nauim merces ſuas mittit: quia in eo genere quærendi rem, qui nauim regit, rectamq; conſilio ſuo tenet, neceſſarius eſt. Altera pars eſt, quæ tellure idem facit, mulis ſiue uehiculis utens: unecaq; quæ uendat, ita ex alio in alium locum mittens. unde nomen ipſi φορτηγίας impoſitum eſt. Nec tamen me fallit, φόρτα, id eſt onera quoque uocata, quæ mari mittebantur. unde certæ naues à Græcis φορτηγὰ πλοῖα, & à Latinis onerariæ appellatæ ſunt. Quare non ſine cauſa miraretur aliquis, quomodo hoc nomen oneris inde, ubi tam frequẽs uſitatumq; eſt, auctor aliò comportarit, & commune amborum rationum, alteri addixerit. In tertio genere mercaturæ maior adhuc difficultas eſt, quæ profectò & ipſa naſcitur à nomine. Cùm enim παράστασιν uocet, exiſtimarunt interpretes oſtendi illo nomine mercaturam, quam colit aliquis ſedem non mutans, uerũ eodem loco manens, emptis mercibus conuectis aliunde, ipſasq; auctio poſtea pretio uendens, non tamen minutatim, tunc enim nomen mercatoris amitteret, aliusq; ſiue artifex ſiue caupo fieret. Eſt autem in hac uoce moleſtum, quod cùm iuncta illa ſit, prior ipſius pars præpoſitioq; deprauata ſæpe tollet uim orationemq; conſequentis. Nam quin στάσις ſola ſtatum manſionemq; ualeat, dubitari non poteſt. Quod dixi, uerum eſſe perſpicitur: παραπρεσβεία enim eſt uitioſa legatio. Idem etiam contingere in [illegible], & infinitis alijs, apertũ eſt. Quare non ſine cauſa, ut arbitror, ueritus ſum, ne planè ſtatum hic ualeat hæc uox: neque etiam omiſi quærere, an alibi hoc ſenſu uſurpatam inuenirem. Neque enim hic ullo pacto ſignificat παράστασις idem, quod ſæpe apud Atticos oratores, ut teſtatur etiam Harpocration, qui affirmat ualere hoc nomen certam pecuniam drachmamq;, quæ deponebatur ab illis, qui priuatam aliquam litem in foro inciperent. Nam quod Ariſtoteles ipſo utitur in V. quoque horum librorum, omne aliud potius illic ſignificat, quàm manſionem in ea ipſa ſede, qua aliquis uiuit. Eſt enim locus, ubi docet, quod remedium adhiberi debeat, ut in malis. cùm aliquis ſine modo creuit in ciuitate amicorum copia & diuitiarum. Maluiſſet enim prius lege obſtrui uiam huic immodo, ne irrumperet in rempublicam. Verba eius ſunt: [illegible] παραστάσεις [illegible], quam ſententiam magni iudicij uir, & ſingularis linguarum cognitionis Budæus expreſſit & declarauit hoc pacto: Alioquin quoquo modo ciuitate procul ſummouere ſignificans, ut opinor, ſimile quiddam [illegible], & relegationis. Cuius opinionem probo, niſi quòd arbitror idem poſſe fieri ſine aperto dedecore, ut ſpecie quadam honoris & publicæ curæ, in lõginquas terras amandentur: ut M. Brutum poſt cædem Cæſaris aduerſarij mittere in Aſiam uoluerunt ad frumentũ emendum. Quare M. Cicero, qui laudi ipſius fauebat, hoc ſtomachatur, & penè hominem accuſat, qui tam humile onus impoſi ſibi paſſus eſſet. Xenophon in libello, quo remp. Laconũ, qualis foret exponit, uel potius ipſam tollit ſummis laudibus, cùm traderet gentem eam non ſolitam quærere pecuniam ſtudio ullo acteue (ut mos eſt aliarum ciuitatum) in illis appellandis non facit ναυκληρίαν partem ſpeciemue ἐμπορίας, ſed diuerſam ab ea. inquit enim, [illegible]. In extremo diſcriminis hoc uerſari inter ipſas Ariſtoteles commemorat; quòd hæc quidem minus periculi in ſe habeant, hæc uerò maiorem fructum ferant.

Secundum autem fœnus.) Secundam uiam cogendæ pecuniæ, ratione illa, quam μεταβλητικὴν uocat, eſſe dicit fœnus. Quærendum autem puto, cur non primam hanc fecerit: nam ſi quæſtum attendimus, uidentur hinc capi ampliores. Vnde uidemus non paucos, qui ſe mercaturis rem quærere uideri nolunt, paulatim delabi ad hanc. niſi fortaſſe incœpit non à fructu ſiue, ſed ab honeſtiore.

Tertiam autem mercenaria.) Tertiam uult eſſe, quam μισθαρνίαν uocat, id eſt cum aliquis mercedem capit ſui elocatione operis: exercetur autem hæc labore corporis. Partitur uerò ipſam in eam, quæ arte in eo quæſtu faciendo utitur, & arte una quapiam illarum, quæ βάναυσοι à Græcis uocatæ ſunt, quaſi ſordidæ & humiles: & illam alteram μισθαρνίαν, quæ magis adhuc tenuis uilisq; eſt, & artificij ferè omnis induſtriæq; expers: cuiuſmodi ſunt operarij in agro colendo, & muli, qui in foro ſedent, præſto ſemper omnibus, qui data mercede opera ipſorum uti uolunt.

Tertia autem ſpecies.) Cùm partes iam expoſuiſſet μεταβλητικῆς, & numerum ipſarum, uimq; omnem ac rationem explicaſſet: redit ad eam, quæ caput eſt omnium rationum quærendæ pecuniæ. ipſiuſque tertium quoddã genus monſtrat; quod medium eſt & interiectum inter duo illa ſuperiora genera: quorum alterum manet in fructu pecoris, & cultu agrorum, alterum uerò eſt quod μεταβλητικὴ modò uocatum eſt. Quare percipitur, auctorem ueteris illius tralationis, exemplar deprauatum ſecutum, qui reddidit, Quarta autem ſpecies. Illum autem quidam ſine cauſa ſecuti ſunt, parũ profectò uidentes, uero ordine ſummi doctoris relicto. Tertium igitur genus rationis, quæ conficit pecuniam, poſi-

tum eſſe dicit inter hanc, quam modò explicuit, [illegible] uocauit, & primam illam. Statim autem cauſam attulit, cur in medio harum ipſam collocarit. continet enim, inquit, illa in ſe non nihil eius, quæ natura conſtet: & illius etiã, quæ in permutatione tota ſita eſt. Eſſe uerò dicit huiuſcemodi, quæcunq; à tellure capiuntur, & illis, quæ oriuntur è terra, quæ ferè ſua ui infructuoſa ſint, poſſunt tamen aliquem nobis uſum ferre. Exemplo autem uno poſito, quę intelligeret, ſignificauit. inquit enim: Ut quæ ſyluas cædit, & quæcunque fodiuntur è terra. In cunctis autem calamo exaratis libris legi, [illegible] quam uocem etiam expreſſit uetus tralatio. D. tamen Thomas perſpicitur aliam lectionem ſequi, quam neſcio unde eruerit: nec tamen ipſam deſpicio. hæc enim uerba ſunt apud ipſum: Quæ ſcilicet acquirit lucrum per inciſionem lapidum. Quare apparet, qui ita uertit, legiſſe [illegible]. Et ſanè, ſi cogitemus quæ ſequũtur, bene ſcripturam, ut opinor, probabimus. Cùm enim dicat auctor, [illegible] exiſtimari facilè poteſt prius partem ipſius appellaſſe. Syluæ aũt cæduæ non ſunt ullo pacto pars eius artis, quę aliquid eruit è uiſceribus terrę: & tamẽ exemplum ſyluarum cæſarum, & ipſum hic accommodatum foret. materia namq; illa eſt ſanè ſine fructu: neque enim naſcuntur ipſa alimenta, & tamen præbet nobis multas utilitates.

Hæc autem multa.) De arte illa hic manifeſto loquitur, quæ, ut inde eruat metalla nunc uocata, terram fodit. ipſiuſque multa genera eſſe tradit. Cùm multa etiam ſint, quæ eruuntur è terra: nam præter aurum, argẽtum, æs, ferrum, eruitur etiam & nitrum, & ſulphur, & alia non pauca. Ars igitur, quæ effodit hanc materiam, diuerſa eſt ab illa, quæ aliam materiam fodiendo ſcrutatur. non enim eadem eſt ratio conquirendi infra terram diuerſas materias. Cùm dicat autem hanc in plura genera iam diſſectam eſſe, ſuſpicor ſignificare uoluiſſe ſua ætate, uicinisq; ipſi temporibus, eam ualde auctam eſſe ſtudio & induſtria quorundam mortalium, qui in ipſas toto animo incubuerint.

De unaquaq; autem.) Ne quis ſibi uitio daret, quòd non accuratè ſingulas illas rationes nunc expoſuiſſet, docet ſe id ratione feciſſe. Quemadmodum enim ualuiſſet multum ad eas artes tractandas, exquiſite omnia perſequi: ita ſibi plurimum ſtudij ponere in ipſis ſubtiliter explicandis, futurum fuiſſe inuidioſum narrat, & quod oſtentationem quandam ſcientię illarum rerum oleret. Satis igitur ſe officio ſuo feciſſe, quòd in uniuerſum de ipſis diſſeruerit, [illegible] autem hic artes eas & miniſteria, ut ſuprà quoque feci, appellauit.

Sunt autem maximè.) Cum ſtudiorum, quæ ponuntur in artibus uarijs tractandis, magna diſſimilitudo ſit (quædam enim ipſorum honeſtiora ſunt, quædam uerò humiliora, & alia itidem alijs culpis affinia) declarat ſingula cuiuſmodi ſint. Inquit igitur, ex omni genere munerum, quæ ſimilitudinem aliquam habẽt artium ([illegible] autem ipſæ ab eo appellantur, quia opus aliquod illis conficitur) pleniſſimæ artificij ſunt, in quibus minimam poteſtatem fortuna habet. caſus enim raro aduerſatur, & aliquando euentum ipſius conatumq; deprauat. Maximè autem ſordidas eſſe inquit illas, in quarum uſu corpora opificum detrimenti multum accipiunt, ac deteriora fiunt. Huiuſcemodi uerò artes quaſdam eſſe exploratum eſt ut quæ cyathos è uitro poculaq; conficit: cùm enim conuerſi ſemper in flammam ignemque ſtent, oculi artificum inde læduntur. Huiuſcemodi quoque eſſe arbitror, quas qui exercent, neceſſario ſedeant, ut ſutorum eſt ars. ita enim corpora ipſorum inhabilia redduntur, aut parum certe idonea ad rem militarem, ob deſidiam illam. Ubi autem loquitur de incommodo [illegible] accipiunt opifices ab uſu ſordidarum harum artium, Plato utitur iiſdẽ uerbis, ut in 6. de Republica, quo loco tradit non minus ipſis corrumpi animos, quàm corpora eorundem. De his autẽ accuratius pleniuſq; diſſerit in 8. horum librorum, nõ longe à principio. Tertium genus eſſe uult artium (ſi artes ipſę uocandæ ſunt) maximè ſeruiles, ac proprias mancipiorum, quas eſſe dicit illas, in quibus tractandis crebri ſunt frequẽteſq; uſus corporis. Siquidem conſilio uiribuſq; animi multum illæ utereentur, ipſis colendis minimè ſerui homines adhiberentur, qui non multum his rebus ualent. Poſtremum genus, quas maximè ignobiles uocat, eſſe dicit earum, quæ minimè egent uirtute, id eſt induſtria & artificio. Plato quoque in 11 libro de Legibus, cum diſſimilitudinem artium, quod ad ſplendorem ipſarum aut obſcuritatem facit, oſtenderet distinxit illas duabus tantùm notis. has enim uocauit [illegible], quaſi honeſtiores: alteras uerò [illegible], id eſt turpiores & ſordium pleniores.

Quia autem ſunt.) Cùm ſignificarit non ſui officij eſſe diligenter explicare quaſdam artes: uideat tamẽ præcepta ipſarum non parum accõmodata eſſe rei quærendæ: docet unde illa petantur, initiumq; ducit à ſtudio rerum ruſticarum, quod ſuprà quoq; cæteris antepoſuerat. Oſtendit igitur, quorũ libros adeũdos cẽſeat ab his, quib. hæc curæ ſunt: Charetem Pariũ, & Apollodorũ Lemniũ ſcripſiſſe de cultura agrorũ. Et ſic cùm duo quaſi genera ipſius ſint, quorũ prius è frumentario agro ſegetibuſq; fructus capit, poſterius uerò ex arboribus conſito: utramq; rationem ab illis traditam eſſe dicit. & alios etiam non multos teſtatur multa literis mandaſſe de alijs rebus, quæ eidem conſilio ſeruirent. Exẽpli cauſa de re pecuniaria, de uillaticis paſtionibus, quorum etiam ſcripta ualde utilia eſſe poſſent. Non eſt autem dubium, quin qui diligenter agrum colit, magnos inde fructus ſemper capturus ſit: in primis autem rei ſuæ cõſulet, qui hoc in ſtudio noui aliquid inuenerit: & aut frugem aliquam, oluſúe, aut ſtirpem utilem uitæ gratamq; aliunde cõportarit: ſiue meliorem uiam cotidianarum colendarum excogitarit. Cognitus enim, qui hac induſtria uſi, ualde fortunas ſuas auxerint. nihil enim eſt feracius tellure, ſi quis eam tractare ſciat.

Adhuc autem, quæ.) Non ſolum quæ prodita iam ſunt plenè monumentis literarum, prodeſſe inquit: uerũ etiam rationes quaſdam ſparſas colligi oportere affirmat, quibus nonnulli patrimonium auxerunt, aut etiã publicæ pecunię prouiderunt. His namque hoc tempore hoc excogitarunt, aptum ad hunc finem alij uero alio aliud, quæ cnocta documenta feruntur, & in ore multorum ſunt. erudient igitur hæc quoque non parum.

Cùm illud Thaletis. Duo exempla ponit, quib. declaret quod tradit, utilem ualde eſſe cognitionem uariarum rationũ, quib. nonnulli breui magnas pecunias confecerunt. prius eſt Thaletis Mileſij, poſterius incerti hominis. Thaletis callidum conſilium quale fuerit, exponit accuratè. Quod facit quoq; Laertius in uita ipſius. Sed etiam M. Cicero idẽ narrat in primo libro de Diuinatione: qui tamen in hoc diſſenſit a noſtro auctore, ne dicam ipſum peccare in eo exponẽdo. commemorat enim Thalem omnem oleam, antequam florere cœpiſſet, in agro Mileſio coemiſſe. cùm Ariſtoteles uelit ipſum non omnem oleam emiſſe, ſed cũcta torcularia conduxiſſe (appellat enim [illegible], quæ ſine dubitatione ſunt ea, quæ dixi) non potuit autem Thales, cùm pauper foret, parua pecunia, quam nactus erat, omnem oleam emere: uęriſimiliuſq; eſt ipſum feciſſe, quod noſter narrat, multis de cauſis conſilio eidem aptum. Vidit quoq; diſſentire in huius rei narratione inter ſe Græcum & Latinum auctorem Io. Geneſius: exiſtimauitq; & ipſe uerius, quod factum fuit, tradere ſummum philoſophum, cùm ſcientia ſiderum præſenſiſſet ubertatem olearum futuram. Non poterant autem oleas ſtringere agricolæ, niſi ab eo uſum torculariorum emiſſent. Locatis igitur illis, qua pecunia uoluit, cæpit magnam uim nummorum coegit. Quod autem noſter doctor inquit, hoc fuiſſe repertum unum quoddam e multis, aptum ad rem quærendam, quod tamen homines tribuerent Thaleti propter magnam laudem ſapientiæ non uidetur omnino aduerſari communi opinioni de hac re, ſed ualere, multa etiam ab alijs huiuſcemodi excogitata eſſe, ſed tamen hoc ſe illius libentius prædicare, propter dignitatem hominis. Omnis enim ratio, qua aliquis efficiat ut res, magnopere utilis uitæ, in ſua tantum manu ſit, ab eoq; pete neceſſario debeat, huiuſcemodi eſt, & eandẽ uim habet.

Eſt autem, ut diximus.) Hæc eſt tanquam declaratio uerborum illorum, quæ modò ipſe quoque interpretari uolui, poſitorum ante narrationem facti Thaletis. Addit autem, ciuitates etiam nonnullas hoc uidentes, cùm pecunia egerẽt, hac uia uſas fuiſſe ad ſumtus neceſſarios ſuſtinendos, inſtituiſſeq; [illegible] hoc enim [illegible] è duobus nominibus uerbo Græci appellant, cùm res aliqua in urbe lege non poteſt niſi ab uno uendi. Sed hoc, quod fiebat in duris tantùm ueterum illorum rebus, & magnis ærarij anguſtijs, auaritia temporum inferiorum cotidianum factum eſt, & uſurpatur paſſim, non ad inopiam publicam propulſandam, ſed ad uectigalia cupide augenda.

In Sicilia autem.) Poſterius hoc exemplum eſt. Non omnino autem teſtatur hoc Siculum hominem feciſſe, ſed tantùm dicit in ea inſula hoc a quopiam, cuius nomen non ponit, excogitatum fuiſſe. Nam uidetur etiam oſtendere, ipſum in ſuo aſtuto conſilio explicando non ſua pecunia uſum, ſed aliena, & apud eum depoſita. Quod ſimile eſt ſuperiori illi, cùm narrauit Thalem nactum puſillam pecuniam, citò facileq; magnam illam feciſſe. Valet autem hoc non parum ad demonſtrandum, licere etiam pauperibus, ſi huiuſcemodi aliquid inuenerint, breui ad magnas diuitias peruenire. Hic enim quoque paruo interuallo, ac ſine incommodo etiam magno cæterorum, præſtitit quod uoluit.

Hoc

Hoc igitur cùm Dionyſius.)Narrat quid conſilij ceperit de ipſo Dionyſius, iniuſtus ille rex eius telluris: qui cùm hoc ad aures ipſius perueniſſet, non ſanè eripuit homini pecuniam, eo modo partam. ſed tamen nō paſſus eſt ipſum amplius illic manere: iuſſit enim cum ſua pecunia inde abire. Cuius ſuæ uoluntatis interdictiq; cauſam hanc attulit: quia inueniret rationes pecuniæ faciendæ rebus ſuis inutiles, ac detrimentoſas. Quomodo autem hoc impediret rationes Dionyſij eſt uidendum. Neque enim arbitror uerum eſſe, quod quidam excogitarunt, id factum ipſi diſplicuiſſe, quia tyranni nō libenter audiunt ciues magnopere patrimonium augere (non enim illum ita infinitam pecuniam coegiſſe traditum eſt) ſed potius, quia Dionyſius uiri illi uti uolebat pecuniæ quærendæ, & inſtituere illic uectigal.

Quod uidit igitur Thales.)Docet, quod uidit acutè Thales, & hoc Siculi conſilium, unū idemq; eſſe: quamuis diuerſa uideri poſsint illis, qui ipſi rerum uideant. Neque enim ſpectandum, quenam in re exercuerint malitiam ſuam: ſed rationem ipſam attendendam, quæ profectò eadem eſt. Ambo namque operam aſtute dederunt, & ad exitum perduxerūt, quod ipſis in mentem uenit, ut ſoli ſcilicet uenderent quod uolebāt: quę certa eſt uia citò fortunas & priuatas & publicas augendi. Videtur autem repugnare quod inquit, pretium ferri parum auctum fuiſſe, & pecuniam duplicatam. non enim uſu uenire hoc poteſt, niſi mercis, quæ uenditur, dimidio pretium creſcat. Quare, ut opinor, ita locus accipi debet, ut ille, qui ferrum emit, non ſtatim totam pecuniam diſſoluerit, plenumq; pretium ingentis illius copiæ ferri, quam emit (neque enim hoc efficipotuit quinquaginta ſolùm talentis, quæ habebat) ſed tempus ſibi ſumpſerit integræ ſummæ diſſoluendæ. Potuit autem hoc tutò præſtare, perſpecto magno quæſtu, quem aſtuto illo conſilio facturus erat. fidem autem ſuam liberauit pecunia, quam primùm, uendita parte ferri, inde capiebat. Non eſt autem dubium, quin is quoque emere dicatur, qui non præſentem omnem pecuniam uenditori numerat. Quod inquit auctor, τεχνάσαι, ualde aptum uerbum eſt ad callidum fuiſſe conſilium ipſorum oſtendendum: unde etiam Pithias Terentiana inquit: *Parmenonis tam ſcio eſſe hanc techinam, quàm me uiuere.* Demoſthenes quoque multis locis τέχνας uocauit aſtuta conſilia & plena doli: qui tamen, ut magis rem aperiret, addidit tanquam declarationem, καὶ πανουργίας.

Prodeſt autem cognoſſe.)Non ſolùm, inquit, prodeſt patri familiâs hæc ſcire, ut domeſticis uſibus ſeruiat: uerum etiam ijs, qui in rep. uerſantur. multis enim, inquit, ciuitatibus opus eſt ratione aliqua, non minus atq; priuatis domibus, qua ualeant ſubſiſtere publicis ſumtib. & huiuſcemodi quaſi uijs cogendi pecuniæ: πόρους enim ipſas Græci uocabant. Addit autem, maiore adhuc neceſsitate ciuitates premi cogiq; cognoſcere rationes has: quia ſcilicet duris temporibus aliquando conflictantur, coguntur q; alere exercitum, ut leges ſuas & fines tueantur. Nam Demoſthenē exclamare, opus eſſe pecunia, nec ſine ipſa remp. adminiſtrari ullo pacto poſſe, notum eſt: qui etiam de uia illa cogendæ pecuniæ ſæpe diſputat, ac nouos etiam inauditosq; πόρους à ſe excogitatos oſtendit. Quare non eſt uerum, quod nonnulli affirmant, ſolitos creari magiſtratus, qui huic rei prouiderent: hæc enim cura erat priuatorum. Neq; hoc Ariſtoteles tradit, ubi hic dicit, nonnullos è numero corū, qui remp. dant operam, in hanc curam toto animo incumbere, & nullam aliam reip. partem attingere.

ἐπεὶ δὲ τὰ περὶ τὴν γνῶσιν.)Vt theoria omnis ſuam habet γνῶσιν, ſuamq; πρᾶξιν, ita quoq; praxis & γνῶσιν & praxim ſub habet. Quod ex hoc loco ſatis intelligi poteſt. Quæ diſputata ſunt hactenus de χρηματιστικῆς ſpeciebus, quòd ad Oeconomiam pertineant quadam ratione, alia non pertinent: ea omnia potius ad eruditionem faciunt philoſophicam, quàm ad exercitationē œconomicā, ut ſcilicet quis doctus potius quā bonus œconomus euadat. Adijcienda ergo ea quoq;, quę ad χρῆσιν pertinent, hoc eſt, ad ipſum uſum: quorum cognitione quis bonus atq; prudens œconomus fiat, exercitatusue uerò diuet. Cic. lib. 3. de Oratore & ratione & exemplo euincit, omnes artes aliter ab ijs tractari, qui eas ad uſum trāſferunt: aliter ab ijs, qui ipſarum tractatu delectati, nihil aliud in tota uita ſunt acturi.

ναυκληρία, φορτηγία, παράστασις.)Differentiæ à loco ſumtæ. Simile quid apud Rom. quibus Mercatores dicebantur, qui cùm Romæ domicilium haberent, interdum tamen exportandarum uel importandarū mercium cauſa in prouincias ad aliquod tempus excurrebant. quod tempus ut longiſsimum, Sabinus definit eſſe non plus annuum. Negociatores uerò ciues Romani erant, ſed in prouincijs ſedem fortunarum ſuarum conſtituerant, ſic ut tardè in urbem, nec ferè niſi cenſendi cauſa redirent: quales erant Aratores, Pecuarij, Argentarij, Publicani. Hæc Hotomannus com. Verborum iuris.

μισθαρνία.)Qui opus mercede faciunt, ſiue theoricum, ſiue practicum, ſiue mechanicum illud ſit. Sic Iſocrates ſtipem à diſcipulis lacrymans accipit. Sic mechanici artifices ἀπὸ τοῦ κέρδους Cerdones dicti, à lucro ex arte ſordida. Latini mercedem artiū liberalium Honorarium appellauêre, quaſi quod artis potius honeſtandæ cauſa daretur, quàm mercedis pro opera perſoluendæ ergò. Vnde Vlpiani illud: Precium operæ artis eſt uelamentum, hoc eſt uelat & abſcondit artē, facitq; ut nulla ipſius ratio habeatur, quaſi proſtitutæ cauſa lucri. Chryſippus apud Plut. in Stoicorum pugnis tria quæſtus genera ſapienti potiſsimùm congruentià proponit, ex regno, ex amicis, tertium præterea ex docendo.

τρίτον δὲ εἶδος χρηματιστικῆς.)Victorius τέταρτον legit, deceptus fortaſſe n. 26. uerbis, τρίτον δὲ μισθαρνία. Cæterùm methodus ipſa de Tertia ſpecie hic agere Ariſt. non de Quarta conuincit. Neq; enim μεταβλητικῆς quartam ſpeciem hic aſsignat, ſed χρηματιστικῆς in uniuerſum conſideratæ duab. ſpeciebus ſimplicib. hanc tertiam ueluti ex utraq; mixtam adiungit, eamq; mediā facit, μεταξὺ ταύτης (τῆς μεταβλητικῆς ſcilicet in genere ſumtæ) καὶ τῆς πρώτης (quā paulo antè χρηματιστικὴν οἰκονομικὴν appellauit.)

ἀπὸ γῆς γινομένων.)Non tantùm circa ἄκαρπα, ἀλλὰ ἄλλως βοηθοῦντα tamen χρήσιμα, uerſatur hæc ſpecies χρηματιστικῆς compoſita, ſed & circa τὰ ἔγκαρπα, hoc eſt, circa ea quæ fructus cauſa, quem nutriendo præſtant, capiuntur, quatenus ſcilicet prius, quā in uſum ueniant, præparationem artificialem requirunt.

βαναυσόταται.)ἀπὸ τῶν βαύνων, à furnis & fornacibus. Artes quę fornacibus & caminis egent, circa quęcunq; uerſentur materiam, corpora deformando ſordidæ eſſe uidentur. Itaq; Vulcanus ille apud Homerū Iliad 6. ex officina ueniens, priuſquam Thetidē admitteret, σπόγγῳ δ' ἀμφὶ πρόσωπα καὶ ἄμφω χεῖρ' ἀπομόργνυ, αὐχένα τε στιβαρὸν καὶ στήθεα λαχνήεντα.

δουλικώταται.)Iccirco Varro maiora opera ruſtica, in quib. plurimùm corpora exercentur, ut ſunt fœniſecia atque meſſes, mercenarijs deleganda ſuadet, ut ſeruis interim tuis parcas.

Χαρητίδῃ.)Charetidis & Apollodori ſcripta de Agricultura non extant: ſed Heſiodi, Catonis, Varronis, Maronis, Columellæ, Palladij, & aliorum. Apollodori meminit Varro lib. 1. c. 1. de Re ruſtica: Charetidis uel Charetis (ut alij legunt) non item, ſed Chæreæ & Chæreſtei Athenienſium.

τῶν ἐλαιουργῶν.)Cic. primo de Diuin. Thaletem oleam omnem coëmiſſe dicit, quòd ubertatem inſignem futuram prouideret. At hoc monopolium non parua pecunia opus habuiſſet. Plin. lib. 18. c. 28. Democritum præuidentem olei inopiam, oleas emiſſe ſcribit. Sed Ariſtoteli uetuſtiori magis credendum: cùm etiam ratio adſtipuletur, parua pecunia officinas olearias conduci potuiſſe, quarum cùm in magna oleæ prouentu inſignis uſus foret, Thales ex earum locatione quæſtum fecerit maximum. Quod ipſum Laertius confirmat ex Hieronymo Rhodio, ἐλαιουργεῖα Thaletem μισθώσασθαι, hoc eſt, cōduxiſſe, non autem ὠνήσασθαι, emiſſe, ſcribens. Hæc rectè Sepulueda animaduertit.

ἐν Μιλήτῳ.)Vrbe Cariæ, & metropoli Ioniæ. Cui uicina eſt altera Cariæ urbs, Chios dicta, diuerſa à Chio Inſula & urbe ipſius inſulæ cognomina. Nam præter haſce totidem alias urbes ſub eodem nomine Stephanus cōmemorat: unam in Cherroneſo, alteram in Eubœa.

ἐκ τῶν ἐμπορίων.)Cùm ex emporijs, ubi ſe ferrum reperturos pro more putarant, inanes rediiſſent, & Syracuſanum illum Syracuſis ferrum habere intellexiſſent.

πολλαῖς γὰρ πόλεσι.)Quemadmodum ex eo lib. Oeconomicarum diſpenſationum falsò etributum Ariſtoteli, aut ſaltem (ſi illius eſt) libro primo Oeconomicorum ineptè affixum, colligere licet.

DE χρηματιστικῆς generali & ſpeciali γνῶσιν hactenus. Nūc ad χρῆσιν, in ἐμπειρίᾳ & πρᾶξει poſitā, trāſitū parat: qua ſcilicet methodo œconomus de reb. neceſſarijs familiæ proſpicere debeat. N. 1. Hàcce igitur methodum	Proponit *œconomo cōuenire: quoniam reſpectu*	Theoriæ *ſeu cognitionis* Præceptorum, *libero homine (qualem nos œconomum eſſe ſupponimus) digna ſit. N. 2.*
		Praxeos *ſeu exercitationis* Exemplorum, *ad uitam ſuſtentandam planè ſit neceſſaria. N. 3.*
	Declarat. *Vide in ſeq. figuram A.*	

A. Metho-

A. **Methodū practicam** χρηματιστικῆς declaratum quoad

- **Materiā subiectam**, videlicet quoad χρηματιστικῆς species, quarum aliæ sumuntur à
  - **Materia** atq; Forma. χρηματιστικῆς ergo siue οἰκονομικῆς cognitio, œconomo conueniens, exercitatio uerò eidem famulans,
    - **Rudis** quidem & uniuerſalis hic locū habere poteſt. (N.36.) innuerū ut aliæ ſpecies illius cōſtituantur
      - **Simplex.** Vide in ſeq. ſignum B.
      - **Compoſita** ex prædictis, inter Naturalem & Artificialem media. Nu. 29. Cuius quidem
        - **Formam** ex prædictis ſimplicibus ueluti mixtam uideri ait, cùm quadam ſui parte naturalis Captio, quadam uerò artificialis Commutatio eſſe uideatur. N.30. Capit enim ea quæ uel naturæ ſolius ope uel artis insuper obſtetricatione producta fuère, ut ijs utatur. Cæterùm quoniam ita uti capta fuère, ad uſum ſunt inepta, artem inſuper adhibet, & ueluti in aliam formam tranſmutat.
        - **Materiam** ſubiectam exempli cauſa declarat. Verſatur circa ea quæ uel è terra naſcuntur, ut ſtirpes: uel è terra aluntur, ut animalia: item circa ea quæ à terra natis uel nutritis ſumuntur (quod de terra ille, tu etiā de aquis intellige) ut ſunt ligna, cortices, pili, cornua, coria, & ſimilia: ut ea omnia artis beneficio uſibus humanis accommodet: ſiue pertineant ad
          - Vſus quoſuis alios, quàm alimenti quā ſuprà c.8.n.52. ἄλλο βιώτικα appellauit, ad ueſtimētorum & inſtrumentorum confectionēs: hic uerò ἄτροφα (ut quæ ad alimētū humano ac cōmodiū non habēt. ſup.c.8.n.39. maiorē partē hominum uel terra uel fructibus è terra culta petitis nutriri affirmauit) χρήσιμα (alijs uſib. cōducentia) N. 31. Exēplu declarat eorū quæ extra alimētis uſum naſcūtur
            - **Supra terram**, Arbores ſcilicet lignifera (nam glādifera & pomifera inter Alimentarias referēda ſunt) quarū Captio artis inſuper Præparationē poſtulat, ut defrōdentur, ut diſſecētur (quæ ὑλοτομία dicitur propriè) uel ſerra uel ſecuri: ut reponātur & excoquantur, ad uſus fabriles uel coquinarios: aut etiā ut ignis ſubſidio in carbones exurantur. N.32.
            - **Intra terrā metalla.** Huc ergo tota pertinet ars Metallica. N. 33. Totam dico: quoniā metallorū ut genera ſunt uaria, N. 33. ſic uariæ etiam ſunt artes. N. 34.
          - **Alimenta.** Subintelligitur. Nam ſi artificialis præparatio & uelut immutatio rerū ad aliū uſum quā alimēti conferentiū, media χρηματιστικῆς propria eſt (quarū alioqui Captionē χρηματιστικῆς naturalis partē eſſe, ex c.8. n. 52. colligi poteſt) per profectò ratione artificialis etiā præparatio & uelut immutatio rerū, ad alimentū humanū conferentiū, eiuſdem mediæ χρηματιστικῆς pars erit: qualis eſt Coquinaria & Piſtoria tota.
    - **Exacta** ſingularum ſpecierum, praxi quidem œconomicæ mirè conducit, ſed philoſophicæ theoriæ non uſq; adeò conuenire uidetur. N.37.
  - **Efficiente.** χρηματιστικὴ conſiderata reſpectu efficientis inſtrumētalis multas do hac ſpecies habet, quarum aliæ alijs nobiliores, & libero homine digniores exſtāt, quas compendioſè enarrat, eo conſilio, ut norit œconomus, ab arte potius quā à natura pendēre, & rurſus liberalem potius quàm ſordidam artem ſectari eligat. (Nam quæ ſumuntur ab odio hominum, ut quòd exoſa eſt ars fœneratorum, publicanorum, lictorum, carnificum: quæ à quæſtu magno uel paruo, honeſto uel inhoneſto: quæ ab opere aut neceſſario, V.G. medicorum, coquorum, piſtorum: aut uoluptuario, ut eſt ars fartorum, dulciariorum, myropolarum, hiſtrionum: ex alijs fontibus ſunt petitæ: adeoq; diuerſo conſiderationis modo & ſub has ipſas reuocari poſſunt, & hæ ipſæ rurſum ad illas.) Diu multumq; dubitatum, utrū Ars Fortunam requireret: quòd hæc externo, illa interno uideretur principio niti. Tandem Agathon ſenarium illum in 6. Ethicorum cap. 4. citatum protulit, τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην. Ergo & in artibus Quæſtuarijs, ſiue primi, ſiue ſecundi, ſiue tertij ſint generis, ratio habenda eſt &
    - **Fortunæ.** Nā quadā artes ſunt, in quibus fortunæ locus eſt
      - **Exiguus** aut nullus, artis econtrà multus. Quapropter inde τεχνικώταται dicuntur, ut eſt ars pictoria, ſtatuaria. Numero 38.
      - **Multus**, artis minimus. Quæ proinde τυχηραί dici poſſunt. Vt eſt ars nautica, non tamen expers ſtaludibrio.
    - **Artis**, quæ animi imperio magis minusq; utitur, ſummisq; minus abſolute. Vide in ſeq. ſig. D.
- **Efficientem**, à quibus ſit petenda atq; diſcenda. Vide in ſeq. ſignum E.

B. Sim-

B. Simplex & unius generis χρηματιστικὴ ... ἀλλ' ἕν ... est

- **Propria** (οἰκονομική) & **Naturalis** (quã c.8.n.40. αὐτόφυτον ὄργανον uocauit) N.12. Cum quidem munus generaliter χρήσιμον (hoc eſt ad uſum accommodatum) eſt, τὸ πορίσασθαι ... uxorem ... , earũ rerum, quæ domi adſunt, uel abſunt, perituum eſſe, utrum œconomia ijs carere poſſit uel nequeat: ſi poſſit carere, non eſſe capienda: ſi nequeat, capienda eſſe. In ſpecie uerò partes huius (μέρη χρήσιμα, præcepta ſingularia ad uſum facientia) uariæ ſunt. Et hæc quidẽ acquiſitio eſt Captio ſeu captura ſimplex rerum ad uitã neceſſariarum: inter quas alimenta principatum tenent, ſiue naturæ ſolius opera, ſiue artis etiam obſtetricatione producta ſint. Quæ ipſa ſicuti ex naturæ inſtituto & ortu ſuo prima eſt & ſimpliciſſima, & proinde Naturalis κατ' ἀρχὴν dicitur: ita per accidẽs, ex hominum abuſu, degenerare, & contra naturam pugnare poteſt: quod in ijs apparet, qui uel agrum uel paſcua colunt, non neceſſitatis naturalis, ſed auaritiæ cauſa: adeoq; honeſtiſſimum uictus comparandi genus improbitate ſua dehoneſtant & infamant. Huius ergo methodum
  - Declarat exemplo χρηματιστικῆς
    - **Proponit**, tum reſpectu
      - **Materiæ**, comprehendentis &
        - **Locata**, ex quibus neceſſaria ad uitã capiat. Scire igitur oportet *Π*ola, quæ magis quæ minus utilia ſint in omni uitæ genere, quæ genera cap. 8. recenſuit. N.5.
        - **Loca**. Regionis ipſas. Ergo cùm alia alijs regionibus felicius proueniant, naturam regionis perſpectam habere oportet. Πῶ. Num. 6.
      - **Formæ**, Πῶς, Quomodo. N.7.
    - **Paſtoralis**. Ratio habenda
      - **Materiæ**, tum
        - **Locatorũ**, Animalium ſcilicet
          - **Simpliciter**, cuiuſq; generis utpote uel Equorum, uel Boum, uel Ouium. N.8.
          - **Comparatè** inter ſe, quæ magis quæ minus utilia. N. 9.
        - **Loci**. Quo loco quælibet habenda. N. 10. Ratio. Alia enim alijs locis felicius proueniunt. N.11.
      - **Formæ**, in λόγῳ & φυλακῇ uerſantis.
    - **Ruſticæ**. Num. 12. In qua reſpectu
      - **Materiæ**, alia eſt ratio terræ, quæ cultum annuum
        - **Non requirit**, ſiue
          - **Nuda** ſit, ut ſunt Prata, Paſcua ψιλά. Num 13.
          - **Veſtita** arboribus, ut Syluæ, tum materiariæ, tũ glandiferæ: illæ propter ligna, hæ propter fructum expetitæ.
        - **Requirit**, πεφυτευμένη. N.14. Quales ſunt
          - **Horti.**
          - **Agri.**
          - **Vineæ.**
      - **Formæ**, quomodo quæq; rectiſſimè excolantur, ſciendum.
    - **Venatoriæ Animalium**
      - **Inſectorum**. Num. 15.
      - **Integrorum**, cuicunq; uſui uel cibario, uel inſtrumentario inſeruientium. Videlicet
        - **Terreſtrium**, Venatio.
        - **Aquatilium**, Piſcatio. N.16.
        - **Volatilium**, Aucupium. N.17.
- **Minus propria** (ἄλλη εἰκῆ, ut c. 9 n.11.) Artificialis (διὰ τέχνης καὶ ἐμπειρίας γινομένη) Non naturalis, οὐ φύσει, ut c. 9. n. 5 neq; enim αὐτόφυτος eſt, ut prior illa, cũ nõ à natura, ſed à ratione naturalẽ defectũ ſupplere cupiente introducta ſit: neq; tñ cõtra naturã, quãdocunq; neceſſitatis naturalis fines nõ egreditur: & propterea c.9.n.47 κατὰ φύσιν, non tñ φύσει, eſſe dicitur. Hanc quæſtuariã cap. præced. μεταβλητικὴν generali nomine appellauit. quia acquiſitio iſta nõ Captione rerũ, ſed captarũ rerũ Cõmutatione nititur (poſſet etiã Συναλλακτικὴ dici, quãquidẽ συνάλλαγμα ſiue contractum aperium inter dantẽ & accipientẽ intercedit) eiuſq; ſpecies aſſignauit duas: unã quæ cõmutãdo rẽ qua egeret acquireret, quã nomine generis μεταβλητικὴν uocauit: alterã quæ cõmutãdo nõ rẽ, ſed pecuniã, ad res emptione cõparandas accõmodatã, acquireret: iidq; rurſus uel media pecunia, uel media opera. Quæ ſpecies oĩs etſi in eo conſentiũt, q; ſunt Non naturales, & q; ſunt Artificiales: tñ aliæ alijs magis, aliæ minus. Non naturales ergo ortu ſuo, quia nõ à natura, ſed ab arte ſunt inuectæ: neq; tñ cõtra naturã, ſi uſum ſpectat legitimũ, qũ ad naturalẽ neceſſitatẽ (cui natura per ſe nõ prouidit) artis beneficio ſubleuandã adhibentur. Quando uerò pecuniæ tantũ & opũ cumulandarũ cauſa, tũ planè cõtra naturam ſiũt, utpote neq; ortu neq; uſu naturales amplius, licet arte & ingenio excellant. Μεταβλητικὴ igitur χρηματιστικὴ ea eſt, quæ p cõmutationẽ res, quib. indiget, acquirit, dãdo quid, et aliud uiciſſim accipiẽdo: duũ itidẽ generũ: cũ Cõmutatio alia ſit
  - **Abſoluta**, per quam ultrò citroq; lucrum fit rei diuerſæ. Vide in ſequente tab. ſignum C.
  - **Conditionata**, per quã non tã commutatio quã trãſlatio rei fit à proprietario in alium, ut is ea re uel
    - **Nõ** utatur, ſed cõſeruet tantũ. Talis contractus eſt
      - DEPOSITI.
      - FIDEICOMMISSI.
    - **Vt** utatu, neq; fructum ſiue lucrum aliquod ad eũ qui dedit redeat, ſed reſtituatur tamẽ eidem uel idem
      - **Numero.** COMMODATVM.
      - **Specie.** MVTVVM.

C. Siue iã inſtrumentum acquiſitionis ſit

- Res aliqua, qua alter abundat, alter egetque uel per ſe talis ſit, naturæ ſcilicet artiſue opus: uel opinione tãtũ & inſtituto hominum, ut Numm. Datur ergo res illa per commutationẽ alteri uel
  - Poſsidenda in ſolidum, ut ipſe uiciſsim uel
    - Reddat
      - Rem aliam. COMMVTATIO proprié.
      - Pecuniam: qui contractus reſpectu eius qui rem
        - Dat, et pecuniã recipit, VENDITIO dicitur.
        - Accipit, & loco eius pecuniã refundit, uocatur EMPTIO.
        - ΕΜΠΟΡΙΑ in genere uidetur ab Ariſtot. appellari. Nu. 19. MERCATVRÆ differentiæ aliæ
          - Eſſentiales, ratione materiæ. Aut enim cõmutat res partas opera
            - Sua, à ſe captas factáue. Qui αὐτοπώλης dicitur. Sic ruſticus frumentum, ſutor calceum permutat.
            - Aliena, ſui tamen iuris quomodolibet factá. Quas quidem ſi à primo illarum auctore atq; domino per commutationẽ qualemcunq;
              - Acceperit, ab αὐτουργῶν ſcilicet, tum proprié κάπηλος dicitur. item ἀγοραῖος & ἀγοραστής, emens ab artificibus, id quod uendat indigentibus. Etſi hæ ipſæ uoces etiam proxenetam ſignificant.
              - Non acceperit, ſed à καπήλων ſeu ἐμπόρων, uocatur proprié παλιγκάπηλος & μεταπράτης.
          - Accidentales tum ratione
            - Loci. Sic triplicem facit mercaturam. N.20. Commutatio enim rerum inſtituitur uel
              - Longinqua. Quam 2. de Rep. Plato ἐμπορίαν proprié ἀπὸ τοῦ ἐμπορεύεσθαι, à peregrinãda uocaſſe uidetur. Abundantia exportãtur in lõginquas regiones, & deficientia uiciſsim importãtur uel
                - Mari. Ναυκληρία. N. 21.
                - Terra. Φορτηγία. N. 22.
              - Propinqua. Παράστασις, quando ea eſt regionis cõmoditas, ut abundantia in eodem loco diſtrahi, deficientia comparari queant. N.23.
            - Effectus, lucri ſcilicet magnitudine & ſecuritate. N. 24. Aliarũ nãq; lucrũ quoad
              - Quãtitatem, maius eſt, ut feré Nauticæ.
              - Qualitatẽ, ſecurius eſt, ut Terreſtris mercaturæ.
    - Non reddat, DONATIO.
  - Vtenda tantùm & fruẽda abſque proprietatis iure, ut ex illo uſufructus accipientis, uiciſsim ad proprietarium, res data domino, redeat lucrum aliquod: ſiue id quod datur utendũ fruendumq; à proprietario (qui eo uel non eget, uel uti non poteſt) alteri tanquam uſufructuario (qui re eget, eaq; uti poteſt atq; uult) ſit uel
    - Res, propter cuius uſufructũ uel rẽ uel pecuniã refundat Cõtractus iſte reſpectu
      - Dantis LOCATIO dicitur.
      - Accipientis uocatur CONDVCTIO.
    - Pecunia. Qui contractus Τοκισμὸς & δανεισμὸς etiam dicitur, Fenus. Pecunia enim ſiue ſortis
      - Proprietarius pro elocatione fructum percipit certum & conſtitutum, τόκον dictũ, uſuram ſcilicet.
      - Vſufructuarius pro conductione ſibi utili fructum reddit certum & conſtitutum, uel pecuniam uel quid aliud, uſuræ nomine.
    - ΤΟΚΙΣΜΟΣ Ariſt. dicitur in genere. N. 25. Etſi enim Fenus proprié uidetur deſignare, uidetur tamen eadem quoq; ratione eſſe Locationis & Cõductionis. Vtrobique enim res quæ datur, in uſufructum datur: & pro illo res alia rependitur.
- Opera, quam alter alteri indigenti præſtat, mercedis cauſa. ΜΙΣΘΑΡΝΙΑ, ſiue MERCENARIA acquiſitio. Nu. 26. Differt tũ ratione eius quod
  - Datur alteri, Opera ſcilicet quoniam uel eſt artis
    - Particeps, Mechanica ſcilicet. N.27.
    - Expers, ſolius corporis miniſterio nitens, ſine arte. Num.28.
  - Recipitur pro opera tanquam merces: nempe uel
    - Res quæpiam inſeruiens aut
      - Vſui à natura uel arte introducto. Sic inſeruit
        - Frumentum nutritioni.
        - Pannus, defenſioni.
      - Commutationi, ut Pecunia.
    - Opera. Sic medicus medetur uinitori, hic uiciſsim medici uineam colit.

D. Reſpẽ

- **D. Reſpectu prudentiæ**
  - **Corporis** *famulantis, quatenus in opere per artificem quemcunque edẽdo corpus*
    - **Patitur**
      - **Plurimum**, *ars dicitur* βαναυσοτάτη, *Sordiſſima. N. 39. Quales ferè ſunt, quæ circa ignem aſſiduè uerſantes, corpora fuligine & cineribus deſœdant, aut etiam calore aſſiduo torrent, & uaporibus pernicioſis ſanitati incommodant: ut Metallicæ pleræque, item Figulina, & Carbonaria, & Calcearia: item Sutoria.*
      - **Minimum**, *ars* ἡ βάναυσος, *Elegans, Non ſordida. Qualis eſt Sarctorum, Veſtiariorum, Lignifabrorum*
    - **Agit**, *ea ars quæ* χρήσιν σώματος, *hoc eſt, laborem corporis requirit*
      - **Multum**, δουλικωτάτη, *Seruilis iure appellatur: ut Foſſio, Trituratio. N. 40. Serui enim proprium eſſe corpus ualidum, ad labores heri iuſſu ſubeũdos, ſuprà cap. 5. n. 44. docuit.*
      - **Paruum**, ἐλευθεριωτάτη, *Liberalis & Ingenua.*
  - **Animi** *imperãtis, qui habitu certo mechanico inſtructus operatur (quem habitum uniuerſali præceptionũ ſerie conſtantẽ hoc loco* ἀρετὴν *uocat) quacunque ars intelligentiæ habitum requirit*
    - **Multum**, *maximè nobilis, &* γενναῖα *dici debet. Vt eſt Pictoria, Statuaria, & ſimiles, mathematicarũ artium uelut coloniæ quædam è ſcholis in uitam deductæ quotidianam.*
    - **Paucum**, *ſunt* ἀγεννέσταται, *maximè uiles & ignobiles. N. 41. Vt eſt ars Foſſorum, Baiulorum, Cæmentariorum.*

- **E. Methodi** χρηματιστικῆς *hæſitientes uoco eos ipſos è quibus diſci poteſt. Proinde reſpectu bonorum & Præceptorum & Oſtenſio requiritur, tum in quæſtuaria*
  - **Oeconomica** *primariò. Hanc non præceptorum tantùm uniuerſali cognitione, ſed & exemplorũ particulari hiſtoria conſtare*
    - **Demonſtrat** *tali ſyllogiſmo:*
      - **Quæcunque** *ad* χρηματιστικὴν *facere poſſunt, ab œconomo ſciri debent, ut iis pro re nata uel ipſe uti, uel aliis ſuggerere queat.*
      - **At & Præceptorum** *ab aliis traditorum, & Exemplorum ab aliis deſignatorum cognitio ad* χρηματιστικὴν *confert. N. 44. Quod cap. 5. nu. 3. & 4.* καὶ τῷ λόγῳ διωρῶσαι καὶ ἐν τῶν γεγραμμένων αὐτομαθῶν *dixit: hic* διωρισμένων τῶν ἀνδρῶν γεγραμμένων, *&* τῶν σποράδην λεγομένων (καὶ γενομένων) συλλογὴν *uocat.*
      - **Ergo** *œconomus cognitionem habere debet et*
        - **Theoriæ** *ſeu Præceptorum ad res comparandas utilium, ſiue illa Ruſtica ſint, ſiue Venatoria, ſiue Mercatoria, ſiue Fœneratoria. De quibus aliqui iam ſcripſerunt. N. 42.*
        - **Hiſtoriæ** *ſiue Exemplorum eorum qui bona rationem familiarem auxerunt. N. 43.*
    - **Confirmat** *exemplo Thaletis Milesii N. 45. Per* ἐπαγωγὴν *quandam tacitè innuat fortaſſe, neque primum neque ſolum fuiſſe qui illud deſignarit: quandoquidem Plinius Democrito ſimile quid tribuit. Factum namque illius priuatũ* χρηματιστικῶς *memoratur: quod licet cõmune ſit etiam multis aliis quæſtuoſis, illi tamẽ, propter ſapientiæ opinionẽ illuſtri, eximiè tribuitur. Ex eo certè, ut reliquorũ exẽpla deeſſent, præceptũ uniuerſale, non œconomiæ tantùm, ſed politiæ etiam conferens, duci poſſet. N. 46. Ergo*
      - **Exemplum** χρηματιστικὸν *per monopolium à Thalete inſtitutum recenſet, cùm is maximè Oleæ prouẽtu, quẽ ex aſtrologia præuiderat, pauco pecuniæ officinas omnes olearias conduxiſſet, easque poſt quanto uellet precio elocaret. N. 47.*
      - **Præceptũ** *monopolii uniuerſale hinc duci poſſe &*
        - **Affirmat.** *N. 48.*
        - **Comprobat** *exemplis etiam aliis uelut per inductionem. Sic namque &*
          - **Ciuitates** *quærentis rerum monopolio in ærarii anguſtiis inſtituere conſueuerũt. Num. 49.*
          - **Syracuſanus** *quidã ferri monopolio maximũ fecit lucrum: Num. 50. Diuerſo licet loco, & in diuerſo etiam ſubiecto, eodem tamen quod Thales, ſecutus conſiliũ. N. 51.*
  - **Politica** *ſecundariò. Politia enim non præceptis tantùm, ſed etiam exemplis* χρηματιστικῶν *indiget. N. 52. Ratio. Vti enim domus paucis, ita ciuitas multis indiget pecuniis, tum pace, tum præſertim bello, cuius uelut neruum pecuniam eſſe dicunt. Nu. 53. Signo confirmat. Hinc adeò putant aliqui hanc primariam hominis politici curam eſſe debere (quemadmodum & œconomi ſuprà cap. 0. n. 68) ut fiſcum publicum reddat opulentiſſimum. Nu. 54. Alii è diuerſo ciuitatis ſalutem in eo poſitam putant, ut de patrimoniis priuatorum rectè conſtituatur. uti lib. 2. cap. 7. num. 6.*

COROLLARII loco paucis ea quæ à Philoſopho hactenus de χρηματιστικῇ dicta ſunt repetamus & explicemus. Κτήματα Græcis dicuntur Opes, quæ poſſidentur: χρήματα, quæ ad uſum reuocantur: iuxta Iſocrateũ illud, κτήματα δὲ χρήματα ... Ars proinde, quæ in opũ acquiſitione & uſu uerſatur, κτητικὴ & χρηματιστικὴ uocatur, Quæſtuaria, nõ tam à quæſtu, quàm à quærẽdo. Cuius quidẽ

- Cauſas ſingillatim deducere operæ precium erit. Ergo κτητικῆς ſeu χρηματιστικῆς
  - Materia ſubiecta, ſunt ea omnia quæ acquiri, & acquiſita uel poſſideri, uel ſtatim ad uſum reuocari poſſunt ſiue conferant ad uitæ humanæ neceſſitatem
    - Immediatè &
      - Interius, Alendo. Alimenta.
      - Exterius, Tegendo, Defendendo. Vt ſunt
        - Veſtimenta.
        - Arma.
        - Aedificia.
    - Mediatè. Cuiuſmodi ſunt
      - Res utiles uel
        - Per ſe, ſiue arte ſiue natura cõſtẽt. Organa et Inſtrumẽta in genere dicta, uno Supellectilis nõie à Latinis cõprehenſa, uel
          - Animata, ut Boues, Equi.
          - Inanimata tũ
            - Vaſa.
            - Arma.
        - Per accidens, inſtituto ſcilicet & conſenſu hominum. Cuiuſmodi eſt Pecunia, quæ res omnes metitur: & proinde ab ipſa menſurandi commoditate & frequentia nomen generis ſibi uſurpauit, ut χρημάτων appellatione Pecunia excellenter intelligatur.
      - Operæ ſeu Actiones qualeſcunq;.
  - Forma eſt Acquiſitio rei uel
    - Abſolutè, quãdo id quod acquiritur, nõ χρῆμα tantùm, ſed & κτῆμα, proprium fit acquirentis, & uel
      - Abſq; contractu: ut ea quæ per Venationem, per Agriculturam, per Paſtoritiam comparantur, ipſa natura ducente, & artem humanam imitante.
      - Cum cõtractu inter acquirentem & rei acquiſitæ dominũ. Dominum enim rei rem ab altero acquiri ſinit, uel
        - Volens, talionem expectans rei uel
          - Eiuſdẽ
            - Specie, ut in Mutuo.
            - Numero, ut in Cõmodato.
          - Diuerſa
            - Natura: ut in Commutatione rerum.
            - Inſtituto hominum, Pecuniæ ſcilicet: ut in Emptione & Venditione.
        - Nolens: ut in Præda bellica.
    - Conditionaliter, quũ id quod acquiritur, χρῆμα tantùm, non autem κτῆμα, fit acquirentis. Res igitur poſſeſſio proprietarij eſt, uſus uero uſufructuarij: ſiue ſtum ex re illa petat
      - Operã tantum uel
        - Actiuam. Sic alienum
          - Seruus opus facit mercede.
          - Equus uehit.
        - Paſsiuã. Conducitur ergo
          - Domus, ut inhabitetur.
          - Veſtis, ut tegat.
          - Liber, ut legatur.
      - Fructum aliquem: utpote ex
        - Animatis. Sic ex Agro, Vinea, Horto.
        - Animalibus. ut ex Gregibus & Armentis.
  - Efficiens. Vide in ſequentibus ſignum aa.
  - Finis. Acquiſitio rerum fit uel propter ipſarũ
    - Vſum (qui finis proprius eſt) & hic rurſus uel
      - Neceſſarium. Qui finis maximè ſecundùm naturam rei eſt, & œconomo probo neutiquam indignum, cùm ad uirtutis χορηγίαν in bonis externis poſitam conferat. Acquiſitio per ſe œconomi non eſt, ſed uſurpatio rei acquiſitæ. Oeconomi enim ut uitæ practicæ operationes ſunt propriæ, quæ ſecundùm uirtutem fiunt. At acquiſitio rerum eſt abſq; uirtute ethica: non item uſurpatio.
      - Non neceſſarium. Qui finis præter rei naturam eſt, & acquirentis ſolùm appetitum ſequitur: improbo tantùm œconomo conuenient, uitioſitatis fomes uel ipſamet, uel ſaltem in poſteris.
    - Poſſeſsionem tantùm. Qui finis improprius eſt, & œconomo penitus indignus, quoniam uirtuti (per quam ad beatitudinem peruenitur) aduerſatur.
  - Species. Vide in ſequentibus ſignum bb.

- **44. Efficiens alius**
  - **Princeps, Qui acquirit, & A quo acquirit, ſiue conſideretur**
    - **Per ſe. Acquirit ergo uel**
      - **Faciens** aliquid quod uel
        - **Non** erat. Sic ſutor conſuit calceum.
        - **Erat**, ſed non tale erat. Sic coquus cibum præparat, fullo ueſtem.
      - **Non** faciẽs neq; præparans, ſed capiens ab alio
        - **Abſq;** mutuo. Captio ſimplex uenatoris, aucupis.
        - **Cum** mutuo, uel rei, uel operæ, uel pecuniæ. Cõmutatio.
    - **Reſpectu** lucri mutui. Aut enim lucrum reciprocum & æquale
      - **Eſt.** Nam Dans id quo abundat, lucratur accipiendo id quo caret: & uiciſsim Accipiens id quo carebat, & Dans id quod habebat, lucratur. Quod & in commutatione rerum, & in uenditione rerum, & in pecuniæ uſura, & in locatione operæ locum habet.
      - **Non eſt**: quando ſcilicet alter tantùm lucratur, alter uel nihil uel parum. Vt in commutatione & uenditione & operæ locatione fraudulenta, ut in pecuniæ uſura immodica.
  - **Inſtrumentalis, Per quod acquirit. Acquirit id quod non habet uel**
    - **Agendo,** & uel
      - **Capiendo,** tale quale eſt.
      - **Faciendo,** hoc eſt præparando, & in meliorem formam ueluti commutando.
    - **Commutando id quo abundat cum eo quo caret: ſiue tum illud quod commutando acquirit, ſit tale**
      - **Per ſe**, natura uel arte cõſtans. Commutationem ergo inſtituit uel
        - ὁμότεχνον. Dat enim
          - **Rem** pro re, ſed diuerſimodè. Rem ſcilicet
            - **Naturalẽ** pro ra
              - **Naturali**: ut Frumentum pro Vino.
              - **Artificiali**: ut Panem pro Caleo.
            - **Artificialẽ** pro re
              - **Naturali**: ut Veſtem pro Boue.
              - **Artificiali**: ut Malleum pro Serra.
          - **Operam** pro opera: ut Medicationem pro Agricolatione.
        - ἀνομότεχνον. Dat enim uel
          - **Rem** pro opera: ut Alimenta pro Labore diurno.
          - **Operam** pro re: ut Laborem pro Cibo.
      - **Per accidens**, uoluntate ſcilicet & inſtituto hominũ, Pecunia nimirum. Sic rurſus commutatio uel erit
        - ὁμότεχνον, Pecuniæ pro pecunia. Et uel commutatio
          - **Simplex.** ἀργυραμοιβὴ & Collybus dicta.
          - **Conditionata**, cum ſorte & uſura. Fœnus, Τόκος.
        - ἄτεχνος, Pecuniæ cum
          - **Opera.** Locatio & Conductio operæ.
          - **Re** qualicunque. Emptio & Venditio.

68\. Species χρηματιστικῆς ratione ſui

- **Ortus** (qui à Natura & Arte dependet) tres ab Ariſt. ſtatuuntur: inter quas prima omnium maximè optanda: ſecunda ex indigentia primæ nata eſt: tertia ad ſecundæ incommoditatem ſubleuandam inuenta eſt. Inter hos quaſdam ortum ſui principiũ debet ipſi
  - **Naturæ.** Natura enim de alimento potiſſimum ſed & de quibuſuis alijs rebus ad uitam neceſſarijs, animalibus omnibus, & homini inprimis, propter quem reliqua omnia creata eſſe, ex præcedentib. conſtitit, liberaliſſimè proſpexit. Naturalis proinde & οἰκονομικὴ χρηματιστικὴ, μὴ τάραττον τὴν κατὰ φύσιν ſolam ſpectat. Captio ſimplex rerum neceſſariarum.
  - **Arti**, quicquid ars naturæ defectũ per commutationẽ ſupplere conatur. Hæc χρηματιστικῆς nomẽ magis quàm prior illa meretur. A forma autem acquirendi Μεταβλητικὴ in genere dicitur, quoniam medio aliquo, ueluti inſtrumento, id, cuius defectu laborat, comparat. Eſtq; rurſus ex ipſo fine alia
    - **Primaria**, & Naturalis indigentiæ medicatque τὰ ὀψώνια cum ἀξίωμα commutat, hoc eſt, res quibus abundat, cum ijs quibus eget. Μεταβλητικὴ dicitur, nomine generis ad ſpeciem non naturalem quidem (ut ſuperior illa) naturali tamen ualde affinem, translato, ὡς ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας. Proinde etiam ἀλλαγὴ ἀναγκαία, & χρηματιστικὴ ἀναγκαία nuncupatur.
    - **Secundaria**, non ob indigentiæ naturalis ſupplementum, ſed ob cõmutationis artificialis commodum inuenta, nummo tanquam inſtrumento utens. Quæ eximiè & abſolutè χρηματιστικὴ uocatur, quandoquidem intercedunt χρήματα, Pecunia ſiue Nummi: propriè uerò καπηλικὴ dicitur, multò quàm prior illa abiectior, multò tamen ingenioſior ſiue acquirat
      - Pecunia
        - Pecuniam, Fœnerando. ὀβολοστατικὴ, Fœneratoria. — Abiectiſſima omniũ.
        - Rem, Emendo. — Mercato-
        - Operam, Conducendo operam. — Opera-ria, Mercenaria, Sci-
      - Re Pecuniã, Vendendo. — ria minus abiecta.
      - Opera Pecuniam, Locando operam mercenariam. — pẽdiaria minus abiecta.
- **Vſus**, pro hominũ moribus uariãtis, duæ ſũt. Nam cùm mores alij honeſti ſint, alij turpes: χρηματιστικὴ quoque alia erit
  - **Laudabilis**, cùm & finem habeat honeſtũ, Neceſſitatẽ ſcilicet naturãs & Formã ſeu Modũ qualẽcunque honeſtũ, abſq; iniuria & damno aliorũ. Huius ſpecies duas tantũ facit Ariſt. κατ' ἀρχὴν, Naturalẽ ſcilicet, & illius uicariã Commutatoriã: quoniã pleriq; mortales honeſtè uictũ quærẽtes, alterutro horũ generũ utãtur: etſi nihil prohibeat, in reliquis etiã generibus honeſtæ acquiſitionis exẽpla, pauciora tñ illa, et minus illuſtria, et minus etiã tuta, reperiri: nam uiciſſim ſunt, qui uel laudatis ab illo ſpeciebus abuti queant. Hiſce igitur terminis circumſcripta acquiſitio
    - **Naturalis**, omnium erit honeſtiſſima, quia innocentiſſima, quæ cum ipſa natura matre rẽ habeat.
    - Artificialis
      - **Primaria**, Commutatoria ſcilicet, ſecundi erit generis.
      - Secundaria
        - **Mercenaria**, tertium merebitur locum. Sic Iſocrates à diſcipulis ſtipem accipiens, neceſſitatem egeſtatis uerislacrymis deplorare ſolebat, quòd ex liberali profeſſione quæſtum non quidem illiberalem, homine tamen philoſopho indignum, facere cogeretur.
        - **Mercatoria**, quartum.
        - **Fœneratoria**, quintum & infimum locum tuebitur.
  - **Vituperabilis**, cùm & Finis eius inhoneſtus ſit (nimirum uel χρῆσις uitioſa, uſus improbus rerum, luxus & uoluptatis minimè neceſſariæ ergò comparatarum: uel ἀργὸς rerum otioſa, opes non utendi ſtudio, ſed poſſidendi tantùm libidine accumulans) & Forma ſeu Modus qualiſcunq; ſit iniuſtus, cum iniuria uel fraudulenta uel uiolenta coniunctus. Cuius itidem ſpecies κατ' ἀρχὴν facit tres, Mercenariam, Fœneratoriam, & Mercatoriam: quòd ſcilicet pleriq; mortales inhoneſtè uictum quæritantes uno horum generum utantur. Etſi enim nihil prohibet improbos homines Naturali quoque & Commutatoria interdum abuti ad quæſtum inhoneſtum, exempla tamen & minus frequentia ſunt & minus exoſa. Quemadmodum uiciſſim ſunt, qui ſpeciebus hiſce per ſe illaudatis laudabiliter interdum utantur. Inhoneſta proinde acquiſitio datur alia
    - **Naturalis**, auarorum Agricolarũ, Militum, Paſtorum.
    - Artificialis tum
      - **Primaria**, Commutatoria. Qualis fuit inter Diomedem & Glaucum.
      - Secundaria
        - **Mercenaria**, utpute Dñorum defraudãtiũ merita ſtipe operariorum: et uiciſſim Mercenariorum, opus negligenter facientium.
        - **Mercatoria**, eorũ qui merces uitioſas dolo malo emptoribus obtrudunt: quiue monetam adulterinam expendunt.
        - **Fœneratoria** omnium abiectiſſima & odioſiſſima, quia pernicioſiſſima.

CAPVT XII.

De reliquis duabus ſocietatibus domeſticis, Coniugali & Patria, agit.

QVia[1] aũt tres partes ſunt diſciplinæ domeſticæ: una[2] quidem erilis, de qua dictũ eſt prius: altera[3] autem paterna: tertia[4] uerò nuptialis. Etenim[5] uxori præeſt & liberis, ut liberis quidem ambobus: non[6] eodem tamen genere imperij, ſed[7] uxori quidem ciuiliter, filijs[8] autem regiè. Mas[9] enim quàm femina naturâ magis aptum ad regendum, niſi aliquid extiterit præter naturá: &[10] ſenior ac perfectum iuniore & imperfecto. In[11] alijs igitur ciuilibus imperijs plorimis mutatur quod regit, & qđ paret. Par[12] etenim & æqualis natura ciuium eſſe debet, & nihil inter ſe diſcrepare. Veruntamen[13] quando hæc quidem regit, hæc autem obtemperat, ſtudet diſcriminis aliquid exiſtere & figuris, & oratione, & honoribus: quemadmodum[14] Amaſis expoſuit fabellam de pelui. Mas[15] autem ſemper ad feminam hoc modo ſe habet. Imperium[16] autem filiorum, regium eſt. Quod[17] enim procreauit, & amicitia imperás eſt & ſenectute: quæ[18] ſanè ſpecies eſt imperij regij. Quare[19] rectè Homerus Iouem appellauit, his uerbis,

—pater hominum & deorum:

regem horum omnium. Natura[20] enim regem diſcrepare decet: genere autem eundem eſſe. Quod[21] ſanè in ſe habet ſenior erga iuniorem, & qui procreauit erga natum ex ſe.

ἘΠΕΙ[1] δὲ τρία μέρη τῆς οἰκονομικῆς ἦν· ἓν[2] μὲν δεσποτική, περὶ ἧς εἴρηται πρότερον· ἓν[3] δὲ πατρική· τρίτον[4] δὲ γαμική. καὶ[5] γὰρ γυναικὸς ἄρχειν καὶ τέκνων, ὡς ἐλευθέρων μὲν ἀμφοῖν· οὐ τὸν[6] αὐτὸν δὲ τρόπον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ[7] γυναικὸς μὲν, πολιτικῶς· τέκνων[8] δὲ, βασιλικῶς. τό τε[9] γὰρ ἄρρεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον, εἰ μή που συνέστηκε παρὰ φύσιν· καὶ τὸ[10] πρεσβύτερον καὶ τέλειον τοῦ νεωτέρου καὶ ἀτελοῦς. ἐν[11] μὲν οὖν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς ταῖς πλείσταις μεταβάλλει τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον. ἐξ ἴσου[12] γὰρ εἶναι βούλεται τὴν φύσιν, καὶ διαφέρειν μηδέν. ὅμως δὲ[13] ὅταν τὸ μὲν ἄρχῃ, τὸ δὲ ἄρχηται, ζητεῖ διαφορὰν εἶναι καὶ σχήμασι, καὶ λόγοις καὶ τιμαῖς· ὥσπερ καὶ[14] Ἄμασις εἶπε τὸν περὶ τοῦ ποδανιπτῆρος λόγον. τὸ δὲ[15] ἄρρεν ἀεὶ πρὸς τὸ θῆλυ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἡ δὲ[16] τῶν τέκνων ἀρχὴ, βασιλική. τὸ[17] γὰρ γεννῆσαν καὶ κατὰ φιλίαν ἄρχον, καὶ κατὰ πρεσβείαν ἐστὶν, ὅπερ ἐστὶ βασιλικῆς[18] εἶδος ἀρχῆς. διὸ[19] καλῶς Ὅμηρος τὸν Δία προσηγόρευσεν, εἰπὼν,

πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,

τὸν βασιλέα τούτων ἁπάντων. φύσει[20] γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, τῷ γένει δ᾽ εἶναι τὸν αὐτόν· ὅπερ[21] πέπονθε τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ νεώτερον, καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον.

QVoniam[1] autem tres partes rationis tuendæ rei familiaris eſſe diximus: unam,[2] rationem herilem, ſeu ad imperium domini in ſeruos pertinentem, de qua antea dictum eſt: alteram,[3] patriam, quæ ſpectat ad auctoritatem patris in liberos: tertiam,[4] nuptialem, quæ refertur ad principatum uiri in uxorem. Etenim[5] uir in uxorem, & in filios imperium habet: atque in utroſque ſane ut in perſonas liberas. uerum[6] non eodem genere imperij: ſed[7] in uxore quidem ciuiliter, in[8] filios uero, regiè. Nã[9] & mas ad principatum obtinendum aptior eſt, quam fœmina, natura: niſi fortè ita comparatus eſt, ut a natura deſciuerit. &[10] natu grandior, & iam adultus, atque ætate corroborata, quam iunior & adoleſcens ætate immatura. In[11] ciuilibus igitur magiſtratibus mutatur atque alternat id, quod imperat, & quod imperio paret. Ciues[12] enim æquales debet eſſe natura, nihilq́ differre. Veruntamen[13] cum aliud imperat, aliud imperio paret, poſtulant, ut inter ſe differant & ueſtitu, & ſermonibus, & honoribus: quemadmodum uas,[14] quem habuit Amaſis de naſe, in quo lauabantur pedes, ſermo declarat. At[15] mas ad feminam ſemper hoc modo ſe habet. imperium[16] autem in liberos eſt regium. Nam[17] quod procreauit, tum amoris abundantia, tum temporis antiquitate, debet imperare: quod[18] eſt regij imperij genus. Quocirca[19] præclare Homerus Iouem hoc nomine appellauit, his uerbis:

—hominum pater atq; deorum:

qui horum omnium rex eſt. Regem[20] enim natura quidem differre oportet, ſed genere eundem eſſe, quod[21] accidit grandiori natu cum eo, qui iunior ſit, cõparatur. & ei, qui procreauit, cũ filio.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quia autem tres partes.) Propoſitum his eſt auctoris, poſtquam diſſeruit de prima copula, quæ eſt eri & ſerui (cui adtexit accuratam diſputationem de re familiari & ratione quærendi pecuniam) præcipere de reliquis duabus copulis, id eſt de illa quam πατρικὴν nunc uocat: ac tertia, quam ſemper γαμικὴν appellauit. Primum autem explanat rationem patris in regenda familia, & quod ſit uerum ipſius officium tradit. Cum igitur initio huius diſputationis ponat particulã μὲν, cui ſemper reſpondet aliquid, quod ab ipſa aptum ſit: redditur illius, & (ut Græci loquuntur) ἀνταπόδοσις, φανερὸν τοίνυν ὅτι, &c. eſt multo magis remota ab ipſa, quam ferè ſolet: plerunq; enim illa uicina eſt. Quæ autem in medio ſita ſunt, cetera ſemper planaque eſſe conſueuerunt: aut puſilla ſaltem egere confirmatione. Sed ueniamus iam ad ſingulas ſententias explicandas. inquit igitur: Quia ſunt tres partes diſciplinæ domeſticæ, id eſt tria imperij genera, quæ appellat, ut ſuprà quoque fecit: ſed unum illorũ, id eſt medium aliter atq; illic. A maioribus igitur perſonis duo prima nunc oſtendit: tertium autem à cõmunione ac uinculo, quod γάμος uocatur. Statim autem cauſam affert, cur diſtinxerit copulam patris ac liberorum à copula uiri & uxoris. docet enim, illa imperia diuerſa eſſe. Etſi namq; pater familiâs iuſtum imperium habet in uxorem ac liberos, non tamen eodẽ pacto longè alias has perſonas (quanquam ambas liberas) regit. Verùm, inquit, uxorem, ut in rep. clauum tenere conſueuerunt, & more eorum, quibus à parib. poteſtas illa data eſt: liberos autẽ regia abſolutaque poteſtate. Quòd uerò ambo hæc imperia iuſta ſint, ordineq; tractentur, docet: Natura enim uirilis, inquit, quod ad prius pertinet, magis nata eſt ad imperandũ, quàm muliebris, niſi aliquid fiat præter naturam. Nam contingit aliquando certas quaſdam feminas certis quibuſdam uiris prudentiores eſſe: quod tamen infrequens eſt, &, ut narrat, uſu fit contra naturam huius. Et rei eodem pacto, quòd eſt grandioris ætatis ac iam perfectum, melius eſſe iuniore atque imperfecto ſolet.

In alijs igitur ciuilibus.) Declarat ſe uerè dixiſſe, uirum in uxorẽ imperium habere eius generis, cuius ſunt imperia magiſtratuſq; in rebus publicis: in quibus, ut narrat, cunctæ ferè perſonæ mutantur. Quæ namq; prius imperium habebat, paret conſeq;, quæ priuata erat, imperium accipit. In pluribus autem hus uſu uenire illic inquit, quia in liberis etiam ciuitatibus ſunt

magiſtratus quidam perpetui, & quos, qui ſemel nectus eſt, nũquam depoonunt Lacedæmone reges, Venetijs, quem Ducem appellant. Cauſam autem affert huius inſtituti, affirmetq; hoc illic cuſtodiri, quia in illis rebus publicis æquales naturæ perſonæ requiruntur, & nulla re inter ſe diſcrepantes. Quod confirmat etiam uox eius, qui dixit, [Greek] & tamen inquit, rectè inſtitutum eſt, ut eo tempore, quo aliqui magiſtratus gerunt, differant à priuatis (ueſtibus, reliquaq; omni ſpecie, ut oratione etiam (utuntur enim quoque grauitatem orationе, ac præcipiunt cùm res poſtulat, minántur q;) & honoribus, quibus ſpeciam afficiantur, cultuq; priuatorũ. Quod uoluiſſe ſignificare oſtendit Amaſin regẽ Aegyptiorũ, cum populo fabellam i lam de peluі recitauit. narrauit eſt hoc Herodotus in Euterpe: & ſanè tota res ita geſta eſt. Aegyptij regem hunc ſeum primò deſpiciebant, in nullòque magno honore habebãt: quia antequam ad gradum eum dignitatis perueniſſet, unus e multitudine erat, & domus minimè illuſtris. In officio poſtea ipſos Amaſis tenuit calliditate ſua, nõ beneuolentiæ olla gerare. Habebat hic in plurimis alijs eximijs bonis peluim auream, in qua & ipſa & cæteri conuiuæ pedes lauabant. Hoc igitur uas cùm fregiſſet, ſimulacrum dei ea ea materia faciundum curauit: quod collocatum in urbe apto loco, Aegyptij magnopere uenerabantur. Id cùm Amaſis accepiſſet, uocatos illos ad ſe, admonuit quid feciſſet: diatq; ea uaſa ſimulacrũ illud confectum eſſe, in quod prius & uomere & meiere Aegyptij ſoliti eſſent, in eodemq; pedes abluere, & tamen tunc colerent. Idem igitur ſibi, quod illi peluі, contingere debere. ſi enimq, prius homilis homo erat, nunc ſe regem eorum eſſe, decereq, ut & honore iuſto & cultu ſe afficerent. Simile eſt huic illud Horatianum, cùm ſalax hortorum cuſtos ita de ſe in Satyra loquitur: *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,*

Cum faber incertus ſcamnum faceretne Priapum, *Maluit eſſe deum.* —— Adiungit autem auctor, eodem pacto ſe habere marem ad fœminam. Cùm enim quaſi materia ſit eadẽ, maior tamen eſt dignitas uiri, quam uxoris. [Greek], quod inquit, ualet æqualiter: & ita etiam ipſe locutus eſt in 2. libro de Arte dicendi, cùm quos uellet accipi ſimiles pareſque oſtenderet. inquit enim ad extremum, [Greek]. ſed etiam Demoſthenes.

Imperium autem filiorum.) Facit hoc ad oſtendendam ſimilitudinem paterni imperij ad regiam poteſtatem. ita antè argumentatur, duabus de cauſis, ſatis aperte, hoc fieri dotens. Quod enim creauit, ſiua amore erga liberos, ſiue ætate, dignum eſt quod ipſis imperet: quę quidem eſt, inquit, forma regij imperij. nam tuentur ueri reges, & omnibus commodis afficiunt eos, qui ipſis parent, & ſapientia ijſdem antecedunt. Quia autem ſeniores iuſtum imperium habent in minores natu, quod a parentibus abeſſe non poteſt: idem noſtra ætate illo nomine dominos uocare conſuerũt, quod ab Hiſpanorum ſermone profectum eſt. Vnde intelligere licet, gentem hanc in alijs ſuis magnis laudibus, etiam ætatem grauem ſemper (ut decet) ueneratam eſſe. Auctor autem ſententiam ſuam confirmat teſtimonio ſummi poetæ, qui ita Iouem appellauit putauitq; ſe hoc pacto naturam ipſius exprimere, Pater hominum ac deorum: quia ſcilicet ipſe regnaret inter hos cunctos. Addit uerò Ariſtoteles, oportere ſanè ut rex antecellat natura, id eſt probitate & cõſilio ijs, inter quos regnat: ſit tamen genere, id eſt ſpecie ac natione idem. Quæ ambo, inquit, ſunt in ſeniore, ſi conferatur cum iuniore: & ille, qui procreauit, ſi cum ex eo natis filijſque: uincit enim prudentia & ætate, & eiuſdem ſanguinis ſtirpiſque eſt.

[Greek].) Vide cap. 8. & 11. libri octaui Ethicorũ de Virtutum & imperiorũ domeſticorũ uarietate.

[Greek].) Vt apud Amazonas, tam Europeas, quam Aſiaticas & Africanas. De quib. apud Diodorum. Aegyptios Herodotus domi muliebria agere, mulieres foris uirorum ſubire munia ſcribit. In hoc deniq, ordine omnes ſuot [Greek], contra naturæ inſtitutum uxoribus ſubiecti, contra Dei opt. max. præſcriptum, cuius famula eſt natura: Et eris ſubiecta uiro tuo omnibus uitæ diebus.

[Greek].) Sic apud Romanos Senatorium inſigne erat latus clauus: Cõſolare, Faſces: Auguſtarum inſignis qui præſidebant: Regum, Diadema. Tituli quinetiam accedebant, Conſul, Dictator, Tribunus, & honorificæ cõpellationes. Comitabantur quinetiam peculiaria honorum genera, aſſurrectiones, capitis apertiones, deductiones, occurſus, ſalutationes, ſtatuæ, arcus, inſcriptiones, & ſimilia.

[Greek].) Herodotus in Euterpe ſcribit, Amaſim, interfecto Aprie rege, populi arbitrio ad regnũ euectum, auctoritatis conciliandæ cauſa tale quid commentum. Labrum aureum, è quo pedes conuiuis lauabantur, in ſimulacrum Dei conformauit. Cui cùm Aegyptij honores exhiberent diuinos, coacta concione ſtatuam ea labro factam docuit, cui tanquam Deo in præſens iuſta perſoluerent, eodem prius ad pedes ad ne etiam uſue deſtinato. Simile quid ſibi contigiſſe. E priuato ſeſe uoluntate eorum ad regnum perueniſſe. Itaq; non tam ob priuatæ uitæ memoriam ſe ab illis contemnendum, quàm ob præſentis dignitatis maieſtatem colendum fore.

[Greek].) Paſſim apud Homerum [Greek] Iupiter appellatur, & Græcis [Greek] & [Greek], quòd uitæ ſit auctor omnibus. Sic in ſacris, Deus uiuens, & Viuo ego, inquit Dominus. Aratus præclarè, ab Apoſtolo etiã ueritatis ergò citatus:

[Greek verse, four lines]

Deus ergo genitor omnium, etiam ſecundùm poëtas profanos, inſpirauit homini animam uiuentem, creauit Adamũ ſecundum imaginem & ſimilitudinem ſuam non formaliter tantùm, ad Theoriam ueri, & Praxin boni, ſed etiã materialiter anima & corpore dotauit illum, eiuſdem generis, qualem aliquando Meſsias benedictus aſſumturus erat. Iure igitur Chriſto filio æternus parat imperium in populos, iura eidem iudicium conceſsit. cùm ueritate & uirtute ſecundùm diuinitatem omnibus antecellat, quibus ſecundùm humanitatem, ſolo peccato excepto, ſimilem ſeſe fecit.

[Greek].) Id quod lib. 3. Politicorum docebit.

E tribus ſocietatibus domeſticis ſuprà c. 3. tanquã Materia ciuitatis remota propoſitis prima, quæ eſt inter Dominum & Seruum, explicata, ſuperſunt duæ reliquæ. Quas ipſas

- Recẽſet primùm. N. 1. Societas enim domeſtica alia eſt inter eos, qui in una domo uerſantur, cauſa
  - [Greek], inter quos abſolutum eſt imperium, inter Dominum ſcilicet & Seruum [Greek], quam in præced. expoſuimus. N. 2. Et quia ſeruum etiam pars eſſet [illegible] liaris, de tota rei familiaris cura, tanquam corollario & inſtrumento œconomi [illegible] egimus: & ipſam quidem rerũ Acquiſitionẽ ab œconomo uirtutis potioris [illegible] ab hominis [illegible] ſeparauimus, at acquirendi Cognitionem eidem conceſsimus.
  - [Greek]. De qua porrò dicendum eſt.
    - Secundaria quidem inter Parentes & Liberos, [Greek]. N. 3.
    - Primaria, inter Maritum & uxorem, [Greek]. N. 4.
- Explicat [Greek]
  - [Greek] & [Greek] quo ad imperium, quod exercent,
    - Conueniunt inter ſe, ratione Materiæ eiuſdẽ generatim conſideratæ, quoniam imperium exercet in liberos homines, non autem in ſeruos, ut [Greek]. N. 5.
    - Differunt è ſe inuicem ratione formæ. N. 6. Simile eſt enim imperium
      - Mariti in uxorem imperio Politico. N. 7.
      - Patris in liberos imperio Regio. N. 8.
  - [Greek]. Vide in ſeq. figuram A.

A. Expli-

- **A.** Explicat rõ *ſtio, cur inter ſe quo ad imperiũ pareãt*
  - **Conueniant,** *tali ratiocinatione:*
    - **Qui** *ad imperandum eſt aptior, ipſum naturæ ductu minus præſtanti debet imperare.*
    - **At ad imperandum** *aptior eſt*
      - **Mas** *quàm Fœmina in genere: niſi fortè aberratio quædam naturæ contingat, ut ſcilicet fœmina mare prudentiar generetur.* N. 9.
      - **Pater** *quàm Liberi, propter ætatem & perfectionem.* N. 10.
    - **Ergo** *Mas & Pater imperare debent, Fœmina uerò & Liberi debent parere.*
  - **Differãt:** *cur ſcilicet imperium*
    - *Coniugale ſit Politicum, à Forma ſumto argumento:*
      - **Politicum** *imperium parendi & imperandi uiciſſitudinẽ habet.* Num. 11. *Quod ipſum*
        - **Probare** *uidetur, tali ratiocinatione:*
          - **Qui** *ex æquo digni ſunt imperio, electionis uiciſſitudine ad imperiũ alternis ſunt admittendi, quando ſemel omnes admitti nequeunt. Alioqui iniuriæ daretur locus, alijs ſemper imperantibus, alijs æquè dignis ſemper parentibus.*
          - **At** *oẽs ciues, Politiæ propriè dictæ ſeu Democratiæ membra, ex æquo ſunt digni imperio. Demonſtrat:*
            - **Qui** *natura pares ſunt, ex æquo ſunt imperio digni.*
            - **At** *Democratiæ ciues ſunt natura pares, uel ſaltem eſſe uidentur.* N. 12.
            - **Ergo.**
          - **Ergo** *ciues Politiæ ſeu Democratiæ electionis uiciſſitudine ad imperium alternis admittendi ſunt: ea quidem ratione, ut licet pares inter ſe ſint, tamen electionis iure diſpares reddit, & habitu & geſtu & ſermone, ſe magiſtratui ſubditos eſſe ſe fateantur.* N. 13.
        - **Illuſtrat** *exemplo Amaſis:*
          - **Quod** *Amaſis de regia dignitate ſibi ab Aegyptijs delata protulit.* N. 14.
          - **Idipſum** *de ijs quoq;, qui in Politia ad magiſtratus admittuntur, intelligi debet.*
      - **At** *inter maritum & uxorem datur imperij uiciſſitudo.* N. 15.
      - **Ergo** *inter maritum & uxorem eſt politici imperij ſpecies.*
    - *Paternum ſit Regiũ.* Nu. 16. *Partim*
      - **Ratione,** *ab efficientis ſeu imperãtis natura:*
        - **Regij** *imperij ſpecies eſt perfectiſsima, quando is qui imperat, tum naturæ præſtantia ſubditos longè ſuperat, tum beneuolentia illis coniunctiſsimus eſt.* N. 18.
        - **At** *Pater & natura præſtat Liberis, & beneuolentia illis coniunctiſsimus eſt.* Num. 17.
        - **Ergo** *inter Patrem & Liberos regij imperij ſpecies datur.*
      - **Auctoritate** *eius quod inter Deos eſſe creditur imperij:*
        - **Si** *Deorum pater etiam Rex eorundem eſt, multo magis inter homines pater regi ſimilis erit. Ratio: quoniam homo Deos maximè imitari debet: uel certè quia homines id quod in ſuo genere optimum & perfectiſsimum eſſe cenſent, dijs quoq; tribuere conſueuerunt. Id quod cap. 2. n. 23. diſertè docuit. Et Plato id diuinum eſſe putat, quod homini cum ipſe ſecum ipſe & cũ alijs conſentit maximè proprium eſſe uidetur.*
        - **Atqui** *Deorum Pater eorundem Rex eſt, uti*
          - *Maior, Homeri auctoritate ſtabilit.* N. 19.
          - *Aditum ſubiungit*
            - **Qui** *genere idẽ, natura tamẽ excellentior, Rex uidetur aliorum ab ipſa natura conſtitutus.* N. 20.
            - **Atqui** *Pater genere idem cum liberis, natura tamen excellentior atq; prior eſt, tum quia illos genuit, tum quia ætate & prudentia longo uſu parta antecellit.* N. 21.
            - **Ergo** *Pater uidetur ab ipſa natura Rex liberorũ conſtitutus eſſe.*
        - **Ergo** *etiam inter homines Pater erit Regi ſimilis.*

CAPVT XIII.

Forma Societatum domeſticarum, Virtus ſcilicet œconomica, declaratur.

PErſpicuũ[1] igitur, maius ſtudiũ poni debere à diſciplina domeſtica in hominib. excolendis, quàm in rerum inanimarũ conquiſitione: &[2] in uirtute horum, quàm rerum poſſeſſarũ, quas uocamus diuitias: &[3] liberorum hominũ magis quã ſeruorum. Primùm[4] igitur de ſeruis ambigat aliquis, utrũ[5] ſit uirtus aliqua ſerui præter inſtrumẽtales & adminiſtratrices alia, maiore honore digna, q̃ hæ: ceu tẽperantia, & fortitudo, & iuſtitia, & quiſpiã aliorũ huiuſcemodi habituũ: ſiue[6] nõ eſt ulla, pręter miniſteria corporis. Vtrinq;[7] .n. cõtinet in ſe dubitationẽ. Si[8] qua .n. eſt, quid diſcrepabũt à liberis? ſi[9] nõ eſt, cũ ſint homines & participes rationis, abſurdũ hoc. Fermè[10] autẽ eadẽ quæſtio eſt & de muliere & de puero, utrũ & horũ ſint uirtutes: & requiritur mulierẽ eſſe temperantẽ, & fortẽ, & iuſtã: &[11] puer itidem intẽperãs ſit ac tẽperans, an nõ. Et[12] in uniuerſum iam hoc eſt animaduertendũ de eo, qui paret naturã, & de eo, qui imperat, utrum eadẽ uirtus ſit, uel diuerſa. Si[13] nãq; decet ambos participes eſſe perfectę uirtutis, cur hũc quidẽ opus ſit imperare, hũc uerò perpetuò parêre? Neq;[14] .n. dici poteſt, ut maioris & minoris ratione inter ſe diſcrepẽt. Parêre[15] .n. & imperare differũt inter ſe ſpecie: magis[16] aũt & minus, nihil. Si[17] aũt hũc quidẽ oportet, hũc uerò minimè, dignũ admiratione eſt. Si[18] nãq; q imperat, nõ erit tẽperãs neq; iuſtus, quomodo rectè imperabit?[19] intẽperans[20] enim & formidoloſus nihil efficiet eorum, quę ipſum decent. Perſpicuũ[21] igitur neceſſe eſſe, ambos participes uirtutis eſſe: hui9[22] aũt exiſtere diſcrimina, quemadmodũ[23] & eorum, quæ natura parent: &[24] hoc ſtatim circa animum inceptum eſt. In[25] hac enim eſt natura quiddã quod imperat, quiddã uerò quod paret. Quorũ[26] diuerſam affirmamus eſſe uirtutem: ceu eius, quod rationem in ſe habet: & eius, quod expers eſt rationis. Planum[27] igitur eodem pacto ſe rem habere in alijs. Quapropter natura plura

ΦΑΝΕΡΟ'Ν[1] τοίνυν ὅτι πλείων ἡ σπουδὴ τῆς οἰκονομίας περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἢ περὶ τὴν τῶν ἀψύχων κτῆσιν· καὶ[2] περὶ τὴν ἀρετὴν τούτων, ἢ περὶ τῆς κτήσεως, ὃν καλοῦμεν πλοῦτον· καὶ[3] τῶν ἐλευθέρων μᾶλλον, ἢ δούλων. πρῶτον[4] μὲν οὖν περὶ δούλων ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερον[5] ἐστὶν ἀρετή τις δούλου παρὰ τὰς ὀργανικὰς καὶ διακονικὰς ἄλλη τιμιωτέρα τούτων· οἷον, σωφροσύνη, καὶ ἀνδρεία, καὶ δικαιοσύνη, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕξεων· ἢ[6] οὐκ ἔστιν οὐδεμία παρὰ τὰς σωματικὰς ὑπηρεσίας; ἔχει[7] γὰρ ἀπορίαν ἀμφοτέρως. εἴτε[8] γάρ ἐστι, τί διοίσουσι τῶν ἐλευθέρων; εἴτε[9] μή ἐστιν, ὄντων ἀνθρώπων καὶ λόγου κοινωνούντων, ἄτοπον. σχεδὸν[10] δὴ ταὐτόν ἐστι τὸ ζητούμενον καὶ περὶ γυναικὸς καὶ παιδὸς, πότερα καὶ τούτων εἰσὶν ἀρεταὶ, καὶ δεῖ τὴν γυναῖκα εἶναι σώφρονα καὶ ἀνδρείαν καὶ δικαίαν· καὶ παῖς[11] ἐστὶ καὶ ἀκόλαστος καὶ σώφρων, ἢ οὔ; καὶ[12] καθόλου δὴ τοῦτ' ἐστὶν ἐπισκεπτέον περὶ ἀρχομένου φύσει καὶ ἄρχοντος, πότερον ἡ αὐτὴ ἀρετὴ, ἢ ἑτέρα. εἰ μὲν[13] γὰρ δεῖ ἀμφοτέρους μετέχειν καλοκἀγαθίας, διὰ τί τὸν μὲν ἄρχειν δέοι ἂν, τὸν δὲ ἄρχεσθαι καθάπαξ; οὐδὲ[14] γὰρ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον οἷόν τε διαφέρειν. τὸ[15] μὲν γὰρ ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν, εἴδει διαφέρει· τὸ δὲ[16] μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐδέν. εἰ[17] δὲ τὸν μὲν δεῖ, τὸν δὲ μὴ, θαυμαστόν. εἴτε[18] γὰρ ὁ ἄρχων μὴ ἔσται σώφρων καὶ δίκαιος, πῶς ἄρξει καλῶς; εἴθ'[19] ὁ ἀρχόμενος, πῶς ἀρχθήσεται καλῶς; ἀκόλαστος[20] γὰρ ὢν καὶ δειλὸς, οὐδὲν ποιήσει τῶν προσηκόντων. φανερὸν[21] τοίνυν ὅτι ἀνάγκη μὲν μετέχειν ἀμφοτέρους ἀρετῆς, ταύτης[22] δ' εἶναι διαφοράς· ὥσπερ[23] καὶ τῶν φύσει ἀρχομένων. καὶ[24] τοῦτο εὐθὺς ὑφήγηται περὶ τὴν ψυχήν. ἐν[25] ταύτῃ γάρ ἐστι φύσει, τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον· ὧν[26] ἑτέραν φαμὲν εἶναι ἀρετὴν, οἷον τοῦ λόγον ἔχοντος, καὶ τοῦ ἀλόγου. δῆλον[27] τοίνυν, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥστε φύσει τὰ

PErſpicuum[1] igitur eſt, domus adminiſtrationem plus ſtudij ponere, maioremq́; diligentiam adhibere debere in hominibus, quàm in inanimorum poſſeſſione. &[2] in horum uirtute, quàm in poſſeſſionis, quas diuitias appellamus: &[3] in liberis, quã in ſeruis. Primum[4] igitur de ſeruis dubitare poſſit aliquis, ſit ne[5] ſerui uirtus alia quæ alia præter eas, quæ ad inſtrumenta, & quæ adminiſteria pertinent, his honoratior: uerbi gratia, temperantia, & fortitudo, & iuſtitia, & aliquis ex alijs talibus habitibus. an[6] uerò nulla ſit, præter miniſteria ad corpus pertinentia. Dubitationem[7] porro habet, utrumcunque dixeris. Nam[8] ſiue eſt, quid a liberis different? ſiue[9] non eſt, cum ſint homines, & rationis participes, dictu abſurdum eſt. Propemodum[10] autem idem eſt, quod quæritur in uxore & filio, utrum etiam horum ſint uirtutes, & oporteátne uxorem eſſe tẽperantem, & fortẽ, & iuſtã: &[11] utrũ puer ſit intemperãs, & teperans, nécne. Et[12] uniuerſe igitur hoc eſt conſiderandũ de eo, qui páret imperio naturâ, & eo, qui præeſt atq; imperat, utrum ſit eadem utriuſq; uirtus, an alia. Nam[13] ſi utrumq; oportet præſtantis probitatis eſſe participem, quamobrem oporteat modis omnibus & perpetuò hunc præeſſe, illum imperio ſubiectum eſſe? Neq;[14] enim fieri poteſt, ut eo inter ſe differant, quod magis & minus probitatis ſint participes. Parêre[15] imperio enim, & imperare, ſpecie differunt: magis[16] & minus autem nihil ſpecie differunt. Quod ſi[17] alterũ quidem probitatis eſſe participem oportet, alterum non oportet: dictu mirum. Nã[18] ſiue is, qui debet imperare, non erit temperans & iuſtus, quomodo bene imperabit? ſiue[19] qui imperio ſ[illegible] eſſe debet, non erit, quomodo imperio bene parebit? Cum[20] ſit enim intemperans & nequam, nihil faciet eorum, quæ facere conuenit. Perſpicuum[21] igitur eſt, neceſſario utrumque uirtutis participem eſſe debere: ſed[22] eius eſſe quaſdam differentias: quemadmodum[23] ij, qui præſunt natura, & ſubiecti ſunt imperio natura, inter ſe differunt. Atq;[24] hoc ſtatim in anima pr[illegible] atq; explicatum eſt. In[25] ea enim alterum eſt, quod præſit natura: alterum, quod imperio ſubiectum ſit. quorum[26] uirtutes diſpares inter ſe ac diſſimiles eſſe dicimus, uidelicet eius, quod rationis eſt compos: & eius, quod rationis expers eſt. Licet[27] igitur intelligere ita rem ſe habere etiã in alijs. Quare complura im-

plora quoq; imperãt, & quæ parẽt. Alio [28] enim modo liber imperat ſeruo, & alio [29] mas feminæ, & alio [30] uir puero: & [31] omnib. inſunt partes animi, uerùm inſunt diuerſo modo. Seruus [32] enim omnino nõ habet partẽ, qua cõſultator: femina [33] aũt habet ſanè, ſed minimè ratã: puer [34] uerò habet quidẽ, ſed imperfectã. Eodem [35] igitur pacto neceſſe eſt ſe habere & circa uirtutes morales: exiſtimandũ [36] oportere quidem participes earum omnes eſſe, ſed [37] non eodem modo, ſed [38] quantum unicuiq; ſatis eſt ad ſuum opus. Quare [39] imperium habentem perfectam habere oportet uirtutem moralem. Opus [40] namque ſimpliciter eſt architecti: ratio [41] aũt eſt architectus: aliorũ [42] uerò unũquodq;, quantũ contingit ipſi. Quapropter [43] perſpicuũ eſt, uirtutẽ moralem eſſe eorum omnium; qui dicti ſunt: & [44] non eandem temperantiam mulieris ac uiri, neque fortitudinem atque iuſtitiam, quemadmodũ arbitrabatur Socrates: uerùm [45] hęc quidẽ fortitudo apta imperando, hæc [46] uerò miniſtrando: eodem [47] pacto ſe res habet & circa alias. Planum [48] autem hoc & ſingillatim magis conſiderantibus. Qui [49] enim uniuersè loquunt̃, decipiũt ſemetipſos, ceu bene ſe habere animũ uirtutem eſſe, uel rectè agere, uel aliquid huiuſcemodi. Multo [50] enim melius dicũt, qui uirtutes enumerãt, ut Gorgias, quã qui ſic definiunt. Quare [51] oportet, quẽadmodum poeta de muliere dixit, ſic exiſtimare de omnibus:

-mulieri decus ſilentium affert,

ſed uirum non amplius hoc ornat. Quia [52] aũt puer eſt imperfectus, planũ huius quidẽ etiã uirtutẽ nõ eſſe ipſius ad ſemetipſum, ſed ad finem, & eum qui ducit: & [53] ſimiliter ſerui ad erum. Poſuimus [54] autem ad res neceſſarias utilem eſſe ſeruum. Quare [55] apertum eſt, ipſum egere puſilla uirtute, & tali ſolum, ut neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem deficiat ab operibus ſuis. Ambigeret [56] autem aliquis, ſi quod modò dictum eſt, uerum eſt, nunquid & opifices oportebit uirtutem habere. Sæpe [57] namque propter intemperantiam deficiunt ab ope-

τὰ πλείω ἄρχοντα καὶ ἀρχόμενα. ἄλλον [28] γὰρ τρόπον τὸ ἐλεύθερον τοῦ δούλου ἄρχει, καὶ [29] τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, καὶ [30] ἀνὴρ παιδός· καὶ [31] πᾶσιν ἐνυπάρχει μὲν τὰ μόρια τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐνυπάρχει διαφερόντως. ὁ μὲν [32] γὰρ δοῦλος ὅλως οὐκ ἔχει τὸ βουλευτικόν· τὸ δὲ θῆλυ [33] ἔχει μέν, ἀλλ' ἄκυρον· ὁ [34] δὲ παῖς, ἔχει μέν, ἀλλ' ἀτελές. ὁμοίως [35] τοίνυν ἀναγκαῖον ἔχειν καὶ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετάς· ὑποληπτέον [36] δεῖν μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' [37] οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' [38] ὅσον ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὑτοῦ ἔργον. διὸ [39] τὸν μὲν ἄρχοντα τελέαν ἔχειν δεῖ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν (τὸ [40] γὰρ ἔργον ἐστὶν ἁπλῶς τοῦ ἀρχιτέκτονος· ὁ δὲ [41] λόγος ἀρχιτέκτων) τῶν [42] δ' ἄλλων ἕκαστον ὅσον ἐπιβάλλει αὐτοῖς. ὥστε [43] φανερόν, ὅτι ἐστὶν ἠθικὴ ἀρετὴ τῶν εἰρημένων πάντων, καὶ [44] οὐχ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρός· οὐδ' ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη, καθάπερ ᾤετο Σωκράτης· ἀλλ' [45] ἡ μὲν ἀρχικὴ ἀνδρεία, ἡ [46] δ' ὑπηρετική. ὁμοίως [47] δ' ἔχει καὶ περὶ τὰς ἄλλας. δῆλον [48] δὲ τοῦτο καὶ κατὰ μέρος μᾶλλον ἐπισκοποῦσι. καθόλου [49] γὰρ οἱ λέγοντες ἐξαπατῶσιν ἑαυτούς, ὅτι τὸ εὖ ἔχειν τὴν ψυχὴν ἀρετή, ἢ τὸ ὀρθοπραγεῖν, ἤ τι τῶν τοιούτων. πολὺ [50] γὰρ ἄμεινον λέγουσιν οἱ ἐξαριθμοῦντες τὰς ἀρετάς, ὥσπερ Γοργίας, τῶν οὕτως ὁριζομένων. διὸ [51] δεῖ, ὥσπερ ὁ ποιητὴς εἴρηκε περὶ γυναικός, οὕτω νομίζειν ἔχειν περὶ πάντων·

—γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει

ἀλλ' ἀνδρὶ οὐκ ἔτι τοῦτο. ἐπεὶ [52] δ' ὁ παῖς ἀτελής, δηλονότι τούτου μὲν καὶ ἡ ἀρετὴ οὐκ αὐτοῦ πρὸς αὑτόν ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τέλος, καὶ τὸν ἡγούμενον. ὁμοίως [53] δὲ καὶ δούλου πρὸς δεσπότην. ἔθεμεν [54] δὲ πρὸς τἀναγκαῖα χρήσιμον εἶναι τὸν δοῦλον. ὥστε [55] δῆλον ὅτι καὶ ἀρετῆς δεῖται μικρᾶς καὶ τοσαύτης, ὅπως μήτε δι' ἀκολασίαν, μήτε διὰ δειλίαν ἐλλείψῃ τῶν ἔργων. ἀπορήσειε [56] δ' ἄν τις, τὸ νῦν εἰρημένον εἰ ἀληθές, ἆρα καὶ τοὺς τεχνίτας δεήσει ἔχειν ἀρετήν. πολλάκις [57] γὰρ δι' ἀκολασίαν ἐλλείπουσι

ra imperant natura, & imperio parent. Alio [28] enim modo liber ſeruo præeſt, & [29] mas femina, & [30] uir puero. & [31] in omnibus inſunt animo particulæ: ſed diſsimili modo inſunt. Seruus [32] enim omnino & uniuersè non habet conſultandi facultatem: femina [33] habet illa quidem, ſed irritam & imbecillam: puer [34] habet ille quidem, ſed imperfectam. Similiter [35] igitur & in uirtutibus moralibus rem ſe habere neceſſe eſt: atque [36] exiſtimandum eſt, omnes quidem earum participes eſſe oportere, uerùm [37] nõ eodem modo, ſed [38] quantum quiſque poſtulat ad munus ſuum obeundum. Quapropter [39] eum quidem, qui præeſſe debet, uirtute morali perfecta præditum eſſe oportere (ius [40] enim munere fungitur ſimpliciter & abſolutè, qui aliis præcipit ac præſcribit quod faciant: ratio [41] autem præcipiendi & præſcribendi ius obtinet) aliorum [42] uero unumquemque tanta, quanta in eos cadit, quantaq; ad eos peruenire poteſt. Itaq; [43] perſpicuum eſt, ad eos omnes, qui à nobis dicti ſunt, uirtutẽ moralem pertinere: neque [44] eandem mulieris & uiri eſſe temperantiam, neq; fortitudinem, neque iuſtitiam, quemadmodum putabat Socrates: ſed [45] hanc quidem eſſe ad imperandum accommodatam, illam [46] ad parendum ac miniſtrandum. Similiter [47] porrò ſe res habet & in aliis. Hoc [48] autem iis erit in promtu & patebit, qui ſingillatim potius, & in partibus rem conſiderabũt. Nam [49] qui uniuersè dicunt, uirtutem eſſe bonum animi habitum, aut rectam rationem, aut aliquid tale, ii ſe ipſi fallunt. Multi [50] enim, qui uirtutes enumerant, quemadmodum Gorgias, melius dicunt, quàm qui hoc modo definiunt. Quapropter [51] exiſtimare oportet, quemadmodum de muliere dixit poeta, item rem ſe habere de omnibus:

-affert decus omni feminæ ſilentiũ:

ſed non iam hoc idem uiro conuenit. Quoniam [52] autem puer imperfectus eſt, huius uirtus ſcilicet non in ipſo ad ipſum relata cernitur, ſed ad perfectũ, ſeu adultum, & eum, qui ei præfectus & cuſtos appoſitus eſt: itemq; [53] uirtus ſerui ad dominum refertur. Poſuimus [54] autem, ſeruum ad res neceſſarias eſſe utilem. Ex [55] quo intelligere licet, ei exigua uirtute opus eſſe: non mirum tanta, quanta fretus neq; propter intemperantiam, neque propter ignauiam munus ſibi à domino aſsignatum defugiat, aut minus cumulate expleat. Dubitare [56] autem poſſit aliquis, ſi id, quod à nobis eſt dictum, uerũ eſt, utrum etiam artifices uirtute præditos eſſe oporteat, néne. Sæpenumero [57] enim propter intemperantiam minus accuratè

operib. ſuis. An [58] plurimũ hoc intereſt? Seruus [59] namq; ſocius eſt uitę: hic [60] autem remotior, & [61] tantum cadit in illum uirtutis, quantum ſeruitutis. artifex enim tenuis definitã quandam habet ſeruitutem. Et ſeruus [62] quidem natura conſtat, ſutor [63] autem nullus, neque aliorum quiſpiam opificum. Perſpicuum [64] igitur huiuſcemodi uirtutis oportere cauſam eſſe ſeruo erum: non eum, qui teneat erilem rationem erudiendi ſeruũ in operibus ſuis. Quare [65] non rectè dicunt, qui ratione ſeruos ſpoliant, & affirmant utendum eſſe cum illis tantùm quaſi edictis. monere [66] namque oportet magis ſeruos, quam filios. Verùm [67] de his definitum ſit hoc modo. De [68] uiro autẽ & uxore & filijs & patre, uirtuteq; ſingulorũ ipſorũ, & cõſuetudine officioq; inter ipſos, qd rectè & nõ rectè fiat: & quomodo oportet qđ bene ſe habet ſeq, qđ malè fugere, in his, quæ faciunt ad rationem regẽdarum ciuitatum: neceſſe eſt percurrere. Quia [69] enim domus quidẽ omnis pars eſt ciuitatis, hæc [70] autem domus: uirtutem [71] autem partis ad uirtutem totius opus eſt reſpicere: neceſſe [72] eſt ad remp. reſpicientes erudire & filios & feminas: ſi [73] quidem intereſt aliquid, ut ciuitas ſtudioſa ſit, & filios ſtudioſos eſſe & feminas. Neceſſe [74] autem eſt intereſſe: feminæ [75] namq; dimidia pars liberorum ſunt: è [76] filijs autem participes fiunt reipublicæ. Quare [77] quia de his quidem definitum eſt, de cæteris autem in alijs dicendum eſt: dimiſſis, ut [78] finem nactis, præſentibus diſputationibus, alio [79] principio ſumpto, dicamus: & [80] primùm conſideremus de his, qui de optima repub. quid ſentirent, enunciarunt.

τικοῦ τῶν ἔργων. ἢ [58] διαφέρει τοῦτο πλεῖστον; ὁ [59] μὲν γὰρ δοῦλος κοινωνὸς ζωῆς· ὁ δὲ [60] πορρώτερον, καὶ [61] τοσοῦτον ἐπιβάλλει ἀρετῆς, ὅσονπερ καὶ δουλείας. ὁ γὰρ βάναυσος τεχνίτης, ἀφωρισμένην τινὰ ἔχει δουλείαν. καὶ ὁ [62] μὲν δοῦλος τῶν φύσει· σκυτοτόμος [63] δ' οὐθείς, οὐδὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν. Φανερὸν [64] τοίνυν ὅτι τῆς τοιαύτης ἀρετῆς αἴτιον εἶναι δεῖ τῷ δούλῳ τὸν δεσπότην, ἀλλ' οὐ τὴν διδασκαλικὴν ἔχοντα τῶν ἔργων δεσποτικήν. διὸ [65] λέγουσιν οὐ καλῶς οἱ λόγου τοὺς δούλους ἀποστεροῦντες, καὶ φάσκοντες ἐπιτάξει χρῆσθαι μόνον. νουθετητέον [66] γὰρ μᾶλλον τοὺς δούλους, ἢ τοὺς παῖδας. ἀλλὰ [67] περὶ μὲν τούτων διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον. περὶ [68] δ' ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων καὶ πατρός, τῆς τε περὶ ἕκαστον αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμιλίας, τί τὸ καλῶς καὶ μὴ καλῶς ἐστι, καὶ πῶς δεῖ τὸ μὲν εὖ διώκειν, τὸ δὲ κακῶς φεύγειν, ἐν τοῖς περὶ τὰς πολιτείας ἀναγκαῖον διελθεῖν. ἐπεὶ [69] γὰρ οἰκία μὲν πᾶσα μέρος πόλεως, ταῦτα [70] δ' οἰκίας, τὴν [71] δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὴν τοῦ ὅλου δεῖ βλέπειν ἀρετήν· ἀναγκαῖον [72] πρὸς τὴν πολιτείαν βλέποντας, παιδεύειν καὶ τοὺς παῖδας, καὶ τὰς γυναῖκας· εἴπερ τι [73] διαφέρει πρὸς τὸ τὴν πόλιν εἶναι σπουδαίαν, καὶ τοὺς παῖδας εἶναι σπουδαίους, καὶ τὰς γυναῖκας σπουδαίας. ἀναγκαῖον [74] δὲ διαφέρειν. αἱ [75] μὲν γὰρ γυναῖκες ἥμισυ μέρος τῶν ἐλευθέρων· ἐκ [76] δὲ τῶν παίδων οἱ κοινωνοὶ γίνονται τῆς πολιτείας. ὥστ' [77] ἐπεὶ περὶ μὲν τούτων διώρισται, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐν ἄλλοις λεκτέον· ἀφέντες [78] ὡς τέλος ἔχοντας τοὺς νῦν λόγους, ἄλλην ἀρχὴν [79] ποιησάμενοι, λέγωμεν. καὶ [80] πρῶτον ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν ἀποφηναμένων περὶ τῆς πολιτείας τῆς ἀρίστης.

ratè munus ſuum explent. An [58] plurimum inter hos intereſt? nam [59] ſeruus quidem uitæ ſocius eſt: ille [60] autem diſtat longius, & tantum ad eum uirtutis attinet, quantum & ſeruitutis. Nam [61] ſordidus & illiberalis artifex definitam & terminatam quandam ſeruit ſeruitutem. Tum [62] ſeruus ex eorum numero eſt, qui natura conſtant. At [63] nullus ſutor, neq; quiſquam alius artifex, natura eſt artifex. Perſpicuum [64] igitur eſt, talis uirtutis effectorem & cauſam ſeruo dominum eſſe oportere: non quenquam, qui habeat ſcientiam quandam herilem, ad docenda munera ſeruilia accommodatam. Quapropter [65] non rectè dicunt, qui ſeruos ratione ſpoliant, & domini præceptum ſequi, nihil præterea, fatentur. Monendi [66] enim ſunt ſerui, multo magis, quam filij. Sed [67] hæc quidẽ hoc modo diſtincta atque explicata ſint. De [68] uxore atem, & uiro, de liberis, & patre, & cuiuſque eorum uirtute, & quo modo alter cum altero uerſari & congredi debeat: quid pulcrè, quid non pulcrè fiat: & quo pacto uirtutem quidem perſequi atq; expetere, uitium autem fugere atq; aſpernari oporteat, in eis, quæ ad rerumpub. formas pertinent, neceſſe erit diſputare atque explicare. Quoniam [69] enim domus quidem omnis pars ciuitatis eſt: hæ [70] autem domus partes: partis [71] autem uirtutem ad totius uirtutem intueri oportet: neceſſe [72] eſt magiſtratus ad ciuitatis ſtatum intuentes, pueros & mulieres erudire: ſiquidem [73] aliquid refert ad id, ut ciuitas bona & bene morata ſit, tum pueros bonos eſſe, tum mulieres bonas. At [74] neceſſariò refert. Nam [75] mulieres quidem hominum liberorum pars dimidia ſunt. Ex [76] puerꝭ uerò participes & ſocij fiunt reip. & ciuitatis adminiſtrationis. Quare [77] quoniam de his quidem explicatum ac diſtinctum eſt, de reliquis autem in alijs libris dicendum eſt: omiſſa [78] hac diſputatione, tanquam abſoluta, atque ad finem perducta, aliud [79] dicendi initium faciamus: & [80] primùm eorum, qui aliquid de optimo reip. adminiſtrandæ genere dixerunt aut tradiderunt, ſententiam uideamus.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Perſpicuum igitur) Hæc, niſi fallor, quod ſuprà etiam admonui, ἀνταπόδοσις redditioq; eſt illius ἐπεὶ, initio poſiti. Perſpicuum igitur eſſe inquit, ex omni hac diſputatione (qua confirmatum eſt, quanti momenti hæ res ſint, & quàm magnos fructus ferant, ſi ordine fiant, & rectè adminiſtrarentur) maiorem diligentiam patrem familiâs adhibere debere, magiſq; id requiri ab ipſius diſciplina, in hominibus parandis, quàm in rebus expertibus animi quærendis: & in uirtute perfectioneq; perſonarum, quàm in copia patrimonij, quas diuitias uocamus: nec non in uirtute quoque ingenuorũ, quos regit, quàm in ſeruorum. In uxore igitur ducenda, unde liberi procreandi ſunt, præcipere uidetur ipſum plurimum curæ ponere debere; & in liberis etiam, quos poſtea inde ſuſcepit, inſtituendis, & ſeruis etiam in officio retinendis. Nam horum quoque diſciplina contemnenda non eſt. & ſi res non poſcit tantum ſtudij, quantum cura liberarum perſonarum, ut tradit. Proditum eſt memoriæ, M. Craſſum illum diuitem, plurimum diligentiæ adhibere ſolitũ in erudiendis mancipijs, exiſtimaſſeq; ſemper eri officium hoc maximè poſtulare: quia, quod ſuprà quoque à noſtro auctore dictum eſt, ſerui forent inſtrumenta animalia domeſticæ diſciplinæ arbitrabatur enim cætera domi opera ſeruorũ admi-

adminiſtrari oportere, ſeruos autem ſtudio eti regi ac gubernari debere. quod iudicium ipſius laudatum eſt à doctis uiris.

Primùm igitur de ſeruo.)Cum affirmauerit patrem familiæ plus ſtudij ponere debere in his, quos regit, animi participibus, ut ſtudioſi ſint, quàm in reliquorum bonorum conquiſitione, ut perfecta ipſa quoque ſint: primùm quærit de prima ipſorum copula, quæ coniungitur erus & ſeruus. dubitareq́; poſſe aliquem oſtendit, an ſerui uirtus aliqua exiſtat præter illas, quibus utitur, tanquam inſtrumentum quoddã, & quæ miniſterijs ipſius exequendis neceſſariæ ſunt: quæ ſcilicet uirtus honeſtior ſit his, & honoris plenior. cuiuſmodi ſunt, inquit, temperantia, fortitudo, iuſtitia, cæteriquę habitus animorum, qui homines ornent, & abſolutos reddũt: ſiue nulla ſit, præter illa ipſius, quæ corpora membriſq́; adminiſtrantur, munera. Repetit autem, hac re enim poſſe non ſine cauſa quempiam, utrum horum uerũ ſit, eſſeq́; quod in utramque partem defendi poſſit? Si enim, inquit, in ſeruis quoque manent hæ uirtutes, quæ propriæ uidentur eſſe liberorum, & illorum quidem non multorum, quę in re diſcrepabunt à liberis hominibus, cùm tamen magnopere ipſos inter ſe diſſentire exploratum ſit. Quòd ſi nullum ueſtigium apparet in pectoribus ſeruorum debitũ honeſtum, hoc quoque abſurdum uidetur atque abſurdum, cùm & ipſi homines ſint, & rationis participes. Cur enim donauit natura ipſos ratione, ſi ipſis ea fructum nullum fert? & quid ille in ipſis inertis ignaueq́; fecit? Apud Terentium paternus cum Soſia liberto loquens, oſtendit ſe nõ mediocres uirtutes in illo, cùm ſeruus eſſet, ſemper cognoſſe ſitas quæ, relictis proprijs mancipiorum muneribus, in illis ſe opere ipſius uti uelle tunc affirmat.

Fermè autem eadem.)Eandem quæſtionem, quæ dubios tenet de ero ac ſeruo, oriri ſi fermè affirmat in reliquis duobus generibus imperij domeſtici: id eſt, utrum oporteat uxorem & filios participes uirtutũ eſſe, ſiue minimè illæ quidem requirantur in ijs. Hoc autem magis explanat, dicens: id eſt, Si neceſſe eſt uxorem & temperantem, & fortem, & iuſtam eſſe: & eodem pacto in filijs, ſi qui à patre regitur, & intemperans & temperans eſſe poſſit. ſiue id in eum nullo pacto cadat, necdũ eſt in poteſtate patris, ut ſit illi dicto ſemper audiens, regãtur, quæ in moribus ſitæ ſunt, uirtutes.

Et uniuerſum.)Cum cœpiſſet ab imperio, quod habet erus in ſeruum, & deinde egiſſet de illo, quod exercet uir in uxorem, ac pater in liberos: quæſiſſetq́; an qui parent, & ipſi uirtutibus inſtructi eſſe debeãt: nunc cõmuniter, in uniuerſumq́; animaduertendum idem eſſe dicit in omni genere eorum, qui imperant, & eorum, qui natura parẽt ipſis: an ſit, inquã, omnino uirtus eadem in ambobus, ſiue diuerſa. Exponit autem, quod hanc aut illam contrariam ſententiam ornat ac ſequitur, primùm autem iudicium illorum, qui arbitrabãtur in eo etiam, qui obtemperat, requiri uirtutes. Si enim, inquit, utrumque inſtructum eſſe decet omnibus uirtutibus, quæ requiruntur in perfecto & abſoluto uiro: cur potiſsimum hunc oporteat imperium habere, alterum uerò ab initio parẽre, & poſtquam ſemel cœpit imperio parẽre, ſemper dicto audientẽ eſſe? Quid autem [illegible] ſit, quo uocabulo nomine hic utitur, ut in 4. etiã libro de Moribus ad Nicomachum, ubi de magnitudine animi loquitur, docuit ipſe accuratè in 2 [illegible]: quo loco credit conuenire ipſum homini, qui habeat perfectam & abſolutam uirtutem. Appellat autem hunc uirum [illegible]: ut Xenophon quoq́; in libello, quo laudauit Ageſilaũ, dixit illum fuiſſe uirum [illegible].

Neq; enim dici poteſt.)Docet nihil ualere ad demonſtrandum, ambos hos uirtutis eſſe participes, dicere, cùm appareat ipſos inter ſe diſcrepare, diſtinguit, quia eorum alter maiorem uirtutem in ſe contineat, alter uerò minorem. Quæ namq́;, inquit, ita diſſentiunt, ut ipſorum alterum ſemper pareat, alterum uerò ſemper imperet, ſpecie differunt: in quibus autem diſcrimen tãtùm conſpicitur quantitatis, non diſcrepant ſpecie. Homines enim nonnulli magni ſunt, alij uerò parui: nec tamen hi minus homines, quàm illi ſunt. Imperium uerò quod dicimus perpetuum habere, & alicuius imperio ſemper obtẽperare, iunt res, quæ ſpecie diuerſæ ſunt.

Si autem hunc.)Si autem contrà, inquit, affirmaretur in altero uirtutem requiri, in altero uerò non requiri, hoc quoq; admiratione dignum eſt. ambob. enim in officio retinendis illa neceſſaria eſt ut docet, initium ducens ab honeſtiore perſona. Niſi enim, inquit, qui imperat temperans erit ac iuſtus, quomodo ſuo proprioq́; munere fungetur? Exemplum ad oſtendendum quæ incommode naſcantur ab intemperante, deditoq́; libidinibus exercitus duce, ſatis accommodatum eſt, quòd Ciuilis in Germania penè amiſit exercitum claſſemq́; ob ſtuprum. Vt enim liberè noctu frueretur hoc ſuo amore, iuſſerat uigiles ſilere, ne quietam eius turbarent. Quare, ut Tacitus narrat, intermiſſo ſigno ac uocibus, in ſomnum lapſi, ſubitum aduentum hoſtium non ſenſerunt, nec ſignificare alijs potuerunt. Non minus idoneum ad idem demonſtrandum eſt, quod apud Xenophontem legitur in V. libro de rebus Græcorum. Alcetas enim Lacon, præfectus Orei, ceperat tres triremes Thebanorum in magna eius urbis fame obſeſſæ à ſuis, onuſtas frumento, cum CCC. hominibus, ipſoſq́; in arcem oppidi coniecerat, in qua & ipſa degebat. Cùm autem unà cum captiuis eò ueniſſet, pulcer admodum puer eius urbis, deſcendit cum eo captus repentè ſpecie ipſius Alcetas ex arce, totuſq; in amore erat. Quod cùm uidiſſent captiui illi, ſpreta tãta incuria præfecti, arcem occupauerunt, ciuitaſq́; ſtatim à Lacedæmonijs ad Thebanos defecit. Contraq́; quantus fructus ferat continentia, factum P Scipionis oſtendit: qui cùm eſſet natura pronus ad muliebres amores, imperator tamen in Hiſpania poſt magnam uictoriam, adducta ſibi à militibus captiua uirgine eximię formæ, laudata benignitate eorum, remiſit eam parentibus: quo facto conciliauit ſibi animos eius nationis. Eodem pacto auctor inquit: Quomodo rectè parẽre poterit ſine uirtute, qui in aliena poteſtate eſt, & magiſtratui obtemperare debet? Si namq;, addit, intemperans erit aut formidoloſus, nihil ordine adminiſtrabit eorũ, quæ ipſi mandata ſunt: impedient enim hæc animi uitia. Hoc uerum eſſe, ſi confirmatione ulla res egeret (ut relictis ducibus ad tenues perſonas deſcendamus) declarat Demea Terentianus, qui inſimulat ſeruum his uerbis: In ipſa turba atque in peccato maximo, Quod uix ſedatum ſatis eſt, potaſti ſcelus Quaſi re bene geſta.

Perſpicuum igitur neceſſe eſt.)Hæc diſſolutio quæſtionis huius eſt, quæ apta eſt è ſuperiore diſputatione. inquit enim, Perſpicuum eſſe his de cauſis, quæ allatæ ſunt, oportere ut ambæ hæ perſonæ, diſſimiles inter ſe, uirtutis participes ſint: cuius tamẽ uirtutis diſcrimina quædam extent. quemadmodum demonſtratum eſt inueniri in his, qui natura parent, ſeruique ita ſunt. Hoc autem, id eſt ſpecimen huius imperij ac ſeruitij, oſtendit in prima ſtatim naturæ noſtræ conformatione, animoque noſtro, in ipſo namq; exiſtere quiddam, quod naturæ inſtituto imperet: & aliud, quod eodem pacto obtemperat: eam inquit, eius, in quo ratio exiſtit: & eius, quod uacuum à ratione eſt. quorum longè aliam uirtutem eſſe dicimus, eius partis in ſe habẽtis rationem, & partis, quæ ſine ipſa eſt. Eſſe uerò diuerſa genera uirtutis in illis planum eſt, & ſubtiliter copioſeq́; declaratũ in libris de Moribus. A' meliore parte proficiſcuntur prudentia, ſapientia, ſolertia: à deteriore, & in qua motus turbidi uigẽt, temperantia, fortitudo, atque aliæ.

Planè igitur eodem pacto.)Cùm cognitum ſit, inquit, in animo noſtro plura inueniri genera imperantiom & parentium: exẽplum ipſius ſecuti, intelligere debemus eodem pacto idem uſu uenire cæteris in rebus. Erunt igitur natura plura & diuerſa inter ſe, quæ imperant, & quæ parent. Nam, inquit, alio modo quod liberum eſt, ſeruo imperat: & alio modo mares feminis, & itidem uiri pueris. Etſi enim in omnibus hi partes animi ſunt, ſunt tamen illic aliter atque aliter. Hoc autem ſtatim exemplis poſitis declarat, atque ita ſe habere docet. Primùm autem in parte, quæ domicilium eſt rationis: ipſius enim proprium eſt deliberare. Seruus enim, inquit, omnino funditusq́; expers eſt partis eius animi, quæ conſultat: femina habet ſanè illã, ſed minimè ratam ac firmam: puer uerò & ipſe habet, uerùm inchoatam & imperfectam. Carere autem dicit ſeruum ea illa facultateq́; animi, quæ conſilia capit de rebus dubijs: quia non poteſt deliberare de ſuo ſtatu, cùm in manu eri ſit. irritum enim foret omne ipſius ſtudium, quod adhiberet in hac re. Hoc autem uidit quoque apud Ariſtophanem ſeruus, qui magnopere queritur de hac iniqua conditione: Si nemque, inquit, fortè ſeruus in deliberatione aliqua optimum conſilium dederit ero, repudiaueritq́; id ille ſtultitia ſua: neceſſe eſt ſeruum plecti participemq́; eſſe incommodorum, quæ inde proficiſcuntur. Sed non loquitur illic Comicus de his ſeruis, quos intelligit hic philoſophus. neque enim hoc poſsit in his uſu uenire, ut uincat ſeruus iudicio ac prudentia dominum. In mulieribus quòd uult [illegible] eſſe, quod deliberat: non ſignificat ipſas carere ingenio & acie mentis: nam acutæ ſunt, ac uerum ſæpe uident: ſed impediunt conſilium mulierum motus animorũ, quibus ualde obnoxiæ ſunt. Vnde nos uulgò dicere ſolemus, quod ſubitò feminis in mentem uenit, egregium conſilium eſſe: cum uerò tempus cogitandi nactæ fuerint, uariari ipſum. Nam aut ira, aut amore, aut odio, aut propria utilitate à uero abducuntur. Latini boni auctores hoc, quod noſtra concitat in feminis, imbecillum & infirmum conſilium uocare conſueuerunt.

Eodem igitur pacto.)Quod in uirtutibus, quæ rationis ſunt, uſu uenire docuit: idem nunc in illis, quæ in reliquis duabus animi par-

mi partibus manent, & à moribus nomen adeptæ ſunt, contingere teſtatur. Putare namque debemus, omnes hoc participes earum eſſe, id eſt & ſeruum, & fœminam, & puerum, ut contrarias his honeſtiores perſonas, uerum non eodem pacto quantū enim ſatis eſt ſingulis ad munus ſuum obeundum, tantum ipſis datū eſt. Quare, inquit, qui regit ac gubernat (tres autem in domibus hui eſſe uoluit, id eſt herum, uirum, patrem) abſolutam perfectamq́; morum uirtutem habere debet. Cuius rei cauſam eſſe dicit, quòd ſimpliciter opus omne dicitur eſſe, atque ita uerè appellatur, architecti. Etſi enim fabri quoque in ædificanda domo ſtudium ponunt, plurimumq́; illic laborant: tamen ædificium ſimpliciter ab eo nuncupatur, qui formam ædificij dedit. Ratio autem, addit, architectus eſt, quæ docet quid facto opus ſit: ſimilitudinem enim illa habet architecti. Alij autem, inquit, tantum ipſius tenent, quantum ad miniſteria ipſorum implenda, munerâq́; obeunda neceſſe eſt.

Quapropter perſpicuum eſt.) Hæc eſt concluſio totius ſuperioris rationis, qua plana duo facta dicit. Primum eorum eſt, uirtutem morum in omnibus his locum habere: alterum uerò, non omnino eandem illam in cunctis ſpectari. Non enim eandem temperantiam eſſe uult uxoris ac uiri: & eodem pactu non eandem fortitudinem, neque iuſtitiam. Simulat autem Socratem, qui de hoc aliter exiſtimauit, & unam eandemq́; penitus uirtutem contrariarum harum perſonarum eſſe iudicauit. Adiungit etiam, quod diſcrimen ipſius oſtendit, hanc fortitudinem talem eſſe, qualis requiritur in uiro in ſubeundis periculis: hanc autem contrà, qualis neceſſaria eſt in uxore inueniri, ne metu iniecto abducatur ab officio: quod quemadmodū in hac, ita etiam in reliquis uirtutibus eodē pacto ſe habere perſpicitur. Quod igitur ſtatim initio huius libri, & alibi fecit, hic quoque tangit peccaſſe Socratem, qui hæc omnia exiſtimarit diſcrepare inter ſe, numero tantùm, non ſpecie quoque ac natura. Quod enim in imperijs ipſis ac poteſtatibus, idem etiam uſu uenire in uirtutibus eorum arbitrabatur, ut eſſent penitus eædem, mutatis etiam perſonis.

Planum autem hoc) Quod in uniuerſum iam docuit uerum eſſe, non eandem ſcilicet uirtutem eſſe ſuperiorum diuerſarum perſonarum affirmat nunc perſpicuum magis fore, ſi quis attenderit ſingulas uirtutes. Oſtendit autem erratum eorum, qui generatim tantùm uirtutes animaduerterint: dicitq́; illos decipere ſemetipſos, cùm uiam eam ineant, quæ non poteſt ipſos ducere ad plenam ſcientiam huius rei, nec facere ut integros inde fructus capiant. In 2 quoque libro de Moribus ad Nicomachum tradidit, ueriores eſſe de rebus, ad uitam & facta hominum pertinentibus, diſputationes ſingulares, maioremq́; fructum ferre: quàm quæ in uniuerſum eduntur, ſiut inaniores. Quare optimum cenſuit uidere, an illæ communes conueniant rebus, quæ ſunt: quod ſi non contingat, dimittantur. Ponit autem ueteres duas definitiones uirtutis, quarum una eſt, Animum bene ſe habere. Cùm enim uiget, uacuusq́; eſt ab omni labe, tūc perſpicitur uirtutis compos eſſe. Altera, Ipſum illum animum rectè cuncta gerere. addit autem, Vel huiuſcemodi aliquid. circūferebantur enim aliæ quoque nonnullæ definitiones uirtutis, ut è Platonis Menone cognoſcimus. Inquit enim in eo ille, unde ſermo uocatus eſt: Videtur mihi, Socrates, uirtus eſſe, ut poeta inquit, gaudere honeſtis rebus, & poteſtatem earum efficiendarum habere: nec non uirtus eſt, facultatem habere cōparandi bona iuſtè. Sed etiam Plutarchus in libello, quo docuit quomodo inſtructum adoleſcentem oporteret accedere ad lectionem poetarum, plurium meminit: & Alexander quoque in quæſtionum libro. Sed ad auctorem noſtrum redeamus, qui, expluſo iam horum errore, affirmat multo melius duo hoc ſcire, qui enumerant uirtutes. quod facit, ut inquit, Gorgias apud Platonem. cùm enim quæſitum ex eo ſophiſta foret, quid uirtus eſſet, nō expreſſa ui naturaq́; ipſius: plures uirtutes enumerauit, ut temperantiam, fortitudinē, iuſtitiā. quare meritò illic reprehenſus & irriſus eſt. Vt autem rationem eorum, quos non probat, Ariſtoteles parum ualere inutilemq́; eſſe ſignificaret: teſtatur uinci eam ab hac ipſa, licet contempta & repudiata. Nam quod magis hāc probat, id facit, quia ita quoque cognitæ uirtutes poſſunt aliquantum prodeſſe, cùm quæ gerunt homines in uita ſint ſingulares & ipſæ res. Addidit autem, confirmans iudiciū ſuum teſtimonio clari poetæ: Quod ille de una muliebri uirtute dixit, oportere nos ad cunctas transferre, ac uerum eſſe putare: is autem fuit Sophocles, qui in Aiace ſuo ita induxit Tecmeſſam accuſantem, ſuadentemq́; illi ut taceret: Silentium ualde ornat feminas. Quare, inquit Ariſtoteles, ut mulieri non paruum decus ſilentium eſt: ita nō congruit uiro. Eodem igitur pacto, ut in hoc uidimus, ita exiſtimare debemus, non eandem penitus uirtutem eſſe horum diuerſorum generum.

Quia autem puer.) Tranſit ad reliquas duas copulas, in quibus idem uſuuenire, quod in ſuperiore, oſtendit: ne ſcilicet non eadem uirtus ſit utriuſque, ſed maior perfectioris. quare deceat ipſum moderari inferiori. Inquit igitur. Quia autem puer eſt imperfectus (nam ſuprà quoque dixit, conſilium ipſius imperfectum eſſe) apertum eſt non debere uirtutem ipſius ad illum ipſum referri. ſpectat enim & ipſa imperfecta, uerùm ad finem, & quod principatum in eo obtinet, id eſt uirum integrum iam & abſolutum, ad quem tāquam ad finem refertur. Nam quod, ἡγούμενον, addidit accipio, quē inſtituit ipſum: qui profectò aut pater erit aut cuſtos, qui ſeruat ipſum, regitq́; quicunque ille ſit. Eodem autem pacto, inquit, & ſerui ſcilicet uirtutem ad herum referre debemus. nam ſuprà ſtatuimus, ualere ſeruum ad ea, quæ neceſſaria uitæ ſunt adminiſtranda, & his ſane rebus efficiendis idoneum eſſe. Quare, inquit, planum eſt eum egere parua uirtute, & tanta denique, ne propter intemperantiam aut timorem abducatur à proprijs ipſius muneribus. & libido enim & metus, uitia, quæ ualde hærent perſonis ſeruorum, niſi coercita ſint, ualde impedirent officia mancipiorum. πῶς autem hic probaui, non πάντως, ut in libris calamo exaratis ſcriptum offendi: quam etiam lectionē expreſſit uetus tralatio, & agnoſcit D. Thomas.

Ambigeret autem aliquis) Hæc alia quæſtio eſt, apta è ſuperiore, ut ipſe quoque teſtatur. Cùm enim ſtatuiſſet, egere ſeruum uirtute, quærit ſtatim, an qui fabri & ipſi ſerui ſunt, opifices humiles (ſunt enim illi præſto ſemper uoluntati uerum, qui induſtria ipſorum egent in aliqua re fabricanda, ſi pretium dederint) participes uirtutis eſſe debeāt. Statim autem adfert, quod uidetur oſtendere, non minus atque in ſeruis, in opificibus requiri uirtutem: Sæpe numero enim, inquit, propter incontinentiam, & quia inde abducuntur libidinibus, non perficiunt opera quæ eſſe[...] da ſuſceperunt. Citò autem diſſoluit hunc nodum, atque id duobus argumentis, quæ diſſimilitudinem harum perſonarum declarant: unde elicitur, non idem requiri in artifice hoc, quod in ſeruo. Primum enim eſt, quòd ſeruus eſt ſocius noſtræ uitæ, nec unquam à nobis ſeiungitur: opifex uerò remotior, tātumq́; cadit in illum uirtutis, quantum ſeruitutis. Faber enim, inquit, huiuſcemodique omnis opifex, qui manibus opus facit, certam quendam definitamq́; ſeruitutem in ſe capit. Donec enim abſoluerit opus, quod, mercede accepta, ſe facturum ſpoponderit, tanquam ſeruus illius eſt: ſimùl ac autem ut perfecit, ſeruitute liberatur. Quod autem adiecit, Et ſeruus quidem alterum argumentum eſt quo itidē demonſtrat diſſimilitudinem harum perſonarum. Seruus enim, inquit, natura ſeruus eſt taliq́; demum, qualis à nobis notatus eſt. Sutor autem, inquit, nullus, neque alius quiſpiam huius generis artifex, natura ſeruus eſt, ſed iudicio tantùm ac uoluntate cogente eum tenuitate patrimonij, ſe aliquo modo ſpoliauit libertate.

Perſpicuum igitur hominiſ ...) Euulſo ſcrupulo illo, qui moleſtus aliquibus erat, redit ad ſuperiorem diſputationē: indéque ſatis planum eſſe affirmat, huius uirtutis, quæ requiritur in ſeruo, auctorem ipſi eſſe debere præceptoremq́; herū, qui erudiet ipſum, monſtrabitq́; quomodo continens eſſe queat, ac minimè timidus aut mendax. Atque hoc ipſum faciet non ſolum monendo, uerum etiam uerberando atque indulgendo. ſi peccarit aliqua in re, non certè faciet: non qui profiteatur eam ſcientiam, ac ſe poſſe tradere affirmet rationem, quæ inſtruit ſeruum, ac docet quomodo ille rectè poſſet obire ſeruilia munera: in hac enim occupatū herum eſſe oportet, non in illis tenuibus ſordidisq́; miniſterijs.

Quare non rectè dicunt) Hoc quoque elicitur è ſuperiore diſputatione, & eſt tanquam corollarium. Cum enim iam docuiſſet, opus eſſe ſtudio heri fieri ſeruum meliorem, deceretq́; herum ipſum diligentiam in hoc adhibere: docet falſo putaſſe nonnullos in ſeruis rationis ueſtigium nullum eſſe. Neceſſe autem habuit explodere hunc eorum errorem: ſi enim uerum id foiſſet, ſtultè ipſe præcepiſſet ſeruos eſſe uirtute imbuendos. Aiebant autem illi, oportere uti quaſi edictis quibuſdam in ſeruos & imperijs durioribus, neque unquam cauſam afferre ſuorum mandatorum. Contra autem noſter exiſtimat, atque hoc aſſeueranter prædicat, non ſolùm oportere ſeruos monere: ſed magis etiam ipſos, quàm pueros, mouere atque erudire. Cùm autem ualde accuſet eos, qui tam malè de ſeruis ſentiebant, & cum illis perinde ac cum beluis agi debere à dominis arbitrabantur: intelligit Athenienſem hoſpitem, qui apud Platonem in 6. de Legibus hoc oportere fieri affirmat. Cùm enim illic copioſe diſputatum eſſet de ratione regendi eos, quorum opera ciuitates uterentur in agris colendis, multaq́; in utramq́; partem dicta forent: ad extremū ille hoc protulit, exiſtimans magno-

magnopere peccare cunctos, qui ſeruis indulgerent, mollitérq; eos tractarent. Declarat autem præter ſententiam locum hunc ſignificaſſe noſtrum auctorem, quia eadem uerba ab utroque uſurpata fuêre. Platonis enim hæc ſunt [illegible Greek]. Vellem autem, ut Ariſtoteles auctor nobis eſt, ut maius ſtudium ponamus in corrigendis oratione ſeruis, quàm pue[illegible] (ut plerunq, facit) cauſam ſui iudicij attuliſſet. Non enim hoc facile probatur omnibus: maiores enim profectò [illegible]ates capiuntur è filijs benè inſtitutis, quàm è ſeruis, uerbis documentiſq; caſtigatis: eodemq; pacto incommoda ex [illegible]em deprauatis. Præcipit autem hoc abſolutè: neque ætatem puerorum, neque certum genus errorum, quæ oporteat emendare, definit. Quòd ſi ſpectaſſet ſolùm commoda, quæ pater familiâs ipſe capit ex ambobus illis, diſciplina expolitis: non eſt dubium, quin corpori eius, & ſimilibus miniſterijs utilior ſit opera ſerui, qui omnibus horis præſtò ero eſſe debet, quàm filij, qui muneribus his non eſt deſtinatur. Non [illegible] autem fortaſſe abſurdum ita accipere, quia ſuprà, cum oſtenderet nó eſſe tam neceſſariam in opifice temperantiam, quam in ſeruo, dixit id contingere, quia ſeruus eſt coniunctus cum ero, & quaſi particeps uitæ ipſius, opifex uerò remotio[illegible] & eodem pacto inferius remouit perſonam quaſi publici doctoris à ſeruo inſtruendo, ac propriam eam coram eſſe noluit eri, quia ille inde [illegible]tenor.

De uiro autem.) Cùm ſatis ſibi uiſor eſſet diſſeruiſſe de copula eri ac ſerui [illegible] candumq; ſibi uideret ad reliquas doar, ſi commodè id fieri poſſet: intelligeret autem tempus non adhuc ueniſſe illarum aptè explicandarum: docere hoc uoluit, nequa ſibi uicio uerteret, quòd id nó feciſſet. Ita igitur agit, fateturq; ſe eam diſputationem neceſſariam eſſe, & cũ aas cularit, ſe illam expoſiturũ. De uiro igitur, inquit, & uxore, nec non de filijs & patre, quæ ſ[illegible] ſingulis his uirtus ſequatur, & de officijs ipſorum inter ſe, quid rectè, aut non rectè factum exiſtimari debeas, quomodoq; cuncti hi omnibus in rebus laudem perſequi debeant, fugera autem culpam, in his, quæ ad ſtatus ciuitatum tradendos pertinent, eſt uidendum. Cognoſcebat igitur, quæ ſua partes forent optimus magiſter. & hoc ſe intelligere, cognitum alijs eſſe uoluit.

Quia enim domus.) Incipit nunc oſtendere, hunc locum accommodatum non eſſe his præceptis tradendis, ponitque ſiquam certa quædam, unde id percipitur. inquit enim Quia autem omnis domus eſt pars ciuitatis & hæ perſonæ, quas diximus, ſunt partes domus. Sequitur autem & ipſum ſumtum, ad idem conſtituendum Virtutem autem partis, perfectionemq; oportet referre ad perfectionem totius. aliter enim, quamuis uiribus nunc et bonitatis habeant, niſi totum adiuuarent, nó probari poſſent. Quare inquit (hæc enim eſt redd[illegible]illius, Quia) neceſſe eſt ad remp. ſtatumq; illum ciuitatis, oculos intentos tenentes, erudire & liberos & uxores. Quod autem adiungit nunc, non uidetur eſſe argumentum alterum, ſed potius confirmatio cóncluſionis: inquit enim, Si refert, momentiq; alicuius eſt, ad remp. ornandam, ſtudioſamq; reddendam, & pueros & uxores tales eſſe, id eſt uirtutis compotes.

Neceſſe autem eſt.) Docet nunc, qui aliter ſentiret, in magno errore futurum, id eſt qui putaret poſſe fieri, ut reſp. ſtudioſa ſit, quamuis in ea mulieres & pueri minimè ſtudioſi ſint, ſed uitijs magnis affines. Seorſum autem id oſtendit, in mulieribus & in pueris. Primùm enim, inquit, feminæ dimidia pars ſunt liberarum perſonarum habere autem ipſam nulla diſciplina excitam, remp. contaminaret. Deinde de pueris addit: Pueri uerò, ſi adhuc non ſunt, futuri tamen ſunt reip. participes. ex ipſis enim, quaſi ſeminibus quibuſdam, ciues oriuntur quare & ipſi debent illi ſpes inſtrui atque erudiri.

Quare quia de his.) Tangit paucis, quæ iam abſoluerit, indicatq; ea, quę ratione reliquit, quando expoſiturus ſit, cùm ſcilicet ad locum peruentum fuerit, ubi id rectè ordineq; fiat: & quid item facere nunc uelit, aperit. connectit igitur præterita cum futuris. inquit enim: Quare dimiſsis nunc ſuperioribus diſputationibus, ut finem ſuum nactis (nam [illegible Greek] dicuntur, cùm diſputatio de illis rebus abſoluta eſt) nouoq; initio ſumto, perſequamur ea, quæ reſtant: antè tamen ponderemus diligenter, examinemuſq;, quæ à nonnullis dicta ſunt de optimo ſtatu reip.

[illegible Greek]) [illegible Greek] etiam ſuprà cap. 7 meminit. Vide locum.

[illegible Greek]) [illegible Greek] ſeu [illegible Greek] eſſe, ſuprà cap. [illegible] o. 3 docuit.

[illegible Greek]) Ethica uirtus communis omnibus in quocunq; genere uitæ practicæ, tam Oeconomico quam Politico uerſantibus, tanquam Forma communis. Expendant hunc locum, qui priuatum & ſolitarium hominẽ in Ethicis tantùm informari aiunt cum nos ex Ordinis præſcripto Principia uitæ practicæ illic tradi aſſeramus.

[illegible Greek]) Plato lib. 5 de Rep. & 7. de Legibus eadem ſtudia mariti & uxoris, & per conſequens eandem uirtutem facit, niſi quòd munia minus uehementia propter naturæ imbecillitatem mulieri ſint tribuenda.

[illegible Greek]) Plato in Politico, in quo diuiſionis præceptum tradit, [illegible Greek], & in uniuerſum [illegible Greek], non pati, ut nominum diuerſitas naturas rerum, ſpecierum aut generum diuellat. Quod præceptum methodicum planè eſt. Non ſemper tamen obſeruari poſſe, ipſemet Plato eo loci teſtatur. Proinde cùm [illegible Greek] diuiſionem aſſequi nequit, [illegible Greek] amplectitur. A' Menone uarias uirtutis definitiones Socrates [illegible Greek] & [illegible Greek] explicatur [illegible], agit, ut Menonem, Gorgiæ di[illegible] ip[illegible]dum, uirt[illegible] ſcientia turgidum, nomina tantùm uirtutum & hiſtoricam earundem cognitionem tenere, rei uerò theoriam uniuerſalem penitus ignorare oſtendat.

[illegible Greek]) Quod Menon facit ex Gorgiæ inſtituto, eſſe ſcilicet quandam uirtutem uiri, quandam mulieris, & ciuis, & præfecti, & pueri, & adolt.

[illegible Greek]) Sophocles in Aiace maſtigophoro. Apud Euripidem in Heraclidis Macaria loquit:

[illegible Greek]

Plautus Rudente —— *tacita bona eſt mulier ſemper quàm loquens.*

[illegible Greek]) Plato in Politico omnes artes, quæ uel Oeconomiæ uel Politiæ opportuna organa faciunt, [illegible Greek] tantùm appellat. Suprà cap. 4 n. 31. ſeruum [illegible Greek] & [illegible Greek] eſſe ait, ut differentiam ſerui & domini oſtẽdat, quæ ſeruus domini pars eſt & eſſe dicitur, cæterum non coniuncta ut partes totius, ſed ſeparata. Separationem ergo illic intelligit Eſſentiæ, quia corpore ſuo non cohæret domino, uti pars ſuo toti. Hic uerò ſeruum œconomicum [illegible Greek] eſſe ait, Mechanicum autem artificem [illegible Greek] quẽdam ſeruum eſſe, ſeparationem conuerſationis denotans, ne proinde loca iſta ſ[illegible]r tantum inter ſe pugnare uideantur.

[illegible Greek]) Non præcepto tantùm, ſed multo magis exemplo, uti 6. de Legib. Plato docet: [illegible Greek] (ſeruos ſcilicet) [illegible Greek].

[illegible Greek]) Platonem perſtringit, loco citato dicentem, [illegible Greek]. Atqui Plato non abſolutè [illegible Greek], ſed eam tantum qua erga liberos uti ſolemus, ſeruis eripit neq, [illegible Greek] ſemper, ſed [illegible Greek], ut plurimùm, erga ſeruos utendum putat: quandoquidem maior illorum pars [illegible Greek] eſt.

[illegible Greek]) Victorius legit, [illegible Greek]. Aldus omiſſo [illegible Greek], ſententiam ſuſpendit. & rectius quidem.

[illegible Greek]) Inſero ego, particulam [illegible Greek]. Neceſſarium quinetiam. Niſi enim legamus, [illegible Greek], uel [illegible Greek], ſuſpenſa erit ſententia, & à præcedentibus pendebit, adeoq; duo argumenta ſub unam ueluti Myconon congerentur: quæ tamen à ſe inuicem ſeparanda eſſe, ipſa docet methodus.

[illegible Greek]) Exprobrat Plato de Legib. 7. laudat inſtitutum eorum, qui mulieres exercitijs atq, ſtudijs uirorum, remiſsioribus tamen, pro naturæ debilitate uacare uolunt: & contrà reprehendit morem Athenienſium, in umbratilem uitam mulieres relegantium [illegible Greek] [illegible Greek]. Propter hanc ſtudiorum uirilium intermiſsionem fit, ut ciuitas quæ tota ſecundùm uirtutẽ conformari poterat, dimidia tantum ſui parte, quoad uiros ſcilicet, talis exiſtat.

HACTENVS de tribus ſocietatibus, tanquã Materia Oeconomiæ: quæ œconomia ipſius Politiæ Materia eſt (ne quis hic materias confundat.) Deinceps uerò de Forma œconomiæ erit agendum. Formam ſuprà c. 7. initio duplicem cõſtituimus: Externam alterã, actionibus duabus communibus omnium ſpecierum comprehenſam, Parendi ſcilicet & imperandi: alterã Internam, Virtutem ſcilicet, omnium actionum practicarum, ſiue œconomicæ ſiue politicæ ſint, matrem. Nam cùm ipſum imperare ſit actio quædam practica maioris in minorem: actio autem omnis ab habitu certo uirtutis practico proueniat: uirtutem imperans requiret practicam: ut quemadmodum in Ethicis forma uitæ beatæ generalis in uirtute in genere uerſabatur: ita hic forma uitæ beatæ particularis, Oeconomicæ ſcilicet, in uirtute eorum, qui domus partes ſunt, repoſita eſſe intelligatur. Oeconomiæ igitur ſiue Adminiſtrationis domeſticæ

- **Materiam** paucis repetit, & quaſdam ueluti gradus cõſtituit, propter rerum ſubiectarum diuerſitatem. Nam cum œconomus uerſetur circa Res & circa Perſonas: perſonæ aũt ſunt aliæ Liberorum, aliæ Seruorũ: & harũ rurſus uel κτῆσις & Acquiſitio, uel χρῆσις & Vſus à uirtute per rectam inſtitutionẽ inſita proueniens conſideretur: excellentior autem conſideratio niuum excellenti prepõderet, et œconomo dignior ſit: ideirco ſi conſerantur inter ſe
  - **Res** & **Perſonæ**, certè œconomus magis circa Homines, quibus imperare debet, quàm circa Res, quas poſſidere tãtùm & ad uſum reuocare debet, uerſabitur. N. 1.
  - **Perſonæ, conſideratæ reſpectu**
    - **Vſus** ſui, œconomicæ ſcilicet κτήσεως et χρήσεως, ſic œconomo maior cura incumbet, de uirtute per rectam inſtitutionem & educationem inferenda, eum bo neficio perſonis rectè uti queat: quàm de earundem acquiſitione, quæ ad opulentiam tantùm facit. Facile enim eſt domino ſeruum, marito uxorem, patri liberos acquirere: at rectè illos inſtituere, hoc opus hic labor eſt. N. 2.
    - **Qualitatis**, quatenus liberi ſunt uel ſerui, ſic dignior eſt cura liberorum, filiorum ſcilicet & uxoris, quã ſeruorum. N. 3.
- **Formam, hoc eſt uirtutem œconomicam, problematicè diſſerit. Quæſtionem enim**
  - **Proponit**, & in utramq; partem exagitat. Vide in ſeq. ſignum A.
  - **Soluit** uſpe de uirtute eorũ qui in eandem œconomiã conueniũt,
    - **Vniuerſim.** De uirtute ſcilicet eorum qui domi imperant & parent, uirũ utroſq; uirtute participare oporteat: & ſi oportet, uirtutẽne eadem, an diuerſa: ſolutionem
      - **Proponit.** Imperãs atq; parens
        - **Conueniunt** in genere, quòd uirtutis ethicæ utrunq; participem eſſe decet. Num. 21.
        - **Differunt** in ſpecie, quòd aliam alia uirtus decet. N. 22.
      - **Deducit** per comparationem imperij & uirtutis œconomicæ: ſeu potius ab effectu ad cauſas argumento ducto: quandoquidem uirtus habitus eſt, à quo rectæ actiones & imperandi & parendi promanant. Vide in ſeq. ſignum B.
    - **Singillatiũ.** De uirtute œconomicarũ perſonarum diſſerere incipit. Et quidem
      - **Vniuerſim**, eandem eſſe omnium, Ethicam nimirum, ex præced. repetit. N. 45.
      - **Speciatim** non eſſe eandem oſtendit. Perſonis enim diuerſis eadem nõ conuenit uirtus, neq; in
        - **Specie**, cùm aliam ſpeciem eiuſdem uirtutis in uiro, aliã in muliere, aliam in puero, aliam in ſeruo requiramus, licet omnes illæ ſub eodẽ genere conueniant. Et in hoc ipſo Socratẽ in Menone Platonis reprehẽdit, omniũ eandem ſpecie uirtutem eſſe perhibentẽ. N. 44. Vide Plut. de Virt. mulierũ. Exẽplis declarat. Sic namq;
          - **Fortitudo**, eadem licet genere, ſpecie tamẽ differẽs, alia conuenit
            - **Domino**, Herilis ſcilicet, liberalis illa, & in politica uita tũ bello tũ pace cõſpicua. N. 45.
            - **Seruo**, Seruilis, illiberalis, & in corporis miniſterijs ad uſus heriles occupata. N. 46. Ideirco ſeruorũ corpora robuſta eſſe debere ſup. c. 5. n. 44. aſſirmauit.
          - **Temperantia** alia conuenit uxori, alia ſeruo. Idem de cæteris eſto iudicium N 47.
        - **Genere**, cùm aliud uirtutis genus alios deceat: quod ex particulari recenſione uirtutum, ſuis perſonis accommodatorum, deduci poteſt. N. 48. Vide in ſeq. ſignum C.
  - **Concludit** tandem. Cùm de uirtutibus œconomicis quibuſdam, Seruorũ ſcilicet, actum ſit: de reliquis uerò, Coniugalibus ſcilicet & Paternis, tanquam partibus Politiæ, deinceps ſit agendũ (N. 77.) Politicorum principiorum explicationi quo ad Politia
    - **Materiam**, finem hic eſſe imponendum. N. 78.
    - **Formam**, deinceps eſſe incumbendum, tanquam ſecundo principio cõmuniſſimo. N. 79. Et quia huius ipſius Forma cõſideratio uaria eſt, quid alij de optima Repub. ſenſerint, uidendum prius: poſt de illius recta inſtitutione ex propria ſententia agendum. N. 80.

A.

Cùm administratio domeſtica tota in parendo & imperando conſiſtat: hæ autem actiones ſint practicæ: actio uerò omnis practica habitu bono practico, quem uirtutem dicunt, uti debeat: quæſtio proponitur

- **Singillatim** de perſonarũ œconomicarum uirtute: uidelicet de uirtute
  - **Serui.** N.4 αα/ τὰ τὸ
    - Qu. Vtrum præter διακονικὴν & ὀργανικὴν corporis εὐεξίαν, quam domino præſtat, uirtus quædam alia animi ethica in ſeruo
      - **Requiratur**, ſic uti etiam in domino, quatenus uterq; homo eſt: temperantia ſcilicet, fortitudo, iuſtitia. N.5.
      - **Non** requiratur, ſed ſatis ſit, ſeruum per omnia domini iuſsis & uoluntati parére. N.6.
    - Asser. Cauſas enim dubitãdi utraq; pars problematis habet. N.7. Eteuim ſi uirtutem ethicam ſeruis
      - **Tribuamus**, cùm nihilo deteriores ſint domino, & proinde indigni qui ſeruiant, Seruitutem penitùs tollemus, ut lege potius quàm natura conſtantem. N.8.
      - **Eripiamus**, in id abſurdi incidemus, quaſi natura, quæ nihil fruſtra facit, ſeruos fruſtra & homines fecerit, & ratione dotarit, ſi illa ſecundùm uirtutem non uti, neq; ad eandem beatitudinem, ad quam heri, aſpirare debeant. N.9.
  - **Vxoris.** Cùm nemo dubitet, in uxore non minus quàm in marito uirtutem requiri ethicam: an eadem ſpecie temperantia & iuſtitia, an diuerſa requiratur. N.10.
  - **Filiorum.** Eædémne ſint filiorum, quæ parentum uirtutes. N.11.
- **Vniuerſim** de ijs qui imperant atq; parent, ut
  - Qu. Vtrum eadem ſit uirtus eius qui natura imperat, & qui paret, ethica ſcilicet, an diuerſa. N.12.
  - Asser. Dubitationes utramq; aſſertionem cõſequẽtes affert, tum eã quæ uirtutem ethicam in parente ſimul & imperante ex æquo dari
    - **Affirmat.** oppugnari enim hæc opinio poteſt demonſtratione parum
      - **Directa** tali:
        - **Si** uirtus ethica in parente non minus quàm in imperante reperiatur, cùm uterq; ex æquo d gnus ſit imperio, imperiũ & ſeruitus rectæ rationi cõtraria foret, & uiolenta contraq; naturã eſſet. N.13.
        - **At** non eſſe uiolentam, neq; contra naturam, ſuprà cap.3. oſtendimus.
        - **Ergo** neq; uirtus ethica in parente & in imperante ex æquo reperietur.
      - **Obliqua**, obiectionem aliorũ tacitam confutando. Obijciunt quidam: Eandem eſſe uirtutem in utroq;, ſed iſtã ſecundùm magis & minus differre. Reſpondent alij:
        - **Si** uirtus imperandi & parendi ſecũdùm magis tantùm & minus differunt, etiam ipſum imperare & parére differunt tantùm ſecundùm magis & minus.
        - **Atqui** conſequẽs falſum eſſe ſic demonſtrat:
          - **Quæ** ſpecie differũt & eſſentialiter, non ſecundùm magis & minus tantùm accidentaliter differunt. N.16.
          - **At** imperare & parére ſpecie differunt, cùm illud agere, hoc pati uideatur. N.15.
          - **Ergo** etiã imperare & parére nõ tantùm accidentaliter ſecundùm magis & differunt. N.14.
        - **Ergo** etiam falſum erit antecedens.
    - **Negat**, & alteri tantùm, imperanti ſcilicet, uirtutem tribuit, parenti uerò eripit. Nam opinioni huic talis ratiocinatio opponi poteſt. (N.17.)
      - **Qui** rectè agere nequeunt in uniuerſum, nec imperare nec parere poterunt.
      - **At** qui uirtute carent, rectè agere nequeunt. Sic V. G. nec intẽperãs nec timidus rẽ unquã bene geſſerint uel publicam uel priuatam. N.20.
      - **Ergo** qui uirtute carent, neque rectè poterunt
        - **Imperare.** N.18. Quod illi concedunt.
        - **Parere.** N.19. Quod illi iſ negant.

D. Virtutis igitur

- **Seruilis explicat**
  - **Finem**, *ut Heri ſui negotia expedire queat. Quod ipſum declarat partim*
    - **Directè,** *tali ſyllogiſmo*
      - **Opera,** *quæ corporis potius miniſterio, quàm animi imperio fiunt, uirtutem ethicam nō per ſe, ſed per accidens tantùm requirunt, uti ne opus ipſum uel ob ignauiam & timiditatem deſeratur, uel ob libidinem ſuſpendatur, peruertatúrue.*
      - **Atqui** *ſeruus hero ſuo ſeruit, opus faciendo corpore potius quàm animo, in ijs quæ ad uitam quotidianam ſunt neceſſaria.* N. 54.
      - **Ergo** *ſeruus uirtute ethica non per ſe, ſed per accidens tantùm indiget, ne ſcilicet opus quod dño facere debet uel timidè deſerat, uel libidinoſè peruertat.* Fortitudine *proinde ad animoſè & alacriter & conſtāter agendū:* Temperantia *ad ſobriè & caſtè agendum inſtructus eſto: quibus ipſis* Fidem *ſuam domino comprobabit, & eatenus* Iuſtus *appellabitur, hoc eſt,* Fidus. N. 55.
    - **Obliquè,** *quæſtionē quæ ex præcedenti ratiocinatione fieri poterat tum*
      - **Proponēdo**
        - **Si** *ſeruus ad opus, quod corpore facit, uirtute indiget: multo magis artifex mechanicus ad artis ſuæ exercitationem (quæ licet animi imperio, alia magis, alia minus indigeat, corporis tamen miniſterio obitur & perficitur) uirtute indigebit.* N. 56. *Confirmat ſigno. Sic ſæpe artifices uidemus propter intemperantiam ab operibus artis ceſſare.* N. 57.
        - **Atqui** *uerum antecedens eſt, ſecundum te.*
        - **Ergo** *uerum quoq; erit conſequens.*
      - **Soluendo,** *& conſequentiæ neceſſitatē negando. Nam cū Seruus & Artifex mechanicus differāt inter ſe quod de uno conceditur, de altero nō erit neceſſarium cōcedere.* N. 58. *Differre autem oſtendit tum ratione*
        - **Effectus utriuſq;**
          - **Quorum** *functiones uitæ quotidianæ ſocietatem requirunt, ij uirtute practica opus habent.*
          - **Atqui** *per ſe et natura ſua (ut ſcilicet obeuntur) conuerſationem aliorum functus*
            - **Serui** Requirit, Domini *ſcilicet cōuerſationem, cuius reſpectu & eſt & eſſe dicitur.* N. 59. *Eſt enim ſeruus* κτῆμα ἔμψυχον, *et proinde* ὄργανον πρακτικὸν πρὸς ζωὴν, *uti ſuprà cap. 4. docuit. Et c. 6. n. 41. eſt uelut pars ipſius domini: ab eo proinde ſeiunctus, æquiuocè tantùm eſſe dicitur.*
            - **Artificis** *mechanici* **Non requirit,** *aut certè non per ſe, ſed per accidēs tantùm, quatenus opus, quod facit, aliorum uſibus deſtinatur, quos aſſequi nequit abſq; ſocietate & cōuerſatione. Vt proinde uideatur quidem eſſe ſeruus aliorum, opus faciendo uitæ neceſſarium: non tamen uita ſocietate & iure cum ijs, quibus ſeruit, coniunctus (uti ſeruus œconomicus domino ſuo), ſed ſeiūctus, ſuiq; iuris.* N. 61.
          - **Ergo**
            - **Seruus** *uirtute opus habet.*
            - **Artifex** *mechanicus uirtute opus non habet, præterquā quatenus ſeruit: ſeruit autem non per ſe & coniunctus, ſed per accidens & ſeiunctus ab eo cui ſeruit.* N. 60.
        - **Efficientis. Namq;**
          - **Seruus** *natura talis eſt.* N. 62. *Vti cap. 5. oſtenſum eſt. Et proinde etiam uolens nolens ſeruire debet.*
          - **Artifex** *arte talis eſt, non natura.* Nu. 63. *Et proinde ſi ſeruit, ſponte ſeruit, non coactus.*
  - **Efficientem.** *Vide figuram E.*
- **Herilis,** *quatenus herus eſt, ea eſt ſumma, ut Bene imperet ſeruis. Vti ſuprà cap. 7. n. 15. docuit, ſcientia illa non eſt operoſa: proinde neq; uirtus à reliquis uiri boni uirtutibus diuerſa erit. Nam qui rationis rectæ uſu pollet (qua herū à natura conformatum eſſe uolumus) ille idem uirtute quoq; omnigena erit inſtructus. Quod n. 39. in genere dictum, hîc in ſpecie ſubintelligendum relinquitur.*

Principem. *Cùm ſuprà cap. 5. n. 40. ſeruum ratione imbecilla præditum eſſe aſſeruerit, ut non per ſe quid agendum ſit uidere, ſed tantùm hero monenti & præcipienti obedire queat: uirtus autem rationis rectæ integritate nitatur: quandoquidem ſeruum per ſe nequit, aliena inſtitutione erudiendus erit. Num ergo à domino, an à præceptore aliquo? quemadmodum ſuprà cap. 7. n. 10. Syracuſanum quendam præceptorem ſeruilium officiorum fecerat. Domino igitur hanc curam conuenire aſſerit, ei ſcilicet qui actu dominus eſt: ut cùm naturæ beneficio ea ſit præditus ingenij bonitate, qua ſeruum rudem erudire, improbum corrigere, & ad mores ſuos conformare poſſit, tum naturæ uota tum ſuo commodo hac in parte reſpondeat. Qui uerò actu non eſt dominus, ut maximè profiteatur uirtutem ſeruilem ſeſe docturum, præcepta dabit quidem, ſed parùm proficiet, cùm ſeruus exemplis potius quotidianis ſit erudiendus, quàm multis præceptionibus, quas uel nõ intelligat, uel certè propter naturæ improbitatem non ſequatur. N. 64. Nam ſi lib. 1 Ethicorum cap. 1 ſub finem pueros non ſatis idoneos Ethicæ philoſophiæ auditores eſſe affirmauit, quòd cupiditate magis quàm ratione regantur: quid de ſeruis ſtatuendum, quibus præced. n. 32. τὸ βουλευτικὸν penitus non adeſſe, pueris adeſſe quidem, ſed imperfectum eſſe, aſſeruit?*

2. Explicat Seruilis uirtutis Efficientem

Instrumentalem. *Quoniam conſtitit Dominum uirtutis præceptorem & auctorem ſeruo eſſe debere, nunc de Modo & ueluti Inſtrumento quæritur. Vtrum ſcilicet illum ſola ἐπιτάξει & iuſſione eorum quæ fieri debent (ſicuti Plato lib. 6. de Legibus uoluit) an νουθετήσει etiam & perſuaſione, ad uirtutis exercitium traducere oporteat. Et quidem*

Ἐπιτάξει tantùm, abſque ratione & perſuaſione ſufficere, Plato arbitratur: hoc ipſo deceptus, quòd ſeruum rationis penitus expertem, & propterea ad perſuadendum ineptum eſſe ſupponit, eaq; de cauſa non aliter quàm bruta (quæ ὁ λόγος οὐ διδακτικά, ἀλλὰ παθήμασιν ὑπηρετεῖ, hoc eſt non ratione perſuaſa, ſed uel pabuli ſpe uel metu uerberum imperata facere, ſuprà cap. 5. n. 41 affirmauit) in officio retinendum putat. Neq. enim ratione omnis penitus expers eſt ſeruus, ſed κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν (cap. eodem n. 40.) ut domini imperium audire & intelligere queat, etſi per ſe quid expediat uidere nequeat. N. 65. Vt ergo natura ei aures dedit ad audiendum, ita etiam mentis eam portionem, ut domini iuſſa & monita intelligat.

Νουθέτησιν inſuper adhibendam eſſe, ut quod opus eſt, non tam coacti imperio herili, quàm ſponte ſua faciant, crebra domini boni & prudentis admonitione & cohortatione & inſtigatione & exemplo etiam perſuaſi, ex ſua ſententia affirmat: imò tanto frequentius ſeruos quàm pueros honeſtis ſermonibus eſſe erudiendos, quanto difficilius eſt in ſeruũ propter rationis imbecillitatem ſemina uirtutum inſerere, quàm eadem à natura iam inſita in pueris excitare. N. 66.

FINIS PRIMI LIBRI.

66. Species χρηματιστικῆς ratione ſui

- **Ortus** (qui à Natura & Arte dependet) tres ab Ariſt. ſtatuuntur: inter quas prima omnium maximè optanda: ſecunda ex indigẽtia primæ nata eſt: tertia ad ſecundæ incommoditatem ſubleuandam inuenta eſt. Inter hæs quædam ortus ſui principiũ debet ipſi
  - **Naturæ.** Natura enim de alimento potiſſimum ſed & de quibuſuis alijs rebus ad uitam neceſſarijs, animalibus omnibus, & homini inprimis, propter quem reliqua omnia creata eſſe, ex præcedentib. conſtitit, liberaliſſimè proſpexit. Naturalis proinde & οἰκονομικὴ χρηματιστική, ἀναγκαία τῆς κατὰ φύσιν ſolam ſpectat. Captio ſimplex rerum neceſſariarum.
  - **Arti**, quandoquidẽ ars naturæ defectũ per commutationẽ ſupplere conatur. Hæc χρηματιστικῆς nomẽ magis quàm prior illa meretur. A forma autem acquirendi μεταβλητικὴ in genere dicitur, quouis medio aliquo, ueluti inſtrumento, id, cuius defectu laborat, comparat. Eſtq; rurſus ex ipſo fine alia
    - **Primaria**, & Naturalis indigentiæ medicatq; quà χρήματα cum χρήμασι commutat, hoc eſt, res quibus abundat, cum ijs quibus eget. μεταβλητικὴ dicitur, nomine generis ad ſpeciem non naturalem quidem (ut ſuperior illa) naturali tamen ualde affinem, translato, ut ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας. Proinde etiam ἀλλαγὴ ἀναγκαία, & χρηματιστικὴ ἀναγκαία nuncupatur.
    - **Secundaria**, non ob indigentiæ naturalis ſupplementum, ſed ob cõmutationis artificialis commodum inuenta, nummo tanquam inſtrumento utens. Quæ eximiè & abſolutè χρηματιστικὴ uocatur, quando quidem intercedunt χρήματα, Pecunia ſiue Nummi: propriè uerò καπηλικὴ dicitur, multò quàm prior illa abiectior, multò tamen ingenioſior ſiue acquirat
      - Pecunia
        - **Pecuniam**, Fœnerando, ὀβολοστατική, Fœneratoria. — Abiectiſſima omniũ.
        - **Rem**, Emendo. — Mercatoria minus abiecta.
        - **Operam**, Conducendo operas. — Operaria, Mercenaria, Stipẽdiaria minus abiecta.
      - **Re** Pecuniã, Vendendo.
      - **Opera** Pecuniam, Locando operam mercenariam.
- **Vſus**, pro hominũ morib. uariãtis, duæ sũt. Nam cùm mores alij honeſti ſint, alij turpes: χρηματιστικὴ quoque alia eſt
  - **Laudabilis**, cùm & finem habeat honeſtũ, Neceſſitatẽ ſcilicet naturãl & Formã ſeu Modũ qualẽcunque honeſtũ, abſq; iniuria & damno aliorũ. Huius ſpecies duas tantũ facit Ariſt. κατ' ἀρχὴν, Naturalẽ ſcilicet, & illius uicariã Commutatoriã: quoniã pleriq; mortales honeſtè uictũ quærẽtes, alterutro horũ generũ utũtur: etſi nihil prohibeat, in reliquis etiã generibus honeſtæ acquiſitionis exẽpla, pauciora tñ illa, et minus illuſtria, et minus etiã tuta, reperiri: ut uiciſſim ſunt, qui uel laudatis ab illo ſpeciebus abuti queant. Hiſce igitur terminis circumſcripta acquiſitio
    - **Naturalis**, omnium erit honeſtiſſima, quia innocẽtiſſima, quæ cum ipſa natura matre rẽ habeat.
    - Artificialis
      - **Primaria**, Commutatoria ſcilicet, ſecundi erit generis.
      - Secundaria
        - **Mercenaria**, tertium merebitur locum. Sic Iſocrates à diſcipulis ſtipem accipiens, neceſſitatem egeſtatis uerus lacrymis deplorare ſolebat, quòd ex liberali profeſſione quæſtum non quidem illiberalem, homine tamen philoſopho indignum, facere cogeretur.
        - **Mercatoria**, quartum.
        - **Fœneratoria**, quintum & infimum locum tuebitur.
  - **Vituperabilis**, cùm & Finis eius inhoneſtus ſit (nimirum uel χρῆσις uitioſa, uſus improbus rerum, luxus & uoluptatis minimè neceſſariæ ergò comparatarum: uel κτῆσις rerum otioſa, opes non utendi ſtudio, ſed poſſidendi tantùm libidine accumulant) & Forma ſeu Modus qualiſcunq; ſit iniuſtus, cum iniuria uel fraudulenta uel uiolenta coniunctus. Cuius uidem ſpecies κατ' ἀρχὴν facit tres, Mercenariam, Fœneratoriam, & Mercatoriam: quòd ſcilicet pleriq; mortales inhoneſtè uictum quæritantes uno horum generum utantur. Etſi enim nihil prohibet improbos homines Naturali quoque & Commutatoria interdum abuti ad quæſtum inhoneſtum, exempla tamen & minus frequentia ſunt & minus exoſa. Quemadmodum uiciſſim ſunt, qui ſpeciebus hiſce per ſe illaudatis laudabiliter interdum utantur. Inhoneſta proinde acquiſitio datur alia
    - **Naturalis**, uicarorum Agricolarũ, Militum, Paſtorum.
    - Artificialis tum
      - **Primaria**, Commutatoria. Qualis fuit inter Diomedem & Glaucum.
      - Secundaria
        - **Mercenaria**, utpute Dñorum defraudãtiũ merita ſtipe operarios: et uiciſſim Mercenariorum, opus negligenter facientium.
        - **Mercatoria**, eorũ qui merces uitioſas dolo malo emptoribus obtrudunt: quiùe monetam adulterinam expendunt.
        - **Fœneratoria** omnium abiectiſſima & odioſiſſima, quia perniciosiſſima.

CAPVT XII.

De reliquis duabus ſocietatibus domeſticis, Coniugali & Patria, agit.

QVia autẽ tres partes ſunt diſciplinæ domeſticæ: una[1] quidem erilis, de qua dictũ eſt priùs: altera[3] autem paterna: tertia[4] uerò nuptialis. Etenim[5] uxori præeſt & liberis, ut liberis quidem ambobus: non[6] eodem tamen genere imperij, ſed[7] uxori quidem ciuiliter, filijs[8] autem regiè. Mas[9] enim quàm femina naturâ magis aptum ad regendum, niſi aliquid exiterit præter naturã: &[10] ſenior ac perfectum iuniore & imperfecto. In[11] alijs igitur ciuilibus imperijs plurimis mutatur quod regit, & qđ paret. Par[12] etenim & æqualis natura ciuium eſſe debet, & nihil inter ſe diſcrepare. Veruntamen[13] quando hæc quidem regit, hæc autem obtemperat, ſtudet diſcriminis aliquid exiſtere & figuris, & oratione, & honoribus: quemadmodum[14] Amaſis expoſuit fabellam de pelui. Mas[15] autem ſemper ad feminam hoc modo ſe habet. Imperium[16] autem filiorum, regium eſt. Quod[17] enim procreauit, & amicitia imperãs eſt & ſenectute: quæ[18] ſanè ſpecies eſt imperij regij. Quare[19] rectè Homerus Iouem appellauit, his uerbis,

-pater hominum & deorum:

regem horum omnium. Natura[20] enim regem diſcrepare decet: genere autem eundem eſſe. Quod[21] ſanè in ſe habet ſenior erga iuniorem, & qui procreauit erga natum ex ſe.

ἘΠΕῚ[1] δὲ τρία μέρη τῆς οἰκονομικῆς ἦν· ἓν[2] μὲν δεσποτικὴ, περὶ ἧς εἴρηται πρότερον· ἓν[3] δὲ πατρικὴ· τρίτον[4] δὲ γαμική. καὶ[5] γὰρ γυναικὸς ἄρχειν καὶ τέκνων, ὡς ἐλευθέρων μὲν ἀμφοῖν· οὐ τὸν[6] αὐτὸν δὲ τρόπον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ[7] γυναικὸς μὲν, πολιτικῶς· τέκνων[8] δὲ, βασιλικῶς. τό τε[9] γὰρ ἄρρεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον, εἰ μή που συνέστηκε παρὰ φύσιν· καὶ τὸ[10] πρεσβύτερον καὶ τέλειον τοῦ νεωτέρου καὶ ἀτελοῦς. ἐν[11] μὲν οὖν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς ταῖς πλείσταις μεταβάλλει τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον. ἐξ ἴσου[12] γὰρ εἶναι βούλεται τὴν φύσιν, καὶ διαφέρειν μηδέν. ὅμως δὲ[13] ὅταν τὸ μὲν ἄρχῃ, τὸ δὲ ἄρχηται, ζητεῖ διαφορὰν εἶναι καὶ σχήμασι, καὶ λόγοις καὶ τιμαῖς· ὥσπερ καὶ[14] Ἄμασις εἶπε τὸν περὶ τοῦ ποδανιπτῆρος λόγον. τὸ δὲ[15] ἄρρεν ἀεὶ πρὸς τὸ θῆλυ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἡ δὲ[16] τῶν τέκνων ἀρχὴ, βασιλική. τὸ[17] γὰρ γεννῆσαν καὶ κατὰ φιλίαν ἄρχον, καὶ κατὰ πρεσβείαν ἐστίν, ὅπερ ἐστὶ βασιλικῆς[18] εἶδος ἀρχῆς. διὸ[19] καλῶς Ὅμηρος τὸν δία προσηγόρευσεν, εἰπών,

-πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

τὸν βασιλέα τούτων ἁπάντων. φύσει[20] γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, τῷ γένει δ' εἶναι τὸν αὐτόν· ὅπερ[21] πέπονθε τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ νεώτερον, καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον.

QVoniam[1] autem treis parteis rationis tuendæ rei familiaris eſſe diximus: unam,[2] rationem herilem, ſeu ad imperium domini in ſeruos pertinentem, de qua antea dictum eſt: alteram,[3] patriam, quæ ſpectat ad auctoritatem patris in liberos: tertiam,[4] nuptialem, quæ refertur ad principatum uiri in uxorem. Etenim[5] uir in uxorem, & in filios imperium habet: atque in utriſque ſane ut in perſonas liberas, uerum[6] non eodem genere imperij: ſed[7] in uxorẽ quidem ciuiliter, in[8] filios uero, regiè. Nã[9] & mas ad principatum obtinendum aptior eſt, quam fœmina, natura: niſi fortè ita comparatus eſt, ut à natura deſciuerit. &[10] natu grandior, & iam adultus, atque ætate corroborata, quam iunior & adoleſcens ætate immatura. In[11] ciuilibus igitur magiſtratibus mutatur atque alternat id, quod imperat, & quod imperio paret. Ciues[12] enim æquales debet eſſe natura, nihilq́ differre. Veruntamen[13] cum aliud imperat, aliud imperio paret, poſtulant, ut inter ſe differant & ueſtitu, & ſermonibus, & honoribus: quemadmodum,[14] quem habuit Amaſis de uaſe, in quo lauabantur pedes, ſermo declarat. At[15] mas ad feminam ſemper hoc modo ſe habet. Imperium[16] autem in liberos eſt regium. Nam[17] quod procreauit, tum amoris abundantia, tum temporis antiquitate, debet imperare: quod[18] eſt regij imperij genus. Quocirca[19] præclare Homerus Iouem hoc nomine appellauit, his uerbis:

-hominum pater atq; deorum:

qui horum omnium rex eſt. Regem[20] enim natura quidem differre oportet, ſed genere eundem eſſe, quod[21] accidit grandiori natu cum eo, qui iunior ſit, cõparato: & ei, qui procreauit, cũ filio.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quia autem tres partes.) Propoſitum hic eſt auctoris, poſtquam diſſeruit de prima copula, quæ eſt heri ac ſerui (cui adiecerit accuratam diſputationem de re familiari & ratione quærendi pecuniam) præcipere de reliquis duabus copulis, id eſt de illâ quam πατρικὴν nunc uocat: ac tertia, quam ſemper γαμικὴν appellauit. Primùm autem explanat rationem patris in regenda femina, & quod ſit uerum ipſius officium tradit. Cum igitur initio huius diſputationis ponat particulã μὲν, cui ſemper reſpondet aliquid, quod ab ipſa aptum ſit: redditio illius, & (ut Græci loquuntur) ἀνταπόδοσις, φανερὸν τοίνυν ὅτι, &c. eſt multo magis remota ab ipſa, quam ferè ſolent plerunq; enim illa uicina eſt. Quæ autem in medio ſita ſunt, certa ſemper planeque eſſe conſueuerunt: aut puſilla ſaltem egere confirmatione. Sed ueniamus iam ad ſingulas ſententias explicandas. Inquit igitur Quia ſunt tres partes diſciplinæ domeſticæ, id eſt tria imperij genera, quæ appellat, ut ſuprà quoque fecit: ſed unum illorũ, id eſt medium aliter atq; illic. A melioribus igitur perſonis duo prima nunc oſtendit: tertium autem à communione ac uinculo, quod γάμος uocatur. Statim autem cauſam affert, cur diſtinxerit copulam patris ac liberorum à copula uiri & uxoris. docet enim illa imperia diuerſe eſſe. Etſi namq; pater familiâs iuſtum imperium habet in uxorem ac liberos, non tamen eodẽ pacto longè alias has perſonas (quanquam ambæ liberæ) regit. Verùm, inquit, uxorem, ut in rep. clauum tenere conſueuerunt, & more eorum, quibus à parib. poteſtas illa data eſt: liberos autẽ regia abſolutaque poteſtate. Quòd uerò ambo hæc imperia iuſta ſint, ordineq; tractentur, docet: Natura enim uirilis, inquit, quod ad priua pertinet, magis nata eſt ad imperandũ, quam muliebris, niſi aliquid fiat præter naturam. Nam contingit aliquando certas quaſdam feminas certis quibuſdam uiris prudentiores eſſe: quod tamen infrequens eſt, &, ut narrat, aduerſatur naturæ huius. Et rei eodem pacto, quod eſt grandius ætatis et iam perfectum, melius eſſe iuniore atque imperfecto ſolet.

In alijs igitur ciuilibus.) Declarat ſe uerè dixiſſe, unum in uxorẽ imperium habere eius generis, cuius ſunt imperia magiſtratusq; in rebus publicis: in quibus, ut narrat, cunctæ ferè perſonæ mutantur. Quæ namq; prius imperium habebat, paret: contraq;, quæ priuata erat, imperium accipit. In pluribus autem hoc uſu uenire illic inquit, quia in liberis etiam ciuitatibus ſunt

magiſtratus quidam perpetui,& quos,qui ſemel nactus eſt,nūquam deponit:ut Lacedæmone reges, Venetijs,quem Ducem appellant. Cauſam autem affert huius inſtituti,affirmatq; hoc illic cuſtodiri,quia in illis rebus publicis æquales natura perſonæ requiruntur,& nulla re inter ſe diſcrepantes. Quod confirmat etiam uox eius,qui dixit, πολίται ἴσοι· & tamen inquit, rectè inſtitutum eſt, ut eo tempore,quo aliqui magiſtratus gerunt,differant à priuatis (ueſtibus,reliquaq; omni ſpecie,ut ora tione etiam (tuentur enim quoque grauitatem oratione,ac præcipiunt cum res poſtulat,minanturq;) & honoribus,quibus etiam afficiantur, cultuq; priuatorū. Quod uoluiſſe ſignificare oſtendit Amaſin regē Aegyptiorū,cum populo fabellam illam de pelui recitauit.narrauit aūt hoc Herodotus in Euterpe. & ſanè tota res ita geſta eſt. Aegyptij regem hunc ſuum primò deſpiciabant, in nulloq; magno honore habebāt: quia antequam ad gradum eum dignitatis peruenisset,unus e multitudine erat,& domus minimè illuſtris. In officio poſtea ipſos Amaſis continuit calliditate ſua, nō beneuolentiæ ullo genere. Habebat hic in plurimis alijs eximijs bonis peluim auream,in qua & ipſe & cæteri conuiuæ pedes lauabant. Hoc igitur uas cùm fregiſſet,ſimulacrum dei ea ex materia faciundum curauit:quod collocatum in urbe apto loco,Aegyptij magnopere uenerabantur.Id cùm Amaſis accepiſſet,uocatos illos ad ſe,admonuit quid feciſſet:dixitq; ea uaſe ſimulacrū illud confectum eſſe, in quod prius & uomere & meiere Aegyptij ſoliti eſſent, in eodemq; pedes abluere, & tamen nunc colerent. Idem igitur ſibi,quod illi peluí,contingere debere. ſi namq; priua humilis homo erat,nunc ſe regem eorum eſſe,decereq; ut & honore iuſto & cultu ſe afficerent. Simile eſt huic illud Horatianum,cùm ſalaa hortorum cuſtos ita de ſe in Satyra loquitur: *Olim truncus eram ficulnus,inutile lignum,*

Cùm faber incertus ſcamnum faceretne Priapum, *Maluit eſſe deum.*——— Adiungit eorum auctor, eodem pacto ſe habere marem ad feminam. Cùm enim quaſi materia ſit eadē,maior tamen eſt dignitas uiri, quàm uxoris. ἴξεστ, quod inquit,ualet æqualiter· & ita etiam ipſe locutus eſt in 2. libro de Arte dicendi,cùm quos uellet accipi ſimiles pareſque oſtenderet.inquit enim ad extremum.ὅλως τοὺς ἴξ ἴσου.ſed etiam Demoſthenes.

Imperium autem filiorum.)Facit hoc ad oſtendendam ſimilitudinem paterni imperij ad regiam poteſtatem. ita autē argumentatur,duabus de cauſis,ſatis apertis,hoc fieri docens. Quod enim creauit,ſiue amore erga liberos,ſiue ætate,dignum eſt quod ipſis imperet· quę quidem eſt,inquit,forma regij imperij.nam etiam ueri reges,& omnibus commodis afficiunt eos,qui ipſis parent, & ſapientia ijſdem antecedunt. Quia autem ſeniores iuſtum imperium habent in minores natu,quod a parentibus abeſſe non poteſt: ideo noſtra ætate illo nomine dominos uocare conſuerunt, quod ab Hiſpanorum ſermone profectum eſt. Vnde intelligere licet,gentem hanc in alijs ſuis magnis laudibus,etiam ætatem grauem ſemper(ut decet) ueneratam eſſe. Auctor autem ſententiam ſuam confirmat teſtimonio ſummi poëtæ, qui ita Iouem appellauit:putauitq; ſe hoc pacto naturam ipſius exprimere,Pater hominum ac deorum:quia ſcilicet ipſe regnaret inter hos cunctos. Addit uerò Ariſtoteles,oportere ſanè ut rex antecellat natura,id eſt probitate & conſilio ijs,inter quos regnat· ſit tamen genere,id eſt ſpecie ac natione idem. Quæ ambo,inquit,ſunt in ſeniore,ſi conferatur cum iuniore:& ille,qui procreauit,ſi cum ex eo natis filijſque:uincit enim prudentia & ætate, & eiuſdem ſanguinis ſtirpiſque eſt.

ἀλλὰ γυναικὸς μὲν πολιτικῶς.) Vide cap.8.& 12.libri octaui Ethicorū de Virtutum & imperiorū domeſticorū uarietate.

εἰ μή που συνέστηκε παρὰ φύσιν.)Vt apud Amazonas,tam Europeas,quàm Aſiaticas & Africanas. De quib.apud Diodorum. Aegyptios Herodotus domi muliebria agere, mulieres foris uirorum ſubire munia ſcribit. In hoc deniq; ordine omnes ſunt γυναικοκρατούμενοι,contra naturæ inſtitutum uxoribus ſubiecti,contra Dei opt.max.præſcriptum,cuius famula eſt natura: Et eris ſubiecta uiro ſuo omnibus uitæ diebus.

Διαφορὰν σχήμασι καὶ λόγοις.)Sic apud Romanos Senatorum inſigne erat latus clauus: Cōſulatus, Faſces: Auguſtarum ſignis qui præferebatur· Regum,Diadema. Tituli quinetiam accedebant. Conſul,Dictator,Tribunus,& honorificæ cōpellationes. Comitabantur quinetiam peculiaria honorum genera,aſſurrectiones, capitis apertiones, deductiones, occurſus,ſalutationes,ſtatuæ,arcus,inſcriptiones,& ſimilia.

καὶ Ἄμασις.)Herodotus in Euterpe ſcribit, Amaſim,interfecto Aprie rege,populi arbitrio ad regnū electum,auctoritatis conciliandæ cauſa tale quid commentum. Labrum aureum, è quo pedes conuiuæ lauabantur, in ſimulacrum Dei conformauit. Cui cùm Aegyptij honores exhiberent diuinos, coacta concione ſtatuam ex labro factam docuit, cui tanquam Deo in præſens iuſta perſoluerent,eodem prius ad pedes lotos etiam uſus deſtinato. Simile quid ſibi contigiſſe. E priuato ſeſe uoluntate eorum ad regnum perueniſſe. Itaq; non tam ob priuatæ uitæ memoriam ſe ab illis contemnendum,quàm ob præſentis dignitatis maieſtatem colendum fore.

διὸ καλῶς Ὅμηρος.)Paſſim apud Homerum πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Iupiter appellatur, & Græcis Ζεὺς & Ζῆν, quòd uitæ ſit auctor omnibus. Sic in ſacris,Deus uiuens,& Viuo ego,inquit Dominus. Aratus præclare, ab Apoſtolo etiā ueritatis ergò citatus: ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν

ἄρρητον, μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα,

καὶ τε Διὸς πάντες μὲν ἐπαυρόμενοι [illegible], τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.

Deus ergo genitor omnium,etiam ſecundùm poëtas profanos, inſpirauit homini animam uiuentem, creauit Adamū ſecundum imaginem & ſimilitudinem ſuam non formaliter tantùm,ad Theoriam ueri,& Praxin boni, ſed etiā materialiter anima & corpore dotauit illum,eiuſdem generis,qualem aliquando Meſsias benedictus aſſumturus erat. Iure igitur Chriſto filio æternus pater imperium in populos,iure eidem iudicium conceſsit· cùm ueritate & uirtute ſecundùm diuinitatem omnibus antecellat,quibus ſecundùm humanitatem,ſolo peccatu excepto, ſimilem ſeſe fecit.

φύσει γὰρ τὸν βασιλέα.)Id quod lib.3.Politicorum docebit.

E tribus ſocietatibus domeſticis ſuprà c.3.tanquā Materia ciuitatis remota propoſitis:prima, quæ eſt inter Dominum & Seruum,explicata, ſuperſunt duæ reliquæ. Quas ipſis

- Recēſet *primùm.* N. 2. *Societas enim domeſtica alia eſt inter eos, qui in una domo uerſantur,cauſa*
  - *Σωτηρίας,inter quos abſolutum eſt imperium,inter Dominum ſcilicet & Seruum Δεσποτικὴ,quam in praeced.expoſuimus. N.1. Et quia ſeruus etiam pars eſt rei familiaris,de tota rei familiaris cura,tanquam corollario & inſtrumento œconomicæ egimus: & ipſam quidem rerū Acquiſitionē ab œconomo uirtutis potiorib. actionibus intento ſeparauimus,at acquirendi Cognitionem eidem conceſsimus.*
  - *Τεκνώσεως.* *De qua porrò dicendum eſt.*
    - Secundaria *quidem inter Parentes & Liberos, πατρικὴ.* N.3.
    - Primaria,*inter Maritum & uxorem,γαμικὴ.* N.4.
- Explicat κατὰ τὸ
  - *ἐν Etenim Πατρικὴ & Γαμικὴ quo ad imperium,quod exercent,*
    - Conueniunt *inter ſe,ratione Materiæ eiuſdē generatim conſideratæ, quoniam imperium exercet in liberos homines,non autem in ſeruos,uti Δεσποτικὴ.* N. 5.
    - Differunt *à ſe inuicem ratione formæ.* N. 6. *Simile eſt enim imperium*
      - Mariti *in uxorem imperio Politica.*N.7.
      - Patris *in liberos imperio Regio.*N.8.
  - *διότι, Vide in ſeq.ſignum A.*

A. Expli-

A. Explicat vt debet, cur inter ſe quo ad imperiū partim

- **Conueniant,** tali ratiocinatione:
  - Qui ad imperandum eſt aptior, ipſum naturæ ductu minus præſtanti debet imperare.
  - At ad imperandum aptior eſt
    - Mas quàm Femina in genere: niſi fortè aberratio quædam naturæ contingat, ut ſcilicet femina mare prudentior generetur. N. 9.
    - Pater quàm Liberi, propter ætatem & perfectionem. N. 10.
  - Ergo Mas & Pater imperare debent, Fœmina verò & Liberi debent parere.
- **Differant** ſcilicet imperium
  - Partim ſit Politicum, à Forma ſumto argumento:
    - Politicum imperium parendi & imperandi viciſſitudinē habet. Num. 11. Quod ipſum
      - Probare videtur, tali ratiocinatione:
        - Qui ex æquo digni ſunt imperio, electionis viciſſitudine ad imperiū alterni ſunt admittendi, quando ſemel omnes admitti nequeunt. Alioqui iniuriæ daretur locus, alijs ſemper imperantibus, alijs æquè dignis ſemper parentibus.
        - At oēs ciues, Politiæ propriè dictæ ſeu Democratiæ membra, ex æquo ſunt digni imperio. Demonſtrat:
          - Qui natura pares ſunt, ex æquo ſunt imperio digni.
          - At Democratiæ ciues ſunt natura pares, uel ſaltem eſſe uidentur. N. 12.
          - Ergo.
        - Ergo ciues Politiæ ſeu Democratiæ electionis viciſſitudine ad imperium alternis admittendi ſunt: ea quidem ratione, ut licet pares inter ſe ſint, tamen electionis iure diſpares reddāt, & habitu & geſtu & ſermone ſe magiſtratus ſubditos eſſe fateantur. N. 13.
      - Illuſtrat exemplo Amaſis:
        - Quod Amaſis de regia dignitate ſibi ab Aegyptijs delata protulit. N. 14.
        - Idipſum de iis quoq;, qui in Politia ad magiſtratum admittuntur, intelligi debet.
    - At inter maritum & uxorem datur imperij viciſſitudo. N. 15.
    - Ergo inter maritum & uxorem eſt politici imperij ſpecies.
  - Partim ſit Regiū. Nu. 16. partim
    - Ratione, ab efficientis ſeu imperātis natura:
      - Regij imperij ſpecies eſt perfectiſſima, quando is qui imperat, tum naturæ præſtantia ſubditos longè ſuperat, tum beneuolentia illis coniunctiſſimus eſt. N. 18.
      - At Pater & natura præſtat Liberis, & beneuolentia illis coniunctiſſimus eſt. Num. 17.
      - Ergo inter Patrem & Liberos regij imperij ſpecies datur.
    - Auctoritate eius quod inter Deos eſſe creditur imperij:
      - Si Deorum pater etiam Rex eorundem eſt, multo magis inter homines pater regi ſimilis erit. Ratio: quoniam homo Deos maximè imitari debet: uel certè quia homines id quod in ſuo genere optimum & perfectiſſimum eſſe cenſent, dijs quoq; tribuere conſueuerunt. Id quod cap. 1. n. 23. diſertè docuit. Et Plato id diuinum eſſe putat, quod homini cùm ipſe ſe, tum ipſe & cū alijs conſentit maximè proprium eſſe uidetur.
      - Atqui Deorum Pater eorundem Rex eſt. τὸ
        - ὅτι, Homeri auctoritate ſtabilit. N. 19.
        - διότι ſubiungit:
          - Qui genere idē, natura tamē excellētior, Rex uidetur aliorum ab ipſa natura cōſtitutus. N. 20.
          - Atqui Pater genere idem cum liberis, natura tamen excellentior atq; prior eſt, tum quia illos genuit, tum quia ætate & prudentia longo uiſu parta antecellit. N. 21.
          - Ergo Pater uidetur ab ipſa natura Rex liberorū conſtitutus eſſe.
      - Ergo etiam inter homines Pater erit Regi ſimilis.

CAPVT XIII.

Forma Societatum domeſticarum, Virtus ſcilicet œconomica, declaratur.

PErſpicuũ [1] igitur, maius ſtudiũ poni debere à diſciplina domeſtica in hominib. excolendis, quàm in rerum inanimarũ conquiſitione: & [2] in uirtute horum, quàm rerum poſſeſſarũ, quas uocamus diuitias: & [3] liberorum hominũ magis quã ſeruorum. Primùm [4] igitur de ſeruis ambigat aliquis, utrũ [5] ſit uirtus aliqua ſerui præter inſtrumẽtales & adminiſtratrices alia, maiore honore digna, quã hæ: ceu tẽperantia, & fortitudo, & iuſtitia, & quiſpiã aliorũ huiuſcemodi habituũ: ſiue [6] nõ eſt ulla, pręter miniſteria corporis. Vtrinq; [7] .n. cõtinet in ſe dubitationẽ. Si [8] qua .n. eſt, quid diſcrepabũt à liberis? ſi [9] nõ eſt, cũ ſint homines & participes rationis, abſurdũ hoc. Fermè [10] autẽ eadẽ quæſtio eſt & de muliere & de puero, utrũ & horũ ſint uirtutes: & requiritur mulierẽ eſſe temperantẽ, & fortẽ, & iuſtã: & [11] puer itidem intẽperãs ſit ac tẽperans, an nõ. Et [12] in uniuerſum iam hoc eſt animaduertendũ de eo, qui paret natura, & de eo, qui imperat, utrum eadẽ uirtus ſit, uel diuerſa. Si [13] nãq; decet ambos participes eſſe perfectę uirtutis, cur hũc quidẽ opus ſit imperare, hũc uerò perpetuò parêre? Neq; [14] .n. dici poteſt, ut maioris & minoris ratione inter ſe diſcrepẽt. Parére [15] .n. & imperare differũt inter ſe ſpecie: magis [16] aũt & minus, nihil. Si [17] aũt hũc quidẽ oportet, hũc uerò minimè, dignũ admiratione eſt. Si [18] nãq; q imperat, nõ erit tẽperãs neq; iuſtus, quomodo rectè imperabit? [19] inſẽperans [20] enim & formidoloſus nihil efficiet eorum, quę ipſum decent. Perſpicuũ [21] igitur neceſſe eſſe, ambos participes uirtutis eſſe: huiꝰ [22] aũt exiſtere diſcrimina, quemadmodũ [23] & eorum, quæ natura parent: & [24] hoc ſtatim circa animum inceptum eſt. In [25] hac enim eſt natura quid[illegible] quod imperat, quiddã uerò quod paret. Quorũ [26] diuerſam affirmamus eſſe uirtutem: ceu eius, quod rationem in ſe habet: & eius, quod expers eſt rationis. Planum [27] igitur eodem pacto ſe rem habere in alijs. Quapropter natura

ΦΑΝΕΡΟ'Ν [1] τοίνυν ὅτι πλείων ἡ σπουδὴ τῆς οἰκονομίας περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἢ περὶ τὴν τῶν ἀψύχων κτῆσιν· καὶ [2] περὶ τὴν ἀρετὴν τούτων, ἢ περὶ τῆς κτήσεως, ὃν καλοῦμεν πλοῦτον· καὶ [3] τῶν ἐλευθέρων μᾶλλον, ἢ δούλων. πρῶτον [4] μὲν οὖν περὶ δούλων ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερον [5] ἐστὶν ἀρετή τις δούλου παρὰ τὰς ὀργανικὰς καὶ διακονικὰς ἄλλη τιμιωτέρα τούτων· οἷον, σωφροσύνη, καὶ ἀνδρεία, καὶ δικαιοσύνη, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕξεων· ἢ [6] οὐκ ἔστιν οὐδεμία παρὰ τὰς σωματικὰς ὑπηρεσίας; ἔχει [7] γὰρ ἀπορίαν ἀμφοτέρως. εἴτε [8] γάρ ἐστι, τί διοίσουσι τῶν ἐλευθέρων; εἴτε [9] μὴ ἐστὶν, ὄντων ἀνθρώπων καὶ λόγου κοινωνούντων, ἄτοπον. σχεδὸν [10] δὴ ταυτόν ἐστι τὸ ζητούμενον καὶ περὶ γυναικὸς καὶ παιδὸς, πότερα καὶ τούτων εἰσὶν ἀρεταὶ, καὶ δεῖ τὴν γυναῖκα εἶναι σώφρονα καὶ ἀνδρείαν καὶ δικαίαν· καὶ παῖς [11] ἐστὶ καὶ ἀκόλαστος καὶ σώφρων, ἢ οὔ; καὶ [12] καθόλου δὴ τοῦτ' ἐστὶν ἐπισκεπτέον περὶ ἀρχομένου φύσει καὶ ἄρχοντος, πότερον ἡ αὐτὴ ἀρετὴ, ἢ ἑτέρα. εἰ μὲν [13] γὰρ δεῖ ἀμφοτέρους μετέχειν καλοκαγαθίας, διὰ τί τὸν μὲν ἄρχειν δέοι ἄν, τὸν δ' ἄρχεσθαι καθάπαξ; οὐδὲ [14] γὰρ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον οἷόν τε διαφέρειν. τὸ [15] μὲν γὰρ ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν, εἴδει διαφέρει· τὸ δὲ [16] μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐδέν. εἰ [17] δὲ τὸν μὲν δεῖ, τὸν δὲ μὴ, θαυμαστόν. εἴτε [18] γὰρ ὁ ἄρχων μὴ ἔσται σώφρων καὶ δίκαιος, πῶς ἄρξει καλῶς; εἴθ' [19] ὁ ἀρχόμενος, πῶς ἀρχθήσεται καλῶς; ἀκόλαστος [20] γὰρ ὢν καὶ δειλὸς, οὐδὲν ποιήσει τῶν προσηκόντων. φανερὸν [21] τοίνυν ὅτι ἀνάγκη μὲν μετέχειν ἀμφοτέρους ἀρετῆς, ταύτης [22] δ' εἶναι διαφοράς· ὥσπερ [23] καὶ τῶν φύσει ἀρχομένων. καὶ [24] τοῦτο εὐθὺς ὑφήγηται περὶ τὴν ψυχήν· ἐν [25] ταύτῃ γάρ ἐστι φύσει, τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον· ὧν [26] ἑτέραν φαμὲν εἶναι ἀρετὴν, οἷον τοῦ λόγον ἔχοντος, καὶ τοῦ ἀλόγου. δῆλον [27] τοίνυν, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥστε φύσει τὰ

PErſpicuum [1] igitur eſt, domus adminiſtrationem plus ſtudij ponere, maioremq; diligentiam adhibere debere in hominibus, quam in inanimorum poſſeſſione. & [2] in horum uirtute, quam in poſſeſſionis, quas diuitias appellamus: & [3] in liberis, quã in ſeruis. Primùm [4] igitur de ſeruis dubitare poſſit aliquis, ſit ne [5] ſerui uirtus aliqua alia præter eas, quæ ad inſtrumenta, & quæ ad miniſteria pertinent, his honoratior: uerbi gratia, temperantia, & fortitudo, & iuſtitia, & aliquis ex alijs talibus habitibus. an [6] uerò nulla ſit, præter miniſteria ad corpus pertinentia. Dubitationem [7] porro habet, utrumcunque dixeris. Nam [8] ſiue eſt, quid à liberis different? ſiue [9] non eſt, cum ſint homines, & rationis participes, dictu abſurdum eſt. Propemodum [10] autem idem eſt, quod quæritur in uxore & filio, utrum etiam horum ſint uirtutes, & oporteátne uxorem eſſe tẽperantem, & fortẽ, & iuſtã: & [11] utrũ puer ſit intemperãs, & tẽperans, necne. Et [12] uniuerſe igitur hoc eſt conſiderandũ de eo, qui páret imperio natura, & eo, qui præeſt atq; imperat, utrum ſit eadem utriuſq; uirtus, an alia. Nam [13] ſi utrumq; oportet præſtantis probitatis eſſe participem, quamobrem oporteat modis omnibus & perpetuò hunc præeſſe, illum imperio ſubiectum eſſe? Neq; [14] enim fieri poteſt, ut eo inter ſe differant, quod magis & minus probitatis ſint participes. Parére [15] imperio enim, & imperare, ſpecie differunt: magis [16] & minus autem nihil ſpecie differunt. Quod ſi [17] alterũ quidem probitatis eſſe participem oportet, alterum non oportet: dictu mirum. Nã [18] ſiue is, qui debet imperare, non erit temperans & iuſtus, quomodo bene imperabit? ſiue [19] quis imperio ſubiectus eſſe debet, non erit, quomodo imperio bene parebit? Cum [20] ſit enim intemperans & nequam, nihil faciet eorum, quæ facere conuenit. Perſpicuum [21] igitur eſt, neceſſariò utrumque uirtutis participem eſſe debere: ſed [22] eius eſſe quaſdam differentias: quemadmodum [23] ij, qui præſunt natura, & ſubiecti ſunt imperio natura, inter ſe differunt. Atq; [24] hoc ſtatim in anima promiſſum atq; explicatum eſt. In [25] ea enim alterum eſt, quod præſit natura: alterum, quod imperio ſubiectum ſit. quorum [26] uirtutes diſpares inter ſe ac diſſimiles eſſe dicimus, uidelicet eius, quod rationis eſt compos & eius, quod rationis expers eſt. Licet [27] igitur intelligere ita rem ſe habere etiã in alijs. Quare complura

plura

plura quę imperát, & quæ parét. Alio [28] enim modo liber imperat ſeruo, & alio [29] mas feminæ, & alio [30] uir puero: & [31] omnib. inſunt partes animi, uerùm inſunt diuerſo modo. Seruus [32] enim omnino nõ habet partẽ, qua cõſultatur: femina [33] aũt habet ſanè, ſed minimè ratã: puer [34] uerò habet quidẽ, ſed imperfectã. Eodem [35] igitur pacto neceſſe eſt ſe habere & circa uirtutes morales: exiſtimandũ [36] oportere quidem participes earum omnes eſſe, ſed [37] non eodem modo, ſed [38] quantum unicuiq; ſatis eſt ad ſuum opus. Quare [39] imperium habentem perfectam habere oportet uirtutem moralem. Opus [40] namque ſimpliciter eſt architecti: ratio [41] aũt eſt architectus: aliorũ [42] uerò unũquodq; quantũ contingit ipſi. Quapropter [43] perſpicuũ eſt, uirtutẽ moralem eſſe eorum omnium; qui dicti ſunt: & [44] non eandem temperantiam mulieris ac uiri, neque fortitudinem atque iuſtitiam, quemadmodũ arbitrabatur Socrates: uerùm [45] hęc quidẽ fortitudo apta imperando, hæc [46] uerò miniſtrando: eodem [47] pacto ſe res habet & circa alias. Planum [48] autem hoc & ſingillatim magis conſiderantibus. Qui [49] enim uniuersè loquunt, decipiũt ſemetipſos, ceu bene ſe habere animũ uirtutem eſſe, uel rectè agere, uel aliquid huiuſcemodi. Multo [50] enim melius dicũt, qui uirtutes enumerãt, ut Gorgias, quã qui ſic definiunt. Quare [51] oportet, quẽadmodum poeta de muliere dixit, ſic exiſtimare de omnibus:

—mulieri decus ſilentium affert,

ſed uirum non amplius hoc ornat. Quia [52] aũt puer eſt imperfectus, planũ huius quidẽ etiã uirtutẽ nõ eſſe ipſius ad ſemetipſum, ſed ad finem, & eum qui ducit: & [53] ſimiliter ſerui ad erum. Poſuimus [54] autem ad res neceſſarias utilem eſſe ſeruum. Quare [55] apertum eſt, ipſum egere puſilla uirtute, & tali ſolum, ut neque propter intemperantiam, neque propter timiditatem deficiat ab operibus ſuis. Ambigeret [56] autem aliquis, ſi quod modò dictum eſt, uerum eſt, nunquid & opifices oportebit uirtutem habere. Sæpe [57] namque propter intemperantiam deficiunt ab ope-

τὰ πλείω ἄρχοντα καὶ ἀρχόμενα. ἄλλον [28] γὰρ τρόπον τὸ ἐλεύθερον τοῦ δούλου ἄρχει, καὶ [29] τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, καὶ [30] ἀνὴρ παιδός· καὶ [31] πᾶσιν ἐνυπάρχει μὲν, τὰ μόρια τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐνυπάρχει διαφερόντως. ὁ μὲν [32] γὰρ δοῦλος ὅλως οὐκ ἔχει τὸ βουλευτικόν· τὸ δὲ θῆλυ [33] ἔχει μὲν, ἀλλ' ἄκυρον· ὁ [34] δὲ παῖς, ἔχει μὲν, ἀλλ' ἀτελές. ὁμοίως [35] τοίνυν ἀναγκαῖον ἔχειν καὶ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετάς· ὑποληπτέον [36] δεῖν μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' [37] οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον; ἀλλ' [38] ὅσον ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὑτοῦ ἔργον. διὸ [39] τὸν μὲν ἄρχοντα τελέαν ἔχειν δεῖ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν (τὸ [40] γὰρ ἔργον ἐστὶν ἁπλῶς τοῦ ἀρχιτέκτονος· ὁ δὲ [41] λόγος ἀρχιτέκτων) τῶν [42] δ' ἄλλων ἕκαστον ὅσον ἐπιβάλλει αὐτοῖς. ὥστε [43] φανερὸν, ὅτι ἐστὶν ἠθικὴ ἀρετὴ τῶν εἰρημένων πάντων, καὶ [44] οὐχ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρός· οὐδ' ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη, καθάπερ ᾤετο Σωκράτης· ἀλλ' [45] ἡ μὲν ἀρχικὴ ἀνδρεία, ἡ [46] δ' ὑπηρετική. ὁμοίως [47] δ' ἔχει καὶ περὶ τὰς ἄλλας. δῆλον [48] δὲ τοῦτο καὶ κατὰ μέρος μᾶλλον ἐπισκοποῦσι. καθόλου [49] γὰρ οἱ λέγοντες ἐξαπατῶσιν ἑαυτοὺς, ὅτι τὸ εὖ ἔχειν τὴν ψυχὴν ἀρετή, ἢ τὸ ὀρθοπραγεῖν, ἤ τι τῶν τοιούτων. πολὺ [50] γὰρ ἄμεινον λέγουσιν οἱ ἐξαριθμοῦντες τὰς ἀρετὰς, ὥσπερ Γοργίας, τῶν οὕτως ὁριζομένων. διὸ [51] δεῖ, ὥσπερ ὁ ποιητὴς εἴρηκε περὶ γυναικὸς, οὕτω νομίζειν ἔχειν περὶ πάντων·

—γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει

ἀλλ' ἀνδρὶ οὐκ ἔτι τοῦτο. ἐπεὶ [52] δ' ὁ παῖς ἀτελής, δῆλον ὅτι τούτου μὲν καὶ ἡ ἀρετὴ οὐκ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τέλος, καὶ τὸν ἡγούμενον. ὁμοίως [53] δὲ καὶ δούλου πρὸς δεσπότην. ἔθεμεν [54] δὲ πρὸς τἀναγκαῖα χρήσιμον εἶναι τὸν δοῦλον. ὥστε [55] δῆλον ὅτι καὶ ἀρετῆς δεῖται μικρᾶς καὶ τοσαύτης, ὅπως μήτε δι' ἀκολασίαν, μήτε διὰ δειλίαν ἐλλείψῃ τῶν ἔργων. ἀπορήσειε [56] δ' ἄν τις, τὸ νῦν εἰρημένον εἰ ἀληθὲς, ἆρα καὶ τοὺς τεχνίτας δεήσει ἔχειν ἀρετήν. πολλάκις [57] γὰρ δι' ἀκολασίαν, ἐλλεί-

πουσι

ra imperant natura, & imperio parent. Alio [28] enim modo liber ſeruo præeſt, & [29] mas feminæ, & [30] uir puero. & [31] in omnibus inſunt animi particulæ: ſed diſſimili modo inſunt. Seruus [32] enim omnino & uniuersè non habet conſultandi facultatem: femina [33] habet illa quidem, ſed irritam & imbecillam: puer [34] habet ille quidem, ſed imperfectam. Similiter [35] igitur & in uirtutibus moralibus rem ſe habere neceſſe eſt: atque [36] exiſtimandum eſt, omnes quidem earum participes eſſe oportere, uerùm [37] nõ eodem modo, ſed [38] quantum quiſque poſtulat ad munus ſuum obeundum. Quapropter [39] eum quidem, qui præeſſe debet, uirtute morali perfecta præditum eſſe oportere (is [40] enim munere fungitur ſimpliciter & abſolutè, qui alijs præcipit ac præſcribit quod faciant: ratio [41] autem præcipiendi & præſcribendi ius obtinet) aliorum [42] uero unumquemque tanta, quanta in eos cadit, quantaq; ad eos peruenire poteſt. Itaq; [43] perſpicuum eſt, ad eos omnes, qui à nobis dicti ſunt, uirtutẽ moralem pertinere: neque [44] eandem mulieris & uiri eſſe temperantiam, neq; fortitudinem, neque iuſtitiam, quemadmodum putabat Socrates: ſed [45] hanc quidem eſſe ad imperandum accommodatam, illam [46] ad párendum ac miniſtrandum. Similiter [47] porrò ſe res habet & in alijs. Hoc [48] autem ijs erit in promptu & patebit, qui ſingillatim potius, & in partibus rem conſiderabũt. Nam [49] qui uniuersè dicunt, uirtutem eſſe bonum animi habitum, aut rectam rationem, aut aliquid tale, ij ſe ipſi fallunt. Multi [50] enim, qui uirtutes enumerant, quemadmodum Gorgias, melius dicunt, quàm qui hoc modo definiunt. Quapropter [51] exiſtimare oportet, quemadmodum de muliere dixit poeta, item rem ſe habere de omnibus:

—affert decus omni feminæ ſilentiũ;

ſed non iam hoc idem uiro conuenit. Quoniam [52] autem puer imperfectus eſt, huius uirtus ſcilicet non in ipſo ad ipſum relata cernitur, ſed ad perfectũ, ſeu adultum, & eum, qui ei præfectus & cuſtos appoſitus eſt: itemq; [53] uirtus ſerui ad dominum refertur. Poſuimus [54] autem, ſeruum ad res neceſſarias eſſe utilem. Ex [55] quo intelligere licet, ei exigua uirtute opus eſſe: nimirum tanta, quanta fretus neq; propter intemperantiam, neque propter ignauiam munus ſibi à domino aſſignatum defugiat, aut minus cumulatè expleat. Dubitare [56] autem poſſit aliquis, ſi id, quod à nobis eſt dictum, uerũ eſt, utrum etiam artifices uirtute præditos eſſe oporteat, nécne. Sæpenumero [57] enim propter intemperantiam minus accu-

ratè

operib. ſuis. An [58] plurimũ hoc intereſt? Seruus [59] namq; ſocius eſt uitę: hic [60] autem remotior, & [61] tantum cadit in illum uirtutis, quantum ſeruitutis. artifex enim tenuis definitá quandam habet ſeruitutem. Et ſeruus [62] quidem natura conſtat, ſutor [63] autem nullus, neque aliorum quiſpiam opificum. Perſpicuum [64] igitur huiuſcemodi uirtutis oportere cauſam eſſe ſeruo erum: non eum, qui teneat erilem rationem erudiendi ſeruũ in operibus ſuis. Quare [65] non rectè dicunt, qui ratione ſeruos ſpoliant, & affirmant utendum eſſe cum illis tantùm quaſi edictis. monere [66] namque oportet magis ſeruos, quam filios. Verùm [67] de his definitum ſit hoc modo. De [68] uiro autẽ & uxore & filijs & patre, uirtuteq; ſingulorũ ipſorũ, & cõſuetudine officioq; inter ipſos, qd rectè & nó rectè fiat: & quomodo oportet qđ bene ſe habet ſeq, qđ malè fugere, in his, quæ faciunt ad rationem regẽdarum ciuitatum: neceſſe eſt percurrere. Quia [69] enim domus quidé omnis pars eſt ciuitatis, hæc [70] autem domus: uirtutem [71] autem partis ad uirtutem totius opus eſt reſpicere: neceſſe [72] eſt ad remp. reſpicientes erudire & filios & feminas: ſi [73] quidem intereſt aliquid, ut ciuitas ſtudioſa ſit, & filios ſtudioſos eſſe & feminas. Neceſſe [74] autem eſt intereſſe: feminæ [75] namq; dimidia pars liberorum ſunt: è [76] filijs autem participes fiunt reipublicæ. Quare [77] quia de his quidem definitum eſt, de cæteris autem in alijs dicendum eſt: dimiſſis, ut [78] finem nactis, præſentibus diſputationibus, alio [79] principio ſumpto, dicamus: & [80] primùm conſideremus de his, qui de optima repub. quid ſentirent, enunciarunt.

πρὸς τὰ ἔργα. ἢ [58] διαφέρει τὸ πλεῖστον; ὁ [59] μὲν γὰρ δοῦλος κοινωνὸς ζωῆς· ὁ δὲ [60] πορρώτερον, καὶ [61] τοσοῦτον ἐπιβάλλει ἀρετῆς, ὅσον περ καὶ δουλείας. ὁ γὰρ βάναυσος τεχνίτης, ἀφωρισμένην τινὰ ἔχει δουλείαν. καὶ ὁ [62] μὲν δοῦλος τῶν φύσει· σκυτοτόμος [63] δὲ οὐθείς, οὐδὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν. φανερὸν [64] τοίνυν ὅτι τῆς τοιαύτης ἀρετῆς αἴτιον εἶναι δεῖ τῷ δούλῳ τὸν δεσπότην, ἀλλ' οὐ τὴν διδασκαλικὴν ἔχοντα τῶν ἔργων δεσποτικήν. διὸ [65] λέγουσιν οὐ καλῶς οἱ λόγου τοὺς δούλους ἀποστεροῦντες, καὶ φάσκοντες ἐπιτάξει χρῆσθαι μόνον. νουθετητέον [66] γὰρ μᾶλλον τοὺς δούλους, ἢ τοὺς παῖδας. ἀλλὰ [67] περὶ μὲν τούτων διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον. περὶ [68] δὲ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων καὶ πατρός, τῆς τε περὶ ἕκαστον αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμιλίας, τί τὸ καλῶς καὶ μὴ καλῶς ἐστι καὶ πῶς δεῖ τὸ μὲν εὖ διώκειν, τὸ δὲ κακῶς φεύγειν, ἐν τοῖς περὶ τὰς πολιτείας ἀναγκαῖον διελθεῖν. ἐπεὶ [69] γὰρ οἰκία μὲν πᾶσα μέρος πόλεως, ταῦτα [70] δὲ οἰκίας, τὴν [71] δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὴν τοῦ ὅλου δεῖ βλέπειν ἀρετήν· ἀναγκαῖον [72] πρὸς τὴν πολιτείαν βλέποντας, παιδεύειν καὶ τοὺς παῖδας, καὶ τὰς γυναῖκας· εἴπερ τι [73] διαφέρει πρὸς τὸ τὴν πόλιν εἶναι σπουδαίαν, καὶ τοὺς παῖδας εἶναι σπουδαίους, καὶ τὰς γυναῖκας σπουδαίας. ἀναγκαῖον [74] δὲ διαφέρειν. αἱ [75] μὲν γὰρ γυναῖκες ἥμισυ μέρος τῶν ἐλευθέρων· ἐκ [76] δὲ τῶν παίδων οἱ κοινωνοὶ γίνονται τῆς πολιτείας. ὥστ' [77] ἐπεὶ περὶ μὲν τούτων διώρισται, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐν ἄλλοις λεκτέον· ἀφέντες [78] ὡς τέλος ἔχοντας τοὺς νῦν λόγους, ἄλλην ἀρχὴν [79] ποιησάμενοι, λέγωμεν. καὶ [80] πρῶτον ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν ἀποφηναμένων περὶ τῆς πολιτείας τῆς ἀρίστης.

ratè minus ſuum explent. An [58] plurimum inter hos intereſt? nam [59] ſeruus quidem uitæ ſocius eſt: ille [60] autem diſtat longius, & tantum ad eum uirtutis attinet, quantum & ſeruitutis. Nam [61] ſordidus & illiberalis artifex definitam & terminatam quandam gerit ſeruitutem. Tum [62] ſeruus ex eorum numero eſt, qui a natura conſtant. At [63] nullus ſutor, neq; quiſquam alius artifex, natura eſt artifex. Perſpicuum [64] igitur eſt, talis uirtutis effectorem & cauſam ſeruo dominum eſſe oportere: non quenquam, qui habeat ſcientiam quandam herilem, ad docenda munera ſeruilia accommodatam. Quapropter [65] non rectè dicunt, qui ſeruos ratione ſpoliant, & domini præceptum ſequi, nihil præterea, fatentur. Monendi [66] enim ſunt ſerui magis, quam filij. Sed [67] hæc quidem hoc modo diſtincta atque explicata ſint. De [68] uxore atem, & uiro, de liberis, & patre, & cuiuſque eorum uirtute, & quo modo alter cum altero uerſari & congredi debeat: quid pulcrè, quid non pulcrè fiat: & quo pacto uirtutem quidem perſequi atq; expetere, uitium autem fugere atq; aſpernari oporteat, in eis, quæ ad rerumpub. formas pertinent, neceſſe erit diſputare atque explicare. Quoniam [69] enim domus quidem omnis pars ciuitatis eſt: hæ [70] autem domus partes: partis [71] autem uirtutem ad totius uirtutem intueri oportet: neceſſe [72] eſt magiſtratus ad ciuitatis ſtatum intuentem, pueros & mulieres erudire: ſiquidem [73] aliquid refert ad id, ut ciuitas bona & bene morata ſit, tum pueros bonos eſſe, tum mulieres bonas. At [74] neceſſariò refert. Nam [75] mulieres quidem hominum liberorum pars dimidia ſunt. Ex [76] pueris uerò participes & ſocij fiunt reip: & ciuitatis adminiſtrationis. Quare [77] quoniam de his quidem explicatum ac diſtinctum eſt, de reliquis autem in alijs libris dicendum eſt: omiſſa [78] hac diſputatione, tanquam abſoluta, atque ad finem perducta, aliud [79] dicendi initium faciamus: & [80] primùm eorum, qui aliquid de optimo reip. adminiſtrandæ genere dixerunt aut tradiderunt, ſententiam uideamus.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Perſpicuum igitur.) Hæc, niſi fallor, quod ſuprà etiam admonuimus, ἀνταπόδοσις redditioq; eſt illius ἐπεὶ, initio poſiti. Perſpicuum igitur eſſe ioquit, ex omni hac diſputatione (qua confirmatum eſt, quanti momenti hæ res ſint, & quàm magnos fructus ferant, ſi ordine fiant, & rectè adminiſtrarentur) maiorem diligentiam patrem familiâs adhibere debere, magiſq; id requiri ab ipſius diſciplina, in hominibus parandis, quàm in rebus expertibus animi quærendis: & in uirtute perfectioneq; perſonarum, quàm in copia patrimonij, quas diuitias uocamus: nec non in uirtute quoque ingenuorũ, quos eegit, quàm in ſeruorum. In uxore igitur ducenda, unde liberi procreandi ſunt, præcipere uidetur ipſum plurimum curæ ponere debere; & in liberis etiam, quos poſtea inde ſuſcepit, inſtituendis, & ſeruis etiam in officio retinendis. Nam horum quoque diſciplina contemnenda non eſt: & ſi res non poſcit tantum ſtudij, quantum cura liberatum perſonarum, ut tradit Proditum eſt memoriæ, M. Craſſum illum diuitem, plurimum diligentiæ adhibere ſolitũ in erudiendis mancipijs, exiſtimaſſeq; ſemper eri officium hoc maximè poſtulare quia, quod ſuprà quoque à noſtro auctore dictum eſt, ſerui forent inſtrumenta animalia domeſticæ diſciplinæ. arbitrabatur enim cætera domi opera ſeruorũ admi-

adminiſtrari oportere, ſeruos autem ſtudio eri regi ac gubernari debere. quod iudicium ipſius laudatum eſt à doctis uiris.

Primum igitur de ſeruo.)Cum affirmaret patrem familias plus ſtudij ponere debere in his, quos regit, animi participibus, ut ſtudioſi ſint, quàm in reliquorum bonorum conquiſitione, ut perfecta ipſa quoque ſint: primùm quærit de prima ipſorum copula, qua coniungitur erus & ſeruus: dubitareq; poſſe aliquem oſtendit, an ſerui uirtus aliqua exiſtat præter illas, quibus utitur, tanquam inſtrumentum quoddã, & quæ miniſterijs ipſius exequendis neceſſariæ ſunt: quæ ſcilicet uirtus honeſtior ſit hic, & honoris plenior. cuiuſmodi ſunt, inquit, temperantia, fortitudo, iuſtitia, cæteriq; habitus animorum, qui hominem ornant, & abſolutum reddũt: ſiue nulla ſit, præter illa ipſius, quæ corpora membriſq; adminiſtrantur, munera. Repetit autem, hæc ita animo poſſe non ſine cauſa quempiam, utrum horum uerũ ſit, eſſeq; quod in utramque partem defendi poſſit? Si enim, inquit, in ſeruis quoque manant hæ uirtutes, quæ propriæ uidentur eſſe liberorum, & illorum quidem non multorum qua in re diſcrepabunt à liberis hominibus, cùm tamen magnopere ipſos inter ſe diſſentire exploratum ſit. Quòd ſi nullum ueſtigium apparet in pectoribus ſeruorum habitũ horum, hoc quoque durum uidetur atque abſurdum, cùm & ipſi homines ſint, & rationis participes. Cur enim donauit natura ipſos ratione, ſi ipſi ex ea fructum nullum ferũt? & quid illa in ipſis incertignauaq; facit? Apud Terentium parmenonem Soſia liberto loquens, oſtendit ſe nõ mediocres uirtutes in illo, cùm ſeruus eſſet, ſemper cognouiſſe ſitas: quare, relictis proprijs mancipiorum muneribus, in illis ſe opera ipſos orí uelle tunc affirmat

Firmè autem eadem.)Eandem quæſtionem, quæ dubios tenet de ero ac ſeruo, oriri fermè affirmat in reliquis duobus generibus imperij domeſtici: id eſt, utrum oporteat uxorem & filios participes uirtutũ eſſe, ſiue maximè illæ quidem requirantur in ijs. Hoc autem magis explanat, dicens: id eſt, Si neceſſe eſt uxorem & temperantem, & fortem, & iuſtam eſſe: & eodem pacto in filijs, ſi qui à patre regitur, & intemperans & temperans eſſe poteſt. ſiue id in eum nullo pacto cadat, uerũ eſt in poteſtate patris, ut ſit illi dicto ſemper audiẽs, ea grãtur, quæ in moribus ſitæ ſunt, uirtutes.

Et in uniuerſum.)Cum cœpiſſet ab imperio, quod habet erus in ſeruum, & deinde egiſſet de illo, quod exercet uir in uxorem, ac pater in liberos quæſiſſetq; an qui parent, & ipſi uirtutibus inſtructi eſſe debeãt. nunc cõmuniter, in uniuerſumq; animaduertendum idem eſſe dicit in omni genere eorum, qui imperant, & eorum, qui natura parẽt ipſis. an ſit, inquã, omnino uirtus eadem in ambobus, ſiue diuerſa. Exponit autem, quod hanc aut illam contrariam ſentẽtiam ornat ac firmat, primùm autem iudicium illorum, qui arbitrabẽtur in eo etiam, qui obtemperat, requiri uirtutes. Si enim, inquit, utroſque inſtructos eſſe decet omnibus uirtutibus, quæ requiruntur in perfecto & abſoluto uiro: cur poriſſimum hunc oporteat imperium habere, alterum uerò ab initio parere, & poſtquam ſemel cœpit imperio parẽre, ſemper dicto audientẽ eſſe? Quid autem καλοκἀγαθία ſit, quo iuncto nomine hic utitur, ut in 4. etiã libro de Moribus ad Nicomachum, ubi de magnitudine animi loquitur, docuit ipſe accuratè in 2. ἠθικῶν μεγάλων: quo loco tradit cõuenire ipſum homini, qui habeat perfectam & abſolutam uirtutem. Appellat autem hunc uirum πάσαις σπουδαῖον: ut Xenophon quoq; in libello, quo laudauit Ageſilaũ, dixit illum fuiſſe uirum τέλεως ἀγαθόν.

Neq; enim dici poteſt.)Docet nihil ualere ad demonſtrandum, ambos hos uirtutis eſſe participes, dicere, cùm appareat ipſos inter ſe diſcrepare, diſtingui, quia eorum alter maiorem uirtutem in ſe continet, alter uerò minorem. Quæ namq;, inquit, ita diſſentiunt, ut ipſorum alterum ſemper pareat, alterum uerò ſemper imperet, ſpecie differunt: in quibus autem diſcrimen tãtùm conſpicitur quantitatis, non diſcrepant ſpecie. Homines enim nonnulli magni ſunt, alij uerò parui: nec tamen hi minus homines, quàm illi ſunt. Imperium uerò quod diximus perpetuum habere, & alterius imperio ſemper obtẽperare, ſunt res, quæ ſpecie diuerſæ ſunt.

Si autem hunc.)Si autem contrà, inquit, affirmaretur in altero uirtutem requiri, in altero uerò non requiri, hoc quoq; admiratione dignum eſt. ambob. enim in officio retinendis illa neceſſaria eſt ut docet, initium ducens ab honeſtiore perſona. Niſi enim, inquit, qui imperat temperans erit ac iuſtus, quomodo ſuo proprioq; munere fungetur? Exemplum ad oſtendendum quæ incommoda naſcantur ab intemperante, deditoq; libidinibus exercitus duce, ſatis accommodatum eſt, quòd Cerealis in Germania penè amiſit exercitum claſſemq; ob ſtuprum. Ut enim liberè noctu frueretur hoc ſuo amore, iuſſerat uigiles ſilere, ne quietem eius turbarent. Quare, ut Tacitus narrat, intermiſſo ſigno ac uocibus, in ſomnum lapſi, ſubitum aduentum hoſtium non ſenſerunt, nec ſignificare alijs potuerunt. Non minus idoneum ad idem demonſtrandum eſt, quod apud Xenophontem legitur in V. libro de rebus Græcorum. Alcetas enim Laco, præfectus Orei, ceperat tres triremes Thebanorum in magna eius urbis fame obſeſſæ à ſuis, onuſtas frumento, cum CCC. hominibus, ipſoſq; in arcem oppidi coniecerat, in qua & ipſa degebat. Cùm autem unà cum captiuis eò ueniſſet, pulcer admodum puer eius urbis, deſcendit cum eo captus repentè ſpecie ipſius Alcetas ex arce, iocuſq; in amore erat. Quod cùm uidiſſent captiui illi, ſpreta tãta incuria præfecti, arcem occuparunt, ciuitateq; ſtatim à Lacedæmonijs ad Thebanos defecit. Contraq; quantos fructus ferat continentia, factum P. Scipionis oſtendit: qui cùm eſſet natura pronus ad muliebres amores, imperator tamen in Hiſpania poſt magnam uictoriam, adductã ſibi à militibus captiuã uirgine eximiæ formæ, laudata benignitate eorum, remiſit eam parentibus. quo facto conciliauit ſibi animos eius nationis. Eodem pacto auctor inquit: Quomodo rectè parẽre poterit ſine uirtute, qui in aliena poteſtate eſt, & magiſtratui obtemperare debet? Si namq;, addit, intemperans eſt aut formidoloſus, nihil ordine adminiſtrabit eorũ, quæ ipſi mandata ſunt: impedient enim hæc animi uitia. Hoc uerum eſſe, ſi confirmatione ulla res egeret (ut relictis duobus ad tenues perſonas deſcendamus) declarat Demea Terentianus, qui ſimulat ſeruum his uerbis. in ipſa turba atque in peccato maximo, Quod uix ſedatum ſatis eſt, potaſti ſcelus Quaſi re bene geſta.

Perſpicuum igitur uniuerſè eſt.)Hæc diſſolutio quæſtionis huius eſt, quæ apte eſt è ſuperiore diſputatione. inquit enim, Perſpicuum eſſe his de cauſis, quæ allatæ ſunt, oportere ut ambæ hæ perſonæ, diſſimiles inter ſe, uirtutis participes ſint: omnis tamẽ uirtutis diſcrimina quædem extent. quemadmodum demonſtratum eſt inueniri in his, qui natura parent, ſeruiſque ita ſunt. Hoc autem, id eſt ſpecimen huius imperij ac ſeruitij, oſtendit in prima ſtatim naturæ noſtræ conformatione, animoque inueniri, in ipſo namq; exiſtere quiddam, quod naturæ inſtituto imperat: & aliud, quod eodem pacto obtemperat: ceu inquit, eius, in quo ratio conſiſtit: & eius, quod narum à ratione eſt. quorum longè aliam uirtutem eſſe dicimus, ceu partis in ſe habẽtis rationem, & partis, quæ ſine ipſa eſt. Eſſe uerò diuerſa genera uirtutis in illis planum eſt, & ſubtiliter copioſeq; declaratũ in libris de Moribus. A' meliore parte proficiſcuntur prudentia, ſapiẽtia, ſollertia: à deteriore, & in qua motus turbidi uigẽt, temperantia, fortitudo, atque aliæ.

Plani igitur eodem pacto.)Cùm cognitum ſit, inquit, in animo noſtro plura inueniri genera imperantium & parentium: exẽplum ipſius ſecuti, intelligere debemus eodem pacto idem uſu uenire cæteris in rebus. Erunt igitur natura plura & diuerſa inter ſe, quæ imperent, & quæ parent. Nam, inquit, alio modo quod liberum eſt, ſeruo imperat: & alio modo mares feminis, & itidem uiri pueris. Etſi enim in omnibus his partes animi ſunt, ſunt tamen illis aliter atque aliter. Hoc autem ſtatim exemplis poſitis declarat, atque ita ſe habere docet. Primùm autem in parte, quæ domicilium eſt rationis: ipſius enim proprium eſt deliberare. Seruus enim, inquit, omnino funditusq; expers eſt partis eius animi, quæ conſultat: femina habet ſanè illã, ſed minimè ratam ac firmam: puer uerò & ipſe habet, uerùm inchoatam & imperfectam. Carere autem dicit ſeruum ui illa facultateq; animi, quæ conſilia capit de rebus dubijs: quia non poteſt deliberare de ſuo ſtatu, cùm in manu eri ſit. irritum enim foret omne ipſius ſtudium, quod adhiberet in hac re. Hoc autem uidit quoque apud Ariſtophanem ſeruus, qui magnopere queritur de hac iniqua conditione: Si namque, inquit, fortè ſeruus in deliberatione aliqua optimum conſilium dederit ero, repudiaueritq; id ille ſtultitia ſua: neceſſe eſt ſeruum plecti participemq; eſſe incommodorum, quæ inde proficiſcuntur. Sed non loquitur ille Comicus de his ſeruis, quos intelligit hic philoſophus. neque enim hoc poteſt in his uſu uenire, ut utatur ſeruus iudicio ac prudentia dominum. In mulieribus quòd uult ἄκυρον eſſe, quod deliberat: non ſignificat ipſas carere ingenio & acie mentis: nam acutæ ſunt, ac uerum ſæpe uident: ſed impediunt conſilium mulierum motus animorũ, quibus ualde obnoxiæ ſunt. Unde nos uulgò dicere ſolemus, quod ſubitò feminis in mentem uenit, egregium conſilium eſſe: cum uerò tempus cogitandi nactæ fuerint, contrà ipſum. Nam aut ira, aut amore, aut odio, aut propria utilitate à uero abducuntur. Latini boni auctores hoc, quod noſter notat in feminis, imbecillum & infirmum conſilium uocare conſueuerunt.

Eodem igitur pacto.)Quod in uirtutibus, quæ rationis ſunt, uſu uenire docuit: idem omne in illis, quæ in reliquis duabus ani

 mi par-

mi partibus manent, & à moribus nomen adeptæ ſunt, contingere teſtatur. Putare itaque debemus, omnes hoc participes eorum eſſe, id eſt & ſeruum, & fœminam, & puerum, ut contrarias his honeſtiores perſonas, uerùm non eodem pacto quantū enim ſatis eſt ſingulis ad munus ſuum obeundum, tantum ipſis datū eſt. Quare, inquit, qui regit ac gubernat (tres autem in domibus hos eſſe uoluit, id eſt herum, uirum, patrem) abſolutam perfectamq́; morum uirtutem habere debet. Cuius rei cauſam eſſe dicit, quòd ſimpliciter opus omne dicitur eſſe, atque ita uerè appellatur, architecti. Etſi enim fabri quoque in ædificanda domo ſtudium ponunt, plurimumq́; illic laborant: tamen ædificium ſimpliciter ab eo nuncupatur, qui formam ædificij dedit. Ratio autem, addit, architectus eſt, quæ docet quid facto opus ſit: ſimilitudinem enim ille habet architecti. Alij autem, inquit, tantum ipſius tenent, quantum ad miniſteria ipſorum implenda, muneraq́; obeunda neceſſe eſt.

Quapropter perſpicuum eſt.) Hæc eſt concluſio totius ſuperioris rationis, qua plana duo facta dicit. Primum eorum eſt, uirtutem morum in omnibus his locum habere: alterum uerò, non omnino eandem illam in cunctis ſpectari. Non enim eandem temperantiam eſſe uult uxoris ac uiri: & eodem pacto non eandem fortitudinem, neque iuſtitiam. Simulat autem Socratem, qui de hoc aliter exiſtimauit, & unam eandemq́; penitus uirtutem contrariarum harum perſonarum eſſe iudicauit. Adiungit etiam, quod diſcrimen ipſius oſtendit, hanc fortitudinem talem eſſe, qualis requiritur in uiro in ſubeundis periculis: hanc autem contrà, qualis neceſſaria eſt in muliere inuenitur, ne metu iniecto abducatur ab officio: quod quemadmodū in hac, ita etiam in reliquis uirtutibus eodē pacto ſe habere perſpicitur. Quod igitur ſtatim initio huius libri, & alibi fecit, hic quoque tangit peccaſſe Socratem, qui hæc omnia exiſtimarit diſcrepare inter ſe, numero tantùm, non ſpecie quoque ac natura. Quod enim in imperijs ipſis ac poteſtatibus, idem etiam uſu uenire in uirtutibus eorum arbitrabatur, ut eſſent penitus eædem, mutatis etiam perſonis.

Planum autem hoc) Quod in uniuerſum iam docuit uerum eſſe, non eandem ſcilicet uirtutem eſſe ſuperiorum diuerſarum perſonarum affirmat nunc perſpicuum magis fore, ſi quis attenderit ſingulas uirtutes. Oſtendit autem erratum eorum, qui generatim tantùm uirtutes animaduerterint: dicitq́; illos decipere ſemetipſos, cùm uiam eam ineant, quæ non poteſt ipſos ducere ad plenam ſcientiam huius rei, nec facere ut integros inde fructus capiant. In 2 quoque libro de Moribus ad Nicomachum tradidit, ueriores eſſe de rebus, ad uitam & facta hominum pertinentibus, diſputationes ſingulares, maioremq́; fructum ferre: cùm quæ in uniuerſum dicuntur, ſint inaniores. Quare optimum cenſuit uidere, an illæ communes conueniant rebus, quæ ſunt: quod ſi non contingat, dimittantur. Ponit autem ueteres duas definitiones uirtutis, quarum una eſt, Animum bene ſe habere. Cùm enim uiget, uacuusq́; eſt ab omni labe, tūc perſpicitur uirtutis compos eſſe. Altera, Ipſum illum animum rectè cuncta gerere addit autem, Vel huiuſcemodi aliquid: circūferebantur enim aliæ quoque nonnullæ definitiones uirtutis, ut è Platonis Menone cognoſcimus. Inquit enim in eo ille, unde ſermo uocatus eſt: Videtur mihi, Socrates, uirtus eſſe, ut poeta inquit, gaudere honeſtis rebus, & poteſtatem earum efficiendarum habere: nec non uirtus eſt, facultatem habere cōparandi bona iuſtè. Sed etiam Plutarchus in libello, quo docuit quomodo inſtructum adoleſcentem oporteret accedere ad lectionem poetarum, plurium meminit: & Alexander quoque in quæſtionum libro. Sed ad auctorem noſtrum redeamus, qui, exploſo iam horum errore, affirmat multo melius de hoc ſentire, qui enumerant uirtutes: quod facit, ut inquit, Gorgias apud Platonem. cùm enim quæſitum ex eo ſophiſta foret, quid uirtus eſſet, nō expreſſa ui naturaq; ipſius: plures uirtutes enumerauit, ut temperantiam, fortitudinē, iuſtitiā. quare meritò illic reprehenſus & irriſus eſt. Vt autem rationem eorum, quos non probat, Ariſtoteles parum ualere inutilemq́; eſſe ſignificaret: teſtatur uinci eam ab hac ipſa, licet contempta & repudiata. Nam quod magis hāc probat, id facit, quia ita quoque cognitæ uirtutes poſſunt aliquantum prodeſſe, cùm quæ gerunt homines in uita ſint ſingulares & ipſæ res. Addidit autem, confirmans iudiciū ſuum teſtimonio clari poetæ. Quod ille de una muliebri uirtute dixit, oportere nos ad cunctas transferre, ac rerum eſſe putare: is autem fuit Sophocles, qui in Aiace ſuo ita induxit Tecmeſſam accuſantem, ſuadentemq́; illi ut taceret: Silentium ualde ornat fœminas. Quare, inquit Ariſtoteles, ut mulieris non paruum decus ſilentium eſt: ita nō congruit uiro. Eodem igitur pacto, ut in hoc uidimus, ita exiſtimare debemus, non eandem penitus uirtutem eſſe horum diuerſorum generum.

Quia autem puer.) Tranſit ad reliquas duas copulas, in quibus idem uſu uenire, quod in ſuperiore, oſtendit: ut ſcilicet non eadem uirtus ſit utriuſque, ſed maior perfectiorq; quæ ſit circa ipſum moderantis inferiori. inquit igitur. Quia autem puer eſt imperfectus (nam ſuprà quoque dixit, conſilium ipſius imperfectum eſſe) apertum eſt non debere uirtutem ipſius ad illum ipſum referri (foret enim & ipſa imperfecta) uerùm ad finem, & quod principatum in eo obtinet, id eſt uirum integrum iam & abſolutum, ad quem tāquam ad finem refertur. Nam quod, *ēγούμενον*, addidit: accipio, qui inſtituit ipſum: qui profectò aut pater erit aut cuſtos, qui ſeruat ipſum, regitq; quicunque ille ſit. Eodem autem pacto, inquit, & ſerui decet uirtutem ad herum referre debemus: nam ſuprà ſtatuimus, ualere ſeruum ad ea, quæ neceſſaria uitæ ſunt adminiſtranda, & his ſanè rebus efficiendis idoneum eſſe. Quare, inquit, planum eſt eum egere parua uirtute, & tanta denique, ne propter intemperantiam aut timorem abducatur à proprijs ipſius muneribus. & libido enim & metus, uitia, quæ ualde hærent pectoribus ſeruorum, niſi coercita ſint, ualde impedient officia mancipiorum. *παιδὸς* autem hic probaui non *πάντως*, ut in libris calamo exaratis ſcriptum offendi: quam etiam lectionē expreſſit uetus tralatio, & agnoſcit D. Thomas.

Ambigeret autem aliquis) Hæc alia quæſtio eſt, apta è ſuperiore, ut ipſe quoq; teſtatur. Cùm enim ſtatuiſſet, egere ſeruum uirtute, quærit ſtatim, an qui ſimiles & ipſi ſeruis ſunt, opifices humiles (ſunt enim illi præſto ſemper uoluntati eorum, qui induſtria ipſorum egent in aliqua re fabricanda, ſi precium dederint) participes uirtutis eſſe debeat. Statim autem adfert, quod uidetur oſtendere, non minus atque in ſeruis, in ipſis opificibus requiri uirtutem. Sæpe numero enim, inquit, propter incontinentiam, & quæ inde abducuntur libidinibus, non perficiunt opera quæ faciunda ſuſceperunt. Citò autem diſſoluit hunc nodum atque id duobus argumentis, quæ diſſimilitudinem harum perſonarum declarant: unde elicitur, non idem requiri in artifice hoc quod in ſeruo. Primum eorum eſt, quòd ſeruus ſit ſocius noſtræ uitæ, nec unquam à nobis ſeiungitur: opifex uerò remotior, tantumq́; cadit in illum uirtutis, quantum ſeruitutis. Faber enim, inquit, huiuſcemodique omnis opifex, qui manibus opus facit, etiam quandam definitamq́, ſeruitutem in ſe capit. Donec enim abſoluerit opus, quod, mercede accepta, ſe facturum ſpopondit, tanquam ſeruus illius eſt: illico autem ut perfecit, ſeruitute liberatur. Quod autem addidit, Et ſeruus quidem: alterum argumentum eſt, quo itidē demonſtrat diſſimilitudinem harum perſonarum. Seruus enim, inquit, natura ſeruus eſt talisq; demum, qualis à nobis notatus eſt. Sutor autem, inquit, nullus, neque alius quiſpiam huius generis artifex, natura ſeruus eſt, ſed iudicio tantùm ac uoluntate urgente eum tenuitate patrimonij, ſe aliquo modo ſpoliauit libertate.

Perſpicuum igitur huiuſcemodi) Euulſo ſcrupulo illo, qui moleſtus aliquibus erat, redit ad ſuperiorem diſputationē: indéque ſatis planum eſſe affirmat, huius uirtutis, quæ requiritur in ſeruo, auctorem ipſi eſſe debere præceptoremq́; herū, qui erudiet ipſum, monſtrabitq́; quomodo continens eſſe queat, ac minime timidus aut mendax. Atque hunc ipſum faciet non ſolùm monendo, uerùm etiam uerberando atque indulgendo, ſi peccarit aliqua in re, aut rectè fecerit: non qui profiteatur eam ſcientiam, ac ſe poſſe tradere affirmet rationem, quæ inſtruit ſeruum, ac docet quomodo ille rectè poſſet obire ſeruilia munera: in hac enim occupatū herum eſſe oportet, non in illis tenuibus ſordidiſq́ miniſterijs.

Quare non rectè dicunt) Hoc quoque elicitur è ſuperiore diſputatione, & eſt tanquam corollarium. Cùm enim iam docuiſſet, opus eſſe ſtudio heri fieri ſeruum meliorem, deberéq; herum ipſum diligentiam in hoc adhibere: docet falſò putaſſe nonnullos in ſeruis rationis ueſtigium nullum eſſe. Neceſſe autem habuit explodere hunc eorum errorem. ſi enim uerum id fuiſſet, ſtultè ipſe præcepiſſet ſeruos eſſe uirtute imbuendos. Aiebant autem illi, oportere uti quaſi edictis quibuſdam in ſeruos & imperijs durioribus, neque unquam cauſam afferre ſuorum mandatorum. Contra autem noſter exiſtimat, atque hoc aſſeueranter prædicat, non ſolùm oportere ſeruos monere: ſed magis etiam ipſos, quàm pueros, monere atque erudire. Cùm autem ualde accuſet eos, qui tam male de ſeruis ſentiebant, & cum illis perinde ac cum belluis agi debere à dominis arbitrabantur: intelligit Athenienſem hoſpitem, qui apud Platonem in 6. de Legibus hoc oportere fieri affirmat. Cùm enim ille copioſe diſputatum eſſet de ratione regendi eos, quorum opera ciuitates utuntur in agris colendis, multaq́; in utramq; partem dicta forent: ad extremū ille hoc protulit, exiſtimans

magno-

magnopere peccare cunctos, qui ſeruis indulgerent, molliterq́, eos tractarent. Declarat autem præter ſententiam [illegible] huic ſignificaſſe noſtrum auctorem, quia eadem uerba ab utroque uſurpata fuêre. Platonis enim hæc ſunt [illegible]. Vellem autem, ut Ariſtoteles [illegible] nobis eſt, ut maius ſtudium ponamus in corrigendis [illegible]atione ſeruis, quàm pueris (ita ut plerunq́, facit) cauſam ſui iudicij attuliſſet. Non enim hoc facile probatur omnibus: maiores enim profectò [illegible] capiuntur è filijs [illegible] inſtitutis, quàm è ſeruis, uerbis documentisq́, caſtigatis. eodemq; pacto incommoda [illegible] depravatis. Præcipit autem hoc abſolutè: neque ætatem puerorum, neque certum genus [illegible] quæ oporteat emendare, definit. Quòd ſi ſpectaſſet ſolum commoda, quæ pater familiâs ipſe capit ex ambobus illis, diſciplina [illegible]: non eſt dubium, quin corpori eius, & ſimilibus miniſterijs utilior ſit opera ſerui, qui omnibus horis præſtò ero eſſe debet, quàm filij, qui muneribus his non eſt deſtinatus. Non eſt autem fortaſſe alienum ita accipere, quia ſupra, cùm oſtenderet nõ eſſe tam neceſſariam in opifice temperantiam, quàm in ſeruo, dixit id contingere, quia ſeruus eſt coniunctus cum ero, & quaſi particeps uitæ ipſius, opifex uerò remotior: & eodem pacto inferius remouit perſonam quaſi publici doctoris à ſeruo inſtruendo, ac propriam eam curam eſſe uoluit eri, quia ille inde alienus.

De uiro autem.) Cùm ſatis [illegible] uiſus eſſet diſſeruiſſe de copula [illegible] ac ſerui [illegible]ndumq́; ſibi uideret ad reliquas duas, ſi commodè id fieri poſſet: intelligeret autem tempus non adhuc ueniſſe illarum aptè explicandarum: docere hoc uoluit, nequis ſibi uitio uerteret, quòd id nõ [illegible]et. Ita igitur agit, faretur q́ [illegible] diſputationem neceſſariam eſſe, & cũ [illegible]erit, ſe illam expoſiturũ. De uiro igitur, inquit, & uxore, nec non de filijs [illegible]atra, quæ [illegible] in ſingulis his uirtute ſequatur, & de officijs ipſorum inter ſe, quid rectè, aut non rectè factum exiſtimari debeat, quomodoq; cuncti omnibus in rebus laudem perſequi debeant, fugere autem culpam, in his, quæ ad ſtatus ciuitatum tradendos pertinent, eſt uidendum. Cognoſcebat igitur, quæ ſuæ partes forent optimus magiſter & huc ſe intelligere, cognitum a [illegible] eſſe uoluit.

Quia cum domus.) Incipit nunc oſtendere, hunc locum accommodatum non eſſe his præceptis tradendis, ponitq́; tamquam certa quædam, unde id percipitur. inquit enim Quia autem omnis domus eſt pars ciuitatis & hæ perſonæ, quas diximus, ſunt partes domus. Sequitur autem & ipſum ſumitum, ad idem confirmandum Virtutem ſit partis, perfectionemq́, [illegible] eſt referre ad perfectionem totius: aliter enim, quamuis omnes numeros bonitatis haberent, niſi totum adiuuarent, nõ probari poſſent. Quare inquit huc enim eſt reddit [illegible] illius, Quia) neceſſe eſt ad remp. ſtatumq́, illum ciuitatis, oculos mentemq; conuertentes, erudire & liberos & uxores. Quod autem adiungit nunc, non uidetur eſſe argumentum alterum, ſed potius confirmatio concluſionis inquit enim, Si refert, momentiq; alicuius eſt, ad remp. ornandam, ſtudioſamq́; reddendam, & pueros & uxores tales eſſe, id eſt uirtutis compotes.

Neceſſe autem eſt.) Docet nunc, qui aliter ſentiret, in magno errore futurum, id eſt qui putaret poſſe fieri, ut reſp. ſtudioſa ſit, quamuis in ea mulieres & pueri minimè ſtudioſi ſint, ſed uitijs magnis affines. Seorſum autem id oſtendit, in mulieribus & in pueris. Primùm enim, inquit, feminæ dimidia pars ſunt liberarum perſonarum habere autem ipſam nulla diſciplina [illegible] remp. contaminaret Deinde de pueris addit Pueri uerò, ſi adhuc non ſunt, futuri tamen ſunt reip. participes. et ipſi [illegible], quaſi ſeminibus quibuſdam, ciues oriuntur quare & ipſi debent illi ſpei inſtrui atque erudiri.

Quare quia de his.) Tangit paucis, quæ iam abſoluerit indicatq́, ea, quæ ratione reliquit, quando expoſiturus ſit, cùm ſcilicet ad locum peruentum fuerit, ubi id rectè ordineq; fiat: & quid item facere nunc uelit, aperit. connectit igitur præterita cum futuris. inquit enim: Quare dimiſsis nunc ſuperioribus diſputationibus, ut finem ſuum nactis (nam [illegible] dicuntur, cùm diſputatio de illis rebus abſoluta eſt) nouoq; initio ſumto, perſequamur ea, quæ reſtant. antè tamen ponderemus diligenter, examinemusq́, quæ à nonnullis dicta ſunt de optimo ſtatu reip.

[illegible]. [illegible] etiam ſuprà cap. 7 meminit. Vide locum.

[illegible].) [illegible] ſeu [illegible] eſſe, ſuprà cap. 9. n. 38 docuit.

[illegible].) Ethica uirtus communis omnibus in quocunq; genere uitæ practicæ, tam Oeconomico quàm Politico uerſantibus, tanquam forma communis. Perpendant hunc locum, qui priuatum & ſolitarium hominis in Ethicis tantùm informari aiunt cùm nos ex Ordinis præſcripto Principia uitæ practicæ illic tradi aſſeramus.

[illegible].) Plato lib. 5 de Rep. & 7. de Legibus eadem ſtudia maritis & uxoris, & per conſequens eaodem uirtutem facit, niſi quòd munia minus uehementia propter naturæ imbecillitatem mulieri ſint tribuenda.

[illegible].) Plato in Politico, in quo diuiſionis præceptum tradit, [illegible], & in uniuerſum [illegible], non pate, ut nomiorum diuerſitas naturas rerum, ſpecierum aut generum diuellat. Quod præceptum methodicum planè eſt. Non ſemper tamen obſeruari poſſe, ipſemet Plato eo loci [illegible]. Proinde cùm [illegible] diuiſionem aſſequi nequit, [illegible] amplectitur. [illegible] Menone uarias uirtutis definitiones Socrates [illegible] & [illegible] explicatur idq́, agit, ut Menonem, Gorgiæ diſcipulum, uirtutis ſcientia turgidum, nomina tantùm uirtutum & hiſtoricam earundem cognitionem tenere, rei uerò theoriam uniuerſalem penitus ignorare oſtendat.

[illegible].) Quod Menon facit ex Gorgiæ inſtituto, aſſe ſcilicet quandam uirtutem uiri, quandam mulieris, & ciuis; & præfecti, & pueri, & adulti.

[illegible].) Sophocles in Aiace maſtigophoro. Apud Euripidem in Heraclidis Macaria loquens:

[illegible]

Plautus Rudente ——*tacita bona'ſt mulier ſemper quàm loquens.*

[illegible].) Plato in Politico omnes artes, quæ uel Oeconomiæ uel Politiæ opportuna organa faciunt, [illegible] tantùm appellat. Suprà cap. 4 n. 31 ſeruum [illegible] & [illegible] eſſe ait, ut differentiam ſerui & domini oſtendat, quæ ſeruus domini pars eſt & eſſe dicitur, cæterum non coniuncta ut partes totius, ſed ſeparata. Separationem ergo illic intelligit Eſſentiæ, quia corpore ſuo non cohæret domino, ut pars ſuo toti. Hîc uerò ſeruum œconomicum [illegible] eſſe ait, Mechanicum autem artificem [illegible] quêdam ſeruum eſſe, ſeparationem conuerſationis denotans, ut proinde loca [illegible] tantùm inter ſe pugnare uideantur.

[illegible].) Non præceptorum tantùm, ſed multo magis exemplo, uti 6. de Legib. Plato docet [illegible] (δούλων ſcilicet) [illegible].

[illegible].) Platonem perſtringit, loco citato dicentem, [illegible]. Atqui Plato non abſolutè [illegible], ſed eam tantùm, qua erga liberos uti ſolemus, ſeruis eripit: neq́, [illegible] ſemper, ſed [illegible], ut plurimùm, erga ſeruos utendum putat: quandoquidem maior illorum pars [illegible] eſt.

[illegible].) Victorius legit, [illegible]. Aldus omiſſo [illegible], ſententiam ſuſpendit & rectius quidem.

[illegible].) Inſero ego, particulâ [illegible]. Neceſſarium quoque etiam. Niſi enim legamus, [illegible], uel [illegible], ſuſpenſa erit ſententia, & à præcedentibus pendebit, adeoq́, duo argumenta ſub unum ueluti Myconon cogerentur: quæ tamen à ſe inuicem ſeparanda eſſe, ipſa docet methodus.

[illegible].) Propterea Plato 6 Legib. laudat inſtitutum eorum, qui mulieres exercitijs atq; ſtudijs uirorum, tametſi non ita, pro naturæ debilitate uacare uolunt: & uiciſsim reprehendit morem Athenienſium, in umbratilem uitam mulieres relegantium: [illegible]. Propter hanc ſtudiorum utilium intermiſsionem fit, ut ciuitas quæ tota ſecundùm uirtute conformari poterat dimidia tantùm ſui parte, quoad uiros ſcilicet, talis exiſtat,

HACTENVS de tribus ſocietatibus, tanquã Materia Oeconomiæ: quæ œconomia ipſius Politiæ Materia eſt (ne quis hîc materias confundat.) Deinceps uerò de Forma œconomiæ erit agendum. Formam ſuprà c. 7. initio duplicem cõſtituimus: Externam alterã, actionibus duabus communibus omnium ſpecierum comprehenſam, Parendi ſcilicet & Imperandi: alterã Internam, Virtutem ſcilicet, omnium actionum practicarum, ſiue œconomicæ ſiue politicæ ſint, matrem. Nam cùm ipſum Imperare ſit actio quædam practica maioris in minorem: actio autem omnis ab habitu certo uirtutis practico proueniat: uirtutem inprimis requiret practicam: ut quemadmodum in Ethicis forma uitæ beatæ generalis in uirtute in genere uerſabatur: ita hîc forma uitæ beatæ particularis, Oeconomicæ ſcilicet, in uirtute eorum, qui domus partes ſunt, repoſita eſſe intelligatur. Oeconomiæ igitur ſiue Adminiſtrationis domeſticæ

- **Materiam** paucis repetit, & quoſdam ueluti gradus cõſtituit, propter rerum ſubiectarum diuerſitatem. Nam cùm œconomus uerſetur circa Res & circa Perſonas: perſonæ autẽ ſint aliæ Liberorum, aliæ Seruorũ: & harũ rurſus uel κτῆσις & Acquiſitio, uel χρῆσις & Vſus à uirtute per rectam inſtitutionẽ inſita proueniens conſideretur: excellentior autem conſideratio minus excellenti præpõderet, et œconomo dignior ſit: idcirco ſi conferantur inter ſe
  - **Res & Perſonæ**, certè œconomus magis circa Homines, quibus imperare debet, quàm circa Res, quas poſſidere tãtùm & ad uſum reuocare debet, uerſabitur. N. 1.
  - **Perſonæ, conſideratæ reſpectu**
    - **Vſus ſui**, œconomicæ ſcilicet κτήσεως et χρήσεως, ſic œconomo maior cura incumbet, de uirtute per rectam inſtitutionem & educationem inferenda, cuius beneficio perſonis rectè uti queat: quàm de earundem acquiſitione, quæ ad opulentiam tantùm facit. Facile enim eſt domino ſeruum, marito uxorem, patri liberos acquirere: at rectè illos inſtituere, hoc opus hic labor eſt. N. 2.
    - **Qualitatis**, quatenus liberi ſunt uel ſerui, ſic dignior eſt cura liberorum, filiorum ſcilicet & uxoris, quã ſeruorum. N. 3.
- **Formam**, hoc eſt uirtutem œconomicam, problematicè adſſerit. Quæſtionem enim
  - **Proponit**, & in utramq; partem exagitat. Vide in ſeq. ſignum A.
  - **Soluit**: nẽpe de uirtute eorũ qui in eandem œconomiã conueniũt,
    - **Vniuerſim.** De uirtute ſcilicet eorum qui domi imperant & parent, utrũ utroſq; uirtutis participare oporteat: & ſi oportet, uirtuténe eadem, an diuerſa: ſolutionem
      - **Proponit.** Imperans atq; parens
        - **Conueniunt** in genere, quòd uirtutis ethicæ utrunq; participem eſſe decet. Num. 21.
        - **Differunt** in ſpecie, quòd alium alia uirtus decet. N. 22.
      - **Deducit** per comparationem imperij & uirtutis œconomicæ: ſeu potius ab effectu ad cauſas argumento ducto: quandoquidem uirtus habitus eſt, à quo rectæ actiones & imperandi & parendi promanant. Vide in ſeq. ſignum B.
    - **Singillatĩ.** De uirtute œconomicarũ perſonarum diſſerere incipit. Et quidem
      - **Vniuerſim**, eandem eſſe omnium, Ethicam uidelicet, ex præced. repetit. N. 43.
      - **Specialium** non eſſe eandem oſtendit. Perſonis enim diuerſis eadem nõ conuenit uirtus, neq; in
        - **Specie**, cùm aliam ſpeciem euſdem uirtutis in uiro, aliã in muliere, aliam in puero, aliam in ſeruo requiramus, licet omnes illæ ſub eodẽ genere conueniant. Et in hoc ipſo Socratẽ in Menone Platonis reprehẽdit, omniũ eandem ſpecie uirtutem eſſe perhibentẽ. N. 44. Vide Plut. de Virt. mulierũ. Exẽplis declarat. Sic namq;
          - **Fortitudo**, eadem licet genere, ſpecie tamẽ differẽs, alia conuenit
            - **Domino**, Herilis ſcilicet, liberalis illa, & in politica uita tũ bello tũ pace cõſpicua. N. 49.
            - **Seruo**, Seruilis, illiberalis, & in corporis miniſterijs ad uſus heriles occupata. N. 46. Idcirco ſeruorũ corpora robuſta eſſe debere ſup. c. 5. n. 44. aſſirmauit.
          - **Temperantia** alia conueniet uxori, alia ſeruo. Idem de cæteris eſto iudicium N 47.
        - **Genere**, cùm aliud uirtutis genus alios deceat: quod ex particulari recenſione uirtutum, ſuis perſonis accommodatarum, deduci poteſt. N. 48. Vide in ſeq. ſignum C.
  - **Concludit** tandem. Cùm de uirtutibus œconomicis quibuſdam, Seruorũ ſcilicet, actum ſit: de reliquis uerò, Coniugalibus ſcilicet & Paternis, tanquam partibus Politiæ, deinceps ſit agendũ (N. 77.) Politicorum principiorum explicationi: quo ad Politiæ
    - **Materiam**, finem hîc eſſe imponendum. N. 78.
    - **Formam**, deinceps eſſe incumbendum, tanquam ſecundo principio cõmuniſſimo. N. 79. Iã quia huius ipſius Formæ cõſideratio uaria eſt, quid alij de optima Repub. ſenſerint, uidendum prius: póſt de illius recta inſtitutione ex propria ſententia agendum. N. 80.

A. Cùm

A.
Cùm adminiſtratio domeſtica tota in parendo & imperando conſiſtat: hæ autem actiones ſint practicæ: actio uerò omnis practica habitu bono practico, quem uirtutem dicunt, niti debeat: quæſtio proponitur

- **Singillatim** de perſonarũ œconomicarum uirtute: uidelicet de uirtute
  - **Serui.** N. 4 κατὰ τὸ
    - Ort. Vtrum præter διακονικὴν & ὀργανικὴν corporis ἐμπειρίαν, quam domino præſtat, uirtus quædam alia animi ethica in ſeruo
      - **Requiratur**, ſic uti etiam in domino, quatenus uterq; homo eſt: temperantia ſcilicet, fortitudo, iuſtitia. N. 5.
      - **Non** requiratur, ſed ſatis ſit, ſeruum per omnia domini iuſsis & uoluntati parere. N. 6.
    - Aſſer. Cauſas enim dubitãdi utraq; pars problematis habet. N. 7. Etenim ſi uirtutem ethicam ſeruis
      - **Tribuamus**, cùm nihilo deteriores ſint domino, & proinde indigni qui ſeruiant, Seruitutem penitùs tollemus, ut lege potius quàm natura conſtantem. N. 8.
      - **Eripiamus**, in id abſurdi incidemus, quaſi natura, quæ nihil fruſtra facit, ſeruos fruſtra & homines fecerit, & ratione dotarit, ſi illa ſecundùm uirtutem non uti, neq; ad eandem beatitudinem, ad quam heri, aſpirare debeant. N. 9.
  - **Vxoris.** Cùm nemo dubitet, in uxore non minus quàm in marito uirtutem requiri ethicam: an eadem ſpecie temperantia & iuſtitia, an diuerſa requiratur. N. 10.
  - **Filiorum.** Eædemne ſint filiorum, quæ parentum uirtutes. N. 11.
- **Vniuerſim** de iis qui imperant atq; parent, ut
  - Ort. Vtrum eadem ſit uirtus eius qui natura imperat, & qui paret, ethica ſcilicet, an diuerſa. N. 12.
  - Aſſer. Dubitationes utramq; aſſertionem cõſequētes affert, tum eã quæ uirtutem ethicam in parente ſimul & imperante ex æquo dari
    - **Affirmat.** oppugnari enim hæc opinio poteſt demonſtratione parum
      - **Directa** tali:
        - **Si** uirtus ethica in parente non minus quàm in imperante reperiatur, cùm uterq; ex æquo dignus ſit imperio, imperiũ & ſeruitus rectæ rationi cõtraria foret, & uiolenta contraq; naturã eſſet. N. 13.
        - **At** non eſſe uiolentam, neq; contra naturam, ſuprà cap. 5. oſtendimus.
        - **Ergo** neq; uirtus ethica in parente & in imperante ex æquo reperietur.
      - **Obliqua**, obiectionem aliorũ tacitam confutando. Obiiciunt quidam Eandem eſſe uirtutem in utroq;, ſed iñ ſecundùm magis & minus differre. Reſpondent alij:
        - **Si** uirtus imperandi & parendi ſecũdùm magis tantùm & minus differunt, etiam ipſum imperare & parere different tantùm ſecundùm magis & minus.
        - **Atqui** conſequẽs falſum eſſe ſic demonſtrat:
          - **Quæ** ſpecie differũt & eſſentialiter, non ſecundùm magis & minus tantùm accidentaliter differunt. N. 16.
          - **At** imperare & parere ſpecie differunt, cùm illud agere, hoc pati uideatur. N. 15.
          - **Ergo** etiã imperare & parere nõ tantùm accidentaliter ſecundùm magis & differunt. N. 14.
        - **Ergo** etiam falſum erit antecedens.
    - **Negat**, & alteri tantùm, imperanti ſcilicet, uirtutem tribuit, parenti uerò eripit. Nam opinioni huic talis ratiocinatio opponi poteſt. (N. 17.)
      - **Qui** rectè agere nequeunt in uniuerſum, nec imperare nec parere poterunt.
      - **At** qui uirtute carent, rectè agere nequeunt. Sic V. G. nec intẽperãs nec timidus rẽ unquã bene geſſerint uel publicam uel priuatam. N. 20.
      - **Ergo** qui uirtute carent, neque rectè poterunt
        - **Imperare.** N. 18. Quod illi concedunt.
        - **Parere.** N. 19. Quod illi iſ negant.

B. Ratiocinatio autē talis eſſe uidetur:

- Si œconomicum imperiū & ſeruitus uariat, uariabunt quoq; uirtutes œconomicæ, à quibus imperandi & parendi actiones profluunt.
- At uarij ſunt ordines imperādi atque parendi ſecundū naturā. N.23. ostenditur,
  - Si in uno genere rerum naturalium imperandi & parendi diuerſitas eſt, etiam in reliquis generibus proportione ſimilis diuerſitas dabitur: adeoq; etiam in œconomicis, quorum cauſa præſens ſuſcepta eſt diſputatio.
  - Atqui in uno genere rerum naturalium, inter Animæ ſcilicet facultates, differens eſt ratio parendi & imperandi. N.24. Quod ſuprà c. 5. n. 21. & ſeq. docuit. Animæ enim facultates duæ, altera rationis particeps, altera expers,
    - Vt imperio differunt: alterius enim eſt imperare, alterius parére. N.25.
    - Ita quoq; uirtute differūt, ad ſuū quodq; munus obeundū idonea. N.26. Eapropter li. 1. Ethic. ſub finē, & li. 2. c. 1. uirtutē practicā διανοητικὴν et parti, quæ rationis eſt cōpos: ἠθικὴν uerò ei, quæ rationis per ſe expers eſt, rationis tñ imperia parere poteſt, tribuit.
  - Ergo etiam in reliquis generibus diuerſitas imperij dabitur: adeoq; uarij erunt ordines eorū quæ naturaliter imperant & parēt. N.27. (Quod etiā ſup. c. 5. n. 7. docuit, & inductione confirmauit) Et proinde etiā differēt imperia & ſeruitutes œconomicæ: nimirum ut diuerſa ſit dominatio hominis liberi in
    - Seruum, Domini ſcilicet. N.28.
    - Liberum alium. Vtpute in
      - Mulierē Viri. N.29.
      - Filium Patris. N.30.
  - duis ſubiungitur cur diuerſitas imperiorum ſit ingēs ſecundū naturā, tali ratiocinatione:
    - Quando ij qui parére debent eſſentialiter differunt, imperia quoq; eſſentialiter differre neceſſe eſt. imperant enim ſecundùm τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν: parent alij ſecundùm οἱ τῆς ψυχῆς ἀκούειν.
    - Nunc uerò in œconomia ij q parere debēt, eſſentialiter differunt: Seruum ſcilicet, Mulier & Puer. Id quod ratione oſtendi poteſt:
      - Qui partes animæ differentes habent (eas maximè, quib. imperiū & exercetur & admittitur, Mentem ſcilicet & Intellectum) eſſentialiter differre ſunt dicendi.
      - At prædictæ perſonæ œconomicæ ea parte, qua imperium exercetur & admittitur, differunt. N.31. Namque prudentia βουλευτική, quæ quid agendum ſit prouidere, & eatenus imperare uel ſibi uel etiam alijs poteſt, aut
        - Nulla penitus ineſt Seruo, alioqui non eſſet ſeruus natura. N.32 Ineſt tamen prudentia ὑπηρετική, quòd domino obedire poteſt, ὡς αἰσθάνεσθαι λόγου, ἀλλὰ μὴ ἔχειν: uti ſuprà cap. 5. n. 40.
        - Aliqua ineſt: duplici ter rurſus, uel
          - Perfecta quidem, cæterùm ob cupiditatis impotentiam ualde infirma, Mulieri ſcilicet ἄκυρον βουλευτικόν, quod auctoritate & auxilio uiri dirigendum eſt & confirmandum N.33.
          - Imperfecta, Puero, ἀτελὲς proinde per rectam inſtitutionem unà cum ætate perficienda eſt. N.34.
      - Ergo etiam prædictæ perſonæ eſſentialiter differre ſunt dicendæ.
    - Ergo etiam œconomica imperia eſſentialiter differēt. Erit proinde ex naturæ inſtituto imperium aliud.
      - Abſolutum, Domini ſcilicet in ſeruū, Iubens & Præcipiēs.
      - Conditionatū. Nempe ut uel id quod
        - Infirmū eſt cōfirmetur. Mariti in uxorem, Refrænans Impotentiā.
        - Imperfectū perficiatur. Patris in filium, Inſtituens Ignorantiam.
- Ergo etiam uariæ erunt uirtutes eorū qui in œconomia parēt & imperant. N.35. Declarat. Virtutes œconomicæ eorū qui parent et imperant partim
  - Conueniunt in genere, quòd Ethicæ ſunt omnes, in Ethicorum libris omni generi uitæ practicæ communibus traditæ. N.36.
  - Differūt in ſpecie, quoniā non eodem modo omnibus cōueniunt. N.37. Modum hunc
    - Vniuerſim ponit: Quanta ſcilicet unicuiq; ad opus ſuum rectè peragendum uirtus requiritur. N.38.
    - Singillatim exponit tū quo ad uirtutem
      - Imperantis, omnibus numeris perfectam eſſe oportere. Ratione ergo utatur erga Seruū Dictatoria, erga Puerum Moderatoria, erga Feminam Suaſoria. Difficile eſt regere Seruum, difficilius Puerum, difficillimum Feminam. Seruis enim inſunt motus penitus bruti, ſed eo minus noxij. Pueris uehementes propter ætatē, ſed nō pertinaces. Mulierib. uehementes propter ſexum, & propter calliditatem pertinaces & inuitabiles. N.39. Demonſtratio Reſolutione explicari poteſt:
        - Imperare rectè opus eſt perfectū.
        - Opus perfectū ab architecto optimo prouenit. N.40.
        - Architectus optimus eſt recta ratio. N.41.
        - At recta ratio cū uirtute perfectiſſima ſemper eſt coniuncta (cùm illius ſit ueluti genitrix.)
        - Ergo Imperare cum uirtute perfectiſſima erit coniunctum.
      - Parentis, quam non uſqueadeò perfectam eſſe oportet: magis in Femina, quàm in Puero: minimum in Seruo. N.42.

C. Quam quidem particularem recenſionem & reſpectus

- **Formæ**, cum uniuerſali illa confert, & ad actionem practicam & cognitionē hiſtoricam utiliorem eſſe aſſerit, per collationē. Nam qui de uirtute
  - καθόλου diſputant, cùm in ipſam eſſentia per definitionem explicanda non conueniant, mirum non eſt uarijs illos & contrarijs implicari erroribus, quippe qui relicto ſenſu in abſtractis tantùm uerſentur. N. 49.
  - κατὰ μέρος agunt, & eas enumerant craſſo Minerua (ut Meno Gorgiæ Leontini ſophiſtæ celeberrimus diſcipulus apud Platonem in Menone) quas ſcilicet in aliquibus ipſo ſenſu teſte deprehendunt ineſſe illi fidelius, quæ quorum ſint uirtutes oſtendere poſſunt, non rationis ſubtilitatem, ſed ſenſuum fidem ſequentes. N. 50.
- **Materiæ**, hoc eſt, quæ uirtutes quibus inſint, & quidem differentes, partim
  - **Proponit.** Sunt peculiares quædam & propriæ uirtutes, genere à reliquorum uirtutibus differentes. Quandoquidem aliæ conueniunt perſonis per ſe, quoniā illas perficiunt & meliores reddunt: & hæ rurſus uel communes etiam alijs, ut caſtitas, fides, integritas (ſic uero loqui, modeſtum eſſe, conuenit omnibus, & perficit omnes) uel peculiores: ſic pudor decet puerū, taciturnitas mulierem: hiſce enim perficiuntur ſenſim. Aliæ nō per ſe, ſed propter eos, quibus cum conuerſantur, laudabiles ſunt, quatenus alijs ſubijci & parere debent: nec per ſe perficiunt, & immediatè, ſed mediatè tantùm, quia alijs obſequendo honeſtis actionibus aſſueſcunt, & habitum perfectum contrahūt. Sic uirtus propria
    - **Mulieris**, ipſam perficiens per ſe & exornans, eſt Taciturnitas, iuxta Poetam: at uiro nullum decus affert. N. 51.
    - **Pueri**, extra ipſum, non in ipſo, eſt Obedientia. Nam cùm imperfectus adhuc ſit ætate, neq; ſeipſum propter rationis imbecillitatem & cupiditatum uehementiam regere, per conſequens neq; uirtutem exercere queat: uti quoad ſeipſum uirtute perficiente caret, ita quoad alium uirtutis ſatis habebit, ſi poſſit atq; uelit maiori natu parere. N. 52.
    - **Serui** itidem ut pueri eſt, non ob eo perfici, ſed hero ſuo obedire, eiuſq; commoda quærere. N. 53.
- **Explicat.** Peculiares uirtutes dantur &
  - **Domini** & ſerui. Quas hoc loco paucis enarrat, quoniam ſub œconomiæ potius quàm politiæ conſiderationem ueniunt. Seruus enim œconomiæ pars eſt, non item politiæ, præterquam per accidens: Dominus item nō uti dominus, ſed uti ciuis, in Politiam uenit. Tale quid N. 67. innuere uidetur. Vide in ſeq. ſignum D.
  - **Mariti** & Vxoris, Patris & Liberorum. Enarrationem uirtutum, quæ reliquis œconomicis perſonis, Marito ſcilicet & Vxori, Patri item & Liberis propriæ ſunt, in libros Politicorum ſequentes reijcit. N. 68. duplici de cauſſa, tum ratione
    - **Materiæ**, quoniam ueluti ſubiecta ſunt Politiæ, in hunc modum
      - **Virtus** partium Reipublicæ à conſideratione totius Politiæ non eſt aliena. Ratio. In uniuerſum enim cùm pars à toto ſeparata ſubsiſtere nequeat, neque etiam cognitio eſſentiæ & uirtutis eius à totius eſſentia & uirtute ſeparari debet. N. 71.
      - **At Maritus** et Vxor, Pater atq; Liberi, partes ſunt Reip. Deducitur
        - **Partes** domus ſunt etiā partes Reipublicæ. Quandoquidē ciuitatē ex domibus cōſtitui iam ſæpè diximus. N. 69.
        - **At hæ** perſonæ ſunt partes domus N. 70.
        - **Ergo** etiā partes erunt Reipublicæ, ſed remotæ: uti Ciues ſunt partes proximæ.
      - **Ergo** Mariti & Vxoris, Patris atq; Liberorū uirtus à totius Politiæ conſideratione non erit aliena. Quinimò uti Politiæ ſpecies ſunt uariæ, ita inſtitutio horum in alijs alia erit: Quod lib. 7. horum docebit.
    - **Finis**, quoniam uirtus priuatorum ad beatitudinem confert publicam, ratione tali
      - **Si** uxorum & liberorum recta educatio neceſſariò ad Reip. præclaram inſtitutionē facit, ad Politicō profectò theoriā ptinebit. N. 73.
      - **Cæterùm** neceſſariò confert. N. 74. Ratio. Namq;
        - **Vxores** urbanæ dimidiā partē ciuiū liberorū conſtituunt, ſine quibus Reip ſeminariū conſeruari nequit. N. 75.
        - **Pueri**, ut actu nondum ſint ciues, erunt tamen aliquando patrum ſuorum in Repub. ſucceſſores. N. 76.
      - **Ergo** etiam ad Politicam theoriam pertinebit. N, 72

- **D. Virtutis igitur**
  - **Seruilis explicat**
    - **Finem**, *ut Heri ſui negotia expedire queat. Quod ipſum declarat partim*
      - **Directè**, *tali ſyllogiſmo*
        - **Opera**, *quæ corporis potius miniſterio, quàm animi imperio fiunt, uirtutem ethicam nō per ſe, ſed per accidens tantùm requirunt, ut ne opus ipſum uel ob ignauiam & timiditatem deſeratur, uel ob libidinem ſuſpendatur, peruertatúrue.*
        - **Atqui** *ſeruus hero ſuo ſeruit, opus faciendo corpore potius quàm animo, in iis quæ ad uitam quotidianam ſunt neceſſaria.* N. 54.
        - **Ergo** *ſeruus uirtute ethica non per ſe, ſed per accidens tantùm indiget, ne ſcilicet opus quod dño facere debet uel timidè deſerat, uel libidinoſè peruertat. Fortitudine proinde ad animosè & alacriter & conſtāter agendū: Temperantia ad ſobriè & caſtè agendum inſtructus eſto: quibus ipſis Fidem ſuam domino comprobabit, & eatenus Iuſtus appellabitur, hoc eſt, Fidus.* N. 55.
      - **Obliquè**, *quæſtionē quæ ex præcedenti ratiocinatione fieri poterat tum*
        - **Proponēdo**
          - **Si** *ſeruus ad opus, quod corpore facit, uirtute indiget: multo magis artifex mechanicus ad artis ſuæ exercitationem (quæ licet animi imperio, alia magis, alia minus indigeat, corporis tamen miniſterio obitur & perficitur) uirtute indigebit.* N. 56. *Confirmat ſigno. Sic ſæpe artifices uidemus propter intemperantiam ab operibus artis ceſſare.* N. 57.
          - **Atqui** *uerum antecedens eſt, ſecundum te.*
          - **Ergo** *uerum quoq; erit conſequens.*
        - **Soluendo**, & *conſequentiæ neceſſitatē negando. Nam cū Seruus & Artifex mechanicus differāt inter ſe: quod de uno conceditur, de altero nō erit neceſſarium cōcedere.* N. 58. *Differre autem oſtendit tum ratione*
          - **Effectum** *nostrumq́;*
            - **Quorum** *functiones uitæ quotidianæ ſocietatem requirunt, ii uirtute practica opus habent.*
            - **Atqui** *per ſe et natura ſua (ut ſcilicet obeantur) conuerſationem aliorum functio*
              - **Serui** Requirit, *Domini ſcilicet conuerſationem, cuius reſpectu & eſt & eſſe dicitur.* N. 59. *Eſt enim ſeruus κτῆμα ἔμψυχον, et proinde ὄργανον πρακτικὸν πρὸς ζωήν, uti ſuprà cap. 4. docuit. Et c. 6. n. 41. eſt ueluti pars ipſius domini: ab eo proinde ſeiunctus, æquiuocè tantùm eſſe dicitur.*
              - **Artificis** *mechanici* Non requirit, *aut certè non per ſe, ſed per accidēs tantùm, quatenus opus, quod facit, aliorum uſibus deſtinatur, quos aſſequi nequit abſq; ſocietate & cōuerſatione. Vt proinde uideatur quidem eſſe ſeruus aliorum, opus faciendo uitæ neceſſarium: non tamen uita ſocietate & iure cum iis, quibus ſeruit, coniunctus (uti ſeruus œconomicus domino ſuo) ſed ſeiūctus, ſuiq; iuris.* N. 61.
            - **Ergo**
              - **Seruus** *uirtute opus habet.*
              - **Artifex** *mechanicus uirtute opus non habet, præterquā quatenus ſeruit: ſeruit autem non per ſe & coniunctus, ſed per accidens & ſeiunctus ab eo cui ſeruit.* N. 60.
          - **Efficientis. Namq;**
            - **Seruus** *natura talis eſt.* N. 62. *Vti cap. 5. oſtenſum eſt. Et proinde etiam uolens nolens ſeruire debet.*
            - **Artifex** *arte talis eſt, non natura.* Nu. 63. *Et proinde ſi ſeruit, ſponte ſeruit, non coactus.*
    - **Efficientem.** *Vide ſignum* E.
  - **Herilis**, *quatenus heri eſt, ea eſt ſumma, ut Bene imperet ſeruis. Vti ſuprà cap. 7. n. 15. docuit, ſcientia illa non eſt operoſa: proinde neq; uirtus à reliquis uiri boni uirtutibus diuerſa erit. Nam qui rationis rectæ uſu pollet (qua herū à natura conformatum eſſe uolumus) ille idem uirtute quoq; omnigena erit inſtructus. Quod n. 39 in genere dictum, hic in ſpecie ſubintelligendum relinquitur.*

2\.
Explicat Seruilis uirtutis Efficientem

Principem. *Cùm ſuprà cap. 5. n. 40. ſeruum ratione imbecilla præditum eſſe aſſeruerit, ut non per ſe quid agendum ſit uidere, ſed tantùm hero monenti & præcipienti obedire queat: uirtus autem rationis rectæ integritate nitatur: quandoquidem ſeruum per ſe nequit, alieno inſtitutione erudiendus erit. Num ergo a domino, an à præceptore aliquo? quemadmodum ſuprà cap. 7. n. 10. Syracuſanum quendam præceptorem ſeruilium officiorum fecerat. Domino igitur hanc curam conuenire aſſerit, et ſcilicet qui actu dominus eſt: ut cùm naturæ beneficio ea ſit præditus ingenij bonitate, qua ſeruum rudem erudire, improbum corrigere, & ad mutus ſuos conformare poſſit, tum naturæ noto tum ſuo commodo hac in parte reſpondeat. Qui uerò actu non eſt dominus, ut maximè profiteatur uirtutem ſeruilem ſeſe docturum, præcepta dabit quidem, ſed parùm proficiet, cùm ſeruus exemplis potius quotidianis ſit erudiendus, quàm multis præceptionibus, quas uel nõ intelligat, uel certè propter naturæ improbitatem non ſequatur. N. 64. Nam ſi lib. 1 Ethicorum cap. 1 ſub finem pueros non ſatis idoneos Ethicæ philoſophiæ auditores eſſe affirmauit, quòd cupiditate magis quàm ratione regantur: quid de ſeruis ſtatuendum, quibus praeced. n. 32. τὸ βουλευτικὸν penitus non adeſſe, pueris adeſſe quidem, ſed imperfectum eſſe, aſſeruit?*

Inſtrumentalem. *Quoniam conſtitit Dominum uirtutis præceptorem & auctorem ſeruo eſſe debere, nunc de Modo & ueluti Inſtrumento quæritur. Veram ſcilicet illum ſola ἐπιτάξει & iuſſione eorum quæ fieri debent (ſicut Plato lib. 6. de Legibus uoluit) an νουθετήσει etiam & perſuaſione, ad uirtutis exercitium traducere oporteat. Et quidem*

Ἐπιτάξει tantùm, abſque ratione & perſuaſione ſufficere, Plato arbitratur: hoc ipſo deceptus, quòd ſeruum rationis penitus expertem, & propterea ad perſuadendum ineptum eſſe ſupponit, eaq́; de cauſa non aliter quàm bruta (quæ οὐ λόγῳ αἰσθανόμενα, ἀλλὰ παθήμασιν ὑπηρετεῖ, hoc eſt non ratione perſuaſa, ſed uel pabuli ſpe uel metu uerberum imperata facere, ſuprà cap. 5. n. 41 affirmauit) in officio retinendum putat. Neq; enim rationis penitus expers eſt ſeruus, ſed κοινωνεῖ λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν (cap. eodem n. 40.) ut domini imperium audire & intelligere queat, etſi per ſe quid expediat uidere nequeat. N. 65. Vt ergo natura ei aures dedit ad audiendum, ita etiam mentis eam portionem, ut domini iuſſa & monita intelligat.

Νουθετήσει inſuper adhibendam eſſe, ut quod opus eſt, non tam coacti imperio herili, quàm ſponte ſua faciant, crebra domini boni & prudentis admonitione & cohortatione & inſtigatione & exemplo etiam perſuaſi, ex ſua ſententia affirmat: imò tanto frequentius ſeruos quàm pueros honeſtis ſermonibus eſſe erudiendos, quanto difficilius eſt in ſeruis propter rationis imbecillitatem ſemina uirtutum inſerere, quàm eadem à natura iam inſita in pueris excitare. N. 66.

FINIS PRIMI LIBRI.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA LIBER II.

Diſpoſitio Libri Secundi.

- **Proponit** *primum explicandu*. CAP. I.
- **MATERIAM** *ὕλην*, *ſequitur Forma, ipſa ſcilicet cōſtitutio, quæ in communione ciuiū inter ſe mutua cōſiſtit. De ea igitur agit partim*
  - **Obliquè**, *quæ non ſit uera conſtitutio oſtendēdo. Aliorum igitur tum ſuperiorum tum ſua ætatis hominum opiniones de Reſpub. optima conſtitutione*
    - **Examinare** *aggreditur. Diuidit ergo Reſpub. ab alijs uel conſtitutas uel inſtitutas in*
      - *Μὴ κυρίας, quæ actu non dantur, ὑπὸ τῶν φιλοσόφων tantum, ab aliquib. otioſa contemplatione introductæ & cōfictæ. Qualis eſt Reſpub.*
        - **Platonis**, *quam propter nouitatem et auctoris celebritatē in maxima tum tēporis admiratione erat. Hanc duplicē facit Ariſt. aliam*
          - **Primam**, *quā in* LIB. XI. *de Rep. Plato ceu ideam propoſuerat, et in ea cōmunia eſſe uolebat oīa. Impugnat ergo eā Rep. tū reſpectu*
            - **Rerum** *Communitatis, uidelicet*
              - **Vxorū & Liberorū.** *Quam cōmunitatē duob. modis impugnat, tum*
                - **Argumentum** *Platonis euertendo, Communitatem hāc maximè ad unionem ciuitatis facere. Vnionem aūt ad Resp. beatitudinē uiam eſſe aſſerentis. Oppugnat ergo per*
                  - *Ὑπόθεσιν, ipſum Finem: Vnitatem ſcilicet minimè ad beatitudinem Ciuitatis conferre.* CAP. II.
                  - *Ἀντεπιχείρησιν, ipſum Efficientem: Vt quamuis maximè concedatur unitatem facere ad beatitudinem, eam tamen per uxorum & liberorum communionem neutiquā obtineri.* CAP. III.
                - **Concluſionem** *ipſam, multis alijs abſurdis & ἀδυνάτοις ſeu difficultatibus obnoxiam eſſe oſtendendo.* CAP. IV.
              - **Patrimoniorum.** — *De his* CAP. V.
            - **Perſonarum** *ſiue Ciuium in certas claſſes diſtinctorum. minus recte ſcilicet quædam & de Agricolis & de Cuſtodibus dicta eſſe.* — *De his* CAP. V.
          - **Secundam**, *quæ etſi nō optima e[…]et, communi[…]ima tamē eſſe p[…]et, quam in lib.* XII. *de Legibus Plato expoſuit. Eam* CAP. VI *examinat.*
        - **Phaleæ** *Chalcedonij.* CAP. VII.
        - **Hippodami** *Mileſij architecti & legumlatoris.* CAP. IIX.
      - *Κυρίας, quæ actu reperiuntur. Quales erant tū temporis celebratiſſimæ*
        - **Lacedæmoniorum.** CAP. IX.
        - **Cretenſium.** CAP. X.
        - **Carthaginenſium.** CAP. XI.
        - **Athenienſium.** CAP. XII.
  - **Directè**, *quæ ſit uera conſtitutio enarrando.* LIB. III.

CAPVT I.

De Ciuitatis Forma, de ipsa scilicet Constitutione, acturus, aliorum Opiniones de Reip. optima constitutione primùm explicandas proponit.

QVia [1] autē statuimus uidere de cōmunione ciuili, quæ optima est omnium, illis, quibus licet uiuere, quā maximè fieri poteſt, ex ſententia: opus [2] eſt & alias conſiderare reſpublicas, quibusq; [3] utuntur quædam ciuitates, quæ bonis legibus ornatæ feruntur: & [4] ſi quæ aliæ ab aliquib. literis ꝓditæ ſunt, quæ putātur bellè ſe habere: ut [5] quod rectè ſe habet aſpiciatur, & quod ad uſum referri poteſt: adhuc [6] autem, ne quærere aliquid pręter ipſas diuerſum, uideatur penitùs eſſe hominum, qui cauillari uelint: ſed [7] quia non rectè ſe habent hæ, quæ nunc ſunt, ob hoc putemur propoſuiſſe nobis hanc ſcriptionem. Initium [8] autem primum ſumendum eſt, quod ſanè natura initium eſt huius animaduerſionis. Neceſſe [9] nāq; eſt ſiue oēs ciues omniū participes eſſe, ſiue [10] nullius: ſiue [11] quorundā quidem, quorundā autem minimè. Nullius [12] quidē eſſe participes, perſpicuū eſt non poſſe fieri. Reſp. [13] enim cōmunio quædam eſt, & [14] primū neceſſe eſt participare loco. Locus [15] enim unus eſt unius ciuitatis: ciues [16] autem participes unius ciuitatis. Sed [17] utrū, quorumcūq; contingit participes fieri, omnibus præſtat participare ciuitatē, quæ debet bene conſtitui: uel quibuſdā ſanè quibuſdam uerò minimè præſtat? Cōtingit [18] enim & liberis, & uxoribus, & bonis cōmunicare ciues inter ſe: qoemadmodū in Rep. Platonis. illic enim Socrates affirmat oportere cōmunes liberos eſſe, & uxores, & bona. Hoc [19] autem utrum, ut nūc ſit, ſic melius ſe habere, ſiue [20] ſecūdū legē, in ea rep. ſcriptā?

ΕΠΕΙ [1] δὲ προαιρούμεθα θεωρῆσαι περὶ τῆς κοινωνίας τῆς πολιτικῆς, ἡ κρατίστη πασῶν, τοῖς δυναμένοις ζῆν ὅτι μάλιστα κατ' εὐχήν· δεῖ [2] καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκέψασθαι πολιτείας, αἷς [3] τε χρῶνταί τινες τῶν πόλεων, τῶν εὐνομεῖσθαι λεγομένων· κἂν [4] εἴ τινες ἕτεραι τυγχάνωσιν ὑπό τινων εἰρημέναι, καὶ δοκοῦσι καλῶς ἔχειν· ἵνα [5] τό, τ' ὀρθῶς ἔχον ὀφθῇ, καὶ τὸ χρήσιμον· ἔτι [6] δὲ τὸ ζητεῖν τι παρ' αὐτὰς ἕτερον, μὴ δοκῇ πάντως εἶναι σοφίζεσθαι βουλομένων· ἀλλὰ [7] διὰ τὸ μὴ καλῶς ἔχειν ταύτας, τὰς νῦν ὑπαρχούσας, διὰ τοῦτο ταύτην δοκῶμεν ἐπιβαλέσθαι τὴν μέθοδον. ἀρχὴν [8] δὲ πρῶτον ποιητέον, ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ ταύτης τῆς σκέψεως. ἀνάγκη [9] γὰρ, ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ [10] μηδενός, ἢ [11] τινῶν μὲν, τινῶν δὲ μή. τὸ [12] μὲν οὖν μηδενὸς κοινωνεῖν, φανερὸν ὡς ἀδύνατον. ἡ [13] γὰρ πολιτεία κοινωνία τίς ἐστι. καὶ [14] πρῶτον ἀνάγκη τοῦ τόπου κοινωνεῖν. ὁ μὲν [15] γὰρ τόπος εἷς, ὁ τῆς μιᾶς πόλεως· οἱ δὲ [16] πολῖται, κοινωνοὶ τῆς μιᾶς πόλεως. ἀλλὰ [17] πότερον ὅσων ἐνδέχεται κοινωνῆσαι, πάντων βέλτιον κοινωνεῖν, τὴν μέλλουσαν οἰκήσεσθαι πόλιν καλῶς, ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δ' οὔ, βέλτιον; ἐνδέχεται [18] γὰρ καὶ τέκνων, καὶ γυναικῶν, καὶ κτημάτων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας ἀλλήλοις. ὥσπερ ἐν τῇ πολιτείᾳ τοῦ Πλάτωνος. ἐκεῖ γὰρ ὁ Σωκράτης φησὶ δεῖν κοινὰ τὰ τέκνα, καὶ τὰς γυναῖκας εἶναι, καὶ τὰς κτήσεις. τοῦτο [19] δὴ πότερον, ὡς νῦν, οὕτω βέλτιον ἔχειν, ἢ [20] κατὰ τὸν ἐν τῇ πολιτείᾳ γεγραμμένον νόμον;

QVoniam [1] conſilium atq; inſtitutum noſtrum eſt, de ſocietate ciuili conſiderare, quæ nam ſit omnium optima ijs, qui poſſunt quam maximè ex ſententia uiuere: oportet [2] nos etiam alias reip. adminiſtrandæ formas inſpicere, & [3] quibus utuntur nonnullæ ciuitates, quæ bene moratæ, bonisq; legibus temperatæ dicuntur, & [4] ſi quæ fortè aliæ, aut ab aliquibus dictæ ſint, aut uideātur eſſe bonæ: primùm [5] ut & id, quod rectum, & id, quod utile eſt, ſit in promtu, atq; in oculis omnium poſitum: deinde [6] ut aliquid ab ijs diuerſum quærere, non prorſus hominum ſapientiam & ingenium ſuum oſtentare uolentium eſſe uideatur: ſed [7] propterea quod hæ, quæ nunc ſunt, minùs bonæ ac rectæ ſint, ideirco hanc diſputationem ſuſcepiſſe atque inſtituiſſe uideamur. Sumendum [8] autem initium eſt, quod eſt huius diſputationis maximè proprium natura. Neceſſe [9] igitur eſt, aut ciues omnes omnium rerum eſſe participes ac ſocios, aut [10] nullius, aut [11] quorundam eſſe, quorundam nō. Atque [12] ut nullius quidem rei inter eos ſit cōmunio, fieri non poſſe in promtu eſt. Ciuitatis [13] enim, aut reip. adminiſtrādæ ratio, quā politiā Græci nominãt, ſocietas quædā eſt. At [14] primùm ſanè neceſſe eſt, loci inter eos eſſe cōmunionē. Locus [15] .n. unius ciuitatis unus eſt. At [16] ciues, unius urbis ac ciuitatis participes et ſocij ſunt. Sed [17] utrū præſtāt, quorūcūq; communitas eſſe poteſt, ea omnia eſſe cōmunia in ea ciuitate, quæ ſit bonis inſtitutis uſura, ciuesq; bonos, ac beatos habitura, an aliqua eſſe, aliqua non eſſe, melius eſt? Fieri [18] enim poteſt, ut liberi, & uxores, & poſſeſſiones ſint ciuibus inter ipſos communes, quemadmodum in reipub. adminiſtrandæ forma Platonis. Ait enim ibi Socrates, oportere liberos, & uxores, & res familiaris facultates ac fortunas eſſe communes. Hoc [19] igitur utrū, ut nunc uſurpatur, ita eſſe melius eſt, an [20] ad legem in libris Platonis de legibus ſcriptam accommodatè?

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quia autem ſtatuimus.) Oſtendit ſe nulla hoc ipſo in libro reſpublicas laudatas examinare, ut cognoſcatur, quid in illis rectum eſt, poteritq; ad uſus hominum conferri, etc. oū: ut ſi in hac animaduerſione ſtudio ſuo magno indagarit aliquid, quod relictum ab ipſis fuerit, aut perperam traditum, non putetur id feciſſe deſiderio concertandi & inanem inde gloriam aucupandi: uerùm quia in ipſis aliquid uitij eſt, quæ res ipſum impulerit, ut ſuſceperit hanc curam, propoſueritq; ſibi docere hāc rationem. Igitur purgatum ſe omnibus eſſe uult. & hoc fere propoſitum auctoris eſt in hoc proœmio. Probat autem ſe nullo modo facere poſſe, quin errata aliorum monſtret, ſi officio fungi uelit, poſtquam ſemel hanc diſciplinam tradere in commune induxit. loquitur enim: Quia conſilium noſtrum eſt ſubtiliter uidere de illa communione ciuili & publica, quæ optima eſt omnium illis, qui facultatem habent uiuendi quàm maximè fieri poteſt ex ſententia, & ut optarent: oportet nos non ſolùm exprimere, quod contemplari animo ualemus, uerum etiam alias rationes regendi ciuitatem perſcrutari. Cùm autem intelligerent reſp. inueniri plures, non ſolùm quæ in uſum hominum uenissent, ciuitatum putatarum optimis inſtitutis uti: uerum

etiam

etiam quæ literis mandatæ forent à diſertis uiris, & ipſæ quoque probarentur (reſpondet autem hoc illi, quod ſuprà dixerat de ciuitatibus, bene inſtitutis exiſtimatis: neque enim reſpublicæ, quæ receptæ forent à ciuitatibus minimè probatis, aut ſcriptæ ab aliquibus, eædemq; minimè doctæ iudicatæ, etiam attendendæ. nullus enim inde fructus caperetur) enim inquam hoc dixiſſet, aperuit commoda, quæ inde ducuntur. Nam particulæ illius ἵνα, quam initio poſuit, redditum eſt ὅτι. & quæ ſequuntur. Ζῆν κατ' εὐχὴν, ut multis locis ipſe locutus eſt, arbitror ſignificare id, quod oſtendi, id eſt uiuere, ut optaret aliquis, & quæ ſi precibus uotiſque à dijs immortalibus peteret: quia tanta uis bonorum, tantaq; integritas rerum omnium, non uidetur aliter poſſe obtineri. Cùm igitur aperire uellet ſe de optima omnium, & maximè expetenda rep. præcepturum eſſe, & optima aptiſsimaq; illis, qui uiuere poſſent, ut maximè uolūt & optant, ita locutus eſt. Quare, ſi hoc uerum eſt, non facit huc illa erudita & ſubtilis diſputatio interpretis, qui hinc elicuit, cùm ſint longè alij fines hominum, uarijq; (hi namque finem ponunt uoluptates corporis, alij uerò populares honores, & nonnulli imperij amplitudinem) ex illis finibus aptas eſſe accommodatas ipſis reſpublicas. neque enim nunc quærit aliquid de his finibus, reſpublicæq;, ullæ nunquam inuentæ ſunt quæ ita inſtitutæ forent. Χρῶνται quod inquit, idem uerbum hic uſurpauit, quod in primo de Arte dicendi, cùm inſtitutum optimum narraret inueniri, qui tantum laudarent, arbitrarenturq; recipi oportere: alij uero uterentur ipſo, alterūq; rem geri uetarent. inquit enim de poſtremis his, οἱ δὲ καὶ χρῶνται. Quod uerò infrà, cùm dixiſſet τὸ ὀρθῶς ἔχειν, addidit καὶ τὸ χρήσιμον ſpicor uoluiſſe, & uſui eſſe poſſit. nam quædam fortaſſe inuenirentur, quæ, quanquam bellè ſe habent, non poſſent tamen ad humanos uſus transferri. quæ ut debeant, ut ipſe cenſet, omitti.

Adhuc autem ne quærere.) Quod ſuprà tradidit, uoluit ad docēdum, hoc requirere exquiſitam doctrinā dabis rebus. Quod uerò nunc adiungit, ad auctorem ipſum purgandum facit, finemq; ſuum optimum eſſe demonſtrandum. Cùm enim intelligat ſe occaſione multa improbaturum, diſſenſurumq; magnopere eſſe ab illis: uoluit ſibi munire uiam, ne ſine cauſa reprehendatur, ſophiſtaſq; cupidos concertandi imitari uideatur. metuebat autem meritò hanc culpam in ſe, quam in alijs ſemper exagitarat. Reſpublicas, quas hic ὑπαρχούσας nominauit, ſignificat (ut arbitror) utrunq; genus rerump. id eſt & uſurpatas, ab aliquibus ciuitatibus, & literarum monumentis proditas. eſt id nomen magis conuenire uidetur receptis iam: uerius enim hæ ὑπάρχειν dicuntur.

Initium autem primùm.) Cùm neceſſe foret ipſi facere principium aliquod ſuæ diſputationis, oſtendit ſe, ut debebat, initium ducere ipſius uelle à principio proprio naturaliq; huius rei, de qua ſubtiliter quærendum ſit, id eſt reipublicæ. Quare utitur partitione trimembri (in tot enim partes diuiditur) tribuſq; omnino modis tractari poteſt cōmunio ciuium de republica. Neceſſe enim, inquit, eſt, aut omnes ciues eodem tenore participes eſſe omnium rerum, aut nullius: aut diſtinctis illis, quarundam participes eſſe, quarundam uerò minime.

Nullius quidem eſſe particeps.) Oſtendit ſe, quòd in tria quaſi membra diuiſit rationem communicandi de republica, feciſſe id, ut plenam diuiſionem conficeret: non quia putaret cuncta illa locum hic habere. ſtatim enim medium membrum hinc eijcit, dicens nullo negotio intelligi poſſe id, quod illo continetur, exitum non habere. Quod tamen ratione confirmat. definita republica, aut ſaltem genere ipſius poſito. neque enim plena definitio hæc eſt. Reſp. enim, inquit, communio quædam eſt. Verum autem hoc eſſe docens, inquit, Vt aliæ res omnes omittantur, in quib. ciues ſocij inter ſe ſunt, participeſque ipſarū: negari non poteſt, quin locum communem habeant (hoc enim prorſus neceſſe eſt) nam ſedes una eſt unius ciuitatis ciues autem participes ſunt unius ciuitatis, communiſque ipſa eſt omnibus. Ciuitatem uerò hic appellat locum, in quo uiuunt, & domicilia habent: neque tamen neceſſe eſt anguſtis omnino terminis ipſos definitos eſſe, aut muro eodem cinctos, nam inueniuntur etiam ciuitates ſine muris: & quorum etiam ciues diſtantia inter ſe domicilia haberent, nec tamen ita diſiuncta, ut non facile unà cogi poſſent ad munera ipſorum propria obeunda.

Sed utrum quorumcumque.) Cùm è ſuperiore partitione ſtatim unum, ut ualde alienum, membrum ſuſtuliſſet: utrum duorum reliquorum melius ſit ac magis accommodatum, quærendum dicit, id eſt utrum cunctorum, quæ res paritur ut cōmunia ſint, melius ſit ciues eodem pacto participes eſſe nam non eſt dubium, quin certa quædam ſua propriaq; habere ipſos neceſſe ſit: cuiuſmodi ſunt partes corporis. Caput enim unius, ut ipſius, ita alius cuiuſlibet eſſe non poteſt: & eodem pacto manus ac pedes. hæc enim uidetur ſignificaſſe, cum inquit: Quorum natura fert, ut communio eſſe poſſit. Alterum uerò membrum exponens, inquit: Vel quorundam ſanè, quorundam uerò minimè. Quæ autem poſt hæc addidit, pertinent ad ſuperius membrum. inquit enim: Nam fieri poſſet, ut ciues communes haberent liberos, communes uxores, communes itidem fortunas ac patrimonia: quemadmodum inquit in Politia Platonis. illic enim Socrates affirmat, hæc omnia communia eſſe debere, & nullum ipſorum cuioſquam proprium.

Hoc autē utrum.) Quod inquit, νῦν δὲ, nō puto referre uniuerſam rēp. ſtatūq; ipſius, magna ex parte diuerſum, ſed facere ad cōmunionē oſtendendā, q̃ cōmunio duob. modis adminiſtrari poſſit. i. ut uoluit Plato, & ut in ciuitatib. cuſtoditur. In ipſis enim quoq; tria hæc aliquo modo cōmunia ſunt. nā & uxores & filij iiſdem legibus cōtinentur: & eadē diſciplina ipſorum erat in bene inſtitutis ciuitatibus, ſinguliq; ciues, cùm remp. defendunt, non ſuum tantum patrimonium liberoſque tuentur, uerum etiam reliquorum. quare non ſine cauſa ita quoque bona ipſorum communia dicerentur. Et ſanè ita ipſe infrà loquitur. quod confirmat ſententiā hanc, ubi accedit ad ea ſingillatim refellenda, quæ à Platone dicta ſunt. inquit enim, uel potius, ut nunc in ciuitatibus, meum dicunt. Meum enim & ipſum non eodem pacto capiebatur à Platone, ut à multitudine. Valet igitur, hoc quærendum eſſe, utrum præſtet utiliusq; ſit capere communia eſſe omnia, ut nunc uulgò loquimur: ſiue, ut Plato capiebat, qui penitus communia illa ac ſine ullo diſcrimine publica eſſe uolebat.

κατ' εὐχήν. Alia eſt ſimpliciter optima Reſpub. ut lib. 4. docet, uelut idea reliquarum omnium, quæ fortaſsis nullibi reperitur: alia ſecundum quid, pro præſenti ſcilicet conditione perſonarum, loci, temporis. In illa ciues ipſi Reip. accommodantur, In hac uerò Reip. inſtitutio ipſis ciuibus. Et hoc eſt quod hic ait, κατ' εὐχήν, ex uoto & ſententia eorum, qui in unam ciuitatem conuenerunt.

τὴν μέθοδον. Doctrinam de optima Reip inſtitutione. Ab inſtrumento docendi effectus nomen trahit.

ἀρχὴν δὲ τὸ κοινωνεῖν.) Optimam Reip. formam indagatuel, ueluti baſim ſtatuamue geoit ipſum, Cōmunitatem ſcilicet. Omnis enim ſocietas eſt communitas. At Reſpub. eſt ſocietas. Ergo etiam communitas. Si communitas, uel omnium, uel nullorum, uel aliquorum.

De forma *Reip. tanquam de altero principe ſcientiæ Politicæ ordine cōpoſituo tradendæ diſputationē*
- Propoſuit. *De diſputationis ſcilicet*
  - Materiam *hūc modum:*
    - *Qui de optima Repub. conſiderationem inſtituit, non quid ſibi uideatur tantùm, ſed etiam quid ab alijs ſit inſtitutum dictūmue, perpendere, nec ratione tantùm, ſed ſenſu quoq; uti debet, præceptis ſimul & exemplis inter ſe collatis.*
    - *At nos de optima Rep. agere inſtituimus. N. 1.*
    - Ergo *etiam aliarum Reſp. perpendere debemus. N. 2. Tum eas quæ actu*
      - Sunt, *uel fuerunt olim. N. 3.*
      - Non *ſunt, ſed ab alijs tamen ingenioſè excogitatæ, & imaginarijs legibus inſtitutæ fuerunt. N. 4.*
  - Fine. *Hic duplex eſt: alter reſpectu*
    - Rei. *Vt hac mutua collatione & ueritas eluceſcat, & utilitas Rerumpublicarum promoueatur. N. 5.*
    - Perſonæ, *Ariſtotelis ſcilicet. Vti diſputationem hanc ſuſcepiſſe uideatur*
      - Non *ambitioſè, ad oſtentandam ſapientiam N. 6.*
      - Sed *philoſophicè, ad ueritatem declarandam. N. 7.*
- Aggreditur. *Vide ſignum A.*

A. Diſpu-

A. Diſputationē de Forma Reipub. aggreditur

- **Vniuerſim.** *Totius enim diſputationis baſim, Cōmunitatem ſcilicet rerum politicam,*
  - **Proponit** *per diuiſionem. Formam Reip. optimā inquirimus. Ea aūt in genere eſt communio. N. 8. Quæritur ergo, Vtrum ciues eiuſdem Reip. res inter ſe communes*
    - **Omnes** *uel habere*
      - **Debeant** N. 9.
      - **Non** *debeant.* N. 10.
    - **Quaſdam** *habere, quaſdam non habere debeant.* Num. 11.
  - **Declarat.** *Communionem inter ciues*
    - **Non** *dari penitus, falſum eſſe, oſtendit tum in*
      - **Genere.** N. 12.
        - **Omnis** *communio in aliquibus communicat.*
        - **Reſpublica** *omnis eſt communio.* N. 13.
        - **Ergo** *Reſp. omnis in aliquibus communicare debet.*
      - **Specie,** *exemplo Loci.* Num. 14.
        - **Vrbs** *una loco uno communi continetur.* N. 15.
        - **At** *Ciues unam urbem colunt.* N. 16.
        - **Ergo** *Ciues uno loco communi continentur. Reſp. propter loco ſaltem communicant, ſi nulla re alia.*
    - **Dari,** *uerum quidem eſſe aſſerit, ſed omniumne, an quorundam tantùm communio melior ſit, id uerò dubitabile eſſe.* N. 17. *Exemplo declarat Platonicæ Reipub.* (*ut ita ſenſim ad illius opinionem examinandam tranſitum paret*) *in qua omnium rerum, tum animatarum, tum inanimatarum, mulierum, liberorum, fortunarum, communitas erat.* N. 18. *Quæ quidem Reſp. à Platone conficta, cùm ſpecie optima eſſe uideatur, & propterea etiam forma cōmunionis uiti præſtantiſſima: merito dubitatur, utra cōmunitas politica melior ſit, eáne quæ*
      - **Vſitato** *more honores tantùm & commoda & onera quædam communia eſſe ſinit: liberos uerò & uxores & facultates cuiq; proprias eſſe iubet.* N 19.
      - **Inuſitato** *more omnia communia eſſe uult.* N 20.
- **Singillatim,** *Communitatis ſpecies uarias enarrās. Et quidem communionem Reipub. ex ſententia*
  - **Aliorum** *introductā examinat, tum eius quæ*
    - **Theorica** *imaginatione tantùm excogitata fuit à Platone, Phalea, & Hippodamo. A Cap. II. uſq; ad Cap. IX.*
    - **Hiſtoricè,** *hoc eſt reipſa, uel ætate Ariſt. uel etiā ante illum floruerit: qualis eſt Lacedæmoniorum, Cretenſium, Carthaginenſium & Athenienſium. A Cap. IX. uſq; ad finem libri.*
  - **Sua,** *toto* LIB. III. *perſequitur.*

CAPVT II.

Opinionem Platonis de Reipub. optima conſtitutione, primam, libris decem de Repub. comprehenſam examinat: & Vxorum & Liberorum cōmunitatem, per quam ciuitatis unionem introducere conabatur, per ἔνστασιν *impugnat.*

CONtinet[1] aūt in ſe moleſtias & alias multas, eſſe omnium uxores communes: &[2] propter quam cauſam affirmat lege inſtitui hoc debere, nó perſpicitur uſu uenire è rationibus. Præterea[3] ad finem, quem ait oportere ciuitati adeſſe, ut nūc quidem dictum eſt, fieri nó poteſt. Quomodo[4] aūt opus eſt diuidere, nó eſt definitū. Dico[5] aūt unam eſſe omnē ciuitatem, quod optimum in primis eſt. Sumit eni hoc ſolū ac fundamentū Socrates. Atq[6]

[Ε]ΧΕΙ[1] δὴ δυσχερείας ἄλλας τε πολλὰς τὸ πάντων εἶναι τὰς γυναῖκας κοινάς· ἐ[2] δι' ἣν αἰτίαν φησὶ δεῖν νενομοθετῆσθαι τὸν τρόπον τοῦτον ὁ Σωκράτης, οὐ φαίνεται συμβαῖνον ἐκ τῶν λόγων. ἔτι δὲ[3] πρὸς τὸ τέλος, ὅ φησι τῇ πόλει δεῖν ὑπάρχειν, ὡς μὲν εἴρηται νῦν, ἀδύνατον· πῶς[4] δὲ δεῖ διελεῖν, οὐδὲν διώρισται. λέγω[5] δὲ τὸ μίαν εἶναι τὴν πόλιν πᾶσαν, ὡς ἄριστον ὂν ὅτι μάλιστα. λαμβάνει γὰρ ταύτην ὑπόθεσιν ὁ Σωκράτης. καί τοι[6] φανε-

CVm[1] multas autem alias habeat difficultates uxorū inter omnes ciues cōmunitas, tum id,[2] propter quod ait oportere Socrates huiuſmodi legem eſſe latam, nō efficitur neque euenit ex rationibus. Præterea[3] ad eum finem, quem ait ciuitatibus propoſitum eſſe oportere, quemadmodum nūc quidem dictum eſt, hoc inſtitutum nullo modo peruenire poteſt. Quomodo[4] autem hoc ſit diſtinguendum, quóue modo intelligēdum, nihil eſt definitum neq; explicatum. Dico[5] autem, unam eſſe totam ciuitatem, proinde quaſi res ſit longe optima. Hoc enim ſupponit, & à ſe ſuppoſitum ſumit Socrates. Atq;[6]

 perſpi-

planum eſt ciuitatē progrediētē & factā magis una, ne ciuitatē quidē futurā. Multitudo [7] enim quędā natura eſt ciuitas: facta [8] aūt magis una, domus quidem è ciuitate, homo aūt è domo erit. Magis [9] enim unā domū, quàm ciuitas ſit, diceremꝰ eſſe: & unū hominē, quàm domus. Quapropter [10] quáuis poteſtatē aliquis haberet hoc efficiendi, nō tñ ei efficiendū eſſet: interimet [11] enim ciuitatē. Nō [12] ſolùm aūt è plurib. hominib. eſt ciuitas, uerumetiā è ſpecie differētibus. Nō [13] .n. cōſlatur ciuitas è ſimilib. Aliud [14] .n. eſt ſocietas in bello, & ciuitas. Hoc [15] nāq; ꝓdeſt quātitate, quáuis idē fuerit ſpecie. Auxilij [16] enim ferēdi cauſa ſocietas exorta eſt, quéadmodū [17] ſi pondus magis deprimat. Huiuſcemodi [18] enim quodā diſcrepabit & ciuitas à gente, qñ nō per pagos fuerint multitudine ſeiuncti, ſed ut Arcades. E [19] quib aūt opus eſt unū fieri, ſpecie differunt. Quare [20] æquale mutuū tuetur ciuitates, quéadmodū [21] in libris de Moribus dictū eſt prius. Quia [22] & in liberis & ęqualib. neceſſe hoc eſſe. Simul [23] .n. fieri non poteſt, ut oēs imperiū habeát: ſed uel interpoſito anno, uel ſeruato alio ordine aut tépore. Et [24] cótingit iam hoc pacto, ut omnes imperiū habeát: quéadmodū [25] ſi mutarentur inter ſe ſutores, & fabri, & nó ijdē ſemp ſutores & fabri eſſent. Quia [26] autē præſtat ſic ſe habere, & ea, quæ faciunt ad ciuilē cómunionē: planū eſt, ſatius eſſe eoſdem ſemper imperiū habere, ſi fieri poteſt. In quib. [27] aūt nō poteſt (quia [28] cuncti natura æquales ſunt) ſimul [29] aūt iuſtū eſt (ſiue [30] bonū ſiue malū ſit imperium habere) oēs ipſi participes fieri: in [31] his utiq; imitari, uiciſsim ęquales cedere pariter illis, qui prius imperarēt: hi nāq; imperiū habēt, hi aūt uiciſsim parēt táquā alij facti. Eodē [32] iam modo imperantibus, alij alia imperia gerūt. Perſpicuū [33] igitur ex his, naturā huius rei non pati, ut ſic fiat una ciuitas, quemadmodū quidā dicunt: & [34] quod dictum eſt ut maximū bonum in ciuitatibus, ciuitates interimere. Atq [35] bonū ſingularū rerū cōſeruat ſingulas. Eſt [36] aūt & alio modo planū, nō eſſe melius eniti ciuitatem unā reddere.

Domus

φανερόν ἐστιν ὡς προϊοῦσα καὶ γινομένη μία μᾶλλον, οὐδὲ πόλις ἔσται. πλῆθος [7] γάρ τι τὴν φύσιν ἐστὶν ἡ πόλις. γινομένη [8] τε μία μᾶλλον, οἰκία μὲν ἐκ πόλεως, ἄνθρωπος δὲ ἐξ οἰκίας ἔσται. μᾶλλον [9] γὰρ μίαν τὴν οἰκίαν τῆς πόλεως φαίημεν ἄν, καὶ τὸν ἕνα τῆς οἰκίας. ὥστ' [10] εἰ καὶ δυνατός τις εἴη τοῦτο δρᾶν, οὐ ποιητέον· ἀναιρήσει [11] γὰρ τὴν πόλιν. οὐ μόνον [12] δ' ἐκ πλειόνων ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ ἐξ εἴδει διαφερόντων. οὐ [13] γὰρ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων. ἕτερον [14] γὰρ συμμαχία καὶ πόλις. τὸ [15] μὲν γὰρ τῷ ποσῷ χρήσιμον, κἂν ᾖ τὸ αὐτὸ τῷ εἴδει. βοηθείας [16] γὰρ χάριν ἡ συμμαχία πέφυκεν. ὥσπερ [17] ἂν εἰ σταθμὸς πλεῖον ἑλκύσῃ. διοίσει [18] δὲ τῷ τοιούτῳ καὶ πόλις ἔθνους, ὅταν μὴ κατὰ κώμας ὦσι κεχωρισμένοι τὸ πλῆθος, ἀλλ' οἷον Ἀρκάδες. ἐξ [19] ὧν δὲ δεῖ ἓν γενέσθαι, εἴδει διαφέρει· διόπερ [20] τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σῴζει τὰς πόλεις, ὥσπερ [21] ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον. ἐπεὶ [22] καὶ ἐν τοῖς ἐλευθέροις καὶ ἴσοις ἀνάγκη τοῦτ' εἶναι. ἅμα [23] γὰρ οὐχ οἷόν τε πάντας ἄρχειν, ἀλλ' ἢ κατ' ἐνιαυτὸν, ἢ κατά τινα ἄλλην τάξιν, ἢ χρόνον. καὶ [24] συμβαίνει δὴ τὸν τρόπον τοῦτον, ὥστε πάντας ἄρχειν· ὥσπερ [25] ἂν εἰ μετέβαλλον οἱ σκυτεῖς, καὶ οἱ τέκτονες, καὶ μὴ οἱ αὐτοὶ ἀεὶ σκυτοτόμοι καὶ τέκτονες ἦσαν. ἐπεὶ [26] δὲ βέλτιον οὕτως ἔχειν καὶ τὰ περὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πολιτικὴν, δῆλον ὡς τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ βέλτιον ἄρχειν, εἰ δυνατόν. ἐν [27] οἷς δὲ μὴ δυνατὸν (διὰ [28] τὸ τὴν φύσιν ἴσους εἶναι πάντας) ἅμα [29] δὲ καὶ δίκαιον (εἴτ' [30] ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον τὸ ἄρχειν, πάντας αὐτοῦ μετέχειν) ἐν [31] τούτοις δὲ μιμεῖσθαι τὸ ἐν μέρει τοὺς ἴσους εἴκειν ὁμοίως τοῖς ἐξ ἀρχῆς· οἱ μὲν γὰρ ἄρχουσιν, οἱ δ' ἄρχονται κατὰ μέρος, ὥσπερ ἂν ἄλλοι γενόμενοι. τὸν [32] αὐτὸν δὴ τρόπον ἀρχόντων ἕτεροι ἑτέρας ἄρχουσιν ἀρχάς. φανερὸν [33] τοίνυν ἐκ τούτων, ὡς οὔτε πέφυκε μίαν οὕτως εἶναι τὴν πόλιν, ὥσπερ λέγουσί τινες. καὶ τὸ [34] λεχθὲν ὡς μέγιστον ἀγαθὸν ἐν ταῖς πόλεσιν, ὅτι τὰς πόλεις ἀναιρεῖ. καίτοι [35] τό γε ἑκάστου ἀγαθὸν σῴζει ἕκαστον. ἔστι [36] δὲ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον φανερὸν, ὅτι τὸ λίαν ἑνοῦν ζητεῖν τὴν πόλιν, οὐκ ἔστιν ἄμεινον.

perſpicuum eſt, ciuitatem longius progreſſam, & magis ac magis unam effectam, ne ciuitatem quidem futuram. Multitudo [7] enim quadam eſt ciuitas natura. Quòd [8] ſi magis fiat una: & ex ciuitate domus, & ex domo homo exiſtet. Domū [9] enim magis unā, quàm ciuitatem: & hominē magis unū, quàm domum, dixerimus. Itaq; [10] quamuis poſsit aliquis hoc efficere, non eſt faciendum tamen. Ciuitatem [11] enim tollet, funditusq́; delebit. Non [12] enim ſolùm ex pluribus hominib. conſtat ciuitas, uerùm etiam ex hominib. ſpecie, id eſt, ordine & fortuna & inſtituto uita differentibus. Nam [13] non fit ciuitas ex ſimilibus. Aliud [14] .n. eſt belli ſocietas, aliud ciuitas. illa [15] enim magnitudine & numero utilis eſt, etiam ſi ſpecie ſit eadem. Auxilij [16] enim cauſa belli ſocietas comparata eſt natura: quemadmodum [17] ſi maius pondus plus trahat atq; auferat. Tali [18] autem re differet & ciuitas à gente, ubi unius gentis multitudo non per uicos diuiſa erit, ſed Arcadum more diſperſa. Ex [19] quibus autem rebus unū fieri oportet, ea res ſpecie inter ſe differunt. Quapropter [20] æqualitas mutua & reciproca ciuitates tuetur & conſeruat incolumes, quemadmodū [21] in libris de Moribus antea dictū eſt. quoniā [22] & in liberis hominibus atq; æqualib. neceſſe eſt hoc ineſſe. Fieri [23] enim nō poteſt, ut ſimul gerāt magiſtratus, ſed aut ſingulis annuos, aut alio quodā ordine aut tēpore. Atq; [24] hoc modo euenit, ut omnes reip. præſint, gerantq́; magiſtratum: quemadmodum [25] ſi ſutores & fabri inter ſe alternarent, & non ſemper ſutores eſſent, & fabri. Quoniam [26] autem præſtat artifices omnes ita eſſe, ut ſunt: in ijs quoq;, quæ ad ſocietatem ciuilē pertinent, nimirum ſatius eſt, eoſdem ſemper præeſſe, ſi fieri poſsit. Apud [27] quos autem hoc fieri non poteſt (quia [28] omnes ſunt æquales natura) ſimulq́; [29] quia iuſtū eſt (ſiue [30] bonū ſiue malum ſit reip. præeſſe, & magiſtratū gerere) omnes eius eſſe participeis: apud [31] eos præſtat uiciſsitudinē imitari, ut æquales uiciſsim cedāt nouis magiſtratibus, ſimiliter atq; ij, qui initiò præfuerunt, alijs conceſſerunt. alij enim gerunt magiſtratum, alij parent uiciſsim, uelutì alij facti. Ad [32] eundē igitur modum eorum, qui reip. præſunt, alij alios magiſtratus gerunt. Licet [33] igitur ex his intelligere, neq; ciuitatis naturā ferre, ut ita fiat una, quemadmodum dicūt quidam: & [34] id quod ab illis quàm maximū bonum in ciuitatibus dictum eſt, ciuitates perdere ac delere. Atqui [35] cuiuſq; rei bonū unāquāq; rē cōſeruat. Perſpicuū [36] etiā ex alia ratiōe eſt, ſtudere ciuitatē plꝰ nimio unā facere, nō eſſe utile.

Domus

Domus [37] enim abundantior eſt, quàm unus: ciuitas [38] autẽ, quàm domus. Et [39] uult iam tunc ciuitas eſſe, quando contigerit cõmunionem multitudinis contentam ſuis bonis eſſe. Siquidem [40] igitur magis expetendum eſt, quod magis cõtentũ ſuis bonis eſt: & quod [41] minus unum eſt, quã quod magis, optabilius erit.

οἰκία [37] μὲν γὰρ αὐταρκέστερον ἑνὸς, πόλις [38] δ᾽ οἰκίας. καὶ [39] βούλεταί γ᾽ ἤδη τότε εἶναι πόλις, ὅταν αὐτάρκη συμβαίνῃ τὴν κοινωνίαν εἶναι τοῦ πλήθους. εἴπερ [40] οὖν αἱρετώτερον τὸ αὐταρκέστερον, καὶ [41] τὸ ἧττον ἓν τοῦ μᾶλλον, αἱρετώτερον.

Domus [37] enim res quædam eſt ſuis ipſa copijs magis contenta, quàm homo unus: ciuitas [38] quàm domus. Et [39] uerò uidetur tum demum propriè ciuitas eſſe, cum euenit, ut multitudinis ſocietas ſuis ipſa opibus & copijs cumulata atque contenta uiuat. Si [40] igitur quod ſuis ipſum opibus magis contentum eſt, optabilius eo eſt, quod eſt minus: ergo [41] & quod minus eſt unum, eo quod eſt magis, optabilius eſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Continet autem in ſe) Hoc initium eſt copioſæ diſputationis contra remp. Platonis. Orditur autem ipſam à communione uxorum, quam uir ille maximè probarat: ipſam autem ſequebatur, ut filij quoq; ex illis nati communes eſſent: quia incertum erat, ex cuius ſemine procreati forent. Habere igitur, inquit, in ſe hoc inſtitutum difficultates alias multas, quas non commemorat, ſi quis uelit id recipere: & non ſolùm uitia illa & mala, quæ conſequentur, quod uelle poteſt aliquid ad nos inde reuocandos. Primùm autem hoc eſt, quod in ea reprehendit ſecundum uerò quod inquit, Et præterea cauſa propter quam Socrates apud ipſum affirmat, oportere hoc decerni, non perſpicitur iuſta eſſe huius moris recipiendi, quorum ex ſermonibus illius argumentiſq; intelligere licet. Δυσχερείας appellatæ ſunt res nonnullæ, quæ impediunt factum aliquod, nec facile ſinunt ipſum ad exitum perduci. Vſus eſt Plato quoque hoc uerbo in 6. libro de Republica, de eadem re loquens: intellexitque ipſe moleſtias ac difficultates, quæ neceſſariò ſubeundæ ab eo, qui (ut ipſe fecit) communionem mulierum & liberorum in ciuitatem inducere uelit.

Præterea ad finem.) Tertium hoc eſt, quod in hoc inſtituto reprehendit. inquit enim, non poſſe ullo pacto perueniri ad finem eum, quem putat utilem admodum ciuitati & ſummo ſtudio ab ipſa procurandum, ut ipſe rem narrauit, & in illis ſuis ſermonibus expoſuit. Nec tamen ipſum ait demonſtraſſe, quomodo id diuidi explicariq; poſſet: quod quartò accuſat. Cùm enim uellet uxores eſſe communes, legemq; ferret magnopere alienam à moribus eius ætatis Græcorum, & quæ illico intelligitur obſtructa eſſe difficultatibus plurimis: uidebatur debuiſſe apertè rem tradere. Neque enim ſatis eſt communiter quædam documenta dare, & illa quidem ardua: quomodo autem exitum ipſa habere poſſint, ſingulisq; perſonis iniungi, non docere.

Dico autem unam.) Hus (niſi fallor) ualet ad demonſtrandum, quem finem ipſe ſupra intellexerit, cùm inquit, rationem, quam tradidit, minimè id efficere. Docet enim, ſe uelle accipi, quòd ciuitatem uniuerſam eſſe unam, optimum eſſe dixiſſet. affirmat enim hoc uti Socratem tanquam ſolo quodam ac firmamento ſuæ rationis: in quo poſtea quaſi adſtruit ædificatq; cætera, quæ fabricat, noua & inuſitata. Euertit igitur primò hoc Socratis fundamentũ, ut fabricã ipſius omnem teneret, ac labefactet.

Atqui planum eſt.) Inſimulat eundem, quòd dixerit, ciuitati optimum eſſe, fieri ipſam, quam maximè poteſt, unam. Docet enim ita potius ciuitatem extinctum, quàm meliorem redditum iri: terminum enim aliquem requirere hunc progreſſum ad unitatem, nec rem ulterius ſemper progredi debere, ut ſibi ipſi exitium afferret: quod oſtendit prorſus futurum, niſi ſeruetur in eo modus. In qua ſententia, quod inquit, καὶ γινομένη μία μᾶλλον: eſt declaratio eius, quod antecedit, προϊοῦσα. confirmat autẽ id hoc pacto: Ciuitas enim natura multitudo quædam eſt. Quædã autem, inquit, ut apparet, quia non omnis numerus multitudoq; hominum etiam ipſorum, ne dum aliarum rerum, eſt ciuitas. Exercitus enim quoq; multitudo mortalium eſt, nec tamen ciuitas. In primo quoq; οἰκονομικῶν dixit, ciuitatem multitudinem eſſe domorum, & regionis, & patrimonij: domorũ autem, id eſt familiarum. Quo etiam in loco iudicauit, quis finis foret quantitatis huius ipſius. Addit autẽ, ciuitas facta magis una, domus pro ciuitate reddetur. Quòd ſi quis etiam ulterius perget, homo pro domo familiaq; efficietur. nam non eſt dubium quin magis unam domum aliquam, quàm ciuitatem dicere debeamus (recedit enim magis à multitudine) & eodẽ pacto hominem, quàm domum. Concludit autem poſt hæc, ſi obtineri etiam hoc ipſum poſſet, nullo modo nos oportere in hãc rem incumbere: interimeremus enim ciuitatem, quam tueri atque ornare uolumus. Significauit autem aliquo modo difficultatem huius rei. uel potius, unũ hoc eſſe eorũ, quæ effici non poſſunt declarauit, dicens Si quis hoc præſtare ualeret.

Non ſolum autem.) Non ſolùm è pluribus numero hominibus tradit oportere ciuitatem conſtare, uerum etiã è diſparibus ſpecieq; inter ſe diſcrepantibus: atque hoc, ut probet, quod dixit, corrumpere ciuitatem, qui ſtudeant ipſam nimis unam facere. Quod enim unum idemq; eſt, intelligitur ſibi ipſi omnibus partibus reſpondere: quæ tanta ſimilitudo nullo modo apta eſt ciuitati conſtituendæ. contrarium enim potius facit. Demonſtrat autem conſtare non poſſe ciuitatem è ſimilibus primùm, hoc pacto: id eſt, docens longè aliud eſſe ciuitatem, & communionem conſenſumq; duarum pluriumue gentium ad bellum ſimul gerendum, fineſue ſuos tuendos: ſocietatem namq; hanc è ſimilibus fieri uidemus. Qui igitur hoc non cogitaſſet, peccaret, putans, idem uſu uenire in una ciuitate. quod contingit in pluribus, quæ iure hoc fœderéq; inter ſe iunctæ ſint. Inquit igitur prodeſſe hoc, utilitateſq; magnas ferre quantitate ſua, & ſi paria fuerint auxilia. Quod enim duo, exempli cauſa, legiones moliri nequeunt, quatuor efficient, & tamen omnes hi pedites erunt: eadem ratio eſt cæterarum rerum, quæ uictoriam adiuuant. Nullam autem, inquit, aliam ob cauſam coeuntur hę ſocietates, niſi ob pericula depellenda, copiaſq;, quibus hoc obtineri poſſit, augendas. Planius autem facere hoc uolens, utitur ſimili: Quemadmodum, inquit, onus maius, eiuſdem enĩ rei, magis lancem deprimit. ita enim locus accipiendus, non ut quidam fecerunt, qui in hoc lapſi ſunt: ἑλκύσει enim ualet quod dici, facereq; demum, ut lanx altera deorſum feratur. Animaduertendum uerò, non capere hic ſummum doctorem, ἔθνει διαφέρουσιν, ut plerumq; ſolet. iſte enim ferè dicuntur ab ipſo homines diſcrepare ab equis, bubus, aſellis, canibus. Longè enim aliæ ſpecies ſunt animantium harum, atque hominis. Hic autem diſcrepare dicuntur homines ab hominibus ob alias artes, quas colunt, & quia ſors conditioq; uitæ ipſorum diuerſa eſt.

Huiuſcemodi enim quodam.) Confirmat quod dixit, noua ratione. Eodem enim pacto, inquit, quo declaratum eſt diſcrepare ciuitatem à ſocietate in bello gerendo, diſcrepabit etiam ciuitas à natione. nam in natione genteq; omni ſunt eædem artes conditioneſq; hominum, quæ in ciuitate: neque tamen, ſi quis propriè loquetur, gens una ciuitas uocabitur. Excipio, inquit, ſi omnes ciues ipſius, totaq; illa multitudo, quæ ciuitatẽ conſtet, non fuerint per pagos diſtincti: quod contingit in nonnullis ciuitatibus, & antiquitus fortaſſe uſu ueniebat Athenienſibus, antequam Theſeus ipſos in unam urbem compuliſſet. Vt ſunt autem, addidit, nunc Arcades, è quibus diſtantibus inter ſe interuallis locorum, domiciliaq; habentibus ualde diſiuncta, conficiebatur tamen ciuitas.

E quibus autem unum eſt.) Tertium hoc eſt argumentum, quo idem conſtituit, oportere, inquam, cõfieri ciuitatem è diſſimilibus. Affirmat autem hoc uſu uenire in omnibus rebus compoſitis, ut ſcilicet partes ipſarum diſſimiles ſint, ſpecieq; inter ſe diſcrepent: noſq; hoc ita prorſus ſe habere nullo negotio intelligere poſſumus Ex quibus enim, inquit, unum gigni efficiq; debet, oportet illa diuerſa eſſe, ut ſunt diuerſæ, ſpecieque inter ſe differentes partes, quæ animal componunt, membraq; ipſius Hoc autem, ut ſua ui planum apertumq;, non probat, ſed ſumit. Quis enim eſt, qui neſciat animal concretum eſſe è carne, oſſibus, neruis, ſanguine, uenis. Statim autem, cùm uideri alicui poſſet hoc fons eſſe origoq; magnorum malorum, minimeq; accommodatum publicæ quieti: cõſtare, inquam, ciuitatem è tantopere diſſimilibus hominibus: docet inuentum eſſe remedium ipſius, & quod quietos illos contentoſq; reddat. Illud autem eſſe docet æqualitatem, quæ naſcitur à iure illo, quod uocatur ἀντιπεπονθός. neque enim hoc tantum ualet talionis pœnam, cùm par ſupplicium detrimento impoſito auctori iniuriæ adfertur: ſed etiam, cùm omnia ad æqualitatem rediguntur, ut hoc loco manifeſtò capi debet. Hoc uerò ſapienter excogitatum eſſe adiungit, ad ſalutem dandam reipublicæ, liberandamq; ciuitatem omnibus incommodis, quæ aliter illic neceſſariò orirentur. De hoc autem genere iuris

diſputatum eſſe dicit in libris de Moribus. in V. enim [illegible], quæ ſcripſit ad Nicomachum, diligẽter hoc explicuit. Sed etiam in primo illorum de Moribus librorum, qui uocantur [illegible]: quod ipſum etiam feciſſe exiſtimãdum eſt in illis, quos ſcripſit ad Eudemum Cyprium, ſodalem ſuum, non ſolum doctum uirum et philoſophum, uerum etiam bonum et fortem militem. Vbicunq; enim diligenter diſſeruit de iuſtitia, debuit hoc genus iuris, ortum à Pythagoreis, ac ualde celebratum è poetis, tangere. Sed cùm hi magna ex parte uetuſtate abſumti ſint, in alijs ipſorũ partibus locus omnis, in quo præceperat de iuſtitia, unà cum duobus libris, qui ipſum ſequuntur, interijt. Nam qui nunc in excuſis illic legitur quartus, ſuppoſitus pro amiſſo à quopiam fuit, qui damnum datum à tempore, ut potuit, ſarcire ſtuduit: eſt enim apertè quintus eorum, quos miſit ad Nicomachum filium. Quod declarant non ſolùm ſententiæ penitus eædem, uerum etiam uerba nunquam immutata. cùm in primis tribus libris ſit ualde uarie uel uſus earundem rerum tractandarum, & ſententiæ ipſæ, non ſolum uerba (quemadmodum etiam in ijs, quæ reſtant) extrema eius operis, ſed ualde mutilata & corrupta.

Quia & in liberis.) Hoc ipsũ eſt è ſuperiore parte. Affirmat autem [illegible], quod notatur, requiri, oportereq; omnino eſſe, ubi ſunt liberi homines & æquales. neque enim liberi nati perpetuam ſeruitutem patiuntur: & in æqualibus non exiſtit, qui tantum uirtute præſtet, ut ſemper imperium habere debeat. Si namque ingenui cuncti forent, nec tamen æquales, quia unus excelleret inter illos mirum in modum, æquo animo reliqui ipſi parêrent: ut fit in regno. Cùm autem ſimul & liberi & pares ſint, in imperio quoque gerendo decet illos pares eſſe. Simul enim, inquit, nõ poſſunt omnes imperium habere. neceſſe enim eſt, ubi ſunt qui imperent, illic ſint etiam qui obtemperent. Hoc igitur pacto ſolum id adminiſtrari poteſt, ſi interpoſito ſpatio anni unius id fiet uel ordo aliquis, qui idem efficiat, tempúsque adhibitum fuerit. Quod ad tempus facit, ſignificauit idem in libris de Legibus M. Cicero, cũ tulit hanc legem: Eundem magiſtratum, niſi interfuerint anni X. nequis capito. Nos etiam in inſtitutis noſtris hoc ſeruamus. Cùm enim leges non patiantur, niſi poſt certa quædam definitaq; ſpatia quempiam iterare magiſtratum, ſed planè id uetent: inde nos, à uetando inquam, morem hũc inſtitutumq; appellamus: & qui prohibetur lege magiſtratum capere, quia ipſum prius geſsit, nondum elapſo iuſto tempore, uetari ipſum dicimus.

Et iam inuentum.) Excogitatam eſſe dicit utiliter rationem hanc, uſuq; uenire ita, ut omnes imperium habeant. Simili autem hoc illuſtrare uolens, inquit: Quemadmodum ſi mutentur ſutores ac fabri inter ſe, & non ſemper ijdem aut ſutores, aut fabri ſint: ſed è ſutoribus fabri fiant, & è fabris ſutores. Idem enim aliquo modo eſt, cùm tantopere uariæ ſint perſonæ ciuium, ut qui antea imperium habebant, priuati fiant: & qui priuati prius erant, quod opus facto ſit illis, poteſtatem huius rei nacti, præcipiant.

Quia autem præſtat.) Oſtendit, ut ex hoc ſimili inde etiam hunc fructum capi, ſi fieri poſſet, ſatius futurum fuiſſe euſdem ſemper in rep. imperium habere: ita enim propter magnum uſum rerum, continuatumq; imperium eſſent prudentiores, magisq; idonei reip. regendæ: quemadmodum uidemus opifices meliores eſſe, qui diu eaſdẽ artes exercuerſt, ætatemq; omnem in ipſis contriuerunt. inquit igitur. Quoniam autem uidemus eodem pacto ſe habere, quæ faciunt ad communionem ciuium, ut res ſe habet apud opifices, qui non mutant artes, ſed dum uiuunt, eaſdem officinas colunt: exemplo illorum melius foret eoſdem ſemper imperium habere, ſi obtineri poſſet. Non eſſet autem difficile, ubi unus aut pauci tantùm cæteris antecellunt, ut hi digni ſint, qui clauum Reip. perpetuò teneant: reliqui autem, qui dicto ſemper audientes illis ſint.

In quibus autem non poteſt.) Vbi autem, inquit, id ab ipſis non impetraretur, quia natura ingenioq; pares inter ſe ſunt: in ijs hoc inuentum eſt, quod ſpeciem ſimilitudinemque illius habet, ut ipſi cedant obtẽperentq; ſingillatim illis, qui antea parebant ipſis. Nam in hoc genere hominum hi imperium habent, hi uerò ſeruiunt, ſeruatis uicibus: qui aliquo modo alij fiunt mutanturq;, ut ſupra de opificibus illis dictum eſt. Animaduertendum autem auctorem, antequã ſententiam abſolueret, [illegible], in mediam illam inculcaſſe nouam ſententiam: qua oſtendit id quod dixit, præterquam quod unum ex illis eſt, quæ non poſſunt effici, ut ſcilicet ubi perſonæ pares ſunt, ibi non omnes aliquando perueniant ad eaſdem honores: eſſe etiam iuſtum, ut hoc, quod dicimus imperium habere, deguſtetur ab omnibus, ſiue bonum id ſit, ſiue malum. In libera enim ciuitate, & ubi cuncti pares dignitate ſunt, decet omnes participes eſſe omnium rerum, ſiue iucundæ ipſæ ſint ſiue moleſtæ. Non ſine cauſa autem de imperio dubium ſe incertumq; eſſe mõſtrauit. cùm enim in ſe habeat dignitatem plurimam, non uacuum eſt etiam à malis non paruis, propter magnos & aſsiduos labores, quos ſuſtinent, ſi officio fungi uelint, qui ad ipſum perueniunt, & pericula etiã, quæ neceſſariò ſubeũt. Vnde apud Euripidem ita regum Agamemnon laudat ſenem hominem, qui inglorius ſit ad extremum ætatis peruenturus, beatumq; eum prædicat. Non uidebatur autem ita durum, ut probari non poſsit, id commiſiſſe Ariſtotelem nam alij etiam optimi auctores hoc aliquando fecerunt. Sed tamen ſuperſedebo nunc exemplis, quia aliàs hoc ſedulò feci: nec ſanè ſenſus ullus idoneus aliter ex his uerbis capitur. In ijs, quæ prima ſequuntur, poſt [illegible], ſcrupulus eſt: uarias enim lectionis perſpicitur in exẽplari ſuo habuiſſe [illegible], non indefinito tempore [illegible]: quæ lectio fortaſſe uerior, certe planior, quaſi dicat inuentam eſſe uiam eius boni obtinendi. ſi namq; mutatis temporibus imperium & obſequium mutatum fuerit, res belle ſe habebit, omnéſque illic concordes uiuent. Qui peruulgatam lectionem amabit, neceſſe ut arbitror, habebit repetere è ſuperiore loco [illegible], unde aptum ſit uerbũ indefiniti temporis [illegible].
In extremo autem inquit: Cùm omnes uerò eodem pacto imperium habeant (neque enim ipſorum alius inde excluditur) alij alios magiſtratus gerant. quare ita quoque exiſtet in illis differentia. neque enim penitus illis conueniet in imperio: aliæ namq; curæ ſunt horum, & aliæ illorum.

Perſpicuum igitur ex his.) Hæc eſt concluſio totius rationis, longæ illius quidem ac uariæ. inquit igitur, planum eſſe ex his, quæ diſputata ſunt, naturam huius rei non pati, ut ciuitas ita una ſit, ut nonnulli uolunt. Nam aliter ipſam unam eſſe debere non negaret, id eſt concordem & unius animi in publico bono tuendo: eamumq; uſque ad certum aliquẽ terminum. & præterea addit: Perſpicuum itidem eſt illud ipſum, quod ab iiſdem traditur maximum bonum eſſe ciuitatum, contrà ipſas perdere. quod quàm alienum ſit ac remotum ab ea re efficienda, id eſt interimendo illu, cuius eſt bonum, apparet: quia quod ſingulis rebus bono eſt, ipſas fouet ac ſeruat, ne dum interimat atque extinguat.

Eſt autem & alio modo.) Tertium hoc argumentum eſt, quo probat idem, cuius argumenti, tanquam fundamentum eſt, oportere ciuitatem contentam eſſe ſe ipſa nec ulla re egere, quæ ad bene uiuendum neceſſaria ſit, inquit igitur. Licet etiam alio modo uidere, conari ciuitatem ualde unam reddere, atque huic rei nimis ſtudere, nõ eſſe bonum ipſi. melius uerò inquit, ſignificare uolens, magis prodeſſe ciuitati, ſi non ita ſit una facta, quàm ſi ſit. plusquam neceſſe ipſius ſerat, talis reddita. Suæ igitur ſententiæ cauſam affert hoc pacto: Domus enim, inquit, familiaq; magis contenta ſemetipſa eſt: magisq; rebus his abundat, quæ acquiruntur ad bene uiuendum, quàm unus aliquis illius domus: & eodem pacto ciuitas, quam domus. Addit autem, quod ualet ad id confirmandum, tunc primum incipi uocari ipſam ciuitatem, cum contigerit multitudinem illam, quæ uno in loco conſedit, communiaque multa habet, ita inſtructam eſſe, ornatamque rebus ad uitã aptis, ut nihil amplius meritò deſideret. Concludit autem hic poſitis: Si igitur magis expetẽdum eſt, quod magis refertum eſt omnib. bonis: ſequitur, ut quod minus eſt unum, illo, quod magis unum eſt, magis expetendum ſit. [illegible], quo uſus hic eſt, uidetur ualere niſi elaborare. in libro quoque de Arte poetarum ipſo uſus eſt, cùm oſtendere uellet poſteta, atque inde expectare. inquit enim: [illegible]

[illegible].) Scilicet [illegible]. Si enim ipſum conſideremus, Vnionem ſi illete.

[illegible].) An legendum [illegible], maximè cùm ſubiungat: [illegible]. Si ciuitatem ipſam cum Platonis ciuitatis finem eſſe ſtatuamus, ac diuiſionem reip. in cuſtodes & opifices, & numero & profeſsione uarios, quam Plato propoſuit, an uenire neutiquam puteris: neq; enim uniri poterunt. At quę nam alia diuiſio uel eſſe uel fieri debeat, cui unio talis conueniat queat, ab illo non eſt explicatum.

[illegible].) Plato Dialogo 5 de Repub [illegible] Item [illegible].

[illegible].) Ad etymon uidetur alludere, [illegible], quaſi [illegible], multorum in unũ collata potentia. In eoſa Plautus Ciſtellaria

laria: Verum enim meretrix fortunati eſt oppidi ſimillima, Non poteſt ſuam rem obtinere ſola, ſine multis.

ἀλλὰ καὶ ἐξ εἴδει διαφερόντων.) Id quod in ſecundo de Repub. à Platone præclarè oſtenditur: propter operum quibus indigemus diuerſitatem, quæ non niſi à diuerſis artificibus fieri poſſunt, non numero tantùm, ſed profeſsionis etiam ſpecie ciues inter ſe differre oportere. Non ergo reprehendit Platonem, quaſi negarit ciuitatem ex ſpecie differentibus ciuibus neceſſariò conſtitui: ſed quòd modum uniendi illos præter communitatem uxorũ & liberorũ non tradiderit omnium præſtantiſs. nimirum per adæquationem, quam n.19. explicat.

ἕτερον γὰρ συμμαχία καὶ πόλις.) Societas publica uel eſt ſociorũ urbis eiuſdẽ, uel nõ eiuſdẽ. Eiuſdẽ, Ciuilis dicitur. Nõ eiuſdẽ, uel inter eos q ſũt gẽtis eiuſdẽ, & Popularis atq; Gẽtilis appellari põt. ſiue iã urbes atq; pagos inhabitẽt, ſiue ſparſim regionẽ incolãt. uel qui ſunt gẽtis diuerſę, & Cõfœderatio nũcupatur. Ciuilis ergo ſocietas neceſſariò diuerſitatẽ pfeſsionũ operũq; requirit, cùm quotidianæ indigẽtiæ cauſa in unũ cõueniant. Neq; .n. ea ſolis agricolis, uel ſolis ſutorib. ciuitas *αὐτάρκης* eſſe poterit. Popularis ſeu gẽtilis ſocietas (quã Latini quoq; ciuitatẽ uocant. Sic Cæſar Heluetiorum ciuitatem in quatuor pagos diſtribuit) multitudinem ab eodem auctore in eadem regione conſidẽtem requirit: quibus etſi diuerſitas quoq; ſpecierum accidit, non tamen ea neceſſaria eſt ad popularem ſocietatem continendam, cùm uel ſi profeſsione ſint penitus ſimiles, gentiliter inter ſe ſocij eſſe queant: utputa ſi omnes ſint agricolæ, uel pecuarij. Confœderatorum ſimiliter ſocietas, ut & ipſa ex ſpecie differentibus conſtituatur, non tamen differentia hęc ad confœderationem facit, ſed ſola numeri pluralitas, hominum communibus animis atq; uirib. Rempub. communẽ, domi atq; foris, pace atq; bello, adminiſtrantium. Societas igitur diuerſitatem ſpecierum requirens Ciuilis eſt, cùm alioqui ad ſuam *αὐτάρκειαν* peruenire nequeat: non requirens uel Naturalis tantum eſt, propter regionem eandem, quã incolunt, & Gentilis dicitur. uel eſt uoluntaria, propter mutuam animorum coniunctionem, certis legibus, tum pace tum bello, uel arithmetica uel geometrica proportione, hoc eſt, uel ut inter æquales uel ut inter inæquales ſuſceptã atq; confirmatam: *συμμαχία* proinde dicta, & Confœderatio bellica, inter eos qui ſunt gentis uel eiuſdem, uel diuerſę, aut propulſandi aut laceſſendi ergò inſtituta. Heluetiorum gens olim in quatuor, hodie in XII. pagos diſtincta eſt, nec naturali tantùm, ſed & uoluntario fœdere iuncta, unde nomẽ tam glorioſum Confœderatorum *κατ' ἐξοχὴν* traxere, Eidgnoſſen ſua lingua dicti. Duodecim Hetruriæ urbes olim ad templum Vulturnæ conuenire ſolebant, auctore Liuio. Ionum totidem urbes maritimæ aut etiam inſulares, ad Panionium comitia ſua celebrabant. Aeolum totidem in Pelopũneſo. Polybius lib. 4. & Plut. in uita Arati. Vt duodenarij myſterium in hiſce etiam confœderationibus agnoſcere poſsis. Sueuorum ciuitas omnium maxima, centum pagis, teſte Cæſare, conſtabat. Et hæ quidem inter æquales fuiſſe uidentur ſocietates: niſi quòd, ut inter plures, neceſſariò differentia quædam loci atq; ordinis dabatur: ſic inter Heluetios hodie primum Tigurini, Baſilienſes octauum, Abbacellani poſtremum occupant. Cõfœderatio uerò inter inæquales proportione geometrica conſtans, uti prior illa arithmetica, ſi quando urbs potentiſsima cum minorib. ſocietatem init, ita tamen ut penes ipſam belli pacisq; arbitriũ ſit. Sic Athenienſis olim Reſpub. & Spartana cum cæteris Græcis ſocietatem coluère: Romani ſimiliter plurimos Italiæ populos in ciuitatem recepère. Hæc ea L. Regio.

οἷον Ἀρκάδες.) Ea Polybij lib 4. ſparſim habitabãt olim per mõtes & agros, non per urbes neq; pagos diſtincti (quod etiam de Cyclopib. ab Homero traditũ lib. 1. c. 1. n. 22.) ad eicurandos animos ſolemnia ſpectacula muſica celebrabant. Tandem ea agris in unam Megalopolim traducti fuère.

ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς.) Lib. 5. Ethicorum Nicomachiorum cap. 8. disertè. Proinde ex hoc loco fortè conuincitur, libros Ethicos Ariſtotelis eſſe Nicomacho F. inſcriptos: non autem Nicomachi, ut Cicero ſuſpicatus eſt.

ἀνάγκη καὶ ἐν τοῖς.) Specie differentes in unam ciuitatem conuenire ait, qui tamẽ alia ratione uniantur, nẽpe primùm Rerum omnium adæquatione uel arithmetica uel geometrica: deinde uerò Perſonarum ut libertate, ſic priuilegijs & onerib. communibus ex æquo participantium. Exempli loco ſubiungit ſtatim, *ἅμα γὰρ οὐχ οἷόν τε πάντας ἄρχειν.* Particula *γὰρ* ſuſpicionem inijcit, Lacunam fortè ſubeſſe, & ſic legendum, *οἷον τὸ ἄρχειν. ἅμα γὰρ οὐχ* &c.

ἐν οἷς οὐ δυνατόν.) In quibuſdam Reſpub. ijdem ſemper rerũ potiri poſſunt, ut in quibus uel unus uel pauci imperant. At in Democratia & Politia propriè dicta non poſſunt. de quibus nunc loquitur.

διὰ τὸ τὴν φύσιν ἴσους εἶναι.) Cùm natura ſint pares, & ex æquo digni imperio: tamen penes omnes ſimul imperium eſſe nequeat: quoſdam imperare, quoſdam parère per uices erit neceſſe.

ὥσπερ ἂν ἄλλοι γενόμενοι.) Aequales ſunt omnes natura inter ſe. Attamen ubi magiſtratum inierint, inæquales conditione redduntur. De qua re lib. 1. c. 12. n. 13. exemplũ Amaſis regis Aegyptij.

τὴν αὐτὴν πόλιν.) Lib. 1. c. 2. *γενομένην μὲν τοῦ ζῆν ἕνεκεν* cauſa inſtitutam eſſe, & *πᾶσαν αὐτάρκειαν* urbem habere docuit.

VETERVM *Reſpub. examinaturus, alias quidem ſacti* Principes, *maximè celebres, partim Cõfictas ab alijs* (*τῶν φιλοσόφων*) *quas priore loco aggreditur*, Platonis *ſcilicet*, Phaleæ, *&* Hippodami: *partim* Veras *&* ovplas, *quæ reuera aliquando extitère*, Spartanorum *ſcilicet*, Cretenſium, Carthaginenſium *&* Athenienſium. *alias uerò minus celebres, ut* Locrẽſium, Thebanorũ, Mitylenæorum, Chalcidenſium, *uti ex fine huius libri colligi poteſt.* Platonicã *igitur, quæ tum nouitate tum auctoritate primas tunc temporis obtinebat, & cõmunitatem abſolutã introducebat, uerũtatis maiore quàm præceptoris ratione habita, examinat, eamq; duplicem facit alteram quidem, de qua Plato egerit in libris*

- Decem *de Repub. ſeu de Iuſto inſcriptis, et uelut ideam optimæ politiæ conſtituerit. Cuius quidem Repub. incommoda quo ad communitatem*
  - Vxorũ *atq; Filiorum*
    - Propo*nit, tum reſpectu*
      - Concluſionis *ipſius. Communitas uxorum multas δυσχερείας ſeu difficultates alias habet inextricabiles. N. 1.*
      - Argumentorum *falſorum, quibus cõmunitatem hanc abſolutam comprobare nitebatur Plato: ut licet communitas per ſe concedenda foret, non tamen ex argumentis à Platone adductis id conuinci poſſe uideretur. Vide in ſeq. ſignum A.*
    - Explicat. Oppugnat eorum
      - Argumenta *primùm, quibus concluſionem ſuam aſtruebat. Vide in ſeq. ſignum B.*
      - Concluſionem *ipſam alijs rationibus.* CAP. IV.
  - Patrimoniorum, CAP. V. *enarrat.*
- Duodecim, *de Legibus, poſteriùs, quapropter Secundam uocat, & à prima illa proximam facit non quidem optimam, inter omnes tamen communiſſimam. Hanc* CAP. VI. *examinat.*

- **A.** Ergo Platonis
  - Ratiocinatio *talis fuiſſe uidetur:*
    - Quæ *ad unitatem ciuitatis faciũt, pro uiribus ſunt procurãda.* Ratio:
      - Summum *ciuitatis bonum pro uiribus eſt procurãdum.*
      - At *unitas eſt ſummum ciuitatis bonum.*
      - Ergo.
    - At *communitas uxorum & liberorum & patrimoniorum ad unitatem ciuitatis maximè facit.*
    - Ergo.
  - Paralogiſmũ *detegit Ariſt. utramq; aſſumtionem falſam eſſe oſtendens, tum*
    - Syllogiſmi *principij. Neq; enim quòd efficiens cauſa unitatis ſit communitas uxorum, rationibus firmis & neceſſarijs à Platone probari.* N. 2.
    - Proſyllogiſmi. *Neq; enim unitatem tanquã finem & ſummum bonum ciuitatis eſſe poſſe, ſicut ille præſupponebat.* N. 5. *Vniuntur ea quæ diuiſa erant. Ciues igitur huius Reſp. diuiſi in opifices & cuſtodes, uniri*
      - Non *poſſunt uel numero uel ſpecie, etiamſi communia habeant omnia. Et ſic ἀδιαίρετος erit unio.* Num. 3.
      - Poſſunt, *non communione, ſed adæquatione rerum & perſonarum, Quam cùm Plato nõ tradiderit, ſed totus in communitate omniũ rerum materiali occupatus fuerit, eatenus ἄπορος unio fuerit.* N. 4.
- **B.** Falſum *ergo à Platone aſtrui docet tum*
  - Finẽ, *in proſyllogiſmi aſſumptiõe. Neque enim ciuitatis finem eſſe Vnionẽ, per ἀδύνατον demonſtrat, argumentis ſumtis partim ab Vnionis publicæ*
    - Modo, *quem*
      - Declarat. *Vide in ſeq. ſignum* C.
      - Cõcludit. *Ergo uniendæ ciuitatis modus à Platone*
        - Verus *non eſt traditus neq; explicatus.* N. 33. *Eatenus eſt ἄδηλος eius optimo.*
        - Non *uerus, ſed ἀδύνατος traditus eſt. Corollaria ratione augetur*
          - Bonum *rem eam, cui bonum eſt, conſeruat.* N. 35.
          - At *unio Platonica ciuitatẽ, cuius bonum eſſe debebat, corrumpit.* N. 34.
          - Ergo *unio iſta non erit ciuitatis bonum.*
    - Fine, *qui αὐτάρκεια eſt.* Nu. 36. *Ratiocinatione tali:*
      - Quod *optabilius eſt, id etiam melius eſt.*
      - At *Ciuitatem minus unã quã magis unam eſſe optabilius eſt.* Nu. 41. *Probatur*
        - Quod *αὐτάρκες eſt, ſuaq; copia nititur, & externis petitis paucioribus eget, quia beatius eſt, etiam optabilius eſt.* Num. 40.
        - At *minus una exiſtens ciuitas, magis eſt αὐτάρκης. Quo ſcilicet plures conueniunt, & quanto magis diuerſi, tanto magis diuerſas operas & opera ad uitã neceſſaria conferunt. Proinde ciuitates maximæ omnium ferè abundantiſſimæ eſſe conſueuerunt. Per comparationem illuſtrat:*
          - Sicuti *domus magis abundat, quàm unus qui ſolitarius uiuit.* Num. 37.
          - Ita *urbs domo abundantior eſt* Nu. 38. *Ratio ueluti ἀνθυποφορᾷ. Talem enim ciuitatem habere uolumus, quæ omnium rerum neceſſariarum copia mediocriter ſit inſtructa.* N. 39.
        - Ergo *minus unam eſſe ciuitatem optabilius erit.*
      - Ergo *ciuitatem minus unam eſſe melius erit: magis unam, erit deterius.*
  - Efficientem, *in ſyllogiſmi principij aſſumtione, ueluti per ἀντιπαράστασιν. Vt quàm maximè demus, finem ciuitatis eſſe unionem, non tamen idcirco, efficientem illius cauſam eſſe communitatem omnium rerũ, probari poterit.* CAP. III.

C. Diuiſa in certas claſſes Resp. uniendæ modus non unus eſt, neque à Platone explicatus. Alius nimirum

- **Impoſſibilis** cũ à natura ciuitatis penitus ſit alienum, ut ſcilicet ciuitas uel numero uel ſpecie una fiat. Nã neq; una fieri
  - **Numero uel**
    - **Poteſt**, ratione tali:
      - **Ciuitas** *ſuapte natura eſt πλῆθος, multitudo ciuium. πόλις, quaſi πολλῶν ..., multorum in unum collata uis appellata uidetur.* N. 7.
      - **At** *ſi ciuitas una numero fiat, non erit amplius πλῆθος, ſed uel* Domus una, *uel etiam* Homo unus. N. 8. Ratio: Domus *enim magis una eſt quàm urbs, &* Homo *unus magis una res quàm* Domus. N. 9.
      - **Ergo** *ſi ciuitas una numero ſit, non erit amplius ciuitas.* N. 6.
    - **Debet** tali ſyllogiſmo:
      - **Id** *quod ciuitatem tollit, etſi poſſet, non tamen introduci debet.*
      - **At** *unio iſta ciuitatem tollit.* N. 11. *Vt ex ciuitate uel domus, uel unus aliquis fiat.*
      - **Ergo** *unio iſta, etſi poſſet, neutiquam tamen introduci debet.* N. 10.
  - **Specie poteſt ob hanc cauſam:**
    - **Cuiuſcunq;** *rei partes ex ſui natura ſpecie differunt, eæ unum quid ſpecie fieri nequeunt.*
    - **Atqui** *partes urbis ex ſui natura ſpecie differunt.* N. 12. *Declarat. Partes enim ciuitatis*
      - **Diſsimiles** *perpetuò eſſe, ipſa docet experientia.* N. 13. *Et ipſemet* Plato *in 2. de Repub. apertè demonſtrat, niſi omnis generis opifices in unam & eandem ciuitatem conueniant, finē ſuo nunquam potituram.*
      - **Similes** *nunquam eſſe poſſe, forma ipſa cõuincit, qua differt ſocietas ciuilis à reliquis publicis ſocietatibus. Differũt enim ciues, qui in eiuſdẽ ciuitatis unionem ueniũt, plures numero (quo ipſo cõueniũt cũ cõfœderatis & gẽtilibus) ab ijs qui gentis ſunt uel*
        - **Diuerſæ**, *Confœderati tamen inter ſe.* Nu. 14. *Confœderati enim dummodo numero differant, ſatis eſt, etſi ſpecie non differant. At ciues ſemper ſpecie differre neceſſe eſt, ratione tali:*
          - **Vbi** *numerus tantùm, ibi nõ eſt neceſſaria ſpecierũ differẽtia.*
          - **At inter**
            - **Cõfœderatos numeri ſolùm ratio habetur.** N. 15. *Quod ipſum &*
              - **Ratione à fine ſumta cõprobat:**
                - **Societates**, *auxilij mutui & potentiæ cauſa inſtitutæ, inter eos etiam, qui non ſpecie, ſed numero tantùm differũt, eſſe poſſunt.*
                - **At** Confœderatio *auxilij mutui cauſa inſtituitur.* N. 16.
                - **Ergo** Confœderatio *inter eos etiam qui ſolo numero differunt, eſſe poteſt. cùm quàm multi ſint qui arma ferre, uiſq; uti poſſint, non qui ſint, ferè conſideretur.*
              - **Similitudine illuſtrat:**
                - **Quemadmodum** *in appenſione rerũ pondus maius præſtantium eſt minores. V. G. cẽtum libræ plumbi libris decem antecellunt, quoniam numero uincunt, ſpecie alioqui eædem.* Nu. 17. *Quemadmodũ ex metallis omnia quæ minore mole plus habent ponderis, precioſiora cenſentur, ut aurum.*
                - **Ita** *in confœderatione robur atq; multitudo ſpectari ſolet, ut eò faciliùs hoſtium potentiæ reſiſtant.*
            - **Ciues**, *non numeri ſolùm, ſed multo magis ſpecierum ratio habenda eſt: non quot, ſed qui & quales in unum conueniant. Ciuilis enim ſocietatis finis eſt, non tantùm robur & potentia contra hoſtes, ſed multo magis αὐτάρκεια, ſufficiens copia omnium rerum ad uitam neceſſariarum. Vti lib. 1. Polit. c. 2. n. 26.*
          - **Ergo** *ſpecierum differentia inter*
            - **Confœderatos** *non eſt neceſſaria.*
            - **Ciues** *eſt neceſſaria.*
        - **Eiuſdem**, *neq; tamen pagos, ſed ſparſim domus ſeorſim ſinguli habitant, ut* Arcades *olim. Neque enim hi tales ſpecie differre coguntur, cùm V. G. uel agricolæ uel pecuarij omnes eſſe queant. At ciues eandem ciuitatem incolentes ſpecie neceſſariò differunt.* N. 18.
    - **Ergo** *partes urbis unum quid ſpecie fieri nequeunt.*
- **Poſsibilis**, *ſed ἀδιόριστος, ab illo licet ſubintellectus, uarijs in locis, non tamen apertè explicatus. Et propterea meritò reprehendendus, qui uera uniendi ratione neglecta, paradoxam illam per uxorũ & patrimoniorum communitatẽ introduxerit. Vide ſeq. ſignum B.*

B. **Non** traditam à Platone unionem Reip. ciuium ſpecie differẽtium enarrat tum in

- **Genere.** Ciues nõ numero tantùm, ſed ſpecie etiam differentes, per certas claſſes diſtincti, in unam ciuitatem conueniunt, & uniri cupiunt, non numero uel ſpecie, ſed adæquatione certa tum
  - **Rerum.** Res namq; ſpecie differentes diſtributione & correctione iuſta pro merito perſonarũ uniuntur, hoc eſt, adæquãtur proportione uel arithmetica uel geometrica. N.19. In qua quidem adæquatione ciuitatis ſummum bonum conſiſtere, ſic oſtendit:
    - **Quod** ciuitatem maximè ſeruat, id ſummum eiuſdem bonum cenſeri debet.
    - **At** τὸ ἴσον ἀντιπεπονθὸς maximè ſeruat. N.20. Quẽadmodum lib.5. Ethic. c.8. docuimus. N.21.
    - **Ergo** τὸ ἴσον ἀντιπεπονθὸς ſummum erit ciuitatis bonũ.
  - **Perſonarum,** quæ licet profeſſione & ordine differant, communi tamen libertate, communione item onerum atq; bonorum pares eſſe cenſentur. N.22.
- **Specie.** Cũ multa ſint ciuibus communia, inter eos adæquanda, in omni genere Reip. ſed in Democratia potiſsimum, Imperium exempli loco proponatur. Cuius cùm non omnes ſimul participes eſſe queant, certa quædam ratio eſt ineunda, ut ſaltem per uices eius fiant participes. N.23. Quam quidẽ uiciſsitudinem
  - **Explicat** ſimilitudine
    - **Quæ** uiciſsitudo eſſet artis ſutoriæ in ciuitate, ſi illa communis eſſe poſſet omnibus, & ſi propter illam in urbem unam coirent, nimirum ut non ſemper ijdem ſutoriam exercerent, ſed per uices alij alijs ſuccederent. N.25.
    - **Eadem** uiciſsitudo imperij erit in ciuitate, nimirũ ut per uices omnibus commune fiat, quandoquidem propter illud in unam urbem conuenêre. N.24.
  - **Excuſat** neceſſitate, ueluti per anthypophorã. Obiectio enim fieri poterat talis: Sicuti præſtat eoſdẽ ſemper ſutoriam exercere, non autem per uices: ita quoque eoſdem ſemper præſtabit imperare. Reſpondet ergo in hunc modum: Imperij uiciſsitudo
    - Per ſe quidem minimè eſt bona: quin potius eoſdem ſemper rerum potiri, utilius foret, ſicuti eoſdem ſemper in urbe ſutoriam artem uidemus exercere: cùm quod uel naturæ uel inſtitutioni deeſt, id ipſa ætas longo uſu rerum ſupplere queat. N.26.
    - **Reſpectu** perſonarũ, quæ in eandem ciuitatẽ ueniunt, locũ habet. Ratione talis
      - **Quando** omnes imperare debent, neq; tamen ſimul omnes imperare poſſunt, in illis imperij æqualitas per uiciſsitudinem eſt inſtituenda.
      - At in Rep. excellenter dicta (in qua omnes pares eſſe ſupponuntur) ciues libertate æquales imperare
        - **Nõ omnes** poſſunt. N.27. Ratio talis ſubeſt:
          - **Inter** natura pares quando imperium datur, non omnes qui digni ſunt imperio, eodem potiri poſſunt.
          - **At** in Rep. imperium datur inter natura pares. N.28.
          - **Ergo** non omnes imperio potiri poterunt.
        - **Omnes** debent. Ratio
          - **Quibus** imperium natura conuenit, ij etiã imperio potiri debent.
          - **At** ciuibus libertate æqualibus, ingenio libero nõ ſeruili præditis, imperiũ natura conuenit. N.29. Per anthypophorã. Siue ipſum imperare quis inter onera, ſiue inter honores publicos cõnumerare uelit. N.30.
          - **Ergo** etiã ciues imperio potiri debent, uel uolentes uel nolentes.
      - **Ergo** in Repub. Imperij æqualitas per uiciſsitudinem eſt inſtituenda tũ ratione
        - **Temporis,** utputa ſi uel annuo uel menſtruo ſpacio alij alijs in imperio ſuccedant. N.31.
        - **Magiſtratus,** ſi V.G. commutatio fiat dignitatum, & qui hoc anno ſummum geſsit magiſtratum, ſequente anno minore magiſtratu fungatur. N.32.

CAPVT III.

Eandem per ἀντιπαρίστασιν enervat.

QVin¹ etiá, neq; ſi hoc optimú eſt, comunioné eſſe quá maximè unam, hoc demonſtrari apparet ea ratione, ſi oés ſimul dixerint meum & nó meú. Hoc² .n. putat Socrates ſignú eſſe, quod ciuitas ſit perfectè una. Omnes³ ení, duplex eſt. Si⁴ igitur ut ſinguli, forſitan magis eſſet, quod efficere uult Socrates: unuſquiſq; enim filiú ſuú eundem dicet eſſe, & uxoré eandé: & de patrimonio & de ſingulis caſib. humanis eodem pacto. Nunc⁵ auté ſic dicét qui cómunibus utuntur uxorib. & filijs, ſed omnes quidem, nó tamé ut unuſquiſq; ipſorum: ſimiliter autem & patrimonium omnes quidèm, non tamen ut unuſquiſq; ipſorum. Eſſe⁶ igitur captioné quandam dicere oéa, perſpicuú eſt. Illud⁷ enim omnes & ambo & imparia & paria ualet: quia eſt duplex, & in diſputationibus litigioſas facit cócluſiones. Quapropter ⁸ eſt illud omnes idem dicere, ⁹ ſic quidem bonú, ſed effici nó poteſt: ſic auté nullo modo aptum ad pariédam concordiá. Præter¹⁰ hęc aliud habet incómodum, quod dicitur. Minimè enim nanciſcitur curá, quod eſt plurimorum cómune. Suas¹¹ enim propriaſque res mortales maximè curant: cómunes auté ipſis cum alijs, minus. Præter¹² alia enim, tanquam alius curaturus ſit, parui magis ipſas ducunt. Quemadmodum¹³ in domeſticis miniſterijs uſuuenire uidemus. Multi enim famuli aliquando peius miniſtrant, quá pauci. Naſcuntur¹⁴ enim ſingulis ciuibus mille filij, & hi non tanquam uniuſcuiuſq;: ſed cuiuſlibet quilibet ſimiliter eſt filius. Quapropter¹⁵ oés ſimiliter paruá curá gerút ipſorú. Adhuc ¹⁶ ſic ſinguli meus dicút bene té gerenté, uel malè, quotuſquiſq; eſt numero, ceu meus uel illi*: hoc modo dicés de ſingulis illis mille, ſiue quo alio numero ciuitas cóſtat. Et hoc ambigés. Incertum¹⁷ enim eſt, cui contigit naſci filium, & natum ſuperſtitem eſſe. Atqui¹⁸ utrum ſic præſtat meum dicere ſingulos, idem appellantes, duorum milium uel decem milium: uel ¹⁹ potius, ut nunc in ciuitatibus meum dicunt?

Hic

ΑΛΛΑ¹ μὴν οὐδ' εἰ τοῦτο ἄριστόν ἐστι, τὸ μίαν ὅτι μάλιστ' εἶναι τὴν κοινωνίαν, οὐδὲ τοῦτ' ἀποδείκνυσθαι φαίνεται κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν πάντες ἅμα λέγωσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ μὴ ἐμόν. τοῦτο² γὰρ οἴεται ὁ σωκράτης σημεῖον εἶναι τοῦ τὴν πόλιν τελέως εἶναι μίαν. τὸ³ γὰρ πάντες, διττόν. εἰ⁴ μὲν οὖν ὡς ἕκαστος, τάχ' ἂν εἴη μᾶλλον, ὃ βούλεται ποιεῖν ὁ σωκράτης· ἕκαστος γὰρ υἱὸν ἑαυτοῦ φήσει τὸν αὐτόν, καὶ γυναῖκα δὴ τὴν αὐτήν, καὶ περὶ τῆς οὐσίας, καὶ περὶ ἑκάστου δὴ τῶν συμβαινόντων ὡσαύτως. νῦν⁵ δ' οὐχ οὕτω φήσουσιν οἱ κοιναῖς χρώμενοι ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς τέκνοις· ἀλλὰ πάντες μέν, οὐχ ὡς ἕκαστος δ' αὐτῶν. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν οὐσίαν πάντες μέν, οὐχ ὡς ἕκαστος δ' αὐτῶν. ὅτι⁵ μὲν τοίνυν παραλογισμός τίς ἐστι τὸ λέγειν πάντας φανερόν. τὸ⁷ γὰρ πάντες, καὶ ἀμφότερα, καὶ περιττὰ καὶ ἄρτια, διὰ τὸ διττόν, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἐριστικοὺς ποιεῖ συλλογισμούς. διὸ⁸ ἐστὶ τὸ πάντας τὸ αὐτὸ λέγειν, ὡδὶ ⁹ μὲν καλόν, ἀλλ' οὐ δυνατόν· ὡδὶ δ' οὐδὲν ὁμονοητικόν. πρὸς¹⁰ δὲ τούτοις ἑτέραν ἔχει βλάβην τὸ λεγόμενον. ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλείστων κοινόν. τῶν¹¹ γὰρ ἰδίων μάλιστα φροντίζουσι· τῶν δὲ κοινῶν, ἧττον, ἢ ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει. πρὸς¹² γὰρ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἑτέρου φροντίζοντος, ὀλιγωροῦσι μᾶλλον. ὥσπερ¹³ ἐν ταῖς οἰκετικαῖς διακονίαις οἱ πολλοὶ θεράποντες ἐνίοτε χεῖρον ὑπηρετοῦσι τῶν ἐλαττόνων. γίνονται¹⁴ δ' ἑκάστῳ χίλιοι τῶν πολιτῶν υἱοί, καὶ οὗτοι, οὐχ ὡς ἑκάστου, ἀλλὰ τοῦ τυχόντος ὁ τυχὼν ὁμοίως ἐστὶν υἱός. ὥστε¹⁵ πάντες ὁμοίως ὀλιγωρήσουσιν. ἔτι¹⁶ οὕτως ἕκαστος ἐμὸς λέγει τὸν εὖ πράττοντα τῶν πολιτῶν ἢ κακῶς, ὁπόστος τυγχάνει τὸν ἀριθμὸν ὤν· οἷον, ἐμὸς ἢ τοῦ δεῖνος. τοῦτον τὸν τρόπον λέγων καθ' ἕκαστον τῶν χιλίων, ἢ ὅσων ἡ πόλις ἐστί. καὶ¹⁷ τοῦτο διστάζων. ἄδηλον γάρ, ᾧ συνέβη γενέσθαι τέκνον, καὶ σωθῆναι γενόμενον. καίτοι¹⁸ πότερον οὕτω κρεῖττον τὸ ἐμὸν λέγειν ἕκαστον, τὸ αὐτὸ μὲν προσαγορεύοντας δισχιλίων ἢ μυρίων, ἢ¹⁹ μᾶλλον, ὡς νῦν ἐν ταῖς πόλεσι τὸ ἐμὸν λέγουσιν;

NEque¹ porrò ſi demus hoc eſſe optimum, ſocietatem eſſe quam maxime unam, hoc ea ratione uidetur demonſtrari, ſi omnes ſimul dicant meum, & non meum. Hoc² enim ſignum atque argumentum eſſe putat Socrates, ciuitatem perfectè eſſe unam. Nam³ uox Omnes, duobus modis intelligi poteſt. Si⁴ igitur ita accipiatur, ut ſinguli ſeu unuſquiſque, fortaſſe magis id fuerit, quod uult efficere Socrates. Vnuſquiſque enim filium ſuum dicet eundem, & uxorem ſuam, eandem: & de facultatibus ac fortunis, deq; ijs quæ hominibus euenire ſolent, ſimiliter ſentiet. Nunc⁵ autem non ita dicent, qui communibus uxoribus & liberis utuntur: uerùm omnes quidem dicent, ſed non ſinguli: itemq; rem familiarem omnes quidem ſuam eſſe dicent, ſed non unuſquiſque eorum ſingulatim. Eſſe⁶ igitur fallacem ratiocinationem in uoce Omnes, appáret. Omnes⁷ enim, & utrumq;, & paria & imparia ſunt, propterea quod dupliciter dicuntur: & in diſputationibus ac ſermonibus rationes gignunt litigioſas ac fallaces. Quapropter⁸ omnes idem dicere, eandemq; uocem mittere, uno quidem modo præclarum eſt, ſed non eſt fas: altero⁹ autem modo nihil ualet ad concordiam conciliandam. Præterea¹⁰ aliud malum ineſt in eo, quod à Socrate dicitur. nam quod plurimorum cómune eſt, in eo procurando minima diligentia adhibetur. Rerum¹¹ enim propriarum maximam curam habent, communium aut minorem, aut quanta ad quemque attinet. Nam¹² præter alias cauſas, eo ſunt in rebus communibus negligentiores, quòd eas alijs curæ eſſe exiſtiment. quemadmodum¹³ euenire ſolet in miniſterijs uernalibus ac ſeruilibus. Multi enim famuli interdum deterius famulantur ac miniſtrant, quàm pauciores. Fiút¹⁴ aút unicuiq; ciui mille filij: atque hi non ut cuiuſq; filij ſunt, ſed cuiuſlibet quilibet æquè filius eſt. Itaq;¹⁵ omnes ſimiliter liberos negligent. Præterea¹⁶ unuſquiſque ciuem ſiue bene rem ſuam gerenté, ſiue malè gerenté, quotuſcunq; numero ſit, filium ſuum eſſe dicet, uerbi gratia, hic filius meus, aut illius, aut illius eſt: atq; hoc modo appellat unumquemque ex mille ciuibus, aut quotquot ciuib. cóſtat ciuitas: idq;¹⁷ dubitans & hæſitás. Obſcurú enim eſt, cui acciderit, ut procreatus ab eo ſit filius: & tum procreatus eſt, fuerit ſeruatus. Atqui¹⁸ utrum melius eſt ita meú dicere unúquemq;, idem appellantes, quod ſit unú de duobus hominú millibus, aut de decies mille hominib. an¹⁹ potius ut nunc in ciuitatib. meú dicunt?

Aliud

Hic enim filiũ ſuum, hic fratrẽ ſuum appellat eundem: hic patruelẽ, uel ex alia quapiã cognatione, uel à ſanguine, uel per ꝓpinquitatẽ & affinitatem ipſius primũ, uel aliquorũ è ſuis. Præter hęc, alium phratorẽ uel tribulem. Præſtat [20] enim propriũ patruelem eſſe, quàm hoc modo filiũ. Quinetiam [21] ne uitari quidem poteſt, quin aliqui ſuſpicentur ſuos eſſe fratres, & filios, & patres, & matres: è ſimilitudinibus enim, quæ in filijs exiſtunt erga eos, qui procrearunt, neceſſe eſt ducant fidẽ mutuò de ſemetipſis. Quod [22] quidem, aiunt, nonnulli eorũ, qui ambitus telluris literis prodiderũt, uſu uenire. Tradũt enim quibuſdã populis Libyæ ſuperioris communes eſſe uxores: morẽ tamẽ eos habere natos filios partiri ꝑ ſimilitudines. Sũt [24] aũt mulieres nõnullę & aliarũ animantiũ, ceu equę ac uaccę, quę ualde natura pronę ſũt ad filios ſimiles parentibus edendos, quemadmodũ quæ in Pharſalia Iuſta equa uocata eſt.

ὁ μὲν γὰρ υἱὸν αὐτοῦ, ὁ δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ προσαγορεύει τὸν αὐτόν· ὁ δ᾽ ἀνεψιόν, ἢ κατ᾽ ἄλλην τινὰ συγγένειαν, ἢ πρὸς αἵματος, ἢ κατ᾽ οἰκειότητα καὶ κηδείαν αὐτοῦ πρῶτον, ἢ τῶν αὐτοῦ. πρὸς δὲ τούτοις ἕτερον φράτορα, ἢ φυλέτην. κρεῖττον [20] γὰρ ἴδιον ἀνεψιὸν εἶναι, ἢ τὸν τρόπον τοῦτον υἱόν. οὐ [21] μὴν ἀλλ᾽ οὐδὲ διαφυγεῖν δυνατὸν τὸ μή τινας ὑπολαμβάνειν ἑαυτῶν ἀδελφούς τε καὶ παῖδας καὶ πατέρας καὶ μητέρας. κατὰ γὰρ τὰς ὁμοιότητας, αἳ γίνονται τοῖς τέκνοις πρὸς τοὺς γεννήσαντας, ἀναγκαῖον λαμβάνειν περὶ ἀλλήλων τὰς πίστεις. ὅπερ [22] φασὶ καὶ συμβαίνειν τινὲς τῶν τὰς τῆς γῆς περιόδους πραγματευομένων. εἶναι γάρ τισι τῶν ἄνω Λιβύων κοινὰς τὰς γυναῖκας, τὰ μέντοι γινόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας. εἰσὶ [24] δέ τινες καὶ γυναῖκες καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οἷον ἵπποι καὶ βόες, αἳ σφόδρα πεφύκασιν ὅμοια ἀποδιδόναι τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν· ὥσπερ ἡ ἐν Φαρσάλῳ κληθεῖσα δικαία ἵππος.

Alius enim filium ſuum, alius fratrem ſuum, eundem appellat, alius patruelem, ſeu conſobrinum, aut alio quodam cognationis ſeu propinquitatis nomine, uel ex ſanguine, uel ex alia coniunctione & affinitate primum ſua, deinde ſuorum. Præterea alium curialem aut tribulem. Satius [20] eſt enim aliquem mihi primum ac proprium conſobrinum eſſe, quàm hoc modo filium. Veruntamen [21] ne hoc quidem effugi poteſt, quin nonnulli exiſtiment ſuos fratres eſſe, & filios, & patres, & matres. Ex ſimilitudinibus enim filiorum cum parentibus neceſſe eſt uis fidem fieri mutuæ cognationis ac propinquitatis. Quod [22] etiam fatentur quidam eorum, qui terræ circuitus ſtudioſè tractant, euenire. Eſſe [23] enim quibuſdam ſuperiorum Libyæ gentibus communes uxores tradiderunt: filios porro natos diuidere inter ſe ex formarum ſimilitudinibus. Sunt [24] aũt nonnullæ etiam aliarum animantium feminæ, ut equæ, & uaccæ, quæ ualde ſimiles patribus filios edere ſolent ſuapte natura: quemadmodum equa illa Pharſalica, quæ Iuſta appellata eſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quin etiam, neque ſi hoc.) Cum iam probaſſet, non conducere ciuitati, eſſe illam, ut uolebat Socrates, omnino unam, uerùm potius inde interitum ipſius naſci: pergit oſtendere, ſi foret etiam hoc ipſi optimum omnium & maximè expetendum, non tamen id huiuſcemodi eſſe demonſtrari, id eſt ciuitatem eſſe unam, argumento, quo ad id probandum utebatur. Erat autem ratio ipſius talis: Si cuncti, participes illius communionis, ad aliquid unum intendentes, ſimul dixerint meum, & contrà nõ meum, hoc autem, inquit, arbitratur Socrates ſignum eſſe, quòd ciuitas una penitus perfectaq; ſit.

Omnes enim, duplex eſt.) Notam, qua ille utebatur, certam non eſſe oſtendit captioſamq; demum propoſitionem ipſam, quia uox Cuncti duobus modis capitur: ut ſcilicet cuncti eodem tempore, meum hoc eſt, ſiue non meũ, dicant. & ut diſtincti ſeparatimq;, hoc ſcilicet pacto, ut ſi ad ſingulos illos accedas, quæras que ex ipſis, concordes in hoc ipſos inuenias. reſpondebunt enim ſinguli idem. Inquit igitur Ariſtoteles, Si ita cepiſſet Socrates Cuncti, ut ualeret Singuli ſeorſum, fortaſſe magis exitum habuiſſet, quod efficere uolebat: ita enim unuſquiſque ipſorum filium ſuum eundem eſſe dicet. & eodem pacto uxorem eandem: quod etiam uſu ueniet in re familiari, partibuſque ipſius: nec non de ſingulis euentis, quæ cadunt in homines, ſiue illa proſpera ſint, ſiue aduerſa: ſinguli enim eodem tenore aut ſuam illam felicitatẽ aut calamitatem appellabunt. Addit autem noſter: Si quis uerò eos interroget, qui auctoritatem Socratis ſecuti, communionem illam amarunt, non ſic loquentur: nec reſpondebunt ſeorſum ſinguli, hoc eſt meum, aut non meum, ſed tantum uniuerſi ſimul. Quod ſeruabunt illam in fortunis ſuis patrimonioq; demonſtrando: neque enim ſinguli meum aut non meum dicent, ſed cuncti. Quod ſuprà auctor συμπτώματα appellauit, euenta intelligo, quibus homines & ſecundis & aduerſis expoſiti ſunt. Plato eadem intellexit, cùm inquit in V. libro de Republica, Si fortè contingit ciuem aliquẽ aliquid boni aut mali in ſuis rebus accipere, uniuerſam ciuitatem ſuũ illud aut emolumentum aut detrimentum uocare, & eodem pacto totam unà cum illo aut lætari aut dolere. & ſanè Ariſtoteles locum eum expreſſit.

Eſſe igitur captionem.) Aperit magis uitium Socraticæ rationis, affirmatq; ipſam fallacem eſſe ac talem denique, quales ſunt illæ, quas ſophiſtæ texuntur. quod intelligitur, quia cuncti, & ambo, & paria, & imparia ſunt captioſa, propter harum uocũ duplicem notionem, pariuntq; in diſputationibus ſyllogiſmos litigioſos. Duo namq; numeri impares diſtincti rectè impares uocantur, exempli cauſa, quinque & quinq;: iidẽ tamen iuncti copulatiq; parem numerum efficiunt decem. Quare, inquit, concludens rationem, licet cunctos idem dicere hoc pacto pulchrè, quod tamẽ effici non poteſt: hoc uerò pacto ſumptũ, nihil ualet ad concordiam gignendã, quam in primis ſequebatur Socrates, & illius adipiſcendæ cauſa ſtudebat huic unitati.

Præter hæc aliud habet.) Hoc alterum argumentum eſt, temperans & ipſum ſuperiorem ſententiam Socratis. inquit enim: Ad uitia malaq;, quæ in ſe habet communio uxorum & liberorum (hæc enim intelligit, dicens, τὰ λεγόμενα) additur etiam hoc incommodum: quod enim multorum commune eſt, minimè adipiſcitur curam illam diligentiamq;, quæ ipſi tuendo requiritur. Videmus enim, inquit, homines maximè curare res ſuas ac proprias: communes autem ipſis cum alijs multò minus. Aut ſi, inquit, de illis tamen ſuſcipiunt aliquam curam, tantum illarum curant, quantum ſuas partes poſtulare putant. Nam præter alias cauſas, quæ pariunt in animis ipſorum incuriam hanc, natas omnes à patrio amore, quo præditi ſunt erga illas, ut communes: hoc etiam, inquit, facit ut paruam cogitationem ſuſcipiant de ipſis, quia ſperant alium quempiam ipſas ſedulò curaturos. Quare confiduut ſe ſine damno ipſarum eas negligere poſſe. Sententiam uerò hanc Socratis detrimentum in ſe continere, inquit: quia uitium non erat in argumento, ut in antecedente, neque hoc nomine ipſam accuſat: ſed quia origo erat & cauſa publici damni.

Quemadmodum in domeſticis.) Hoc, quod dixit, declarare uolẽs, utitur ſimili. Ut enim, inquit, euenit in familijs magnis: multi enim aliquando famuli hac de cauſa minus præſtò ſunt temporibus dominorum, quàm pauci, minuſque procurant commoda atque utilitates ipſorum: ſpem enim habent reliquos officio functuros. Simile autem conſtituens, ne quis fortè dicat, Ut eius ille abundat copia famulorum, ita non habere tantum numerum filiorum patrem hunc, in ea Platonis rep. inquit. Naſcuntur autem ſingulis ciuibus mille filij & hi quidem non ut certi uerũq;, ſed ut quilibet ipſorum filius cuiuſlibet eodem pacto ſit. Quare, inquit, ſequetur, ut omnes eodem pacto paruam gerant curam de illis.

Adhuc ſic ſinguli meum.) Tertium argumentum hoc eſt, quo docet, cùm in ea republica, cùm uocabunt ſinguli puerum filios

liae ſuos, non hoc ſenſu id prolaturos, ut omnino totoſq; ſuos eſſe arbitrentur: ſed pro ratione numeri illius, quo conſtabit ciuitas. Quare cogitans ſe eſſe, exempli cauſa, unum è mille, talem etiam partem in eo ſe habere exiſtimab it. Sed ipſum hæc dicentem, attendamus. inquit igitur: Præterea ſic unuſquiſque eorum meus dicet eum ciuem, qui bene rem geret, ſiue male, quotus numero ipſe exiſtet: ceu, inquit, meus dicet hoc (inquam) pacto, appellant ſingillatim unũquemq; ex illis mille, uel à quolibet numato conſtabit ciuitas. Quare perſpicitur iam, tenuem illum amorem futurum, qui in tot numero diuiſus ſit.

Et hoc ambiguum, incertum.) Præter exilé amorè, cum diſſectus ſit in tot partes, oſtẽdit Ariſtoteles, eum etiã, qui meus dicet, minimè aſſeueranter, reſq; exploratã hoc dicturum, ſed incertum animi, hæſitantemq;: cuius ſuæ ambiguitatis plures ac iuſtas cauſas habebit. inquit igitur. Et hunc quidem ambigeus dicet. incertum enim eſt è tot numero uxorum, qui cum eius matrem habuerant, cui potiſſimum contigit naſci filium, ut ex eius potiſſimum ſemine femina conceperit. Cui difficultati additur etiam, quod magis incertum ipſum reddit, timor, ne natus ex ſe mortuus ſit: non pauci enim intereunt, in tenera præſertim illa ætate. Quare, inquit, uidendum eſt, utrum præſtet ſic meum dicere, unumquemq; eadem nomina appellantes à numero duorum milium uel decem milium, è quibus ciuitas conſtat: uel potius, ut nunc in cunctis ciuitatibus meum dicunt. hic enim meus eſt filius dicet: alter de eodem, meus eſt frater loquetur: alius itidem illum patruelem ſuũ uocabit, uel ut requirit quæpiam alia cognatio, uel ab eodem ſanguine profecta, uel ex propinquitate uel affinitate quæ quidem ab ipſis ſociatur, uel à quopiam ſuorum. Addit autem Ariſtoteles hic alias quoque ciuium coniunctiones, quæ ab inſtitutis quibuſdam ciuilibuſque ordinibus, non à ſocietate ſanguinis proficiſcuntur. Erunt igitur, inquit, qui aliquem eodem pacto uocabunt phratorem, dicentes hic meus phrator eſt, alij uerò eundè tribulem. Appellabatur autẽ Athenis phratria, tertia pars tribus, quæ trib. cùm multæ forent, uocabantur φυλαὶ unde φυλέται ab illis uocati, qui tribules, id eſt participes eiuſdè trib. Romæ dicebantur. Erat igitur maior coniunctio phratorum, quàm tribulium, ut apparet nam uinculum quoddam hoc fuiſſe, iuſtoſque eos auxilio eſſe ſecum ita copulatis, declarat quod apud Comicos, qui premebantur: opem ab his petebant: ut induxit Ariſtophanes Cleonem Equitibus implorare auxilium ſuorum phraterum apud Terentium quoque leno, cùm uapularet, implorauit auxilium ſuorum popularium. In extremo concluſioneq; totius argumenti, Ariſtoteles inquit præſtare proprium ita patruelem eſſe, quàm illo modo filium, id eſt maiorem amorem futurum inter patrueles nunc uocatos, quam inter filium patremq; incertos, ut accipiebat ipſos Plato: maiuraq; ab his commoda & officia erga ſuos peruentura.

Quinetiam ne mirari.) Plurimum ſtudij poſuit Plato in ſua republica, ne parentes liberos agnoſcerent. Si namq; id factũ fuiſſet, intelligebat prorſus futurum, ne magis illos diligerent, quàm alienos: itaq; conſilium ipſius, finiſq;, totus diſturbatus eſſet. Oſtendit igitur Ariſtoteles, exitum hoc non habiturum: neq; enim fieri poſſe, ut penitus extinguantur ſigna illa, quibus aliqui ſuſpicentur aliquos aut fratres ſuos eſſe, aut filios, aut patres, aut matres. Sequentur enim, inquit, ſimilitudines, quas uidemus exiſtere in corpore hu ſfiliorum erga parentes, indeque neceſſariò argumentum capient ſuæ ſtirpis. Flagrare autem hoc deſiderium in animis mortalium, ſciendi ex quibus parentibus procreati ſint, apertum eſt.

Quod quidem aiunt.) Hoc quod dicit locum habere, minimeq; eſſe rationem hanc inanem declarat exemplo barbaræ nationis, quæ incolebat Africæ partes quaſdam, remotas à mari. Cùm enim, inquit, habeant cõmunes uxores, diuidunt tamen poſtea ex ipſis natos filios: utunturq; in diſtinguendis illis his ſimilitudinibus, ut ſumant ſinguli, ſuoſq; prorſus arbitrentur, quos ſibi ſimiles perſpexerint. Hoc uerò facere Garamantas, Mela narrauit: quam ſanè gentem putare poſſumus intellectam fuiſſe ab Ariſtotele, etſi nomen ipſius reticuit. Citat autem teſtes huius hiſtoriæ quoſdam, qui libros conſecerant, quaſi de Situ orbis. Cum enim plures terras perluſtraſſent, id quod illic dignum ſcitu animaduertiſſent, notare, & monimentis prodere conſueuerant, quos libros περιόδους γῆς uocabant. Plures autem cõmemorantur à ueteribus Grammaticis huiuſcemodi libros confeciſſe.

Sunt autem mulieres.) Similitudines has non eſſe contẽnendas, probat alio argumento: cùm inueniantur mulieres nõnullæ, quę ſemper pariant filios, ſimiles parentib. Nam exiſtere etiam quæ minimè hoc ſeruent, & diſſimiles quoq; inter ſe natos gignant, apertum eſt: &, ut mulieres, ita etiam quaſdam feminas inanimantibus expertibus rationis, ut equæ ſunt ac uaccæ, quæ ſoleant gignere equulos uituloſq; ualde ſimiles patribus, & in quorum corpore eædem notæ appareant. Cùm enim illæ diuerſis temporibus à uarijs initæ forent, ſemper natos ſimiles forma parentibus edebant. Quod in primis, ut commemorat, cuſtodiuit in oppido Theſſaliæ, Pharſalo uocato, equa: quæ ea de cauſa Iuſta appellata fuit, quaſi fideliter ſemper redderet, quod acceperat.

τῶν συμβαινόντων.) Hoc eſt tam bona quã mala fortuita, quæ accidunt. Eadem uoce uſus eſt lib. 1. Ethicorum cap. XI. n. 61. eaq; comprehendit ἀτυχήματα & εὐτυχήματα quælibet. Sic quoque infrà n. 16. ſemetipſum explicans, τὰ εὖ ἢ κακῶς ἀποβαίνοντα uocat.

φράτορα ἢ φυλέτην.) Ἄθηνας Athenienſium. quòd communibus legibus ... eſſet, idemq; λαὸς, quòd à Cecrope primùm per lapides à ſingulis in unum accruum congeſtis cenſus eſſet, in tribus diuidebatur ſiue curias, quas φυλὰς uocabant: harum quęlibet in tres claſſes diſtinguebatur, τριττῦς dictas à numero, & à commonium puteorum uſu uetuſta uoce φρατρία, ἀπὸ τῶν φρεάτων.

τῶν ἄνω Λιβύων.) Africã mediterraneã, à mari remotiorem intelligit In ea Garamantes habitant. Nulli, inquit Pompi. Mela, certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parentum coitu paſſim incerti q; naſcuntur, quos pro ſuis colant formæ ſimilitudine agnoſcunt. Idem de Troglodytis Diodorus lib. 3. teſtatur. De Auſibus Herod. lib 4 de Sabæis & Nabathæis Strabo lib 16. De Agathyrſis Scythiæ populis Herod. lib. 4 de Maſſagetis idem lib. 1. & Strabo lib. 11.

ἵππος ἐν Φαρσάλῳ.) Pharſalus Theſſaliæ urbs Campi Pharſalici equis nobiles. unde Bucephalus quoq; Alexandri ortum habuit. Fortaſſe equa illic fuit, quæ quòd pullos ederet ſimiles admiſſarijs, Iuſtæ cognomen meruit: cùm iuſtitiæ, ſuum cuiq; tribuere.

EFFICIENTEM *cauſam Vnitatis à Platone poſitam in proſyllogiſmi aſſumtione examinat, uelut per antiparaſtaſin. Vt cõcedamus finẽ ciuitatis eſſe unitatẽ, quo cõſecuto ſit beata futura (etſi unitatis modũ Plato nõ uidetur ſatis explicaſſe) unitatis tñ huius effectrix cauſa nõ erit cõmunitas uxorũ & liberorũ, ut ille uolunt. N. 1. Platonis opinionem*

- Propo nit:
  - Quando *omnes omnia & habebunt & dicent eſſe communia, tum ciuitas maximè una erit. N. 2. Et per conſequens optimè ſe habebit.*
  - At *propter uxorum communitatem omnes omnia habebunt & dicent communia. Plato lib. 5. de Rep. Cuſtodibus Reip. (hoc eſt Militibus & Magiſtratibus: quorum hi conſilio, illi robore ciues reliquos defendunt) communes uxores eſſe uult. Itaque uirgines cùm annum ætatis X X. attigiſſent, ſolenni ceremonia in numerum ſponſarum, uiros XXX. anno inter ſponſos recipi iubet: & cum qua quis uelit (bonum tamen cum bona, fortem cum forti) quocunq; tempore tungi permittit: gradum publico loco atq; ſumtu alit: filios inde natos pro Reip. liberis haberi, & matribus ereptos publicè educari: ſe inuicem pro fratribus, maiores natu pro parentibus & auis agnoſcere, abſque ullo diſcrimine præcipitio numerum conſilio, ut omnes omnia tam mala quàm bona & agnoſcant pro ſuis, & ſua eſſe dicant, quia Reipublicæ ſint, cuius ipſi ſint partes.*
  - Ergo *propter uxorum communitatem ciuitas maximè erit una.*
- Confutat. *Vide in ſeq. ſignum B.*

A. Com-

A. Communitas uxorum & per conſequens etiam filiorum cauſa unionis nõ erit nec quoad

- **Externam** *ſignificationẽ, quæ uoce fit, (quod tamen Plato uehementer urgebat) ſi omnes omnia ex æquo dicãt ſua eſſe. Videbat Plato, Meum & Tuũ grauiſs. contentionum occaſionem ciuibus præbere, tum in foro, tum extra forum. Earum proin de exterminãdarum expeditiſs. fore rationem putabat, ſi non priuati, ſed publici commodi reſpectu ſinguli Meum & Non meum dicerẽt: dicturos autem, ſi omnium rerum communitatẽ haberent. Quicquid enim accidiſſet uel boni uel mali, illud ciues omnes tanquam membra totius Reip. pro ſuo agnituros, & ſuum ſingulos id quod publicum eſſet dicturos. Ait ſ ergo, formulã hanc, ut* OMNES *dicant Meum uel Non meum, amphibolam eſſe*
  - **Proponit. Nam**
    - **Sicuti** *πάντες dupliciter dicitur, tum diſtributiuè, de omnibus ſingillatim conſideratis: tum collectiuè, de ſingulis uniuerſaliter conſideratis.* N.3.
    - **Ita** *quoq; λέγειν πάντας dupliciter intelligetur. Nimirũ uelut*
      - **Diſtributiuè** *quilibet dicat, Filiũ ſuũ, eum qui natus ſit Reip. cuius ipſe pars eſt: ſimiliter uxores, & patrimonia, & commoda & incommoda publica omnia, dicat ſua, quòd ea ad ſe tanquam partem Reip. pertinere reuera exiſtimat. Quæ quidem ratio pro ſtabilienda unitate Platonica maximè eſſet idonea.* Num. 4.
      - **Collectiuè** *omnes dicant, ſuum filiũ, eum qui Reip. natus ſit, hoc eſt, omnes ſimul agnoſcant eum ut filium ſuum publicũ at ſingillatim ut proprium & priuatũ, non agnoſcant. Quæ ratio ad unitatem ſtabiliendam parum cõducere poterit.* N. 5.
  - **Explicat:** *altero nimirum ſignificationis modo Reip. Platonicæ non conuenire, altero ad unitatem nõ facere oſtẽdens. Ratiocinatio talis eſt:*
    - **Si uox** *πάντες paralogiſmum facit, etiam τὸ λέγειν πάντας ambiguum erit. Imitatur enim enũciatio partiũ ſuarum è quibus cõponitur naturã.*
    - **At uox** *πάντες paralogiſmum facere poteſt. Demõſtrat:*
      - **Aequiuoca** *paralogiſmos parere poſſunt.*
      - **At** *πάντες eſt uox æquiuoca. Quemadmodũ etiã uox ἀμφότερα & περιττά atq; ἄρτια. V. G. ſint* XII. *homines. Hi omnes collectiuè accepti pares ſunt, quia duodecim: diſtributi uerò in quatuor claſſes, cùm claſſis quælibet ternos contineat, impares dicẽtur. Diuide rurſus* XII *in ſex, pares erunt claſsis cuiuſq; homines. At claſſem rurſus quamuis ſeca in ternos homines, erunt iidem impares diſtributiuè, qui collectiuè erant pares.* N, 7.
      - **Ergo** *πάντες paralogiſmo occaſionem dare poteſt.*
    - **Ergo** *etiã λέγειν πάντας paralogiſmũ ex ambiguitate faciet.* N. 6. *Explicat. Proinde cuſtodes omnes ſuos eſſe dicere filios & uxores*
      - **Diſtributiuè** *quidem rectè foret, ſed impoſſibile factu uidetur, ut quos dubitant an ex ſe ſint nati, ſuos uerè & ex animo eſſe dicant.* Num. 8.
      - **Collectiuè** *uerò poſſibile ſit, ſed ad unitatem parum facere uidetur. Dicent quidẽ omnes, ſuos eſſe filios oẽs publicè natos, hoc eſt Reip. filios eſſe: at iccirco tamen non maiore eos beneuolentia quàm ex ſe natos proſequẽtur, quin potius minore, ut mox oſtendetur.* N. 9.
- **Internam** *animorum coniunctionem. Communitatem uxorum atq; filiorum ad animorum coniunctionem mutuam parũ facere, quin potius ob incertitudinem ex ſe natorũ, & negligentiæ & ſuſpicioſo amori locum dari, oſtendit. Cuſtodes enim Reip. (quibus uxores & filios communes eſſe uult Plato) natos ex communi concubitu filios uel*
  - **Omnes** *ex æquo negligent, & minus curabunt, quàm ſi proprios ſuos eſſe ſcirent.* N. 10. *Vide in ſeq. ſignum B.*
  - **Aliquos** *magis, aliquos minus curabũt, & ſic ex ſuſpicione amorẽ uel diſtractionẽ uel coniunctionẽ, contrà quã Plato uoluit, occaſio ſubminiſtrabitur. Syllogiſmo tali:*
    - **Omnes** *ex ſe natos uel certò uel ſuſpicione quadam magis diligunt, quàm quos ex ſe non eſſe natos uel certò ſciunt, uel falsò ſuſpicãtur.*
    - **At in** *hac Platonica uxorum & liberorum communitate fieri non poteſt, quin quoſdam & ex ſe natos & ex iiſdem natos eſſe ex ſimilitudine formæ ſuſpicentur: quorũ illos quidem pro filiis, hos pro fratribus germanis habituri ſunt.* N. 21. *Quod ipſum exemplo oſtendit, tum*
      - **Publico** *quorundam populorum Libyæ, qui infantibus promiſcuè natis ex ſimilitudine formæ patres adiudicant.* N. 22.
      - **Priuato.** *Neq; enim inter homines tantùm, uerũ etiã inter belluas fœtus interdum matribus & patribus ſimillimos naſci quotidiana docet experiẽtia.* N. 23.
    - **Ergo** *in hac communitate uxorum & liberorum nihilominus patres ipſi communes publicos filios alios magis, alios minus diligent: ipſi uiciſſim filii ſimiles ſibi uiros tanquam matres ipſius naturæ inſtinctu amabunt: tum uerò etiam inter ſe frater fratrem ſibi ſimilem tanquam germanum magis amabit, quàm diſſimilem, propter ſuſpicionem ortus eiuſdem uel diuerſi.*

B. Negli-

- **B. Negligẽt** *inquam ſũ propter*
  - **Socordiam** *et negligentiam, quæ multitudini curatorum familiaris eſſe conſueuit, ratione tali*
    - **Communia** *priuatis deterius adminiſtrari & curari neceſſe eſt. N.11. Demonſtrat*
      - **Quæ** *nec aſſiduè nec diligenter curantur, illa malè curari neceſſe eſt.*
      - **At** *communia à multis curata, nec aſſiduè nec diligenter curantur: cùm alius alium ferè reſpicere ſoleat. Contrà autem quæ priuatim à ſingulis curantur, illa maiore ſtudio & diligentia curantur. N.12. Exemplo declarat rei œconomicæ, cùm ferè multitudo ſeruorum plus confuſionis quàm commodi afferre deprehendatur. N.13.*
      - **Ergo** *communia à multis curata malè curari neceſſe eſt.*
    - **At** *liberi cuſtodum in Platonis Rep. communes ſunt, ita quidem ut ſi mille naſcantur ſingulis annis, cuilibet cum mille nati uideantur, non ex ipſomet, ſed ex alio quouis ciue nati. N.14.*
    - **Ergo** *liberos in Platonis Rep. malè curari neceſſe eſt, ab omnibus ex æquo neglectos, alijs ſcilicet in alios reſpicientibus. N.15.*
  - **Suſpicionem** *& incertitudinem ortus, ex ſe an ex alijs ſint nati*
    - **Quo** *maiore amore liberos ipſi parentes proſequuntur, eo maiorem curam in illis alendis & educandis adhibebunt.*
    - **At in Reip. inſtitutione**
      - **Platonica**, *minore amore proſequentur publicos liberos ipſi ciues, quàm ſi ex ſe certò natos, & à ſe ſemper educatos ferrent. Num. 16 Ratio. Incertum eſt enim primùm an ex ſe mulier conceperit, multorum promiſcuè concubitu uſa: deinde utrum qui ex ſe natus eſt ſuperuiuat néc ne, cùm ſtatim ubi natus eſt, aliorum curæ educandus permittatur, & ſi interea moriatur, non ut huius uel illius, ſed ut Reip. mortuus habeatur. N.17.*
      - **Vulgata**, *maiore amore liberos proſequuntur ipſi parentes, & propter certitudinem ortus, & propter conuerſationem aſſiduam. Quo ſanè nomine matres feruentius amare filios patribus, lib. 8. Ethic. cap. 9. n. 34. & cap. 14. n. 16. & lib. 9. cap. 7. n. 42. affirmauit.*
    - **Ergo in Reip. inſtitutione**
      - **Platonica** *publici liberi deterius & negligentius educabuntur. N.18.*
      - **Vulgata**, *priuati liberi melius & diligentius educabuntur, tum à patribus, tum à cognatis, tum uerò etiam ab affinibus, quos ipſa ſanguinis coniunctio ſui officij admonere poterit magis, quàm alium ciuem uel contribulem, ſola publica ſocietate coniunctum. N.19. Corollarium addit. Quinimò præſtat hoc modo nepotem eſſe, quàm illo filium: quoniam propter certitudinem nepotis ex fratre nati, patruus magis curabit nepotem, quàm in Rep. Platonis pater filium, quem ſuum eſſe neſcit. N.20.*

CAPVT IV.

Multa inſuper alia incommoda communionem Vxorum & Liberorum ſequi, oſtendit.

ADhuc [1] autem & huiuſcemodi difficultates nõ procliue erit cauere his, qui hanc conſtruent cõmunionem: uelu ti [2] plagas, neces, partim inuoluntarias, partim uolũtarias: & cõcertationes, & cõuitia: quorum nihil fas eſt cõmitti aduerſus patres aut matres, & eos qui nõ ſint remoti à cognatione, ut in ualde remotos: ſed [3] etiam magis uſuuenire neceſſe eſt, neſcientibus, quàm intelligentibus ſtirpem ſuam. Et [4] ſi fuerint hæ culpæ admiſſæ intelligentibus: contingit fieri expiationes legibus inſtitutas: neſcientibus [5] autem nullas. Abſurdum [6] autem eſt, qui uoluerit eſſe filios communes, coire tantùm dempſiſ-

ΕΤΙ [1] δὲ καὶ τὰς τοιαύτας δυσχερείας οὐ ῥᾴδιον διευλαβηθῆναι τοῖς ταύτην κατασκευάζουσι τὴν κοινωνίαν· οἷον [2] αἰκίας, καὶ φόνους ἀκουσίους, τοὺς δὲ ἑκουσίους, καὶ μάχας, καὶ λοιδορίας· ὧν οὐδὲν ὅσιόν ἐστι γίνεσθαι πρὸς πατέρας, καὶ μητέρας, καὶ τοὺς μὴ πόρρω τῆς συγγενείας ὄντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ἄπωθεν· ἀλλὰ [3] καὶ πλεῖον συμβαίνειν ἀναγκαῖον ἀγνοούντων, ἢ γνωριζόντων. καὶ [4] γενομένων, τῶν μὲν γνωριζόντων ἐνδέχεται τὰς νομιζομένας γίνεσθαι λύσεις· τῶν [5] δὲ μηδεμίαν. ἄτοπον [6] δὲ καὶ τὸ κοινοὺς ποιήσαντα τοὺς υἱοὺς, τὸ συνεῖναι μό-

PRæterea [1] etiam huiuſmodi uitia commoda & difficultates non eſt facile uitare ijs, qui hanc communitatem comparant: uerbi [2] gratia, uerbera contumelioſa, & cædes, alias inuitè admiſſas, alias ſponte, & maledicta: quorum aliquid fieri in patres & matres, & eos qui non longè abſunt à cognatione & communione ſanguinis, nefarium eſt, non item in eos qui longius remoti ſunt. Quin [3] etiam neceſſe eſt huiuſmodi facinora eſſe crebriora apud eos qui inter ſe ignorant, quàm apud eos qui inter ſe noti ſunt. Et [4] cùm admiſſa ſunt, apud eos quidem, qui inter ſe noti ſunt, natura rerum fert, ut expiationes & ſatisfactiones uſitatæ, legibusq́; ac moribus receptæ fiant: apud [5] eos uero, qui inter ſe ignoti ſunt, nullæ. Abſurdum [6] uerò eſt, eum qui filios fecit communes, concubitum

dépſiſſe amore incenſis: amare aũt nõ ꝓhibuiſſe, neq; cõſuetudines alias, quas patri cũ filio eſſe fœdiſsimũ eſt, & fratri cum fratre: quia & amare ſolũ indecorũ eſt. Abſurdũ [7] aũt & hoc, coitũ demere ꝑpter aliã nullã cauſam, ſed qa ualde firma uoluptas inde naſcitur: qđ uerò alter eorũ pater uel filius, hi aũt fratres, nihil intereſſe putare. Videtur [8] aũt magis ꝓdeſſe, agricolis cõmunes eſſe uxores & liberos, quã [9] cuſtodibus minus.n. erit amicitia, ſi fuerit cõmunes filij & uxores. Opus [10] eſt aũt huiuſcemodi eſſe ſubiectos imperio, ut obtẽperent, & nõ moliãtur res nouas. Omnino [11] aũt euenire cõtrariũ neceſſe eſt ꝓpter huiuſcemodi legẽ, eorum, quorum decet rectè latas leges cauſas eſſe: & eius, propter quã cauſam Socrates ſic exiſtimat oportere ea, q̃ pertinẽt ad filios & uxores cõſtituere. Amicitiã [12] enim eſſe arbitramur maximũ omniũ bonorũ ciuitatib⁹. ita [13] enim minimè ſeditionib. cõflictabuntur. Et unã [14] ciuitatẽ eſſe laudat maximè Socrates: quod [15] & uidetur, & ipſe ſanè hoc dicit amicitiæ opus eſſe. Quẽadmodũ [16] in ſermonib. amatorijs ſcimus Ariſtophanẽ dicere, amãtes quia ualde diligũt, cupere coaleſcere ac fieri è duobus, q ambo ſunt, unũ. Hic [17] igitur neceſſe eſt ambos interimi, uel unũ In [18] ciuitate autẽ amicitiã neceſſe eſt fieri inſipidã ac tenuẽ ꝓpter huiuſcemodi cõmunionẽ, & minimè dicturos eſſe meũ uel filiũ patrẽ. uel patrẽ filiũ. Quẽadmodũ [19] enim puſillũ dulce in multã aquã diffuſum tẽperamentũ efficit tale, ut nequeat ſenſu percipi: ſic [20] cõtingit & propinquitatẽ, q̃ inter ipſos eſt, profectã ab his nominib⁹, eos minimè curaturos eſſe, ut neceſſe eſt, in rep. huiuſcemodi, uel patrẽ ut filiorũ, uel filiũ ut patris, uel fratrũ interſe. Duo [21].n. ſunt, q̃ faciũt, ut maximè homines de ipſis curã ſuſcipiãt, ꝓpriũ & dilectũ: quorũ [22] neutrũ fieri poteſt, ut exiſtat in his, qui hęc inſtituta colũt. Sed [23] etiã de trãsferendis filijs, qui nati fuerint: his quidẽ ex agricolis & opificibus in cuſtodes, his aũt ex his in illos: cõtinet in ſe moleſtiæ multum, qũo geri poſsit: & cognoſcere neceſſe eſt q dãt & trãsferũt, qb. quos dãt.

ναι μόνον ἀφελεῖν τῶν ἐρώντων· τὸ δὲ ἐρᾶν μὴ κωλῦσαι, μηδὲ τὰς χρήσεις τὰς ἄλλας, ἃς πατρὶ πρὸς υἱὸν εἶναι πάντων ἐστὶν ἀπρεπέστατον, καὶ ἀδελφῷ πρὸς ἀδελφόν· ἐπεὶ καὶ τὸ ἐρᾶν μόνον. ἄτοπον [7] δὲ καὶ τὴν συνουσίαν ἀφελεῖν, δι' ἄλλην μὲν αἰτίαν μηδεμίαν· ὡς λίαν δὲ ἰσχυρᾶς τῆς ἡδονῆς γινομένης· οἴεσθαι δὲ ὁ μὲν πατὴρ, ἢ υἱός· οἱ δ' ἀδελφοὶ ἀλλήλων, μηθὲν οἴεσθαι διαφέρειν. ἔοικε [8] δὲ μᾶλλον τοῖς γεωργοῖς εἶναι χρήσιμον τὸ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας, ἢ [9] τοῖς φύλαξιν. ἧττον γὰρ ἔσται φιλία, κοινῶν ὄντων τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν. δεῖ [10] δὲ τοιούτους εἶναι τοὺς ἀρχομένους, πρὸς τὸ πειθαρχεῖν καὶ μὴ νεωτερίζειν. ὅλως [11] δὲ συμβαίνειν ἀνάγκη τοὐναντίον διὰ τὸν τοιοῦτον νόμον, ὧν προσήκει τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους αἰτίους γίνεσθαι· καὶ δι' ἣν αἰτίαν ὁ Σωκράτης οὕτως οἴεται δεῖν τάττειν τὰ περὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας. φιλίαν [12] τε γὰρ οἰόμεθα μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν ταῖς πόλεσιν· οὕτω [13] γὰρ ἂν ἥκιστα στασιάζοιεν· καὶ [14] τὸ μίαν εἶναι τὴν πόλιν, ἐπαινεῖ μάλισθ' ὁ Σωκράτης· ὃ [15] καὶ δοκεῖ, κἀκεῖνός φησι τῆς φιλίας ἔργον. καθάπερ [16] ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς λόγοις ἴσμεν λέγοντα τὸν Ἀριστοφάνην, ὡς τῶν ἐρώντων διὰ τὸ σφόδρα φιλεῖν ἐπιθυμούντων συμφῦναι, καὶ γενέσθαι ἐκ δύο ὄντων ἀμφοτέρους ἕνα. ἐνταῦθα [17] μὲν οὖν ἀνάγκη ἀμφοτέρους ἐφθάρθαι, ἢ τὸν ἕνα. ἐν δὲ [18] τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὑδαρῆ γίνεσθαι διὰ τὴν κοινωνίαν τὴν τοιαύτην· καὶ ἥκιστα λέγειν τὸν ἐμὸν ἢ υἱὸν πατέρα, ἢ πατέρα υἱόν. ὥσπερ [19] γὰρ μικρὸν γλυκὺ εἰς πολὺ ὕδωρ μιχθὲν, ἀναίσθητον ποιεῖ τὴν κρᾶσιν· οὕτω [20] συμβαίνει καὶ τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς ἀλλήλους, τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τούτων, διαφροντίζειν (ἥκιστα ἀναγκαῖον ὂν) ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ τοιαύτῃ, ἢ πατέρα ὡς υἱῶν, ἢ υἱὸν ὡς πατρὸς, ἢ ὡς ἀδελφοὺς ἀλλήλων. δύο [21] γάρ ἐστιν, ἃ μάλιστα ποιεῖ κήδεσθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ φιλεῖν· τό τε ἴδιον, καὶ τὸ ἀγαπητόν· ὧν [22] οὐδέτερον οἷόν τε ὑπάρχειν τοῖς οὕτω πολιτευομένοις. ἀλλὰ [23] μὴν καὶ περὶ τοῦ μεταφέρειν τὰ γινόμενα τέκνα, τὰ μὲν ἐκ τῶν γεωργῶν καὶ τεχνιτῶν εἰς τοὺς φύλακας· τὰ δ' ἐκ τούτων εἰς ἐκείνους, πολλὴν ἔχει ταραχήν, τίνα ἔσται τρόπον· καὶ γινώσκειν ἀναγκαῖον τοὺς διδόντας καὶ μεταφέροντας τίσι τίνας διδόασιν.

ἔτι

cubitũ ſolum amantibus ademiſſe: neq; amãdi licentiam, & alios uſus, aliaſq; conſuetudines patri cum filio, fratriq; cum fratre & ſorore, omnium maximè indecoras, quoniam & amare ſolum turpiſsimum eſt, uetuiſſe ac prohibuiſſe. Abſurdum [7] illud quoq; concubitũ quidẽ abſtuliſſe nullã aliã ob cauſam, quã quòd acris & ualida ex re uenerea naſcitur uoluptas: utrũ aũt hic ſit pater, aut fili⁹, néc ne, utrũ hi fratres inter ſe, néc ne, nihil referre exiſtimaſſe. Videtur [8] porrò expedire, agricolis potius cõmunes eſſe inter ipſos uxores & liberos, quã cuſtodib. Minus [9].n. contrahetur inter eos amicitia, ſi communes ſint liberi & uxores. At [10] tales oportet eſſe eos, qui imperio ſubiecti ſunt, ut pareant magiſtratibus, & ne rebus nouis ſtudeant. Omnino [11] autem neceſſe eſt contrarium earum rerum, quarum effectrices conuenit eſſe leges rectè conſtitutas, contrariumq; eius cauſa, propter quam cauſam Socrates putat oportere ea, quæ ad liberos & uxores pertinent, ita eſſe edicenda ac ſtatuenda, ex tali lege euenire. Nam [12] & amicitiam, bonorum maximum eſſe ciuitatibus arbitramur. Sic [13] enim ad ſeditionem faciendam minimè impellũtur: & [14] ciuitatem eſſe unam maximè laudat Socrates: quod [15] & uidetur, & ille dicit eſſe amicitiæ munus. quemadmodum [16] in ſermonibus amatorijs ſcimus dicere Ariſtophanem, amantes, propterea quòd uehementer amant, cupere coagmentari & coaleſcere, & ambos ex duobus unum effici. Neceſſe [17] igitur eſt, hic quidem uel ambos, uel unum interijſſe: in ciuitate [18] uerò amicitiam quaſi nimia aqua dilutã eſſe, propter talem cõmunionem: minimeq; dicere aut meum filium, patrem: aut meum patrem, filium. Quemadmodũ [19] enim exiguum dulce ad multam aquam admixtum, temperationem efficit incognitam, & ſub ſenſum non cadentem: ſic [20] euenit, ut propter connectionem & propinquitatem mutuam ex his nominibus proficiſcentem, minimam curam habeat in tali reſp. adminiſtrandæ forma, aut pater tanquã filiorũ, aut filius tãquã patris, aut fratres tãquã fratrũ: cũ ſit hoc tamẽ neceſſarium. Duo [21] enim ſunt, quæ homines ad curãdũ atq; amãdũ maximè impellunt, propriũ aliquid eſſe, & unicũ: quorũ [22] neutrũ q̃s ſuppetere poteſt, qui in rep. ita inſtituta uerſantur. Iam [23] uerò de filijs, qui naſcuntur, alijs quidẽ ab agricolis et opificib. ad cuſtodes, alijs autem à cuſtodibus ad opifices transferendis, magnam habet confuſionem ac perturbationem, quónam modo hoc ſit futurum. Tum neceſſe eſt eos qui tradunt ac transferunt, quibus quos tradant nõ ignorare.

Præ

Adhuc [24] autem & quæ olim dicta ſunt, magis in his uſu uenire neceſſe eſt: ueluti plagas, amores, neces. Non [25] enim amplius appellát fratres, & filios, & patres, & matres, cuſtodes, illi, qui ad alios ciues cóportati ſunt: & contrà, qui à cuſtodibus ad alios ciues: ut cauere ualeant, ne huiuſcemodi aliquid cómittant propter propinquitatem. De [26] cómunione igitur circa liberos & uxores, definitum ſit hoc modo.

ἔτι [24] δὲ καὶ τὰ πάλαι λεχθέντα μᾶλλον ἐπὶ τούτων ἀναγκαῖον συμβαίνειν· οἷον, αἰκίας, ἔρωτας, φόνους. οὐ [25] γὰρ ἔτι προσαγορεύουσιν ἀδελφοὺς, καὶ τέκνα, καὶ πατέρας, καὶ μητέρας, οἵ τε εἰς τοὺς ἄλλους πολίτας δοθέντες, τοὺς φύλακας· καὶ πάλιν οἱ παρὰ τοῖς φύλαξιν εἰς τοὺς ἄλλους πολίτας· ὥστ' εὐλαβεῖσθαι τῶν τοιούτων τι πράττειν διὰ τὴν συγγένειαν. περὶ [26] μὲν οὖν τῆς περὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας κοινωνίας, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

Præterea [24] quæ iam pridē dicta ſunt, in his magis eueniant neceſſe eſt, nempe inhoneſta & contumelioſa uerbera, amores, cædes. Non [25] enim amplius fratres, & liberos, & patres, & matres appellant ij, qui alijs ciuibus traditi ſunt, puta cuſtodibus: neq; rurſus ij, qui apud cuſtodes nati ſunt, alijs ciuibus traditi: ut uereantur aut caueant, ne quid tale admittant propter cognationem. De [26] liberorum igitur & uxorū communione, hoc modo diſtinctum atq; explicatum ſit.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Adhuc autem & huiuſcemodi.) Cùm docuiſſet, non eſſe ciuitati maximū bonum, ut cenſuerat Socrates, fieri ipſam maxime unam: nec non unitatem illam, quæ utilis foret, non naſci ex communione uxorum ac liberorum indicaſſet: nūc incumbit in hanc curam, & demonſtrat non ſine magno labore, qui moliuntur fabricantq; hanc communionem, oīanī obſtructuros eſſe multis atrocibus caſibus ac ſceleribus, quæ aliquo modo neceſſariò orientur in ea. Primū autem hoc argumentum ductum eſt ex illis malis, quæ proficiſcuntur ab ira & contumelia, quibus iniurijs homines affines ſunt. Appellat autem primùm *αἰκίας*, id eſt plagas ac manus adlatas. deinde augens crimen, neces, quas patiuntur in eas, quas non ſponte faciunt, & quas ſponte intelligentesque quid agant: & ut neces, ita etiam prælia, & conuitia, & maledicta. quorum, inquit, nihil geri committiq; debet erga parentes ac propinquos ſanguine. cùm hi omnes, qui ſe contaminãt his grauibus culpis, nefarij ac ſcelerati meritò habeantur: ſolum enim huiuſcemodi aliquid aliquando moliri in alienos remotoſq; conceſſum eſt. Adiungit autem, quod magis adhuc ualet ad communionē illam cauſam eſſe poſſe multorum malorum ſignificandum, horum incommodorum maiorem partem neceſſe eſſe illic uſu uenire, neſcientibus illis, quos uiolent, propter obſcuritatem parentum, quàm cognoſcentibus. Declarat hoc uerum eſſe, caſus calamitoſi regis Oedipi: qui, cum ueros parentes ignoraret, quanto magis nefarium ſcelus ac probrum cauit, tanto magis in ipſa incurrit.

Λύσεις fieri non habe.) Hoc etiam temptat, uitioſamq; eſſe oſtendit in ea communione, quæ neceſſariò illic exiſtit, ignorationem ſuorum: quaſi fortè huiuſcemodi aliquid impium factum in ciuitate contingat, in qua ciues, è quibus parentibus nati ſint intelligant, licet mederi tali malo: medicina autem erit, ſi legibus inſtitutæ ſceleris illius expiationes ſient. Neque enim erepta ſemel uita, patri ullo pacto ipſi reddi poterit: ſed manes mortui cerimonijs quibuſdam placabuntur. Quod non præſtabitur, ubi quiſquam læſit obtruncauitq;, quem patrem ſuum eſſe ignorabit. id autem uſu ueniet in Socratis communione, inſcitiaq; tanta ſuorum. Quod hic nullum horum factorum reddere non impurum ſceleratumq; auctorem ipſius inquit, Oreſtes, qui infamis erat ob hanc culpam, ita ſe purgat apud Euripidē, uſus & ipſe hoc ipſo nomine, quo hic utitur auctor. Vt enim ſe impurum eſſe fatetur, qui matrem necauit: ita contrà alio nomine purum integrumq;, qui patris mortem ultus ſit. Nam quod facit ad *λύσεις*, quas appellauit Ariſtoteles, turpiſſimarumq; macularum purgationes, Tyndarus apud eundem poetam exponit, quibus ueteres Græci uti ſoliti fuerint cædis piaculis. loquit igitur, inſtitutum apud illos fuiſſe, ut abiret e locis, in quibus hominem interfeciſſet, ne poſſet uideri ab illis, quorum cognatos necaſſet, occurrereq; ipſis in uia exilioq;, demum ac mutatione ſoli ipſum expiabāt, quibus autem extremum huc protulit, uerba hæc ſunt, *φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν*: nam ſuprà etiam uerbum ipſum uſurpauit, quo hic uocat philoſophus has diſſolutiones cædis. Accuſans enim improbanſq; factum Oreſtis, dixit, ſi ad diſſoluendam expiandamque præteritam cædem ſemper opus ſit noua cæde, terminum nullum hæc improba facta unquam habitura: quam rationem longè perſequitur.

Abſurdum autem eſt.) Hoc ſecundum argumentum eſt, quod duxit à flagitijs, proprijs libidinis & incontinentiæ, quæ naſcuntur in illa communione liberorum inter parentes & filios. quibus etſi uoluit uiam obſtruere Socrates, non tamen plenè id fecit: neque, ut uidebatur debuiſſe, cuncta inde excluſit. inquit igitur: Abſurdum etiam eſt, Socratem, cū filios ſuorum ciuium communes fecerit, remouiſſe tantùm illinc concubitus filiorum cum matribus, flagrantibus amore, & parentum cum filiabus: & non prohibuiſſe illis teneros hos amores ac delicatos: & quemadmodum amare longè inde non abegiſſe, ita alia nonnulla munera laſciua. quæ obire parentem erga filium omnium fœdiſſimum eſt: & eodem pacto fratrē erga fratrē. Quin autē hæc plena ſint turpitudinis, non eſt dubitandū: quippe cùm amare etiā ipſum ſine his, quæ hærent ita ipſi, ut uix inde diuelli poſſint, ſit turpe ac flagitioſum. Videtur autē ſignificare oſcula impudica, amplexationes, cæteraſque huiuſcemodi uoluptates, quas *χάριτας* appellat: quia, ut arbitror, amantes ipſas ſibi mutuò tribuunt.

Abſurdum autem & hoc.) Non placet etiam Ariſtoteli cauſa, propter quam uetuit Socrates inter parentes filioſq; cōcubitus. Fuit autem illa, quia inde orîretur uoluptas ſolida ac robuſta: hoc autem, quia naturali amori patris erga filiam, & filij erga matrem adiungeretur cultus, qui uim & poteſtatem non paruam habet uinciendi animos aliorū etiam. quare tantam & tam uehementem uoluptatem perpati illi ac tolerare non poſſent, neceſſarioq; liqueſcerent. Videtur autem Socratem non ſolùm ob hoc interdicere illis coitum debuiſſe, uerum etiam propter cultum, quem filia patri exhibere debet: inter enim perſonas has pudorem ac uerecundiam uerſari decet. Quod autē huc facit, Myrrha apud Ouidium, ut ſceleratum ſuum amorem defenderet atq; honeſtaret: contrà augeri pietatem his factis, non extingui, affirmauit. Hæc ipſius uerba ſunt. In quibus & nato genitrix, & nata parenti iungitur, & pietas geminato creſcit amore.

Videtur autem magis.) Tertium, quod reprehendit in illa communione uxorum ac liberorum, hoc eſt: quòd cùm potiſſimū Socrates uoluiſſet cuſtodum reip. militumq; uxores eſſe communes: exiſtimat noſter hoc inſtitutum magis conuenire agricolis, quàm cuſtodibus. Hoc autem, quia putabat contrarium inde naſci eius quod ille exiſtimabat, ut ipſe apertè teſtatur. inquit enim: Ita namque minor erit inter ipſos amor fideſque, quàm foret, ſi certos proprioſq; filios haberēt. quare minus erunt ſuſpecti periculoſiq; reipublicæ, cùm concordes inter ſe non ſint. Addit autem Ariſtoteles ipſe Decet autem huiuſcemodi eſſe qui parent erga illos, qui imperium in ipſos habent: & remotos demum ab omni cupiditate rerum nouarum, atque aſtutis conſilijs perturbandi rempublicam. Quanta autem pericula impendant reip. ab his, qui colunt agros, ſi male ſidere reb. ſuis comperiot, apertum eſt: nam Ilotes, ut cætera exempla huius mali omittam, ſemper occaſionem aliquam nacti, inſidiati ſunt Lacedæmonijs. Quod uerò initio huius argumenti loquit *χρήσιμον εἶναι* non ualet id, prodeſſe hoc & commodi aliquid afferre ruſticis hominibus: ſed accommodatum eſſe reipublicæ, ut hoc in illos inſtituatur ac lege firmetur.

Omnino autem euenire.) Quartum hoc eſt, quod uehementer accuſat in communione illa tanta Platonis, oſtendens contrarium inde proficiſci eius, quod maximè oportebat, & quod ipſe etiam Socrates ſperauerat. Quid opus igitur fuit fingere rē adeò nouam duramq;, unde nihil boni naſceretur, uel contrarium potius? inquit autem: Ad ſummam contrà eſt uſu uenire

contrarium eius, quod parere decet leges ex hac lege: nec non contrarium etiam illius ipſius, quod ſuaſit Socrati, ut legem hanc ferret de communione uxorum ac liberorum. Aperiens autem quod obſcurè ſignificarat, & quod meritò expectaretur ab optimis legibus, inquit: Arbitramur enim amicitiam maximum omnium bonorum eſſe, quibus fruuntur ciuitates opinionem autem hanc ſuam confirmans, ait: Ita enim minimè illæ ſeditionibus diſcordijſque occupabuntur. Socratem etiam ipſum eodem pacto de hoc ſentire demonſtrans, inquit: Præterea Socrates maximè laudat ciuitatem eſſe unam, quod ſeoè uidetur atq; ille quoque huius iudicij eſt, affirmatq́, prorſus ita ſe rem habere, amicitiæ opus eſſe.

Quemadmodum in ſermonibus.) Vt oſtendat, quomodo Socrates uellet ciuitatem fieri unam, utitur tanquam ſimili quodam, figmento inquam Ariſtophanis Platonici in Sympoſio. Cùm enim de ardore animi loqueretur, quo flagrant amantes in uenereis uoluptatibus: dixit illos, quia ualde ſe mutuò diligũt, cupere firmiter connecti, & è duobus, qui antea erant diſtincti, unum fieri. Cùm uerò Plato uſus eſſet uerbo tranſlato, quod tenuit Ariſtoteles, declarauit tamen ipſum. quæ namq; uerba ſequuntur, ſunt interpretatio illius, quod antecedit, *συμφῦναι*, iterum illic uſurpati à Platone. ualet autem, amantes cupere & niti illo tempore, quantum queunt, connecti magis adhuc arctè, quàm faciant: & ita denique, ne diuelli non poſſint. Quod etiam Ariſtoteles aliquo modo in primo libro de Ortu animantium docuit, cunctis hominibus, dum coeunt. Cùm enim uis eorum & poteſtas, quæ requiritur in generatione, diuiſa ſit in marem ac feminam non ut in ijs, quæ oriuntur è terra, in quibus eſt coniuncta: dantes operam liberis neceſſariò copulantur, & unum fiunt è duobus: quod oculis etiam percipi ſignificat. Locus apud Platonem notus eſt. Lucretius autem, cùm amorem, ut Epicureus, uituperarat, & amatorum multa uitia ante oculos poneret hunc etiam ſtultum conatum ipſorum, non tamen omnino alienum à natura, inſectatus, fortaſſe Platonis ſententiam expreſſit. inquit enim: Nec penetrare & abire in corpus corpore toto: Nam facere interdum uelle & certare uidentur: Vſque adeò cupidè in ueneris compagibus hærent.

Hic igitur neceſſe.) Demonſtrat incommodum, quod naſceretur ex uoto illo feruentium amatorum, & ſtudio tanto Platonis ciuitatem nimis unam efficiendi inquit enim. Hic, id eſt in hoc ualido nexu & *συμφύναι*, neceſſariò contingeret utroſq; interire, aut alterum ſaltem eorum neq; enim eſſent ita mixti poterunt, ut ſeiungi non ualeant. In ciuitate autem Platonis neceſſe eſt amicitiam eſſe minutam atque exilem propter hanc communionem: & minimè illic contingeret, quod uolebat, ut hic meus dicat, ſiue pater filium, ſiue filius patrem. Oſtendere uerò uolens amicitiam, qualem ſignificaui, uocauit ipſam, tráſlato uerbo uteos, & eo quidem eleganti, *ὑδαρῆ*, quaſi aquoſam. uinum enim, quod plus aquæ ſepis, quàm uini, ita appellare Græci conſueuerunt. Nos quoque patrio noſtro ſermone, inde ſæpe uerbum transferimus, cùm rem aliquam talem, id eſt imbecillam indicare uolumus: ut cum dicimus ſolem, caliginoſum intelligentes, annacquato.

Quemadmodum enim puſillum.) Simili uſus eſt ad rem, quam demonſtraret, illuſtrandam: id eſt, ad ſignificãdum, amicitiam inter eos futuram eſſe tenuem atque inſipidam: quod ſane ſimile ualde hic accommodatum eſt. inquit igitur: Quemadmodũ enim puſillum dulce (mel intelligens, aliudúe quid ſimile: nos ſaccharum diceremus) in multam aquam infuſum, atque ita cum ipſa mixtum, gignit temperamentum, quod ſenſu non percipitur: ita contingit propinquitatem coniunctionemq; animorum, quæ naſcitur ab his nominibus (intelligens meum, & non meum) eſſe & ipſam languidam atque minutam, nec magnam curam ſuſcepturum illic (quod uidebatur fieri debuiſſe) aut patrem ut filiorum, aut filium ut parentum. quod etiam reperiretur in animis quaſi fratrum, taliter inter ſe affectis. Particulam autem *ὡς* his omnibus uddidit Ariſtoteles, quia nõ putabat ipſos ueros tales, ſed tantùm ſpeciem quandam & umbram illorum retinere.

Duo enim ſunt.) Cauſam affert, cur non ſuſcepturus ſit pater curam talium filiorum, ut certorum filiorum faceret: aut è contrá qua. Duo namq; ſunt, inquit, quæ maximè impellunt homines, ut aliquid magnopere curent ac foueant. illa autẽ ſunt, ſi proprium ipſorum eſſe intelligant, & in quod nihil iuris alius quiſpiam habeat. & ſi fuerit idem tale, ut ualde ipſis carũ ſit, amoremq; ſuum omnem in ipſum transfuderint. Huiuſcemodi autem bonum *ἀγαπητὸν* Græci uocant, ut in primo quoque de Arte dicendi ipſum appellauit: neutrum autem horum exiſtere poſſe, affirmat in hominibus, qui hoc inſtitutũ receperint.

Sed etiam de transferendis.) Hoc quintum eſt, quod reprehendit in illa communione. Studuerat enim in primis Plato in ſua republica, ut ordo cuſtodum ipſius ac principum ciuitatis, firmus atque integer foret. Quare uoluerat, ut, ſi quis fortè illic natus eſſet affinis alicui uitio, transferretur ad alios inferiores ordines. contraq;, ſi in agricolis opificibuſúe naſceretur quiſpiam melioris notæ, comportaretur ad cuſtodes. Inquit igitur Ariſtoteles, hanc tranſlationem filiorum eſſe moleſtiæ & confuſionis plenam, quomodo tractari debeat: & præterea neceſſariò cognituros eſſe miniſtros huius curæ, quibus hominibus ſingillatim quos natos tradunt in manus. Quare non habebit exitum conſilium Socratis: non facile enim ipſis perſuadebitur ut taceant. Primum igitur hoc accuſat in tranſlatione natorum, id eſt difficultatẽ illius rei rectè atque ordine peragẽdæ.

Adhuc autem.) Hoc alterum eſt, quod uales ad eandem puerorum tranſlationem criminandam. Cuncta enim uitia, quæ ſupra demonſtrata ſunt uſuuenire in ſimplici communione liberorum, erunt hic neceſſariò maiora in hac, inquam, tranſlatione liberorum. magis enim adhuc incerti erunt inter ſe cognati, & minus cauebunt hæc probra ac ſcelera. Appellat autem eadem mala, quæ ſuprà. Rationem uerò ipſe reddens huius incommodi, inquit: Non enim cùm huc ſeruatum fuerit, id eſt filij ab his ad illos tranſlati, uocabũt fratres, & cæteris cognationis nominibus cuſtodes, ad quos ab agricolis & opificibus tráſlati fuerint: ſcient enim ſe ex ipſis procreatos non eſſe. Contraq́, filij cuſtodum, tranſlati ad agricolas opificeſúe, non appellabunt eodem pacto ad quos peruenerint. ut debeant ſummo ſtudio cauere, ne huiuſcemodi aliquid moliantur, quod inter ſanguine coniunctos committere nefarium eſt. Animaduertendum autem eſt, noluiſſe Platonem, ut perſpicere licet, filios ſtatim ut orti eſſent, & infantes adhuc transferri. quomodo enim in tam tenera ætate cognoſci poſſet, forentne indigni ob nimium magnum illo ordine, ſiue contrà maioris ſpei, quam humiles ordines poſtularent? præterea non ualuiſſent tam parui adhuc, quod traditur à noſtro, intelligere ſe eò aliunde comportatos, non ex hominibus illius loci ortos. De hac autẽ tranſportatione liberorum loquitur in extremo 3. libri de Republica, & in 4. non longè à principio. Arbitratus ſum, non temerè hic legi in omnibus & calamo exaratis, & excuſis Græcis libris, *τὰ πάλαι λεχθέντα*. quam etiam lectionem confirmat uetus tralatio, quæ reddidit, Antiquè dicta: & ſi cuncti recentiores interpretes uerterunt Suprà. contraria penitus notione huius aduerbij. nam quin paulo ſuprà auctor de hac communione diſſeruerit, non eſt dubitandum. Siue igitur Olim inquit, ſignificans profligatam iam à ſe & penitus eiectam hanc ſententiam eſſe: Iampridem dicens, quia nihil reſtabat, quod ad eam cõuincendam requireretur. ſiue quia multo tempore antea quodam alio loco contra eãdem diſputaſſet, aut certo quodam opere, quo ſtuduiſſet refellere, quæ non probabat in ea republica, aut parte aliqua alia ſuorum exotericorum librorum (in his certè diſſeruerat copioſe contra ideas, teſtante hoc Plutarcho in libello aduerſus Coloten, & auctore ipſo in 1. de Moribus ad Eudemum) non uiſus mihi ſum debere hanc quæſtiunculam non attingere.

Νομιζόμενας γίνεσθαι λύσεις.) Veteres ſua habebant expiandarũ cædium ſacra, *καθαρμοὺς* dicta. Plato lib. 9. de Legib. alias uoluntarijs, alias non uoluntarijs attribuit. At cùm multum referat, quis à quo ſit interfectus, ob perſonarum confuſionem expiandi natiuas leges Plato ſuſtuliſſe, & ſophiſticas quaſdam ſubſtituiſſe uidetur.

τῆς κοινωνίας μόνον ἡ φιλία.) Lib. 3. de Rep. Socrates natu maiores tanquam patres cum omnib. liberis Reip. cõuerſari uult tanquam cum amaſijs, ſed extra uenerem, rectæ tantùm inſtitutionis cauſa: [illegible]

ἀλλὰ δεῖ τοιούτους εἶναι τοὺς ἀρχομένους.) Vt ſubditi in officio contineantur, expedit Confidentiam & Concordiam illorum, quantum eius fieri poteſt, deprimere & turbare. uti lib. 5. Polit. docebit Sic Varro de re Ruſtica ſeruos eiuſdem gentis plures habere prohibet, ne uel gentilitatis occaſione conſpirent contra dominum.

τῶν ἐρώντων.) Plato in Sympoſio conuiuas Agathonis diuerſos introducit, Amorẽ laudãtes, pro ſua quemq; profeſſione ordine. Ariſtophani proinde comico poetæ, ueluti ſcurræ, ridiculũ cõmentũ attribuit, de primis hominib. integris, Deûm imperio poſtea diuiſis in mares & feminas: qui cùm integritatem ſuam ipſa natura duce iterum affectent, hanc quatenus eius fieri poteſt per Amorem conſequantur, cuius ea ſit uis, ut non animis tantùm, ſed etiam corporibus & coniungi & connecti & confundi deſiderent, unionis priſtinæ ueluti per ſomnium recordati.

τὴν φιλίαν ὑδαρῆ.) Metaphora ab hydromelite. *ὑδαρὲς* uinum & aqua dilutæ potionis genus eſſe, Victorius lib. 2. Var. c. 13. docet: & *ὑδαρὲς* id quod aquoſum eſt, tranſlatum ad alias res, tenue & inſirmum.

ὑπὸ τῶν αἰσχύνεσθαι κτλ.) Plato enim non patres ipſosmet, ſed curatores & moderatores ad hoc munus delectos filiorum curā habere iubet.

τοὐκαῖον καὶ τὸ ἀγαπητόν.) Amat quis uel ſeipſum, uel alium. Qui ſeipſum amat, hic τὸ ἴδιον amat, liberos, uxores, fratres, ſeruos: in quibus etſi nihil inſit amabile, tamen quoniam ſua ſunt, eatenus quoq; illis non propter ipſa, ſed propter ſe bene uelle uidetur. Proinde cap. ſeq n. 27 expreſſè docet, Exiſtimare rem aliquam ſuam eſſe, multo plus delectare, quam ſi communem eſſe ſciat. Qui alios amat, tanquam non ſuos, is eos amat propter ἀγαπητὸν quoddam, ternario comprehenſum, Honeſti, Vtilis, & Iucundi. Amat ergo eos uel propter ipſos, nimirum propter uirtutem, quæ in illis eluceſcit. uel propter ſe, nempe propter eam quam ex ipſorum amicitia ad ſe redituram ſperat uel utilitatem uel uoluptatem. Vti lib. 8. Ethicorum c. 2. & 3 docuit Ariſt. Iam quia Plato communitatem liberorum introducit, neruos ueluti amoris ſuccidit: τὸ ἴδιον primùm, publicos faciens liberos, & carum amorē paternum debilitans: deinde τὸ ἀγαπητὸν utcunq;, nimirum Voluptatem, quæ ex liberorum educatione percipitur, parentibus eripiens, & curatorib. certis eam permittens: Vtilitatem ſimiliter, auxilij, quod filij ex natura præſcripto patrib. debent, publicatione iſta debilitans.

- **ARGVMENTIS** Platonicis euerſis, quibus communitatem uxorum adſtruere conabatur: nūc cōcluſionem per ſe impugnat, & multa abſurda hanc communitatem ſequi oſtendit: ne quis obijcere poſſet, Etſi falſis argumentis nixa ſit eſſet Platonis opinionē, tamen eam nihilominus ueriſimilem uideri. N. 1. Reprehendit ergo Platonis Remp. tum quo ad
  - **Communitatem uxorum & liberorum partim ex**
    - **Adiunctis**
      - **Iniurijs, quas ben legislatoris eſt uel**
        - **Prohibere** ne fiāt. At Plato uxores & liberos cōmunes faciendo, pulſationes, pugnas, cædes, contumelias omne genus uidetur partim
          - **Non** amoliri, ſeu ſponte ſeu ab inuitis factas. Nam cùm multo grauius ſit patrem quàm cognatū, & cognatū quàm affinē, & affinē quàm externum aliquē pulſare: cùm hæc perſonarū diſtinctio ſit ſublata, per imprudentiam interdum filius patrem ſuum uerum pulſabit, aut etiam interficiet: quem ſi patrem eſſe ſciret, neutiquam attingeret. Cùm autem parricidium grauius ſit crimen homicidio: hac perſonarum confuſione maximo ſceleri anſa dabitur. N. 2.
          - **Promouere** magis, propter ignorantiā natiuæ coniunctionis. N. 3.
        - **Corrigere** iā factas. Cædes perpetrata iudicijs certis expianda eſt pro grauitate delicti. Si ergo perſona agens et patiens
          - **Cognoſcantur**, grauius delicti quoq; rectè dijudicari poterit. N. 4.
          - **Non** cognoſcantur, ut in Platonis Rep. neq; expiationi locus erit. N. 5. Vt enim quàm maximè omnes natu maiores pro patribus haberi uelit: attamen cùm inter hos unum aliquem certum uniuſcuiuſq; patrem eſſe oporteat, quam hic natura prærogatiuam conceſſit, ut à filio tangi non debeat, eam lege Platonica amittere non debet. Atq; ut parricidium ſit utcunq;, multo tamen grauius, cùm uerus pater occiditur, quàm cùm is qui uoluntate tantùm legislatoris pater eſt.
      - **Amoribus** turpiſſimis, & à naturæ pudore alienis. Abſurdum eſt Platonis commentum tum quo ad ueneris uſus
        - **Legem.** Neq; enim amare patri filiam, nec matri filium, nec fratri ſororem, aut quibuſuis alijs amatorijs officijs proſequi interdicit, ſed ſolo congreſſu abſtinere iubet. N. 6. Quaſi uerò ueneris impotentia in ſolo coitu ſit ſpectanda.
        - **Cauſam.** Parentum & liberorum, item Fratrum inter ſe commercia non propter turpitudinē, ſed propter uoluptatis tantùm uehementiam prohibet. N. 7.
    - **Effectio.** Communitas Vxorum & Liberorum amorē non modò communē, ſed inſuper remiſſiorem facit. Proinde in
      - **Specie**, ueluti per ἀντιπαράστασιν; ut conuenire demum, nō tamen omnibus, ſed aliquibus tantùm cō uenire poteſt: neq; rurſus Cuſtodibus, ut Plato uoluit, ſed Agricolis potius, tali ratione:
        - **Inter quos amor debet eſſe**
          - **Minor**, ijs liberi communes concedi poſſunt. Ratio. Nam quo magis communes erunt, eo minus à parentibus amabuntur. N. 9. Sicuti cap. præced. n. 11. docuit.
          - **Maior**, ijs liberi proprij, quos multo feruentius quàm ſi communes ſint amabunt, concedendi erunt.
        - **Atqui nunc in Repub.**
          - **Agricolas** diſcordes eſſe præſtat, ne aliquando contra cuſtodes conſpirent. N. 10.
          - **Cuſtodes**, hoc eſt, Milites atq; Magiſtratus, concordes eſſe præſtat, ut hac ratione potentia illis accedat, qua reliquos ciues uel inuitos in officio contineant.
        - **Ergo in Rep. cōmunes liberi** (Num. 8.)
          - **Agricolis** concedi poterunt. Quod tamen Plato negat.
          - **Cuſtodibus** non erunt concedendi. Quod tamen Plato affirmat.
      - **Genere**, ueluti per ἐνστασιν. Vide in ſeq. ſignum A.
  - **Modum** communitatis. Filios communes pro cuiuſq; indole in diuerſos ordines transferri, uel cuſtodum, uel agricolarum, uel opificum, Plato lib. 3. de Rep. uolebat, & illic educari. Quam translationem Ariſt. oſtendit, reſpectu eorum qui
    - **Transferunt**, ualdè moleſtam & turbarum plenam fore. N. 23.
    - **Transferuntur**, magnis malis occaſionem daturam. N. 24. Ratio. Nam è cuſtodibus ad opifices delati, ue non amplius cuſtodes pro patribus aut fratribus agnoſcent. Itaq; per imprudentiam & parricidia & alias iniurias fieri continget. Quod ab initio cap. huius diximus. N. 25.

A. In genere nullis pene tm conuenire paſſe demonſtrat. N.11. Syllogiſmus talis:

- Amicitia perfecta ad ſummũ ciuitatis bonum confert. Quod ipſum ex ſententia
  - Sua
    - Pronunciat. N.12.
    - Confirmat, à contrario. Sic enim minimè ſeditionibus agitabitur, quæ ſunt uelut peſtes publicæ. N.13.
  - Socratis à Platone introducta demõſtrat:
    - Quæ ad unionem ciuitatis faciunt, procurãda ſunt. N.14.
    - At Amor mutuus ciuium maximè ad unionem facit. N.15. Confirmat ſimilitudine amoris uenerei, ex Sympoſio Platonis ſub Ariſtophanis perſona iocoſè propoſita. Amantes ſiquidem non conuerſari tantùm, ſed penitus connaſci & unum fieri cupiunt. N.16.
    - Ergo amor mutuus ciuium maximè procurandus erit.
- At Liberorum cõmunitas perfectã non inuehit amicitiam. Quod ipſum &
  - Similitudine declarat:
    - Quemadmodum amantes, ſi ex Ariſtophanis uoto connaſcantur, & unum fiant ex duobus, uel utrunq; uel alterum perire oportet: quo facto, iam amor quoq; ceſſabit, qui non niſi inter duos ad minimum reipſa diuerſos eſſe poteſt. N.17.
    - Ita quoq; ſi ciues amorem liberorũ communem faciant, ſingulorum amorem, qui maximus aliàquin eſſe conſueuit, perire neceſſe eſt: adeóq; paternum priuatim feruidiſsimũ amor interibit, & publicus multo remiſsior ſuccedet. N.18. Similitudine alia illuſtrat:
      - Quemadmodum paucum mel aquæ immiſſum copioſæ mulſam facit dilutiſsimam. N.19.
      - Ita pauxillum amoris in Remp. Platonicam immiſſum (nominum ſcilicet blanda appellatio, quòd ſe mutuò tanquam patres & fratres ſalutant, nullam interea certitudinem conſanguinitatis habentes) aut etiam amor patrius uniuſcuiuſq; in omnes qui naſcuntur Reip. filios transfuſus, minimè arctam, ſed multis ſuſpicionibus uelutì permiſtam atq; dilutam beneuolentiam efficiet. N.20.
  - Ratione corroborat:
    - Quod proprium eſt unicuiq;, aut quod in alio ineſt amabile (ſiue illud honeſtum ſit, ſiue utile, ſiue iucundum) illud curam & amorem maximè accendit. N.21.
    - At hæc Platonica communitas liberos nec proprios (ſed communes) nec amabiles facit, (propter conuerſationem educationis ereptam) N.22.
    - Ergo curam & amorem minimè accendit.
- Ergo Liberorum communitas ad ſummum ciuitatis bonum non confert:

CAPVT V.

Platonicæ Reip. cõmunionem patrimoniorum impugnat: diuiſionem quinetiam Ciuium in certas claſſes.

SEquitur[1] aũt hæc animaduertere de re familiari, quónã pacto opus eſt cõſtituere ipſam his, qui debent uerſari in optima republica, utrum communem uel non cõmunem eſſe decet poſſeſsionẽ bonorũ. Hoc[2] aũt aliquis ſeorſum cõſideret ab his, quæ circa liberos & uxores cõſtituta iã ſunt. Dico[3] aũt, quę pertinẽt ad rẽ familiarẽ: utrũ ſi fuerint illa ſeparata, quẽadmodũ nũc ſe habẽt omnib9, & poſſeſsiões eſſe pręſtat & uſus: ceu[4] prędia ſeorſum, fruct9 uerò in cõmune cõportãtes abſumere (quod[5] quidẽ nõnullæ faciũt gentes) uel[6] cõtrà, tellurẽ quidem cõmunem eſſe, & colere ipſam cõmuniter, fructus aũt diuidere ad propria uſus (ferũtur[7] aũt quidã barbari ita inter ſe bonis cõmunicare) uel[8] & pdia & fruct9 cõmunes. Si[9] igit̃ diuerſi ſunt, q agros colũt, alius

ΧΟΜΕνον[1] δὲ τούτων ἐστὶν ἐπισκέψασθαι περὶ τῆς κτήσεως, τίνα τρόπον δεῖ κατασκευάζεσθαι τοῖς μέλλουσι πολιτεύεσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν· πότερον κοινὴν, ἢ μὴ κοινὴν εἶναι τὴν κτῆσιν. τοῦτο[2] δ' αὐτῆς καὶ χωρὶς σκέψαιτο ἄν τις ἀπὸ τῶν περὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας νενομοθετημένων. λέγω[3] δὲ τὰ περὶ τὴν κτῆσιν, πότερον κἂν ᾖ ἐκεῖνα χωρὶς, καθ' ὃν νῦν τρόπον ἔχει πᾶσι, τάς τε κτήσεις κοινὰς εἶναι βέλτιον, καὶ τὰς χρήσεις· οἷον[4] τὰ μὲν γήπεδα χωρὶς· τοὺς δὲ καρποὺς εἰς τὸ κοινὸν φέροντας ἀναλίσκειν (ὅπερ[5] ἔνια ποιεῖ τῶν ἐθνῶν) ἢ[6] τοὐναντίον, τὴν μὲν γῆν κοινὴν εἶναι, καὶ γεωργεῖν κοινῇ, τοὺς δὲ καρποὺς διαιρεῖσθαι πρὸς τὰς ἰδίας χρήσεις (λέγονται[7] δέ τινες καὶ τοῦτον τὸν τρόπον κοινωνεῖν τῶν βαρβάρων) ἢ καὶ τὰ[8] γήπεδα καὶ τοὺς καρποὺς κοινούς. ἑτέρων[9] μὲν οὖν ὄντων τῶν γεωργούντων,

SEquitur[1] deinceps, ut de ciuium bonis ac facultatibus rei familiaris uideamus, quomodo eas conſtitui oporteat iis, qui optima reip. adminiſtratione uſuri ſunt, utrum communes, nécne. Poſsit[2] autem hæc aliquis etiam ſeorſum ab iis, quæ ſunt de liberis & uxoribus lege Socratis ſancita, conſiderare: ea[3] dico, quæ ad facultates & fortunas pertinent: utrum etiam ſi propria & ſeparata ſint illa de uxoribus & liberis, quemadmodum nunc ſunt apud omneis, poſſeſsiones & uſumfructum communes eſſe melius ſit, uerbi[4] gratia agros & fundos ſeorſum poſſideri, fructus autem in commune collatos conſumi (quod[5] nonnullæ nationes faciunt) an[6] contrà, agros quidem eſſe communes, & arari communiter, fructus autem diuidi ad proprios cuiuſque uſus (dicuntur[7] autem nonnulli barbari etiam hoc modo inter ſe res communicare) an[8] & fundos, & fructus eſſe communes. Si[9] igitur alij ſint, qui agros colant, alius

alius eſſet modus, & facilior. Si [10] uerò ipſi ſibiipſis laborārēt, quę pertinēt ad poſſeſſiones bonorum, plures adferent difficultates. Et [11] in abſumendo enim, & in opere faciēdo, niſi ſeruata fuerit ęqualitas, ſed extiterit inęqualitas, neceſſe eſt expoſtulationes naſci aduerſus eos, qui abſumūt uel capiūt multa, paucos aūt labores ferūt, ab illis, q pauciora capiūt, plures aūt labores tolerāt. Omnino [12] autē ſimul uiuere, & humanarū omniū rerū cū aliquib. participes eſſe, difficile eſt: & maximè huiuſcemodi. Declarāt [13] hoc eorū, qui unà peregrinātur, ſocietates: fermè enim magna pars ipſorum litigant inter ſe ex rebus quę ſunt ante pedes & puſillis cōtrouerſantes. Adhuc [14] aūt & famulorū his maximè iraſcimur, quib. maximè utimur in miniſterijs circularibus. Cōmunia [15] igitur eſſe bona, has cōtinet in ſe, & alias huiuſcemodi moleſtias. Quo[16]modo aūt nūc res ſe habet & cōſuetudo, ſi pręterea fuerit ornata moribus & ordine rectarū legum, nō parū præſtaret. Habebit [17] enim in ſe bonū, quod capitur ex ambab9 rationibus. Intelligo [18] aūt ex ambabus dicens, ex ea, quę cōmunia bona habet: & ex ea, quę ꝑpria. Decet [19] .n. aliquo modo eſſe cōmunia, omnino aūt propria. Curę [20] nāq; diuiſæ nō gignent expoſtulationes. Potius [21] enim augeſcent, ſingulis tanquam ad ſuum propriumq; aſsiduè manentibus. Propter [22] uirtutem autem erit quod refertur ad uſum, ut eſt in prouerbio, communia amicorum. Eſt [23] autem & nunc hoc modo in quibuſdam ciuitatibus adumbratum, ut cognoſcatur non eſſe impoſsibile: & maximè in bene inſtitutis ciuitatibus, partim horum ſunt, partim autem eſſe poſſent. Proprium [24] enim ſingulis patrimonium habentibus, his quidem concedunt, ut utantur amici: his autem ipſi utuntur, ut communibus, ueluti [25] Lacedæmone. Vtūtur enim ſeruis inuicē alienis, ut proprijs: & præterea equis & canibus: & ſi eguerint uiaticis in agris ſus in tellure. Perſpicuum [26] igitur eſt, præſtare propria eſſe bona, uſu autem efficere illa communia. Vt [27] autem tales ciues reddantur, hoc proprium munus eſt legum latoris. Adhuc [28] autem dici nō poteſt, quantum ad uoluptatem refert,

ἄλλος ἂν εἴη τρόπος καὶ ῥάων· αὐτῶν [10] δὲ αὐτοῖς διαπονούντων, τὰ περὶ τὰς κτήσεις πλείους ἂν παρέχοι δυσκολίας. καὶ [11] γὰρ ἐν τῇ ἀπολαύσει καὶ ἐν τοῖς ἔργοις μὴ γινομένων ἴσων, ἀλλ' ἀνίσων, ἀναγκαῖον ἐγκλήματα γίνεσθαι πρὸς τοὺς ἀπολαύοντας μὲν ἢ λαμβάνοντας πολλὰ, ὀλίγα δὲ πονοῦντας, τοῖς ἐλάττω μὲν λαμβάνουσι, πλείω δὲ πονοῦσιν. ὅλως [12] δὲ τὸ συζῆν καὶ κοινωνεῖν τῶν ἀνθρωπικῶν πάντων χαλεπὸν, καὶ μάλιστα τῶν τοιούτων. δηλοῦσι [13] δὲ αἱ τῶν συναποδήμων κοινωνίαι. σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι διαφερόμενοι ἐκ τῶν ἐν ποσὶ καὶ ἐκ μικρῶν προσκρούοντες ἀλλήλοις. ἔτι [14] δὲ τῶν θεραπόντων τούτοις μάλιστα προσκρούομεν, οἷς πλεῖστα προσχρώμεθα πρὸς τὰς διακονίας τὰς ἐγκυκλίους. τὸ [15] μὲν οὖν κοινὰς εἶναι τὰς κτήσεις, ταύτας τε καὶ ἄλλας τοιαύτας ἔχει δυσχερείας. ὃν [16] δὲ νῦν τρόπον ἔχει, καὶ ἐπικοσμηθὲν ἤθεσι καὶ τάξει νόμων ὀρθῶν, οὐ μικρὸν ἂν διενέγκαι. ἕξει [17] γὰρ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων ἀγαθόν. λέγω [18] δὲ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τὸ ἐκ τοῦ κοινὰς εἶναι τὰς κτήσεις, καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἰδίας. δεῖ [19] γὰρ πῶς μὲν εἶναι κοινὰς, ὅλως δὲ ἰδίας. αἱ [20] μὲν γὰρ ἐπιμέλειαι διῃρημέναι τὰ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους οὐ ποιήσουσι· μᾶλλον [21] δὲ ἐπιδώσουσιν, ὡς πρὸς ἴδιον ἑκάστου προσεδρεύοντος. δι' [22] ἀρετὴν δὲ ἔσται πρὸς τὸ χρῆσθαι κατὰ τὴν παροιμίαν κοινὰ τὰ φίλων. ἔστι [23] δὲ καὶ νῦν τὸν τρόπον τοῦτον ἐν ἐνίαις πόλεσιν οὕτως ὑπογεγραμμένον, ὡς οὐκ ὂν ἀδύνατον· καὶ μάλιστα ἐν ταῖς καλῶς οἰκουμέναις, τὰ μὲν ἔστι, τὰ δὲ γένοιτ' ἄν. ἰδίαν [24] γὰρ ἕκαστος τὴν κτῆσιν ἔχων, τὰ μὲν χρήσιμα ποιεῖ τοῖς φίλοις, τοῖς δὲ χρῆται ὡς κοινοῖς· οἷον [25] καὶ ἐν Λακεδαίμονι, τοῖς τε δούλοις χρῶνται τοῖς ἀλλήλων, ὡς εἰπεῖν, ἰδίοις· ἔτι δὲ ἵπποις καὶ κυσὶ, κἂν δεηθῶσιν ἐφοδίων ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὴν χώραν. φανερὸν [26] τοίνυν ὅτι βέλτιον εἶναι μὲν ἰδίας τὰς κτήσεις, τῇ δὲ χρήσει ποιεῖν κοινάς· ὅπως [27] δὲ γίνωνται τοιοῦτοι, τοῦ νομοθέτου τοῦτ' ἔργον ἴδιόν ἐστιν. ἔτι [28] δὲ καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀ-

lius modus fuerit, ac facilior atq; expeditior. Sin [10] ipſi ſibi colant, & laborem perferant in iis, quæ ad agros & cæteras poſſeſſiones pertinent, plures hoc afferet difficultates. Nam [11] cum in fruendo, & in opere faciendo, laboreq; ſufferendo non eſt æqualitas, ſed inæqualitas: neceſſe eſt criminationes & querelas oriri aduerſus eos, qui fruuntur quidem multis, aut percipiūt multa, paruos autem labores capiunt ab iis, qui pauciora quidem percipiunt, plures autem labores ſufferunt. In [12] ſumma, cum unà uiuere, & rerum omnium humanarum cōmunionem habere difficile ſit, tum maximè talium. idq; [13] declarant eorum, qui unà peregrinātur, communitates. propemodum enim plurimi diſsidentes de rebus ante pedes poſitis, & paruis, graues inter ſe offenſiones atq; inimicitias ſuſcipiunt. Præterea [14] uerò in eos famulos maximè offendimur, quorum opera ad miniſteria uſitata & quotidiana plurimum utimur. Bonorum [15] igitur, quæ a quoque poſsidētur, communicatio & has & alias habet difficultates. Quo [16] modo autem nunc utuntur, hoc ſi & bonis moribus ornatum, atq; in ordinem adductum, & rectis legibus temperatum fuerit, non paulo præſtiterit. Habebit [17] enim id, quod ex utroq; proficiſcitur, commodi. Commodum [18] autem ex utroq; proficiſcens dico, & quod ex bonorum communione, & quod ex proprietate oritur. Oportet [19] enim bona quodam modo eſſe communia, ſimpliciter & uniuerſè propria. Curationes [20] enim bonorum diuiſa, criminationes & querelas inter eos non gignent: ſed [21] potius illa amplificabūtur & creſcent, unoquoq; tanquam rei propriæ affixo atque incumbente. Propter [22] uirtutem uerò ad utendi facultatem, bona, ut eſt in prouerbio, amicorum erunt communia. Cum [23] autem etiam nunc in quibuſdam ciuitatibus huiuſcemodi conſuetudinis informata deſcriptio eſt, quæ ſi hoc non fieri non poſsit: tum uerò maximè in urbeis celebres & ciuitates, quæ bene gubernantur, partim huiuſcemodi utendi conſuetudo introducta eſt, partim introduci poſset. Proprio [24] enim quiſq; & priuato iure bona poſsidens, partim ea commendat amicis, partim iis utitur, ut communibus: exempli [25] gratia etiam Lacedæmone & ſeruis utitur alter alterius, penè dicam, ut ſuis: & præterea equis, & canibus, & uiatico, ſi quis fortè in agris inanis & minus inſtructus opprimatur. Perſpicuū [26] igitur eſt, eſſe cōmodius ac præſtabilius, bona quidē eſſe propria, uſum antē eorum cōmunem. Quomodo [27] autem ciues ſic animati reddi poſsint, hæ ſunt partes latoris legū. Præterea [28] nemo dicendo conſequi poſsit, quantum referat ad uoluptatem, exiſtimare aliquid eſſe proprie ſuum. Non [29] enim fruſtra ipſe er-

refert, exiſtimare propriũ aliqd eſſe. Nõ [29] enim ſine cauſa ſinguli mortales amicitia tenẽtur erga ſemetipſos, ſed hoc eſt naturale. Eſſe [30] aũt quẽpiã amatorẽ ſuiipſius, meritò uituperatur. Nõ [31] eſt aũt hoc diligere ſemetipſum, ſed [32] magis quã oporret diligere: quẽadmodũ [33] amatorẽ pecuniæ: quia [34] diligũt oẽs, ut ita loquar, ſingulas huiuſcemodi. Quinetiã [35] gratificari & opitulari amicis, uel hoſpitibꝰ, uel ſodalib. iucũdiſsimũ eſt: qđ [36] fit, cũ bona ꝓpria ſunt. Hæc [37] aũt amplius nõ cadũt in illos, q ualde unũ faciũt ciuitatẽ. Et [38] præter hæc interimũt opera duarũ uirtutũ apertè: tẽperãtiæ [39] quidẽ, quod ptinet ad uxores (eſt [40] .n. honeſtũ factũ, abſtinere ſe ab aliena propter tẽperantiã) liberalitatis [41] aũt, quod ptinet ad bona. Neq; [42] .n. perſpicietur, qui eſt liberalis, neq; geret factũ ullũ liberale. In uſu [43] enim bonorũ liberalitatis factũ eſt. Pulcra [44] igitur facie tenus huiuſcemodi reip. cõſtitutio & humana uideri poſſet. Qui .n. [45] audit, libẽter recipit, putãs fore amicitiã quandã admirabilẽ omnib. erga oẽs: præſertim [46] cũ accuſauerit aliquis mala, q̃ inſunt in ciuitatibus, tanquã gignantur, quia nõ ſunt cõmunia bona. intelligo autẽ lites, quas ſibi intendũt de cõtractibus, & iudicia falſorũ teſtimoniorũ, & aſſentationes diuitũ: quorũ [47] nihil exiſtit, quia bona propria, nõ cõmunia ſunt: ſed ortũ cuncta habent è prauitate hominũ. quia [48] eos, qui cõmunia poſsidẽt & cõmunicant inter ſe aliqua re, uidemꝰ multo magis cõtrouerſari, quàm eos, qui priuatim bona tenẽt: ſed ſpectamus paucos, qui è cõmunionib. litigent, cũ multis cõferentes, qui propriè bona poſsidẽt. Adhuc [49] aũt iuſtũ eſt nõ ſolùm dicere quot malis priuabũtur, ſi cõmunia cũcta habuerint, uerũ etiam quot bonis. Perſpicit̃ [50] aũt, nõ poſſe ullo pacto traduci ſic uita. Cauſam [51] aũt fuiſſe Socrati lapſionis exiſtimãdũ eſt fundamẽtũ, quo uſus eſt, nõ rectũ. decet [52] .n. eſſe aliquo modo unã & domũ & ciuitatẽ, ſed nõ omnino. Eſt [53] .n. quomodo nõ erit, cũ ꝓgreſſa fuerit, una: eſt etiã, q̃uo erit quidẽ, ꝓpè [54] aũt exiſtẽs ut ciuitas non ſit, deterior ciuitas erit. Quẽadmodũ [55] ſi quis è plutib. uocib. cõcordib. effice-

μύθητον, ὅσον διαφέρει τὸ νομίζειν ἴδιόν τι. μὴ [29] γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος· ἀλλ' ἔστι τοῦτο φυσικόν. τὸ [30] δὲ φίλαυτον εἶναι, ψέγεται δικαίως. οὐκ [31] ἔστι δὲ τοῦτο φιλεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ [32] τὸ μᾶλλον, ἢ δεῖ φιλεῖν· καθάπερ [33] καὶ τὸν φιλοχρήματον· ἐπεὶ [34] φιλοῦσί γε πάντες, ὡς εἰπεῖν, ἕκαστον τῶν τοιούτων. ἀλλὰ [35] μὴν καὶ τὸ χαρίσασθαι καὶ βοηθῆσαι φίλοις, ἢ ξένοις, ἢ ἑταίροις, ἥδιστον· ὃ [36] γίνεται, τῆς κτήσεως ἰδίας οὔσης. ταῦτά [37] τε δὴ οὐ συμβαίνει τοῖς λίαν ἓν ποιοῦσι τὴν πόλιν. καὶ [38] πρὸς τούτοις ἀναιροῦσιν ἔργα δυοῖν ἀρεταῖν φανερῶς· σωφροσύνης [39] μὲν, τὸ περὶ τὰς γυναῖκας· ἔργον [40] γὰρ καλὸν, ἀλλοτρίας οὔσης ἀπέχεσθαι διὰ σωφροσύνην· ἐλευθεριότητος [41] δὲ, τὸ περὶ τὰς κτήσεις. οὔτε [42] γὰρ ἔσται φανερὸς ἐλευθέριος ὢν, οὔτε πράξει πρᾶξιν ἐλευθέριον οὐδεμίαν. ἐν τῇ [43] γὰρ χρήσει τῶν κτημάτων τὸ τῆς ἐλευθεριότητος ἔργον ἐστίν. εὐπρόσωπος [44] μὲν οὖν ἡ τοιαύτη νομοθεσία, καὶ φιλάνθρωπος ἂν εἶναι δόξειεν. ὁ [45] γὰρ ἀκροώμενος ἄσμενος ἀποδέχεται, νομίζων ἔσεσθαι φιλίαν τινὰ θαυμαστὴν πᾶσι πρὸς ἅπαντας· ἄλλως [46] τε καὶ ὅταν κατηγορῇ τις τῶν νῦν ὑπαρχόντων ἐν ταῖς πολιτείαις κακῶν, ὡς γινομένων διὰ τὸ μὴ κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν. λέγω δὲ δίκας τε πρὸς ἀλλήλους περὶ συμβολαίων, καὶ ψευδομαρτυριῶν κρίσεις, καὶ πλουσίων κολακείας. ὧν [47] οὐδὲν γίνεται διὰ τὴν ἀκοινωνησίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν μοχθηρίαν· ἐπεὶ [48] καὶ τοὺς κοινὰ κεκτημένους, καὶ κοινωνοῦντας, πολλῷ διαφερομένους μᾶλλον ὁρῶμεν, ἢ τοὺς χωρὶς τὰς οὐσίας ἔχοντας· ἀλλὰ θεωροῦμεν ὀλίγους τοὺς ἐκ τῶν κοινωνιῶν διαφερομένους πρὸς πολλοὺς συμβάλλοντες τοὺς κεκτημένους ἰδίᾳ τὰς κτήσεις. ἔτι [49] δὲ δίκαιον μὴ μόνον λέγειν ὅσων στερήσονται κακῶν κοινωνήσαντες, ἀλλὰ καὶ ὅσων ἀγαθῶν. φαίνεται [50] δ' εἶναι πάμπαν ἀδύνατος ὁ βίος. αἴτιον [51] δὲ τῷ Σωκράτει τῆς παρακρούσεως χρὴ νομίζειν τὴν ὑπόθεσιν, οὐκ οὖσαν ὀρθήν. δεῖ [52] μὲν γὰρ εἶναί πως μίαν καὶ τὴν οἰκίαν καὶ τὴν πόλιν, ἀλλ' οὐ πάντως. ἔστι [53] μὲν γὰρ ὡς οὐκ ἔσται προϊοῦσα πόλις· ἔστι δ' ὡς ἔσται μὲν, ἐγγὺς [54] δ' οὖσα τοῦ μὴ πόλις εἶναι, ἔσται χείρων πόλις. ὥσπερ [55] κἂν εἴ τις τὴν συμφωνίαν ποιήσειεν ὁ-

ga ſe amicitiã unuſquiſq; gerit: ſed hoc à natura eſt inſitum. Eſſe [30] autem ſui amantem, quod dicunt Græci φίλαυτον εἶναι, meritò uituperatur. At [31] non eſt hoc ſeipſum amare, ſed [32] magis, quàm oporteat, amare: quemadmodum [33] pecuniæ eſſe amantem. Namq; [34] amant ſerè omnes unumquodq; talium rerũ. Veruntamen [35] munificentiam cõferre in amicos, eisq; opem ferre, aut hoſpitibus, aut ſodalibus, iucundiſsimum eſt: quod [36] tum fit, cum bona propriè à ſingulis poſsidentur. Hæc [37] igitur iis non contingunt, qui ciuitatem nimis unam faciunt. Et [38] præterea duarũ uirtutum munera perſpicuè tollunt: quod [39] ad uxores quidem attinet, temperantiæ: honeſta [40] enim actio eſt, ab ea, quæ aliena eſt, propter temperantiam ſe abſtinere: quod [41] ad fortunas autem, liberalitatis. nam [42] neq; apparebit quis ſit liberalis, neq; ullam actionem expromet liberalem. In [43] uſu enim bonorũ, quæ poſsidẽtur, liberalitatis munus ſitum eſt. Huius [44] igitur legis rogatio ſpecioſa quidẽ, & humana uideri poſſit. Nam [45] qui eam audit, libenter & cupidè amplectitur atq; approbat, exiſtimans admirabilem quandam omnibus inter omnes amicitiam futuram: præſertim [46] ubi quis mala, quæ nunc ſunt in his reip. adminiſtrandæ formis, accuſet, quaſi ex eo naſcantur, quod nõ ſint omnium ciuium facultates communes: dico autem lites & controuerſias inter ipſos de rebus contractis, & falſorum teſtimoniorum iudicia, & diuitum aſſentationes: quorum [47] nihil fit propterea quòd bonorum non ſit communicatio, ſed propter improbitatem. Nam [48] etiam eos qui bona communiter poſsident, atq; inter ſe cõmunicant, multo magis inter ſe diſsidere uidemus, quàm qui ſeorſum facultates habent. Sed paucos ſpectamus ex communicatione bonorum inter ſe diſsidentes, cum multis propriè rem familiarẽ poſsidentibus comparantes. Præterea [49] uerum eſt, non ſolum quot malis cariturĩ ſint, qui bonorum communicationem fecerint: ſed etiam quot bonis, exponere. Videtur [50] autem prorſus fieri nõ poſſe, ut hic uitæ cultus conſiſtat. Cauſam [51] autem & originem fraudis atq; erroris Socrati fuiſſe exiſtimare oportet id, quod ab eo ſuppoſitum eſt, quaſi uerum ac rectum, cum aliter ſit. Debet [52] enim quadã ex parte & quodammodo una eſſe & domus, & ciuitas, ſed non omni ex parte, neq; omnibus modis. Futurum [53] enim eſt aliquo modo, ut longius progreſſa non ſit ciuitas: aliquo [54] modo erit illa quidẽ ciuitas, ſed cũ parũ ab eo abfuerit, ut nõ ſit ciuitas, deterior erit ciuitas: quẽadmodum [55] ſi quis concentum ex multis uocibus conſtantem, quam ſymphoniam uocant

ſimul uocē, uel [56] ordinem motuū, rhythmū uocatū, unū inceſſum. Sed [57] oportet, multitudinē exiſtentē, ut prius dictū eſt, per diſciplinā cōmunem & unā facere: eumq; [58] qui debet diſciplinā inducere, & exiſtimat p̄ſidio huius fore ciuitatē ſtudioſam, abſurdū eſt huiuſcemodi reb. putare ſe correcturū, & nō inſtitutis & ſtudio ſapientiæ ac legibus: quemadmodū [59] quæ pertinēt ad poſſeſsionē bonorū Lacedęmone, & in Creta cœnis publicis legū ſcriptor communia reddidit. Decet [60] quoq; hoc nō ignorare, opus eſſe, multū tēpus & multos annos attēdere, in quib. nullo modo fefelliſſent, ſi hęc bene ſe habuiſſēt. Cūcta [61] .n. fermè inuēta ſunt: uerū [62] hęc quidē non collecta ſunt: his [63] aūt homines nō utūtur, intelligentes ipſa. Maximè [64] aūt hoc perſpicuū fieret, ſi qs reb. ipſis uideret huiuſcemodi remp. cōſtitutā. Nō [65] enim ualebit, niſi in partes ſecās ipſam & ſeiungens, efficere ciuitatē, quædā in cœnas publicas, quędā in phratrias, quędā in trib⁹. Quare [66] nihil aliud uſu ueniet legib. definitū eſſe, pręter quā ne cuſtodes colāt agros: qđ [67] quidē etiā nūc Lacedęmonij efficere aggrediūtur. Sed [68] neq; etiā modus toti⁹ reip. quis erit ijs q̄ ſunt participes ipſius. neq; dixit Socrates, neq; ꝑclive eſt dicere. Atqui [69] ferme multitudo ciuitatis aliorū ciuiū fit multitudo, de [70] quib. nihil definitū eſt, utrū & agricolis cōmunia decet eſſe peculia, uel ſingulis propria: adhuc aūt & uxores & filios, ꝓprios uel cōmunes. Si [71] nāq; eodē pacto cōmunia omniū omnia, quid intererit inter hos & cuſtodes? uel [72] quid plus erit perferentib. imperiū ipſorū, uel [73] quid edocti tolerant imperiū, niſi [74] aliquid excogitarint huiuſcemodi, quale Cretenſes? Illi nāq; alijs iiſdē ſeruis cōceſsis, ſolū interdicūt ipſis exercitationib. corporis, nec ſinūt arma tenere. Si [75] aūt, quemadmodum in alijs ciuitatibus, & apud illos erunt huiuſcemodi, quis modus erit communionis? In [76] una enim ciuitate duas eſſe ciuitates neceſſe erit, & has inter ſe ſubcōtrarias. Facit [77] enim cuſtodes, tanquam præſidij cauſa illic conſtitutos: agricolas aūt & opifices & alios, ciues.

μοφωνίαν, ἢ [56] τὸν ῥυθμὸν βάσιν μίαν. ἀλλὰ [57] δεῖ πλῆθος ὄν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, διὰ τὴν παιδείαν κοινὴν καὶ μίαν ποιεῖν. καὶ [58] τόν γε μέλλοντα παιδείαν εἰσάγειν, καὶ νομίζοντα διὰ ταύτης ἔσεσθαι τὴν πόλιν σπουδαίαν, ἄτοπον τοῖς τοιούτοις οἴεσθαι διορθοῦν· ἀλλὰ μὴ τοῖς ἔθεσι, καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ τοῖς νόμοις. ὥσπερ [59] τὰ περὶ τὰς κτήσεις ἐν λακεδαίμονι καὶ κρήτῃ τοῖς συσσιτίοις ὁ νομοθέτης ἐκοίνωσε. δεῖ [60] δὲ μηδὲ τοῦτο αὐτὸ ἀγνοεῖν, ὅτι χρὴ προσέχειν τῷ πολλῷ χρόνῳ, καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτεσιν, ἐν οἷς οὐκ ἂν ἔλαθεν, εἰ ταῦτα καλῶς εἶχε. πάντα [61] γὰρ σχεδὸν εὕρηται μὲν, ἀλλὰ [62] τὰ μὲν οὐ συνῆκται, τοῖς δ᾿ [63] οὐ χρῶνται γινώσκοντες. μάλιστα [64] δ᾿ ἂν γένοιτο φανερὸν, εἴ τις τοῖς ἔργοις ἴδοι τὴν τοιαύτην πολιτείαν κατασκευαζομένην. οὐ [65] γὰρ δυνήσεται, μὴ μερίζων αὐτὰ καὶ χωρίζων, ποιῆσαι τὴν πόλιν, τὰ μὲν εἰς συσσίτια, τὰ δὲ εἰς φρατρίας καὶ φυλάς. ὥστε [66] οὐδὲν ἄλλο συμβήσεται νενομοθετημένον, πλὴν μὴ γεωργεῖν τοὺς φύλακας· ὅπερ [67] καὶ νῦν λακεδαιμόνιοι ποιεῖν ἐπιχειροῦσιν. οὐ [68] μὴν ἀλλ᾿ οὐδὲ ὁ τρόπος τῆς ὅλης πολιτείας τίς ἔσται τοῖς κοινωνοῦσιν, οὔτ᾿ εἴρηκεν ὁ σωκράτης, οὔτε ῥᾴδιον εἰπεῖν. καίτοι [69] σχεδόν τό γε πλῆθος τῆς πόλεως, τὸ τῶν ἄλλων πολιτῶν γίνεται πλῆθος, περὶ [70] ὧν οὐδὲν διώρισται, πότερον καὶ τοῖς γεωργοῖς κοινὰς εἶναι δεῖ τὰς κτήσεις, ἢ καθ᾿ ἕκαστον ἰδίας· ἔτι δὲ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, ἰδίους ἢ κοινούς. εἰ [71] μὲν γὰρ τὸν αὐτὸν τρόπον κοινὰ πάντα πάντων, τί διοίσουσιν οὗτοι ἐκείνων τῶν φυλάκων; ἢ τί [72] πλεῖον τοῖς ὑπομένουσι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν; ἢ τί [73] μαθόντες ὑπομένουσι τὴν ἀρχὴν, ἐὰν [74] μή τι σοφίζωνται τοιοῦτον, οἷον κρῆτες; ἐκεῖνοι γὰρ τἆλλα ταὐτὰ τοῖς δούλοις ἀφέντες, μόνον ἀπειρήκασι τὰ γυμνάσια, καὶ τὴν τῶν ὅπλων κτῆσιν. εἰ [75] δὲ καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι, καὶ παρ᾿ ἐκείνοις ἔσται τὰ τοιαῦτα, τίς ὁ τρόπος ἔσται τῆς κοινωνίας; ἐν [76] μιᾷ γὰρ πόλει δύο πόλεις ἀναγκαῖον εἶναι· καὶ ταύτας ὑπεναντίας ἀλλήλαις. ποιεῖ [77] γὰρ τοὺς μὲν φύλακας, οἷον φρουρούς· τοὺς δὲ γεωργοὺς, καὶ τοὺς τεχνίτας, καὶ τοὺς ἄλλους, πολίτας.

uocant Græci, eò redigat, ut ſit unum uocis ſonus: & [56] ſermonē numeroſum, ut ſit pes unus. Verum [57] oportet ciuitatem, cùm ſit multitudo, quemadmodū antea dictum eſt, diſciplina & inſtitutione communem atq; unam efficere. Et [58] uerò eum, qui diſciplinam ſit introducturus, exiſtimans eius opera atque adiumento ciuitatem bonam futuram, abſurdum eſt ſperare ſe talibus inſtitutis eam corrigere, & meliorem facere poſſe: & non moribus, & philoſophia, & legibus. quemadmodum [59] quæ ad fortunas & rem familiarem pertinent, Lacedæmone, & in Creta cū uiuis ac ſodalitijs ſcriptor legū communia fecit. Ne [60] hoc quidem ignorare oportet, ad longum tempus & ad multos annos, in quibus, ſi hæc rectè eſſent ſtatuta, non fuiſſet obſcurum, animum eſſe attendendum. Omnia [61] enim prepemodum reperta ſunt quidem illa, ſed [62] alia non ſunt in unum collecta: alijs, [63] cùm ea collegerint & cognouerint, non utuntur. Maxime [64] autem tota res in promptu ſit, ſi quis talem reſpub. adminiſtrandæ formam, re conſtantē & uſu receptam cernat. Non [65] enim poterit, niſi bona partiatur & ſeparet, aliaq́; in ſodalitia & conuiuia publica, alia in curias, & tribus diuidat, facere ciuitatem. Itaque [66] eueniet, ut nihil aliud lege Socratis ſit inſtitutum, niſi ut ne cuſtodes agros colant: quod [67] & nunc Lacedæmonij facere conantur. Verumenimuero [68] quis totius reſpub. adminiſtrandæ modus ſit futurus, bona omnia inter ſe communicantibus, neq; expoſuit Socrates, neque facile explicare poteſt. Atqui [69] multitudo ciuitatis, ex ciuium, qui inter ſe differunt, multitudine conflatur: de [70] quibus nihil diſtinctum neq; deciſum eſt, utrū etiam agricolis inter ipſos communes eſſe facultates oporteat, an ſingillatim proprias: & præterea, utrum uxores et liberos eſſe proprios, an communes. Nam [71] ſi eodem modo communia erūt omnium omnia, quid agricolæ different à cuſtodibus? aut [72] quid præmij conſequentur qui gerunt magiſtratum? aut [73] qua ſpe, quóue precio adducti magiſtratum gerent? niſi [74] fortè aliquid tale callide excogitent, quale Cretes. Illi enim cætera eadem ſeruis concedentes ac permittentes, duntaxat eis exercitationū uſu & armorū poſſeſsione interdixerunt. Quod [75] ſi qualia in alijs ciuitatibus, talia etiā apud illos erunt, quis erit cōmunionis modus? In [76] una enim ciuitate duas eſſe ciuitates erit neceſſe, eáſque inter ſe aliquantum contrarias. Facit [77] enim cuſtodes quidem ueluti præſidiarios milites & propugnatores: agricolas autem, & artifices, & alios, ciues.

Queri- Crimi-

Querimoniæ [78] aũt, & cauſę ſoreuſea, & quęcũq; alia alijs ciuitatib9 inquit ineſſe mala, cũcta inerunt & his. Atqui [79] dicit Socrates, non fore ut egeant multis legibus, propter diſciplinã, ueluti urbia & fori curatorib9, & alijs huiuſcemodi magiſtratibus: cùm [80] tamẽ tribuerit tãtùm diſciplinã cuſtodibus. Adhuc [81] autem facit dominos agrorũ agricolas, ſi uectigal ſoluerint. Atqui [82] multo magis uerisimile eſt ipſos moleſtos futuros, & ſpiritus plenos, quã ſint apud quoſdam Ilotię, & Peneſtiæ, & ſeruitia. Sed [83] enim ſiue neceſſaria hæc ſunt ſimiliter, ſiue non, nunc quidem nihil definitum eſt: & de ijs, quæ ſtatim ſequuntur hæc, quæ ſit horum reſpublica, quæ diſciplina, & quæ leges. Eſt [84] autẽ neq; inuenire proclius, neq; parui intereſt, quales hi ſint ad tuendã cuſtodum cõmunionem. Quin [85] etiã ſi uxores faciet cõmunes, bona autem propria, quæ domus curam ſuſcipiet? quemadmodum in agris ipſarum uiri. Et [86] ſi bona cõmunia, & agricolarum uxores. Abſurdum [87] autem eſt, & è beluis collationẽ ducẽtes, probare uelle eadem oportere tractare mulieres, q̃ uiri: quibus beluis nihil datum eſt, quod [88] quicquam faciat ad diſciplinam domeſticam. Lubrica [89] autem eſt ratio, qua utitur Soctates in creandis magiſtratibus. Eoſdem [90] enim ſemper facit magiſtratus gerere. Hæc [91] autem cauſa ſeditionis exiſtit etiã apud illos, qui nullius dignitatis ſunt, ne dum apud uiros animi plenos & bellicoſos. Neceſſe [92] autem ipſi eſſe, iiſdem ſemper imperiũ dare, perſpicuũ eſt. Nõ [93] enim nũc quidem his, alio autem tempore alijs, mixtũ eſt in animo immiſſum à Deo aurũ, ſed ſemper iiſdẽ. Inquit .n. his quidẽ ſtatim naſcẽtib. miſcuiſſe aurũ, his aũt argentũ: ęs aũt & ferrũ illis, qui opifices futuri erãt, & agricolę. Adhuc [94] aũt cùm domat uitã beatã cuſtodib. totã oportere ait beatã ciuitatẽ efficere legiſlatorẽ. Fieri [95] aũt non poteſt, ut ciuitas tota beata ſit, niſi plurimi, ſi nõ oẽs partes, aut quidã, uitam beatã nacti ſint. Nõ [96] enim eorũdem eſt beatum eſſe, quorum numero par. Hoc [97] .n.

ἐγκλήματα [78] δὲ, καὶ δίκαι, καὶ ὅσα ἄλλα ταῖς πόλεσιν ὑπάρχειν φησὶ κακὰ, πάνθ' ὑπάρξει καὶ τούτοις. καί [79] τοι λέγει ὁ σωκράτης, ὡς οὐ πολλῶν δεήσονται νομίμων διὰ τὴν παιδείαν, οἷον ἀστυνομικῶν, καὶ ἀγορανομικῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἀποδιδοὺς [80] μόνον τὴν παιδείαν τοῖς φύλαξιν. ἔτι δὲ [81] κυρίους ποιεῖ τῶν κτημάτων τοὺς γεωργοὺς, ἀποφορὰν φέροντας. ἀλλὰ [82] πολὺ μᾶλλον εἰκὸς εἶναι χαλεποὺς καὶ φρονημάτων πλήρεις, ἢ τὰς παρ' ἐνίοις εἱλωτείας τε, καὶ πενεστείας, καὶ δουλείας. ἀλλὰ [83] γὰρ εἴτ' ἀναγκαῖα ταῦθ' ὁμοίως, εἴτε μὴ, νῦν γ' οὐδὲν διώρισται. καὶ περὶ τῶν ἐχομένων, τίς ἡ τούτων τε πολιτεία, καὶ παιδεία, καὶ νόμοι τινές. ἔστι [84] δ' οὔθ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔτε τὸ διαφέρον μικρὸν, τὸ ποίους τινὰς εἶναι τούτους πρὸς τὸ σώζεσθαι τὴν τῶν φυλάκων κοινωνίαν. ἀλλὰ [85] μὴν εἴγε τὰς μὲν γυναῖκας ποιήσει κοινὰς, τὰς δὲ κτήσεις ἰδίας, τίς οἰκονομήσει, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἱ ἄνδρες αὐτῶν; κἂν [86] εἰ κοιναὶ αἱ κτήσεις, καὶ αἱ τῶν γεωργῶν γυναῖκες. ἄτοπον [87] δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν θηρίων ποιεῖσθαι τὴν παραβολὴν, ὅτι δεῖ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν, οἷς [88] οἰκονομίας οὐδὲν μέτεστιν. ἐπισφαλὲς [89] δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας, ὡς καθίστησιν ὁ σωκράτης. ἀεὶ [90] γὰρ ποιεῖ τοὺς αὐτοὺς ἄρχοντας. τοῦτο [91] δὲ στάσεως αἴτιον γίνεται, καὶ παρὰ τοῖς μηδὲν ἀξίωμα κεκτημένοις, ἦπου γε δὴ παρά γε θυμοειδέσι, καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν. ὅτι δ' [92] ἀναγκαῖον αὐτῷ ποιεῖν τοὺς αὐτοὺς ἄρχοντας, φανερόν. οὐ [93] γὰρ ὁτὲ μὲν ἄλλοις, ὁτὲ δὲ ἄλλοις μέμικται ταῖς ψυχαῖς ὁ παρὰ τοῦ θεοῦ χρυσὸς, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς. φησὶ δὲ τοῖς μὲν εὐθὺ γινομένοις μῖξαι χρυσὸν, τοῖς δ' ἄργυρον, χαλκὸν δὲ καὶ σίδηρον τοῖς τεχνίταις μέλλουσιν ἔσεσθαι καὶ γεωργοῖς. ἔτι [94] δὲ καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀφαιρούμενος τῶν φυλάκων, ὅλην φησὶ δεῖν εὐδαίμονα ποιεῖν τὴν πόλιν τὸν νομοθέτην. ἀδύνατον [95] δὲ εὐδαιμονεῖν ὅλην, μὴ τῶν πλείστων, ἢ μὴ πάντων μερῶν, ἤ τινῶν, ἐχόντων τὴν εὐδαιμονίαν. οὐ [96] γὰρ τῶν αὐτῶν τὸ εὐδαιμονεῖν, ὧνπερ τὸ ἄρτιον. τοῦτο μὲν [97] γὰρ ἐνδέχεται τῷ ὅλῳ ὑπάρ-

Criminationes [78] autem, & querelæ, & iudicia, ſeu actiones, & quæcunque alia in ciuitatibus hærere mala dicit, ea omnia in his quoque hærebunt. Atqui [79] ait idem Socrates, ſuis ciuibus paucis omnino legibus opus futurum propter diſciplinam atque inſtitutionem: uerbi gratia, ædilitijs, & forenſibus, & ad res uenales pertinentibus, & alijs talibus: cum [80] diſciplinam tribuat cuſtodibus tantùm. Præterea [81] uero agricolas bonorum & poſſeſſionum ſinit eſſe dominos, dum modò uectigal impoſitum penſitent. At [82] multo probabilius eſt, eos aſperos & elatos & ſuperbos fore, quam apud Lacedæmonios ilotéas, apud Theſſalos peneſtéas, & ſimilia apud alios ſeruitia. Sed [83] enim utrum ſint hæc æquè neceſſaria, néc ne ſint, nunc quidem nihil ab eo definitum eſt. Tum neq; de cæterorum proximum & deinceps ſequentibus, quæ ſit horum reip. adminiſtranda ratio, & diſciplina, quæ leges. Neq; [84] eſt autem ad inueniendum facile, neq; parum refert, quomodo ſint conformati ad cuſtodum communitatem tuendam & conſeruandam. Iam [85] porrò ſi mulieres quidem faciet communes, poſſeſſiones autem & facultates proprias (etiam [86] ſi ſint communes agricolarum poſſeſſiones, atq; uxores) quis rem familiarem adminiſtrabit ac procurabit, quemadmodum rem ruſticam earum uiri adminiſtrant? Abſurdum [87] autem etiam eſt, facta cum beſtijs comparatione, probare, eadem ſtudia ſequi, eademq; munera obire mulieres atq; uiros oportere: cùm [88] ad beſtias nullum rei domeſticæ ſtudium pertineat. Periculoſa [89] porrò eſt etiam magiſtratuum creandorum ratio, quo modo quidem Socrates creat. Perpetuò [90] enim uult ab eiſdem obtineri magiſtratus. At [91] hinc ſeditionis cauſa oritur etiam apud homines contemtiſſimos, atq; abiectiſſimos: multo magis apud animoſos & bellicoſos uiros. Neceſſe [92] autem eſſe, eum perpetuos & ſemper eoſdem facere magiſtratus, perſpicuũ eſt. Non [93] enim nunc horum, nunc illorum animis admiſtum eſt aurum illud diuinum: ſed ſemper eorũdem. Ait autem, Deum alijs ſtatim naſcentibus aurum admiſcuiſſe, alijs argentum: æs autem & ferrum ijs, qui futuri ſunt artifices & agricolæ. Præterea [94] uerò cùm beatitudinem cuſtodibus adimat, ait latorem legũ totam ciuitatem efficere beatam oportere. Atqui [95] fieri non poteſt, ut tota ciuitas ſit beata, niſi aut plurimi, aut omnes, aut nonnulli beatitudinem ſint conſecuti. Non [96] enim eorundem eſt beata uita, quorum numerus par. Contingere [97] enim poteſt, ut totum

contingit toti ineſſe, partium autem neutræ: beatum 98 uerò eſſe, nullo modo. Atqui 99 ſi cuſtodes non ſunt beati, qui alij erunt? non 100 enim profectò opifices & multitudo ſordidas artes colentium. Reſpub. 101 igitur, de qua Socrates diſſeruit, his dubitationibus, & alijs non minoribus his, obnoxia eſt.

ὑπάρχειν τῶν δὲ μερῶν, μηδέτερον· τὸ 98 δὲ εὐδαιμονεῖν, ἀδύνατον. ἀλλὰ 99 μὴν εἰ οἱ φύλακες μὴ εὐδαίμονες, τίνες ἕτεροι; οὐ 100 γὰρ δὴ οἵ γε τεχνῖται καὶ τὸ πλῆθος τὸ τῶν βαναύσων. 101 ἡ μὲν οὖν πολιτεία, περὶ ἧς ὁ Σωκράτης εἴρηκε, ταύτας τε τὰς ἀπορίας ἔχει, καὶ τούτων οὐκ ἐλάττους ἑτέρας.

ut totum quidem aliquod, ſit numerus par: neutra uerò eius pars, ſit numerus par: ſed 98 ut totum aliquod ſit beatum, partes autem eius non ſint beatæ, fieri non poteſt. At ſi 99 cuſtodes non erunt beati, qui nam alij erunt? non 100 enim artifices, & opificum illiberalium ac ſordidorum multitudo. Reſp. 101 igitur adminiſtrandæ ratio, quam expoſuit Socrates, talem habet dubitationes, ac difficultates inexplicabiles, & his alias non pauciores.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

De communione igitur.) Primùm teſtetur quid proximè fecerit, commemoretq; à ſe diſputatum eſſe ſatis de communione uxorum ac liberorum: audiiq; ordinem inſtitutum poſtulare, ut quærat quo ratio poſſidendi bona, inducenda ſit in remp. ab illis, qui optimum ciuitatis ſtatum fingunt. Statuerat enim Plato fortunas quoq; ciuium communes eſſe oportere. Videndum igitur, dicit, an, ut ille uoluit, communis poſſeſsio bonorum eſſe debeat, ſiue nullo modo communis. Hoc autem oſtendit in quæſtionem quoque ſeorſum uocari poſſe, ac non ſolùm cùm aliquis ſibi propoſuit diligenter et eminere legem illam Platonis de communione omnium rerum. id eſt, an qui diſtinctas uxores et liberos habent, ut nunc omnes (inquit) uiuunt, communes tamen poſſeſsiones bonorum habeãt: nec poſſeſsiones ſolùm, uerum etiam fructus, & quicquid inde capitur. Tribus autem modis hoc adminiſtrari poſſe docet.

Comprædia) Ceu, inquit, agros fundoſq; ſingulos ciues ſeorſum habere, id eſt ſuos propriosq;: fructus tamen eorum eſſe communes: hoc (inquam) pacto, ut domini ipſorum agrorum culturaſq; fructus eorum in publicum portent, unde cum alijs ciuibus ipſos abſumant. quod, inquit, gentes nonnullæ faciunt: intelligit autem barbaras nationes. Sive contrà, inquit, tellurem quidem communem eſſe, communiterq; ipſos colere: fructus uerò diuiſos ſibi ac partiri ſingulos, quantum ſibi ſuiſq; uſui ſit. Exemplo autem barbarorum quorundam hoc confirmat, ac locum habere poſſe oſtendit, qui ita communiter ſua ætate uiuebant. Tertius autem modus eſt eorum, qui & fundos & fructus ipſorum communes haberent.

Si igitur diuerſi.) Diuidit rationem colendi agros, duobuſq; modis id confici poſſe oſtendit: quorum alterum faciliorem eſſe aſſirmat. Agri enim aut à ciuibus participibuſq; reip. colentur, aut ab alijs quibuſdem. Si alij igitur, inquit, colent ipſos, alia erit ratio, & minus moleſtiæ in ſe continebit. ſi uerò, inquit, illi ipſi fungentur hoc munere, ſuiq, ac tantos labores ſuſtinebunt, quæ pertinent ad poſſeſsionem bonorum, exhibebunt infinitas moleſtias ac difficultates. Quod declarat hoc pacto: In fructibus enim abſumendis, & in operibus faciendis, niſi æqualia omnia ſeruata erunt, ſed inæqualia potius, neceſſe eſt illic naſci querelas. non poterunt enim pati exiſtere aliquos, qui plus abſumant, atque inde domum portent, illi, qui minus capiunt, maiores autem labores in glebis ſubigendis tolerent.

Omnino autem ſimul) Ponit ante oculos difficultatem huius facti, in uniuerſum oſtendens, quàm ardua res ſit, plenaq; magnarum moleſtiarum, coniunctio, & omnis communio mortalium. Declarat autem hoc primùm exemplo uiatorum, deinde ſimili ſeruorum. inquit igitur: Omnino autem unà cum aliquibus familiariter uiuere, & communicare cum ipſis in omnibus humanis rebus, difficile eſt: in primis autem in hac ipſa, de qua nunc agitur, id eſt in poſſeſsione bonorum. Teſtantur hoc, inquit, ac planum faciunt ſuſceptæ communiter aliquorum peregrinationes. uidemus enim maximam partem ipſorum contendere inter ſe acriter, ex omni re, quæ obuiam ipſis facta ſit: & cùm antea ſodales fuiſſent, quaſi inimicos fieri, alio alterum apud alteros offendente propter & nullius pretij rebus.

Aliud autem & famularum) Præterea, inquit, ex omni numero famulorum illis maximè iraſcimur, quibus uel data utimur in miniſterijs cotidianis, & quæ crebrò repetuntur, & quia tanquam orbem faciunt, uocata ſunt ἐγκύκλια. Initio autem huius partis, ubi auctor diuidit rationem colendi agros, attigit etiam D. Thomas, quid moleſtiæ neceſſariò ſubiremus, ſi uteremur agricolis peregrinis: Difficile enim, inquit, foret tot externos homines aliunde accerſere: cum et tamen non apud exterorum nationes uelle: & ſanè non arbitror nos peregrinos illic accipere debere. Præterea addidit, in difficultatibus alterius generis capiendis, non poſſe fieri, ut omnes ciues opus in agro faciant: quia neceſſe eſt aliquos, & eos etiam meliores, ſtudium ſuum ponere in rep. adminiſtranda: quod etiam in animo attigit Ariſtoteles.

Communia igitur eſſe bona.) Cum explodit communionem bonorũ, &, quibus difficultatibus obnoxium ſit habere prædia communia, oſtendit conſilium ſuum nunc aperit, & quid oporteat nos in hoc ſequi docet. unde etiam intelligitur, quot bonis nos priuaret communio illa. inquit autem: Communia habere bona has in ſe moleſtias continet, quas commemorauimus, & alias etiam nonnullas quas omiſi. Quare retinendum eſt, utrum ille, ut nunc ſit, rationi et ualde præſtare, ſi præſertim uſitata paruulgataq; ratio moribus expolita atque ornata fuerit: nec non etiam ordine rectorum legum. ita enim, inquit, habebit in ſe id boni, quod ex ambabus contrarijs rationibus ab alijs capitur. Non omnino autem fidens moribus, qui facilè mutari & corrumpi ſolent, addidit neceſſitatem eius benignitatis impoſitam à legibus.

Intelligo autem ex ambabus) Interpretatur accuratè quid intellexerit, cùm inquit, Mediam hanc rationem (nam media profectò eſt ab ipſo excogitata, ſi id factum fuerit, quod admonuit) omne bonum in ſe habiturum, quod ex ambabus illis non ſolùm diuerſis, uerùm etiam contrarijs inter ſe capi poteſt. Dico igitur, inquit, ex ambabus, id eſt, ex inſtituto illo, quod præcipit prædia eſſe communia: & altero, quo ſua ſunt & propria certorum dominorum. Oportet enim, inquit, aliquo modo illa eſſe publica, ſed tamen ſimpliciter propria. Nõc quod inquit, ſignificauit benignitate dominorum illa aliquo modo fieri cõmunia: quia fructibus eorum prædiorum alij etiam uterentur. ſimpliciter autẽ & omnino, quia præter fructus aliquos non licebat alijs inde quicquam domum ſuam deferre. mancipium namq; erat dominorum.

Cura namq; diuiſa.) Oſtendit, quæ bona inde naſcantur, ſi prædia fuerint propria ſingulorum ciuium. Primùm enim, dicit, ſtudia in ipſis colendis adhibita, curæq;, quia diſtinctæ erunt, non parient querimonias: quemadmodum facerent, ſi communiter colerentur. & magnæ acceſsiones fient ſundis illis: ſinguli enim habebunt ipſis, ut ſuis proprijſq;, non communibus cultoribus ipſis cum alijs. Quod autem requiritur, ut redundet aliquid fructuum eorum in alios, & aliquo modo communes ipſi ſint cum ciuibus, proficiſcatur à uirtute liberalitateq;, quã eò inferri debere, inſtitutis ac legibus ad hoc aptis, ſignificauit. Docet autem hoc poſſe fieri, nec nouum & inauditum eſſe, teſtimonio prouerbij peruagati, quo admonemur, fortunas amicorum debere eſſe communes. ſcribit autem meminit quoque Plato & in 4. & in 6. libro de Republica.

Eſt autem nunc nunc.) Ne exiſtimetur hoc unum eorum eſſe, quæ facilius præcipiuntur, quàm fiant, nec ſaniè poſſunt habere exitũ. docet ſua ætate ſimulacra non parua apparere huius liberalitatis in aliquibus ciuitatibus. Quare id, quod illic quaſi deſcriptum eſt & informatum, oſtendit quomodo melius reddatur, & cura ſtudioq; perficiatur. Si namq; foret rele, ut perfici non poſſet non eſſet inchoatum. Vtitur autem nomine, quod oſtendit opus aliquod adumbratum, ac poſtea, maiore ſtudio adhibito, abſolueretur: id autem eſt ὑπογεγραμμένον. Nam pictores etiam prius deſcribunt imaginem, quã pingendam ſuſceperunt: poſtea coloribus augent atque ornant. Præſertim autem, quod dixit, efficit poſſe affirmat in bene inſtitutis ciuitatibus, in quibus partim eorum ſunt, partim autem ſtudio induci eò poſſunt.

Proprium enim ſinguli.) Explicat morem harum rerumpublicarum, ad benignitatem proclium: inſtitutumque optimum hoc laudes. illic enim, inquit, ſinguli ciues, bona propria habentes, copiam quorundam ipſorum faciunt amicis; alijſque quotq; ipſis ea utenda: alijs autem ſuis itidem bonis utuntur, tanquam communibus. Neque enim negaſſe o-

ſum

ſum atiam illorum alienis, ipſiq́; eodem pacto fruuntur, cùm res poſcit, rebus alienis tanquam communibus, & in quibus habeant aliquid iuris. ceu, inquit, Lacedæmone fit (unam enim aliquam earum ciuitatum appellare uoluit) illic animi utûtur ſeruis paſſim alienis, ut ſuis fere facerent: & ut ſeruis ita etiam equis ac canibus in uenatu. Nec tantùm hoc faciunt in his rebus, quæ quales accipiuntur redduntur, & nihilo deteriores uſu fiũt: uerum etiam in his, quæ abſumuntur, eadem libertate uti conſueuerunt: ceu ſi contigerit, ut egeant rebus accommodatis peregrinationi, iter in ſuis finibus facientes, ſumunt ipſas ex agris, uiæ propinquis. Memoriæ proditum eſt a ueteribus & Græcis & Latinis ſcriptoribus, hoc quoque ſeruaſſe Athenienſem Cimonem, qui fertur ſuſtuliſſe ſepta ſuorum agrorum, ut cuncti & peregrini & ciues liberè ſumerent inde, ſi fortè egerent, poma cæteroſq́ue fructus (ita enim rẽ narrauit Plutarchus) cùm tamen Cicero tradat ipſum hoſpitalem tantum erga Laciadas, curiales ſuos, fuiſſe, qui inſtituerit, ac uillicis ſuis imperauerit, ut omnia præberentur, quicunq́; Laciades in uillam ſuam diuertiſſet. In Heraclidis autem Pontici monimentis quibuſdam legitur, Ephialtem, & ipſum ciuem Athenienſem, poteſtatem feciſſe omnibus, qui uellent, pomũ decerpendi è ſuis agris. Hac uerò benignitate, quam fert in cœlum hic Ariſtoteles, intelligitur Romanos antiquitùs inter ſe uſos ex uoce illa legatorum Carthaginienſium, literis mandata à Plinio. cuius uerba hæc ſunt: Innuentes legatos Carthaginienſium dixiſſe, nullos hominum benignius inter ſe uiuere, quam Romanos: eodem enim argento apud omnes cœnitauiſſe ſe ipſos. Nec tamen puto hoc eos protuliſſe, laudandi animo inuiſam ſibi nationem. ſed potius aſtutè ipſos rodes, & à ſplendore omni uacuos ſignificare uolentes: cùm tamen id inſtitutum, ſi uerè expenderetur, maiore ita laude dignum foret. Ἐφόδια, niſi fallor, hic ualent non iam pecunias itineri faciẽdo neceſſarias, & ut loquimur, uiatica, quàm cæteras omnes res illi tempori aptas. Aretinus, cui quoque non uiſum eſt, congruere ullo modo communem notionem ἐφοδίων huic loco (neque enim commodè pecunia ſumitur ex agris) uertit Vehicula. Et ſanè ipſe in hoc quoque iudiciũ hominis non improbarem, ſi inueniſſem aliquando apud ueterem aliquem ſcriptorem hoc uerbum ita uſurpatum.

Perſpicuum igitur eſt) Hæc eſt concluſio totius huius rationis: putat enim ſe & argumentis, quib. uſus eſt, & exemplo quarũdam honeſtarum ciuitatum præſertim autem Spartiatarum, planum feciſſe, quod uoluit. Quia tamen quæreret aliquis, quæ uia ſit inſerendi in animos ciuium hanc benignitatem, perſuadendiq́; ipſis, ut rebus ſuis patiantur alienos uti: addit, hoc curæ futurum illis, qui ſuſceperint ornandã optimis moribus ciuitatẽ. Nam non eſt dubiũ, quin auctor, cùm inquit, ὅπως γίνωνται τοιοῦτοι, intellexerit homines, non fortunas patrimoniaq́; eorũ. hoc enim, præter alia, declarat genus ipſum, quod non cõuenit κτήμασι: interpretes tamen acceperunt tanquam ſi ſuſſerit fortunas moderandas, & hac diſciplina imbuendas. Delectatum uerò magnopere fuiſſe optimum doctorem hoc ſuo conſilio, ac ueram hanc rationem poſſidendi exiſtimaſſe, declarat quod in 7 horum librorum idem repetit.

Adhuc autem dici non poteſt) Secundum hoc argumentum eſt, quo conſtituit iudicium ſuum atq; oportere indicat poſſeſſiones bonorum proprias eſſe, non communes. Non facile enim exponi poſſe dicit, quanti momenti ſit ad implẽdos animos hominum uoluptate, putare ipſos aliquod bonum ſuum ac proprium ipſorum eſſe. Non enim ſtultè, nec ſine cauſa ſinguli diligunt ſemetipſos: ſed eſt hoc, inquit, infixum hominibus à natura. nec tamen quaſi, inquit, inficior meritò illos inſimulari, qui appellentur φίλαυτοι: neque hoc repugnat ſententiæ meæ, ut uidetur. Differt autem de notione huius iuncti nominis, ut qui uocari ſoleant paſſim φίλαυτοι, declarat. Quod autem facit ad amorem erga ſemetipſum ſignificandum, peruulgata quoque uoce hoc tradebatur: cuius meminit Plato in 5. libro de Legibus, atque etiam laudat. Eandem etiã expreſſit Latinus comicus his uerbis:

Verum illud uerbum eſt, uulgò quod dici ſolet, *Omnes ſibi malle melius eſſe, quàm alteri.*

Non eſt autem hoc.) Docet errare eos, qui putent uocem illam iniectam, quæ meritò uituperatur, ſententiæ ſuæ aduerſari, nec uim ipſius rationemq́; tenere. Neque enim uocatur φίλαυτος, qui ſimpliciter, &, ut oportet, ſe ipſum diligit: ſed qui ſine modo ullo hoc facit, ac magis quàm rectè ferat, ſe ſuaſque res omnes amat. Probat autem hoc uerum eſſe exemplo alius, ſimilis huic, nominis, id eſt φιλοχρημάτου. Poterat autem idem confirmare aliis multis huiuſcemodi uocibus, in quarum prima parte nomen eſt, quod ualet cupidum & amatorem eſſe. Nã eodẽ pacto uocatur aliquis φιλότιμος, φιλήδονος, φιλοπότης, φιλόμαχος (cuncti enim hi ita appellabantur) quia pluſquam oporteret, res illas amarent. Docuerat autem ante ipſum Plato hanc uim eſſe huiuſcemodi omnium uerborum: in 5 enim libro de Optima rep. ita induxit Socratem loquentem, cùm accuſaret Glauconem, qui uidebatur hoc ignorare: οὐκ οἶσθα ὅτι τὸ φιλόπαιδας καὶ φιλαργύρους ὅλως ἐνδεῶς λέγεταί τι, καὶ ... Sed redeamus ad auctorem exemplumq́; ipſius: is enim inquit φιλοχρήματος ita uocatur qui pecuniæ eſt auidus, & quaſi inſanit ob amorem illius, non qui bono modo rem familiarem diligit. Declarauit hoc etiam Cicero, qui oraculum hoc editum Lacedæmonijs, ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν, uertens, inquit: Spartam nulla alia re, niſi auaritia perituram. Addit Ariſtoteles, inde cognoſci, non ualere hæc uerba, quod falſo quidam exiſtimaſſent: quia tunc ferè mortales diligunt res illas, tum quarum nominibus iuncta eſt uox hæc: nec tamen aut φιλοχρήματοι, aut φιλόπαιδες, aut ex ceteris huiuſcemodi nominibus appellantur.

Quinetiam gratificari) Hoc tertium argumentum eſt, quo ſignificat communionem bonorum priuare homines maxima uoluptate, quam capiunt benignè faciendo iis, quos dignos putant ſua liberalitate. inquit igitur: Quin etiam pecunia gratificari & opem ferre amicis, aut hoſpitibus, aut ſodalibus, eſt res ualde iucunda, & quæ lætitia non parua eos afficit. Guſtatur autem hæc uoluptas & exercetur tam clara uirtus cum bona ſunt propria, & nullo modo communia: tunc enim nulli inueniuntur, qui egeant. Addit autem in extremo, quo concludit ſuperiorem lõgam diſputationem, hæc incommoda cadere in illos, qui nimis ſtudent unam reddere ciuitatem. Particulam negandi, quæ hic legitur in excuſis libris, arbitror melius eſſe delere: uetus enim tralatio non expreſſit, neque etiam D. Thomas eam agnoſcit. συμβαίνει autem ita capitur multis locis ab hoc noſtro ſcriptore.

Et præter hæc intereunt) Præterquam quòd eripiebant facultatem hominibus ſuis illis inſtitutis gratificandi & opitulandi pecunia aliquibus, ut demonſtratum eſt: affirmat eoſdem communione uxorum & bonorum (ſimul enim argumentatur contra utramque legem) extinguere apertè facta duarum uirtutum, temperantiæ inquam, quod pertinet ad communes uxores (Cùm ſit, inquit, pulchrũ factum temperare ſibi ab aliena, honeſtatis cauſa, & propter illam ipſam uirtutem) liberalitatis autem, quod pertinet ad pecuniam bonaq́; itidem communia. Cùm enim uideret fieri poſſe, ut illic etiam aliquis uoluntate liberalis exiſteret, libenterque opera uirtutis illius exerceret, niſi impediretur lege Socratis: inquit, ipſum cognitum non iri, eſſe illos enim habitus namque animorum intelliguntur factis ipſis. Qui uero nihil, quod ſuum propriumq́; ſit, habet, non poteſt eſſe uere liberalis nulli præterea illic egebunt. Addit autem, manente in eadem hac uirtute, eum, ſi talis etiam fuerit, nullo pacto facturum eſſe aliquid proprium liberalitatis. Cuius ſuæ ſententiæ cauſam hanc adfert. in uſu enim pecuniæ ac reliquorum bonorum, manet opus liberalitatis, & non in animo ſolùm prono ad benignitatem. Quare initiò etiam non dixit communionem bonorum & uxorum delere penitus geminas hæc uirtutes, ſed tantùm facta earum. ἔργα enim quod inquit, perſpicitur hoc nomine ſignificare uoluiſſe πράξεις. Videri poſſet alicui, nõ debuiſſe hunc nunc addere auctorem, quod pertinet ad liberalitatem, cùm ſuprà planè docuiſſet eripi lege Socratis poteſtatem hominibus iuuandi amicos & cæteras honeſtas perſonas ſua pecunia. Sed illic oſtendit, priuari mortales uoluptate maxima ac puriſſima illo conſilio. hic autem probat, inde naſci aliud ingens malum: extinguitur enim opus uirtutis, quod & ipſum iniquum eſt.

Pulchra igitur facie.) Cum ſibi iam uiſus eſſet fregiſſe legem Socratis de communione bonorum atque uxorum: intelligeretq́; illam habere amatores non paucos, qui ualde ipſa delectarentur: putarentq́; falſo refertam eſſe mirificis quibuſdam bonis, ac liberare multis moleſtiis: fatetur ſanè ipſam primo aſpectu talem eſſe. formoſamq́; admodũ uideri. ſi quis tamen ſubtiliter ipſam examinet, affirmat eam lõgè aliam uiſum iri. Sed ſingulas ſententias expẽdamus. inquit igitur: Formoſa ſanè ſtatim uideri poſſet, & humana hæc lex: qui enim audit, libens lætuſq́; ipſam recipit, exiſtimans inde perfectũ iri admirabilem quandam inauditamq́; amicitiam inter omnes participes eius legis: præſertim autem addit, cùm aliquis cœperit accuſare mala, quæ nunc affligunt alias reſpublicas, tanquã illa naſcantur quia fortunæ ciuium non ſunt communes. exponit etiam quæ ſint illa, quæ mala uocauit, & tanquam morbos ciuitatum: dicit que ſe intelligere lites inter ipſos & controuerſias de bonis emptis aut uenditis: & de umoibus huiuſcemodi contractibus: præterea iudicia de falſis teſtibus: ac non aſſentationes diuitum, quibus uti coguntur pauperes, ut ab ipſis

extor-

extorqueant aliquid nummorum: quæ tamen omnia tradit, ſi quis bene exiſtimet, ac uerum fontem horum malorum aſpexerit, inuccatum eum proficiſci non a proprietate bonorum, nec quia illa communia non ſint, ſed cum a uitio animorum ac prauitate. εὐπρόσωπος quod eſſe dixit communionem bonorum, uſus eſt uerbo ualde apto ad eam rem, quam uolebat, oſtendendam, & præterea non minus eleganti. ipſum etiam eodem ſenſu uſurpauit Demoſthenes pro Cteſiphonte, cùm eandem artem AEſchinis exagitans, qui & ipſe finxerat narrationem talem, inquit: καὶ λέγει εὐπρόσωπα καὶ μίαν παρθένον, & quæ ſequuntur: nec non etiam Herodotus, cuius hæc uerba ſunt, εὐπρόσωπον μὲν τὸ πρᾶγμα. Non mihi temperabo, quin admoneam noſtrum etiam politiſsimum poetam huc expreſsiſſe pari elegantia: atque id quoque, quia ſimilis ualde philoſophi ſententia ipſius eſt (loquitor enim de re & ipſe fallaci, & quę intus longè alia eſt atque extrà appareat) inquit igitur: O uita noſtra, ch' è ſi bella in uiſta. reliqua nota ſunt. non uſus eſt autem ipſe iuncto uerbo: neque enim facile eſt ad complicãda uerba noſter ſermo, ut neque etiam Latinus, unde pene totus fluxit. Quod addidit Ariſtoteles, faciles decipi poſſe aliquos in ſpe falſorum eorum bonorum, quæ ſibi pollicentur ea communione illa, cùm quiſpiam accuſauerit longa & accurata oratione mala, quæ nũc uiſuntur in ciuitatibus: ſimilis huic locut eſt ille M. Cicero, cùm M. Cœlium defendens, inquit: Tantùm peto, ut ſi qua eſt inuidia communis huc temporis aeris alieni, petulantiæ, libidinum iuuentutis, quam uideo eſſe magnam, ne huic aliena peccata, ne ætatis ac temporum uitia noceant. Plato etiam ipſe in V. libro de Rep. non deſtitit criminari proprietatem bonorum, tãquam originem ac ueram cauſam horum omnium flagitiorũ: qua in re facienda appellauit etiam κολακείας παντοίας, ut hic Ariſtoteles. Vnde planius perſpicitur, ſignificare ipſum Platonem uoluiſſe, qui arbitratur & clamat hæc eſſe puſilla mala, ſi conſerantur cum alijs multis, quæ inde manifeſtò prodeunt.

Quia eni, quæ.) Hoc quoque excogitauit ad improbandam communionem bonorum, tanquam inueritum litium ac cõtrouerſiarum ciuitatibus adlaturam. Docet enim, non magno negotio intelligi poſſe, rem aliter ſe habere, ſi quis attendat, quæ fiunt. Quare uidetur ductum argumentum hoc a perſpicuitate, id eſt (ut Græci noſtri doctores interpretes loquuntur) ἀπὸ τῆς ἐναργείας. inquit igitur: Refellit ſententiam ipſius, quod uidemus eos, qui aliquid communiter poſſident cum aliquibus (exempli cauſa, fundum non diuiſum) & quaſi ſocij ſunt illius boni, multo magis inter ſe controuerſari, quàm eos, qui habent ſeparatas ab omnibus ſuas fortunas. Nec enim nos fallere poteſt numerus minor litigantium è communionibus, quàm propria bona poſſidentibus: multo enim ſunt plures hi, quam illi. Habita igitur diligenter ratione numeri ipſius hoc eſt exiſtimandum. Eſt tamen, ut uidetur, longe alia communio hæc atque ſocietas in aliquibus bonis, qua utuntur uolgò, ab illa Platonis: hic enim duo illi pluresue communicantes inter ſe aliquo bono, partem ipſius ſuam propriamq́; habent, indeq́; fructus capiunt: qui niſi rectè diuiduntur, pariunt lites illas. Quare uidendum, quàm firmum hoc argumentum ſit ad conuellendam communionem eam, unde participes nihil domum reuocabant.

Adhuc autem iuſtum.) Docet extremo hoc argumento, iniuſtè feciſſe Socratem, qui in illa ſua communione tradẽda, tantùm commemorarit mala, quibus (ut putabat) liberantur ciues, habentes cuncta communia: reticuerit autem bona, quibus ijdem eodem facto ſpoliantur. uidebatur enim hoc quoque fideliter exponere debuiſſe, ſi prodeſſe uolebat mortalibus. Quod enim fecit, tunc faciunt, qui rem aliquam uerbis ornare ſtudent. Tot autem ea tãtaq́; ſunt, ut planè cognoſcatur, non poſſe ullo pacto uitę traduci illa lege. Cicero quoque in 3 libro de Legibus eandem aſtutiam accuſat in contraria re præſtanda, id eſt in uitijs alicuius conſilij oſtendendis. inquit enim: Sed eſt iniqua in omni re accuſanda, prætermiſsis bonis, malorum enumeratio. Contrarium igitur quoque, ut oſtendit noſter, iniquum eſt.

Cauſam autem fuiſſe.) Cùm oſtendiſſet è communione Socratis oriri tot incommoda: unde factum ſit, ut tãtus uir tantopere peccauerit, aperit. Monſtratus namque fons atque origo aliquorum peccatorum, magnam uim habet ad declarãdum illa eſſe planè errata. Ex paruo autem ſæpè principio, ſi mendum aliquod in ſe continuerit, multa & grauia mala perficiuntur. Incumbit igitur nunc in hanc rem, ut funditùs euertat illam nimiam communionem, atq́; inquit: Cauſam autem huius fallaciæ Socrati fuiſſe putandum eſt, ſolum illud ac fundamentum minimè uerum ac rectum, ſed contrà falſum. Decet enim, inquit, eſſe aliquo modo unam & domum omnem & ciuitatem: neq́; ego hoc reprehẽdo: uerum tamen non nimium penituſq́, unam: uſu enim ipſi ueniet quandoque, ſi ulterius ita procedet, ut non ſit ciuitas, quod fiet, cum modum nullum in hoc ſeruabit. Quandoque autem ciuitas adhuc erit, ac ſpeciem ſanè ipſius retinebit, cùm tamen uicina ſit ſuperiori, quaſi interitus ipſius. Et ſi ciuitas adhuc erit, erit deterior ciuitas, quod continget, cùm reſtabit adhuc uarietas aliqua. eſt enim ciuitas una earum rerum, quæ concretæ ſunt è partibus diſparibus. Huiuſcemodi autem omnes poſſunt ſanè corrigi, idq́; ipſis modicè factum prodeſt: contraq́;, ſi quis pergeret in eo conſilio, ipſas perdat. In ciuitate igitur opus eſt exiſtere diſsimilitudinem aliquam: nec ſine ipſa, quod iam patefactum eſt, foret ullo pacto ciuitas: conceditur tamen, atque id ipſam ornat, ut quantum res patitur, extenuetur.

Quemadmodum ſi quis.) Redarguere uolens errorem Socratis, & magis aperire, quæ origo ipſi cauſaq́ue fallaciæ fuiſſet, ſimilibus duobus uſus eſt, ambobus à ſcientia muſica ductis. Idem enim euenturum eſſe teſtatur, ſi quis magis, quàm opus ſit, ſtudeat ciuitatem unam reddere (quæ ſanè debet aliquo modo eſſe una, non tamen reipſa funditùſque una) quod uſu ueniret illis, qui in cantu concentum ac uocum diſsimilium & contrariarum, tanquam concordiam, ita ornarent, ut æqualem & ſimilem reddere, ut nullum ueſtigium in illa reliquaret uarietatis: & pro acuta & graui efficeretur una eademq́; uox, atque idẽ omnino ſonus. Vt enim obleċtet, & ſuauitate aures perſuadat, neceſſe eſt illic manere diſsimilitudinem illam, ſed correctam & quaſi mitigatam. Eadem eſt ratio poſterioris ſimilis, cuius itidem exemplo uſus eſt. Nam in numeroſa oratione, quam conficiunt diſpares ac uarij inter ſe pedes, id eſt mobiles ac tardi (idem enim ſemper numerus ſatietatem gigneret) uarietas illã numerorum ſeruari aliquantum debet, nec penitus extingui, ita ne eundem omnino oratio quaſi curſum faciat, & ambitus uerborum inſiſtat eodem pacto: decet ſanè ipſos retinere aliquid ſuæ naturæ, ſed caſtigatum, & quantum res patitur, ad ſimilitudinem & unitatem perductum. Ita mihi uiſum eſt hoc loco accipere rhythmos & baſin, ut maneam in eodem uocum ſimili. In uoce enim quoque, ut acutum & graue exiſtit: ita breuitas & longitudo, quæ propriæ partes ſunt motionis. Nam Hermogenes in diuerſis illis formis dicendi, quas uocat ideas, tradendis, ubi loquitur de compoſitione uerborum ipſis accommodata, ſæpe hæc nomina uſurpauit. Sed etiam Plato infrà in 3 libro de Republica, cùm de harmonia diſſeruiſſet, uárijſque illis generibus cantus atque inſtrumentis muſicis, quorum partim eijcit è ſua republica, partim in eam recipit: egit quoque de rhythmis & baſibus. quo etiam loco enumerat plures pedes, & quæ ſit uis & natura ipſorum exponit. prætereà in 2. de Legibus, ubi diſputat de iiſdem rebus. Nec tamen fugit me, uocatam quoque eſſe baſin à muſicis in ſaltatione & ὀρχήσει: quod uidetur teſtari Pollux in 2. libro ſui Onomaſtici, loquens de partibus pedum. affirmat enim in alijs notionibus huius nominis apud muſicos uocari baſin, pedem ponere in rhythmo. Videtur, dixi: neque enim mihi exploratum eſt, intelligãtne illic pedem dicens, pedem hominis, qui ſaltet: ſiue pedes, qui conficiant rhythmos, quemadmodum etiam locutus eſt Plato in poſteriore, quod indicaui, exemplo. inquit enim de numeroſa oratione βαίνειν ἐν ῥυθμῷ. id eſt (ut opinor) aptam orationẽ facere, & numeris quibuſdam uinctam. Vocem uerò hanc ductam eſſe à βαίνειν, conſtat: & βάσιν appellari omnem itionem ac progreſsionem: ſed tamen ad alias res, quæ ſimilitudinem aliquam habent greſsionis, transferebatur. Vbi enim pedes ſunt, & quoquo modo illi accepti ſunt, illic etiam motus & greſſus eodem pacto ſit neceſſe eſt. Dubitari autem non poteſt, quin etiam exemplum choreæ hic accommodatum ſit: etſi Lucianus in libello περὶ ὀρχήσεως potius ipſam ἐμμέλειαν, quàm βάσιν appellat, nam rhythmorum illic etiam, ut neceſſe ipſi erat, mentionem fecit. Chorea enim quoque conſtat è partibus diſsimilibus, ſed tamen arte ac ſtudio moderatis, ſibiq́; reſpondentibus: ceu ſunt, ut ipſi nunc uocant, paſſus ſimplices, dupli, ſemidupli, & aliæ huiuſcemodi nonnullæ ipſius differentiæ, diſtinctæ præterea inter ſe uelocitate & tarditate motus.

Sed oportet multitudinem.) Cùm demonſtraſſet auxilio ſimilium, in quam fraudem rapuiſſet Platonem inſitum illud ſtudiũ ipſius ciuitatem unam reddendi (extinxit enim ita penitus eam) redit ad rationem ſuam confirmandam: quæ ſeruata multitudine ac uarietate, legibus idoneis ac moribus id uerè præſtat, id eſt pellit è ciuitate diſcordias ac reliqua mala, quæ meritò Socrates metuebat. Sed oportet, inquit, uariam retinentem ciuitatem multitudinemq́, in ea cuſtodientem, præſidio diſciplinæ communem ipſam atque unam reddere: id eſt, ita inſtituere ciues, ut ſuas propriaſq́, fortunas communes arbitrentur: atque ita ciuitas concors & unanimis una fiat. Quòd ſi aliquis putaret, addit Ariſtoteles, diſciplinam probans, ipſaq́; uti nolent

lent, illam, quam laudauit Plato, eſſe accommodatam, ipſamq; in ciuitatem induceret, ſtultè ſentiret & faceret: omnino a- nim inſtitutis ad hoc uti oportet ac ſtudio ſapientiæ, nec non moribus. Quod cuſtodiri, inquit, uidemus in his, quæ pertinẽt ad rem familiarem fortunaſque ciuium & Lacedæmone & in Creta: illic enim menſis publicis, qui legibus muniebantur reip. eas, partim non aliquo modo publicarunt: iiſdem namq; eſcis ueſcebantur diuites, quibus & pauperes. unde non illa fluxit. In ſola Spartane Plutum, deum illum diuitiarum, cæcum ſpectari, non, quemadmodum multi falſo putarent, ubique.

Decet quoq; hoc non ignorare.) Hoc etiam ualet ad inſimulandum Socratem, qui initio non uiderit, quod decet ſedulò cogita- re, qui rem aliquam nouam tradendam ſuſcipit. Neque enim oportet eum ignorare, officium ipſius eſſe, attendere longum præteritum tempus, & multitudinem annorum: quibus nullo modo feſelliſſent, ſi hæc bellè ſe habuiſſent. Omnia namque ferè inuenta ſunt, & à uarijs ingenijs è tenebris eruta, quæ prius clàm erant: quorum tamen partim non ſunt recepta, perſpe- cto ſtatim eorum uitijs, partim autem cognita & uſurpata, relicta ſunt, nec in ullo uſu reſtant. à melioribus uicta. Quod in- quit, cuncta fermè inuenta eſſe, ſimile eſt illi Terentiano: Nihil eſt dictum, quod non dictum ſit prius. Summum autem argu- mentum eſt ab induſtria & ſtudio mortalium, ſedulò indagandi, quæ profutura ſperant uitæ ſuæ.

Maximè autem hoc poſſet uum.) Multa uitia illius reipublicæ, quam finxit Plato, & quàm rudis & inchoata ſit, cõmuniter uſe affirmat cognoſci poſſe, ſi quis ipſam fabricatem uideat: & non oratione tãtum, uerum etiam re ipſa coagmentatã ſpiciat. Neque enim poterit, qui hoc ſuſcipiet, id ullo pacto moliri, nec formam ciuitatis ei adiungere, niſi in partes ſecuerit, ea quæ illic confuſa ſunt, diſtinxerit. Neceſſe namque ipſi erit in concœnationes quædam diuidere, alia in phratrias, quaſdam ueró in tribus. Quare, inquit, perſpicietur nihil aliud illic legibus conſtitutum eſſe, niſi hoc tantũ, ut cuſtodes reip. liberi ſint à cura colendi agros. Quod etiam ipſum illic nouum non eſt, cùm Lacedæmonij etiam nunc id efficere aggrediantur. non enim affirmat id uetus inſtitutum eſſe illius ciuitatis, ſed ſua ætate ipſos incubuiſſe in illam curam.

Sed neq. etiam modus.) Inſimulat nunc eundem, partibus ipſius reip. nonnullis iam improbatis, qui non accuratè aperuerit formam totius reipublicæ: neque modum ac rationem, quam ſequi debent participes ipſius, docuerit, ut facata debebat: oſtẽ- ditq; non pauca illic eſſe incerta & dubia. Vnde perſpicitur, multis modis remp. illam eſſe inchoatam & rudem adinoogitã; ſi quis etiam conaretur, poſtquam ipſe id non præſtitit, hoc explicare, ualde ipſum laboraturum. Quod eſt igitur hic κοινωνί- ας, non ualet ullo pacto, niſi fallor, habentibus omnia communia, ut interpres quidam accepit: ſed, participibus ipſius ac ci- uibus denique. Reprehendit enim apertè ipſum, qui non monſtrarit modum in uniuerſum, quem ſeruare debebat, qui in il- la communione & rep. uiuebant. inquit autem rum iam quid deſiderari illic poſſit indicaſſet: Atqui fermè multitudo omne cuiuſque ciuitatis, aliorum ciuium numerus efficitur, id eſt magna ex parte numerus reliquorum ciuium præter cuſtodes im- plet ciuitatem: de quibus tamen exquiſitè non præcepit, utrum & agricolis etiam oporteret, ut cuſtodibus, communes eſſe poſſeſſiones bonorum, uel ſigillatim proprias. Præterea, inquit, nõ ſtatuit utrum oporteret uxores & liberos proprios eſ- ſe, uel communes.

Si namq. eodem pacto.) Incipit hic aperire ſcrupulos, qui exiſtunt in illa republica, & quàm difficile partes ipſius cohærere in- ter ſe poſſint, oſtendit. Trium autem meminit, quæ meritò perturbant quempiam. Primum eorum eſt, quòd ſi his quoque omnib. eodem pacto erunt omnia communia, nihil illic extabit diſcrimine inter ipſos & cuſtodes. Secũdum eſt, cùm cuſto- des gubernaculum reip. teneant, quomodo compenſabitur obſequium agricolarum erga ipſos, & quod commodum capiẽt, ſi in officio manſerint paruerintq; ipſis? Tertium eſt, quomodo inſtructi iidem & eruditi non recuſabunt imperium eorun- dem? neceſſe enim eſt, ut id ab utili aliqua diſciplina accipiant: aliter enim perpeti hoc non poſſunt. Addit autem, Niſi fortaſ- ſe cuſtodes ipſi aliquid huiuſcemodi callidè excogitarint, quale Cretenſes. illi namq; cùm ſeruis ſuis poteſtatem aliorũ om- nium faciant, ſolùm interdicunt ipſis exercitationib. corporis, nec ſinunt domi arma habere. Expoſui, quomodo capiendum locum putem, quo quæritur extremum trium horum, quæ negotium faceſſunt, ſi legeturius in excuſis omnib. & ſcriptis li- bris, quis uidi, τὶ μαθόντες. Verum quia indicio ueteris tralationis perſpicitur in exemplari, quod illa ſecuta eſt, ſcriptum o- lim fuiſſe, prima litera mutata, παθόντες: quid ſentiam de hac lectione, teſtabor: neque enim contemnendam puto. Arbitror igitur, ſi uera eſt, hoc auctorem oſtendere uoluiſſe: Si uerò fructum nullum capiunt agricolæ ſui obſequij, quomodo indu- cuntur, ut obtemperent ſimilibus ac paribus? & quid uenit ipſis in mentem, ut hoc æquo animo patiantur, quod eſt alienũ ualde ab ingenijs mortalium?

Si autem, quemadmodum in alijs.) Quid ſi, inquit, agricolis & opificibus non erunt illic omnia communia, ſed eodem ordine habebuntur, quo in reliquis ciuitatibus haberi ſoliti ſunt, & nulla in re diſcrepantes ſint: nõ facile eſt dicere, quomodo ipſi uerſaturi ſint in eadem rep. cum cuſtodibus, longè aliam uitæ uiam ſequentibus, & quomodo ipſis cũuenire poſſit. Difficul- tatem autem huius rei aperit, dicens: In una namq; ciuitate duæ ciuitates neceſſariò erunt: & quod etiã auget moleſtiã hanc, inter ſe omnino contrariæ. Quin autem hoc uerum ſit, dubitari non poteſt: eſſe enim uult Socrates cuſtodes, tanquam de- fenſores reipublicæ: agricolas uerò & opifices & cæteros omnes, ciues.

Querimonia autem, & cæt.) Hoc etiam argumento premit Socratem, oſtenditq; ipſum falſo prædicaſſe de ſua republica, fu- turam illam uacuam à litibus ac forenſibus cauſis, & alijs nonnullis malis, quæ morbi non parui ſunt ciuitatum, ut aiebat. Nam & ipſi omnes in ſententia erant his quoque hominibus: & tamen Socrates ut adiũgit, quod itidem alibi non obſcurè de- clarat, non opus fore illic multis legibus ac magiſtratibus affirmabat: quia diſciplina recta mores eorum emendabit, nec ſi- net peccare. Quos etiam magiſtratus diſtinctè ſuiſque nominibus Plato enumerat, ut inuidiam faceret cæteris rebuspu- blicis, & quot uitia ipſas lacerent monſtraret, cùm ipſi ſit freoandis tot remedia quæſita ſint. Socrates tamen, inquit, cuſtodi- bus ſolis diſciplinam tradidit: cæteras autem ciuitatis partes, & colonos & opifices, nulla diſciplina monuit. In 4. autem li- bro de Rep. h[illegible] ratet ac no[illegible] ſine contemtu quodam, illo inquam in loco, καὶ τὰ περὶ τὰ συμβόλαια[illegible] ἐγκλήματα, ἢ ἰατρεύματα[illegible] τὰ ἄλλα τοιαῦτα, nam alter, qui ſuperiorem ſententiam complexus ſuit, magnificè, lucutus eſt de fuga controuerſiarum [illegible] ſubito [illegible], eſt in V. eorundem librorum, ubi inquit Τί δ' δίκαι καὶ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους οὐκ [illegible] ἐξ αὐτῶν, & quæ ſequuntur. Quod facit ad exiguum numerum legum, quem affirmabat Socra- tes ſuorum ſatis ſuæ reipublicæ: memoriæ proditum eſt, paucas quoque leges ſcripſiſſe Lycurgum. quod unde fluxit nos- ſtra Charilas, qui erat ſorore Lycurgi filius. Cum enim quæſitũ eſſet ex eo, cur id feciſſet Lycurgus: reſpondit, Qui uer- bis non multis utuntur, paucis egent legibus. Laconas autem breuitatem orationis amaſſe, petonlgatum eſt.

Atillis autem facit dom nos.) Accuſat hoc [illegible] Socratis, qui [illegible] itidem pertinet ad colonos. Nos autem illos do- minos fecerat agrorum, qui [illegible] ent, tantùm definitam partem fructuum illorum deferrent in publicum. inquit enim, ita ipſos futuros multò [illegible] ores & contumaciores, quàm ſint reliquæ nationes agricolarum, quorum operæ utebantur diuerſi Græci populi in agris ſuis colendis: unde etiam uarijs nominibus ipſos appellabant. Lacedæmonij etenim, qui ſuos a[illegible] uocabant Ilotas, Peneſtæ itidem appellatæ ſunt familiæ paupertulorum, quæ & ipſæ operã ſuam aſſiduam in hoc præſtarent: unde impoſitum illis fuit nomen. Alij utebantur ſeruis, quorum nonnulli, ut arbi- tror, ipſos [illegible] uocabãt, ut Chij: alij uerò [illegible] noitas, ut Cretes. Quia omnia hæc genera colonorum periculum ſæ- pè creabant populis, quorum agros colerent, & difficile erat rationem inuenire, qua in officio manerent. inquit hic A- riſtoteles colonos Platonis inſolentes ea lege factos, quæ nimis ipſis permittebat, futuros moleſtiores reipublicæ, quàm fine[illegible] quos nominat. Quàm ſæpè autem ſolerent Ilotæ aduerſari Lacedæmoniorum partibus in bello, monu- mentis [illegible] torum mandatum eſt. Sed etiam inferioribus temporibus idem ipſos feciſſe, teſtatur T. Liuius de bello Macedonico, libro 4. qui inquit: Ilotarum deinde quidam, [illegible] ſunt iam inde antiquitus caſtellani, agreſte genus, tranſfu- gere uoluiſſe inſimulati, per omnes uicos ſub uerberibus acti necantur. Ἀποφορὰ φέρειν, ualet penſione & debitã mer- cedem ſoluere: uſus eſt hac oratione Plutarchus in Lycurgo.

Sed enim ſiue neceſſaria.) Reprehendit Socratem, qui quaſi abiecerit omnem curam colonorum, & nedum cognouerit hoc magnum membrum ciuitatis, ac quomodo pacatum cuſtodiretur docuerit: ne oſtenderit quidem, an neceſſaria ſint ipſis erudiendis præcepta & documenta quædam, an alijs ſimilibus illa cõuenire certum eſt. Tradit enim ſi ſuper uacanea eſſe ducebat, ſaltem id ſignificare ipſum debuiſſe. Eodem etiam pacto ſe Socratem geſſiſſe commemorat in reliquis rebus, quæ ad eoſdem pertinent. Neque enim monſtrauit, quæ ipſorum ratio futura eſſet in ea republica, & quæ diſciplina, nec non quæ leges. Neque tamen uerum eſſe dicit, quod aliquis afferret, ſtudio Platonis culpa liberan-

dū, illam

di, illam eſſe inuentu facilem, atque ideo prætermiſſam, aut parui omnino ponderis. Neutrum enim eorum eſt, ut affirmas: neque enim procliue eſt, neque parui refert, quales coloni ſint ad tuendam communionem illam cuſtodum, concordiq; animo cum ipſis uiuendum.

Quinetiam ſi uxores.) Oſtendit, manens adhuc in agricolis, uerũ eſſe quod dixit, extitere illic non pauca, quæ ſtudij multum requirunt, nec debebant ullo pacto omitti ſine cura ulla: quia non eſt procliue inuenire ueram rationem illarum rerum tractandarum. Sunt autem nunc plena magnarum difficultatum, ceu, inquit, ſi uxores agricolarum uolet eſſe communes, poſſeſſiones autem bonorum proprias, quis ſuſcipiet diſpenſationes domorum? hoc enim officium proprium mulierum. Illæ autem, communes cum ſint, nolent ſuſtinere id onus: nec cauſam ullam habent huius aut illius domus diligentia ſua tuendæ. nam uiri curabunt ſolùm, quæ ſicut in agris. Idem etiam incommodum illic naſcetur, ſi eodem pacto & poſſeſſiones bonorum, agrique communes erunt, & agricolarum iiſdem uxores. Non habebũt enim ita quoque, qui rem domeſticam regant: uiri enim ambobus his modis occupati ſemper eſſent in rebus ruſticis: quare laborabit uehementer res familiaris.

Abſurdum autem eſt.) Cùm Socrates probaret, conſilium ſuum uerum eſſe, qui ſuadebat, ut feminæ ſtudium ponerẽt in agris colendis, & armis tractandis ut mares, cæteraq; omnia facerent, quæ faciunt uiri: uſus fuit ſimili beluarum. Inquit igitur noſter, alienum eſſe abſurdumq; prorſus, uel ea collatione putareq;, quod fit illic, locum etiam habere in hominibus. Nam beluis neceſſaria non eſt diſciplina domeſtica, nec curam aliquam ipſæ ſuſcipiunt tuendæ rei familiaris, quæ nulla penitus ipſis eſt, cùm mulieres ſuo proprioq; hoc munere fungantur. Facit igitur hic diligens doctor, quod faciunt omnes, qui exemplum aliquod collationemq; temptant: docet enim, non eſſe illud ſimile, quod Socrates idem omnino eſſe putabat. Simili autem hoc uſus eſt Plato non longè ab initio V. libri de Rep.

Lubrica autem eſt ratio.) Reprehendit nunc rationem modumq; quo Socrates in ſua rep. creabat magiſtratus, affirmátque eſſe parum tutum ſemper enim ille eoſdem uoluerat imperium habere. Quin autem hoc pertineat ad cuſtodes ipſos principeſque reipublicæ, nemo poteſt dubitare. Vitium uerò huius rei aperiẽs Ariſtoteles, inquit, id eſſe cauſam ſeditionis apud homines etiam, qui non ſunt ullius dignitatis, ne dum apud uiros iracundos & bellicoſos: nulli enim mortales æquo animo ferunt ſe ſemper priuatos eſſe, uidere autem alios continenter magiſtratus gerere. Non tamẽ accipere debemus, uoluiſſe Socratem eoſdem omnino homines continuare magiſtratus, ſed eundem ordinem.

Neceſſe autem ipſi eſſe.) Docet uerum eſſe, quod obijcit Socrati: neceſſe, inquam, ipſi eſſe eiſdem ſemper remp. adminiſtrãdam dare. neque enim apertè hoc ille dixerat. Eruit igitur ea uerbis Socratis ipſius, hoc profecto eum uideri noluiſſe: non enim nunc his, alio autem tempore alijs permixtum eſt in animis aurum, uerùm ſemper iiſdem: nec ullam uarietatem res recipit. Quia autem inueniretur, qui neſciret, quid aurum in hac re ualeat, exponit paucis commentum illud Socratis, quod Plato in 3 libro de Rep. narrauit. Affirmat enim, inquit ille, his ſtatim a primo ortu Deum miſcuiſſe aurum, his uerò argentum: æs uerò ferrumq; eundem illis, quos uidebat futuros eſſe opifices & agricolas, & his artibus exercendis deſtinauerat. Quibus igitur ſemel nobiliſſima materies inſerta foret in pectus, ſemper clauum reip. tenebant. neque enim iiſdem hominibus nunc aurum, poſtea alia quæpiam materia à Deo tribuebatur: ſed qui ſemel ob animi magnã ſapiẽtiæ auro ornati fuerant, perpetuò ipſum retinebant. quare hi ſoli erant idonei ciuitati gubernãdæ.

Adhuc autem, cum demat uitam.) Inſimulat eundem, qui uocabat remp. illam ſuam beatorum ciuitatem, omneq; ſtudiũ ponere legiſlatorem uolebat in ciuitate beata efficienda: cùm tamen ille & principes quidem ciuitatis pateretur beatos eſſe, manifeſtoq; ſpoliaret ipſos uita beata. Quomodo enim beatam uitam ducent, qui carent magna parte eorũ bonorum, quæ conficiunt ipſam? Neq; enim ſapientia ſola, ut ſemper exiſtimauit hic noſter, præſtat id ſummum omnium bonorum neceſſaria enim quoque ſunt bona externa. Illi autem nihil, quod ſuum foret, poſſidebant, orbatiq; prorſus erant ijs quoque uoluptatibus, quæ capiuntur ex liberis & uxoribus. inquit igitur Ariſtoteles, id refellens, nullo pacto poſſe ciuitatem aliquam beatam eſſe, niſi plurimæ ipſius partes, ſi non omnes, aut ſaltem aliquæ, beatæ ſint. Quia autem intelligebat, inueniri in aliquibus rebus partes, quæ totum gignant ſibi diſſimile: docet ciuitatem non eſſe unam illarum. In numeris enim aliquibus id certè uſuuenit, ut impares duo pluresue numeri parem conficiant: duo enim ternarij numeri ſenarium conficiunt. quod igitur hic non eſt in partibus, exiſtit in toto: in ciuitate autem nullo pacto. In extremo uerò addidit, aptum ualde ad Socratem conuincendum: Si cuſtodes principeſq; reipublicæ non ſunt beati, qui potiſſimum illic participes tanti boni reperientur? hoc enim eximium bonum conuenit potiſſimum illis. Si namq; tantùm tales forent opifices ac turba ulli, ideò ne ciuitas ipſa beata diceretur? Quæ uerò nũc à noſtro contra ſententiam Socratis afferuntur, cogitaſſe Platonem, à quopiam dici poſſe apertum eſt. fecit enim initio ſtatim 4. libri hæc omnia ab Adimanto commemorari, metuente ne inueniretur aliquãdo aliquis, qui hoc argumẽtis uteretur: oſtendere uolens, minimè beatos eſſe cuſtodes, atque id ſua culpa, tùm carerent ijs bonis, quæ mortales arbitrantur conſtituere uitam beatam: eſſet autem in manu ipſorum poſitum, ſi uellent ijs abundare. quod à ſe illic refutatum, & eleganti ſimili explosum, reperies etiam in V. libro.

Reſpublica igitur.) Hæc eſt ſuperioris totius diſputationis clauſula: affirmat enim, ſe, quæ notauit, inueniſſe in libris de Republica, apta ualde ad eum, qui legit, perturbandum, ac plena magnarum difficultatum: adiungitq;, reſtare adhuc non pauca ſimilia his, quæ non tetigit.

Τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ χρείας.) Quod in genere quæritur de Communitate patrimoniorum optimæ Reip. illud ipſum in ſpecie quæri poteſt in Platonica etiam Rep. quæ filiorum & uxorum communionem introduxit, utrum in hac quoq; expediat communia eſſe patrimonia.

ὥσπερ ἐπὶ πολλῶν ἰδίων.) Spartæ ex Lycurgi inſtituto æqualiter diuiſus ager erat inter ciues. Ex fructib. inde perceptis in Syſsitia ſinguli demenſum lege conſtitutum inferebant.

Δημιουργίας γεωργίας.) Lib. 1. c. 7. n. 10 γεωργίαν δημιουργικὴν uocat.

κοινὰ τὰ τῶν φίλων.) Amicorum communia omnia, non tam quoad poſſeſſionem, quàm quoad uſum rerum inter eos potiſſimum, qui uirtutis & honeſtatis cauſa amicitiam ineunt: aut etiam qui propter utilitatem & uoluptatem amici fiunt, uiri tamen boni ſunt, ut occaſio illa beneuolentiæ externa propter morum ſimilitudinem altiores agat radices. Vult amicorum eſt annona bonis, ubi quid deeſt: inquit Lyricus. quòd qui bonus eſt, liberalitatis exercendæ occaſionem ſibi offerri unicè optabit, oblatam auidè arripiet.

τὰ μὲν χρήματα.) Τὰ μὲν, ſcilicet ἴδια: τοῖς δὲ, ſcilicet τῶν ἄλλων.

ὅσοι ἄλλοι φύσει τὸ νομίζειν ἴδιον.) Idem Plato 3. de Rep.

τὸ φίλαυτον εἶναι.) Eadem docet Plato lib. 5. de Legibus.

φιλοῦσι γὰρ πάντες.) ipſius naturæ inſtinctu opes propter neceſſitatem uitæ omnes amant, tanquam præſidia uitæ naturalia. χρῆμα τῶν τοιούτων, ſcilicet χρημάτων.

ἐν τῇ χρήσει τῶν χρημάτων.) In uſu opum liberalitas ſpectatur, hoc eſt, ἐν τῇ πράξει χρημάτων. uti lib. 4. Ethicorum cap. 1. loquitur. Negſer autem aliæ ſpectantur in κτήσει, ἐν λήψει & φυλακῇ ſubdiuiſæ: aliæ in χρήσει, δόσει & ἐκ πάντων comprehenduntur. Cæterùm quia beatius eſt dare, quàm accipere, & ſplendor maior eſſe uidetur liberalitatis dantis quàm accipientis, iccirco χρῆσις etiam propriè dicta ipſi δόσει liberali præponderat. Verè ergo Ariſt. χρῆσιν tum in genere tum in ſpecie ſumtam liberalitati maximè conuenire aſſerit.

ἐπὶ ῥυθμὸν βάσιν.) Numerorum duplex ſubiectum facit, alterum Vocis, alterum Motus. Proportio diuerſarum uocum in muſica facit Symphoniam, Concentum: proportio motuum in Orcheſtica ſeu Saltatoria arte facit ῥυθμόν. Vt ergo συμφωνία ex uarijs uocib. ita ῥυθμὸς ex uarijs pedib. conſtat. quorum præcipuus, à quo ſaltatio ipſa nomen habet, βάσις dici uidetur. Ergo qui ſymphoniam magis unam uolet facere, eam in ὁμοφωνίαν commutabit, v. g. ſi quatuor diuerſis uocibus harmonicè concinentes unum & eundem ſonum tantùm canant. Similiter qui rhythmum unire uolet, in unicum pedem ſiue βάσιν illam commutabit.

τοῖς συσσιτίοις.) Andreia Cretenſium, Phiditia & Philitia & Syſsitia Lacedæmoniorum, comeſſationes ſiue epula publica. Horum ſæpe meminit Plato in lib. de Rep. Ariſt. lib. 7. Polit. Xenophon in Repub. Spartana, Plut. in uita Lycurgi.

πάντα γὰρ σχεδὸν εὕρηται μέν.) Ariſt. lib. 12. Metaphyſ. cap. 8. philoſophiam ſæpius & inuentam & amiſſam, diuerſis temporib. & auctorib. affectis. Idem Plato in Timæo & 3 de Legibus.

ὅπερ ἤδη νῦν Λακεδαιμόνιοι.) Lacedæmonij ſoli disciplinę bellicæ uacabant: opificia uerò illiberales artes liberis hominib. indignas arbitrabantur: agrorum cultum mancipijs Ilotis delegabant.

ἂν μαθόντες.) Sepulueda μαθόντες legere mauult. At re uera diſciplinam hic intelligere uidetur.

ὑπεναντίας ἀλλήλαις.) Subcontrarias, non penitus contrarias. Quid ita? Nam cuſtodes otioſi imperant, Agricolæ uerò laborioſi parent. Subſunt ergo hi illis, diuerſi inter ſe non tantùm imperio, uerùm etiam ſtudio & profeſsione, cùm illi arma tractent, hi agros colant.

φύλακας οἷον φρουρούς.) Plato lib. 3. & 5. de Rep. Cuſtodes appellat principes & rectores ciuitatis, qui non tantùm armis, ſed multo magis conſilio, tam pace quàm bello ciuitatem defendere queant. Similes ergo illos præſidiarijs militibus non quidem facit, ſed tamen facere uidetur cùm ut præſidiarij milites ipſi ciues ſuis opibus ſuſtentare coguntur, & propterea rarò illis beneuolunt: ita quoque reliquos ciues φύλακας & otium & imperium non ſemper æquo animo uidentur laturi.

εἵλωτας.) Ilotæ Lacedæmoniorum mancipia. Halos Meſſeniæ oppidum ad mare. quo potiti Spartani, primos ſeruos Helotas habuêre. Poſteaquam uerò uiginti annis cum Meſſenijs bellum geſsiſſent, expugnata tandem arce Ithoma, Meſſenios ſub iugum miſere, & iureiurando adegere, primùm ne unquam à Lacedæmonijs deficerent: deinde ut ex omnib. arationibus dimidiam partem frugum Spartam deportarent: præterea ut cum uxorib. ueſte mutata regum & optimatum funera proſequerentur. Manſit idem nomen quod primis illis, ut Helotæ dicerentur, tum Meſſenij reliqui, tum quiuis alij in poſterum bello capti, teſte Pauſania in Lacon. & Meſſenicis. Eos cùm inhumaniſsimè tractarent Spartani, perfidiæ illis auctores fuêre. Nam Sparta terræ motu fœdè diſiecta, ſerui mota Ithome occupato uix decennali bello ſubigi potuerunt. Diod. lib. XI. & Pauſanias in Atticis.

πενέστας.) Theſſalorum ſerui Peneſtæ, agros dominorum colentes, à paupertate nomen accepêre. Ab initio tamen Meneſtas dictos putant, ἀπὸ τοῦ ὑπομένειν, quoniam Bœoti, qui Arneam incolebant, pacta cum Theſſalis ſeruarint, iiſdemq; ſe in ſeruitutem addixerint, ne educerentur e regione, aut perimerentur. Vide Cœlium lib. 25. c. 18. A. L.

ἀεὶ γὰρ ποιεῖ τοὺς αὐτοὺς ἄρχοντας.) Semel boni ſemper boni. A naturæ ergo primordijs ad imperandū deſtinati, ob ingenij excellentiam, acumen & ſapientiam, in Rep. Platonica, præclara educatione & inſtitutione adhibita, iidem ſemper permanebunt. Et hos ſane ſemper rerum potiri, optimū erit, cùm auream illorum naturam & ars dirigere, & uſus & experientia longo tempore firmare poſsit & ampliare. At uerò natos ex his liberos patribus in imperio ſuccedere non erit neceſſarium, niſi iiſdem quoq; ſic uti patribus aurum in prima generatione admiſcuerint Superi. Sin minus, hoſce tales ab ingeniorum exploratoribus in alios ciuium ordines transferri uolebat, utputa Opificum uel Agricolarum. Vti uiciſsim ſi inter Agricolas ingenio aureo puer natus eſſet, etiam ad cuſtodes ablegari uolebat. Vti cap. præced. n. 22. ipſemet Ariſt. faſſus eſt. Ergo non ſimpliciter cuſtodes eoſdem ſemper præeſſe uoluit, ſed ſi iidem ſemper manerent, & auream animi excellentiam retinerent. Quod in indiuiduis facile eſt, in ſpecie nō item, cùm crebrò ex optimis peſsimos, & uiciſsim ex peſsimis optimos naſci quotidiana doceat experientia.

τοῖς μὲν μῖξαι χρυσόν.) Fabula ab Heſiodo accepta, pro metallorū uarietate ingenia atq; mores in 3. de Rep. diuidit Plato: adeoq; aureas & argenteas animas Cuſtodum, æreas atq; ferreas reliquorum ciuium eſſe uult: & oraculum illud profert, Tunc perituram urbem, cùm æs atq; ferrum eius fuerint Cuſtodes. Et quia aurum diuinitus à natura animis inſitum poſsideant Cuſtodes, iccirco auri humani contemptores eſſe debere. Ex lapidib. Deucalion homines poſt diluuium formaſſe dicitur: Plato hic è metallis: alibi uegetantem animam Agricolæ, Iraſcibilē Militi aſsimilat. Horatius à Prometheo inſani leonis particulam pectori humano ſuppoſitam tradit. Nimirum eò reſpiciunt omnes, quòd ut metalla inferiora ad unius auri conſtitutionem tanquam perfectiſsimi tendunt: ſic entium naturalium inferiores gradus, Lapidum primus, Metallorum ſecūdus, tertius Vegetantium, quartus Animalium, in uno Homine tanquam fine ſuam acquirant perfectionem. Nam qui omnium dominus erat futurus, eum omnia in ſe continere ſi non actu, ſaltem poteſtate oportebat.

- **COMMVNITATE** *uxorum repudiata, Remp. Platonis primò reprehendit tum quoad*
  - **Patrimo**niorum cõmunitatem. *Quæſtionē ergo de Bonorum communione*
    - **Propo**nit tum reſpectu
      - **Perſonarum**
        - **Vniuerſim:** *Vtrum conducibilius ſit patrimonia eſſe communia, an ſua cuique propria.* N. 1.
        - **Singillatim:** *Vtrum conducibilius ſit ciuibus Reip. Platonicæ patrimonia habere communia, ut Plato uolebat, an non.* N. 2.
      - **Rerum,** *de patrimoniorum κτήσει ſimul atq; χρήσει* N. 3. *Res utiles futuræ, tum mobiles, tum præſertim immobiles, domus, agri, quatenus acquiri & poſſideri propriè dicuntur, eatenus κτῆσις illis conuenit. At reſpectu fructus prouenientisq; ſui, in uſum ueniunt, & eatenus χρῆσις illis conuenit. Quæritur ergo uel de communitate*
        - **Alterius** *tantùm, utpote de cõmunitate*
          - **Fructus,** *non autem poſſeſsionis: An communis uſus prouentuū agri eſſe debeat, agri uerò poſſeſsio ſingulorū propria.* N. 4. *Quēmadmodum gentes quædam tenent.* Num. 5.
          - **Poſſeſsionis,** *nō autem fructus: Vtrum communes agros eſſe oporteat, at fructum ex iis cuiq; proprium colligi.* N. 6. *Quod Barbari quidam facere dicuntur.* N. 7.
        - **Vtriuſq;:** *Vtrum & Poſſeſsio & Prouentus agrorum communis eſſe debeat.* Num. 8.
    - **Declarat** tum in
      - **Genere** *& uniuerſim, reſpectu omnium Rerumpub. Vide in ſeq. ſignum* A a.
      - **Specie,** *reſpectu Platonicæ Reip. Vide ſignum* B b.
  - **Quædam** *alia de ſingulis partibus Reip. minus rectè dicta à Platone. Vide in ſeq. ſignum* B c.

a

- **A. Patrimoniorum ergo**
  - **Communitatem** *incommoda multa ſecū inuehere* (N.15.) *tum in*
    - **Specie** *aſſerit. Siquidem agros colant*
      - **Serui,** *minus difficilis minusq; perturbata erit communitas.* N.9.
      - **Domini** *ipſimet, difficilior erit communitatis ratio.* N.10. *Nam ſi labore inæquales, fructuum perceptione æquales ſint futuri, dabitur occaſio rixis ampliſſ.* N.11.
    - **Genere**
      - **Affirmat.** *In uniuerſum enim homines inter ſe conuerſari plures numero, præſertim eos, qui ex cōuerſatione ea lucrum uel emolumentum quoduis petunt, operoſum ualde & difficile eſt.* N.12.
      - **Cōfirmat exēplo**
        - **Politico** *eorum qui unà iter faciunt, inter quos ob leues occaſiones magnæ aut ſaltē crebræ offenſiones intercidere ſolent.* N.13.
        - **Oeconomico** *ſeruorum & dominorum. Ferè enim cum quibus ſeruis frequenter uerſantur, iis quoq; frequentius iraſcuntur domini, ob frequentiora delicta.* N.14.
  - **Proprietatē,** *quæ apud pleraſq; gētes uſu recepta eſt, commodiorē uideri ait.* N.16. *Tum reſpectu*
    - **Vtilitatis,** *quam ex rebus, tum ut communes, tum ut propriæ ſunt, percipiunt.* N.17. *Cum quidē proprietatis*
      - **Formam**
        - **Explicat.** *Oportet aliquo modo cōmunes, aliquo proprias eſſe corū poſſeſſiones.* N.18. *Videlicet uti rerum*
          - **Cura** *ſit cuiuſq; propria. Sic n. erit &*
            - **Quietior.** N.19.
            - **Accuratior.** N.20.
          - **Vſufructus** *ſit communis, non neceſſitate, ſed uoluntate contrahentium, per mutuam dationem & acceptionem: cum iuxta prouerbium, Communia ſint amicorum omnia, ſecundum uirtutem libenter omnia ſua impertientium.* N.21.
        - **Cōfirmat exēplis Rerūpub. in**
          - **Genere,** *earum præſertim quæ bonis ſunt legibus inſtructæ.* N.22. *In illis enim etiam unuſquiſq; propria poſſideat, tamen & aliena tanquam communibus utitur permiſſu aliorum, & ſua itidem aliis utenda & fruenda exhibet. Itaq; mutua liberalitate gratitudo mutua excitatur.* N.23.
          - **Specie,** *Spartanæ nimirum, quæ præ cæteris Græciæ politiis optimè uidebatur inſtituta. Nam & ſeruis & equis & canibus & cibariis per agrū communibus utebantur, licet poſſeſſio agrorum ſua cuiq; propria eſſet.* N.24.
        - **Concludit.** *Melius ſcilicet eſſe, rerum poſſeſſionem eſſe cuiq; propriam, ſed uſum communem.* N.25.
      - **Efficientem** *ſeu magiſtrum eſſe debere ait legiſlatorem.* N.26.
    - **Voluptatis.** *Proprium enim ac ſuū quid eſſe putare, pluſimum delectationis affert.* N.27. *id quod declarat tum reſpectu*
      - **Poſſeſſoris, talis ſyllogiſmus**
        - **Si** *quis naturæ inſtinctu ſeipſum magis quàm alium amat, plus etiam uoluptatis ex poſſeſſione propria, quàm communi percipiet.*
        - **Atqui** *illud eſt.* N.28. *Declarat per diſtinctionem. Amor enim ſui ipſius alius uitioſus eſt, & non uerus, φιλαυτία propriè dictus: alius uerus, & cum uirtute coniunctus. Quod ipſum à pari deducit:*
          - **Quemad** *modū τὸ φιλὸν χρήματα & φιλοχρηματία differūt.* N.32. *Etenim*
            - *φιλοχρηματία cōſiderata ſecundū*
              - **Accidens,** *ui* [illegible] *rabilis eſt.*
              - **Eſſentiā** *ſuam*
                - **Non** *eſt eadem cum τῷ φιλὸν χρήματα.*
                - **Eſt** *nimius pecuniæ amor.*
            - *φιλὸν χρήματα neque*
              - **Vituperabile** *eſt.*
              - **Nimiū** *eſt.*
              - **Quandoquidē** *ut à natura productæ ſunt opes in uſum hominis, ita earundem quoq; naturale deſiderium exiſtit.* N.33.
          - **Ita quoq;**
            - *φιλαυτία, reſpectu*
              - **Accidentis,** *uituperabilis eſt.* N.29.
              - **Eſſentiæ**
                - **Non** *eſt eadem cum τῷ φιλὸν ἑαυτόν.* N.30.
                - **Eſt** *nimius amor ſui.* N.31.
            - *φιλὸν ἑαυτὸν nec*
              - **Vituperabile** *eſt.*
              - **Nimium** *eſt.*
        - **Ergo** *etiam hoc erit.*
      - **Aliorū** *quib. benefit*
        - **Beneficium** *in alios conferre, ſiue amici, ſiue ſocii, ſiue hoſpites fuerint, iucundiſſimum eſt.* N.34.
        - **At** *propria quiſq; poſſidens maximè in alios beneficus eſſe & poterit & uolet.* N.35.
        - **Ergo** *propria poſſidere iucundiſſimum erit.*

- **Eb. Communitatem Platonicam patrimoniorum oppugnat**
  - **Vniuerſim, ex ipſo effectu. Communitas enim iſta poſſeßionũ**
    - **Bona** nulla habet, nec uoluptatem, nec utilitatem talem, qualem uſitata patrimoniorũ diuiſio paulò ante explicata. N. 36. Quo ad ἀκολασίαν cõmeßitur hæc quæſtionis ſpecialis enarratio cũ pracidẽte generali.
    - **Mala habet magna,** cùm duarum uirtutum actiones tollat. N. 37. Communitate enim
      - **Vxorum** labefactatur Temperantia. N. 38. Ratio. Temperantia eſt à pulcris abſtinere. At Plato cuiuſq. pulcræ commercium permittit. Itaq; ratione licentia data abſtinentiam tollit. N. 39.
      - **Patrimoniorum** liberalitas debilitatur. N. 40. Ratione talis
        - **Liberalitas** in uſu diuitiarum propriarum maximè ſpectatur. N. 41.
        - **At** communitate patrimoniorum tollitur diuitiarum propriarum uſus. N. 41.
        - **Ergo** communitate patrimoniorum tollitur liberalitas.
  - **Singillatim cõfutando ea quæ de hac ipſa & ab**
    - **Alijs aſferebantur, tum quòd uideretur eſſe**
      - **Humana magis atq; pacata. Quod ipſum**
        - **Proponit. N. 43. Humana eſſe uidetur, tranquilla atq; pacata,**
          - **Per ſe,** prima ſpecie, ἀκολασίαν omnem è medio tollens, & ciues inter ſe ueluti fratres deuinciens. N. 44.
          - **Per accidens,** comparatione aliarum Rerump. in quibus cùm lites & diſcordiæ pleræq; propter opes priuatas excitari ſoleant, eædem per communionem patrimoniorum è medio tolli poſſe uidentur. Num. 45.
        - **Confutat. Et per**
          - **ἰσχυρὸν quidem**
            - **Reliquas** Reſpub. uarijs litibus circa patrimonia infeſtari fatetur, non tamen id fieri propter rerum proprietatem, ſed propter hominum improbitatem. N. 46.
            - **Hanc Rẽpub. Platonis cum magis pacatam & litiũ expertem & tranquillam**
              - **Non** eſſe aſſerit, argumento eorum qui cõmunia poſſident. Nam plures rixas ob eorum quæ communia ſunt poſſeßionem inter homines dari, quàm ob eorum quæ propria ſunt alienationem, ipſa docet experientia. N. 47. Ciuiles certè actiones communionibus frequentiores ſunt apud Iurecoſ. quarum illæ ferè ex communi poſſeßione, quã quiſq. propriã & ſui iuris uult facere, hæ ferè ex proprij alienatione naſcuntur. Sic de hæreditate, de ſocietate, de locatione & conductione, de emptione & uenditione frequentes oriuntur cõtrouerſiæ Minus frequentes, de furto, de cæde, de abigeatu.
              - **Videri** eſſe affirmat Nam cùm pauciores ſint, qui cõmunia poßideant, quàm qui propria: iccirco pauciores etiam propter communẽ poſſeßionem quàm circa poſſeßionẽ propriorũ litigare deprehenduntur. N. 48. Neq; tamen iccirco uel communitas concordiæ, uel proprietas diſcordiæ cauſa ſtatuenda erit. Sic plures ebrij quàm medici longæui fiunt, quoniam ſcilicet maior eſt ebrioſorum quàm medicorum numerus: neq; tamen iccirco quis longitudinis uitæ ebrietatẽ, neq; breuitatis uitæ medicinã cauſam ſtatuerit. Fallacia eſt igitur in non cauſa ut cauſa. Plures rixæ inter ciues aliarũ rerump. oriuntur, quia numero plures propria poßident: quàm inter ciues Platonicos, quia pauciores numero ſunt, neq; myriadem excedere poſſunt.
          - ἀντιπαράθεσιν. Vt concedamus minoribus rixis & diſſenſionibus hac ipſa communitate occaſionem dari: at uicißim tamen non id ſolum, quot malis per hanc communitatẽ liberentur, ſed multo magis quot bonis per eandem priuentur, cõſiderare oportebit N 49. Nam lites fortaſſe pauciores orientur: at uiciſsim negligentia & deſidia maior ſuccedet. Vt etiam praeced. cap. communitas liberorum minorem quidem diſcordiam, ſed & maiorem negligentiam circa liberos pariebat.
      - **Facilis.** Quin pòtius, inquit Ariſtoteles, impoßibilis eſt abſoluta patrimoniorum communitas, quo ad poſſeßionem ſimul atq; fructum. N. 50.
    - **Platone** ſunt allata. Vide ſeq. ſignum C c.

- **Ce. Reprehendit ergo Platonis**
  - **Ratiocinationem**, *falſo nitentem argumẽto quòd ſcilicet Ciuitatem unã eſſe abſolutè oporteat. Nu.51. Vnitatis non unum eſſe genus*
    - **Proponit:** *adeoq; aliud ciuitati conuenire, aliud non conuenire, aſſerit.* N.52.
    - **Declarat. Vnitas enim ciuitati**
      - **Non conuenit ea, quæ illam uel**
        - **Tollit** *omnino.* N.53. *Cap.2. demonſtratum fuit, ſi ciuitas una uel numero uel ſpecie fiet, non amplius ciuitatem eſſe appellandam.*
        - **Non** *penitus tollit, deteriorem tamen facit.* N.54. *Similitudine declarat: Non ſecus ac ſi quis unitatem affectans in*
          - **Muſica,** *concentum harmonicum multarum uocum ad unum ſonum reducat, harmoniam perdet.* N 55.
          - **Orcheſtica,** *ſaltationem numeroſam ad unum ſimplicem ingreſſum rediegat, ſaltationis gratiam omnẽ uitiabit.* N.56.
      - **Conuenit,** *ut cùm ciuitas multitudo ſit ciuium numero & ſpecie differentium, ea tamen multitudo per Diſciplinam cõmunem omnibus & ſingulis propriam una reddatur. Quã ipſam Plato ſalſè nõ explicauit, & patrimoniorum communitatem aſſerunt ad unitatem facere: cùm unitas potius morũ bonorũ ſimilitudine ſouatur, cui ſimilitudini externa patrimoniorũ communitas famulari debet.* Nu. 57. *Quæ quidem diſciplina duobus ueluti crurribus firmanda eſt, rationum &*
        - **Ratione** *ſiue Inſtitutione philoſophica, legibus mores bonos introducendo, quibus ſolis externa iſta communitas patrimoniorum & regi poteſt, & inſeruire debet.* N.58. *Exemplo declarat Spartanorum & Cretenſium, quorum legilatores communitatem uerò non per ſe, ſed propter Syſſitia & Andria, hoc eſt, comeſſationes publicas, has autem concordiæ confirmandæ gratia (quæ iam proinde dicta) & frugalitatis exercendæ cauſa (unde pheiditia appellata fuère) introduxerunt.* N.59.
        - **Senſu** *ſiue Experientia uulgari, leges longo tempore otioſè excogitatas negotioſè ad uſum traducendo.* Nu. 60. *Quod quidem en*
          - **Genere probat:**
            - **Quæcũq;** *ad mores faciũt, ea primùm ratione inuenta, uſu inſuper cõfirmanda & approbanda ſunt.*
            - **At** *præcepta de moribus ratione iam uidentur inuenta eſſe.* N. 61. *Cæterùm ad hominum uitam uel*
              - **Nondũ** *traducta fuère.* N.62.
              - **Traducta,** *uerũ quòd minus utilia aut facilia uiderentur, neglecta & repudiata fuère.* N.63.
            - **Ergo** *præcepta de moribus uſu inſuper confirmanda & approbanda erunt.*
          - **Specie** *Platonicæ Reip. accõmodat. Ea namq; ſi relicta cõtemplatione otioſa ad uſum reuocetur, uel nulla erit, uel ſaltem cæterorũ Reſp. melius inſtitutas imitabitur.* N.64. *Reſolutione hoc ipſum uidetur tali deducit*
            - **Si** *rerum cõmunio Platonica ad uſum Reip. ſit actu reuocanda, per tribus & ſocietates certas diſtingui ciues oportebit, bonis cõmunibus in Syſſitijs uſuros fruituros.* N.65.
            - **At** *ſi in certas claſſes diſtribuãtur, uta puta in cuſtodes & ciues reliquos, cùm illi Reip. curã habere debeant, agrorum cultus illis conuenire non poterit.* N.66.
            - **Ab** *agrorũ uerò cultu cuſtodes liberari, ad Lacedæmoniorũ Rẽp. accedit, quorum agros ſerui Ilotæ colebant, ipſis ciuib. uel in adminiſtrãda domi Repub. uel in re militari foris exercenda occupatis.* N.67.
            - **Ergo** *Platonicæ Reip. cõmunio ad uſum reuocata Lacedæmoniorum Reip. ſimilis erit. Atq; ita actum agere Plato uidebitur.*
  - **Methodum** *ſeu potius ordinem docendi*
    - **Qui** *rectè de totius Reipublicæ cõmunitate diſputare uolet, is ſingularum partium rationem habere debet. Ratio. Nã ciuitatis eſſentia in multitudine ciuiũ ſpecie differentium tanquã partiũ conſiſtit.* N.69.
    - **At** *Plato ſingularum partium rationem non habuit. Declarat. Nam de communitate tantùm Cuſtodum diſputauit. At utrum Agricolis quoq; & patrimoniorum & uxorum communitas permittenda ſit, non definiuit.* N.70. *Vide in ſeq. ſignum* D d.
    - **Ergo** *Plato de totius Reipublicæ communitate minus rectè diſputauit.* N.68.

Dd. *Per anthypophoram explicat. Dicat quis: At facilè eſt ex cõmunitate cuſtodum communitatẽ reliquarũ ſpecierum quoque deducere. Imò uerò hoc planè difficilè eſſe probat. Aut enim communitas omniũ Reip. partium ſtatuetur*

- **Similis.** *Igitur inæqualibus tribuentur æqualia. Aequabuntur enim &*
  - **Ruſtici** *Cuſtodibus, abiectiſſimi ſcilicet excellentiſſimis.* N.71.
  - **Cuſtodes** *ſubditis reliquis, præſtãtiſſimi uiliſſimis, neq; ullã habebũt prærogatiuam*
    - **Ornamentorum** *& emolumentorum, quæ tamen illis loco mercedis laborũ pro Repub. dici noctesq; ſusceptorũ deberi uidetur.* N.72.
    - **Studiorum** *& diſciplinæ, qua inſtructi, aſſiduè pro Repub. excubare queant.* N.73. *Niſi fortè Cretenſiũ more eadem ſeruis quæ liberis communia fiant, præter exercitia & armorum uſum.* N.74.
- **Diſsimilis**, *talis ſcilicet qualis in plerisq; ciuitatib. reperitur. At quænam communitatis ratio erit?* N.75. *Quaſi dicat: Multo minus inter ſe concordes erũt Platonici ciues, quàm reliquarum urbium. Oſtendit id tum*
  - **Directè**, *ex diuiſione huius Repub.*
    - **Diuiſa** *ciuitas, uarijs rixis & contentionib. & ſeditionibus erit obnoxia.*
    - **At** *Platonica Reſp. diuiſa eſt, in duas ſibi mutuo ueluti ſubcontrarias ciuitates.* N.76. *Cuſtodes enim ueluti præſidiarij quidam milites cenſebuntur, armis inſtructi, ut uel nolentes in officio retinere queant, otioſi interim, & aliorum labore partis fruentes. Reliqui uerò ciues horum ueluti ſubditi, & in uictu conquirendo ſerui eſſe uidebuntur.* N.77.
    - **Ergo** *Platonica Reſp. uarijs rixis & contentionibus & ſeditionibus obnoxia erit.* N.78.
  - **Obliquè**, *Platonis reſponſionem, ex 4. de Rep. confutando. Dicat Socrates, ciuitatem licet diuiſam concordem fore, propter rectam inſtitutionem qua utitur, neq; multis opus habituram legibus.* N.79. *At ſi hoc, cur ſolos cuſtodes diſciplina inſtruit, reliquorum ciuium ab his regẽdorum inſtitutionem negligit?* N.80. *Nam uel maximè ij rectè erant inſtituendi, qui inſtitutionis ob naturæ defectum magis ſunt indigi, cuiuſmodi eſt plebs ipſa, minimum aureæ & argenteæ naturæ in ſe habens, ut paulo pòſt.*

Ee. *Præter communitatem uxorum & patrimoniorum in præced. confutatam, ſunt quædam alia in ijs libris parum rectè à Platone tradita, aut falſè non uti decebat expoſita: quorũ alia pertinent ad*

- **Agricolas.** *Vide ſeq. ſignum* Ff.
- **Principes.** *Nam neq; horum conſtitutio à Platone introducta, recta eſſe uidetur.* N.89. *Eam*
  - **Proponit,** *unà cũ*
    - *Ire. Eoſdem ſemper rerum potiri uult Plato.* N.90.
    - *Aitio, cauſam afferens, cur eoſdem ſemper ex Platonis ſententia imperare ſit neceſſe.* N.92. *Nã in 3. de Rep. (fabulã quãdam ab Heſiodo fortaſſe in quatuor ſeculorum deſcriptione mutuatus) ſic à Dijs homines genitos eſſe tradit, ut qui apti futuri eſſent ad imperandum, ijs aurum admiſcerent: qui uerò ad defendendum, ijs argentum: æs uerò & ferrum futuris opificibus & agricolis. Vt ergo aurum inter omnia metalla perfectiſſ. in alia tranſire nequit: ita quibus aurea imperandi natura ſemel inſita eſt, ijs ſemper inhærebit, nec in alios tranſire poterit.* N.91.
  - **Impugnat** *duobus argumẽtis. Nam eoſdem ſemper rerum potiri reſpectu quidem*
    - **Subditorum,** *inuidiæ plenum eſt, quodq; ad ſeditionem uel abiectiſſimos, nedum cordatos & bellicoſos ciues concitare queat.* N.91.
    - **Principum,** *moleſtiæ & infelicitatis pleniſſimum eſt. At ſi principes ſunt infelices, quomodo ciuitas tota beata eſſe poterit?* N.94. *Ratiocinatio talis eſt:*
      - **Reip.** *totius beatitudo ex omnium uel certè præcipuarũ partium beatitudine pendet.* N.95. *Diſsimilitudine oſtendit. Neq; enim Beatum eſſe, ut Parem uel Imparem eſſe, ijſdem conuenit.* N.96. *Declarat. Etenim*
        - **Par** *totus eſſe poteſt Numerus, licet partes ex quibus compoſitus ſint diſpares.* N.97.
        - **Beata** *eſſe nequit Ciuitas tota, niſi partes omnes quoque beatæ ſint.* N.98.
      - **At in** *Rep. Platonis nec omnes nec præcipuæ partes ſunt beatæ, Nam neq; poterunt beati appellari*
        - **Cuſtodes** *ipſi, perpetuis curis Reip. diſtracti & excruciati.* N.99.
        - **Ciues** *reliqui, opifices et agricolæ, in ſordidis officijs occupati.* N.100.
      - **Ergo** *Reſpublica Platonis beata non erit.*

Patrimonijs *ſic ſtatuit Plato, ut eos agrorum dominos faciat, tributi tamen loco prouentuum annuum Reipublicæ conferre uelit. N. 81. Quod ipſum reprehendit Ariſtoteles, quoniam hac ratione inſolentiores fient, quàm uel Ilotæ Lacedæmoniorum, uel Peneſtæ Theſſalorum, uel Periæci Cretenſium, uel alij aliorum in agris excolendis ſerui unquam fuerint: ægrè ferentes, quòd non tantùm ſuo labore, uerumetiam de ſuis poſſeſsionibus alios ignauos & otioſos alere cogantur. Num. 82.*

Moribus, *certa legum inſtitutione informandis, nihil eſt à Platone definitum, N. 83. Obyciat quis: At facilè eſſe leges illis præſcribere. Quinimò, reſpōdet, quo ſtupidiores ſunt natura, & minus ſibipſis proſpicere poſſunt, eo accuratiora diſciplina complectendi erunt, ut & ipſi in officio contineantur à cuſtodibus, & cuſtodum communitatem minimè turbent. Num. 84.*

Ff. **De Agricolarum**

Oeconomia *nil certi à Platone conſtitutum ait. Aut enim uult uxorum ſtudia à uirorum ſtudijs diuerſa*

- **Eſſe**, *uti ferè apud omnes gentes, nimirum ut uiri curent ea quæ ſunt extra domum, uxores uerò rem domi familiarem, ipſius naturæ ductu. Quòd ſi ergo communes ſtatuentur uxores, agri autem*
  - **Proprij**, *cultura agri uiris incumbente, uiri œconomiam adminiſtrare non poterunt: uxores uerò quia communes, rei familiaris cuiuſque propriæ aut nullam aut certè minus accuratam curam habebunt. N. 85.*
  - **Communes**, *cùm uiris cura communis agri incumbat ad fruges producendas, quas Reip. tributi loco offerant, eiſdem quoque cura rei familiaris incumbet, uxoribus interim otioſi ſpectantibus, cùm niſi propriæ domus cura illis demandetur, non uideantur illam uel poſſe uel uelle ſuſcipere. N. 86. Quomodo autem utriuſque curæ pares uiri eſſe poterunt?*
- **Non** *eſſe, ſed eadem planè & extra domum & domi mulierū, quæ uirorum, officia eſſe debere, ſola quantitate minora & remiſsiora, propter muliebris corporis mollitiem & debilitatē: uti lib. 5. de Repub. ſimilitudine à brutis ſumta docet, in quorum genere ſolius ſexus diſcrimine cadē planè & ſemellæ & maris munia eſſe uidemus: ut ciconiæ, in nidificando, in incubando & excubando, in alendis pullis, ijſdemq́; contra uim externam defendendis. N. 87. Quam ſimilitudinem. Ariſtoteles impugnat hac ratione:*
  - **Oeconomię** *inſtitutio ab ijs tantùm, qui œconomiæ participes ſunt, petenda eſt.*
  - **At bruta** *œconomiæ non ſunt capacia. N. 88. Naturalis quidem œconomiæ ueſtigia habent luculenta, ſed extra rationis uſum.*
  - **Ergo** *ob ijs non eſt petenda. Et propterea Platonis ſimilitudo non quadrat.*

CAPVT VI.

Platonis alteram Reipub. conſtitutionem libris XII. *de Legibus traditam, examinat.*

FEtmè [1] autē aſsimiliter res ſe habet circa leges, quæ poſterius ſcriptæ ſunt: quare & de republica, quæ hic eſt, animaduertere puſilla ſatius erit. In Rep. [2] enim de paucis admodum ſtatuit Socrates: de [3] uxorum, inquam, & [4] liberorum cōmunione, [5] quomodo ſe habere oportet, & de [6] poſſeſsione bonorum, reip. [7] etiam ordinē attigit. Diuidit [8] enim in duas partes multitudinē eorū, qui illic habitant: unam [9] quidem in agricolas, alteram [10] autem in partem, quæ ſeruit bello: tertiā [11] autem harum, quæ deliberat, & ſummam poteſtatem habet in ciuitate. De [12] agricolis autē & opificibus, utrū nullius uel alicuius magiſtrat9 participes ſunt: & [13] utrum arma oportet domi habere & hos, atque unà cum alijs uerſari in bello, uel non: de his nihil definijt Socrates:

ΣΧΕΔΟ'Ν [1] δὲ παραπλησίως ἔχει τὰ περὶ τοὺς νόμους ἔχει, τοὺς ὕστερον γραφέντας. διὸ καὶ περὶ τῆς ἐνταῦθα πολιτείας, ἐπισκέψασθαι μικρὰ βέλτιον. καὶ [2] γὰρ ἐν τῇ πολιτείᾳ περὶ ὀλίγων πάμπαν διώρικεν ὁ Σωκράτης, περί τε [3] γυναικῶν, καὶ [4] τέκνων [5] κοινωνίας, πῶς ἔχειν δεῖ, καὶ περὶ [6] κτήσεως, καὶ τῆς [7] πολιτείας τὴν τάξιν. διαιρεῖται [8] γὰρ εἰς δύο μέρη τὸ πλῆθος τῶν οἰκούντων· τὸ [9] μὲν, εἰς τοὺς γεωργούς· τὸ [10] δὲ εἰς τὸ προπολεμοῦν μέρος· τρίτον [11] δ' ἐκ τούτων τὸ βουλευόμενον, καὶ κύριον τῆς πόλεως. περὶ [12] δὲ τῶν γεωργῶν καὶ τῶν τεχνιτῶν, πότερον οὐδεμιᾶς ἢ μετέχουσί τινος ἀρχῆς, καὶ [13] πότερον ὅπλα δεῖ κεκτῆσθαι καὶ τούτους, καὶ συμπολεμεῖν, ἢ μή, περὶ τούτων οὐδὲν διώρικεν ὁ Σωκράτης.

PRopemodum [1] autem ſimiliter ſe habet legum, quæ poſterius ſcriptæ ſunt, deſcriptio. Quapropter & de reipub. adminiſtrandæ forma hic expreſſa, pauca conſiderare præſtiterit. Nam [2] in libris de Repub. de paucis omnino decidit Socrates, nempe [3] de uxorum & [4] liberorum [5] communione, quo modo ſe res tota habere debeat, & [6] de facultatibus communicandis, & [7] de tota repub. ordinanda. Diuidit [8] autem in duas partes habitatorum multitudinem, alteram [9] agricolarum, alteram [10] propugnatorum: tertiam [11] ex his ſumſit, eam, quæ conſultat, quæ totius ciuitatis dominatum & poteſtatem obtinet. De [12] agricolis autem & artificibus, utrum nullius magiſtratus, an alicuius ſint participes: & [13] utrum hos quoque arma geſtare, & belli gerendi communiter onus ſuſtinere, necne; his de rebus nihil diſtinctè explicauit: ſed

ſed [14] mulieres putat oportere unà cũ uiris pugnare, & eadem inſtitui [15] diſciplina, qua cuſtodes: in cæteris aũt alienis inde ſermonib. referſit diſputationẽ: & [16] de diſciplina, qualẽ oportet eſſe cuſtodum. Legũ [17] autẽ maxima pars leges ſunt: pauca [18] autem de rep. dixit: & [19] hanc uolens communiorem facere ciuitatibus, paulatim circumagit ruſus ad alterã rempub. Extra [20] enim communionem uxorum & bonorum, cætera cuncta tribuit ambabus reſpublicis. Etenim [21] diſciplinam eandem: & [22] operibus neceſſarijs ſe abſtinentes uiuere: & [23] de cœnis communibus eodem pacto, præter [24] quàm in hac inquit oportere cœnas publicas etiam mulierũ eſſe: & illam [25] quidem mille arma tenentium, hanc autẽ quinque millium. Eximium [26] igitur habent in ſe quiddam cunctæ Socratis diſputationes, & amplum, & nouitatis ſtudioſum, nec non plenum quæſtionum. Rectè [27] autem omnia, fortaſſe difficile eſt affirmare. Quia [28] & multitudo, quæ nũc dicta eſt, quod ignorare nos minimè oportet, egebit Babylonia tellure, uel quapiam alia, quæ ſit infinita magnitudine, è qua quinque milia otioſorum hominum alantur: & præter hos mulierũ & famulorum alia turba multiplex. Opus [29] ſanè eſt ponere quemque, ut optat: nihil tamẽ, quod effici nõ poſſit. Traditur [30] autem oportere legiſlatorem ad duo reſpicientem leges ferre: ad regionẽ, inquam, & homines. Præterea [31] autem rectẽ habet adiũgere & ad uicinos locos, ſi decet ciuitatem ducere ciuilem uitam. Nõ [32] enim ſolùm neceſſe eſt ipſam uti huiuſcemodi armis ad bellũ, quæ accõmodata ſint ſua in tellure, uerùm etiã uſui ſint ad externos locos. Si [33] autem aliquis non probat huiuſcemodi uitam, neque propriam, neque communem ciuitatis: nihilominus tamen opus eſt formidabiles eſſe hoſtibus, nõ ſolùm cùm inuaſerint in regionẽ, ſed etiam abeũtibus. Et [34] copiã patrimonij uidendum eſt, nũ melius ſit aliter definire, ut ſit magis aperta. Tantam [35] enim, ait, oportere eſſe, ut liceat uiuere temperanter: tanquam

ἀλλὰ [14] τὰς μὲν γυναῖκας οἴεται δεῖν συμπολεμεῖν, καὶ παιδείας μετέχειν τῆς αὐτῆς τοῖς φύλαξι· τὰ [15] δ' ἄλλα τοῖς ἔξωθεν λόγοις πεπλήρωκε τὸν λόγον· καὶ περὶ τῆς [16] παιδείας, ποίαν τινὰ δεῖ γίνεσθαι τῶν φυλάκων. τῶν [17] δὲ νόμων τὸ μὲν πλεῖστον μέρος νόμοι τυγχάνουσιν ὄντες· ὀλίγα [18] δὲ περὶ τῆς πολιτείας εἴρηκε· καὶ [19] ταύτην βουλόμενος κοινοτέραν ποιεῖν ταῖς πόλεσι, κατὰ μικρὸν περιάγει πάλιν πρὸς τὴν ἑτέραν πολιτείαν. ἔξω [20] γὰρ τῆς τῶν γυναικῶν κοινωνίας καὶ τῆς κτήσεως, τὰ ἄλλα ταυτὰ ἀποδίδωσιν ἀμφοτέραις ταῖς πολιτείαις. καὶ [21] γὰρ παιδείαν τὴν αὐτὴν, καὶ [22] τὸ τῶν ἔργων τῶν ἀναγκαίων ἀπεχομένους ζῆν· καὶ [23] περὶ συσσιτίων ὡσαύτως· πλὴν [24] ἐν ταύτῃ φησὶ δεῖν εἶναι συσσίτια καὶ γυναικῶν· καὶ [25] τὴν μὲν χιλίων τῶν ὅπλα κεκτημένων, ταύτην δὲ πεντακισχιλίων. τὸ [26] μὲν οὖν περιττὸν ἔχουσι πάντες οἱ τοῦ Σωκράτους λόγοι, καὶ τὸ κομψὸν, καὶ τὸ καινοτόμον, καὶ τὸ ζητητικὸν· καλῶς [27] δὲ πάντα ἴσως χαλεπόν. ἐπεὶ [28] καὶ τὸ νῦν εἰρημένον πλῆθος δεῖ μὴ λανθάνειν, ὅτι χώρας δεήσει τοῖς τοσούτοις Βαβυλωνίας ἤ τινος ἄλλης ἀπεράντου τὸ πλῆθος, ἐξ ἧς ἀργοὶ πεντακισχίλιοι θρέψονται· καὶ περὶ τούτους γυναικῶν καὶ θεραπόντων ἕτερος ὄχλος πολλαπλάσιος. δεῖ [29] μὲν οὖν ὑποτίθεσθαι κατ' εὐχὴν· μηδὲν μέντοι ἀδύνατον. λέγεται [30] δὲ ὡς δεῖ τὸν νομοθέτην πρὸς δύο βλέποντα τιθέναι τοὺς νόμους, πρός τε τὴν χώραν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἔτι [31] δὲ καλῶς ἔχει προσθεῖναι καὶ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας τόπους, εἰ δεῖ τὴν πόλιν ζῆν βίον πολιτικόν. οὐ [32] γὰρ μόνον ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτὴν τοιούτοις χρῆσθαι πρὸς τὸν πόλεμον ὅπλοις, ἃ χρήσιμα κατὰ τὴν οἰκείαν χώραν ἐστίν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξω τόπους. εἰ [33] δέ τις μὴ τοιοῦτον ἀποδέχεται βίον, μήτε τὸν ἴδιον, μήτε τὸν κοινὸν τῆς πόλεως· ὅμως οὐδὲν ἧττον δεῖ φοβεροὺς εἶναι τοῖς πολεμίοις, μὴ μόνον ἐλθοῦσιν εἰς τὴν χώραν, ἀλλὰ καὶ ἀπελθοῦσι. καὶ [34] τὸ πλῆθος δὲ τῆς κτήσεως ὁρᾶν δεῖ, μή ποτε βέλτιον ἑτέρως διορίσαι, τῷ σαφῶς μᾶλλον. τοσαύτην [35] γὰρ εἶναί φησι δεῖν, ὥστε ζῆν σωφρόνως· ὥσ-

ſed [24] mulieres quidem exiſtimat unà cum uiris belli munus ſuſtinere, & eiuſdem atque cuſtodes inſtitutionis participes eſſe oportere: cæteroqui [25] ſermonibus à re alienis diſputationem totam referſit, & [26] qualis debeat eſſe cuſtodum diſciplina, expoſuit. Libri [27] autem de Legibus maxima ex parte leges ſunt: pauca [18] in eis de reip. adminiſtrandæ ratione uerba fecit: atque [19] hanc dum uult communiorem ciuibus efficere, paulatim eam in aliam reip. formam circumagens flectit ac detorquet. Excepto [20] enim quòd uxores, & liberos, & facultates uult eſſe communes, cætera eadem utrique reipub. adminiſtrandæ forma attribuit. Namque [21] cùm utrique adſcribat eandem diſciplinam, tum immunitatem neceſſariorum dat munerum, uitámque [22] ab omni operis functione uacuam ac ſolutam. & [23] de conuiuijs ac ſodalitijs eodem modo ſtatuit: niſi [24] quòd in hac ait mulierum quoque ſodalitia eſſe oportere: & [25] in illa quidem mille homines, qui arma gerant, eſſe uult: in hac quinque. Eximium [26] igitur quiddam continent Socratis ſermones, & glorioſum, & magnificum, & nouitatis plenum, & quæſtionibus refertum. Pulcrè [27] autem omnia in eis eſſe tradita ac deſcripta, fortaſſe difficile eſt. Etenim [28] quod ad illam, quæ nunc à me dicta eſt, multitudinem attinet, nemini obſcurum eſſe debet, tot hominibus agro Babylonio, aut aliquo alio immenſo opus futurum, unde quinque millia uirorum otioſorum alantur, & præter hos altera mulierum & famulorum turba multis partibus maior. Oportet [29] igitur optatum quiddam ſupponi, nihil tamen eiuſmodi, quod fieri non poſſit. Dicitur [30] autem ab eo, latorem legis in ſcribendis & ferendis legibus duo ſpectare oportere, locum & homines. Præterea [31] uerò par eſt addere, etiam loca finitima ac uicina, ſi ciuitas ciuilem uitæ cultum retinere debet. Non [32] enim neceſſe ſolùm eſt, eam talibus ad bellum gerendum armis uti, quæ in domeſticis finibus utilia ſint: uerùm etiam quæ in externis locis. Quòd ſi [33] quis talem uitæ rationem neq; priuatam neque publicam & communem ciuitatis probat, nihilominus tamen formidoloſos & horribiles eſſe oportet hoſtibus, non ſolùm in proprios fines incurrentibus, ſed etiam poſteaquam diſceſſerunt. Tum [34] multitudinem bonorum, & magnitudinem rei familiaris uidendum eſt num quid melius fuerit aliter definire, hoc eſt, planius atq; apertius. Tantas [35] enim cuiq; rei familiaris facultates ſuppetere dicit oportere, ut frugaliter, & temperanter uiuere queat: proinde

quam [36] ſi quis dixiſſet, ut uiuere liceat bene. Hoc [37] enim eſt magis uniuerſale Præterea [38] licet tẽperanter, miſerè aũt uiuere. Melior [39] igitur finis fuiſſet, tẽperanter & liberaliter. Seorſum [40] .n. utrũq;, hoc quidẽ comirabitur ei, quod eſt delicatè uiuere: hoc aũt illi, qood eſt laborioſè. Quia [41] ſoli ſunt habit⁹ expetẽdi hi in uſu rei familiaris: ceu [42] patrimonio leniter uel fortiter nõ licet uti, tẽperãter aũt & liberaliter licet Quare [43] & uſus neceſſe eſt circa ipſum eſſe hos. Abſurdũ [44] autem eſt, bona ęquantem, quod facit, ad numerum ciuiũ non ſtatuere: ſed relinquere procreationẽ liberorum ſolutam: tanquam [45] ipſa, quod ſatis ſit, adæquatum iri debeat ad eundem numerum per ſterilitates, quotquot illi nati fuerint. nam uidetur hoc uſu nunc uenire in ciuitatibus. Opus [46] autem eſt, hoc non ſimiliter exquiſitè ſe habere in ciuitatibus tunc & nunc. Nũc [47] enim nollus eſurit, quia bona in quemlibet numerum diuiduntur. Tunc [48] autem, cùm minimè liceret diuidere, neceſſe erat, qui reſtarent ſine fondo, nihil habere: ſiue pauciores numero fuerint, ſiue plures. Magis [49] autem oportere exiſtimaret aliquis qoã bona, definitam eſſe procreationem liberorum, ut non liceret plures gignere numero quodam. Hunc [50] autem numerum ponere ad caſus reſpicientem, ſi cõtigerit mori quoſdam eorum, qui nati ſunt, & [51] ad aliorum ſterilitatem. Solutum [52] autem hoc relinquere, quemadmodum in plurimis ciuitatibus: neceſſe [53] eſt paupertatis cauſam exiſtere ciuib. Paupertas aũt inſerit in ciuitatem ſeditione & ſtudiũ fraudandi. Phido [54] igitur Corinthius, qui fuit unus e uetuſtiſſimis legislatorib⁹, familias ęquales numero putauit opus eſſe permanere, & multitudinẽ ciuium: etſi primo fundos habebãt inæquales cũcti magnitudine. In [55] legib. aũt his cõtrariũ eſt. Sed [56] de his quomodo putamus melius eſſe, dicẽdũ poſtea. Omiſſa [57] aũt ſunt in his legib. & ea quę pertinẽt ad imperiũ habẽtes, quo diſcrepantq; erunt ab his, qui parent. Ait [58] enim oportere, ueluti ex aliâ lana ſtamen efficitur,

περ [36] ἂν εἴ τις εἶπεν, ὥστε ζῆν εὖ. τοῦτο [37] γάρ ἐστι καθόλου μᾶλλον. ἔτι [38] δ' ἐστὶ σωφρόνως μὲν, ταλαιπώρως δὲ ζῆν. ἀλλὰ [39] βέλτιον ὅρος τὸ σωφρόνως καὶ ἐλευθερίως. χωρὶς [40] γὰρ ἑκάτερον τὸ μὲν τῷ τρυφᾶν ἀκολουθήσει, τὸ δὲ τῷ ἐπιπόνως. ἐπεὶ [41] μόναι γ' εἰσὶν ἕξεις αἱρεταὶ περὶ τὴν τῆς οὐσίας χρῆσιν αὗται· οἷον [42] οὐσίᾳ πρᾴως, ἢ ἀνδρείως χρῆσθαι, οὐκ ἔστι· σωφρόνως δὲ καὶ ἐλευθερίως ἔστιν. ὥστε [43] καὶ τὰς χρήσεις ἀναγκαῖον περὶ αὐτὴν εἶναι ταύτας. ἄτοπον [44] δὲ καὶ τὸ, τὰς κτήσεις ἰσάζοντα, τὸ περὶ τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν μὴ κατασκευάζειν, ἀλλ' ἀφεῖναι τὴν τεκνοποιίαν ἀόριστον· ὡς [45] ἱκανῶς ἂν ὁμαλισθησομένην εἰς τὸ αὐτὸ πλῆθος διὰ τὰς ἀτεκνίας, ὁσωνοῦν γεννωμένων, ὅτι δοκεῖ τοῦτο καὶ νῦν συμβαίνειν περὶ τὰς πόλεις. δεῖ [46] δὲ τοῦτ' οὐχ ὁμοίως ἀκριβῶς ἔχειν περὶ τὰς πόλεις τότε καὶ νῦν. νῦν [47] μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀπορεῖ, διὰ τὸ μερίζεσθαι τὰς οὐσίας εἰς ὁποσονοῦν πλῆθος· τότε [48] δὲ ἀδιαιρέτων οὐσῶν, ἀνάγκη τοὺς παράζυγας μηδὲν ἔχειν, ἐάν τ' ἐλάττους ὦσι τὸ πλῆθος, ἐάν τε πλείους. μᾶλλον [49] δ' ἂν ὑπολάβοι τις ἂν ὡρίσθαι τῆς οὐσίας τὴν τεκνοποιίαν, ὥστε ἀριθμοῦ τινος μὴ πλείονα γεννᾶν. τοῦτο [50] δὲ τιθέναι τὸ πλῆθος ἀποβλέποντα πρὸς τὰς τύχας, ἂν συμβαίνῃ τελευτᾶν τινας τῶν γεννηθέντων, καὶ πρὸς [51] τὴν τῶν ἄλλων ἀτεκνίαν. τὸ δ' [52] ἀφεῖσθαι καθάπερ ἐν ταῖς πλείσταις πόλεσι, πενίας ἀναγκαῖον αἴτιον γίνεσθαι τοῖς πολίταις. ἡ [53] δὲ πενία, στάσιν ἐμποιεῖ καὶ κακουργίαν. Φείδων [54] μὲν οὖν ὁ Κορίνθιος, ὢν νομοθέτης τῶν ἀρχαιοτάτων, τοὺς οἴκους ἴσους ᾠήθη δεῖν διαμένειν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν· καὶ εἰ τὸ πρῶτον τοὺς κλήρους ἀνίσους εἶχον πάντες κατὰ μέγεθος. ἐν [55] δὲ τοῖς νόμοις τούτοις, τοὐναντίον ἐστίν. ἀλλὰ [56] περὶ μὲν τούτων πῶς οἰόμεθα βέλτιον ἂν ἔχειν, λεκτέον ὕστερον. ἐλλέλειπται [57] δὲ τοῖς νόμοις τούτοις, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἄρχοντας, ὅπως ἔσονται διαφέροντες τῶν ἀρχομένων. φησὶ [58] γὰρ δεῖν, ὥσπερ ἐξ ἑτέρου τὸ στημόνιον

inde [36] ac ſi quis diceret, ut bene uiuere queat. Hoc [37] enim magis uniuerſum eſt, & latius patet. Præterea [38] uerò licet uiuere frugaliter, & tamen ærumnoſè & laborioſè. At [39] melior erat definitio, ut frugaliter & liberaliter uiuere queat. Vtrumque [40] enim ſeparatim poſitum, alterum quidem luxuriam, alterum laborioſam uitam ſequetur. Namque [41] hi ſoli habitus in uſu rei familiaris ſunt optabiles & expetendi: uerbi gratia, re [42] familiari non licet leniter uti, aut fortiter: temperanter uerò & liberaliter licet. Quare [43] & hos uſus in facultatibus & pecunia uerſari neceſſe eſt. Abſurdum [44] porro eſt, cum æquationem bonorum introducat, de iis, quæ ad ciuium multitudinem pertinent, nihil ſtatuere, ſed liberorum procreationi neq; modum conſtituere, neq; finem certum imponere: proinde [45] quaſi futurum ſit, ut ſatis exæquetur cum eadem multitudine, quæ initio fuerit, propter orbitates, aut propter liberos non ſuſceptos, quantumuis multi naſcantur, quia hoc uidetur etiam nunc in ciuitatibus uſu uenire. Sed [46] deberet hæc res longe iuſtioribus & accuratioribus ponderibus in ciuitatibus examinari, ſeruata lege Socratis, quam nunc. Nunc [47] enim nemo egeſtate laborat, quia bona multitudine diuiſa ſunt, quantacunque illa ſit. Tunc [48] autem cum diuiſa non eſſent, neceſſe eſſet eos, qui præter numerum, & extra ordinem ac ceſſiſſent, nihil habere, ſiue pauciores eſſent numero, ſiue plures. Exiſtimarit [49] autẽ aliquis debuiſſe procreandis liberis certum modum conſtitui magis, quàm facultatibus, ut ne quis plures filios procrearet. In hac [50] autem multitudine præfinienda, & uarios mortis caſus cõſiderandos ac ſpectandos eſſe, ſi quis fortè eorum, qui procreati ſunt, moriãtur, & [51] aliorum ciuium orbitatis habendam eſſe rationem. Hoc [52] uero ſi ut ſiq; relinquatur liberum ac ſolutum, paupertatis cauſam ciuibus afferat neceſſe eſt. At [53] paupertas ſeditionem in urbe ingenerat, & maleficium. Itaque [54] Phidon Corinthius lator legum cum primis antiquus, & domos æquales permanere oportere exiſtimauit, & multitudinem ciuium: quãuis omnibus ab initio ſortitò obtigiſſent partes bonorum magnitudine inæquales. At [55] in his legibus contrarium eſt. Sed [56] his quidem de rebus quõnam modo ſe melius eſſe habituras arbitremur, poſterius erit diſſerendum. Omiſſa [57] ſunt porro in his legibus & ea, quæ ad magiſtratus pertinent, quomodo qi, qui ſub imperio ſunt, præſtitutꝰ ſint. Ait [58] enim, quemadmodum ex alia lana fit ſtamen, quàm

ſub-

efficitur, quàm trama: ſic & imperantem oportere ſe habere ad parentes. Quia [59] autem uniuerſum patrimonium permittit fieri maius uſq; ad quincuplum, cur hoc non fieri debeat in tellure aliquo tenus? Decet [60] quoque attendere diuiſionem ædium, ne fortè non accommodata ſit diſciplinæ domeſticæ: duas enim ædes ſingulis tribuit ſeparatas inter ſe. Difficile [61] autem eſt duas domos habitare. Vniuerſa [62] autem conſtructio uult eſſe, neque ſtatus multitudinis, neque dominatus paucorum: media autem harum, quàm uocant rempublicam. Ex [63] his enim hominibus conſtat, qui arma tenent. Si [64] igitur, ut maximè communem ciuitatibus hanc fabricat, quam aliæ ullæ ſint, rectè fortaſſe dixit: ſi [65] autem ut optimam poſt primam rempublicam, non rectè. Fortaſſe [66] enim reperiretur aliquis, qui rempub. Laconum magis laudaret, uel aliam quampiam, magis uergentem ad ſtatum optimorum. Quidam [67] igitur dicunt, oportere optimam remp. ex omnibus rebuſpub. temperatam eſſe. Quapropter [68] Lacedæmoniorum rempub. laudant. Conſtare [69] namque ipſam hi quidem aiunt è dominatu paucorum, & ſtatu unius, & multitudinis ſtatu: dicentes [70] regiam poteſtatem eſſe monarchiam: ſenum [71] autem ordinem ſtatum paucorum: regi [72] autem à multitudine per imperium ephororum, quia ephori creantur è populo. Hi [73] autem poteſtatem ephororum tyrannidem referre uolunt: regi [74] autem à multitudine per menſas illas publicas, & reliquam cotidianam uitam. In [75] legibus autem his dictum eſt oportere optimam rempub conſtitutam eſſe è ſtatu multitudinis & tyrannide: quas [76] uel penitùs nemo unquam concederet eſſe reſpublicas, uel peſſimas omnium. Melius [77] igitur dicunt, qui plures miſcent: reſpub. enim, quæ conflata eſt è pluribus, melior eſt. Deinde [78] neq; habere perſpicitur quicquam ſimile principatus, ſed [79] cuncta peculiaria dominatus paucorum, & ſtatus multitudinis: magis [80] tamē inclinare uult ad paucorum dominatum. Patet [81] autem hoc è crea-

νιον ἐρίου γένηται τῆς κρόκης, οὕτω καὶ τοὺς ἄρχοντας ἔχειν δεῖ πρὸς τοὺς ἀρχομένους. ἐπεὶ [59] δὲ τὴν πᾶσαν οὐσίαν ἐφίησι γίνεσθαι μείζονα μέχρι πενταπλασίας, διὰ τί τοῦτ' οὐκ ἂν εἴη ἐπὶ τῆς γῆς μέχρι τινός; καὶ [60] τὴν τῶν οἰκοπέδων δὲ διαίρεσιν δεῖ σκοπεῖν μή ποτ' οὐ συμφέρῃ πρὸς οἰκονομίαν. δύο γὰρ οἰκόπεδα ἑκάστῳ ἔνειμε, διελὼν χωρίς· χαλεπὸν [61] δὲ οἰκίας δύο οἰκεῖν. ἡ [62] δὲ σύνταξις ὅλη βούλεται μὲν εἶναι μήτε δημοκρατία, μήτε ὀλιγαρχία· μέση δὲ τούτων, ἣν καλοῦσι πολιτείαν. ἐκ [63] γὰρ τῶν ὁπλιτευόντων ἐστίν. εἰ [64] μὲν οὖν ὡς κοινοτάτην ταύτην κατασκευάζει ταῖς πόλεσι τῶν ἄλλων πολιτείαν, καλῶς εἴρηκεν ἴσως. εἰ δ' [65] ὡς ἀρίστην μετὰ τὴν πρώτην πολιτείαν, οὐ καλῶς. τάχα [66] γὰρ τὴν τῶν Λακώνων ἄν τις ἐπαινέσειε μᾶλλον, ἢ κἂν ἄλλην τινὰ ἀριστοκρατικωτέραν. ἔνιοι [67] μὲν οὖν λέγουσιν, ὡς δεῖ τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐξ ἁπασῶν εἶναι τῶν πολιτειῶν μεμιγμένην. διὸ [68] καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπαινοῦσιν. εἶναι [69] γὰρ αὐτὴν οἱ μὲν ἐξ ὀλιγαρχίας, καὶ μοναρχίας, καὶ δημοκρατίας φασί· λέγοντες [70] τὴν μὲν βασιλείαν, μοναρχίαν· τὴν δὲ [71] τῶν γερόντων ἀρχὴν, ὀλιγαρχίαν· δημοκρατεῖσθαι [72] δὲ κατὰ τὴν τῶν ἐφόρων ἀρχὴν, διὰ τὸ ἐκ τοῦ δήμου εἶναι τοὺς ἐφόρους. οἱ [73] δὲ τὴν μὲν ἐφορείαν εἶναι τυραννίδα· δημοκρατεῖσθαι [74] δὲ, κατά τε τὰ συσσίτια, καὶ τὸν ἄλλον βίον τὸν καθ' ἡμέραν. ἐν [75] δὲ τοῖς νόμοις εἴρηται τούτοις, ὡς δέον συγκεῖσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐκ δημοκρατίας καὶ τυραννίδος, ἃς [76] ἢ τὸ παράπαν οὐκ ἄν τις θείη πολιτείας, ἢ χειρίστας πασῶν. βέλτιον [77] οὖν λέγουσιν οἱ πλείους μιγνύντες. ἡ γὰρ ἐκ πλειόνων συγκειμένη πολιτεία βελτίων. ἔπειτ' [78] οὐδ' ἔχουσα φαίνεται μοναρχικὸν οὐδὲν, ἀλλ' [79] ὀλιγαρχικὰ καὶ δημοκρατικά. μᾶλλον [80] δὲ ἐγκλίνειν βούλεται πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν. δῆλον [81] δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀρχόν-

ſubtegmē: ſic & magiſtratus, & reipub. præfectos ab ijs, qui imperio ſubiecti ſunt, differre oportere. Quoniam [59] autem rem omnem familiarem amplificari permittit uſque ad quincuplum, cur non hoc idem in terra valeat aliquatenus? Tum [60] uero uerendum etiam eſt, ne areæ ædificiorum non ſatis utiliter aut accommodatè ad res domeſticæ adminiſtrationem diuiſa ſint. binas enim ædium areas cuique tribuit, ſeorſum diuiſas ac diſtinctas. At [61] difficile eſt, in binis ædibus unum habitare. Tota [62] autem reip. deſcriptio uidetur eò referri, ut neq; ſit poteſtas popularis, quam democratiā appellant Græci, neque paucorum principatus, quem oligarchiam: ſed harum media reſpub. adminiſtrandæ forma, quam politiam nominant, ſiue remp. ſiue populi libertatem. Ex [63] his enim conſtat, qui arma gerunt. Si [64] igitur hanc reip. adminiſtrandæ rationem, ut aliarum omnium maximè ciuitatibus communem probat, fortaſſe rectè dixit: ſin [65] ut omniū optimam ſecundùm primam, non rectè. Fortaſſe [66] enim aliquis Laconicam reſpub. adminiſtrandæ rationem, aut aliquam aliam, in qua magis optimatium principatus uigeat, magis laudarit. Quidam [67] igitur dicunt optimam reſpub. adminiſtrandæ formam omnibus reip. adminiſtrandæ generibus permixtam ac temperatam eſſe oportere. Itcirco [68] Lacedæmoniorum reſpub. adminiſtrandæ rationem laudant. Alij [69] enim aiunt, eam ex paucorum potentatu ſeu oligarchia, & unius dominatu ſeu monarchia, & populi poteſtate ſeu democratia conſtare. regnum [70] enim eſſe unius dominatum: ſenatorum [71] imperium, eſſe paucorum poteſtatem: penes [72] populum autem eſſe poteſtatem per Ephororum magiſtratum, propterea quòd Ephori quaſi tribuni plebis è plebe ſumuntur. Alij [73] autem Ephoriam, hoc eſt, Ephororum magiſtratum, quaſi tribunatum plebis, aiunt eſſe tyrannidem: populi [74] poteſtati autem imperioq; eos ſubiectos eſſe per ſodalitia, & conuiuia publica, reliquamq; uitam quotidianā. Porrò [75] in libris de legibus ſcriptum eſt optimam reſpub. adminiſtrandæ formam ex populi poteſtate & tyrannide conſtare oportere, quas [76] aut omnino nullas reſpub. adminiſtrandæ formas eſſe dixerit, aut omnium deterrimas eſſe pronuntiarit. Dicunt [77] igitur ij rectius, qui plures inter ſe permiſcēt. Ex plurib. n. tēperata reip. adminiſtrādæ forma, præſtabilior eſt. Deinde [78] Socratica iſta reip. adminiſtrandæ forma nihil, quod ad monarchiā ſeu unius dominatū pertineat habere, reperitur, ſed [79] omnia oligarchiæ, h. e. paucorū principatus, & democratiæ, h. e. popularis poteſtatis propria: et [80] tū ad paucorū principatū magis ꝓpēdere uidetur natura. Qđ [81] ex magiſtra-

creſtione magiſtratuum. E [83] ſuffragijs enim delectis ſorte ipſos creari, commune ſanè eſt amborum ſtatuum. Locupletioribus [84] autem neceſsitatem impoſitam eſſe frequentandi conciones & comitia, uel aliud omne munus obire proprium ciuium, hoc utique peculiare eſt paucorum dominatus: dareque [84] itidem operam, ut plures ex ordine locupletum ſint in magiſtratibus, nec [85] nõ maximos magiſtratus creari è maximis cenſibus. Aptum [86] autem poteſtati paucorum facit delectum ſenatus. Deligunt [87] enim cuncti neceſsitate ſibi impoſita, ſed è primo cenſu: deinde [88] rurſus æquales è ſecundo: deinde [89] è tertijs: niſi quòd non omnibus neceſſe eſt è tertijs uel quartis. E [90] quarta autem claſſe illis ſolis neceſſe eſt, qui primi ſunt, & ſecundi. Deinde [91] ex his parem è ſingulis cenſibus affirmat numerum oportere creare. Erunt [92] igitur plures, qui è maximis cenſibus, & meliores, quia non nulli è popularibus præſentes non aderunt comitijs, neceſsitate [93] ipſis non impoſita. Non [94] oportere igitur è ſtatu multitudinis & unius poteſtate cõſtituere huiuſcemodi rempublicam, ex his perſpicuum eſt, & [95] ex illis, quæ poſtea dicentur, cùm tẽpus uenerit de hac repub. diſceptandi. Continet [96] autem in ſe circa creationem magiſtratuũ quoq; periculi nõ parum. Si enim aliqui coire uolunt, numero etiam mediocri, ſemper creabuntur magiſtratus, quos ipſi uolent. Quæ [97] igitur faciunt ad rempub. informatam in libris de Legibus, ſe habent hoc pacto.

χόντων καταστάσεως. τὸ [82] μὲν γὰρ ἐξ αἱρετῶν κληρωτοὺς, κοινὸν ἀμφοῖν. τὸ [83] δὲ τοῖς μὲν εὐπορωτέροις ἐπάναγκες ἐκκλησιάζειν εἶναι, καὶ φέρειν ἄρχοντας, ἤ τι ποιεῖν ἄλλο τῶν πολιτικῶν, τοὺς δ᾽ ἀφεῖσθαι, τοῦτο δ᾽ ὀλιγαρχικόν· καὶ [84] τὸ πειρᾶσθαι πλείους ἐκ τῶν εὐπόρων εἶναι τοὺς ἄρχοντας· καὶ τὰς [85] μεγίστας ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων. ὀλιγαρχικὴν [86] δὲ ποιεῖ καὶ τὴν τῆς βουλῆς αἵρεσιν. αἱροῦνται [87] μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πρώτου τιμήματος· εἶτα [88] πάλιν ἴσους ἐκ τοῦ δευτέρου· εἶτ᾽ [89] ἐκ τῶν τρίτων. πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἦν τοῖς ἐκ τῶν τρίτων, ἢ τετάρτων· ἐκ [90] δὲ τοῦ τετάρτου, τῶν τετάρων μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς δευτέροις. εἶτ᾽ [91] ἐκ τούτων ἴσον ἀφ᾽ ἑκάστου τιμήματος ἀποδεῖξαί φησι δεῖν ἀριθμόν. ἔσονται [92] δὴ πλείους οἱ ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων, καὶ βελτίους, διὰ τὸ ἐνίους μὴ αἱρεῖσθαι τῶν δημοτικῶν, διὰ τὸ [93] μὴ ἐπάναγκες. ὡς [94] μὲν οὖν ἐκ δημοκρατίας καὶ μοναρχίας δεῖ συνιστάναι τὴν τοιαύτην πολιτείαν, ἐκ τούτων φανερὸν, καὶ [95] τῶν ὕστερον ῥηθησομένων, ὅταν ἐπιβάλλῃ περὶ τῆς τοιαύτης πολιτείας ἡ σκέψις. ἔχει [96] δὲ καὶ περὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων τὸ ἐξ αἱρετῶν αἱρετοὺς, ἐπικίνδυνον. εἰ γάρ τινες συστῆναι θέλουσι, καὶ μέτριοι τὸ πλῆθος, αἰεὶ κατὰ τὴν τούτων αἱρεθήσονται βούλησιν. τὰ [97] μὲν οὖν περὶ τὴν πολιτείαν, τὴν ἐν τοῖς νόμοις, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

magiſtratuum conſtituendorum ratione intelligere licet. Nam [82] electionem ad ſortem renocari, electosq́; ſortis permitti, utriuſque commune eſt. Sed [83] locupletioribus neceſſe eſſe concionibus intereſſe, & magiſtratus renunciare ac declarare, aut aliud aliquod munus ciuile obire, alios eſſe ab his muneribus liberos ac ſolutos, hoc paucorum potentatus proprium eſt. Hoc [84] etiã ad paucorum potentatum pertinet, quòd uult operam dari, ut maior pars eorum, qui ciuitati præſunt, ſumatur ex locupletibus, & ut ijs, quorum [85] cenſus eſt maximus, magiſtratus ampliſsimi mandentur. Facit [86] uerò & ſenatus electionem paucorum principatus conſentaneam. Eligunt [87] enim omnes quidẽ neceſſariò, ſed primùm ex primo cenſu: deinde [88] iterum æqualem numero ex ſecundo: deinde [89] ex ijs, qui ſunt tertij cenſus: deinde [90] ex claſſe quarti cẽſus: niſi quòd non ijs omnibus, qui ſunt tertij aut quarti cenſus impoſita neceſsitas eſt eligendi, ſed ijs, qui ſunt quarti cenſus, primis tantum & ſecundis. Deinde [91] ex his parem ex unoquoque cenſu efficere numerum ait oportere. Erunt [92] igitur plures ex maximis cenſibus, & meliores, quia nonnulli ex popularibus non eligant: non eligunt autem, quia [93] nõ ſit eis impoſita neceſsitas eligendi. Talem [94] igitur reſp. formam ex populari poteſtate, & unius principatu ſeu monarchia conſtare, non eſſe dicendum: cum ex his perſpicuum ſit, tum [95] ex ijs, quæ poſterius dicentur, intelligere licebit, ubi de tali reip. adminiſtrandæ forma erit conſiderandi & diſputandi locus. Iam [96] uerò illud, quod ad electionem magiſtratuum pertinet, ubi electos ad aliã electionem renocat, periculo non uacat. Si [97] qui enim uel mediocri numero coire & cõſpirare uolent, ſemper ex eorũ uoluntate, & pro eorũ arbitratu eligẽtur. Quæ [98] igitur ad reip. adminiſtrandæ rationem in libris de Legibus expoſitã pertinẽt, huiuſmodi ſunt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Fermè autem aſsimiliter.) Quod iudiciom fecit de politia Socratis, idem ſe facere oſtendit de libris, quos Legum nomine appellari uoluit, ſcriptos ab ipſo, cùm iam fabricaſſet remp. illam ſuam. Illic enim quoq; multa reperiuntur affinia culpis non paruis, ut arbitratur. neque tamen ſtudet nunc leges eas conuellere: ſed quia in illis quoque libris formam quandã reip. deſcripſit, de illa ipſa rep. quærere paucis inſtituit. quod ut faciat, impellit ipſum, ut teſtatur, quia de pau cia admodum in ſua prima Rep. ſtatuit Socrates. Quæ uerò ipſa ſint, repetit, de communione, inquam, uxorum ac liberorum, quo pacto tractari debeat: nec non de communione bonorum. eam ſeriem etiam reip. illius illic ab eo explicatam tradit.

Diuidit enim in duas partes.) Commemorat, quę in ſua rep. definierit Socrates. Primum autem aggreditur, quod facit ad partes ipſius demonſtrandas: narratq́;, diuidere ipſum in duas partes multitudinem hominum, qui ipſam incolunt. Vnam enim partem eſſe uult agricolas. alteram autem, quæ munia militum obiret. atque in rebus bellicis ſe utilem præberet: tertiam uerò conflatam ex his, quæ deliberaret de republica, & clauum ipſius teneret. His partibus expoſitis, uitia ipſarum demonſtrat. & plenè perfecteq; tractatas non eſſe declarat. inquit enim: De agricolis autem & opificibus incertum reliquit, utrum ipſi nullius magiſtratus, an alicuius participes ſint: & utrum hos quoq; oporteat arma domi habere, & una cum militibus ad bellum proficiſci, ſiue non, nihil Socrates definiuit. Mulieres tamen, inquit, putauit oportere uerſari in bello, & apertè dixit unà cum militibus ipſas tueri armis rempublicam, quæ magis alienæ uidẽtur ab his factis, quàm illi: & eaſdem erudiri unà cum cuſtodibus, atq; eiuſdem, cuius illi, diſciplinę participes eſſe: hęc

ſunt, inquit, quæ perſecutus eſt in illis de Rep. libris, propria illius doctrinæ: reliqua ſunt plena diſputationum alienarum, & illuc incolcatarum. Adiungit autem in extremo, diſputaſſe etiam illic Socratem de diſciplina, quam putaret cõuenire cuſtodibus illius reipublicæ: hoc enim coniungi debet cum iis, quæ nunc repetit, ſectatoribus ad materiam eorũ librorum indicandam: non rerum inferioribus, ne quidem falſo putarunt.

Legum autem maxima pars.) Quod primo [illegible] hic inquit, intelligit opus à Platone ſcriptum de Legibus: hic enim index eſt eorum librorum. Narrat igitur, maximam partem eius operis continere in ſe leges, refertumq; ipſum eſſe legibus, quæ illic fert Socrates: pauca namq; in ipſis præcepiſſe ipſum de ſtatu eius ciuitatis, quam legibus illis ornarit. Significat enim, rẽp. in iis libris leuiter informatã, quã remp. uoluiſſet ab eo plenius exquiſitiusq; deſcribi. Miratur aũt noſter, cùm uoluerit Plato eã rẽpub. cõmuniorẽ eſſe cõ aliis ciuitatib. ac propius accedere ad mores inſtitutaq; ipſarũ, paulatim aũ, quod contrariũ eſt cõſilio ipſius, reuerti ad primã illam rempublicã: eir rnmagit enim ſermones illos ad, ut planè percipiatur, hoc Socratẽ facere. [illegible] uerò, quod inquit, hoc profectò uelet: ipſum inquam, cùm ſortio uſus eſſet aliud facere uelle, quaſi imprudentẽ & abreptũ ſermonibus illis, rẽ deducere, quò non expectabatur: & radire ad alteram rempublicam, alienam ualde ab uſu cõſuetudineq; rerum publicarum, quas colunt reliquæ ciuitates.

Extra rerum communionem) Oſtendit uerum eſſe, quod dicit, migrare paulatim Socratem, dum in libris de Legib. informat nouam rempublicam, ad ueterem illam, & ſuis certis propriiſq; monumentis mandatam. Præter enim, inquit, communionem uxorum ac bonorum, quam non induxerat in poſteriorem rempublicam (in ea namq; & propriæ uxores & patrimonia ſunt) alia cuncta tribuit aſſignatque ambabus rebuſpublicis: eandem enim diſciplinam tradit, & præterea uult hic quoque ciues temperantiæ ſibi ab operibus neceſſariis, ideoque hominibus miniſteriis uſuere. Idem etiam dici poteſt de menſis illis publicis, niſi quòd in hac altera republica affirmat, oportere communes quoque eſſe cœnas mulierum: & illam rempub. munitam uult mille numero uiris, qui arma ferant: hanc uerò quinque milibus. Non tamen huius ſecundæ uerum omnino numerum exponere Ariſtoteles curauit: ſunt enim plus apud ipſum quadraginta.

Eximium igitur habent) Hoc, quod laudat hic orbit in ſermonibus habitis apud Platonem Socratis, non pertinet ad ornatum elegantiamq; orationis, uerùm ad ſententias, quæ ipſa continentur. quod perſpicitur non ſolùm ex notione nominum, uerum etiam ex illo, quod aduerſatur. inquit enim: Vt illa omnia concedi poſſunt, ita contrà hoc non uideri uerum, ut cuncta ſcilicet probè dicta ſint. Sed ſingula hæc nomina, quæ ſanè uidentur ornare Platonem, & ſtudium ipſius commendare, ſunt tamen non ſine cauſa ſuſpecta, perpendamus. [illegible] primùm uocatur, quidquid eſt eximium, ac præſtat magno interuallo cæteris eiuſdem generis rebus: ut ipſe uocant [illegible], uiros admirabilis ingenii, iuxta problematis illos doctiſſimi dignitq; ſanè, quod hoc nomine decoretur, de atra bile [illegible] itidem ualet grande plenumq; honoris, & quaſi uenerãdum. [illegible] oſtendit ſtudiũ alicuius, qui non contentus ſit rebus uulgaribus uſitatiſq;, uerùm ſemper ſtudeat nouare aliquid. Ipſe quoque Plato non ſemel ita repit hoc iunctum uerbum, ut in 3. de Legibus, cùm inquit: [illegible] ipſum exprimere non ſine cauſa uideri poſſet Cicero uoluiſſe, cùm inquit: Nihil habui ſanè, non mũdò multum, quod putarem nouandum in legibus. Quartum manifeſtò locum non habet in laude uerborum (eſt enim [illegible]) quod totũ conſumitur in quærendo & indagando, ac refertum denique eſt ſubtilibus quæſtionibus: quemadmodum ipſe quoque uſus eſt ipſo in 6. libro de Republica, quo loco quædam interdixit ſuis illis ciuibus. Planum igitur iam factum puto, notare hæc etiam Ariſtotelem in ſententiis, non in uerbis ipſis: quæ præterea nunc addit, idem declarant.

Quia & nul studo) Vnum adfert eorũ, quæ uitio affinia illic eſſe putat, & magnificè potius, quàm uerè à Socrate dicta exiſtimat. inquit igitur: Nam numerum hominum, qui expoſitus eſt, cognitum habere debemus egere, cùm tot illi ſint, egere Babyloniis, uel aliis quibuſdam latiſſimis campis, ac penè immenſis, unde tantam hominum otioſorũ inertiumq; alatur, id eſt quinque milia militum: ac præter hos, mulierum etiam & famulorum turba alia multo maior. Addit antè in extremo, poſtquam ſatis contempſit irriſitq; iudicium Socratis (quin enim cum contemptu quodam hæc prolata ſint, dubitandum nõ eſt) conuerti ſanè debet omne ſcriptum, ut ponat, quod in mentem ipſi uenit, atque etiam loquatur optata: quæ uerò effici non poſſunt, eidem nullo pacto ſunt permittenda. Plato tamen ipſe, quem nunc coarguere uidetur Ariſtoteles, In V. de Republica, oſtendens ſaltum eſſe. quod ſibi à nonnullis obiiceratur, inquit, perſpici poſſe ſe non complecti legibus ſuis, quæ effici non poſſunt, ac uoti ſimilia forent. uerba hæc ipſius ſunt: [illegible]

Traditur autem oportere) Oſtendit deſiderari unum in lege, quæ fertur illic à Platone, de militia ordinanda. Cùm enim putarit duo oportere attendi, id eſt ſitum eius regionis, & naturam moreſq; hominum, qui illic uiuunt: tertium etiam neceſſariũ noſter exiſtimat. quod ſi ad ea adiunctum fuerit, perfectiorem arbitratur partem illam reſp. futuram. Eſt autem illud, ut reſpiciantur præterea uicini loci, & ad ipſos quoque accommodetur ea diſciplina. Eſt antẽ huius opinionis, ut addit hoc prorſus habeat ſuperioribus, quemadmodum narrat, ſi reſp. ciuilem uitam uiuere debet, & à uicinibus aliarum ciuitatum non parùm abhorrere: quæ fines etiam imperii proferre conantur, & coeunt ſocietatem cum uicinis populis, & contra eoſdem in illorum ipſorum finibus pugnant. quæ cuncta ſignificat, dicens: Non enim ſolùm neceſſe eſt ipſam hoc genere armorum uti in bello, quæ multum ualent in ſua propriaq; tellure, uerum etiam in exteris ſedibus ac locis.

Et copiam patrimonij.) Cùm duobus modis ipſum hic inſimulet, non errãſſe primum numerum quantitatemq; rei familiaris, quam ſtatuit uoluitq; poſſidere ciues in illa ſecunda rep. Plato. neque aliquid uitii in ipſius menſura contineri oſtendit; ſed tantùm reprehendit hominem, quòd non planius apertiuſq; ipſam demonſtrarit, cùm dixerit, oportere illam tantam eſſe, ut uiuere poſſint temperatè. Inquit igitur, primùm enim melius dicturum fuiſſe, ſi pro Temperatè, dixiſſet Bene. Cuius ſuæ ſententiæ ſtatim cauſam affert his uerbis: Hoc enim eſt magis commune magiſq; in uniuerſum prolatum. incuſat igitur Platonem, qui non definiſſet fortunas, nec menſurã bonorum aperuiſſet, ſed obſcurè locutus fuiſſet. Qui enim de aliqua re præcipiunt aliquid generatim, non patefaciunt ueritatem illius ſecti. Quòd ſi, inquit, probatur Platoni hæc ratio, in uniuerſum que omnino dicere uolebat: magis adhuc id obtinuiſſet, ſi pro Temperatè, dixiſſet Bene. illud enim unam tantùm uirtutem oſtendit, hoc uerò cunctas.

Præterea licet temperanter.) Hæc eſt altera ratio, qua deſcriptionem ipſius premit, ſignificans aliquem accipere poſſe ipſam aſtutè, ne dicam noſtrum fallaci argumento uſum in ea improbãda. inquit enim: Deinde poſſet fieri, ut aliquis temperatè uiuat, quod laudis non ſit, ſed ab egeſtate proficiſcatur: quia ſi luxurioſe uiuere uellet, non poſſet. Quare addit, melior definitio huius rei eſt temperatè & liberaliter: ita enim contraria uitia hinc excluderentur. Quæ ſanè duo ſunt: aduerſatur enim huic bono uitæ luxuriæ plena atque immoderata: & uitæ contraria ipſi, miſeræ & mendicæ alterum enim ipſorum repugnabit delicatæ molliq; uitæ, alterum uerò, id eſt liberaliter, quod adiungendum cenſet, uitæ rei familiaris anguſtiis oppreſſæ. nam inquit: Hi duo habitus ſunt, laude ſcilicet digni, in uſu pecuniarum: neque enim licet nobis uti patrimonio manſuetè aut fortiter: temperatè autem & liberaliter licet. Quare ſequitur. Vſus rei familiaris neceſſariò uerſatur in his duabus rebus. hæc autẽ Platonis ipſius uerba ſunt in V. lib. de Legibus: [illegible] Vſus autem aliquo modo eſt hic eadem fallaci concluſione, qua Catullus. cùm, ipſam deſpiciens, oſtendit Farium beatum eſſe, plura enumerans, quæ uitam beatam iuuarent, niſi neceſſitatem ſecum ferrent, ſed ſponte ſuſcepta forent: uirtus enim non cogere, neque uim ullo pacto adhibere, ſed allicere ad ſe propter ſpeciem ſuã debet. Vt igitur illa non erat uera beatitudo, ita hæc nullo pacto uera temperantia.

Abſurdum autem eſt.) Reprehendit nunc Platonem, qui cùm æquales fortunas omnium eſſe uoluerit, non terminum etiam aliquem fecerit numero ciuium, ſed reliquerit procreationem liberorum ſolutam, & nullis cancellis ſeptam: tanquam par numerus ciuium ſeruetur, quotquot ſint illi, qui illic naſcantur, quia inueniuntur mulieres etiã ſteriles. Hoc enim oſtendit perſuaſiſſe Platonem, ut nihil moliretur, quod hoc faceret: quia uideret hoc euenire in ciuitatibus ſui temporis, et paſſim fieri. quare idem euenturum ſperabat in ea, quam fingeret. Omnem autem hunc locum perſecutus eſt Plato in 7 libro de Legibus. Quod uerò, cùm loqueretur noſter de numero æquali ciuium, nec magnopere diſcrepanti, inquit, [illegible] uſus eſt uerbo tranſlato, mirificè apto ad rem ponendam ante oculos. quam tranſlationem laudauit non parum in 3. libro de Arte dicendi, receptam ab Iſocrate in ſueſiona ad Philippum. Ductum autem uerbum eſt ab æqualitate ſuperficies, quæ oculo

culis aſpicitur, ad æqualitatem, quæ percipitur animo. Κατασκευάζειν quoque, quod fabricare ualet & conſtituere, ut hic, ita quoque non multo infrà uſurpatum eſt ab eo, de fabrica, quæ conſilio doctrinaque fit, non manu.

Opus autem rit.) Incipit nunc fallaciam huius rei aperire, docetq; non idem contingere in noſtris ciuitatibus, quod in illa rep. Platonis uſu ueniebat. neq; idē malū parere poſſe diſparem numerū ciuiū, & inæqualitatē bonorū hic, quod illic gignebat. Oſtendit igitur, deceptum ipſum in hoc, qui putaret ſimilia, quę ſimilia nō omnino forent. In noſtris enim, inquit, moribus inſtitutiſq; nemo eſurire poteſt, neque penitus ſpoliatus reſtare patrimonio, quia patrimonia fortunæq; patrum diuiduntur in quemlibet numerum multitudinemq; filiorum. exempli cauſa, ſi nati fuerint quatuor liberi, in quatuor partes diuiditur hæreditas. ſi quinque, in quinque: & eodem pacto exiliores aut ampliores fiunt partes pro numero liberorum. Illic autē, cūm bona partiri non liceat, neceſſe eſt eos, qui exierint è numero clerorum, nihil poſſeſſuros, ſiue pauciores illi fuerint, ſiue plures, qui migrauerint ſuperauerintq; numero ſuo numerum fundorum, ſorte acceptorum, è iuſto ſtatutoq; lege numero ciuium. Παράζυγας autem hos uidetur uocaſſe, uſus uerbo tranſlato à beluis, quas iungere mos eſt, ſiue ad iugum terendum, ſiue ad rhedam: quia hi quoque, tanquam illæ, cūm ſolæ ſunt ac ſine ſocio, munus implere non ualent, nequeunt uacui à fundo, tueri perſonam ſuam. Fundus namq; quaſi ſocius ipſorum eſt, ſine ipſo enim, ut ἄζυγες γυναῖκες à poetis appellatæ ſunt uirgines innuptæ, & uiri itidem, qui ſociam amiſerunt: ut ipſe locutus eſt in primo horum librorum, uocans ἀζύγας homines, qui ſoli uiuunt.

Magis autem oportere.) Adæquarat ſanè Socrates lege ſua bona fortunaſq; ciuium: nec tamen ſtatuerat curam ullam de numero filiorum ſtatuendo. Quare noſter inquit, aliquem iure poſſe ſapientem profectò uirum, qui contrà arbitretur, magis egere modo terminoq; aliquo procreationem liberorum, quàm poſſeſſionem bonorum, ut liceret ſcilicet plures certo numero tollere. Et quia non omnino certum erat, quomodo hoc obtineretur: oſtendit ſtatim rationem huius rei efficiendæ, inquit enim: Numerum autem hunc conſtituere oportet, reſpicientem ad caſus humanos, ſi cōtigerit ſcilicet mori quoſpiā, atque eos quidem non paucos ex iis, qui geniti ſint: nec non ad ſterilitatem aliorum. Quid autem mali naſcatur, ſi neglectū hoc fuerit (ut fieri uidemus in maiore parte ciuitatum) aperit, dicens neceſſe eſſe, ut exiſtat id cauſa paupertatis, quā affirmat inferere in ciuitatem ſeditionem & fraudem: qui enim non poſſunt, pauperes facti, dignitatem ſuā tueri cum otio, cupidi homines honoris, dant operam rebus nouis, & perturbant quietum ſtatum ciuitatis. alij autem in minutioribus reb. exercent malitiam ſuam, qui multis locis in his libris uocantur ab ipſo κακοῦργοι, id eſt fraudulēti. Oportere uerò hoc, quod præcipit, non aſtringi nunc relaxari, apertum eſt. Memoriæ namque proditum eſt, cum Athenis ualde imminutus eſſet numerus ciuium, legē latam eſſe, quæ iuberet ſuſcipere liberos è duabus, una ciue, altera amica. hancque cauſam fuiſſe, cur Socrates duas domum duceret.

Phidon igitur Corinthius.) Confirmat iudicium ſuum auctoritate nobilis legum ſcriptoris (is fuit Phidon Corinthius, unus (ut commemorat) uetuſtiſſimorum latorum legum) ipſum enim docet cenſuiſſe familias æquales oportere in ciuitate permanere. Aequales autem, quod inquit, intellexit pares in bonis, quæ poſſiderent, & copia rei familiaris: & ut domos ipſas fortunaſq;, ita etiam numerum ciuium. Alterum enim horum ſine altero exiſtit: id eſt, quamuis æqualia patrimonia cuſtodiantur, numerus tamen ciuium diſpar eſſe poteſt: niſi modus aliquis adhibeatur, qui ut fortunas, ita etiam ciues numero pares cuſtodiat. Addit autem hoc ipſum ſtudio ſuo præſtitiſſe, quamuis etiam primò patrimonia inæqualia illic cuncti habuiſſent: quod, inquam, ad magnitudinem ipſorum bonorum pertinet, quæ adæquauit. In Legibus autem Platonis, inquit, contrà fit: neque enim ſtatuit parem numerum ciuium, neque æqualitatem bonorum. Animaduertendum autem, idem ualere hoc in loco κλῆρον, qua uoce infrà uſus eſt, quod οἶκον, primum uſurpato ab ipſo nomine: nos patrio noſtro ſermone, tūm quod οἶκον hic ualet, oſtendere uolumus, Latino uerbo utentes, leuiter immutato, uocamus focos. dicimus enim, hoc aut illud oppidum ſiue pagum, fare tanti fuochi. nulla enim domus eſt, quāuis tenuis, in qua ignis non incendatur, ob plurimas utilitates, quas familiæ præbet. Pollicetur tamen ſe Ariſtoteles de his rebus, quid ſuæ ſententiæ ſit, infra accuratius demonſtraturum.

Omiſſa autem ſunt.) Oſtendit aliud etiam omiſſum à Platone in ſecunda republica, quod pertinet ad magiſtratos creandos. Neque enim planè expoſuit, quid diſcriminis uerſetur inter eos, qui parēre debent, & illos, qui imperium habent. Tantùm enim diſsimiles oportere eſſe, ſimili quodam declarauit: quo tamen ſignificatur etiam & dignitas & humilitas perſonarum, ſed obſcurè. inquit enim, ſeruandum in hoc eſſe, quod uulgò fit in telis texendis. neque enim ex eadem lana fit ſtamen & trama, ſed ex nobiliore trama. Eodem igitur pacto magiſtratus creandos è prudentioribus ciuibus affirmat & eandem rationē demum in hoc ſeruandam. Verba Platonis ipſius hæc ſunt in v. libro de Legibus: καθάπερ οὖν δή τινα ξυμφυὴν, ἢ καὶ πλέγμ' ἄλλ' ὁτιοῦν, οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν οἷόν τ' ἐστὶ τήν τε ἐφυφὴν καὶ τὸν στήμονα ἀπεργάζεσθαι, &c. Quod uerò inquit, ἢ πλέγμα τι ἄλλο: ſignificare uoluit id, quod contingit in tela, uſu etiam uenire in alijs nonnullis rebus, quæ & ipſæ aliquo modo texuntur, ut in fiſcella, & corbe. Vnde Virgilius cecinit, inde uerbum transferens, —— *& tenero fiſcellam texit hibiſco.*

Quia autem uniuerſum patrimonium.) Cum reliquas omnes rei familiaris partes conceſſerit Plato creſcere uſque ad certum quendam terminum, quærit cur non idem etiam paſſus ſit fieri in agris ipſis: uidebatur enim idem illic quoque ſeruandum eſſe, aut non permittendam amplificationem bonorum, quæ loco mouentur. Animaduertendum uerò hic, aut peccatum eſſe memoriæ auctoris, aut erratum librariorum: neque enim in quincuplum, ſed in quadruplum uoluit Plato poſſe creſcere fortunas illorum ciuium, quas dicit.

Decet quoq; attendere.) Iudicat, illud etiam ſpectari diligenter oportere, an uerum ſit utileq; diſciplinæ domeſticæ, quòd tribuit domos diſtinctas ſeparataſq;, duas uni familiæ. Arduum enim eſt, inquit Ariſtoteles, duas domos inhabitare, non patiq; inde incommoda naſcuntur: non enim poſſunt facile cuſtodiri liberi, ſi ſeorſum uiuant, neque reliqua familia in officio retineri: & maiores neceſſariò ſumtus fiunt, diſsipanturq; facilius ac pereunt fortunæ.

Vniuerſa autem conſtructio.) Incipit nunc argumentari contra uniuerſam remp. eandem, oſtendere uolens, in coagmētatione ipſius inueniri quoque peccata non parua: quemadmodum monſtrauit iam, diſciplinam eius multis in rebus meritò reprehendi. Primùm igitur docet, ipſam non eſſe dignam, quæ anteponatur cæteris poſt primam illam, tantopere ab ipſo laudatam rempublicam: quia inuenitur alia melior, quam etiam ſignificat. inquit igitur. Conſtructio ipſius tota, ſi quis accuratè attēdat, uult eſſe neque ſtatus multitudinis, qui δημοκρατία uocatur neque dominatus paucorum, qui appellatur ὀλιγαρχία: uerùm media quædam reſpublica, & interiecta inter has, uocata à Græcis communi nomine omnium rerumpublicarum πολιτεία. Cauſam autem afferens ſui iudicij, inquit: Conſtat enim ex grauis armaturæ militibus. Valet autem hoc ad demonſtrandum, ipſam non eſſe popularem: tenues enim homines ob paupertatem non poſſunt parare genus armorum, corpori muniendo aptum, quæ ὅπλα uocantur.

Si igitur, ut maximè.) Non eſt dubium, quin Plato ſtatuerit illic hanc rempublicam, ut meliorem cæteris, poſt eam, quam cōformarat prius: ita tamen cum ipſo agit Ariſtoteles, ut uideatur id compertum ſe non habere. hoc autem facit, ut æquior ipſi uideatur, inquit autem: Si igitur talem potiſſimum molitur ac conſtruit, ut maximè communem ciuitatibus ex omni genere rerumpublicarum, probè fortaſſe ſenſit: ſi autem ut optimam poſt primam rempublicam, nullo modo rectè, nec probo conſilium ipſius. fortaſſe enim, inquit, inueniretur, qui non ſine cauſa remp. Laconum magis laudaret, aut aliam quampiam, quę propius accedat ad ſtatum optimorum. Plato certè in v. libro de Legibus tradit, ſi quis ſubtiliter ipſius rationem ſubducat, & periculum eius faciat, cogniturum illam ciuitatem ſecundo loco conditam, ad exemplar optimum ædificatā fuiſſe.

Quidam igitur dicunt.) Cum Plato minimè ſimplicem remp. illam fabricaſſet, ſed mixtam iunctamq; è ſtatu multitudinis & tyrannide: quærit noſter, an compoſitio ipſius probari poſsit. Primùm autem opinionem quorundam affert, qui remp. temperatam oportere eſſe iudicarent. quare laudabant, in qua id manifeſtò factum uideretur, remp. Lacedæmoniorum. Cùm autem conuenirent ipſis in hoc, quòd omnes contextam eſſe è tribus ſtatibus reip. affirmarent, non tamen eodem pacto iunctā eam arbitrabantur. duo enim genera horum erant. Partim igitur aiebant, ut auctor noſter narrat, ipſam mixtam eſſe è dominatu paucorum, & poteſtate unius, & ſtatu populari. quod hoc pacto probabant: docebant enim, regnum illic notari (duo enim Lacedæmonii regum nomen habebant) eſſu referreq; monarchiam, plenumq; imperium unius. Magiſtratum autem ſenatum, ea de cauſa uocatum illic γερουσίαν, dominatus paucorum ſpeciem tenere. Dici uerò poſſe ciuitatem à multitudine re-

gi, ſpectato magiſtratu Ephororum, qui crearentur è plebe, & auxilium ipſi ferrēt, cùm putaret ſe à regibus premi: quod M. Cicero quoque in 3. libro de Legibus commemorauit, addens eodem etiam conſilio Romæ tribunos pl. eſſe creatos.

Hi autem poteſtatem.) Tangit nunc poſterius membrum diuiſionis, exponitq; argumentum alterorum illorum, & quomodo ipſi quoq; probarent ſententiam ſuam commemorat. Alij igitur, inquit, uolunt magiſtratum ephororum eſſe tyrannidē: infinita namq; poteſtas eius erat, audebantq; regibus manus afferre, & in carcerem eoſdem conijcere. Intelligit autem locū Platonis, unde totus hic expreſſus eſt: apud eum enim in 4. libro de Legibus, Megillus Lacedæmonius de ſua rep. ita loquitur, cùm ſe ualde incertum animi de ipſa eſſe oſtenderet. Primùm enim uideri ſibi ait, eam imaginem quādam tyrannidis eſſe, atque id propter poteſtatem ingentem ephororum, & planè tyrannicam: deinde addidit, quod à nostra item dicitur, de ſimilitudine, quam eadem retinet: ſtatus multitudinis: dici uerò ciuitatem regi a populo, propoſitis ſibi ante oculos cœnis illis communibus, & reliqua omni uita, dura admodum & aſpera, quam colerent ea natio: neque enim diuites illic ſplendidiore ueſtitu utebantur, quam pauperes, & reliqua omnia ipſorum ſtudia erant ambobus his, contrarijs hominum generibus, communia.

In legibus autem.) Non ſine admiratione quadam, uel potius contemptu hoc prolatum fuit. Cùm enim opiniones quorundam recitaſſet, monimentis proditas ab ipſis, ſatis acutas, & quæ non alienæ ullo pacto exiſtimari poſſunt, inquit: In legibus autem his ipſis (ipſis uerò dicens, declarat uerum eſſe, quod dixi de loco unde ſumio) traditum eſt oportere optimum ſtatum ciuitatis iunctum eſſe è ſtatu multitudinis & tyrannide: quas rationes gubernandi ciuitatem aliquis aut omnino non uocaret reſpublicas, quia ita diſcedunt à uera ratione ciuitatum gubernandarum, ut non uideantur appellandæ reſpublicæ, aut peſsimas omnium ſecum diceret.

Melius igitur dicunt.) Magis probat cōſilium illorum, quorum ſuprà opiniones de hac re expoſuit, quàm Platonis. Ipſi namq; è pluribus concretam eſſe oportere dicebant rempublicam, id eſt è tribus: Plato uerò e duobus, quam optimā rebatur remp. miſcuerat. Cum autem eos laudaſſet, his uerbis confirmauit iudicium ſuum: Quæ namq; e pluribus cōglutinata eſt reſpublica, melior eſt. Præterea inquit, non perſpicitur in ſe habere reſp. hæc Platonis aliquid, quod teſerat ſtatum unius: ſed tantum quæ accepta ſit è dominatu paucorum, & ſtatu multitudinis: ac potius, ſi quis diligenter examinet, uergere apparebit ipſam ad dominationem paucorum.

Patet autem hoc.) Verum eſſe, quod poſtremum dixit, perſpici affirmat è creatione magiſtratuum. Decreuit enim Plato, ut ſuffragijs primum deligerentur, qui publicam perſonam ſuſtinerent: poſteaq; ipſorū nomina conijcerentur in urnam: qui autem ſortes inde ducebantur, magiſtratum obtinebant. quod commune eſſe ambarum reip. ſtatuum tradit: ſuffragium namq; proprium eſt ſtatus paucorum, ſors uero multitudinis.

Locupletioribus autem.) Cum oſtendiſſet, quod commune illic erat utriuſque reipublicæ, id eſt dominatus paucorum, & ſtatus multitudinis: nunc monſtrat, quæ propria in eadem ſint dominatus paucorum. Sunt autem illa plura. unde intelligitur uere ipſum cenſuiſſe, remp. eam magis procliuem eſſe ad ſtatum paucorum, quam ad popularem. unum enim tantum indicauit, quod eò refertur: atq; ipſum etiam non purum. inquit igitur: Locupletioribus uerò neceſſitatem imponi frequentandi concionem & magiſtratus creandi, atque alia publica munera obeundi: pauperibus autem neceſſitatem eorum munerum obeundorum impoſitam non eſſe, relinquiq; hoc totum in arbitrio ipſorum, inſtitutum eſt dominationis paucorum. Nec non etiam eiuſdem generis eſt conatus ille, ſtudiumq; magnum, quod poſuit, ut plurimi in magiſtratibus ſint diuites, & præterea maximos magiſtratus creari e maximis cenſibus ac patrimonijs, & ipſum profectò hoc olet.

Senatum autem poteſtatis.) Addit ſuperioribus rationem, quam ſecutus Plato creandi ſenatum in altera illa ſua, quam conſtituit illic republica, & ipſam accommudatam eſſe dominatui paucorum: quod uerum eſſe docet, ipſam exponens. In 6. autem de Legibus conſilium hoc omne ſuum ille narrauit, non longè ſane ab initio eius libri: principium uerò ipſius eſt, quod inquit, *βουλὴν δὲ ἅμα μὲν τριάκοντα δωδεκάδες*. Singulis igitur annis conſtituit, ut crearentur CCCLX. qui deliberarent de republica. Duci autem ipſos uoluit è cunctis ordinibus claſsibusúe, quæ numero quatuor erāt, ex una quaque earum LXXXX. quare poſtea ex omni numero inde, ut ſtatuit, tribus partibus ſublatis, reſtabat numerus LXXXX. ſenatorum. Modus autem hic, quo deligi debebant: primum enim è maiore cenſu claſſe LXXXX. ſuffragijs ſingularum claſsiū deligi iubebat, multa propoſita omnibus illis, qui præſentes nō adfuiſſent. Quòd igitur ſignificat Ariſtoteles, neceſsitatē impoſitā fuiſſe cunctis frequentandi hanc partem comitiorum, populare ſanè eſt. Quòd uerò cogebantur ſumere illos è primo tantùm ordine, minime, ſed contrà accommodatum locupletibus. E ſecunda claſſe deligebātur eodem pacto pares numero ſuperioribus. E tertia itidem LXXXX. ſed ita, ut neceſſe non eſſet hominibus quartæ claſsis uenire in comitijs, ſed liceret ipſis, ſi uellent, abeſſe: multarentur autem, qui ſuperiorum claſsium ſuffragium non tuliſſent. Cùm è quarta claſſe ducebantur, omnium quatuor claſsium ſolis primis & ſecundis neceſſe erat ſuffragium ferre: duarum uerò reliquarum ſolis illis, qui uellent, licebat. Addit autem Ariſtoteles: Deinde ex ita delectis, æqualem numerum e ſingulis claſsibus oportuiſſe creare ſenatum. nec tamen commemorat planè rationem ipſam. Primùm enim bifariam diuidebantur illi CCCLX. è ſingulis claſſibus electis XLV. reliquique ita erant CLXXX. qui poſtremum, cùm ſortes committerentur, dimidia ipſorum pars, quæ conſultaret, reſtabat, id eſt LXXXX. ſenatores, remotis inde CCLXX. tribus nouis delectibus: quarta autem integri numeri, totidem ex omnibus claſsibus. Neque etiam apponit Ariſtoteles numerum, qui reſtabat ſenatorum: ſatis enim ipſi fuit declarare, quod ſibi propoſuerat: rationem inquam, hanc eſſe aptam uoluntati honeſtiorum ciuium ac locupletiorum. Quod huiuſcemodi eſſe putat, contra iudicium Platonis: nec tamen negari uidetur poſſe, quin quod ad extremum fiebat, populare foret: ſors enim accommodata eſt ſtudio tenuium & obſcurorum ciuium.

Erunt igitur plures.) Cùm expoſuiſſet, breuiter tamen, quia in illuſtri loco poſita erat, rationem Platonis: confirmat iudiciū ſuum, dicens: Erunt hoc pacto plures è maximis cenſibus, & meliores etiam, hoc uerò, quia continget quoſdam è popularibus præſentes non adeſſe comitijs, neque ſuffragijs ſuis quenquam eligere, cùm nulla ſit ipſis impoſita neceſsitas, metu pœnæ frequentandi comitia. Libenter autem pauperes, cùm poſſunt, liberant ſe huiuſcemodi oneribus: qui pauperes adfuiſſent, ſui generis hominibus fauiſſent.

Non oportere igitur.) Hæc eſt concluſio præteritæ totius rationis: inquit enim, non decere ullo pacto exiſtimare remp. hanc Platonis iunctam eſſe è ſtatu multitudinis & imperio unius: idq; planum eſſe ex his, quę iam dicta ſunt, & ex alijs quoq;, quę poſtea dicenda reſtant: quod fiet, ut narrat, cùm tempus uenerit accuratius hanc remp. explicandi.

Continet autem in ſe.) Oſtendit præterea, in ea creatione magiſtratuum, quæ ſuprà indicata eſt, aliud extare ualde lubricum ac periculoſum: id autem eſſe, quod uoluit Plato, ipſos deligi ſuffragijs è ciuibus illis ſolis, qui & ipſi prius eodem pacto delecti forent. Quare noſter inquit (hoc enim malum eſt, quod ſignificat) ſi aliqui coierint, non multi etiam numero (nam quin facilius multo id facturi fuerint plures, ſocij eiuſdem conſilij, non eſt dubitandum) ſed tamen ſi mediocris etiam numerus horum fuerit, ſemper magiſtratus creabunt illi, quos in animum ſibi induxerint. Magna enim uis eſt in comitijs ciuium, qui conſenſerint inter ſe in hac re, atq; eiuſdem penitus animi ſint: poterunt enim ſemper cum in ſententia manſerint, & ſua ſtudia non publicum bonum ſpectarint, deijcere ab honoribus, quos uoluerint, aduerſarios ſibi: & in imperio collocare, qui ſibi ipſis fuerint. Quòd coitiones has auctor oſtendit uerbo *συστῆναι*, in noſtra etiam ueteri rep. huiuſcemodi occultæ ciuiū conſpirationes uocabantur ſectæ.

τῶν νόμων.) Libri XII. de Legibus magna ex parte in legibus ponendis conſumuntur. Priores quattuor procœmij loco ſeruiunt. Reliquis leges primùm magiſtratib. deinde reliquis ciuib. conuenientes tradit. Intermiſcet autem pro ratione dialogici generis præclaras diſputationes de origine legum & ciuitatum: de muſica, de educatione & diſciplina generis humani: de prouidentia diuina: comparationes item Rerump. Cretenſis, Spartanę, Athenienſis, & monarchiæ Perſarum: de ſitu item & potentia ciuitatum: aliaq; his ſimilia. Ergo *νόμους* potius quàm *πολιτείαν* ijs in libris expLicauit, hoc eſt, præcepta uiuendi breuiſsima tanquam gnomas quaſdam, ut facilius memoria retineri poſſent, tradidit (nihil enim magis ridiculum, ait Seneca, quàm Lex cum *προλόγῳ*) at nouam Reip. formam non attigit, cum leges omni reip. generi opportunas tradere uellet, non optimæ tantùm, ut in lib. de Repub. Sic cap. ultimo huius libri legiſlatores quaſdam leges tantùm tradidiſſe, Reip. uerò conſtitutio-

ſtitutionem non immutaſſe ſcribit: quoſdam alios non leges tantùm, ſed & Reip. formam innouaſſe, ut Lycurgū & Solonem.

νόμων.) Prior Reſp. uelut idea reliquarum à Platone in lib. πολιτειῶν propoſita eſt. Poſteriorem uerò lib. 5. de Legib. nō ut optimam omnium per ſe, ſed reſpectu hominum, qui ea uti poſſent, uelut communiorem hominum, tradere aggreſſus eſt.

τῶν ἔξω τῶν ἀναγκαίων.) Ad uitæ neceſsitatem ſcilicet, ut ſunt opera ruſtica & mechanica quæuis alia.

τὸ μὲν οὖν περιττόν.) Platonis laus magna, & ea quidem philoſophica. τὸ περιττὸν in bonam partem ſumitur: uel etiam in 2. de Rhet. ἄνδρας περιττοὺς uocat uiros omnib. alijs antecellentes. lib. 1. Ethicorum cap. 1. Eodem ſignificatu δόξας ἐπιπολαζούσας uocat eas, quæ præter auctorum famam aut lectorum multitudinem in magna habentur exiſtimatione. καὶ τὸ κομψὸν, ornati ſunt & elegantes, adeò ut uulgò olim circumferretur, ſi Iupiter Atticè locuturus eſſet, non alia quàm Platonis phraſi uſurum. καὶ τὸ καινοτόμον, nouitatis allectatores, ut non elegantia tantùm dictionis, ſed & nouitate rerum lectorem trahant. quod in dialogico ſcribendi genere cumprimis requiritur. In quo uſq; adeò Plato excellit, ut Ariſtotelem ab eo deterruiſſe feratur. καὶ τὸ ζητητικὸν, ueritatis inueſtigationem propoſitam habentes.

οἱ τοῦ Σωκράτους λόγοι.) A Platone perſcripti (qui idcirco iunior Socrates quodam loco appelletur) ſub perſona Socratis. Quamuis lib. de Legibus eum ſub perſona hoſpitis Athenienſis introducat.

Βαβυλωνίας.) Babylonia regio latiſſ. bonam partem Meſopotamiæ & Aſſyriæ complectens, cuius & Chaldaicarum gentium caput fuit Babylon. Chaldæos certè ob patentiſs. campos aſtrorum obſeruationes multo accuratiores habuiſſe, Plinius auctor eſt.

ἀργοὺς πεντακισχιλίους.) Quinquies mille & XL. milites otioſi, ἀργοὶ, ab agri cultu feriati.

εἰ δέ τις μὴ τοιοῦτον ἀποδέχεται βίον.) πολεμικὸν ſcilicet, bellum alijs inferendo.

ὅμως ἐλθοῦσιν ἀπελθοῦσι φοβεροὺς εἶναι.) Attamen bellum illatum uel à uicinis uel à peregrinis ſuſtinendo armis opus erit, non regionis tantùm noſtræ, ſed etiam peregrinæ accommodatis. Terrendi armis ſaltem hoſtes, ſi non lædendi. Sic Phocylides:

τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ ἐς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν.

Arma igitur & loca in quo utimur, & homines contra quos illis utemur, accommodanda erūt. Huc exempla delectus armorum, in quo prudentia Imperatoris non parum eluceſcit. Heluetij primi conſœderati, cùm ab equitatu cataphracto Auſtriacorum ulcinaucam premerentur, haſtis longis ipſa neceſſitate edocti magna cum gloria uti cœpêre.

τοῦτο γάρ ἐστι καθόλου μᾶλλον.) Si τὸ σωφρόνως intelligit Plato, τὸ ζῆν εὖ, latius patet quàm præſenti inſtituto conueniat, cùm uniuerſæ uirtutis actiones complectatur. ſin uerò actiones temperantiæ propriè dictæ intelligere uelit σωφροσύνη, Temperantiam propriè ſignificat. ab nōnullis etiam Prudentiam, quam conſeruat, uti etymon ipſum indicat, teſte Ariſtot. lib. 6. Ethic. cap. 5. n. 2.

ἀλλὰ βέλτιον ὅρον.) Plato mediocrem copiam opum præſupponebat, & certum cenſum infimum, quem quadruplo augeri permittebat: atq; ita nec miſeros propter inopiam, nec luxurioſos propter copiam ſuos ciues reddebat. Sed Ariſt. diſsimulata certa & conſtituta cenſus ratione, ut liberaliter uiuere queat, putat addendum, hoc eſt, ſine miſeria. Cæterum quia χρήματα opum præſupponit: τῶν χρημάτων autem Liberalitatis per ſe eſt, per accidens uerò & Temperantiæ, quatenus opibus temperanter utitur: & Fortitudinis, quatenus eas ad propulſandos hoſtes adhibet. & Magnanimitatis, quatenus ad honores debitos uindicandos utitur: idcirco præſtiterit fortaſſe cenſus terminum definire τῷ ζῆν ἐλευθερίως, ut quis ſic uita homine libero & liberali digna, qui neq; prodigus neq; auarus exiſtat, uiuere queat, adeoq; opibus mediocribus præſentib. moderatè utatur, ad corporis aliaſue uitæ neceſsitates. Sed hoc ipſum Plato uoce σωφρόνως expreſsiſſe uidetur, ſecundum rectam rationem uiuendo: cuius directrix eſt prudentia, conſeruatrix uerò temperantia propriè dicta. Plato igitur obſcuritate peccauit. At Ariſt. σωφροσύνην & ἐλευθεριότητα ex æquo ſubijcit uſum opum: cùm tamen ex 3. & 4. Ethicorum conſtet, Temperantiam circa uoluptates corporis, Liberalitatem circa πρᾶξιν χρημάτων propriè uerſari. Præterea Temperantiæ affectum ſtatuit τὸ μὴ τρυφᾶν, nō diffluere luxu: Liberalitatis uerò τὸ μὴ ζῆν ἀνελευθέρως ſeu πλεονεκτικῶς. Atqui opibus neceſſarijs inſtructum eſſe, Paſſio eſt fortuita: iiſdem uerò rectè uti, Actio eſt liberalis per ſe, per accidens uerò temperans. Impropriè igitur liberalitatis uoce uti uidetur.

ἀνίσους ἐάσῃ.) Reſpectu primæ partitionis inter ciues factæ. Nam ſingulis æquam partem dat, ſed eam in quadruplum augeri permittit.

τοὺς παραζύγας.) Plato milites quinquies mille quadraginta ſtatuit. Quòd ſi pater uni eius filiorum relinquat bona omnia, reliqui παραζύγες, quaſi extra ordinem ac numerum conſtitutum nati, in paupertate uiuere cogentur.

μέχρι πενταπλασίας.) An erratum eſt πενταπλασίας? an potius librariorum, qui τετραπλασίας ſcribere debuerāt? Plato quadrupli augmentum in patrimonijs permittit, & ſic pro ratione cenſus quatuor τιμημάτων claſſes facit. De quib. paulò poſt n. 87. & ſeq. Atqui cap. ſeq. n. 11. diſertè iuſtus πενταπλασίαν ponit.

ὡς οὖσαν τὴν ἀρίστην.) Tres bonæ, totidem malæ ſunt Rerump. formæ ſimplices. Simplices bonæ facillimè degenerare conſueuerunt in contrarias malas, Regnum in Tyrannidem, Ariſtocratia in Oligarchiam, Politia in Democratiam. Eapropter mixtione ita ſunt attemperandæ, ut omnium bona in ſe cōtineant, & altera alteram in officio cōtineat. Carthaginienſis Reſpub. imitatione Laconicæ reges habebat, Senatum Ariſtocraticum, & plebem Democraticam Romana Conſules, Senatores, Populum: Veneta Ducem, Decem uirorum & Sapientum Senatum Ariſtocraticū, tandem Cōſilium magnum ex nobilitatis toto populo.

τὴν τῶν Λακεδαιμονίων.) Lacones binos reges habebant perpetuos, qui tamen legib. erant ſubditi & Ephororum cenſuræ, ſocijs abſolute imperabant. Ephori quini ex omni populo deligebantur, magiſtratu annuo, ad quos à regibus prouocare licebat. quos primus Theopompus rex ad licentiam regum refrenandam introduxit: uti Romani conſulib. Tribunos plebis. Senatores ex optimatibus.

ἐκ τῶν πλειόνων συγκειμένην.) Plato 5. de Legib. & 4. de Rep. item Ariſt. lib. 4. ſeq. meliorem Remp. fore putat, in qua mediocri fortuna ciues ſint potius, quàm ſi uel omnes diuites, uel omnes pauperes.

δημοκρατεῖσθαι.) Spartanorum pueri eadem educatione omnes utebantur, eodem cibo, eodem ueſtitu. Viri facti ſimiliter. Duo præterea ſummi magiſtratus in poteſtate erant populi: cùm Senatores quidem populus eligeret ex optimatibus, Ephoros autem ex ſeipſis. Ephoria tyrannidi ſimilis erat. Oligarchiæ uerò, quod magiſtratus omnes ſuffragijs non ſorte deſignabantur. Plato 4. de Legib. ingenuè fatetur, ignorare ſe quæ forma Reip. Spartanæ potiſsimum conueniat: uſque adeò ex omnibus mixta uidebatur. Quæ cauſa fuit, cur per DCC. floruerit, quandiu Lycurgi leges ratas habuit.

REMPVBLICAM poſteriorem, hoc eſt, poſteriorem à Platone in lib. XII. de Legibus traditã aggreditur. Et quidem eam

- Comparat primùm cũ priore illa in lib. de Repub. expoſita, & propè ſimilem illi eſſe aſſerit. N. 1. Etenim Plato in libris de
  - Republica, ſi ſpectes
    - Materiã, hoc eſt res de quibus egit, pauca quędã tractat. Nu. 2. Nimirũ de Repub.
      - Communitate. N. 5. tum
        - Vxorum. N. 3.
        - Liberorum. N. 4.
        - Patrimoniorum. N. 6.
      - Diuiſione in certos ordines atq; claſſes. N. 7. Diuidit enim ſimilitudine ab animi facultatibus ſumta totam ciuitatem in duas partes. N. 8. Quarum altera ſimilis ſit animæ rationis
        - Experti um
          - Concupiſcibili, Agricolæ ſcilicet & Opifices, quorum opera ea, quib. ad uitã opus habent ceteri ciues, ſiue alimenta ſint, ſiue ueſtimenta, ſiue medicamenta, ſiue inſtrumenta quæuis alia, ſubminiſtrentur. N. 9.
          - Iraſcibili, Milites nimirum, qui Remp. & contra externas hoſtium, & contra internas ſeditioſorum inſidias defendant. N. 10.
        - Compoti, ipſi Principes & Magiſtratus, qui quid à quibus, quo tempore & ubi ſit agendum cõſultare, quæq; acta ſunt dijudicare queant. N. 11.
    - Formã ſiue modum, de quibuſ-iis agit
      - Imperfectè nimirum de custodum infimis ordinis, de Agricolis & Opificibus. Nã
        - Iis. Neq; enim explicat utrum hi tales
          - Virtute aliqua, an nulla opus habeant. N. 12.
          - Armorum poteſtatem, ſi quãdo bellum ingruat, habere debeant. N. 13.
        - Adreſtao citè inuiuti
          - Si mulieribus armorum uſum Plato conceſſit, & eiſdẽ quoq; cum uiris in militiam, ſi quando opus ſit, egredi permittit. N. 14.
          - Opificibus quoq; & agricolis, & quia uiri ſunt, & quia laboree duriora habent corpora, idipſum multo magis concedendum uidebatur.
      - Superfluè. Quædam enim ad inſtitutum
        - Non pertinentia inſeruit plurima. N. 15.
        - Pertinentia ad nauſeam uſq; inculcauit, reliquis neglectis. Sic in custodum inſtitutione & diſciplina luxuriat admodum. N. 16.
  - Legibus quod ad
    - Materiam in inſtitutione
      - Particulari Ciuium occupatur, & in legibus ſcribendis, huic uel illi generi inſeruientibus, totus eſt. N. 17.
      - Vniuerſali, mancus eſt, & pauca habet ad perfectæ Reipublicæ conſtitutionem (ut in lib. de Repub.) uniuerſim facientia. N. 18.
    - Modum, cùm in animo haberet Reip. formam hanc poſteriorem (ut in 5. de Legibus) pleriſq; urbibus accõmodatam inſtituere, paucis immutatis ad priorem illam, quam non niſi optimis conuenire arbitrabatur, relabitur. N. 19. Etenim excepta communitate rerum omnium, quam ſecundæ huic Reip. denegat, cætera eadem habet. N. 20. Namq;
      - Eadẽ utrobiq; eſt
        - Diſciplina custodum. N. 21.
        - Agricolarum cultura, otioſè uiuentibus alijs. N. 22.
        - Conuiuiorum ratio. N. 23.
      - Diuerſa aliquãtum tũ quòd
        - Mulieribus quoq; Syſſitia permittit. N. 24.
        - Militum numerum ampliorem facit. Nã quinq; millia & CD milites eſſe uult, myſticum quiddã reſpiciens: at in priore Republica mille tantùm. N. 25.
- Examinat. Eas quidem
  - Genere, omnes in uniuerſum Platonis diſputationes
    - Laudat. N. 26. Sunt enim reſpectu
      - Efficientis περιττοί, excellẽtes, propter auctoris Socratis, omnium mortalium ſapientiſſimi oraculo Delphico iudicati, exiſtimationem.
      - Formæ, κομψοί, elegantiſſimæ, & omni genere rhetoricorum pigmentorum delibutæ.
      - Materiæ, καινοτόμοι, nouæ, & propter nouitatem gratæ.
      - Finis, ζητητικοί, ueritatis inueſtigandæ ſtudium præ ſe ferentes.
    - Reprehendit. Fortaſſis tamen non omnia ex uoto ſuo aſſequitur, neq; ſtudio ueritatis tanto par euentus per omnia reſpondet. N. 27.
  - Specie examinat ea quæ com. de Legibus ſunt poſita. Vide in ſeq. figuram A.
- Concludit. N. 98.

A. Examinat Platonis dogmata de

- **Militum** *numero, otioſorum, quem uſq; ad quinq; millia quadringentos extendit. Tantam enim multitudinem præſidiariorum nec ager Babylonicus, nel quiuis alius et ãm ampliſſimus, cum liberorum & uxorum & ſeruorum pari multitudine otioſam, & reliquorum famulitio uiuentem, alere queat.* N.28. *Per anthypophoram Obijciat quis: Cæterum Plato ſupponit eam agri fertilitatem, quæ tantam copiam alere queat. Reſpondet Ariſt. uirum ſapientem ea & optare & imaginari debere, quæ fieri poſſint ſecundùm rationem.* N.29.
- **Legiſlatoris conſilio. Etenim**
  - **Plato** *inquit, oportere legiſlatorem ad duo reſpicere in condendis legibus: ad locum ſcilicet qui incolitur, & ad homines qui incolunt.* N.30.
  - **Ariſtoteles** *præterea addit, uicinorum quoq; locorũ & hominum rationẽ habendam, cum quibus neceſſariò uerſandum eſt, ſiue importatio ſiue exportatio rerũ conſideretur.* N.31. *Quod ipſum exemplo armorũ, quæ loco in quo, & hominibus cõtra quos in uſum ueniũt, accommodari debent, declarat. Arma enim ea adeſſe oportet, quibus non tam in ſua regione (hoſtibus eam inuadentibus, aut ciuibus inter ſe inteſtino bello diſſidentibus) quàm extra ſuam regionem ciues uti queant partim uim*
    - **Propriam** *inferendo uel imperij uel ultionis cauſa: ut ferè ſolent potentes Reſpublicæ.* N.32.
    - **Alienam**, *uicinorum peregrinorúmue hoſtium aut ſuſtinendo, aut propulſando, aut declinando. Veluti per anthypophoram. Si quis priorem illam uitæ tiam ut iniuſtam auerſetur (quòd nec priuato homini nec Reip. liceat uim alijs inferre, ſatiuſq; ſit ex Socratis præſcripto iniuriam pati quàm facere) attamen armis opus erit ad hoſtes uel ne inuadant terrendos, uel poſtquam inuaſerint, ut quàm citiſſimè pedem referant percellendos. Ex naturæ lege uim ui repellere licet: at id ſine ſanguine etiam hoſtili præſtare, prudentis eſt Imperatoris.* N.33.
- **Patrimoniorum magnitudine, conſiderata tum reſpectu**
  - **Vſus. N.34.**
    - **Plato** *enim tantum patrimonij cuiq; ciuium adeſſe uult, ut σωφρόνως, id eſt temperanter uiuatur.* N.35.
    - **Ariſtoteles hoc ipſum**
      - **Taxat**, *ut obſcurũ & indefinitũ. Latius enim patet ſignificatio aduerbij σωφρόνως, quã quæ præſenti inſtituto cõueniat, ſiue ſumatur*
        - **Cõmuniter**, *pro eo quod eſt* [illegible] *ζῆν.* N. 36. *Sic enim oẽs uirtutis actiones, quæ non niſi in perfectè beatum, qualis fortaſſe nullus nec eſt, nec erit unquam, incidant, complectetur.* N.37.
        - **Propriè**, *pro eo quod eſt Tẽperanter uiuere. Poteſt enim quis temperanter uiuere, at ſimul tamen miſerè. At miſeriam à ciuibus ſuis procul remotam eſſe uolet Plato.* N.38.
      - **Corrigit.** *Magnitudo igitur patrimoniorum ea ſit, ut non modò σωφρόνως, ſed ἐλευθερίως uiuere queant, Temperanter & Liberaliter.* N.39. *Quod ipſum probat duplici argumento. Altero ſumto ab*
        - **Adiũctis**, *quæ opum uel abundantiam uel tenuitatem conſequuntur, à Luxu ſcilicet & Miſeria:*
          - **Quot** *ſunt opum mala quæ ſecum inferũt: totidem quoq; erunt remedia.*
          - **At duo** *ſunt mala. Quoniam uel exceſſu ſuo luxum, uel defectu ſuo miſeriam afferunt.*
          - **Ergo** *totidem quoq; erunt remedia: nimirum ut luxum amoliatur Temperantia, Miſeriam uerò Liberalis copia.* N.40.
        - **Habitibus circa opes uerſantibus:**
          - **Quot** *ſunt habituũ genera circa uſum diuitiarũ uerſantiũ, totidẽ quoq; erũt utendi rationes ſiue actiones pecuniariæ.*
          - **At duo** *ſunt habituum genera.* N. 41. *Declarat. Circa opes enim uerſari dicimus Temperantem, temperanter opibus ad neceſſitatem uitæ ſuæ ſuorumq; utendo: itidem Liberalem, opibus ſuis benefaciendo alijs.* N.42.
          - **Ergo** *duæ etiam erunt utendi rationes ſiue actiones pecuniariæ, Temperans altera, altera Liberalis.* N.43.
  - **Vtentium** *Ciuium. Vide in ſeq. ſignum B.*
- **Magiſtratuum** *excellentia, quomodo debeant à ſubditis differre.* N.57. *Similitudine utitur lib. 6. de Legibus. Quemadmodum ex alia lana fit ſtamen (robuſtiore ſcilicet quàm trama, quæ intexitur, & propterea mollior & flexibilior eſſe debet) ita differre oportet principes à ſubditis. Cæterùm ſimilitudinem non explicat.* N.58.
- **Agrorum** *modo. Cùm opes reliquas mobiles ad quintuplum augeri permittat, cur non idipſum in immobilibus quoq; agris fieri ſinit?* Num.59.
- **Domorum** *diuiſione. Cuilibet enim ciuium duas areas aſſignat,* N.60. *At difficile eſt unam, nedum duas domos rectè curare.* Num.61.
- **Forma** *Reip. mixta. Vide in ſequentibus ſignum C.*
- **Magiſtratuum** *electione. Magiſtratus eligi uult ſortibus, & rurſus ex delectis certos quoſdam rerum ſummæ præfici.* N.96. *At ſi quidam uelint conſpirare, facilè ſuis ſuffragijs, quos uolent, ſemper magiſtratus deligi curabunt.* N.97.

Proponit. *Cauſa fortè, cur Plato nullam putarit rationem liberorum eſſe habendam, fuit, quòd propter ſterilitatem mulierum & mortes etiam puerorum (ſicut quotidiana docet experientia) ferè ſemper æqualem, aut non multum excedentem ciuium numerum fore exiſtimaret, cui quadrupli incrementum ſufficere poſſet. Num. 45.*

Impugnat tum

- **Ratio**ne *partim per*
  - *urnoip. Similem conditionem ſuæ ciuitatis, qualis eſt earũ quæ nunc paſſim habitantur, fore ſibi Plato perſuadet. Atqui nos multũ differre arbitramur. N. 46. Etenim in*
    - **Vulgatis** *Rebuſp. cùm quantacunque ſunt patrimonia inter heredes æqualiter diuidantur, ſinguli filij ſuam partem habebunt, neq; ad egeſtatem plane redigentur. N. 47.*
    - **Platonis** *Rep. cùm non diſtribuantur paterna bona inter liberos æqualiter, ſed in poteſtate patris ſit uni alicui filiorum ſua omnia uel amoris uel gratitudinis ergo relinquere: ſi V.G. primogenito omnia relinquat, neceſſe erit reliquos, quibus nihil relictum eſt, pauperes & miſeros & propter hoc ipſum rerum nouarum cupidos uiuere. N. 48.*
  - *aiuinaqüraoip. Vt quã maximè concedamus ſimilem eſſe utrobiq; rationem: at nihilominus tamẽ de liberorum procreandorum numero certi quid definiendum erat, id*
    - *Ist. N. 49. Nimirũ reſpectu habito tum*
      - **Puerorum**, *qui uel magno numero in lucem editi, non tamen omnes uitales ſunt. N. 50.*
      - **Mulierum**, *quæ non omnes ex æquo párere poſſunt. N. 51.*
    - *Adhi. Ne ſcilicet ob copiam liberorũ ciues ipſi ad inopiam, ex inopia ad ſeditiones & malas artes perueniant. Ratiocinatio talis eſſe uidetur*
      - **Quod** *ſeditionem párere poteſt, id in omni Rep. ſed in Platonica imprimis (ut quæ beatitudinem ciuitatis in unitate repoſitam habet) ſummoperè cauendum eſt.*
      - **Nunc** *uerò indefinita nuvexoiia inopiam probitatẽ & ſeditionem aliquando párere poterit. Quid ita?*
        - **Paupertas** *improbitatem & ſeditionẽ parit. N. 53.*
        - **At** *multitudo liberorũ indefinita, ut quot quis uelit atq; poſſit ſuſcipiat, ut in plerisque hodie fit ciuitatibus, familias ad paupertatem redigit. N. 52.*
        - **Ergo** *liberorum multitudo improbitatem & ſeditionem parit.*
      - **Ergo** *indefinita nuvexoiia præcauenda eſt.*
- **Auctoritate**, *quam quidem*
  - **Proponit:**
    - **Phidon** *Corinthius legislator uetuſtiſſimus putabat, quamuis ab initio bonorum ſortes diſpares haberent ciues, tamen ſi domorum numerus idem ſemper maneret, ciuitatem multitudine opprimi non poſſe, ſi externis colonijs deducendis ſemper exonerarentur, domibus familiarum uetuſtiſſ. manentibus. N. 54. Id quod apri facere uidemus.*
    - **Plato** *uerò contrarium ſtatuit: & cùm æquales primùm ſortibus patrimoniorum faciat ciues, luxuriæ tamen familiarum reſecãdæ nullum offert remedium. N. 55.*
  - **Reijcit** *in ſeq. examinandam, uter rectius ſenſerit. N. 56. In cap. ſeq. ubi patrimoniorum communitatem à Phalea Chalcedonio introductam examinat, eamq; ad licitum ſanè, non magni tamen ad concordiam momenti eſſe ait, niſi uirtute & potentia contineatur.*

B.

Plato *5. de Legib. in prima ciuitatis inſtitutione agrorum & opũ æqualem partem ſingulis dari uult (quam hic Ariſt. uocat Aequationem bonorum) permittit deinde, ut ſinguli, ortem quam acceperunt æqualem quantum in ſe eſt augeant, ad duplum, triplum, uel quadruplum. Hinc claſſes ciuium facit quatuor, ut ne infimi minus poſſiderẽt prima illa ſorte, nec extremi plus quadruplo, medij eſſent qui uel duplum uel triplum haberent. Non igitur partitionem per ſe reprehendit Ariſt. ſed quòd nullã nuvexoiias rationem habuerit, ſi multi uel pauci filij naſcerentur, contrahendane an ampliãda magis ſint patrimonia. Num. 44. Per anthypophoram ergo cauſam neglecti numeri liberorum*

C, For-

C.

Formam Reip. [ink blot] mediam inter Democratiā & Oligarchiā conſtituere uidetur. N. 62. Ratio: Nam ij qui arma tenent, ut numero (quinq; millia, quadringenti) ſic uirtute cæteris ſuperiores, cæteros pro arbitrio regēt: eaq; propter quatenus ſoli imperant, Oligarchiæ ſpeciem præbebunt, reſpectu aliorum: quatenus uerò omnes imperant, Democratiæ. N. 63. Hanc igitur Reipublicæ formam Plato ut optimam introducit

- **Reſpectu** *maioris partis hominum, quibus uſui eſſe poteſt, ut optimam, hoc eſt, communi ſiuam fore intelligat, fortaſſis rectè fecerit.* N. 64.
- **Abſolutè**, *quaſi à prima illa in lib. decem de Repub. tradita ſecundas mereatur, non rectè fecit.* N. 65. *Oſtendit hoc ipſum*
  - **Comparatè** *cū alijs rebuſpub. quæ extāt, tali ratiocinatione:*
    - **Si** *Platonis teſtimonio quædam alia Reſpub. præterquam in com. de Legibus tradita, optima eſt, illa, quam in Legibus explicauit, pro optima non erit habenda. Nam quod optimum eſt, unum eſt in ſuo genere.*
    - **Nunc** *uerò etiam ex Platonis ſententia Reſpub. Spartana, aut quæuis alia, quæ magis etiā ariſtocratica eſt, optima ſtatus poterit. Argumentatio talis eſt:*
      - **Reſpub.** *optima eſt, quæ componitur ex*
        - **Omnibus** *inter ſe certa ratione attemperatis, (ut corpus temperatum Medici ex omnium qualitatum proba mixtione conſtituunt) ex ſententia aliorum.* N. 67.
        - **Duabus**, *ex Tyrānide ſcilicet & Democratia, ſecundùm Platonem, ut paulò poſt.*
      - **At Lacedæmoniorum** *Reſpub. cōponitur ſecūdùm alios quidem ex*
        - **Omnibus.** N. 69. *Aiūt enim ſi multitudinē habere imperij*
          - **Monarchiæ**, *Reges.* N. 70.
          - **Oligarchiæ**, *Senatū.* N. 71.
          - **Democratiæ**, *Ephoros.* Num. 72.
        - **Duab.** *uolunt enim*
          - **Ephorum** *magiſtratum Tyrannicum eſſe.* N. 73.
          - **Vitam** *reliquā ciuilem, quo ad Syſſitia & Patrimonia eſſe Democraticam* N. 74.
      - **Ergo** *Lacedæmoniorum Reſp. optima erit tum ex opinione*
        - **Aliorum** N. 68.
        - **Platonis** *uel inuiti.*
    - **Ergo** *illa quam com. de Legib. tradidit pro optima non erit habenda, ſed illi uel Spartana uel quæuis alia ad Ariſtocratiam propius accedēs præferenda.* N. 66.
  - **Per ſe.** *Præſupponit Plato, Remp. ex Democratia & Tyrānide mixtam eſſe optimā. Hāc uerò ſuam, quam in Legib. tradit, talem eſſe. Ergo Ariſt. per*
    - *ἀνασκευή, Maiorem Platonici ſyllogiſmi euertit:*
      - **Reſpublica** *optima eſt, quæ ex optimis uel compoſita uel mixta eſt.*
      - **At** *Reſpublica Platonica non eſt ex optimis compoſita. Componi enim illam uult ex Tyrānide & Democratia.* N. 75. *Quas alij uel Politias appellare dedignantur, uel certè omnium peſſimas ſtatuunt.* N. 76.
      - **Ergo** *Reſpublica Platonica non eſt optima, ſed quæuis alia aliorum ex pluribus formis mixta.* N. 77.
    - *ἀντικατασκευή Platonici ſyllogiſmi Minorē conuellit. Vt quàm maximè Platoni concedamus, Rempub ex Democratia & Tyrannide compoſitam eſſe optimam: at Platonica tamen lib. de Legibus tradita talis non eſt, cùm magis ad Oligarchiam inclinet. Quod ipſum*
      - **Proponit.** *Forma Reip. Platonicæ in com. de Legibus tradita*
        - **Non** *eſt Monarchica, ulla ſui parte.* N. 78.
        - **Eſt** *potius Oligarchica & Democratica.* N. 79. *Ita tamē ut magis ad oligarchiā uergat.* N. 80.
      - **Declarat** *ex Magiſtratuum conſtitutione, à quo tanquam parte præcipua, forma Reipublicæ deſumi poteſt atq; debet.* N. 81. *Vide ſequent. ſignum D.*
      - **Concludit.** *Ergo Rēpublicā Platonicam Oligarchicam maiori ex parte eſſe colligi poteſt tum ex ijs quæ*
        - **Dicta** *ſunt.* N. 94.
        - **Dicentur** *deinceps libro 4. quando Oligarchiæ conditiones ex profeſſo tractabimus* N. 95.

D. Etc.

D. Etenim

- **Commune** *tam Oligarchiæ quàm Democratiæ eſt, quòd aliquot per ſuffragia delecti, ſorte rurſus ad pauciores redi guntur. Num. 82.*
- **Propriũ** *oligarchiæ eſt, tũ quòd in*
  - **Genere Diuites**
    - **Coguntur** *ad magiſtratum capeſſendum, pauperes non item. N. 83. Quo ſtrategemate eos uti, qui oligarchiam introducere uolunt, infrà lib. 4. docebit.*
    - **Plures** *quàm pauperes magiſtratibus adhibentur. N. 84.*
    - **Primi** *& locupletiſſimi ſummis magiſtratibus potiuntur. N. 85.*
  - **Specie** *de Senatu præcipitur. Nu. 86. Senatum igitur Platonicam inſtitutionem*
    - **Propo** *nit. Ergo delectum*
      - **Primus** *à tota concione quotannis fit CCCLX uirorũ, ex quatuor ciuiũ claſſibus, ex qualibet claſſe nonageni: ea tamen lege, ut ſuffragia ferant*
        - **Omnes** *ciues uel inuiti in eligendis nonaginta uiris Claſſis* [illegible]
          - **Primæ.** N. 87.
          - **Secundæ.** Nu. 88.
        - **Non** *omnes ciues in deligendis nonaginta uiris claſſis*
          - **Tertiæ.** *In horum namq. delectu reliquis tribus claſſibus neceſſitatem, at quartæ claſſi libertatem ſuffragij dabat, uelolent néc ne. N. 89.*
          - **Quartæ.** *In horum delectu, primis & ſecundis claſſiarijs neceſſitatem imponebat, tertijs & quartis libertatem ſuffragandi permittebat. N. 90.*
      - **Secundus** *per ſuffragia prædictarum claſſium quatuor fiebat ijſdem legibus, uti prius, ita ut ex CCCLX medietas fupereſſet, nimirum ex qualibet claſſe XLV, & in uniuerſum CXXC uiri. N. 91.*
      - **Tertius** *ſortitione fiebat, ita ut ex his CXXC deligerentur XC ſenatores eius anni futuri.*
    - **Declarat.** *Hæc neceſſitas ſuffragiorum, quæ diuitioribus primæ & ſecundæ claſſis imponitur, & libertas quæ inferioribus claſſibus conceditur, manifeſtè oligarchica eſt: nimirum ut hac ratione plures locupletes quàm pauperes eligantur. N. 92. Ratio. Nam quia diuites primi & ſecundi cogentur uel inuiti in tertia & quarta claſſe ſuffragari, ſibi ſimiles potius quàm diſſimiles eligere uolent: at tertij & quarti quia non coguntur, libertate ſua interdum uti, & à ſuffragijs ceſſare, & diuitum coactæ ſuffragationis ſpectatores eſſe ſatis habebunt. N. 93.*

CAPVT VII.

À Phalea Chalcedonio introductam Reip. conſtitutionem examinat.

SVnt[1] aũt nonnullæ & aliæ reſpublicæ: hæ quidẽ idiotarum, hæ[2] uerò philoſophorum: nec[3] non eorum qui nauarint operam reipublicæ: cunctę[4] autem conſtitutis, & quibus in rep. adminiſtranda utuntur, propinquiores, quàm ſint hæ ambæ. Nemo[5] namq; neq; cõmunionẽ liberorũ neq; uxorũ nouauit, ut neq; publicas cœnas mulierũ: ſed[6] à rebus magis neceſſarijs initium capiũt. Videtur.n. quibuſdã, qđ ptinet ad rẽ familiarẽ maximũ eſſe, ſtatutũ bene. de[7] hac enim aiũt cũctos ſeditiões excitare. Quare[8] Phaleas Chalcedonius hoc primꝰ induxit: affirmat nãq;, oportere fortunas ciuium eſſe ęquales. Hoc[9] aũt efficere, cũ primũ

ΕΙΣΙ[1] δέ τινες πολιτεῖαι καὶ ἄλλαι, αἱ μὲν ἰδιωτῶν, αἱ[2] δὲ φιλοσόφων, καὶ[3] πολιτικῶν· πᾶσαι[4] δὲ τῶν καθεστηκυιῶν, καὶ καθ' ἃς πολιτεύονται νῦν, ἐγγύτεραί εἰσι τούτων ἀμφοτέρων. οὐδεὶς[5] γὰρ οὔτε τὴν περὶ τὰ τέκνα κοινότητα, καὶ τὰς γυναῖκας, ἄλλως κεκαινοτόμηκεν· οὔτε περὶ τὰ συσσίτια τῶν γυναικῶν· ἀλλ'[6] ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων ἄρχονται μᾶλλον. δοκεῖ γάρ τισι, τὸ περὶ τὰς οὐσίας εἶναι μέγιστον τετάχθαι καλῶς· περὶ[7] γὰρ τούτων ποιεῖσθαί φασι τὰς στάσεις πάντας. διὸ[8] Φαλέας ὁ χαλκηδόνιος τοῦτ' εἰσήνεγκε πρῶτος· φησὶ γὰρ δεῖν ἴσας εἶναι τὰς κτήσεις τῶν πολιτῶν. τοῦτο[9] δ' ᾤετο κατοικιζομέναις μὲν εὐθὺς, οὐ χαλεπὸν

SVnt[1] autem quædam et aliæ reipub. adminiſtrandæ formæ, aliæ ab indoctis, aliæ[2] à philoſophis, &[3] ciuitatis regendæ peritis inuentæ atque inſtitutæ: quæ[4] omnes propius, quã hæ ambæ Socraticæ, ad eas, quæ nunc conſtitutæ ſunt, & quibus nunc utuntur, accedunt. Nullus[5] enim neque nouum illud de communione liberorum & uxorum, neque alterum de ſodalitijs & conuiuijs mulierum commentum reperit, ſed[6] à neceſſarijs ordiuntur potius. Videtur enim quibuſdam eſſe maximum, id quod ad facultates rei familiaris pertinet, in ordinem rectum eſſe adductum. De[7] his enim ſeditiones ab omnibus commoueri dicunt. Quapropter[8] Phaleas Chalcedonius hoc induxit primus. Ait enim, ciuium bona æqualia eſſe oportere. Atque[9] hoc quidem eo ſtatim tempore, quo tempore primum

conduntur urbes, nõ magni negocij eſſe putauit: conſtitutas [10] uerò iam emẽdare, laborioſius: ſed tamẽ celerrimè ipſas adęquari, ſi inſtitutũ fuerit, ut locupletes dotes dent, non autẽ accipiãt. pauperes aũt nõ dent, ſed accipiant. Plato [11] autem, leges ſcribens, quodam tenus putauit oportere permittere: plus tamen quincuplo minimi peculij nulli ciui licere patrimoniũ habere, quemadmodum dictũ eſt prius. Opus [12] eſt autem neque hoc fallere eos, qui ſic lege ſtatuunt, quod nunc ipſos fallit: conuenire illis, poſtquã definiunt patrimonij multitudinem, definire etiam multitudinem liberorum. Si [13] namque ualde ſuperarit numerus liberorum numerum patrimonij, neceſſe fore legem diſſolui: & [14] præter diſſolutionem ipſius, malum eſt multos è diuitibus fieri pauperes. Arduum [15] enim eſt, non cupidos rerum nouarum eſſe huiuſcemodi homines. Habere [16] igitur uim & poteſtatẽ quandã ad ciuilem cõmunionẽ patrimonij ęqualitatẽ, priſcorũ etiã quidã perſpiciuntur cognoſſe: quale [17] etiã lege Solõ cõplexus eſt: & [18] apud alios eſt lex, quę uetat poſſidere tantũ telluris, quãtũ quis uelit. Similiter [19] aũt & patrimoniũ uẽdere leges uetãt: quẽadmodũ [20] apud Locros lex eſt, q̃ nõ ſinit uẽdere, niſi aliquis euidentẽ calamitatẽ oſtẽderit ſibi contigiſſe. Adhuc [21] aũt ueteres agellos ſorte datos, cõſeruare. Hoc [22] aũt diſſolutũ Leucade, popularẽ ualde rẽp. eorũ reddidit. Neq; [23] enim amplius uſu ueniebat à definitis cẽſibus in magiſtratus peruenire. Verũ [24] ſtat, æqualitatẽ exiſtere patrimonij. hoc autẽ uel ita multũ, ut liceat delitioſè uiuere: uel ualde paucũ, ut neceſſe ſit uiuere exiliter. Planũ [25] igitur eſt, ſatis nõ eſſe, fortunas ęquales facere legislatorẽ, uerũ mediũ ſibi proponẽdũ eſt. Pręterea [26] ſi qs mediocrẽ definierit rẽ familiarẽ omnib. nihil ꝓdeſt: magis .n. opus eſt cupiditatẽ adęquare, quã rem. Hoc [27] aũt nõ obtinetur, niſi inſtituti ſint à legib. quod ſatis ſit. Sed [28] fortaſſe diceret Phaleas, ſe ſanè hæc dicere. Arbitratur enim, duorum horum oportere æqualitatem ciuitatibus adeſſe,

rei ſa-

τὸν ᾤετο ποιεῖν. τὰς [10] δὲ κατοικουμένας, ἐργωδέστερον μὲν, ὅμως δὲ τάχιστ' ἂν ὁμαλισθῆναι, τῷ τὰς προῖκας τοὺς μὲν πλουσίους διδόναι μὲν, λαμβάνειν δὲ μή· τοὺς δὲ πένητας, μὴ διδόναι μὲν, λαμβάνειν δέ. πλάτων [11] δὲ τοὺς νόμους γράφων, μέχρι μέν τινος ᾤετο δεῖν ἐᾶν· πλεῖον δὲ τοῦ πενταπλασίαν εἶναι τῆς ἐλαχίστης, μηδενὶ τῶν πολιτῶν ἐξουσίαν εἶναι κτήσασθαι, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον. δεῖ [12] δὲ μηδὲ τοῦτο λανθάνειν τοὺς οὕτω νομοθετοῦντας, ὃ λανθάνει νῦν, ὅτι τὸ τῆς οὐσίας τάττοντας πλῆθος, προσήκει καὶ τῶν τέκνων τὸ πλῆθος τάττειν. ἐὰν [13] γὰρ ὑπεραίρῃ τῆς οὐσίας τὸ μέγεθος ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς, ἀνάγκη τόν γε νόμον λύεσθαι καὶ [14] χωρὶς τῆς λύσεως, φαῦλον τὸ πολλοὺς ἐκ πλουσίων γίνεσθαι πένητας· ἔργον [15] γὰρ μὴ νεωτεροποιοὺς εἶναι τοὺς τοιούτους. διότι [16] μὲν οὖν ἔχει τινὰ δύναμιν εἰς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν ἡ τῆς οὐσίας ὁμαλότης, καὶ τῶν πάλαι τινὲς φαίνονται διεγνωκότες· οἷον [17] καὶ σόλων ἐνομοθέτησε. καὶ [18] παρ' ἄλλοις ἐστὶ νόμος, ὃς κωλύει κτᾶσθαι γῆν, ὁπόσην ἂν βούληταί τις. ὁμοίως [19] δὲ καὶ τὴν οὐσίαν πωλεῖν οἱ νόμοι κωλύουσιν· ὥσπερ [20] ἐν λοκροῖς νόμος ἐστὶ μὴ πωλεῖν, ἐὰν μὴ φανερὰν ἀτυχίαν δείξῃ συμβεβηκυῖαν. ἔτι [21] δὲ τοὺς παλαιοὺς κλήρους διασώζειν. τοῦτο [22] δὲ λυθὲν καὶ περὶ λευκάδα, δημοτικὴν ἐποίησε λίαν τὴν πολιτείαν αὐτῶν· οὐ [23] γὰρ ἔτι συνέβαινεν ἀπὸ τῶν ὡρισμένων τιμημάτων εἰς τὰς ἀρχὰς βαδίζειν· ἀλλ' [24] ἔστι τὴν ἰσότητα μὲν ὑπάρχειν τῆς οὐσίας, ταύτην δ' ἢ λίαν εἶναι πολλὴν, ὥστε τρυφᾶν· ἢ λίαν ὀλίγην, ὥστε ζῆν γλίσχρως. δῆλον [25] οὖν ὡς οὐχ ἱκανὸν τὸ τὰς οὐσίας ἴσας ποιῆσαι τὸν νομοθέτην, ἀλλὰ τοῦ μέσου στοχαστέον. ἔτι [26] δ' εἴ τις καὶ τὴν μετρίαν τάξειεν οὐσίαν πᾶσιν, οὐδὲν ὄφελος. μᾶλλον γὰρ δεῖ τὰς ἐπιθυμίας ὁμαλίζειν, ἢ τὰς οὐσίας. τοῦτο [27] δ' οὐκ ἔστι, μὴ παιδευομένοις ἱκανῶς ὑπὸ τῶν νόμων. ἀλλ' [28] ἴσως ἂν εἴποι ἂν ὁ φαλέας, ὅτι ταῦτα τυγχάνει λέγων αὐτός. οἴεται γὰρ δυοῖν τούτοιν ἰσότητα δεῖν ὑπάρχειν ταῖς πόλεσι, κτή-

primùm urbes conduntur & habitantur, facere non difficile eſſe exiſtimabat: conditis [10] autem iam urbibus & conſtitutis ciuitatibus, maioris hoc quidem fore negotij, ſed tamen celerrimè facultates ciuium ad æqualitatem redactum iri, ſi diuites quidẽ filias ſuas collocantes dent dotes, ipſi uerò uxorem ducentes non accipiant: & contrà, pauperes non dent, accipiant ipſi. Plato [11] uerò cùm leges ſcriberet, quadamtenus exiſtimabat facultates augere ſinere oportere: amplius autem acceptas augere atque amplificare quærendo, quàm ut eſſent quincuplæ minimarum, nemini ex ciuibus licere, quemadmodum & antea dictum eſt. Non [12] debent autem hoc ignorare, qui tales leges ferunt, quod nunc ignoratur, eos, qui facultatum magnitudinem præfiniunt, etiam liberorum numerum præfinire conuenire. Si [13] enim facultatum magnitudinem ſuperet liberorum numerus ac multitudo, primùm lex antiquetur neceſſe eſt: deinde [14] præter legis antiquationem, multos ex diuitibus pauperes fieri malum eſt. Difficile [15] enim eſt tales homines res nouas non moliri. Bonorum [16] igitur æqualitatem uim aliquam habere ad ſocietatem ciuilem, nonnulli ex ueteribus uidentur intellexiſſe: cuiuſmodi [17] & Solon legem compoſuit: & [18] apud alios lex lata eſt, quæ uetat tantum agri comparare, quantum quiſq; uelit. Itemq́; [19] rem ſuam familiarem uendere leges uetãt: quemadmodum [20] apud Locros lex ſancita eſt, ne quis patrimonium ſuum uendat, niſi manifeſtam calamitatem ſibi oſtendat accidiſſe. Præterea [21] uerò iubet patrimonia hæreditaria antiqua, quæ cuiq; ſortitione facta obuenerunt, ſeruari. Hoc [22] autem Leucade conuulſum ac ſublatum, Leucadiorum remp. nimis popularem reddidit. Non [23] enim iam amplius eueniebat, ut ex cenſibus præfinitis ac deſcriptis, ad magiſtratus proueherentur. Sed [24] fieri poteſt, ut bonorum quidem ſit æqualitas: uerùm hæc aut ſint nimis multa, ut profusè ac luxurioſè uiuant: aut nimis pauca, ut tenuiter & ſordidè. Perſpicuum [25] igitur eſt, non ſatis eſſe latorem legis bona ciuium adæquare, ſed medium animo eſſe deſtinandum. Præterea [26] uerò etiã ſi quis certas omnibus res familiaris facultates deſcripſerit ac præfinierit, nihil proficiet. Cupiditates enim exæquãdæ ſunt potius, quàm facultates. Hoc [27] autem eſſe non poteſt, niſi ciues tantum, quantum ſatis eſt, fuerint à legib. eruditi atq; inſtituti. Sed [28] fortaſſe dicat Phaleas, hæc à ſe ipſo commemorari ac prouideri. Exiſtimat enim horum duorum ciuitatibus æqualitatem eſſe oportere, poſſeſſio-

nis;

rei ſamiliaris & diſciplinæ. At [29] diſciplinam, quæ nam erit, opus eſt aperire: & unam & eandem eſſe diſciplinam, nihil prodeſt. Licet [30] enim eandem & unam eſſe diſciplinam: uerùm hanc eſſe talem, è qua euadent procliues ad plus iuſto quærendum uel pecuniæ, uel honoris, uel amborum ſimul. Præterea [31] diſsident non ſolùm propter inæqualitatem bonorum, uerumetiã propter honorum: contra [32] autem utriq;. Multitudo [33] enim propter inæqualitatem fortunarum: politi [34] autem homines de honoribus inter ſe diſcordant, ſi æquales fuerint Vnde [35] illud,

In eodem honore bonus & malus miles.

Non [36] ſolùm autem homines propter res neceſſarias iniurias faciunt (quarũ [37] medicinã eſſe putat æqualitatem bonorum, ut non cogantur pallium cuiquam detrahere, ne rigeant aut eſuriant) ſed etiam ut gaudeant, & non cupiditatibus flagrent. Si [38] namque maiore cupiditate exarſerint, quàm ferãt res neceſſariæ, ut medeantur huic, iniuriam facient. Non [39] igitur propter hanc ſolùm, ſed etiam, ſi concupierint, ut gaudeant uoluptatibus, quæ uacuæ ſunt ab ægritudine. Quæ [40] igitur medicina trium horum? His [41] quidem, res familiaris modica & induſtria: his [42] autem, temperantia: tertium [43] autem, ſi aliqui uelint per ſe gaudere, non deberent quærere medicinam, niſi à ſtudio ſapientiæ. Cæteræ [44] namque hominibus egent. Quia [45] maximas iniurias faciunt, ut potiantur exuperantijs rerum, & non propter res neceſſarias: ceu [46] imponunt libertati, non ne rigeant. Vnde [47] magni honores dantur, non ſi interfecerit aliquis furem, ſed tyrannum. Quare [48] contra paruas iniurias opitulatur tantùm modus reipub Phaleæ. Præterea [49] multa uult cõſtituere, è quibus, quæ faciunt ad ſemetipſos, adminiſtrent publicè bene. Oportet [50] autem & quæ ad uicinos populos, & extra poſitos omnes. Neceſſe [51] igitur eſt, rempub. inſtructam eſſe ad robur bellicum: de [52] qua diſciplina ille uerbum non fecit. Similiter [53] autem & de poſſeſſione

σεως καὶ παιδείας. ἀλλὰ [29] τίνα τε παιδείαν, ἢ τις ἔσται, δεῖ λέγειν· καὶ τὸ μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν, οὐδὲν ὄφελος. ἔστι [30] γὰρ τὴν αὐτὴν μὲν εἶναι καὶ μίαν, ἀλλὰ ταύτην εἶναι τοιαύτην, ἐξ ἧς ἔσονται προαιρετικοὶ τοῦ πλεονεκτεῖν ἢ χρημάτων, ἢ τιμῆς, ἢ συναμφοτέρων. ἔτι [31] στασιάζουσιν οὐ μόνον διὰ τὴν ἀνισότητα τῆς κτήσεως, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν τιμῶν. τοὐναντίον [32] δὲ περὶ ἑκάτερον. οἱ μὲν [33] γὰρ πολλοὶ διὰ τὸ περὶ τὰς κτήσεις ἄνισον, οἱ δὲ [34] χαρίεντες, περὶ τῶν τιμῶν, ἐὰν ἴσαι. ὅθεν [35] καὶ

Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ὁ μὲν κακὸς, ὁ δὲ καὶ ἐσθλός.

οὐ [36] μόνον δ᾽ οἱ ἄνθρωποι διὰ τἀναγκαῖα ἀδικοῦσιν, ὧν [37] ἄκος εἶναι νομίζει τὴν ἰσότητα τῆς οὐσίας, ὥστε μὴ λωποδυτεῖν, διὰ τὸ ῥιγοῦν, ἢ πεινῆν· ἀλλὰ καὶ ὅπως χαίρωσι, καὶ μὴ ἐπιθυμῶσιν. ἐὰν [38] γὰρ μείζω ἔχωσιν ἐπιθυμίαν τῶν ἀναγκαίων, διὰ τὴν ταύτης ἰατρείαν ἀδικήσουσιν. οὐ [39] τοίνυν διὰ ταύτην μόνον, ἀλλὰ καὶ ἂν ἐπιθυμοῖεν, ἵνα χαίρωσι ταῖς ἄνευ λυπῶν ἡδοναῖς. τί [40] οὖν ἄκος τῶν τριῶν τούτων; τοῖς [41] μὲν οὐσία βραχεῖα καὶ ἐργασία· τοῖς [42] δὲ, σωφροσύνη· τρίτον [43] δ᾽, εἴ τινες βούλοιντο δι᾽ αὐτῶν χαίρειν, οὐκ ἂν ἐπιζητοῖεν, εἰ μὴ παρὰ φιλοσοφίας, ἄκος· αἱ [44] γὰρ ἄλλαι, ἀνθρώπων δέονται. ἐπεὶ [45] ἀδικοῦσί γε τὰ μέγιστα διὰ τὰς ὑπερβολὰς, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τὰ ἀναγκαῖα. οἷον [46] τυραννοῦσιν, οὐχ ἵνα μὴ ῥιγῶσι· διὸ [47] καὶ αἱ τιμαὶ μεγάλαι ἂν ἀποκτείνῃ τις, οὐ κλέπτην, ἀλλὰ τύραννον. ὥστε [48] πρὸς τὰς μικρὰς ἀδικίας βοηθητικὸς μόνον ὁ τρόπος τῆς Φαλέου πολιτείας. ἔτι [49] τὰ πολλὰ βούλεται κατασκευάζειν, ἐξ ὧν τὰ πρὸς αὑτοὺς πολιτεύσονται καλῶς. δεῖ [50] δὲ καὶ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας, καὶ τοὺς ἔξωθεν πάντας. ἀναγκαῖον [51] ἄρα τὴν πολιτείαν συντετάχθαι πρὸς τὴν πολεμικὴν ἰσχὺν, περὶ [52] ἧς ἐκεῖνος οὐδὲν εἴρηκεν. ὁμοίως [53] δὲ καὶ περὶ τῆς

nis & inſtitutionis. Sed [29] primum quæ ſit futura inſtitutio, dicendum erat. Deinde [30] nihil prodeſt unam & eandem eſſe. Fieri enim poteſt, ut una quidem & eadem ſit: ſed hæc ſit talis tamen, ut ex ea facilè conſilium capiãt appetendi, ſibiq́ arrogandi uel pecunias, uel honores, uel utraque iuſto ampliora. Præterea [31] ſeditionem ſolent facere ciues propter inæqualitatem non ſolum bonorum, uerumetiam honorũ: ſed [32] contrario utrunq́ modo. Vulgus [33] enim propter fortunarum & rei familiaris inæqualitatem concitatur: politiores [34] & uenuſtiores homines de honorib. contendunt & concertant cũ uulgo, ſi ſint æquales. Ex [35] quo & illud,

Fortis & ignauus pari afficiuntur honore.

Non [36] ſolùm autem propter res ad uictum neceſſarias homines iniuriam faciunt (cuius remedium eſſe putat fortunarum æqualitatem, ut ne quem frigore, aut fame coacti, ueſtitu bonisq́ ſpolient) uerumetiam [37] propter uoluptatem, ac dolorem ex cupiditate manantem: ut & uoluptatibus perfruantur, & doloribus cupiditatum careant, libidinesq́ ſuas expleant. Nam [38] ſi cupiditatem maiorem habeant, quàm res neceſſariæ poſtulent: ut huic cupiditati medeantur, iniuriam facient. Neque [39] propter huius cupiditatis medicinam tantùm ad iniuriam inferendam adducuntur, uerumetiam ſi concupiſcant, ut uoluptates percipiant dolorum expertes. Quódnam [40] igitur horum trium malorum remedium? Illis [41] quidem rem familiarem exiguam habere, & ex labore atque opera quæſtum facere: alteris [42] autem temperantia: tertium [43] porrò remedium, ſi qui per ſe gaudere uelint, non eſt quòd aliunde, quàm à philoſophia requirant. Nam [44] cæteræ uoluptates ſine hominum opera contingere non poſſunt. Enimuerò [45] maximas iniurias inferunt homines propter cupiditates immoderatas, & non propter res neceſſarias: uerbi [46] gratia, tyrannidem occupant, populumq́ impio dominatu opprimunt, non ut ne algeant, ſed ut ſuas libidines impunè expleant. Iccircò [47] magna præmia propoſita ſunt non ei, qui furem: ſed ei, qui tyrannum occiderit. Quare [48] ad paruas, leuesq́ iniurias repellendas ac defendẽdas ſolùm unum habet reip. adminiſtrandæ modus à Phalea inuentus. Præterea [49] multa ex iis, quæ ab eo excogitata & inducta ſunt, eò ſpectant, eoq́ referuntur, ut ciues quidem inter ſe ciuitatem habeant bene conſtitutam: ſed [50] oportebat etiam aduerſus finitimos & externos omnes. Nimirum [51] neceſſe eſt, omnem reipub. adminiſtrandæ formam ita eſſe deſcriptam atque ordinatam, ut uiribus & copiis bellicis inſtructa ſit: de [52] quibus ille ne uerbum quidem fecit. Similiter [53] uero & de facul-

ſione bonorum. Opus [54] eſt enim non ſolùm ad ciuiles uſus ipſam ſatis eſſe, uerumetiam ad pericula externa. Qoare [55] neque tantam oportet copiam eſſe, ut uicini & potentiores eorum cupiditate corripiantur: qui autem poſsident, ulciſci non ualeant in ſe irrumpentes: neque [56] adeò exilem, ut pares non ſint bello ſuſtinendo, ne æqualium etiam & ſimiliũ. Ille [57] igitur nihil definijt. Decet [58] autem hoc nos minimè ignorare, prodeſſe copiam bonorum. Fortaſſe [59] igitur optimus finis eſt, utile non eſſe potentioribus, propter exuperantiam bellum inferre: uerùm ſic, ut etiam facerent, niſi tantum bonorũ haberent. Ceu [60] Eubulus, cùm Autophradates paratus eſſet ad oppidum Atarnea obſidendũ, iuſsit ipſum, cũ cogitarit, quãto temporis interuallo capiet locum, ſubducere rationem ſumptus, quem faciet illo tempore: uelle enim ſe, ſi minus etiam acceperit, relinquere ſtatim Atarnea. Quę cúm dixiſſet, fecit ut Autophradates, uerſans animo diligenter rem, ſibi temperaret ab obſidione. Eſt [61] igitur quiddam eorum, quæ conducunt, patrimonia eſſe æqualia ciuibus, ne inter ſe diſcordent: non [62] tamen magnum quippiam, ut ita loquar. Etenim [61] politi homines ſtomacharentur, ut non digni æqualibus. Quare [64] apparet, ipſos ſæpe inſidiari, & ſeditiones facere. Adhuc [65] autem improbitas hominum eſt quiddam inexplebile. Et [66] primùm quidem ſatis erant duo tantùm oboli: quando autem hoc iam factũ fuerit peculiare, ſemper egent pluribus, donec ad infinitum uenerint. Extremum [67] enim non habet natura cupiditatis, ad expletionem cuius multi mortales uiuunt. Huiuſcemodi [68] igitur omniũ initium eſt, potius quàm patrimonia adæquare, illos, [69] qui ſunt probi natura, tales reddere, ut nolint plus iuſto habere: improbos [70] autem, ut nõ poſſint. Hoc [71] autem eſt, ſi inferiores extiterint, & nullam [72] iniuriam acceperint. Non [71] bene autem neqoe æqualitatem bonorum ſtatuit. Quod pertinet enim ad telluris poſſeſsionem, ſolùm adæquat. Conſtant [74] enim diuitiæ & ſeruis, & pecore, & pe-

τῆς κτήσεως. δεῖ [54] γὰρ οὐ μόνον πρὸς τὰς πολιτικὰς χρήσεις ἱκανὴν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν κινδύνους. διόπερ [55] οὔτε τοσοῦτον δεῖ πλῆθος ὑπάρχειν, ὧν οἱ πλησίον, καὶ κρείττους, ἐπιθυμήσουσιν· οἱ δὲ ἔχοντες, ἀμύνειν οὐ δυνήσονται τοὺς ἐπιόντας· οὔθ' [56] οὕτως ὀλίγην, ὥστε μὴ δύνασθαι πόλεμον ὑπενεγκεῖν, μηδὲ τῶν ἴσων καὶ τῶν ὁμοίων. ἐκεῖνος [57] μὲν οὖν οὐδὲν διώρικε. δεῖ [58] δὲ τοῦτο μὴ λανθάνειν, ὅτι συμφέρει πλῆθος οὐσίας. ἴσως [59] οὖν ἄριστος ὅρος, τὸ μὴ λυσιτελεῖν τοῖς κρείττοσι διὰ τὴν ὑπερβολὴν πολεμεῖν· ἀλλ' οὕτως, ὡς ἂν καὶ μὴ ἐχόντων τοσαύτην οὐσίαν. οἷον [60] Εὔβουλος, Αὐτοφραδάτου μέλλοντος Ἀταρνέα πολιορκεῖν, ἐκέλευσεν αὐτὸν, σκεψάμενον ἐν πόσῳ χρόνῳ λήψεται τὸ χωρίον, λογίσασθαι τοῦ χρόνου τούτου τὴν δαπάνην· ἐθέλειν γὰρ ἔλαττον τούτου λαβὼν ἐκλιπεῖν ἤδη τὸν Ἀταρνέα. ταῦτα δ' εἰπὼν, ἐποίησε τὸν Αὐτοφραδάτην, σύννουν γενόμενον, παύσασθαι τῆς πολιορκίας. ἔστι [61] μὲν οὖν τι τῶν συμφερόντων, τὸ τὰς οὐσίας εἶναι ἴσας τοῖς πολίταις, πρὸς τὸ μὴ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους. οὐ [62] μὴν μέγ' οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν. καὶ [61] γὰρ ἂν οἱ χαρίεντες ἀγανακτοῖεν ἂν, ὡς οὐκ ἴσων ὄντες ἄξιοι. διὸ [64] καὶ φαίνονται πολλάκις ἐπιτιθέμενοι καὶ στασιάζοντες. ἔτι [65] δ' ἡ πονηρία τῶν ἀνθρώπων, ἄπληστον. καὶ [66] τὸ πρῶτον μὲν ἱκανὸν διωβολία μόνον. ὅταν δ' ἤδη τοῦτ' ᾖ πάτριον, ἀεὶ δέονται τοῦ πλείονος, ἕως εἰς ἄπειρον ἔλθωσιν. ἄπειρος [67] γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις· ἧς πρὸς τὴν ἀναπλήρωσιν οἱ πολλοὶ ζῶσι. τῶν [68] οὖν τοιούτων ἀρχὴ μᾶλλον τοῦ τὰς οὐσίας ὁμαλίζειν, τὸ τοὺς [69] μὲν ἐπιεικεῖς τῇ φύσει, τοιούτους παρασκευάζειν, ὥστε μὴ βούλεσθαι πλεονεκτεῖν· τοὺς [70] δὲ φαύλους, ὥστε μὴ δύνασθαι. τοῦτο [71] δ' ἐστὶν, ἂν ἥττους τε ὦσι, καὶ [72] μὴ ἀδικῶνται. οὐ [71] καλῶς δ' οὐδὲ τὴν ἰσότητα τῆς οὐσίας εἴρηκε. περὶ γὰρ τὴν τῆς γῆς κτῆσιν ἰσάζει μόνον. ἔστι [74] δὲ καὶ δούλων, καὶ βοσκημά-
των

facultatibus rei familiaris. Non [54] enim ſatis magnas ſuppetere oportet ad uſus ciuiles tantùm, uerumetiam ad pericula externa. Quapropter [55] neque tanta bonorum copia praſtò eſſe debet, ut ea finitimi quidem & potentiores concupiſcant: qui habent autem, ab iniuria incurrentium hoſtium tueri non poſſint: neque [56] tanta anguſtiæ, ut bellum ſuſtinere non queant, ne à paribus quidem & ſimilibus illatum. Ille [57] igitur de his nihil definiuit. At [58] obſcurum eſſe non debet, quanta rei familiaris cuiuſque ciuium copia ciuitati conducant. Fortaßis [59] igitur definitio fuerit earum optima, non propter facultatum magnitudinem immenſam, & immoderatam, finitimorum potentiorum intereſſe, bellum his inferre, ſed rationes illorum poſtulare, ut his bellum inferant, etiam ſi tantas facultates & diuitias non habeant. Quemadmodum [60] Eubulus, cùm Autophradates Atarnea obſidere atque oppugnare cogitaret, ſuaſit ei, ut complexus animo temporis ſpacium, quod in urbe capienda conſumeret, huius temporis ſumptus rationem ſubduceret. minore enim pecunia accepta adductum iri, ut obſidionem Atarnes relinqueret. Hac oratione fecit, ut Autophradates re diligenter & attentè conſiderata, urbis oppugnandæ finem fecerit, conſiliumq́ abiecerit. Aliquantum [61] igitur utile eſt, facultates rei familiaris ciuibus inter ipſos æquales eſſe, ne ſeditionem inter ſe faciant: non [62] tamen admodum magna hac utilitas eſt, ut id, quod ſentio, dicam. Nã [61] politi & uirtute aliqua ornati homines hoc indignè ferant, & querantur, quaſi digni ſint bonis amplioribus, non æqualibus. Quapropter [64] etiam eos ſæpe uidemus in alios ciues inuadere, & ſeditionem excitare. Præterea [65] uerò inexplebile quiddam eſt hominũ improbitas. At [66] primùm ſatis habent duos obolos duntaxat accipere: ubi autem hoc patrium & auitum fuerit, ſemper eo amplius deſiderant, donec in immenſum progreßi fuerint. Infinita [67] enim & immenſa eſt cupiditatis natura: ad quam explendam plerique homines omne ſtudium, atque adeo omnes uitæ rationes conferunt. Talium [68] igitur rerum principium & caput eſt, eos [69] quidem, qui natura modeſti & boni ſunt, tales efficere, ut plus iuſto habere nolint: malos [70] autẽ & improbos, ut non poßint, potius quã bona ciuium exæquare. Non [71] poterũt autem ſi & gradu ſint inferiores, & [72] non afficiantur iniuria. Sed [71] ne hanc quidem bonorum æquationem rectè expoſuit. Nam in agrorum poſſeßione duntaxat bona uult æquari. Atqui [74] & in ſeruis & in pecoribus & in mi-

& pecunia, & multo quoq; apparatu eorũ, quæ ſupellectilis nomine oſtẽduntur. Vel [75] omniũ igitur horũ ęqualitas quærenda eſt, aut ſaltẽ ordo quidã moderatus, uel cũcta ſoluta relinquẽda. Apparet [76] aũt è legib. ſcriptis, ipſum cõdere paruã urbẽ: ſi quidẽ opifices cũcti publici erũt, nec quicquã cõplemẽti adferẽt ciuitati. At [77] ſi quidẽ opus eſt publicos eſſe, q publica opera conficiunt: oportet, quẽadmodũ Epidamni fit, & quẽadmodũ Diophantus Athenis instituit, tẽ ſe habere hoc pacto. De [78] rep. igitur Phaleæ fermè ex his uideret aliquis, ſi qd bene dixit, uel non bene.

τῶν πλούτου, καὶ νομίσματος, καὶ κατασκευὴ πολλὴ τῶν καλουμένων ἐπίπλων. ἢ [75] πάντων οὖν τούτων ἰσότητα ζητητέον, ἢ τάξιν τινὰ μετρίαν, ἢ πάντα ἐατέον. φαίνεται [76] δ᾽ ἐκ τῆς νομοθεσίας κατασκευάζων τὴν πόλιν μικράν, εἴ γ᾽ οἱ τεχνῖται πάντες δημόσιοι ἔσονται, καὶ μὴ πλήρωμά τι παρέξονται τῆς πόλεως. ἀλλ᾽ [77] εἴπερ δεῖ δημοσίους εἶναι τοὺς τὰ κοινὰ ἐργαζομένους, δεῖ καθάπερ ἐν Ἐπιδάμνῳ τε καὶ ὡς Διόφαντός ποτε κατεσκεύαζεν Ἀθήνησι, τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. περὶ [78] μὲν οὖν τῆς Φαλέου πολιτείας σχεδὸν ἐκ τούτων αὐτὶς θεωρήσειεν, εἴ τι τυγχάνει καλῶς εἰρηκώς, ἢ μὴ καλῶς.

mis diuitiæ conſiſtunt: ſunt & in multo ſupellectilis, quæ appellatur, apparatu, multóque inſtrumento. Aut [75] horum igitur omnium quærenda æqualitas eſt, aut hæc in aliquem ordinem moderatum redigenda ſunt, aut omnia ſunt prætermittenda. Videtur [76] autem ex legibus a ſe poſitis paruam ciuitatem efficere, ſiquidem opifices omnes erunt ſerui publici, neq; partis ullius, qua expleatur ciuitas, locum obtinebunt. Quod ſi [77] ſeruos publicos eſſe oportet eos, qui communia artificia exercent, debet hoc ita ſe habere, ut Dyrrachij, & ut aliquando Diophantus Athenis instituit. De [78] Phalea igitur reipub. adminiſtrandæ ratione, aliquid ne ille rectè dixerit, an ſecus, propemodum quis ex his intelligere queat.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Sunt autem nonnullæ.) Cùm diſputaſſet contra ambas reſp. Platonis, & quid uitij in ipſis ſit oſtendiſſet: tranſit nunc ad alias nonnullas examinandas. primùm autem Phaleæ Chalcedonij. De cunctis uerò his, cùm prius auctores ipſarum uarios fuiſſe demonſtraſſet (partim enim illorum erant idiotæ, partim docti uiri, partim diu uerſati in republica, magnum uſum ipſius habebant) de cunctis, inquam, his rebus publicis communiter enunciat, ipſas propius accedere ad reſp. eas, non oratione tantùm ædificatas, & quas aliquæ ciuitates receperint, quàm faciant ambæ illæ Platonis. Cuius ſuæ ſententiæ ſtatim cauſam adfert, dicens, neminem eorum, neque communionem liberorum, neque uxorum contra conſuetudinem uiuendi eò induxiſſe, neque communes illas cœnas mulierum excogitaſſe, uerùm à rebus magis neceſſarijs initium duxiſſe ſuarum rerump. conſtruendarum. Quod uerò ſuprà idiotas appellauit, intellexit eo nomine non rudes & imperitos rerum homines, ſed qui non haberent animum excultum ſubtilibus artibus, & contrarios demum illis, quos philoſophos uocauit. quemadmodum etiam M. Cicero id nomen cepit pro P. Seſtio, cũ inquit: Poſtquam rem paternam ab idiotarum diuitijs ad philoſophorum regulam perduxit. Sed tamen, quod mirum eſt, uidetur nomine idiotarum illos quoque appellaſſe, qui nullum uſum haberent reip. adminiſtrandæ, quamuis magni ingenij homines forent. niſi enim tales extitiſſent, non animum adplicaſſent ad reſp. attingendas. Illud etiam, quod addidit, cùm πολιτικῶν dixiſſet, καὶ περὶ ἃς πολιτευόμενοι, eſt quaſi declaratio antecedentis illius nominis.

Videtur enim quibuſdam.) Docet uerum eſſe quod dixit, cæteros omnes præter Platonem initium duxiſſe à rebus magis neceſſarijs. Videtur enim, inquit, quibuſdam, quod ad bona ciuium facit, maximum omnium eſſe, ſi probè cõſtituatur. cuius ſui iudicij rationem hanc reddebant: aiebant enim, contrarium huius gignere in ciuitate diſcordias. Videre enim licet, inæqualitatem bonorum fontem & cauſam eſſe ſeditionum. Quare, inquit, Phaleas, patria Chalcedonius, huic malo uiam obſtruere uoluit: primuſque hic in ſuam, quã finxit, rempublicã, æqualitatẽ fortunarũ importauit.

Affirmat namq; oportere.) Hoc erat quaſi ſolum ac fundamentũ reipublicæ, quam informarat Phaleas. Aiebat enim, in primis operam dandam, ut poſſeſſiones bonorum ęquales in ciuitate forent. Hoc autem nullum negotium eſſe, mox et in principio ſtatim urbis condendæ: cùm uerò eo tempore neglectum fuerit, indeq; extiterit in ciuitate inæqualitas magna fortunarum, poſſe difficilius quidem id obtineri: ſed tamen, ſi quis conſilium ſuum ſequatur, celeriter hãc labem correctum iri affirmat, peculiaq; ad æqualitatem peruentura. Ratio ab ipſo excogitata erat, ut diuites dotes filiabus, quas cum tenuioribus lege cogerentur collocare, darent, non tamen ipſi ab uxoribus illius loci atque ordinis acciperent: pauperes autem contrà non darent, ſed acciperent. In mentem hoc etiam uenit Megadoro Plautino, qui indotatam uxorem domum duxerat: de quo conſilio ſuo ſubtiliter diſputat, & multa bona, quæ inde naſcerentur, enumerat. Nec tamen hoc, quod maximum omnium eſt, appellar: niſi aliquis putet, hoc ipſum intellexiſſe, cùm inquit, futuram inde eſſe ciuitatem concordiorem: ſed, cùm acutè argumentetur, & de concordia utraq; bona ciuitatis agat, nonnullos uerſuum eorum hic ponam.

Nam, meo quidem animo ſi idem faciant cæteri
Opulentiores pauperiorum filias
Vt indotatas ducant uxores domum:
Et multò fiat ciuitas concordior,
Et inuidia nos minore utamur, quàm utimur,
Et illæ malam rem metuant, quàm metuunt, magis,
Et nos minore ſumtu ſimus, quàm ſumus.

Sed Platonem etiam de hoc diſſeruiſſe in 6. libro de Legibus, & in primis id utile exiſtimaſſe publicè ciuitati, ac priuatim ciuibus, omnium puto.

Plato autem leges) Diſſimilitudinem opinionis aperit inter Phaleam & Platonem. Phaleas namq; ſtudebat, quantum poterat, adæquare bona ciuium, quæ in rep. diſparia inueniſſet. Contrà autem Plato lege permittebat, ut quæ prius forent æquales fortunæ, inæquales fierent. Neque tamẽ, ut ſignificat, hoc ſine modo fieri concedebat. uſque enim ad certum terminum, & illum quidem non longinquum, id permittebat. poteſtatem enim faciebat, ut in quintuplum ſ cuiuſ tum patrimonium augeretur. de cuius etiam termini uarietate inter id, quod his uerbis traditur, & Platonis ſcripta, ſuprà à me diſputatum eſt.

Opus eſt autem.) Inſimulat ſimul cunctos, quibus hoc in conſtituendaſ rep. placuerat, adæquatio inquam bonorum: & omnes neruos contenderant, ut in ciuitate fortunæ ciuium eſſent ęquales. Debuiſſe enim ipſos eodem tempore curare, inquit, ne numerus filiorum nimis creſceret, aut ne illud quidem attingere. Niſi enim hoc fiat, ubi non licet amplificare fortunas, multa illic neceſſariò incõmoda oritura declarat: quod uidebatur illos feſelliſſe. inquit igitur: Nõ oportet ullo modo clam eſſe hoc illos, qui leges ſtatuunt tanquam eximium bonum, æqualitatem fortunarum (quod tamen non uidiſſe ipſos apparet) non poſſe inquam, hoc ſine illo rectè inſtitui, quod dictum eſt. Statim autem quid incommodi inde proficiſcatur, docet. Si enim, inquit, ſuperarit magnitudinem patrimonij numerus liberorum, neceſſe eſt legẽ eam abrogari: neque enim pati poterunt patres filios ſuos eſurire. improbabunt igitur eam legem, quæ hoc malum parit: & præterquam quòd lex hæc illic diuturna non erit, eſt affine culpæ, ac periculoſum libertati atque otio, multos in ciuitate eſſe, qui è diuitibus facti ſint pauperes: uix enim coercebuntur, ne remp. perturbent. Rectè autem, non omnes pauperes cupidos eſſe dixit rerum nouarum: ſed illos, qui amiſerint bona, cùm antea diuites forent aſſueti enim largè & copioſe uiuere, non poſſunt pati tantam uitæ commutationẽ, atque in mediã flammã ſæpe ſe conijciunt.

Habere igitur non.) Oſtendit, neque Phaleam hunc, neque Platonem, qui maximè probarant æqualitatem bonorum, primos hoc uidiſſe: ſed ueteres quoque nonnullos, doctos uiros, uim aliquam hoc habere ad communionem animorum, concordiamque, cognoſſe: & inueniri quoque ciuitatẽ nonnullas, in quibus ueſtigia non parua huius documẽti ap-

ſi appareant. Neque tamen ipſe uidetur tantum [illegible] æqualitati tribuere, quantum illi duo faciebant [illegible] ſo lum totam uim aliquam & poteſtatem habere ad [illegible] ſocietate [illegible] iam. Cum autem priſco [illegible] ret adpeſpexiſſe, nominauit Solonem, qui legibus [illegible] complexus fuerat. Tradit etiam, quod & ipſum [illegible] it hu ius rei, apud gentem quandam legem inueniri, quæ uetat tantum agrorum poſſidere, quantum alicuius ceperit, & ſua pecunia emere potuerit. Addidit autem, eodem pacto legem uetare, ne quis patrimonium alienet [illegible] cō memorat apud Locros. Neque tamen, quos Locros intelligat, perſpicerant enim tria genera Locrorum [illegible] nim le gem eſſe, quæ uendere non ſinat, niſi aliquis demonſtrarit, ſe non ſua culpa, ſed fortunæ iniquitate rem amiſiſſe quæ ſcilicet calamitas nota omnibus & aperta ſit. *Ἀτυχίαν* hanc, quæ aliquem oppreſſiſſet, intellexit M. Cicero, cum in M. Antonium, qui contra legem in XIIII. ordinibus ſederat, inquit: Quamuis quis fortunæ uitio, non ſuo decoxiſſet.

Adhuc autem ueteres)Præterea inquit, lex iubet partem illam, quem initio ſorte ducta acceperis, conſeruare. Cum enim liceret illis reliqua bona alienare, quæ ſtudio atque labore ſuo ſibi aliquis poſtea cōparaſſet, nullo pacto permittebat lex ut uetus agellus diuenderetur. Exemplo autem unius ponit nobis ante oculos, quid mali hoc neglectum in omni ciuitate pariat: necat enim hoc inſtitutum factum in oppido Leucade, deteriorem multo reddidiſſe rempublicam, cùm enim prius quoq; populus illic auctoritatem ſuam haberet, nimis popularis facta eſt, [illegible] ad ualde tenues homines deuoluta. cuius incommodi originem exponit, dicens: Neque enim amplius, ut antea, contingebat peruenire ad magiſtratus tunc ex definitis cenſibus: ſed cùm ingens numerus ciuium illic foret, qui fundis [illegible] exuti eſſent patrimonio, nolebant tamen, quamuis inopes, expertes eſſe publicorum honorum. quare norma [illegible] moderetur licētiæ popularis, ſublata erat: qui namq; agellum poſsident, aut aliquas deniq; fortunas, quietiores ac iuſtiores eſſe conſueuerunt. Non omnino autem certum eſt, quam in ciuitate tradat hoc legibus cautū fuiſſe Ariſtoteles. Plutarchus ſanè in Agide affirmat, hoc quoque Lycurgum legibus ſuis complexum fuiſſe, qui uoluerit ut numerus familiarum & huiuſcemodi clerorum omnino ſeruaretur. Quod recentum etiam, cùm multis alijs partibus leges illius antiquatæ fuiſſent, cuſtodiebat adhuc in ciuitate æqualitatem ſed ipſum quoq; ſpretum, ut docet, euertit penitus illam rempublicam. *Κλῆροι* autem uocabantur agelli, qui principio ſtatim aliquibus publice ſorte aſsignati erant. inde enim nominabantur, quia nominib. [illegible] urna ductis, mos eſſet eos aſsignare. *κληροῦχοι* autem Græce dicebantur, qui agros illos petebant ipſos uerò M. Cicero [illegible] etas & agrarios uocauit & alijs locis, & cum de Neocle, Epicuri patre loqueretur, qui uenerat in Samum, [illegible] ſam ſuis ciuibus ab Athenienſibus.

Verum [illegible] æqualitatem.)Oſtendit erratum, quod in lege illorum erat, qui tueri bonorum æqualitatem ſtudebant. Neque enim [illegible] plene rem utilitemque præcipiebant oportebat enim ipſos non ſolum æqualitatem bonorum in ciuitatem inducere, uerum etiam quantitatem ipſorum ad iuſtam menſuram ſtatuere æqualia namque bona eſſe poſſent, eadem tamen alia parte laborare, quia aut nimium aut parum eorum ſit. Quid autem mali naſcatur ex ubertate & nimia copia bonorum, aut ex inopia, docet. Nimis enim multa res familiaris faciet, ut molliter & luxurioſe uiuant. puſilla autē & minuta, ut tenuiter quorum utrumq; uitium in ſe non paruum habet. Addit autem, concludens rationem hanc Platonis igitur iam eſt, non ſatis eſſe, illum qui leges ſcribit, fortunas ciuium adæquare: uerum etiam oportet ipſum medium in re perſequi, ac uerum ipſarum modum uidere quod illi non fecerant.

Præterea ſi quis)Magis adhuc premit eoſdem illos docet enim, ſi quod ad bona pertinet, fecerint etiā, quod ipſe admonuit, ut aliquid utiq; illic certare paſsi ſint, non tamen id ſatis eſſe, neque æqualitatem illam poſſe magnum aliquem fructum ferre. Opus enim erat, magis illos ſtudium ponere in adæquandis & ad iuſtam menſuram redigendis cupiditatibus hominum, quàm patrimonijs: cuius boni obtinendi nullam aliam rationem eſſe inquit, niſi bonam diſciplinam, impoſitam à legibus: tantumq; illius baoſtum à ciuibus, quantum ſatis ſit.

Sed fortaſſe diceret)Occurrit ei, quod reſpondere potuiſſet Phaleas, ac refellit ipſum. Quis enim non uideat, eum, qui timeret rei familiaris inæqualitatem, reformidaturum etiam eſſe amplitudinem patrimonij & mendicitatem, iiſque grauibus malis uiā obſtructurum? inquit igitur: Sed fortaſſe diceret, ſe quoque idem ſenſiſſe arbitrari namq; ſe duarum rerum æqualitatem oportere in ciuitatibus eſſe, patrimonij inquam & diſciplinæ. Quòd ſi etiam hoc protuliſſet; inquit noſter, non tamen adhuc functus fuiſſet officio ſuo. Debebat enim ipſam illam diſciplinam mōſtrare, qua ciues imbuendi eſſent, ut cognoſci poſſet, an uera foret. Nam unam & eandem illam eſſe, non certum emolumentum in ſe continet: contingit enim unam & eandem eſſe, ipſam tamen talem, ut deteriores potius quàm meliores ciues reddat, & audiores quàm ciuitati utile ſit, aut pecuniæ, aut honoris, aut ſimul utriuſque quia ea uis ſit illius inſtitutionis, ut auaros ipſos efficiat [illegible] ambitioſos.

Præterea diſsident non ſolum)Aperit alterum fontem ſeditionum, quem non uiderat Phaleas. Putabat enim, cùm dediſſet operam, ne exorirentur in ciuitate diſcordiæ (ut ſæpe fatiunt) propter inæqualitatem bonorum, ſe remedium adhibuiſſe huic malo, ne irrumperet aliquando in ciuitatem. Non ſatis autem hoc eſſe noſter docet propter enim inæqualitatem bonorum contendunt quoque inter ſe ciues, & ij quidem, omnes maiora incommoda [illegible] debeant id eſt principes ciuitatis [illegible] igitur Ariſtoteles, cùm oſtendiſſet [illegible] illū oriri ſeditionē, nō tamen ijdem homines, ſed contrarij ingenia, [illegible] hic aut illa re concertans inter ſe. Non enim accipere oportet [illegible], ita ut diceret de pecunia pugnare [illegible] & politos homines & eodem pacto ambo hæc genera [illegible] honore. ſed contra [illegible], quod declarat auctor. Multitudo enim, inquit, quæ conſtat è tenuibus hominibus, non [illegible] diuitum opima patrimonia, cum ipſa exiles fortunas habeat quare uellet rem familiarem eſſe æqualem. Politi autem homines dolent, cum uident indignos paruenerit ad eoſdem gradus dignitatis: non enim iuſtum putant ualde inæquales [illegible] loco haberi, indéque naſcuntur inter ipſos acres inimicitiæ. Aequalitas igitur moleſta eſt nobilibus: inæqualitas autem pauperibus. Sed æqualitas quoq; aliter atq; aliter accepta, placet cōtrarijs his hominū generibus. Quod teſtatur et [illegible], quā memoriæ mandauit Plutarchus de uoce quadam Solonis. narrat enim, cùm ille in ſermone quodam dixiſſet, Aequalitas bellum nō parit, idq; peruenisset ad aures totius ciuitatis: conciliaſſe ſibi cum illa uoce animos locupletum & pauperum, [illegible] niteremetirentur æquale dignitate ac uirtute, pauperes autem menſura & numero: eiqueita utr [illegible]q; æquale ſe habituros expectarent. Nam illud etiam ab Homerico Achille prolatum, tradit diligens magiſter habere hunc ſenſum, cum haud poſſe ferri dixit, eoſdem honores dari ignauiſsimo cuiq; militi, qui dantur fortiſsimis bellatoribus ac principibus Græcorum eo pretum. Plato quoque hoc tetigit in 6 libro de Legibus, cùm, expoſita ratione creandi ſenatum, laudans eam, inquit, mediam ipſam eſſe reip. rectæ ab uno, & illius, quæ eſt in poteſtate multitudinis: quarum mediam ſemper ſe ſerra debet reſpublica uetetas: quia ſerui & eri amici inter ſe eſſe nequeūt, neque in æqualibus honoribus ignobi ac probi conſtituti. cuius ſententiæ cùm cauſam attuliſſet, addidit: Propter hæc ambo, ſeditionibus reſpublicæ refertæ ſunt.

Non ſolum autem homines.)Hoc quoque ualet ad docendum, peccaſſe Phaleā, qui exiſtimauit, cùm eieciſſet è ciuitate mendicitatem, ſe eodem tempore inde fugaſſe cuncta facta improba. Affirmat enim Ariſtoteles, mortales non ſolùm impelli ad ſcelus, ut adipiſcantur res uitæ neceſſarias: uerum etiam, ut uoluptatibus explantur, & indulgeant libidinibus. Quam ſententiam explanat, dicens, putaſſe falsò illum, medicinam eſſe illius mali æqualitatem bonorum, cum ita minimè cogantur eripere alij aut palium, aut illam partem patrimonij, ne rigeant aut eſuriant: ſed reſtat ut id faciant, ut potiantur ſuis deſiderijs, & ſedent ſitim illam uoluptatum, quæ ipſos lacerat. Hæc enim, inquit, conſuetudo eſt hominum, qui optimis inſtitutis imbuti non ſunt, ut ſi, quo [illegible] contingit, corripuerit ipſos ob [illegible] mentis cupiditas, quæ extingui nequeat tenui illo peculio, & quod ſeruit tantum uſibus neceſſarijs, non dubitent, ut medeantur ſibi, iniuriam facere, & alijs, quod illorum eſt, auferre dolo [illegible].

Non igitur propter hanc.)Tradit, non ſolùm iniuriam facere mortales, ut ſedent hunc ardorem, quē proximè dixit, id eſt expleant corporis uoluptates, quæ non poſſunt comparari ſine grandi pecunia, quibuſq; ſatiandis pares non ſunt res tantum uitæ neceſſariæ uerum etiam ut fruantur uoluptatibus, uacuis ab ægritudine, ſi cupiditas illarum (quod ſæpe numero fit) infeſtat animos aliquorum. Intelligit autem cupiditatem popularis honoris atque inanis gloriæ. Et ſi enim qui inflammati ſunt deſiderio ipſius, antequam adipiſcentur, quod cupiunt, afficiuntur dolore, nec penitus ſincera eſt uoluptas, quæ inde capitur: tamen quia moleſtia illa corpus non urit, uocauit hoc loco ipſam, *ἄλυπον*. Vt autem omittantur uoluptates, quæ capiū

tue è ſtudijs honeſtarum artium, appellare ſolet uoluptates etiam uacuas à dolore, quæ capiuntur auribus è cantu, & auditione aliqua honeſta, & ea aſpectu formæ alicuius pulcræ, nec non ex odoribus: hic tamen dubium non eſt, quin etiam, quas dixi, uoluerit eſſe ſine dolore.

Quæ igitur medicina.) Cùm tres cauſas expoſuiſſet, quæ ſtimulant mortales, & ad facinus impellunt: quærit nunc, quod remedium ſingulorum horum fomitum inueniatur. Oportet enim, ne ciuitas uacua ſit ab his periculis, & tranquillo ſtatu fruatur, longe hæc mala pellere, nec pati, ut quies publica ab ipſis labefactetur. Primis igitur, inquit, illis medebitur res familiaris puſilla natura cum paucis contenta eſt, ſimulq́; induſtria & labor, quo ſtudeant, quantum uitæ neceſſe eſt, quærere. hoc enim manifeſtò ualet alterum, quod appellat [illegible]. Secundis uerò temperantia uitaq́; remota à minimè neceſſarijs uoluptatibus. Tertium medicinæ genus erit, inquit, ſi qui gaudere uelint per ſemet ipſos, uoluptatibusq́, in ſe poſitis, relinquãt curſum popularium honorum, qui obtineri non poſſunt ſine ſtudio atque ope amicorum & cognatorum: & poſtquam etiam multo cum labore parti ſunt, egent quoque opera multorum, rerum etiam miniſtrorum, magnisq́; periculis expoſiti ſunt. Nam quin inde, cùm res bene geſta eſt, uoluptates & multæ & puræ naſcantur, dubium non eſt. Quòd ſi exemplis res egeret declarauit id Epaminondas, qui gloriabatur ſuis conſilijs atroſam eſſe gloriam Lacenum, intoſtè Thebis dominantium. Relinquant igitur, inquit, uiam horum bonorum, & ad meliores ſolidioresq́; bonores ſe cõferant: nec requirant aliam ullam, niſi à ſtudijs ſapientiæ medicinam. Aliæ enim, inquit, cupiditates, etſi natæ ſunt ab ægritudinibus, tamen egent hominibus, nec poſſunt expleri ſine ſtudio operaq; hominum, à ſe remotorum. Quod enim inquit, [illegible]: reſpondet ex altera parte illi, quod ſupra dixit, [illegible].

Quia maximas iniurias faciunt.) Docet, Phaleam puſillis malis remedium adhibuiſſe, non ut oportebat, maximis, quæ multo magis moleſta ſunt. inquit enim Nam, ſi diligenter attendamus, inueniemus mortales maximas iniurias facere, quia nimiũ bonorũ ſectantur, ſtudentq́, in poſſeſsione ipſorũ præſtare cæteris omnibus: & non, ut obtineãt res uitæ neceſſarias. Quod illuſtri exemplo confirmat tu, inquit, inſidiantur nonnulli libertati ciuium, iniuſteq́, regnant, non ut frigus à ſe pellant, & huiuſcemodi alijs malis ſe liberent. ſed ut expleantur acerrimis corporis uoluptatibus, quibus diſtrahũtur, & infinitam illam ſitim falſorum honorum & pecuniæ extinguãt. Statim autem adiungit corollarium quoddam, dicens: Quapropter addemus magnos honores in liberis ciuitatibus tribui illis, qui interfecerint non furem, ſed tyrannum: ſemper enim maiora remedia excogitata ſunt contra maiora mala, tyranniq́; ſine tantis opibus ac dignitate uiuere commodè poterant. Impellit autem ſæpe fures, ut etiam ſurripiant rem alienam egeſtas ac fames: quare mitius hi à legibus puniuntur. Qui autem ſint honores & præmia, quæ Græcæ ciuitates proponerent illis, qui tyrannos necaſſent, & quibus monimentis memoriã ipſorum ornarent: expoſuit Cicero pro T. Milone, cùm tyrannicidam eum exiſtimari debere affirmaret. Quapropter, inquit Ariſtoteles, concludens rationem omnem, contra paruas iniurias tantùm opitulandi unum habet modus ordoq́; reipublicæ, quã excogitauit Phaleas: contra magnas uerò nullo pacto contrarium autem huius oportebat.

Præterea multa uult conſtituere.) Hoc ualet ad ſignificandum remp. eiuſdem imperfectam imminutamq́, eſſe. Reprehendit enim Phaleam, qui omne ſuum ſtudium poſuerat in emendandis rebus intrinſecis, multaq́; ſtatuerat, conſilio quorum ſperabat poſſe fieri, ut ciues inter ſe rectè uiuerent, communique animo remp. adminiſtrarent: non autem ſuſceperat ullam curã in tradenda diſciplina, quomodo ſe illi cum uicinis populis gererent, & externa denique omni gente. quod ſanè ipſum omittere non oportebat. prætermiſſumq́, ab eo non ſine culpa ipſius erat & damno reipublicæ, quam deſcripſerat. Si namque attendenda etiam ſunt pericula incommodaq́;, quæ nobis ſæpe inſtant à uicinis (ut profectò ſunt) uiaq́; ipſis obſtruenda, ne perrũpant in ciuitatem neceſſe penitus eſt remp. bene inſtructam eſſe ad militarem uirtutem diſciplinamq́; bellicam: de qua ille ne uerbum quidem fecit.

Similiter autem & de poſſeſsione.) Vt inſimularat Phaleam, qui non cogitarat, quomodo ſe ſui ciues gererent cum externis populis, ut muniti ſemper forent contra ipſorum incurſus: ita nunc incuſat ipſum, quòd in bonis & fortunis ciuium moderandis tantum præceperat, quod ſeruiret domeſticis utilitatibus: & non quæſiuerat, quod ad externos illos referri aliquo modo poſſet nam menſura etiam debituſq́, modus bonorum eſt dirigendus ad illos. ut enim ait, oportet non ſolùm ad domeſticos uſus poſſeſsionem bonorum definitam eſſe: uerum etiam ad pericula, quæ imminent poſſeſſoribus ipſorum extrinſecus, & ab alienis gentibus Quare perſpicitur (ut narrat) ita ipſam definitam eſſe debere, ut nõ alliciat propter ingentem copiam uicinos & ualidiores populos ad ſe diripiendam. Mira enim exiſtit cupiditas in animis mortalium diuitiarum occupandarum, præſertim cum uiderint ipſas poſſideri ab his, qui tueri hoc bonum, & armis defendere non ualent, nec reſiſtere denique, impetui eorum, qui inuadunt auidè in ipſam. Vt autem hac de cauſa periculoſa ualde eſt ubertas amplitudoq́; ipſius: ita contrà non oportet rem ita tenuem exilemq́; eſſe, ut nequeat ciuitas ſuſtinere bellum, quod ſumtibus eget, nec poteſt ſine magna ui pecuniæ adminiſtrari. Nam multis de cauſis oriuntur bella inter propinquas urbes, nec poſſunt ſibi ciuitates perpetuam pacem & tranquilla tempora polliceri. Cùm autem in ſuperiore ratione tradenda dixiſſet, firmiorum potentiorumq́; hic, quod reſpondet illi, inquit, ne æqualium quidem ac ſimilium populorum. minores enim multo opes requiruntur, ut frenentur incurſus parium, quàm ualidiorum. Cùm oſtendiſſet iam rem egere menſura quadam ac definitione accuſans Phaleam, qui hoc neglexerat, inquit Ille uerò nihil, quod ſcilicet huc faceret, definijt. Non debuiſſe autem ipſum omittere, quin de hoc ſubtiliter quæreret, declarat dicens. Eſt autem unum eorum, quæ nullo pacto nobis clam eſſe debent, habere ſcilicet in ſe emolumenti aliquid copiam bonorum. Cùm [illegible] dixiſſet, infrà mutato numero, reſpondens huic, inquit, [illegible] intelligẽs bonorum, quod incluſum fuerat in uerbo illo [illegible]. nam ſi reddere uoluiſſet, quod ſermonis ratio poſtulabat, dixiſſet, [illegible] quod inquit, intelligens (ut oſtendi) qui incurrũt hoſtiliter in fines alienos ita quoque Demoſthenes locutus eſt de rege Macedonum in 1. Olynthiaca cùm diceret ſperaſſe illum ſubitò primoq́, impetu cuncta ſe ſubacturum. ſed etiam Plato in Timæo, qui ait: [illegible]. Quos itidem pares omnibus partibus ueteres Græci oſtendere uolebant, duabus his uocibus, [illegible] appellabant & ita hoc familiare fuit apud ipſos, ut M. quoque Cicero in epiſtola quadam ad Atticum eodẽ pacto de C. Cæſare principe ciuitatis, locutus ſit.

Fortaſſe igitur optimus finis.) Cùm Phaleas nihil ſtatuerit de menſura bonorum, quaſi, inquit auctor, uideamus nos, an, quod huic rei ſeruiat, inuenire poſsimus. Fortaſſe enim, ait, optimus terminus definitioq́; diuitiarum erit, non eſſe operæ pretium, ut meliores ualidioresq́, ob exuperantiam illam impellantur facile ad bellum nobis inferendum: ſed quia bella non omnino uitari poſſunt plures enim cauſæ inſtigant homines ad bellum contra aliquos ſuſcipiendum) alijs de cauſis in diſcrimen hoc ueniamus, ut hoſtes etiam bellatori aduerſus nos fuerint, quamuis tantam rerum ubertatemq́, bonorum non poſſideremus.

Vt Eubulus.) Exemplum ponit mirificè aptum ad rem illuſtrandam. Atarneus autem oppidum erat, in quo regnauit aliquando Hermias eunuchus. Hoc igitur ualde munitum, perſpiciebatur uelle obſidere Euphradates Perſes, ipſum uerò tutabatur tunc Eubulus Athenienſis. qui, ut liberaret ſe malo, callidum conſilium, quod accuratè exponit Ariſtoteles, cepit Similis autem huic eſt illa quoque aſtuta ratio T. Quinctij, qua remouit animos Græcarum ciuitatũ ab oppugnanda Lacedæmone quæ tunc à Nabide tyranno oppreſſa erat, cùm prius id facere multis argumentis fruſtra temptaſſet. tota res narrata diligẽter eſt à T. Liuio in xxxiiij libro. [illegible] uocari hominem, qui tacitus ſecum aliquid cogitat, totuſq́, animo occupatus eſt in quapiam deliberatione, notum eſt. M. Cicero in epiſtola quadã ad Atticum hac Græca uoce uſus eſt, cùm hoc intelligeret.

Eſt igitur quiddam.) Hoc alterum argumentum eſt, quo idem probat. Concedit igitur, æqualitatem bonorum utilem eſſe, quæ proſunt ciuitati, ualentq́; aliquid ad extinguendas, uel potius cohibendas diſcordias: non tamen magnum præſidium in hac eſſe teſtatur: ita enim quoq́, hoc graue malum illic exoriri poteſt Quomodo autem hoc contingat, docet. Non ſine cauſa enim æqualitatem illam non amabunt, uel ſtomachabuntur potius politi homines: neque enim ſe dignos exiſtimant iiſdem præmijs, quibus inferiores ipſis & nulla laude commendati. Rem autem ipſam hoc monſtrare dicit, exemplaq́; multa extare ſeditionum inde profectarum ſæpe enim dicit hos inſidiatos fuiſſe honoribus, & tumultus excitaſſe ea de cauſa in ciuitate.

Adhuc autem improbitas.) Hoc tertium argumentum eſt, quo itidem confirmat, ſatis non eſſe ad concordiam tranquillitatemq́; reip. tuendam æqualitatem bonorum: ſignificat enim, mortales rebus ad uitam neceſſarijs contentos non

eſſe,

eſſe, præſertim qui uitio affines ſunt, flagrantóq; deſiderijs prauis: huiuſcemodi enim natura, ut accuratè docet, ex pleri nullo pacto poteſt. Creſcunt enim in animis noſtris cupiditates unà cum incremento fortunarum, ſemperq; libido plura cupit, donec terminum omnem tranſeas, ad infinitumq; ea perueniat. Cuius, ſermone carens, deſiderij cau[ſ]am eſſe dicit naturam ipſam cupiditatis, quæ & infinita eſt. Multi autem ſunt, ſi non omnes, qui ipſi explendæ operá dant, & in uita nihil aliud curant. [illegible], quod eſſe inquit prauitatem hominum, eodem nomine eius eſt in 3. libro de Moribus ad Nicomachum, cum appetitionem rerum iucundarum expleri non poſſe æſtimaret. Eodem etiam Demoſthenes in oratione aduerſus Timotheum, cum ingenium eius, quem uituperaſet, ſatiari non poſſe, & turpes quæ ſtus ſectari exclamaret.

Huiuſcemodi igitur omnium.) Originem ſolumq; & eorum, quæ monſtrauit, & aliorum ſimilium ipſis, magis eſſe poſſe affirmat, quam adæquationem bonorum, facere quod admonet, oportuiſſeq; ſignificat magis Phaleam in hanc curam incumbere. Cùm ſint enim duo genera hominum in ciuitatibus, inter ſe diſcrepantia, meliorís inquam noſæ ac deterioris moſtales: officium eſſe dicit eius, qui remp. inſtituit curare, ut qui natura proniores ſunt ad laudem, ſales diſciplina reddat, ut non in animum inducant, plus uelle bonorū cæterorumq; commodorum quam ſatio patiatur: contrarij autem & improbiores non poſſint, incidereq; eorum neruos. Quod contingere, inquit, ſi uiribus inferiores fuerint, nec ullam unquam iniuriam a potentioribus acceperint. Nam iniuriæ inflammant animos infirmiorum etiam ad dolorem ſuum ulciſcendum, indeque naſcitur reip. perturbatio. [illegible], quod appellauit, duo hæc contraria hominum genera, quæ plerunq; controuerſantur inter ſe in ciuitatibus: non tam intellexit probos & improbos, quam honeſtiores & humiliores. Si namq; primi illi moderati extitiſſent, non eguiſſent exquiſita diſciplina, & conſensu ſor. ac debitis ſibi honoribus & fructibus. [illegible] quoque uocantur non omnino praui, ſed inferiores ac uiliores. Potius tegitur nobiles & obſcuros plebeioſq; uſtendere his uerbis noluit: quemadmodum nos etiam patrio noſtro ſermone uocamus nobiles claroſq; huomini da bene, itaq; diſtinguimus ab humilibus ac tenuibus: quod uerbum reſpondet huic Græco [illegible].

Non bene autem.) Hoc quartum eſt, quod in rep. eiuſdem reprehendit. Tradit enim ne illam quidem æqualitatem bonorum, quam tantopere probat, ipſum rectè & ordine tractaſſe: quippe cum adæquarit tantum menſuram agrorum, cum tamen ſint aliæ multæ partes rei familiaris, appellatæ quoque ab Ariſtotele, quibus ille modum nullum ſtatuit. Affirmat igitur, oportuiſſe ſiue omnium horum æqualitatem procurare eius, ſi non omnino æqualiter eos, uerè terminum aliquem uel illarum quoque uidere, ſiue cuncta ſoluta liberaq; relinquere. Immoderatam namq; pecuniam augere animos mortalium, & hortari ad iniuriam faciendam, exploratum eſt: ac non minus huiuſcemodi diuitiæ periculoſæ ſunt libertati, quàm quæ in agris, cæteriſq; rebus, quæ loco non mouentur.

Apparet autem è legibus.) Nō probat etiam in eadem republica, quod ſignum quoddam ſecutus, uidebat Phaleam paruam ciuitatem condidiſſe: uoluerat enim opifices cunctos ſeruos eſſe publicos: quare non ſupplet hoc genus numerum ciuium, reſtabat igitur, ut ordo ciuium puſillus foret. Videmus enim in omni ciuitate opifices plurimos eſſe, nec paruam partem ipſarum conſtare ex hoc genere hominum. Cum autem appareat, minime inſtitutum hoc Phaleæ probare Ariſtotelem: indicat tamen rationem quandam mandandi curam operum publicorum publicis ſeruis quæ ſi cuſtodiretur, non alienum omnino eſſet tunc id a conſilio ipſius. Illam autem ſeruari Epidamni affirmat, & eandem etiam Diophantū narrat Athenis inſtituiſſe: nec tamen cuiuſmodi fuerit commemorat. Epidamnus Illyridis aut urbe fuit, quæ poſtea Dyrrhachium uocata eſt. Extremum eſt huius diſputationis, hæc ferè eſſe, quæ in republica ficta a Phalea, literiſq; prodita, uidentur digna laude aut reprehenſione.

[illegible].) Ex urbe Bithyniæ Chalcedone oriundus, in litore Aſiatico oppoſita Byzantio Europæo. Seq. cap. de Hippodamo ſcribit Ariſt. primum ex ijs qui Remp. nunquam adminiſtrarint de Rep. conſtituenda commentatum eſſe. Quibus ſane uerbis tacite uidetur innuere, Phaleam in politicis uerſatum fuiſſe: niſi fortè Hippodamo poſterior fuerit.

[illegible].) Solon totius populi arbitrio ad conſtituendam Remp. agraria ſeditione laborantem delectus, populatem motum pauperum contra diuites nouis tabulis, quam ille [illegible] appellauit, inductis compeſcuit, & patriam democratiam ſublata paucorum dominatu reſtituit ac ſtabiliuit: ciuium cenſus quatuor excogitauit, ita ut qui ex fructibus humidique modios explerent quingentos, in prima claſſe collocarit: qui quadringentos, in ſecunda: qui trecentos, in tertia: reliquos in omnes in quarta. Ac primos quidem Quinquemodiales appellauit, alteros Equites, tertios Zeugitas, quartos Thetas. Hac igitur ratione æqualitatem bonorum non unicam, ſed quatuor generibus diſtinctam uidetur introduxiſſe.

[illegible].) Vti etiam præced. cap. 0.59.

[illegible].) Plato libro VI. de Legibus, ſic præcipit: [illegible]. Plautus itidem in Aulularia ita induxit Megadorum loquentem, conſilium quod ſuum ſubductis diligenter rationibus, laudantem, qui pauperis hominis indotatam filiam, relictis uberioribus conditionibus, probarat:

Narraui autem multis conſilium meum	*De conditione hac: Euclionis filiam*
Laudant ſapienter factum & conſilio bono,	*Nam meo quidem animo ſi idem faciant cæteri*
Opulentiores, pauperiorum filias	*Vt indotatas ducant uxores domum,*
Et multo ſiat ciuitas concordior,	*Et inuidia nos minore utamur, quam utimur,*
Et illæ malam rem metuant, quàm metuunt, magis	*Et nos minore ſumptu ſimus quam ſumus, &c.*

[illegible].) An Locrenſes Aetoliæ proximos, an Lelegas, an Italicos intelligit.

[illegible].) Talis apud Rom. lex agraria lata anno V. C. 267. ne paterfamilias ultra D. agri iugera poſſideret: filius uiuo patre dimidium tantum. Appianus lib. 1. Bellorum ciuilium. Liuius Dec. 1. lib 2. & 6. Ob cuius conſeruationem & reſtitutionem grauiſſimæ ſemper inter populum & patres ſeditiones ſunt uiſæ.

[illegible].) Leucadia Epiri peninſula, in qua Leucas oppidum.

[illegible].) Præſtantiores cæteris uel ingenio, uel uirtute, uel dignitate. Sic alibi Medicos [illegible] uocat, ab Empiricis diuerſos, ratione & eruditione & uirtute inſtructos, ut ſeſe maximè hominibus cōmēdare queāt: quos Hip. uocat [illegible].

[illegible].) Homeri ne eſt, an Theognidis? Hiſce ſimilia ſunt quæ habentur apud Eurip. in Supplicibus:

[illegible]

Item Vlyſſes in eiuſdem Hecoba:

[illegible]

[illegible].) Intelligit Sepulueda & item Regius uoluptates philoſophices, item quæ uiſu, auditu, odoratu percipiuntur, quas lib. X. Ethicorum hac appellatione dignatur. Atqui cùm uoluptates iſtæ abſque dolore quidem ſint, per ſe tamen ad iniurias patum ſatiant, neque uerò etiam correctione indigeās politica legiſlatoris, ſed philoſophi potius uel biſtrionis, qui ſitim diſcendi, audiendi, ſpectandiue explere queat: fruſtra illarum hic mentionem feciſſet Ariſt. Phaleam reprehendens, quòd non uiciorum iniuriarum ex cupiditate qualibet ortarum remedia tradiderit. Nam cupiditatib. tertij generis, ex quibus iniuria oriri poſſit (non ergo philoſophicas intelligit, uel ſimiles alias, quæ non niſi per accidens cum iniuria aliorum coniunctæ eſſe poſſunt) remedium è ſola philoſophia etiam petendum ais, ut inimicum ut petulentiæ, quæ homines interdum ad inferendas alijs iniurias ludicras, nec magnæ & ſeueræ correctionis indigas impellit, præceptis & inſtitutis bonis reſiſtentis. P. Neratius opulentus iuuenis, Romæ ſeruum poſt ſe ſacculis argento plenis ducebat, & obuios quoſq; liberos homines depalmabat, depalmatis quotus aſſes ex Prætoris edicto numerabat. Polemo Athenienſis unguentis delibutus, ebrius madidus, ſcholam Xenocratis tumultuariè ingreſſus, fructū philoſophiæ eximiū cepit, ut ex ganeatore philoſophus euaſerit. Socratis ſum noctu temulenti iuuenes laruarum habitu ſeſe obieciſſent, cepit ille more ſuo enthymematis in illos agere, ſic ut pudore ſuffuſi diffugerent. Sola igitur philoſophia abſq; præſidio hominum ſiue magiſtratus poſterio-

ces haſce cupiditates, utpote minus frequentes minuſq; noxias & iniurioſes, refrænare & corrigere poteſt: priores uerò illae ſu peiciſſimus philoſophia refrænat, in pleriſq; legum metus, auctoritate hominum conſtans, & cohibet & punit.

διὸ καὶ αἱ τιμαὶ μεγάλαι.) Tyrannicidis præmia olim ampliſs. conſtituta, exemplis Harmodij & Ariſtogitonis conſtet.

ὅσοι πλεῖστοι καὶ κρείττους ἐκτημένοι.) Hannibali exuli Antiochus Aſiæ rex exercitum auro & argento inſtructiſsimum oſtendebat, & An hos ſatis eſſe exiſtimaret Romanis, interrogauit. Pœnus Romanos uires expertus, Etiam ſi auariſsimi ſint, reſpondit. Quod ille ad debellendos, hic ad locupletendos Romanos non minus falſo quàm uerò dicterio, tranſtulit.

Εὔβουλος, αὐτοφραδάτου, Ἀταρνέα.) Atarnea oppidum inter Myſiam & Lydiam, quod Autophradates Perſarum dux, cuius ſtrategematum Polyænus & Frontinus non ſemel meminêre, oppugnare ſtudebat. Quiſnam Eubulus iſte fuerit, amicus an hoſtis, incertum: reipſa tamen ſuo ſatisfecit omnini, uno eodemq; conſilio & Autophradatem ab inutili impenſe, & Atarneuſes à graui obſidione liberans. Eubuli demagogi Athenienſis Suidas mentionem facit, qui xpib. quos habebat ampliſs. inter ciues partitus, otij & deſidiæ illis auctor fuerit.

ἀπορος γὰρ ὁ τοῖς.) Sic etiam lib. 1. c. 9. n. 72.

οἱ τεχνῖται πάντες δημόσιοι.) Serui communes reliquorũ artifices mechanici conſtituſitur à Phalea. Lib. 1. c. ult. n. 59 & ſeq. artificem à ſeruo differre, & peculiarem quandam ſeruitutem ſeruire uſtẽdit. Artifex enim per ſe opus facit: at opus illud ad alterius uſum eradocitur. Itaq; per accidens tantùm ſeruit. uti etiam reliqui omnes in ſuo quiq; genere inſeruiunt ſibi mutuo, & qui quiſque maior dignitate, eo ſeruitute auctior. Indignum ergo mechanicos propter accidentalem hanc ſeruitutem è numero ciuium tolli, quos tamen ſeq. cap. n. 30. neceſſeriò in urbe locum habere debere affirmat. Lacedæmonij rei militaris ſtudio mechanicas artes ut ſordidas contemnebant: Sybaritæ præ luxu & deſidia, ne illorum ſtrepitu ſomnus turbaretur, è ciuitate eijciebant: quae tamen non ſine magno incommodo è uicinia petere cogebantur. Sed Lacedæmonijs hoc impunè licuit, propter ſcientiæ bellicæ exercitium commune. ut facile opificibus deſtituti, contra uim hoſtilem ſe tueri poſſent. At in Phaleæ repub. cum opifices locum habeant, non tamen ut ciues, ſed ut ſerui, ſi arma illis permittantur, parum fidi erunt. ſi nõ permittantur, uiribus ciuium multum decedet.

ἐν Ἐπιδάμνῳ.) Oppido in ora Macedoniæ, quod Romani euicandi ominis cauſa Dyrrhachium appellarunt.

Διόφαντος.) Athenienſes abrogatis regibus Archontes conſtituerunt decennales. Horum quoq; pertæſi, Democratiam inſtituerunt Olymp. 24. cui præeſſent nouem uiri, Archontes & ipſi dicti, nimirum Theſmothetæ ſex, Polemarchus, Archon, & Rex, ita tamen ut à ſolo Archonte eximiè dicto anni nominarentur. Olymp. 96. anno ſecundo Diophantus præfuit, cuius hic fortaſſe meminit.

- **INTER Reſp.** *excogitatas ab alijs, ad uſum tamen nunquã traductas, duæ ſuperſunt explicandæ, Phaleæ & Hippodami. Harum igitur examen*
  - **Proponit.** *Quædam Rerumpublicarum conſtitutiones excogitatæ ſunt ab*
    - **Idiotis** *& imperitis* N. 1. *Proinde indignæ, quæ ſub noſtrum examen ueniant. Nam eas tantùm, quæ μάλιστα ἐπικαιρίως uidẽtur, hoc eſt, uel ueritatis uel autoritatis nomine excellunt, conſiderandas eſſe opiniones aliorum, lib. 1. Ethicorum cap. 2. docuit.*
    - **Sapientibus** *& uel*
      - **Ratione** *philoſophica.* N. 2. *An Hippodami intelligit Rempublicam? præſertim cùm ſeq. cap. πρῶτος τῶν μὴ πολιτευομένων de Rep. conſtituenda ingenij quadam curioſitate diſputaſſe dicat.*
      - **Vſu** *politico.* N. 3. *An hoc ad Phaleæ Rempublicam pertinet?*
  - **Aggreditur** *tum in*
    - **Genere,** *comparando illas cum Platonicis duabus κατὰ τὸ*
      - *ἔτι.* *Propius ad eas, quibus nunc homines utuntur, accedere uidentur Phaleæ & Hippodami Reſpublica, quàm Platonica. Et proinde facilius ad uſum quàm Platonicæ reuocari poterunt, & naturæ magis affines iudicandæ erunt.* N. 4.
      - *διότι. Cauſam affert. Etenim*
        - **Non** *nouas leges de communitate liberorum & uxorum, item de conuiuijs mulierum introducunt, ut Plato.* N. 5.
        - **Sed** *à maximè neceſſarijs ordiri uidentur, nimirum ab ipſorum patrimoniorum rectâ poſſeſſione & diuiſione.* Nu. 6. *Ratio. Nam cùm pleræq; ſeditiones & diſcordiæ inter ciues propter opes excitari uideantur, eaſdem rectè conſtituere præcipua legiſlatoris cura erit.* N. 7.
    - **Specie** *Rempublicam propoſitam à*
      - **PHALEA** *Chalcedonio. Huius Rempub. reprehendit tum quo ad*
        - **Patrimoniorum** *æqualitatem. Vide in ſeq. ſign.* A.
        - **Ciuium** *Numerum atq; Diſtributionem. Etenim*
          - **Phaleas** *opifices in numero ciuium non collocat, ſed ſeruos publicos eſſe uult: adeoq; ciuitatẽ ualdè exiguã facit, quæ cõtra externãm uim hoſtilem ſeſe minimè defendere queat, cùm ij tãtùm, qui ciues ſunt ingenui, arma tractare debeant, opificibus parum ſit fidendũ tanquam ſeruis* N. 76.
          - **Ariſt.** *ſi omnino opifices publicos eſſe oporteat, ea lege putat conſtituendos, qua apud Epidamnios olim, & apud Athenienſes, ex Diophanti inſtituto: nimirum ut quamuis ſerui uideantur eſſe publici, quoad opus quod faciunt, pari tamen libertate & iure cum cæteris ciuibus fruantur.* N. 77.
      - **HIPPODAMO** *Mileſio. Cap.* IIX.

A. Patri-

- **A. Patrimoniorum à Phalea adæquatorum reprehendit**
  - **Formam. Eam**
    - **Proponit**
      - **Per ſe.** *Phaleas primùm patrimonia ciuium & eſſe & manere æqualia uoluit.* Num. 8. *Quod quidem in Rep.*
        - **Nondum** *conſtituta, facile factu putauit, collatis in unum opibus æqua ſorte diuiſis.* N. 9.
        - **Iam** *conſtituta, operoſum quidem, non tamen impoſſibile factu exiſtimauit, ſi diuites dotes darent, non autem acciperent: pauperes acciperent, non darent. Hac enim ratione breui tempore ciuium patrimonia nuptiarum beneficio futura æqualia.* N. 10.
      - **Reſpectu** *Platonicæ. Plato in Legibus pares ab initio ſortes ciuibus concedit, ſed incrementum illarum non prohibet ad quadruplum uſq;: & ex hoc ſanè quatuor claſſes ciuium facit, primam communis ſortis, ſecundam dupli, tertiam tripli, ultimam quadrupli, ad quintuplum uſq; ſeſe extendentis.* N. 11.
    - **Examinat. Aequalitas iſta**
      - **Reſpectu** *perſonarum uitioſa eſt: quoniam æqualia & definita eſſe uult patrimonia, neq; tamen de numero liberorum quicquam definit.* N. 12. **Demonſtrat uitium.** *Etenim ſi liberorum procreandorum ciuib. nulla ſit certa lex, pluribus liberis procreatis, quàm qui ex patrimonio ali queant, patrimonium uel*
        - **Augebitur,** *& ſic lex de Aequalitate ſoluetur.* Num. 13.
        - **Non** *augebitur, & lex de Aequalitate ſeruabitur, dabitur tamē occaſio malis iis, qui cùm diuitiis pares eſſent cæteris, ob numeroſam ſobolem, quam naturæ inſtinctu alere coguntur, ad egeſtatem ſunt redacti.* N. 14. **Ratio.** *Vix enim à rebus nouis, ab inuadendis alienorum opibus, inopia preſſi abſtinebunt.* N. 15.
      - **Per ſe,** *non rectè introducta & cōſtituta eſſe uidetur, ueluti per* [illegible]*: Vt quā maximè æqualitas bonorū ad ſocietatem faciat, non tamen ea quā Phaleas introduxit. Ad hoc declarandū, Aequalitatem bonorum inter ciues Ariſt. in*
        - **Genere,** *ad ciuilem ſocietatē cōferre aliquid, auctoritate ueterum comprobat.* Nu. 16. *Aequalitatē enim patrimoniorū, quòd ad ciuitatis rectam conſtitutionem faceret,*
          - **Inſtituere** *conatus eſt Solon Athenis, non ut omnes eſſent cenſu æquales, ſed ut in quatuor claſſes pro magnitudine patrimoniorum diſtribuerentur.* N. 17.
          - **Cōſeruare** *legibus certis ciuitates aliquæ ſtuduerunt. Aliæ quidem lege poſita de* [illegible]
            - *…rbem, ne quis ultra certum numerum agri uel comparare uel poſſidere queat.* N. 18.
            - **Prohibendo** *agrorū quos ſinguli poſſident uenditionem.* N. 19. *Exēplo Locrenſium, apud quos prædia nemo poteſt uēdere, niſi manifeſtæ calamitatis cauſa id ſe facere comprobarit.* N. 20.
            - **Imperando** *ſortium priſtinæ cōſeruationem.* N. 21. *A contrario oſtendit, narrā[ns]*
              - *…ſic. Leucadenſes ueteris patrimonij conſeruandi cura neglecta, ex oligarchia in democratiam inciderunt.* N. 22.
              - *…ſic. Cùm ueteribus patrimoniis inertia poſterorum dilapidatis, familiæ locupletes ad egeſtatem redigerentur, propter raritatem diuitum oligarchica illa lex (quæ non niſi cenſu certo inſtructos ad Rempub. admittebat) ſoluta eſt, cū etiā pauperiores admittere cogerētur.* N. 23.
        - **Specie,** *qualem Phaleas introducere ſtuduit, impugnat. Vide in ſeq. ſignum* B.
  - **Finem,** *Concordiam ſcilicet inter ciues mutuam. Vide in ſeq. ſignum* D.
  - **Subiectum** *mancum atque mutilum.* N. 73. *Ratiocinatio talis eſt:*
    - **Qui** *de æqualitate bonorum perfectè agere inſtituit, omnes diuitiarum ſpecies cōplecti debet. Diuitiæ enim in uarias ſpecies materiales diuidi poſſunt.* N. 75. *Nimirum in bona*
      - **Immobilia.** *Vt ſunt Domus, Prædia, Agri, Horti, Vineæ, Prata, Syluæ.*
      - **Mobilia,** *uel*
        - **Animata.** *Vt*
          - **Serui.**
          - **Bruta.**
        - **Inanimata.** *Nimirum*
          - **Supellex** *multiplex.*
          - **Pecunia.**
    - **At** *Phaleas non omnes ſpecies complexus eſt, ſed tantùm de bonorum immobilium, agrorum ſcilicet & poſſeſſionum æqualitate egit.* N. 74.
    - **Ergo** *Phaleas de æqualitate bonorum perfectè non egit.*

B. Impugnat æqualitatem bonorum à Phalea introductam tũ quo ad uſum illorum:

- **Ciuilem, Domi erga ſuos. Ac æqualitatis bonorum à Phalea introductæ imperfectionem oſtendit tum reſpectu**
  - **Formæ.** Non ſatis eſt Aequari bona ſimpliciter, ſed cũ Mediocritate æquari oportet:
    - Ille ſatis eſſe putauit, ſi Aequalitas abſoluta eſſet patrimoniorum.
    - Non uerò cũ Mediocritate iunctam uolumus, tali argumento:
      - Ea bonorum æqualitas introducenda, quæ neq; luxu ciues corrumpat, neq; inopia miſeros faciat.
      - At æqualitas bonorum
        - Extrema, uidelicet
          - Abundans, luxum parit.
          - Deficiens, miſeriam generat — N.24.
        - Media nec luxum nec miſeriam facit.
      - Ergo æqualitas bonorum mediocrium introducenda. N.25.
  - **Efficientis.** Non ſatis eſt æquari Bona cũ mediocritate, niſi Animus ipſe adæquetur. Oſtendit hoc
    - Directè
      - Phaleas ſatis eſſe putauit ad tranquillitatem publicam, ſi ciues Bonorum externa æqualitate eſſent inſtructi.
      - Non uerò inutilem hanc æqualitatem eſſe putamus, niſi interna æqualitas Animorũ accedat. N.26. Per rectam nimirum inſtitutionẽ & educationẽ. N.27. Et propterea plus ſtudij in rectè inſtituendis ciuium animis, quàm in adæquãdis extrinſecus patrimonijs Phaleas ponere debuit.
    - Obliquè, per anthypophoram:
      - Obijciat Phaleas. Atqui hoc ipſum uolo: diſciplinæ ſimul & opulentiæ æqualitatem in ciuitatem introducere ſatagens. N.28.
      - Reſpondet Ariſtoteles per ἐπανόρθωσιν. Nõ tantùm dicere oportet Diſciplinã æqualem & unã eſſe oportere: ſed inſuper diſſerendum fuit
        - Quænam illa ſit. N 29.
        - Qualis ſit, bona uidelicet, & ad uirtutem faciens. A contrario. Poteſt enim una & æqualis eſſe, ſed quæ ad improbitatem tendat. N.30.
  - **Materiæ ſubiectæ.** Nõ opes tãtùm, ſed & honores ad æquari oportebit.
    - Ille ſatis credidit ad ſeditiones euitandas, ſi æqualitas Opum introduceretur.
    - At nos Honorum inuper æqualitati ſtudendum arbitramur. Ratio:
      - Ea, propter quorum inæqualitatem ſeditiones inter ciues excitantur, adæquãda ſunt.
      - Atqui non minus propter honores quàm propter opes excitãtur ſeditiones. N. 31. Declarat. N.32. Propter inæqualitatem
        - Opum plebs tumultuari ſolet. N.33.
        - Honorum, Nobiles atq; Diuites, qui quo maioribus uiribus & ingenij & fortunarũ inſtructi erunt, eo grauiores & diuturniores erunt inter eos excitatæ ſeditiones. N.34. Authoritate Theognidis confirmat, qui hanc ſeditionum cauſam inter cæteras eſſe pronunciat, ſi probi & improbi iiſdẽ honoribus potirentur. N.35.
      - Ergo non minus honorum quàm opum adæquatio inſtituenda.
  - **Finis.** Vide in ſeq. ſignum C.
- **Bellicum**, foris erga hoſtes Præced. cap. nu. 36. affirmauit, legiſlatorem non loci tantùm et perſonarum, ſed & uicinorum rationem habere oportere. Ergo etiã in patrimoniorum conſtitutione, reſpub. non tantùm domi tranquilla, ſed etiam foris bello turbata, conſideranda erit, ut hoſtium uiribus reſiſtere queat. Nu. 50. Quod quidem fiet partim
  - **Corporis** robore & agilitate. Quod ſtudio & meditatione rei bellicæ nititur. Sic igitur argumentatur
    - Qui ciuitatem rectè inſtituere uolet, is nõ pacis tantùm, ſed etiam belli tempora conſiderare, & non minus ad hoc quàm ad illud ciues ſuos inſtituere debet N 51.
    - At Phaleas de ciuium inſtitutione ad belli tempora nihil tradidit. N.52. Eò tantùm omnia referens, ut domi inter ſe tranquillè uiuant ciues. N.49.
    - Ergo Phaleas ciuitatem non rectè inſtituit.
  - **Fortunarũ**, pecuniæ inprimis, quæ belli neruus eſt, abundantia. N. 53. At de opibus ad uſum bellicos cõferentibus
    - Phaleas nihil certi ſtatuit, & quidem malè, tali ratiocinatione:
      - Opum recta conſideratio omnib. Reip. tẽporib. accõmodari debet, uõ pacis tantũ, uerumetiã bello. N. 54. Declarat. Nimirũ ut opes neq; ſua
        - Amplitudine ad rapinam alliciant gentes pauperes, & auri cupidas. N.55.
        - Tenuitate ad uim impune inferendam irritent gentes potentes & imperij cupidas N.56.
      - At Phaleas temporibus bellicis opum conſiderationem non accommodauit. N.57.
      - Ergo Phaleæ conſideratio de opibus recta non eſt.
    - Ariſt. agendũ eſſe aſſerit, in
      - Genere quidem, Opes in belli uſus abundare oportere. N.58.
      - Specie uerò, tantas eſſe debere, ut neq; magnitudine ſua ad bellum inferendũ improbos alliciant, neq; paruitate ſua in bello ſuſtinendo & propulſando ciues deſtituant: Nimirũ ut inſtructi illis ciues impetũ hoſtiũ tamdiu ſuſtinere queant, ut hoſtibus utilius ſit illos nõ adoriri, quàm lõga obſidione, & maiore fortunarum damno quàm uictoriæ lucro, in poteſtatem redigere. N.59. Quod exemplo Eubuli confirmat. N.60.

C. Non

Boni *legiſlatoris eſt, omnes iniurias, quantum eius fieri poteſt, præcidere, & hac ratione concordiam inter ciues ſtabilire.*

- **C. Non** *tantùm neceſſariæ, ſed & non neceſſariæ cupiditatis immoderatæ rationi adæquationc iſta proſpiciendũ fuit. Ratione tali*
  - **At Phaleas** *ſua adæquatione bonorum neq; præcidit iniurias omnes, neq; earundem remedia tradidit. Oſtendit hoc tum*
    - **Genere, narrando differentias**
      - **Iniuriarum** *ex cupiditate ortarum. Iniuriam inferũt homines hominibus, ut ex alieno malo propriæ medeantur cupiditati quam cupiditatem boni in illis excitat uel*
        - **Doloris** *fuga.* ἐπιθυμίαι μετὰ λύπης *(quoniam illam uel præcedit uel comitatur dolor) & quidẽ* ὧν ἀναγκαίων, *hoc eſt earum rerum, quæ nõ neceſſariæ uel re uera*
          - **Sunt.** *Sic famelicus & ſitibundus & algens ad abigendũ dolorem famis, ſitis, frigoris (ſi honeſta ratione uictum & amictum comparare nequeat) ad inferendam alijs iniuriam uel clàm uel palàm accingitur furando, ſpoliando, latrocinando. N. 36.*
          - **Non** *ſunt, ſed opinione tantùm, quoniam ij ſe carere non poſſe opinantur (qualeſcunq; tandem illæ fuerint) quibus tamen uel omnino uel ſaltem ex parte carere poſſent. Ergo perſequũtur uoluptates, ut gaudeãt, & ne deſiderio illarũ torqueantur. N. 37. Exempli cauſa. Guloſi quo ad Quantitatem peccant, quando paucis & ijs quidem neceſſarijs contenti eſſe nolunt, nec naturæ tantùm, ſed & immoderatæ cupiditati ſatis fieri poſtulant. Nu. 38. peccant inſuper Qualitate, rerum uel penitus nõ neceſſariarum uel non penitus immoderato deſiderio.*
        - **Voluptatis** *ſtudium.* ἐπιθυμίαι ἄνευ λύπης *(cùm dolor illam nec animi nec corporis uel præcedat uel comitetur) & quidem* τῶν μὴ ἀναγκαίων, *rerum nec re uera nec opinione neceſſariarum: quando etiam ipſimet faciẽ ſe ijs carere poſſe fatentur, præ libidine tamen ijs carere nolint, non quia dolorem ex illarũ abſentia percipiant, ſed ut præſentia illarum iucunditatem ſintiant. N. 39.*
      - **Remediorum,** *quæ iniurijs ex cupiditate ortis medeantur. N. 40. Iniurias ergo ex cupiditate ortas aliàs coercet*
        - **Auctoritas** *hominum, legiſlatoris ſcilicet & magiſtratus, imperando, ut qui rationi rectæ à philoſophia deſumtæ parère nolunt honeſtatis amore formidine pœnæ parère cogantur. N. 44. Eas nimirum, quas excitat doloris fuga (ſunt enim multo frequentiores & uehementiores, & propterea arctiore fræno opus habent: ut qui ratione recta, quam leges ſequuntur ſaltem, ſi non explicant, perſuaderi nolunt, potenti auctoritate uel inuiti corrigãtur) doloris fuga, inquam, ortis ex abſentia rerum neceſſariarum*
          - **Reuera.** *Lege enim lata de Patrimoniorum moderata copia, & iugi Laboris ſtudio, ciues ab otio ad negotiũ, à luxu ad frugalitatẽ metu pœnæ traducẽtur ibiq; aſſueti, paucis contenti erunt, eaq; in ſuum & familiæ uſum propria induſtria augere poterunt. N. 41.*
          - **Opinione** *tantùm. Lege enim ſumtuaria lata de ueſtibus, de cibo, & ſimilibus, metu pœnæ ciues ſenſim ad temperantiam traducentur, ut neq; neceſſaria nimium, neq; non neceſſaria inſolenter appetant. Num. 42.*
        - **Ratio** *philoſophica, ſolius honeſtatis amore, abſq; auctoritate perſuadendo: eas nimirum, quas uoluptatis ſtudium excitat, nullo dolore præcedente: quæ cupiditates quanto rariores & remiſsiores ſunt, tanto leuiore fræno indigent, & ratione ſola etiam abſq; legum armata auctoritate cohiberi poſſunt. N. 43. Licet nihil prohibeat, has quoq; auctoritate legum coerceri: ut priores illæ ratione etiam philoſophica refrænari poſſunt.*
    - **Specie.** *Minimarum tantùm iniuriarum occaſiones eum ſuſtuliſſe argumẽto tali comprobat:*
      - **Si** *iniuriæ maximæ non neceſsitate, ſed immoderata cupiditate opum ſuſcipiuntur, Phaleæ adæquatio non omnibus, ſed minoribus tantùm iniurijs compeſcendis inſeruit.*
      - *At maximæ iniuriæ non propter rerum neceſſariarum egeſtatem, ſed propter immodicam cupiditatem non neceſſariarum inferri conſueuère. N. 45. Exemplo Tyrannidis oſtendit:*
        - **Tyrannis** *non neceſsitate, ſed immoderata cupiditate ſuſcipitur. N. 46. Neq; enim ut famem uel ſitim uel frigus effugiant, ſed ut dominentur, & ampliſs. opibus minimè neceſſarijs potiantur, tyranni euadunt.*
        - *At tyrannis eſt iniuria maxima, qua nulla maior Reip. inferri poſſe uidetur. Probat:*
          - **Cuius** *iniuriæ correctori & uindici maxima dantur publicè præmia, illam maximam eſſe uerìſimile eſt.*
          - **Atqui** *tyrannidis correctoribus & uindicibus præmia dantur maxima. N. 47.*
          - **Ergo** *tyrannis iniuria maxima eſt.*
        - **Ergo** *iniuria quædam maxima non neceſsitate, ſed libidine infertur.*
      - **Ergo** *Phaleæ adæquatio minoribus tantùm iniurijs inſeruiet. N. 48.*

Ergo *Phaleas hac in parte boni legiſlatoris officium neglexit.*

Dd. Reſpe-

- D d. Reſpectu Finis Aequationē bonorum examinat. Ad concordiā ergo ciuitatis, & ne inter ciues ſeditiones excitentur,
  - Phaleę bonorū æqualitas conferret
    - Aliquid. N. 61.
    - Parum tantùm. N. 62. Declarat. Nam licet adæquentur patrimonia, non tamen iccirco ampliora cupere deſinent (non adæquatis ſcilicet animis rectâ inſtitutione, uti mox docebit, & ſuprà n. 20. docuit) tum uiri
      - Probi, indignè ferētes uirtuti ſuæ non maiora tribui, quàm uiliſſimis etiā & abiectiſſimis. N. 63. Confirmat. Experientia ſiquidem docet quotidiana, ob hoc ipſum ſeditiones crebras oriri. N. 64.
      - Improbi, ob inexplebilē habendi cupiditatē. Demonſtrat:
        - Quibus nihil ſatis eſt, ij ne adæquatis quidem bonis quieſcent.
        - At improborū cupiditati nihil ſatis eſt. N. 65. Quod ipſum
          - Declarat. Qui primùm re tenuiſſima contenti erant, auctiores facti, ampliora deſiderant. Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. N. 66.
          - Confirmat ratione. Cupiditas enim ex ſui natura indefinita eſt: quandoquidem in Malorum coniugatione, ſub qua infinitū quoq; Pythagorei poſuere, collocatur. De qua re lib. 1. Ethic. c. 3. N. 67.
        - Ergo improbi ne adæquatis quidem bonis quieſcere poterunt.
  - Ariſtoteles aliud quid magis conducturū putat, quod ciues uel ſponte uel inuitos in officio contineat, nēpe ueluti imperetis numerum Legum rectam inſtitutionem Potentia inſtructam. N. 68. Ratiocinatione tali:
    - Quando ij qui malefacere
      - Poſſunt, malefacere nolunt uiri Probi ſcilicet & potentes. N. 69.
      - Volunt, non poſſunt malefacere, improbi ſcilicet uiribus destituti. Numero 70.
      - Tunc concordia publica maximè fouetur.
    - At ſi legiſlator
      - Rectâ inſtitutione ciuitatem ad uirtutis exercitia conformarit: probi licet poſſint, nolent tamen quenquam non laceſſiti lædere, uirtutis ſolius amore. N. 72.
      - Potentia inſuper inſtructam ſit, improbos in officio continebit, ut uel nō auſint, metu ſupplicij, uel propter debilitatem non poſſint lædere. N. 71.
    - Ergo recta inſtitutio legum Potentia & armis inſtructa maximè ad concordiam publicam facit.

CAPVT IIX.

Ab Hippodamo Mileſio propoſitam ideam Reipub. perpendit.

Hippodamus [1] autem Euryphontis filius, Mileſius, qui ciuitatum diuiſionem inuenit, & Piræum diſcidit, idemque [2] fuit in reliqua uita exquiſitior ob amorem honoris, quo flagrabat, ita ut nonnullis uideretur uiuere curioſius, comæ copia, & ornatu ſumtuoſo: adhuc autem ueſtis, tenuis quidem, eiuſdem tamen calori tuendō accommodatæ, non hyeme tantùm, uerumetiam æſtiuis temporibus: cùm [3] uellet autem circa omnem naturam diſertius eſſe, primus [4] omniū qui non attigerant rempublicam, aggreſſus eſt aliquid de rep. optima dicere. Conſtituit [5] autem ciuitatem, quod ad nu-

Ἱπποδάμος [1] δὲ Εὐρυφῶντος, μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν, εὗρε, καὶ τὸν πειραιᾶ κατέτεμε· γενόμενος [2] καὶ περὶ τὸν ἄλλον βίον περιττότερος διὰ φιλοτιμίαν, οὕτως, ὥστε δοκεῖν ἐνίοις ζῆν περιεργότερον, τριχῶν τε πλήθει, καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ· ἔτι δὲ ἐσθῆτος, εὐτελοῦς μὲν, ἀλεεινῆς δὲ οὐκ ἐν τῷ χειμῶνι μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς θερινοὺς χρόνους· λόγιος [3] δὲ καὶ περὶ τὴν ὅλην φύσιν εἶναι βουλόμενος· πρῶτος [4] τῶν μὴ πολιτευομένων, ἐνεχείρησέ τι περὶ πολιτείας εἰπεῖν τῆς ἀρίστης. κατεσκεύαζε [5] δὲ τὴν πόλιν,

Hippodamus [1] autem Euryphontis filius Mileſius, qui & ciuitatum, urbiumque diuiſionem reperit, & Piraeum muro ab urbe ſeiunxit, uir [2] primum in reliqua uita propter ambitionem aliquanto plus, quàm ſatis eſſet, rerum ſuperuacanearum atq; exquiſitarum ſtudio deditus, uſqueadeo ut nonnullis curioſius & putidius uiuere exiſtimaretur, capilis tum denſo ac promiſſo, tum compoſito, & ſumtuose ornato: deinde in ueſtitu, cultuq; corporis ſumtuoſo, cum ueſte uteretur honorifica illa quidem, & magnifica, ſed calida & pellibus ſuffulta, non hyeme ſolum, uerumetiam diebus æſtiuis & ſolſtitialibus temporibus. Is [3] igitur Hippodamus, cum a[...]ui in totius natura explicatione eruditus e[ſſ]e uellet, primus [4] eorum, q[ui] rempub. non adminiſtrarunt, conatus eſt aliquid [d]e optima reip. adminiſtrandæ forma dicere. Ciuitatem [5] autem ita componebat, ut ex de-

ad nomerũ facit decẽ miliũ ho miouum, in [6] tres aũt partes diuiſam. Faciebat.n. unã quidem partẽ opifices, alterã aũt agricolas, tertiã quæ uerſaretur in bello, & arma haberet. Diuidebat[7] aũt in tres partes agrũ: hũc quidem ſacrũ, alterum autem publicum, hunc uerò priuatũ. Vnde, quæ legibus inſtituta ſunt, dijs facient, ſacrum: è quibus, qui deſtinati ſunt bello, alẽtur, publicum: agrũ autem agricolarum proprium. Putabat[8] autem ſpecies legum eſſe tantùm tres: de quibus enim lites exoriuntur, tria hæc numero eſſe, contumeliam, damnum, cædẽ. Statuebat[9] autem curiam onam, quę ſummam poteſtatem haberet, ad quam omnes referri cauſas oporteret, quæ non bene iudicatę uiderentur: hanc autem conſtruxit è quibuſdam ſenibus, ſuffragio delectis. Iudicia[10] autem in curijs ooo calculis putabat fieri oportere, ſed ferre ſingulos tabellam, in qua ſcriberent, ſi damnarent ſimpliciter cauſam: ſi autem abſoluerent ſimpliciter, inanèm: ſi uerò hoc ſanè, hoc uerò minus, id ipſum definirent. Nunc[11] enim noo arbitrabatur, bene hoc legibus ſtatutum eſſe: cogi enim iudices peierare, ſiue hæc, ſiue illa iudicanres. Ferebat[12] autẽ legem de his, qui inueoiſſet aliquid, quod prodeſſet ciuitati, ut honorem conſequerentur: & [13] filijs eorum, qui in bello mortui eſſent, è publico cibaria dari, tãquã hoc ad id tẽporis apud alios lege factũ nõ eſſet. Eſt [14] aũt & Athenis nũc hęc lex, & in alijs ciuitatib. Magiſtratus[15] aũt ſuffragijs delectos à populo eſſe oẽs: populũ[16] aũt faciebat tres partes ciuitatis. Delectos[17] aũt curã gerere rerũ publicarũ, & earũ, q̃ ad peregrinos & orbos ptineret. Maior[18] igitur pars, & dignior, quæ ponderetur, ordinis Hippodami, hæc ſunt. Vocaret[19] autem in cõtrouerſiam aliquis primùm diuiſionem numeri cioium. Opifices [20] enim & agricolę, & qui arma habent, cuncti participes ſnnt reipublicæ: agricolæ[21] quidem arma nõ habentes: opifices aũt neq; agros neq; arma: qoare[22] fiũt propemodũ ſerui eorũ, q arma poſsidẽt. Participes[23] igitur omniũ hooorũ eſſe impoſsibile eſt. Neceſſe[24] nã-

que

τῷ πλήθει μὲν μυριάνδρον, εἰς [6] τρία δὲ μέρη διῃρημένην. ἐποίει γὰρ ἓν μὲν μέρος, τεχνίτας· ἓν δὲ γεωργούς· τρίτον δὲ τὸ προπολεμοῦν, καὶ τὰ ὅπλα ἔχον. διῄρει[7] δ᾽ εἰς τρία μέρη τὴν χώραν· τὴν μὲν ἱεράν, τὴν δὲ δημοσίαν, τὴν δ᾽ ἰδίαν. ὅθεν μὲν τὰ νομιζόμενα ποιήσουσι πρὸς τοὺς θεούς, ἱεράν· ἀφ᾽ ὧν δ᾽ οἱ προπολεμοῦντες βιώσονται, κοινήν· τὴν δὲ τῶν γεωργῶν, ἰδίαν. ᾤετο[8] δ᾽ εἴδη καὶ τῶν νόμων εἶναι τρία μόνον. περὶ ὧν γὰρ αἱ δίκαι γίνονται, τρία ταῦτ᾽ εἶναι τὸν ἀριθμόν· ὕβριν, βλάβην, θάνατον. ἐνομοθέτει[9] δὲ καὶ δικαστήριον ἓν τὸ κύριον, εἰς ὃ πάσας ἀνάγεσθαι δεῖν τὰς μὴ καλῶς κεκρίσθαι δοκούσας δίκας· τοῦτο δὲ κατεσκεύαζεν ἐκ τινων γερόντων αἱρετῶν. τὰς [10] δὲ κρίσεις ἐν τοῖς δικαστηρίοις, οὐ διὰ ψηφοφορίας ᾤετο γίνεσθαι δεῖν, ἀλλὰ φέρειν ἕκαστον πινάκιον, ἐν ᾧ γράφειν, εἰ καταδικάζοι ἁπλῶς τὴν δίκην· εἰ δ᾽ ἀπολύοι ἁπλῶς, κενόν· εἰ δὲ τὸ μὲν, τὸ δὲ μή, τοῦτο διορίζειν. νῦν[11] γὰρ οὐκ ᾤετο νενομοθετῆσθαι καλῶς. ἀναγκάζειν γὰρ ἐπιορκεῖν, ἢ ταῦτα ἢ ταῦτα δικάζοντας. ἐτίθει[12] δὲ νόμον περὶ τῶν εὑρισκόντων τι τῇ πόλει συμφέρον, ὅπως τυγχάνωσι τιμῆς· καὶ τοῖς[13] παισὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτώντων ἐκ δημοσίου γίνεσθαι τὴν τροφήν· ὡς οὔπω τοῦτο παρ᾽ ἄλλοις νενομοθετημένον. ἔστι[14] δὲ καὶ ἐν Ἀθήναις οὗτος ὁ νόμος νῦν, καὶ ἐν ἑτέραις τῶν πόλεων. τοὺς[15] δ᾽ ἄρχοντας αἱρετοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου εἶναι πάντας· δῆμον[16] δ᾽ ἐποίει τὰ τρία μέρη τῆς πόλεως· τοὺς δ᾽[17] αἱρεθέντας ἐπιμελεῖσθαι κοινῶν καὶ ξενικῶν, καὶ ὀρφανικῶν. τὰ[18] μὲν οὖν πλεῖστα καὶ τὰ μάλιστα ἀξιόλογα τῆς Ἱπποδάμου τάξεως ταῦτ᾽ ἐστίν. ἀπορήσειε[19] δ᾽ ἄν τις πρῶτον μὲν τὴν διαίρεσιν τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν. οἵ τε γὰρ [20] τεχνῖται, καὶ οἱ γεωργοί, καὶ οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες, κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας πάντες· οἱ μὲν[21] γεωργοὶ οὐκ ἔχοντες ὅπλα· οἱ δὲ τεχνῖται, οὔτε γῆν, οὔτε ὅπλα. ὥστε[22] γίνονται σχεδὸν δοῦλοι τῶν τὰ ὅπλα κεκτημένων. μετέχειν[23] μὲν οὖν πασῶν τῶν τιμῶν ἀδύνατον. ἀνάγκη[24] γὰρ ἐκ

ex decem millibus hominum numero conſtaret, in [6] tres uero partes eſſet diuiſa. Vnam porrò partem efficiebat ex artificibus, alteram ex agricolis, tertiam ex propugnatoribus & armatis hominibus. Iam[7] uerò agrum tres in partes ſecabat, unam ſacram, alteram publicam, tertiam priuatam: Eam quidem, unde ſacra legitima & conſuetudine recepta dijs immortalibus fierent, ſacram: eam autem, unde ciuitatis propugnatores uiuerent, communem & publicam: eam deniq;, quæ agricolis eſſet attributa, propriam ac priuatam. Exiſtimabat[8] autem etiam tria legum genera duntaxat eſſe oportere. nam quibus de rebus lites intenduntur & iudicia fiunt, eas res numero tres eſſe, contumeliam, damnum iniuria illatum, mortem. Lege[9] autem ſua etiam unum iudicium conſeſſum faciebat, cuius ſumma eſſet poteſtas, & ad quem referri oporteret eas res, quæ minus bene iudicata uiderentur. Hunc autem conſtituebat ex quibuſdam ſenibus ſelectis. Sententias[10] porrò in foris iudicialibus non per calculos ferri debere exiſtimabat, ſed dari unicuiq; tabellam, in qua ſcriberet, ſi planè condemnaret: ſi abſolueret, inanem relinqueret: ſin neque damnaret, neque abſolueret, aut partim damnaret, partim abſolueret, hoc ipſum ſcriptura declararet. Nunc[11] enim hoc non rectè legibus eſſe inſtitutum. Cogi enim iudices peierare, cum aut hanc aut illam ferre ſententiam iubentur. Legem[12] autem tulit de iis, qui aliquid utile ciuitati inuenirent, ut honore ac præmio afficerentur: & [13] ut liberis eorum, qui in bello occubuiſſent, de publico uictus præberetur: quia ſcilicet nondum hæc lex apud alios eſſet lata. Nunc[14] autem & Athenis, & in alijs ciuitatibus poſita eſt. Tum[15] ut magiſtratus omnes à populo eligerentur. Populum[16] autem faciebat tres illas partes ciuitatis. Deinde[17] ut qui lecti eſſent, curam haberent & rerum ciuitatis communium, ſeu urbanarum: & earum, quæ ad peregrinos, & earum, quæ ad pupillos parentibus orbatos pertinerent. Quæ[18] igitur & maxima ex parte, & commemoratu digniſsima, ab Hippodamo de repub. ordinanda expoſita ſunt, hæc ſunt. Vocare[19] autem in dubium poſſit aliquis, primùm quidem ciuium multitudinis partitionem. Nam[20] & artifices, & agricolæ, & qui arma gerunt, omnes reipub. ſunt participes: ſed ita[21] ut agricolæ quidem ſint inermes, artifices autem & ſine armis ſint, & ſine agris. Quo[22] fit ut propemodum ſerui ſint eorum, qui arma tenent. Quare[23] omniũ honorũ participes eſſe nõ poſſũt. Neceſſe[24] enim

eſt ex

que eſt ex his, qui arma habẽt, cõſtitui & belli duces, & ciuiũ cuſtodes, & maximæ auctoritatis, ut ita dicam, magiſtratus. Cùm [25] autem participes non ſint reipublicæ, quomodo fieri poteſt, ut bene animati ſint erga rempublicam? Sed [26] oportet arma tenentes potentiores ambabos partib. eſſe. Hoc [27] autẽ nõ eſt facile, niſi multi ſint. Si uerò [28] hoc erit, quid opus eſt cæteros participes eſſe reipublicæ, & dominos eſſe comitiorũ? Præterea [29] agricolæ qua in re utiles erunt ciuitati? Opifices [30] nãq; neceſſe eſt eſſe. Omnis [31] enim ciuitas eget opificibus, & [32] poſſunt uitam tueri præſidio artium ſuarum. Agricolæ [33] uerò, prębẽtes arma tenentibus, unde alantur, meritò fuiſſent aliqua pars ciuitatis. Nunc [34] aũt proprios agros habent, & hos priuatim colent. Præterea [35] publicos agros, è q̃bus milites unde alantur habebũt, ſi qoidẽ ipſi colent, nõ erit diuerſum militare genus & agricolarũ: ut [36] eſſe uult, q leges tulit. Si [37] oerò alij quidã erũt, diuerſi ab ijs, qui priuatim agros colunt, & militibus: quarta igitur hæc pars erit ciuitatis, nullius ſanè particeps, quinetiam auerſa animo à repub. Atqui [38] ſi aliquis eoſdem eſſe uolet, qui priuatum & qui publicũ agrũ colunt, multitudo [39] ſatis nõ erit fructuũ, quib. ſinguli alant duas domos: & [40] cuius cauſa non ilicò è tellure, & iiſdem agellis, ſibiq; alimentõ ſument, & militibus præbebunt. Hæc [41] profectò cuncta multá in ſe continent confuſioné. Nõ [42] bene quoq; ſe habet lex de litium exiſtimatione, uelle exiſtimare diuidenté iudicé, cùm de quo iudiciũ fieri debet ſimpliciter ſcriptũ ſit, & è iudice arbitrum fieri. Hoc [43] enim in arbitratu & plurib. exiſtimatoribus locũ habet (loquuntur enim ſimul de exiſtimatione) in [44] curijs aũt nõ licet: ſed q̃ huic aduerſatur, multi legũlatores faciũt, ne iudicés ualeát cómunicare cõſilia. Deinde [45] quomodo nõ erit confuſum iudicium, quãdo debere iudex ſanè putarit: non tantũ tamen, qoantum qui dicá ſcripſit? Hic enim .x x. minas, iudex uerò exiſtimat .x. mioas: ſiue [46] hic qui dẽ plus, hic autem

τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων καθίστασθαι καὶ στρατηγοὺς, καὶ πολιτοφύλακας, καὶ τὰς κυριωτάτας ἀρχὰς, ὡς εἰπεῖν. μὴ [25] μετέχοντας δὲ τῆς πολιτείας, πῶς οἷόν τι φιλικῶς ἔχειν πρὸς τὴν πολιτείαν; ἀλλὰ [26] δεῖ κρείττους εἶναι τοὺς τὰ ὅπλα γε κεκτημένους ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. τοῦτο [27] δ᾽ οὐ ῥᾴδιον, μὴ πολλοὺς ὄντας. εἰ [28] δὲ τοῦτ᾽ ἔσται, τί δεῖ τοὺς ἄλλους μετέχειν τῆς πολιτείας, καὶ κυρίους εἶναι τῆς τῶν ἀρχόντων καταστάσεως; ἔτι [29] οἱ γεωργοὶ τί χρήσιμοι τῇ πόλει; τεχνίτας [30] μὲν γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι. πᾶσα [11] γὰρ δεῖται πόλις τεχνιτῶν, καὶ [32] δύνανται διαγίγνεσθαι καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, ἀπὸ τῆς τέχνης. οἱ [33] δὲ γεωργοί, πορίζοντες μὲν τοῖς τὰ ὅπλα κεκτημένοις τὴν τροφὴν, εὐλόγως ἂν ἦσάν τι τῆς πόλεως μέρος· νῦν δ᾽ [34] ἰδίαν ἔχουσι, καὶ ταύτην ἰδίᾳ γεωργήσουσιν. ἔτι [35] δὲ τὴν κοινὴν, ἀφ᾽ ἧς οἱ προπολεμοῦντες ἕξουσι τὴν τροφὴν, εἰ μὲν αὐτοὶ γεωργήσουσιν, οὐκ ἂν εἴη τὸ μάχιμον ἕτερον, καὶ τὸ γεωργοῦν· βούλεται [36] δ᾽ ὁ νομοθέτης. εἰ δ᾽ [37] ἕτεροί τινες ἔσονται τῶν τὰ ἴδια γεωργούντων καὶ τῶν μαχίμων, τέταρτον αὖ μόριον ἔσται τοῦτο τῆς πόλεως, οὐδενὸς μετέχον, ἀλλὰ καὶ ἀλλότριον τῆς πολιτείας. ἀλλὰ [38] μὴν εἴ τις τοὺς αὐτοὺς θήσει, τούς τε τὴν ἰδίαν, καὶ τοὺς τὴν κοινὴν γεωργοῦντας· τότε [39] πλῆθος ἄπορον ἔσται τῶν καρπῶν, ἐξ ὧν ἕκαστος ὑπουργήσει δύο οἰκίας· καὶ [40] τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθὺς ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῶν αὐτῶν κλήρων αὑτοῖς τε τὴν τροφὴν λήψονται, καὶ τοῖς μαχίμοις παρέξουσι. ταῦτα [41] δὴ πάντα πολλὴν ἔχει ταραχήν. οὐ [42] καλῶς δ᾽ οὐδ᾽ ὁ περὶ τῆς κρίσεως ἔχει νόμος, τὸ κρίνειν ἀξιοῦν διαιροῦντα, τῆς κρίσεως ἁπλῶς γεγραμμένης, καὶ γίνεσθαι τὸν δικαστὴν διαιτητήν. τοῦτο [43] δ᾽ ἐν μὲν τῇ διαίτῃ, καὶ πλείοσιν ἐνδέχεται (κοινολογοῦνται γὰρ ἀλλήλοις περὶ τῆς κρίσεως) ἐν δὲ [44] τοῖς δικαστηρίοις, οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτου τῶν νομοθετῶν οἱ πολλοὶ παρασκευάζουσιν, ὅπως οἱ δικασταὶ μὴ κοινολογῶνται πρὸς ἀλλήλους. ἔπειτα [45] πῶς οὐκ ἔσται ταραχώδης ἡ κρίσις, ὅταν ὀφείλειν ὁ μὲν δικαστὴς οἴηται, μὴ τοσοῦτον δ᾽, ὅσον ὁ δικαζόμενος. ὁ μὲν γὰρ εἴκοσι μνᾶς, ὁ δὲ δικαστὴς κρίνει δέκα μνᾶς· ἢ ὁ [46] μὲν πλέον, ὁ δ᾽ ἔλαττον· ἄλλος δὲ,

eſt ex ijs, qui arma tenent, creari & imperatores, & ciuium cuſtodes, quos appellant Græci politophylacas, & ſummos, penè dicam, ampliſſimosq; magiſtratus. Qui [25] autem remp. non ſunt participes, qui fieri poteſt, ut ij beneuolo atque amico in rempub. ſint animo? Iam [26] uerò ſuperiores ſint uiribus neceſſe eſt ij, qui arma tenent, utraque parte. Hoc [27] autem non eſt factu facile, niſi multi ſint. At [28] ſi hoc erit, quid attinet alios rempub. participare, & creandorum magiſtratuum poteſtatem habere? Præterea [29] agricolæ qua in re ciuitati ſunt utiles? Nam [30] artifices quidem eſſe neceſſe eſt. Omnis [31] enim ciuitas artificibus eget: & [32] poſſunt ex artificio ſuo uitam tolerare, quemadmodum in alijs ciuitatibus. Agricolæ [33] uerò, qui ciuibus arma tenentibus uictum ſuppeditant, non immeritò in partibus ciuitatis numerentur. Nunc [34] autem proprios agros habent, & hos priuatim colunt. Præterea, [35] ſi communes agros, ex quibus ciuitatis propugnatores uictum ſument, ipſi milites arabunt, non differat pars ciuitatis militaris ab ea, quæ agris colendis præpoſita eſt. At [36] uult lator legis duas diſſimiles eſſe partes. Quòd [37] ſi alij quidam erunt præter eos, qui priuatos agros colunt, & ciuitatis propugnatores: quarta rurſum hæc erit pars ciuitatis, nullius rei particeps, ſed à reſpub. ſtatu aliena. Quod [38] ſi quis eoſdem eſſe ponet, & qui proprios agros colunt, & qui publicos & communeis: tunc [39] fructuum copia erit anguſtior, quàm ut ex ijs quiſque uictum duabus familijs ſubminiſtrare poſſit. Tum [40] quamobrem non ſtatim ex eadem terra, & ex ijſdem agris, qui ſorte cuique obtigerint, & ſibi uictum ſument, et bellatoribus præbebũt? Hæc [41] igitur omnia magnam habent confuſionem. Ne [42] lex quidem, quæ eſt de ſententia à iudice pronuncianda, admodum probanda eſt: poſtulare, ut actione ſimpliciter inſtituta atque intenta, in iudicando ſententiam diuidat, fiatq; ex iudice arbiter. At [43] hoc in arbitrio etiam pluribus de compromiſſo facto diſceptantibus facere licet, & contingere poteſt: inter ſe enim de ſententia ferenda communicant. In [44] iudicijs uerò non poteſt: quinetiam multi legum ſcriptores, contrà atque hic, dant operam, ne iudices inter ſe communicent. Deinde [45] uerò nónne erit hæc iudicatio turbulenta & confuſa, ſi iudex quidem deberi petitori arbitretur, ſed non tantum, quantum petitor ſibi deberi dicit? hic enim minas uiginti petit, ille autem decem adiudicat: aut [46] hic quidem plus, ille uerò minus, alius autem quan-

autem minus, alius autẽ quinque, hic uerò quatuor: &[47] hoc profectò modo partientur. Hi[48] autem cuncta damnabunt, hi[49] uerò nihil. Quis[50] igitur modus erit diſtinguendarum ſententiarum? Præterea[51] nemo peierare cogit ſimpliciter abſoluentem uel cõdemnantem, ſi ſimpliciter iure dica ſcripta eſt. Neq;[52] enim nihil debere, qui abſoluit, exiſtimat, ſed *x x* minas. Verùm[53] ille iam peierat, qui damnauit, non exiſtimans debere *x x* minas. De[54] illo autem, quòd inuentoribus alicuius publicæ utilitatis decet honorem aliquem habere, non tutum legem ferre, ſed pulcrum auditu ſolùm. Continet[55] enim in ſe criminationes & mutationes, ſi eueniat, reipub. Cadit[56] aũt in aliam quæſtionẽ & animaduerſionem diuerſam. Dubitant[57] enim quidam, utrũ obſit an proſit ciuitatibus mutare ueteres leges, ſi extiterit alia melior. Quare[58] non facile eſt ei, quod dictũ eſt, continuò aſſentiri: ſi quidem mutare nõ conducit. Fieri enim poteſt, ut aliqui proponant diſſolutionẽ legũ uel reip. tanquã commune bonũ. Quia[59] aũt mentionẽ huius fecimus, adhuc pauca de ipſo diſſeruiſſe melius erit. Cõtinet .n. in ſe controuerſiã, &[60] uideri poſſet melius eſſe mutare. In[61] alijs ſanè ſciẽtijs hoc profuit, ceu[62] medicorum ars loco mota, &[63] gymnaſtica cõtra uetera inſtituta: &[64] demũ cunctę artes & facultates. Quare[65] quoniã unã harũ ponere debemus ciuilẽ rationẽ eſſe, perſpicuũ eſt, eodẽ pacto neceſſe eſſe ſe rẽ habere. Signũ[66] aũt huius extitiſſe affirmaret aliquis, qđ uſuuenit rebus ipſis. Priſcæ[67] enim leges ualde ſimplices erant, ac barbarorum ritus referebant. Cũ[68] gladijs enim ſemper erãt Græci, & uxores alteri ab alteris emebãt. Et cũcta quæ reliqua ſunt ubiq; priſcorũ inſtitutorum, inſulſa ſunt admodũ: ueluti[69] Cumis lex eſt de cęde facta, ſi numerũ quẽdã teſtiũ pduxerit accuſator in reũ è ſuis cognatis, obnoxiũ eſſe cędi reum. Ad[70] ſummã oẽs ſectãtur, non qđ antiquitùs pbarũ fuit, ſed qđ bonũ eſt. Veriſimileq;[71] eſt, primos illos, ſiue è terra nati fuerũt, ſiue ex aliqua internicione

πέντε, ὁ δὲ τέτταρας· καὶ[47] τοῦτον δὴ τὸν τρόπον δηλονότι μεριοῦσιν. οἱ δὲ[48] πάντα καταδικάσουσιν, οἱ δ'[49] οὐδέν. τίς[50] οὖν ὁ τρόπος ἔσται τῆς διαλογῆς τῶν ψήφων; ἔτι[51] δ' οὐδεὶς ἐπιορκεῖν ἀναγκάζει τὸν ἁπλῶς ἀποδικάσαντα, ἢ καταδικάσαντα, εἴπερ ἁπλῶς τὸ ἔγκλημα γέγραπται δικαίως. οὐ[52] γὰρ μηδὲν ὀφείλειν ὁ ἀποδικάσας κρίνει, ἀλλὰ τὰς εἴκοσι μνᾶς. ἀλλ'[53] ἐκεῖνος ἤδη ἐπιορκεῖ, ὁ καταδικάσας, μὴ νομίζων ὀφείλειν, τὰς εἴκοσι μνᾶς. περὶ[54] δὲ τοῦ, τοῖς εὑρίσκουσί τι τῇ πόλει συμφέρον, ὡς δεῖ γίνεσθαί τινα τιμὴν, οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τὸ νομοθετεῖν, ἀλλ' εὐόφθαλμον ἀκοῦσαι μόνον. ἔχει[55] γὰρ συκοφαντίας, καὶ κινήσεις, ἂν τύχῃ, πολιτείας. ἐμπίπτει[56] δ' εἰς ἄλλο πρόβλημα καὶ σκέψιν ἑτέραν. ἀποροῦσι[57] γάρ τινες πότερον βλαβερὸν ἢ συμφέρον ταῖς πόλεσι, τὸ κινεῖν τοὺς πατρίους νόμους, ἂν ᾖ τις ἄλλος βελτίων. διόπερ[58] οὐ ῥᾴδιον τῷ λεχθέντι ταχὺ συγχωρεῖν, εἴπερ μὴ συμφέρει κινεῖν. ἐνδέχεται δ' εἰσηγεῖσθαί τινας νόμων λύσιν, ἢ πολιτείας, ὡς κοινὸν ἀγαθόν. ἐπεὶ[59] δὲ πεποιήμεθα μνείαν, ἔτι μικρὸν περὶ αὐτοῦ διαστείλασθαι βέλτιον. ἔχει γὰρ, ὥσπερ εἴπομεν, ἀπορίαν, καὶ[60] δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι τὸ κινεῖν. ἐπὶ[61] γοῦν τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν τοῦτο συνενήνοχεν, οἷον[62] ἰατρικὴ κινηθεῖσα παρὰ τὰ πάτρια, καὶ[63] γυμναστικὴ, καὶ[64] ὅλως αἱ τέχναι πᾶσαι, καὶ αἱ δυνάμεις· ὥστ'[65] ἐπεὶ μίαν τούτων θετέον καὶ τὴν πολιτικὴν, δῆλον ὅτι καὶ περὶ ταύτην ἀναγκαῖον ὁμοίως ἔχειν. σημεῖον[66] δ' ἂν γεγονέναι φαίη τις ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων. τοὺς[67] γὰρ ἀρχαίους νόμους λίαν ἁπλοῦς εἶναι καὶ βαρβαρικούς. ἐσιδηροφοροῦντο[68] τό τε γὰρ οἱ Ἕλληνες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων. ὅσα τε λοιπὰ τῶν ἀρχαίων ἐστί που νομίμων, εὐήθη πάμπαν ἐστίν· οἷον[69] ἐν Κύμῃ περὶ τὰ φονικὰ νόμος ἐστὶ, ἂν πλῆθός τι παράσχηται μαρτύρων ὁ διώκων τὸν φόνον τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, ἔνοχον εἶναι τῷ φόνῳ τὸν φεύγοντα. ζητοῦσι[70] δ' ὅλως οὐ τὸ πάτριον, ἀλλὰ τἀγαθὸν πάντες. εἰκός[71] τε τοὺς πρώτους, εἴτε γηγενεῖς ἦσαν, εἴτ' ἐκ φθορᾶς τινος ἐσώθησαν, ὁμοίους εἶναι καὶ τοὺς

tem quinq; , alius porrò quatuor: atque[47] hoc ſcilicet modo ſententias diuident. alij que[48] omnī ex parte contra petitorem ſententiam ferent, alij[49] nulla ex parte. Quis[50] igitur erit modus ſententiarum deligendarum ac diſternendarum? Præterea[51] uero nemo cogit eum peierare, qui ſimpliciter abſoluerit, aut damnarit, ſi lis ſimpliciter, ut debet, fuerit intenta. Non[52] enim qui reum abſoluit, nihil eum debere iudicat, ſed uiginti minas non debere. Verum[53] ille iam peierat, qui non putans reum debere uiginti minas, nihilominus eum damnauit. De[54] præmio autem & honore aliquo ijs decernendo, qui aliquid utile ciuitati repererunt, non eſt tutum legem ferre: ſed eſt auditu plauſibile & ſpecioſum tantum. Habet[55] enim calumnias, & reipub. ſi ita cadat, commutationes & conuerſiones. Incurrit[56] autem in aliam quæſtionem & diſputationem. Dubitant[57] enim quidam, utrùmne detrimentoſum, an utile ſit, leges patrias mouere & mutare, ſi qua ſit alia melior. Itaque[58] non eſt facile ei, quod dictum eſt de præmio ijs decernendo, qui aliquid ex uſu ciuitatis inuenerint, aſſentiri & concedere, ſi non expedit reipub. quicquam immutare. Euenire autem poteſt, ut aliqui ſuadeant uel legum abrogationem, uel reipub. adminiſtrandæ formæ commutationem, tanquam commune bonum. Sed[59] quoniã in hunc ſermonem incidimus, præſtiterit etiam pauca hac de re diſputare. Habet enim, ut diximus, dubitationem. Et[60] uidebatur ſane ſatius eſſe commutare. In[61] alijs enim ſcientijs hoc profuit: ut[62] medicina commutata a patrijs inſtitutis, & ars[63] corporum exercendorum, quam gymnaſticam Græci appellant, omnes[64] denique artes & facultates mutatæ magnas rebus publicis utilitates attulerunt. Quare[65] quoniam & ciuilis prudentia in his numeranda eſt, nimirum de ea quoq; neceſſario idem eſt ſentiendum. Argumentum[66] eorum, quæ dicimus, ex factis & euentis ſumere poſſit aliquis: leges[67] .n. antiquas ualde ſimplices eſſe, & barbaricas. Nam[68] & gladios geſtare, et uxores alter ab altero emere Græci ſolebant: reliquaq; antiqua inſtituta, ſtolida prorſus & ſtulta ſunt: uerbi[69] gratia, lex eſt Cumis de ijs, quæ ad cædem pertinent, ſi quis accuſator aliquẽ teſtium numerum produxerit, qui ſibi cognati ſint, reum cædis pœna teneri. Præterea[70] quærunt omnes non quod eſt patrium, ſed quod bonum. Et[71] uериſimile eſt, primos illos homines, ſiue terræ filij & terrigenæ erant, ſiue ex calamitate & interitione aliqua ſalui

cione ſalui exière, aſsimiles fuiſſe quibuslibet hominibus & ſtultis: quemadmodum ſanè fertur de terrigenis. Quapropter [72] abſurdum foret manere in eorum decretis. Addi [73] poteſt his, neque etiam ſcriptas leges ſinere immotas manere, ſatius eſſe. Quemadmodum [74] enim in cæteris artibus, ita in ciuili ordine fieri nõ poteſt, ut exquiſitè omnia ſcripta ſint. In [75] uniuerſum enim ſcripta eſſe neceſſe eſt. Actiones [76] autem de ſingularibus rebus ſunt. His [77] igitur argumentis planum eſt, moueri oportere leges, & quas potiſsimum, & quando. Alio [78] autem modo idem ponderantibus, uideri poſſet res multa cautione egere. Quando [79] enim extiterit, quod melius eſt, paruum aſſueſcere autem facile leges ſoluere, malum: perſpicuum eſt, oportere errata quædam legiſlatorum & magiſtratuum ſinere. Neque [80] enim tantum emolumenti capiet, qui mouerit, quantum detrimenti, aſſuetus non parère imperium in ſe habentibus. Mendax [81] autem eſt exemplum de artibus. Non [82] enim ſimile eſt artem & legem mutare. Lex [83] enim roboris nihil habet, ut ipſi pareatur, præter id quod accipit à conſuetudine: hoc [84] uerò non contingit ipſi, niſi ſpacio longo temporis. Quare [85] facile migrare è legibus, quæ iam ſunt, in alias nouas leges, eſt imbecillam reddere poteſtatem legis. Adhuc [86] autem, ſi mutandæ ſunt, utrum omnes, & in omni republica, uel minimè? & [87] utrum à quolibet, uel quibuſdam? Hæc [88] enim magni interſunt. Quapropter [89] nunc quidem dimittamus hanc animaduerſionem: aliorum namque eſt temporum.

τυχόντας καὶ τοὺς ἀνοήτους· ὥσπερ καὶ λέγεται κατὰ τῶν γηγενῶν. ὥστε [72] ἄτοπον μένειν ἐν τοῖς τούτων δόγμασιν. πρὸς [73] δὲ τούτοις, οὐδὲ τοὺς γεγραμμένους ἐᾶν ἀκινήτους βέλτιον. ὥσπερ [74] γὰρ καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας, καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἀδύνατον ἀκριβῶς πάντα γραφῆναι. καθόλου [75] γὰρ ἀναγκαῖον γραφῆναι· αἱ δὲ [70] πράξεις περὶ τῶν καθ' ἕκαστόν εἰσιν. ἐκ μὲν [77] οὖν τούτων φανερόν, ὅτι κινητέοι καὶ τινὲς καὶ ποτὲ τῶν νόμων εἰσίν. ἄλλον [78] δὲ τρόπον ἐπισκοποῦσιν, εὐλαβείας ἂν δόξειεν εἶναι πολλῆς. ὅταν [79] γὰρ ᾖ τὸ μὲν βέλτιον, μικρὸν· τὸ δ' ἐθίζειν εὐχερῶς λύειν τοὺς νόμους, φαῦλον· φανερὸν ὡς ἐατέον ἐνίας ἁμαρτίας καὶ τῶν νομοθετῶν καὶ τῶν ἀρχόντων. οὐ [80] γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσεται κινήσας, ὅσον βλαβήσεται, τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθεῖν ἐθισθείς. ψεῦδος [81] δὲ καὶ τὸ παράδειγμα τὸ περὶ τῶν τεχνῶν. οὐ [82] γὰρ ὅμοιον κινεῖν τέχνην καὶ νόμον. ὁ [83] γὰρ νόμος ἰσχὺν οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι, πλὴν παρὰ τὸ ἔθος. τοῦτο [84] δ' οὐ γίνεται, εἰ μὴ διὰ χρόνου πλῆθος. ὥστε [85] τὸ ῥᾳδίως μεταβάλλειν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων νόμων εἰς ἑτέρους νόμους καινοὺς, ἀσθενῆ ποιεῖν ἐστὶ τὴν τοῦ νόμου δύναμιν. ἔτι [86] δὲ εἰ καὶ κινητέοι, πότερον καὶ πάντες, καὶ ἐν πάσῃ πολιτείᾳ, ἢ οὔ; καὶ [87] πότερον τῷ τυχόντι, ἢ τισί; ταῦτα [88] γὰρ ἔχει μεγάλην διαφοράν. διὸ [89] νῦν μὲν ἀφῶμεν ταύτην τὴν σκέψιν· ἄλλων γάρ ἐστι καιρῶν.

& incolumes euaſerant, ſimiles fuiſſe hominum, qui uulgò caſuq́ nobis occurrunt, & inſipientium ac ſtultorũ: quemadmodum de terrigenis dici ſolet. Quare [72] abſurdum ſit in horum decretis permanere. Præterea [73] ne leges quidem ſcriptas relinquere immutabiles atque immotas præſtiterit. Quemadmodum [74] enim ſe res habet in alijs artibus, ſic & in prudentia ciuili, fieri non poſſe, ut omnia, quæ ad ordinationem & deſcriptionem reip. adminiſtrãdæ pertinent, ſubtiliter & perfectè ſcripta ſint. Vniuersè [75] enim ſcripta ſint neceſſe eſt. At [76] actiones in ſingularibus uerſantur. Ex [77] his igitur perſpicuum eſt, & aliquas leges eſſe mutandas, & aliquando mutandas. Contrà [78] uerò ſi alia modo rem, de qua agitur, conſideremus, multa cautione eſſe iudicatur. Vbi [79] enim utilitas quidem, quæ ad mutandas leges adducit, parua eſt: aſſuefacere autem ciues legibus facile mutandis, malum: proculdubio nonnulla peccata & latorum legum, & magiſtratuum ferenda, atq; intacta relinquenda ſunt. Non [80] enim tanto erit ei mutaſſe leges emolumento, quãta aſſueuiſſe magiſtratibus non parère detrimento. Præterea [81] fallax & captioſum eſt illud ab artibus & ſcientijs exemplum. Non [82] enim ſimile eſt artem atq; legem commutare. Lex [83] enim nullam uim habet ad parendum impellentem, niſi eam quam à more accepit. Hic [84] autem non niſi ex temporis longinquitate, annorumq́; multitudine naſcitur. Itaq; [85] à legibus receptis & uſitatis, ad alias & nouas leges facile migrare, uim legis infirmare ac debilitare eſt. Præterea, [86] ſi demus eſſe mutandas, utrum & omnes, & in omni reipub. adminiſtrandæ forma, nécne? & [87] utrum à quolibet mutanda, an à quibuſdam, & à quibuſnam? Magnum [88] enim inter hæc diſcrimen eſt. Quapropter [89] nunc quidẽ hanc quæſtionem omittamus, atq; in aliud tempus magis proprium reſeruemus.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Hippodamus autem.) Aggreditur nunc Hippodami remp. perpendere, eodem conſilio, quo Phaleæ ſtatum ciuitatis examinauit. Antequam autem attingat ipſam, magni ingenij uirum fuiſſe Hippodamum hunc oſtendit, in ſuaque ac propria arte non paruam gloriam adeptum: fuit autem architectus: de uita etiam moribusq́ue hominis non pauca narrat: extitiſſe uerò Milesium eius nomen declarat, quòd cuncti, qui λέξεις Græcum conſcripſerunt, ueteres Grammatici meminerunt ipſius, & ſiue μετεωρολόγος quæ foret, ſiue μετεωρολόγου admonuerunt: ij uerò ſunt Suidas, Harpocration, Heſychius: niſi quòd apud hunc parua uarietas eſt in nomine patris ipſius: legitur enim in excuſis Εὐρυφῶντος, pro Εὐρυφῶντος. Demoſthenes etiã in Timotheum [illegible] meminit, ut arbitror, [illegible]. Sed ad ea, quæ noſter commemorauit de ipſo, ueniamus. Primùm igitur narrat, eum diuiſionem urbium inueniſſe: monſtraſſe inquam (niſi fallor) quomodo uiæ itineraq́; publica diſtingui formariq́; deberent. Deinde tradit, eundem Piræeum, portum Athenienſium, inciſiſſe. hæc autem propriæ curæ erãt artis ipſius. Cum de Piræo loquens auctor, quem Hippodamus [illegible], non ſtrq; omnino planũ, cuiuſmodi fuerit hæc ſectio: libet adnotare quod ualet ad oſtendendam utilitatem huius facti. Eſt uetus declaratio in locum hunc è X. Iliadis Homeri, ubi ait, [illegible]: qua traditur locum eum ſummo conſilio poetam feciſſe diſſectum, ut multis illis uijs celerius è tabernaculis ad opem ferendam nauali à militibus perueniretur. in ipſo quoq; idem hoc uerbum eſt, ſed ſcholion hic ponam: [illegible]. Tranſit poſt hæc ad mores hominis, dicitq;, quemadmodum in his rebus uiderat Hippodamus plus quàm alij: ita in reliqua uita ipſum diſceſsiſſe ab inſtitutis reliquorum, conatumq; ſemper fuiſſe eximij aliquid in ſe præter cæteros habere, cùm fuerit ualde cupidus honoris, adeò ut putaretur à quibuſdam uiuere mollius quàm deceret, cum comam alerẽ.

leret, & uenatum etiam alium corporis haberet ſumptuoſum. Præterea in ueſte idem ipſum feciſſe oſtendit: quæ ſanè cùm eſſet uilis, præ ſe tamen ferebat luxum, cùm foret calida, id eſt calori gignendo accommodata: neque hæc tantùm hyeme, ſed etiam æſtiuis temporibus faceret. Cùm autem his argumentis mollem Hippodamum, tenerumq; fuiſſe ſignificaſſet: adiungit, ipſum, cùm uellet omni ſua in natura diſertus & politus homo uideri, primum omnium, qui in rep. uerſati non ſunt, auſum eſſe aliquid de optimo ſtatu ciuitatis præcipere: illorum enim potiſsimum uidetur hoc munus eſſe, qui magnum uſum reip. habent. Quod ſignificauit etiam M. Cicero, cùm in epiſtola ad Q. fratrem inquit, de ſex ſuis libris de Rep. loquens: Præſertim cùm eſſem non Heraclides Ponticus, ſed conſularis, & is, qui in maximis uerſatus in rep. rebus eſſem. Non debet autem contra antiquorum librorum fidem lectio hic uariari, ut nonnulli facere temptarunt, qui pro λόγιος, ſcribi putant oportere ἀπόλιδος: quaſi contra huius uocis repugnet ſententiæ auctoris. quod uerum nullo modo eſt. Veſtis enim poteſt eſſe talis, ut arguat molliciam eius, qui ipſa utitur: eadem tamen parui precij: præterquam quòd nomen etiam ab illis ſuppoſitum, non eſt huic loco ualde aptum. Λόγιος quoque (ita enim profectò legi debet, cùm prius perperam in Aldino exemplari ſcriptum foret ἀναδρῶ-) ualet homo diſertus, & qui uſum habeat reipublicæ: non, ut interpres uetus uertit, rationalis: quam uocem D. Thomas ita accepit, cùm ueriorem tralationem non haberet, tanquam ualeret διανοητικός. quod falſum profectò eſt. Vt autem alia teſtimonia omittamus, Euripides in Ione fabula inquit: τῶν δ' αὖ λογίων, χρωμένων τε τῇ πόλει, εἰς ἀξίωμα βάς. oſtendit enim apertè his uerbis, quos dixi.

Conſtituit autem ciuitatem) Cùm de uita & moribus Hippodami accuratè diſputaſſet, oſtendiſſetque quod conſilium ipſius fuerit, cùm homo remotus à republica, neque etiam philoſophiæ deditus, curam ſuſcepiſſet informandi optimum ſtatum ciuitatis (fuit enim ſtudium, quo ardebat in omnibus honeſtis artibus laudem aucupandi) incipit nunc de ciuitate ipſius, legibuſque differere. Primùm igitur narrat, eum animo, non manu fabricaſſe ciuitatem, quæ conſtaret è decem milium numero ciuium: quam multitudinem hominum diuiſiſſe ipſum adiungit in tres partes, cùm unum illorum ordinem uoluerit eſſe, opifices: alterum, agricolas: tertium, milites, qui operam ſuam in bello præberēt, & arma haberent. Admonere hic uolo, Ariſtotelem in exponendis inſtitutis Hippodami, uti ſemper tēpore imperfecto: cùm plura ant illa ſint, perpetuò hoc ſeruat: nunquam enim perfecto iam utitur: quod non fecit loco ullo in narrandis legibus ac conſilijs Phaleæ. non ſine cauſa autem hoc diligentem ſcriptorem feciſſe exiſtimandum eſt. Quare uidendum, an fortè auctor inchoatum id opus reliquerit: ſiue locutus in ſuis illis documentis tradendis ſit cautè, ut eſſet ſibi regreſſus ad ueniam, tāquam ipſa nondum abſoluta à ſe fuerint. Quam conſuetudinem ueterum opificum fuiſſe, Plinius commemorat: & nos hodie in cunctis eorum operibus, in quibus ſubſcriptum nomen adſcriptum eſt, ſeruatum uidemus.

Diuidebat autem in tres partes.) Diuiſiſſe itidem eundem oſtendit agrum omnem in tres partes: quarum primam ſacram eſſe uoluit, ſecundam publicam, reliquam priuatā. Explicans autem magis conſilium ipſius, inquit, unde res diuina fieret, ſumtuſque neceſſarij in cultu deorum ſuſtineri poſſent, ſacram illam eſſe ſtatuit: unde alerentur, qui armis defenderent ciuitatē, publicam: quam poſsiderent agricolæ, priuatam propriamq; illorum.

Putabat autem ſpecies.) Iudicium Hippodami exponit, quod ad uaria legum genera pertineret: quarum legum tria oportere eſſe genera diceret, cùm exiſtimaret tria tantùm inueniri genera iniuriarū, contumeliam, detrimentum, mortem. Primo illo dignitas alicuius exiſtimatioq; læditur: ſecundo damni aliquid infertur patrimonio: tertio interitus uulneraq;, quæ id præſtent, imponuntur. quæ ſignificauit etiam extremo illo malo, quod inde naſci poteſt.

Statuebat autem curiam.) Narrat, eundem legibus ſuis ſtatuiſſe, ut curia ædificaretur ſine illa in ciuitate, quæ ſummam poteſtatem haberet, cùm iudicia ipſius eſſent rata ac ſtabilia: ad quam curiam referri iuſſerat cauſas, quæ uiderentur non ſatis certè iudicatæ eſſe. Licebat igitur illis omnibus eò confugere, qui ſe læſos ſententijs priorum iudicum arbitrarentur. Conficiendam autem uoluerat è ſenibus quibuſdam, maiore numero ſuffragiorum creatis, non ſorte ductis, ut legerentur prudentiores, & huic muneri obeundo (quod requirit exquiſitum iudicium) aptiores.

Iudicia autem in curijs) Hoc, quod nunc tradit, non proprium fuit ſuperioris curiæ, cuius officium erat emendare peccata aliarum, ſed commune omnium curiarum. Narrat enim, putaſſe illum oportere, ut exiſtimaretur de cauſis, ſententiæque ferrentur à iudicibus, non ſuffragijs, uoluntatibus ipſorum ſigno aliquo demonſtratis: ſed ferri domo debere ab unoquoque iudicum tabellam, in qua poſtea ſcriberet, ſi omnino ſimpliciterq; condemnāt illam cauſam eiuſmque: ſi autem ſimpliciter abſolueret, tabellam uacuam à ſcripto, nudamq;: ſi uerò, quod tertium erat, partem illius damnaret, partem abſolueret, oportere cēſuerat hoc iudicem definire, notataq; illa ſcripto ſuo ſuam ſententiam aperire. Quod inquit, ἐν ᾧ χῶ φέρειν, non omnino plena ſententia, uidetur aptum eſſe poſterius hoc indefinitum tempus ab illo φέρειν: intelligitur enim uoluiſſe Hippodamum ſcribi in ea tabella ſenſum iudicis. nam quia inde etiam pendeat prius, indefinitis & ipſum temporis, uerbum φέρειν, magis adhuc apertum eſt.

Nunc enim non arbitrabatur.) Cùm oſtendiſſet auctor, quid boni in illa ſua lege putaſſet eſſe Hippodamus: nūc commemorat, quid uitij idem eſſe arbitraretur in communi peruulgataq; aliorū rerum tractatione. Exiſtimabat enim ille, inquit, ſi res geratur, ut nunc fit, iudicem cogi peierare, cùm huiuſcemodi ſcilicet aliquid contingit, quod non omnino ipſi probetur, aut diſpliceat: quia ſiue hoc, ſiue illud exiſtimat de illo ancipiti facto, peccat, quia non omni ex parte tectum eſt, aut prauum.

Ferebat autem legem) Adiungit his, quæ iam propria inſtituta reip. illius expoſuerat, nonnullas alias leges: atq; hoc paucis facit. iocā namque de ipſis accuratius diſputabit. Primùm igitur dicit, Hippodamum legē ſcripſiſſe, qua iuſſit præmio affici uniuerſos illos, qui inueniſſent aliquid, quod prodeſſe poſſet ciuitati: deinde narrat, eundem ſtatuiſſe, ut liberi eorum, qui in bello mortui eſſent, publicè alerentur: atque hoc ſanè, ut nouum, & à ſe modò repertum. Ariſtoteles tamen teſtatur legem eam Athenis ſua ætate fuiſſe: neque Athenis tantum, uerum etiam in alijs Græciæ ciuitatibus. Poſteriori huic legi ualde ſimilis fuit lex, quam Plutarchus commemorat latam fuiſſe à Piſiſtrato tyrāno de alendis publicè illis, qui uulnere accepto in bello, capti aliquo membro forent. quod tamen addit, noluiſſe Heraclidem illum Ponticum, prius plebiſcito decretum à Solone, cùm Therſippus ita mutilatus debiliſque factus eſſet, imitatum fuiſſe Piſiſtratum.

Magiſtratus autem ſuffragiō.) Tertiam quādam legem eſſe illius dicit, ut cuncti magiſtratus crearentur à populo ſuffragijs, non ſorte: iijq; imperium haberent, qui maiori parti ciuium probati fuiſſent. Cùm uerò populi mentio facta eſſet, quem Hippodamus populum appellaret, declarat, atque inquit, populum illi eſſe, tres partes ciuitatis, quas ſuprà nominauit. Adiungit etiam, curam, auctoritatemq; magiſtratuum, qui apud ipſum foret: uoluiſſe enim illum oſtendit, ut ita delecti curarent & publica ciuitatis facta: & quæ ad hoſpites peregrinoſque homines pertinerent: nec non ad commoda eorum, tutelamq;, qui orbati parentibus forent. Poſt quæ addit, hæc quæ expoſuit, eſſe maiorem partem rerum, & meliorem, quæ Hippodamus in illa ſua rep. ordinanda attuliſſet. ἀξιόλογα enim intellexit, quæ digna forent, ut de illis accuratè, cuiuſmodi forent, uiderentur.

Vocaret autem in controuerſiam.) Cùm omnem ferè ordinem Hippodamiæ reip. expleuiſſet, nunc exponit quid in ipſius inſtitutis dubitationis difficultatiſq; multum habere uideatur. Initium autem ducit à diuiſione, quam Hippodamus fecerat ciuium, ſibi non probata inquit igitur, rationem ſui conſilij reddens: Opifices enim, & agricolæ, & qui arma habent, participes omnes ſunt reipublicæ: qui, præterquam quòd diuerſam uitam colunt, inter ſe quoque diſtincti ſunt, longeq; aliter in alijs rebus habiti. Agricolæ namq; arma non habent, opifices uerò neq; arma habent, neque agros poſsident. unde ſequitur, inquit, ut ferè ſerui ſint eorum, qui arma tenent: ſpoliati namque armis nequeunt recuſare imperium armatorum. Huc autē continenter ſe uitium non parum apparet, partem magnam ciuium in perpetua poteſtate eſſe, quaſi dominorum.

Participes uero omnium.) Hoc etiam nō ſatis probè in ea rep. inſtitutum putat. Nō uidet enim, quomodo quod pertinet ad publicos honores, commodè illic tractari poſsit. Petitur autem hanc rem, utiturq; dilemmate. inquit autem: Non poteſt fieri, ut opifices & agricolæ participes ſint omnium graduum dignitatis: neceſſe enim eſt ex his, qui arma poſsident, creari duces in bello. Poſtulat enim cura hæc uſum magnum rei militaris, præterquam quòd milites ipſi, uerſati diu in ea diſciplina, deſpicerent imperia, & meritò quidem, opificum & agricolarum, & illos etiam, quos uocat iuncto nomine πολιτοφύλακας, quaſi cuſtodes defenſoreſq; ciuium: hic enim quoque magiſtratus erat, ad quem peruenire tātum debebant, qui uſum armo-

rum haberent. Non recordor, me incidiſſe unquam apud ullum ueterem auctorem in hoc iunctum uerbum. quare non improbo coniecturam Sepuluedæ, qui arbitratur, in ſua rep. componenda compoſuiſſe etiam hanc uocem opificem, qua oſtenderet certum aliquem magiſtratum, ordinemue in ea. Addit etiam his duobus, alios quoque maximè ratos magiſtratus ex iiſdem hominibus aliquo modo uideri neceſſe deligi. Alterum membrum eſt huius diuiſionis. Niſi uerò participes ſint reip. publicorumq́; honorum, quomodo erunt beneuoli illi ſtatui ciuitatis? ſi malè autem animatis ciuibus erga rempublicá multa & grauia male expectari poſſunt.

Sed oportet arma.) Hoc quoque, quod requiri uidetur & ſolidum eſſe in republica, non uidet quomodo illic locum habeat: ut ſcilicet qui arma tenent, firmiores ſint reliquis ambabus partibus, id eſt opificibus ſimul & agricolis. Hoc enim inquit, nõ facile obtineretur, niſi multi ſint. Si uerò magnum numerum ſui generis cõficiunt, quid opus fuit recipere alios ordines ad remp. adminiſtrandam? ex illis namq; ſolis, cum tantum numero ualerent, omnia quæ poſceret reſp. geri poterant. Vtitur autem eſt eadem argumentatione, qua ſuprà: ubiq; igitur anguſtiæ. Quod auctor ait, non facile eſſe, & non, inquit, omnino id affirmare poſſe, ut qui arma habent, in officio teneant opifices & colonos, niſi uincant etiam illos numero: dictum puto, quia quamuis pauciores armati, ſolent aliquando ſuperare multo plures inermes.

Præterea agricolæ.) Animaduerſione dignam putat etiam diuiſionem Hippodami, quod pertinet ad agricolas: non uidet enim, ſi ſuos agros colant, dominiq; fructuum illorum ſint, quonam in ratione ſint ciuitatis. quod de opificibus uerè dici non poſſe affirmat. Neque enim ciuitas ulla ſine ipſis manet: qui etiam, relictis agris ſuis, in urbes ſe conferunt, non parua ex parte id faciunt, ut prompte parateq; omnia habeant, quæ humanæ uitæ accommodata ſunt: præterquam quòd illi uitam traducunt in Hippodami ciuitate, ut in aliis urbibus faciunt, è ſuis operibus præſidioq; artium ſuarum, nec imponunt ea de cauſa aliquid oneris reipublicæ. Quòd ſi, inquit, ut opifices ſua opera faciunt, agricolæ quoque cibaria præberent arma poſſidentibus, meritò haberentur pars ciuitatis. nunc autem, inquit, & ſuos agros proprios habent, non publicos, & in ſuos uſus fructus eorum conuertunt. Cogitauit autem (ut opinor) Hippodamus, fructus agrorum, quos colerent ſui ruſtici, tantos futuros, ut non ſolùm ipſi illis nutrirentur, uerum etiam, quod ſupereſſet, opificibus accepto pretio ſuppeditarẽt, ut opifices quoque ſua opera & militibus & agricolis uenderent: neceſſe enim erat uidere, unde opifices alerentur, qui ſuos agros non habebant.

Præterea publicos agros.) Non ſatis etiam diſtinctam eſſe docet Hippodami diuiſionem, quantum ad eos, quorum curæ mandata eſſet cultura agrorum publicorum. Neque enim facile eſſe declarat, ſtatuere, qui potiſſimum in eo opere uerſari deberent: ſcrupulos enim aliquos inueniri in ſingulis rationibus. ita igitur de hoc egit: Præterea agrum publicum, unde bellatores aluntur, ſi illi ipſi milites colunt, non erit diuerſa pars ciuitatis, quæ incumbit bello, ab ea, quæ deſtinata eſt glebis ſubigẽdis. Atqui uoluit hoc, qui leges eas ſcripſit. Quòd ſi, inquit, diuerſi ſunt ab illis, qui dant operam bello, & quorũ munus proprium eſt colere agros, ac profectò alii proprium quoddam genus conficiunt, eruntq; quarta pars ciuitatis expers honoris, nulliuſq; particeps muneris publici, uerum etiam alieno animo à republica: quomodo enim diliget ſtatum eum ciuitatis, qui eiicit ipſam ab omni ſplendore ac dignitate?

Atqui ſi aliquis eoſdem.) Tertius hic modus eſt, quo publicus ager colatur, ut ſcilicet iidem, qui ſuos propriosq́ue agros colunt, colant etiam publicum. Quid autem incommodi naſcatur ex hac ratione, oſtendit: id autem eſt, quòd non poterit duabus familiis fructus uitæ neceſſarios ſuppeditare ſtudium laborq́; ſingularum ruſticarum familiarum in fundo colendo, ſuarumque, et militum. quare frumenti penuria ſequetur, & aut ipſi, aut milites eſurient. Hic ſenſus elicitur (niſi fallor) ex receptà lectione quam ſanè non improbo. Nec tamen committere uolo, quin indicem, ſcripturam calamo exarati libri, in quo pro [illegible], eſt [illegible], præſertim cùm durior mihi uideatur paruulgata illa, ſi debet intelligi ſignificare [illegible], non eſſe copiam illam tantam, ut ualeat implere uſus duarum domorum. Nec tamen auderem affirmare, hãc eſſe apertam & planam: neceſſe enim foret, ut arbitror, ſi quis hanc tueri uelit, ita capere, ut dixerit auctor, agros illos ualde obſtare neceſſariò futurum, & infinitum propè fructum laturos, ſi poterunt alere duas domos, & ipſis præbere, quæ requiruntur ad uitam colendam beneq; uiuendum: ut [illegible] ualeat, opus erit ut acquiratur. Et quoniam omnino ne cauſa ſuſpectus eſt locus, admonebo etiam [illegible], quod nunc eſt in excuſis recentius, fluxiſſe è ueteri tralatione: nam Aldinum exemplar, & calamo exarati libri, quos uidi, habent γεωργεῖν. quæ lectio, etſi non ualde hic quadrat (non enim ſatis aptè uidetur dictum γεωργεῖν οἰκίαν, niſi fortè ſignificet tantum agri colere, ut impleat uſum domus) tamen uidendum quoque eſt, an conſuetudo fuerit dicere [illegible], cùm ualeat miniſtrare ac ſuppeditare: plauſus enim dandi cauſa prolatum fuiſſet.

Non bene quoq; ſe habet.) Non probat etiam conſilium Hippodami, quod ad lites cauſasq́ue forenſes exiſtimandas pertinebat. Conſtituerat enim ille, ut iudices ſententias ferrent, diuidentes exiſtimationem iudiciumque ſuum, cum tamen cauſa ſimpliciter ſcripta foret. Vnde ſtatim naſcebatur, ut iudex perſonã, quã ſuſtinebat, amitteret, fieretq́; pro iudice arbiter. Arbiter enim ſolet neutrũ illorũ, de quibus controuerſia eſt, probare: ſed, ut loquuntur de hac re ueteres illi, medium ferire. Oſtendit autem, quod hic non probat, in arbitrio & pluribus exiſtimatoribus locum habere, cũ non ipſorum ſit, capita conferre, ac ſimul loqui de exiſtimatione, quam facturi ſint. Quod in curiis foriſque receptum non eſt quippe cum innenti etiam ſint legum ſcriptores non pauci, qui contrà hoc uetuerint, omnemq́ue facultatem eripuerint iudicibus communicandi iudicia, qui uoluerunt, ut ſinguli quid ſentirent, ſequerentur, nec ad aliorum ſententias ſe applicarent: hic autem contrà non diſceſſeras tantùm ab illis, ſed penitus contrarium iuſſerat. Neque tamen puto, quod D. Thomæ uenit in mentem, uerum eſſe, ut non liceret tacentibus iis, qui de eadem cauſa exiſtimaturi eſſent, inter ſe loqui & conferre aliquid priuato in loco, cùm rectum eſſe exiſtimaret in curia eoſdem communicare conſilia. Quinimò potius arbitror, cũ uerba auctoris attendo, ipſum oſtendere uoluiſſe, illos nomothetas præcepiſſe ſedilia ipſorum ita ædificari, ut ſi uellent capita conferre, non poſſent, communicareq́; opiniones inter ſe.

Deinde quomodo non erit.) Alterum hoc argumentum eſt, additum proximo ſuperiori: quare inquit, Deinde. Non uidere igitur ſe dicit, quomodo exiſtimatio iudiciumq́ue, quod fit de lite aliqua, non ſit perturbatum futurum, cùm ſcilicet iudex cenſuerit, reum debere ſanè pecuniam, ſed non tantam, quantam actor petierit. Nam hic petit XX. minas: iudex ſtatuit, illum debere X. tantùm uel alter plus, alter uerò minus: alius autem quidam quinq;, hic uerò quatuor: & ſanè, inquit, hoc pacto in partes ſecabunt ſcriptam dicam. Alii autem nonnulli iudices cuncta condemnabunt: inueniuntur etiam qui nihil. Quæ igitur ratio, inquit, excogitari poterit, quæ dirimat has tantopere inter ſe diſcrepantes ſententias? Declarauit igitur, tanta uarietate opinionum expoſita, quod initio poſuit, futurum iudicium incertum & confuſum.

Præterea nemo peierare.) Docet uerum non eſſe, quod Hippodamus diceret, qui affirmabat, contingere ſæpè in more uſitato iudiciorum, ut iudex peieraret, cogeretur aliquo modo hoc facere: tenaci namque illi ſententias ferebant: & hanc ſanè cauſam ipſi fuiſſe, cur nouam legem ſcriberet inquit igitur contra ille, non putari debere iudicem peierare, qui ſimpliciter abſoluit, aut condemnat cauſam, ſi quidem ſimpliciter cauſa, uerè tamen iuſteq́;, ſcripta eſt. Neque enim nihil debere exiſtimat, qui abſoluit: ſed tantum ſummam illam pecuniæ non debere, id eſt XX. minas. Vt autem facilius hoc probet, oſtendit, qui uerè iudicari poteſt in eam grauem culpam incidere. Ille enim, inquit, peierat, qui condemnat reum, cùm minime exiſtimet ipſum debere XX. illas minas. Animaduertendum autem, quod hic appellat [illegible] ſuprà ipſum uocaſſe [illegible], cùm inquit [illegible].

De illo autem.) Reprehendit nunc certam Hippodami legem, cuius ſuprà mentionem fecerat: docet, ipſam cauſam eſſe poſſe magnorum in rep. incommodorum, cùm primo aſpectu placeat, & ab his, qui non multum uident, exiſtimetur paritura ciuitati mirificas utilitates. Periculoſum igitur eſſe dicit, hanc legem ferre. Eſt autem, quæ propoſuerat præmia inuentoribus publici alicuius boni. Duo autem uitia ipſius demonſtrat. primum eorum eſt, quòd affirmat ipſam habere ſycophantias, id eſt hanc legem cauſam futuram, ut aliqui criminentur morem omnem ueterem inſtitutumq́; ciuitatis, ut cùm ſe [illegible] earum illius promulgarint, atque ita nouarint aliquid, ut illius legis præmium adipiſcantur. Sycophantæ namque propriũ eſt, indicare uitium aliquod alicuius hominis uel rei. Habebit igitur ſycophantias, id eſt facultatem dabit honoris illius mercedisq́; cupidis hominibus, ut aſtutè ualeant multa recta inſtituta criminari. Addit autem huic malo, non ſanè paruo, alterũ

mix-

maximum omnium: fieri poſſe etiam, ut aliquis promulget legem, qua mutetur ſtatus ciuitatis, quod & ipſum arripiatur à multis cupidis rerum nouarum. Εὐόφθαλμος idem ualet hic, quod εὐπρεπὴς quo uocabulo itidem nomine ſuperius uſus eſt, ubi uniuerſam remp. Platonis accenſuit, affirmans ipſam aſpectu tantùm ipſo pulcram eſſe.

Cadit autem in aliam.)Vt magis aperiat uitium periculumq́, eius legis, tradit ipſam incidere in aliam animaduerſionem, & quaſi partem illius quæſtionis eſſe: eſt autem ipſa huiuſcemodi. Extiterunt enim acuti & docti uiri, qui quæſiuerunt, utrum utile an detrimentoſum ciuitatibus ſit, mutare ueteres leges, ſi aliqua etiam melior profectò lex inuenta fuerit. Quare inquit, non eſt facile tutumq́, ſtatim legi huic locum dare, probareq́; quod illa iubet: ſi quidem nullo modo utile exiſtimandum eſt, mutare, & quaſi de gradu deijcere ueterem legem. contingere enim poſſe, inquit, ut aliqui proponant diſſolutioné antiquationemque ueterum legum ac reip. totius, tanquam commune bonum, & rem futuram magnopere utilem ciuitati. Quare non probandum conſilium Hippodami, nec lex illa facile recipienda.

Quia autem mentionem.)Cum tetigiſſet hanc quæſtionem, non à ſe primò excogitaté, intelligens ipſam ualde accommodatam eſſe huic loco, ut cupidus etiam concertandi, uſumq́; in omni re inueniendi, ſtatuit de ipſa fuſius diſputare. In utramq́; igitur partem argumentatur, ac primùm inſtruit ornatq́, eum, qui ipſam probaret. quod facit, quatuor argumentis utens. Primum igitur ductum eſt à ſimilitudine cæterarum artium ac facultatum. docet enim, hoc in illis profuiſſe. exempli cauſa inquit, ars medicorum recentior, quæ diſceſsit à ueteribus inſtitutis ac præceptis, exquiſitior perfectiorq́; facta eſt: & eodem pacto gymnaſtica: denumq́; omnes artes & facultates ita utiliores redditæ ſunt. Quare quia unam harum ſtatuendum eſt rationem gubernandarum ciuitatum eſſe, conſtat ita quoque de ipſa exiſtimari debere. neceſſe namq́; eſt, eodem pacto ut illæ, & ipſam ſe habere. Apparet autem argumentum hoc ſumtum ab inductione. Quod hic dicitur, ſtudio eorū, qui mutarunt aliquid in artibus, neque ſtare penitus uoluerunt præceptis ueterum illorum, magnas acceſsiones factas eſſe in ipſis:idē etiam ab Iſocrate affirmatum eſt in Euagora, cùm id conſilio ipſius aptum eſſet, qui morem ſophiſtarum deſerens, ſuſcepit laudandum Euagoram, uiuentem adhuc, non, ut illi faciebant, priſcum aliquem mortalem, & quem ſæpe, an natus unquam foret, neſciebant. argumentatus autem illic eſt ab euidentia & re omnibus explorata, cum id probare uellet.

Signum autem huius extitiſſe.)Secundum hoc argumentum eſt, ſumtum à poſterioribus quare ſignum ipſum uocat. Iudicio enim horum rudium & agreſtium inſtitutorum perſpicitur, inſtituta cuncta priſca fuiſſe plena maximorum errorum. quare ſequitur, ut ſint mutandæ leges inutiles. Si quis igitur, inquit, attendat facta illorum, ipſis tanquam notis quibuſdam intelliget hoc prorſus eſſe faciendum: uidebit enim priſcas leges ualde ſimplices rudeſq́, fuiſſe, magiſque aptas moribus barbarorum, quàm Græcorum hominum, cùm ſæuæ ac duræ forent. Duo autem ipſorum talia inſtituta commemorat, quorū prius eſt, quòd ſemper cincti gladijs in urbe ambulabant: alterum autem, quòd emebant uxores à parentibus pretio ſoluto, tanquam ancillarum loco habituri illas, non coniugum. Nam quin duobus ſignis, non uno, utatur, dubium non eſt. Quod enim ille dixit, ἐσιδηροφοροῦντο, nullo pacto ualet, quod interpres putauit, ipſos pro pretio, cùm uxores emerent, ferrum ad uenditorem portare ſolitos: quia metallis elijs, quæ nunc in uſu ſunt, pecuniaq́; carerēt. Thucydides nanque in proœmio ſuarum hiſtoriarum narrat, Græcos omnes antiquitus arma geſtare ſolitos: quin & ipſe in hoc ipſorum more [illegible] uidetur eodem. quo hic Ariſtoteles, iuncto uerbo: exponit enim inſtituta Græcorum antiquorum. quæ barbara fuiſſe etiam ipſe teſtatur: & ſanè uidetur hic philoſophi locus ab illo graui ueteris memoriæ auctore tractus acceptus. Nam alterius & ipſius ferè inſtituti, quo parentes filias amatoribus uenderent, non in matrimonium traderent, meminerunt Græci poetę, & maximè tragici, multis locis.

Et cuncta quæ reliqua ſunt.)Hos præterea confirmare docet, nonnullas leges antiquas, quæ reliquæ adhuc ſunt apud aliquas gentes, cùm maior pars ipſarum, ut abſurdarum nimis atque inutilium, deleta ſit. perſpicuè enim illæ penitus inſulſæ fatuæq́, eſſe. Exempli cauſa, inquit, Cumis lex eſt de nece adlata cuipiam, ſi accuſator certum quendam numerum teſtiū produxerit in eum, qui arguitur cædem feciſſe, è numero etiam ſuorum cognatorum, probari ſatis, affinem eſſe reum cædi, ſuppliciòq́; affici debere. Mirandum autem nō eſt, priſcos illos ita inſulſas ſtultaſq́, leges tuliſſe, cùm Plutarchus narret Solonē quoque, ſapientem uirum, & qui meliore multo ætate uixit, nonnullas huiuſcemodi ſcripſiſſe, ita ut in his, quæ ad matrimonium tradendum uirginum, hæredum paternorum bonorum pertinent, abſurdus & ridiculus fuerit: demumq́, leges cæteras, quæ ad mulieres referuntur, eiuſdem generis tulerit. cùm ſanxerit etiam, ut qui adulterum deprehendiſſet, impunè poſſet eū necare: idem tamen, ſi quis liberam fœminam rapuerit, uimq́; ei attuliſſet, multari tantùm centum drachmis uoluerit: qui autem uxorem proſtituerit, xx.

Ad ſummam omnes ſectantur.)Hoc quoque mihi uidetur argumentum eſſe, quod ad idem comprobandum ualeat, ductum à ſtudio & deſiderio mortalium, qui conſueuerunt ſtudioſe quærere, quod ſibi bono eſſe conducereq́; arbitrātur: atque in hāc curam toto animo incumbunt, & non, quod probabatur maioribus eorum, inueſtigant ac retinent. A conſenſu igitur hominum, communiq́, iudicio intelligere poſſumus, quod non ſit uitæ moribuſque noſtris accommodatum, prorſus à nobis repudiandum.

Veriſimile q; eſt.)Quartum hoc argumentum eſſe puto, quo oſtēdit, ſtandum non eſſe opinionibus & ſententijs priſcorum: cùm ſatis cōſtet, illos fuiſſe ualde rudes & imperitos rerum, ut neceſſe eſt: uſus enim in rep. magnus reddit homines acutos. Illi uero, inquit, qui noui erant, & tanquam recentes generati, utrum uidere in rebus exiſtimandis non poterant. Cum autē primos ipſos uocet, non ita primos intelligit, ut Lucretius, qui ſecutus auctoritatem ſui doctoris, credidit modum ortum habuiſſe, & multa tradit de ſimplicitate animi illorum hominum, inſtitutisque eorundem ineptis: nam æternum eſſe mundum, noſter exiſtimauit. Primos igitur uocat, qui extitērs poſt internicionem aliquam hominum, natam in aliqua tellure & loco, ex eluuione magna, ſiue peſtilentia, ſiue quopiā huiuſmodi ſæuo caſu, ita ut opus fuerit rurſus creare mortales: quòd non deſuerant, qui arbitrarentur, atque id monimentis prodidiſſent. factum ita eſſe, ut illi è terra nati fuerint. Altera opinio, quam tangit, eſt, aliquos ex interitu illo conſeruatos eſſe, onde paulatim ſoboles ampla nata ſit, rurſuſque mundus hominibus completus. Omnibus igitur his modis neceſſe eſt, ut illi rudes admodum fuerint. Quis autem neſcit, poſt incurſum barbarorum nationum in Italiam, euerſumque Romanum imperium, cunctas artes extinctas eſſe, oportuiſſeq́; ut magnis laboribus hominum, ſtudioq́, infinito illæ in lucem reuocarentur, & quaſi reuiuiſcerent? hoc enim manifeſtò contigit in arte medicorum, in pictura, in agricultura, in diſciplina militari, & cæteris deniq, omnibus. Inquit igitur Ariſtoteles, antiquos mortales, & primis illis temporibus ortos, ſimiles fuiſſe huiuſcemodi hominibus: quales fere nunc exiſtunt terra nati, & admodū tardos & hebetes uiros. quare ſtultum eſſet hærere illorum ſcitis ac decretis.

Addi poteſt his.)Vt cætera inſtituta priſcorum, quæ manent in opinionibus ac moribus, putauit emendatione egere, debereq́; corrigi, ita leges ſcriptas. hoc enim arbitror ualere argumentum hoc, quod quidam eſt unum ut quidam acceperūt, quia hoc non item facile poſſet concedi, cùm leges ſcribantur à ſapientibus uiris. Nullos enim uult illis temporibus fuiſſe ſapientes: prodire enim potuiſſent ab illis inſtituta quoque & mores, ut leges ſcriptæ. multitudo nāque ipſos ſequitur ſemper omnibus in rebus, & admiratur. Docet igitur, non eſſe cunctandum mutare leges: quia fieri non poteſt, quin illæ uitij aliquid in ſe non habeant: quod cuiuſmodi ſit, aperit. Vt enim, inquit, alijs in artibus, ita quoque in diſciplina ciuitatis, conſtituendeq́; republica fieri non poteſt, ut omnia exquiſitè ſcribantur. Cuius rei cauſam affert, dicens, neceſſe eſſe, ut in uniuerſum de illis rebus ſtatuatur: id eſt communiter aliquid iubeatur aut uetetur: facta autem hominum contrà in certis rebus ſingularibusque manent. Vſu igitur uenit quandoque, ut quod plerunq, rectum eſt, aliquando contraque in re ineundum in ſe contineat. His expoſitis auctor adiungit, intelligi poſſe ſuperioribus argumentis, leges eſſe mutandas, nimq́ue illa habere hoc demonſtrandi. cui ſententiæ addit, planum etiam eſſe ijſdem rationibus & quæ leges potiſſimum, & quo tempore antiquandæ ſint.

Alio autem modo.)Nunc inſtruit alteram, contrariam partem, & quid dici poſſit ab illis, qui arbitrantur non oportere leges, quamuis non omnino utiles, abrogare, oſtendit. Inquit igitur, uideri meritò rem hanc cautè tractandam, requirereq́, antequam id aliquis moliatur, multam curam. Cùm enim commodum, quod inde capitur, puſillum eſt, ut ſcilicet nō ualde meliorem legem promulges: aſſueſcere autem facile diſſoluere leges, malum ſit ac uitij plenum: non eſt dubium, quin æquo animo ferre ſinereq́; debeamus quædam peccata & legis ſcriptorum, & principum uirorum. Rationem autem reddit conſilij eius, qui hanc partem tuetur. inquit enim: Non tantum enim emolumenti ex ea re populus capiet, ſi legem ſuſtulerit, quantum detrimenti, aſſuetus minimè obtemperare, iis ſe imperium habentibus.

Mendax autem eſt exemplum.)Nihil ualere ad probandum docet argumentum, quo utebantur, qui contrà ſentiebant. Dicebant enim, idem euenire in hac re, quod cõtingit in artibus. Simile igitur hoc, quod exemplum ipſe appellat, refellit ex ratione, qua exempla ſimilitudineſque temptantur: id eſt, oſtendit quod illi ſimile eſſe rebantur, non eſſe ſimile. quod ita confirmat: Lex enim uim nullam habet roburq́; ad homines impellendos, ut ſibi pareant, niſi quam acceperit à conſuetudine, quæ non conflatur niſi longitudine tẽporis. Quare, inquit, facile tranſire è legibus, quæ manent, in alias nouas leges, eſt reddere imbecillam uim omnem auctoritatemq́; legum, & infirmare demum ipſas.

Adhuc autem)Hoc etiam adſerit poſſe oſtendit ad coercendam libidinem quorundam legum loco mouẽdarum. Si enim, inquit, concedatur leges antiquari oportere, reſtant tamen ſcrupuli nonnulli, & ij quidem non parui: utrum inquam cunctæ immutãdæ ſint, & in omni genere reipublicæ, ſiue minimè, & in certis quibuſdam tantùm: & utrum hoc facere cuilibet permittendum ſit, uel aliquibus ſolùm perſonis aut ordini, id eſt hominibus prudentibus, & qui uſu rerum conſilioq́; multum ualeant. Hæc enim, inquit, omnia uidere, & de ipſis quid utrum ſit ſtatuere, eſt res magni momenti, intereſtq́; multum reip. hoc aut illud probare. Cùm res igitur tam obſcura difficiliſque ſit, omittatur nunc à nobis, & alij tempori magis tantæ quæſtioni explicandæ apto reſeruetur.

Εὐρυφῶντος.)Mileſios, nõ autem Italicus ille Pythagoræus, cuius Remp. ſatis bene conſtitutam fuiſſe ex Fragmentis, quæ apud Stobæum ſuperſunt, uidere licet.

τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν.)Qua ratione in regiones diuideretur.

καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε.)Piræeus portus Athenienſium è tribus celeberrimus, longo muro urbi Periclis opera coniunctus. Quid ergo hoc, quòd Piræeum à reliqua urbe ſeiunxit Hippodamus, ut nautica turba & ſtrepitu & moribus ſuis reliquæ ciuitatem n[illegible] ſta eſſet? Architectũ autẽ fuiſſe Hippodamũ ex lib. 7. c. 11. colligere licet, ubi modi ędificãdi Hippodami meminit.

ἐσθῆτος εὐτελοῦς.)Veſtis precioſa, pellibus fortaſſe ſuffulta. Sepulueda [illegible] legendum putat.

εἰς τρία δὴ μέρη. Diuiſionem hanc conſeruauit Stobæus tit. de Repub. [illegible Greek] & aliquanto poſt, [illegible Greek]

ἐν πινακίῳ)Sic Areopagitæ olim ſentẽtias tabellis inſcriptas in urnam conijciebant, ut quæ à quo lata eſſet intelligi poſſet. Apud Romanos ſimiliter nota condemnationis erat C litera, uel Θ græcum. abſolutionis A, incertæ ſententiæ N L. quaſi nõ liqueret. Cicero pro Milone aliam triſtem, aliam ſalutarem appellat. Ex Valerio quoque etiam conſtat, Trib. plebis intrare curiã non licuiſſe, ſed ante ualuas poſitis ſubſellijs decreta patrum examinaſſe, & ſi quæ approbaſſent, T literã ſubſcribere ſolitos.

περὶ τῶν εὑρισκόντων)Io. Leo lib. 8. deſcriptionis Africæ Babylone (quæ Cayrus hodie dicitur, hanc legem ſeruari ſcribit, ut quicunque mechanicum opus aliquod inuenerit, ueſte aurea ornatus in pompa ducatur, & à collegis ſuis ſtipem accipiat honorariam.

ἐν δὲ καὶ ἐν ἄλλαις)Ex inſtituto Solonis Polycrates quinetiam Samiorum tyrannus matres eorũ, qui in bello cecidiſſent, ditioribus alendas tradidit. Alexander Magnus Macedonum demortuorum liberis ſtipendia parentum adiudicauit, teſte Plutarcho.

καὶ ξενικῶν, καὶ ὀρφανικῶν.)Magiſtratus curent publica primùm, inde priuata, non ciuium ſingulorum (illorum enim eſt ſua curare) ſed uel orphanorum puerorum (qui per ætatem nondum rebus ſuis prouidere poſſunt) uel hoſpitum (qui propter peregrinitatem [illegible]) in ſartas tectas ciuium reliquorum iniurijs expoſiti ſunt) In ſacris certè uiduarum, pupillorum & peregrinorum curam iudicibus ſeriò commendat Dominus.

τὸ δὲ τοὺς δικαστάς.)In iudicijs forenſibus non conferre, ſed proferre ſententias unumquemque ſecundùm iuris ſcripti formulam oportet. In arbitrarijs uerò non ſecundùm ius ſcriptum, ſed ſecundùm ius æqui boni decernere, & propterea ſententias inter ſe conferre licet, more Græciæ. Heluetiorũ is mos eſt lite primùm intentata ad arbitros partes reijcere, nec, niſi ab ijs componi nequeat, redire iubere: ſeu quia magis populare eſt arbitrio quàm iudicio rem tranſigi, ſeu quia [illegible] ſcripti iuris [illegible] eſſe, [illegible] lib. 5. Ethicorum Ariſt. docuit: ut quo minus explicata habentur iura, eo frequentiore & accuratiore egeant interpretatione. Quam ipſam quoq; ob cauſam iudices noſtri non modò arbitraria iudicia ſortiti ſunt, interponi dedignantur, ſed ipſi inter ſe de ferenda ſententia conſultant, & ſi uideatur, alienam quinetiam conſilia ſeorſim exquirant.

ἰατρικὴ κινηθεῖσα)Locus de Medicina noua multum diuerſa à ueteri, extat apud Platonem lib. 4. de Rep.

ἐπιδιδόναι. Quinimo [illegible] Vt lib. 1. Ethicorum cap. 1 docuit.

[illegible])Videlicet, Rempub. quoq; & leges mutationi obnoxias eſſe. Plato lib. 3. de Legib. & Polybius lib. 6. incrementa Rerumpub. gradatim enarrant.

ἐσιδηροφόρουν.)Græci ob aſſiduas & repentinas nefariorum hominum incurſiones & inſidias ſemper armati incedebant. Cuius moris meminit Thucydides lib. 1. & primos Athenienſes diuiſis in certas curias populis ad manſuetiorẽ magiſq; ciuilem uitam traductos fuiſſe.

τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο.)Quod ex Homero Iliad. α. liquet, ubi commutantur etiam uxores pro alimentis.

[illegible])Idem Plato in Minoe exemplo funeris oſtendit, cui præficæ adiungebantur, quæ plorarent: item ſepulturæ, quòd domi quiſq; ſuæ ſuos conderet mortuos.

Κύμῃ)Cumæ uariæ Aeolicæ, Ionicæ, Italicæ. Quãſnam intelligit?

εἴτε γηγενεῖς)Disiunctiuè loquitur. Siue è terra nati ſint, cùm prius non eſſent (ſi rem Platone ſentiẽdum eſt, qui mũdum aliquando cœpiſſe in Timæo aſſerit. Athenienſes ſe αὐτόχθονας eſſe gloriabantur, ex ſemine Vulcani in terram decidente. Cuius rei cauſa cicadis aureis, quod animal & ipſum γηγενὲς eſt, capillos ornabãt nobilitatis inſigni. Vt idem Plato in Menexeno, & Iſocrates in Panegyrico teſtãtur. An alludit ad Deucalionis & Pyrrhæ fabulam, qui iactis poſt terga ſaxis, mortale genus diluuio extinctum reparaurunt. Additur alterum membrum: Siue ab interitu aliquo inter dij aut diluuij ſeruati, ſecundùm Ariſt. qui mundum æternum eſſe uoluit, lib. 8 Phyſicorum) ut proinde ij qui calamitate publicas euaſere, ſublatis cæteris omnibus ipſi primi hominum fuiſſe poſteris uideantur (ſic filiæ Lothi à Sodomitano ſeruatæ incendio uniuerſum orbem conflagraſſe, ſe ſolas rum parente ſuperſtites arbitratæ, ad inceſtam ſobolis propagationem animos adiecerunt) ſeruatos in hunc modum, propter terrorem, quo concuſſi ſunt, animis degenerare, & ut quam maximè ſemetipſas recolligant. filios tamen ſibi multum diſſimiles progenerare, & proinde ferorum rude & indocile ſuccedere, uirtutis & ſapientiæ exercitijs è medio ſublatis, propè neceſſariũ eſt: quoad reparato rurſus hominum genere, artes & diſciplinæ omnes, quæ à ſingulis non poterant, multorum ſimul ſtudio & induſtria inueniantur, excolantur, & communicentur.

ὥσπερ γὰρ καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας.)Idem Plato in Politico.

ὁ γὰρ νόμος [illegible].)Eaq; propter [illegible] eſſe dixit lib. 5 Ethicorum, cap. 14.

[illegible].)Plato lib. 4 de Repub. mutationem legum facilem reprehendit. Et 7. de Legibus mutationem omnem periculoſam eſſe docet.

καὶ τὸ [illegible] τῶν τεχνῶν.)A Platone in Politico & Minoe adductum. Idem reperit lib 3. c 12.

[illegible].)Sic conſuetudo in naturam tranſit. Hinc illud in Ethicis, [illegible Greek]

[illegible].)Plato lib. 1. de Legibus ijs tãtùm, qui quadraginta annos exceſſerint, legum examinandarum poteſtatẽ facit.

ἄλλων καιρῶν.)Prolixa in utrãq; partem de legum mutatione diſputatio ad eum pertinet locum, de quib. lib. 1. Ethicorum aliquid diximus.

HIPPO-

HIPPODAMI Mileſij, Euryphontis F, Reſpub. ex commentarijs ſupereſt examinãda. Eam igitur Ariſtoteles

- **Hiſtoricè** *primùm recenſet, ueluti per comparationẽ, & conatũ eius magnũ quidem, ſed ſtudio potius nouitatis quàm ueritatis nixum. Hippodamus enim*
  - **Vti** *in cæteris rebus nouitatis factor fuit, tum in*
    - **Mechanicis.** Namq; Ciuitatum diuiſionem inuenit (*an quia ciuitates in certas regiones diuiſit, an quia domos non ſparſim, ſed ſeriatim, ad plateas dirigendas, ædificare docuit?*) & Piræum portum Athenenſium à reliqua urbe muro ſeparauit. N.1.
    - **Practicis,** *morum inſolentia, quam corporis ornatu & ueſtitu precioſo oſtẽdebat* N.2.
    - **Theoricis,** *totius naturæ curioſus indagator & innouator.* N.3.
  - **Ita** *quoq; in rebus Politicis uerſatili ingenio excitatus, aliquid nouare aggreſſus, primus ex eorum numero, qui Remp. nunquam attigerũt, de Republicæ optima conſtitutione commentari aliquid auſus eſt.* N.4. *Præcipua ergo illius ſtatuta, quæ à reliquis differre uidentur, enarrat.* N.18. *Videlicet quædam pertinentia ad Remp.*
    - **Materiam,** *uidelicet ad*
      - **Ciues** *qui incolunt.* Horum in
        - **Genere** *multitudinẽ decẽ millib. circumſcribit* N.5.
        - **Specie** *tres facit ordines, Opificum ſcilicet, Agricolarum, & Militum.* N.6.
      - **Regionẽ** *quam inhabitant.* N.7. *Quã diuidit in*
        - **Sacram,** *ſacrorum ſumtibus deſtinatam.*
        - **Profanam** *tum*
          - **Publicam.**
          - **Priuatam.**
    - **Formam** *reſpectu*
      - **Rerum,** *hoc eſt, tum eorum quæ*
        - **Fieri** *debent uel non debent, de quibus leges ponuntur, trium generum, ut ille putabat, ex ſubiectæ materiæ diuerſitate.* Nu. 8. *aut enim uerſantur circa iniurias, quæ hominem*
          - **Tollunt,** *circa Cædes* θάνατος.
          - **Nõ tollũt,** *ſed illi tamen uel inferunt*
            - **Damnum** *corporis (ut mutilationes) aut fortunarũ, ut furta, ſacrilegia* βλάβος.
            - **Ignominiam,** *contumeliam* ὕβριν.
        - *Facta ſunt*
          - **Malorum** *quidem Diiudicationem. Ergo cõſtituit iudiciorũ*
            - **Genera** *tria, pro iniuriarum, ut paulo antè, diuerſitate: addidit his quartum tribunal, ex delectis ſenioribus, ad quos cauſæ omnes, quæ non rectè diiudicatæ uiderentur, referri poſſent ex prouocatione.* N.9.
            - **Formam** *in ferendis ſententijs. Neq; enim uiua uoce ſententias à iudicibus proferri, ſed in tabella deferri uolebat, trium generum. Nam ſi ſimpliciter abſolueret, uacuam porrigebat: ſi ſimpliciter condemnaret, tabellæ inſcribebat; ſin partim damnaret, partim abſolueret, cauſam eius rei addebat.* N. 10. *A contrario incommodo hoc ipſum confirmabat. Nam modum iudiciorum uulgo receptum, ſimpliciter abſoluendi uel condemnandi reos, ad periurium neceſſariò perducere iudicem putabat, ſi iuxta allegata & probata, ut uulgò loquuntur, iudicans, altero petente, V.G. centum, altero L. tantùm confitente, ſimpliciter abſoluere uel condemnare oporteat.* N.11.
          - **Bonorũ** *Remunerationem. Statuit ergo leges de præmijs tribuendis*
            - **Prudentiæ** *in inuenienda re aliqua ad ciuitatis commodum pertinente.* N.12.
            - **Fortitudini** *eorum, qui in bello pro patria occubuiſſent, ut filij eorum ex publico alerentur.* N. 13. *Quod decretum nouum tunc erat. At hodie non Athenis tantùm, ſed in plurib. quoq; alijs ciuitatib. ſeruatur.* N.14.
      - **Perſonarum,** *Magiſtratuum uidelicet. De horum*
        - **Electione.** *Magiſtratus omnes à populo eligi uoluit* N.15. *Populum autem intelligit tres illos ordines ſupradictos.* N.16.
        - **Officio,** *reſpectu perſonarum diuerſo.* N.17. *Nimirum ut ciuibus ſingulis ea quæ ſua ſunt curantibus, ipſi tanquã cuſtodes quidem curã habeant tum rerum*
          - **Communium** *ciuitatis.*
          - **Priuatarum,** *quæ pertineant uel ad*
            - **Orphanos** *ciuium, qui propter ætatem ſua nondũ curare queũt, Reip. olim membra futuri.*
            - **Peregrinos,** *ne à ciuibus per uim dolumue circumueniantur.*
- **Philoſophicè** *ſingillatim examinat. Vide in ſeq. ſignum A a.*

- Ciuium ordinibus ab illo poſitis. Num. 19. Quandoquidem partitio Hippodami turbulenta uidetur eſſe. Nu. 41. Vide in ſequent. ſignum B b.

A a. Præcipua capita nouationũ Hippodamæ examinat. Re enim dubitari poteſt & de

- Iudicijs. Tertiã formam ferendorum ſuffragiorum reprehẽdit Ariſt. (qua non ſimpliciter abſoluere uel condẽnare, ſed partim abſoluere, partim condemnare permittebat Hippodamus:) tũ
  - Directè, partim reſpectu
    - Efficientis, quòd à iudice ſit aliena, & arbitri propria. Nu. 42. Declarat Bo enim in iudicio
      - Arbitrario uirorum bonorum, & quidem complurium, quandoquidem ex æquo & bono rem cognoſcunt, licet conſilia inter ſe conferre, & ſententiam mediam pacis & concordiæ cauſa amplecti. N. 43. Eſt enim arbiter medius quodammodo inter utramq; partem, & perſonas etiam reſpicit.
      - Forenſi, quandoquidem ex iure ſcripto, & ex ipſius cauſæ in utramq; partem agitatione rem cognoſcunt, non licet conſilia conferre, nec ſententiam mediam, ſed iuris extremam uoluntatem ſequi & iudicare. Vt proinde lege etiam apud quoſdam de hoc caueatur, Ne iudices conſilia inter ſe conferant, cùm non Perſonas, ſed Res tantùm & ius cuiuſq; ſpectent. N. 44.
    - Adiuncti, quòd ſit turbulenta adeò modum futura, ratiocinatione tali
      - Quo plures magiſq; contrariæ erunt iudicum ſententiæ, eò turbulentiora erũt iudicia.
      - Atqui in Hippudamea hac iudiciorum ſuffragatione & plures & maximè contrariæ ſunt iudicum ſententiæ. Declarat. Illius namq; permiſſu iudices ſententiã uel
        - Diuidẽt, partim abſoluendo, partim condemnando. N. 47. Diuiſio rurſus duùm generum. Aut enim ſententiam diuident reſpectu
          - Partium tantùm. Nimirũ ſi petente actore xx minas, iudices decem tantùm deberi pronunciẽt. N. 45.
          - Ipſorummet iudicum inter ſe. Vt ſi petẽte actore xx minas, illi nõ deberi quidem omnes conſentiant, ſed rurſus diſſentiãt, quòd alij quinq;, alij quatuor tantùm deberi exiſtimẽt. Num. 46.
        - Non diuident, ſed ſimpliciter intenta lite uel
          - Abſoluent. N. 48.
          - Condemnabunt. Num. 49.
      - Ergo in Hippodamea hac ſuffragatione turbulentiſſima erunt iudicia. N. 50.
  - Obliquè argumento eius reſpondendo, quo tertiam hanc ſuffragandi rationem permittebat, ne iudices periurii euaderent:
    - Qui deo rectè aduocato ſe rectè & ex animi ſententia iudicaturum affirmat, at ſciens uolensq; poſtea contrarium ei eius, quod reuera ſentit, pronunciat, is periurus iudex euadit. N. 53.
    - At nunc lite ſimpliciter xx minarum intentata (quas ſibi deberi actor affirmat, reus ſe debere negat) ſi iudex uel deberi, uel non deberi pronunciet, contrarium eius quod reuera ſentit non pronunciat. Ratio: Neq; enim nihilominus deberi, ſed non deberi xx minas pronunciat. Suſpicatur quidem, uel etiam certò ſcit, decem deberi; tamen quia de iure eorum quæ prolata ſunt, nõ autem quæ proferri debuerunt, quæritur, hac ſua ſententia, quòd xx non debeantur, ſibi ipſi non erit contrarius, etiamſi actor porrò alteram litem intentare uelit. Nam uiginti non deberi, & decem deberi, non ſunt cõtradictoriæ, ſed ſimul ab eodem tempore eodem cogitari poſſunt, ſimul tamen pronunciari non debent, ne præter litis conteſtationem uideatur iudicaſſe. N. 52.
    - Ergo lite ſimpliciter intenta xx minarum, ſi uel deberi uel non deberi ſimpliciter iudex pronunciet, periurus non erit. N. 51.
- Inuẽtis nouis, & præſertim legibus nouis. Iis qui legem nouã inueniſſent præmia conſtituere impugnat Ariſtoteles tum in
  - Specie ab Effectu. Tam periculoſum eſt huiuſcemodi morem nouandarum legum lege introducere, & ad innouationem animos ciuium accendere, quàm ſpecioſum eſſe uidetur auditu. N. 54. Ratio: Nam criminationibus & æmulationibus feneſtram patefacit, quando ſub prætextu boni publici, aut ambitione aut inuidia moti alij, leges aliorum de gradu deijciendo, ipſi ſuas ſubſtituere uolent: ut hinc proinde uituræ ſint ſeditiones & mutationes Reipublicæ. N. 55.
  - Genere: quandoquidem hoc placitum pendet ab alio problemate ambiguo, necdum deciſo, Vtrum leges à maioribus acceptas expediat mutare. Nu. 56. Cuius quidem problematis ambiguitatem
    - Accommodat ſuo inſtituto:
      - Si ambiguum eſt, utrum leges ueteres ſint mutandæ: ambiguum etiam erit, utrum præmiũ an pœna ei, qui legem nouam inuenerit, debeatur.
      - Sed illud eſt. Dubitatur enim in utramq; partem, utrum leges mouere, an immobiles permanere præſtet. N. 57.
      - Ergo etiam ambiguum erit, utrum præmia mutanti legem ſint danda. N. 58.
    - Declarat. Vide in ſequent. ſignum C c.

B b. Quod

- **bb. Quod ipſum oſtendit**
  - **Generatim, partim**
    - **Directè:** *quandoquidem Rep. participes facit multũ inter ſe differentes & Agricolas & Opiſices & Milites. N.10. Vt ſit talis ſyllogiſmus*
      - **Qui** *honoribus ex æquo non participant, nunquam inter ſe beneuoli ſunt futuri, nec Reip. curam ex æquo habituri. N.25.*
      - **At Reipub. Hippodameæ ciues honoribus ex æquo nõ participãt. Demõſtrat:**
        - **Libertate** *inæquales, honoribus ex æquo participare nequeunt.*
        - **At ciues Hippodamei libertate ſunt inæquales. Deducit:**
          - **Debiliores** *potentiorum & armis inſtructorum ferè ſerui eſſe ſolent, & minori libertate fruuntur.*
          - **At** *in Hippodamea rep. Agricolæ debiles ſunt, cùm armorũ facultatem non habeant, etſi agros poſſideant: Opifices neq; arma neq; agros habent. N.21.*
          - **Ergo** *in Hippodamea rep. Agricolæ & Opifices Militum ſerui erunt, & minori libertate quàm illi fruentur. N.22.*
        - **Ergo** *ciues Hippodamei honoribus ex æquo non participabunt. N.23. Sed Milites tantum Reip. gubernacula tum domi tum foris tenebunt. N.24.*
      - **Ergo** *Hippodamei ciues nunquam inter ſe beneuoli, neq; Reip. ex æquo ſtudioſi ſunt futuri.*
    - **Obliquè** *per anthypophoram. Obiectionem*
      - **Proponit.** *Reſpõdeat Hippodamus: Non opprimi à militibus & illis ſeruire volo reliquos, ſed tãtùm viribus inferiores eſſe. N.26.*
      - **Confutat** *tali ratione*
        - **Si** *milites numero vincant reliquos ciues, fruſtra in Reipub. ſupplementum vel qui admittentur. Sic in Rep. Spartana cùm ciues omnes arma tractarent, mechanicis in Rep. locum dare non erat neceſſe.*
        - **At** *ſi milites potentiores eſſe debeant agricolis & opificibus in Rep. Hippodamea, non armis tantùm inſtructi, ſed numero quoq; illos vincere debent, vt hoſtibus externis pares eſſe queant. N.27.*
        - **Ergo** *ſi milites potentiores ſint in rep Hippodamea, non opus erit ad ciuitatis ſupplementum, vel agricolis vel opificibus tanquam ciuibus, ſed tanquam ſeruis & appendicibus quibuſdam. N.28.*
  - **Speciatim** *in ordine Agricolarum, quẽ ſuperfluum & inutilem fore putat Ariſt. in Hippodamea Rep. N.29. Deductio talis eſt per comparationem:*
    - **Opifices** *Reip. pars neceſſariò ſtatui debẽt, quorũ & opere & opera ciues fruũtur. N.30.* Ratio. Nam neq;
      - **Ciuitas** *ipſis carere poteſt, ob quotidianam vitæ neceſſitatem, cui non vno certo anni tempore remedium afferri poteſt (quemadmodum de alimentis certo anni tempore, per meſſem & autumnum proſpici poteſt) ſed ſingulis ferè horis nunc huius tunc illius mechanici operis vſus requiritur. N.31.*
      - **Opifices** *ipſi extra ciuitatem ſe ſuſtentare poſſunt: quãdoquidem quo plures eorum opera aſſiduè vtuntur, eò facilius victum ſibi comparant. N.32.*
    - **Agricolæ** *econtrà non neceſſariò ciuitatis pars ſtatui debent (cùm ciuitas operis ipſorum carere queat: etſi illorum operib. carere nequeant, & ipſi etiã ciuitate carere queant, ruri habitantes) ſiue colant (ex Hippodami diuiſione ſuprà n.7. inſtituta) agros*
      - **Proprios,** *tali ratione*
        - **Si** *agricolæ cæteris ciuibus de ſuo alimenta darent, ciuitas illis carere non poſſet, & per conſequens pars ciuitatis eſſent. N.33.*
        - **Nunc** *verò ex Hippodami inſtituto agricolæ de proprijs agris alimẽta cæteris ciuibus niſi precio non dabũt: vt hac ratione nil referat, agricolas inquilinos habere, aut frumentum à vicinis petere N. 34.*
        - **Ergo** *ex ipſiuſmet Hippodami inſtituto agricolis ciuitas carere poterit.*
      - **Cõmunes.** *Agros enim cõmunes colent vel*
        - **Milites** *ipſimet. Et ſic Milites & Agricolæ vnum & eũdem ordinem conſtituent. N.35. Quod tamen eſt contra mentem Hippodami. N.36.*
        - *Alij quidem, & vel ruſtici.*
          - **Diuerſi** *à prioribus illis, quos tertium ordinem ciuium conſtituit Et ſic quartus hic ordo erit ciuitatis, à Rep. tamen adminiſtratione alienus. N.37.*
          - **Iidem** *cũ prioribus illis. N.38. At ſic oritur rurſus duplex difficultas tum reſpectu*
            - **Adiuncti** *ſumtus. Namq; ijdem ruſtici proprios agros & agros publicos colere ijſdem ſeruis & vna ſola familia non poterunt, ſed geminare operas cogentur. Pluribus operis plus alimenti, duplici familiæ duplicia alimenta debebũt. Quomodo igitur ager idem hiſce omnibus ſufficiet? N.39.*
            - **Cauſæ.** *Quòd ſi omnino ijſdem ruſticis vt proprij ſic publici agri cultum putat committendum, quid opus erat ab initio ſtatim agrũ diuidere in publicũ & priuatũ: & nõ potius omnẽ inter agricolas ex æquo diuidere, ita vt ex eo fructuũ perceptorũ partem vnã publicis horreis in vſum militum & opificum, partem reliquam, priuatis horreis in vſum proprium inferrent? Hæc ſanè ratio compẽdioſior minusq; turbulenta extitiſſet. N.40.*

- **Cc. De legum igitur mutatione diſputari poſſe uidetur**
  - **Abſolutè quidem ex aliorum ſententia. Nu. 59. Leges ſcilicet uel mutandas**
    - **Eſſe. N. 77. argumentis uarijs. Quorū alia pertinēt ad**
      - **Genus totum ipſarū legum, à part. N. 60. Tali ratiocinatione**
        - Si reliquæ ſcientiæ & artes mutationem admittunt pro ratione temporum, locorū, perſonarum: politica ſimiliter, omnium ſcientiarum princeps, cum pars eſt uniuſcuiuſ, admittet eandem.
        - Atqui reliquæ ſciētiæ mutationem admittūt, uti Plato in Politico & Minoe docet. Nu. 61. In
          - Specie quidem
            - Medicina multum diuerſa eſt ab ea quā primum Aeſculapius & filij eius tradidēre, quæ chirurgica tota erat, teſte Platone lib. de Legib. N. 62.
            - Gymnaſtica, quæ cū primis tēporibus uel nulla uel rudis admodū fuerit, poſteriore ætate ad culmē ſuæ perfectiōis apud Græcos deuenit. N. 63.
          - Genere uerò omnes artes & facultates ut incremēto & decremento, ſic uarijs ſunt mutationibus obnoxiæ. N. 64.
        - Ergo etiam Politica tum aliàs tum quoad leges præſertim mutationi erit obnoxia. N. 65.
      - **Species legum, numerum ad leges**
        - **Vetuſtiſſimas. Argumentis duobus, altero ab**
          - **Experientia N. 66.**
            - Si experientia duce ueteres leges ut ſimplices & barbaricæ ſenſim mutatæ fuerint, nil prohibebit eas etiam quæ nondum ſunt mutatæ aliquando mutari.
            - Atqui illud eſt. Nam ueteres leges Græcæ ſimplices admodum & barbaricas fuiſſe, Nu. 67. & propterea mutatione dignas, oſtendit exemplo legis tum
              - Vniuerſali. Nam Græcis olim etiā domi armatis incedere, & uxores alterum ab altero emere mos erat. N. 68. Quod ipſum ueteribus quoq; Danis in uſu fuiſſe Saxo teſtatur.
              - Particulari Cumenſium, quæ cædis reum damnabat, ſi accuſator domeſticos teſtes aliquot è ſuis cognatis adduxiſſet. N. 69. Qualis Clegeo furtiuæ Carinthiæ: ubi furtis accuſatus ſuſpenditur, cauſa examinata inde ſi innocēs deprehendatur, honorificè ſepelitur.
            - Ergo etiam eas, quæ nondum ſunt mutatæ, mutare licebit.
          - **Rationes**
            - Leges malæ uel mutari debent penitus, uel in meliores commutari. Ratio. Is enim legis finis eſt, ut per eam Reip. utilitati prouideatur, non autē ut auctoritas à maioribus accepta ſeruetur. N. 70.
            - At ueteres leges magna ex parte uel ſtultæ uel malæ ſunt. Oſtendit
              - Quales legiſlatores, tales leges eſſe ſolent.
              - At primos illos homines, ſiue è terra nati, ſiue ex interitu aliquo ſeruati ſint, ſtupidos fuiſſe, nullo adhuc rerum uſu eruditos, probabile eſt. Num. 71.
              - Ergo etiam leges eorum tales fuēre.
            - Ergo ueteres leges pleraq; mutandæ fuerunt. N. 72.
        - **Recentiores. Ratiocinatio talis eſt:**
          - Si leges ſcriptæ omnia accuratè complecterentur & explicarent, nunquam mutandæ forent, uel corrigendæ.
          - At non illud. Demonſtratio talis
            - Quarumcunq; artium traditio, eſt uniuerſalis, uſus uerò particularis, illarum præcepta nunquam ita accuratè tradi poſſunt, quin exceptioni locus ſit.
            - Atqui legum
              - Traditio ſiue latio uniuerſalis eſt. N. 75.
              - Exercitatio eſt ſingularis. N. 76.
            - Ergo leges nunquam ita accuratè poni poterunt, ut omnia complectantur. N. 74.
          - Ergo mutandæ erunt aliquando & corrigendæ. N. 73.
    - **Non eſſe. N. 78. Vide in ſeq. ſignum D d.**
  - **Secundùm quid, ex ſententia, ut uidetur, Ariſt. partim ſcilicet mutandas, partim non mutandas eſſe. Quam diſputationem**
    - Proponit, à ueritate nō alienā uideri. N. 88. Si uidelicet cōſideretur reſpectu
      - Materiæ. Quando mutandæ ſint, uñ oēs, num aliquæ tantùm, num in quauis Republica mutari debeant. N. 86.
      - Efficientis. Num à quouis mutatio illarum proponenda ſit (uti Hippodamo placuit) an ſapientiſſ. tantùm & optimis committenda. N. 87.
    - Reiicit in aliud tempus atq; locum. N. 89.

D d. Le-

D d. Leges ſemel poſitas mutari non debere, uel ſaltem non facilè mutandas eſſe, oſtēdi poteſt partim

- **Directè, ab Aduncto Adiunctis**
  - Quando plus mali quàm boni mutatio legis affert, legem non mutare præſtat. N. 79.
  - Atqui plus mali interdum quàm boni, mutatio legis affert: quando ſcilicet lex quidem mala tollitur, at reliquarum legum bonarum auctoritas hac occaſione conuellitur, ciuibus ſenſim mutationi legum, quæ ſacroſancta eſſe debebant, aſſueſcentibus. Quæ aſſuetudo nouitatis multorum deinceps malorum fomes eſſe poterit. N. 80. Quod utinam ne in religionis negotio quotidie experiremur.
  - Ergo legem malam aliquando non mutare præſtabilius eſt, & ferendam potius tum legumlatorū tum magiſtratuum errata quædam, quàm ſtudio nouitatis feneſtra patefacienda.
- **Obliquè, generali ſyllogiſmi contrarij ſuprà n. 61. poſiti paralogiſmum oſtendendo. N. 81.**
  - Quorum mutatio diuerſa habet effecta & adiuncta, eorundem mutationis eadem ratio eſſe non poteſt.
  - Atqui Artium mutatio & Legum mutatio diuerſa habent effecta & adiuncta. N. 82. Etenim mutatio
    - **Legis euincibet**
      - **Reſpectu reliquarū legum, efficit ut illarum quoq; auctoritas conuellatur. Quod ſic oſtenditur**
        - Quæ uſu uires acquirunt, & auctoritatem, ea leui de cauſſa loco mota reliquorum quoq; uires labefactant uſu conſtantium.
        - At leges uſu uires acquirunt. N. 83. apud maiorē ſcilicet uulgi partē, quod propter impotentiam cupiditatis non magis ratione, quòd aliquid honeſtum ſit, quàm neceſſitate, quòd non liceat, moueri, & in officio contineri poteſt.
        - Ergo leges ſemel loco motæ, cæterarum quoq; auctoritatem dubiam facient, earumq; uim debilitabunt. Numero 85.
      - **Per ſe adiunctam habet difficultatem Ratiocinatio uidetur ſubeſſe talis:**
        - Quæ longo tempore radices egere, non facilè euelli poſſunt.
        - At lex longo tēpore radices egit. N. 84.
        - Ergo lex non facilè mutari poteſt, nec abſq; magno motu. Vnica agraria quantas Romæ turbas uedit
    - **Artis**
      - Reſpectu reliquorum eiuſdem artis præceptorum, uel non conuellit illa, uel ſaltem ſine magna perturbatione, cùm ratione conſtet potius quàm uſu. Nam uſu quidem artis præcepta conſtituuntur & declarantur, at ratione interim confirmantur, & forma artis acquirunt. Hoc enim differt Artifex ab Empirico.
      - Per ſe non eſt difficilis, utpote quæ rectæ rationis aſſenſum tantùm requirat. Sic aliarum aliquot philoſophorum ſectas ſucceſſiſſe abſq; ſanguine conſtat.
  - Ergo Artium & Legum mutationis non eadem ratio eſt ſtatuenda.

9

CAPVT IX.

Lacedæmoniorum Reſpub. examinat.

DE[a] rep. autem Lacedæmoniorum & Cretũ, ferme autē & de alijs rebuſp. duæ ſunt animaduerſiones: una[a] quidē, ſi quid bene, uel nō bene cōſtitutū eſt, ad optimū ordinē referentibus: altera[a] aūt, ſi quid ad ſuppoſitionem & modum aduerſatur propoſitæ ſibi ipſis

ΠΕΡΙ[a] δὲ τῆς λακεδαιμονίων πολιτείας, καὶ τῆς κρητικῆς, σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, δύο εἰσὶν αἱ σκέψεις. μία[a] μὲν, εἴ τι καλῶς, ἢ μὴ καλῶς, πρὸς τὴν ἀρίστην νενομοθέτηται τάξιν. ἑτέρα[a] δ᾽, εἴ τι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν τρόπον ὑπεναντίως τῆς προκειμένης αὐτοῖς

DE[a] Lacedæmoniorum autē & Cretum rep. & propemodum de alijs, duo ſunt uidenda: quorū[a] unū eſt ſitne aliquid in eis rectè, an ſecus, ad optimam reip. adminiſtrandæ deſcriptionem, legibus conſtitutum: alterum[a] ſitne aliquid, ſpectato reipub. propoſito & modo, ita conſtitutum, ut repugnet ei reip. adminiſtrādæ formæ, quam ſibi propo-

reipublicæ. Opus ⁴ igitur eſſe ciuitati, quæ debet regi bene, à neceſſarijs operibus uacationem adeſſe, cõſenſus omnium eſt. Quomodo [5] autem hoc contingat, non facilè eſt adipiſci: Theſſalorum [6] enim peneſtia ſæpe impoſuit Theſſalis, & [7] eodem pacto Ilotes Laconibus. Tanquam [8] enim in inſidijs manentes, expectant grauem aliquem caſum ipſorum. Cretibus [9] autem nihil adhuc tale contigit. Cauſa [10] autē fortaſſe eſt, quod uicinarum ciuitatum, etſi bella gerunt inter ſe, nulla ſocia ſit deficientibus: quia minimè conducit illis, periœcos & ipſis habentibus. Laconibus [11] autem uicini omnes erant hoſtes, Argiui, & Meſſenij, & Arcades. Nam [12] & Theſſalis ab initio deficiebant, quia bellum adhuc gerebant cum propinquis Achæis, & Perrhębis, & Magnetibus. Videtur [13] autem ſi nihil aliud, ratio certè regendi ipſos ardua eſſe, quo pacto decet uerſari cum illis. Si [14] namque remiſsius habeantur, contumelioſi fiunt, atq; æquum putant, ut æquali loco cum eris habeātur: ſin [15] autem miſerè uiuant, inſidiantur, & odio proſequuntur. Planum [16] igitur eſt, non inueniſſe optimũ modum, quibus hoc contingit in Ilotia curanda. Præterea [17] remiſsio circa mulieres & ad reipub. finem detrimentoſa eſt, & ad uitam beatam ciuitatis. Quemadmodum [18] enim domus pars eſt uir & uxor: ita [19] prope accedere ciuitatē, ut bifariam diſſecta ſit, in numerum uirorum & mulierum, exiſtimandum eſt. Quare [20] in quibuſcunque rebuſpub. uitij in ſe multum continet, quod ad mulieres facit, dimidium ciuitatis exiſtimandum eſt incorrectum eſſe. Quod [21] illic uſu uenit. Nam [22] cùm totam ciuitatem legislator duram & patientem operum eſſe uellet, in uiris inſtituendis manifeſtò talis eſt: in [23] mulieribus uerò multum diligentiæ remiſit: uiuunt enim intemperanter in omni genere intemperantiæ, & molliter. Quapropter [24] neceſſe eſt in huiuſcemodi rep. diuitias in honore eſſe, præſertim ſi uiri ſint in poteſtate mulierũ quemadmodũ [25] eſt maior pars militariũ & bellicoſarũ nationũ, exceptis [26] Celtis,

τοῖς πολιτείαις. ὅτι [4] μὲν οὖν δεῖ τῇ μελλούσῃ καλῶς πολιτεύεσθαι, τὴν τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχειν σχολὴν, ὁμολογούμενόν ἐστι· τίνα [5] δὲ τρόπον ὑπάρχειν, οὐ ῥάδιον λαβεῖν. ἥτε γὰρ [6] θετταλῶν πενεστεία πολλάκις ἐπέθετο τοῖς θετταλοῖς· ὁμοίως [7] δὲ καὶ τοῖς λάκωσιν οἱ εἵλωτες· ὥσπερ [8] γὰρ ἐφεδρεύοντες τοῖς ἀτυχήμασι διατελοῦσι. περὶ [9] δὲ τοὺς κρῆτας οὐδέν πω τοιοῦτον συμβέβηκεν. αἴτιον [10] δ' ἴσως, τὸ τὰς γειτνιώσας πόλεις, καίπερ πολεμούσας ἀλλήλαις, μηδεμίαν εἶναι σύμμαχον τοῖς ἀφισταμένοις, διὰ τὸ μὴ συμφέρειν, καὶ αὐταῖς κεκτημέναις περιοίκους. τοῖς [11] δὲ λάκωσιν οἱ γειτνιῶντες ἐχθροὶ πάντες ἦσαν, ἀργεῖοι, καὶ μεσσήνιοι, καὶ ἀρκάδες. ἐπεὶ [12] καὶ τοῖς θετταλοῖς κατ' ἀρχὰς ἀφίσταντο, διὰ τὸ πολεμεῖν ἔτι τοῖς προσχώροις ἀχαιοῖς, καὶ περραιβοῖς, καὶ μάγνησιν. ἔοικε [13] δὲ καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, ἀλλὰ τό γε τῆς ἐπιμελείας ἐργῶδες εἶναι, τίνα δεῖ πρὸς αὐτοὺς ὁμιλῆσαι τρόπον. ἀνιέμενοί τε [14] γὰρ ὑβρίζουσι, καὶ τῶν ἴσων ἀξιοῦσιν ἑαυτοὺς τοῖς κυρίοις· καὶ [15] κακοπαθῶς ζῶντες, ἐπιβουλεύουσι, καὶ μισοῦσι. δῆλον [16] οὖν ὡς οὐκ ἐξευρίσκουσι τὸν βέλτιστον τρόπον, οἷς τοῦτο συμβαίνει περὶ τὴν εἱλωτείαν. ἔτι [17] δ' ἡ περὶ τὰς γυναῖκας ἄνεσις, καὶ πρὸς τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας βλαβερὰ, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως. ὥσπερ [18] γὰρ οἰκίας μέρος ἀνὴρ καὶ γυνὴ, δῆλον [19] ὅτι καὶ πόλιν ἐγγὺς τοῦ δίχα διῃρῆσθαι δεῖ νομίζειν εἴς τε τὸ τῶν ἀνδρῶν πλῆθος, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν. ὥστ' [20] ἐν ὅσαις πολιτείαις φαύλως ἔχει τὸ περὶ τὰς γυναῖκας, τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως εἶναι δεῖ νομίζειν ἀνομοθέτητον. ὅπερ [21] ἐκεῖ συμβέβηκεν· ὅλην [22] γὰρ τὴν πόλιν ὁ νομοθέτης εἶναι βουλόμενος καρτερικὴν, κατὰ μὲν τοὺς ἄνδρας φανερός ἐστι τοιοῦτος ὤν· ἐπὶ [23] δὲ τῶν γυναικῶν ἐξημέληκε. ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν, καὶ τρυφερῶς. ὥστ' [24] ἀναγκαῖον ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ τιμᾶσθαι τὸν πλοῦτον, ἄλλως τε κἂν τυγχάνωσι γυναικοκρατούμενοι· καθάπερ [25] τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν, ἔξω [26]

propoſuerunt. Et [4] igitur ciuitati, cuius adminiſtratio recta ſit futura, neceſſariorum munerũ uacationem eſſe oportere, cõuenit inter omnes: ſed [5] quomodo eſſe oporteat, non eſt facile intelligere. Nam [6] & Theſſalorum ſeruitium, quam illi peneſtiam nominant, ſæpe in Theſſalos irruit atque inuaſit: itemq́; [7] Elotes in Lacedæmonios. Nam [8] perpetuo ueluti caſibus eorum aduerſis inſidiantes imminent. Cretenſibus [9] autem nihil dum tale accidit. Cauſa [10] autem huius rei fortaſſe eſt, quòd nulla finitimarum ciuitatum, quamuis inter ſe bellum gerant, præbeat ſe belli ſociam, auxiliumue ferat ſeruis in dominos conſpirantibus, & à ciuitate deficientibus: ideo quod non ſibi expediat illis auxilium ferre, ut quæ etiam ipſa populis à ſe alienis cincta ſint. Lacedæmonijs [11] autem finitimi erant inimici atque infeſti, Argiui, Meſſenij, Arcades. Nam [12] & à Theſſalis initio ſerui deſciuerũt, propterea quòd bellum etiam tum cum accolis Achiuis, Perrhæbis, Magnetibus gerebant. Videtur [13] autem etſi nihil aliud, at certè diligentiæ & curæ magni negotij eſſe, quomodo ſe aduerſus eos gerere oporteat. Nam [14] ſi agatur cum eis liberalius ac diſſolutius, libidinosè ac petulanter uiuunt, & cum dominis de dignitate cõtendunt: ſin [15] tractentur aſperius, uiuantq́; laborioſè & miſere, in dominos perniciem moliuntur, eoſq́; oderunt. Ex [16] his igitur intelligere licet, eos qui in hæc mala incidunt propter ſeruitium, quam Elotiam appellant, non reperiſſe optimam reip. adminiſtrandæ formam. Præterea [17] uero remiſsio & indulgentia in mulieres, & ad conſilium, quod ceperunt de ſua rep. adminiſtranda, & ad beatitudinem ciuitatis, inutilis ac damnoſa eſt. Quemadmodum [18] enim domus partes ſunt uir & mulier: ita [19] ſcilicet & ciuitatem exiſtimare oportet in duas parteis æquales eſſe diuiſam, in uirorum & mulierum multitudinem. Quare [20] quibuſcunq; in reip. adminiſtrandæ formis id, quod ad mulieres pertinet, male habet, in eis dimidium ciuitatis exiſtimandum eſt non eſſe legibus temperatum: quod [21] illic euenit. Nam [22] cum totam ciuitatem lator legũ uellet ad tolerandos & perferendos labores eſſe fortem ac robuſtã, in uiris quidem perſpicuè quod uolebat aſſecutus eſt: in [23] mulieribus uerò negligentem ſe præbuit. Viuunt enim intemperãter & luxurioſè, ad omne ſcilicet intemperantiæ genus ſoluta atque effuſa. Itaq; [24] neceſſe eſt in tali reip. adminiſtrandæ forma plurimi fieri diuitias, maximè ſi uiri ſub imperiũ et poteſtatẽ mulierũ ſubmiſſi ſint: quẽadmodũ [25] multæ militares & bellicoſæ nationes, præter [26] Celtas,

Celtis, & ſi qui alij populi palá coluerũt cũ marib coitũ. Videt [27]aũt qui prim⁹ fabulá finxit, nó inſulſe copulaſſe Marté cũ Venere. Siue [28]enim ad cóſuetudiné mariũ ſiue feminarũ, perſpiciũtur eſſe ꝓni cũcti huiuſcemodi. Quapropter [29] apud Laconas hoc extitit: multaq́; [30]diſpéſabátur à mulieribus, dũ potiebátur imperio. Atqui [31] quid intereſt mulieres imperare, uel eos, qui imperiũ habét, pati ſibi à mulierib. imperari? idé enim cótingit. Cũ [12] aũt audacia utilis nó ſit ad aliquid cotidianorũ operũ, quòd ſi alicubi ꝓdeſt, in bello ꝓfutura uidebatur, maximè detrimentoſæ ad has res Laconũ feminæ erant. Declararunt [13] aũt hoc, cũ Thebani incurrerũt cũ ſuis copijs in eorũ fines: utiles náq́; nulla in re fuerũt (quod in alijs quoq́; ciuitatib. uſu uenit) tumultũ aũt maioré, quàm hoſtes attulerũt. Initio[14] aũt uidetur uſu ueniſſe Laconib. nó ſine cauſa mulierũ remiſsio. Extra [15].n. ſuá propriáq́; telluré ꝓpter expeditiones lógo tépore peregrinabátur, bellũ geréces cótra Argiuos, & rurſus Arcadas & Meſſenios. Cũ[16] aũt ociũ nacti erát, ſemetipſos prębebát legiſlatori, prius eruditos & informatos uita illa militari. Multas[17] .n. cótinet in ſe partes uirtutis. Mulieres [18] qdé aiũt aggreſsũ fuiſſe Lycurgũ ꝓducere ad leges poſtquá aũt illæ reſtiterunt, deſtitiſſe. Hę [19] igitur cauſę ſunt eorũ, quę facta ſunt. Quapropter [40] huius etiá erroris. Verũ [41] nos nó hoc atté dimus, cui decet ignoſcere, uel nó ignoſcere: ſed[42] de eo, qđ recté factũ ſit uel nó rectè, ſolliciti ſumus. Quę [43] aũt ad mulieres ptinét, cũ ſe habét nó bene, uidétur, ut dictũ prius eſt, nó [44] ſolũ párere qddã, qđ minimè decet remp. ipſamq́; in ſe ſpectatá inquinare: uerũetiá [45] iuuare aliqđ ad amoré pecuniarũ inſeréda in ciuitaté. Poſt[46].n. ea, q̃ modo dicta ſunt, accuſaret aliqs, q̃ ualét ad inęqlitaté bonorũ. His [47] náq́; cótigit habere ualde amplũ patrimoniũ, his aũt ualde exile. Quapropter[48] ad paucos uenit ager. Hoc [49] aũt & legib. malè cóſtitutũ eſt. Emere [50] .n. uel uendere agrum, uoluit nó honeſtum eſſe, quod ſanè rectè ſtatuit. Dilargiri [51] uerò & relinquere, uoluit poſſe qui uellent.

κελτῶν ἢ κἂν εἴ τινες ἕτεροι φανερῶς τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίαν. ἔοικε [27] γὰρ ὁ μυθολογήσας πρῶτος, οὐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν ἄρη πρὸς τὴν ἀφροδίτην. ἢ γὰρ [28] πρὸς τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν, φαίνονται κατακώχιμοι πάντες οἱ τοιοῦτοι. διὸ [29] παρὰ τοῖς λάκωσι τοῦθ' ὑπῆρχε, καὶ [30] πολλὰ διῳκεῖτο ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν. καίτοι [31] τί διαφέρει γυναῖκας ἄρχειν, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι; ταὐτὸ γὰρ συμβαίνει. χρησίμου [12] δ' οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν τῶν ἐγκυκλίων, ἀλλ' εἴπερ, πρὸς τὸν πόλεμον, βλαβερώταται καὶ πρὸς ταῦθ' αἱ τῶν λακώνων ἦσαν. ἐδήλωσαν [33] δ' ἐπὶ τῆς θηβαίων ἐμβολῆς. χρήσιμοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἦσαν, ὥσπερ ἐν ἑτέραις πόλεσι, θόρυβον δὲ παρεῖχον πλείω τῶν πολεμίων. ἐξ [34] ἀρχῆς μὲν οὖν ἔοικε συμβεβηκέναι τοῖς λάκωσιν εὐλόγως ἡ τῶν γυναικῶν ἄνεσις. ἔξω [15] γὰρ τῆς οἰκείας διὰ τὰς στρατείας ἀπεξενοῦντο πολὺν χρόνον, πολεμοῦντες τόν τε πρὸς ἀργείους πόλεμον, καὶ πάλιν τὸν πρὸς ἀρκάδας καὶ μεσσηνίους. σχολάσαντες [16] δὲ αὑτοὺς μὲν παρεῖχον τῷ νομοθέτῃ προωδοποιημένους διὰ τὸν στρατιωτικὸν βίον, πολλὰ [17] γὰρ ἔχει μέρη τῆς ἀρετῆς. τὰς [18] δὲ γυναῖκας φασὶ μὲν ἄγειν ἐπιχειρῆσαι τὸν λυκοῦργον ἐπὶ τοὺς νόμους· ὡς δ' ἀντέκρουον, ἀποστῆναι πάλιν. αἰτίαι [19] μὲν οὖν εἰσιν αὗται τῶν γενομένων. ὥστε [40] δῆλον, ὅτι καὶ ταύτης τῆς ἁμαρτίας. ἀλλ' [41] ἡμεῖς οὐ τοῦτο σκοποῦμεν, τίνι δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἢ μὴ ἔχειν, ἀλλὰ [42] περὶ τοῦ ὀρθῶς, καὶ μὴ ὀρθῶς. τὰ [41] δὲ περὶ τὰς γυναῖκας ἔχοντα μὴ καλῶς, ἔοικεν, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον, οὐ [44] μόνον ἀπρέπειάν τινα ποιεῖν τῆς πολιτείας, αὐτῆς καθ' αὑτήν, ἀλλὰ [45] συμβάλλεσθαί τι πρὸς τὴν φιλοχρηματίαν. μετὰ [46] γὰρ τὰ νῦν ῥηθέντα, τοῖς περὶ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κτήσεως ἐπιτιμήσειεν ἄν τις. τοῖς [47] μὲν γὰρ αὐτῶν συμβέβηκε κεκτῆσθαι πολλὴν λίαν οὐσίαν· τοῖς δὲ πάμπαν μικράν· διόπερ [48] εἰς ὀλίγους ἧκεν ἡ χώρα. τοῦτο [49] δὲ καὶ διὰ τῶν νόμων τέτακται φαύλως. [50] ὠνεῖσθαι μὲν γὰρ ἢ πωλεῖν τὴν ὑπάρχουσαν, ἐποίησεν οὐ καλόν. ὀρθῶς ποιήσας. διδόναι [51] δὲ καὶ καταλείπειν ἐξουσίαν ἔδωκε τοῖς βουλομένοις.

Celtis, & ſi qui alij palàm conſuetudinem & concubitum cum maſculis comprobarunt. Videtur [27] enim is, qui primus fabulas compoſuit, non temerè cum Marte Venerem copulaſſe & coniunxiſſe. Aut [28] enim ad maſculorum congreſſum, aut ad fœminarum tales homines uidentur eſſe procliues. Idcirco [29] hoc apud Lacedæmonios locum obtinebat, & [30] multa in eorum imperio à mulieribus adminiſtrabantur. Atqui [31] quid intereſt, utrum mulieres reipub. præſint atque imperent, an resp. præfecti mulierum arbitratu rempub. gerãt? Idem enim utrinque mali proficiſcitur. Cum [12] autem audacia ad nullam rem quotidianam atque uſitatam ſit utilis, ſed ſi fortè in bello uſui eſſe poſſit, etiam in rebus bellicis maximo damno fuerũt Lacedæmoniorum fœminæ: idq́; [13] in incurſione Thebanorum declararunt. Nã utilitatem quidem nullam attulerunt, quemadmodum in alijs ciuitatibus: ſed trepidationem & tumultum ciuitati inuſſerunt maiorem, quàm hoſtes. Initio[14] igitur non immerito hanc licentiam uidentur Lacedæmonij mulieribus permiſiſſe. Nam [15] procul à domo propter militiã peregrinabantur, nunc bellum Argiuum, nunc rurſus Arcadicum, & Meſſeniacum gerentes. Ocium [16] autem & pacem nacti, ſeipſos quidem propter uitam militarem latori legis quaſi præparatos & flexibiles facilesq́; præbebant. Multas [37] enim uirtutis partes continet illa uita. Fœminas [18] autem aiunt Lycurgum ſub legis iugum adducere conatum, cum illæ reclamarent, & contra niterentur, ab incœpto deſtitiſſe. Eorum [19] igitur, quæ acciderunt, cauſam ſuſtinent. Quare [40] etiam huius peccati ſcilicet. Nos [41] autem non hoc quærimus, cui ſit ignoſcendum, cui non: ſed [42] quid ſit rectè, quid ſecus inſtitutum. Verùm [43] ea, quæ ad fœminas pertinent, non bene inſtituta, uidentur, ut & antea dictum eſt, ipſa per ſe non [44] ſolum remp. dedecorare, & macula quadam aſpergere, ſed [45] ad immoderatum pecuniæ ſtudium aliquid adiuuare. Nam [46] ſecundùm & præter ea quæ dicta ſunt, bonorum inæqualitatem quis reprehendere queat. Accidit [47] enim, ut eorum alij rẽ familiarem ampliſsimam poſsideant, alij tenuiſsimam atque anguſtiſsimam. Quapropter [48] ad paucos redactus eſt ager Spartanus. Hoc [49] autem etiam legibus conſtitutum eſt perperam. Fecit [50] enim lator legis, ut patrimonium aut ſuum uendere, aut alienũ emere, haberetur non honeſtum: atque hoc rectè. Donandi [51] autem, & teſtamento relinquendi poteſtatem licentiámque permiſit, quis uellent. At-

Atqui[52] idem uſu uenire & illo modo, & hoc neceſſe eſt. Sunt[53] aũt mulierũ totius fermè agri quinq; partium duæ, &[54] quia multæ factæ ſunt hæredes paternorũ bonorũ, &[55] quia dotes dant magnas. Atqui[56] præſtabat nullam, uel puſillam, ſiue ſaltem mediocrem, legibus ſtatutam eſſe. Nunc[57] autem licet dare feminam hęredem cuicũque uoluerit: &[58] ſi mortuus fuerit inteſtatus, quem utiq; reliquerit hæredem, hic, cuicunq; uoluerit, dat. Cum[59] igitur ager ualeat mille & quingentos equites alere, & armatorum milia XXX. ne mille quidem numero erãt. Factum[60] autem eſt rebus ipſis planum, perperam ſe habuiſſe, quæ ad ordinem hunc pertinebant. Vnam[61] enim plagam ciuitas perpeſſa non eſt, ſed perijt propter paucitatem hominum. Fertur[62] autẽ ætate priorum regũ donare ſolitos ciuitate, ita ut non extiterit tũc penuria hominum, & ſi longa bella gerebant: &[63] affirmant, fuiſſe aliquãdo Spartiatis etiam decẽ milia. Veruntamẽ[64] ſiue hęc uera ſunt, ſiue nõ ſunt, ſatius eſt adæquatione bonorũ abundare hominibus ciuitatẽ. Subcontraria[65] aũt etiã lex eſt de liberis procreãdis, huius errati correctioni. Volens[66] .n. legiſlatur quamplurimos eſſe Spartiatas, impellit ciues ad plurimos filios procreandos. Eſt enim illic lex, eũ qui genuerit tres liberos, mitti non poſſe in præſidiũ: qui uerò quatuor, immunẽ eſſe omniũ munerũ. Quare[67] planũ eſt, ſi multi nati fuerint, agerq; ita diuiſus, neceſſariò multos futuros pauperes. Quinetiam[68] & quę pertinent ad Ephoriã, culpis affinia ſunt. Magiſtratus[69] enim hic dominus maximarũ rerũ apud ipſos eſt: creantur aũt è populo cuncti. Quapropter[70] ſępe incidũt in hanc curiam homines ualde pauperes, qui propter egeſtatem mercede emuntur. Declararũt[71] autem ſępe quidem & antea, & modò in Andrijs: corrupti enim quidam pecunia, quãtum in ipſis fuit, totam ciuitatem perdiderũt. Et[72] quia poteſtas eſt ualde magna & æqualis tyrannidi, aſſentari ipſi cogebantur etiam reges: ita[73] ut hac etiã parte detrimẽti multũ acciperet reſpublica.

καί τοι[52] ταυτὸ συμβαίνειν ἀναγκαῖον ἐκείνως τε καὶ οὕτως. ἔστι[53] δὲ καὶ τῶν γυναικῶν σχεδὸν τῆς πάσης χώρας τῶν πέντε μερῶν τὰ δύο, τῶν[54] τ' ἐπικλήρων πολλῶν γινομένων, καὶ[55] διὰ τὸ προῖκας διδόναι μεγάλας. καί τοι[56] βέλτιον ἦν μηδεμίαν, ἢ ὀλίγην, ἢ καὶ μετρίαν τετάχθαι. νῦν[57] δ' ἔξεστι δοῦναί τε τὴν ἐπίκληρον, ὅτῳ ἂν βούληται· κἂν[58] ἀποθάνῃ μὴ διαθέμενος, ὃν ἂν καταλίπῃ κληρονόμον, οὗτος ᾧ ἂν θέλῃ δίδωσι. τοιγαροῦν[59] δυναμένης τῆς χώρας χιλίους ἱππεῖς τρέφειν καὶ πεντακοσίους, καὶ ὁπλίτας τρισμυρίους, οὐδὲ χίλιοι τὸ πλῆθος ἦσαν. γέγονε[60] δὲ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν δῆλον, ὅτι φαύλως αὐτοῖς εἶχε τὰ περὶ τὴν τάξιν ταύτην. μίαν[61] γὰρ πληγὴν οὐχ ὑπήνεγκεν ἡ πόλις, ἀλλ' ἀπώλετο, διὰ τὴν ὀλιγανθρωπίαν. λέγουσι[62] δὲ ὡς ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων βασιλέων μετεδίδοσαν τῆς πολιτείας, ὥστ' οὐ γίνεσθαι τότε ὀλιγανθρωπίαν πολεμούντων πολὺν χρόνον, καί[63] φασιν εἶναί ποτε τοῖς Σπαρτιάταις καὶ μυρίους. οὐ[64] μὴν ἀλλ' εἴτ' ἐστὶν ἀληθῆ ταῦτα, εἴτε μή, βέλτιον τὸ διὰ τῆς κτήσεως ὡμαλισμένης πληθύειν ἀνδρῶν τὴν πόλιν. ὑπεναντίος[65] δὲ καὶ ὁ περὶ τὴν τεκνοποιίαν νόμος, πρὸς ταύτην τὴν διόρθωσιν. βουλόμενος[66] γὰρ ὁ νομοθέτης ὡς πλείστους εἶναι τοὺς Σπαρτιάτας, προάγεται τοὺς πολίτας ὅτι πλείστους ποιεῖσθαι παῖδας. ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος, τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς υἱοὺς ἄφρουρον εἶναι· τὸν δὲ τέτταρας, ἀτελῆ πάντων. καί τοι[67] φανερόν, ὅτι πολλῶν γινομένων, τῆς δὲ χώρας οὕτω διῃρημένης, ἀναγκαῖον πολλοὺς γίνεσθαι πένητας. ἀλλὰ[68] μὴν καὶ τὰ περὶ τὴν ἐφορείαν ἔχει φαύλως. ἡ γὰρ[69] ἀρχὴ κυρία μὲν αὐτὴ μεγίστων αὐτοῖς ἐστι, γίνονται δ' ἐκ τοῦ δήμου πάντες· ὥστε[70] πολλάκις ἐμπίπτουσιν ἄνθρωποι σφόδρα πένητες εἰς τὸ ἀρχεῖον, οἳ διὰ τὴν ἀπορίαν ὤνιοι ἦσαν. ἐδήλωσαν[71] δὲ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, καὶ νῦν δὲ ἐν τοῖς Ἀνδρίοις. διαφθαρέντες γὰρ ἀργυρίῳ τινές, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅλην τὴν πόλιν ἀπώλεσαν. καὶ[72] διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν εἶναι λίαν μεγάλην καὶ ἰσοτύραννον, δημαγωγεῖν αὐτοὺς ἠναγκάζοντο καὶ οἱ βασιλεῖς· ὥστε[73] καὶ ταύτῃ συνεπιβλάπτεσθαι τὴν πολιτείαν. δη-

Atqui[52] idẽ euenire neceſſe eſt et hoc, et illo modo. Iã[53] uero ex quinq; totius agri partib. duæ fere ſunt mulierũ, tum[54] quia multæ puellæ orbæ fiũt, ad quas omniũ paternorũ bonorũ peruenit hæreditas, tũ[55] quia magnæ ſunt puellarũ nubentiũ dotes. Atqui[56] præſtabat uel nullam, uel exiguam, uel mediocrem eſſe præſcriptam. Nunc[57] autem & patris filiam paternorum bonorum hæredem futuram, cuilibet in matrimoniũ collocare licet: &[58] ſi pater mortuus ſit inteſtatus, aut non expreſſerit teſtamento, cui filiam ſuam collocari uelit: quẽ hærede reliquerit, hic cui uelit collocat. Itaq;[59] cũ poſſit ager Spartanus mille & quingentos equites [illegible] triginta millia grauioris armaturæ peditum alere, ne mille quidem numer[illegible]. Re[60] autem & euentu planum [illegible] eſt, hoc ab eis perperam eſſe inſtitut[illegible]. Non[61] enim una plaga huic ciuitati [illegible] eſt, ſed ea funditus inter[illegible] propter [illegible] minum penuriã. Dicuntu[r][62] a[illegible] ſuperioribus regibus regnum [illegible], ius ciuitatis impertiuiſſe p[illegible], ut ne in hominũ penuriam ince[illegible] turnis bellis conflictati: aiunt[63] [illegible] dem Spartæ ciue[illegible] fuiſſe uel [illegible] le. Veruntamen[64] ſiue hæc uer[illegible] ſunt, ſiue [illegible] ecus, præſtat urbem [illegible] tem, & refertam ciuium mu[illegible] per bonorũ æquatione. Iam[65] uer[illegible] ex, quæ ad liberorum procreationem p[illegible] net, huic correctioni aduer[illegible]. Nam[66] cum uellet lator le[illegible] quam p[illegible] mos eſſe Spartiatas, mutauit at[illegible] xit ciues ad quamplurimos li[illegible] procreandos. Eſt enim lex apud eo[illegible] trem filios procrearit, eum uacati[illegible] habere præſidij, & cuſtodiæ urb[illegible] quatuor, ab omnibus publi[illegible] muner[illegible] immunem e[illegible]e. Atqui[67] perſpicuũ eſt, ſi multi na[illegible] contur, cum ager ita [illegible] diuiſus, neceſſario multo pauper[illegible]. At[68] porro etiã ea, quæ ad Ephoriam pertinent, minus bene ſe habent. Cum[69] enim imperiũ Ephororũ ipſum poteſtatem habeat rerum maximarũ, Ephori omnes de plebe creantur. Itaq;[70] ſæpenumero homines ualde paupere[illegible] atq; egente[illegible] inſperatò ad hanc poteſtatem prouehuntur, qui propter eg[illegible]tẽ numarij & uenales erãt. Cum[71] aũt ſæpe antea h[illegible] declararint, tum uerò etiã nuperrimè in uirorũ comm[illegible], quæ Andria appelabãt. Corrupti enim pecunia nõnulli Ephori, quãtũ in eis fuit, tota ciuitate perdiderunt. Et propterea[72] [illegible] hic magiſtratus erat ad m[illegible] magnus, & cũ tyrannide cõparandus. etia [illegible] eorũ beneuole[illegible] blanditijs & a[illegible]ſentationibus popularib. colligere, atq; aucupari cogebãtur: ut q;[73] a[illegible] hac quoque parte reſpub. minueretur, detrimentoq; afficeretur.

Stat[9] [74].n. multitudinis è ſtatu optimorũ euadebat. Cõtinet [75] igitur rẽp. curia hęc. Quieſcit [76] enim populus, qa patriceps eſt maximi magiſtratus. Quare [77] ſiue legislatoris cõſilio, ſiue fortuitò hoc contigit, cõducit reb. ipſorũ. Opus [78] eſt enim, temp. quę cõſeruari debet, cũctas partes ciuitatis uelle ſtare & pmanere eaſdẽ. Reges [79] igitur propter ipſorũ honorẽ, ita ſe hñt: honeſti [80] uiri ac præſtantes pter ſenatũ. Præmiũ [81] enim ordo hic eſt uirtutis. Plebs [82] autẽ propter ephoriã. Cõſtituitur [83] enim ex omnib. Sed [84] deligi ſanè magiſtratũ hũc ex omnib. decebat, nõ tamen eo modo, quo nũc: eſt .n. ualde puerilis. Præterea [85] ſunt principes & auctores magnarũ exiſtimationũ quilibet homines. Quare [86] ſatius fuiſſet, eos exiſtimare nõ ſuum ſenſum ſecutos, ſed è ſcriptis & legibus. Eſt [87] aũt uita ephororũ minimè cõgruens uoluntati ciuitatis. Ipſa [88] nãq; remiſſa ualde eſt: in [89] cæteris uerò potius ſuperat modũ uerſus duritiẽ, ut pares nõ ſint illi tolerandæ, ſed clanculũ legẽ aufugientes, fruãtur corporis uoluptatib. Quæ [90] itidẽ pertinent ad ordinẽ ſenũ, nõ bene inſtituta ſunt ipſis. Si [91] nãq; forent moderati uiri, & ſatis inſtituti ad perfectã uirtutem, fortaſſe [92] contenderet aliquis conducere ciuitari. Et [93] ſi, donec uiuunt, in ſua poteſtate ipſos habere magnis de reb. exiſtimationẽ, anceps eſt & in controuerſiã uenit. Eſt [94] enim ut corporis, ita quoq; mẽtis ſenectus. Cũ [95] uerò ita inſtituti ſint, ut ne legiſlator quidẽ ipſe ijs planè fidat, tãquã nõ pbis uiris, minimè [96] tutũ eſt. Intelligũtur [97] .n. donis corrupti fuiſſe, & gratia etiã deliniti multa, q̃ ad rẽp. pertinẽt, cõdonaſſe, qui participes facti ſunt hui⁹ magiſtratus. Quare [98] p̃ſtat, ipſos minimè liberos eſſe cura rationẽ reddẽdi ſuorũ factorũ. Nunc [99] aũt ſunt. Videri [100] aũt poſſet magiſtratus ephororũ à cũctis magiſtratib. rationẽ poſcere. Hoc [101] aũt ephorię ualde amplũ donũ datũ eſt: & [102] in hũc modũ non dicimus reddere opottere ratiões. Pręterea [103] delect⁹ quẽ faciũt ſenatorũ, & ab exiſtimatióe puerilis eſt: & [104] ipſũ petere, q in eũ gradũ recipiẽdus eſt, non

μοναρχία [74] γὰρ ἐξ ἀριστοκρατίας συνέβαινε. συνέχει [75] μὲν οὖν τὴν πολιτείαν τὸ ἀρχεῖον τοῦτο. ἡσυχάζει [76] γὰρ ὁ δῆμος, διὰ τὸ μετέχειν τῆς μεγίστης ἀρχῆς. ὥστ᾽ [77] εἴτε διὰ τὸν νομοθέτην, εἴτε διὰ τύχην τοῦτο συμπέπτωκε, συμφερόντως ἔχει τοῖς πράγμασι. δεῖ [78] γὰρ τὴν πολιτείαν, τὴν μέλλουσαν σώζεσθαι, πάντα βούλεσθαι τὰ μέρη τῆς πόλεως εἶναι καὶ διαμένειν ταυτά. οἱ [79] μὲν οὖν βασιλεῖς διὰ τὴν αὐτῶν τιμὴν, οὕτως ἔχουσιν· οἱ δὲ [80] καλοὶ κἀγαθοὶ, διὰ τὴν γερουσίαν (ἆθλον [81] γὰρ ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς ἐστί) ὁ δὲ [82] δῆμος διὰ τὴν ἐφορείαν. καθίσταται [83] γὰρ ἐξ ἁπάντων. ἀλλ᾽ [84] αἱρετὴν ἔδει τὴν ἀρχὴν εἶναι ταύτην ἐξ ἁπάντων μὲν, μὴ τὸν τρόπον δὲ τοῦτον, ὃν νῦν. παιδαριώδης γάρ ἐστι λίαν. ἔτι [85] δὲ καὶ κρίσεών εἰσι μεγάλων κύριοι ὄντες οἱ τυχόντες. διόπερ [86] οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ τὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους. ἔστι [87] δὲ καὶ ἡ δίαιτα τῶν ἐφόρων οὐχ ὁμολογουμένη τῷ βουλήματι τῆς πόλεως. αὐτὴ [88] μὲν γὰρ ἀνειμένη λίαν ἐστίν· ἐν [89] δὲ τοῖς ἄλλοις μᾶλλον ὑπερβάλλει ἐπὶ τὸ σκληρόν· ὥστε μὴ δύνασθαι καρτερεῖν, ἀλλὰ λάθρα τὸν νόμον ἀποδιδράσκοντας, ἀπολαύειν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν. ἔχει [90] δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν οὐ καλῶς αὐτοῖς. ἐπιεικῶν [91] μὲν γὰρ ὄντων καὶ πεπαιδευμένων ἱκανῶς πρὸς ἀνδραγαθίαν, τάχ᾽ [92] ἂν εἴποι τις συμφέρειν τῇ πόλει. καίτοι [93] τό γε διὰ βίου κυρίους εἶναι κρίσεων μεγάλων, ἀμφισβητήσιμον. ἔστι [94] γὰρ, ὥσπερ καὶ σώματος, καὶ διανοίας γῆρας. τὸν [95] τρόπον δὲ τοῦτον πεπαιδευμένων, ὥστε καὶ τὸν νομοθέτην αὐτὸν ἀπιστεῖν, ὡς οὐκ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, οὐκ [96] ἀσφαλές. φαίνονται [97] δὲ καὶ καταδωροδοκούμενοι, καὶ καταχαριζόμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν οἱ κεκοινωνηκότες τῆς ἀρχῆς ταύτης. διόπερ [98] βέλτιον αὐτοὺς μὴ ἀνευθύνους εἶναι. νῦν [99] δ᾽ εἰσί. δόξειε [100] δ᾽ ἂν ἡ τῶν ἐφόρων ἀρχὴ πάσας εὐθύνειν τὰς ἀρχάς. τοῦτο [101] δὲ τῇ ἐφορείᾳ μέγα λίαν τὸ δῶρον· καὶ [102] τὸν τρόπον οὐ τοῦτον λέγομεν διδόναι δεῖν τὰς εὐθύνας. ἔτι [103] δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν, ἣν ποιοῦνται τῶν γερόντων κατά τε τὴν κρίσιν, ἐστὶ παιδαριώδης· καὶ [104] τὸ αὐτὸν αἰτεῖσθαι τὸν ἀξιωθησόμενον τῆς ἀρχῆς, οὐκ ὀρθῶς ἔχει. δεῖ

retur. Populi [74] enim potentatus ſeu democratia ex optimatum principatu, hoc eſt, ariſtocratia exſiſtebat. Reſpub. [75] ſtatum igitur continet hic magiſtratus. Quieſcit [76] enim populus, propterea quòd maximi imperij eſt particeps. Itaq; [77] ſiue latoris legis conſilio, ſiue fortuitò hoc euenit, rationibus ciuitatis cõducit. Oportet [78] enim eam reipub. administrandæ formam, quæ ſit ſalua futura, uelle omnes ciuitatis partes & eſſe & manere eaſdem. Reges [79] igitur propter honorem, quo ornati ſunt, ita animus affecti ſunt: honeſti [80] autem & boni uiri, propter ſenatoriam dignitatem. Præmium [81] enim uirtutis hic magiſtratus eſt. Populus [82] uerò propter Ephoriam, quaſi tribunatum plebis apud Rom. Ex [83] omnibus enim fiunt Ephori. At [84] hunc magiſtratum delectu habito deferri oportebat ex omnibus quidem, ſed nõ quo modo nunc: ualde enim puerilis eſt. Præterea [85] rebus maximis iudicandis præſunt, cum ſint homines fortè oblati, & nihil ab alijs differentes. Quocirca [86] non ſuo arbitratu melius erat eos iudicare, ſed ex præſcripto tum ſcripti & legum. Tum [87] Ephororum uitæ cultus non conſentit cum uoluntate ciuitatis. Is [88] enim ualde diſſolutus eſt. In [89] alijs autem rebus duritie & aſperitate modum ſuperat, ita ut eam tolerare non poſſint, ſed clam à legibus transfugientes corporis uoluptatibus cupidè perfruantur. Iam [90] uerò neq; ea, quæ ad ſenatorum magiſtratum pertinent, uidentur benè eſſe eis inſtituta. Nam [91] ſi ſint uiri boni, & tantum, quãtum ſatis eſt, ad honeſtatem cum probitate cõiunctã præſtantẽq; uirtutẽ eruditi: fortaſſe [92] quis eos è re ciuitatis eſſe dixerit. quãquã [93] eos per totã uitã rerum maximarũ iudicandarũ eſſe dominos, ambigi poteſt utrum ſit utile, nécne. Eſt [94] enim ſiua, ut corporis, ſic & mentis ſenectus. Sed [95] cùm ita ſint inſtituti, ut lator ipſe legis eis nõ omnia credat, tanquã nõ bonis uiris, non [96] eſt hoc tutum. Reperiũtur [97] aũt qui hunc magiſtratũ cõſecuti ſunt, multa ad remp. pertinentia & precij & gratiæ cauſa deſerere ac prodere. Quocirca [98] ſatius erat eos non eſſe liberos ne ſolutos iudicio rationum referendarum. Nunc [99] autem ſoluti ſunt. Videatur [100] autem Ephororum poteſtas omnes magiſtratus ad iudicium referendarũ rationũ apud ſe ſubeundũ adigere. Magnum [101] aũt hoc Ephoriæ munus datũ eſt: & [102] negamus hoc modo referre rationes oportere. Præterea [103] uerò cùm delectus ipſo electio ſenatorũ puerilis eſt, tũ [104] eũ, qui omniũ iudicio dignus magiſtratu futurus eſt, petere magiſtratum, non eſt rectum.

nõ rectè ſe habet. Oportet[105] .n.
& uolẽtẽ & nolente, dignũ illo
magiſtratu, ipſum habere. Nũc
[106] aũt idẽ, quod in alijs quoq;
reip. munerib. pſpicitur legisla
tor facere. Reddens .n. cupidos
honoris ciues, ipſis utit̃ ad de-
lectũ ſenatorũ. Nullus[107] .n. im
periũ peteret, qui nõ cupidꝰ ho
noris eſſet. Cũ[108] maxima pars
iniuſtorũ factorũ, q̃ ſpõte faciũt
homines, fermè pficiſcatur ab
ambitione & auaritia. De[109] re
gno uerò, ſi nõ meliꝰ ſit, ſiue me
lius, in ciuitatibus exiſtere, alio
loco diſſeratur. Atqui[110] melius
foret, nõ tñ, ut nũc, ſed è ſua ui-
ta ſingulos reges exiſtimari. Le
gũlatorẽ[111] aũt ne ipſum quidẽ
ſperare, ſe reddere illos poſſe p
bos ac modeſtos, pſpicuũ eſt.
Nõ[112] fidit .n. illis, ut nõ omni-
no bonis uiris. Quapropter[113]
mittebãt ſimul legatos, qui ini-
mici forẽt inter ſe, &[114] ſaluti eſ
ſe ciuitati rebãtur diſſidere re-
ges. Nõ[115] bene aũt, neq; qđ p-
tinet ad cœnas illas cõmunes,
uocatas phiditia ab eo, qui pri-
mꝰ inſtituit, oĩa cõſtituta ſunt.
Decebat[116] .n. è publico potiꝰ
eſſe cõuentũ illum, ueluti fit in
Creta. Apud[117] Laconas uerò
ſingulos opus eſt domo ferre:
& ſi ualde pauperes quidã ſunt,
& hũc ſumtũ facere nequeunt.
Quapropter[118] uſuuenit legiſ-
latori cõtrariũ eius, qđ in ani-
mo habuit. Vult[119] .n. populare
eſſe inſtitutũ menſarũ harũ cõ-
muniũ. Ita[120] aũt informatũ mi
nimè populare eſt: ęgrè[121] nãq;
participes eius poſſunt eſſe ual
de pauperes. Finis aũt reip. hic
eſt ipſis, à maiorib. acceptꝰ, qui
neqt hoc uectigal ferre, mini-
mè participẽ eſſe ipſiꝰ. Legẽ[122]
aũt de pręfectis claſſis, & alij q-
dã increpuerũt, rectè increpan-
tes: eſt[123] .n. cauſa ſeditionis. In
[124] reges nãq;, qui ſunt ppetui
duces exercituũ, pfectura claſ-
ſis, fermè alterũ regnũ, cõſtitu-
ta eſt. Et[125] hoc etiã pacto legiſ-
latoris ſuppoſitionẽ increparet
aliquis. qđ quidẽ Plato quoq;
in Legib. increpuit. Ad[126] partẽ
.n. uirtutis uniuerſa cõſtructio
legũ refertur, bellicã .ſ. Hęc[127]
nãq; ualet ad dominãdũ. Salui
[128] igit̃ incolumesq; fuerũt, dũ
bella geſſere: periẽre[129] aũt, poſt
quã impiũ adepti ſunt: qa neſci
ebãt otio uti, neq; ſe exercuerãt
ĩ diſciplina ulla potiore arte bel
lica. Hoc[130] aũt erratũ nõ minꝰ,

γὰρ[105] καὶ βουλόμενον καὶ μὴ βουλόμε
νον, ἄρχειν, τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς. νῦν
[106] δ', ὅπερ καὶ περὶ τὴν ἄλλην πολιτεί
αν, ὁ νομοθέτης φαίνεται ποιῶν. φιλο
τίμους γὰρ κατασκευάζων τοὺς πολί
τας, τούτοις κέχρηται πρὸς τὴν αἵρεσιν
τῶν γερόντων. οὐδεὶς[107] γὰρ ἂν ἄρχειν
αἰτήσαιτο, μὴ φιλότιμος ὤν. καί τοι
[108] τῶν γ' ἀδικημάτων ἑκουσίων τὰ
πλεῖστα συμβαίνει σχεδὸν διὰ φιλο
τιμίαν καὶ διὰ φιλοχρηματίαν τοῖς
ἀνθρώποις. περὶ[109] δὲ βασιλείας, εἰ
μὲν μὴ βέλτιον ἐστὶν ὑπάρχειν ταῖς
πόλεσιν, ἢ βέλτιον, ἄλλος ἔστω λό-
γος. ἀλλὰ[110] μὴν βέλτιόν γε μὴ κα
θάπερ νῦν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὑτοῦ βίον ἕ-
καστον κρίνεσθαι τῶν βασιλέων. ὅτι[111]
δ' ὁ νομοθέτης οὐδ' αὐτὸς οἴεται δύνα
σθαι ποιεῖν καλοὺς κἀγαθοὺς, δῆλον.
ἀπιστεῖ[112] γοῦν ὡς οὐκ οὖσιν ἱκανῶς
ἀγαθοῖς ἀνδράσι. διόπερ[113] ἐξέπεμ
πον συμπρεσβευτὰς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ
[114] σωτηρίαν ἐνόμιζον τῇ πόλει εἶ-
ναι τὸ στασιάζειν τοὺς βασιλεῖς. οὐ
[115] καλῶς δ' οὐδὲ περὶ τὰ συσσίτια
τὰ καλούμενα φιδίτια νενομοθέτη
ται τῷ καταστήσαντι πρῶτον. ἔδει[116] γὰρ
ἀπὸ κοινοῦ μᾶλλον εἶναι τὴν σύνοδον,
καθάπερ ἐν κρήτῃ. παρὰ[117] δὲ τοῖς
λάκωσιν ἕκαστον δεῖ φέρειν, καὶ σφό
δρα πενήτων ἐνίων ὄντων, καὶ τοῦτο τὸ
ἀνάλωμα οὐ δυναμένων δαπα-
νᾶν. ὥστε[118] συμβαίνειν τοὐναντίον τῷ
νομοθέτῃ τῆς προαιρέσεως. βούλεται
[119] μὲν γὰρ δημοκρατικὸν εἶναι τὸ κα
τασκεύασμα τῶν συσσιτίων, γίνεται
[120] δ' ἥκιστα δημοκρατικὸν, οὕτω νενο
μοθετημένον. μετέχειν[121] μὲν γὰρ οὐ
ῥᾴδιον τοῖς λίαν πένησιν. ὅρος δὲ τῆς
πολιτείας οὗτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ πάτρι-
ος, τὸν μὴ δυνάμενον τοῦτο τὸ τέλος φέ
ρειν, μὴ μετέχειν αὐτῆς. τῷ[122] δὲ περὶ
τοὺς ναυάρχους νόμῳ καὶ ἕτεροί τινες
ἐπιτετιμήκασιν, ὀρθῶς ἐπιτιμῶν-
τες. στάσεως[123] γὰρ γίνεται αἴτιος. ἐπὶ
[124] γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν, οὖσι στρατη-
γοῖς ἀϊδίοις, ἡ ναυαρχία, σχεδὸν ἑτέ
ρα βασιλεία, καθέστηκε. καὶ[125] ὧδε
δὲ τῇ ὑποθέσει τοῦ νομοθέτου ἐπιτιμή
σειεν ἄν τις, ὅπερ καὶ πλάτων ἐν τοῖς
νόμοις ἐπιτετίμηκε. πρὸς[126] γὰρ μέ
ρος ἀρετῆς ἡ πᾶσα σύνταξις τῶν νόμων
ἐστὶ, τὴν πολεμικήν. αὕτη[127] γὰρ χρη-
σίμη πρὸς τὸ κρατεῖν. τοιγαροῦν[128] ἐ-
σῴζοντο μὲν πολεμοῦντες, ἀπώλλυν
το[129] δὲ ἄρξαντες, διὰ τὸ μὴ ἐ-
πίστασθαι σχολάζειν, μηδὲ ἠσκη-
κέναι μηδεμίαν ἄσκησιν ἑτέραν
κυριωτέραν τῆς πολεμικῆς. τούτου
[130] δὲ ἁμάρτημα οὐκ ἔλαττον,

*Oportet [105] .n. eum, qui dignus eſt ma
giſtratu, ſiue uelit, ſiue nolit, magiſtra-
tũ gerere. Nũc [106] aũt id, qđ et in alia
ciuitatis adminiſtrãda ratione, lator le-
gis hic facere reperitur. Cum .n. ambi
tioſos reddẽs, his utitur in ſenatorib. ali
gendis. Nemo [107] .n. magiſtratũ potat,
qui nõ ſit ambitioſus. Atqui [108] earum
iniuriarũ, quæ ſpõte inferũtur, plurimæ
aut ppter immoderatũ honoris ſtudiũ,
aut propter auaritiã & pecuniæ cupi-
ditatem ab hominibus inferuntur. De
[109] regno autem utrum non præſtet
ciuitates regibus parêre, an præſtet, a-
lius ſanè eſto diſputandi locus. Verum-
tamen [110] ſatius fuerit non, quemad-
modum nunc fit, ſed ex ſuis factis, &
uita, unumquemque regum ſpectari,
regnumq; obtinere. Ne [111] ipſum quo-
dè latorem legis autem putauiſſe poſſe
ſe eos efficere uiros omni uirtute præſtã
tes, in promtu eſt. In [112] .n. diffidit, neq;
omnia credit, ut nõ ſatis bonis uiris. Qua
propter [113] unà cum rege legatos mitte-
re ſolebãt eos, qui cum eo inimicitias ge
rerẽt: & [114] ſalutare ciuitati eſſe exiſti
mabant, reges inter ſe cõmittere, & ſõ
eſtare. Nõ [115] id quidẽ, quod ad ſodali-
tia, ſeu cõmunia, quæ Phiditia appellan-
tur, pertinet, ab eo, qui cõſtituit primũ,
rectè inſtitutum eſt. Oportebat [116] enim
ſumtu publico potius cõuentum illũ fie
ri, quẽadmodum in Creta. Apud [117] La
cedæmonios autẽ unumquemq; cõferre
oportet, etiã ſi nonnulli ualde pauperes
ſint, neq; hunc ſumtum facere poſſint. I-
ta [118] cõtrarium euenit latori legis, atq;
cõſilium eius eſt. Vult [119] enim cõcœna-
tionum & cõuiuiorum inuẽtum ad for
mam reip. popularem ſeu democratiã
pertinere. Sed [120] ſit minimè formæ reip.
populari cõſentaneum, ita a latore legis
inſtitutũ. Non [121] enim facile eſt ualde
pauperib. ea participare. Hic aũt reip.
finis & quaſi terminus patrius atq; ea
uitæ cõſtitutus eſt, ut ii, qui hoc uecti-
gal penſitare nõ poteſt, ne ſit eius parti
ceps. Iam [122] legẽ de nauium præfectis,
quos nauarchos appellãt, alij quoq; re-
prehẽderunt, idq; meritò: ſeditiones [123]
.n. cauſa efficiens exſiſtit. Claſſis [124] e-
nim præfectura ſempiterna regibꝰ, qui
ſunt belli duces atq; imperatores, addi-
ta, alterũ propemodum regnum euadit.
Hoc [125] uerò etiã modò propoſitum lato
ris legis reprehẽdat aliquis: quod quidẽ
& Plato in libri de Legibus fecit. Tota
[126] .n. legum deſcriptio ad unã uirtutis
partem, artẽ militarẽ, refertur. Hæc [127]
enim ad potiundum rerũ utilis eſt. Itaq;
[128] ſalui quidẽ erãt bellum gerẽtes, in-
teribãt [129] autẽ imperium adepti: quia
otiari & quieſcere non poterant, neq;
ullam aliã artem militari præſtabilio-
rem & dominantiorem exercuerant.
Hoc [130] autem peccatum non leuius,*

quod

arbitrátur [131] enim gigni bona, de quibus homines inter ſe certát per uirtutem, potius quàm per uitium: & [132] ſanè hoc rectè. Quòd [133] uerò hęc potiora uirtute putát, nó rectè. Malè [134] aút ſe habét, quę ad publicá pecuniá pertinét apud Spartiatas. Neq; [135] enim in cómuni ærarioq; ciuitatis eſt aliquid, cùm tamé cogantur magna bella gerere, cóferútq; [136] è priuato malè. Quia [137] enim Spartiatarum eſt maxima pars agri, non inquirút ſubtiliter mutuas collationes. Vſu autem uenit legislatori contrarium eius, quod profuiſſet. Ciuitatem enim reddidit uacuá à pecunia: priuatos autem ipſius cupidos. De [138] repub. igitur Lacedæmoniorum hactenus dictum ſit: hæc enim ſunt, quę maximè aliquis increparet.

νομίζουσι [131] μὲν γὰρ γίνεσθαι τἀγαθὰ τὰ περιμάχητα δι' ἀρετῆς μᾶλλον ἢ κακίας· καὶ [132] τοῦτο μὲν καλῶς. ὅτι [133] μέντοι ταῦτα κρείττω τῆς ἀρετῆς ὑπολαμβάνουσιν, οὐ καλῶς. φαύλως [134] δ' ἔχει καὶ περὶ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς σπαρτιάταις. οὔτε [135] γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεως ἐστὶν οὐδὲν, πολέμους μεγάλους ἀναγκαζομένοις πολεμεῖν, εἰσφέρουσι [136] τε κακῶς. διὰ [137] γὰρ τὸ τῶν σπαρτιατῶν εἶναι τὴν πλείστην γῆν, οὐκ ἐξετάζουσιν ἀλλήλων τὰς εἰσφοράς. ἀποβέβηκέ τε [137] τοὐναντίον τῷ νομοθέτῃ τοῦ συμφέροντος. τὴν μὲν γὰρ πόλιν πεποίηκεν ἀχρήματον, τοὺς δ' ἰδιώτας φιλοχρημάτους. περὶ [138] μὲν οὖν τῆς λακεδαιμονίων πολιτείας, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. ταῦτα γάρ ἐστιν, ἃ μάλιστ' ἄν τις ἐπιτιμήσειεν.

quod [131] bona, de quibus dimicant homines, uirtute potius, quàm uitio parari putant: atque [132] hoc quidem rectè. quòd [133] autem hæc uirtute meliora eſſe ducunt, non rectè. Tum [134] ea, quæ ad pecuniam publicam pertinent, perperam ſunt apud Lacedæmonios conſtituta. Nam [135] neque ærarium eſt apud eos, ubi pecunia publica condita ſeruetur, cum ciuitas magna bella gerere neceſſitate cogatur, & [136] tributum male conferunt. Nam [137] propterea quòd Lacedæmonij latiſſimos agros poſſidēt, quantum quiſque tributi conferat, non admodum accuratè inter ſe exquirunt neque explorant: & hoc modo contrarium euenit latori legu, atq; ciuitati expedit. Ciuitatem enim fecit nudam atque inanem à pecunia: ciues autem & priuatos pecuniæ cupidos atq; auaros. De [138] Lacedæmoniorum igitur rep. hactenus dictum ſit. Hæc enim ſunt, quæ quis maximè reprehendat.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

De repub. autem) Cùm diſputaſſet de reſpub. nonnullis, fictis à doctis ſiue ingenioſis uiris, & quod uitij in ipſis foret demonſtraſſet: nunc eodem pacto proponit ſibi examinandas nonnullas, quæ non erant commenticiæ, ſed in uſu laudatorum populorum poſitæ, qualis erat reſp. Lacedæmoniorum, Cretenſium & Carthaginienſium. Viam autem, quã ſequi uelit in illis perſcrutandis, primùm teſtatur. duo enim eſſe docet, quæ oporteat ſubtiliter conſiderare. Prima animaduerſio eſt, uidere ſi quid rectè uel prauè illic inſtitutum ſit, referendo cuncta ad optimum ordinem rationemque integram regendæ ciuitatis: illa enim erit tanquam norma quædam uera. Altera uero, attendere, ſi quid illic conſtitutum eſt quod repugnet & aduerſetur aliquo modo propoſito, & primo quaſi conſilio illius reipublicæ. hæc enim culpam magnam in ſe continet, apertaq; uia ita foret ruinæ illius reipublicæ. Exempli cauſa, ſi quis conſtituere uolẽs, & quaſi fabricare rempublicam, quæ regatur ab optimis ciuibus, inferat in eam imperitè aliquid, quod accommodatũ ſit ſtatui paucorum, qui pauci, freti opibus ſuis dominantur in ciuitate: huiuſcemodi enim inſtitutum corrumperet et labefactaret ſtatum illum optimum ciuitatis.

Opus igitur eſſe ciuitati) Principium ducit huius quæſtionis à ſententia peruulgata, quæ eſt, oportere ciuitatem rectè conſtitutam parata habere, quæ ad uictum neceſſaria ſunt, ut ciues ſoluti illic curis laboribuſque parandarum rerum, uitæ neceſſariarum reip. adminiſtrandæ incumbant, nec timeant, ne res uictus neceſſariæ ſibi deſint. hoc enim manifeſtò ualent hæc uerba. intelligit autem rationem colendorum agrorum: inde enim ſumuntur, quæ alunt homines. Cõſenſiſſe uerò omnes de hoc affirmat, nõ tamen, ut hoc eſt omnibus probatum, ita facilis & expedita ratio eſt, qua ipſum obtineatur. Vt autem probet, arduum ac moleſtum eſſe id impetrare, commemorat uitia periculaq; in rationibus huiuſce res exiſtentia, quibus utuntur populi etiam potentes, cùm ordo multitudoq; agricolarum, ut narrat, ſæpe Theſſaliæ impuſuerit, & periculi multum huic genti creauerit: uocabatur enim natio illa, quæ è pauperculis conſtabat, *πενέσται*: & coloni ipſi, *πενέσται*. Addit autem, eodem pacto etiam Ilotes Lacedæmonijs inſidiati ſæpe ſunt: ipſi enim peſſimè animatos erga Spartiatas, tanquam in ſtatione manere, expectantes tempus impetum in ipſos faciendi: tempus autẽ erat, cùm calamitas aliqua Lacedæmonios oppreſſiſſet ut, quod ueteres plures memoriæ mandarunt, cùm terræ motus ille magnus Spartam labefactauit: tunc enim Ilotes una cum Meſſenijs perpetuis hoſtibus ipſorum, Lacedæmonijs ualde moleſti fuerunt, & delere Spartam conati ſunt. Narrat autem Plutarchus in Lycurgo (quod ualet ad cõfirmandum atrox odium, quo incenſi forent Lacones aduerſus Ilotas) morem fuiſſe Lacedæmone, ut cùm ephori inirẽt magiſtratum, primùm indicerent ipſis bellum. Ariſtotelemq; exiſtimaſſe putiſſimum id ipſos inſtituiſſe, ut ſine ſcelere interfici poſſent, tanquam perpetui certiq; hoſtes Lacedæmoniorum. Eſt igitur hæc ratio non parum periculoſa, ut his exemplis intelligitur. M. Varro cùm exponeret rationem colendorum agrorum, ita locutus eſt: Omnes agri coluntur hominibus, ſeruis aut liberis, aut utriſque. Peneſtæ autem & Ilotes liberi ſanè erant, ueruntamen cùm pauperes ualde forent, atque iniquis legibus premerentur, quaſi mancipiorum loco habebantur.

Cretibus autem nihil adhuc.) Commemorat, nihil incommodi unquam contigiſſe Cretenſibus uſq; ad ſua tempora à ruſticis hominibus, ut narrarat, uſuueniſſe Spartanis & Theſſalis. Cuius rei cauſam eſſe ſuſpicatur, quod in ea tellure uicinæ ciuitates, etſi bellum inter ſe gerant, non tamen inducunt in animum ſocietatem coire cum agricolis, deficientibus ab illis, quorum agros colunt. ipſi autem ipſi, etſi malè animati (ut ueriſimile eſt) non audent arma capere contra quaſi dominos. Vnde autem naſcatur conſenſus ille in animis Cretenſium, non recipiendi in bello auxilia ruſticorum hominum, exponit: cauſamq;, cur eſſe dicit, quia hoc facere noceret magnopere rebus ipſorum, cum & ipſi utantur eiuſdem conditionis hominibus in agris ſuis colendis, quos appellabant *περιοίκους*: idem enim facerent contra ipſos aduerſarij. communi igitur bono totius inſulæ hoc repugnaret.

Laconibus autem uicini.) Docet nunc, cur non eiuſdem animi forent inter ſe Lacones & uicini populi, nec prouiderent communi utilitati. Originem igitur huius mali eſſe inquit, quia finitimi omnes Laconum hoſtili animo contra ipſos præditi erant: longè enim aliud eſt, inimicum eſſe, & bellum cum aliquo gerere. hic enim faciunt aliquando, ira ſubitè commoti, uel regnandi cupiditate incenſi (quod de ſe apud Eoium Pyrrhus prędicauit) qui prius amici erant. *ἐχθροὺς* cùm populos illos uocet, ſignificat ipſos flagrare odio, & perpetuas inimicitias gerere cum Laconibus. Oſtendere uerò uolens, quæ ſint gentes uicinæ illis, & peſſimè animatæ contra Laconas nominat Argiuos, & Meſſenios, & Arcadas: qui cuncti populi & ipſi incolunt Peloponneſum. De atrocibus autem diuturniſque inimicitijs inter Lacedæmonios & Meſſenios, multi ueteres ſcriptores multa memoriæ prodiderunt. Addit autem, quod ad idem probandum ualet, Theſſalos, cùm primùm acceperunt incommoda in bello à ſuis peneſtis, id eſt colonorum ſuorum familijs, quæ defecerant, bellum adhuc geſſiſſe cum finitimis, Achæis ſcilicet & Perrhæbis, & Magnetibus. Longinquis enim & remotis ſedibus non facile impellunt hoc genus hominum ad defectionem: neque ipſi etiam coniungerent conſilia cum diſtantibus magno interuallo gentibus.

Videtur autem ſi nihil aliud.) Quòd ſi nihil periculi, inquit, impenderet reip. ab hoc genere colonorum, relicto hoc malo:

tamen magni conſilij res eſt, requiritq́; diligentiam infinitam, quomodo aliquis agere cum ipſis debeat. Duas autem contrarias inter ſe rationes exponit: quarum una nimis remiſſa laxaq́;, altera uero nimis dura & aſpera. Si igitur, inquit, diſciplina mollis & languida fuerit, contumelioſi ſiunt, poſtulantq́; improbè, ut omnibus in rebus pares ſint dominis: ſi ualde autem premantur, habeanturq́; duriter, non ceſſent ſtruere inſidias ciuitati, & oderunt illam. Nam optimam uiam rationemq́;, qua in officio ipſos retinerent, non inueniſſe omnes illos, qui inde incommoda acceperunt, planum & apertum eſt. Si namq; excogitare ipſam potuiſſent, id factum nullo modo eſſet. Cùm autem appellet Ilotas tantum, quæ natio erat agricolarum, ſeruientium Lacedæmonijs: intelligit tamen & peneſtias, & cæteros omnes ſeruos apud uarias gentes uarijs nominibus appellatos.

Præterea remiſſio circa mulieres.) Docet, peccatum illic quoque eſſe circa mulieres, quæ Lacedæmone remiſſè uiuunt, ac nulla ſeuera diſciplina coercentur. Licentiam autem tantam affirmat nocere propoſito finiq́; illius reipublicæ, id eſt conſilio Lycurgi, qui duram diſciplinam amauit: nec non etiam obeſſe magnopere uitæ beatæ ciuitatis. Quod uerum eſſe oſtendit, argumentum ducens a ſimili, hoc pacto: Quemadmodum enim domus pars eſt uir & uxor, quod iam teſtatus fuerat in primo horum librorum: ita putare debemus, ciuitatem penè bifariam diſſectam eſſe in uiros ac mulieres. Quare inquit, ciuitates illæ, in quibus natio mulierum correcta non eſt, ſed contrà nimis ſoluta ac libera, ut meritò poſſit dici uitijs affinis, exiſtimandum eſt dimidiam partem ciuitatis carere legibus atque inſtitutis probis. Quod autem hic inquit, corrumpi dimidia ex parte uitam beatam ciuitatis indulgentia muliebri: idem affirmat in primo libro de Arte dicendi: quo etiam in loco teſtatur, Lacedæmonijs in primis hoc mali contingere.

Quod illic accidit.) Tradit hoc, quod dixit, in ea ciuitate euenisse, ut uacua à legibus, nulloque ſtudio eius qui inſtituit ipſam ornata dici poſſit dimidia ex parte: affertq́; ſtatim cauſam ſui iudicij. inquit enim, Lycurgum, qui leges ſcripſit ei ciuitati, cùm uniuerſam illam duram & patientem operum facere uellet, quod ad uiros pertinebat, egregiè id præſtitiſſe. eundem tamen negligentem admodum extitiſſe, neque eandem curam adhibuiſſe in frenanda ſeueris legibus incontinentia mulierum. uiuunt enim, inquit, illæ intemperanter in omni genere intemperantiæ & mollitiei, in uenerisq́; ſtudijs & delicijs totæ occupatæ ſunt. Accuſauit autem Euripides quoque è Pelei perſona mores inſtitutaque Laconum, quod ad mulieres pertinet, cùm ille longa & accurata oratione malediceret Menelao. principium illius uituperationis eſt: Ne ſi uellet quidem aliquis huic uni rei ſtuderet, poſſe uirginem Lacænam continentem eſſe, & quæ ſequuntur.

Quapropter neceſſe eſt.) Ex indulgentia illa oriri neceſſariò demonſtrat alia nõ minora mala, quorum primum eſt, quod fieri non poteſt quin in ea ciuitate, quæ tantopere placere ſtudeat mulieribus, in honore magno ſint diuitiæ: id quod aduerſatur rectæ rationi ac conſilio Lycurgi, qui quantum potuit laborauit, ut è Sparta ipſas eijceret. Mulierum autem uita talis ſine diuitijs & magna opum ſuffectu ſufferri non poteſt: præſertim affirmat, uiros neceſſe habere quærere pecuniã, qui in poteſtate mulierum ſunt, & dediti ualde ipſis: ut uſu uenit, inquit, magnæ parti populorum militarem uitam colentium & bellicoſorum. Excipit autem Celtas, qui remedium huic malo inuenerunt, ſed turpe ac facinoroſum, peiuſque malo ipſo: et ſi quæ aliæ gentes, inquit, ſunt, quæ apertè palamq́; puerorum amores ſequantur. Quod autem hic de ueteribus moribus Celtarum memoriæ prodidit Ariſtoteles, idem etiam Athenæus, & copioſius quidem pluribuſque in XIII. libro cœnarum illarum doctorum uirorum.

Videtur autem, qui primus) Interpretatur antiquam fabulam acutus doctor, & qui omnia undiq; accipit, quæ faciunt ad ſententiam ſuam confirmandam. Docet igitur, ſecum facere auctorem ipſius: qui profectò, cùm id finxit, hoc, quod modò ipſe dixit intellexit. Laudat igitur illum, affirmatq́; non inſulſe copulaſſe Martem cũ Venere: cùm conſtet, aut puerorum amoribus, aut mulierum deditos eſſe huiuſcemodi omnes populos, qui militarem uitam colunt. Fabellam autem hanc in initio ſui poematis lepidè eleganterq́; Lucretium expoſuiſſe, notum eſt. Cùm uerò hic auctor oppreſſos homines libidine hac, & qui aliquo modo ea de cauſa furerent, ſignificare uellet, uocauit ipſos [illegible]: quo nomine uſus etiam eſt in problemate de atra bile, etſi corruptum ipſum illic eſt in excuſis libris. legitur enim in omnibus, [illegible] pro [illegible] cuius uocis notio ſatis nota locum illic non habet. Sententia eius loci eſt, ſe nũc diſſerere nolle, cur non omnes melancholici ducam ?? haberent: neq; etiam hi, qui nigro colore ſunt: ſed illi tantùm, quibus uitium a natura ?? inualuerit, ita enim expreſſit locum Gaza, qui exemplar integrum, ut apparet, nactus eſt. Sed Plato etiam de Phædro uerbum hoc uſurpauit.

Quapropter apud Lacones) Redit ad continuum ſuam explicandum: docetq́;, quod tradidit communiter uerum eſſe, in moribus quoque Spartiatarum cognoſci poſſe: id eſt ipſos, cùm ualde proni ſint ad libidinem, in poteſtate feminarũ eſſe, & penè paratos ſemper (quod Thraſo ille Terentianus eis iactabat) facere, quod iubent: nec priuatim ſolùm, uerum etiam publicè. Cùm enim illi quaſi regnarent in Græcia, multa gerebantur per mulieres quæ ad remp. pertinerent. uitium autem & culpam magnã tantæ indulgentiæ, quaſi ante oculos ponens noſter doctor, inquit: Atqui quid intereſt, mulieres imperium habere, aut qui imperium habent, ſeruire mulieribus, facereq́; quod illæ iuſſerint? idẽ enim modis ex utraq; ſequitur. Solitas uerò aliquo modo dominari Lacedæmone mulieres, teſtatur uox feminæ peregrinæ, quæ his uerbis Gorgonem, Leonidæ uxorem, allocuta eſt: reſponſumq́; tunc ualde acutum & graue. Cùm enim illa dixiſſet, Solæ uos Lacænæ imperatis uiris: Solæ enim inquit Gorgo, parimus uiros.

Cum autem audacia) Indulgentia illa magna uirorum reddidit Lacænas feminas, ut neceſſe eſt, audaciores: & cauſa fuit, ut aliorum, ſic quoque huius non parui incommodi. Cùm autem intelligatur, audaciam muliebrem nihil ualere ad ullum cotidianorum operum exequendum: ſperari non ſine cauſa poterat fructum aliquem laturam in bello. ſi namque ulla in re ipſa locum habet, illic requiritur. Fuiſſe tamen ipſas maxime moleſtas, & plurimum reip. obeſſe ſolitas, docet illo quoque tempore, quod cognoſci, ut inquit, apertè potuit, cùm Thebani incurrerunt in fines Laconum, ipſorumque poſt Leuctricam pugnam duce Epaminonda & caſtra non longè ab urbe poſuerunt. nulla enim in re tunc utiles fuerunt, quæ ualeret ad periculum illud arcendum, cuiuſmodi ſunt feminæ in alijs quoque ciuitatibus: tumultum potius ac trepidationem maiorem, quàm facerent hoſtes, excitauerunt. Quod legitur apud Plutarchum in Ageſilao, quem ſcripſit, uidetur aduerſari huic, quod traditur à noſtro doctore. Narrat enim, Spartiatas magno animo tuliſſe calamitatem illam, &, cùm in urbem ueniſſent, nomina interfectorum in prælio, matres eorum, quæ filios incolumes inde redeuntes expectabant, triſtes & domi manſiſſe, & ſorte ſpectari potuiſſe: illorum uerò, qui ceciderant in pugna, ſtatim in fana deorum profectas, unaq́; cum alijs uiſas hilares, ut participes laudis liberorum, & quæ honeſtum interitum eorum ubi quoque gloriæ ducerent. hoc uerò proprium eſt fortitudinis. Quomodo igitur, ut pauidæ terroriſque plenæ meritò hic inſimulantur? Idem autem, quod hic affirmat Ariſtoteles de Spartanis, memoriæ prodidit T. Liuius in XXVI. libro de mulieribus Romanis: quæ & ipſæ ſimili tempore, cùm Hannibal, inquam, ad portas eſſet, fletu & lamentatione omnia impleuerunt: & ne dum opis aliquid attulerint uiris, potius ipſos perturbarunt, & pigriores ad periculum illud propulſandum reddiderunt.

Initio autem uidetur) Oſtendit unde primùm orta ſit Lacedæmone licentia muliebris, quæ poſtea creuit in ea rep. mirum in modum, nec potuit legibus ullis coerceri: extititq́; ipſam dicit ratione, propter diuturnam abſentiam uirorum: ſolæ enim illæ domi relictæ, dominariq́; aſſuetæ, ſolutè nimis licenterq́; uiuebant. uiri namq; longinqui à domo in hoſtili terra, diu bella gerentes manſerant. Quibus autem temporibus id factum ſit narrat, cùm ſcilicet illi contra Argiuos bellum geſſerunt. rurſuſq́;, inquit, cùm contra Arcadas & Meſſenios.

Cum autem otium) Quomodo factum ſit docet, ut uiri tam æquo animo paſſi ſint in urbe ſe regi à legibus, contrà atq; mulieres ipſæ. affirmatq́; eos, cùm domum redierunt, nacti otium à bellis, ſe facile præbuiſſe Lycurgo expoliendos & optimis legibus ornandos: quia antea erant aſſueti imperia perpeti, parereq́; ſuperioribus, militaris illa uita, in qua uerſati diu fuerant. ipſa igitur quaſi uiam muniuerat huic laudi, & dociles eos ad hanc quoque diſciplinam reddiderat: de qua uita tradit habere ipſam multas partes uirtutis, cùm in primis ſeuerè illic animaduertatur in eos, qui dicto audientes non fuerint ſuperioribus. nam eandem ducem eſſe & alienam à delicijs conſtat.

Mulieres quidem aiunt.) Fama eſt, inquit, Lycurgum conatum fuiſſe frenare licentiam mulierum Spartanarum, faceréque, ut ipſæ quoq; legibus obtemperarent: uerumtamen, poſtquam ipſas repugnantes, & conſilio ipſius toto

pectore

peſtate aduerſantes, deſtitiſſe ab eo, quod fruſtra inceperat. Sciendum autem eſt, longè aliter de hoc ſenſiſſe, & memoriæ mandaſſe Plutarchum, qui in uita Lycurgi non ſolùm tradit, ipſum plurimum ſtudij poſuiſſe in mulieribus optimis inſtitutis ornandis, uerum etiam à principio ſtatim huic rei prouidiſſe, & quæ pertinent ad nuptias procreationeſque liberorum, ſedulò curaſſe. Quin etiam Ariſtotelem appellat, hunc, quem in manibus locum habemus, intelligens: affirmatq́; eum falſo hoc monimentis prodidiſſe. In extremo tantùm eius accuſationis legitur, ſolitos Lacones propter crebra & diuturna bella plus quàm deceret, colere uxores, & dominas ipſas uocare. Initiũ huius loci hoc eſt: οὐ γὰρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἐπιχειρήσας σωφρονίζειν τὰς γυναῖκας, ἐπαύσατο: & quæ ſequuntur. Nam de indulgentia Laconum erga mulieres, & obſequio magno, idem commemorauit in Agide: quo loco etiam tradidit, plus ipſas attingere ſolitas publicarum rerum, quàm uiri facerent domeſticarum, contra morem reliquarum ciuitatum.

Hæ igitur cauſæ ſunt.) Reſpondet auctor his uerbis ei, quod aliquis dicere potuiſſet, qui Lycurgum defenderet, illas ipſas mulieres cauſas fuiſſe eorum omnium, quæ illic prauè fierent: quare huius etiam peccati Lycurgi culpam eiſdem aſſignari debere. Nam ille uidit uitium huius rei, atque ipſum corrigere uoluit. Inquit igitur noſter, ſe nunc nõ ſubtiliter quærere, cui potiſſimum debeat ignoſci, aut non ignoſci, cùm peccarit: ſed tantùm attendere, quod rectè uel non rectè, factum ſit. Vt autem oſtendat planius uitium eius rei, repetit quæ dicta ſunt, ponitq́; ipſa ante oculos. Inquit igitur: Ea, quæ ad mulieres pertinent, cùm rectè inſtituta non ſunt, quod ſuprà quoque tetigimus: uidentur non ſolùm maculæ aliquid & turpitudinis inurere reipublicæ, quamuis nullum aliud malum inde naſceretur (eſt enim manifeſtò indecorum, in fortunata ciuitate mulieres molliter & intemperanter uiuere) uerum etiam non paruum: hæc ad nimium amorem pecuniæ inflammandum in animos ciuium, ipſamq́ue omni ratione cogendam, ut poſſint [illegible] luxus ſumptibuſq́; mulierum. quam auaritiã eiecerat è ciuitate ſummo ſtudio Lycurgus: & ne irrumperet eò alio pacto, uiam ipſi diligenter obſtruxerat.

Poſt enim ea.) Poſtulare ſuſceptum ordinem affirmat, ut nunc quæratur, an illic quæ ad bona ciuium pertinent, rectè inſtituta ſint: contrà enim ipſe exiſtimat, in hoc etiam illic nõ parum peccatum eſſe. Inquit igitur, poſſe aliquem accuſare in ea rep. inæqualitatem bonorum: uſu enim illic uenit, ut quidam poſſideant rem familiarem ualdè grandem, alij autem penitus exilem ac minutam. Quare, inquit, hoc uerum eſſe, aperire uolens, omnis ipſorum ager ad paucos dominos peruenit. Eſt autem hoc ſatis certum ſignum, quòd æqualitas nulla normaq́; certa ſeruetur in numeria bonorum poſſeſſione. Quod initio huius partis poſuit γὰρ (quia cauſa affertur eius, quod iam dictum eſt) non factum eſſe, quia ſuprà illic de auaritia dixerat quiddam, quæ uitium eſt pecuniæ, & illius, qui ardenter ipſam appetit. Non ſubitò igitur, nec ſine cauſa tranſiuit ad diſputationem hanc.

Hoc autem & legibus.) Originem explicat eius inæqualitatis, quam dixerat, & unde id malum paulatim fluxerit, docet. hoc enim, inquit, malè utroſque legibus illic ordinatum fuit. Cùm enim Lycurgus, ne hoc fieret, curare uellet, non ſatis firmum remedium adhibuit: ſanxit enim, ut nullam in ſe dignitatem haberet, uel potius dedecori affine foret, emere uel uendere fortunas ſuas. quod ſanè rectè & ordine decreuit: poteſtatem tamen eidem fecit ciuibus, ut uiui patrimonium, quib. uellent, dilargirentur, aut poſt mortem relinquerent. Non uidit igitur idem incommodum naſci ex utroque facto: nõ minus enim uſu uenit, ut aliqui locupletiores, quàm oporteat, fiant poſteriore hoc modo, quàm priore. Diſſentit autem in hoc quoque Plutarchus à noſtro doctore, qui in Agide commemorat, hoc quod Ariſtoteles tribuit Lycurgo, factum fuiſſe multo poſtea peſſimo conſilio & ualde repugnante legibus Lycurgi, ab Epitada quodam: qui cùm omnino uellet ulciſci filium, cui ualde infenſus erat, & ſpoliare ipſum patrimonio, promulgauit hanc legem, ut liceret cuilibet & domum & agrum dono dare cui uellet, dum uiueret, & teſtamento etiam poſt mortem relinquere. tota res ab ipſo plenè expoſita eſt. Cùm uideatur igitur ſedulò aduerſari Lycurgo, ſtudereq́; cuncta ipſius inſtituta conuellere: non exiſtimari tamen debet id odio feciſſe, ſed liberè, quid ſentiret de illis (ut mos ipſius eſt) loqui uoluiſſe. nam idem Plutarchus, cùm ornaſſet Lycurgum, multaq́; de ipſius uirtute prædicaſſet, citauit etiam teſtẽ Ariſtotelem quem fuiſſe affirmat eiuſdem animi, ſcripſiſſeq́; eum minores honores, quàm deceret, Lacedæmone nactum eſſe, etſi maximos illic haberet.

Sunt autem mulierum.) Verum eſſe docet, quod dixit, non parum mali manaſſe ex ea lege, quæ plena perfectaque nõ fuit. Signum autem huius rei ſatis certum ponit ante oculos. Si quis enim, inquit, uniuerſum agrum Laconum partiretur, & quinque partes ipſius faceret, duæ ferme poſſiderentur à mulieribus. Vnde autem id incommodum profectum ſit, quamobrem fœminarum fortunæ tantoperè creuerint, oſtendit. Hoc enim, inquit, factum eſt, quia multæ illic hæredes paternorum bonorum extitêre, potiſſimumq́ue partis illius agri, qui cùm primùm ſorte aſſignatus eſſet, clerus inde uocabatur. Nam, quæ apud Græcos appellantur filiæ patrum hæredes, nomen ab eo clero ſortitæque conſortarum eſt: nec tamen unam hanc rem cauſam fuiſſe huius mali uult, ſed alteram etiam indicat, id eſt morem eius gentis, quæ dotes magnas uirginibus dabat, cùm eas in matrimonium collocaret. Quod inſtitutum accuſans, inquit, multo melius Lacones facturos fuiſſe, ſi nullas dotes aut uiles minutaſque dediſſent, aut ſaltem moderatas. Nunc autem, inquit, hoc non ſolùm neglectũ, uerum etiam alia ratione illud incommodum auctũ, patri filiæ, hæredis omnium ſuorum bonorum quia nullos uirilis ſexus haberet, licet eã nuptui dare, cuicunq; ipſi uiſum fuerit, ut lege non cogatur pauperi ciui dare. Quod remedium extitiſſet incommodi, quod inde naſci docet, & quod fieri uoluerat in ſua rep. Phaleas cuiuſque inſtituti ac conſuetudinis exemplum eſt conſilium factumq́ue Megadori Plautini, quo ſuprà uſus fui: atque ita nulla huiuſmodi lege impeditus delegerit locupletem generum contra publicam utilitatem: quod uerisimile eſt ipſum fecerunt. Ita igitur contingit, ut agellus ipſius ac reliquæ fortunæ perueniant ad eum, qui antea quoque agellum habebat, uel unum, uel plures: ſicque redigitur ad paucos ager Laconicus. Quod ſequitur autem, ſiue pars eſt huius, quod dictum eſt, ſiue referri potius debet ad alterum fontem initiũque huius mali, quod malum iam monſtrarat, ſignificat permiſiſſe legiſlatorem, ut dum uiueret quilibet, cui uellet dilargiri patrimonium poſſet, & poſt mortem etiam relinquere. Quod ſequitur igitur, Etſi aliquis mortuus fuerit inteſtatus, quem hæredem reliquerit ſuorum bonorum: tacita, ut loquuntur iuriſconſulti, uoluntate, ipſum quoque idem iuris habere in bona ſibi relicta, ea poſſe illa, cui uiſum ipſi fuerit dilargiri. Ita arbitror locũ accipiendũ: ſed eſt non ulla dubitatione cõcluſus, atq; ideo obſcurus.

Cùm igitur ager.) Confirmat, quod dixit, argumento ducto à ſigno: manifeſtatque, quid incommodi ex eo prauo inſtituto natum ſit. Cùm enim ager ipſorum alere poſſit mille & quingentos equites, & grauis armaturæ militum triginta millia ne mille quidem numero fuerant, qui arma ferrent: fructus enim agrorum poſſeſſorum à mulieribus, omni potius rei ſeruiebant, quàm militiæ. Conuenit autem Plutarcho cum auctore noſtro de paucitate Spartiatarum. In uita namque Agidis, qui optimus adoleſcens remedium tam graui malo adhibere uoluit, cõmemorat, ipſos non plures ſeptingentis relictos fuiſſe: è quorum etiam exiguo numero ferè centum eſſent, qui agrum clerumq́ue poſſiderent, cæteri autem omnes in urbe, nudati bonis & dignitate forent: eodem autem loco ſimilia narrat de diuitijs & copia rei familiaris fœminarum. Rem autem ipſam noſter euidenter teſtatur, factaq́; quæ certè uitij plena fuiſſe, quæ ad hunc ordinem inſtitutumque pertinebant: quia ne unam quidem plagam, acceptam in bello, ciuitas illa ſuſtinuit, ſed periit propter paucitatem hominum. Quòd ſi ipſis abundaſſet, facilè bellum reparaſſet. intelligit autem Leuctricam pugnam, quam calamitatẽ appellauit Cicero. Romana uerò reſp. quæ uirorum magnam multitudinem habebat, multas & graues plagas paruo tẽporis ſpatio, ipſi ab Hannibale impoſitas, tolerauit. In urbe etiam ipſa Spartiatarum exiguum numerum hominum fuiſſe teſtatus eſt Xenophon in libello, quo Lacedæmoniorum remp. ſcripſit. Vtitur autem eodem uerbo, quo hic Ariſtoteles in ea re ſignificanda: aucto tamen & ad ſummum perducto.

Ferunt autem ætate priorum.) Commemorat nunc, quomodo mederi paucitati ciuium priſci Spartiatarum reges ſolerent: traditq́ue famam eſſe Lacedæmonios, priorum illorum regum ætate, ſolitos ciuitatem dare alienigenis, atque ita multitudinem augere: ut paucitate militantium nunquam Sparta laborarit, cùm tamen multa bella tunc geſſerint. Hoc ipſum ſanè fecit Cleomenes quoque rex, cuius uitam ſcripſit Plutarchus: quique ab Antigono rege Macedonum magno prælio uictus fuit. nec tamen ille poteſt hic intelligi, cùm regnarit multo poſt noſtrum doctorem. Accipiendi igitur ſunt ueteres Lacedæmonis reges, ut dixi. Quare inquit, affirmant, fuiſſe tunc Spartiatas decem millia ciuium & tamen, addit, ne ſubtiliter nunc quæramus, uerùmne hoc, an falſum ſit, præſtare refertam eſſe urbem ſuis ciuibus, creſcereque numerum illorum æqualitate bonorum, non receptis in eam peregrinis, qui ſecum nouos mores ferunt, ut neceſſe ſit

ita contaminari rempublicam. Nabis, ſæuiſſimus tyrannus Lacedæmoniorum, apud T. Liuium, cùm eſſet ei obiectu, ipſum ſeruos liberaſſe, & dominorum bona ipſis diuiſiſſe: ita ſe purgauit, dixitq; nihil noui & inuſitati ſe feciſſe, ſed morem inſtitutumque maiorum in hoc ſecutum.

Subcontraria autem etiam lex.) Oſtendit legem Lycurgi, qua ciues impellebat ad ſobolem procreationemque liberorum, non eſſe ueram correctionem huius errati, nec ſinere, ut tollatur inæqualitas agrorum. Dum enim remedium adhibere uoluit uni malo, uiam aperuit alteri non minori. Exponit autem ſtudium, quod poſuit, ut multitudo illic filiorum gigneretur. & quæ præmia propoſuerit illis, qui hoc feciſſent. Eſt enim, inquit, lex Lacedæmone, ut qui tres liberos procreant, cogi non poſſit in præſidium aliquò mitti, uacationemque demum militiæ habeat: qui uerò quatuor, ſit immunis omnium publicorum munerum. Declarat etiam ſtudium, quod in ea re ponerent, altera lex. cuius meminit Plutarchus in Lyſandro. Inſectabantur enim illa & qui nunquam uxorem duxiſſent, & qui ſerò duxiſſent; ſed non etiam qui culpæ in uxore ducenda affines fuerunt: hi uerò erant, ut interpretatur, qui probis & melioribus reip. ciuibus diuites antepoſuiſſent. primos ἀγαμίου, alteros ὀψιγαμίου, tertios κακογαμίου lex appellabat. Aperit autem malū, quod inde proficiſcitur, niſi prius emendetur uitium, quod irrepſerat in ciuitatem propter inæqualitatem bonorum, perperamq; diuiſum agrum. id autem eſt, quod neceſſariò illic multi erunt pauperes, fructibuſq;, quibus alantur, carebunt.

Quinetiam & quæ pertinent.) Proponit ſibi nunc uidere, quæ ad magiſtratus nonnullos reip. Laconum pertinebant, exquiritq; diligenter, quid mali bonique in ipſis ſit. Primum autem, quæ in ephoria (ita enim appellat magiſtratum ephororum) uitia ſint, exponit. non enim rectè conſtitutum ipſum eſſe affirmat. Reprehendit in illo ſtatim, quod cum in ea rep. uim magnam poteſtatemque habeat, & quaſi dominetur Lacedæmone: tamen ephori crearentur è plebe. Quare, inquit, ſæpe contingit, ut in eum magiſtratum perueniant homines ualde pauperes, qui propter egeſtatem pecunia corrumpantur, & quaſi emantur. Se uerò, inquit, eſſe tales, ut muneribus facile labefactari poſſint, declarauit ſæpe numero antea: & nunc quidem, ut loquitur, in Andrijs. hiſtoria obſcura eſt, ut ægrè ſtatui poſſit, quæ uoret hic Andria: factáue quædam, quæ geſſerint cum Andrijs inſulanis, in quibus negotijs adminiſtrandis ephori contra publicas utilitates mercede corrupti, illis hominibus quædã cõceſſerint. quod uerius puto ſiue cœnas illas publicas, quas acceptas à Cretenſibus, antiquitus & illi Andria uocabant, tum poſtea eaſdem, mutato uocabulo, appellarint Phiditia. Addit autem Ariſtoteles, confirmans iudicium ſuum, illo tempora, quo de hoc agebatur, quoſdam ephoros, mercede accepta, quantum in ipſis fuit, uniuerſam ciuitatem perdidiſſe. Quinque autem numero erant ephori quod percipitur è loco Plutarchi in uita Cleomenis, qui rex Spartanorum, ut leges Lycurgi euerſas in eam ciuitatem reduceret, ephoros omnes, immiſſis in eos armatis, necauit, uno excepto: qui cùm primus uulneratus eſſet, pro mortuo eſt relictus. quatuor enim fuiſſe narrat, qui interfecti ſint. Sed infrà idem hoc ipſu in libro apertè teſtatur Ariſtoteles.

Et quia poteſtas eſt.) Alterum hoc eſt, quod reprehendit in ephororum magiſtratu. Dicit enim, cùm magnæ opes illius ſint, & poteſtas non ferenda, æqualiſq; penè tyrannidi, reges etiam cogi ipſis aſſentari, & in omnibus rebus ephoris placere. unde autem fit, ut ita quoque multum detrimenti accipiat reſpublica, & è ſtatu optimorum ciuium paulatim delabatur in ſtatum multitudinis. Quod uerò hic noſter de ephoris affirmat, idem apud Ciceronem in 3 de Legibus Q. ipſius frater de tribunis plebis prædicat. cuius hæc uerba ſunt: Illa poteſtate nata, grauitas optimatum cecidit, conualuitque ius multitudinis. Facit autem ad declarandum, quod hic tradit auctor de regum more, qui ſoliti erant ephoris palpari: id quod memoriæ proditum fuit à Xenophonte. narrat enim, ſtitutum fuiſſe Laconum, ut omnes regi aſſurgerent, exceptis ephoris, qui ſuis proprijſque ſellis non mouebantur.

Continet igitur remp.) Cùm rationem ephororum magiſtratus creandi accuſaſſet, ipſum nunc ualde utilem fuiſſe reip. narrat, & quid boni inde natum ſit oſtendit. Affirmat enim, illum continere eam rempublicam, cùm ipſius membra omnia inter ſe connectat: quomodoque hoc fiat, aperit his uerbis. Requieſcit enim populus, quia particeps eſt maximi magiſtratus. quare inquit, ſiue hoc conſilio eius, qui ſcripſit legem, factum eſt, ſiue fortuna cecidit, accommodatum eſt, prodeſtq; rebus ipſorum. Ducet etiam, ratione ſententiæ ſuæ reddita, cur uerè dixerit magiſtratum hunc ephororum conſeruare remp. ciuitatum: oportet, dicens, cunctas partes ciuitatis cupere remp. eſſe ſaluam ſtareque, ſi illa incolumis eſſe debet, & ab omni periculo uacua. Demonſtrat autem, hoc illic euenire: reges enim ob honorem, quem adepti in ea ſunt, ſic profectò ad ipſam animati ſunt: boni autem uiri ac principes ciuitatis propter ſenatum, cuius ordinis auctoritate decorantur. tamen enim, inquit, hic magiſtratus eſt uirtutis, datureq; his, qui conſilio ualent, ac remp. tuentur. populus autem, addit, contentus illic uiuit propter ephoriam. ex uniuerſo enim populo creantur ephori, ac tenues quoque homines ad eum honorem perueniunt: habetque præterea multitudo, qui ipſam ab omni iniuria contumeliaq; tueantur.

Sed deligi ſanè magiſtratum.) Intelligitur his uerbis, ephoros non ſorte creari ſolitos, ſed deligi: neque ex uno tantùm ordine ciuium, ſed ex omnibus, ut neceſſe non eſſet è plebe homines duci, qui ad eum magiſtratum peruenirent. ut Romæ tribunum plebis non licebat creare, niſi plebeium. Non reprehendit igitur hæc Ariſtoteles (rectè enim & ordine inſtituta erant) ſed rationem tantùm non probat, qua deligerentur: cumque eam magnis erroribus affinem eſſe oſtendere uellet, puerilem eſſe dicit: modum uerò hunc, cuiuſmodi fuiſſet, tam inſulſum, non exponit. Non probat etiam, quòd cùm ephori exiſtimarêtur magnis rebus, præeſſentq; aliquando tenues homines & nullius prudentiæ ad eam poteſtatem, in cauſis iudicandis liberi fuerunt, ac ſequerentur ſuam ſententiam. Non igitur rectè factum putat, tantum admittere quibuslibet hominib. uellemque ipſos cogi, legem aliquam aut ſcripta ſapientium ſequi, nec poſſe ab illis ullam in partem diſcedere. Hi uerò uocantur αὐτογνώμονας, qui ſententiam ſuam æſtimationemq; attendunt: hoc enim Græcis ualet γνώμη. Huiuſcemodi autē eſt apud nos magiſtratus 8. uirorum neque enim aſtrictus eſt legibus ullis, cùm ornatus eſt à ſummo magiſtratu auctoritate illa plena, quæ patrio noſtro ſermone uocatur Balia.

Eſt autem uita ephororum.) Reprehendit etiam hoc in conſuetudine illius magiſtratus. Ephororum enim uictum dicit non conſentire moribus inſtitutisq; reliquæ ciuitatis, cùm ſit remiſſus ualde: aliorum autem ciuium potius menſuram excedat uerſus duritiem, adeoq; in hoc nimio modo ſit, ut non ualeant Lacones tolerare tantam uitæ aſperitatem, ſed, clam legem aufugientes, fruantur, cum poſſunt, corporis uoluptatibus. Ἐν ἀνέσει, quod inquit, intelligit ciuibus: non ut quidam acceperunt, partibus ipſius uictus, ut in ipſo ſcilicet fuerint incõſtantes, nonnullaſque partes uitæ habuerint duras, alias uerò molles ac teneras. Quod uerò σκληρὰν Lacedæmoniorum uocat ..., id eſt duram: Cicero quoque eodem pacto ipſos duros appellat: Eſto enim, inquit, duri & fortes Spartiatæ.

Quæ itidem pertinent.) Examinat nunc eiuſdem reip. partem aliam, id eſt ſenatum: in cuius ordinis conſtitutione peccatum eſſe docet pluribus modis. Primum igitur inquit, ſi qui ſuſtinent munus illud, forent moderati uiri atque inſtructi, quod ſatis eſſet, ad uirtutem officiumque probi uiri tuendum: fortaſſe non ſine cauſa diceret aliquis, rationem illam accommodatam eſſe utilemque reipublicæ. Vt perſpicitur autem ex uerbis, quæ ſequuntur, perpetui ſenatores illi erant, nec mutabantur donec uiuerent. ijdemque de magnis rebus ita ſtatuebant, ut iudicia ipſorum rata eſſent, nec poſſent tentari. Magnas autē res dicens, intelligit deliberationes de bello & pace de mittendis legatis, & cæteris huiuſcemodi rebus. Cùm uerò uiſus eſſet omnino probare illis conditionibus latis, conſilium eius, qui illum ordinem conſtituiſſet: quaſi emendat uocem eam, neque ſe id penitus exploratum habere oſtendit, quia res dubia admodum ancepſq; eſt, donec uixerint, aliquos dominos eſſe caſtimationeſque rerum tanti ponderis. Cuius ſuæ ſententiæ ſtatim rationem reddit, dicens: Eſt enim, ut corporis, ita quoque animi ſenectus, partis loquam illius animi, qua utimur in his rebus explorandis, quæque διανοίας γῆρας uocatur. qui igitur prius uerum uidebant, poſtea uitio grauioris ætatis, imbecillo facto conſilio ipſorum, minus rectè ualent id munus obire. Erant uerò XXVIII. ſenatores hi, cuius etiam numeris ipſorum rationem hanc reddiderat Ariſtoteles, ut narrat Plutarchus, ſed alijs ſuis in ſcriptis. Cùm enim XXX. primùm fuiſſent, qui ſocietatem inter ſe coirent reip. conſtituendæ, auctore eius conſilij Lycurgo, duo metu perterriti ſunt, nec ad locum deſtinatum huic ſorti incepto ſe contulerunt. quare illis primis principibus ciuitatis, qui in fide manſerunt, hic gradus honoris datus eſt: nam ipſos perpetuos ſenatores fuiſſe, cùm ephori ſpatio tantū unius anni poteſtatem illam tenerent, narrauit Plutarchus in Ageſilao.

Cùm uerò ita inſtituti ſint.) Vt ſignificauit, ſi illa ſeruata forent, quæ dixit, ſe fortaſſe nihil deſideraturum fuiſſe in creatione ſenatus Laconum, id eſt ſi probi & prudentes uiri deligerentur, ſuoloctiq; ætate inde remouerentur: ita contrà inquit, cùm ea huiuſ-

huiuſcemodi non ſint, quod non uno modo apparet, ut docet, nimis periculoſum reip. eſt tantum committere talibus hominibus. Cùm uerò monſtrare uellet, eos integros non fuiſſe, nec uera diſciplina imbutos, uſus eſt ſignis quibuſdam. Primum autem eſt, quod intelligi poſſe inquit, ne legiſlatorem quidem ipſum penitus illis fidiſſe, ut qui cognoſceret ipſos non omnino probos eſſe. Addit autem huic ſignum, qui peruenerunt in eum ordinem, quibuſdam etiam temporibus perſpectos fuiſſe, acceptis muneribus, ſiue gratiam aliquorum ſecutos, multas publicas utilitates neglexiſſe: anteposuiſſeq;, quod minimè uirorum bonorum eſt, proprium quæſtum & gratificationem publicis emolumentis ac ſaluti ciuitatis. Quare curioſiùs, meliùs eſſe, ut illi non ſine ſolerti cura ſuorum factorum comprobandorum, rationiſq; reddendæ adminiſtratæ reipublicæ, ut ſanè tunc erant, liberi prorſus & ſoluti ab illa neceſſitate.

Videri autem poſſet.) Dixerat, ordinem ſenatorium cogi non poſſe legibus, ut ſuorum factorum rationem redderet: idem tamen ſciebat, ephoros [illegible] habere omnium magiſtratuum. Quare uideri poterat hoc repugnare ſententiæ ipſius: quia, quod perperam à quopiam magiſtratu iudicatum eſt, corrigere magiſtratum ſuperiorem, eſt aliquo modo poſcere ab illo rationem. Sed igitur aliter accipere docet magiſtratum rationem reddere ſuorum factorum, cùm ſcilicet ſtatim depoſita publica perſona, ſi improbantur aliqua ab eo geſta, illa, ſi poteſt, rectè & ordine à ſe adminiſtrata eſſe confirmat. In media autem expoſitione huius rei, cogitans quàm pulcrum ſit tantum auctoritatis in ciuitate habere, ut ſit magiſtratus aliquis arbiter ac iudex omnium, quæ illic publicè geruntur (ut Lacedæmone contingebat ephoris) quaſi clamat, hoc amplum eſſe, & eximium profectò donum datum illi magiſtratui. Perſpicitur autem hoc, ipſum non prohibere, ne libertati periculoſum ſit: eo magiſtratu ephororum regnabitur in ciuitate, & reliqui omnes cauebunt uoluntatem ipſius offendere, cùm aliquando in poteſtate illius futuri ſint.

Præterea delectus) Docet modum quo creabant Lacedæmone ſenatores, probari non poſſe. Duo autem in comitijs illis reprehendit: primùm rationem, qua diſtinguerent eum, qui probaretur multitudini, & qui contrà ipſi non placeret: illam autem puerilem ridiculamque eſſe dicit. Deinde oſtendit, effici ciues eo pacto nimis cupidos honoris: unde naſci non parua incommoda, infrà tradit. *Κρίσις* autem, quem reprehendit, id eſt exiſtimatio, talis erat, ut accuratè narrat Plutarchus in Lycurgo, & ipſa quoque eodem hoc nominuntur, in ea re appellanda. initium enim eius totius expoſitionis hoc eſt *ἐγίνετο δὲ ἡ κρίσις τὸν τρόπον*. ipſam igitur exprimere conabor. Cùm uocata eſſet multitudo, delecti uiri propè claudebantur in quodam domicilio, unde neque oculis uiderent concionem, neque ab ea uiderentur: ſed clamorem tantùm audirent eorum, qui ibi uerſarentur. Clamore enim, ut alia, ita quoque hos, qui contenderent inter ſe de hoc honore, exiſtimabant, cùm minimè ſimul omnes, ſed ſeorſum ſinguli ſorte ducti uocarentur, tacitique per mediam concionem tranſirent. Cùm igitur qui clauſi erant, haberent tabellam, & ſinguli illis in medium prodibant, notabant clamoris magnitudinem: neque tamen nouerant, cui ille excitaretur: tantùm ſciebant primum hunc eſſe, ſiue ſecundum, ſiue tertium, ſiue alium quempiam ordine, qui in concionem [illegible] eſſet. Qui autem plurimo clamore & maximo exceptus eſſet, illum ſenatorem prædicabant, & quæ ſequuntur, pertinentia ad declarandum quantopere eum omnibus modis ornarent, & ſummis laudibus in cœlum ferrent. Appellat igitur puerilem hanc exiſtimationem ſenatorum, ut opinor, quia indicia incerta adhibebantur. Neque enim ſubtiliter intelligi poteſt, qui melior iudicetur: peccare enim contingit multis modis in clamore & tollendo & exiſtimando aliquorum, qui ipſi tacent. Multæ autem conciones Græcorum ſenſum ſuum ſignificabant porrectione manuum, unde uerbum, quo utebantur in decretis faciendis, confirmatum eſt, *χειροτονεῖν*. M. Cicero pro L. Flacco, cùm morem hunc Græcorum reiump. carperet, utrumque uidetur commemoraſſe inquit enim. Sic ſunt expreſſa iſta, quæ recitantur, pſephiſmata, non ſententijs neque auctoritatibus declarata, nec iureiurando conſtricta: ſed porrigenda manu, profundendoq; clamore multitudinis concitatæ. Puerile igitur eſſe inquit, exiſtimare ita, qui ſint digni ſenatores. Cui rationi creandi ſenatum addit etiam aliud: non enim probat ullo pacto morem, qui tunc erat Lacedæmone, ut ille ipſe peteret eum gradum honoris, qui uolebat eo ornari. Oportere enim, inquit, talem eſſe, & qui dignus habetur eo ordine, & nolentem & uolentem perſonam illam ſuſtinere, & neceſſitatem ipſi imponi, ut inuitus etiam illam recipiat.

Nunc autem idem) Hoc inſtituiſſe docet Lycurgum, cognoſcitq; illum & ratione mandandi imperij, & omni alia parte reipublicæ, ſtudium adhibuiſſe, ut ſui Lacones cupidi honoris fierent: & tamen utitur poſtea his. in quo peccari magnopere exiſtimat Ariſtoteles, cùm creantur ſenatores, id eſt ex eo genere hominum ambitioſorum, & illos potiſſimum ipſos creari ſenatum. Quod enim inquit, *αἰτεῖν τὴν ἀρχὴν τῶν γερόντων*: non ualet aliud mittere ipſis, ut eligant ſenatores, ſed cùm datur opera huic rei, ex illis ardentibus deſiderio illius gradus, ſenatores à multitudine deligi. qui enim non petiſſet, nunquam in illum ordinem cooptatus fuiſſet. Quàm inutile autem ſit & plenum multorum periculorum huiuſcemodi hominibus imperium dare, declaret dicens: Atqui iniuriarum, quas homines ſponte faciunt, bona fermè & magna pars habet duos fontes, id eſt nimiam ſitim aut honoris aut pecuniæ. ambitioſi enim & auari, ut expleant ſua illa acria deſideria, ſe inquinant multis ſceleribus. Idem autem de hac re ſenſiſſe perſpicitur Lucretius, cùm recinit: *Denique auarities & honorum cæca cupido,*
Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines. Iuris, & quæ ſequuntur. Diſſenſerunt autem ab hoc iudicio philoſophi Romani homines, qui morem induxerant petendi magiſtratus, & in ea re plurimum ſtudij atque artis ponebant. Sed etiam Polybius, ubi differit *περὶ πολιτειῶν*, affirmat ipſorum legibus quibuſdam ſtudioſè effectum eſſe, ut in pectora adoleſcentium inſereretur mirificus amor honoris, tanquam hoc ualde profuturum eſſet ciuitati. utque id ſanè ualere coronas, quibus ornabant eos, qui fortiter aliquid feciſſent: & ut has, ita etiam haſtas puras, & laudationes mortuorum.

De regno uerò) Cùm, quid ſui iudicij foret de ſenatus Laconici creatione, oſtendiſſet: nunc tranſit ad narrandum regnum examinandum. habebant enim Lacones reges duos. Primùm igitur quæri poſſe inquit, cùm exoritur hæc quæſtio, utrùm ne profit in uniuerſum ciuitatibus regem habere: ſiue contrà; de quo nunc non differit, nodumq; hunc diſſoluendum relinquit in libro, qui ſequitur. Hic igitur uidere ſtatuit, an ratio Lacedæmoniorum, itàque uſitata poteſtas illa, utilitatem in ſe habeat, ſiue affinis ſit uitijs quibuſdam. Iudicium igitur ſuum patefaciens, inquit: Si utrâ tam auctoritatis alicui dare putaretur ciuitati accommodatum, non tamen probari poſſet conſilium eorum, qui non tantùm, alteraque familia reges ſumebant (præſtaret enim ſingulos reges ponderari ſua ex uita ac factis) quique idoneus tanto muneri obeundo exiſtimatus eſſet, illum potiſſimùm regem creari. *Κατὰ τὸν αὐτοῦ βίον* ualet, ut dixi, perſpecta & diligenter explorata ipſius uita, non ut quidam acceperunt.

Æmulatorem autem) Valet hoc ad docendum, ſpectari oportere è moribus prudentiaq; reges: neque tutum eſſe ex eadem ſemper domo ipſos capere, ut moris erat facere Lacedæmone. Neque enim uerum eſt, quod aliquis diceret, diſciplinam regibus adhiberi poſſe talem, ut ipſi imbuti rectè omnino munus ſuum adminiſtraturi ſint. cuius ſententiæ fuerat etiam Lycurgus, ut ſigno Ariſtoteles declarat. Diffidit enim ille (ut apparet) ſe facere poſſe ciues omnino [illegible] ac perfectos uiros. Si namque hoc ſperaſſet, non [illegible], ut cùm opus foret mittere aliquos legatos, deligerentur ſocij illius muneris inimici inter ſe homines. Eodem etiam pacto arbitrabantur ſaluti eſſe ciuitatis, diſſentire inter ſe reges ac controuerſari. Nam idem etiam oſtendere uidetur, quod proditum memoriæ eſt à Xenophonte, inſtitutum fuiſſe, ut duo ephori comites regis mitterentur in bellum, qui ſcilicet ipſum ſeruarent. Huic eorum inſtituto Laconum ſimilis fuit uox illa Melanthij, qui dixit remp. Athenienſium conſeruari diſcordijs & contentionibus oratorum, quia ita non omnes in idem latus eunt, & quaſi pariter inclinarent: quod ſi factum eſſet, illa euerſa fuiſſet. & cùm Plutarchus, qui ipſam memoriæ prodidit, non ſtatutum in animo ſuo habuerit, ſeriòne hoc illud annotarit, an ioco: uideri poteſt, exemplo Spartiatarum, hoc ipſum prorſus uerum putaſſe.

Non bene autem,) Improbat uiam legem, qua cœnæ publicæ, uocatæ phiditia, Lacedæmone inſtitutæ erant, eamq; poſteaque illi morem Cretenſium, ipſorum quoque ut antiquum iiſdem cœnationibus, ſed, ut nunc, aliter, ac meliore ſanè uia. Oportuiſſe enim, inquit, ut auctor harum cœnarum, quicunq; fuit, è publico ſumtus earū duxiſſet, ut poſſent epulæ illæ celebrari ſine damno priuatorum, ualde pauperum magna ex parte hominum: hoc enim ſeruari inſtituit in Creta, unde conuiuia illa Lacedæmonem uenerunt.

Apud Lacones uerò.) Docet, apud Lacedæmonios hoc onus fuiſſe plurimis ciuibus: qui cùm admodum pauperes forent, cogebantur tamen domo illuc comportare certis temporibus, quæ lex iuberet. quare inquit, uſu euenire huic legis contrarium eius, quod ſibi propoſuerat. Voluerat enim ut inſtitutum illud communium cœnarum populare eſſet, gratumque magnopere multitudini, ut autem illic ipſum lege definitum eſt, minimè populare erat: neque enim

enim facile eò peruenient, participeſq; ſiunt eorum cœnarum ualde tenues homines. quare ſequitur, ut è rep. excu bentur. Definitio enim antiqua terminuſque illius reipublicæ eſt, eum, qui ſumptum hunc facere nõ poteſt, participẽ non eſſe reipublicæ, excludiq; è numero ciuium.

Legem autem de præfectis.) Reprehendit etiam legem de præfectis claſsis creandis, quam alios quoque ante ſe improbaſſe oſtendit: et meritò quidem illam, uiua cauſa diſcordiarum ſeditionisque erat. Quomodo autem ille mali tantũ gignat, aperit: eſſe namque imperium illud claſsis quaſi oppoſitum regibus narrat, cùm magna itidem poteſtas ipſius ſit, ac penè par poteſtati regum. quare fieri non poterat, quin crebra inter ipſos naſcerẽtur ſemina diſcordiarum. Uſu autem ſæpe uenire, ut ſimiles inter ſe contendant, notum eſt. mortales enim, cupidi honoris, quidquid dignitatis auctoritatiſque alteri tribuitur, ſibi ereptum arbitrantur. Qui hunc locum hactenus declarare uoluerunt, lapſi ſunt multis modis, neque cognòrunt quid ualeant uerba hæc, [illegible]: falſoque putarunt, mandari ſolitã eſſe alteram hanc curam regendi claſſem regibus: cùm longè aliud oſtendant, ut edmonus. Præterea non uiderunt, maculam hic hæſiſſe: non enim [illegible], ut erat in exuſis, ſed [illegible] dendi caſu, numero multitudinis, legi debet: referrique ad reges, non ad præfecturam claſsis. Reges enim Laconum erant perpetui, non nauarchia: quam morem fuiſſe morari, intelligere facile potuerunt, quicunque aliquo eorum uerſati ſunt in rebus geſtis legendis eius reipublicæ. Veſtigium huius ueræ lectionis apparet in uetere tralatione. Ita autem perpetuum non erat imperium claſſis, ut lege cautum eſſet, propter metum tantæ poteſtatis, ne quis ipſum in uita iterum caperet. quomodo igitur opes has addidiſſent regiæ poteſtati?

Et hoc etiam poſſe.) Docet temptari quoque poſſe quaſi ſolum ac fundamentũ Lycurgi in ædificando illa ſua rep. cùm ſpectarit ſemper unã ſolùm uirtutẽ, id eſt fortitudinẽ, & eò retulerit omnia ſua conſilia in legib. ſcribendis: cùm tamẽ uaria tẽpora requirãt uarias uirtutes. Eiuſdem aũt ſententiæ oſtendit fuiſſe Platonem, qui etiam ipſe prius inſimulauit eos, qui leges ſcripſerant Cretenſibus & Lacedæmonijs, lapſos in hac re magnopere. Omne namque ſtudium illi poſuerant in populis his, quos inſtruebant, ad militaria munera cum laude tractanda exercendis nec cogitationem ullam ſuſceperant de reliquis uirtutibus. cùm conſtet inueniri etiã, quæ uincat ipſam, ac maioris dignitatis ſit. Quod uerò conſilium fuerit Minois, qui inſtituit Cretas, commemorauit Strabo. Exiſtimauit enim præſtantiſsimum omniũ bonorum eſſe libertatem, ſine qua fortunæ ciuium, bonaq; ſua & propria eorum, qui poſsident, non ſunt. libertatem autem armis ac præſidio egere, nec aliter conſeruari poſſe. Lycurgum etiam putandum eſt moniſſe fortitudine pectora Laconum, ut eandem & uitam denique beatam Lacones ſui cuſtodirent. Locus, quem intelligit Ariſtoteles, eſt in primo eorum librorũ, non longè à principio: ſed etiam alibi tangit quædam, quæ eodem pertinent.

Hæc namque ualet.) Hic uerbis aperit peccatum Lycurgi, rationemque reddit iudicij ſui. inquit enim: Hæc namque, ſcilicet uirtus bellica, multum ualet ad imperium ſibi comparandum, ſubigendaſq; propinquas terras. Non oportuiſſe autem illũ ciuibus proponere hanc unam uirtutem, cæteras uerò, utiles accõmodatasq́; pati, negligere, ſigno declarat. Verum enim, inquit, hoc eſſe inde intelligitur: quia Lacedæmonij, dum bella geſſerunt, ſalui incolumeſque fuère: periere autem ſtatim, ut imperium armis adepti ſunt. Inde autem hoc factum eſt, quòd neſciebant otio uti, neque ſe unquam exercuerant in ulla diſciplina, meliore arte bellica. Aſsignat uerò hoc debet ſcriptori legum illarum, qui huic rei non prouiderat, ut debebat. Confirmat, quod traditur ab auctore, Polybius in primo libro Hiſtoriarum, commemorans Lacedæmonios, cùm diu multumque pugnaſſent de imperio Græcorum cum aduerſarijs: poſtquam adepti ſunt, uix ſpatio XII. annorum firmum ipſum ac ſine nouis certaminibus tenuiſſe. Huc autem facit defenſio illa Plutarchi, qui purgat Lycurgum, accuſatum iniuſte à nonnullis, affirmantibus in legibus ipſius nihil ſanè deſiderari poſſe, quod faceret ad fortitudinem: multa autem, quæ ad iuſtitiam. Cum enim prius expoſuiſſet multa inſtituta Lycurgi, honeſtatis æquitatiſque plena, addidit. In his igitur nullum aut mollitiæ aut auaritiæ ueſtigium apparet: quibus uitijs non deſunt, qui uelint ſcatere leges Lycurgi.

Hoc eo minus errarunt.) Adiungit, in opinionibus Laconum manere peccatum alterum, non minus proximo ſuperiore peccato. quod & ipſum fluxiſſe è legibus Lycurgi, putandum eſt. Exiſtimant enim, inquit, proficiſci bona, de quibus inter ſe homines contendunt, à uirtute potius quàm à uitio, itaque ipſa melius parari: in quo minimè falluntur, iudiciumque eorum uerum eſt. Non tamen rectè ſentiunt, quòd credunt hæc bona præſtantiora eſſe uirtute, magiſque expetenda. [illegible] hic arbitror uocata tuocta, de quorum poſſeſsione pugnent inter ſe mortales ac digladiantur, non armis ſolùm, ut alij acceperunt, uerum etiam alijs omnibus modis. ita enim paſsim ueteres ſcriptores uerbum hoc accipiunt. Huiuſmodi autem ſunt honos, imperium, diuitiæ.

Malè autem ſe habent.) Accuſat omne inſtitutum Lacedæmoniorum, qui non habebant ærarium, nec reditus ullos publicos: cùm tamen colerent artem ſtudiumque, quod requirit magnos ſumptus, id eſt bellum, ſæpeque cogerentur diutius in ipſo uerſari. Cum autem intelligeret auctor poſſe huic malo remedium adhiberi, ſi ciues è priuato in publicum benignè conferrent: docet id quoque illic nõ ſeruari. ægrè namque ſolitos Laconas publicam egeſtatem ſubleuare, nec lege ulla ſeuera cogi hoc facere. [illegible] enim quòd ipſos inquit [illegible], non tam ualet Laconas malignè hoc facere, quàm non imponi ipſis neceſsitatem ullam id ſedulò gerendi. Cuius rei cauſa erat (ut narrat) quia omnis ferè ager Laconicus poſsidebatur à ciuibus. quare indulgebant ſibi ipſis, nec ſubtiliter exquirebant collationes inter ſe, perſcrutabanturq; ueræ ne illæ, iuſtæq; fuerant, an contrà. unde eueniebat, ut qui plus conferre in publicum poſſet, minus conferret. non poterant igitur ſuſtentari bella ullo pacto. Docet uerum eſſe, quod narrat noſter doctor, Archidamus rex ipſorum apud Thucydidem, cùm diſſuaderet bellũ, quod parabant contra Athenienſes. in alijs enim, quibus uſus eſt argumentis, accommodatis ad eos ad de terrendos, inquit: Pecuniam publicam non habemus, neque promptè è priuato conferimus.

Uſu autem uenit.) Ex hoc conſilio malo docet contrarium uſu ueniſſe Lycurgo eius quod ſperabat, quodque utile erat ciuitati. Reddidit enim ciuitatem ipſam pauperem & nudatam penitus pecunia, atque omni auxilio, quod inde certis temporibus expectari meritò poterat: priuatos uerò contra cupidos ipſius atque auaros. Debebat autem omnia potius ſerere, ut priuati amore pecuniæ non corriperentur, cum nunc q; ciuitatis ipſa abundaret. Cùm uerò uenisſe ſe ad finem huius diſputationis intelligeret, concludens ipſam inquit, ſatis ſe putare dixiſſe de rep. Lacedæmoniorum, cùm hæc ſint, quæ maximè aliquis in ipſa non probaret.

[illegible].) Plato & Ariſt. in eo conſentiunt, ciues à mechanicis, quantum eius fieri poteſt, feriatos eſſe debere, & rebus melioribus, nimirum uel philoſophiæ uel reip. uacare. Quod lib. 1. Polit. cap 7. n. 19. de Viris opulẽtis atque bonis priuatim affirmauit, res domeſticæ uel amplianda uel tuendæ curam præfectis quibuſdam committi, ipſos interim magis ſeria magiſq; liberalia & homine magis digna tractare.

[illegible].) De Ilotis Laconum, Peneſtis Theſſalorum, Periœcis Cretenſium, in præced. quædam. Serui erant diſpari cõditione à reliquorum Græcorum ſeruis. Neque enim cum dominis ſuis in urbe uerſabantur, ſed extra urbem ſparſim, nõ uicatim, agros colebant, & ex annona certam partem in urbem dominis conuehebant. Horum quia bello capti ſeruirent, uictis uictores odio habebant: cum uerò quòd à dominis inhumaniter tractarentur, ſæpius occaſione hoſtilium calamitatum cõtra dominos ſuos inſurrexere. Cùm Sparta terræmotu fœdè diſiecta eſſet, Ithomen montem occupauerũt Ilotæ, & uix decimo pòſt anno debellari potuere. Diod. lib. XI. Pauſaniae in Atticis.

[illegible].) Cretenſium Periœci nunquam rebellarunt, partim quòd ipſiſmet Cretenſibus, ſi quando inter ſe bella gerant (inſulam enim populoſam adeo fuiſſe cõſtat, ut a centum urbibus, quæ habitarentur, [illegible] diceretur ſub Minoe certè, qui illorum legiſlator fuit, totius maris imperio ſunt potiti, & Athenas ipſas ſubiugerunt) non expediat Periœcos hoſtium ſollicitare, ne ſuis ſimilis perfidiæ occaſionem dent. partim quòd neq; Periœcis conducat fidem frangere, nõ meliore conditione futuri, ſi ad hoſtes tranſeant, quàm ſi priores dominos ſequantur. At ſi Cretenſes externa aliqua ui tentati fuiſſent, procul dubio Periœcorum perfidiam & proditionem haud minus quàm Theſſali & Spartani fuiſſent experti.

[illegible].) Theſſalia Macedonibus finitima. Victos eidem Achæi, quos Homerus Myrmidones & Hellenes uocat: Perrhæbi item Aetoliæ populi & Magneſij, quos quidam inter Theſſalos numerant, Strabo, Mela, Plinius.

[illegible].) Difficile eſt ſeruum regere, ut rectè agat: difficile prohibere, ne malè agat. & ut 6. de Legib. Plato loquitur [illegible]. cùm [illegible] penitus careat, & [illegible] tantùm habeat, quod ipſum tamen impotentia cupiditatum ut plurimum offuſcatur, ut lib. 1. 5. ult. n. 32. & c. 5. n. 40. Eius rei cauſa Spartani ſæpius Ilota

rum

rum perfidiam experti, multis poſt Lycurgum annis, ut audaciam illorum coercerent, adoleſcentib. permittebant noctu cũ armis in obuium quemq; Ilotarum impune graſſari, interdiu delitescere. Bello Peloponneſiaco cum duo millia Ilotarũ pro Repub. rem præclarè geſſiſſent, coronis redimiti per omnia Deorum templa ducti libertate donati fuerunt: ſed interea, ne maiores ſpiritus ſumerent, uel publico uel priuato conſilio, incertis auctoribus ſublati, nuſquam poſtea comparuere. E[illegible] huiuſquinetiam, ſuſcepto magiſtratu, Ilotis bellum indicere conſueuerant, non quidem apertum, ſed clandeſtinum & nocturnã inuaſionem illis minitantes, ſi uel minimum ſuſpectos ſeſe præberent. Cuius fidei ſerui eſſent bello Cimbrico Romani [illegible]ne experti, cùm Capuæ Salatios quidam ad XL. M. ſeruorum contra dominos armauit: bello Sertoriano medio Spartacus gladiator ſeruis ſeſe ducem præbuit, nec niſi cõſularib. copijs uinci potuit. In Sicilia Eunus Syrus ad [illegible] M. ſeruorum coegit. eademque fama per uniuerſam ferè Græciam exciti ſerui, cùm alibi, tum etiam in Attica metallorum cuſtodib. interemptis, & Sunio occupato, plurimum negocij Romanis exhibuere. Diuerſis in locis ad [illegible] myriades periſſe in motu hiſtoriæ tradunt.

[illegible])Ad effugiendam ſcilicet auaritiã. Id quod ex n. 45. infrà intelligi poteſt, quãdo inquit, [illegible] τὴν φιλοχρηματίαν.

[illegible])Vt rectè & decorè ſecundùm omnes partes uideatur inſtituta. Infrà n. 44. expoꝺit, [illegible] αὐτὴν καθ᾽ αὑτήν.

[illegible])Idipſum lib. 2. Rhetor. apertè de Repub. Spartanorum pronunciat.

[illegible])Vti etiam lib. 1. c. ult. n. [illegible] ex Platone de Repub. mutuatum.

[illegible])Totus in eo fuit Lycurgus, ut ciuitatem redderet à uoluptatibus temperantem, à laborib. & doloribus inuictam. Diuitiarum ſtudium ex oraculo, ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν, planè exterminatum uoluit, & per conſequens luxum opulentiæ ſobolem, auaritiæ comitem.

[illegible])In quacunque ciuitate luxus regnat, in ea neceſſe eſt diuitias magni fieri, & per conſequens auaritiam irrepere: præſertim ſi ciues mulieribus inſuper dediti ſint, nec tantùm per ſe, quia prodigi, uerumetiam propter mulierum blanditias, quibus nihil denegare poſſunt, diuitias ecu luxus inſtrumẽta ſint ſtudioſè quæſituri. Ergo ut quàm maximè Spartani per ſe non eſſent luxui dediti, attamen propter mulierum intemperantiam tales eſſe uiderentur: præſertim cùm non domi tantùm Spartanæ imperarent maritis, uerum etiam Reip. negotia pro ſuo nutu per maritos adminiſtrarent, quod Plut. in uita Agidis & Cleomenis oſtendit. Gorgo Leonidæ regis uxor, cùm peregrina quædam ei obijceret, Quòd proter naturæ inſtitutum ſolæ Lacænæ uiris imperarent: Et iure quidem, inquit, cum ſolæ uiros pariamus.

[illegible])Celtas Græci Occidentales uniuerſim appellarunt, licet eos uerò diſertè Gallos Celtas dictos, à Belgis & Aquitanis & Narbonenſibus diuerſos. Budæus lib. 1. Pandectarum [illegible], ultra Celtas, interpretatur, [illegible] uicinas deriuans. Athenæus lib. 13. c. 27. Celtas eiuſdem criminis accuſat. Cæterùm quod in Celtis popu[illegible] reprehenderunt, id ſcriptores ipſi ſuæ patrocinantes libidini fortaſſe confinxerunt: nemo nuſquam tam frequentia [illegible] exempla, quàm apud Græcos extitiſſe perhibeantur. Iupiter Ganymede Phryge, Laius Chryſippo Pel[illegible], ille Cretenſibus, hic Thebanis, pæderaſtiam ſuo exemplo intulère. Quoniam hodie inter Chriſtianos hoc numine male [illegible]ane, notum eſt. Quæ portenta ſub Romanis Impp. fuerint, lo naturæ ipſius dedecus, hiſtoriæ docent. An igitur uniuerſalis appellatione Celtarum uel ex occidentalib. eos qui Græciæ ſunt proximi intelligit?

[illegible])Quales fuêre Thraces, auctore Orpheo, ſummo illo theologo, & ſi quod de illo narratur uerũ eſt, ſummo nebulone, æternisq; digno cruciatibus.

[illegible])Siue Homerus ille fuerit, ſiue quis alius. Odyſſeæ θ decantatur Martis cum Venere adulterium.

[illegible])Populariter bellicoſæ quæq; gentes amoribus ſunt deditæ: ut apud quos τὸ [illegible] τῶν ψυχῶν dominatur, apud eoſdem quoque τὸ [illegible] dominari queat, utrumq; ſcilicet ἄλογον. Singillatim inſuper plerique bellicoſi uiri hac infamia laborarunt. Ninus in Semiramide inſaniuit. Pericles in Aſpaſia. Themiſtocles uxori inſeruiuit, ita ut per iocũ quod puer eius uellet, id tota Græcia uelle diceretur, cùm puer matri, mater Themiſtocli, Themiſtocles Athenienſib. Athenienſes reliquæ imperarent Græciæ. Iulius Cæſar etiã mollitiei crimine ſuſpectus fuit. Tantò maior laus Alexandri Magni, qui Perſides omnes ex oculis ſubmoueri iuſſit, & P. Scipionis, qui reguli Hiſpani formoſiſs. uxorem intactam ſeruauit.

[illegible])Ad quotidiana pacis negotia mulieribus audacia nihil confert. Ad bellica & fortuita fortaſſis aliquid conferat (præſertim cum Plato ſumto à belluis argumento fœminas nõ minus quàm mares munia bellica ſubire debere, ſed remiſſiora illa, exiſtimet) & tamen Spartanis parum contulit quando poſt Leuctricam cladem, Epaminondas & Pelopidas Thebanorum Bœotarchi uictorem exercitum nemine occurſante Spartam uſque duxêre, & ciuitatem (quod nunquam antea contigerat) obſidione cinxêre. Tanta enim fuit ſenum trepidatio, & mulierum præ timore uelut lymphatarum [illegible] diſcurſatio, ut plus [illegible] fuerit Ageſilao regi (alter enim Cleombrotus ad Leuctra ceciderat) [illegible] mul[illegible] [illegible]o, quàm ab hoſte ſuſt[illegible]endo. At ueteſ [illegible] Lac[illegible] [illegible] bello Meſſenio [illegible] prompta [illegible] Aeliano: & multo poſt Archidamia regina cu[illegible] [illegible] minarũ manu, quæ nocturno opere [illegible] urbem circumd[illegible] [illegible]. Pyrrum Epirotarum regem à patria repulit: quod Plut. in Pyrrhi uita affirmat.

[illegible])Spartani contra Meſſenios bello ſuſcepto, iuramento ſe obſtrinxerant, non niſi ſubacta Meſſena domum redituros. Cùm uerò obſidio in decennium traheretur, ut Sparta propter maritorum abſentiam penitus [illegible] iuuenes aliquot qui poſt iuſiurandum in ſupplementum uenerant delegerunt, Spartamque remiſsis promiſcuos fœminarum concubitus reparandæ prolis gratia permiſerunt. Quod Iuſtinus ex Trogo refert. Hac igitur ratione primùm licentia data eſt mulieribus minore cum cura pudoris tuendi. Deinde rei familiaris adminiſtratio tota ad illas deuoluta eſt. Acceſsit tertium, quòd aſsiduitate bellorum ſublatis maribus, multarum familiarum opes ad mulieres deuolutæ ſunt hæreditario iure, ut paulo pòſt docebit. quibus auctæ, & à plurib. certatim expetitæ, inſolentiores euaſerunt.

[illegible] Licentiam ueterem mordicus retinentes mulieres Lycurgus in ordinem redigere non potuit. At Plut. in uita Lycurgi Ariſtoteli hac in parte contradicit: quandoquidem illud impetrarit, ut uirgines corpora & inter ſe & cum iuuenib. firmarent exercitijs gymnicis honeſtis, fœtus eò robuſtiores editoræ, & dolores partus facilius toleraturæ. Nudis quinetiam in feſtis & ſacrificijs ſolennibus (Dianæ præſertim, quæ Caryis Laconiæ oppido colebat[illegible] unde Caryatides dictæ) choros agere permittebat, & dicteria in ſpectantes modeſta iacere: cantu inſuper laudes præclarè de patria meritorum perſequi. Nuditatem ab omni turpitudine remotam corporum tantùm firmæ habitudinis abſ[illegible] ullo fuco cognoſcendæ ergò inſtitutam fuiſſe, ſimul etiam ad honeſtum coniugij deſiderium ingenerandum pertinuiſſe, Plut. teſtatur. Quod inſtitutum Plato in 5 de Rep. imitatus eſt.

[illegible])Μετὰ [illegible] legendum eſſe, res ipſa dictat. Neque enim rationem hic ullam reddit præcedentium: ſed concluſioni eorum, quæ de Muliebri dixerat licentia, nouum caput de Patrimoniorum inæqualitate ſubnectit. Niſi quis [illegible] putet retinendum, ut nimiam mulierum libertatem etiam Patrimoniorum inæqualitati cauſam dediſſe moneat. Lycurgus in conſtituenda Repub. patrimoniorum inæqualitatem ſuſtulit, totumque agrum reliquum in XX[illegible] millia ſortium, urbanum in nouem millia diuiſit, & cuiq; ciuium unã attribuit. Hactenus ergò pares fuerunt & quo ad poſſeſsiones, & quo ad fructus annuos, qui inde percipiebantur: ita ut domum à peregrinatione reuertens, cum manipulos demeſſos æqualiter digeſtos conſpiceret, ad comites ſubridens dixerit, An non hæc meſsis fratrum eſſe uidetur, qui hæreditatem inter ſe ſint partiti?

[illegible])Propter inæqualitatem patrimoniorum multi pauperes euadunt. Pauperes facti & patrimonijs [illegible] exutis, iniquiore animo erga ditiores affecti erunt nec pro aris & focis amplius pugnare nolent, cùm ne ueſtigium quidem agri, quod ſuum ſit, oſtend[illegible] poſsint: [illegible] lib. Gracchi oratione pro lege Agraria apud Gelliũ [illegible]. Porrò ſic affecti uel in parte [illegible] poterunt, pacata præſertim Repub. (nam cum agr[illegible] careant [illegible], mechanici interim opificijs locus ſit [illegible] menſtruam [illegible] uſum conterere non poterunt, eaq. pro[illegible] arcebuntur) uel ad mala art[illegible] conuerſi Remp. turbabunt, uel extra patriam migrantes, ut apud exteros [illegible] maiore cum commoditate uel mil[illegible]ando uel opificium mechanicum exercendo, minnce etiam [illegible], quàm apud ſuos tolerare queant, Remp. ſuis membris orbabunt.

[illegible])[illegible] illo modo, quando ſcilicet ſi uendendi & emendi omnia libertas datur: & hoc, quando donandi uel hæreditatem relinquendi licentia permittitur.

[illegible])Puella locuples orba uel tutoris uel proprio arbitrio cui uult nubit, cui uolt bona paterna omnia uel

donat

uel donet oriens, uel poſt mortem leget. Is cui dedit uel legauit, de ijs tanquam proprijs & in uita & in morte liberè ſtatuere poteſt. At conducibilius fuiſſet uel puellæ non permittere hanc poteſtatem bona paterna extra familiam in alienos quoſuis transferendi: uel ſaltem ei, cui dediſſet legaſſetue ſua, frænum imponere, ut ijs uiuens tantùm frueretur, moriens rediret ad puellæ gentiles. Tale quid innuere uidetur Ariſt. Præter id euenit, ut Epitadeus Ephorus indignatione contra filium ſuſcepta legem promulgarit, uti patri liceret quem uellet etiam externum hæredem ſcribere. Hac proinde ratione factum eſt, ut ſortes illæ patrimoniorũ nouem millia, quæ in Spartana urbe erant, ad paucos fuerint tranſlata, partim dotium magnitudine, partim donationum captatione.

ὅτι μὲν τῶν νομοθετῶν.) Lycurgus ξενηλασίαν, hoc eſt peregrinorum expulſionem lege ſanxerat, ne illis quolibet tempore Spartæ uerſari, neque ciuibus etiam ſuis quando & quò uellent peregrinari liceret, ne hoſpitum cõuerſatione mores quoq; ſimiles induerent: ſiue (quod Thucydides ſuſpicatur) ne politiæ conſtitutionem peregrini addiſcerẽt, eámque imitati, bellica fortitudine Spartanis & pares & ſuperiores fierent. Quam ob cauſam quoque eum ijſdem ſæpius dimicare prohibuit, ne diſciplinæ illorum militaris æmuli fierẽt. Ergo Sparta uiris exhauſta per continua bella, poſteriores reges legem Lycurgi ſoluerunt, & peregrinos in ciuitatem ſuſceperunt. De Cleomene, qui Rempub. collapſam reſtituere uoluit, Plutarchus narrat, quatuor illum millia ex uicinis & alijs in ciuitatem accepiſſe.

μυρίους.) Decem millia. Plutarchus nouem millia ciuium Spartanorũ à Lycurgo recenſita ait: reliquæ Laconiæ XXX millia: in tot enim ſortes totum agrũ Laconicum diuiſum fuiſſe. Strabo lib. 8. Spartam olim ἑκατόμπολιν dictam ait, quòd centum urbibus imperaret. at ſua ætate uix triginta pagos in tota extare Laconia.

περὶ τὴν ἐφορείαν.) Ephori quinq; è populo creabantur eo more, quo Senatores, penes quos erat ſumma rerum, ad eoſdem quoque prouocatio à regibus & ſenatoribus dabatur, reges ijſdẽ aſſurgebant, ius illi in omnes, uel in ipſas reges uitæ necisq; habebant, nemo in illos. Si quando illi è populo uocaſſent, concito gradu & propemodum curſu ad eos properabant, tantæ obſeruantiæ cauſa. A Theopompo rege primùm introducti perhibentur, ad refrænandam regum potentiam. Sed quod in Repub. Romana contigit, ut Tribuni ad populi contra iniurias patriciorum defenſionem primum creati, tyrannidem poſtea plebeiam inuaſerint: idem Ephoris, nulli præſertim cenſuræ & animaduerſioni obnoxijs, ut tyranni quidam populares euaſerint. Quos cùm Agis rex multo pòſt in ordinem redigere, & ueterem Lycurgi diſciplinam reuocare uellet, ab ijſdem è medio ſublatus eſt. Secutus eum Cleomenes, non prior tulit quã perfecit, adeoq; interfectis Ephoris, magiſtratum Lycurgi legibus contrarium penitus ſuſtulit.

καὶ ἡ ἄνεσις δὲ τῆς διαίτης.) Locus obſcurus, niſi fortè corruptus. An cùm intemperantiſſimè illi uiuerent in Syſsitijs, totam totius ciuitatis oculis, eo insuper corrupti frugalitatem eorundem laxare, & luxui cæterorum libertatem concedere uoluerat (præſertim cum ciuium aliqui quod infrà n. 15. teſtatur) temperantiam exoſi, palàm id per leges ſibi licere cuperent, quod clàm contra leges deſignabant. Hac profectò intemperantiæ publicæ permiſsione Ephori quantum in ſe fuit Remp. Spartanam, quam Lycurgus Temperantia & Opum contemtu tanquam duabus columnis domi, tertia uerò Diſciplina militari foris firmatam uoluit, euerterunt.

τὴν ἀρχὴν αὐτῶν μεγάλην.) Idipſum Plato lib. 4. de Legibus affirmat.

δημαγωγεῖν.) Ipſi reges cogebantur Ephoros non aliter obſeruare, quàm in Democratijs tum alijs tum præſertim Atheniẽſium Rhetores populus colebant. Vnde δημαγωγοὶ dicti, non tam quòd eloquentia ſua populũ ducerent, quã quòd eiuſdem gratia & auctoritate ducerentur. Cæterùm quia Ephori ex populo deligebantur, ut paulo antè monuit, ea propter reges dũ Ephoris populari magiſtratui inſeruiũt, ipſimet plebi inſeruire uidẽtur. Simili formula loquẽdi utitur infra cap. 11 n. 14.

ὅτι διὰ τὸ νομοθέτην.) Lib. 5 cap. x. disertè à Theopompo introductos primùm aſſerit Ariſt. At hic dubitet, an à Lycurgo ſint conſtituti. quod Herodotus in Clio affirmat, & Satyros apud Laertium in Chilone. An ergo Legiſlatoris appellatione non Lycurgum, ſed Theopompum intelligit? Xenophõ in Repub. Spartana putat à principib. ciuitatis fuiſſe inſtitutos. Cleomenes rex, qui eos è medio ſuſtulit poſt Agidem, occupatos reges bello decennali contra Meſſanios, amicis quibuſdam iuris in ſua abſentia dicundi poteſtatem permiſiſſe aſſerit, tanquam miniſtris & uicarijs ſuis: quam illi ſenſim ampliarint, ut ipſis etiam regib. formidabilem & exitialem conſtituerint.

μὴ τὸν τρόπον δὲ τοῦτον.) Idem modus eligendi Ephoros & Senatores. De quo poſt.

ὅτι μὲν ἀνάγκας οὐ καρτερεῖν.) Hinc iocus cuiuſdam, Spartanos non iniuria periculorum omnium ipſius quinetiam mortis contemtores euadere, uti à uita tam miſera ſordidaq; quam citiſsime abſoluerentur.

περὶ τὰ φιδίτια.) Syſsitia Lycurgus imitatione Andriorum Cretenſium inſtitueret, conuiuia publice omnium ciuium, locis publicis diſcumbentium, quindecim plus minus ſimul, neque licebat domi priuatim cibum ſumere, niſi uel tardius à uenatione reuerſi eſſent, uel ſacrum familiare feciſſent. Pueri etiam hiſce conuiuijs intererant, tum ut ſobrietatẽ à patribus diſcerent, tum ut honeſtiſsimorum colloquiorum auſcultatores eſſent. Vnuſquiſq; de ſuo ſingulis menſibus in commune conferebat farinæ medimnum unum, uini choas duos, caſei quinq; minas, ficorum ſemiminas quinque, & aliquantum pecuniæ ad obſonia.

πρὸς γὰρ μέρος.) Vti Phaleam ſuprà cap. 7. n. 49. reprehendit, qui leges omnes pacis tantùm temporibus accommodaſſet: ita econtrà Lycurgum, quòd belli potius quàm pacis artes in ſuis ciuibus plantarit. Hoc ipſum infrà etiam lib. 7. repetit. Polybius item lib. 6. Plutarchus tamen non ad bellicam uictoriam, ſed ad uirtutis exercitium ſuos ciues Lycurgum componere uoluiſſe aſſerit: cæterùm hanc domeſticã uirtutis exercitationem ueluti per accidens uictorias fortitudinis bellicæ meritò parcas concomitatas eſſe: quarum dulcedine allecti, ſenſim à ciuili uirtutis ſtudio ad caſtrenſes uirtutes delapſi, legiſlatoris inſtitutum ſunt fruſtrati.

ἐσῴζοντο μὲν πολεμοῦντες.) Vincere norant, uictoria uti neſciebant, quod illic de Hannibale quidam, ſed diuerſo reſpectu. Et Augustus Cæſar cùm audiſſet, annos natum XXXII. Alexandrum magna orbis parte ſubacta dubitaſſe quid deinceps acturus eſſet, mirabatur, quòd non magis arduum arbitraretur, ſpacioſum imperium quod teneret componere, quàm nouũ ediſcare. Plut. in Rom. apopht.

ἄσκησιν ἑτέραν κυριωτέραν.) Nullam potiorem diſciplinam bellica didicerant, politicam ſcilicet & urbanam, quæ non in cõparando, ſed in conſeruando uerſatur imperio.

τὴν μὲν γὰρ πόλιν.) Lycurgus auaritiã radicitus euellere cupiens, non priuata patrimonia inter ciues adæquauerat, ſed ne publici fiſci exemplum noceret, nullos in ærarium theſauros inferri uoluit. Quod eius conſilium Ariſt. utpote temporibus bellicis minime ſalutare reprehendit. quandoquidem crebris & longinquis expeditionibus reſpub. tandem ad egeſtatem recidit. Atqui Lycurgus imminentem dominandi libidinem suis ciuibus ſuis inſerere uoluit, nec præcauere tamen potuit. Si pauci contenti, ſua potius conſeruare quàm alienis inhiare uoluiſſent, agro ſatis fertili & ſemetipſos domi alere, & ad uicina bella in Peloponneſo ſufficiẽda ſatis inſtructi eſſe poterant. Deinceps uerò imperij propagatio, ut ſumtus bellicos maiores requiſiuit, ita qui domi non habebant, aliunde petere coacti, peregrinis opibus locum in republica dedêre.

Primus certè Lyſander, captis Athenis, prædam cum magna pecuniæ ui Spartam miſit. Tunc
primùm aurum in urbis ærarium illatum, feneſtram ampliſs. priuato-
rum auaritiæ patefecit.

POSTEA

POSTEAQVAM Reſpub. commentitias examinauit, tranſit ad eas quæ reuera uel olim floruère, uel etiamnum ætate Ariſt. florebát. Quarum examen in

- Genere proponit, duobus comprehenſum capitibus. N. 1. Conſiderari enim illarum inſtitutio poteſt uel
  - Reſpectu optimæ Reip. utrùm cum illa conſentiat, nécne. N. 2.
  - Per ſe, num ipſa ſecum ipſa pugnet, & contrarias leges, aut à fine ſuo diuerſas proponat. N. 3.
- Specie perſequitur. Numerũ Rẽpub.
  - SPARTANORVM hoc cap. Lacedæmoniorum leges & conſuetudines examinat tum in
    - Specie, quo ad
      - Perſonas, quæ Reip. partes uel
        - Non ſunt, Serui Ilotæ. De his ſub ſigno I.
        - Sunt tum
          - Mulieres. Vide ſignum II.
          - Viri. Numerũ
            - Subditi, quibus liberorũ Procreatio liberrimè eſt permiſſa. Vide IIII.
            - Magiſtratum triplex,
              - Democraticum, EPHORIA. Vide V.
              - Ariſtocraticum, SENATVS. Vide VI.
              - Monarchicum, REGNũ. De Regum
                - Succeſsione. Vide VII.
                - Poteſtate. Vide IX.
      - Res uidelicet
        - Opes tum
          - Priuatas. De PATRIMONIORVM inæqualitate, ſub ſigno III.
          - Publicas, ÆRARII. Vide XI.
        - Comeſſationes publicas SYSSITIORVM. Vide IIX.
    - Genere, TOTIVS Reip. conſtitutionem bellicam potius quàm politicam. Vide X.
  - CRETENSIVM. Cap. X.
  - CARTHAGINENSIVM. Cap. XI.
  - ATHENIENSIVM. Cap. XII.

I.
PRIMVM caput animaduerſionis eſt de Seruis, quos Ilotas uocabãt, bello captos, iiſq; agri cultum extra urbem demandabãt: ipſi à ruſtico ſimul & quouis alio opere mechanico feriati, Remp. tantùm & domi & foris curabant. Ariſt. ergo hunc Spartanorum eſt ſily

- Finem approbat ex communi omnium conſenſu: Iis qui Remp. rectè gerere debent, otium & uacationem à neceſſariis quidem, ingenuo tamen homine indignis operibus, tum ruſticis tum mechanicis, conuenire. Nu. 4. Propterea etiam lib. 1. cap. 7. n. 19. uiros locupletes domeſticam curam præfectis ſuis demãdare ſoliros ait, ipſos interea uel politicæ uel philoſophiæ operam dare.
- Modum ſiue ea per quæ hũc finem ſe conſequuturos putabant (nimirum ſi ſeruos urbe eiectos per agrum diſtribuiſſent, imitatione Cretenſium & Theſſalorum) in dubium reuocat. N. 5. Ratiocinatio talis eſſe uidetur:
  - In quacunq; Rep. ſeruitiorũ uel rebellio facilis eſt, uel moderatio difficilis & moleſta, illam non bene conſtitutam eſſe oportet.
  - Atqui in Rep. Spartana ſeruitiorũ &
    - Rebellio facilis eſt. Declarat p cõparationẽ Cretẽſiũ et Theſſalorũ, ſimili cõditiõe ſeruos publicos agricolas habentiũ. Spartanis enim quo ad euentum
      - Similes eſſe Theſſalos oſtendit κατὰ τὸ
        - ὅτι. Similes ſunt quo ad rebellionem ſeruorum inter ſe tum
          - Theſſali, contra quos ſæpe Peneſtæ ſerui inſurrexerunt. N. 6.
          - Lacedæmonij, perfidiam ſeruorum ſuorum Ilotarum frequenter experti. Num. 7.
        - Διότι, cur ſint ſimiles. Apud utroſq; enim bellorum externorum occaſione perfidiam ſuam erga dominos ſerui exercuerunt. N. 8.
      - Diſsimiles ſunt Cretenſes, ueluti per anthypophorã. Vide ſig. A.
    - Moderatio difficilis exiſtit & moleſta, propter ſeruilis ingenij uel ſtultitiam uel improbitatem. N. 13. Etenim ſi tractentur
      - Blandius & remiſſius, animos ex domini indulgẽtia concipiunt, ipſiq; licentia peiores redduntur, & cum metu etiam obedientiam abijciunt. N. 14. Proinde Plato lib. 6. de Leg. uncè cauendum putat, ne cum ſeruo dominus ludat, ne familiaritate nimia contemptior euadat.
      - Durius & inhumanius, ſeueritate domini exaſperantur & efferantur, & cum metu etiam odium induũt. N. 15.
  - Ergo Rempub. Spartanam hac in parte non bene conſtitutam eſſe oportet. N. 16.

- **A. Diſsimilitudinis affert vi**
  - *Hoc.* Diſsimiles ſunt à ſe inuicem
    - Cretenſes, *ſeruorum ſuorum, quos περιοίκους dicunt (hoc eſt in urbium circuitu in uillis habitantes, & agrum colentes) perfidiam nunquam experti.* N. 9.
    - Theſſali *&* Spartani, *perfidiam ſuorum frequenter experti.*
  - *Διότι.* Cauſa cur ſerui
    - Cretenſium *non rebellarint, ea eſt, quòd cùm inſulani ſint, neq; ab externo hoſte multum tententur, ſi quando inter eos contingat bellum oriri, cùm omnes ſimili conditione ſeruos habeant, ſerui in hoſtium partes tranſire nolent, non meliore apud illos quàm apud priores dominos loco futuri.* N. 10.
    - Reliquorum *rebellarint, ea eſt, quòd meliore cõditione apud inimicos ſerui eſſent: & propterea inuitati ad rebellionem, dominiq; ſeue ſortis excutiẽdi, & tolerabilioris ſeruitutis conſequendæ ſpe nõ difficulter ad conſpirandum contra dominos inducebantur,*
      - Ilotæ *quidem Spartanorum, ab Argiuis, Meſſenijs & Arcadibus, hoſtibus uicinis.* Num. 11.
      - Peneſtæ *Theſſalorũ, ab Achæis, Perrhæbeis & Magnetibus.* Num. 12.
- **II. MVLIERVM Lacedæmoniarum libertatem nimiam reprehendit tum**
  - Directè, *quòd & legum rectæ inſtitutioni per omnes partes, tanquam Formæ, tum uerò etiam Legiſlatoris inſtituto tanquam Fini officiat.* N. 17. *Vide in ſeq. ſignum A.*
  - Obliquè, *cauſam huius nimiæ libertatis uelut ex aliorum obiectione impugnãdo. Cauſam huius licentiæ*
    - Hiſtoricè *affert. Mulieres licentiæ ſuæ*
      - Occaſionem *à uiris acceperunt.* N. 34. *Nam cùm militiæ cauſſa uiri abeſſent, imperium domeſticum penes illas erat: quod, domũ reuerſi, non modò non coercere, ſed partim blandimentis, partim fide & induſtria uxorum adducti, ut quæ licet abſentibus maritis domeſtica egregiè curaſſent, ampliare uoluerunt.* N. 35.
      - Correctionẽ *à legiſlatore non habuerũt. Etenim Lycurgus*
        - Viros *uolentes in ordinem redigere potuit, ut à rebus bellicis feriantes legibus ſe ſubijci paterentur.* Nu. 36. Ratio. *Aſſueti enim diſciplinæ militari, quæ multas uirtutis partes complectitur, utputa prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, facilius diſciplinam quoque ciuilem admiſerunt.* N. 37.
        - Mulieres *ob ueteris libertatis aſſuetudinem repugnãtes coercere non potuit.* Num. 38.
    - Philoſophicè *examinat tũ quo ad*
      - Effecta. *Ob diuturnam abſentiam uirorum in bello, res domeſticæ neglectus*
        - Vt *uictoriarum cauſa uiris extitit.* Num. 39.
        - Ita *intemperantiæ muliebri occaſionem dedit.* Num. 40.
      - Formam. *Nã licentia iſta uitioſa planè eſt, à quibuſcunque tandem quacunq; occaſione introducta fuerit. Deductio talis eſt:*
        - Inſtituta *& conſuetudines inhoneſtæ ſunt fugiendæ. Ratio per contentionem. Examẽ enim illarum*
          - Non *ſuſcipimus quo ad cauſas, utrum ſcilicet uenia an miſericordia, utrum laude an uituperio abſolutè ſint digna.* N. 41.
          - Suſcipimus, *ut rectè an non rectè ſe habeant, intelligamus: & has quidem fugiamus, illas uerò ſectemur.* Num. 42.
        - At *Spartanarum mulierum licentia inhoneſta eſt, ſicuti ex præced. conſtituit.* N. 43. *tum reſpectu*
          - Formæ, *quandoquidem εὐσχημοσύνην reipſa quam deformat.* N. 44.
          - Finis, *cùm legiſlatoris προαίρεσιν turbet, & pro cõtemptu opum auaritiam inuehat.* N. 45.
        - Ergo *licentia Spartanarum meritò eſt reprehendenda.*

A. Pro

R. Pugnat cum

- ἀτονία & recta legum inſtitutione, quæ omnibus partibus cōmunis eſſe debet, tali ratiocinatione:
  - In qua ciuitate uirorum tantùm inſtitutio proba eſt, mulierum non item, illa non rectè eſt inſtituta. N. 20. Ratio à toto ad partem:
    - Reipublicæ recta conſtitutio ex omnium partium recta inſtitutione pendet.
    - At ut Viri, ita quoque Mulieres partes ciuitatis ſunt. Demonſtrat à pari
      - Quemadmodum enim domus ex Viro & Muliere conſtat. Num. 18.
      - Ita quoq; urbs, quam domus conſtituunt, ex uiris & mulieribus. N. 19. Vt ſuprà lib. 1. c. 13. n. 69.
    - Ergo recta Reipublicæ inſtitutio in mulierum non minus quàm uirorum recta inſtitutione conſiſtit.
  - At in Spartana ciuitate uirorum tantùm, non etiã mulierũ recta eſt inſtitutio. N. 21. Declarat. Lycurgus ad ſtudiũ fortitudinis & tẽperantiæ
    - Viros quidem egregiè traduxit. N. 22.
    - Fœminas non traduxit, cùm ob nimiam libertatem & intemperanter & molliter uiuant. N. 23. Voluit quidem (uti paulo pòſt n. 38.) ſed non potuit.
  - Ergo Spartana Reſpublica non eſt rectè inſtituta.
- ὑπόθεσιν legiſlatoris Lycurgi, qui totus in eo fuit, ut ciues ſuos redderet
  - Opum cōtemtores. At opum contemtui infeſtam eſſe muliebrem hanc licentiam, ſic oſtendit:
    - Quicunq; luxuriæ ſunt dediti, & mulieribus ſeruiunt, luxuriæ quoq; duas comites, luxum quidem in prodigendo, auaritiã uerò in comparando complectũtur.
    - At Spartani luxuriæ ſunt dediti, cum cauſa mulieribus omnia concedunt.
      - Pleriq; populi bellicoſi etiam mulieribus dediti ſunt. Oſtendit id auctoritate
        - Hiſtoricorũ, ex quibus diſcimus, bellicoſos populos mulieribus addictos
          - Eſſe pleroſque. N. 25.
          - Non eſſe eos, qui abominandam pæderaſtiam ſequũtur, naturali uenere neglecta, ut Celtæ. N. 26.
        - Poetarum. Qui primus cum Venere Martem in adulterio deprehenſum finxit, nõ ſine ratione id fecit. N. 27. Nam ut plurimũ militares homines alterutro horum amorum inſanire uſus docet. N. 28.
      - At Spartani etiam bellicoſi maximè.
      - Ergo etiam mulieroſi. N. 29.
    - Ergo Spartanos quoq; ut luxuriæ, ſic luxui & luxus proxenetæ auaritiæ ſtudere par eſt. N. 24.
  - Iuſtos. At huic ipſi repugnat muliebris impotentia:
    - Vbi mulieres dominantur, ibi multa iniuſta fieri neceſſe eſt, propter animi muliebris impotentiam.
    - At apud Lacones dominantur mulieres. N. 30. Per anthypophoram. Neget quis, mulieres Spartæ imperare. Interpretatur ergo ſeipſum, hoc eſt, eos imperare, qui mulieribus ſeruiant. Perinde enim eſſe, uel mulieres, uel γυναικοκρατουμένους imperare. N. 31.
    - Ergo apud Spartanos multa iniuſta fieri neceſſe erit.
  - Fortes & bellicoſos, in Repub. foris contra hoſtes defendenda. Sic fortaſſe putarit quis libertatem Spartanas mulieres audaciores feciſſe, ut ſi quando hoſtes irruerent, munia bellica ſubire etiam ipſæ poſſent. At contrarium huius ipſa docuit experientia: nempe quæ procaciſſimæ & audaciſſimæ in pace fuerant rebus ſecundis, eaſdem rebus aduerſis fuiſſe molliſſimas. N. 32. Nam oppugnantibus Spartam Thebanis, plus ferè negotij Ageſilaus rex habuit, in mulierum eiulatibus compeſcendis & abigendis, ne militum animos ſuis ploratibus deijcerent, quàm in reprimendis hoſtibus. Num. 33.

III. PATRIMONIORVM inæqualitatem inſuper reprehenſione dignam putat. N. 46. Eam

- **Proponit** primum quoad
  - **Formam.** X X X millia in reliqua Laconia, X uel nouem millia ciuium Spartæ urbis recenſita, totidē portiones æquales agri obtinuere. Etſi autē ab initio æqualiter diuiſa eſſent à Lycurgo patrimonia, progreſſu tamen temporis contigit, ut quidam opulentiſſimi, pleriq; alij pauperrimi euaderēt. N. 47.
  - **Euentum,** eum fuiſſe, ut agri totius poſſeſſio ad paucos ciues deuolueretur. N. 48.
- **Examinat per comparationem Patrimoniorum**
  - **Inæqualitas** urbē ſaetis populoſam ciuibus orbauit, ob legiſlatoris inconſiderantiā. Nu. 49. Quod quidem tum
    - **Ratione** deducit, Lycurgi cōſilium partim
      - **Proponens.** Ille enim
        - **Sanxit** quidem, Turpe eſſe, ſi quis patrimonium uel proprium uenderet, uel alienum emeret. N. 50. Vt hac ratione & ad propria cōſeruanda & ad aliena non appetenda ciues aſſuefaceret.
        - **Non** ſanxit interim quicquam de Donationibus & Hæreditatibus, ſed eas liberas permiſit. N. 51.
      - **Impugnans tum in**
        - **Genere,** tali ratiocinatione
          - **Si** idem mali ex libertate donandi prouenit, quod ex libertate emēdi & uendendi, non minus illam quàm hanc lege coercere debebat.
          - **Atqui** non minus mali inde prouenire potuit: nimirum ut diuitiæ omnes & ager ipſe totus ſenſim progreſſu temporis ad paucos perueniret, adeoq; ciues pleriq; ad egeſtatem redacti, cùm neq; commodè uiuere poſſent, nec artē mechanicam exercere auderent, alias ſedes quærere cogerentur, ita ut ciuitas deſolaretur. N. 52.
          - **Ergo** donationis quoq; & hæreditatū licentia legibus coercenda fuit.
        - **Specie,** reſpectu Mulierum, propter quas Reſp. in maximam patrimoniorū inæqualitatem incidit, idq; ob liberas dotes et hæreditates. Quæ quidem
          - **Proponit.** Ad mulieres ex quinq; agri partibus ferè duæ partes redierūt. N. 53. Partim ob
            - **Hæreditatem,** cùm ob aſſidua bella multis familijs exhauſtis ad filias paterna bona omnia peruenerint. Num. 54.
            - **Dotum,** quas parentes largiri conſueuerunt, magnitudinem. N. 55.
          - **Reprehendit. Quoad**
            - **Dotes,** Præſtabat nullam, aut paruam, aut ſaltem moderatā dotem dare: ne propter dotis magnitudinem uel mulieres inſoleſcerent, uel mariti auari redderentur, maiorem dotis quàm morum rationem habentes. N. 56.
            - **Hæreditatem,** Libertas illarum nimia eſt et indefinita. Cuius quidē libertatis
              - **Forma** ea eſt, ut liceat
                - **Puellæ** orbæ, ad quam omnia paterna bona familiarum deuoluta ſunt, ea in quemcunq; uolet uel teſtamento uel donatione transferre. N. 57.
                - **Donatario** ſeu legatario, ad quem bona puellæ peruenerūt, uel moriendo teſtamento ea relinquere quibus uolet, uel uiuendo cuicunq; pro libito donare. Num. 58.
              - **Effectus** is eſt, ut propter has indefinitas hæreditatum accretiones & donationes non urbs modò, ſed & regio tota propè ad ſolitudinem ſit redacta: cùm quæ X X X olim millia peditum, & equites M D alebat, hodie uix mille alat. N. 59.
    - **Auctoritate** confirmat hiſtorica, ipſa nimirum experientia, ab Effectu. N. 60. Hanc ſiquidem inæqualitatem patrimoniorum nullis coercitam legibus ſecuta eſt ciuium paucitas tum
      - **Nunc,** quando Leuctrica clade ab Thebanis affecta, ob paucitatem ciuium penitus concidit Spartana reſpub. totius olim Græciæ & frænum & decus. N. 61.
      - **Olim:** eni ut moderarētur, peregrinos in ciuitatem recipere, & ciuitate donare ſunt coacti. Nu. 62. Etſi Sparta olim admodū populoſa eſſet, ut quæ decem millia ciuium contineret. N. 63.
  - **Aequalitas** econtrà urbem uel infrequentem poterit reddere populoſam: ſi id caueatur, ne patrimonia ad paucos ſuperſtites deuoluantur, ſed uel inter ciues alios, uel ſi illi deſint, inter peregrinos in ciuitatem adſcriptos diſtribuantur. N. 64.

IIII. PRO-

IIII.

PROCREATIO *Liberorũ. Vt ciuitatem frequentem redderet Lycurgus, & orbitati ex bellorum aſſiduitate orituræ occurreret, ius triũ liberorum introduxit. Quod ipſum tamen non tam ad frequentiam, quàm ad ſolitudinem urbis, etſi non per ſe, per accidens tamen, conferre aſſerit: & propterea correctionis inæqualitatis in ciuitate ciuibus frequentanda, non penitus contrariam, ſed ſubcontrariam eſſe affirmat. N.65. Vt ſit ratiocinatio talis:*

- **In** *quacunq; ciuitate ciuium pauperum turba maxima eſt, illa diu uiris florere nequit. nam paupertate preſſi numero plures, uel domi res nouas aggredientur, in fortunis aliorum inuadendis atq; publicandis (unde ſeditiones & interitus Reipublicæ) uel foris alimenta quærere cogentur: & ſic ſuapte ſponte exulabunt.*
- **At in Spartana** Rep. pauperum turbam maximam fieri neceſſe eſt. Deducit:
  - **Aequatis** *patrimonijs, ſi multitudo liberorum accidat, familias ad egeſtatem reduci neceſſe eſt. N.67.*
  - **At** in Spartana Republica æquatis à Lycurgo patrimonijs, multitudo liberorum non tantùm permittitur, uerùm etiam præmijs muitatur. N.66.
  - **Ergo** Spartanas familias ad egeſtatem redigi, & pauperum turbam maximam fieri neceſſe eſt.
- **Ergo** Spartana Reſpublica diu uiris florere non poterit, cùm uel domi res nouas ſint agitaturi, uel exilio ſolum mutaturi propter egeſtatem. Præter id quòd, ut paulo poſt n.120. docebit, ſi multi pauperes fiant, qui ſymbolam menſtruam in Syſsitia conferre nequeant, à magiſtratu arcebuntur. Itaq; ſoli diuites Reip. præerunt, adeoq; Democratia iſta in Oligarchiam mutabitur.

V.

EPHORORVM *magiſtratum quoq; reprehenſione dignũ eſſe ait. N. 68. Tum ratione*

- **Perſonarũ,** *quibus hic magiſtratus committebatur:*
  - **Pauperibus** *ſummos magiſtratus committere periculoſum eſt, ne ob munerum corruptelam ius legesq; prodant patrias.*
  - **At** *apud Lacones ſummus Ephoriæ magiſtratus etiam pauperrimis interdum ex plebe demandari poterat. N.69.*
  - **Ergo** *non ſine periculo corruptelæ. N.70.* Exemplo confirmat. *Sæpe enim Ephori pauperes in ſumma agendi licentia muneribus corrupti, patrias leges prodiderunt, & quantũ in ipſis fuit patriam euerterunt. N.71.*
- **Effectũ, uel** *bis per contentionem, Ephoriam cõſequuntur ſua*
  - **Incõmoda, Reipub.** *nimirũ immutatio, talitratione:*
    - **Ea** *per quæ forma Reip. immutatur, Reipublicæ inimica eſſe uidentur.*
    - **At** *per Ephoriam forma Reip. immutatur. Nam propter Ephororum nimiam poteſtatem coguntur illos reges non minus reuereri, tanquam tyrãnos quoſdam plebeios, quàm in Democratijs ſoleant demagogi dicti ipſum populum. Nn.72. Eatenus ergo ex Ariſtocratia in Democratiam tranſire uidetur Reſpublica N.74.*
    - **Ergo** Ephoria Reipublicæ contraria eſt. N.73.
  - **Commoda, Reipublicæ ſcilicet conſeruatio. Quã**
    - **Proponit** *κατὰ τὸ*
      - *ὅτι. Ephororum magiſtratu Reſp. contineri uidetur. 75.*
      - *διότι. Plebs enim ſummi huius magiſtratus & ipſa particeps, æquiore fert animo & regum & ſenatorum imperium. N.76.*
    - **Confirmat** *rationes*
      - **Vt** *Reſp. conſeruetur, omnes partes conſeruationi eius ſtudere oportet. N.78.*
      - **Atqui** *oẽs partes Reip. Spartanæ conſeruationi eiuſdẽ ſtudẽt, ſiue id caſu, ſiue legiſlatoris prouidentia contigerit N.77. Inductione probat: Amant enim præſentẽ Reipublicæ formam*
        - **Nobiliſsimi** *quidem, Reges ſcilicet, propter hæreditariam ſucceſsionem regni. N.79.*
        - **Optimi** *quiq; propter Senatoriam dignitatem. N 80. Cùm uirtutis præmium hunc magiſtratum eſſe Lycurgus uoluerit. N.81.*
        - **Infimi** *& abiectiſsimi, propter Ephoriæ magiſtratũ ſummũ. N.82. Eius enim non minus plebs quàm locupletiſsimi particeps erat. N.83.*
      - **Ergo** Reſpublica Spartana meritò conſeruatur.
- **Electionis**, *ſeu modi eligendi, quem ut nimis puerilem carpit. N.84.*
- **Officij** *& poteſtatis.* Rerum grauiſsimarum iudicia Ephoris ſunt commiſſa. N.85. *Et propterea conducibilius foret ſecundùm leges ſcriptas ea decidere, quàm ſecundùm arbitrium hominum plebeiorum interdum. N.86.*
- **Morum,** *qui cum inſtituto ciuitatis pugnant. Lycurgus enim ad temperantiã ciues ſuos cõponere unicè ſtuduit. At Ephori ut erant in aliorũ moribus cenſendis ſeueri, ita in ſuis diſſolutiſsimi. N 87. Namq;*
  - **Ephori** *ſine lege ulla uiuunt etiã in ipſis Syſsitijs. N.88.*
  - **Ciues** *reliqui tam arcta frugalitatis compede ſunt adſtricti, ut quando palàm nõ licet illam excutere, clàm uoluptates lege uetitas ſectentur. N.89.*

VI. SENATVM Lycurgus ex ſeniorib*us* ob uirtutis prærogatiuā ex toto populo delectu cōſtituit, numero 28. quibus duo reges addebantur. In quo tamen ipſo quædā animaduerſione digna ſunt. N. 90. uidelicet Magiſtratum huiuſce

- **Functio quæ tenus eſt**
  - **Perpetua**
    - Si ſenatores iſti uel natura uel recta educatione ad uirtutem perfectè conformati eſſent (Num. 91.) tunc Respub.
      - Conferret quidem tales habere iudices & conſultores. N. 92.
      - Non conferret tamē perpetuo eoſdem habere. N. 93. Ratio. Nam ætate decreſcente, prudentia quoq; decreſcit, & unà cum corpore etiam mens, propter organi ſui hebetudinem, deficit. N. 94.
    - At nunc ſenatores nec natura nec recta educatione ad uirtutem perfectè cōformari poſſe uel ipſiuſmet Lycurgi teſtimonio patet, ut qui non ſimpliciter ipſis ambientibus crederet, ſed totum populi iudicium de iis fieri uellet: tum uerò etiam, quaſi metuens, ne ſi aliquando errasse deprehenderentur, totum ordinis auctoritatem in dubium uocarent, eos [illegible] eſſe iuberet. Nu. 95.
    - Eapropter Resp. Senatores tales præficere
      - Conferet quidem aliquandiu, quamdiu ſcilicet & mente per ætatem conſtabunt, & probi permanebunt.
      - Non conferet, ſed periculoſum ualde erit, ſi uel ob ætatem mente uacillare, uel ob licentiam imperandi malè facere cœperint. N. 96.
  - **Libera ab animaduerſione & correctione. Senatores enim**
    - Ab initio Lycurgus propter dignitatem & uirtutis excellētiam ἀνυπευθύνους eſſe uoluit, hoc eſt, qui à nemine uel caſtigari uel accuſari poſſent. Quod ipſum reprehēdit, quòd hac in parte Lex cum Ratione recta pugnet, tali ſyllogiſmo:
      - Qui pœnam merentur, non debent eſſe ἀνυπεύθυνοι ſecundùm rectam rationem, licet lege ſint, ſed ὑπεύθυνοι.
      - At Senatores Spartani pœnā interdum merētur. Ratio:
        - Peccantes puniendi ſunt.
        - At Senatores iſti peccāt uterodum & per auaritiā in accipiendis muneribus, & per prodigalitatem in largiēdis præter meritum publicis. Num. 97.
        - Ergo puniendi ſunt.
      - Ergo non debent eſſe ἀνυπεύθυνοι ſecundùm rectā rationem. N. 98. Quamuis ſint ſecundùm legem à Lycurgo introductam. N. 99.
    - Poſterius Ephororū cenſuræ ſubiecti fuere, ut etiā Reges ipſimet, quandoquidem ad Ephoros prouocatio ab omni dabatur magiſtratu. N. 100. Quod ipſum reprehendit tum reſpectu
      - Ephororum, quibus poteſtas iſta nimis ampla conceſſa fuit, hominibus ſcilicet plebeiis interdum, in eos, qui optimi eſſe debebant. N. 101.
      - Modi. Cenſura hæc per prouocationē fiebat. Nam ſi quis à Senatoribus prouocaſſet, Ephori, ſi uideretur, iudiciū ſaltē reſcindebant, nec ullam aliā pœnā inferebāt Senatorib. qui perperā iudicaſſēt. Atqui hæc uō eſt correctio dicenda, niſi muneris malè geſti ratio exigatur. N. 102.
- **Electio, reſpectu eorum qui**
  - Eligunt, pueris potius quàm uiris cordatis conuenire uidetur. N. 103.
  - Eliguntur, quandoquidem ipſimet Senatoriam hanc dignitatem petere coguntur, ſi eas ſeſe dignos iudicent. N. 104. Quod ipſum reprehendit tum ratione
    - Subiecti. Illi eligendi ſunt, qui digni ſunt hocce magiſtratu, ſiue petant, ſiue non petant. N. 105.
    - Adiunctæ ambitionis
      - Bonus legiſlator ambitionem omni ſtudio præcauere & refrænare debet. Ratione tali
        - Si ambitio & auaritia malorum maximorum cauſa ſunt, bonus legiſlator non debet eas promouere.
        - Atqui illud eſt. Nu. 108. Quod ipſum quoq; paulo antè c. 7. n. 31. affirmauit.
        - Ergo bonus legiſlator illas omni ſtudio præcauere debet.
      - At Lycurgus ambitionem non modò nō præcauit, & refrænauit, uerùm etiā ciuium animis inſeuit. N. 106. Ratio. Nam hoc ipſo, quòd eos ſponte magiſtratum petere iuſſit, ad ambitionem illis uiam fecit. Num. 107.
      - Ergo Lycurgus boni legiſlatoris officio in hac parte non eſt functus.

VII. RE-

VII. REGII magiſtratus examen.

- Genere, utrum Reip. utilius ſit à regibus gubernari, an non ſit, in ſeq. libros reijcit. N. 109.
- Specie, ſuppoſito ſcilicet eo quòd per ſe utile ſit Reipub. attamen eo modo quo Lycurgus inſtituit, utile nõ eſſe, oſtendere conatur. Lycurgus enim ex duabus regijs familijs ab Hercule ortum ſuum trahentibus duos regnare uoluit, & quidem regnum hæreditario iure ad poſteros tranſmittere. Proinde ſic argumentatur:
  - Si boni ſemper ex bonis naſcerentur, rectè Lycurgus regnum hæreditarium feciſſet.
  - Nunc uerò nõ ſemper bonos ex bonis naſci & experientia docet, & ipſemet Lycurgus fatetur. Nu. 111. Deducit:
    - Si ſemper ex bonis patribus boni naſcerentur filij, non eſſet quòd Lycurgus ſuis regibus diffideret, ab Hercule ipſo omni uirtute cumulatiſſimo ortum trahentibus.
    - At nunc illis diffidit. Probat:
      - Niſi illis diffideret, nõ adiungeret illis legatos inimicos, ueluti cenſores & inſpectores omnium operum futuros, neq; diſcordiam inter illos fereret.
      - At nũc &
        - Legatos illis in militiam cum ſummo profectoris imperio adiungit inimicos homines, omnium rerum inſpectores & delatores etiam acerrimos futuros, ſi quando domum reuerſi, ſumma illa poteſtate ſe abdicaſſent. N. 113.
        - Diſcordiam inter reges quacunq; ratione excitare, è ſalute Reip. eſſe putat, ne inter ſe conſpirent, cõtra Rempublicã. N. 114.
      - Ergo regibus ipſis diffidit. N. 112.
    - Ergo non ſemper ex bonis bonos naſci, ipſemet Lycurgus fatetur.
  - Ergo non rectè Lycurgus regnum hæreditarium fecit: adeoq; præſtitiſſet, moribus potius & uirtute, quàm genere & nobilitate reges eligere. N. 110.

IIX. SYSSITIA quinetiam ſeu comeſſationes publicas tantopere ab alijs laudatas, non per ſe, ſed ratione ſymbolæ ipſorũ ſumtuum reprehendit. Nu. 115. Sumtus enim publicorum conuiuiorum facti ex

- Publico, ut in Creta fieri conſueuit, magis æquabiles minimeq; graues ſunt. N. 116.
- Priuato apud Spartanos, partim
  - Graues ſunt & intolerabiles ciuium pauperrimis, qui tantum conferre coguntur, quantum diuites, aut arceantur à Repub. N. 117.
  - Inutiles ſunt Reip. nec id quod legiſlator uoluit, efficiunt. N. 118. Deducit. Syſſitia enim
    - Democratiæ cauſa inſtituit Lycurgus, ut ciues inter ſe mutuo tanto arctiore uinculo ſocietatis adſtringerentur. N. 119.
    - Oligarchiæ potius inſtrumenta eſſe ipſa docet experientia. N. 120. Ratio. Nam cùm lege patria arceatur à magiſtratu is, qui ſumtum menſtruum conferre nequit, pauperibus hac ratione excluſis, ciuitas planè oligarchica euadet, ſolis diuitibus eam gubernantibus. N. 121.

IX. DE REGVM electione ſuprà. Nunc de eorundem imperio. Domi quidem, præter honores quos illis deferebant, uiuis quidem parcius, mortuis uerò tanquam heroibus ampliſſimos, Ephororum tamen cenſuræ erant ſubiecti. Foris uerò αὐτοκράτορες erant. Quod quidem externum imperium ampliſſ. reprehendit uarià rõ

- ... ãe. Cùm id ipſum alij quoq; animaduerterint & reprehenderint. N. 122.
- Adhi. ...
  - Regia poteſtas multiplex in eadem Rep. ſeditiones parit.
  - At in Rep. Spartana regia poteſtas multiplex eſt, & ſibi inuicem ueluti contraria. Nam
    - Domi ſub Ephororum imperio reges à priuatis ciuibus parùm diſſerunt, & legibus ipſis parere coguntur.
    - Foris ab omni legum & Ephororũ cẽſura exẽpti, diuerſam quodammodo regni ſpeciẽ conſtituũt, tum quando exercitui terreſtri præſunt, tũ uerò quàm maximè quãdo claſſi, tyrannica quodammodò poteſtate præditi. N. 124.
  - Ergo ſeditiones oriri neceſſe eſt, propter nimiam regum quando foris ſunt potentiam: quam uti perpetuam habeant, bella ex bellis ſerere, etiamſi Reip. maximè cõtrarium ſit, non uerebuntur. Tum ſi reliqui ciues domi repugnent, reges uerò neq; domũ redire, neq; armis depoſitis legum cẽſuræ ſe ſubmittere uelint, bello inteſtino occaſio dabitur, niſi ipſi ſponte ſua in exiliũ abire malint. N. 125.

X.
IN uniuerſum uerò Rempub. Spartanam reprehendit tum quo ad inſtitutionis

- Modũ imperfectum & diminutum, Platonis imitatione lib. primo de Legibus. N.125.
  - Imperfecta Reipublicæ inſtitutio ciuitatem conſeruare nequit.
  - At Lacedæmoniorum Reſp. imperfecta eſt inſtitutio. Probat:
    - Perfecta inſtitutio ad omne genus uirtutis tendit, tum pace, tum bello.
    - At Spartana nõ ad omne genus uirtutis, ſed ad unam tantùm uirtutis partem, bellicam ſcilicet, pertinet. Nu. 126. Ratio:
      - Quæcunq; uirtutes ad imperij acquiſitionem faciunt, eas Lycurgus celebrauit: quòd in imperio publicum bonum conſiſtere putaret, iuxta Home. illud, αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.
      - At bellicæ uirtutes ad imperiorum acquiſitionem faciunt. N.127.
      - Ergo bellicas uirtutes Lycurgus meritò celebrauit.
    - Ergo non eſt perfecta.
  - Ergo ciuitas conſeruari non potuit. Atqui his enim
    - Bellicis ad imperij acquiſitionem commodis inſtructi floruerunt. Num.128.
    - Vrbanis non inſtructi, & ad imperij conſeruationem pertinentibus, imperium multo ſanguine partum nullo negocio amiſerunt. Num.129.
- Finem, non minori reprehenſione dignum. N.130. Opinionẽ ergo Spartanorum partim
  - Laudat. N.131. Nimirum quòd bona externa omnia, propter quæ homines inter ſe digladiari ſolent, unum ſolum uirtutis ſtudio & exercitio comparari cenſent. N.132.
  - Vituperat, quòd uirtutem propter bona illa externa, propter uictoriam ſcilicet, bonc propter imperium putant expetendam: cùm ſola uirtus per ſe ſit expetenda: cætera omnia per ſe bona non ſint dicenda, niſi ab illa proficiſcantur, & ad illam referantur. N.133.

XI.
COROLLARII deniq; loco publicæ pecuniæ parum rectè à Lycurgo proſpectum afferit. Nu. 134. Cuius quidem affert

- Cauſam. Reſp. Spartana maximè inops eſt, tum quia neq;
  - Theſauros habent magnos, uetante id Lycurgo, & aurum omne è Sparta exterminante, monetam uerò ferream ita corrumpente, ut à uicinis non tam expeteretur, quàm rideretur. N.135.
  - Tributa & uectigalia habent magna uel à peregrinis, quos non omni tempore in urbem admittunt: uel à ciuibus proprijs, qui cùm agri magnam partem poſsideant, in mutuas pecuniæ publicæ defraudationes non inquirunt. N.136.
- Effectus. Hinc adeò contrarium eius, quod Lycurgus nolebat, euenit: nimirum ut Reſpub. (ad cuius tamen commodum putauit omnia referenda) ad egeſtatem ſit redacta, exhauſtis bellorum ſumtibus exhauſta, priuati econtrà ciues diuites ſint redditi, nihil uel parum contribuendo, à quibus tamen is auaritiam longiſsimè abeſſe uoluit. N.137.

CAPVT X.

De Cretenſium Repub. diſputat.

CRetenſiũ [1] uerò reſp. propinqua eſt huic Habet [2] enim pauca quædã, non peius: maiorẽ autem partẽ minus eleganter. Etenim [3] uidetur & ſanè fertur maxima in parte remp. Cretenſium imitata reſp. Laconum. Maior [4] autem pars priſcorum minus correcta eſt recentioribus. Aiunt [5] enim Lycurgum, quando, relicta tutela Charilai regis, peregrinatus eſt, tunc plurimum temporis moratum fuiſſe in Creta propter cognationem. Lyctij [6] nãque coloni Laconum fuerant. Depte-

Ἡ δὲ [1] κρητικὴ πολιτεία, πάρεγγυς μὲν ἐστὶ ταύτης· ἔχει [2] δὲ μικρὰ μὲν, οὐ χεῖρον· τὸ δὲ πλέον ἧττον γλαφυρῶς. καὶ [3] γὰρ ἔοικε, καὶ λέγεται δὲ, τὰ πλεῖστα μεμιμῆσθαι τὴν κρητικὴν πολιτείαν ἡ τῶν λακώνων· τὰ [4] δὲ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων ἧττον διήρθρωται τῶν νεωτέρων. φασὶ [5] γὰρ τὸν λυκοῦργον, ὅτε τὴν ἐπιτροπείαν τὴν χαριλάου τοῦ βασιλέως καταλιπὼν, ἀπεδήμησε, τότε τὸν πλεῖστον διατρῖψαι χρόνον περὶ τὴν κρήτην διὰ τὴν συγγένειαν. ἄποικοι [6] γὰρ οἱ λύκτιοι τῶν λακώνων ἦσαν.

CRetenſium [1] autem reipub. adminiſtranda ratio ad hãc proxime quidem accedit: ſed [2] cum habeat pauca quædam non deteriora, tamen plurima habet minus exculta, minusq; expolita. Videtur [3] enim, & uerò ita dicitur, Lacedæmoniorum reſp. pleriſque in rebus Cretenſem eſſe æmulata. Plurima [4] autem res antiquæ minus ſunt ſuis partibus abſoluta atque articulata, quam recentiores. Aiunt [5] enim Lycurgum, quamdiu relicta Charilai regis tutela peregrinatus eſt, tamdiu, idq; diutiſsime, ad Cretam commoratum eſſe propter cognationem. Coloni [6] enim erant Lyctij à Lacedæmonijs profecti.

Arri-

Deprehenderũt[7] aũt, qui ad eã coloniã uenerũt, ordinẽ legum eſſe in illis, qui tũc illic habitabãt. Quare[8] & nũc periœci eodẽ pacto ipſis utuntur, tanquã Minos primus ordinẽ legũ cõſtruxerit. Inſula[9] aũt uidetur ad imperiũ Græcorũ tenendũ nata, pulcreq́; ſita: ad omne náq; mare uergit, fermè cunctis Græcis collocatis iuxta mare. Diſtat.n. hac quidẽ parte, parũ à Peloponneſo, hac uerò ab Aſiæ loco circa Triopiũ & Rhodum. Qua de cauſa imperiũ maria tenuit Minos, & inſulaa has quidẽ ſubegit, in his uerò colonos cõſtituit. Poſtremũ aũt, cũ Siciliã ſuæ ditiõis facere aggreſſus eſſet, illic circa Camicũ mortu9 eſt. Proportione[10] aũt reſpõdet ordo Cretẽſis ad Laconicũ. Colũt[11].n. agros his quidẽ Ilotes, Cretẽſib. uerò periœci: & cœnę[12] publicę apud ambos ſunt, antiquituſq́;[13] Lacones ſuas uocabãt nõ Phiditia, ſed Andria, queãdmodũ[14] Cretẽſes: quo ſatis cõſtat ipſas illic ueniſſe. Prętera[15] ordo reip. Ephori[15] nãq; eandẽ poteſtatẽ hñt, quã in Creta, qui uocãtur Coſmi: niſi[17] ꝙ ephori quiq; ſunt numero, coſmi aũt decẽ. Senatores[18] uerò ſenatorib. æquales, quos nominãt Cretẽſes cõſiliũ. Regnũ[19] aũt prius quidẽ erat: poſtea diſſoluerũt Cretẽſes, iuſq;[20] ducẽdi exercitũ in bello coſmi hñt. Cõcionis[21] ſanè participes ſunt oẽs: nullius[22] tñ ipſa poteſtatẽ habet, præterquã ꝙ ſocia adhibetur ad decernẽda, quę uiſa fuerint ſenatorib. & Coſmis. Cœnæ[23] publicæ melius inſtitutæ ſunt apud Cretenſes, quã apud Laconas. Lacedęmone[24] nãq; ſinguli ꝑ capita cõferũt qđ deſinitũ: ſi nõ, lex uetat eſſe participes reip. ut prius dictũ eſt. In[25] Creta uerò popularius hoc adminiſtratur. Ab omnib. enĩ, quę oriuntur è terra, fructibus, & pecore, & publicis uectigalib. & penſionibus, quas ſoluunt periœci, pars cõſtituta eſt: hęc quidẽ ad deos & publica munera, hæc uerò publicis his cœnis attributa, ita ut è publico alantur oẽs & mulieres & pueri & uiri. Ad[26] tenuẽ autẽ uictum, ut rem utilem, multa excogitauit legũlator: &[27] ad dijunctionem à mulieribus, ne nimis creſceret numerus liberorũ, induxit conſuetudi-

κατέλαβον[7] δὲ οἱ πρὸς τὴν ἀποικίαν ἐλθόντες, τὴν τάξιν τῶν νόμων ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς τότε κατοικοῦσι. διὸ[8] καὶ νῦν οἱ περίοικοι τὸν αὐτὸν τρόπον χρῶνται αὐτοῖς, ὡς κατασκευάσαντος μίνω πρώτου τὴν τάξιν τῶν νόμων. δοκεῖ[9] δ' ἡ νῆσος καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν ἑλληνικὴν πεφυκέναι καὶ κεῖσθαι καλῶς· πάσῃ γὰρ ἐπίκειται τῇ θαλάσσῃ, σχεδὸν τῶν ἑλλήνων ἱδρυμένων περὶ τὴν θάλασσαν πάντων. ἀπέχει γὰρ τῇ μὲν ὀλίγον τῆς πελοποννήσου, τῇ δὲ τῆς ἀσίας τοῦ περὶ τριόπιον τόπου καὶ ῥόδου. διὸ καὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ μίνως, καὶ τὰς νήσους τὰς μὲν ἐχειρώσατο, τὰς δ' ᾤκισε. τέλος δὲ ἐπιθέμενος τῇ σικελίᾳ, τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ περὶ κάμικον. ἔχει[10] δ' ἀνάλογον ἡ κρητικὴ τάξις πρὸς τὴν λακωνικήν. γεωργοῦσί[11] τε γὰρ τοῖς μὲν εἵλωτες, τοῖς δὲ κρησὶν οἱ περίοικοι· καὶ[12] συσσίτια παρ' ἀμφοτέροις ἐστί, καὶ τό γε ἀρχαῖον[13] ἐκάλουν οἱ λάκωνες οὐ φιδίτια, ἀλλὰ ἀνδρεῖα, καθάπερ[14] οἱ κρῆτες. ᾗ καὶ δῆλον, ὅτι ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν. ἔτι[15] δὲ τῆς πολιτείας ἡ τάξις. οἱ μὲν[16] γὰρ ἔφοροι, τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν τῇ κρήτῃ καλουμένοις κόσμοις. πλὴν οἱ[17] μὲν ἔφοροι πέντε τὸν ἀριθμόν· οἱ δὲ κόσμοι δέκα εἰσί. οἱ[18] δὲ γέροντες τοῖς γέρουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ κρῆτες βουλήν, ἴσοι. βασιλεία[19] δὲ πρότερον μὲν ἦν· εἶτα κατέλυσαν οἱ κρῆτες, καὶ τὴν[20] ἡγεμονίαν οἱ κόσμοι τὴν κατὰ πόλεμον ἔχουσιν. ἐκκλησίας[21] δὲ μετέχουσι πάντες. κυρία[22] δ' οὐδενός ἐστιν, ἀλλ' ἢ συνεπιψηφίσαι τὰ δόξαντα τοῖς γέρουσι καὶ τοῖς κόσμοις. τὰ μὲν[23] οὖν συσσιτίων ἔχει βέλτιον τοῖς κρησὶν, ἢ τοῖς λάκωσιν. ἐν μὲν[24] γὰρ λακεδαίμονι κατὰ κεφαλὴν ἕκαστος εἰσφέρει τὸ τεταγμένον· εἰ δὲ μή, μετέχειν νόμος κωλύει τῆς πολιτείας, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον. ἐν δὲ[25] κρήτῃ κοινοτέρως. ἀπὸ πάντων γὰρ τῶν γινομένων καρπῶν τε καὶ βοσκημάτων, καὶ ἐκ τῶν δημοσίων καὶ φόρων οὓς φέρουσιν οἱ περίοικοι, τέτακται μέρος· τὸ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὰς κοινὰς λειτουργίας· τὸ δὲ τοῖς συσσιτίοις, ὥστε ἐκ κοινοῦ τρέφεσθαι πάντας καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ ἄνδρας. πρὸς[26] δὲ τὴν ὀλιγοσιτίαν, ὡς ὠφέλιμον, πολλὰ πεφιλοσόφηκεν ὁ νομοθέτης καὶ πρὸς[27] τὴν διάζευξιν τῶν γυναικῶν, ἵ-

Arripuerunt[7] autem ij, qui in coloniam deducti ſunt, leges & inſtituta, quibus tum Cretæ incolæ utebantur. Quocirca[8] etiam nunc qui Cretenſibus circumiecti ſunt accolæ eodem modo ijs utuntur, quomodo Minos primus legũ ordinem deſcripſit. Videtur[9] autem inſula & ad imperium Græciæ facta natura, & pulcre admodum ſita. Omni enim mari propinqua imminet, cùm Græci ferè omnes, oras maritimas incolentes, mare cingant. Abeſt enim hac parte quidem non longè à Peloponneſo, illa autem ab Aſia, & ab illo qui eſt circum Triopium loco, & Rhodo. Quapropter & maris imperium tenuit Minos, & inſulas alias cepit, alias frequentauit. Ad extremũ aũt bello Siciliæ illato, illic ad Camicũ exceſſit è uita. Cretẽſis aũt reip. deſcriptio atq; ordinatio Laconicæ proportione[10] quadã reſpõdet. Agros[11].n. colũt his quidẽ Elotes, illis aũt Periœci, quos appellãt: &[12] concœnationes, ſeu conuiuia publica ſunt apud utroſque. Ac[13] priſcis ſane temporibus nominabant illa Lacones nõ Phiditia, ſed Andria, quẽadmodum Cretenſes: ex[14] quo etiam perſpicuum eſt, ab his orta eſſe. Præterea[15] & reipub. adminiſtrandæ deſcriptio. Ephori[16] enim eandem Lacedæmone poteſtatem obtinent, atq; in Creta ij, qui dicuntur Coſmi: niſi[17] quòd Ephori numero ſunt quinque, Coſmi decem. Senatores[18] autem ſenatoribus, quos Cretes bulam, hoc eſt, conſilium appellant, numero ſunt pares. Iam[19] uerò regibus antea Cretenſes paruerunt: poſtea regalem poteſtatem ſuſtulerunt. Tum[20] Coſmi in bello principem locũ imperiumq́; obtinent. Concionis[21] porro omnes ſunt quidem participes, ſed[22] penes illam nullius rei gerendæ poteſtas eſt, præterquam earum rerum, quæ ſenatoribus & Coſmis decreta ſunt, ſuffragio comprobandarum. Veruntamen[23] quæ ad conuiuia publica pertinent, melius ſe habent apud Cretenſes, quàm apud Lacones. Lacedæmone[24] enim confert quiſque per capita id, quod præfinitum ac præſcriptũ eſt. quod ſi non faciat, uetat lex eum reip. eſſe participem, quemadmodum & antè dictum eſt. In[25] Creta uerò communius. Nam ex omnibus fructibus, & pecoribus naſcentibus, & ex uectigalibus reip. quæ periœci penſitant, pars certa præfinita eſt, altera ad res diuinas faciendas, & publicorum munerum functiones: altera ad conuiuia publica, ita ut de publico omnes & mulieres & pueri & uiri alantur. Iam[26] uerò ad uictus parſimoniam, ciborumq́; paucitatem, ut rem utilem, &[27] ad fœminarum disiunctionem, ne nimis multos

ſuetudinem cum maribus. De [28] qua, ſi prauè, uel non prauè, aliud erit conſiderandi magis opportunum tempus. Melius [29] autem inſtituta eſſe, quæ ad cœnas communes pertinēt, apud Cretenſes, quàm apud Laconas, perſpicuum eſt. Quæ [30] autem ad coſmos, deterius adhuc ſe habent, quàm quæ ad ephoros. Quod [31] enim mali ephororum magiſtratus habet, ineſt etiam horum. Fiunt [32] enim quilibet. Quod [33] autem illic conducit ad rempublicam, hic minimè eſt. Illic [34] enim, quia ſumuntur ex omnibus, populus particeps maximi magiſtratus, ſtare temp. uult. Hic [35] autē non è cunctis ſumunt coſmos, ſed è quibuſdam familijs: & ſenatores ex ijs, qui adepti ſint magiſtratum coſmorū. De [36] quibus iiſdem argumentis uteretur aliquis, quib. uſi ſumus, differētes de ijs, qui Lacedæmone ſūt. Quòd [37] enim nō coguntur rationem reddere, & [38] perpetui ſunt, ſuperat dignitatē ipſorū & [39] quòd imperium nō regunt ſcriptis addicti, ſed ſenſum iudiciūq; ſuum ſequentes, periculi plenum eſt. Quieſcere [40] aūt populum nō participem eius, nullum ſignū eſt bene cōſtituti eius magiſtratus. Nulla [41] enim mercede labefactantur coſmi, quemadmodū ephori, cùm longè remoti ſint à corruptoribus, degētes in inſula. Medicina [42] autem, quam faciunt huic malo, abſurda eſt & minimè ciuilis, ſed rationi regulorum accommodata. Sæpe [41] enim eijciunt coſmos globo facto, ſiue collegarum ipſorum, ſiue priuatorū hominum. Licet [44] etiā coſmis, nondū abſoluto tēpore, repudiare magiſtratū. Hæc [45] iam omnia præſtat lege fieri, quàm è uoluntate hominum: non enim tuta eſt norma. Peſsimum [46] autem omniū eſt perturbatio reipublicæ, cuius duces ſunt opulenti, cùm cauſas dicere noluerint. Quo [47] planum fit, habere ordinem illum quiddā reipublicę, non eſſe rempublicam, ſed potius ſtatum potentiorum. Conſueuerunt [48] enim, diuiſa plebe & amicis, poteſtatē unius moliri, & diſcordare pugnareq; inter ſe. Atqui [49] quid intereſt inter hoc, & ſpatio aliquo temporis non eſſe, quæ ita ſe gerit, ciuitatem, ſed diſſolui ciuilem cōmunionē?

In

να μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας ποιήσας ὁμιλίαν. περὶ [28] ἧς, εἰ φαύλως, ἢ μὴ φαύλως, ἕτερος ἔσται τοῦ διασκέψασθαι καιρός. ὅτι [29] δὲ τὰ περὶ τὰ συσσίτια βέλτιον τέτακται τοῖς Κρησὶν, ἢ τοῖς Λάκωσι, φανερόν. τὰ [30] δὲ περὶ τοὺς κόσμους ἔτι χεῖρον τῶν ἐφόρων. ὃ μὲν [31] γὰρ ἔχει κακὸν τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον, ὑπάρχει καὶ τούτοις· γίνονται [32] γὰρ οἱ τυχόντες. ὃ δ' [33] ἐκεῖ συμφέρει πρὸς τὴν πολιτείαν, ἐνταῦθ' οὐκ ἔστιν. ἐκεῖ μὲν [34] γὰρ διὰ τὸ τὴν αἵρεσιν ἐκ πάντων εἶναι, μετέχων ὁ δῆμος τῆς μεγίστης ἀρχῆς, βούλεται μένειν τὴν πολιτείαν. ἐνταῦθα [35] δ' οὐκ ἐξ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς κόσμους, ἀλλ' ἐκ τινῶν γενῶν. καὶ τοὺς γέροντας ἐκ τῶν κεκοσμηκότων. περὶ [36] ὧν τοὺς αὐτοὺς ἄν τις εἴποι λόγους, καὶ περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι γινομένων. τὸ [37] γὰρ ἀνυπεύθυνον, καὶ τὸ διὰ βίου, μεῖζόν [38] ἐστι γέρας τῆς ἀξίας αὐτοῖς· καὶ [39] τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἀλλ' αὐτογνώμονας, ἐπισφαλές. τὸ [40] δ' ἡσυχάζειν μὴ μετέχοντα τὸν δῆμον, οὐδὲν σημεῖον τοῦ τετάχθαι καλῶς· οὐδὲ [41] γὰρ λήμματός τι τοῖς κόσμοις, ὥσπερ τοῖς ἐφόροις, πόρρω γ' ἀποικοῦσιν ἐν νήσῳ τῶν διαφθερούντων. ἣν [42] δὲ ποιοῦνται τῆς ἁμαρτίας ταύτης ἰατρείαν, ἄτοπος καὶ οὐ πολιτικὴ, ἀλλὰ δυναστική. πολλάκις [41] γὰρ ἐκβάλλουσι συστάντες τινὲς τοὺς κόσμους, ἢ τῶν συναρχόντων αὐτῶν, ἢ τῶν ἰδιωτῶν. ἔξεστι [44] δὲ καὶ μεταξὺ τοῖς κόσμοις ἀπειπεῖν τὴν ἀρχήν. ταῦτα [45] δὴ πάντα βέλτιον γίνεσθαι κατὰ νόμον, ἢ κατ' ἀνθρώπων βούλησιν. οὐ γὰρ ἀσφαλὴς ὁ κανών. πάντων [46] δὲ φαυλότατον, τὸ τῆς ἀκοσμίας τῶν δυνατῶν, ἣν καθιστᾶσι πολλάκις, ὅταν μὴ δίκας βούλωνται δοῦναι. ᾗ [47] καὶ δῆλον, ὡς ἔχει τι πολιτείας ἡ τάξις, ἀλλ' οὐ πολιτεία ἐστὶν, ἀλλὰ δυναστεία μᾶλλον. εἰώθασι [48] δὲ διαλαμβάνοντες τὸν δῆμον καὶ τοὺς φίλους, μοναρχίαν ποιεῖν, καὶ στασιάζειν, καὶ μάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους. καίτοι [49] τί διαφέρει τὸ τοιοῦτον, ἢ διά τινος χρόνου μηκέτι πόλιν εἶναι τὴν τοιαύτην, ἀλλὰ λύεσθαι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν;

ἔστι

tos filios pariant, maſculorum conſuetudine introducta (rectè, [28] an ſecus, alius erit diſputandi locus) multa ſapienter & acutè excogitauit lator legum. Ea [29] igitur, quæ ad conuiuia publica pertinent, melius eſſe deſcripta atq; ordinata apud Cretēſes, quàm apud Lacedæmonios, perſpicuum eſt. Sed [30] quæ ad Coſmos ſpectant, ea etiā deteriùs, quàm quæ ad Ephoros, cōſtituta ſunt. Nam [31] quod mali ineſt in Ephororum imperio, hoc ineſt etiam in horum poteſtate. Creantur [32] .n. homines forte oblati. Quod [33] autem illic ad reſp. ſtatū utile eſt, hic non eſt. Illic [34] enim propterea quòd electio fit ex omnibus, populus, qui imperij maximi ſit particeps, remp. manere ſtudet. Hic [35] autem non ex omnibus eliguntur Coſmi, ſed ex quibuſdam generibus: ſenatores ex ijs, qui coſmico munere functi ſunt: de [36] quibus eadē quis dicere poſſit, ac de ijs, qui Lacedæmone creantur. Nam [37] rationum referendarum iudicio non teneri, & [38] per totam uitam gerere magiſtratū, maior eſt honos, quam pro eorum dignitate: eumq; [39] non ex præſcripto iuris ſcripti imperare, ſed ſuo arbitratu magiſtratum gerere, periculoſum eſt. Quod [40] aūt quieſcit populus, etiamſi huius magiſtratus non ſit particeps, nullum eſt argumentum reſp. bene ordinatæ. Nam [41] neque ulla Coſmis, ut Ephoris, quæſtus faciendi ex magiſtratu facultas datur, ut qui in inſula longè abſint ab ijs, qui corrupturi ſint. Quam [42] autem adhibent ad hoc erratum corrigendum ac ſanandū medicinam, cùm abſurda ſit, tum ne ciuilis quidem eſt, ſed potentiæ unius, aut paucorum, hoc eſt dynaſtiæ, aut oligarchiæ conſentanea. Sæpenumero [41] enim nonnulli aut ex collegis, aut ex priuatis coitione facta eos exturbant. Licet [44] etiam eis ante tempus abdicare ſe magiſtratu. Hæc [45] igitur omnia præſtat fieri ex lege, quam ex hominum uoluntate, non eſt enim tuta hæc regula. Omnium [46] aūt remediorum peſſimum eſt magiſtratus huius ampliſſimi uacuitas, totiusq; reſp. ſtatus perturbatio, quam ſæpenumero potentes inducunt, cum iudicium ſubire aut pœnas dare nolunt. Ex [47] quo intelligere licet, in hac reip. adminiſtrāda deſcriptione, aliquid eſſe ciuilis reſp. adminiſtrationis, id eſt politiæ, non tamen eſſe ciuilem reſp. adminiſtrationem, ſed potius paucorum potentatum, hoc eſt oligarchiā, ſeu unius potentiam, id eſt dynaſtiam. Conſueuerūt [48] autem populum & amicos ſuos diſtribuentes ac diſponentes, ſub unius imperium totam rempub. ſubiungere, & ſeditionem excitare, & inter ſe digladiari ac decertare. At [49] quid refert utrum hoc fiat, an interuallo tēporis nō ſit amplius ciuitas huiuſmodi ciuitas, ſed diſſoluatur et dirimatur ciuilis ſocietas?

Eiſ

In [50] periculo autem uerſatur ciuitas huiuſcemodi, ſi extiterint, qui imponere ipſi uoluerint ac poſſint. Verùm [51] ut dictum eſt, ſalutem illi dat locus ac ſedes: pellit enim inde externos longinquitas. Quapropter [52] natio periœcorũ manet Cretenſibus, Ilotes uerò deficiunt ſæpe: neq; enim externi imperij pars ulla ad eos uenit. Nuper [53] autem bellum externum penetrauit in inſulam, quod declarauit imbecillitatem legũ, quæ illic ſunt. De [54] hac igitur rep. tot dicta ſatis ſint.

ἔστι [50] δ' ἐπικίνδυνος οὕτως ἔχουσα πόλις τῶν βουλομένων ἐπιτίθεσθαι καὶ δυναμένων. ἀλλὰ [51] καθάπερ εἴρηται, σώζεται διὰ τὸν τόπον· ξενηλασίας γὰρ τὸ πόρρω πεποίηκε. διὸ [52] καὶ τὸ τῶν περιοίκων μένει τοῖς Κρησίν· οἱ δ' εἵλωτες ἀφίστανται πολλάκις. οὔτε γὰρ ἐξωτερικῆς ἀρχῆς κοινωνοῦσιν οἱ Κρῆτες. νεωστί τε [53] πόλεμος ξενικὸς διαβέβηκεν εἰς τὴν νῆσον, ὃς πεποίηκε φανερὰν τὴν ἀσθένειαν τῶν ἐκεῖ νόμων. περὶ [54] μὲν οὖν ταύτης εἰρήσθω τοσαῦθ' ἡμῖν τῆς πολιτείας.

Eſt [50] autem tum periculo proxima ſic affecta ciuitas, cum qui uolunt in remp. ſtatum inuadere, y etiam poſſunt. Sed [51] quemadmodum dictum eſt, natura loci eam tuetur & ſeruat: inſula enim lõginquitas peregrinos arcet, et expellit. itaq; [52] Periœci manent in officio apud Cretes: Elotes uero ſæpenumero à Lacedæmonijs deficiunt. Nam neq; cũ ullo principatu externo habent cõmercium Cretes: & [53] non ita pridem bellum externum in inſulam traiectũ eſt, quod infirmitatem legum, quæ ibi ſunt, patefecit. De [54] hac igitur reipub. adminiſtrandæ forma, hactenus a nobis dictum ſit.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Cretenſium uerò reſpub.) Tranſit à rep. Laconica, cuius uitia, quæ putabat eſſe, aperuit, ad remp. Cretenſem, quam ſibi quoque examinandam propoſuit, cùm & ipſa non paucos amatores haberet. propter ſimilitudinem autem ipſarum eum potiſsimum hanc poſt illam perſcrutatur. Strabo quoque diligenter differuit de hac inſula, qui præterea narrat, ante ſe, Ephorum illum Cumanum multa de rep. Cretum literis prodidiſſe. ſequitur autem eundem ordinem, quem Ariſtoteles. Primùm enim de ſitu poſituraq; telluris loquitur, deinde de uita moribuſque hominum ipſorum. Sunt autem ferè eadem atque hæc, quæ traduntur hoc loco. Refellit etiam Strabo accuratè illos, qui aiebant uetuſtiora eſſe inſtituta Laconum, quam Cretum, utentes hoc præcipuè argumento uidebant enim Lyctios iiſdem legibus uti, quibus Spartiatæ: nec cogitabant, quia ex ea tellure uenerãt, ipſos ueteres mores uitæq; cultum ſeruaſſe. Conſilium autem quod fuerit eius, qui legibus gentem eam ornauit, primùm expoſuit. iudicat enim, ipſum ſibi libertatem propoſuiſſe, quæ cùm præſidio egeat, nec aliter cuſtodiri poſſit, ad militare ſtudium compulit, qui inſulam eam incolerent. Sed ad auctorem noſtrum reuertemur. Primum igitur teſtatur, in hac ipſa inueniri pauca quædam, quæ ſane deteriora non ſunt. Mature tamen in parte concedit, Cretenſem minus elegãter minuſque politè quaſi fabricatam eſſe. Cuius rei rationem reddit: Videri enim, inquit, nec uideri tantùm, ſed etiam ferri, Laconum remp. imitatam eſſe remp. Cretenſium, expreſſamq; ex ipſa maxima ex parte. Quare non eſt mirãdum, poſteriorem hanc exquiſitiorem eſſe: bona enim magnaque pars antiquorum inſtitutorum minus perfecta eſt recentioribus. Idem autem hoc uſuuenire ſemper, minus conſiderate minuſque uerè, inquit Cicero in primo Academicorum. cuiu hæc uerba ſunt: Certè enim recentiſsima quæq; ſunt correcta & emendata maximè. Quod autem ad id facit, de quo quæritur: Strabo quoque affirmat, hunc ordinem reip. inueniſſe ſanè Minoem, perfeciſſe autem Spartiatas.

Aiunt enim Lycurgum) Totam rem paucis exponit, quomodo ſcilicet factum ſit, ut ad exemplar Creticæ reipublicæ reſp. Laconica facta conformataque ſit: ſequitur autem famam ipſam. Vt enim cætera ferè omnia Lycurgi, ita quoque peregrinatio hæc incerta erat: quod teſtatur Plutarchus initio uitæ quam ſcripſit ipſius. inquit igitur hic noſter: Ferũt enim Lycurgum, cum peregrinatus eſt, relicta tutela Charilai, fratris filij (cuius, pueri adhuc, regiam poteſtatem tutoris nomine adminiſtrabat) maiorem partem illius temporis conſumpſiſſe in Creta propter cognationem. Quomodo autem ſanguine coniuncti forent, qui in remotis ualde terris orirent, docet Lyctij enim, inquit, coloni erant Laconum. Lyctos uerò eius inſulæ oppidum erat. Inuenerunt autem, addit, qui eò coloni miſſi ſunt, ordinem legum uetterem in hominibus, qui tunc illic uiuerent. Cuius ſuæ opinionis quaſi ſignum quoddam eſſe putat, quòd ruſtici homines caſtellaniq;, quos [illegible] illi uocant, utebantur uſque ad eam ætatem eodem pacto iiſdẽ legibus, ut credi poſsit Minoem regem primus ordinem earum legum excogitaſſe.

Inſula autem uidetur.) Digreditur parumper à propoſito, laudatq; poſituram eius inſulæ, quam dicit uideri aliquo modo à natura factam ad imperium totius Græciæ obtinendum, commodeque ac bellè ſe habere ad eam rem. cuius etiam ſententiæ ſuæ cauſam affert, dicens: Omni namque mari adiacet, & quaſi in medio ipſius collocata eſt: Græci autem ferè cuncti urbes condiderant iuxta mare, illicq; domicilia habebant. Cinctam uerò undiq; eſſe terris Græcorum eam inſulam teſtatur, appellatis nonnullis locis, uel de frequentatis ab ea gente. Docet enim, illam parte quadam ſui parum diſtare à Peloponneſo, rellure plena nobilium ciuitatum, & quæ tunc à uarijs generibus Græcorum incolebatur: alia uerò ab Aſia, cuius propinqua mari loca Græci colonijs occuparant. Nominat autem certum oppidum Aſiæ, id eſt Triopium, cui uicina admodum inſula illa aſſet: nec non Rhodum inſulam, in qua tria Græcorum oppida erant. Quòd Græcos dicit morem habuiſſe ædificare ciuitates in locis mari propinquis, idem etiam apud Ciceronem legitur in epiſtola quadam ad Atticum. quod tamen inſtitutum ipſorum eodem loco ſignificetur minimè probaſſe Dicæarchum, magnum geographum: ſed loquebatur ille tunc de Peloponneſo.

Qua de cauſa imperium.) Quare, inquit, imperium maris occupauit Minos, rex eius inſulæ: uti tur enim hoc quaſi ſigno quodam eius, quod dixit, Cretem loco poſitam eſſe ualde apte ad imperandum Græcis: nec tantum claſsibus ſuis illum regnaſſe in mari affirmat, uerum etiam partim inſularum ſubegiſſe, partim autem deſertas inculraſque quaſi condidiſſe, colonis eò miſsis, oppidiſq; illic ædificatis. Quo in propoſito manẽtem, narrat ipſum, cùm Siciliam ſuæ ditionis facere aggreſſus eſſet, illic iuxta Camicum uocatam urbem interijſſe: ita enim uidetur legendum, non Camiuum, ut prius erat in excuſis. unde quidam Aetnam montem, flammas eructantem, ſignificatum illa uoce falſo putarunt. Fuit autem Camicus oppidum Siciliæ, in quo, ut ueteres Geographi tradunt, regnauit Cocalus, Dædali filius.

Proportione autem reſpondet.) Multa ſimilia inter ſe habere Cretum & Laconum remp. ducet, reſpondereq; proportione Cretenſem remp. Laconicæ. Incipit autem hoc explanare à ratione, qua utraque gens utebatur in agris ſuis colẽdis. Vt enim Lacedæmonijs Ilotas erant, ita Cretenſibus periœci (genera hæc erant ambo ruſticorum hominum, familiæq; pauperculorum, qui artem hanc habebant) ſed etiam concœnationes proprias utriuſque populi fuiſſe, etſi diuerſis nominibus illæ uocabantur diuerſis his in terris. Nam Andria illa ſua publica conuiuia Cretes uocarent, Lacones uerò phiditia. Morem autem hunc communiter cœnandi è Creta in Spartam tranſlatum, probat ſigno quodam, cum antiquitus appellarent Lacones quoque ſua conuiuia Andria, ut Cretes. hoc enim declarare exiſtimat, ita prorſus ſe rem habere. unà enim cũ rebus ipſis, quas oſtendunt, peruanire in aliena loca nomina conſueuerunt, quæ poſtea uarijs de cauſis aliquando commutantur. Ipſe uocat illa *συσσίτια*, quo nomine paſsim Græci omnes utuntur in communibus toti alicui multitudini hominum cõuiuijs appellandis. Strabo quoque narrat, nomen Andriorum in Creta perduraſſe uſque ad ſua tempora: Lacedæmone tamen extinctum fuiſſe.

Præterea eædem reip.) Vt duabus ſuperioribus in rebus paria inſtituta amborum gentium eſſe docuerat, ita nunc cõſtituta eaſdem reſp. inter ſe affirmat in ordine ipſo, magiſtratibusq;, cùm Ephori Lacedæmone eandem auctoritatem haberent, quã in Creta uocati ab ipſis Coſmi, niſi quòd hi uincerẽt illos numero. quinq; enim ſunt ephori, decem uerò coſmi. Sed etiam, inquit, æquales ſunt ſenatores in utraque republica. Cùm autem ab ætate ordo ille Lacedæmone *γερουσία* uocaretur, ut Romæ quo-

quoque eadem de cauſa Senetus, quia ſenes deligerẽtur: in Creta βουλὴν tradit ipſum eppellatum, quo nomine nocatus ſapiẽ cum delectorumq; cœtus, qui deliberat de republica.

Regnum autem prius.) Oſtendit, in quo magiſtratu diſſentirent ſua ætate: etſi illum quoque olim, ut cæteros fermè omnes, communem ambobus populis fuiſſe tradit (quod ualet ad idem probandum) communia inquam, fuiſſe cunctis his duabus rebus publicis, floruiſſeq; Laconicam è Cretenſi Regiam igitur poteſtatem uiguiſſe, ut Lacedæmone, ita quoque in Creta antiquitus, cum memorat quam tamen diſſoluerint poſtea Cretenſes, ſuſpectum nomen illud & opes habentes. Addit autem, coſmos illic duces belli eſſe, curamque ipſis commiſſam fuiſſe regendi exercitum. Quod munus, ut uerisimile eſt, prius reges appellari habebant. nam Lacedæmone reges perſonam illam ſuſtinent: quo magiſtratu ſublato, ad coſmos ipſum delatum fuerat.

Concionis ſanè participes.) Oſtendit, quę ratio uiſq; ue concionis ſit apud Cretenſes: id eſt, qui ſint illic participes illius, nec nũ quæ ſit eiuſdem poteſtas atque auctoritas. Cunctos igitur ſolitos cogi affirmat, cùm uocabatur concio. tantùm tamen illam multitudinem nullius quaſi dominam ſolam eſſe, tantum ualere, una cum ipſis, firmata & rata facere, quæ prius uiſa fuerant & ſenatoribus & coſmis. Qui igitur id inſtituit, ſatisfecit multitudini, neminem tenuiorum arcendo ab eo munere: prouiditque ſimul ſaluti ciuitatis, cùm poteſtatem ipſius, quantum potuit, coercèrit. Συνεπιψηφίσαι ualere, quod dixi, apertum eſt, uel hoc teſtimonio Aeſchinis, qui inquit: [illegible]. cui uerbo, ut à noſtro uſurpatum eſt, altera præpoſitio addita, ſignificat ſocios eum, qui decreuit, ſecum aliquos habere.

Cœna publica melius.) Incipit nunc conferre inter ſe inſtituta utriuſque gentis, initium ducens ab eo, quod ſuprà ſecundo loco poſuit, id eſt à menſis illis communibus, quas dicit melius conſtitutas fuiſſe apud Cretenſes, reddita ſui iudicij ratione (quod etiam antea tetigerat) cùm Lacedæmone ſinguli lege cogerentur, dumo ferre, quæ definita forent: neque tamen ſingulis diebus, ſed longioribus temporibus. Quæ uerò illa forent, menſuramque ipſorum, & quot dierum interuallo hoc facere ipſos oporteret, docuit diligenter Plutarchus in Lycurgo. Si quis uerò hoc præſtare non poſſet ob egeſtatem, aut nollet, quia duritiam illam uictus non amaret, pœna grauis propoſita erat: ut cùm careat ſponte ab illis cœtu, ita amittebat lege ciuitatem.

In Creta uerò.) Cum uitium Laconicarum cœnarum monſtraſſet, nunc contrà Cretenſium utilitatem exponit, tradens hunc morem magis populariter benignèque illic tractari. Ab omnibus enim, qui oriuntur è terra, fructibus, nec non è pecoris omni genere, & publicis uectigalibus mercedibuſque, quas ſoluunt ipſorum agricolæ, quædam definita pars aſſignata eſt publicè duobus muneribus: id eſt, ipſorum alterum eſt ſumptus ad rem diuinam neceſſarij, & ad munera publica exercenda (exempli cauſa, pecuniam legatis decernẽdam, cæteraq; huiuſcemodi) alterum uero his cœtus. quare, inquit, publicè aluntur cuncti, & feminæ, & pueri & uiri.

Ad tenuem autem uictum.) Tradit, auctorem legum ipſorum multa ſubtiliter excogitaſſe, ut ciues paruo cibo contenti forent, exiſtimantem hoc in ſe utilitates magnas habere: nec tamen quę fuerint illa commemorat. eundemq; ne, ut ſeiunctè à feminis æquiore animo manerent, ne multitudine liberorum premerentur, conſuetudinem puerorum induxiſſe. De qua lege ipſius, utrumne, an utilitatem in ſe habeat, pollicetur ſe dicturum, nactum tempus huic quæſtioni magis idoneum. Neque tamen putandum eſt, dubitaſſe philoſophum ſecum unquam de hoc, rectumne, an improbum foret, quippe cùm alijs locis ipſum ualde exagitet, nefariamq; ac beluæ propriam uoluptatem hanc uocet. Sed quamuis tale eſſet, id eſt ſcelus & turpitudinem in ſe contineret, utilène conſilium ſit ciuitati, & poſsit illi fini accõmodari ita, ut non pariat alia maiora mala. quod cariè faceret. Addit autem in extremo huius partis, cùm illud in ancipiti reliquiſſet: planum tamen à ſe factum eſſe, cui res nũc incumbebat, cœnas illas publicas melius legibus inſtitutas fuiſſe apud Cretas, quàm apud Laconas.

Quæ autem ad coſmos.) Vt antepoſuerat inſtitutum Cretẽſium conuiuiorum inſtituto Laconicarum cœnarũ, ita nunc magis probat magiſtratum ephororum, quam coſmorum. atque hoc, quia malum, quod eſt in ephoris, idem etiam hæret coſmis. tenues enim homines, nullaq; dote commendati perueniebãt in illum. Bonum autẽ, quod eſt in illis, quodq; ualet ad remp. tuendam, abeſt ab his. Iudicium autem ſuum explanat, dicens illic enim, id eſt Lacedæmone, quia, licet creare ephoros ex omnibus ciuibus, particeps populus maximi magiſtratus, diligit ſtatum eum ciuitatis. hic uero, id eſt in Creta, non ex omni numero ciuium, ſed è certis quibuſdam familijs deligunt coſmos: ex illis autem, qui adepti ſint hunc magiſtratum, creant poſtea ſenatores. Omnes igitur ſpe priuati uiuunt perueniendi non ſolùm ad coſmos, uerum etiam in ſenatum, qui in cæteris familijs orti ſunt. quare non poſſunt non odiſſe eam rempublicam, à cuius maioribus gradibus honoris excluduntur. Idem, quod hic Ariſtoteles adiungit de ratione deligendi ſenatores, oſtendens peruenire in illum ordinẽ eos, qui antea coſmi creati ſint: exponitur etiam à Strabone in 2. libro. nec tamen ipſos uno nomine appellat, ut hic noſter, iudicio conformatos. idemq; addit, Et eos uita moribuſque probatos.

De quibus uidem argumentis.) Addit autem, ſi quis magis aperire uellet uitia huius magiſtratus, id eſt coſmorum, eadem dici poſſe de ipſis, quæ iam dicta ſunt de ephoris Laconum. quæ paucis repetit his uerbis Eſſe namque magiſtratum hunc liberum omni cura rationum ſuorum factorum reddendi, eundemq; perpetuum, ſuperat dignitatem meritaq; ipſorum: cùm tamen hi non è fæce etiam populi, ſed è certis familijs crearentur, uerisimile erat ipſos eſſe maioris honeſtatis. Præterea, inquit, quod tertio loco reprehenditur, eſt: quòd non cogebãtur in cauſis exiſtimandis leges ullas ſequi, ſed ſuam de rebus illis ſententiam ſequuntur ut ueram, lubricum ac periculoſum eſt.

Quieſcere autem populum.) Refellit, quod uidebat obijci poſſe: Non uideri malè conſtitutum eſſe, utrumque. quod ipſe arguit in ſe habere magiſtratum coſmorum, quia plebs illic quieſcit (quod non faceret, ſi iniquo animo ferret, ſe exturbatam à publicis honoribus) nullum igitur hoc ſignum eſſe affirmat, quòd ipſa illic in officio ſit: non perturbat enim illa remp. quia nulli ſunt in inſula corruptores, qui pecunia donisq; labefactet multitudinem, moliriq; res nouas impellant. longe namque ſiti ſunt, in inſula uiuẽtes. Λῆμμα ualere pecuniam, & quidquid aliquis in manus capit eo animo, exploratum eſt: & non ſolùm propoſitionem in diſputando, quo ſenſu capitur à magiſtris dicendi, & dialecticis. unde iuncta ſunt uerba διλήμματοι, & μονολήμματοι ſyllogiſmi. Auctorem ueteris tralationis ſuo in libro habuiſſe, Διαφθείροντας, perſpicitur quam etiam lectionem ſecutus eſt Aretinus, uertens Longe à contendentibus: nec tamen eam ueram puto.

Medicina autem) Vt aperuit uitium huius magiſtratus, incommodumq, quod pareret ſignificauit: ita improbat medicinam, quam facerent huic malo: docetq; illam eſſe abſurdam, & à legib. alienam, potiuſq; cõuentire iniuſto alicui principatui, quam bene conſtitutæ ciuitati, ut illa à non paucis exiſtimabatur. Remedium autem erat, quòd crebrò inueniebantur aliqui, qui coitione facta, eijcerent coſmos è ſedib. ſuis ſiue hi collegæ aliqui ipſorum forent, ſiue priuati homines, qui coirent. Sed etiam, inquit, licet coſmis abdicare ſe magiſtratu, ut inuidiam declinent, niſi fallor, ac periculum, cùm uident ſibi huiuſcemodi aliquid imminere.

Hac tam omnia) Videtur concedere frenandam aliquando impotentiam coſmorum, cùm, abutentes opib. illius magiſtratus, periculoſi eſſe incipiunt libertati. Mallet tamen id lege fieri, publicoque conſilio, quàm uoluntate iudicioque priuatorum. affirmatque, regulam hanc eſſe prauam, & quæ, ut emendare aliquid aliquando & corrigere poteſt, ita etiam deprauare multa.

Peſſimum autem omnium.) Non omnino arbitror hic ualere ἀκοσμίαν, cùm ciuitas uacua reſtat ab illo magiſtratu, ut quidam acceperunt non ſane inſolle, cùm de coſmis loquatur, tradatq; aliquando ſolitos ipſos exturbari cum impetu ab eo gradu honoris. ſed potius perturbationem & confuſionem omnium rerum, quam in ciuitate moliuntur potentes uiri, coitione facta, ne cauſam dicãt. hoc igitur dicit eſſe peſſimum omnium conſiliorum Quare addit, Perſpici poteſt ordinem illum ciuitatem adminiſtrandi continere in ſe quiddam, quod non penitus remotum a rep ſit, ſpeciemq; aliquam illius habeat, non tamen eſſe rempublicam. Aeſchines contra Cteſiphontem ἀκοσμίαν uſurpauit, cùm id, quod docui, oſtendere uellet: appellauit enim ἀκοσμίαν oratorũ, ut noſter ἀκοσμίαν δυνατῶν, cum illi uerã nullã ratione modeſtiamque in munere ſuo obeundo ſeruarent: cui magno malo neq; à legibus neq; a magiſtratu reſiſti poterat.

Conſueuerunt enim) Exponit morem opulentorum uirorum, qui ſe illic legibus eripiunt ui tumultuq; concitato in ciuitate. Affirmat igitur, ipſos ſolitos multitudine in ſuas partes tracta, amicisq; aſſeclis conuocatis, ſ... alicui dominatum tradere, atq; ita ſeditionibus & cædibus omnia implere. Quàm importunum autem hoc ſit, & ciuitati periculoſum,

ipſum, declarat, addens, Et ſanè huiuſcemodi aliquid molici, ſi quis recte exiſtimet, nihil aliud eſſe, quam ad ſpatium quoddam temporis illam dignam non eſſe, quæ ciuitas uocetur: diſſolui namque ita contingit ciuium totam ſe communionem. Quadrat mirificè huic loco ſententia hæc Ciceronis è iij libro de Legibus. Nihil eſt enim exitioſius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile eſt & humanum, quàm compoſita & conſtituta republica, quicquam agi per uim.

In periculo autem uerſatur.) Iudicium ſuum aperit de inſtitutis Cretenſium, affirmatq́, ciuitatem talem in lubrico uerſari, imminereq́; ipſi cotidiana pericula ab illis, qui & uires & uoluntatem inſidiandi libertati ipſius nacti fuerint. Quia autem aliquem aduerſari poſſe ſententiæ ſuæ uidebat, qui diceret, argumentum eſſe bonitatis ipſius longum tempus, quo permanſiſſet: docet, aliunde profectam eſſe diuturnitatem illam, locumq́, ac ſedem, in qua poſita eſt, ipſi præſidio fuiſſe. Neque enim facilè eò penetrare potuerunt, qui ipſam deprauarent. unde oſtendit nihil ſimile habuit, ut Sparta, exterois homines legibus à ſe abigere: hoc enim ſoaui longinquitas ipſa præſtabat.

Quapropter etiam perioecorum.) Quæ ſedes remota, inquit, cauſa eſt etiam, ut ratio agriculturæ maneat ipſis: cùm contrà Ilotes, quib. Lacedæmonij utuntur in agro colendo, ſæpè defecerint à Spartanis. Neque enim aut ſocietatem cuiuſpiam, aut bellū Cretenſes gerunt cum externo ullo imperio. quare caruit tellus illa ſollicitatoribus ruſticorum ſuorum. Non patiebatur autem communis utilitas, ut gens aliqua, in ſulæ propria, admoueret ſtimulum agreſtibus ad deſciſcendum. quod malum non reformidaſſent, qui in alijs terris regnantes, partem tamen aliquam illius inſulæ poſſediſſent. exempli cauſa, Carthaginienſes partem aliquam Siciliæ ſuæ ditionis fecerant, antequam etiam Romani in eam inſulam pedem ponerēt. huiuſcemodi aliquid prius Cretibus uſu non ueniſſe tradit.

Nuper autem bellum.) Hanc etiam notam eſſe ſatis certam putat reip. illius non ſatis benè conſtitutæ, quod cùm primū bellum peregrinum uenit in eam inſulam, plagam ipſi grauem impoſuit, patefecitq́ue imbecillitatem earum legum. Si namque illæ firmiores fuiſſent, fortiter reſtitiſſent, nec tam facile profligatæ eſſent. Quod autem ſua ætate illic factum eſſe teſtatur Ariſtoteles, idem etiam M. Cicero pro L. Murena narrat contigiſſe, cùm primum Romani bellum illi terræ intulerunt. docēs igitur duritiem illam uictus, fugamq́ue omnium uoluptatum, non profuiſſe neque Lacedæmonijs neque Cretēſibus, de poſterioribus his inquit: Quorum alteri uno aduentu noſtri exercitus deleti ſunt.

πρεσβυτέρα μὲν ἐν πολλοῖς.) Plato, Xenophon, Ephorus apud Strabonem lib. x. & pleriq, alij idipſum affirmant. At Polybius lib. 6. diſſimilem facit, primò quoad patrimonia, quæ Spartæ adæquata fuēre, in Creta uerò libera. deinde Reges hæreditarij, Senatores erant perpetui Lacedæmonijs: Cretenſib. econtrà Coſmi annui. Tertiò auaritiæ Cretenſes dediti, ſumiſſimi erant: Lacedæmonij contra ex Lycurgi inſtituto opum contemptores maximi.

Λυκοῦργος.) Lycurgus XI. ab Hercule, Eunomi Lacedæmoniorum regis F. minore natu Polydecta fratre, cùm is diem ſuum obijſſet, Charilai poſthumi nepotis tutelam cum regno ſuſcepit per octo menſes. Mox uitandæ inuidiæ & ſuſpicionis cauſa, ſi quid infanti humanitus accidiſſet, omiſſa procuratione, in Cretam nauigauit, tamdiu abfuturus, donec hæredem regni Charilaus genuiſſet.

Χαρίλαον.) Plutarchus Charilaum notat, nomine ſumto à populari gaudio, quod magnum fuit, tùm naſceretur.

οἱ Λύκτιοι.) Lyctum Cretæ urbem prope Dyctam montem habitantes, à Lacedæmonijs in coloniam ducti.

οἱ περίοικοι.) Vetuſtiſſimi Cretæ inſulæ Perioeci agricolæ, non ſerui, ſed uectigales reliquis urbes inhabitantibus, legibus utuntur iiſdem quibus Lyctij coloni, à Spartanis in Cretā deducti. Vt uerisimilius ſit, Lyctios à Perioecis leges accepiſſe, quàm iiſdem ſuas communicaſſe.

δοκεῖ δ' ἡ νῆσος.) Plin. lib. 3. c. 6. & Virgilius 3. Georg. laudes Cretæ enarrat. Situs loci ad imperium plurimum poteſt. Sic Cōſtantinopolis Aſiæ & Europæ imperio deſtinata uidetur. Hiſpania ueluti caput Europæ, ab America coronandum, Africæ ueluti nutricis pabulo reficiendum. Italia ueluti cor.

ὁ Μίνως.) Iouis F. antiquiſſ. legiſlator Græcorū cum Rhadamātho, teſte Platone in dialogo, quē ab eius nomine inſcripſit.

τὰς νήσους.) Cycladas præſertim, Caribus inde eiectis, teſte Thucydide lib. 1.

περὶ Καμικόν.) Non Κάμικος. Caminus Siciliæ urbs, in qua Cocalus Dædali F. regnauit. Stephanus & Strabo lib. 6.

ἀλλὰ δυναστεία μᾶλλον.) Dynaſtia eſt extrema & peſſima ſpecies Oligarchiæ, de qua lib. 4. hoiū. Cùm Reſpub. fit uelo urbū inculentiū, per ſeditionem aut ordo omnis tollatur, hæc Coſmorum licentia ocram ἀναρχίαν & Reip. deformitatem afferet.

βέλτιον γενέσθαι κατὰ νόμον.) De qua in lib. 3. Politicorum.

ἔστι δ' ἐπισφαλής.) Tanta ſeditiones excitandi licentia periculū eſt ne homines potētes & improbi ad tyrannidē abutantur. Sicut apud Athenienſes Piſiſtratus Paraliorum dux primùm, contra Pediæos & Diacrios, tyrannidem paulatim inuaſit.

σῴζεται δ' ἡ πόλις.) Vti corpora inſalubria ſæpe latent, quandiu nulla cauſa morbifica ex trinſecus infeſtat: ita Reſp. Cretēſia infirmitatem ſuam, à mala conſtitutione pendētem, propter ſitum inſulæ, externis hoſtib. inacceſſum, multo tēpore diſſimulare potuit, & crebras licet ſeditiones concoquere.

CRETENSIVM Remp. Spartanæ uelut parentem

- Proponit in genere. Etenim ſicut Spartana omnibus laudatiſſ. conferatur, uidetur eſſe partim
  - Similis in pleriſq; N. 1.
  - Diſſimilis, ut puta rudior, tali ratiocinatione
    - Antiqua omnia recentioribus magis rudia minusq; expolita ſunt. N. 4.
    - At Reſpub. Cretenſis eſt antiquior Spartana. Probat
      - Imitatores, quatenus imitantur, ijs, quos imitantur, recentiores ſunt.
      - At Lacones Cretenſiū imitatores ſunt. N. 3. Deducit. Lycurgus antequam leges ferret, in Cretam profectus eſt, ob affinitatē cum Lyctijs. N. 5. Lyctij enim colonia Laconū in Cretam deducti fuerāt. N. 6. Quas quidem leges & mores
        - Patrios Cretenſibus impertiuiſſe non eſt uerisimile.
        - Cretēſiū, potentiorū præſertim & bellicoſiſſimarum accepiſſe uerisimile eſt. N. 7. Quod ipſum probat argumento
          - Perioecorum, hoc eſt à uicinis uectigalibus, qui agros Lyctiorum colūt, & eaſdem leges habent, non à Lyctijs primùm acceptas, ſed tam inde à rege Minoe introductas, uti etiam reliqui Cretenſes omnes. N. 8. Ferè enim agricolæ leges & mores ueteres conſtantius retinent, cum peregrinis minimū cōuerſantes, quàm ij qui urbes & præſertim populoſas incolūt.
          - Imperij, quod propter inſulæ opportunum ſitū & rei militaris ſtudiū ſunt adepti in omnes inſulas & litorales Græciæ urbes. Probabilius enim eſt ut uictoris leges imitentur uicti, quā econtrà. N. 9.
      - Ergo Spartani recentiores Cretenſibus.
    - Ergo etiam rudior. N. 2.
- Declarat. Vide ſignum A.

A. Decla-

- A. Declarat, tum quòd Spartanæ
  - Similis ſit, & proportione reſpondeat. N. 10. & quo ad
    - Seruos. Spartanis Ilotæ, Cretenſibus Periœci ſeruiunt. N. 11.
    - Conuiuia publica, utrobiq; eadem. N. 12. niſi quòd à Cretenſibus Spartani accepiſſe uidentur:
      - Vnde nomen, illinc quoq; rem deſumtam fuiſſe probabile eſt.
      - At è Creta nomen Andriorum Spartani accepêre, priuſquam illa Phiditia appellarent. N. 13.
      - Ergo etiam rem. N. 14.
    - Reip. ordinē. N. 15. Quatenus diuiditur in
      - Magiſtratus: hos
        - Democraticū Ephororum. Sic
          - Conueniunt Ephori Spartanorum cum Coſmis Cretenſium ſecundùm potentiam. N. 16.
          - Differunt numero, Coſmi decem, Ephori quinq; tantùm. N. 17.
        - Ariſtocraticum Senatum, numero utrobiq; parē, quem Cretenſes βουλὴν, Conſilium uocant. N. 18.
        - Monarchicū, Regum. Ergo
          - Domi olim regibus utebantur Cretenſes, hodie uerò non amplius. N. 19.
          - Foris etiamnum hodie regum munere in bellicis expeditionibus funguntur Coſmi. N. 20.
      - Populum, qui quidem apud
        - Cretenſes poteſtatem
          - Conueniundi in concionem & de rebus deliberandi habet. N. 21.
          - Decernendi non habet, niſi à Coſmis & Senatoribus approbetur. N. 22.
        - Lacedæmonios liberior eſt paulò.
  - Diſsimiſit, quo ad
    - Conuiuia publica. Hæc enim apud Cretenſes melius quàm apud Lacedæmonios conſtituta ſunt. Num. 23. Tò
      - ... explicat. Apud
        - Lacedæmonios enim ſumtum menſtruū ſinguli conferunt de ſuo in uſum publici conuiuij. Qui non poſſunt, à publicis arcentur honoribus. N. 24.
        - Cretēſes uerò ſumtū Syſsitiorum
          - Sumunt ex reditibus publicis & tributis, quæ à Periœcis conferuntur, quorum altera pars quibuſuis aliys tum ſacris tū profanis Reip. uſibus, altera Syſitijs inſeruit. N. 25.
          - Sustinēt & cōſeruant partim
            - Frugalitatis & ſobrietatis ſtudio. N. 26.
            - Procreationis liberorum nimiæ præcautione. Num. 27.
      - ... quo ad ſumtus
        - Conſeruationem, per ſceleratiſsimā pæderaſtiæ libertatem, in alium locum atque tempus reyicit. Num. 28.
        - Præſtationem, ut per ſe ſatis manifeſtum, & ex ijs quæ præced. cap. n. 115. dicta ſunt, explicandam præterit. N. 29.
    - Coſmos. Vide ſeq. figuram A.

A. Coſ.

A. Coſmos *deterius inſtitutos eſſe apud Cretenſes, quàm Ephoros Lacedæmoniorum, confirmat. N. 30. Idq; ipſum probat*

- **Directè.** *Etenim Coſmi id*
  - **Malum** *habent, quod & Ephori. N. 31. Nimirum quòd ij qui toti populo uidentur, qualeſcunq; ſint, dignine, ad eam dignitatem euehuntur N. 32.*
  - **Bonum** *quod Ephori habent, non habẽt. N. 33. Apud*
    - **Spartanos** *enim cùm plebi etiam ad Ephoriam poſſint admitti, plebs ſummi huiuſce magiſtratus particeps Reip. præſentem formam amplectitur. N. 34.*
    - **Cretenſes** *uerò, cùm Coſmi non niſi ex certis familijs nobilitate illuſtribus eligantur, ipſi qui etiam Senatores non ex quibuslibet ciuibus uirtute præſtantibus (ut apud Spartanos) ſed ex ijs tantùm qui coſmi aliquando fuerint, ſumantur: plebs eam Reip. formam, à qua penitus uidetur excluſa, neutiquam amabit. N. 35. Reprehendenda igitur eſt dignitas Coſmorum & Senatorum Cretenſiũ, ut etiam Ephororum & Senatorum Spartanorum N. 36. tum quia*
      - **Nullam** *rationem redduot geſti magiſtratus. Num. 37.*
      - **Perpetuo** *magiſtratu funguntur, & neq; uel ob corporis uel ob animi debilitatem abdicantur. Num. 38.*
      - **Pro** *ſuo, non autem pro legis arbitrio iudicant. Num. 39.*
- **Obliquè,** *contraria argumenta euertendo. Coſmorum magiſtratũ defendit quis ab aduerſariis. Videlicet ab*
  - **Tranquillitate** *Reip. Nam cùm raris admodum ſeditionibus agitata fuerit, ex eo probari poteſt, non malè inſtitutã fuiſſe. Reſpondet Ariſtoteles, nihil hoc probari. N. 40. Ratio. Non enim per ſe quieta eſt, ſed per accidens, nempe propter ſitum loci, cùm inſulam incolant, neq; qui illos corrumpere muneribus queant, uicini adſint, ut apud Spartanos. N. 41.*
  - **Animaduerſione** *et correctione nimiæ poteſtatis Coſmorum, unde probet quis Remp. Cretenſium nõ malè inſtitutam eſſe. Ariſt. contrà correctionẽ hãc & ueluti medelã oſtendit eſſe*
    - **Alienam** *à Rep. rectè inſtituta, ut quæ Dynaſtiæ potius inter Oligarchicas politias extremæ cõueniat. N. 42. Etenim hæc correctio ex*
      - **Voluntate** *hominum pendet, cùm &*
        - **Quilibet** *contra Coſmos cõſpirare queãt, ſiue collegæ ipſorum ſiue publ ij. N. 43.*
        - **Coſmi** *hanc conſpirationem & coactionem ad reddendas rationes geſti magiſtratus abdicatione poſſint auertere. Num. 44.*
      - **Lege** *debebat pendere, regula multo certiore, & conſtantiore, quàm ſit uoluntas hominũ, uarijs mutationibus obnoxia. N. 45.*
    - **Periculoſam,** *quæ Remp. funditus euertere queat, ſi Coſmi nec rationes reddere, nec magiſtratũ deponere uelint. N. 46. Quod quidem periculum*
      - **Directè** *explicat inde oriri, quòd nimia potentia Coſmis conceditur. Vnde colligitur obiter, ad Dynaſtiam potius quàm ad Remp. accedere, cùm uoluntate, non lege regatur. Num 47. Reſp. enim propter hãc Coſmorum ἀκοσμίαν & ...*
        - **Præſens** *corrumpetur. Corruptionis*
          - **Efficiens** *eſt ſeditio. In partes enim pertracto populo, Coſmi duces ſe ſe præbent ſuis. & ſeditionis capita fiunt, ueluti monarchæ quidam. N. 48.*
          - **Effectus** *eſt mutatio Reipub. Ob ſeditionẽ faciẽs Reip. ipſa, id eſt ciuitatis forma, in mutua conuerſatione ſecundùm leges poſita, mutatur, ſi non ſemper, at certè tandiu, quãdiu ſeditio durat. Quæ quidem mutatio noxioſa eſt, & præter legiſlatoris uoluntatẽ. Neq; refert quanto tempore duret: cùm id, quod malũ eſt, et ſi unius tantùm diei ſit, æquè ſit malum, atq; id quod unius eſt anni. N. 49.*
        - **Futurum** *periclitabitur, ne hac ſeditionis occaſione homines improbi & potentes affectãt tyrannidem aliquando inuadant. N 50.*
      - **Obliquè** *confirmat per anthypophorã, cauſam afferens cur periculum iſtud immutationis Reip. hactenus nõ eruperit. Inſulæ ſcilicet ſitũ, quoniã à continenti procul diſtat, in medio mari ſita, neq; externorũ, niſi claſſe ſint inſtructi ampliſſima, inſidijs expoſita. N. 51 Quã cauſam confirmat duobus ſignis*
        - **Periœci** *etſi Cretenſibus nõ magis ſint beneuoli quàm Lacedæmonijs Ilotæ: tamen cùm propter ſitũ ab externo hoſte non ſollicitentur, maleuolentiam ſuam maleficiis teſtatam facere nequeunt N. 52.*
        - **Noſtra** *ætate illatum Cretenſibus bellum ab externo hoſte, Reip. illorum conſtitutionem non ſatis firmam eſſe oſtendit. N. 53.*

CAPVT XI.

Carthaginienſium Rempublicam examinat.

REmpub.[1] autem adminiſtrare uidentur etiã Carthaginienſes bene: &[2] multa eximiè, ſi cum alijs conferantur: maximè[3] autem quædam ſimilia inſtitutis Laconum. Hæ[4] namque tres reſpub. propinquæ aliquo modo ſunt ſibijpſis, & multũ præſtant reliquis: Cretica inquam, & Laconica, & tertia harum Carthaginienſium: & multa eorum, quæ illic inſtituta ſunt, rectè ſe habent. Signum[5] autem reip. bellè conſtitutæ, quòd cum populus locum in ea habeat, permanet tamen in ordine reipublicę: neq; ſeditio illic ulla exorta eſt, quæ meritò ita uocari poſsit, neque tyrannus extitit. Habet[6] autem ſimilia Laconicæ reipublicæ, cœnas[7] publicas ſodalitatum, phiditijs: centum[8] & quatuor uirorum magiſtratum, ephoris: niſi quòd non deterius. Illi[9] namque è quibuslibet fiunt, hunc[10] autem deligunt magiſtratum more optimatum. Reges[11] autem & ſenatum, proportione reſpondentes regibus & ſenatoribus, qui illic ſunt & [12] rectius ſanè reges, neque ex eadem familia: neque [13] tamen ipſa qualibet: ſi[14] autem eſt aliqua præſtans inter alias, ex his potius delectu ducere, quàm[15] ætatem ſequentes. Cùm[16] enim in ſua poteſtate habeant res magnas, ſi humiles fuerint, magna detrimenta afferunt, & obfuerunt iam ciuitati Lacedęmoniorum. Plurima[17] igitur, quæ culpantur, quia uera uia migrarunt, communia ſunt omnibus dictis rebuſpublicis. Eorũ[18] uerò quæ ad propoſitum ſtatus optimorum & reipub. uocatæ, partim ad populum uergunt magis, partim autem ad dominatum paucorum. Quòd[19] enim quædam ad populum referuntur, quædam uerò minimè, reges unà cum ſenatoribus in ſua manu habent, ſi cuncti conſenſerint inter ſe: ſi[20] non, & horum etiam populus dominus eſt. Quæ[21] autem conferunt hi, non ſolùm audiendi populo poteſtatem faciunt, quæ uiſa fuerint magiſtratibus, uerùm ſtatuendi ius habent: &

[22] licet

ΠΟΛΙΤΕΥ'ΕΣΘΑΙ[1] δὲ δοκοῦσι καὶ καρχηδόνιοι καλῶς· καὶ[2] πολλὰ περιττῶς πρὸς τοὺς ἄλλους, μάλιστα[3] δ' ἔνια παραπλησίως τοῖς λάκωσιν. αὗται[4] γὰρ αἱ πολιτεῖαι τρεῖς ἀλλήλαις τὸ σύνεγγύς πως εἰσὶ, καὶ τῶν ἄλλων πολὺ διαφέρουσιν, ἥ τε κρητικὴ, καὶ ἡ λακωνικὴ, καὶ τρίτη τούτων ἡ καρχηδονίων· καὶ πολλὰ τῶν τεταγμένων ἔχει παρ' αὐτοῖς καλῶς. σημεῖον[5] δὲ πολιτείας συντεταγμένης, τὸ τὸν δῆμον ἔχουσαν, διαμένειν ἐν τῇ τάξει τῆς πολιτείας· καὶ μήτε στάσιν, ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, γεγενῆσθαι, μήτε τύραννον. ἔχει[6] δὲ παραπλήσια τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ· τὰ[7] μὲν συσσίτια τῶν ἑταιριῶν, τοῖς φιδιτίοις· τὴν[8] δὲ τῶν ἑκατὸν καὶ τεττάρων ἀρχὴν, τοῖς ἐφόροις· πλὴν οὐ χεῖρον. οἱ[9] μὲν γὰρ, ἐκ τῶν τυχόντων εἰσί· ταύτην[10] δ' αἱροῦνται τὴν ἀρχὴν ἀριστίνδην· τοὺς[11] δὲ βασιλεῖς καὶ τὴν γερουσίαν ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ. βασιλεῦσι καὶ γέρουσι. καὶ[12] βέλτιον δὲ τοὺς βασιλεῖς, μήτε κατὰ τὸ αὐτὸ εἶναι γένος· μὴ[13] δὲ τοῦτο τὸ τυχόν· εἴ τι[14] διαφέρον, ἐκ τούτων αἱρετοὺς μᾶλλον, ἢ[15] καθ' ἡλικίαν. μεγάλων[16] γὰρ κύριοι καθεστῶτες, ἂν εὐτελεῖς ὦσι, μεγάλα βλάπτουσι· καὶ ἔβλαψαν ἤδη τὴν πόλιν τὴν τῶν λακεδαιμονίων. τὰ μὲν[17] οὖν πλεῖστα τῶν ἐπιτιμηθέντων ἂν διὰ τὰς παρεκβάσεις, κοινὰ τυγχάνει πάσαις ὄντα ταῖς εἰρημέναις πολιτείαις. τῶν[18] δὲ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀριστοκρατίας, καὶ τῆς πολιτείας, τὰ μὲν εἰς δῆμον ἐκκλίνει μᾶλλον, τὰ δ' εἰς ὀλιγαρχίαν. τοῦ[19] μὲν γὰρ, τὰ μὲν προσάγειν, τὸ δὲ μὴ προσάγειν πρὸς τὸν δῆμον, οἱ βασιλεῖς κύριοι μετὰ τῶν γερόντων, ἂν ὁμογνωμονῶσι πάντες. εἰ δὲ[20] μὴ, καὶ τούτων ὁ δῆμος. ἃ δ'[21] ἂν εἰσφέρουσιν οὗτοι, οὐ διακοῦσαι μόνον ἀποδιδόασι τῷ δήμῳ τὰ δόξαντα τοῖς ἄρχουσιν, ἀλλὰ κύριοι κρίνειν εἰσὶ, καὶ

[22] τῷ

VIdentur[1] autem etiam Carthaginienſes reſpub. adminiſtrandæ ratione uti recta ac præclara, &[2] multis in rebus eximia atque egregia, ſi cum alijs comparetur: in[3] nonnullis autem Lacedæmoniorum reſpub. conſimili, & penè gemina. Illæ[4] enim tres reipub. adminiſtrandæ formæ cum inter ſe quodammodo ſint ſimiles, tum alijs longe præſtant: Cretenſis, inquam, & Laconica, & tertia Carthaginienſis: multaq; eorum, quæ apud Carthaginienſes conſtituta ſunt, præclare ſe habent. Argumento[5] autem eſt, hanc rempub. bene eſſe deſcriptam, quod cum populum habeat rerum compotem, maneat in deſcriptione & ordinatione reipub. neque aut ſeditio unquam in ea coorta ſit, memoratu quidem certe digna, aut tyrannus extiterit. Habet[6] autem hæc Laconicæ reipub. ſimilia: primùm[7] ſodalitiorum conuiuia, Phiditijs: deinde[8] centum & quatuor uirûm imperium, Ephororum poteſtati: niſi quod centum & quatuor uirûm imperium poteſtate illa melius eſt. Illi[9] enim ex hominibus caſu & fortè fortuna oblatis conſtãt: hi[10] autem ad hoc imperium eliguntur, ut quiq; uirtute & dignitate præſtat. Poſtremo[11] reges & ſenatum habet comparatione & proportione quadam Lacedæmoniorum regibus & ſenatus reſpondentes. Et[12] uerò ſatius eſt reges neq; ex eodem perpetuo genere eſſe, neque[13] ex quouis, & [14] forte fortuna oblato, ſed ex aliquo præſtanti ſumi: neque eos eligi, qui ætate, ſed[15] qui uirtute antecellant. Nam[16] magnarum rerum domini & compotes effecti, ſi ſint contemti atque abiecti, nulliuſque pretij, magna damna inferunt, & magna iam intulerunt Lacedæmoniorum ciuitati. Plurima[17] igitur eorum, quæ reprehenſa ſunt propter declinationes à recta repub. communia huic fuerunt cum alijs reſpub. adminiſtrandæ formis, quas commemorauimus. Eorum[18] autem, quæ optimatum principatum & politiam finem ſibi propoſitum habent, hæc[19] quidem ad populi potentiam, illa uero ad paucorum dominatum magis declinant. Reges enim cum ſenatoribus poteſtatem habent aliud ad populum deferendi, aliud non deferendi: & ſi omnium una ſit in aliqua re decernenda ſententia, id ratum eſt: ſin[20] minus, etiam penes populum arbitrium & poteſtas eſt. Quæ[21] autem hi afferunt ad populum, non modo renunciant populo, ut audiat quæ fuerint à principibus ciuitatis decreta, uerùm

etiam

[22] licet ei, qui uoluerit, his quæ proponũtur, aduerſari: quod [23] in alijs rebuſpub. minimè licet. Quinqueuiratus [24] aũt, qui domini ſunt multarum & magnarum rerũ, à ſemetipſis deligi: & [25] magiſtratum centum uirorũ hos deligere, qui magiſtratus eſt maximus: præterea [26] hos longiore tempore imperiũ habere, quàm alios (nã [27] & cùm exierunt magiſtratu, & cùm caputi ipſum ſunt, imperium habent) inſtitutum eſt proprium dominatus paucorũ. Magiſtratus [28] uerò mercedẽ non accipere, neq; [29] ſorte duci, propriũ ſtatus optimorũ exiſtimãdum eſt: & ſi quid aliud huiuſcemodi eſt. Et cauſas omnes à magiſtratib. iudicari, & nõ alias ab alijs, quẽadmodũ Lacedęmone fit. Migrat [30] è ſtatu optimorũ ordo Carthaginienſium uerſus dominatum paucorũ maximè è quodam ſenſu, qui probatur multis. Nõ [31] enim ſolùm è uirtute, ſed etiam è diuitijs arbitrãtur oportere ſumere, qui magiſtratus gerãt. Quaſi [32] fieri nõ poſsit, ut qui egeat, bene imperiũ tegat & quieſcat. Si [33] igitur deligere ſpectatis diuitijs, dominationis paucorum eſt: è uirtute autem ſtatus optimorum: hic [34] tertius quidam ordo erit, quo conſtituta ſunt apud Carthaginienſes, quę ad remp. pertinent. Deligunt [35] enim magiſtratus ad hæc duo reſpiciẽtes, & in primis maximos, reges inquã, & duces belli. Putandũ [36] aũt eſt, erratũ fuiſſe eius, qui leges ſcripſit, migrationem hãc è ſtatu optimorum. Initio [37] enim hoc uidere, unum eorum eſt, quæ ſunt maximè neceſſaria: ut optimi uiri ualeant ocioſi eſſe, & nihil indecore agere cogantur, non ſolùm cùm imperium habẽt, uerumetiam cũ priuati ſunt. Si [38] autem opus eſt reſpicere etiam ad diuitias, ut ocio liceat uti, flagitioſum eſt, maximos magiſtratus precio parari, regnum inquã, & imperiũ in bello. Lex [39] enim hęc facit, ut maior honos habeatur diuitijs, quàm uirtuti, redditq; [40] ciuitatẽ auaram. Quodcũq; [41] autem putarit honore dignũ id, quod ſummam poteſtatem habet in ciuitate, neceſſe eſt aliorum ciuium opinionẽ comitari his. Vbi [42] autem non ſupra cætera omnia uirtuti honos habetur,

[22] τῷ βουλομένῳ τοῖς εἰσφερομένοις ἀντειπεῖν ἔξεστι· ὅπερ [23] ἐν ταῖς ἑτέραις πολιτείαις οὐκ ἔστι. τὸ δὲ [24] τὰς πενταρχίας κυρίας οὔσας πολλῶν καὶ μεγάλων, ὑφ᾽ αὐτῶν αἱρετὰς εἶναι· καὶ τὴν τῶν [25] ἑκατὸν ταύτας αἱρεῖσθαι, τὴν μεγίστην ἀρχήν· ἔτι [26] δὲ ταύτας πλείονα ἄρχειν χρόνον τῶν ἄλλων (καὶ [27] γὰρ ἐξεληλυθότες ἄρχουσι καὶ μέλλοντες) ὀλιγαρχικόν. τὸ δ᾽ [28] ἀμίσθους καὶ μὴ [29] κληρωτὰς, ἀριστοκρατικὸν θετέον, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· καὶ τὸ τὰς δίκας ὑπὸ τῶν ἀρχείων δικάζεσθαι πάσας· καὶ μὴ ἄλλας ὑπ᾽ ἄλλων, καθάπερ ἐν Λακεδαίμονι. παρεκβαίνει [30] δὲ τῆς ἀριστοκρατίας ἡ τάξις τῶν Καρχηδονίων μάλιστα πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν κατά τινα διάνοιαν, ἣ συνδοκεῖ τοῖς πολλοῖς. οὐ [31] γὰρ μόνον ἀριστίνδην, ἀλλὰ καὶ πλουτίνδην οἴονται δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας. ἀδύνατον [32] γὰρ τὸν ἀπορουῦντα καλῶς ἄρχειν καὶ σχολάζειν. εἴπερ [33] οὖν τὸ μὲν αἱρεῖσθαι πλουτίνδην, ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ κατ᾽ ἀρετὴν, ἀριστοκρατικόν· αὕτη [34] τις ἂν εἴη τάξις τρίτη, καθ᾽ ἥνπερ συντέτακται καὶ τοῖς Καρχηδονίοις τὰ περὶ τὴν πολιτείαν. αἱροῦνται [35] γὰρ εἰς δύο ταῦτα βλέποντες· καὶ μάλιστα τὰς μεγίστας, τούς τε βασιλεῖς, καὶ τοὺς στρατηγούς. δεῖ [36] δὲ νομίζειν ἁμάρτημα νομοθέτου, τὴν παρέκβασιν εἶναι τῆς ἀριστοκρατείας ταύτην. ἐξ [37] ἀρχῆς γὰρ τοῦθ᾽ ὁρᾶν ἐστι τῶν ἀναγκαιοτάτων, ὅπως οἱ βέλτιστοι δύνωνται σχολάζειν, καὶ μηδὲν ἀσχημονεῖν, μὴ μόνον ἄρχοντες, ἀλλὰ μηδ᾽ ἰδιωτεύοντες. εἰ δὲ [38] δεῖ βλέπειν καὶ πρὸς εὐπορίαν χάριν σχολῆς, φαῦλον τὸ τὰς μεγίστας ὠνητὰς εἶναι τῶν ἀρχῶν, τήν τε βασιλείαν καὶ τὴν στρατηγίαν. ἔντιμον [39] γὰρ ὁ νόμος οὗτος ποιεῖ τὸν πλοῦτον μᾶλλον τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν [40] πόλιν ὅλην φιλοχρήματον. ὅ, τι [41] δ᾽ ἂν ὑπολάβῃ τίμιον εἶναι τὸ κύριον, ἀνάγκη καὶ τὴν τῶν ἄλλων πολιτῶν δόξαν ἀκολουθεῖν τούτοις. ὅπου [42] δὲ μὴ μάλιστα ἀρετὴ τιμᾶται, ταύτην οὐχ οἷόν τε εἶναι βεβαίως

[22] etiam cuiuis de populo contra ea, quæ afferuntur, dicere licet: quod [23] non eſt in alijs reipub. adminiſtrandæ formis. Quòd [24] autem quinqueuiri, qui ſunt multarum magnarúmque rerum compotes atque arbitri, & à ſe ipſi leguntur, & [25] centumuirûm magiſtratum, qui ampliſſimus eſt, eligũt: prætereáque [26] quod hi diutius gerunt magiſtratum, quàm cæteri (nam [27] & defuncti magiſtratu, & antequam ineant magiſtratum, reip. præſunt) hoc ad potentatum paucorum pertinet. Quod [28] autem ſine mercede, & ſine ſortitione fiunt, hoc ad optimatium principatum pertinere ſtatuendum eſt, & ſi quid tale aliud eſt. Tum [29] lites & controuerſias omnes ab ijs, qui magiſtratum gerunt, diſceptari, non alias ab alijs, quemadmodum Lacedæmone, hoc quoque optimatium principatum attingit. Deflectit [30] autem maximè ab optimatium principatu ad paucorum potentatum Carthaginienſium reipublicæ conſtitutio ex quadam cogitatione & opinionẽ uulgi. Non [31] enim ex uirtute ſolùm, uerumetiam ex diuitijs eligi magiſtratus putant oportere. Fieri [32] enim non poſſe arbitrantur, ut is, cui deſunt rei familiaris facultates, rectè fungatur magiſtratu, & otietur. Si [33] igitur magiſtratus ex diuitijs & cenſu eligi, ad paucorum potentatum pertinet: ex uirtute uerò, ad optimatium principatum: hæc [34] tertia fuerit reipublicæ adminiſtrandæ ratio, ac deſcriptio, qua Carthaginienſes in ſua reipub. adminiſtranda utuntur. In [35] eligendis enim magiſtratibus, iiſq́; maximis, regibus ſcilicet, & imperatoribus, hæc duo ſpectant. Hæc [36] igitur ab optimatium principatu declinatio, latoris legis peccato culpáque accidiſſe exiſtimanda eſt. Nam [37] ſtatim ab initio hoc in primis uideri debet, ut uiri optimi otiari poſſint cum aliqua dignitate, aut certe ſine ſpecie deformi atque indecora: idq́; non ſolum publicam perſonam ſuſtinentes, magiſtratúmque gerentes; uerumetiam uitam priuatam colentes. Quod [38] ſi otij gratia etiam ad facultates & copias rei familiaris attendendus animus eſt, ſummos magiſtratus tamen eſſe uenales, regnum & imperium bellicum, malum eſt. Efficit [39] enim hæc lex, ut maiore in precio atque honore ſint diuitiæ, quàm uirtus, & [40] ut tota ciuitas immoderato pecuniæ ſtudio ſit dedita. Quicquid [41] autem honoratum principes ciuitatis & in repub. dominatum obtinentes exiſtimarint, idem & reliquis ciuibus tale uideatur neceſſe eſt. Qua [42] autem in repub. non maximo in honore precióque uirtus eſt, hæc

betur, hanc eſſe non poteſt rẽp. firmè in manu optimorum. Cõſentaneũ [41] aũt eſt, ut qui emerint, aſſueſcant quæſtum facere, quando ſumtibus peruenerint ad imperiũ. Abſurdum [44] enim eſt, ſi pauper cùm ſit, idẽ tamen uir probus, inducet in animum quæſtui habere rempub. improbior uerò nolet, ſumtu in eam rem facto. Quare [45] decet illos, qui poteſtatem habent exprimendi conſuetudinẽ optimorum ciuiũ, ipſos imperiũ habere. Melius [46] aũt feciſſet, ſi abieciſſet egeſtatẽ proborũ legislator, potiusq; conſuluiſſet otio imperantiũ. Culpã [47] aũt in ſe continere uideri poſſet & hoc, plures magiſtratus eundẽ habere: qđ ſane laudẽ inuenit apud Carthaginiẽſes. Vnũ [48] .n. opus ab uno optimè cõficitur. Oportet [49] aũt quomodo hoc efficiatur, qui ſcribit leges uidere, & nõ præcipere, ut idẽ officio fungatur tibicinis ac ſutoris. Quapropter, [50] ubi nõ parua eſt ciuitas, magis ciuile eſt, plures participes eſſe magiſtratuũ, & magis populare: comuniusq;, [51] ut diximus, & pulcrius unũquodque cõficitur ab iiſdem, & celerius. Planũ [52] aũt eſt hoc in reb. bellicis & nauticis. In his enim ambobus per oẽs, ut ita dicam, pertrãſiuit imperandi & parendi officiũ. Cũ [53] aũt reſp. uergat ad dominatũ paucorũ, optimè declinãt inuidiã. Nã ditãt ſemper aliquã populi partẽ, præficientes ipſam oppidis ſuæ ditionis: hoc enim medentur, & reddunt ſtabilẽ remp. Verùm [54] hoc eſt fortunæ opus. Oporteret [55] aũt remotos eos eſſe à ſeditionib. opera legislatoris. Nũc [56] aũt, ſi calamitas aliqua extiterit, & multitudo defecerit eorũ, q in ditione ipſorũ ſunt nullũ remediũ eſt à legibus profectum requietis. De [57] republica igitur Lacedæmoniorum, & Cretenſium, & Carthaginienſium, quæ quidem iure bono probatæ ſunt, res ſe habet hoc modo.

ἀριστοκρατικὴν πολιτείαν. ἐθίζεσθαι [43] δ' εὔλογον κερδαίνειν τοὺς ὠνουμένους, ὅταν δαπανήσαντες ἄρχωσιν. ἄτοπον [44] γὰρ, εἰ πένης μὲν ὤν, ἐπιεικὴς δὲ, βουλήσεται κερδαίνειν· φαυλότερος δ' ὤν, οὐ βουλήσεται, δαπανήσας. διὸ [45] δεῖ τοὺς δυναμένους ἀριστ' ἄρχειν τούτους ἄρχειν. βέλτιον [46] δ', εἰ καὶ προεῖτο τὴν ἀπορίαν τῶν ἐπιεικῶν ὁ νομοθέτης, ἀλλὰ ἀρχόντων γε ἐπιμελεῖσθαι τῆς σχολῆς. φαῦλον [47] δ' ἂν δόξειεν εἶναι καὶ τὸ πλείους ἀρχὰς τὸν αὐτὸν ἄρχειν, ὅπερ εὐδοκιμεῖ παρὰ τοῖς καρχηδονίοις. ἓν [48] γὰρ ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται. δεῖ [49] δ' ὅπως γίνηται τοῦθ' ὁρᾶν τὸν νομοθέτην, καὶ μὴ προστάττειν τὸν αὐτὸν αὐλεῖν, καὶ σκυτοτομεῖν. ὥσθ', [50] ὅπου μὴ μικρὰ πόλις, πολιτικώτερον πλείονας μετέχειν τῶν ἀρχῶν, καὶ δημοτικώτερον. κοινότερόν [51] τε γὰρ, καθάπερ εἴπομεν, καὶ κάλλιον ἕκαστον ἀποτελεῖται ὑπὸ τῶν αὐτῶν, καὶ θᾶττον. δῆλον [52] δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν πολεμικῶν, καὶ τῶν ναυτικῶν. ἐν τούτοις γὰρ ἀμφοτέροις διὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, διελήλυθε τὸ ἄρχειν, καὶ τὸ ἄρχεσθαι. ὀλιγαρχικῆς [53] δ' οὔσης τῆς πολιτείας, ἄριστα ἐκφεύγουσι τῷ πλουτεῖν, αἰεί τι τοῦ δήμου μέρος ἐκπέμποντες ἐπὶ τὰς πόλεις. τούτῳ γὰρ ἰῶνται, καὶ ποιοῦσι μόνιμον τὴν πολιτείαν. ἀλλὰ [54] τοῦτο ἐστὶ τύχης ἔργον. δεῖ [55] δὲ ἀστασιάστους εἶναι διὰ τὸν νομοθέτην. νῦν [56] δὲ ἂν ἀτυχία γένηταί τις, καὶ τὸ πλῆθος ἀποστῇ τῶν ἀρχομένων, οὐδέν ἐστι φάρμακον διὰ τῶν νόμων τῆς ἡσυχίας. περὶ [57] μὲν οὖν τῆς τῶν λακεδαιμονίων πολιτείας, καὶ κρητικῆς, καὶ τῆς καρχηδονίων, αἵπερ δικαίως εὐδοκιμοῦσι, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

reſpub. ad ſtabilem optimatium principatum nullo modo pertinere poteſt. Probabile [43] eſt porrò eos, qui magiſtratus emerunt, cùm impenſam fecerint in magiſtratum, aſſueſcere quæſtum facere. Abſurdum [44] enim fuerit, eum qui pauper quidem ſit, ſed tamen uir bonus, quæſtus faciendi uoluntatem habiturum: eum, qui ſit improbus, & quo ſumtum fecerit, non habiturum. Quapropter [45] oportet, qui optime præeſſe reipub. poſſunt, hos præeſſe. Præſtabat [46] autem, etſi uirorum bonorum facultates & copias rei familiaris deſerebat ac prodebat, at certe eum magiſtratuum otio conſulere ac proſpicere. Malum [47] autem eſſe uideatur etiam hoc, eundem plures magiſtratus gerere: quod quidem apud Carthaginienſes honorificum & glorioſum eſt. Nam [48] unum opus ab uno optimè abſoluitur. Oportet [49] uerò latorem legis, ut hoc fiat, uidere atque operam dare: non ut idem & tibia canat, & ſutoriam faciat, negotium dare. Itaque [50] ubi non eſt parua ciuitas, ciuilius eſt plures eſſe magiſtratuum participes, & magis populare. Nam [51] cùm hoc communius ſit, quemadmodum diximus, tum unaquaque res & melius fit a ſingulis, & citius. Licet [52] autem hoc cernere in rebus bellicis & nauticis. In his enim utriſq; per omnes fere permanat imperandi ius, & parendi neceſſitas. Cùm [53] autem eorum reipub. adminiſtrandæ ratio ad paucorum potentatum ſpectet, optimè tamen hoc incommodum effugiunt, eo quòd ſemper aliqua pars populi diues eſt, dum aliquos de populo in oppida minora dimittunt. Hac enim re medentur huic malo, & reipub. ſtatum ſtabiliunt. Sed [54] hoc fortunæ acceptum referendum eſt. At [55] oportebat eos à ſeditione munitos ac tutos eſſe conſilio & opera latoris legis, non beneficio fortunæ. Nunc [56] autem ſi quid aduerſi acciderit, & paulo maior numerus ciuium imperio ſubiectorum defecerit ac diſcordarit, nullum eſt in legibus tranquillitatis & quietis retinendæ præſidium. De [57] Lacedæmoniorum igitur reipub. adminiſtrandæ forma, & de Cretenſi, & Carthaginienſi, quæ quidem meritò ab omnibus probantur, & bona exiſtimatione florent, hæc habui, quæ dicerem.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Rempub autem adminiſtrare.) Poſt Laconicam Creticamq; proponit ſibi ponderandam propter ſimilitudinem Carthaginienſium rempublicam, quam etiam probari affirmat, continereq; in ſe non pauca, quæ anteponi debeãt inſtitutis multarum ciuitatum: in primis autem nonnulla aſsimilia habeat Laconum moribus, cùm tres hæ reſp. propinquæ ſimileſq; aliquo modo inter ſe ſint (nam ſimilem eſſe Laconicam remp. Creticæ, iam oſtenderat) eædemq; ualde præſtẽt cæteris omnibus: multaq;, quæ in ipſis conſtituta ſunt, bene profectò ſe habent. Non peruenerat adhuc ad aures Ariſtotelis, reſp. Romanorum: aut ſi aliquid de ipſa acceperat (ut uerisimile eſt) ordinem ipſius legeſq; non ita cognitas habebat, ut fideliter poſſet exiſtimare uirtutes uitiaque ipſius. Theophraſtus mentionem Romanorum in iis, quæ reſtant, huius auctoris, facit. Remp. igitur, quæ ualde aduerſata eſt imperio ipſorum, nunc explicat. nam uetuſtiorem ipſam fuiſſe Romana, memoriæ quoque prodidit Polybius, qui ſcriptorem iam ipſam cum florente opibus Romana bellum ſuſcepiſſe affirmauit.

Signum autem reip.) A ſigno probat, remp. eam bene conſtitutam fuiſſe: quia fortaſſis leges ipſius omnes, ut erant longinquæ & bar-

& barbarorum, plenè cognitas nõ habebat. Nota autem, qua utitur, eſt, quòd cùm in ea populus particeps reip. foret, omnéſque haberet, unde turbæ oriri ſolent: illa tamen ſtatum ſuum legeſque ſeruaret, nec ſeditiones ullæ, quæ alicuius momenti forent, aut tyrannus illic exortus eſt.

Habet autem ſimilia.) Cùm generatim dixiſſet remp. Pœnorum ſimilem eſſe reip. Lacedæmoniorum, nunc quæ in his duabus rebuſp. paria ſimiliaq; inter ſe ſint, oſtendit. Primùm igitur narrat, cœnas communes ſodalitatum quarundam, quæ Carthagini inſtitutæ erant, ſimiles eſſe phiditijs Lacedæmoniorum. Deinde magiſtratum centum 4. uirorum ſimilem eſſe ephoris: niſi quòd intelligi poteſt melius hos, quàm ephoros creari. cùm Lacones è quibuſlibet ciuibus, non è delectis ipſos creent: Carthaginienſes autem morem habeant deligere ipſos ex optimis & ſpectatiſsimis.

Reges autem & ſenatum.) Eodem pacto docet, reges Pœnorum & ſenatum reſpondere regibus & ſenatoribus Laconum: etſi magis probat inſtitutum Pœnorum, qui reges ſuos creabant, non ex eodem neceſſariò genere, neque tamẽ è quolibet. quòd ſi oporteret è certa familia, quæ præſtaret cæteris, eos deligere: non eſſe ſumendos ipſos ex ætate, ut fit, cùm qui antecedunt annis, potiſsimum ad imperium aſſumantur: ſed è uirtute & probitate eligendos. Cauſam autem affert ſuæ ſententiæ: Cùm enim, inquit, magna ipſorum poteſtas ſit in ciuitate, ſi fuerint imbecilli conſilij, neque tantæ perſonæ ſuſtinẽdæ idonei, magna detrimenta reip. iniungerent: ut reges Spartiatarum humiles, id eſt indigni gradu illo honoris, infirmiq; atque tenuis animi, præteritis temporibus illi reip. attulerunt.

Plurima igitur.) Sunt quædam in rebuſp. nonnullis, quæ meritò reprehenduntur: quia non ſeruantur diligenter ea, quæ ab illis, qui primò ipſas condiderunt, conſtituta ſunt. Non debent igitur hæc uitio dari auctoribus earum, cùm ipſorum culpa commiſſa non ſint: ſed propria delicta ſunt eorum, qui migrãt è ueterum inſtitutis. unde παρεκβάσεις huiuſcemodi omnia uocari ſolent. Hæc igitur cuncta, quæ accuſantur illic, communia eſſe dicit tribus his rebus publicis, ueſtigiaq; harum culparum maiore ex parte inueniri in ipſis.

Errorum uerò quæ.) Sunt alia errata in rebuſpublicis, quæ naſcuntur à conditoribus ipſarum. Cùm enim illi ſibi propoſuerint ſingere aut ſtatum optimorum uirorum, aut eum, qui communi nomine omnium earum publicarum, uocatur politia: quædam imprudentes inſtituunt aliena ab illis rebuſpublicis, & quæ aduerſantur ipſorum propoſito ac fini. Quæ igitur huiuſcemodi erant in rep. Carthaginienſium, non eodem cuncta uergebant: ſed partim, ut tradit, ad ſtatũ multitudinis potius, partim ad dominatum paucorum.

Quòd enim quædam ad populum.) Quænam ſint illa exponit, quæ in ea rep. dilaberentur ad contrarios ſtatus ab eo, quẽ ſibi primò propoſuerat conditor ipſius. inquit igitur: Quòd reges unà cum ſenatoribus ſua in manu haberent certa quædam ad populum referre: alia uerò minimè, ſi conſenſerint: ſin uerò diſcreparint de ipſis eorum iudicia, horum etiam populus dominus fiebat, ac quid ſibi uideretur de illis, decernere poterat. Quæ autem hi, id eſt reges ac ſenatores, populo proponunt, illa nõ ſolum populus audit, uiſa decretaq; magiſtratibus. uerum etiam exiſtimat de ipſis: iuriſq; multitudinis eſt, aut probare ipſa, aut improbare: poteſtq; præterea è numero popularium hominum, qui uoluerit, aduerſari ipſis, ac liberè contradicere. quod addit, in cæteris rebuſp. non conceditur, ut priuatus aliquis ualeat temptare ac labefactare ea, quæ uiſa fuerint, probataque magiſtratibus.

Quinqueuiratus autem.) Vt ſuperius inſtitutum populare eſſe uoluit, ita, quod nunc commemorat, aptum dominatui paucorum docet. inquit enim: Quòd uerò magiſtratus, qui illic conſtat è quinque uiris (à numero enim ciuiũ, qui perſonas eas gerunt, πενταρχίαι uocati ſunt) qui magiſtratus, inquit, in ſua poteſtate multa magnaq; habet, ſemet ipſos eligere, eaſdemq; has pentarchias, magiſtratum quoque ordinemue cẽtum uirorum deligere (qui ſanè apud ipſos maximus magiſtratus eſt) & præterea hos, quinqueuiratos inquam, longius ſpacium temporis imperium habere, quàm alij ulli magiſtratus, proprium inſtitutum eſt dominatus paucorum. Docet autem, quomodo uſu ueniat quod dixit, ut quinqueuiratus illic maius temporis ſpatium imperium habeat: atq; ipſos deſignatos, & antequam magiſtratum ineant, imperium exercere, & cùm abierint etiam magiſtratu, ipſum retinere.

Magiſtratus uerò mercedem.) Quòd uerò, inquit, nullam mercedem capiunt magiſtratus ſui laboris, quodq; ijdem minimè ſorte creantur: exiſtimandum hoc eſt inſtitutum proprium optimatum. Duorum autem illorum prius, ut magiſtratibus inquam pecunia tribuatur, inſtitutum eſt dominatus paucorum: poſterius uerò ſtatus multitudinis. adiungit auctor, & ſi quid aliud huiuſcemodi eſt (quod ſcilicet ſimile ſit his duobus) & ipſum optimatum ſtatus proprium eſt.

Et cauſas omnes.) Præterea, inquit, dominatum paucorum olet, quòd illic certus quidam ordo cauſas omnes iudicat, non diuerſis magiſtratibus diuerſæ cauſæ attributæ ſunt, quemadmodum inquit, fit Lacedæmone. Idem uerò ſeruari ſolitum Athenis, docuit Demoſthenes contra Ariſtocratẽ ut ſcilicet diuerſę curię, quas δικαστήρια uocat, diuerſas cauſas iudicarent. Non longè autem à principio ſequẽtis libri, idem quod hic de contrario more utriuſque reip. in cauſis iudicandis, commemorat. Tradens uerò nunc, omnes cauſas exiſtimari ab Archijs: uidetur hoc nomine certum quẽdam magiſtratum ordinemue oſtẽdiſſe. Nã ſi ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχείων legaretur, planior locutio fuiſſet, nomineq; ἀρχείων cuncti magiſtratus accepti eſſent. Sed tamen uetus quoq; translatio peruulgatam lectionem ſequitur, in qua præterea αὐτῶν expreſſum non eſt. Quod uerò facit ad ἀρχῶν Carthaginienſium, ordinemq; illum, cuius officium erat de cauſis omnib. ſententias ferre, de ipſo meminit T. Liuius in xxxiij. libro, cuius hæc uerba ſunt: Iudicum ordo Carthagine ea tempeſtate dominabatur, & maximè quòd ijdem perpetui iudices erant. res, fama, uitaq; omnium in illorum poteſtate erat: qui unum eius ordinis, idem omnes aduerſos habebat, nec accuſator ad infenſos iudices deerat: & quæ ſequuntur. Indicat igitur hic quoque grauis ſcriptor, multis modis ordinem iudicum illic iniuſtum fuiſſe, & magis libidini ciuium accommodatum, quàm ueræ reip. idoneum: atque hoc maximè, quia perpetuum illum eſſe, & exiſtimatorem omnium controuerſiarum ſignificat. quare dominari ſolitum tunc dicit, quod extremum eſt inſtitutorum ab initio prauorum.

Migrat è ſtatu.) Declarat, unde natum ſit, ut reſp. hæc, quæ, ut in poteſtate optimorum foret, inſtituta fuerat, migret pluribus partibus in dominationem paucorum. huiuſq; errati cauſam eſſe originemque uult, opinionem quandam, quæ uigebat illic in animis multorum. Erat autem hæc, ut homines egeni non poſſent remp. rectè adminiſtrare: nec tutum eſſet illis committere ullo pacto imperium, quia cupidi ſint rerum nouarum. Quare, ut periculum hoc uitarent in magiſtratibus creandis, ſpectabant non ſolùm uirtutem, uerum etiam diuitias: conferebantq; ſe libenter non ſolùm ad optimos uiros, uerum etiam ad locupletes.

Si igitur deligere.) Docet hanc, qua utebantur Carthaginienſes, tertiam quandam rationem eſſe creandorum magiſtratuum, interiectam inter duas illas, id eſt eam, qua ſtatus optimatum & dominatio paucorum utebãtur, participemq; ambarum. Probat autem quod uult hoc pacto: Si creare magiſtratus, ſpectatis diuitijs, proprium eſt dominatus paucorum, uirtute autem ſibi propoſita, proprium optimatum: hæc tertia quædam ratio utraque erit, qua conſtituta ſunt, quæ pertinent ad comitia Carthaginienſium. deligunt enim illi, qui magiſtratus gerant, his duobus, quæ ſunt expoſita, ſpectatis, in primiſq; maximos magiſtratus, id eſt reges, & belli duces.

Putandum autem eſt.) Oſtendit, errore & prauo conſilio illius, qui primò remp. hanc conſtituit, factum eſſe, ut ipſa cogatur exire è ſuis finibus, & tranſire ex optima rep. in multo deteriorem. Eſt enim, inquit, hoc unum ex illis, quæ maximè neceſſe eſt initio prouidere, qui remp. aliquam conſtituit, ut optimi ciues ualeant honeſtum otium amare. & nihil ob egeſtatem, quod humile ſit atque indecorum, facere: & hoc non ſolum, ut ille putauit, cùm imperium habent, uerum etiam cùm priuati ſunt. nam ſine imperio etiam improbi ciues poſſunt reip. non parum nocere.

Si autem opus eſt.) Quòd ſi, inquit, reſpicere opus eſt in mandandis honoribus ad diuitias quoque, non ſolùm ad uirtutem, atque id otij cauſa, quia pauperes imperiũ nacti multa peccant in republica: certè otioſum eſt illic maximos magiſtratus, reges inquam ac duces belli, publicè uendi pretioq; parari. Confirmat autem hoc dicens, cauſam eſſe legem hanc, ut in maiore pretio illic pecunia ſit, quam uirtus: &, ut tota ciuitas auara fiat, flagretq; deſiderio diuitiarum. atque hoc meritò, cùm uideat ſummos magiſtratus parari auro. Quod itidem comprobat, affirmans illud, quod magni æſtimat, qui remp. regit, neceſſariò amari à reliquis ciuibus, ſectantibus iudicium uoluntatemq; ipſius. Addit etiam,

ciuitatē illam, quæ nō primas defert uirtuti, nec ſupra cætera omnia ipſam colit, non poſſe recte dici firmiterq́; in poteſtate eſſe optimorum: illi enim anteponunt uirtutem cæteris rebus.

Conſentaneum autem eſt.) Adiungit, ex eo prauo instituto oriri neceſſariò malum non paruum. Fia enim poſſe fieri dicit, ut ij, qui emerint magiſtratum, conentur inde quæſtum facere, ſtudeantq́ue reſarcire damnum, quod fecerūt rei familiaris in eo ſibi parando. Nam ſi, inquit, pauper, idem tamen uir probus moderatusq́ue, ſuſpectus eſt, ne quæſtum habeat rempublicam: quanto magis pertimeſcendus eſt, ne id faciat, qui fuerit improbior, etſi diues eſt? neq; enim ſanè eſt ullus diuitiarum in animis non excultis uirtute, præſertim cùm emerit illam curam, ſumtumq́ue in ea fecerit. ſtultum enim eſt hoc exiſtimare. Quis autem non uideat, ſententiam hanc conſtare ex contrarijs, eſſeq́ue, ut magiſtri dicendi uocant, enthymema: quod argumētum ualde firmum eſt, & quaſi perturbat, de graduq́; deijcit aduerſarium.

Quare decet illam.) Quare, inquit, oportet, ut ſtatumq́; hoc eſt, ſtatum optimorum uirorum adminiſtrare, imprimiſque in eo hauere, qui non poteſtatemq́; etiue rei habeant: non qui locupletes tantum ſunt, diuitijsq́, ſolis commendati, ad eum honorem perueniant.

Melius autem feciſſet.) Inſimulat his uerbis conditorem eius reipublicæ, qui in perſonis deligendis, quibus totò mandarentur magiſtratus, ueram uiam eius rei non uiderat: nec illi malo, quod timebat, remedium idoneum inuenerat. Melius enim dicit eum facturum fuiſſe, ſi neglecta paupertate proborum uirorum, nec tantopere ipſa reformidata, quantopere fecit, nō reieciſſet illos à republica, ſed potius diligentiam adhibuiſſet, ut dum illi imperium haberent, otium colerent, nec uellent omnia permiſcere, ut ſi poſſent, egeſtatem illam ſuam a ſe depellerent. Quod inquit, [illegible], ualet (ut opinor) quod diat, abijceret, & non attenderet egeſtatem, nec omnino putaret illam impedire officium boni ciuis, ſi coniuncta cum uirtute foret. In hoc autem ſecutus nunc ſum fidem ueteris illius tralationis, quam conſtat legiſſe [illegible], non, ut hodie in excuſis omnibus eſt, [illegible], quod contrarium ualet. Magis enim mihi conuenire ſententiæ auctoris, rationiq́; Græci ſermonis uidetur hæc lectio, quam etiam D. Thomas recipit, accommodatamq́; huic loco putat.

Culpam autem in ſe continere.) Oſtendit aliud in eadem republica, quod & ipſum uidetur eſſe affine culpæ, unum ſcilicet & eundem ciuem plures magiſtratus gerere: id tamen docet, laudem habere apud Carthaginienſes. Huuc uerò morem probari non poſſe, cōfirmat his uerbis: Vnum autem opus optimè conficitur ab uno mortali, qui ſcilicet totus in eo occupatus ſit, & nullis alijs curis diſtrahatur. Videndum hic eſt, an ſignificet Ariſtoteles, oportere ſingulos ciues, qui imperium habent, curamq́; aliquam publicam ſuſtinent, perpetuò in illo munere uerſari, nec licere ipſis aliam partem reip. attingere: ita enim, ut in opificibus euenit, qui non ex una ſuaq; arte ad aliam transeunt, contingeret eos meliores abſolutioresque eſſe: ſiue eoſdem uno eodemq́ue tempore non debere uarios magiſtratus capere. Nam priore ſenſu, impediret, ne perfecti in illo munere obeundo eſſe poſſent, quia nō ſemper ſe in ea re tractāda exercerent: in poſteriore potius aduerſaretur exiguitas tēporis.

Oportet autem quomodo.) Hoc uidetur præcipere, non oportere quempiam ciuem uerſari in pluribus uarijsq́, publicis curis, ſed unum idemq́; ſemper opus urgere: cogereq́, hoc ipſum facere, officium eſt, ut inquit, eius, qui leges ſcribit. Simili autem declarat erratum eius, qui hoc non prouiderit. Eſſet enim, inquit, perinde, atque ſi quis unum eundemq́, uellet tibijs uti, & ſutrinam facere. Qui enim alterum horum, cum ſint artes ita inter ſe diſsimiles, cōmodè conficit, nō uidetur ullo pacto poſſe alterum rectè adminiſtrare. Idem igitur uſuuenire putat in publicis reip. muneribus.

Quapropter ubi non parua.) Concludit, in bene inſtituta ciuitate hoc probari non poſſe: excipit tamen puſillas minutaſque ciuitates, in quibus hoc facere quaſi neceſſarium eſt propter exiguum numerum ciuium. Præter has autem affirmat magis accommodatum eſſe reipublicæ, ut plures ciues participes ſint bonorum publicorum, nec non idem magis populare. amare enim coguntur ciues ſtatum illum ciuitatis, à quo ſe uideant ornari. Cùm autem rationē ſtatim reddat ſui iudicij, inquit. Communius enim & pulcrius unumquodque conficitur, ſi ab iiſdem geratur, qui tractare ipſum longo uſu didicerint. idemq́ue (ut adiungit) celerius perficitur.

Planum autem eſt.) Vt magis illuſtret planumq́; faciat, quod dixit, confugit rurſus ad ſimile, dicitq́ue hoc ita ſe habere intelligi e ſtudio rerum bellicarum & naualium: in quibus ambabus rebus adminiſtrandis imperium peruenit penè ad omnes, ut nemo ferè in ipſis ſit expers imperij: & ut illic certis rebus præſunt euocti, ita parent alij ſuperioribus, & dicto ipſis audientes ſunt. Idem igitur quod ſeruatur militiæ, locum habere & ſeruari uellet domi in adminiſtratione reip. Ariſtoteles.

Cùm autem reſp.) Exponit, quomodo Carthaginienſes declinarent inuidiam & mala, quæ neceſſariò inſtabant ſuæ reipublicæ, cùm uergeret ad dominatum paucorum, nec placere ullo pacto poſſet multitudini. Inquit igitur, ipſos ſolitos præficere ſemper populares homines oppidis ijs, quæ in eorum ditione forent. atque ita facultatem ipſis dare, ut cogant pecuniam, locupletioreſq́; domum redeant. Hoc enim, inquit, inſtituto medentur illi, quaſi uulneri, cùm offendāt apud plebem ob dominatum illum ſuum, reddūtque remp. ſtabilem ac firmam. [illegible] quod inquit, apparet uerbum eſſe tranſlatum ab arte medicorum [illegible] etiam, quod infrà poſitum eſt, ipſi reſpondet. Plutarchus itidem in Solone [illegible] repit, cùm exponeret iudicium ſapientis illius uiri de Piſiſtrato. aiebat enim, non facile aliquem inueniri poſſe magis proclivem ad uirtutem, ſi quis ſanaret cupiditatem illam magnam, qua flagrabat, dominandi in libera ciuitate.

Verum hoc eſt.) Non omnino probat morem Carthaginienſium, qui in officio retinebant pauperes ea ratione, quam narrauit, neque tutum ullo pacto eſſe putat, cùm beneficio fortunæ id remedium obtineatur, & in eiuſdem poteſtate ſitum ſit. Oportere igitur cenſet, in ciuitate bene conſtituta, ut inopes ciues alieni ſint à ſeditionibus excitandis, conſilio eius, qui ſcripſit leges, effici. Nunc enim, inquit, ſi (ut aliquando contingit) ciuitas rebus aduerſis prematur, defecerintq́, qui prius ipſi parebant: non reſtat ratio ulla, orta à legibus, qua medicinam faciat tam graui morbo, perſuadeatq́, multitudini, ut quieſcat. nō deliniti enim præmio illo, ſtatim incipiunt perturbare rempublicam, cui ſua ſponte infenſi ſunt. Proditum eſt memoriæ à Strabone, Rhodios, quorum ciuitas diu uiguit, gloriamq́; ingentem in naualibus rebus conſecuta fuit, habuiſſe plebem amicam: etſi ipſam non patiebantur peruenire ad honores. Quod retinebant eodem penè ſtudio, quo Carthaginienſes, id eſt omni genere liberalitatis erga ipſam. id autem ob eam rem faciebant: ſine ipſa namque non potuiſſent magnas illas claſſes ornare.

De repub. igitur.) Concludit his uerbis, quæ facta à ſe ſint non paruo ex tempore: tradictq́; ita ſe prorſus illa habere, ut dixit, quæ pertinent ad tres reſpublicas, longinquis in terris conditas: ſimulq́; ornat ipſas teſtimonio ſuo, ioreq́; optimo probari affirmat, etſi nonnulla ipſarum inſtituta reprehendit.

[illegible].) Bene cōſtitutæ Reip. domi indicium eſt Concordia: foris uerò Victoria de hoſtibus. Prius illud Ariſtotelis ætate cōſtitit. Poſterius ſeq. temporib. quando per Hiſpaniam, Italiam, Siciliam & Sardiniam uictricia arma circumtulēre, & de orbis imperio cum Romanis certauēre, nec niſi tertio bello Punico euerſa Carthagine domari potuēre.

[illegible].) Plato, Tales in Repub. reliquos ciues, quales principes eſſent, aſſerebat. & rectè Claudianus,

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

[illegible].) Sic etiam lib. 1. c. 4. de organis locutus eſt, uni muneri unum inſtrumentum eximiè deberi.

[illegible].) Viris bonis [illegible] ſolis ineſt, & per conſequens etiam [illegible]: cùm is ſecundùm naturam imperio dignus ſit (quod lib. primo ſæpius repetijt) qui poteſt atq; ſcit imperare, ob rectæ rationis excellentiam. Prudentia ergo & uirtus per ſe in magiſtratu requiritur: opulentia per accidens tantùm, uti ne uictus conquirendi cauſa Reip. negocia uel intermittere uel ſuſpendere uel negligere cogatur.

CAR-

CARTHAGINENSIVM Rempublicam in

- **Genere**
  - **Proponit, tum**
    - **Simpliciter:** *Benè inſtitutam eorum Rempublicam omnium ore perhiberi.* N.1.
    - **Comparatè.**
      - **Singillatim** *Carthagineſiũ Reſp. cum Repub. collata*
        - **Aliorum** *quorumlibet, iis excellere in multis uidetur.* N.2.
        - **Laconum,** *ei ferè ſimilis exiſtit.* N.3.
      - **Vniuerſim,** *tres iſtæ Reſpublicæ, Cretica, Laconica & Carthaginenſis, ut inter ſe ſimiles ſunt, ſic reliquis omnibus antecellunt.* N.4.
  - **Declarat**
    - **Simpliciter** *ex Effectu. Benè conſtitutam eſſe ex eo patet, quòd licet plebem magnam habeat, nunquam tamen in ea uel ſeditionibus uel tyrannidi locus fuerit.* N.5.
    - **Cõparatè.** *In multis cũ Spartana Repub. cõuenit.* N.6. *tũ quo ad*
      - **Comeſſationes** *ſodalitatum, Phiditiis ſimiles.* N.7.
      - **Collegium** *cẽtum quatuor uirorum, Ephoris ſimile.* N.8. *Differens tamen, quoniam*
        - **Ephori** *ex plebeiis etiam deligi poſſunt.* Num.9.
        - **Centum** *quatuor uiri tantùm ex optimatibus.* N.10.
      - **Regnum** *& Senatũ.* Nu. 11. *Eſt rectius hic quàm illic.* *Etenim Carthaginenſes, reges*
        - **Non** *ex genere eodem habent, ut Spartani.* N.12.
        - **Sed** *ex diuerſo. eoq; rurſus*
          - **Non** *quouis.* N.13.
          - **Sed** *nobiliſſimo. In quo genere ſi plures reperiãtur, regnum datur*
            - **Secundùm** *uirtutis prærogatiuam.* N.14.
            - **Non** *ſecundùm ætatem.* Num.15.
        - *uerò. Reges in ſumma poteſtate conſtituti, ſi ignaui uel temerarij ſint, Remp. ſæpè in maxima pericula coniicient. At nunc ſi regnum ſit hæreditarium, ut apud Spartanos fieri non poteſt, quin aliquando filij degeneres naſcantur, quibus Remp. committere ſit periculoſum. Et propterea ſatius erit reges non ex genere, ſed ex uirtute deligere, cum Carthaginenſibus.* N.16.
- **Specie examinandum**
  - **Proponit. Ergo**
    - **Vniuerſim,** *eadem quæ prædictis duabus Rebuſpub. obiecta fuêre, etiam Carthaginenſi obiici poſſunt.* N.17.
    - **Singillatim,** *cùm ad Ariſtocratiam & Politiam magna ex parte uideatur referenda, in quibuſdam tamen ad Democratiam & Oligarchiam decidit.* N.18.
  - **Demonſtrat tum**
    - **Directè. Declinant enim**
      - **Reges** *& Senatus ad Democratiã. Explicat*
        - **Materiam.** *Reges enim & Senatus conſilia ſua ad populum referunt, alia quidem*
          - **Sponte** *ſi uelint, ea ſcilicet in quibus conſentiunt.* N.19.
          - **Coacti** *lege, ea nimirum in quibus non conſentiunt.* N.20.
        - **Formã** *ſiue modum. Ea quæ ad populũ à Senatu uel uolente uel coacto deferuntur, populus non audit tantùm, ſed etiam totã cauſam cognoſcendi & iudicandi poteſtatẽ habet.* N.21.
        - **Efficientem** *Cuilibet è plebe intercedere licet, & iis quæ propoſita ſunt ſeſe opponere.* N.22. *Quod in Spartana & Cretenſi Rep. non licet.* N.23.
      - **Quinqueuiri** *ad Oligarchiam. Tum quia*
        - **Ipſi** *ſeipſos deligunt, ſi collegarum unus uel plures moriãtur uel abſint.* N.24.
        - **Senatum** *centum quatuor uirorum deligunt.* N.25.
        - **Diutius** *quàm alij imperant. An quòd etiam magiſtratu officio uel abdicato uel intermiſſo nihilominus dignitatis nomẽ retinent, & alij rurſus ſubſtitui poſſunt.* N.26.
      - **Magiſtratus** *alij ad*
        - **Ariſtocratiã, quòd**
          - **Sine** *mercede & ſtipendio conferuntur.* N.27.
          - **Non** *ſortitione, ſed ſuffragiis tantùm eliguntur.* N.28.
          - **Omnes** *cauſas iidem cognoſcunt, iudicant, non alij alias.* N.29.
        - **Oligarchiam,** *ut pleriſq; uidetur.* N.30. *Vide ſeq. ſignum* A.
    - **Obliquè,** *ueluti per anthypophoram, tacitam obiectionem diluens. Dicat quiſpiam quàm maxime rationibus oſtendere caeteris malè cõſtitutã eſſe, at contrariũ docet ipſa Reip. duratio. Reſpõdet ergo Ariſt. Oligarchica cũ ſit Resp. Carthaginenſis conſtitutio, durabilis tamen eſt, propterea quòd plebem, cui alioqui oligarchia grauis eſſe ſolet, præfecturis delinire ſolent, & ſemper aliquos ex plebe foras emittere in prouincias, ditiores domum reuerſuros.* N.33. *Hoc poſito ſic argumentatur*
      - **Ciuitas** *benè conſtituta non caſu, ſed conſilio & inſtituto legislatoris cõcordiam fouere, & ſeditionibus carere debet.* Num.55.
      - **Nunc** *uerò Carthaginenſiũ ciuitas caſu fortuito (nimirum quia hac præfecturarũ communicatione tanquam bolo obiecto plebs delinita quietẽ agit) non legislatoris conſilio, quieta permanet.* N.54. *Probat ab adiuncto. Neq; enim legislator prouidit, qua ratione ſeditionem compeſci poſſet, ſi oriretur. Demus enim ſeditionem oriri, & plebem contra Oligarchas conſurgere: hic neceſſe erit alterutram partem perire, cùm magiſtratus nullus medius ſit conſtitutus, qui has duas partes natura inter ſe contrarias inſtar uinculi denuò connectat.* N.56.
      - **Ergo** *Carthaginenſium ciuitas non eſt benè inſtituta.*

A. Ad

A.
Ad Oligarchiam plerique magiſtratus inclinant, tum quo ad

- Electionem: quam ipſam
  - Proponit, κατὰ τὸ
    - ὅτι. Neque enim uirtutis tantùm, ſed & opulentiæ in eligendis magiſtratibus rationem habent. N.31.
    - διότι. N.32. Cauſam afferūt: quoniam impoſsibile uideatur, pauperem rectè magiſtratu fungi. Nam cùm egeat uictu, ſi illum comparet rationibus
      - Honeſtis, negligetur interim reſpublica.
      - Inhoneſtis, ut corruptela munerum, corrumpetur & perdetur Reſpub.
  - Examinat, κατὰ τὸ
    - ὅτι. Non purè oligarchicum, ſed mixti hoc generis eſſe oſtendit:
      - Si ſecundùm uirtutem magiſtratus eligere, ad ariſtocratiam pertinet, at ſecundùm diuitias ad oligarchiam, ea quæ ſecundùm utrumq. eligit, erit mixta. N.33.
      - At Reſp. Carthaginenſis ſecundùm utrumq. eligit. Num.35.
      - Ergo Reſpub. Carthaginenſis eatenus mixta erit. Num.34.
    - διότι. Cauſa cur ciues in conferendis magiſtratibus opulentiæ putent rationem habendam, uidetur referenda in legulatorem, quoniā non prouidendo uirorū bonorum paupertati, occaſionem ſenſim dederit Ariſtocratiæ, ut in Oligarchiam decideret. N.36. Quod quidem
      - Demonſtrat. Nam quo ad illud, ne egeſtate preſſi, dū opibus dant operam, Rempublicā interim
        - Corrumpant, huic malo prouidendum erat, ut illi qui Reip. præſunt, uel nollēt (tum quia probi, tum quia ſtipendijs Reip. beneficio aucti) uel etiamſi uellent turpe aliquid cauſa pecuniæ facere, tamen non poſſent, propter inſpectores & propter pœnas propoſitas N.37.
        - Negligant, otio ſcilicet deſtituti. ut hæc cauſa ſit alicuius momenti, propterea tamen non erat nundinatio magiſtratuum permittenda. N.38. Vide in ſeq. ſignum B.
      - Concludit. Ergo legiſlator melius feciſſet, ſi in magiſtratibus
        - Per ſe illorum uirtutem perpendiſſet, & optimos tantùm admiſiſſet ad magiſtratū, ſiue illi diuites, ſiue pauperes fuiſſent. N.45.
        - Per accidens, otio illorum proſpexiſſet, ut poſſent uacare Reipublicæ, nulla interim illorum opulentiæ ratione habita, ut quæ nihil ad magiſtratum per ſe faciat. N.46.
- Adminiſtrationem, Oligarchicum enim illud & malum eſt, quòd uni plures magiſtratus gerere licet. N.47. Demonſtrat:
  - Vnum opus ab uno rectè fit: plura ab uno malè. N.48. At legiſlatoris eſt de hoc ipſo cauere, & ne officia turbētur, prouidere. Nu. 49. Et quidem in urbibus
    - Magnis, ubi multitudo eſt ciuium, præſtat ſingula officia ſingulis delegare. N. 50. Huius
      - Ratio. Nam coniunctio operarum concordiam & amicitiam ciuium magis fouet: tum uerò etiam diligentius omnia expediuntur. N.51.
      - Confirmatio à Parimimrum à caſtrenſi & nauali diſciplina, ubi ſinguli ferè ſingulis officijs præfecti, non tantum numerum augent, uerum etiam expeditius & efficacius omnia perficiunt, quā ſi ſinguli pluribus eſſent deſtinati muneribus: ita quidem ut omnes ex æquo & imperare aliqua ex parte, & ex alia uiciſsim parte uideantur parere N.52.
    - Paruis, ubi ciuium frequentia non eſt, nihil prohibet ab uno & eodem diuerſa officia rectè adminiſtrari.
  - At in Republica Carthaginenſi plura officia uni committuntur.
  - Ergo in Rep. Carthaginenſi officia publica malè adminiſtrari neceſſe eſt.

B. Hoc

B.

Hoc ipſo enim quòd uiri probi, ſed apulētū, magiſtratuum comparandorum facultatem habent, uiri probi & pauperes non habent, ad auaritiam, Oligarchiæ matrem, Ariſtocratiæ inimicam, manu ducuntur tiues.

- Ciuea reipu. ratione talis
  - In quacunq; Rep. plus opulentia quàm uirtus poteſt, illa Ariſtocratica non eſt, ſed Oligarchica & mala. N. 42.
  - At in Rep. Carthaginenſi plus opes quàm uirtus poſſunt. Deductio
    - Vbi in magiſtratibus maior opulentiæ quàm uirtutis ratio habetur, etiam in cæteris ciuibus. N. 41.
    - At hic maior opum quàm uirtutis in magiſtratibus deferendis ratio habetur, cùm uel optimus excludatur, niſi ſimul etiam diues fuerit. N. 39.
    - Ergo etiam in Rep. Carthaginenſium maior opulentiæ quàm uirtutis in cæteris quoq; ciuibus reſpectus erit. N. 40.
  - Ergo Carthaginenſis Reſpub. non eſt Ariſtocratica, ſed Oligarchica.
- Magiſtratus ipſimet talis ratiocinationes
  - Qui lucro inhiat, ſiue diues ſit, ſiue pauper, ad magiſtratum non eſt aptus.
  - At qui magiſtratum opulentiæ prærogatiua conſecutus eſt, eundem noctus, tum quia ſua impendit, tum quia plura cogitur impendere, ut dignitatem tueatur, non uidetur lucrum neglecturus. N. 43. A minori
    - Si uir probus, ſed pauper, ob ſumtus quos in dignitate comiter & pro dignitate Rep. conſeruanda & exornanda facere cogitur, lucri, quod prius negligebat, ſtudioſus uidetur futurus: multa magis diues (qui lucro iam antè aſſueuit, & propterea minus probus eſſe uidetur altero illo paupere) tum propter ſumtus, quos in comparanda dignitate fecit, tum propter eos quos in eadem conſeruanda etiamnum facit, lucro inhiabit: præter id quòd multo maior eſt fames diuitis auari, quàm pauperis. N. 44.
    - Atqui illud eſſe, uel ipſemet Carthaginenſium legiſlator fatetur; qui icirco pauperem ab magiſtratu arcet, ne ſi ſumtus facere cogatur, quos non habet, ad lucrum etiam inhoneſtum animum adiiciat.
    - Ergo multo magis diues ad magiſtratum euectus, & ſumtus magnos faciens, ad lucrum animum adiiciet: cùm ab aſſuetis multo quis facilius capiatur, quàm ab non aſſuetis. N. 45. Id quod Plut. com. de Cup. diuitiarum pulcrè docet.
  - Ergo qui magiſtratum conſecutus eſt opulentia prærogatiua, ad magiſtratum non eſt aptus.

CAPVT XII.

Athenienſium rempublicam conſiderat.

EOrū[1] autē, qui de rep. aliquid enunciarūt, quidam omniō penitùs ciuiliū actionū expertes fuerunt, ſed priuatam uitā perpetuò duxêre: de[2] quibus, ſi quid memoria dignū protulerunt, dictum fermè de omnibus. Nonnulli[3] autem leges ſcripſerunt, hi quidē ſuis ciuitatibus: hi uerò etiā externis quibuſdā, ipſi uerſati in republica. Et[4] horum partim extiterunt opifices legum tantū, partim[5] autē etiā reipublicæ: ceu[6] & Lycurgus & Solon: hi nāq;[7] & leges & rēp. cōſtituerūt. De[7] rep. igitur Lacedęmoniorū diſputatū à nobis eſt. Solonē[8] aūt quidā arbitrantur ſcriptorē legū fuiſſe eximiō, cū fregerit dominatū paucorū, nimis impermixtū exiſtētē, & ſeruitute populū liberant, popularēq; ſtatū cōſtituerit ueterē, permixta pulcrè rep. Eſſe[9] enim uolūt conſiliū Ariopagi accōmodatum dominatui paucorū: inſtitutū[10] aūt creandi magiſtratus

ΤΩΝ[1] δὲ ἀποφηναμένων τι περὶ πολιτείας, ἔνιοι μὲν οὐκ ἐκοινώνησαν πράξεων πολιτικῶν, οὐδ᾽ ὡντινωνοῦν, ἀλλὰ διετέλεσαν ἰδιωτεύοντες τὸν βίον· περὶ[2] ὧν, εἴ τι ἀξιόλογον, εἴρηται σχεδὸν περὶ πάντων. ἔνιοι[3] δὲ νομοθέται γεγόνασιν· οἱ μὲν ταῖς οἰκείαις πόλεσιν, οἱ δὲ καὶ τῶν ὀθνείων τισὶ, πολιτευθέντες αὐτοί. καὶ[4] τούτων, οἱ μὲν νόμων ἐγένοντο δημιουργοὶ μόνον, οἱ δὲ[5] καὶ πολιτείας. οἷον[6] καὶ Λυκοῦργος καὶ Σόλων· οὗτοι γὰρ καὶ νόμους καὶ πολιτείας κατέστησαν. περὶ[7] μὲν οὖν τῆς Λακεδαιμονίων εἴρηται. Σόλωνα[8] δ᾽ ἔνιοι μὲν οἴονται νομοθέτην γενέσθαι σπουδαῖον· ὀλιγαρχίαν τε γὰρ καταλῦσαι, λίαν ἄκρατον οὖσαν· καὶ δουλεύοντα τὸν δῆμον παῦσαι· καὶ δημοκρατίαν καταστῆσαι τὴν πάτριον, μίξαντα καλῶς τὴν πολιτείαν. εἶναι[9] γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν, ὀλιγαρχικὸν· τὸ δὲ τὰς[10] ἀρχὰς αἱρετὰς, ἀρι-

EOrum[1] autē, qui de rep. aliquid pronunciarunt, quidam nullis omnino muneribus ciuilibus functi ſunt, ſed uitam priuatam perpetuò traduxerunt: de[2] quibus ferè omnibus, ſi quid eſt ſermone dignum, dictum antea à nobis eſt. Quidam[3] uerò latores legis fuerunt, alij ſuis ciuitatibus, alij externis quibuſdam populis, ipſi quoq; in repub. adminiſtranda uerſati. Atq;[4] horum alij quidem legū auctores fuerunt duntaxat, alij[5] etiam reip. adminiſtrandæ rationem tradiderunt: ut[6] Lycurgus et Solon. Hi enim & leges condiderūt, & reip. adminiſtrandæ formas deſcripſerunt. De[7] Lacedæmoniorū igitur rep. à nobis dictum eſt. Solonem[8] autem nōnulli quidem latorem legis fuiſſe bonū putant. Nam & paucorum dominatū ſuſtuliſſe, qui merus erat, atq; immoderatus: & populū ſeruientem liberaſſe: & populi libertatem, potentiamq́; patriam atq; auitam conſtituiſſe, apte collocatis atq; inter ſe ordine permiſtis uarijs reip. adminiſtrandæ generibus. Senatū[9] enim Ariopagiticū, ad paucorū principatū ſeu oligarchiā pertinere: magiſtratus[10] electione creari;

tus ſuffragijs, ꝓpriū optimatū: eūdḗq; auxiſſe aūt uires populi, ex omnib. ciuib. foris iudicijsq; cōſtitutis. Solon[12] aūt uidetur illa quidē, cū prius eſsēt, minimè ſuſtuliſſe, cōſiliū inquā & delectū magiſtratuū: populū aūt cōſtituiſſe, cū fecerit, ut oēs ad cauſas iudicādas pueniret. Quapropter[13] quidā inſimulāt ipſum. Diſſoluiſſe.n. aiunt alterū, cū forū fecit ex omnibus, in qđ fortè perueniāt. Poſtquā[14] enim hoc uires nactū eſt, tāquā tyranno, populo gratificantes, remp. in eā, quæ nunc eſt, poteſtatē multitudinis perduxère. Et[15] cōſiliū Ariopagi Ephialtes cōminuit, & Pericles: foris[16] autē iudicijsq; mercedē aſsignauit Pericles: &[17] hoc iam pacto ſinguli, qui placere populo ſtudebāt, rem perduxerūt, augendo, in pręſentē ſtatū multitudinis. Apparet[18] aūt, uolūtate Solonis hoc factū nō fuiſſe ſed potius caſu. Cū[19] enim plebs bello Medorum cauſa extitiſſet, ut Athenienſes imperiū adipiſcerētur, in claſſe magnos ſpirit⁹ habere cœpit nactaq; eſt auctores malos ſuorū cōſiliorum, aduerſantibus illis bonis ęquisq; uiris. Quia[20] Solō perſpicitur tribuiſſe populo neceſſariam uim poteſtatēq;, creare inquā magiſtratus & corrigere Si[21].n. ne hui⁹ quidē facultas populo data fuiſſet, ſeru⁹ ꝓfectò & hoſtis extitiſſet. Magiſtrat⁹[22] aūt è nobilib. locupletibusq; cōſtituit oēs, ex ijs inquā, quorū cenſus eſſet quīgēti medimni: & è Zeugitis, & è tertio cenſu, qui ordo uocat̃ equeſtris. Quartus è mercenarijs cōſtabat q nullius magiſtrat⁹ particeps erat. Scriptores[23] legū fuère, Zaleucus Locris Epizephyrijs, &[24] Charondas Catameus ſuis ciuibus, & alijs Chalcidicis ciuitatib. Italiæ atq; Siciliæ. Nitūt̃[25] aūt nōnulli concludere, Onomacritū primū extitiſſe ſcriptorē legū eximiū, q ſe exercuerit in eo ſtudio in Creta, cū Locr⁹ eſſet: eò nāq; ſe cōtulerat ob artē diuinādi: huiusq́; fuiſſe ſodalē Thaletē: Thaletis aūt auditorē Lycurgū, & Zaleucū: Zaleuci aūt Charondā. Sed[26] hęc qdē dicūt incōſideratius, cū tēpus refragetur. Fuit[27] aūt & Philolaus Corinthius, ſcriptor legū Thebanis. Erat autem Philolaus è genere Bacchiadarū, qui cùm amore incenſus eſſet Dioclis

Olym-

ὀλιγαρχικὸν· τὰ[11] δὲ δικαστήρια, δημοτικόν. ἔοικε[12] δὲ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ὑπάρχοντα πρότερον, οὐ καταλῦσαι, τήν τε βουλὴν καὶ τὴν τῶν ἀρχῶν αἵρεσιν· τὸν δὲ δῆμον καταστῆσαι, τὰ δικαστήρια ποιήσας ἐκ πάντων. διὸ[13] καὶ μέμφονταί τινες αὐτῷ· λῦσαι γὰρ θάτερον, κύριον ποιήσαντα τὸ δικαστήριον πάντων, κληρωτὸν ὄν. ἐπεὶ[14] γὰρ τοῦτ' ἴσχυσεν, ὥσπερ τυράννῳ τῷ δήμῳ χαριζόμενοι, τὴν πολιτείαν εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν κατέστησαν. καὶ[15] τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε καὶ Περικλῆς· τὰ[16] δὲ δικαστήρια μισθοφόρα κατέστησε Περικλῆς. καὶ[17] τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἕκαστος τῶν δημαγωγῶν προήγαγεν, αὔξων εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν. φαίνεται[18] δ' οὐ κατὰ τὴν Σόλωνος γενέσθαι τοῦτο προαίρεσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ συμπτώματος. τῆς[19] ναυαρχίας γὰρ ἐν τοῖς Μηδικοῖς ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος, ἐφρονηματίσθη, καὶ δημαγωγοὺς ἔλαβε φαύλους, ἀντιπολιτευομένων τῶν ἐπιεικῶν. ἐπεὶ[20] Σόλων γε ἔοικε τὴν ἀναγκαιοτάτην ἀποδιδόναι τῷ δήμῳ δύναμιν, τὸ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν. μηδὲ[21] γὰρ τούτου κύριος ὢν ὁ δῆμος, δοῦλος ἂν εἴη καὶ πολέμιος. τὰς[22] δ' ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων, καὶ ζευγιτῶν, καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος. τὸ δὲ τέταρτον θητικόν, οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν. νομοθέται[23] δ' ἐγένοντο Ζάλευκός τε Λοκροῖς τοῖς ἐπιζεφυρίοις, καὶ[24] Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὑτοῦ πολίταις, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς Χαλκιδικαῖς πόλεσι, ταῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. πειρῶνται[25] δέ τινες καὶ συνάγειν ὡς Ὀνομακρίτου μὲν γενομένου πρώτου δεινοῦ περὶ νομοθεσίαν· γυμνασθῆναι δ' αὐτὸν ἐν Κρήτῃ, Λοκρὸν ὄντα, καὶ ἐπιδημοῦντα κατὰ τέχνην μαντικήν· τούτου δὲ γενέσθαι Θάλητα ἑταῖρον, Θάλητος δ' ἀκροατὴν Λυκοῦργον καὶ Ζάλευκον· Ζαλεύκου δὲ Χαρώνδαν. ἀλλὰ[26] ταῦτα μὲν λέγουσιν ἀσκεπτότερον τῶν χρόνων λέγοντες. ἐγένετο[27] δὲ καὶ Φιλόλαος ὁ Κορίνθιος νομοθέτης Θηβαίοις. ἦν δ' ὁ Φιλόλαος τὸ μὲν γένος τῶν Βακχιαδῶν, ἐραστὴς δὲ γενόμενος Διοκλέους τοῦ νικήσαντος

creari, ad optimatū imperiū, ſeu ariſtocratiā: iudicia,[11] eſſe popularia. Videtur[12] aūt Solon illa quidē, quæ ante fuerāt, non ſuſtuliſſe, ſenatum & magiſtratuū electionem: populi uerò libertatē de integro conſtituiſſe, rerū iudicandarū omnibus ciuibus, ſi ſortiti eſſent, poteſtate facta. Quapropter[13] etiā reprehendunt eū nōnulli. Alterā enim remp. partem diſſoluiſſe, atq; eneruaſſe, ad iudicium, quod ſorte permittitur, omniū rerū auctoritate ac poteſtate delata. Poſtraquā[14] enim hoc ualuit, populo, tanquam tyranno, gratiæ cauſa omnia largientes atque indulgentes, reip. ſtatum in eam, quæ nunc eſt, populi potentiam redegerunt. Et[15] ſenatum quidem Ariopagiticū Ephialtes & Pericles mutilarunt, ac decurtarunt: iudicia[16] autē mercenaria reddidit Pericles. Atq;[17] hoc ſanè modo unuſquiſq; ex blandis populi ductoribus, populi maieſtatē augens, ad eum, qui nunc eſt, popularis potentiæ ſtatum promouit, ac prouexit. Videtur[18] aūt hoc non ex conſilio Solonis natū eſſe, ſed potius caſu euenisse. Nam[19] quòd populus imperij & uictoriæ naualis cauſa bello Perſico fuiſſet, maiores ſolito ſpiritus ſumſit, & blandos oratores, quaſi ductores ac magiſtros, cepit improbos ac turbulentos, pro bonis & moderatis adminiſtratoribus. Nam[20] Solon quidē maximè neceſſariā populo poteſtatē tribuere uidetur magiſtratuū eligendorum, & rationū ab eis repoſcendarum. Si[21] enim ne huius quidē rei poteſtas ſit penes populum, præterquam quod ſeruus ſit, etiam hoſtis ſit. Magiſtratus[22] aūt omnes ex illuſtrib. & locupletibus ciuibus creauit, nempe ex ijs, qui quingenta medimna quotannis ex agris ſuis perciperent, & ex ijs, qui iugi aſtricti eſſent, qui Zeugitæ dicūtur, & ex equeſtri ordine, qui tertius cenſus & tertia claſſis eſt. Quarta aūt claſſis ciues, mercenarij & operarij ſunt, nullius magiſtratus participes. Latores[23] porro legum fuerunt Zaleucus Locris ad occidentem incolentibus, quos Epizephyrios appellāt Græci: et[24] Charondas Cataneus ſuis ciuibus, & alijs Chalcidicis circum Italiam et Siciliam ciuitatibus. Conantur[25] porrò quidam etiam Onomacritum primū fuiſſe in legibus ſcribendis callidum ac ſollertem multis argumentis collectis demonſtrare: rerum autem in Creta exercitatū eſſe, cùm Locrus eſſet, in eaq; inſula peregrinus cōmoraretur propter diuinandi ſcientiam: huius aūt amicum & ſodalem fuiſſe Thaletem: Thaletis auditorem Lycurgum, & Zaleucū: Zaleuci Charondem. Sed[26] cū hæc inconſideratius loquūtur, tū tēpora repugnāt. Fuit[27] et Philolaus Corinthius Thebanis legū auctor. Erat aūt Philolaus ex Bacchiadū genere: ſed cū Dioclis ei⁹ qui

uicit

Olympionicæ, poſtquã ille urbē reliquit, peroſus amorē Halcyonæ matris, ꝓfectus eſt Thebas, illicq́; ambo mortui ſunt: & nũc etiã monſtrãt ipſorũ ſepulcra, quę mutuò uiſuntur, cũ Corinthiorũ agrũ alterum ſpectet, alterũ uerò minimè. Fabulãtur .n. ipſos ſic teſtamēto cauiſſe. Dioclē propter odiũ illi⁹ affectus uoluiſſe, ne aſpici poſſet ager Corinthius ex aggere: Philolaũ aũt curaſſe, ut cerneretur. Vixerunt igitur ꝓpter hanc cauſam apud Thebanos. Scripſit [28] aũt ipſis Philolaus leges, & de alijs quibuſdam, & de adoptione filiorũ, quas leges uocant illic thericas: & [29] hoc eſt propriè ab illo lege ſancitum, ut numerus agellorũ, ſorte acceptorum, conſeruaretur. Charondæ [30] quidē ꝓpriũ nihil eſt, præter cauſas de falſis teſtibus: primus enim accuratè conſiderauit. Exquiſita [31] autē ſcriptione legum elegantior eſt, quàm ſint etiam huius ætatis legum ſcriptores. Philolai [32] autē proprium eſt patrimoniorũ æqualitas. Platonis [33] autem uxorũ & liberorũ & fortunarum communio, & feminarũ cõmunes cœnæ. Pręterea [14] lex de ebrietate, ut ſicci ſobrijq́; præficiantur cõuiuijs: & [35] exercitatione in reb. bellicis, ut meditatione fiãt ambidextri: oportere nãq; nõ hanc ſanè utilē manũ eſſe, alterã uerò inutilem. Draconis [36] quidē ſunt leges: reip. aũt iã cõſtitutæ leges ſcripſit. Propriũ [37] aũt in ipſius legib. nihil eſt, qđ ſanè dignũ memoria ſit, præter aſperitatē, ꝓpter pœnę magnitudinē. Fuit [38] aũt & Pittacus legũ opifex, ſed nõ reipub. Lex [39] aũt ꝓpria ipſius eſt, ut ebrij, ſi aliquē pulſarint, maiore pœna afficiãtur, quã ſobrij. quia [40] enĩ plures ebrij, quã ſobrij cõtumelioſi ſunt. nõ reſpexit ad ueniã, quã decet temulētis magis dare: uerũ ad id, qđ cõducit. Scripſit [41] aũt & Androdamas Rheginus leges Chalcidēſibus, qui Thraciam incolũt: cuius leges ſunt de cęde & uirginib paternorũ bonorũ hęredibus. Sed [42] propriũ nihil ipſi⁹, quod tradamus, habemus. Quę [43] igitur faciũt ad reſp. & quæ in uſum uenerunt, & quę à quibuſdã literis proditæ ſunt, ſatis hoc modo quęſitũ ſit.

ὀλυμπιάσιν, ὡς ἐκεῖνος τὴν πόλιν ἔλιπε, διαμισήσας τὸν ἔρωτα τὸν τῆς μητρὸς ἀλκυόνης, ἀπῆλθεν εἰς θήβας, κἀκεῖ τὸν βίον ἐτελεύτησαν ἀμφότεροι· καὶ νῦν ἔτι δεικνύουσι τοὺς τάφους αὐτῶν, ἀλλήλοις μὲν εὐσυνόπτους ὄντας, πρὸς δὲ τὴν τῶν κορινθίων χώραν τοῦ μὲν συνοπτόν, τοῦ δ' οὐ συνοπτόν. μυθολογοῦσι γὰρ αὐτοὺς οὕτω τάξασθαι τὴν ταφήν· τὸν μὲν διοκλέα, διὰ τὴν ἀπέχθειαν τοῦ πάθους, ὅπως μὴ ἄποπτος ἔσαι ἡ κορινθία ἀπὸ τοῦ χώματος· τὸν δὲ φιλόλαον, ὅπως ἄποπτος. ᾤκησαν μὲν οὖν διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν παρὰ τοῖς θηβαίοις. νομοθέτης [28] δ' αὐτοῖς ἐγένετο φιλόλαος περί τ' ἄλλων τινῶν, καὶ περὶ τῆς παιδοποιίας· οὓς καλοῦσιν ἐκεῖνοι νόμους θετικούς· καὶ [29] τοῦτ' ἐστὶν ἰδίως ὑπ' ἐκείνου νενομοθετημένον, ὅπως ὁ ἀριθμὸς σώζηται τῶν κλήρων. χαρώνδου [30] δ' ἴδιον μὲν οὐδέν ἐστι, πλὴν αἱ δίκαι τῶν ψευδομαρτύρων. πρῶτος γὰρ ἐποίησε τὴν ἐπίσκεψιν. τῇ [31] δ' ἀκριβείᾳ τῶν νόμων ἐστὶ γλαφυρώτερος καὶ τῶν νῦν νομοθετῶν. φιλολάου [32] δ' ἴδιον ἡ τῶν οὐσιῶν ἀνομάλωσις. πλάτωνος [33] δ' ἥ τε τῶν γυναικῶν καὶ παίδων καὶ τῆς οὐσίας κοινότης, καὶ τὰ συσσίτια τῶν γυναικῶν. ἔτι [34] δ' ὁ περὶ τὴν μέθην νόμος, τὸ τοὺς νήφοντας συμποσιαρχεῖν, καὶ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς [35] ἄσκησιν, ὅπως ἀμφιδέξιοι γίνωνται κατὰ τὴν μελέτην· ὡς δέον μὴ τὴν μὲν χρήσιμον εἶναι ταῖς χεροῖν, τὴν δὲ ἄχρηστον. δράκοντος [36] δὲ νόμοι μέν εἰσι, πολιτείᾳ δ' ὑπαρχούσῃ τοὺς νόμους ἔθηκεν. ἴδιον [37] δ' ἐν τοῖς νόμοις οὐδέν ἐστιν, ὅτι καὶ μνείας ἄξιον, πλὴν ἡ χαλεπότης, διὰ τὸ τῆς ζημίας μέγεθος. ἐγένετο [38] δὲ καὶ πιττακὸς νόμων δημιουργός, ἀλλ' οὐ πολιτείας. νόμος [39] δ' ἴδιος αὐτοῦ τό, τοὺς μεθύοντας, ἂν τυπτήσωσι, πλείω ζημίαν ἀποτίνειν τῶν νηφόντων· διὰ [40] γὰρ τὸ πλείους ὑβρίζειν μεθύοντας, ἢ νήφοντας, οὐ πρὸς τὴν συγγνώμην ἀπέβλεψεν, ὅτι δεῖ μεθύουσιν ἔχειν μᾶλλον, ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον. ἐγένετο [41] δὲ καὶ ἀνδροδάμας ῥηγῖνος νομοθέτης χαλκιδεῦσι τοῖς ἐπὶ θρᾴκης, οὗ περί τε τὰ φονικὰ καὶ τὰς ἐπικλήρους ἐστίν· οὐ μὴν [42] ἀλλὰ ἴδιόν γε οὐδὲν αὐτοῦ λέγειν ἔχοι τις ἄν. τὰ [43] μὲν οὖν περὶ τὰς πολιτείας, τάς τε κυρίας, καὶ τὰς ὑπό τινων εἰρημένας, ἔστω τεθεωρημένα τὸν τρόπον τοῦτον.

uicit Olympia, amator eſſet: ille aũt inſanum matris Alcyona amorem aſpernatus ac deteſtatus urbem reliquiſſet: Thebas unà cum eo profectus eſt, ibiq́; ambo mortui ſunt: atq; etiã nunc eorum ſepulcra oſtendunt, ita poſita, ut alterũ quidem ex altero facile conſpici poſſit: ſed Corinthiorum agro alterum ſit in conſpectu poſitũ, alterum nõ ſit. Fabulãtur enim, eos ita ſua ſepulcra fieri ac locari iuſſiſſe: Dioclem quidem propter odium calamitatis acceptæ, ut ne ex ſepulcri aggere ager Corinthius proſpici poſſet: Philolaum ut poſſet. Habitabant igitur propter talem cauſam apud Thebanos. Leges [28] autem iis ſcripſit Philolaus, cũ de quibuſdã aliis rebus, tum de procreatione liberorum, quas uocant illi leges poſititias, ſeu, ſi mihi ita loqui fas eſt, poſitiuas. Atq; [29] hoc propriè legibus illis conſtitutum eſt, ut bonorum, quæ cuiq; ſorte obtigiſſent, & hæreditatum numerus ſeruetur. Charondæ [30] aũt nihil proprium eſt, præter quam falſorũ teſtimoniorum actiones & iudicia. Primus enim his de rebus accurate cõſiderauit. Exquiſita [31] aũt & ſubtili legum ſcribendarum ratione, latorib. legũ iis, qui hodie ſunt, cultior ac politior eſt. Philolai [32] aũt propria eſt bonorum & rei familiaris inæqualitas. Platonis [33] uxorum & liberorum & rei familiaris cõmunitas, & publica mulierũ conuiuia. Præterea [14] lex ad ebrietatem pertinens, ut ſobrij ſint conuiuiorum magiſtri: & [35] lex de exercitatione rerum bellicarũ, ut æquimani fiant meditãdo: quaſi oporteat utrãq; manũ eſſe utile, nõ alterã utile, alterã inutilē. Draconis [36] autem leges quidem ſunt aliquæ, ſed ille conſtitutæ iam reip. leges dedit. Proprium [37] autem in his legibus nihil eſt, quod quidem cõmemoratione dignum ſit, præter ſæuitiam & acerbitatem, propter pœnæ magnitudinem. Fuit [38] aũt & Pittacus, legum quidem opifex, ſed non reip. adminiſtrandæ. Lex [39] autem eius propria eſt, ut ſi quem ebrij pulſarint, grauiores pœnas dent, quàm ſi ſicci pulſarint. Propterea [40] enim quod plures temulenti atq; ebrij, petulantes & contumelioſi ſint in alterum, quàm ſicci & ſobrij: non ad ignoſcendi rationem ſpectauit, ebrijs magis eſſe ignoſcendũ, ſed ad utile. Fuit [41] & Androdamas Rheginus lator legum Chalcidēſibus Thraciis, cuius extant leges de cædibus & de puellis orbis, ad quas uenit omnis paterna hæreditas. Nihil [42] tamen quiſquã eius proprium referre poſſit. Quæ [43] igitur ad reſp. adminiſtrandæ rationes pertinent, tum eas, quæ hodie ſeruãtur ratæ, tum eas, quæ à quibuſdã expoſitæ & traditæ ſunt, hoc modo ſint à nobis diſputata.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Eorum autem qui de repub.)Cū diſputaſſet de nonnullis rebuſpublicis,& quid affine culpæ alicui in ipſis inueniſſet, aperuiſſet: nunc de conditoribus uarijs rerump. incipit quærere, quos partitur multis modis. Prima diuiſio eſt: quidam enim ipſorum non attigerunt ullam partem reipublicæ, ſed priuatam uitam omni ætatis ſuæ tempore coluerunt. de quibus, inquit, ſi quid dignum fuit in eorum monimentis, de quo accuratum ſermonem haberemus, diſputauimus. Alij autem leges ſcripſerunt, in quibus etiam diſsimilitudo aliqua inuenitur. nonnulli enim ipſorum ciuitates, in quibus nati ſunt, ornarunt legibus: alij exteris etiam gentibus operam ſuam in eo nauauerunt, qui itidem remp. capeſſerunt, in ipſaq; uerſati ſunt. M. Cicero in epiſtola ad Q. fratrem ponit Heraclidem Ponticum in illis, qui nunquam acceſsiſſent ad rempublicam, cùm tamē extarent libri ipſius de Optimo ſtatu ciuitatis: quorum etiam puſilla quædam ueſtigia appareant, ſi uera illa ſunt eius auctoris.

Et horum partim extiterunt.)Altera hæc eſt diuiſio, quæ ſeiungit eos, qui leges tantùm ſcripſerunt reip. antea conſtitutæ, ab illis, qui & remp. condiderunt, & legibus eandem ornarunt: quales, inquit, extitere & Lycurgus & Solon. Ambo enim hi auctores fuerunt ueteribus ſuis ciuitatibus nouarum rerumpublicarum, accommodataſque ipſis leges ſcripſerunt.

De repub. igitur Lacedæmoniorum.)Cùm meminerit duorum, quorum uterque remp. conſtituerat, alter Lacedæmoniorum, alter Athenienſium: de priore rep. ſatis à ſe dictum affirmat, poſteriorem autem aggreditur, de qua adhuc ſilua rat. Inquit igitur, Solonem quidam putant fuiſſe legum ſcriptorem bonum. ſtatim autem exponit, quid illi ſecuti, tantopere eum probauerint. Laudi igitur ipſi dabant, quòd ſtatum paucorum diſſoluiſſet, qui Athenis antea dominabatur, cùm eſſet ille purus merusque dominatus, nec ullo temperatus inſtituto, quod oleret etiam remp. probatiorem: eundemq;, quod ualde commendabant iidem in ipſo, liberaſſe populum Athenienſem, qui prius ſeruiebat diuitibus. Tertium beneficium ipſius ponebant, quòd in ea ciuitate multitudinis ſtatum conſtituiſſet, ueterem inquam illam germanumq; eius ciuitatis, non purum ſincerumq;, qualis antea fuerat dominatus, quo oppreſſi erant, cùm miſcuiſſet remp. illam rectè. Vocauit autem dominationem paucorum ἄκρατον, uerbo tranſlato à rebus liquidis, quæ propriè dicuntur κεκρᾶσθαι, cùm confunduntur, duæ ue aut plures ipſarum ſimul temperantur. M. Cicero appellauit bilem ἄκρατον, quod nomen ſumpſit à medicis. nam Hippocrates quoq; ita bilem quandam appellat. quod fecit etiam Ariſtoteles ipſe in Problematibus. Sed alijs in locis idem eodem μεταφορικῶς uſus eſt, & Plato quoque.

Eſſe enim uolunt)Sui iudicij cauſas ipſi hæc afferebant. Dicebant enim, conſilium curiamq; Areopagi referre ſtatū paucorum, non diuitum quidem illorum tantùm, ſed proborum uirorū: pauci enim hi quoq; ſunt in omni ciuitate. Quòd autem magiſtratus mandarentur illic delectis hominibus ſuffragijſq;, non ſorte, inſtitutum eſſe proprium optimatū: fora autem, in quibus cauſæ iudicarentur, populare eſſe.

Solon autem uidetur)Aperit nunc Ariſtoteles ſententiam ſuam, ac quid ipſe exiſtimet de illis rebus, oſtendit. inquit igitur: Videtur autem Solon, ea cùm illic inueniſſet (prius namque conformata erant) non diſſoluiſſe, conſilium inquam Areopagi & magiſtratuum delectum. popularem autem ſtatum condidiſſe, cùm inſtituiſſet, ut qui cauſas iudicaturi eſſent, ex omni numero ciuium ſumerentur. Arbitratur igitur Solonem non conſtituiſſe Areopagum, diſſentiēs à ſuperioribus illis, ut apparet. Cicero autem in primo de Officijs ſequitur ipſos, qui uult à Solone Areopagum conſtitutum fuiſſe quo loco confert Solonē ipſum cum Themiſtocle, & anteponit ipſi, præcipuè hoc argumento, quòd Solon auctor fuerit huius grauis ſeueræq; curiæ, unde tot bona manarint, quæ adiuuerunt omnibus tēporibus cuncta præclara facta eius ciuitatis. In quibus etiam eſt, quòd exiſtimatur maxima cauſa extitiſſe uictoriæ naualis, qua ſuperati ſunt Perſæ apud Salaminem, cùm ſingulis Athenienſibus, qui aſcendiſſent in naues, viij. drachmas de ſuo dediſſet: neq; enim tunc Athenis publica pecunia erat: id quod literis mandarat noſter doctor, ut commemorat Plutarchus.

Quapropter quidam inſimulant)Cùm Solon tantopere euexerit uires multitudinis, ut docet, reprehendebatur à nonnullis, qui aiebant ipſum, cùm id fecit, id eſt, cùm penè dominum omnium rerum conſtituit forum illud, in quo cauſæ iudicabantur, diſſoluiſſe alterum ordinem, id eſt Areopagum, cuius antea robur erat magnum, & ita ſanè magnū, ut ſupra ille non ſine cauſa exiſtimetur ac dictus ſit accommodatus dominatui paucorum. Præſertim autem improbabant forum illud, quia ſorte ducti, non delecti uiri in ipſum perueniebant. Non poterant enim laudare, tantam poteſtatis tributam eſſe hominibus minimè ſpectatis, uel contrà potius temere ſortuitoq; coactis. Malum autem quod fluxit ex illo malo conſilio aperit, dicens: Poſtquam enim hoc iudicium uires ualidas habere cœpit, populo, tanquam tyranno alicui, aſſentantes, & omnia, quæ placere putabant, ipſi concedentes, ſtatum ciuitatis ad eam, quæ nunc uiſitur Athenis, democratiam adduxerunt id eſt, quæ immoderata eſſet, ac nullis legibus frenaretur. neq; enim audet ipſam apertè accuſare. Cuiuſmodi autem illa fuerit, facile tunc ab omnibus intelligi poterat.

Et conſilium Areopagi)Indicat, qui paulatim ueterem remp. corruperint, ſeueram ac grauem, ea ratione, qua ſignificatum eſt: id eſt, quia nimis morigerati ſunt multitudini contra publicum commodum. Primùm igitur oſtendit, Ephialtem & Periclem auctoritatem Areopagi minuiſſe. Periclem autem ſolùm mercedem ſtatuiſſe ijs, qui cauſam iudicarent. Quo etiam facto forum creuit: pecunia enim illa allecti pauperes, quaſi præmio ſui laboris, magis amarūt forū. ita igitur quoq; poteſtas illius aucta eſt. Quare, inquit, hoc pacto ſinguli populares homines dilargientes ſemper aliquid populo, atque ita uires ipſius augentes, adduxerunt rem ad præſentem, & quæ nunc uiget, democratiam. Vtitur enim iiſdem, quibus ſuprà, uerbis in ea obſcurè notanda.

Apparet autem, uoluntate Solonis.)Cùm in quem locum reſp. adducta eſſet, & quorum maximè culpa, oſtēdiſſet: purgat nunc Solonem, docetq; uitium hoc ipſi dari non debere, ſed potius caſu quodam factum eſſe. qui ſanè caſus ſalutem eo tempore dedit illi ciuitati: idem tamen peperit poſtea hoc incommodi. Deuictis enim Medis, plebs Attica, cuius uirtute uictoria illa parta fuerat, & imperium in claſſe mariſque obtinuerat, maiores ſpiritus gerere cœpit, contumaciorque facta eſt: cui malo acceſsit aliud non minus malum. Fuit autem illud, quod nacta eſt, quibus fidebat, conſultores malos: cùm tamē non deeſſent qui aduerſarentur ipſis, probi & moderati uiri, ſed fruſtra. Idem autem, quod Athenis Ariſtoteles, narrat Plutarchus in Nicia, uſuueniſſe Syracuſis poſt ſuperatas copias Athenienſium, quę longa obſidione afflixerant eam urbem. Sed etiam Plato in primo de Legibus ſæpè hoc cōtingere affirmauit, ut populi aliqui poſt uictorias in bello inſolentiores facti, impellentibus ipſos adiutrice uentis ualde ſecundis, impleuerint ſuas ciuitates maximis malis. Peccauit autem hic Sepulueda, qui ueram certamq; lectionē loco mouere conatus eſt, ac pro ναυαρχίαν ponere ναυμαχίαν. Fuit ſanè cauſa plebs Attica uirtute ſua uictoriæ illius. inde autem ea magna laus gloriaq; nata eſt, ut Athenienſes, de quo erat ipſis magna contentio cum Lacedæmonijs, potirentur ſummo loco in claſſe ſociorū ducēda. Vt enim ναυαρχία uocatur in ſingulis ciuitatibus poteſtas tradita legibus alicui ducendi claſſem, ita imperium in naues collectas è pluribus ſocijs populiſque, eodem animo bellum nauale gerentibus. Nam quàm doctum & importunum huc loco ſit uerbum pro eo ſuppoſitum, apparet. atque ipſemet aliquo modo teſtatur.

Quia Solon perſpexiſſe.)Nam, ſi uerum fateri uolumus, inquit Solon, uidetur populo auctoritatem eam in ſua illa rep. tribuiſſe, quæ maximè ipſi neceſſaria erat, & quam eidem eripere nullo modo poterat. Quæ autem illa ſit exponit, magiſtratus inquam creare, & ab ipſis poſtea rationem accipere omnium, quæ publicè eo tempore adminiſtrarint. Verè autem ſe dixiſſe, oſtendit, hanc poteſtatem propriam multitudinis fuiſſe, his uerbis: Nam ſi populus in ſua manu ne hoc quidem haberet, hoſtili animo præditus foret aduerſus rempublicam. nihil enim ipſi relictum eſſet, in quo ſe oſtentaret, participēq; reip. uideretur.

Magiſtratus autem è nobilibus.)Hoc quoque uelet ad idem declarandum: nunquam ſcilicet cogitaſſe Solonem remp. tradere in manus infimæ multitudinis, quod poſtea caſu atque improbitate popularium oratorum factum fuit. Inſtituiſſe namq; ipſum affirmat, ut magiſtratus omnes crearentur è nobilibus & locupletibus. Diuiſerat autē ille uniuerſos ciues in quatuor ordines, diſtinctos inter ſe uarietate patrimonij: quorum primos, locupletiorēs inquam, uocauerat Pentacoſiomedimnos: alteros uerò, ut ipſe hic commemorat, Zeugitas. Tertium cenſum conſtituiſſe inquit ex ijs, qui equos, ad rem militarem idoneos, alerent. unde uocabatur ἱππεῖς. Quartus conſtabat è pauperibus, & qui operam ſuam ſolerent alicui locare, appellatus

ea de

ea de cauſa θῆτες. Plutarchus, qui & ipſe hanc totam rem exponit in Solonis uita, diſcrepat in medijs duobus: ſecundum enim honeſtioremq; locum dat Equitibus, tertium uerò Zeugitis. ſumam autem ipſius narrationem huc transferam nam ipſi quoque conuenit in alijs cum auctore noſtro. Docet enim, Solonem remouiſſe pauperes à magiſtratibus: eamque occaſionē arripit diſputandi de cenſibus Athenienſium, ſic ille igitur: Cùm uellet Solon cunctos magiſtratus locupletibus relinquere, reliquam autem remp. miſcere, cuius populus particeps non erat: perſpexit cenſus ciuium: & eos qui in aridis ſimul humidiſque fructibus quingentas menſuras facerent, primos fecit, & πεντακοσιομεδίμνους appellauit. Secundos, qui equum alere poſſent, uel menſuras trecentas facerent, atque hos equeſtrem cenſum conſtituere uoluit: quare ἱππάδα ipſum uocant. Zeugitæ uocati ſunt, qui tertij cenſus erant, quibus menſura erat amborum fructuum ſimul trecentorum. Cæteri omnes appellabātur θῆτες, quaſi operarij, quibus non conceſſit, ut magiſtratum ullum caperent: tantùm poteſtatem illis fecit, ut conciones unà cum cæteris adirent, & cauſas iudicarent. Demoſthenes præterea in oratione in Macartatum recitat legem, in qua cùm eædem claſſes appellentur, idem ordo fuiſſe ipſarum oſtenditur: tertij enim illic ſunt Zygitæ. quartus autem ordo, qui è pauperculis conſtabat, ſignificatur his uerbis, ſtatim initio legis poſitis, θητικὸν τελοῦν. Narrat enim lex, quid fieri uelit à cognatis, cùm uirginem illius claſſis, orbam parente, qui genere propinquior eſt, ducere uxorem recuſat: iubet enim eam petere ſeu teneri à propinquis, non tamen eadem, cuiuſcunque claſſis illi fuerint, cùm fortunæ ipſorum rem diſpares ſint. Harpocration quoque in Lexico, cùm explicaret quid θῆτες foret apud oratores, eundem ordinem, quem Plutarchus in cenſibus ueteribus Athenienſium, ipſi aſſignat, citās teſtem Ariſtotelem in Republica quam ſcripſerat Athenienſium. in qua erat, quòd Solon in quatuor diuiſerat cenſus omnem multitudinem Athenienſium, Pentacoſiomedimnos, & Hippeas, & Zeugitas, & Thetes. quare uidendum eſt, an fortè hic memoria auctorem deceperit.

Scriptores legum fuēre.) Meminit nunc plurium ſimul ſapientium uirorum, qui leges ſcripſerant ualde probatas, nec tamen remp. ullam conſtituerant. in primis autem Zaleucum & Charondem appellat: quarumq; ciuitatum mores legibus ſuis expolierint, tradit. Zaleucum igitur Locris Epizephyrijs leges ſcripſiſſe narrat. Oportuit enim adiungere quibus Locris, cùm ipſorum tria genera in uarijs terris extarent. Epizephyrij appellabantur, qui in magna uocata olim Græcia ſedes habebant. Huius Zaleuci mentionem pluribus locis fecit M. Cicero: in epiſtola uerò quadam ad Atticum ſignificat, Timæum noluiſſe ullo pacto hunc Locris leges ſcripſiſſe, reprehendiſſeq; omnes illos, qui hoc memoriæ prodideraut: in quibus ſuerat etiam Theophraſtus. Clemens Alexandrinus commemorat in primo Stromate, Ariſtotelem in republica quā ſcripſerat Locrorū, narraſſe Zaleucum Locrum Locris ſuis, quas leges ſcripſit, dicere ſolitum, ſe accepiſſe à Minerua, ut maiorem auctoritatem illæ adipiſcerentur. Charondam etiam poſt ipſum nominat, qui optimis legibus ornauit Catanæos ſuos ciues: & alias quoque nonnullas ciuitates Italicas Siculaſque, quæ Chalcidenſium coloniæ forent. Stephanus, ubi de Catana, patria ipſius loquitur, inſignem ipſum fuiſſe inter omnibus, qui leges ſcripſerent, affirmat.

Nituntur autem nonnulli.) Inuentos inquit nonnullos, qui ſeriem legum ſcriptorum ita texerent: illos tamen, quia præſtare non potuere quod uoluerunt, ut uerum ordinem illorum oſtendere, dicit conatos eſſe id efficere. aiebant igitur hi, Onomacritum extitiſſe primum, qui in legibus ſcribendis operam nauaſſet: exercuiſſe uerò ſe illum aiebant in eo ſtudio, dum in Creta uixit (erat enim genere Locrus) in quam inſulam ſe cōtulerat, cùm uates eſſet. Aiebant autem ijdem, huius ſodalē fuiſſe Thaletem illum Mileſium: Thaletis autem auditorem nominabant Lycurgum & Zaleucum, Zaleuci uerò Charondam. In extremo, refellens opinionem eorum noſter, inquit, ipſos ea literis prodidiſſe, non ſpectata diligenter ratione temporum, ſed inconſideranter, cùm repugnent illa inter ſe apertè. Quod ad Thaletem facit, Strabo quoque ualde laudat ingenium ipſius, affirmatque illum inuentorem fuiſſe pæanum, & aliorum cantuum choris accommodatorum: nec non ſcripſiſſe etiam leges multas.

Fuit autem & Philolaus.) Adiungit noſter nunc, fuiſſe etiam Philolaum Corinthium ſcriptorem legum, qui tamen non ſuis ciuibus, ſed Thebanis leges ſcripſerit. Exponit autem, quam occaſionem ille nactus ſit mutandi ſedes, &, relicta ſua, clara in primis urbe, in alienam migrandi. Narrat igitur primùm ipſum domi ſuæ nobilem fuiſſe, cùm in gente Bacchiadū natus ſit, quæ familia Corinthi regnauit: eundemq; amatorem extitiſſe Dioclis pueri indicat, qui fuit Olympionices, uicitq; certamē illud celeberrimum. Cùm autem Diocles patriā reliquiſſet propter odium, quo proſequebatur amorem matris ſuæ Halcyones (neque enim ferre poterat dedecus tantum ſuæ familiæ) Thebaſq; profectus eſſet, ſecutus eſt eò Philolaus delicias ſuas, amboq; in ea urbe mortui ſunt. Addit etiam, uſque ad ſuam ætatem Thebanos, ut qui faueant his amoribus, illuſtrareque ipſos omni ratione ſtuderent, hoſpitibus ſolitos monſtrare ipſorum buſta, quæ ita extructa eſſent, ut ſe mutuo illa quaſi aſpicerent. cùm tamen ipſorum alterum, id eſt Philolai buſtum aſpiceretur à Corinthia tellure: alterum uerò ita collocatū foret, ut uiſere ipſam non poſſet. Cauſam uerò huius rei Ariſtoteles accuratè commemorat, tanquam delectatus hac lepida fabella, quandoquidem ipſe quoque narrationem hanc fabellam uocat: ſimilitudinem enim non paruam rei fictæ continet Ἀποπτος, quod auctor inquit, eodem uerbo uſus eſt Sophocles in priore Oedipo: ubi commemorat Iocaſta famulum illum, qui unus elapſus fuit è cæde Laij, cùm uidit Oedipum regnare Thebis, ſe rogaſſe, ut liceret ipſi in agro uiuere, atque illic pecus paſcere, ut oculis aſpicere urbem non poſſet. uerba poetæ ſunt: ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως.

Fabulantur enim ipſos.) Quia erat hiſtoria hæc uetus, & poterat oblectare, qui audirent, ideo de ipſa tanquam de fabella loquitur. inquit igitur. ipſos, Philolaum inquam & Dioclem, ita mādaſſe, & ſcripto etiā reliquiſſe: Dioclem inquam, qui fuit ille, qui mortuus etiam aſpectu patriæ aliquo modo doluiſſet, propter acerbitatem, qua affectum illum matris proſequebatur, uoluiſſe ne Corinthius ager ſpectari poſſet ab aggere, in quo ſitus eſſet: Philolaus autem, qui nihil in ea terra acceperat, unde meritò ipſi iraſceretur, ſtuduiſſe, ut ex eo loco aſpiceretur. inquit autem, rediens eò, unde digreſſus erat: Hæc eſt cauſa, cur illi apud Thebanos & uixerunt, & fato functi ſunt. In libris, quos uidi, & calamo ſcriptis, & formis excuſis, ſine ullo diſcrimine legitur ταφῆναι χωρίον non defuerunt tamen qui legendum putarunt ταφῆν pro χωρίον. quod arbitror accepiſſe illos è uetere tralatione, in qua eſt ordinaſſe ſepulturam. non tamen puto non omnino certo argumento repudiandam communē lectionem: quin tamen illa ſit plenior, dubitandum non eſt.

Scripſit autem ipſis Philolaus.) Commemorat nunc, quid proprium peculiareque fuerit ſingulorum legum ſcriptorum, quorū ſuprà meminit. Incipit autē ab eo, de quo modò locutus eſt, Philolao Corinthio: illiſq; ipſis Thebanis, apud quos uixit. Affirmat autem, leges ſcripſiſſe, & de nonnullis alijs, quæ reticet, & de liberis, lege ferendi: quas leges adiungit Thebanos appellaſſe θετικούς, id eſt de filijs adoptandis. Cùm enim uellet Philolaus patrimonium, ſortia olim acceptum, cuſtodiri in ſingulis familijs, atq; ita numerum ipſarum ſeruari: hoc remedium attulit illis, qui filios procreare non potuiſſent, ut ſcilicet alienos ſibi adoptarent. Vt enim maneret numerus certus familiarum, oportebat non ſolùm cauere, ne plures alerentur in familijs, quàm lex uetaret, uerum etiam ne aliqua ipſarum ſine ſuo proprioque poſſeſſore reſtaret. Νόμοι θετικοὶ uocatæ fuerūt leges illæ ea de cauſa, quam ſignificaui. θετοὶ enim appellati ſunt liberi adoptati, quos etiam ποιητοὺς nominabāt. Heſychius hoc teſtatur, affirmans θετὸν uocatam eſſe filium ποιητόν: ſed etiam Harpocration in Lexico de uocibus uſurpatis ab Atticis oratoribus. Plutarchus præterea in Solone, de illo ipſo loquens, quem narrat ſororis filium ſibi adoptaſſe, ita locutus eſt: [illegible] παῖδα γνήσιον ἔχων, ποιησάμενος αὐτὸς τὸν τῆς ἀδελφῆς. Quod exemplum declarat, etiam me rectè expreſsiſſe Iudicem earum legum: παιδοποιίαςq; hic minimè ualere procreationem, ſed adoptionem liberorum. Peccauit igitur ualde, qui νομικοὺς pro θετικούς, tō-rectutam ſecutus, emendandum putauit: ut illi quoque, qui ſeruata ueteri certaque lectione, non uetam tamen notionem ipſius uiderunt, putarunt que falſo eas ita uocatas, quia erant fundamentum reipublicæ, ſiue quia ſerri ſancirīq; deberent.

Charondæ quidem proprium.) Charondæ Catanæi (cuius Cicero quoque meminit in libris de Legibus) & Plato in x. libro de Rep. tradens, eum Italiam & Siciliam legibus ſuis expoliſſe, proprium nihil fuiſſe affirmat Ariſtoteles, & quod ab eo primum excogitatum ſit, tùm alij ante ipſum in mentē non uenisſet, niſi iudicia de falſis teſtibus. Primùm enim ipſum tradit diligentem animaduerſionem feciſſe de hac re. Adiungit autem, eundem, tùm in legibus ſcribendis, ſingulisque culpis ponderandis fuerit diligens accuratuſque: ſuperaſſe elegantia ſuarum legum, non ſolùm ſui temporis ſcriptores legum, uerumetiam inferioris, politioris & cultioris multò, ætatis. Non ſine cauſa autem ſuſpicaretur aliquis, auctorem uoluiſſe notare ſed tamen plures illis temporibus leges ſcripſerant, & de rep. præceperant. Expoſuit autem Demoſthenes in oratione in Aphobum ψευδομαρτυριῶν, quæ res impellant aliquos, ut in iudicijs falſum teſtentur. Siue enim, inquit, quæſtum ſectantur propter egeſtatem, ſiue ſeruiunt uoluntati induſtrium ſuorum. Tertium eſſe narrat,

quod illos abducit à uero, inimicitiæ, quas gerant cum aduerſarijs eorum. quorum cauſam cum ſcelere adiuuant. Λίμον, quod auctor hic iterum uſurpauit, Plutarchus quoque in Solone uſus eſt hoc nomine, cùm legem ipſius nulli alij probatam ſignificaret, ſed repugnantem ſententiæ iudicioq; cæterorum omnium, qui leges ſcripſerant. Intelligo autem, qua uoluerat, ut exorta ſeditione in ciuitate unuſquiſque ciuis ſe ad alterutram partẽ applicaret, nec licere ullo pacto ipſi experti eſſe publici huius magni mali.

Philolai autem proprium)Aperit magis, quod iam indicarat, reditq; ad Philolaum, cuius legum proprium fuiſſe affirmat adæquationem fortunarum, id eſt ſtudium, quod poſuit, operamq; in illis adæquandis. Non ualet autẽ ullo pacto hic ἀνώμαλωσιν, quod falſo interpretes putarunt: quorum quidam reddidit Irregularitas, alij uerò Inæqualitas: ſignificat enim plane contrarium, id eſt æqualitas. Cepit etiam Ariſtoteles uerbum, quod hinc conformatum eſt, eodem pacto in 3. de Arte dicendi: quo loco diſſerit de tranſlationibus illis elegantioribus, quæ proportione conſtant: in alijſque exemplo unius utitur, cuius ſimilitudinem acutè uiderat Iſocrates, ipſamq; rebus, de quibus tunc agebat, accommodauit. Verba noſtri doctoris ſunt, καὶ τὸ ἀνωμαλίσαι τὰς πόλεις, ἐν πολὺ ἀνίσων, ποιεῖν. Quis enim dubitat, quin hic ἀνωμαλίσαι ualeat adæquare eſſe, & ut uulgo loquimur, ad planum redactas? Exhibuit uerò mihi quoque olim in declaratione eorum librorum locus hic nonnihil negotij, quod tamen manſit in notione uerbi non in ſententia, ullam in partẽ, cuius ſemper ueritatem perſpexi. Sed tamen nõ multo pòſt ſcrupulos ille mihi euulſus fuit, auxilio maximè loci, quẽ nunc in omnibus habemus: collati enim inter ſe, caliginem omnem hinc depulerunt. Abſurdum namque prorſus foret, exiſtimare ἀνωμάλωσιν hic ſignificare inæqualitatẽ, cùm apertè repugnet ei, quod ſuprà de conſilio & ſtudio Philolai Ariſtoteles locutus eſt: præter quàm quòd nihil tam alienum eſt ab officio eius, qui utilibus legibus ornet ciuitatem, quàm inducere eò inæqualitatem fortunarum. Nomen autem hoc iunctum ἀνωμάλωσις, ut fontem aperiam huius erroris, non eſt compoſitum è particula α, quæ priuat uocem, cum qua adnexa eſt, ſua notione: ſed ex ἀνα, quæ minimè hoc præſtat.

Platonis autem uxorum.)Quæ Platonis in Legibus, quas ſcripſit, noua fuerint, & ab eo primùm inuẽta, enumerat. Quatuor autem illa ſunt. quorum primum eſt uxorum, & liberorum, & bonorum communio: neque enim ciues eius reip. quicquam horum ſuum propriumq; habebant. Secundum eſt inſtitutum ipſius, ut non ſolùm mares, ut Lacedæmone, uerum etiam fœminæ ſimul cibum caperent. Tertium lex de ebrietate, ut ſobrij præfecti conuiuiorum eſſent. Vltimò eſt, exercitatio in rebus bellicis, ut meditatione aſſiduoque ſtudio uterentur firmiter ambabus manibus in hoſte feriẽdo. Quod quaſi interpretans Ariſtoteles (uno enim uerbo iuncto ipſos ſignificarat) inquit. Ne contingat, quod nunc fit, ut una manuum uti poſſint, altera uerò minime. In extremo hoc exponendo fuit auctor, quod ad ſtructuram uerborum facit, durior: uidebatur enim uel eodem caſu, quo prima duo protulit, dicere debuiſſe, καὶ ἡ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄσκησις: uel, ut tertium cõmemorarat, appellans legem, quæ id uidebat plenè loqui, hoc pacto, καὶ ὁ περὶ τὴν μελέτην νόμος, nunc autem, ſi inde accuſandi hic caſus aptus eſt, minus conciſus fuit.

Draconis quidem ſunt leges)Draconem Athenienſem ſcripſiſſe leges tradit, qui tamen remp. non conſtituit: ſed illam ipſam, quæ tunc erat, ſtudio ſuo ornauit: cuius in legibus nihil proprium hominis, ab ipſoq; relictum à cæteris, excogitatum fuiſſe affirmat, præter aſperitatem illarum, propter magnitudinem pœnæ, qua non magna etiam delicta grauiter puniebat. Vnde non defuerunt, qui conuenire nomen id ipſi dixerint, cùm referta uiro ſcripta ipſius forent. Sed alij etiam alijs acutis uocibus tantam acerbitatem legum notarunt. Meminit Draconis Demoſthenes & aduerſus Leptinem & contra Ariſtogitonem. Plutarchus autem affirmat, Solonem, cùm incubuit in eam curam, primùm leges huius omnes ſuſtuliſſe, præter illas, quæ de nece allata cuiquam ſcriptæ forent. atque id eadem de cauſa, propter quam hic nunque ipſæ notatæ ſunt.

Fuit autem & Pittacus.)Pittacum etiam Mitylenæum eodem pacto leges ſcripſiſſe, non remp. fabricaſſe narrat: cuius propriam quandam legem celebrat, & tota uia diſſentientem illam fuiſſe oſtendit à iudicijs de culpa eadem reliquorum legum ſcriptorum. Erat autem illa ut temulẽti, ſi quempiam pulſaſſent, maiore pœna afficerentur, quam ſi eam ſobrij commiſiſſent. Conſilium autem ipſius aperit, & quid maximè mouerit eum, ut aliter quam cæteri omnes de illa re ſentiret, docet. Inquit igitur, Pittacum, cùm uideret multo plures contumelia uexare aliquos ebrios quam ſobrios, non reſpexiſſe ad hoc. quòd uidetur ignoſci magis debere illis, qui peccant ebrij, quia non ſunt ſuæ poteſtatis: ſed ad communem utilitatem quæ requirit ut nihil tale committatur, nec dignitas alicuius uioletur procul igitur uiam obſtruere uoluit illis iniurijs. Si namque cœperint homines metu pœnarum illarum uitare ebrietatem, nihil huiuſcemodi admittent cauſa enim ipſi ſibimetipſis ſunt, ut peccent propter imprudentiam. Huius legis Pittaci meminit etiam in 2 libro de Arte dicendi, & in 3. de Moribus ad Nicomachum: quamuis in poſteriore hoc Pittaci nomen nõ poſuerit.

Scripſit autem & Androdamas.)Addit in extremo, extitiſſe etiam Androdamantem quẽdam Rheginum, qui leges ſcripſerit: cuius tamen legum peculiare quicquam inauditumque prius fuiſſe negat. Ipſum uerò leges illas ſuas ſcripſiſſe commemorat Chalcidenſibus, qui in Thracia urbem condidiſſent. Oſtendit autem, eum de cæde facta uulneribuſque impoſitis multa ſcripſiſſe, & de uirginibus etiam: quæ, cum unicæ forent, paternorum bonorũ hæredes eſſent: in quibus tamen nihil reperiebatur magnopere diſcrepans à decretis reliquorum.

Quæ igitur faciunt)Breui admodum exponit, quæ adhuc fecerit. Commemorat igitur, ſe putaſſe hæc ſibi dicenda de rebus publicis ratis, id eſt quæ receptæ ſunt à populis aliquibus, & non literis tantùm proditæ (cuiuſmodi fuerũt Lacedæmoniorum, Cretenſium, Pœnorum reſpublicæ: uocat autem has hac de cauſa κυρίας finem enim ſuum adeptæ, & non quaſi irritæ fuerunt) & de his etiam, quæ à doctis ſiue ingenioſis uiris excogitatæ, & monimentis mandatæ ſunt.

Σόλωνα.)Athenienſis Reip. prima adminiſtratio ſub Regib. fuit, iã inde a Cecrope hereditario iure, per an. 866. uerorum quidem XVII. Regum nomen tulerunt, & inter eos ultimos Codrus: XIII. uerò, Regis nomine abolito, Archontũ perpetuorum, inter quos primus fuit Medon Codri F. ultimus Alcmæon, per an. 316. Subinde magis adhuc imminuta poteſtas principum, ut non perpetui amplius, ſed decennales tantùm crearentur Archontes, per an. LXX. quorũ primus Charops, ultimus fuit Eryx. Democratiæ deinceps fundamenta iacta, & nouem Archõtibus annuis à populo delectis Reip. ſumma commiſſa, anno tertio Olymp. 24. inter quos erat Rex, Archon (à quo anni nominabantur, unde Eponymi nomen accepit) Polemarchus, & Theſmothetæ ſex. Legiſlator primus Draco, Olymp. 39. Secundus Solon Olymp. 46. anno tertio archon annuus conſtitutus, ciuitatem, ſeditione Diacriorum, Pediæorum & Paraliorum grauiter afflictam (cùm illi quidem Democratiam pauperum, Pediæi Oligarchiam diuitum, Paralij mediam Reip. formam ſequerentur) lege σεισαχθείας, de ære alieno omni debitoribus remittendo, promulgata pacauit: ſubinde legib. ſaluberrimis inſtruxit, annis fere 27 poſt Lycurgum, triginta poſt Draconem. Sigonius.

ἐπεὶ καὶ μετ᾽ ἀρχαιότερον.)Areopagitarum conſeſſus Solone multo antiquior, neq; ab eo primùm introductus: ita quoque ſenatus quadringentorum: quibus ueluti duabus anchoris popularis concio (cui conſilia de rebus, & iudicia de iuſtis exercenda commiſerat) fluctuans alioqui niteretur & conſiſteret. Pulſis per Cliſthenem Piſiſtratidis ut tribuum auctus fuit numerus, ita quoq; ſenatus, ſcilicet ut porrò D. eſſent ſenatores, ex ſingulis tribubus quinquaginta. Nemo inter Areopagitas legebatur, qui nõ Archon annuus fuiſſet. Eapropter Pericles cum nunquam illi contigiſſet uel Regem, uel Archontem, uel Theſmothetam, uel Polemarchum eſſe, ei ordini infeſtior fuit.

ὥσπερ τῷ τυράννῳ)Demagogi populo tanquam tyranno adulantur. Ita quoq; ſuprà cap. 9. Reges Spartanos Ephoris ueluti tyrannis more Demagogorum adulatos dixit.

μισθοφορία.)Theoricis & iudicialibus pecunijs corruptum à Pericle populum Plut. affirmat, cũ cuilibet ciui pauperi certa pecuniola è fiſco daretur, qua locum in theatro redimeret. Cleonẽ primùm tres obolos præmij loco ijs qui concionis intereſſent decreuiſſe aiunt. Vide Sigonium in Rep. Athenienſi.

ἐν τοῖς Μηδικοῖς.) Victa ad Artemiſium promontorium Xerxis claſſe numeroſiſſima, Themiſtoclis Athenienſis conſilio, qui populo auctor fuerat relicta urbe naues conſcendendi, imbellem uerò turbam in Salaminem inſulam tranſferendi, uictoria elatus populus, Themiſtoclis itidem ſuaſu, ad res maritimæ ſtudium ſeſe totum cõtulit, & præfecturam nauium (quam ναυαρχίαν

[illegible] dicunt) ſuſtepit, ut non ſuas tantùm, ſed & ſociorum triremes in bello ducerent, quã hoc loco ναυαρχίαν appellat Ariſt. Proinde Piræeo portu urbi iuncto, & nautica turba admiſſa, ut potentiſſimus ſic inſolētiſſimus factus eſt rhetorum & demagogorum blandimentis & adulationibus, id unum ſtudentium, ut ad concionem populi totius Reip. gubernacula transferrent, Areopago & Senatui quingentorum crepta.

ἀντιπολιτευόμενος τοῖς ἐπιεικέσι.) Qualis Cimon fuit, teſte Plut. qui partes ſenatus contra plebis inſolentiam tuebatur.

τὰς δ᾽ ἀρχάς.) Solon ciues ſecundum patrimonia diuiſit in quatuor claſſes. Prima erat eorum, qui cenſum haberent quingentorum medimnorum, teſte Plut. Secunda Equitum, qui trecentorum. Tertia Zeugitarum, qui ducentorum (quam tamen hic Ariſt. ſecundo loco cōnumerat) Quarta & extrema erat Opificum & Mercenariorum, quos illi Thetas uocabant (Latini Proletarios & Capite cenſos) qui concionis tantùm ius habebant, ad nullos interim magiſtratus admittebantur.

Ζάλευκος.) De Zaleuco & Charonda Diod. lib. 12. Zaleucus patria Thurius (Thuriorum autem urbs in magna Græcia ex ruinis urbis Sybaritarum à Græcis colonia extructa fuit) Pythagoreus philoſophus, ex Spartanorum & Areopagitarum legib. pleraq; uidetur mutuatus. Charondas uerò, Catanæus patria, Thurinorum fuit legiſlator, Olymp. 84.

Λοκροῖς.) Locri tres connumerantur. Ozoli, Aetolis proximi: Epicnemidij, Leleges olim dicti, per quos Cephiſus amnis defertur. & Epizephyrij, ad Zephyrium extremæ Italiæ promontorium habitantes, teſte Plinio.

Ὀνομάκριτον.) Huius tanquam uatis ſæpe meminit Pauſanias.

ἀρχαιότερος τοῦ χρόνου.) Diuerſis nimirum tēporibus uixère. Lycurgus quidem XC. annis ante Olympiadum initium: Thales Mileſius Olymp. XXXV. natus eſt: Charondas Olymp. 84. cuius auditor fuit Zaleucus.

Βακχιάδαι.) Bacchis Prumnidis F. poſt Aleten per quinq; ætates Corinthi imperauit. Mutata inde Reip. forma, & loco Regum Prytanes ex gente regia Bacchidarum præfecti, quos Cypſelus Eetionis F. oppreſſit, & tyrannidē Periandro F. reliquit.

θετικούς.) hoc eſt, περὶ υἱοποιίας, quoniam θέσθαι παῖδα ſignificat adſciſcere ſibi alienum filium, & in familiam ſuam adoptare. Victorius lib. 18. Variarum c. 11.

Πλάτων.) Platonis hîc denuò meminit, non per ſe, ſed ut Philolai tantùm adæquatio bonorum Platonis comparatione illuſtretur.

Δράκων.) Dracon Olymp. 39. anno quarto archon fuit Athenis, & legiſlator, ſeueritate tanta, ut uel minima delicta capitaliter puniendo cenſeret. Cauſam rogatus, Quoniam pœnam maiorem maiorib. delictis debitā nullam haberet. Idcirco Demades leges eius non atramento, ſed ſanguine ſcriptas aiebat. Æginæ in theatro coniectis in illum à populo honoris ergò ueſtibus ſuffocatum narrant.

Πιττακός.) Mitylenæus, unus è ſeptem, Phrynonem ducem Athenienſium uiri innoxium ſingulari certamine occidit. Tyrannidem à ciuibus ſponte delatam, legibus ſanctiſſimis excoluit, eādemq; decennio pòſt ultrò depoſuit, [illegible] dicens. Obijt ſeptuagenarius Olymp. 52. Laertius.

τοῖς μεθύουσι.) Meminit legis huius etiam lib. 3. Ethicorum cap. 7. etſi cauſam illic paulo diuerſam affert.

EXPLICATIS præcipuarum Rerumpublicarum formis, deſcēdit nunc ad unum celebrium extantem eaſq;

- **Proponit**, *partitione ab Efficiēte ſumta, ab is ſcribere qui de Repub. aliquid ſcripſerunt, cùm Remp. uel*
  - **Nunquam** *geſſerint, ſed priuati uixerint.* N.1. *De quibus diximus in præcedētibus.* N.2.
  - **Geſſerint,** *& leges condiderint uel, ſuis uel alijs.* N.3. *Et hi rurſus legum autores uel politiam nouam*
    - **Non** *introduxerunt: at quam acceperant, corrigere ſtuduerunt.* N.4.
    - **Introduxerunt.** N.5. *Vt Solon & Lycurgus.* N.6.
- **Explicare aggreditur.** *Inter eos ergo legiſlatores qui politiā*
  - **Mutarunt**, *ut legib. Rempublicam accommodarent, locum primum tenent*
    - **Lycurgus**, *de quo ſub Spartana Repub. in præcedentibus egimus.* N.7.
    - **Solon.** *Hunc*
      - **Alij**
        - **Laudant**, *uti bonum legiſlatorem, qui Athenienſem Remp. ex omnibus temperauerit.* Nu.8. *Nimirum ex*
          - **Oligarchia**, *per Areopagitas.* N.9.
          - **Ariſtocratia**, *quoniam magiſtratus omnes nō ſorte, ſed ſuffragijs ex tribus populi ordinib. deligi uoluit.* N.10.
          - **Democratia**, *quoniam iudicia omnia, Areopago excepto, populo permiſit.* N.11.
        - **Reprehendunt**, *uariè ra-*
          - *tio. Solonem aiunt Ariſtocratiam magiſtratuum & Oligarchiam Areopagi nō introduxiſſe primùm, ſed quales inuenerat reliquiſſe: Democratiæ tamen autorem fuiſſe, iudiciorum poteſtate concioni populi permiſſa.* N.12.
          - *dictis. Reprehendunt idcirco Solonē, quaſi Rēp. corruperit, quoniā nō ſuffragio, ſed ſorte è populo lectis, ſummā rerū omniū cōmiſerit.* N.13. *Hac.n. occaſione populo adulari cœpère Rhetores & Demagogi, quo ad in purā Democratiā, qualis nunc eſt, eā perduxère.* N.14. *Exēplis declarat. Itaq;*
            - **Ephialtes** *rhetor, cuius opera Pericles propter eloquentiā ad populum utebatur, iudicia Areopagi, quæ tollere planè non poterat, mutilauit ſaltem, & ad populum tranſtulit. Quo nomine pòſt clam necatus eſt, Olymp.* 80. N.15.
            - **Pericles** *theoricis & iudicialibus pecunijs populum corrupit.* N.16.
            - **Demagogi** *cæteri gratiam populi captantes, decretorum uariorum ad potentiā eiuſdem ampliandam autores fuere.* N.17.
      - *Ariſt. excuſat. Non Solonis culpa, ſed caſu populi uires ſupra modū fuiſſe auctas.* Num. 18. *Namq;*
        - **Populus** *ſuperbia elatus ob uictoriā naualē contra Medos partā, ab adulatoribus popularibus planè corruptus eſt.* N.19.
        - **Solon**
          - **Iudicia** *populo conceſſit, cùm aliter facere nō poſſet.* N.20. *Ratio. Alioqui.n. populus à magiſtratib. penitus excluſus, Reipublicæ eam formā minimè æquo animo tuliſſet.* N.21.
          - **Magiſtratus** *reliquos optimis tantùm ex tribus locupletioribus ordinibus delectis aſſignauit.* N.22.
  - **Non** *mutarunt, ſed quales inuenerunt, tales reliquerunt: ut leges Reipublicæ accommodarent, non autem rempublicam Legibus. Vide ſeq. figuram Aa.*

R 4.

Tales *ergo fuêre legiſlatores*

- **Zaleucus** *Locrenſium Epizephyriorum.* N.23.
- **Charõdas** *Cataneus Siculus. De hoc enarrat*
  - **Quibus,** *Cataneis ſuis, & reliquis Chalcidicis, è Chalcide Eubœæ oriundis colonis, per Italiam & Siciliam leges ſcripſit.* N.24.
  - **Quales.** *Quo ad legum*
    - **Materiam,** *nihil peculiare habet, & à reliquis diuerſum, præterquàm quòd falſi teſtimonij iudicium primus inſtituit.* Num.30.
    - **Formam,** *accuratius quàm ulli alij leges ſcripſit, ita ut cum iis etiam qui hoc tẽpore ſcripſère (an Platonem intelligit) elegantia certa re queat.* N.31.
- **Onomacritus,** *Locrenſium, Locrus & ipſe genere, imitatione Cretenſiũ, æqualis Thaletis, Lycurgi & Zaleuci ſecundùm quoſdam.* N.25. *Etſi chronologia falſam horum opinionem eſſe conuincit.* N.26.
- **Philolaus** *Corinthius Thebanorum. De hoc*
  - **Quis** *& qualis fuerit.* N.27.
  - **Quales** *leges condiderit, diuerſas ſcilicet à cæteris. Nimirum leges de*
    - **Procreatione** *liberorum, quas θετικὰς appellarunt.* Nu. 28. *Ratio. Nam ne patrimonia decreſcerent, & familiæ ad egeſtatem redigerentur, putauit nõ quot quis uellet, ſed quot commodè alere poſſet, liberos tollendos.* N.29.
    - **Bonorum** *adæquatione.* N.32. *Platonis collatione, explicat. Plato & mulierum & liberorum & opum communitatem introduxit, atq; etiam Syſſitia muliebria inſtituit. Sed Philolaus magis ſobriè opes tantùm adæquatas uoluit.* N.33.
    - **Conuiuiorum** *præfectura ſobrijs tantùm committenda.* N.34.
    - **Militari** *exercitatione ciuium, ut ambidextri fierent, utraq; manu ex æquo, ſi opus eſſet, in bello uſuri.* N.35.
- **Draco.** *Hic leges*
  - **Reipublicæ** *Athenienſium tali, qualem inuenerat, accommodauit.* N.36.
  - **Nouas** *nullas introduxit, niſi quòd pœnam capitalem uel minimis delictis conſtituit.* N.37.
- **Pittacus** *Mitylenæus, qui leges*
  - **Reipublicæ** *accommodauit patriæ.* N.38.
  - **Nouas** *aliquas dedit. V. G. illam de pœna dupli in ebrios.* N.39. *Ratio. Nam cùm plura ab ebrijs quàm à ſobrijs peccari uideret, boni publici reſpectu, non tam ignorantiæ (cuius ipſi ſibiypſis auctores extitiſſent) ignoſcendum putauit, quàm malo populari ſcurritate pœnæ obuiam eundum.* N.40.
- **Androdamas** *Reginus leges*
  - **Chalcidenſibus** *in Thracia dedit, & extant quædam eius ſcriptæ leges de rebus capitalibus, & de puellarum orbarum patrimonijs.* N.41.
  - **Nouas** *& ab alijs diuerſas nullas uidetur inueniſſe.* N.42.

FINIS SECVNDI LIBRI.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA LIBER III.

Diſpoſitio Libri Tertij.

- ENARRATA libro primo Materia Politicæ ſocietatis, Societate ſcilicet Oeconomica: ſubinde Formæ cōſiderationē aggreſſus eſt. Et quidem Formas ab alijs propoſitas lib. ſecundo enarrauit: nunc uerò ex ſua ſententia, cōſiderationē Formæ Ciuitatis
  - Proponit. *Politia Ciuitatis forma eſt, ſubiectum certum habens.* CAP. I.
  - Enarrat: *etſi turbato, ut uidetur, ordine. Nā cap. 13. uidetur ſtatim ſubſequi debere cap. 18. & in eo capite 18. finis libro imponi, & quarti libri caput 1. poni, mox quatuor capita 14. 15. 16. 17. ſubnecti: poſtea caput quod nunc ſecūdum eſt in quarto libro. Sed nos eo, quē nunc contextus habet, ſeruato ordine, Ariſt. agere dicimus de Politia*
    - Materia proxima in
      - Genere: *nēpe de*
        - Ciuibus. CAP. II.
        - Ciuitate, *hoc eſt, ex ciuibus conſtituta multitudine.* CAPITE III.
      - Specie, *de Speciebus*
        - Ciuiū. *Cùm Ciues alij ſint*
          - Perfecti, *ſecundùm Habitum uirtutis politicæ.* CAP. IV.
          - Imperfecti, *ſecundùm quamuis aliam conditionem externam.* CAP. V.
        - Ciuitatis, *quæ à formalibus differentijs, quas cap. 6. aggreditur, ſunt deſumendæ.*
    - Forma, *tum*
      - Vniuerſim, *Quæritur an Forma ſit*
        - Vna & ſimplex. CAP. VI.
        - Nō *una, ſed plures & multiplex. Eas igitur plures eſſe*
          - Explicat. CAP. VII.
          - Con*firmat, et ſecundum illarū*
            - Materiam *ſubiectam, ipſos ſcilicet ciues, à quibus nomen accepit Politia.* CAP. IIX.
            - Formam. *Agit ergo de uarietate*
              - Iuris, *ſeu forma Imperij.* CAP. IX.
              - Imperij, *ſeu forma Reſpub. quinam ſint qui imperare debeant, in*
                - Genere. CAP. X.
                - Specie, *Homines an Leges.* CAP. XI.
            - Finem, *de Bono. ſ. publico, quod in iure imperij poſitum exiſtimant omnes, ut illo prœditus, dignus ſit imperio. Id*
              - Inueſtigat. CAP. XII.
              - Confirmat. CAP. XIII.
            - Efficientem. CAP. XIIX.
      - Singillatim. *Videlicet de*
        - Regno. *Eius enarrat*
          - Species. CAP. XIV.
          - Accidentia; *an inter bonas Reſpub. numerari debeat nécne. Dubitatio*
            - Generalis, *de quolibet Regnō.* CAP. XV.
            - Specialis, *de Regno pleno dicto. Ex ſententia*
              - Aliorū. CAP. XVI.
              - Sua. CAPITE XVII.
        - Reliquis *Rerumpublicarum tum bonarum tum malarum formis.* LIB. IV. & *ſeq.*

CAPVT I.

De Forma Ciuitatis, de Politia ſcilicet, certum ſubiectum habente, agere inſtituit.

ILlius,[1] qui de rep. quęrere ſibi propoſuit, & quæ & qualis unaquæq; ipſarum ſit, fermè prima conſideratio eſt, uidere, quid nā eſt ciuitas. Nunc[2] enim controuerſantur, hi quidē affirmantes, ciuitatē aliqoid feciſſe: hi[3] uerò nō ciuitatē, ſed paucos, qui dominātur illic, aut tyrannum. Eius[4] autem, qui deditus eſt reip. & ſcriptoris legū, uidemus omnē curā operamq; poni in republica. Reſp.[5] aūt eſt ordo quidā urbem habitantiū. Quia[6] autem ciuitas unum eſt eorum, quæ iuncta ſunt, quemadmodum[7] aliud quippiam totorum quidem, compoſitorum autē è multis partibus: perſpicuum[8] eſt, prius oportere quęrere, qui nā ſit ciuis. ciuitas[9] enim eſt multitudo quędā ciuiū. Quapropter,[10] quē oporteat appellare ciuē, & quis ciuis eſt, cōſiderandū eſt. Sępe[11] enim ciuis in cōtrouerſiā uenit: non enim eundē fatentur ciuē eſſe. Eſt[12] enim quidā, qui cū in ſtatu multitudinis ciuis ſit, in dominatu paucorū ſæpe nō eſt ciuis. Qui[13] igitur alio quopiā pacto nacti ſunt hanc appellationem, cuiuſmodi ſunt ciuitate donati, dimittendi ſunt. Ciuis[14] autē, non quia alicubi habitat, ciuis eſt. Inquilini[15] enim & ſerui cōmunicant ſedibus. Neq;[16] qui participes ſunt iuris ſic, ut poſſint & in forum uocari & litigare. Hoc[17] enim licet etiā ijs, qui communicāt ui teſſerarum: etenim hæc his quoqoe conceſſa ſunt. Multis[18] igitur locis neque horum perfectè inquilini participes ſunt, ſed neceſſe ipſis eſt auctorem tribuere. Quare[19] imperfectè aliquo modo participes ſunt huiuſcemodi communionis. Sed[20] ſicuti & pueros, qui nondum per ætatem notati ſunt, & ſenes, qui ſoluti ſunt, dicere opus eſt aliquo modo ciues: non ualde tamen ſimpliciter, ſed cum appendice: hos quidem imperfectos, hos uerò effœtos, aut huiuſcemodi aliquo addito (nihil enim intereſt: apertum enim eſt, quod dicitur. quærimus[21] enim ſimpliciter ciuem, & nullum huiuſcemodi mendum continentem, quod

ΤΩ[1] περὶ πολιτείας ἐπισκοποῦντι, καὶ τίς ἑκάστη, καὶ ποία τις, σχεδὸν πρώτη σκέψις περὶ πόλεως, ἰδεῖν τί ποτέ ἐστιν ἡ πόλις. νῦν[2] γὰρ ἀμφισβητοῦσιν· οἱ μὲν φάσκοντες τὴν πόλιν πεπραχέναι τὴν πρᾶξιν, οἱ δ'[3] οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν ὀλιγαρχίαν, ἢ τὸν τύραννον. τοῦ[4] δὲ πολιτικοῦ, καὶ τοῦ νομοθέτου, πᾶσαν ὁρῶμεν τὴν πραγματείαν οὖσαν περὶ πόλιν. ἡ δὲ[5] πολιτεία τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἐστὶ τάξις τις. ἐπεὶ[6] δ' ἡ πόλις τῶν συγκειμένων, καθάπερ[7] ἄλλο τι τῶν ὅλων μὲν, συνεστώτων δ' ἐκ πολλῶν μορίων, δῆλον[8] ὅτι πρότερον ὁ πολίτης ζητητέος. ἡ γὰρ[9] πόλις πολιτῶν τι πλῆθός ἐστιν· ὥστε[10] τίνα χρὴ καλεῖν πολίτην, καὶ τίς ὁ πολίτης ἐστὶ, σκεπτέον. καὶ[11] γὰρ ὁ πολίτης ἀμφισβητεῖται πολλάκις. οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦσι πάντες εἶναι πολίτην. ἔστι[12] γάρ τις ὃς ἐν δημοκρατίᾳ πολίτης ὢν, ἐν ὀλιγαρχίᾳ πολλάκις οὐκ ἔστι πολίτης. τοὺς[13] μὲν οὖν ἄλλως πως τυγχάνοντας ταύτης τῆς προσηγορίας, οἷον τοὺς ποιητοὺς πολίτας, ἀφετέον. ὁ δὲ[14] πολίτης, οὐ τῷ οἰκεῖν που πολίτης ἐστί· καὶ[15] γὰρ μέτοικοι καὶ δοῦλοι κοινωνοῦσι τῆς οἰκήσεως. οὐδ'[16] οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως, ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν, καὶ δικάζεσθαι. τοῦτο[17] γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι· καὶ γὰρ ταῦτα τούτοις ὑπάρχει. πολλαχοῦ[18] μὲν οὖν οὐδὲ τούτων τελέως οἱ μέτοικοι μετέχουσιν, ἀλλ' ἀνάγκη νέμειν προστάτην. διὸ[19] ἀτελῶς πως μετέχουσι τῆς τοιαύτης κοινωνίας. ἀλλὰ[20] καθάπερ καὶ παῖδας τοὺς μήπω δι' ἡλικίαν ἐγγεγραμμένους, καὶ τοὺς γέροντας τοὺς ἀφειμένους, φατέον εἶναι μέν πως πολίτας· οὐχ ἁπλῶς δὲ λίαν, ἀλλὰ προστιθέντας τοὺς μὲν ἀτελεῖς, τοὺς δὲ παρηκμακότας, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον (οὐδὲν γὰρ διαφέρει· δῆλον γὰρ τὸ λεγόμενον· ζητοῦμεν[21] γὰρ τὸν ἁπλῶς πολίτην, καὶ μηδὲν ἔχοντα τοιοῦ-

EI,[1] qui de reip. adminiſtrādæ ratione, quæ & qualis ſit, conſiderat: primo ferè loco quid nā ſit ciuitas, uidendum. Nunc[2] enim ambigunt & in controuerſiam uocant, dum alij rem à ciuitate actam ac tranſactam eſſe dicunt: alij[3] non à ciuitate, ſed à paucis potentibus aut tyranno. Hominis[4] autem regendæ ciuitatis periti (quem politicum Græci nominant) & legū ſcriptoris curam atq; operam omnem uidemus in ciuitate cōſumi. Iam uero[5] reip. ſeu ciuitatis adminiſtrandæ ratio, quā politiā Græci appellant, eorum, qui urbē colunt, deſcriptio atq; ordinatio eſt. Quoniam[6] autem ciuitas compoſitum & concretum quiddam eſt, quemadmodum[7] & aliquod aliud totū ex multis partibus cōflatum: nimirum[8] quærendum ante de ciue eſt. ciuitas[9] enim ciuium multitudo quædam eſt. Quare[10] quis ciuis appellari debeat, & quis ſit ciuis, uidendum. Etenim[11] de ciui ſæpenumero ambigitur. Non enim c[...] nuenit inter omnes, eundem eſſe ciuem. Eſt[12] enim aliquis, qui ciuis in ciuitate libera, ſeu reip. adminiſtrandæ forma populari, quā democratiā appellant [...], ciuis ſit, in paucorū principatu, q[...] oligarchia ab illis dicitur, ſæpen[...]ero non eſt ciuis. Atq;[13] ij quidem, q[...] aliquo alio modo hāc appellatione c[...] ſunt, ut ciues inſititij, aut (ut ita [...]) factitij, miſſi faciendi ſunt. Ciuis[14] autem non eo, quòd urbem aliquam incolat, ciuis eſt. etenim[15] inquilini & ſerui, habitationis ſunt participes. Neq;[16] ij, quibuſcum iura ita cōmunicata ſunt, ut & iudicium accipere neceſſe habeant, & litem intendere atq; in ius uocare poſſint, ciues ſunt. hoc[17] enim tribuitur etiam ijs, qui teſſeris publicè acceptis, & ex publica conuentione inter ſe iura habent communia, & res contrahunt. His enim hæc quoq; ſuppetunt. Quin[18] ſæpenumero neque inquilini horum omnis ex parte ſunt participes: ſed neceſſe eſt eis patronum aliquem dare. Quamobrem[19] imperfectè & quodam modo talis communitatis ſunt participes. Verum[20] quemadmodum pueri, qui nōdum per ætatem in numerum ciuium adſcripti ſunt, & ſenes, qui dimiſſi & ab[...]luti ſunt muneribus ciuilibus, dicendi quidem ſunt aliquo modo ciues: non admodum tamen ſimpliciter, & abſolute, ſed cū adiectione, illi quidem imperfecti, hi autē effœti et uieti, aut aliq[...]d al[...]mile (nihil n. refert, quādo planū et apertū eſt quod dicim[...] quærimus[21] enim eū, qui ſit ciuis ſimpliciter, et in quo nulla talis

quod correctione egeat) Quia [22] & de notatis ignominia, & [23] de exulibus huiuſcemodi in quæſtionem uenire & diſſolui poſſunt. Ciuis [24] autem ſimpliciter nulla alia re definitur magis, quàm participatione exiſtimationis & magiſtratus. Magiſtratuū [25] autem hi quidē ſunt diſtincti tempore (ita [26] ut nonnullos omnino iterū non liceat gerere, uel [27] poſt aliqua definita tempora) hic [28] aūt indefinitus eſt, ceu [29] iudex, & q deliberat. Fortaſſe [30] igitur dicerēt aliquis, ne magiſtratus quidē huiuſcemodi eſſe: neq; participes propter hæc eſſe imperij. Atqui [31] ridiculū eſt eos, qui tātam uim poteſtatēq; habent in rep. priuare imperio. Sed [32] interſit nihil. de nomine nāq; eſt cōtrouerſia. Caret [33] enim nomine, quod cōmune eſt iudici, & illi, qui ad deliberationes adhibetur, quo decet utrūq; appellare. Sit igitur diſtinctionis cauſa, indefinitus magiſtratus. Statuimus [34] aūt eſſe ciues ita participātes. Qui [35] igitur maximè congruit ciuis ad omnes uocatos ciues, fermè huiuſcemodi eſt. Nō [36] opus eſt autem nobis clam eſſe, rerum, in quibus ſubiecta differunt ſpecie, & ipſorū hoc quidem primū eſt, hoc autem ſecundum: hoc uerò, quod ſequitur, uel penitus nihil eſt, quâ talia ſunt, cōmune, uel exiliter. Reſp. [37] aūt uidemus differentes ſpecie inter ſe: & [38] has quidē poſteriores, has uerò priores eſſe. In quibus enim errati multū eſt, & quę recta uia exiēre, neceſſe eſt poſteriores eſſe uacuis ab erratis. Recta [39] autē uia migraſſe quomodo dicim⁹, poſtea perſpicuū erit. Quapropter [40] & ciuem diuerſum eſſe neceſſe eſt, qui io ſingulis rebuſ pub. exiſtit. Qua [41] de cauſa, qui dictus eſt, in ſtatu multitudinis maximè eſt ciuis: in [42] alijs uerò uſu uenire poteſt, non tamē neceſſe eſt. In [43] quibuſdā enim non eſt populus, neq; concionem recipiunt, ſed paucos ad deliberādū uocatos & lites iudicant particulatim: ceu [44] Lacedæmone cauſas cōtractuum iudicat è numero ephororū alius alias: ſenatores aūt decęde facta: alius fortaſſe magiſtratus alias. Eodem [45] aūt pacto & Carthagine: quidā enim magiſtratus oēs cauſas exiſtimant. Veruntamen

τὸν ἔγκλημα, διορθώσεως δεόμενον. ἐπεὶ [22] καὶ περὶ τῶν ἀτίμων, καὶ [23] φυγάδων, ἔστι τὰ τοιαῦτα καὶ διαπορεῖν καὶ λύειν. πολίτης [24] δ᾽ ἁπλῶς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον, ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς. τῶν [25] δ᾽ ἀρχῶν, αἱ μέν εἰσι διῃρημέναι κατὰ χρόνον (ὥστ᾽ [26] ἐνίας μὲν ὅλως δὶς τὸν αὐτὸν οὐκ ἔξεστιν ἄρχειν, ἢ [27] διά τινων ὡρισμένων χρόνων) ὁ δ᾽ [28] ἀόριστος, οἷον [29] ὁ δικαστὴς καὶ ἐκκλησιαστής. τάχα [30] μὲν οὖν ἂν φαίη τις, οὐδ᾽ ἄρχοντας εἶναι τοὺς τοιούτους· οὐδὲ μετέχειν διὰ ταῦτ᾽ ἀρχῆς. καίτοι [31] γελοῖον τοὺς κυριωτάτους ἀποστερεῖν ἀρχῆς. ἀλλὰ [32] διαφερέτω μηδέν· περὶ ὀνόματος γὰρ ὁ λόγος. ἀνώνυμον [33] γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ δικαστοῦ καὶ ἐκκλησιαστοῦ, τί δεῖ ταῦτ᾽ ἄμφω καλεῖν. ἔστω δὴ διορισμοῦ χάριν, ἀόριστος ἀρχή. τίθεμεν [34] δὴ πολίτας τοὺς οὕτω μετέχοντας. ὁ [35] μὲν οὖν μάλιστ᾽ ἂν ἐφαρμόσας πολίτης ἐπὶ πάντας τοὺς λεγομένους πολίτας, σχεδὸν τοιοῦτός ἐστι. δεῖ [36] δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τῶν πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα διαφέρει τῷ εἴδει, καὶ τὸ μὲν αὐτῶν ἐστι πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον· τὸ δ᾽ ἐχόμενον· ἢ τὸ παράπαν οὐδέν ἐστιν, ᾗ τοιαῦτα, τὸ κοινόν, ἢ γλίσχρως. τὰς [37] δὲ πολιτείας ὁρῶμεν εἴδει διαφερούσας ἀλλήλων· καὶ [38] τὰς μὲν ὑστέρας, τὰς δὲ προτέρας οὔσας. τὰς γὰρ ἡμαρτημένας καὶ παρεκβεβηκυίας ἀναγκαῖον ὑστέρας εἶναι τῶν ἀναμαρτήτων. τὰς [39] δὲ παρεκβεβηκυίας πῶς λέγομεν, ὕστερον ἔσται φανερόν. ὥστε [40] καὶ τὸν πολίτην ἕτερον ἀναγκαῖον εἶναι, τὸν καθ᾽ ἑκάστην πολιτείαν. διόπερ [41] ὁ λεχθεὶς, ἐν μὲν δημοκρατίᾳ μάλιστ᾽ ἐστὶ πολίτης. ἐν [42] δὲ ταῖς ἄλλαις, ἐνδέχεται μέν, οὐ μὴν ἀναγκαῖον. ἐνίαις [43] γὰρ οὐκ ἔστι δῆμος· οὐδ᾽ ἐκκλησίαν νομίζουσιν, ἀλλὰ συγκλήτους· καὶ τὰς δίκας δικάζουσι κατὰ μέρος. οἷον [44] ἐν Λακεδαίμονι τὰς τῶν συμβολαίων δικάζει τῶν ἐφόρων ἄλλος ἄλλας· οἱ δὲ γέροντες τὰς φονικάς· ἑτέρα δ᾽ ἴσως ἀρχή τις ἑτέρας. τὸν [45] αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ Καρχηδόνα. πάσας γὰρ ἀρχαί τινες κρίνουσι τὰς δίκας. ἀλλ᾽

talis reprehenſio ſeu criminatio cadat, quæ correctione egeat) ſic inquilini nō ſunt abſolutè ciues appellandi. Nam [22] etiā de ijs, qui ignominia notati ſunt, et [23] de exſulibus, talia quædam dubitari poſſūt, et talis quadrat diſſolutio ac reſponſio. Ciuis [24] igitur ſimpliciter nulla alia re definitur magis, quàm quod ſit iudicatus & magiſtratus particeps. Magiſtratuū [25] aūt alij quidem tempore ſunt diſtincti, ac diuiſi (itaq; [26] nonnullos bis eidem gerere omnino nō licet: aut [27] certis, ac præfinitis temporibus licet) alij [28] uero non definiti: exempli [29] gratia, iudex & qui in concione deliberat & conſultat. Fortaſsis [30] autē dixerit aliquis, ne magiſtratus quidem eſſe talem ciuem, neq; propterea imperij participem eſſe. Atqui [31] ridiculum ſit ijs, qui in ciuitate maximè dominātur, plurimumq; poſſunt, imperium denegare. Sed [32] ſtatuamus nihil intereſſe: de nomine enim ſit ſermo. Ea [33] enim poteſtas, quæ iudici cum ſuaſore, ſiue qui in concione deliberat, cōmunis eſt, nomine uacat, nec ſatis eſt in promptu quo nomine cōmuni hæc duo ciuilia munera ſint appellanda. Eſto igitur, diſtinctionis cauſa, magiſtratus nō definitus. Eos [34] itaq;, qui ita reſp. ſunt participes, ciues ſtatuimus. Quare [35] ciuis definitio, quæ ad eos omnes, qui ciues appellātur, maxime quadrare poſſit, talis ferè eſt. Nemini [36] autem obſcurū eſſe debet, quib. in rebus ſubiecta ſpecie differūt, & eorum aliud eſt primum, aliud ſecūdum, aliud deinceps ſubſequens: earum rerū aut nihil prorſus eſſe cōmune, qua ratione ſunt tales, aut perquam tenuiter et anguſte. At [37] reſp. adminiſtrandæ rationes differre inter ſe ſpecie uidemus: & [38] earum alias eſſe priores, alias poſteriores. Eæ enī, quæ deprauatæ ſunt, quæq; deflexerunt à recto: certè minimeq; deprauatis poſteriores ſint neceſſe eſt. Degreſſas [39] autem à recto quomodo dicamus, poſterius planum fiet. Ergo [40] etiam ciuis in quaq; reſp. adminiſtrāda ratione ſit alius ac diſſimilis neceſſe eſt. Quare [41] is, qui ſuprà à nobis dictus eſt, in ciuitate libera, in qua penes populum poteſtas eſt, maximè ciuis eſt: in [42] alijs uerò euenire poteſt, ut ſit, nō tamē neceſſe eſt. Nonnullæ [43] enim ciuitates neque populum habent, neque concionem uſu receperunt, ſed conuentum ciuium conuocatorum: & lites controuerſiasq; alias alij cognoſcunt ac diſceptant. Ut [44] Lacedæmone lites de rebus contractis dirimunt & dijudicant Ephororum alij alias: ſenatores autem iudicia de cædibus ac parricidijs exercent: alius porrò aliquis magiſtratus fortaſsis alia. Itémque [45] fit Carthagine. quidam enim magiſtratus rebus omnibus iudicandis præſunt. Sedenim [46] cor-

tamẽ [46] ſuſtinet correctionẽ de finitio ciuis. In [47] alijs enim rebuſp. minimè indefinitus magiſtratus eſt, qui deliberat, & qui cauſas iudicat: ſed qui, quod ad magiſtratũ ptinet, definit⁹ eſt. Horũ [48] .n. uel cũctis, uel qbuſdã tributũ eſt deliberare & iudicare, uel de omnib. uel de qbuſdã. Quis [49] igiť eſt ciuis, ex his manifeſtũ. Cui .n. poteſtas facta eſt cõmunicãdi magiſtratu, qui deliberat, & q exiſtimat, ciuẽ iã dicimus eſſe hui⁹ ciuitatis: ciuitatẽ [50] aũt huiuſcemodi hominũ multitudinẽ, quę (ut ſimpliciter loquať) ſemetipſa cõtenta ſit ad bene uiuendum.

[46] ἔχει γὰρ διόρθωσιν ὁ τοῦ πολίτου διορισμός. ἐν [47] γὰρ ταῖς ἄλλαις πολιτείαις, οὐχ ὁ ἀόριστος ἄρχων ἐκκλησιαστής ἐστι καὶ δικαστής· ἀλλὰ ὁ κατὰ τὴν ἀρχὴν ὡρισμένος. τούτων [48] γὰρ ἢ πᾶσιν, ἢ τισὶν, ἀποδέδοται τὸ βουλεύεσθαι καὶ δικάζειν, ἢ περὶ πάντων, ἢ περί τινων. τίς [49] μὲν οὖν ἐστιν ὁ πολίτης, ἐκ τούτων φανερόν. ᾧ γὰρ ἐξουσία κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς, πολίτην ἤδη λέγομεν εἶναι ταύτης τῆς πόλεως. πόλιν [50] δὲ τὸ τῶν τοιούτων πλῆθος, ἱκανὸν πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν.

[46] correctionem habet ciuis definitio. Nam [47] in alijs reip. adminiſtrandæ formis non magiſtratus infinitus conſultator & iudex eſt, ſed pro genere imperij definitus. His [48] enim omnibus, aut nonnullis eorum permiſſa eſt conſultandi ac iudicandi poteſtas, aut de rebus omnibus, aut de quibuſdam. Quis [49] igitur ſit ciuis, ex his perſpicuum eſt. Qui enim poteſt magiſtratus ad conſultandum & iudicandum pertinentis eſſe particeps, eum iam huius ciuitatis dicimus eſſe ciuem: ciuitatem [50] autem, ut ſimpliciter dicam, talium hominum multitudinem tantam, quanta ſatis ſit ad copiam plenam ac refertam, nihilq́ foris requirentem, rerum ad uitam degendam neceſſariarum.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Illum, qui de repub.) Cùm in libro, qui hunc antecedit, reſpublicas, & à doctis ingenioſiſq; uiris deſcriptas, & à populis potentibus uſurpatas, explicuiſſet, ac quid in illis boni maliúe foret oſtendiſſet: nunc principio ducto ab elementis initijſque huius diſputationis, incipit, quid ſui iudicij ſit de hac omni quęſtione aperire, ac quam optimã remp. exiſtimare debeamus ſignificare. Primùm igitur docet, oportere eum, qui hanc curam ſuſceperit, & quæ qualiſúe unaquæq; reſp. ſit cognoſcere uelit, uidere, quid nam hoc ſit, quod nos ciuitatem uocamus. Accuratam autem animaduerſionem huius rei neceſſariã eſſe confirmat hoc pacto: inquit enim, Nunc, quando hoc ſcilicet planum adhuc non eſt, naſcuntur ſæpè quæſtiones magnę de hac re, cùm publicè diſputatur, geſſerit ne quippiam ciuitas aliqua, ſiue non geſſerit. Sunt enim, qui affirment, factum illud ciuitatis fuiſſe: cùm aduerſentur alij, nolintq; ullo pacto rem eam geſtam conſilio publico, ſed à paucis in ciuitate iniuſtè dominantibus, ſiue à tyranno.

Eum autem qui deditus eſt.) Hoc alterum eſt, quod requirebatur ad concludendum, opus eſſe uidere quid ſit ciuitas. Eſt autem argumentum ductum ab euidentia: id enim, quo utitur, ab omnibus facile intelligi & quaſi oculis aſpici affirmat. Videmus enim, inquit, omnem operam eius, qui de rep. diſſerit, & eius etiam, qui leges ſcribit, poni in rebus ad ciuitatem pertinentibus. Reſp. autem, *πολιτεία* uocata à Græcis, nihil aliud eſt, niſi ordo quidam & quaſi norma eorum, qui ciuitatem incolunt. Quare perſpicitur, non eſſe omittendam à duobus illis, quos ſuprà appellauit, ſubtilem exquiſitamque animaduerſionẽ de ciuitate. Ipſe uerò Ariſtoteles nunc ſuſtinet perſonam *πολιτικοῦ*, qui ſine dubio eorum eſt, qui toto animo incũbit in perſecutandum optimum ſtatum ciuitatis.

Quia autem ciuitas.) Declarat, non poſſe planè intelligi, quid ciuitas ſit, niſi prius cognitum fuerit quid ſit ciuis: quare dat operam huic rei. Neceſſariam uerò eſſe perceptionem ciuis illi, qui ſtudeat noſſe quid ſit ciuitas, non minus atque intelligentiam ciuitatis ei, qui, quid ſit reſp. noſſe debeat, confirmat hoc pacto. Vtitur enim tanquam ſolo huius ſuæ ſententiæ, quod apertum eſt, ciuitatem eſſe quiddam iunctum, & unum denique earum rerum, quæ, cùm totæ integræ ſint, compoſitæ tamen ſunt è partibus multis. Cùm igitur ipſa talis ſit, perſpicuum eſt, prius oportere quærere quid ſit ciuis. Ciuitas namque ciuium multitudo eſt, & hi ſanè ſunt partes ipſius. Quod autem è partibus compoſitum eſt, non poteſt intelligi, niſi partes ipſius intelligantur. Opus igitur, inquit, eſt uidere, quem potiſſimum deceat ciuem appellare, & quis ſanè ciuis ſit. Si namque priorem horum ignoraremus ſæpe in ſermone, quem de eo haberemus, uſu nobis ueniret peccare: ſi uerò alterum obſcurum nobis eſſet, non teneremus uim naturamq; ciuis.

Sæpè enim ciuis.) Reſpondet (ut opinor) ei, quod aliquis dicere potuiſſet, non oportere diligentiæ multum adhibere in cognoſcendo ciue, quia nunquam exoritur quæſtio de hac re, exploratumque ſatis eſt quis ſit ciuis. Docet igitur, longè aliter ſe rem habere, ſæpenumeroq; naſci controuerſias de hoc nomine. Neque enim omnes, inquit, concedunt eundem eſſe ciuem. quod probat, addens: Reperitur enim qui, cùm in ſtatu multitudinis uerè ita uocetur, in dominatione tamen paucorum idẽ ſæpè nõ ſit ciuis: excludunt .n. illi è ſuo numero tenuis homines atq; pauperes, qui participes ſunt reip. in altero illo latiore ſtatu ciuitatis. Cauſa Archiæ poetæ talis fuit: uocatus enim ille eſt in iudiciũ eo nomine, quòd ciuitatẽ Romanã uſurpaſſet.

Qui igitur alio quopiam pacto.) Oſtendit, ſe nunc omittere illos omnes, qui alia quapiam ratione adepti ſunt nomen ciuis, & non ſunt ueri germaniq; ciues: cuiuſmodi, inquit, ſunt omnes, qui uarijs de cauſis ciuitate donati ſunt, qui à Græcis *ποιητοὶ* uocabantur, id eſt facti, & non nati ciues. Vt autem ipſe *ποιητοὺς πολίτας* ipſos appellauit, ita Demoſthenes *τὴν ποιητὴν πολιτείαν* (quod idem ſanè ualet) in oratione *περὶ* [illegible]. Idẽ ſignificant uerba hæc Ciceronis pro Archia poeta: Quid noſter hic Magnus, nonne Theophanem Mitylenæum, ſcriptorem rerum ſuarum, in concione militum, ciuitate donauit?

Ciues autem, non.) Primùm igitur eijcit è numero ciuium omnes, qui falſò putari poſſent ciues, quia habitant in ciuitate, oſtenditq; non tantam uim habere communionem loci, ut cuncti, qui illic degant, ſtatim uocari debeant ciues: ſequeretur enim ex hac opinione res prorſus abſurda, ut inquilini ſcilicet ac ſerui eſſent ciues. Nam nõ republica ſolùm interdictũ fuiſſe ſeruis, ſed alijs etiam rebus, quæ liberis conceduntur, quamuis ciues non ſint, declarant Terentij hæc uerba, edita apud ipſum ab huius conditionis homine, ſe purgante eo, quòd non geſſerit ea, quæ propria ingenuorum ſunt: Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt, neq; teſtimonij dictio eſt.

Neque qui participes ſunt.) Depellit alios quoſdam è numero ciuium, qui propius uidentur accedere ad fortunam ciuium, cùm liceat illis (ut comici uerbis utar) orare cauſam: id eſt, ſi uocati fuerint in iudicium, ius ſuum illic tueri, & uocare alios in aliena ciuitate in iudicium. Non poſſe uerò hos quoque appellari ciues docet, affirmãs huius etiam iuris poteſtatem fieri illis, qui communicant aliquo modo ijſdem commodis, exempli cauſa, portubus & facultate mercium importandarum aut exportandarum, qui acceperunt notas quaſdam ac teſſeras indicio quarum id totò præſtant, quod admonuit.

Multis igitur locis.) Valet hoc quoque ad declarandum, nullo modo appellari oportere ciues cunctos, qui uiuunt in urbe, cũ inquilini (qui certè ſunt meliore conditione, quàm quos modò ſignificauit: uiuunt enim in illis locis, nedum participes ſint ciuitatis) non poſſint iudicia contendere cum aliquo, niſi præbuerint quaſi auctorem quẽdam. Sunt igitur hi, ut inquit, participes iuris ac fori, ſed non planè perfectéque: ſolis enim ac ſine auctore non liceret ipſis eò adire, nec ſanè audirentur. inquit igitur, ipſos imperfectè aliquo modo communicare foro. quanto magis igitur ſunt longè ab eo gradu, ut ſint ciues? Nunc autem locum, qui erat in Græcis libris mancus, reſtitui olim ope ueteris tralationis. Huius antiqui moris, quem tangit hic noſter, meminit quoque Sophocles in Oedipo tyranno, cùm facit Tireſiam augurem, ita de ſe cum rege illo Thebanorum loqui, qui multis maledictis ipſum inceſſerat, ac uix manum abſtinuerat: *οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ, ὥστ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι.* ſignificauit enim ſe liberum eſſe, ac ciuem, non ſeruũ aut peregrinum hominem. Sed etiam Harpocration in Lexico Atticorum oratorum, qui, cùm quis *προστάτης* diceretur, exponeret, inquit: Inquilinorum auctores Athenis uocabantur *προστάται*: neceſſe enim erat ſingulis inquilinis ciuem aliquem Athenienſem præbere tribuereúe auctorẽ, inquit enim ille quoque, ut hic Ariſtoteles, *νέμειν προστάτην*.

Sed

Sed ſicuti & pueros.) Qui communicant etiam eodem iure ac legibus, non poſſe plenè uocari ciues, cùm ſint peregrini, aſſi-mat: uerum tamen communio illa magna in ipſis quoque ſimilitudinem quandam ciuium parit. Idem igitur in his uiuendi re ducet, quod in pueris ac ſenibus, quorum alteri, cùm ſint orti è ciuibus, alteri uerò ipſi prius functi omni munere ciuium, uno poſſint tamen utrique ſimpliciter uocari ciues. Nam pueri propter ætatem nondum relati ſunt in album ciuium: ſenes uerò iam ſoluti omni propria cura ciuium. Vocabuntur enim, inquit, hi à nobis aliquo modo ciues, non ſimpliciter tamen, ſed cùm addiderimus aliquid, dixerimuſque priores illos imperfectos & non abſolutos, alteros uerò effœtos, ſiue quo alio nomine, quod monſtret tanquam uitium ipſorum, appellauerimus. Neque enim hoc refert quicquam: apertum namq; eſt, id quod ſignificare uolumus. Quærimus enim hic ciuem ſimpliciter, & qui nullam quaſi culpam in ſe contineat, quā uocatione corrigere oporteat, ut factum eſt in ſuperioribus generibus ciuium.

Quia & de notatis) Idem etiam quæri poſſe docet de ciuibus, qui iudicio notati ſunt, eaq; ignominia affecti, quæ ipſis eripit ius ciuitatis, aut perpetuò, aut ad certum quoddam tempus, nec non de exulibus: ipſi enim quoque pelluntur è ciuitate. Diſcriminis hoc eſt inter ipſos, quòd ignominia notatis licet manere in urbe, tantùm non poſſunt fungi ullo munere proprio ciuium. Exules, ut nomen, quo apud Græcos uocantur, declarat, ſolum mutant fugiuntq; è ciuitate. Sed Tacitus quoq; Græco more, cùm exilium intelligeret, fugam appellauit: ita enim in iij. libro locutus eſt: Adulteroſque earum morte aut fuga puniuit. Vt autem exoritur eadem quæſtio de eis, ita quoque eodem pacto diſſoluitur.

Quæ autem ſimpliciter.) Cùm oſtenderit multis modis uocari aliquos ciues, qui propriè non ſint tales, cùm careant ipſis aliqua, tanquam macula, quæ non ſinit illos eſſe ueros integroſq; ciues: docet nunc quæ maximè rei uim eam habet, ut reddat ſimpliciter aliquem ciuem, affirmatq; nulla re magis definiri ciuem, quàm participatione exiſtimationis atque magiſtratus. Quibus enim licet uenire ad deliberationes de republica, exiſtimatq; cum alijs, qui uocati ſunt de eo, quod illic quæritur, & in foro etiam cauſas iudicare, nec non magiſtratus capere: illi profectò ciues ſunt.

Magiſtratuum autem.) Cùm meminerit magiſtratuum, diuiditq; ipſos præcipuè declarare, qui uerè ciuis appellandus ſit: dicit nunc eos, traditq; quoſdam ipſorum temporibus diſtinctos eſſe, alios uerò indefinitos, nec ulli interuallo temporis aſtrictos. Primi illi, quos ſpatijs temporum diſtinctos dicit, non omnes eadem norma definiti ſunt, ut monſtrat. ſed certa, ita ut nonnullos ipſorum bis quidem capere tota uita eidem homini liceat, cùm alij poſt interualla certa temporum rerum capiantur. Iudicauit etiam, cuiuſmodi ſint magiſtratus, quos uocauit indefinitos, dixitq; illius generis eſſe iudicem, & qui concionem colit. Græci enim ferè conſilium capiebant de rebus publicis in concione, confluente illuc omni ciuium multitudine.

Fortaſſe igitur diceret aliquis.) Intelligit poſſe quempiam occurrere ſuæ ſententiæ, qui nō putet uocandos magiſtratus, quos dixit, id eſt iudices, qui in foro ſedent & omnes, qui concionem, cùm deliberatur de republica, frequentant, neque habere illos imperium ullum illis de cauſis. Primùm igitur dicit eos uel de peccare, ac ſtultè demum ſentire, qui tantam poteſtatem habentes in republica, priuent nomine imperij. Deinde inquit, quia noſtrum conſiliū non eſt contendere de nominibus, ponamus nullum momentum in hoc eſſe, quomodo hi uocentur. Nam ſcrupulus omnis hic facile eijceretur, ſi quod commune eſt, cumq; utrumq; & hos & illos, id eſt & iudicem & concionatorem, nomen adeptum eſſet. Nunc autem deeſt nomen, quo utrumque uocemus. Vt autem, inquit, tota res planius intelligatur, ſeparenturq; hi ab illis, uocetur hic magiſtratus indefinitus. Voluimus autem, inquit, ciues eſſe, qui ita participant reipublicæ: ſtatimq; totam rationem concludit his uerbis: Qui igitur maxime ceteris quadrat ciuis ad omnes, qui quocunque modo uocantur ciues, ferè talis eſt, qualem ſcilicet deſcripſit, in eſt qui particeps eſt iudiciorum ac concionis.

Non opus eſt autem.) Oſtendit, deſcriptionem hanc ciuis non cadere in omnem rempublicam. eſt enim in qua locum nō habet, ut monſtrabit. Vtitur autem, quod ipſi prodeſt ad hanc rem, animaduerſione quadam, in uniuerſam explorata, eamque nullo modo nos fallere debere aſſirmat: niſi enim hoc teneremus, multis in rebus laberemur. eſt autem illa: Omnium rerum, in quibus ſtatim ipſa partesq; ſpecie inter ſe diſcrepant, ita ut hæc prima ſit hæc ſecunda, eodemq; ordine cæteræ ſequātur. quod contingit in æquiuocis hodie uocatis: aut penitus nihil exiſtere commune omnium illarum, quod complectatur ipſas rationes, quæ ſunt tales: aut ſi eſt, exiliter admodum eſſe, ita ut uix appareat.

Reſp. autem uidemus. Communes hoc documentum ſignificat conuenire huic loco: & id, quod nunc præcipit, partem ipſius eſſe. quod ita planum putat, ut penè oculis cernatur. Videmus enim, inquit, reſp. diſcrepare inter ſe ſpecie: & has quidē à numero ipſarum eſſe poſteriores, has uerò priores non tempore, ſed dignitate ac perfectione, ut ipſe declarat, qui inquit: Illas enim, in quibus eſt aliquid uitij, & quæ quaſi recta regione migrarunt, neceſſe eſt eſſe poſteriores, quàm illas, quæ ſunt uacuæ ab omni errore.

Rectis autem uia) Cùm dixiſſet inueniri reſp. deprauatas, quæ meritò tales habeantur, id eſt corruptæ ac uitioſæ, pollicetur ſe poſtea declaraturum. Quamuis autem in notandis illis duobus nominibus uſus ſit, nunc autem alterum tantum ipſorum repetat, id eſt poſterius: arbitror tamen utrumq; ad notionem illo ſignificari. Quæ namque uerò à uera ratione receſſerunt, eædem affines uitijs atque erroribus magnis ſunt. Concludit autem, poſtquem hæc fecit, rationē: Quapropter dicēs, neceſſe eſt alium eſſe ciuem in unaquaque republica, ut ſcilicet fieri poſſit atque uſu ſæpe ueniat, ut qui in hac rep. ciuis ſit, in alia ciuis nomen non obtineat. Sequitur igitur, ut qui à nobis ciuis dictus eſt, in ſtatu maximè multitudinis ciuis ſit: in ipſo namque uniuerſus populus deliberat de republica, & è multitudine dicuntur iudices cauſarum.

In alijs uerò.) Hunc, quem dicit neceſſariò ciuem eſſe ad illa deſcriptionē in ſtatu multitudinis, adiungit, in alijs quoque rebus publicis contingere poſſe ut ſit ciuis: non tamen hoc neceſſariò fieri. Sunt enim reſp. nōnullæ, in quibus multitudo nullius publici muneris particeps eſt neq; enim illic in concione deliberatur de republica, ſed illæ certos quoſdam ſibi eligunt, quorum opera conſiliuq; in hoc utantur. unde etiam nomināt ipſos ſυγκλήτους. Græcos auctores, qui res R. ſcribunt, ſenatum uocare ſυγκλήτου, notum eſt. Nam quod in quibuſdam ciuitatibus δῆμον, id eſt populum plebemq; nō eſſe tradit: intellexit ipſum illic poteſtatem non habere (neque enim exiſtit ciuitas ſine plebe) & ſanè Comitus in fabula, cuius iudex eſt maior, appellat δῆμον ſtatum ipſum multitudinis.

Lites iudicant.) Hoc alterum duorum illorum eſt, quibus uſus fuerat ad deſcribēdum ciuem. Docet igitur, in nonnullis reſp. iudicia non eſſe in manu multitudinis poſita, ſed illic cauſas eſſe diuiſas, ut hi ſcilicet magiſtratus quaſdam lites, alij uerò alias dijudicent. Exempla autem nonnulla ponit diuerſorum in hac re inſtitutorum. inquit enim, ceu Lacedæmone lites de contractibus hominum inter ſe dijudicant ephori: non omnes tamen eaſdem, ſed hi ephori has, alij uerò alias: ſenes autem, inquit, cauſas capitis, id eſt de cæde facta: & eodem pacto addit alius quiſpiam magiſtratus alias. Cùm ſenatores intelligeret, uocauit ipſos ab ætate ſenes. Ratio uerò huius nominis aperta eſt, quam etiam reddidit Cicero, cuius hæc uerba ſunt è libello, quo hanc ipſam ætatem ornauit: Apud Lacedæmonios quidem, qui ampliſsimum magiſtratum gerunt, ut ſunt, ſic etiam appellantur ſenes.

Eodem autem pacto.) Idem, quod Lacedæmone fieri de cauſis exiſtimandis demonſtrauit, ut certi quidam magiſtratus omnes iudicent, ſuas tamen illi ſibique legibus aſſignatas, ſeruari etiam Carthagine affirmat. in ea enim quoque rep. magiſtratos, quorum curæ id mandatū erat, ſoli eo munere fungebātur, nec omnibus popularibus licebat de litibus cōtrouerſijſq; ſententias ferre. Cùm autem uideatur ſignificare non unum tantùm magiſtratum ordinemq;, ſolitum illic cauſas iudicare, ſed plures: uidendum quomodo uerum ſit quod narrauit T. Liuius, qui dixit, unum, non multos, ordinem Carthagine id munus ſuſtinere. An quod ille adiunxit, ea tempeſtate, omnem ſcrupulum euellit? Potuit enim inſtitutum hoc, ut contingit aliquando in omni ciuitate, immutari: nam Romæ quoque iudicia uarijs tēporibus magnopere immutata ſunt.

Veruntamen ſuſtinet.) Docet, poſſe debereq; corrigi ſuperiorem ciuis deſcriptionem. In alijs namque rebuſpublicis, cetera populari, non indefinitus aliquis magiſtratus (ita enim appellemus, qui ſuſtinet illam curam: aliquo enim modo ipſe quoque imperium habet in eos, quorum lites exiſtimat) non igitur in illis indefinitus ad deliberandum adhibetur, ac iudex eſt, ſed qui definitus eſt, illiq; muneribus publicè prepoſitos. Probare uerò uolens hoc uerum eſſe, Horum inquit, ſiue omnibus, ſiue certis quibuſdam mādatum eſt deliberare de republica: id eſt, peruenire lege in ea loca, ubi ſententiæ dicuntur de rebus pertinentibus ad ſtatum ciuitatis: & eodem pacto cauſas iudicare, ſi non omnes, ſaltem aliquas.

Quis

Quis igitur eſt ciuis.)Aperit nunc, quæ ſit correctio illa, quam ſignificauit, cùm ait, non magno negotio poſſe emendari id uitij, quod illic acat. Eſt enim ciuis, non qui iam deliberat ac iudicat, ſed qui poteſt legibus ad ea munera obeunda uocari. Inquit autem auctor ipſe: Quis igitur eſt ciuis ex his, quæ iam diſputata de ipſo ſunt, planum eſt. Cui enim licet participi eſſe magiſtratus eius, qui deliberat de republica, & illius itidem, qui exiſtimat iudicatq; cauſas: hunc dicimus iam ciuem eſſe huius ipſius reipublicæ. Ciuitatem autem uocamus numerum talium hominum, tantum ſcilicet, quantus neceſſe eſt ad ea præſtanda, quibus uita noſtra contenta ſit, ut ſimpliciter nunc craſſoq; modo hoc definiamus.

οἷον τοὺς ποιητοὺς πολίτας.)Factus ciues appellat, qui uoluntate & poteſtate eorũ, qui cogere poſſunt, ius ciuitatis obtinuere. Itaq; ratione efficientis tantũ ciues ſunt appellandi. Sic Atheniensis Reip. forma è tyrãnide in Democratiã deinde mutata, Cliſthenes multos ſeruos & inquilinos ciuitate donauit, qui cum natura ſua ciues eſſe non poſſent, aliena ſaltem uoluntate ciues ſunt facti. De quibus infrà cap. 2. n. 9. non per ſe, ſed per accidens agit: ut oſtendat, contra aliorum opinionem, ciuẽ non ratione efficientis, ſed formæ, ciuem dici debere. Lyſias è Thurijs Athenas ueniens, cùm Thraſybulo in CD tyrannide euertenda ſe ſocium præſtitiſſet, ciuitate donatus eſt. Quod plebiſcitum quaſi cum legibus pugnans quod ſine curiæ auctoritate latum eſſet, impugnauit Archinus. Ita inductum eſt populi decretum, atq; iure ciuitatis deiectus, reliquum tempus æquo cum ciuibus iure Athenis egit Romanorum ciuitas per totum terrarum orbem diſperſa fuit: adeoq; ciues dicebãtur, qui nec urbem nec comitia Romæ unquam uidiſſent. Vide Sigonium. Quid ſi *ποιητοὺς πολίτας* legamus? cùm Plato 3. & 10. de Repub. de poetis multa diſputet, utrum in ciuitatem recipiendi & recepti pro morum magiſtris, an pro ciuibus ſint habendi.

ἐν ὀλιγαρχίᾳ πολιτείας.)Nimirum in extrema Oligarchia, in qua populo omnis ferendi ſuffragium & deligendi poteſtas eſt adempta. In quadã enim Oligarchiæ ſpecie populus habet poteſtatem deligendi magiſtratus, ſed non niſi è magnis cenſibus: & propterea in hac uidetur idem ciuis eſſe poſſe, qui in democratia fuerat.

δίκην ὑπέχειν καὶ δικάζεσθαι.)Ius ſuum perſequi (tum agendo tum defendendo coram iudice) & ius ſuũ obtinere (ſiue condemnatione ſiue abſolutione iudicis.)

καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων.)Athenis in Piræeo mercatores peregrini ſimul & ciues iudicem proprium habebant, & eatenus æquã iura cum ciuibus nauticæ deditis mercatores habebant cæteri.

πολλαχοῦ τούτου τελέως οἱ μέτοικοι.)Apud Athenienſes inquilini non erant iudiciorum participes, neq; ſuo nomine litem intendere poterant, ſed patronum ciuem Athenienſem adhibere cogebantur, qui pro ſe ageret. Vnde lis *ἀπρόστατος*, in eos qui patronum nullum haberent. Sigonius.

ἀφήκας καὶ τοὺς γέροντας.)Ad chorum triplicem Laconum alludit, Puerorum, Senum & Iuuenum: quorum illi ſe futuros *ἀκμαίους πολίτας*, hi Senes ſe fuiſſe, Medij ſeſe eſſe etiam cum prouocatione affirmabant.

ἐγγεγραμμένους.) In tabulas Lexiarchicas. Sic Catalogum ciuium appellabant Athenis.

ἀλλὰ ἀτελεῖς.)Quos infrà cap. 5. n. 11. *ὑπο τελεῖς πολίτας* appellare uidetur. Nõ aliter quàm Plut. com. An ſeni ſit tract. reſp. ſcribit, earum quæ Epheſi ſacrantur Dianæ mulierum, quamq; primùm *μελλιέρην*, id eſt, futuram ſacerdotem, hinc *ἱέρην*, at ſacerdotio defunctam *παριέρην* dici ſcribit.

μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς.)Coniunctio è cùm munia publica uel iudicij eſſe uideantur (ſiũ conſultando de agendis, ut de bello, de fœderibus, de magiſtratuum electione: ſiũ iudicando de actis, præſertim in depoſcenda magiſtratus geſti ratione quod *εὐθύνας* dicitur, & in multis Rebuſpub. populo permittitur) uel imperij, in exequẽdis & imperãdis ijs quæ uiſa ſunt. Disiunctiuè alij legunt, ut præoccupet eorum obiectionem, qui *κρίσιν* ſub *ἀρχῇ* contineri negant. Paulò pòſt certè oſtendit, *ἀρχῆς* appellatione munia publica omnia contineri & exprimi. An *κρίσιν* uocat poteſtatem ferendi ſuffragia in deligendis magiſtratibus, cùm per ſuffragium iudicium inter competitores feratur?

τί δεῖ τοῦτ' ἀμφω λέγειν.)Genus nullo certo nomine expreſſum eſt quod in quid eſt, reſponderi conuenit.

ἀλλ' ἔχει τινὰ διόρθωσιν.) Ciuis definitio correctione indiget, hoc eſt, explanatione, cùm *ἀρχὴ* dupliciter dicatur. Ciuis appellatur, *ὁ μετέχων ἀρχῆς* tum *ἀορίστου*, tum *κρίσεως*, in Democratia & Politia, quæ propter communionem omnium maximè merentur nomen Reip. tum *ὡρισμένης* tantùm, in reliquis Politiarum formis. in quibus quanto parcior eſt cõmunio munerum publicorum, tanto quoq; minus Reipublicæ nomen merentur. Adeoq; ciuis definitio prædicta illis eximiè & abſolute, his ſecundum quid tantùm conueniet: & in illis quidem omnes incolæ liberi ciues erunt, in his uerò pauci quidam, reliqui ſubditi potius quàm ciues appellandi uidebuntur. Hac de cauſa Democratiam plerique amant propter libertatem communem, qua uidentur & ipſi ciuitatis partes eſſe, & imperio participare.

τούτων γὰρ ἢ πᾶσιν.)In reliquis politijs concionis & iudiciorum poteſtas non indefinita eſt, ſed definita, certis nimirum hominibus, non toti populo communicata. Hoc prius eſt membrum. Alterum membrum, quod huic reſpondere debebat (At in Democratia concionis & iudiciorum poteſtas indefinita eſt, totiq; populo communis) deficit. Cuius tamen expoſitionem continent hæc uerba: *τούτων γὰρ* (*πολιτῶν* ſcilicet Democraticorum) *ἢ πᾶσιν*, &c.

HACTENVS *de forma ſeu conſtitutione Reip. non uera ab alijs tradita. Nunc quænam ſit uera, ex ſua ſententia tradere inſtituit Philoſophus. Politia igitur, tanquam forma conuerſationis politicæ, uti ſubiectum ſuum in quo eſt informat, hoc eſt, nomen illi & eſſe dat: ita uiciſſim cùm non quælibet forma cuiuis materiæ conueniat, abſq; ſubiecto ſuo intelligi nequit. Conſiderationem igitur formæ*

- Proponit, *ex ſuo ſubiecto ſiue materia cõuerſationis politicæ proxima petendam. Vide in ſequent. ſignum A.*
- Perſequitur. *Agit ergo de Politia quo ad*
  - Materiam *proximã, de Ciuibus ſcilicet tum ſingillatim conſideratis, tum uniuerſim, quatenus ciuitatem conſtituunt iuum in*
    - Genere, *de*
      - Ciuis *notione, partim reſpectu formæ*
        - Eſſentialis, *ipſius ſcilicet notione, quæ ad γνῶσιν maximè confert, & ex qua ciuis uerus à falſo diſtinguitur. Vide in ſeq. ſignum B.*
        - Accidentalis, *quæ ſumitur ab Efficiẽte, & ad χρῆσιν eſt accommodata.* CAP. II.
      - Ciuitate. CAP. III.
    - Specie. *De ſpeciebus*
      - Ciuiũ, *tum*
        - Formali, *ſecundũ habitum.* CAP. IV.
        - Materiali, *ſecundum cõditionẽ.* CAP. V.
      - Ciuitatum. *Ex præced. intelligi poteſt.*
  - Formam. *Vide Cap. IV. & ſeq.*

A. Pro-

A.

Proximam dico partim à Loco, qui Vrbs eſt, partim à Perſonis, à Ciuibus nimirum ſingulis, qui ſimul omnes integrum corpus ciuitatis conſtituunt. Etſi enim libro primo Societatem œconomicam politiæ ſubiectum eſſe aſſerimus: remotum tamen illud, non proximum, politiæ ſcilicet & œconomiæ commune: ut Semen & Sanguis menſtruum corporis humani remotiora ſunt principia, proxima uerò Spiritus, Humores, & Solida. Πολιτείαν igitur cognoſci rectè nequit, niſi & πόλις & πολίτης cognoſcatur, quòd hæc illius ſubiecta ſint. Tum uerò etiam cùm cognatorum eadem ſit ratio & conſideratio: & ea quæ concreta ſunt & ſub ſenſum magis cadunt, eorum quæ abſtracta ſunt ueluti ſomes exiſtant: quemadmodum in Ethicis habitus uirtutum, V. G. prudentiã aut temperantiã, tanquam obſcuriores, ipſius prudentis aut temperantis natura tanquam notiore declarauit: ita hic Politiam tanquam abſtractam formam, per formas πόλεως & πολίτου ueluti concretas & notiores, illuſtrare inſtituit. Ad cognoſcendam ergo formam Reip. quam πολιτείαν appellant, requiritur cognitio tum

- Πόλεως, totius Ciuitatis, quæ tãquam corpus à politia animatur & informatur, & nomen accipit. Syllogiſmus talis eſt:
  - Qui de Politia agere uolunt, πόλεως cognitionem habere debent. N. 1. Duplici de cauſa. Altera
    - Per accidens, quia dubium eſt quid uocetur propriè πόλις. Nã cùm ſæpe contingat rerumpub. formas mutari, V. G. tyrannidem aut oligarchiam in democratiam abire: fit etiam ut acta publica ſuperioris Reip. in dubium ueniant, ſiue fœdera ſint, ſiue iudicia, ſiue decreta & legati, aliaq; quidem ea ſeruanda
      - **Aſſerentibus**, q. à ciuitate acta ſint, licet ciuitas illa nunc formã ſuam mutarit. Num. 2.
      - **Negãtibus**, quòd à ciuitate non ſint acta, ſed à Tyrãno aut Oligarchis, quorũ imperio ciuitas tenebatur. N. 3.
    - Per ſe: tum reſpectu
      - **Efficientis**, hoc eſt, cognoſcentis & excolentis, quoniam Politici & Legiſlatores circa ciuitatem tanquam circa ſubiectum uerſantur. N. 4.
      - **Formæ**, ipſius ſcilicet politiæ, quæ nihil aliud eſſe uidetur, quàm ordo quidam eorum, qui eandem ciuitatem incolunt, quorum alij parent, alij imperant. N. 5. De qua re lib. 4. cap 1.
  - **Atqui** nos de Politia agere inſtituimus.
  - **Ergo.**
- Πολίτου, hoc eſt, Ciuis, cùm è ciuibus ciuitas, tanquam è partibus totum conſtituatur. De Ciue agendum eſſe oſtendit,
  - Per ſe, quoniã ad ciuitatis eſſentiam pertinet. Syllogiſmus hypotetici
    - **Propoſitio**
      - Si ciuitas ex ciuibus componitur. Num. 6. Vti quodlibet aliud ὅλον, hoc eſt, uniuerſalis collectio, ex multis ſingularibus ſenſui notis, per ſenſum cõmunem conſtatur. Num. 7.
      - De ciuibus profectò prius agendum erit, quàm in ciuitatis notitiã peruenire queamus. N. 8. Quandoquidem totum cognoſci nequit, niſi partes cognoſcantur, ex quib. conſtat.
    - **Aſſumtio.** At ciuitas compoſitum eſt, nec quid aliud, materialiter conſiderata, quàm ciuium multitudo quædam, certis inſtrumentis legibus certoq; ordine tanquam forma ſua colligata. N. 9.
    - **Concluſio.** Ergo de Ciue prius erit agendum, quis ſit reuera, & cui hæc appellatio conueniat. N. 10.
  - Per accidens, quoniam de Ciue dubitatur multoties. N. 11. Verbi gratia, qui in Democratia ciuis eſt, quantumuis pauper & ignobilis, in Oligarchia pro ciue non habetur, cùm non niſi diuitibus Reſp. committatur. N. 12.

B. Ciuis *forma eſſentialis in κοινωνίᾳ eorũ, quæ ciuitatis ſunt, cõſiſtit. Ex hac igitur communione aliquis ciuis dicitur*

- **Impropriè,** *nimirum qui nomine, non re: neq; actu, ſed poteſtate tantùm ciuis eſt: ſiue qui ius ciuitatis habet quidem, uſumfructum tamen non habet. ποιητοὶ πολῖται, facti ciues, hoc eſt, quibus ius datum eſt ciuitatis, etſi ciues non ſint. N.13. Sic ciuitas Romana per uniuerſum orbem terrarum patebat, etſi nullam haberent imperij communionem.*
- **Propriè,** *qui actu ciuis eſt, & re & nomine. Nimirum qui eiuſdem ciuitatis cõmunione fruitur. Communio uerò iſta nõ eiuſmodi eſt: & propterea etiã alia ad ciuis notionem per ſe facit, alia per accidens tãtùm. Eſt enim alia communio ueluti materialis, eiuſdẽ ἄστεως ſeu urbis, tanquam loci, cuius & aere & affluentia & aſpectu & habitatione fruuntur, iuuantur, defenduntur. alia ueluti formalis eiuſdem κοινωνίας: hæcq; rurſum uel paſsiua, qua participes ſunt commodorũ publicorũ, τῶν δικαίων μετέχοντες, in quos ius habet magiſtratus, ita ut δίκην ὑπέχειν, hoc eſt ab alio apud iudicem conueniri, καὶ δικάζεσθαι, & ius ab alio obtinere poſsint: tum actiua, qua participes ſunt imperij in alios. Ciuilis igitur cõmunio alia*
  - **Communis** *cũ alijs, etiam qui ciues nõ ſunt. Et ſecundùm hanc qui communicãt, ciues*
    - **Non** *ſunt ſimpliciter dicti, Nimirũ quatenus communicãt communione ueluti*
      - **Materiali** *eiuſdem loci. Ratione tali*
        - **Ciuis** *ueri conditio eſt, quæ ipſi ſoli conuenit.*
        - **At** *locum eundem inhabitare, non conuenit ſolis ciuibus, ſed & ſeruis & peregrinis. N.15.*
        - **Ergo.** N.14.
      - **Formali** *eiuſdem iuris in iudicijs abstinendi & perſequendi: nimirum qui eiuſdem iudicis cognitioni ſubijciuntur. Syllogiſmo*
        - **Propoſitio.** *Si iudiciorum communio ciues faceret, eueniret ut pro ciuibus haberentur qui ciues nõ ſunt, nimirũ tum*
          - **Peregrini** *& mercatores, cùm iudiciorum cõmunione fruuntur, præſertim apud Athenienſes, qui in Piræeo dijudicandis mercatorum litibus propriũ conſtituerant magiſtratum.* Num.17.
          - **Inquilini,** *qui imperfectam ſaltem iudiciorum communionẽ non habẽt Athenis, cùm ipſi in iudicio cauſam ſuã agere non niſi per προστάτην & patronum, cuiuſ ſcilicet aliquem Athenienſem, poſsint.* N.18.
        - **Aſſumptio.** *Atqui nemo eſt, qui pro ciuibus habeat Mercatores peregrinos, uel inquilinos.*
        - **Concluſio** *Ergo iudiciorum communio non facit ciues.* N.16.
    - **Sunt** *ſecundũ quid dicendi, ciues nimirum imperfecti.* Nu. 19. *Id quod explanat ſimilitudine:*
      - **Quemadmodum** *ciues ſecundũ quid appellantur, quibus deeſt conditio ætatis, ut licet loci cõmunione fruãtur, tñ uel pueri adhuc ſunt, uel omnino decrepiti.* N 19. *Proinde ciues appellantur nõ ſimpliciter, ſed cũ additione κατὰ πρόσθεσιν, ſiue καθ' ὑπόθεσιν (ut infra cap. 5. n. 11.)* N.20. *Et quidem*
        - **Pueri** *Ciues non perfecti, ἀτελεῖς.*
        - **Senes** *uerò Ciues defuncti ſuo munere emeriti, ἀφειμένοι & παρηκμακότες, qui miſsionem obtinuere.*
      - **Ita quoq;** *ſecũdùm quid ciues appellantur, non autem ſimpliciter, illi quibus deeſt conditio ueri ciuis, licet conditione uel una uel duabus alijs fruantur. Quandoquidem hîc ſimpliciter & abſolutè & propriè appellatum ciuem inquirimus, neque eum pro ciue agnoſcimus, qui exceptione abſque repelli queat.* N.21. *Repelli autem poſſunt tum*
        - **Prędicti,** *nimirũ tum*
          - **Inquilini** *& ſerui, quandoquidem loci tantùm communione cũ ueris ciuibus fruuntur.*
          - **Peregrini** *& Mercatores, cũ iudiciorũ tãtũ cõmunionẽ habeãt cũ ciuib. ueris.*
        - **Quiuis** *alij nimirũ qui habent cõmunionem*
          - **Loci** *& iudiciorũ, nõ aũt honorũ: ut Infames & cenſoria nigula notati.* N.22.
          - **Iudiciorũ,** *nõ aũt loci, ut qui ſponte exulant.* N.23.
  - **Non** *communis cum alijs, præterquam cum ciuibus. Vide in ſeq. ſignum C.*

C. Com-

C. Communio nem rerum ſolis ciuibus conuenientem, quæ ipſa formalem rationem ciuis conſtituit, Ariſtoteles

- **Proponit** atq; ſtabilit, omnibus cuiuſcunq; ciuitatis ciuibus conuenientem. N. 35. Vide in ſeq. figuram D.
- **Declarat:** Ciuis pars eſt ciuitatis. Ciuitas autem à forma reip. ſuũ eſſe & nomen habet. Cùm ergo uariæ ſint Rerump. formæ, an omnibus illis definitio ciuis præcedens cõueniat, uidendum. Oſtendit ergo definitionem prædictã
  - **Simpliciter** non conuenire, ſed alteri magis, alteri minus, tali ſyllogiſmo:
    - **Quorum** ſubiecta ſic ſpecie differunt, ut aliud ſit primum, aliud ſecundum, aliud tertium: his aut nihil omnino, quatenus talia ſunt, aut uix aliquid commune aſſignari poteſt, tanquam forma communis, in qua conueniant. Num. 36.
    - **Nunc uerò** τὰ πολίτου ſubiecta, ſpecie differũt. Demonſtrat:
      - **Si** politiæ ſpecie differunt, etiam πολίτης, qui politiarum membrum eſt, ſpecie differet.
      - **At illud eſt.** Num. 37. Nimirum aliæ priores ſunt, integræ & incorruptæ ſcilicet: aliæ poſteriores, corruptæ nimirum, quæ à prioribus illis deciderunt. N. 38 (De quibus in ſeq. agemus libris) N. 39.
      - **Ergo** & hoc erit, ut alius ciuis perfectus ſit, qui particeps eſt imperij: alius imperfectus, qui non eſt particeps. Num. 40.
    - **Ergo** τὰ πολίτου quoq; uel nulla communis notio erit, uel difficulter admodum aſſignari poterit. Adeoq; prædicta definitio ciuibus in
      - **Democratia** maximè conueniet, & omnes pro perfectis ciuibus habebuntur. N. 41.
      - **Reliquis** Rebusp. nec ſemper nec omnibus conueniet, ſed alij perfecti, alij imperfecti ciues reuera cenſebũtur: etſi omnes ex æquo nomen ciuis habeant. N. 42. Sic V. G. apud quoſdam nec populus eſt, nec concio: ſed Senatores & delecti quidam cauſas cognoſcunt atq; iudicant. N. 43. Quod exemplo declarat
        - **Lacedæmoniorũ.** N. 44.
        - **Carthaginẽſium.** N. 45.
  - **Secundùm quid conuenire**, nimirum correctione adhibita. N. 46. Videlicet ut ciuis is dicatur, qui ἀρχικὸς eſt, & ἀρχῆς, & ἀρχῆς μετέχει: uel actiuè, πολιτεύων, non imperando tantùm (quòd omnes fatentur) uerumetiam deliberando de agendis, & iudicando de actis, quæ toti populo conuenire uidentur: uel paſſiuè, ὁ πολιτευόμενος, & catenus ſubditus potius quàm ciuis. Sic etiam pars animæ bruta dicitur λόγου μετέχειν, quoniam rationi obedit, ut primo Ethicorũ ultimo. Et quidem ἀρχῆς huius participatio locũ habet
    - δεσμίως quidem in Democratia, in qua uel omnes, uel certè quidam ex omnibus delecti, poteſtatem habent conſultandi & iudicandi, adeoq; omnes, uel ſaltem pleræq; partes ciuitatis, ciuium appellationem ſortiuntur, cùm πολιτεύοντες ſint, non tantùm πολιτευόμενοι. Num. 48.
    - ἀμφοτέρως uerò in reliquis rerumpub. formis, in quibus non omnes, uel ex omnibus delecti, ſed certi quidam, qui cum magiſtratu ſunt, tum deliberandi tum iudicandi poteſtatem habẽt. Adeoq; nõ omnes, nec plerique, ſed pauci admodum Ciuium appellationem merentur: reliqui non tam ciues quàm ſubditi dici merentur, cùm interna hac & eſſentiali communione ἀρχῆς deſtituantur, & externa tãtùm uel loci uel iuris communione perfruantur. πολιτευόμενοι tantùm, ὁ πολιτεύοντες. N. 47.
- **Colligit:** Nimirum
  - **Ciuem** dici, in quaque ciuitate, cui deliberandi & iudicandi pro more eius ciuitatis facultas adeſt. N. 49.
  - **Ciuitatem** eſſe hominum talium (quales ea Reipub. forma requirit) multitudinem, earum rerum, quæ ad uitam degendam pertinent, copia inſtructam. N. 50.

D. Ratiocinatio talis eſt:

- Ciuis eo definitur, quo ipſe à reliquis omnibus diſtinguitur.
- At nullo alio quàm communione iudiciorum & magiſtratuum à reliquis omnibus diſtinguitur. Quod ipſum
  - **Directè**
    - **Proponit.** N. 24. Quemadmodũ in humano corpore pars ea dicitur, quæ hæret toti, & uita cõmuni cum toto fruitur: quarũ ipſarũ rurſum partium, aliæ principes ſunt, aliæ non principes. Ita quoq; ciuitatis, tanquã totius, pars eſt ciuis quilibet, qui & in ciuitate eſt, & uita ciuili fruitur. Ciuilis autem uita ſpectatur in cõmunione eorum munerum, quæ ciuitatis propria ſunt: nimirum uel κρίσεως, uel ἀρχῆς. Hiſce enim duabus uocibus politicam communionem uniuerſim complecti uidetur: nimirum ut ciuis is ſit, qui poteſtatem habeat in ijs, quæ ad rempublicam quomodolibet pertinent, uel
      - **Theoricã**, quã κρίσιν generaliter uidetur appellare, Poteſtatẽ nimirũ ſecundũ rectã rationẽ internam cognoſcendi & decernẽdi de ijs quæ uel
        - **Fieri debẽt**, in Concione, in Senatu.
        - **Facta ſunt**, in Iudicijs, in Foro.
      - **Practicam**, Agendi ſcilicet, uel per ſe exequendo, uel alijs imperando, externa etiam ui cogendo, ſi ſit opus, ubicunque, quomodocunque. Quam ἀρχὴν appellat, ipſi κρίσει oppoſitam, a quocunque tandem adminiſtretur. Nam ſic etiam Iudex ἄρχων eſt, quatenus uel exequitur uel exequi imperat.
    - **Declarat.** Disiunctiuè locutus erat, κρίσεως ἢ ἀρχῆς, ut accõmodaret ſe aliorũ opinioni. Nunc innuit, ſatis fuiſſe dicere, Ciuẽ eſſe, qui particeps ſit ἀρχῆς. ἀρχὴν autem generatim ſumi, pro quolibet munere principali ſeu κυρίῳ, quo quis præſit alijs cognoſcendo agendóue. Vtrumq; horum intellectui cauuenit, ſed illud per ſe (quatenus cognoſcit uel agẽda, & Cõſultatio dicitur, τὸ κύριον βουλευτικόν: uel acta, & Iudicatio appellatur, τὸ κύριον κριτικόν) hoc uerò reſpectu appetitum quem moderatur, uetãdo iubendóue: τὸ κύριον ἀρχεῖν, & ἀρχὸ per excellentiam dicitur. Cæterùm hac diuiſione eſſentiali in alium locũ reſeruata, obiter tantũ ἀρχῆς diuiſionẽ accidentalẽ à tẽpore ſumtã, generalẽ tã, affert. N. 25. Nimirum ciues eſſe qui participent ἀρχῆ uel
      - ὡρισμένης, quæ certo ſit tempore definita, nec omnibus ciuibus, ſed certis tantùm aliquibus concedatur. V. G. ut magiſtratum hunc gerat ciuis uel
        - **Semel** tantùm per totam uitã. Num. 26.
        - **Sæpius**, interpolatis temporibus. Numer. 27.
      - ἀορίστου, quæ nullo certo tempore ſit definita, ſed per totam uitam duret, & omnibus ciuibus conueniat. Nu. 28. Cuiuſmodi ἀρχὴ uidetur eſſe eorum, qui in rep. Democratica poteſtatem habent conſultandi & iudicandi communem cum tota concione popul. N. 29.
  - **Obliquè per anthypophorã illuſtrat. Obiectionem**
    - **Proponit.** Obijciat quis, eos qui in Democratia concionum & iudiciorum poteſtatem habent, non eſſe ἄρχοντας, hoc eſt, non imperare, ſed conſultare tantùm & iudicare, & propterea neque ἀρχόντων nomine uulgo comprehendi. Num. 30.
    - **Soluit per**
      - ἔνστασιν. Atqui ridiculum eſt, ciuitatis parti κυριωτάτῃ, hoc eſt, maximè principi (à qua ſcilicet in reliqua reip. membra & motus & ſenſus & uita & imperij poteſtas deſluit) τὸ ἄρχειν adeſſe negare, & per conſequens in τῶν ἀρχῶν ſiue Magiſtratuum numero eximere. Num. 31 (Vt etiam infrà cap. 11. n. 33 ἀρχαιρεσίαν & εὐθύνην maxima munera eſſe docet) Quia potius ut κυριωτάτη eſt, ita etiam ἀρχῆς nomine maximè dignanda. Reliquæ ut minus κυρίαι, ita minus etiam ἀρχαὶ dicendæ: etſi propter imperij euidentiam, hæ ipſæ uulgo ἀρχῆς nomen eximiè obtinuerint.
      - ἀντιπαράστασιν. Atqui
        - Nos concedamus illis, ἄρχοντα ὅσον, & ἀρχῆς (ὑπερτέρας ſcilicet) μετέχειν, unum & idem eſſe de nomine tantùm lis ſit. N. 32.
        - Illi uiciſsim nobis hoc concedant, cùm nomen generale, quo Cõcionator & Iudex comprehendãtur, nullum ſit, ut diſtinctioris doctrinæ cauſa ἀρχὴν ἀόριστον appellare liceat, quãtumuis uulgò ἄρχοντες nõ appellẽtur. N. 33.
- Ergo Ciuis communione ἀρχῆς, hoc eſt iudiciorum & magiſtratuum, definitur. N. 34.

CAPVT

CAPVT II.

De Politia materia proxima generatim agit, de Ciuibus ſcilicet.

DEfiniunt [1] aũt ad uſum ciuem, qui ex ambobus parentibus ciuibus natus eſt, & non ex altero tantùm, ceu patre uel matre. Hi [2] uerò hoc etiam ulterius quærunt, ceu ad auos duos, uel tres, uel plures. Sic [3] igitur definientibus ciuiliter & celeriter, quidam in controuerſiam uocant tertium uel quartum, quomodo erit ciuis. Gorgias [4] igitur Leontinus, partim fortaſſe ambigens, partim ironia utens, dixit queadmodum [5] mortaria eſſent, quæ à fabris mortariorum facta eſſent: ſic [6] & Lariſſæos, qui ab opificibus Lariſſæorũ facti forẽt. eſſe enim quoſdam opifices Lariſſæorum. Eſt [7] autem ſimplex. ſi namq; participabant reip. dicta definitione, erant utiq; ciues. Etenim [8] fieri non poteſt, ut conueniat illud ex patre ciue ſiue matre ad eos, qui primi urbem habitarunt, uel condiderunt. Sed [9] forſitan illi magis ſcrupulum in ſe continẽt, quicunq; participarũt mutato ſtatu ciuitatis: quale [10] geſsit Athenis Cliſthenes poſt exactos tyrannos: multos enim coniecit in tribus hoſpites & ſeruos, urbis inquilinos. Quæſtio [11] autẽ aduerſos hos eſt, nõ quis ciuis eſt, ſed utrum iniuſtè uel iuſtè facti ſint. Atqui [12] & huic dubitationi illa prętereà adiugi poteſt, nunquid, ſi aliquis non iuſtè ciuis factus eſt, non ſit habẽdus ciuis: tanquam [13] idem ualeat iniuſtus & falſus ciuis. Quia [14] autem uidemus quoſdam imperium gerentes iniuſtè, quos imperium ſanè habere dicemus, ſed non iuſtè: ciuis [15] autem imperio quodam definitus eſt (qui [16] namq; cõmunica huiuſcemodi imperio, ciuis eſt, ut diximus) eſt [17] apertum, ciues eſſe habendos & hos.

ΟΡΙΖΟΝΤΑΙ [1] δὴ πρὸς τὴν χρῆσιν πολίτην, τὸν ἐξ ἀμφοτέρων πολιτῶν, καὶ μὴ θατέρου μόνον, οἷον πατρὸς ἢ μητρός. οἱ [2] δὴ καὶ τοῦτ' ἐπὶ πλέον ζητοῦσιν, οἷον ἐπὶ πάππους δύο, ἢ τρεῖς, ἢ πλείους. οὕτω [3] δὴ ὁριζομένων πολιτικῶς καὶ ταχέως, ἀποροῦσί τινες τὸν τρίτον ἐκεῖνον, ἢ τέταρτον, πῶς ἔσται πολίτης. Γοργίας [4] μὲν οὖν ὁ Λεοντῖνος, τὰ μὲν ἴσως ἀπορῶν, τὰ δ' εἰρωνευόμενος, ἔφη· καθάπερ [5] ὅλμους εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν ὁλμοποιῶν πεποιημένους· [6] οὕτω καὶ Λαρισσαίους τοὺς ὑπὸ τῶν δημιουργῶν πεποιημένους. εἶναι γάρ τινας λαρισσοποιούς. ἔστι [7] δ' ἁπλοῦν. εἰ γὰρ μετεῖχον κατὰ τὸν ῥηθέντα διορισμὸν τῆς πολιτείας, ἦσαν ἂν πολῖται. καὶ [8] γὰρ οὐδὲ δυνατὸν ἐφαρμόττειν τὸ ἐκ πολίτου, ἢ ἐκ πολίτιδος, ἐπὶ τῶν πρώτων οἰκησάντων ἢ κτισάντων. ἀλλ' [9] ἴσως ἐκεῖνοι μᾶλλον ἔχουσιν ἀπορίαν, ὅσοι μετέσχον, μεταβολῆς γενομένης πολιτείας· οἷον [10] Ἀθήνησιν ἐποίησε Κλεισθένης μετὰ τὴν τῶν τυράννων ἐκβολήν· πολλοὺς γὰρ ἐφυλέτευσε ξένους καὶ δούλους μετοίκους. τὸ [11] δ' ἀμφισβήτημα πρὸς τούτους ἐστὶν, οὐ τίς πολίτης, ἀλλὰ πότερον ἀδίκως, ἢ δικαίως. καίτοι [12] καὶ τοῦτο τίς ἔτι προσαπορήσειεν, ἆρ' εἰ μὴ δικαίως πολίτης, οὐ πολίτης· ὡς [13] ταυτὸ δυναμένου τοῦ τ' ἀδίκου καὶ τοῦ ψευδοῦς. ἐπεὶ [14] δ' ὁρῶμεν καὶ ἄρχοντάς τινας ἀδίκως, οὓς ἄρχειν μὲν φήσομεν, ἀλλ' οὐ δικαίως· ὁ [15] δὲ πολίτης ἀρχῇ τινι διωρισμένος ἐστίν (ὁ [16] γὰρ κοινωνῶν τῆς τοιᾶσδε ἀρχῆς, πολίτης ἐστὶν, ὡς ἔφαμεν) δῆλον [17] ὅτι πολίτας μὲν εἶναι φατέον καὶ τούτους.

DEfiniunt [1] autem quidam ciuem conſuetudinem ſpectantes, qui ex utroque parente ciue natus eſt, non ex altero tantùm, ut ex patre aut matre. Alij [2] autem etiam hoc longius requirunt ac repetunt, uerbi gratia, ad auos duos, aut treis, aut plureis progredientes. Cum [3] igitur ciues ſic definiuntur ciuili more, & pingui Minerua, dubitant nonnulli de tertio illo, aut quarto, quomodo ciuis futurus ſit. Gorgias [4] igitur Leontinus, partim fortaſſe dubitanter, partim diſsimulanter loquens, dicebat: [5] quemadmodum mortaria ſunt, quæ à mortariorum opificibus effecta ſunt: ſic [6] & Lariſſæos eos eſſe, qui à Lariſſæorum effectoribus procreati ſunt. eſſe enim aliquos Lariſſæorum effectores, & quaſi opifices. Sed [7] hoc eſt pingue & ſimplex. Si enim participes erant reipublicæ: ex ea [8] definitione, quam expoſuimus, ciues eſſent: ſin minus, non eſſent ciues. Nam [8] ne fieri quidem poteſt, ut natum eſſe ex ciue patre, aut ex ciue matre, ad eos, qui primi urbem habitarunt, aut condiderunt, accommodetur. Sed [9] fortaſſe magis de his dubitari poteſt, qui reipublicæ fuerunt participes, reipub. ſtatu immutato: cuiuſmodi [10] eſt id, quod fecit Cliſthenes poſt tyrannos exactos. Multos enim peregrinos & ſeruos & inquilinos in tribus tranſtulit. Controuerſia [11] autem, quæ de his eſt, non eſt quis ſit ciuis, ſed utrum ſit factus ciuis, iuſtè an iniuſtè ſit ciuis. Atqui [12] de hoc quoque præterea dubitauerit aliquis, utrùmne qui iuſtè non eſt ciuis, non ſit ciuis: quaſi [13] idem ualeant iniuſtum ac falſum. Quoniam [14] autem uidemus, nonnullos etiam iniuſtè magiſtratum aut imperium gerere, quos magiſtratum quidem gerere fatebimur, ſed non iuſtè: ciuis [15] autem imperio quodam definitus eſt (nam [16] qui talis imperij particeps eſt, ciuis eſt, ut diximus) in [17] promptu eſt etiam hos dicendos quidem eſſe ciueis.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Definiunt autem) Adfert aliam definitionem, quam conformatam fuiſſe narrat ab illis, qui nõ ſubtiliter huius rei ueritatem indagarent, ſed contenti forent ea, quæ ciuilibus uſibus ſeruiret. Accommodata igitur hæc eſt ad uſum, præſtatq́; ſatis, quod requiritur ab ipſa. Statuebant igitur hi ciuem eſſe, qui natus foret ex ambobus parentibus ciuibus, id eſt ex patre matreque, & non ſolùm ex altero horum. Sed alios extitiſſe ait, qui in anguſtiorem adhuc gyrum ipſos compellerent, putarentque oportere, ut non parentes tantum ciues fuiſſent, ſed prætereà ſuperiores duo, ſiue tres, ac plures adhuc. Secundus igitur gradus, tertiuſque (ut erat opinio horum) requirebatur ciuium, ut nati ex ipſis uerè appellari poſſent ciues. Similitudinis aliquid habet definitio hæc ciuium cum illa Ciceronis gentilium, quam poſuit in Topicis ſuis. Quorum maiorum enim, inquit, nemo ſeruitutem ſeruiuit. Nec diſpar etiam eſt locus ille Euripidis Alceſtide cum fecit Pheretem patrem, ita conuicijs Admeti reſpondentem, dicere ita illum ſecum agere inceſſereq́; ſe maledictis, tanquam ſi res ipſi foret cum Lydo aliquo aut Phryge, quos ære ſibi pararet: debere potius ipſum recordari, ſe Theſſalum eſſe, e Theſſaloq́; patre natum, & omnibus denique partibus liberum & ingenuum, ideoq́; indignum contumelia uerborum.

Sic igitur definientibus.)Quid nonnulli attulerint contra definitionem ciuis, quam modo [illegible], aliuique inuentam fuiſſe dixit, commemorat. ipſam tamen [illegible] conſ[illegible]am dicit [illegible], quod ualet idem [illegible]que illud, quod ſuprà poſuit [illegible], id eſt auctores ipſius ſpectaſſe tantum uulgarem uſum, [illegible] eruiebant. Addidit et[illegible]à, quod par eſt priori illi, [illegible]: quo itidem ſignificauit, eos non accur[illegible]te in [illegible] illam rem incubuiſſe, ſed ce[illegible]ter [illegible]imis ſtatuiſſe, quid ciuis foret. Aiebant igitur, qui eam improbabant, cupere ſibi oſtendi, quomodo tertius ille ſiue [illegible]uartus, quem in definitione ponebant, ciuis eſſe poſſet. Vt enim ipſe quoque ex definitione ipſorum ciuis eſſet, oportebat, ut patrem auumq; ſaltem ciuem habuiſſet: quare ita res in infinitum proficiſcebatur. Vere igitur dicta eſt illa definitio parum conſideratè confecta.

Gorgias autem Leontinus.)Quid ſenſerit de ciue ſophiſtes hic magnus, indicat de quo tamen no[illegible] [illegible] no ſtatuit, ſerione agens ita locutus fuerit, ſiue luden[illegible], ut mos [illegible] ptius erat. Cum enim Gorgias docer[illegible] uelle[illegible], quis ciuis habêdus foret, inquit: eum profectò ciuem eſſe, qui ciuis factus eſſet ab iis, qui quacumq; rati[illegible]n[illegible] [illegible]teſtatem eius [illegible] facti erant. Inueniri enim profectò quoſdam, qui [illegible] ſtru[illegible] ore[illegible] fabri[illegible], fore[illegible]nt, non minu[illegible] [illegible] [illegible] opifices qui[illegible]am [illegible] uaſorũ nonnull[illegible]rum [illegible] & eius, quod appell[illegible] [illegible] à Græcis uocatũ, mortarij [illegible] La[illegible]. F[illegible] [illegible]nim pa[illegible] extare quoſdam, qui eſſent [illegible] in eo e[illegible]m [illegible]eſſaliæ [illegible]pido [illegible] [illegible]uæſitum ex ipſ[illegible] fuerat. quare uideri uocandos Lariſſæos ciues, qui ab iis opificibus Lariſſ[illegible]orum [illegible]uaſi fa[illegible]ricat[illegible] [illegible]otent. Admonere igitur [illegible] [illegible]bitur ipſum uoluiſſe, que ex ao hoc quæſiuerunt, ne nimis illi anxie inueſtigarent, qui nam eſſent ueri Lariſſæi, itaq; debere ipſos inſtitutis moribuſque illius temporis, ſine ſubtili eius nominis perſcrutatione.

Eſt autem ſimplex.)Non eſt dictum hoc contra Gorgi[illegible] uocem, ſed accuſat his uerbis definitionem eius, quam ſuprà tradidit, nonnullos excogitaſſe ad uſum: ipſam etiam [illegible]ic carpſit, & celeriter conformatam eſſe inquit. Addit igitur nunc ſuperiori reprehenſioni eius, prolatum id fuiſſe ſimpliciter & ſine acumine ullo. Nam ſi parti[illegible]ipes ſunt reipublicæ, ea ratione, qua ipſe oſtendit, non eſt dubium, quin ciues ſint quamuis etiam patentes auumque ciues non habuerint. Vt autem hoc pacto confirmat deſ[illegible]ript[illegible]onem ſuam, ita occaſionem huius rei nactus, docet eam, quam non probat, omnibus quadrare non poſſe. Natos enim illos eſſe è patribus matribu[illegible], ciuibus, no cadit ullo pacto in eos, qui primi urbem aliquam incoluerunt, ſiue ipſam condiderunt. [illegible] ur[illegible] uocati ſunt conditores ipſius exempli cauſa, Theſeus Athenarum, Romulu[illegible] Romæ: quos etiam [illegible] [illegible]ue[illegible] aliquando uocato[illegible].

Sed forſitan illi mag[illegible].)Cum exploſerit definitionem eius, qua uteb[illegible]ntu[illegible] nonnulli, ue rio[illegible] e[illegible] [illegible] adlata, môſtrauerique, quibus i[illegible]la nu[illegible]o modo congruit, quod ſimilitu[illegible] [illegible]em qu[illegible]nd[illegible] q[illegible] [illegible] habet, adiungit extare aliud, quod magis adhuc dubium habere aliquem ac pertu[illegible]bare poſſet, A[illegible] [illegible]nc [illegible]ebeant ciues, qui mutato ſtatu ciuitatis rece[illegible]pti ſunt in eam, legeque facti ciues? Exemplum [illegible]u[illegible]em h[illegible]iu[illegible] [illegible]emo[illegible] [illegible]uium potuit, ut magis rem illuſtraret ual[illegible] [illegible]tum ea ætate: ceu, inquit, Athenis factum eſt, c[illegible]m exacti Piſiſtrati filij, fractaque magn[illegible] [illegible]auim[illegible] ipſ[illegible] [illegible]rum [illegible] [illegible]e, Cliſthenes in eam ciuitatem aſcripſit, tribubu[illegible] [illegible] aſ[illegible] [illegible]nau[illegible] t mul[illegible] peregrinos inquilinoſq, eius urbis, & ſeruos etiam, ut numerum ciuiũ augeret. Meminit hu[illegible] [illegible] u[illegible] Pluta[illegible] hu[illegible] in Peri[illegible]le qui præterea narrat ipſum & [illegible]ges ſcripſiſſe, & remp. cõſtituiſſe, optimè temperatam ad concordiam ciuium & ſalutem urbi[illegible] Sed etiam in Cimone, quo loco narrat ipſum reuertentem Athena[illegible] in quo animo [illegible]uliſſ[illegible] [illegible]e abſ[illegible]nte nudatam fuiſſe ab aduerſar[illegible] omni penè dignitate curiam Ariopagi cumque ſtudere[illegible] [illegible] [illegible]a cauſaſ[illegible] [illegible]ue ad [illegible]m reuocare, ariſtocratiamque illuc indu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]cura[illegible] his olim à Cliſthene conſtituta fuerat, ab i[illegible]dem p[illegible]pularibus hominibus impeditum fuiſſe, qui clamoribus ipſum exagitarunt, & multitudinem etiam contra ipſum exac[illegible]erunt.

Quæſtio autem aduerſus.)Inquit nunc, ſi qui[illegible] con[illegible] [illegible]a h[illegible] ciue agere ue[illegible]it, adferreq;, quod ad eo[illegible] improbandos exturbandoſq; è ciuitate uale[illegible]t, [illegible] [illegible]it[illegible] quæſti[illegible] [illegible] ip[illegible]am [illegible]ſtitue[illegible] adeo[illegible] [illegible]e, uidereq;, quis dignus ſit nomine ciui[illegible] [illegible] quærere, utrum iniuſtè an iuſte [illegible]onati ciuitate [illegible], [illegible]u[illegible]t enim [illegible] [illegible]ecto [illegible]iu[illegible] [illegible], qu[illegible] [illegible]am facti ſunt ab iis, qui poteſtatem eius rei tunc conſecuti fuerant. Reſtat igitur u[illegible]ere, an p[illegible]teſtas hæc ſit ipſis iure tradita, ſiue illi plane improbe uſurparint.

Atque & huic dubitationi.)Oſtendit, poſtremę huic quæſtioni alteram etiam hanc adnecti poſſe, N[illegible]m il[illegible]e qu[illegible] [illegible]on iuſtè ciuis creatus eſt, ciuis habendus non ſit: tanquam [illegible]m omnino ualeat [illegible] iuſtè fa[illegible]us ciuis, & [illegible]lſus c[illegible]uis, id eſt qui nomine tenue eius ſit, uerè autem nullo pact[illegible].

περὶ τὴν χρῆσιν.)[illegible]t prior illa περὶ γνῶσιν theoricam, ita hæc περὶ χρῆσιν practicam. Sic etiam lib. 1. c. XI. de Quæſtuaria περὶ τὴν γνῶσιν ſatis ac[illegible]um eſſe dicit de eadem p[illegible] περὶ τὴν χρῆσιν [illegible]gê[illegible]um [illegible]ſſe. & infr[illegible] [illegible]ap. [illegible] præclare hoc ipſum confirmat, non tam τῇ [illegible] χρῆσιν, qu[illegible]m τῇ [illegible] ſpectandam eſſe. Nimirum in omnibus artib. talia quedam reperiuntur: alia ad cognitionem, alia ad actionem magis pertinentia: quorum illa quidem ueluti regulæ ſequentium, hæc ueluti exempla præcedentium cenſeri poſſunt atq; debent. Hip. certè com de Flatibus ea quæ in medica arte [illegible] ſunt, quæ utlia uulgo uidentur & inutilia Metho[illegible] [illegible]ſcilicet co[illegible]nu[illegible]nem, et ſuis principijs deductam) difficilia eſſe, nec oĩa à ueris medicis cognoſci poſſe; aſſerit: quæ uero [illegible] indicantur, hoc eſt magna, multoq; ſtudio digna, ea facilia eſſe, quæq; etiam plebeij uſu & conſuetudine ſibi fam[illegible]liaria facere queant.

τὸν ἐξ ἀμφοτέρων πολιτῶν.)Sic Pericles Athenis legem tulerat ut n[illegible] [illegible] pr[illegible] [illegible]ue haberetur, qui non utroque parente ciue natus eſſet. Qua lege filium, qui legitimus peſtileotia ebiumtis [illegible] cu[illegible] ſupererat, generi[illegible] [illegible] futurum columen, à ciuitatis iuœe imprudens repulit.

οὕτω δὲ λέγοντες.)Non tollit, ſed implicat mag[illegible] quæſtionem & [illegible] [illegible]ue al[illegible] qui[illegible] [illegible]cere, ſed reuera nihil dicit. Perinde ac ſi quis Medicos aut Coquos eſſe diceret q[illegible] Me[illegible] [illegible]um [illegible] Co[illegible]u[illegible]tum fabtis fiunt. Nam ut quam maximè Efficientis etiam ſit ratio habenda, non tamen ab Efficiente definiti[illegible] rei petenda eſt.

ἐστὶ δ᾽ ἁπλοῦν.)Simplex eſt id quod quæritur nec diffi[illegible]le [illegible] [illegible]utu fa[illegible]lis p[illegible] [illegible]inde reſponſio, quam ex præced. aſſeremus. Vt ſit idem quod [illegible] cap. n. 9 dicit [illegible], uel [illegible] [illegible]. C[illegible] opponitur [illegible] [illegible]. [illegible]epulucda ad Gor[illegible]iam refert, plebeiam hanc eius ſ[illegible]lutionem eſſe.

πολιτείαν.)Vetus Athenienſium Reſpub. re[illegible] a ſu[illegible] ſub Re[illegible]ib. XV[illegible] [illegible] Archonti[illegible]us perpetuis primum, deinde decennalibus. Succeſſit Democratia duum [illegible]enerum. Pr[illegible]r [illegible]uidem ciuium opulentorum, à Theſeo rege primum inſtituta, ſed à ſucceſſorib regib. antiquata quam [illegible] pulus, di[illegible] [illegible]ur[illegible] [illegible] [illegible]ur[illegible] [illegible] Med[illegible] [illegible]arũ imperij pertęſus, in memori[illegible] uſumq; reuocauit, Draco uerò [illegible] mp 39 le[illegible] & m[illegible] giſtr[illegible] b. firmauit cumq; ſeditione ciuili in oligarchiam recidiſſet (à Cylone enim o[illegible]upata ac [illegible] [illegible] b[illegible] [illegible] n[illegible] [illegible] n[illegible] [illegible]aberetur, noue Archontibus ſumma rei poteſtas fuit commiſſa) Solonis legibu[illegible] [illegible]ſti[illegible]ut[illegible] eſt. Pa[illegible]cis p[illegible]ſt [illegible], c[illegible] Piſiſtratus tyrannidem inuaſiſſet, cæſo filio eius Hipparcho, Hippiam fratrem, qui [illegible] [illegible]ceſſerat, Spartanorum arm[illegible] adiutus Cliſthenes Alcmæonides expul[illegible]t, & Demo[illegible]atiæ iura ampliauit. Poſterior periode Democratia à C[illegible]liſthene conſtituta eſt. qui cùm propter ſuperiorum temporũ calamitatem uiris exhauſtam urbem eſſe animaduerteret, & peregrinos & inquilinos & ſeruos ciuitate donauit. Secutæ inde res Medicæ. Quibus cùm populi Athenienſis uirtus maximè enituiſſet ſpiritus maiores concepit. & uel Themiſtoclis & [illegible] indulgẽtia, uel Periclis blanditia, uel demagogorum reliquorũ adulatione, totius ſe[illegible] Reip. iura in ſuam pet[illegible] [illegible] poteſtatem. contra Solonis inſtitutum. Similiter Platæenſes euerſa à Thebanis patria cùm Athenas profugiſſent, in ciuitatem ita adſcripti ſunt, ut in tribus populoq; conſecti ſint. teſte Diodoro & Demoſthene contra Neæram: Hyp[illegible]e[illegible] poſt cladem Chæronenſem rogatio[illegible]em contra leges tulerat ut incolis ciuitas daretur, ſerui manumitterentur, ſacra, liberi & coniuges in Piræeo deponerentur. Abſolutus tamen eſt, quòd tenebras ſibi Macedonum arma offudiſſe diceret,

Plut. in eius uita.

ESSEN-

ESSENTIALEM Ciuis notionem à Forma deſumtam explicauit. Nunc de Accidentali agit, quam ab Efficiente uulgò deducunt, & in χρῆσιν politica populariter ſequuntur, cùm eos qui uel nati uel facti ſunt ciues, pro ciuibus legitimis habeant. Vt ergo prior illa ad γνῶσιν ſeu theoriam, ita poſterior haec ad χρῆσιν & πρᾶξιν magis uidetur accommodata. Ciuem proinde eum eſſe definiunt, qui uel

- **Natus** ſit. Quã quidem opinionem
  - **Proponit.** Pro Ciue uulgò eum habent, qui natus ſit è ciuibus, tum
    - **Primis**, Parentibus nimirum, patre & matre ciue. N.1.
    - **Remotioribus**: ciuibus nimirum aui, proaui, abaui, ciues fuerint. N.2.
  - **Examinat**, et niſi praeced. capite allata notio accedat, inanem eſſe oſtendit. Etenim dubitationem ex eo natam
    - **Affert.** Vt quàm maximè opinionem praedictam admittamus, Ciues utique eos eſſe, qui ex ciuibus nati ſint: At cùm neceſſariò ad primos aliquos generis auctores ſit deueniendum, qui ex ciuibus non ſunt nati, qua ratione illi ciues fuerint? N.3.
    - **Soluit**, uel luit per antitheſin inter ſe conferens & ſolutionem
      - **Gorgiae** Leontini, quae in ſpecie uidetur nodum ſoluere, reuera tamen non ſoluit, ſed magis implicat, pro more Sophiſtarum, non ueritatis docendae, ſed auctoritatis conſeruandae acquirendaeue ſtudio, ne quid ignoraſſe uideantur, uel ironicè uel ambiguè reſpondentium. N.4.
        - **Quemadmodum** mortaria ſunt, quae fiunt à mortariorũ artificibus. N.5.
        - **Ita** quoq; ciues ſunt, qui à ciuiũ artificibus ſunt facti. Eſſe enim quoſdã artifices ciuium in quaq; rep. V.G. Lariſſaeorum in Theſſalia, Athenienſium Athenis. N.6. Nimirum eos, penes quos poteſtas eſt in ciuitatem quoſuis uel pro libidine, uel ſecundùm leges cooptandi.
      - **Suam**, ſimplicẽ illam & ueram, non fucatã. Nimirum cõditionem ciuis
        - **Eſſentialem** eam eſſe, quam praeced. capite propoſuimus, ſumtam à communione ἀρχῶν. Quae qui
          - **Fruuntur**, ſiue primi fuerint, è ciuibus prioribus non nati, ſiue poſteriores, è ciuibus nati, illi etiam ciues erunt. N.7.
          - **Non** fruuntur, ſiue è ciuibus nati, ſiue non, pro ciuibus neutiquã ſunt habendi.
        - **Accidentalem**, ab ipſis ſumtam natalibus. Quae qui
          - **Fruuntur**, ciues non erunt, niſi ἀρχῆς quoq; ſint participes.
          - **Non** fruuntur, ciues tamen erunt, ſi ἀρχῆς quoq; fuerint participes: ut primi ciues, à ciuibus prioribus non nati. Num. 8.
- **Factus** ſit ab iis, qui poteſtatem habent ciuitate donandi eos qui non erant ciues. Atq; ut de eo dubiũ non eſt, quin hi tales permanente eadem Reip. forma uerè ſint & habeantur ciues: ita ſi quando Reip. forma mutetur, an pro ciuibus ſint habendi, qui in mutatione iſta ciuitate donantur, dubitationem habet. N. . Exempli cauſa, quando Cliſthenes Hippia tyranno eiecto rẽp. Athenienſium priſtinae ſuae democratiae reſtituit, & multos peregrinos ciues f[illegible]cit.
  - **Proponit.** Quando de his quaeritur, non, Vtrum ciues ſint, quaeritur (eſſe enim ciues, res ipſa di[illegible]at) ſed utrũ ciues ſint
    - **Iuſtè**, an iniuſtè. Numero 11.
    - **Verè**, an falſò. Num. 12. Quãdoquidem quod iuſtũ eſt, etiã uerum: quod iniuſtũ, falſum eſſe uidetur. N.13.
  - **Soluit**, tali ſyllogiſmo:
    - **Ad** generalem ἀρχῆς formam iuſtitia uel iniuſtitia nihil facit, ſed ad ſpecialem tantum. A cognato oſtendit. Sic uulgò ἄρχοντας uocant tam improbos, quam probos. N.14.
    - **At** πολίτης particeps eſt ἀρχῆς. N.15. Nimirum eius tale imperium, quale huic Reip. conuenit, communicatur. N.16.
    - **Ergo** ad πολίτου formam, iuſtitia uel iniuſtitia nil facit: ſed uerus ciuis dicendus eſt, qui ciuis actu eſt, etſi iniuſtè factus. N.17.

CAPVT III.

Alteram Politiæ materiam proximam, Ciuitatem ſcilicet generatim explicat.

IVſtè uerò, uel non iuſtè facti ſint, ptinet ad ſuperiorē controuerſiā. Ambigūt.n. quidā, qñ ciuitas aliquid geſſit, & qñ minimè ciuitas: ceu [2] qñ è dominatu paucorū uel tyrānide extiterit ſtatus multitudinis. Tūc [3].n. neq; cōtractus quidā diſſoluere uolūt: tanquā nō ciuitas, ſed tyrannus pecuniā acceperit: neq; alia multa huiuſcemodi ſeruare. tanquā [4] reſp. nōnullæ ui poteſtateq; cōſtent, & nō publicā utilitatē propoſitā habeāt. Si [5] quidē igitur & ſtat⁹ populares quidā ita adminiſtrāt eodē hoc modo, ſimiliter ciuitatis huius dicendū eſt eſſe huiuſce reip. actiones, & [6] q̄ à dominatu paucorū, & quæ à tyrānide. Videtur [7] aūt ſua ꝓpriaq; oratio eſſe huius dubitationis, quomodo nā decet dicere ciuitatē eſſe eādē, uel nō eandē, ſed diuerſam. Leuiſsima [8] igitur inueſtigatio dubitationis eſt circa locū & homines. Cōtingit.n. dijungi locū & homines: & hos qdē hūc, alios uerò aliū locū inhabitare. Hanc [9] igitur mitior[em] eſſe dubitationē ponendū eſt. cum enim ciuitas multis modis dicatur, eſt aliquo modo copia huiuſce quæſtionis. Eodē aūt pacto iſdē hominib. locū incolētibus, quādo cōu[enia]t putare unā eſſe ciuitatē. Nullo [10].n. pacto mœnibus: liceret [11] nāq; Peloponēſo murū circumiacere. Huiuſcemodi [12] au[te]m [f]ortaſſe eſt & Babylon, & omnis, quæ circūſcriptione magis habet g[en]tis, quā urbis: quā aiunt captā iam tertiū diem, nō ſenſiſſe partē quādam ciuitatis. Verum [13] de hac dubitatione in aliud tēpus magis oppotunum utilis erit cōſideratio. De magni[tu]dine eni[m] ciuitatis, & quantitas, & ut[ru]m una gens uel plures cōd[uca]t, opus eſt minimè i[g]nota[re ho]mini ciuili. Sed [14] [illegible] locū habitātibus, [illegible] ex[ti]terit genus idē h[abi]tan[ti]um, eandē eſſe dicend[am] [c]iuitatē, etſi ſempe[r] hi qu[ide]m intereunt, hi aūt naſcuntu[r]: quemadmodum [15] & fluuios conſueuimus eoſdē dic[ere], & fo[nte]s eoſdē, etſi ſemper h[æ]c q[illegible] qua ſcaturiat, hæc

autem

ΠΕΡΙ [1] δὲ τοῦ δικαίως, ἢ μὴ δικαίως, συνάπτει πρὸς τὴν εἰρημένην πρότερον ἀμφισβήτησιν. ἀποροῦσι γάρ τινες πόθ' ἡ πόλις ἔπραξε, καὶ πότε οὐχ ἡ πόλις· οἷον [2] ὅταν ἐξ ὀλιγαρχίας, ἢ τυραννίδος, γένηται δημοκρατία. τότε [3] γὰρ οὔτε τὰ συμβόλαια ἔνιοι βούλονται διαλύειν, ὡς οὐ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τοῦ τυράννου λαβόντος, οὔτ' ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων· ὡς [4] ἐνίας τῶν πολιτειῶν τῷ κρατεῖν οὔσας, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον. εἴπερ [5] οὖν καὶ δημοκρατοῦνταί τινες κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον, ὁμοίως τῆς πόλεως φατέον εἶναι ταύτης τὰς τῆς πολιτείας ταύτης πράξεις· καὶ [6] τὰς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ τῆς τυραννίδος. ἔοικε [7] δ' οἰκεῖος ὁ λόγος εἶναι τῆς ἀπορίας ταύτης, πῶς ποτε χρὴ λέγειν τὴν πόλιν εἶναι τὴν αὐτὴν, ἢ μὴ τὴν αὐτὴν, ἀλλ' ἑτέραν. ἡ μὲν [8] οὖν ἐπιπολαιοτάτη τῆς ἀπορίας ζήτησις περὶ τὸν τόπον καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐστίν. ἐνδέχεται γὰρ διαζευχθῆναι τὸν τόπον καὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοὺς μὲν ἕτερον, τοὺς δ' ἕτερον οἰκῆσαι τόπον. ταύτην [9] μὲν οὖν πρᾳοτέραν θετέον τὴν ἀπορίαν. πολλαχῶς γὰρ τῆς πόλεως λεγομένης, ἐστί πως εὐμάρεια τῆς τοιαύτης ζητήσεως. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν τὸν αὐτὸν τόπον κατοικούντων ἀνθρώπων, πότε δεῖ νομίζειν μίαν εἶναι τὴν πόλιν. οὐ [10] γὰρ δὴ τοῖς τείχεσιν. εἴη [11] γὰρ ἂν Πελοποννήσῳ περιβαλεῖν ἓν τεῖχος. τοιαύτη [12] δ' ἴσως ἐστὶ καὶ Βαβυλὼν, καὶ πᾶσα, ἥτις ἔχει περιγραφὴν μᾶλλον ἔθνους ἢ πόλεως· ἧς γέ φασιν ἑαλωκυίας τρίτην ἡμέραν οὐκ αἰσθέσθαι τι μέρος τῆς πόλεως. ἀλλὰ [13] περὶ μὲν ταύτης τῆς ἀπορίας εἰς ἄλλον καιρὸν χρήσιμος ἡ σκέψις. περὶ γὰρ μεγέθους τῆς πόλεως, τό τε πόσον, καὶ πότερον ἔθνος ἓν, ἢ πλείω συμφέρει, δεῖ μὴ λανθάνειν τὸν πολιτικόν. ἀλλὰ [14] τῶν αὐτῶν κατοικούντων τὸν αὐτὸν τόπον, πότερον ἕως ἂν ᾖ τὸ γένος ταὐτὸ τῶν κατοικούντων, τὴν αὐτὴν εἶναι φατέον πόλιν, καίπερ αἰεὶ τῶν μὲν φθειρομένων, τῶν δὲ γινομένων· ὥσπερ [15] καὶ ποταμοὺς εἰώθαμεν λέγειν τοὺς αὐτοὺς, καὶ κρήνας τὰς αὐτάς· καίπερ ἀεὶ τοῦ μὲν ἐπι-

I[ſti] [1] autem ciues ſint, necne, ad cōtrouerſiam antè [a] nobis expoſitam pertinet. Dubitant enim quidam, quando ciuitas aliquid egiſſe dicēda ſit, quādo non ciuitas: uerbi [2] gratia, cum ex paucorum imperio, aut tyrannide, populi poteſtas extiterit. Tunc [3] enim neq; ea, quæ cōuenerunt, quæq; in obligationē deducta ſunt, diſſoluere uolunt, quaſi non ciuitas, ſed tyrannus pecuniam acceperit: neq; multa alia huiuſmodi pacta conuenta ſeruare. proinde [4] quaſi nonnulla reipub. adminiſtrandæ genera eo, quòd uel unus uel pauci plus ualeant uiribus, non utilitate cōmuni, conſtent. Quod [5] ſi etiam nonnulli homines ſub imperio & poteſtate populi hoc modo ciuiliter uiuunt, huiusq; ciuitatis & reip. ea ſunt actiōes, quas populus obijt: ergo [6] et huius ciuitatis ac reip. quæ ex paucorum imperio & tyrannide ciuitas libera facta eſt, dicendum eſt eas eſſe actiones, quæ a paucorum imperio & tyrannide contracta ſunt. Videtur [7] autem ſermo, in quem nūc incidimus, ad hanc dubitationē accōmodatus eſſe, quónam modo eadem ciuitas ſit dicenda, aut non eadem, ſed alia. Huius [8] igitur dubitationis ea, quæ maxime in prōtu poſita eſt, quæſtio in [l]oco & in hominibus conſi[ſt]it. Euenire enim poteſt, ut locus & homines disiungantur, & hi quidem alium, illi autem alium locum incolant. Hæc [9] igitur dubitatio lenior, & mitior ſtatuenda eſt. Nam cùm ciuitas multis modis dicatur, ad expediendum facilis quodammodo talis quæſtio eſt: ſimiliter autem & hominum eundem locum incolentium, quando unam eſſe ciuitatem exiſtimare oporteat. [N]on [10] enim muris cōmunibus definienda una ciuitas eſt. Liceat [11] enim Peloponneſo murum unum circumdare. Talis [12] autē fortaſſe eſt Babylon, omnisq;, quæ gentis potius, quàm urbis aut ciuitatis circumſcriptione continetur: qua tertium iam diem capta, partem quandam urbis non ſenſiſſe dicunt. Verum [13] de hac quidem dubitatione utilius erit diſputationem ad aliud tempus reſeruari. Nā de magnitudine ciuitatis, quāta debeat e[ſſ]e, & utrùm gentem unam, an plures eſſe expediat, hominem politicum ignorare non oportet. [Se]d [14] iiſdem hominibus in eodem loco habitantibus, utrum quādiu ſit idem genus hominum in urbe habitantiū, eadē ciuitas dicenda eſt, etiā alijs intereuntibus, alijs naſcentibus: quemadmodū [15] & fluuios eoſdē dicere ſolem⁹, et fonte[s] e[o]ſdē quamuis alia ſemper aqua ſubtrahatur,

alia

autem effluat. uel [16] homines dicendum eſſe eoſdem propter huiuſcemodi cauſam, ciuitatē autem diuerſam? Si [17] quidem enim eſt cõmunio quædam ciuitas (eſt [18] nãq; cõmunio ciuiũ) cùm [19] ciuitas diuerſa redditur ſpecie, reſpublicaq; uariatur, neceſſariũ [20] eſſe utiq; uideretur & ciuitatē eſſe non eandē. Quemadmodũ [21] & chorũ, quandoq; quidē comicũ, quãdoq; aũt tragicũ, diuerſum eſſe dicimus, ijſdē ſæpe hominib. exiſtẽtib. Eodē [22] aũt pacto & omnē aliã cõmunionē & cõpoſitionē diuerſam, ſi ſpecies diuerſa fuerit cõpoſitionis: ceu [23] harmoniã, ijſdē ſonis exiſtentibus, diuerſam diceremus, qñ fuerit Doria, & qñ Phrygia. Si [24] iã res ſe habet hoc modo, perſpicuum eſt maximè dicẽdũ ciuitatem eſſe unã, ad rẽp. reſpiciẽtes: nomine [25] aũt uocare diuerſo uel eodē licet & ijſdē habitantib. ipſam, & ualde diuerſis hominib. Si [26] aũt iuſtũ eſt diſſoluere, uel non diſſoluere, qñ in aliã rẽp. mutata fuerit, alia oratio eſt.

γινομένου νάματος, τοῦ δ' ὑπεξιόντος. ἢ [16] τοὺς μὲν ἀνθρώπους φατέον εἶναι τοὺς αὐτοὺς διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν, τὴν δὲ πόλιν ἑτέραν; εἴπερ [17] γάρ ἐστι κοινωνία τις ἡ πόλις (ἔστι [18] δὲ κοινωνία πολιτῶν) πολιτείας [19] γινομένης ἑτέρας τῷ εἴδει, καὶ διαφερούσης τῆς πολιτείας, ἀναγκαῖον [20] εἶναι δόξειεν ἂν καὶ τὴν πόλιν εἶναι μὴ τὴν αὐτήν· ὥσπερ [21] γε καὶ χορὸν, ὁτὲ μὲν κωμικὸν, ὁτὲ δὲ τραγικὸν, ἕτερον εἶναί φαμεν, τῶν αὐτῶν πολλάκις ἀνθρώπων ὄντων. ὁμοίως [22] δὲ καὶ πᾶσαν ἄλλην κοινωνίαν καὶ σύνθεσιν ἑτέραν, ἂν εἶδος ἕτερον ᾖ τῆς συνθέσεως· οἷον [23] ἁρμονίαν τῶν αὐτῶν φθόγγων ἑτέραν εἶναι λέγοιμεν ἄν, ὁτὲ μὲν ᾖ δώριος, ὁτὲ δὲ φρύγιος. εἰ [24] δὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, φανερὸν ὅτι μάλιστα λεκτέον τὴν αὐτὴν πόλιν εἰς τὴν πολιτείαν βλέποντας· ὄνομα [25] δὲ καλεῖν ἕτερον, ἢ ταὐτὸν, ἔξεστι καὶ τῶν αὐτῶν κατοικούντων αὐτὴν, καὶ πάμπαν ἑτέρων ἀνθρώπων. εἰ [26] δὲ δίκαιον διαλύειν, ἢ μὴ διαλύειν, ὅταν εἰς ἑτέραν μεταβάλλῃ πολιτείαν ἡ πόλις, λόγος ἕτερος.

alia diffugiat atque effluat? an [16] homines quidē ijdem eſſe dicẽdi ſunt propter talem cauſam, ciuitas autem alia? Nã [17] ſi ciuitas ſocietas quædã eſt, & [18] ciuium ſocietas: ubi [19] ciuitatis adminiſtrandæ ratio ſpecie ſit diſpar ac diſsimilis, & differt ciuibus, neceſſe [20] eſſe uideatur etiam ciuitatem non eſſe eandem. Quemadmodum [21] chorũ, qui nũc comicus, nunc tragicus eſt, alium eſſe dicimus, cùm ſæpenumero ijdem homines ſint. Similiter [22] autem & aliã omnem ſocietatem, aliam dicere debemus, ſi compoſitionis ſpecies ſit alia: uelut [23] harmoniam diſsimilem eſſe dicimus ijſdem ſonis, ſi aliàs ſit Doria, aliàs Phrygia. Si [24] igitur hoc modo ſe res habet, perſpicuum eſt eandem ciuitatem maxime eſſe dicendam, ſpectata ciuitatis adminiſtrandæ ratione: nomine [25] autem uel alio, uel eodem licere eam appellare, & ijſdem in ea habitantibus hominibus, & prorſus alijs. Sit'ne [26] autem iuſtum, nécne id, quod ex conuentione debetur, diſſoluere, obligationiq́ cõtracta ſatisfacere, cùm in aliam reipublicæ adminiſtrandæ formam ciuitas traducta ſit, non eſt huius loci diſputare.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quia autem uidemus.) Diſſoluit hunc nodum, argumentum ducens à ſimili: Quia enim, inquit, uidemus nonnullos magiſtratum imperiumq; iniuſtè adeptos eſſe, quos tamen imperium habere dicemus, ſed non iuſtè partum: ciuis autē definitus eſt deſcriptuſq; à nobis genere quodam imperij (ut ſtatim ipſe declarat, ſi quis fortè non percepiſſet id, aut oblitus eſſet. ait enim: Qui namque particeps eſt huiuſcemodi magiſtratus ſiue ordinis, ciuis eſt, id eſt qui peruenit lege in eum locum, ubi deliberatur de republica, & cauſas iudicat, ciuis eſt) non eſt dubium, quin huiuſcemodi etiam ciues appellare debeamus. Nã quod facit, inquit, ad illud, iniuſtène an iuſtè creati ſint: hoc pars eſt quæſtionis eius, quã ſuprà retigimus, copulatumque eſt cum ipſa.

Ambigunt enim quidam) Explicat quæſtionem, quam initio huius libri poſuit &, quod non fecit tunc, ſcrupulũ hunc euellit. Exoritur enim controuerſia hæc, quòd quidam uolunt, ciuitatem aliquid geſsiſſe: alij recuſant, quando à dominatu paucorum, ſiue tyrannide, reſp. redit in poteſtatem multitudinis. Tunc enim reperiuntur nõnulli, qui neque pecuniam debitam ſoluere uolunt, tanquam non ciuitas acceperit, ſed tyrannus: neque alia huiuſcemodi pacta ſeruare, quaſi extent reſpublicæ, quæ totæ fundatæ ſint in poteſtate quacunque ratione parta, opibuſque, non in communi bono. Illuſtre exemplum eſt huius rei apud Demoſthenem aduerſus Leptinem, non longè à principio eius orationis: quo loco probat orator, non eſſe uiolandam fidem. Narrat igitur, xxx. uocatos tyrannos mutuatos fuiſſe pecuniam à Lacedæmonijs contra Athenienſes illos, qui Piræum oppidum occuparant: quem cùm poſtea rebus compoſitis receptaq; republica repeterent, miſsis oratoribus Athenas, inuenirenturque, qui æquum cenſerent reddere illos, qui accepiſſent, quorumque utilitatibus ſeruiſſet, id eſt, eos, qui in urbe tunc erant, atque illic dominabantur: alijs contrà cenſentibus illam ſoluendam eſſe ab omnibus ciuibus, futurumque id argumentum ueræ reconciliationis animorum, & unius corporis ciuitatis: populum ſtatuiſſe ſe quoque conferre participemq; eſſe illius ſumtus, ne fides ullam in partem laboraret.

Si quidem igitur.) Diſſoluit his uerbis quæſtionē hanc. inquit enim: Si inueniuntur, qui eodem pacto tueantur ſtatum multitudinis, freti inquam uiribus, propoſitumq; cunctis in rebus habeant proprium bonum, non commune coetus ciuitatis, quorum tamen facta plebiſcitaque publica eſſe putantur: ita quoq; ſentire debemus de his, quæ geſta ſunt à tyranno diuitibuſq; in ciuitate dominantibus, ut ſcilicet facta etiam ipſorum publica ſint exiſtimanda (ſunt namque ſimiles inter ſe hi tres ſtatus ciuitatis) alia tamen ratio eſſet ueræ ac legitimæ democratiæ, ut elicitur ex hoc loco.

Videtur autem ſua) Docet, quomodo aptè magis aliquis hanc quæſtionem poneret, & quæ certior ratio ſit huius ſcrupuli euellendi. Accommodata igitur uerba ipſi tractandæ eſſe inquit, uidere quomodo deceat ciuitatem eandem dicere, aut non eandem, uerùm aliam. Statim enim ut cognitum hoc fuerit, perſpectum etiam erit, ciuitas ne aliquid fecerit, ſiue non fecerit: quæ recuſat pacta ſuperiora & conuenta ſeruare, poſſit ne id rectè iuſteq; facere.

Leuiſsima igitur inueſtigatio.) Cùm pluribus modis ueritas huius rei inueſtigari poſsit (ut oſtendet) uiam declarãdi, non eſſe ciuitatem eandem à mutatione loci, ſeparationeq; hominum, dicit eſſe ualde tenuem, & quæ ſuperficie tenus ipſam tangat. Neque enim, ut ſignificat, multum in hac poſitum eſt. contingit enim, inquit, ut locus diſtinctus ſit, homineſque eodem pacto ſeparati, ita ut hi hanc, alij uerò aliam ſedem habeant, & tamen ciuitas eadem ſit: quare addit ſtatuendum eſt, dubitationem de hac re eſſe mitiorem. utitur enim nomine tranſlato à morbis, cui Latinum hoc reſpondet. Significare autem uult, non eſſe moleſtum hunc ſcrupulum, nec poſſe pungere quempiam magnopere. Adiungit etiam, non debere aliquem mirari, ſi copia exiſtit huius quæſtionis, cùm multis modis ciuitas dicatur: inde enim exoritur ubertas hæc.

Eodem autem pacto) Ut diſtinctionem loci affirmauit, non ſemper diſtinguere, aliamque reddere ciuitatem. ita contrà docet, uſuuenire aliquando, ut in eadem ſede ſint duæ ciuitates, cùm homines collocati propinquis ualde locis, utantur diuerſis legibus. Quare, ut de illo, ita etiam de hoc quæri poſſe inquit, quando huiuſcemodi hominum coetus coagmentatioque una eademque dici debeat, & quando nullo pacto eadem. Neque enim in parietibus ciuitatis tanta uis eſt, ut qui cincti ſint ijſdem muris, unius prorſus ciuitatis ciues exiſtimandi ſint. Exemplo autem hoc confirmare uolens, utitur admodum plano, & ita denique claro, ut euellat omnem ſcrupulum ex animo eius, qui de hoc ambigeret. Liceret enim, inquit, uniuerſam Peloponnoſum uno muro complecti: nec tamē diceret aliquis, incolas eius unam ciuitatem colere, cùm conſtaret eo tempo-

re

ea in ea terra plures, & ualde etiam inter ſe diſsimiles reſpublicas ciuitateſque eſſe, ut Spartam, Argos, Meſſenem, Megalopolin, aliae. Non tamen putandum eſt hunc auctorem protuliſſe, tanquam pronum, & quod effici aliquo modo poſſet: ſed cùm locum cogitaret amplum eundemque refertum pluribus rebuſpublicis, in mentem ipſi hanc, conſilio ſuo ualde accommodatam, tellurem ueniſſe. Athenienſes quoque idem attulerunt, cùm errorem Peloponneſiorum redarguere uellent, qui ſperabant ſe, ſpreta ſalute reliquorum Græcorum, tutos ab incurſu Perſarum futuros, ſi aditum ipſis clauſiſſent, ne pedibus ad ſe penetrare poſſent, ideoq; Iſthmum munirent. Significarunt enim, illis, ita commoti, ne ſi murum etiam uniuerſæ Peloponneſo circumduxiſſent, eos inde ſaluos futuros, cùm nauibus eò facile perueniretur, nec claſſem barbaris defuturam ſe namq; à cæteris deſtitutos, neceſſariò ipſos cum omnibus ſuis opibus adiuturos. Hoc memoriæ prodidit Lyſias in oratione, qua laudauit Athenienſes, interfectos in prælio. uerbis autem iiſdem, quibus noſter in hoc uſus eſt: inquit enim, *[Greek]*.

Huiuſcemodi autem fortaſſe.) Ne uideretur attuliſſe rem nimis abſurdam, qui tantæ magnitudinis urbem finxiſſet, oſtendit ſimilem huic aliquo modo extitiſſe Babylonem: & ut hanc, ita etiam omnem, quæ deſcriptionem terminoſque habeat, qui magis conueniant genti alicui, quàm ciuitati. Cùm autem amplitudinem eius urbis demonſtrare uellet, immenſumq; ſpatium: ſuæ ſententiæ confirmandæ cauſa, utitur ſigno ualde illuſtri, ad rem ante oculos conſtituendam. non deeſſe enim dicit, qui affirment, poſt tertium diem, quàm Babylon ab hoſtibus capta fuit, extimiſſa partem eius urbis, quæ id factum eſſe minimè ſenſiſſet.

Verum de hac dubitatione.) Cùm ſermo incidiſſet de magnitudine urbis, intelligeretq; hanc quæſtionem non eſſe alienam ab officio eius, qui de optima rep. diſputat: non tamen hunc locum accommodatum eſſe illi explicandæ, id aperire uoluit. Docet igitur, ſe in aliud tempus reiicere hanc diſputationem: quod cùm uenerit, ſe in hanc curam incubiturum. Nam & numerus ciuium eſt uidendus: & utrum omnes unius generis eſſe, an plurium, cõducat reipublicæ, nullo modo fallere debere politicum hominem, affirmat, & qui optimis inſtitutis ciuitatem informat.

Sed iiſdem eundem locum.) Vt, quam modò expoſuit, quæſtionem non conuenire huic loco indicauit: ita hanc, quam nũc affert, propriam huius temporis exiſtimat, uidere ſcilicet, iiſdem mortalibus eandem urbem incolentibus, utrum eandem ciuitatem decere ſemper appellare, donec permanſerit eadem natio. Reſpondet autẽ hæc è regione illi: in ipſa enim quærebatur de diſtantia locorum, & uarietate gentium: in hac autem ponit locum eundem eſſe, & idem etiam genus hominum. Vt autẽ doceat, non ſine cauſa uocari ciuitatem eandem longo ſpatio temporis, quamuis qui ciuitatem eam prius conficiebant, interierint, noui autem ex illis nati ſint: utitur ſimilibus. Eodẽ enim pacto id fieri teſtatus, quo mos eſt appellare fluuium eundem, & fontem eundem, cum permanſerint, nec penitus exaruerint: quamuis ſemper pars illius quæ fluit aquæ ueniat, pars autem abeat.

Vel homines.) Diſſoluit hunc nodum, docẽs poſſe ſanè ea de cauſa, quæ dicta eſt, homines illos uocari eoſdem, quia filij ſemper ſuccedunt parentibus, atque ita genus idem ſeruatur: non tamen ciuitatem eandem, ſed diuerſam. Quod uerum eſſe, primùm ratione probat: deinde ſimilibus. Argumentum autem hoc eſt: Quia ciuitas eſt communio quædam (eſt namque communio ciuium, qui utuntur iiſdem legibus) cùm reſp. alia ſpecie efficitur, diſcrepatque ita à ſuperiore illa, ut diſcrepat ſtatus multitudinis à dominatu paucorum: uidetur neceſſe ciuitatem nullo modo eandem eſſe.

Quemadmodum & chorum) Vtitur ad idem confirmandum ſimilibus, inductioneque probat quod dixit uerum eſſe: uariari inquam ciuitatem, totamq; mutari, cùm uariatur ratio regendi ipſam. inquit igitur, in ciuitate idem uſuuenire, quod paſsim fieri uidemus in gregibus cantorum, choriſque muſicis. Cum enim è comico choro fit chorus tragicus, alium ipſum eſſe affirmamus, quamuis ſæpè cantores ipſi, partiti etiam chori, iidem ſint. Adiungit autem, Quod ſit in hac communione, ut aliam ipſam eſſe diuerſamque dicamus, cùm cõtingit, quod inquit: idem nos etiam ſeruare ſolere in cæteris cõmunionibus & coagmentationibus, ſi ſpecies compoſitionis uariata eſt. Vt tamen rem magis explanet, nominat unam illarum: Ceu, dicens, harmoniam non dubitaremus diuerſam uocare, etſi ſoni uoceſque eædem ſunt, quando illa nunc Doria, nunc Phrygia fuerit.

Si iam ita.) Cùm igitur res ita ſe habeat, ut demonſtratum eſt, in omni coagmentatione (pluribus enim ipſa partibus explorata, licet in uniuerſum concludere) dubium non eſt, quin eandem ciuitatem dicere debeamus, reſpicientes ad ſtatum ipſius, formamque reipublicæ. Diuerſo autem nomine aut eodem licet ipſam uocare, & cùm qui illic incolunt, iidem omnino ſunt, & cùm etiam longè alij homines fuerint: plus enim ad hoc ualet forma ratioq; ipſam regendi, quàm materies ipſa.

Si autem iuſtum.) Quod facit, inquit, ad explicandum ſuperiorem nodum, &, quod iuſtum ſit eo tempore gerere, oſtendendum, opoſteátne, inquã, pacta ſeruare, ſiue potius non honeſtè id recuſare, immutato ſtatu ciuitatis: quid de eo te ſentiamus, alio tempore, magis huic quæſtioni profligandæ apto, ſignificabimus. Quod autem inquit, *[Greek]*: ualet, hæc res eſt diſtincta ab hac omnibil, quam in manibus nunc habemus ſeorſum igitur de ipſa ſtatuendum nobis eſt. Ita autem plurimis locis loquitur. In libro, qui antecedit hunc, cum quaſi idem oſtendere uellet, inquit *[Greek]*.

[Greek]) Demoſthenes aduerſus Leptinem probans non eſſe uiolandam fidem, narrat XXX. tyrannos Athenienſium mutuatos fuiſſe pecuniam à Lacedæmonijs contra Athenienſes illos, qui Piræum oppidum occuparant: quam dum poſtea rebus compoſitis receptaq; rep. repeterent, miſsis oratorib. Athenas inuenirentur q; qui æquum cenſerent reddere illos qui accepiſſent, quorumq; utilitatib. ſeruiſſent, id eſt eos qui in urbe tunc erant, atque illic dominabantur: alijs cõtrà cenſentib. illam ſoluendam eſſe ab omnibus ciuibus, futurumque id argumentum certè reconciliatorum animorum, & unius corporis ciuitatis: populum ſtatuiſſe ſe quoque conferre, participemque eſſe illius ſumtus, ne fides ullam in partem laboraret. Similiter Plut. com. de Pythiæ oraculis cerrat, euerſa Cypſelidarum tyrannide Corinthios auream ſtatuam Piſis & theſaurum Delphis à Cypſelo poſitum ubi ſuæ inſcribere uoluiſſe. Quod Delphi illis conceſſere, at Delios id negantes, ab Iſthmiorum ludis ſemouerunt.

[Greek]) Cùm democratiæ quædem eodẽ modo adminiſtrentur, quo oligarchiæ & tyrannides (cùm ... quòd non à toto populo, ſed à certis quibuſdam è populo delectis, ſed nulla alia quàm libertatis prærogatiue, publica conſilia & iudicia & imperia committuntur) ut hic acta publice, licet à certis tantùm hominibus ſuſcepta perfectaq; ... totius ciuitatis democraticæ acta dicuntur: ita nihiloſecius acta ab oligarchico & tyrannico magiſtratu, totius ciuitatis oligarchicæ & tyrannicæ acta dicentur, quandoquidem à capite totum reliquum corpus ueluti animetur: & proinde quales in Rep. principes, tales reliqui ciues: & ſi quid delirant reges, plectuntur Achiui. Victorius illud *[Greek]* interpretatur, ſi qui in Democratia eodem pacto, quo alij in Oligarchia & Tyrannide, remp. adminiſtrent, uiribus nimirum, ut qui propoſitũ coactis in rebus habeant, proprium non commune totius ciuitatis bonum: nihilominus tamen facta plebiſcitaque iſtorum publica eſſe putantur: pari ratione etiam acta oligarchice & tyrannica publica cenſeri debent.

[Greek]) Cenſorinus apud Appianum in Lybico auctoritate ſenatus Romani ſuadens Carthaginenſibus, ut relicta urbe, quæ euertenda erat, locum alium à mari XXC. ſtadijs diſtantem caperent: Carthaginem nihilominus manſuram dicebat, quòd uiri, non locus, ciuitatem facerent. Alio ſenſu ——*Veios habitante Camillo Illic Roma fuit*, ut poëta inquit: & Pompeius Italia cedens, Romam in Græciam migrare fecit.

[Greek]) Peloponneſus uarias urbes complectitur, & quidem clariſsimas, Argiuorum, Spartanorum, Meſſaniorum, Arcadum: quas ut quis quam maximè mur[o] uno complectatur, non idcirco tamen ut hem unam efficiat. Quod ipſum Peloponneſijs Athenienſes obieciſſe Lyſias in epitaphio Athenienſium memoriæ prodidit, Iſthmum contra irruptionem Perſarum munientibus. illos, ne ſi murum etiam uniuerſæ Peloponneſo circumducerent, ſaluos inde futuros, cùm nauibus eò facilè Barbari peruenire poſſent: ſe namq; à cæteris deſtitutos neceſſariò ipſos cum omnibus ſuis opibus adiuturos.

[Greek]) Chaldæorum metropolis, ſexaginta paſſuum millia ſuo ambitu complexa, muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in ſingulos pedes ternis digitis menſura ampliore quàm Romana, auctore Plinio lib. 6. c. 26. quam Euphrates interfluit. Herod. lib. 1 Diodorus lib. 2. Iuſtinus lib. 1. Q. Curtius lib. 5 Strabo lib. 6.

[Greek]) Sicut Argo nauis Corinthi, & Paralus Athenis ſeruabatur, ad perpetuam rei memoriam, tabulis ſubinde nouis loco earum, quæ uetuſtate aut quauis alia calamitate perijſſent, ſubſtitutis: ita Reip. nauis eadem, ciuibus licet diuerſis numero ſuccedentibus.

De Ci-

De CIVITATE mouet quæſtiones duas

- **Enarrat. Alteram de Ciuitate**
  - **Materia**, *nimirum de Principibus & Subditis, utrum ciuitas dicatur reſpectu utrorumq;, an reſpectu tantùm principum: adeoq; an quælibet πολιτεία πόλεως nomen mereatur. Quæſtioni de Ciuibus, ueri ſint & legitimi, nécne: affinis eſt quæſtio de Ciuitate, quænam ſit πόλις uerè appellanda, & quænam acta publica ſint ueræ πόλεως acta dicenda, quæ non ſint. N.1. Verbi gratia, Quando Oligarchia aut Tyrannis in Democratiam mutatur (N.2.) ſunt qui prioris politiæ acta, pacta, conuenta, πόλεως acta eſſe*
    - **Negant**, *utpote non ab ipſa ciuitate (neq; enim à ciuibus liberis ſuiſſe uerís) ſed uel à Tyranno, uel ab Oligarchis acta. N.3. Tacitè igitur ſentiunt, πολιτείαν quidẽ priorem illam fuiſſe, certam nimirum Reip. formam, ſed πόλιν non fuiſſe: quandoquidem nõ omnium partium, ſed eorum tantùm, qui cum imperio eſſent, ratio haberetur. Adeoq; in uniuerſum aſſerere uidentur, πολιτείαν aliam referri ad bonum commune τῆς πόλεως, καὶ τῶν πολιτῶν, non magiſtratus tãtùm, uerumetiam ſubditorum, Democratiam nimirum, & huic nomen πόλεως conuenire: aliam non ad commune bonum τῆς πόλεως καὶ τῶν πολιτῶν ſed magiſtratuum tantùm, ut in Tyrannide & Oligarchia, & huic nomen πόλεως non conuenire. N.4.*
    - **Affirmant**, *& quidẽ rectiùs, quòd Politia et πόλις neceſſariò ſeſe inuicem conſequantur: licet in alijs omnium, in alijs quarundam partiũ utilitati cõſulatur. Quo ipſo malas reſpub. à bonis differre in ſeq. docebit: & per conſequens etiam, alias bonas & perfectas, alias malas & imperfectas πόλεις eſſe elici poteſt: ut: ſupra quoq; πολιτείαν perfectam in bona, imperfectam in mala rep. dari dococrat. Oſtendit per contentionem:*
      - **Quemadmodum** *Democraticæ Politiæ acta totius πόλεως acta ſunt atq; dicontur, etſi à certis magiſtratibus democraticis, ſiue definitis, ſiue non definitis, utpote à Concione populi, ſint acta. N.5. Veluti um Politia omnium ciuium eſt, ſed à parte principe, à magiſtratu ſcilicet, denominatur, ſuasq; differentias ſuſcipit: ita quoq; πόλις ut quam maximè omnium ciuis respectu dicatur, maximè tamen eorum, qui cum imperio ſunt: ut quæ à magiſtratu ſunt facta, pūta à Conſule uel Prætore, pro totius Ciuitatis actis habeantur.*
      - **Ita quoq;** *Oligarchicæ aut Tyrannicæ politiæ acta totius πόλεως acta ſunt dicenda, utpote à magiſtratibus tyrannicis uel oligarchicis geſta. Num. 6.*
  - **Forma**, *per quam ut eſſe, ita quoq; uel eadem uel diuerſa eſſe dicitur. Quæſtio ſuperiori illi affinis, ad formam ciuitatis intelligendam plurimum facit: Quomodo ſcilicet ciuitas uel una uel diuerſa ſit & appelletur, hoc eſt, Quænam ſit forma πόλεως, per quam eſſe & una eſſe dicitur. N.7. πόλις hominum multitudo eſt eundem locum inhabitantium. Vide ſeq. ſignum A.*
- **Concludit non**
  - **Poſteriorem**, *πόλεως nimirũ formam eſſe ipſam πολιτείαν, ordinem uidelicet certum inter eos qui imperant atq; parent: & proinde ciuitatem unam uel diuerſam*
    - **Eſſe** *atq; dici reſpectu politiæ eiuſdem, tanquam formæ. N.14.*
    - **Non eſſe** *diciue neq; reſpectu*
      - **Hominum**, *incolarum ſcilicet, ſiue ſpecie ſiue etiam numero eorundem: cùm fieri poſſit, ut iiſdem etiam manentibus incolis, πόλις tamen diuerſa fiat, mutata politiæ forma. N.15.*
      - **Loci**, *cùm ſi uel in alium locum transferatur urbs, uel in eodem loco etiam in duas pluréſue partes ſeparetur, non tamen idcirco diuerſa ſit dicenda: ut neq; ſi plures urbes uno comprehendantur loco, idcirco una ciuitas dicẽda, niſi forma eadem adſit.*
  - **Priorem**, *πόλιν ſcilicet ueluti materiam ſubiectam eſſe Politiæ, & propterea quicquid in Politia quacunq; factum eſt, uel à tota illa (ut in Democratia) uel à parte eius principe: id à πόλει factum dici quemadmodum id quod Ratio facit, totus Homo feciſſe dicitur. Et ſic principi quæſtioni ſatisfactum eſſe, ex præced. conſtat. Sed quæ huic annexa eſt quæſtio, Vtrum mutata rep. ciuitatis prioris acta à poſteriore ciuitate uel retineri tanquam iuſta, uel iniuſta reſcindi debeant, ea alio loco atq; tempore explicanda erit. N.16.*

A. Vide

A. Videtur ergo Ciuitas uel reſpectu

- **Loci** eiuſdē ab iiſdem hominib. inhabitati una eſſe; diuerſa uerò, quū cum loco etiā homines mutātur. Quæ quidē cōſideratio ἐπιπολαιοτάτη eſt, uulgaris & plebeia, uelut ſuperficialis, ad profundā formæ intelligentiā neutiquam penetrans: cùm eadē manēte ciuitate, eadēq; politia, urbs ſaltē mutari, de loco in locum transferri, muro quinetiam medio diuidi queat. N. 8. Eius proinde ſolutionem
  - **Proponit** facilem eſſe ei, qui diſtinctionē uocum πόλεως & πολιτῶν norit, cùm utraq; multifariam dicatur. Πόλις enim materialiter quidem & locum ipſum & ciues locum inhabitantes ſignificat; formaliter uerò formam conſtitutionis, ipſam ſcilicet πολιτείαν. Πολῖται itidē uel materialiter, pro hominib. eiuſdem generis & eandem urbem incolentibus ſumuntur; uel formaliter, pro iis, qui ut non eundem locum incolant, nec eiuſdem ſint generis, eiuſdem tamen ſocietatis leges habent. N. 9.
  - **Affert.** Numerū ciuitatē unā ratione loci
    - Per ſe non dici, quæ mœnibus ſit cincta. Nu. 10. Nanq; hac ratione fore, ut interdum pro ciuitate una
      - **Non habeatur**, quæ tamen ſit ciuitas: nimirum quando uel urbs de loco in locum transfertur, ciuibus iiſdem & eadem politia manentibus: uel urbs medio muro uel flumine ducto in duas partes diuiditur. Ex prædictis intelligi poteſt.
      - **Habeatur**, quæ ciuitas non ſit. Nanq; mœnibus
        - **Cingi** poſſet tota Peloponneſus, uarios populos uariasq; urbes in ſe continens, quam tamen ideirco nemo pro una ciuitate haberet. N. 11.
        - **Cincta** eſt Babylon, tantæ amplitudinis, ut Regio potius quàm Ciuitas dici mereatur, cùm inter incolas communio talis eſſe nequeat, qualis inter ciues requiritur N. 12.
    - Per accidens dici, quatenus ſcilicet ciuitati huic formam Reip. certam habenti accidit, ut certam quoque loci magnitudinem & circumſcriptionem habeat: cùm non eadem loci magnitudo omnibus conueniat. Cuius rei cognitio ad Politicum inprimis pertinet, & propterea alibi copioſius & explicatius tradenda. N. 13.
- **Hominum** locum eundem incolentium una uel diuerſa eſſe. Quæ profundior eſt & difficilior & philoſophis conuenientior inueſtigatio: nimirum An πόλις ſit una & eadem propter incolas eoſdem identitate uel
  - **Materiali**, nimirum quia ſpeciei ſint eiuſdem, licet indiuiduis differant, aliis atq; aliis ſemper ſuccedentibus: cùm ratione perpetuæ ſucceſſionis Reſpub. æternum eſſe animal uideatur. N. 14. Similitudine confirmatur. Quemadmodum etiā fluuius idem dicitur, & Fons idem, quoniam eundem alueum eadem aqua, non numero ſed ſpecie, occupat. Num. 15. At ex hac materiali identitate non uideretur fluuius idem, niſi formalis identitas, continuatio ſcilicet & perpetuatio eiuſdem fluxus, adeſſet.
  - **Formali**, nō quia ſint eiuſdem ſpeciei & ſanguinis, ſed quia eandem Remp. formam habent. Et hinc propriè identitas uel diuerſitas πόλεως ſumēda eſt. N. 16. Quod ipſum &
    - **Ratione** per Reſolutionem deducit:
      - Πόλις eſt ſocietas quædam ciuitatem eandem incolentium. N. 17.
      - **Societas** autem non quorumuis incolarum, non ſeruorum, non peregrinorum, ſed πολιτῶν. N. 18.
      - Πολῖται autem dicuntur reſpectu eiuſdem πολιτείας.
      - **At** πολιτεία eſt ſpecie
        - **Eadem**, quando in aliam formam non mutatur, licet homines ſpecie differāt.
        - **Diuerſa**, quū in aliam formā mutatur, licet homines ſint ſpecie iidem. V. G. Athenienſes ortu. N. 19.
      - **Ergo etiam** πόλις dicitur ſpecie
        - **Eadem**, quandiu in aliam ſpeciem πολιτεία non fuerit mutata.
        - **Diuerſa**, quando in aliam ſpeciem mutata fuerit N. 20.
    - **Similitudine** illuſtratur ſocietatis tum
      - **Theatricæ** Muſicæ
        - **Quemadmodū** chorus comicus uel tragicus dicitur non reſpectu materiæ, hoc eſt, perſonarum ex quibus conſtat (cùm iidē hiſtriones utrumuis horū ſubire interdū poſſint) ſed reſpectu formæ. N. 21.
        - **Ita quoq;** πόλις eadem, reſpectu formæ, nō autem reſpectu hominum.
      - **Cuiuſuis** alterius, in qua non tantum ii ex quibus componitur, uerumetiā modus cōpoſitionis conſideratur. N. 22. V. G. Harmonia diuerſa dicitur, non propter ſonos diuerſos, ſed propter modum diuerſum, Dorium ſcilicet, uel Phrygium. N. 23.

CAPVT

CAPVT IV.

De Ciuibus in ſpecie agit, & primùm de Perfectis ciuibus.

SEquitur [1] autē ea, quæ nūc dicta ſunt, conſiderare, utrum eandem eſſe uirtutem uiri probi & ciuis ſtudioſi ponendum ſit, uel non eandē. Atqui [2] ſi hoc decet in quæſtionem uenire, primùm conſideranda eſt craſſo modo ciuis uirtus. Quēadmodum [3] igitur nauta unus quidam eſt eorum, qui communicant: ſic & ciuem dicimus. Nautarum [4] aūt, etſi diſsimiles ſunt facultate (hic enim remex eſt, hic aūt gubernator, hic uerò proreta, alius huiuſcemodi quopiam nomine diſtinctus) manifeſtum maximè exquiſitam ſingulorū rationē, propriā eſſe uirtutis: ueruntamen [5] & cōmunis quędam quadrabit cunctis. Salus [6] enim nauigationis officiū eſt ipſorū omniū. Huius [7] enim deſiderio ſinguli nautæ tenentur. Eodē [8] igitur pacto & ciuiū, etſi diſsimiles ſunt, ſalus cōmunionis officium eſt. Reſpub. [9] enim cōmunio eſt. Quare [10] neceſſe eſt uirtutem ciuis ad rēp. referri. Si [11] igitur ſunt plures reip. ſpecies, apertū eſt nō contingere, ut ſtudioſi ciuis una uirtus ſit, perfecta in quā illa. Bonū aūt uirū affirmamus, eſſe ſecundùm uirtutē perfectam. Vſu [12] igitur uenire poſſe, ut qui ciuis ſtudioſus ſit, non habeat uirtutem, per quā uir ſtudioſus eſt, perſpicuū eſt. Nec [13] tamen non alio modo licet, dubitandi more, eandē rationē percurrere de optima repub. Si [14] enim fieri nō poteſt, ut ex omnibus ſtudioſis exiſtētibus, ſit ciuitas: opus [15] autem eſt ſingulus, quod ipſorum munus eſt, rectè obire: hoc [16] uerò à uirtute quia [17] fieri non poteſt, ut ſimiles ſint omnes ciues, non [18] eſſet utiq; una uirtus ciuis ac uiri boni. Virtutē [19] enim ſtudioſi ciuis oportet omnibus adeſſe (ſic [20] enim optimā neceſſe eſt eſſe ciuitatem) quę [21] uerò eſt uiri boni, impoſsibile, niſi [22] cunctos neceſſe ſit bonos eſſe, qui in ſtudioſa ciuitate ſunt ciues. Prętereà [23] quia è diſsimilibus conſtat ciuitas: quemadmodum [24] animal ſtatim ex animo & corpore, & [25] anim⁹ è ratione & appetitu, & [26] domus è uiro & uxore, &

ΤΩΝ [1] δὲ νῦν εἰρημένων ἐχόμενόν ἐστιν ἐπισκέψασθαι πότερον τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ πολίτου σπουδαίου θετέον, ἢ μὴ τὴν αὐτήν. ἀλλὰ [2] μὴν εἴ γε τοῦτο τυχεῖν δεῖ ζητήσεως, τὴν τοῦ πολίτου τύπῳ τινὶ πρῶτον ληπτέον. ὥσπερ [3] οὖν ὁ πλωτὴρ εἷς τις τῶν κοινωνῶν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸν πολίτην φαμέν. τῶν [4] δὲ πλωτήρων, καίπερ ἀνομοίων ὄντων τὴν δύναμιν (ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἐρέτης, ὁ δὲ κυβερνήτης, ὁ δὲ πρῳρεύς, ὁ δ' ἄλλην τιν' ἔχων τοιαύτην ἐπωνυμίαν) δῆλον ὡς ὁ μὲν ἀκριβέστατος ἑκάστου λόγος, ἴδιος ἔσται τῆς ἀρετῆς· ὁμοίως [5] δὲ καὶ κοινός τις ἐφαρμόσει πᾶσιν. ἡ [6] γὰρ σωτηρία τῆς ναυτιλίας ἔργον ἐστὶν αὐτῶν πάντων. τούτου [7] γὰρ ἕκαστος ὀρέγεται τῶν πλωτήρων. ὁμοίως [8] τοίνυν καὶ τῶν πολιτῶν, καίπερ ἀνομοίων ὄντων, ἡ σωτηρία τῆς κοινωνίας ἔργον ἐστί. κοινωνία [9] δ' ἐστὶν ἡ πολιτεία. διὸ [10] τὴν ἀρετὴν ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ πολίτου πρὸς τὴν πολιτείαν. εἴπερ [11] οὖν ἐστι πλείω πολιτείας εἴδη, δῆλον, ὡς οὐκ ἐνδέχεται τοῦ σπουδαίου πολίτου μίαν ἀρετὴν εἶναι, τὴν τελείαν· τὸν δ' ἀγαθὸν ἄνδρα φαμὲν εἶναι κατ' ἀρετὴν τελείαν. ὅτι [12] μὲν οὖν ἐνδέχεται πολίτην ὄντα σπουδαῖον, μὴ κεκτῆσθαι τὴν ἀρετήν, καθ' ἣν σπουδαῖος ἀνήρ, φανερὸν. οὐ μὴν [13] ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἐστὶ διαποροῦντας, ἐπελθεῖν τὸν αὐτὸν λόγον περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας. εἰ [14] γὰρ ἀδύνατον ἐξ ἁπάντων σπουδαίων ὄντων εἶναι πόλιν· δεῖ [15] δ' ἕκαστον τὸ καθ' αὑτὸν ἔργον εὖ ποιεῖν· τοῦτο [16] δὲ ἀπ' ἀρετῆς· ἐπεὶ δ' [17] ἀδύνατον ὁμοίους εἶναι πάντας τοὺς πολίτας, οὐκ [18] ἂν εἴη μία ἀρετὴ πολίτου καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. τὴν [19] μὲν γὰρ τοῦ σπουδαίου πολίτου, δεῖ πᾶσιν ὑπάρχειν (οὕτω [20] γὰρ ἀρίστην ἀναγκαῖον εἶναι τὴν πόλιν) τὴν [21] δὲ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ἀγαθοῦ, ἀδύνατον, εἰ [22] μὴ πάντας ἀναγκαῖον ἀγαθοὺς εἶναι τοὺς ἐν τῇ σπουδαίᾳ πόλει πολίτας. ἔτι [23] ἐπεὶ ἐξ ἀνομοίων ἡ πόλις· ὥσπερ [24] ζῷον εὐθὺς ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ [25] ψυχὴ ἐκ λόγου καὶ ὀρέξεως, καὶ [26] οἰκία ἐξ ἀν-

Iis [1] porrò, quæ nunc expoſita ſunt, proximum eſt, ut uideamus, utrùm eandem eſſe uirtutem uiri boni & boni ciuis ſtatuere debeamus, nécne. Verum [2] enim uero ſi hoc inquirendum eſt, uirtus boni ciuis primùm rudi quadam imagine informata cognoſcenda eſt. Quemadmodum [3] igitur nauta, unus quidam eſt ex ſociis nauigationis: ſic & ciuem ex iis, qui ciuilis adminiſtrationis ſunt participes, unum eſſe dicimus. Quamuis [4] autē nautæ ſint inter ſe ui & facultate diſſimiles (alius enim eſt remex, alius gubernator, alius proræ præfectus, alius tali aliquo quaſi cognomine appellatus) perſpicuum tamen eſt uniuſcuiuſq; eorum ſubtiliſſimam ac perfectiſſimam definitionem, uirtutis cuiuſque propriam futuram: ſimiliter [5] autem & communem aliquam ad omnes apte quadraturam. Nam [6] ſalus nauigii, eorum omnium cōmune munus eſt. Hanc [7] enim, tanquam finem, nautarū unuſquiſq; expetit. Sic [8] igitur & ciuiū cuiuſq;, quamuis ſint inter ſe diſſimiles, ſocietatis & communitatis ſalus, munus eſt. Societas [9] autem eſt, ciuitatis ſeu reip. adminiſtrandæ forma & ratio, quam politiam Græci nominant. Quocirca [10] uirtus ciuis ad ciuitatis adminiſtrandæ formam referatur neceſſe eſt. Si [11] igitur plura ſunt ciuitatis ſeu reipub. adminiſtrationis genera, nimirum fieri nō poteſt, ut boni ciuis uirtus ſit una perfecta. At uirum bonum dicimus, uirtute perfecta eum metientes. Euenire [12] igitur poſſe, ut, qui ſit bonus ciuis, eam uirtutem non ſit conſecutus, ex qua uir bonus appellatur, ex his intelligere licet. Veruntamen [13] etiam alio modo eandem rationem pertractare & perſequi licet de optima reipub. adminiſtrandæ forma dubitantibus. Si [14] enim fieri nō poteſt, ut ex omnib. bonis uiris conſtet ciuitas: ſuo [15] autem quemq; munere probe fungi oportet: hoc [16] autem à uirtute proficiſcitur: quandoquidem [17] nefas eſt ciues omnes inter ſe eſſe ſimiles, una [18] boni ciuis & boni uiri uirtus eſſe non poſſit. Nam [19] boni quidem ciuis uirtus in omnibus ineſſe debet: ſic [20] enim ciuitas neceſſario futura eſt optima. Boni [21] uiri autem uirtus in omnibus ineſſe nequeat, niſi [22] neceſſe eſt omnes uiros bonos eſſe, qui ſunt in bona ciuitate ciues. Præterea [23] quoniam ex diſſimilibus conſtat ciuitas: quemadmodum, uerbi [24] gratia, animans ex animo & corpore, animus [25] humanus ex ratione & appetitione, domus [26] ex uiro & uxore,

Kε, & [27] patrimonium ex ero & ſeruo: eodẽ [28] modo & ciuitas ex omnibusq; his, & prçter hçc ex alijs diſsimilibus cõſtat formis: neceſſe [29] eſt non unam eſſe ciuium omnium uirtutem: quemadmodum [30] neque ſaltantium, in uertice manentis, & prope ipſum exiſtentis. Non [31] eſſe igitur ſimpliciter eandem, ex his patet. Sed [32] nunquid alicuius erit eadem uirtus ciuisq; ſtudioſi & uiri ſtudioſi? Dicimus [33] iam imperiũ habẽtem ſtudioſum, bonũ eſſe & prudentẽ. Qui [14] nauat autẽ operã reip. neceſſariò eſſe prudentẽ. Et [15] diſciplinam ſtatim quidã diuerſam eſſe dicunt imperium habentis: quemadmodum [16] ſanè perſpiciuntur regũ filij inſtitui equeſtri & bellica arte. & [17] Euripides ait:

Noli mihi ſpecioſa, ſed quæ ciuitati accommodata ſunt:

tanquã ſit certa quędã imperiũ habẽtis diſciplina. Si [18] aũt eadẽ eſt uirtus principis boni, & uiri boni: ciuis [19] aũt eſt & ille, qui paret: nõ [40] eadem ſimpliciter uirtus eſſe poterit ciuis & uiri: cuiuſdã [41] tñ ciuis. Nõ [42] .n. eadẽ principis & ciuis. Et [43] fortaſſe hac de cauſa Iaſon inquit Eſurire ſe quando nõ regnaret, tanquã neſciret priuatus eſſe. Atqui [44] laudatur poſſe imperare, & imperio parẽre: & [45] ciuis uirtus eſſe ſpectari, poſſe imperare, & imperio parẽre rectè. Si [46] igitur boni uiri uirtutẽ ponimus eſſe in imperãdo: ciuis [47] autẽ in utroq;: non [48] eſſe poſſunt ambo laude digna eodem pacto. Quia [48] igitur aliquando uidetur ambo, & non eadẽ, oportere, qui habet imperiũ, perdiſcere, & qui imperio paret: ciuem aũt ambo ſcire & participẽ eſſe amborũ: hinc utiq; uidere poterit aliquis. Eſt [49] .n. imperium erile (in [50] hoc autem, quod pertinet ad ea, quæ neceſſaria dicuntur, noſſe facere, eum, qui imperium habet, neceſſe non eſt: ſed [51] potius uti ipſis) alterum [52] uerò ſeruile eſt. Voco autem alterum, poſſe etiam adminiſtrare propria famulorum opera. Serui [53] autem ſpecies plures dicimus. Opera enim ipſorũ plura ſunt. Quorum [54] partem unam tenent chernetes. Hi autem ſunt, ut nomen oſtendit, qui manibus uictum quæritant: in [55] quibus utilis artifex

δρὸς καὶ γυναικός, καὶ [27] κτῆσις ἐκ δεσπότου καὶ δούλου. τὸν [28] αὐτὸν τρόπον καὶ πόλις ἐξ ἁπάντων τε τούτων, καὶ πρὸς τούτοις ἐξ ἄλλων ἀνομοίων συνέστηκεν εἰδῶν· ἀνάγκη [29] μὴ μίαν εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν πάντων ἀρετήν· ὥσπερ [30] οὐδὲ τῶν χορευτῶν κορυφαίου καὶ παραστάτου. διότι [31] μὲν τοίνυν ἁπλῶς οὐχ ἡ αὐτή, φανερὸν ἐκ τούτων. ἀλλ' [32] ἆρα ἔσται τινὸς ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πολίτου τε σπουδαίου καὶ ἀνδρὸς σπουδαίου; φαμὲν [33] δὴ τὸν ἄρχοντα τὸν σπουδαῖον ἀγαθὸν εἶναι καὶ φρόνιμον· τὸν [14] δὲ πολιτικόν, ἀναγκαῖον εἶναι φρόνιμον. καὶ [15] τὴν παιδείαν δ' εὐθὺς ἑτέραν εἶναι λέγουσί τινες τοῦ ἄρχοντος· ὥσπερ [16] καὶ φαίνονται οἱ τῶν βασιλέων υἱεῖς ἱππικὴν καὶ πολεμικὴν παιδευόμενοι· καὶ [17] Εὐριπίδης φησί·

Μή μοι τὰ κομψά, ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ.

ὡς οὔσης τινὸς ἄρχοντος παιδείας. εἰ [18] δὲ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἄρχοντός τε ἀγαθοῦ καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ· πολίτης [19] δ' ἐστὶ καὶ ὁ ἀρχόμενος· οὐχ [40] ἡ αὐτὴ ἁπλῶς ἂν εἴη πολίτου καὶ ἀνδρός· τινὸς [41] μέντοι πολίτου. οὐ [42] γὰρ ἡ αὐτὴ ἄρχοντος καὶ πολίτου. καὶ [43] διὰ τοῦτ' ἴσως Ἰάσων ἔφη πεινῆν, ὅτι μὴ τυραννοῖ, ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι. ἀλλὰ [44] μὴν ἐπαινεῖταί γε τὸ δύνασθαι ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι· καὶ πολίτου [45] δοκιμὴ ἡ ἀρετὴ εἶναι τὸ δύνασθαι καὶ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι καλῶς. εἰ οὖν [46] τὴν μὲν τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς τίθεμεν ἀρχικήν, τὴν [47] δὲ τοῦ πολίτου ἄμφω, οὐκ [48] ἂν εἴη ἄμφω ἐπαινετὰ ὁμοίως. ἐπεὶ [48] οὖν ποτὲ δοκεῖ ἀμφότερα, καὶ οὐ ταὐτά, δεῖν τὸν ἄρχοντα μανθάνειν καὶ τὸν ἀρχόμενον· τὸν δὲ πολίτην ἀμφότερ' ἐπίστασθαι καὶ μετέχειν ἀμφοῖν, τοὐντεῦθεν ἂν κατίδοι τις. ἔστι [49] γὰρ ἀρχὴ δεσποτική (ταύτην [50] δὲ τὴν περὶ τἀναγκαῖα λέγομεν, ἃ ποιεῖν ἐπίστασθαι τὸν ἄρχοντ' οὐκ ἀναγκαῖον, ἀλλὰ [51] χρῆσθαι μᾶλλον) θάτερον [52] δὲ καὶ ἀνδραποδῶδες. λέγω δὲ θάτερον, τὸ δύνασθαι καὶ ὑπηρετεῖν τὰς διακονικὰς πράξεις. δούλου [53] δὲ εἴδη πλείω λέγομεν. αἱ γὰρ ἐργασίαι πλείους· ὧν [54] ἓν μέρος κατέχουσιν οἱ χερνῆτες· οὗτοι δ' εἰσίν, ὥσπερ σημαίνει καὶ τοὔνομ' αὐτούς, οἱ ζῶντες ἀπὸ τῶν χειρῶν· ἐν [55] οἷς ὁ βάναυσος

re: res [27] familiaris poſſeſsio ex domino & ſeruo: eodem [28] autem modo & ciuitas tum ex his omnibus, tum præterea ex alijs diſsimilibus rerum generibus concreta eſt: neceſſe [29] eſt non unam eſſe omnium ciuium uirtutem. quemadmodum [30] neq; ex choro ſaltatoribus, præſultoris, & eius ſaltatoris, qui ei eſt proximus, eſt una. Boni [31] uiri igitur, & boni ciuis uirtutem nõ eſſe eandem, ex his cognoſcere licet. Sed [32] utrùmne alicuius boni ciuis & boni uiri eadem uirtus erit, nécne? Dicimus [33] utiq; bonũ pr[æ]torem, bonumq; magiſtratum, eſſe uirum bonum & prudentem. Virũ [14] autem ciuitatis regendæ facultate præditum, neceſſe eſt eſſe prudentem. Tum [15] quidam dicunt eius, qui ciuitati præeſt, inſtitutionem ab inſtitutione priuatorum diuerſam eſſe oportere: quemadmodum [16] regum filij arte equeſtri & militari erudiri cernũtur: & [17] Eurip.

Ne mi iſta glorioſa, ſed quæ ciuitas Deſiderat.

Proinde quaſi aliqua ſit eius, qui præeſt, diſciplina. Si [18] igitur boni principis ſeu magiſtratus, & boni uiri uirtus eadẽ eſt: [19] etiã aũt, qui paret imperio, ciuis eſt: nõ [40] eadẽ ſimpliciter & abſolutè fuerit ciuis & uiri uirtus, cuiuſ[41]dam tamen alicuius ciuis. Nõ [42] enim eade eſt eius, qui ciuitati præeſt, & ciuis. Atq; [43] idcirco fortaſſe Iaſon ſe dicebat eſurire, quòd non regnaret, tanquã priuatus eſſe neſciens. Veruntamen [44] laudatur ſane poſſe & imperare & imperio parere. tum [45] probi & ſpectati ciuis eſt poſſe & imperio benè præeſſe & imperio rectè parẽre. Si [46] igitur boni quidẽ uiri uirtutẽ ad imperandum aptã eſſe ponimus, boni, [47] ciuis autem ad imperandum. & parendum: non [48] fuerit utrunq; ſimiliter laudabile. [48] Quoniã igitur interdum utrunq; horum uidetur, nempe & nõ eadem eum, qui præeſt: eumq;, qui paret imperio, diſcere oportere, & ciuem utrunq; ſcire oportere, tum præeſſe, tũ imperio parẽre, atq; utriuſq; participem eſſe debere, hæc ex iis, quæ iam dicentur, intelligere licet. Eſt [49] enim imperium aliquod domini proprium, quod ſuprà herile appellamus. (hoc [50] dico, quod uerſatur in iis, quæ neceſſaria dicuntur: quæ ſcire facere eum, qui ciuitati præeſt, neceſſe non eſt, ſed [51] uti potius) altera [52] res uerò etiã mancipijs conuenit: dico [53] autẽ rẽ alteram, operas præſtare ſeruiles, & officiorum humilium adminiſtrum eſſe poſſe. Seruorum autem genera plura eſſe dicimus: opera enim ſunt plures. Vnum [54] genus eſt eorum, qui operarij & opifices dicuntur à Latinis, a Græcis chernetes: hi aũt ſunt, quemadmodum & nomen ſignificat, qui manibus uitã tolerant, quibusq; uictũ manus ſuppeditãt: in [55] quib. eſt illiberalis

tifex eſt. Quapropter [56] apud nonnullos antiquitùs participes nõ erant opifices magiſtratuum, antequã poſtremus populus exiſteret. Opera [57] igitur eorum, qui ſic parent, non decet bonum, neq; ciuilem uirũ, neq; ciuem bonum diſcere, niſi [58] aliquando ſui proprijq; uſus cauſa. Ita [59] enim non amplius contingit fieri, hunc quidẽ dominum, hunc autem ſeruũ. Sed [60] eſt quoddã imperiũ, quo imperat paribus genere & liberis. Hoc enim dicimus eſſe ciuile imperiũ: quod [61] oportet, qui ipſum habet, parendo diſcere: ceu [62] curas præfecti equorum, præfecto equitum parẽdo: munus ducis obire, duci exercitus parendo, & centurioni parendo, & præfecto in inſidijs poſitorum militum. Quare [63] fertur hoc rectè, non poſſe quempiã bene imperare, qui nõ imperio paruerit. Horum [64] autẽ uirtus quidem diuerſa. Oportet [65] autem ciuem bonum ſcire & poſſe, & parêre & imperare: & hęc [66] uirtus eſt ciuis, imperiũ liberorum ſcire in utranq; partem: & [67] uiri iam boni eſt utrunq;. Etſi [68] diuerſum genus eſt temperantiæ ac iuſtitiæ utilis imperio. Etenim [69] ſubiecti imperio, liberi autem, planum eſt nõ poſſe unam boni uiri uirtutem eſſe, ceu iuſtitiã: ſed ſpecies habentem, per quas imperabit & parebit. Quemadmodũ [70] uiri & uxoris diuerſa eſt temperantia & fortitudo. Videretur [71] enim eſſe timidus uir, ſi ſic fortis eſſet, ut femina fortis: & [72] mulier loquax, ſi ſic modeſta eſſet, ut uir probus. Nam [73] rei familiaris cura diuerſa eſt uiri & uxoris. Huius [74] enim quærere, huius [75] autem tueri officium eſt. Prudẽtia [76] aũt ſola imperiũ habẽtis ꝓpria uirtus eſt. Cæteras [77] .n. uidetur neceſſe cõmunes & eorũ qui parẽt, & eorũ q imperant, eſſe. Eius [78] autẽ qui paret, non eſt utiq; uirtus prudẽtia, ſed [79] opinio uera. Eſt. n. qui paret, tanquam faber tibiarum: imperans autem, tibicen, qui utitur. Vtrum [80] igitur eadẽ uirtus uiri boni & ciuis ſtudioſi ſit, uel diuerſa: & [81] quomodo eadem, & quomodo diuerſa ſit, manifeſtum ex his.

ναυσος τεχνίτης ἐστί. διὸ [56] παρ' ἐνίοις οὐ μετεῖχον οἱ δημιουργοὶ τὸ παλαιὸν ἀρχῶν, πρὶν δῆμον γενέσθαι τὸν ἔσχατον. τὰ [57] μὲν οὖν ἔργα τῶν ἀρχομένων οὕτως, οὐ δεῖ τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ τὸν πολιτικὸν, οὐδὲ τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν μανθάνειν· εἰ [58] μή ποτε χρείας χάριν αὐτῷ πρὸς αὐτόν. οὐ [59] γὰρ ἔτι συμβαίνει γίνεσθαι, τὸν μὲν δεσπότην, τὸν δὲ δοῦλον· ἀλλ' [60] ἔστι τις ἀρχὴ, καθ' ἣν ἄρχει τῶν ὁμοίων τῷ γένει, καὶ τῶν ἐλευθέρων. ταύτην γὰρ λέγομεν εἶναι τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν. ἣν [61] δεῖ τὸν ἄρχοντα ἀρχόμενον μαθεῖν· οἷον [62] ἱππαρχεῖν ἱππαρχηθέντα, στρατηγεῖν στρατηγηθέντα, καὶ ταξιαρχήσαντα, καὶ λοχαγήσαντα. διὸ [63] λέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι, μὴ ἀρχθέντα. τούτων [64] δὲ ἀρετὴ μὲν ἑτέρα. δεῖ [65] δὲ τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν ἐπίστασθαι καὶ δύνασθαι, καὶ ἄρχεσθαι, καὶ ἄρχειν· καὶ [66] αὕτη ἀρετὴ πολίτου, τὸ τὴν τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴν ἐπίστασθαι ἐπ' ἀμφότερα· καὶ [67] ἀνδρὸς δὴ ἀγαθοῦ ἄμφω. καὶ [68] εἰ ἕτερον εἶδος σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ἀρχικῆς. καὶ [69] γὰρ ἀρχομένου μὲν, ἐλευθέρου δὲ, δῆλον ὅτι οὐ μία ἂν εἴη τοῦ ἀγαθοῦ ἀρετὴ, οἷον δικαιοσύνη, ἀλλ' εἴδη ἔχουσα, καθ' ἃ ἄρξει καὶ ἄρξεται. ὥσπερ [70] ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἑτέρα σωφροσύνη καὶ ἀνδρεία. δόξαι [71] γὰρ ἂν εἶναι δειλὸς ἀνὴρ, εἰ οὕτως ἀνδρεῖος εἴη, ὥσπερ γυνὴ ἀνδρεία· καὶ [72] γυνὴ λάλος, εἰ οὕτω κοσμία εἴη, ὥσπερ ὁ ἀνὴρ ὁ ἀγαθός. ἐπεὶ [73] καὶ οἰκονομία ἑτέρα ἀνδρὸς καὶ γυναικός· τοῦ [74] μὲν γὰρ κτᾶσθαι, τῆς [75] δὲ φυλάττειν, ἔργον ἐστίν. ἡ δὲ [76] φρόνησις ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη. τὰς [77] γὰρ ἄλλας ἔοικεν ἀναγκαῖον εἶναι κοινὰς καὶ τῶν ἀρχομένων καὶ τῶν ἀρχόντων. ἀρχομένου [78] δέ γε οὐκ ἔστιν ἀρετὴ φρόνησις, ἀλλὰ [79] δόξα ἀληθής. ὥσπερ αὐλοποιὸς γὰρ ὁ ἀρχόμενος· ὁ δ' ἄρχων αὐλητὴς, ὁ χρώμενος. πότερον [80] μὲν οὖν ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ πολίτου σπουδαίου, ἢ ἑτέρα· καὶ [81] πῶς ἡ αὐτὴ, καὶ πῶς ἑτέρα, φανερὸν ἐκ τούτων.

beralis & ſordidus artifex. Quocirca [56] apud quoſdã priſcis illis temporibus magiſtratuũ non erant participes opifices, antequam democratia extrema & deterrima extitiſſet. Opera [57] igitur et munera talium ciuium imperio ſubiectorum neq; uirum bonum, neq; hominẽ ad regendam ciuitatem idoneum, neq; bonum ciuem diſcere oportet, niſi [58] forte ſua ipſius cauſa, & ut aliquando ſibi ipſe utatur. Non [59] enim iam inter dominum & ſeruum intereſſet, neq; alius dominus, alius ſeruus eſſet. Verum [60] aliud eſt imperium, quod qui obtinet, ſimilibus genere & liberis hominibus imperat. Hoc enim ciuile imperium eſſe dicimus: quod [61] oportet enim, qui ciuitati praeſit, parendo imperio didiciſſe: uerbi [62] gratia, equitatui praeſſe debet, poſteaquam magiſtro ſeu praefecto equitum paruerit: & dux exercitus eſſe, poſtquam miles imperatorem ſecutus ſit: & poſtquam tribuno militum paruerit, & manipularis miles fuerit, tribunus militũ & manipuli ductor eſſe. Quapropter [63] dicitur hoc quoq; praeclare, non poſſe quenquam bene imperare, qui non paruerit. Horum [64] autẽ uirtus quidem diuerſa eſt. Sed [65] oportet bonũ ciuẽ & ſcire & poſſe tum imperio parêre, tum imperare: & [66] haec eius uirtus eſt, imperium liberorum ſcire in utranq; partem. Tum [67] uiri boni eſt utrumque: quamuis [68] ſpecie differat temperantia & iuſtitia eius, qui praeſt, propria, à temperantia & iuſtitia eius, qui pâret imperio. Eius [69] enim, qui ſub imperio eſt, & idem liber, in promtu eſt non poſſe eſſe unam uiri boni uirtutem: uerbi gratia, iuſtitiam: ſed eam duas formas habere, ex quibus imperabit, & imperio parebit. Quemadmodum [70] uiri & mulieris diuerſa temperantia & fortitudo eſt. Vir [71] enim ignauus eſſe uideatur, ſi ſit ita fortis, ut mulierem fortem eſſe decet: & [72] mulier loquax, ſi ſit ita temperans & modeſta, ut uir is, qui bonus eſt. Nã [73] & adminiſtratio rei familiaris alia eſt uiri, alia uxoris. Illius [74] enim munus eſt quaerere, huius [75] cuſtodire. Prudentia [76] autem, eius, qui praeſt, ſola uirtus propria eſt. Alias [77] enim, ut appâret, neceſſe eſt eſſe communes & imperio ſubiectorum, & imperantiũ. Eius [78] autem, qui ſub imperio eſt, uirtus non eſt prudentia; ſed opinio uera. Nam qui eſt ſub imperio, eſt [79] tãquam tibiarum opifex: qui praeſt autem, tanquam tibicen, qui tibijs utitur. Vtrum [80] igitur eadem ſit uirtus boni uiri & boni ciuis, an alia & diuerſa, et [81] quomodo ſit eadẽ, & quomodo diuerſa, ex his cognoſcere licet.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Sequitur autem ea.) Cùm oſtendiſſet quid ſit ciuis, de quo diſſeruit: nunc quærit, ſit'ne eadem uirtus probi uiri & boni ciuis laudeque digni, ſiue alia huic uirtus, alia uerò illum informet. hoc enim ut inueſtigetur, affirmat ſuſceptum ordinem ſcribendi requirere. Inquit igitur, Si, de quo ſubtiliter quæratur, hoc dignum eſt (ut ſanè ipſi uidetur) primùm oportet tenere uirtutem ciuis, ſaltem craſſo quodam modo: quod cùm factum fuerit, incumbemus toto animo in illas, abſolutos ambos in ſuo ſtudio, diſtinguendos. *Τυχῆς ζητεῖται* ualet, quod oſtendi: id eſt, ſi materia digna eſt, in quam ingenij neruos contendamus, & non eſt penitus ſcrupulus tenuis, quique moleſtus eſſe non poſsit.

Quemadmodum igitur) Vt melius ponat ante oculos eorum, qui legunt, ueritatem huius quæſtionis, faciliusq́; ipſos erudiat, utitur ſimili: cùm autem, quod illic uſuuenit, oſtenderit: idem etiam contingere in hac ipſa re declarabit. inquit igitur: Quemadmodum nauta unus quidam eſt eorum hominum, qui communiter tractant aliquid, ſociosq́ue habēt eius muneris, quod adminiſtrat: ita etiam ciuis. Quid autem in nautis ipſis fiat primùm, ſignificat: docetq́ue, quamuis non omnes unius ſint generis, ſed diſtincti uarietate officiorum, tamen cadere in ipſos unam eandemque definitionem, cùm ea ratione, qua nautæ dicti ſunt, attendantur, quæ communis eſt uniuerſis illis, ut cunctorum ipſorum communis cura ſit ſalus nauis, & ut illa rectum curſum conficiat. Singuli enim, inquit, nautæ deſiderio hoc flagrant, & ut id fiat, toto pectore laborant. nam ſuam propriamq; ſingulorum definitionem, & illam quidem maximè exquiſitam eſſe, quæ aperit uim facultatemq́ue ipſorum. Probare uerò uolens quod dicit, diuerſa eſſe nautarum propria officia, appellat ipſos ſuis nominibus: hunc enim remigem uocari dicit, alterum gubernatorem, alium itidem proretam: atque eodem pacto cæteros diuerſis nominibus. M. Cicero & ipſe in libello de Senectute uaria nautarum munera indicauit, quamuis ipſos nominibus factis muneribus illic oſtendendis nō nominarit: loquebatur autem illic de gubernatore, atque inquit. Quum alij malos ſcandant, alij per foros curſent, alij ſentinam exhauriant: ille autem clauum tenens, ſedeat in puppi. Cùm hac parte legeretur in omnibus & calamo exaratis & formis excuſis libris, *ὁμοίως δὲ καὶ κοινὸς* arbitratus ſum legendum *ὅμως δὲ*: quod erratum puto fluxiſſe ea ſimilitudine harum uocum, & quia extremam partem ipſarum moris eſt una deſcribere, quæ & ipſa in errorem traxerit parū accuratos librarios. Eodem autem pacto locutus eſt in 7. libro de Moribus ad Nicomachum, cùm de eadem penè re diſputaret. Fuit enim quidā, qui uicerat olympica certamina, uocatus communi omnium hominum nomine apud Græcos *ἄνθρωπος*, de quo dixit *ἐκείνῳ γὰρ ὁ κοινὸς λόγος τοῦ ἰδίου μικρῷ διέφερεν, ἀλλ' ὅμως ἕτερος ἦν*: nec n. ò infrà hoc ipſo in libro, *ὅμως ἄρχειν αὐτὸς τὸ τοῦ διανοητικοῦ συμφέρον*.

Eodem igitur pacto.) Hæc eſt redditio ſimilis. quod enim uſuuenire docuit in nautis, idem etiam contingere oſtendit in ciuibus, quod propoſitum ipſi fuit declarare. Inquit igitur, Eodem pacto ſe res habet in ciuibus: quorum, licet diſsimilium inter ſe exiſtentium, ſalus tamen communionis illius ſocietatisq́; publicæ commune officium eſt cunctorum: incumbunt enim in illam omnes toto animo, ſed longè alijs rationibus ac uijs. Neque enim unus aliquis aut alter, quamuis egregiè proprium ſuumq́ue opus adminiſtret, poteſt illam ſocietatem tueri: quemadmodum in naui remex ſolus, aut etiam cum eo, qui in prora manet, coniunctus, ſine gubernatore & cæteris poteſt incolumem nauem cuſtodire. Addit notem, quod deſiderabatur adhuc ad concludendum Communio autem, ciuium ſcilicet, eſt ſtatus ciuitatis, reipublicæq́; ipſa. Quapropter, inquit, neceſſe eſt uirtutem ciuis referre ad rempublicam: & quæ non ſeruit reipublicæ, neque ipſam adiuuat, exiſtimare non eſſe uirtutem propriam ciuis.

Si igitur ſunt plures) Oſtenderat oportere ciuem ornatum eſſe uirtute illa, quæ utilis eſt reipublicæ, ualetq́ue ad eam tuendam: quare addit nunc, cùm ſint plures ſpecies reipublicæ, non eſſe dubium, quin ſtudioſi ciuis una uirtus ſolaque non ſit, abſoluta inquam illa ac perfecta. Neque enim requiritur in rebuſp. imperfectis uitioſisq́; perfecta & integra uirtus: nedum enim ipſa illic fructum aliquem ferret, potius ualde obeſſet. Virum autem probum cōſtare plena perfectaque uirtute dicimus: & quin hoc in eo abſoluendo poſtuletur, non dubitamus. Quæ igitur reddit hunc perfectū ciuem in hac republica, non reddet illum utilem cæteris rebuſpublicis, cùm fines ipſarum diſsimiles ſint, ac ualde inter ſe diſcrepantes. Exempli cauſa, ciuis idoneus dominatui paucorum non eſt accommodatus ullam in partem ſtatuī multitudinis: eadem autem ratio reliquorum eſt. In extremo huius argumentationis commemorat, quid tunc à ſe factum ſit: ſeque docuiſſe uſuuenire poſſe, ut aliquis ciuis bonus ſit, laudeq́; dignus in proprio ipſius munere, qui tamen non teneat uirtutem eam, quæ facit, ut meritò aliquis uir probus dicatur.

Nec tamen non alio.) Docet alio argumento, non eſſe unam eandemq́ue uirtutem utilis reip. ciuis & probi uiri. inquit igitur, licere alicui, ſi non exquiſitè omninò, ſaltem inquirendi perſcrutandiq́; modo, alia quoque uia perſequi eandē rationem de optimo ſtatu ciuitatis. cuius argumenti ductus uiſq; omnis hæc eſt: Si enim fieri non poteſt, ut ex omnibus ſtudioſis exiſtentibus, conficiatur ciuitas, oportet tamen ſingulos ciues, quod requiritur ab illis, opus rectè conficere (id quod ſine uirtute nunquam obtinebitur: proprium namq; ipſius hoc munus eſt) quia, inquit, utique effici non poteſt, ut ciues cuncti ſimiles inter ſe ſint (neque enim conſtat ciuitas ex ſimilibus: diuerſis namq́ue officijs ciuium præſtandis neceſſariæ ſunt diſpares diuerſæq́ue naturæ & artes) ſequitur ut nullo pacto ſit una omnino uirtus ciuis ſtudioſi & probi uiri. quæ namque expectatur à ciue illi reip. utili, aliena ſæpè eſt à probo uiro.

Virtutem enim ſtudioſi.) His uerbis confirmat iudicium ſuum, explicatque concluſionem ipſam. inquit enim: Virtutē quidem ſtudioſi ciuis opus eſt in omnibus inueniri: aliter enim non eſſet ciuitas optima. Ciues namq; ſinguli in ſuis proprijſque muneribus obeundis abſoluti ſunt, qui reddunt ciuitatem optimam. Contrà autem, inquit, uirtus probi uiri fieri non poteſt, ut in omnib. ſit: niſi fortè neceſſe ſit, ut omnes probi ſint: nunc enim, quæ unum quempiam ipſorū ornat, omnes uno tenore ornabit. quod tamen in ſola rep. optima & undique perfecta, locum habet.

Præterea quia.) Hoc tertium argumentum eſt, quo idem probat. Eius uerò ſolum ac fundamentum eſt, ciuitatem cōſtare è diſsimilibus perſonis. inquit igitur: Quia è diſsimilibus concreta eſt ciuitas. Hoc autem etſi ſua ſponte ſatis apertum eſt, tamen inductione magis explanat, docetq́; idē uſuuenire in alijs multis rebus, quæ & ipſæ, ut hæ, coagmentatæ ſunt, ut ſcilicet cunctæ conflatæ ſint è diſsimilibus. Primùm autem docet, hoc in animali ita ſe habere exploratū eſſe, cùm concretum ſit ex animo & corpore: quæ res ſunt ualde diſsimiles inter ſe. inquit autem Statim, quia in animali plures aliæ compoſitiones ſunt, ſed prima ipſarum eſt, quòd animal iunctum eſt ex animo & corpore. Secunda quoque pars huius inductionis ſumta eſt ab homine: Vt enim animal ipſum iunctum eſſe dixit, ex animo & corpore: ita quoq; animum ipſum. Vt autem exemplum primum in omni animante uerum eſſe perſpicitur, ita ſecundum hoc in ſola illa, quæ homo uocatur, cùm tradat animum conſtare è ratione & appetitione, id eſt partibus expertibus rationis. ſolus enim mortalium particeps eſt rationis. Tranſit autem ex hoc ad res animi expertes: quarū prima eſt domus, quam conſtare dicit ex uiro & uxore, & ipſis diſparibus. Eodem pacto rem familiarem iunctam eſſe oſtendit ex ero, libero homine, & ſeruo, qui ſunt apertè diſsimiles inter ſe. Eodem igitur pacto ciuitatem affirmat, quod probare uoluit, concretam eſſe ex his omnibus, quas expoſuit, diſsimilitudinibus, & alijs iiſdem nonnullis diſsimilibus formis.

Neceſſe eſt non) Hæc eſt redditio ſuperioris primæ ſententiæ, quæ incœpit à particula *ἐπεί*. remota uerò eſt ab illa, multis in medium inculcatis ad eam conſtituendam. inquit igitur: Neceſſe eſt non unam eſſe ciuium omnium uirtutem. Concluſionem autem hanc totius rationis, quamuis iam confirmata foret, tamen illuſtrare adhuc uoluit eodem pacto, quo partes ipſius, id eſt ſimili. Inquit enim. Quemadmodum fieri uidemus in grege ſaltantium, diuerſisq́; perſonis chori. neque enim eadem uirtus eſt præcentoris, & illius, qui iuxta ipſum manet, ſed diuerſa: & quæ ornat perficitque priorem illum, non eſt idonea alteri illi expoliendo perficiendoq; in ſua parte reddendo *Κορυφαῖον* à Græcis uocari, qui in ſumma parte chori uerticeque collocatus eſt, ex nomine etiam apparet. unde in eo ſermone *μεταφορικῶς* appellabatur hoc nomine, qui dux princepsq́, foret in aliqua familia ſapientium aut arte. Quare M. Cicero inquit, Zenonē, non illum conditorem familiæ Stoicorum ducemq́ue, ſed alterum, ſolitum eſſe appellari à Philone coryphæum Epicureorum. Eodem etiam pacto Plutarchus aduerſus Colotem uocauit Stratonem *κορυφαιότατον* Peripateticorum Nam *χορευταὶ* cuncti communi nomine uocabantur, qui chorum conficerent, partemq; aliquam eius muneris ſuſtinerent: ut ex loco quodam Demoſthenis contra Midiam perſpicitur, qui eſt exemplum utriuſq; uocis: *εἰ τοῦ μὲν καὶ χορευτὰς ἰδὼ ἀλλ', καὶ ἵνα εἶπον χορευτὴν ἢ εἶς ἄλλου ἐχθρὸν τῆς φυλῆς κορυφαῖον*. Addit autem. Quapropter ſimpliciter, omnibuſq́; in rebuſpubli-

cit non eſſe utriuſque uirtutem eandem, planum factum eſt, inquit, noſtra diſputatione.

Sed nunquid aliquem.) Oſtendit ea ratione, qua ſolet, id eſt inquirendo, moreque de ueritate huius quæſtionis ſolliciti, inueniri quempiam, in quo eadem uirtus reperiatur, quæ exiſtit in probo uiro, quiq; ſimul uocari poſſit & probus homo & bonus ciuis. utitur autem ad hoc probandum ſententia hac, omnibus probata inquit enim. Nos ſumus bu- ius iudicij, ut uelimus omnino eum, qui imperium habet, ſi bonus eſt laudeq; dignus, in comunere obeundo & probū uirum eſſe & prudentem. Probum, quòd inquit, intelligit eum præditum uirtutibus morum. Alteram autem propoſitionem huic adiungit, neceſſe eſſe, ut qui uerſatur in republica, prudens ſit. aliter enim non poterit laudem ullam conſequi in eo ſtudio, neque præſtare quod debet. prudens igitur, id eſt peritus rerum ciuium, & qui rectè exiſtimare de illis ualeat.

Et diſciplinam ſtatim.) Valet hoc ad probandum, non eſſe omnino eandem uirtutem probi uiri & boni ciuis. Vtitur autem ſententia quorundam, qui affirmabant diſciplinam longè aliam eſſe debere priuati hominis, & eius, qui imperiū habeat, à principioque inſtitutionis aliter ipſius informari debere. Hoc enim ſignificare arbitror, quod inquit, εὐθύς, id eſt illicò. Confirmat autem hoc præter conſenſum eorum, quos indicauit, more & inſtituto regum, qui curat, ut ſui liberi diſcant regere equos, & omnem illam artem teneant, & bellicam etiam diſciplinam: quæ conſuetudo eorum nota eſt omnibus, & ante oculos poſita.

Et Euripides ait.) Adiungit duabus rationibus, quibus idem probarat, auctoritatem ſapientis poëtæ. Euripides enim in fabula quadam ſua, quæ uetuſtate perijt, induxerat (ut exiſtimare licet) principem uirum, qui reprehendebat quempiam, tradentem ſibi præcepta quædam, quæ ſanè forent eximia & cognitu pulcra, ſed nullam in partem apta accommodataque gubernandæ ciuitati. Quare iubet eum ipſis ſuperſedere, & exponere illa, unde fructum aliquem caperet ciuitas. ipſis namq; perſonā ſuā egere. Declarat autem ſententiam hanc eius tragici philoſophus, aperitque eum illis uerbis docere uoluiſſe, certam quandam eſſe propriamque ipſius diſciplinam principis uiri, & qui imperium in aliquos habet.

Si autem eadem eſt uirtus.) Hoc nouum eſt argumentum, quo idem probet, non eſſe inquam eandem uirtutem boni ciuis & probi uiri. Vtitur autem eo, quod iam demonſtratum eſt illo modo ſe habere: eſſe ſcilicet eandem uirtutem principis boni & uiri probi. Cui propoſitioni adiungit hanc, ciuem etiam eſſe, qui paret, & non ſolùm qui imperat. Sequitur igitur, ut ſimpliciter non ſit eadem uirtus ciuis & uiri: ſed tantùm certi cuiuſdam ciuis, id eſt eius, qui imperiū habet. concludens autem hoc ipſe, inquit: Non enim eadem eſt, uirtus ſcilicet, principis ac ciuis.

Et fortaſſe hac de cauſa.) Declarat uocem peruulgatam Iaſonis apud tragicum, ut ſuſpicari licet, qui Iaſon dixit, ſe non poſſe ferre deſiderium principatus, ſed ardenter cupere dominari. Arbitratur igitur Ariſtoteles, hāc uocem uim hāc habere, oſtenderéq; non potuiſſe illum priuatam uitam colere, neque didiciſſe diſciplinam propriam priuatorum hominum. Significaui olim alio loco me putare uocem hanc expreſſam fuiſſe à duobus Latinis hiſtoricis, Suetonio inquā ac Tacito, narrantibus uerſu hoc Græco increpuiſſe Tiberium imp. Agrippinam. quorum alter ita uertit illam: Ideo lædi, quia non regnaret. Vera notio Græcorum uerborum eſt: Eſurire, quando non dominaretur. propriè namque πεινῆν hoc ualet. quemadmodum ſanè ipſe quoque cepit hoc uerbum in 2 horum librorum, cùm cōtra Phaleam diſputaret. Sed tamen ab eo poeta trāſlatum ad aliud fuit, ualuitq; quod dixi, deſiderio confici. Non inſulſe putaret etiam aliquis editam ipſam fuiſſe ab Iaſone Theſſalo, uiro claro & præſtanti: cuius alia quoq; uox in ore eruditorū eſt, cùm fuerit uir cupidus gloriæ, atque in animo habuerit, præ ſeq; palàm tulerit, inferre bellum regi Perſarum, conariq; ſpoliare illum tam opulento regno: ut narrat Iſocrates in libro, quo Philippum Macedonem hortatur ad facinus hoc forte ac plenum laudis ſuſcipiendum. Multa de cōſilijs ipſius & auctoritate, quam haberet apud Græcos, memoriæ prodit Xenophon in vj libro de rebus Græcorum. Ipſe autem ille Iaſon, quicunque fuit, confeſſus eſt ſe parem non eſſe huic ardenti cupiditati ferendæ.

Atqui laudatur poſſe imperare.) Hoc poſitum eſt, aptum (ut uidetur) ad temptandam ſuperiorem ſententiam: quod tamen infrà refellit. inquit enim: Atqui laudi datur, uim tam & poteſtatem quempiam in ſe habere, ut ualeat imperare & parēre: & ciuis ſpectati uirtus nulla alia eſt, niſi poſſe & imperare & parēre rectè. quare inquit, Si ſtatuimus probi uiri uirtutem factam eſſe ad imperandum tantum, ciuis autem ad utrumque: planum eſt, non eſſe ambo hæc eodē pacto laudanda, ſed maiorem laudem conuenire ciui, quàm uiro bono, qui particeps eſt utriuſque.

Quia igitur aliquando.) Soluit nodum, quem moleſtum eſſe dixerat, primumque oſtendit, uideri aliquando ambo diſcere oportere eum, qui imperet, & eum, qui paret, non tamen eadem: ſtatimque adiungit, Ciuem uerò utraque ſcire debere: & participem eſſe utriuſque muneris, ea ijs, quę ſequuntur, affirmat poſſe cognoſci. quibus rebus exponendis ſtatim operam dat. Primum autem docet, quando minimè opus ſit utrumque tenere eum, qui imperium habet, ſed altero illorum contentum eſſe debeat. Cùm igitur primò dixit, quod certum ſolidumque eſſe mōſtrauit (hoc enim declarat particula οὖν, quam initio poſuit) quia quibuſdam temporibus ſiue rebus, uidetur tenere ambo oportere imperantem & parentem. intellexit ſeparatim, ut alter eorum hoc, alter uerò alterum nouerit. Vbi infrà de ciue loquitur, libri calamo exarati, pro ἀμφότερα habent ἀμφοτέρων: quam lectionem confirmat uetus tralatio.

Eſt enim imperium.) Aperit quod ſit imperium illud, quod obſcurè ſignificarat: dicitq; extare genus quoddam imperij herile uocatum, quod exercet erus in ſeruos. In quo genere imperij minimè neceſſe eſt cognita penitus habere eum, quæ præcipit ſeruis: ſed potius requiritur, ut ipſis, adminiſtratis ab illis, uti ſciat, & ad ſuas utilitates transferre: cùm alterum, id eſt facere illa, ut ipſemet infrà interpretatur, ſit humile nimis ac mancipij proprium. Vales autē illic ... uim & poteſtatem eam in ſe habere, ut ſciat illa tractare. Nam quod inquit, ὑπηρετεῖν: oſtendit, hoc uerbo ſa nō ... prehendere, cùm honeſtus uir huiuſcemodi aliquid attingit ſui commodi cauſa (quod etiam infrà planius ſignificat) ſed tantùm, cùm ſeruit utilitatibus aliorum. Antiſthenes namque memoratur, cùm quidam ipſum miraretur, ſuis manibus per medium forum ſalſamentum ferre: dixiſſe, Mihi fero. Quæ autem miniſteria ſint, quæ intelligit, nemo ignorare poteſt.

Serui autem ſpecies.) Cùm ſeruorum meminerit, quorum miniſterijs operibuſque utuntur heri: exiſtimauit, rectum eſſe explicare, quot genera illorum ſint. inquit igitur, Seruorum multa genera eſſe. quod conſtituit a multitudine uarietateq; operum ipſorum, quæ manifeſtò plura ſunt. Ipſorum autem, ſeruorum ſcilicet, partem quandam eſſe dicit illos, qui Græco ſermone uocātur χερνῆτες: qui autem hi ſint, accuratè docet. Sed ea nomine etiam ipſo facile cuiuſmodi forent, cognoſci teſtatur. χερνῆτας enim eſſe inquit, uniuerſos illos, qui manu ſibi uictum quærunt: in ipſis autē eſſe, ſignificat etiam illum ac minutum opificem, qui ab iiſdem appellatur βάναυσος: cui nomen hoc impoſitum eſt, quia exercet artem, cuius tractatione corpus deterius fit. Quod ad nominis rationem facit, χερνῆτις uocata eſt mulier, quæ manibus uictum, id eſt net: qua uoce uſus fuit poeta xij. Iliadis in collatione hac, Ἀλλ᾽ ἔχον ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθής. inde autem χερνῆτες uocati ſunt, quos ſignificaui.

Quapropter apud nonnullos.) Hoc corollarij loco admonuit: quod tamen ualet ad declarandam tenuitatem horum opificum. inquit igitur: Quare, quia ſcilicet erant humiles admodum & ſordidi, in nonnullis ciuitatibus, in quibus etiam poteſtatem populus haberet, ſed correctam legibus, opifices antiquitùs non perueniebant ad honores, neque participes erant magiſtratuum ullorum. irrepſerunt autem, ut narrat, ad curas publicas, cùm exortus eſt multitudinis ſtatus poſtremus. nam ueteres etiam democratiæ reijciebant & ipſæ illos a gubernaculis ciuitatis.

Opera igitur horum.) Liberat his omnibus curis, qui imperium habeat in ciuitate: nec uult cogi eum hæc diſcere, quæ ſunt opera propria mancipiorum. & ut imperium habentem, ita etiam ciuem omnem, bonum quoque & laude dignū non patitur in tenuibus illis ſeruilibuſq; officijs occupari: excipit tamen, ſi quando ipſe ſui commodi uoluptatiſque cauſa huiuſcemodi aliquid molitur. Qui enim animi cauſa gerit, ut ibi tatibusue ſuis fruiens, non putatur facere quippiam indignum perſonæ ſua. Nam fortunati etiam homines & magni quidam reges memoriæ proditi ſunt incubuiſſe in huiuſcemodi quædam opera, & in illis fabricandis proprijs opificibus illorum non ceſſiſſe. In primis autem à ueteribus celebratur induſtria ſingularis, artificiumq; in hac re Demetrij regis, qui ea de cauſa Poliorcetes uocatus eſt. Ipſe

pſe namque machinas bellicas fabricabat & magnitudine & forma admirabiles, quæ hoſtibus etiam, quemadmodum metum meritò ingentem iniiciebant, ita etiam ob pulcritudinem elegantiamque operis ſimul uoluptatem. Cuius etiam conſilium laudatur, qui cùm à cotis propriis regum aliquorum diſcederet, non tempus terebat in ſtudiis leuioribus, & penitus tenuius à perſona tali (ut alij non pauci opulenti uiri & magni reges, cùm otium nacti erant, feciſſe, literis proditi ſunt) ſed ſimul ſe oblectabat, & in rebus, quæ fructum ipſi aliquando ferre poſſent in bello, ingeniū exercebat. Addit autem in extremo, Se deberet, qui regit, hæc diſcere, futurum eſſe, ut diſtingui non poſſit ſeruus ab ero.

Sed eſt quoddam imperium.) Vt iam docuit, non oportere ſcire regnantem in ſuperiore illo genere imperij, quæ parentium propria munera ſunt: ita contrà nunc oſtendit, inueniri quoddam imperij genus, in quo nequit, qui regit, rectè imperium exercere, niſi prius ipſe paruerit. Eſſe autē ipſum, inquit, quo aliquis imperat paribus genere & ingenuis hominibus, non ſeruis. Ponit autem exempla quædam huius imperij, appellatque præfectum equitum, ducem exercitus, centurionem, & qui milites in inſidiis poſitos regat: oſtenditque præfectum equitum non poſſe illius ſui muneris peritum fieri, niſi antea ipſe unus aliquis eorum equitum fuerit, qui obtemperarent alicui præfecto. quæ ratio ſit etiam reliquorum.

Quare fertur hoc rectè.) Confirmat iudicium ſuum peruulgata uoce, quem laudat: ea autem eſt. Non poſſe quempiā bene imperare, niſi illius ipſius generis prius imperia perpeſſus fuerit. Idem autē proſuſit Plato in 6. libro de Legibus, uſus exemplo poſteemi imperij. Neque enim, inquit, euaderet unquam dominus ullius pretij, qui nō antea ſeruiſſet. & M. Cicero in 3. itidem de Legibus, qui inquit: Nam & qui bene imperet, paruerit aliquando neceſſe eſt: & qui modeſtè paret, uidetur qui aliquando imperet dignus eſſe. Cum conſenſu ueterum ſcriptorum feratur Ageſilaus, rex Spartanorum, præter cæteros omnes, qui in ea ciuitate regnarunt, comis & humanus erga illos, qui imperio ipſius parerent, extitiſſe, putauit Plutarchus, atque hoc memoriæ prodidit, id factum fuiſſe, quia non rudis neque imperitus parendi ad imperium uenerat. Neque enim exiſtimabatur ad gradum eum honoris peruenturus, neque ad eam ſpem inſtitutus erat: habebat enim ante ſe, quibus hoc legibus magis conuenire uideretur. Addit autem noſter, quod hic facis: Horum autem uirtus eſt alia, eius inquam, qui bene imperat, & eius, qui bene paret: neque enim una eademque uirtus utrumque ornat.

Oportet autem ciuem) Non poſſe uocari bonum ciuem, qui alterum tātùm eorum teneat, affirmat: ſed neceſſe eſſe, ut utrumque didicerit, id eſt imperare & parere: nec didicerit tantùm, uerum etiam ui & poteſtate præditus ſit illorum efficiendorū, cùm res tulerit. Addit autem hanc eſſe uirtutem ciuis: laudiſque laudari eum, qui dicatur geminæ hac poteſtate præditus eſſe, ut ſcilicet in hoc genere imperij, quo aliquis ingenuis liberiſque hominibus imperat, ualeat & imperium exercere, & dicto audiens eſſe imperanti: & ut ciuis, ita etiam officium eſſe inquit probi uiri, rectè in utroque uerſari.

Etſi diuerſum genus.) Etſi alia eſt, inquit, diuerſaq́, ſpecies temperantiæ ac iuſtitiæ, quæ conuenit imperium habēti, propriáque eſt perſonæ illius. Etenim addit, quin alia ſit eius, qui paret, idemque liber eſt, dubitandum non eſt. Paret enim, non unā uiri uirtutem, cùm bonus ſit, exempli cauſa iuſtitia, uerùm diſtincta formis, cùm altera formarum illarum inſtruit illum ad imperandum, altera ad parendum. Quod autem contingit in hac, idem etiam uſuuenit in cæteris uirtutibus. Initio ſuperioris partis orientium ſcripti libri ab excuſis habent enim illi, ὡς ἀρχόμενος, quod admonuiſſe uolui, quia eſt obſcurior aditus eius ſententiæ. Si uerò ſequeremur hoc, oporteret extrinſecus ſumere, quæ perficiant ſententiam.

Videretur enim eſſe timidus.) Probat hoc ſimili, ſumitque ad id conſtituendum muliebre genus, cuius uirtutes planius intelliguntur diſcrepare à uirtutibus uirilis generis. Vt igitur genus diuerſum uariat uirtutes, ita diuerſam conditionem hominū fortunamq́, affirmat ipſas diſtinguere atque immutare. Primùm igitur docet, longè aliam fortitudinem eſſe, quæ expectatur à uiro, & quæ congruit mulieri. inquit enim, uir exiſtimaretur eſſe timidus, ſi fortis foret, ut mulier, quæ meritò fortis uocatur & eadem pacto mulier uideretur loquax, ſi foret ita moderata in ſermone, ut uir, qui laude dignus foret, modumque ſeruaret in ea re. magis enim decet temperantem eſſe feminam in loquendo, quàm uirum & quod laudi daretur uiro, uitio aſſine foret in muliere. λάλος autem legi debet, pro ἄλλως. quod corruptum erat. Sepulueda quoq; uidit hoc, ſubtiliter prorſus ac uere Κόσμιος adoleſcentem uocari, qui modeſtus ſit, moderateq́, ſe gerit in omni re, apertum eſt. huiuſcemodi enim ſeſta ornant ipſum. Silentium uerò magis requiri in muliere, quàm in uiro, omnes uiuerunt. unde etiam apud optimum tragicum ſententiæ loco dictum, ſilentium ornamentum laudemq́, adportare feminæ.

Nam res familiaris cura.) Confirmat idem alio ſimili. Vt enim modum alium eſſe docuit factorum honeſtorum in utroque genere, uirili uidelicet ac muliebri, & earum omnium rerum, quæ laudi tribuuntur: ita quoque domeſticarum curarum rationiſque eius, quæ pertinet ad rem familiarem augendam aut ſeruandam. Nam in ipſe quoq, diſtincta officia ſunt, cùm uiri proprium munus ſit rem quærere, mulieris uerò ipſam tueri.

Prudentia autem ſola) Non idem uſuuenire docet in prudentia ipſa, quod contingit in uirtutibus, quæ mores expoliunt, ut communis illa ſit eius qui imperet, & eius qui paret. Affirmat enim, prudentiam propriam eſſe imperium habētis, cùm morales communes ſint ambabus illis contrariis perſonis: nec poſſit ullo pacto, aut qui imperat, aut qui paret, penitus ipſis carere. Remouet igitur illam ab eo, qui dicto audiens eſſe debet, cùm tute uerſetur in regendo & gubernando. ac pro prudentia affirmat eum oportere præditum eſſe uera opinione, qua inſtructus commodè poterit munus ſuum obire. Oſtendit enim quę uera opinio, oportere eum obtemperare magiſtratui: & rationem etiam docebit ſingularum rerum, quæ mandatæ ipſi fuerint, adminiſtrandarum. Coniunxit Plato initio x. libri de Legibus ambas has eximias animi dotes: quas oderim à puero eamen putet, affirmet eum fortunatum eſſe, cui contigerit, ut ſenex ipſas adipiſcatur: nec tamen non primum gradum dignitatis & ipſe det prudentiæ. Locum autem eum Platonis expreſſit M. Cicero in v. de Finibus, cuius hæc uerba ſunt: Præclarè enim Plato beatum, cui etiam in ſenectute contigerit, ut ſapientiam uerasq́ue opiniones aſſequi poſſit. uertit igitur φρόνησιν ſapientiam, quæ tamen longè aliæ uirtutes ſunt: & εὐτυχῆ beatum, cùm uerbum Græcum oſtēdat, hoc eſſe quaſi fortunę donum. beatum enim philoſophi appellant εὐδαίμονα.

Eſt enim qui paret) Simili, quod dicit, illuſtrat, oſtenditque eum, qui paret, eſſe tanquam fabrum quendam tibiarum. contrà autem imperantem referre tibicinem ipſum, qui utitur tibiis. Tibicen namque mandat opifici tibiarum, quemadmodum uelit ſibi tibias fabricari, cùm ſit muſicus, & ſciat, quomodo illæ confectæ, ſuauem ſonum reddent: opifex uerò nouit quę præcepta tibicen moliri, cùm peritus ſit ſuæ artis, atque inſtrumenta illa rectè conficere didicerit. Vocabuntur autem iuncto nomine fabri tibiarum αὐλοποιοί, quemadmodum ſuprà ipſe appellauit ὀψοποιοὺς, qui opifices eſſent uelis illius, quod dicebatur ὄψον, proprij culinæ. Proditum memoriæ eſt, Iſocratis patrem, tenuem hominē, ſeruos multos habuiſſe αὐλοποιούς: ex quorum artificio atque opere familiam alebat, tantoſq; inde fructus capiebat, ut potuerit mercedem ſoluere doctoribus, qui filium erudirent, faceretque, ut ille ad tātam ingenij gloriam perueniſſet. Verus profectò pater, ac ſumme eo nomine laude dignus, qui contra oſtet patrimonij præſtitit, quod non pauci fortunati uiri ſæpè negligunt, ſumtus ullos facere in liberis honeſtis artibus inſtruendis.

Vtrum igitur eadem. Hæc breuis eſt repetitio eorum, quæ modò explicuit. Inquit enim, è ſuperiore diſputatione planum factum eſſe, utrùm eadem ſit uirtus probi uiri & boni ciuis, de quo quærebatur, an diuerſa. & quia illa non omnino eadem erat, neque penitus diuerſa, commemorat à ſe demonſtratum eſſe, quomodo eadem ſit, nec non quo pacto diuerſa.

ἀρετὴν.) Communiter ἀρετὴν pro quouis habitu perficiēte opus ſuum ſumunt. Operis boni bonus habitus, mali malus eſt habitus: uterq; tamen in ſuo genere perfectus, quoad opus quod inde prouenit.

εὐθὺς.) A primo ſtatim ortu & educatione.

οἱ τῶν βασιλέων υἱεῖς.) Quod Plato in Alcibiade teſtatur de Perſarum regibus, & Diodorus lib. r c 6 de Regib. Aegyptiorum.

ἱππικὴν ἢ πολεμικὴν.) Alij legunt, ἢ πολεμικήν· ſed illud rectius, cùm utrunque tempus Reip. ſuam peculiarem uirtutem requirat.

Εὐριπίδης.) In fabula quadam Inducit principem uirum, reprehendentem quendam ſibi tradentem præcepta quædam, præclara quidem, ſed ad imperandum nihil conferentia.

Ἰάσων.) An Theſſalus ille, magni uir animi, ut ante Philippum quoq, Macedonem de inferendo regi Perſarum bello cogitaret.

cet. F diuerſa Lacedæmonij, cùm parêre tantùm legibus (quæ diſciplinæ fortitudinis primùm politicæ, inde bellicæ magiſtra fuit hanc uerò conſecuta eſt uictoria, uictoriam imperij propagatio) non autem imperare, multo ſanguine partum imperiũ retinere minimè potuêre. Id quod lib. 2. in Spartanæ Reip. examine docuimus.

πολίτου δοκεῖν.) Videtur planè, δοκεῖ μοι ἡ ἀρετὴ εἶναι, legendum.

οἱ χερνῆτες.) Qui manibus opus faciunt, handtwercksleut. χερνῆτις propriè mulier, quæ manibus νήθει, id eſt, net.

οἱ δημιουργοί.) In uetuſtis rebuſp. opifices non erant participes ἀρχῶν eximiè dictarum, hoc eſt poteſtatis cũ dignitate & auctoritate iunctæ: ſed tantum concionis ius habebant. Quod ipſum tamen ueluti baſin eſſe ἀρχῆς πολιτικῆς cap. 1. oſtẽſum eſt. An in genere ne concionis quidem ius opificib. olim communicatum fuiſſe innuit, ſed tacitè in repub. Athenienſi: pòſt uerò nimia licentia non tantùm ad concionem admiſſos fuiſſe, uerumetiam ad iudicia & ſenatum penetraſſe. Herod lib. 2. mechanicos apud Thraces, Scythas, Perſas & Lydos in ſummo eſſe contemtu teſtatur. Spartani ſimiliter & Corinthij, inprimis uerò Sybaritæ. Stoicorum princeps Zeno templa non eſſe ædificanda cenſebat, quòd opifices omnes βάναυσοι eſſent, & ſordidã hac arte profanari potius quàm commendari ſacra. Plut. de Stoicorum pugnis.

εἰ χ᾽ ἐν συμβάσει.) Quando quis non alteri, lucri cauſa, ſed ſibi ipſi, cauſa neceſſitatis, operam præſtat mechanicam, licet per ſe ſordida ſit, excuſatur neceſſitate naturæ. Sic quoque ſudorem abſtergere, capillos pectere, lignum detrahere, calceos inducere fuerat uile, ſed in proprio corpore neceſſarium. Tritum eſt, Neminem à proprijs ſordibus inſici. & Zeno cùm quod è foro obſonium mercatus, ferret, Nempe mihi ipſi reſpondit. Et Demetrius Poliorcetes ipſemet machinas bellicas & magnitudine & forma admirabiles conficiebat.

οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα.) Sic etiam Plato 6. de Legibus, & Cic. 3. de Legib. & rectè à Plut. annotatum ſcribit Victorius, Ageſilaum Spartanorum regem maximè comem & humanum fuiſſe erga ciues, quòd non imperitus parendi ad imperium perueniſſet.

ἡ γυνὴ κοσμία ᾖ.) Mulierem decet ſilentium: olrum licet modeſtum, non item: ut lib. 1. c. ult. n. 51. Ergo garrulo dicetur, ſi mittetur uiri boni in ſecundis ſermonibus modeſtiam. σωφροσύνη uox hic non propriè temperantiam, ſed popularitatem ſignificat.

δόξα ἀληθής.) Practica illa, non theorica. Lib. 6. Ethicorum Prudentiam non eſſe δόξαν oſtendit. Videtur ergo hic loqui ex opinione populari. Nam alioqui hæc ipſa, de quo hic agit, perſuaſio, Prudentiæ πρακτικῆς ſpecies eſſe uidetur.

HACTENVS in genere de Ciuibus et de Ciuitate: deinceps de Ciuibus in ſpecie agit. Et primùm de Ciue perfecto ſecundùm habitum perfectum uirtutis, à quo perfecta actio politica, in imperando & parendo poſita, prouenit. Quæſtionem de uirtute boni ciuis

- **Proponit** tum quoad
  - **Materiam**, *De qua re deinceps ſit agendum, nimirum Vtrum eadem ſit uirtus Viri boni & Ciuis boni. Num. 1.*
  - **Modum:** *Terminorũ ſcilicet declarationem præmittendam eſſe. Ex libris Ethicorum conſtat, quæ nam ſit uiri boni uirtus. At quænam ſit boni ciuis uirtus, non item. Voces proinde problematis obſcuræ prius explicandæ ſunt, quàm ad quæſtionis deciſionem ueniamus. N. 2.*
- **Declarat.** Quæſtionem
  - **Secundariam**, de Boni ciuis uirtute, quænã ſit, tali ſyllogiſmo decidit:
    - **Ciuilis** *ſocietas eſt πολιτεία. N. 9.*
    - At ciuis uirtus ad ſalutem ciuilis ſocietatis refert omnia. Simili declarat. Nu. 3.
      - **Quemadmodũ** *nautarum ut nomina, ſic officia ſunt diuerſa, utpote gubernatoris, remigis, proræ præfecti, præfecti ancboris, uectis, rudẽtibus, armamẽtis & quidem ratio*
        - **Propria** *ſingulorum, ſingulis eximiè conueniens, eſt uirtus cuiuſq; propria, qua excellenter differt à reliquis omnibus, hic gubernaculum regendo, ille remos ducendo, tertius anchoras figendo N. 4.*
        - **Communis** *omnium, illis omnibus exæquo cõuenientes, eſt uirtus communis omnium, cuius actio eſt opus commune omnium. N. 5. Syllogiſmo declarat:*
          - **Id**, *ad quod omnes nautæ omnia referunt, omniũ eſt opus commune, quod à uirtute omnibus communi regitur & gubernatur.*
          - **At** *ad ſalutem nauis omnes, qui in naui ſunt, referũt omnia. Num. 7.*
          - **Ergo** *ſalus nauis omnium eſt commune opus, à communi omnib. uirtute pendẽs. N. 6.*
      - **Ita quoque** Ciuium
        - **Singulorum** *officia ſunt diſsimilia, & quædã cuiuſq; propria.*
        - **Omnium** *ſunt quædam communia & ſimilia officia in genere, nimirum ſalus ciuilis ſocietatis, in eo ſita, ut imperare & obedire norint, ut paulo pòſt docebitur. N. 8.*
    - **Ergo** *ciuis uirtus ad πολιτείαν refert omnia. N. 10.*
  - **Primariam**, *Vtrum eadem ſit cum uirtute boni uiri uirtus boni ciuis, deducit (ut ex collectione n. 81. intelligi poteſt) partim ex ſententia*
    - **Aliorum.** *Vide in ſequent. ſignum A a.*
    - **Sua.** *Vide in ſequentibus ſignum C c.*
- **Concludit:** *Hactenus ſcilicet actum eſſe ex ſententia*
  - **Aliorum**, *Vtrum eadem ſit uirtus uiri boni, & boni ciuis. Num. 80.*
  - **Sua**, *Quomodo eadem & quomodo diuerſa uiri boni & ciuis boni uirtus ſit. N. 81.*

- A a. Quæritur de uirtute uiri boni & boni ciuis, utrū eadem ſit uel
  - Simpliciter & uniuerſim, nimirum Vtrum in uniuerſum uir bonus & bonus ciuis idem ſint. Nō eſſe eandem uiri boni & boni ciuis uirtutem oſtēdit: tū ab ipſius ciuitatis
    - Forma, nimirum à Politia
      - Genere, qualiſcūq; ſit
        - Si plura Politiæ ſunt genera, non eadem eſſe poteſt uiri boni & ciuis boni in quaq; politia uirtus. N.11.
        - At illud eſſe, paulo pòſt oſtendetur.
        - Ergo & hoc erit. N.12.
      - Specie, à Politia ſcilicet optima, cuius ciuem non eſt neceſſe uirtute inſtructiſſimum eſſe
        - Connexi.
          - Antecedens biſurcatum. Si ciues optimæ reip.
            - Non omnes uiri boni eſſe debent, neq; poſſunt. N.14.
            - Omnes boni ciues eſſe debēt & poſſunt. Probatur:
              - Opus proprium à uirtute propria, ſecundùm quam bonus quis eſſe dicitur. N.16.
              - At Ciuis habet opus proprium, quatenus ciuis eſt. N.15.
              - Ergo Ciuis uirtutem habet propriā, ſecūdùm quam bonus eſſe dicitur.
          - Conſequens. Virtus profectò eadem non erit Viri boni & Ciuis boni in Repub. quantumuis optima.
        - Aſſumtum itidem biſurcatū. Atqui ciues omnes in optima rep.
          - Viros bonos eſſe, & ethica uirtute ſimiles, imo poſſibile eſt. N.17.
          - Ciues bonos eſſe, et neceſſariū eſt & poſſibile.
        - Cōcluſio. Ergo uirtus eadem non erit uiri boni & boni ciuis uel in optima rep. N.18. Declarat. Sed uirtus boni
          - Ciuis omnibus ciuibus neceſſariò inerit. N.19. Ratio à contrario. Nam niſi inſit omnibus, Reſpub. nō erit optima. Quā tamen nos & dari arbitramur, & tāquam ideam reliquarum conſtituimus. N.20.
          - Viri omnibus ciuibus nec neceſſariò inerit, neq; ineſſe poterit. N.21. Rationem ex præced. repetit. Nam uel in optima rep. ciues omnes uirtute ethica inſtructiſſimos eſſe, impoſſibile eſt. N.22.
    - Materia, nimirum à ciuibus, quoniā diſsimiles ſunt:
      - Diſsimilium eadem uirtus eſſe nequit.
      - At Ciues cuiuſcunq; Reip. diſsimiles ſunt. N.23. Similitudine declarat:
        - Quemadmodū in reliquis compoſitis, ea ex quibus componūtur, diſsimilia ſunt. V.G. in compoſito
          - Naturali, ut in
            - Animali, Corpus diuerſum ab Anima. N.24.
            - Homine, Ratio diuerſa ab Appetitu. N.25.
          - Voluntario, ut in ſocietate œconomica
            - Coniugali, Vir ab Vxore differt. N.26.
            - Herili, Dominus à Seruo diuerſus eſt. N.27.
        - Ita quoq; in compoſita ſocietate ciuili, quæ non tantùm ex prædictis (ex uiris nimirum & mulieribus, quā dimidiam partē ciuitatis Plato ſtatuit: ex liberis itē & ſeruis) uerumetiā ex multis alijs cōponitur (puta ex magiſtratib. ſubditis, nobilibus, plebeijs, militibus, opificibus) diuerſitatem dari manifeſtum eſt. N.28.
      - Ergo ciuium uirtus eadem eſſe nequit. N.29. Illuſtrat ſimili. Quemadmodū in choro eadem diuerſus eſt chori dux ab adſtite. N.30.
  - Secundū quid, uidelicet An quidam ciuis bonus & uir bonus idē ſint. Quæritur, Verū certæ alicuius Reip. ciuis, nimirū optimæ, eadē uirtute præditus ſit cū uiro bono. N.31. Quæſtionis huius
    - Occaſio ex diuerſis opinionib. aliorū nata. Quādoquidem alij arbitrantur uirtutem boni principis
      - Eandem eſſe cum uirtute uiri boni. Sic uulgò dicunt
        - Principem, qui rectè imperat, & bonum uirum & prudentem eſſe. N.33.
        - Politicum uirum, qui Reip. curam habet, prudentem eſſe debere: & per conſequens uirum bonum, cùm prudentia ſine uirtute eſſe nequeat. N.34.
      - Diuerſam eſſe à uirtute boni ciuis: quandoquidē inſtitutionē principis ab inſtitutione ciuis priuati diuerſam eſſe uident, & per conſequens etiam uirtutem, cum addiſcendæ ergò inſtituuntur. Num. 35. Quod ipſum
        - Exemplo probāt regiorum puerorum, qui in arte militari & ciuili inſtituūtur: ut illa quidem in bello, hac uerò in pace Rēp. gerere poſſint. N.36.
        - Auctoritate Euripidis confirmant, apud quem principis inſtitutionē ad ſolum uſum imperandi accommodatam quandam requirit. N.37.
    - Deciſio, ex aliorum itidem ſententia. Vide in ſeq. figuram B b.

- **Bb.** *Ex aliorum ſententia oſtēdit, Viri boni uirtutem & uirtute boni ciuis eandem nō eſſe tum reſpectu*
  - **Subiecti.** *In hūc modum ſyllogiſmus principes formetur:*
    - **Quæ** *diuerſis ſubiectis conueniunt, eadem non ſunt.*
    - **At boni** *uiri uirtus bono ciui*
      - **Non** *conuenit ſimpliciter, hoc eſt, omni, ut idē ſit uir bonus & ciuis bonus in uniuerſum. Syllogiſmi hypothetici*
        - **Sumtum** *habet*
          - **Antecedēs** *bifurcatum: Si*
            - **Eadē** *eſt boni principis et boni uiri uirtus.* N. 38.
            - **Ciuis** *appellatione non tantùm princeps, ſed & ſubditus comprehenditur.* N. 39.
          - **Conſequens:** *Profectò eadem non erit uiri boni & boni ciuis uirtus. Conſequētiæ neceſsitas ſic oſtendi poſſet:*
            - **Quod** *uni ſpeciei conuenit, non ſtatim toti generi conuenire debet.*
            - **At** *boni uiri uirtus uni ſpeciei ciuium, magiſtratui ſcilicet, conuenit.*
            - **Ergo** *non ſtatim toti generi, omnibus ſcilicet ciuibus, etiam ſubditis, conuenire dicenda.*
        - **Aſſumtum:** *Atqui uerum eſt antecedens. Nēpe quòd*
          - **Eadem** *ſit boni principis & boni uiri uirtus. Quandoquidē princeps exemplar uitæ ſubditis eſſe debet.*
          - **Ciuis** *appellatione & princeps & ſubditus comprehendatur.*
        - **Illatum:** *Ergo etiam conſequens erit uerum: Eandem ſcilicet non eſſe uiri boni & boni ciuis uirtutem ſimpliciter & uniuerſim.* N. 40.
      - **Conuenit** *ſecūdùm quid, hoc eſt, alicui bono ciui, principi nimirum, ratiocinatione ex præced. deducta:*
        - **Si** *non eadem eſt uirtus principis cum uirtute ciuis, neq; boni uiri uirtus eadem erit cum uirtute boni ciuis, ſed tantùm cum uirtute alicuius boni ciuis, principis nimirum.*
        - **At** *nō eſt eadem uirtus principis cum uirtute ciuis. Quod ex præced. patet.* N. 42. *Confirmat exemplo Iaſonis (an Pheræus ille eſt, Theſſalorum tyrannus?) qui ſame ſe confici dicebat, quòd non regnaret: quoniam uirtutem priuati ciuis, ueluti animam uitæ priuatæ, ignoraret.* N. 43.
        - **Ergo** *neq; boni uiri uirtus eadem erit cum uirtute boni ciuis in genere: ſed tantùm cum uirtute cuiuſdam boni ciuis, nimirū principis.* N. 41.
    - **Ergo** *boni uiri uirtus & boni ciuis uirtus non eſt eadem.*
  - **Adiectæ** *laudis. Eſto talis ſyllogiſmus princeps:*
    - **Virtutes,** *quæ non ſimiliter laudantur, non ſunt eadem.*
    - **At** *uirtus boni uiri & boni ciuis non ſimiliter laudantur. Probatur ſyllogiſmo hypothetico: Cuius*
      - **Sumtum,** *tale eſt:*
        - **Si** *uirtus boni*
          - **Viri** *eſt ἀρχικὸν, hoc eſt tota poſita in eo, ut præſit tum alijs, tum uerò ſibiypſi ſecūdùm rectam rationem.* N. 46.
          - **Ciuis** *eſt ἀρχικὸν ſimul & καθαρχικὸν, ut & imperare poſsit, quando & quibus oportet, & uiciſsim parêre.* Num. 47.
        - **Certè** *uirtus boni uiri & boni ciuis non æquali laude digna erit.* N. 48. *Sed altera magis, quæ ſcilicet difficilior aut illuſtrior erit, altera minus.*
      - **Aſſumtum** *ſic ſe habet: Atqui uirtus boni*
        - **Viri** *eſt ἀρχικὸν. Quod & ratio docet (ſi ἀρχὴν generatim ſumas pro imperio in alios, multo magis in partē ſuipſius inferiorem, in qua affectus reſident) & auctoritas aliorum, ſuprà n. 38. propoſita.*
        - **Ciuis** *eſt ἀρχικὸν ſimul & καθαρχικὸν. Demonſtrat:*
          - **Actiones** *ciuis laudabiles à uirtute ciuis proueniunt.*
          - **At** *& imperare & imperio, parêre poſſe actiones ſunt ciuis laudabiles.* N. 44.
          - **Ergo** *imperare & imperio parêre noſſe, à uirtute ciuis proueniunt.* N. 45.
      - **Illatum:** *Ergo uirtus uiri & boni ciuis non eſt æquali laude digna.*
    - **Ergo** *uirtus boni uiri & boni ciuis non eſt eadem.*

C c.

Cùm hactenus aliorum placita ſequendo cõſtiterit, uirtutem principis & ſubditi eſſe diuerſam, illum imperare, hunc parẽre: & tamen uideatur utrunq; utriuſq; cognitionẽ habere debere (uti poſt n. 63.) conſtiterit quoq; ad ciuem bonum utrunq; pertinere: ueritas horum deinceps ex noſtra ſententia explicanda erit. N. 48. Quandoquidẽ igitur is qui præeſt, primas in Repub. obtinet, & primarius ciuis eſt (uti is qui paret ſecundarius: hunc ἀρχόμενον, illum ἄρχοντα πολιτικὸν cap. ſeq. n. 20. appellat) quænam ſit & ἀρχὴ & ἀρετὴ illius uidendum, ut de altero illo conſtet, quomodo ſcilicet uirtus boni principis cũ uirtute ciuis boni, & ſubditi boni, adeoq; in uniuerſum boni uiri, cõueniat. Cùm igitur Ἄρχων ab ἀρχῆς nomen habeat: ἀρχὴ autẽ actio ſit, ab habitu proueniens, quẽ uirtutem appellãt: conſideranda erit politica

- ἀρχὴ. Imperium in ſubditos exercetur uel tã quam in
  - Seruos, & δεσποτικὴ ἀρχὴ dicitur. N. 49. Hanc ergo ἀρχὴν non eam eſſe, cuius uirtutẽ hîc inquirimus, oſtendit tum in
    - Genere. Virtutem principis, qua præeſt ſubditis, tanquam ſeruis publicis, nõ ponimus uel in operum ſeruilium
      - Sciẽtia, ut ſciat quomodo illa facere oporteat. Nam ſciẽtia hæc ἀρετὴ non est principi uiro
        - Per ſe non cõuenit, quatenus princeps: neque enim præeſt illis ut ſeruis, hoc uel illud opus facientibus, ſed ut ciuib. N. 50.
        - Per accidens cõuenit, quatenus ſcilicet homo eſt, et operib. hiſce indiget. Nã ad hoc, ut hiſce commodè & opportunè utatur, ſciẽtia eorundem faciendorũ aliquid conferet. N. 51.
      - Exercitio & διακονία, ſiue ὑπηρεσία, cùm hæc planè illiberalis ſit, & ingenuo ciue, nedum principe uiro, indigna. N. 52.
    - Specie, reſpectu ſingulorum operum ſeruilium, quæ uaria ſunt, à quibus etiam ſeruorum differentiæ ſumuntur. N. 53. Exempli cauſa ſpeciem unam adducit mechanicorum operũ, & oſtendit il lorum
      - Exercitationem, eorum quos χερνῆτας, hoc eſt, manuũ opera uictitantes appellant, propriam, ſeruilem eſſe. Nu. 54. Sub his autem comprehendit etiam Artifices quoslibet mechanicos, etſi ex arte uictum non quærant cùm non profeſſione & affectu, ſed fine tantùm accidentali, lucro ſcilicet, differant à prioribus. N. 55. Illiberales autem omnes eſſe mechanicas hoc ſigno oſtendit, quòd in uetuſtis quibuſdam rebusp. licet Democraticis opifices ad magiſtratus non admittebantur, nec quilibet δῆμος Remp. conſtituebat, ſed liberalis tantùm exercitij hominum. Poſtea uerò etiam abiectiſſ. & ſordidiſſ. exercitijs deditis, δήμου nomine comprehenſi, infimam & abiectiſſ. Democratiæ ſpeciem conſtituerunt. N. 56.
      - Cognitionem & uiro bono et uiro politico et ciui bono
        - Per ſe non conuenire, cùm iccirco non ſit futurus melior. N. 57.
        - Per accidens cõuenire, uſus ſui cauſa, nõ ut bonus euadat, ſed ut rebus ad uitã neceſſarijs rectius proſpiciat. N. 58. Neq; enim ſordida eſt ars, qua quis ſuæ neceſſitatis cauſa ſibi, ſed quæ quæſtus nomine alijs inſeruit. Cùm ergo hic idẽ ſit & agens & patiens, ut quã maximè ſeruilia opera faciat, tamen quia non alijs ſed ſibiipſi ea facit (neq; enim ut ſeruus alterius domini facit, ſed idẽ eſt qui ſeruit, & cui ſeruit, eademq; eſt ſerui & domini perſona, licet reſpectu diuerſo) pro illiberali & ſeruili cognitio iſta haberi non debet. Nu. 59. Sic lib. 1. Polit. c. x χρηματιστικὴν γεῶργ uiro politico χρήσεως cauſa conceſſit.
  - Liberos, ciuſdem generis & conditionis. Et πολιτικὴ ἀρχὴ dicitur, de qua nos hîc loquimur, eiusq; uirtutem inquirimus. N. 60. Quam ipſam
    - Explicat Ἄρχων ἀρχῆς hanc ἀρχόμενος, Parẽdo alieno imperio diſcet imperare alijs. N. 61. V. G. ſi eques præfecto equitatus obedire rectè didicerit, ipſe etiam aliquando equitatui præeſſe poterit: miles qui ταξιαρχεῖ, qui λοχαγεῖ, qui ταξιαρχεῖ, qui χιλιαρχεῖ, qui μυριαρχεῖ parẽre didicerit, ipſe etiam aliquando imperator bonus erit. N. 62.
    - Confirmat uulgato prouerbio: Benè nunquam imperabit, qui alieno imperio non fuerit ſubiectus. N. 63.
- ἀρετὴ, utrũ cũ uiri boni uirtute eadẽ, an diuerſa ſit: & quomodo eadẽ ſit, uel diuerſa, Vide ſeq. fig. D d.

- **D d. Virtus uero uni in**
  - **Genere conſiderata**
    - **Abſque** *comparatione uiri boni, reſpectu ſcilicet perſonarum, quæ uel imperant ſubditis, uel parent magiſtratui, duum eſt generum: altera principum, altera ſubditorum.* N.64.
    - **Comparatione** *uiri boni, ſic cum uirtute ciuilis in*
      - **Genere** *quidem conuenit, tali ratiocinatione:*
        - **Viri** *boni uirtus in eo poſita eſt, ut rectè imperet, & rectè pareat, cùm in eo totus ſit, ut rationi appetitum ſubiiciat, & parère cogat.*
        - **Ciuis** *itidem boni uirtus in eo ſita eſt, ut rectè imperet & rectè pareat. Oſtenditur*
          - **Quæ** *functiones ſunt boni ciuis, in iis uirtus illius poſita eſt.*
          - **At** *functiones ciuis ſunt imperare & imperio parère.* N.65.
          - **Ergo** *in iiſdem uirtus illius ſita eſt.* Num. 66.
        - **Ergo** *ciuis boni uirtus, eſt uiri boni uirtus.*
      - **Specie** *uerò diſcrepat, ut alia ſit V. G. ſpecies iuſtitiæ & temperantiæ principis, alia uiri boni: illa certam ſpeciem, hæc totum genus complectitur.* Num.68.
  - **Specie,** *pro ciuium diuerſitate uariat. Quod ipſum &*
    - **Demonſtrat** *exemplis Politicæ*
      - **Iuſtitiæ,** *per ſimilitudinem:*
        - **Quemadmodum** *in Oeconomico imperio alia eſt*
          - **Temperãtia** *& Fortitudo uiri quàm mulieris.* N.70. *Etenim quoad*
            - **Fortitudinem,** *Vir timidus iudicabitur, ſi ita ſit fortis ut mulier.* N.71. *Mulier ecõtrà audax, ſi uirilem fortitudinem exprimat.*
            - **Temperantiam,** *Mulier intẽperãtis linguæ iudicabitur, ſi ſermone ità ſit libera, quã uir bonus.* N.72.
          - **Prudentia** *œconomica uiri quàm mulieris.* N.73. *Nimirum prudentia ſpectatur*
            - **Viri** *in acquirendo.* N.74.
            - **Mulieris** *in conſeruando.* N.75.
        - **Ita** *quoq; in imperio politico alia atq; alia eſt Iuſtitia hominum liberorum, qui legibus ſubiiciuntur, & imperãdi & parendi uiciſſitudinem habent. Nam licet omnes legibus pareant, alia tamen ratio eſt uel unius & eiuſdem interdum quatenus aliis imperat, alia quatenus aliis paret.* Num.69.
      - **Prudẽtiæ.** *Requiritur enim in*
        - **Magiſtratu** *Prudentia tum in deliberando de agendis, tum in iudicando de actis.* N.76. *Vti etiam & homini, ut homo eſt, propriè conuenit Ratiocinari: Reliquæ functiones ita homini cum reliquis animalibus communes ſunt, ut reliquæ uirtutes magiſtratui etiam cum ſubditis cõmunes eſſe uidentur.* N.77.
        - **Subdito,** *non prudentia (eximiè dicta, opinione populari) ſed prudentiæ tantùm aſſenſio (& tamen ea ipſa quoq; prudentiæ ſpecies, [illegible] illum, non [illegible] id quod 6. Ethicorum docuit) quam δόξαν ἀληθῆ uocat, ut ueram opinionem habeat de iis quæ à magiſtratu decreta & iudicata ſunt, ea nimirum & prudenter & iuſtè decreta & iudicata eſſe.* N.78. *Hac enim perſuaſione ad obediendum promptiſſimus redditur. Sic in homine ea pars animæ, quæ affectibus obnoxia eſt, rationi rectæ parère tantùm debet, & eatenus λόγον ἔχον dicitur, nõ quia agit, ſed quia patitur. Vti primo Ethicorum cap. ult.*
    - **Illuſtrat** *ſimilitudine.* N.79.
      - **Quemadmodum** *tibiarum fabro ſua ars eſt, ut tibias, ex tibicinis præſcripto, conficiendi, quibus ille utatur: tibicini item ſua, præſcribendo, quales tibias eſſe oporteat, & ad uſum reuocando.*
      - **Ita** *quoq; ſua eſt prudentia & fides ſubdito, ſeſe ad nutum magiſtratus obedientẽ præſtare, ſibiq; perſuadere, illum non niſi iuſta & ſalutaria imperare poſſe: ſua quoq; etiã prudentia eſt magiſtratui, non niſi iuſta & ſalutaria imperare, nec obedientia ſubditorum abuti.*

CAPVT

CAPVT V.

Qui Ciues imperfecti ſint, oſtendit.

REſtat [1] aũt adhuc circa ciuẽ dubitatio quędã: uerè [2] .n. utrũ ciuis eſt, cui licet participi eſſe imperij, an [3] humiles etiam artifices ciues eſſe ponẽdũ ſit? Si [4] igitur & hos ciues eſſe ponendũ, quib. nũ licet puenire ad magiſtratus: fieri nõ poteſt, ut omnis ciuis huiuſcemodi uirt⁹ ſit. hic enim ciuis eſt. Si [5] aũt nullus huiuſcemodi hominũ ciuis eſt, in qua parte ponendus unuſquiſq;? Neq; [6] .n. inqoilinus, neq; [7] hoſpes. An [8] p hãc ration[em] nullũ dicemus euenire abſurdũ? Neq; [9] .n. ſerui eorum q[ue] [dict]a, q̃ dicta ſunt, neq; liberti. Hoc [10] .n. uerũ e[ſt], nõ cũctos habẽdos ciues, ſine qb. nõ utiq; eſſet ciuitas. Quia [11] neq; pueri eodẽ pacto ciues atq; uiri: ſed hi quidẽ ſimpliciter, hi aũt ex ſuppoſitione: ciues .n. ſunt, ſed im pfecti. Priſcis [12] quidẽ tẽporib. apud quoſdã opifices erant ſerui ſiue peregrini: quę cauſa eſt, ut [13] multi etiã nunc tales ſint. Optima [14] aũt ciuitas nõ faciet humilẽ artificẽ ciuẽ. Si [15] aũt etiã hic ciuis, pfectò ciuis uirtutẽ, quã tradidimus, dicẽdũ non oĩs: neq; [16] liberi ſolũ, ſed cunctorũ. qui ſunt ſoluti ab operib. neceſſarijs. E numero [17] aũt neceſſariorũ operum, q uni miniſtrant huiuſcemodi, ſerui ſunt: cõmunes [18] uerò, humiles artifices & operarij. Hinc [19] aũt perſpicuũ erit, ſi paulũ pręterea cõſiderauim⁹, quomodo ſe habet de ipſis. ipſum .n. cũ apparuit, planũ facit q̃d dictum eſt. Quia [20] enim plures ſunt reſpub. & ſpecies ciuis, neceſſe eſt plures eſſe, & maximè ciuis illius, qui paret. Quapropter [21] in quadã rep. humilẽ artificẽ neceſſe eſt & operariũ ciues eſſe. in [22] quibuſdã uerò impoſsibile: ceu, ſi qua eſt, quã uocãt ariſtocraticã, & in qua ex uirtute dãtur honores, & [ex] dignitate perſonarum. Nõ [23] enim uſu uenire poteſt, ut quæ uirtutis ſunt colat, qui uitam traducit in uilibus miniſterijs, ſordidusq; artifex eſt, atq; operarius. In [24] dominatib aũt paucorum operarium ſanè nõ contingit eſſe ciuem (à [25] cenſibus enim ma[g]nis ſunt participationes magiſtratuum) arti[fi]cem [26] aũt ſordidum contingit:

dite-

ΠΕΡῚ [1] δὲ τὸν πολίτην ἔτι λείπεταί τις τῶν ἀποριῶν. ὡς [2] ἀληθῶς γάρ, πότερον πολίτης ἐστίν, ᾧ κοινωνεῖν ἔξεστιν ἀρχῆς, ἢ [3] καὶ τοὺς βαναύσους πολίτας θετέον; εἰ [4] μὲν οὖν καὶ τούτους θετέον, οἷς μὴ μέτεστιν ἀρχῶν, οὐχ οἷόν τε παντὸς εἶναι πολίτου τὴν τοιαύτην ἀρετήν. οὗτος γὰρ πολίτης. εἰ [5] δὲ μηδεὶς τῶν τοιούτων πολίτης, ἐν τίνι μέρει θετέος ἕκαστος; οὐδὲ [6] γὰρ μέτοικος, οὐδὲ [7] ξένος. ἢ διά [8] γε τοῦτον τὸν λόγον, οὐδὲν φήσομεν συμβαίνειν ἄτοπον; οὐδὲ [9] γὰρ οἱ δοῦλοι τῶν εἰρημένων οὐδέν, οὐδ᾽ οἱ ἀπελεύθεροι. τοῦτο [10] γὰρ ἀληθές, ὡς οὐ πάντας θετέον πολίτας, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν εἴη πόλις. ἐπεὶ [11] οὐδ᾽ οἱ παῖδες ὡσαύτως πολῖται καὶ οἱ ἄνδρες· ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἁπλῶς. οἱ δ᾽ ἐξ ὑποθέσεως· πολῖται μὲν γάρ εἰσιν, ἀλλ᾽ ἀτελεῖς. ἐν [12] μὲν οὖν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις παρ᾽ ἐνίοις ἦν δοῦλον τὸ βάναυσον ἢ ξενικόν. διόπερ [13] οἱ πολλοὶ τοιοῦτοι καὶ νῦν. ἡ [14] δὲ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. εἰ δὲ [15] καὶ οὗτος πολίτης, ἀλλὰ πολίτου ἀρετὴν, ἣν εἴπομεν, λεκτέον οὐ παντὸς· οὐδ᾽ [16] ἐλευθέρου μόνον, ἀλλ᾽ ὅσοι τῶν ἔργων εἰσὶν ἀφειμένοι τῶν ἀναγκαίων. τῶν [17] δ᾽ ἀναγκαίων, οἱ μὲν ἑνὶ λειτουργοῦντες τὰ τοιαῦτα, δοῦλοι· οἱ [18] δὲ κοινῇ, βάναυσοι καὶ θῆτες. φανερὸν [19] δ᾽ ἐντεῦθεν, μικρὸν ἐπισκεψαμένοις, πῶς ἔχει περὶ αὐτῶν· αὐτὸ γὰρ φανὲν τὸ λεχθὲν ποιεῖ δῆλον. ἐπεὶ [20] γὰρ πλείους εἰσὶν αἱ πολιτεῖαι, καὶ εἴδη πολίτου ἀναγκαῖον εἶναι πλείω, καὶ μάλιστα τοῦ ἀρχομένου πολίτου. ὥστ᾽ [21] ἐν μὲν τινὶ πολιτείᾳ τὸν βάναυσον ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ τὸν θῆτα, πολίτας· ἐν [22] τισὶ δ᾽ ἀδύνατον, οἷον εἴ τίς ἐστιν, ἣν καλοῦσιν ἀριστοκρατικήν, καὶ ἐν ᾗ κατ᾽ ἀρετὴν αἱ τιμαὶ δίδονται, καὶ κατ᾽ ἀξίαν. οὐ [23] γὰρ οἷόν τ᾽ ἐπιτηδεῦσαι τὰ τῆς ἀρετῆς, ζῶντα βίον βάναυσον, ἢ θητικόν. ἐν [24] δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, θῆτα μὲν οὐκ ἐνδέχεται εἶναι πολίτην (ἀπὸ [25] τιμημάτων γὰρ μακρῶν αἱ μεθέξεις τῶν ἀρχῶν) βάναυσον [26] δ᾽ ἐνδέχεται.

πλου-

SEd [1] quod ad ciuem attinet, dubitatio quædam reliqua eſt, utrum [2] reuera ciuis ſit, qui magiſtratum capere poteſt, an [3] etiam ij, qui artem illiberalem & ſordidam exercent, ciues numerandi ſint. Si [4] igitur etiam ij, qui honorum non ſunt participes, ciues numerandi ſunt, fieri non poteſt, ut omnium ciuiũ talis ſit uirtus. hic enim ciuis eſt. Sin [5] horum nullus ciuis eſt: quo in loco, quoq; in numero quiſq; locãdus eſt? Neque [6] enim inquilinus, neq; [7] peregrinus eſt. An [8] propter hanc rationẽ nihil inde abſurdi effici dicemus? Nam [9] neq; ſerui, neque liberti quicquam eorum, quæ diximus, ſunt. Hoc [10] enim uerum eſt, non omnes in numero ciuium eſſe habendos, ſine quibus ciuitas non facile eſſe poſsit. Nam [11] ne pueri quidẽ eodem modo ſunt ciues, atq; uiri: ſed hi quidem ſimpliciter, illi autem ex conditione & cum adiectione. Sunt enim ciues quidem illi, ſed imperfecti. Priſcis [12] igitur temporibus apud nonnullos, opifices illiberales ac ſordidi aut peregrini aut ſerui erant. quocirca [13] etiã nunc plebs talis eſt. Optima [14] autem ciuitas non faciet artificem illiberalem ac ſordidum ciuem. Quòd [15] ſi etiam hic ciuis eſt, attamen uirtus ea, quam commemorauimus, dicenda eſt eſſe non cuiuslibet ciuis: nec [16] liberi tantum, ſed eorum, qui ab operibus neceſſarijs uacui ac ſoluti ſunt. Eorum [17] autem, qui operibus & muneribus neceſſarijs funguntur, ij qui uni funguntur, ſerui ſunt. qui [18] multis, & populo, ſordidi, ac mercenarij. Perſpicuum [19] autem nobis erit ex eo, quod iam dicemus, ſi paulo diligentius conſideremus, quomodo ea ſeſe habeãt. hoc ipſum enim in promtu poſitum, id, quod à nobis dictum eſt, declarat. Quoniam [20] enim plures ſunt reſp. adminiſtrandæ formæ, etiam ciuis genera ſint plura neceſſe eſt. & maxime eius ciuis, qui imperio pàret. Itaque [21] in aliqua reip. adminiſtrandæ forma artificem illiberalem, & mercenarium, ciues eſſe neceſſe eſt: in [22] aliquibus non poteſt fieri ut ſint. exempli gratia, ſi qua eſt, quam ariſtocraticam appellant Græci, Latini in qua optimates principatum obtinent, & in qua ex uirtute & dignitate honores deferuntur. Non [23] enim fieri poteſt, ut is, qui uitam colit illiberalem ac ſordidam, uitamq; mercenariam, in ea, quæ ſunt uirtutis, ſtudiũ con[ferat]. In [24] paucorum potentatibus autem, ut quidẽ mercenarius ſit ciuis, cõtingere nõ poteſt (na[m] [à] magno et amplo cenſu, magiſtratus impe[r]iaq; obtinentur) [a]t [26] aũt artifex illiberalis, poteſt:

plea

diteſcunt [27] enim multi artifices. Thebis [28] autem lex erat, qui ſe ſpatio decem annorum non abſtinuiſſet à foro rerum uenalium, non participare magiſtratu. In [29] multis autem rebuſpub. trahit pręterea ad ſe peregrinorũ lex. Qui [12] enim è fœmina ciue natus eſt, in quibuſdã ſtatibus, qui reguntur à multitudine, ciuis eſt. Eodem [11] autem modo ſe habent, quæ pertinẽt ad ſpurios apud multos. Veruntamẽ [12] quia propter penuriam uerorum ciuium faciũt ciues etiam tales (ob paucitatẽ enim hominum ſic utuntur legibus) poſtquam [31] nacti ſunt copiam turbæ huius, paulatim reijciunt primùm ortos è ſeruo & ſerua: deinde [14] eos, qui è fœminis: poſtremò [15] tantùm ciues faciunt, qui ex ambobus ipſis. Plures [16] igitur eſſe ſpecies ciuis, perſpicitur ex his: nécnõ [17] dici maximè ciuem eum, qui particeps eſt honorũ, quemadmodum [18] & Homerus cecinit:

Tanquam inhoneſtum quempiam erronemq́.

Veluti [19] .n. inquilinꝰ eſt, qui nõ particeps eſt honorum. Sed [42] ubi huiuſcemodi omne occultatum eſt, fallacię cauſa eorum, qui illic habitant, factum eſt. Vtrum [41] igitur diuerſam uel eãdem ponendum eſt, per quam uir bonus eſt, & ciuis ſtudioſus, patet ex his, quę dicta ſunt: cuiuſdam [42] quidem ciuitatis eundem, cuiuſdam autem diuerſum: & illum [43] nõ omnem, ſed ciuilem, & penes quẽ ſumma poteſtas ſit, ſiue poſsit eſſe, uel ſolum, uel cum alijs, curæ reipublicæ.

πλουτοῦσι [27] γὰρ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τεχνιτῶν. ἐν [28] Θήβαις δὲ νόμος ἦν τὸν δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεσχημένον τῆς ἀγορᾶς, μὴ μετέχειν ἀρχῆς. ἐν [29] πολλαῖς δὲ πολιτείαις προσεφέλκεται καὶ τῶν ξένων ὁ νόμος. ὁ [12] γὰρ ἐκ πολίτιδος, ἔν τισι δημοκρατίαις πολίτης ἐστί. τὸν [11] αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ τὰ περὶ τοὺς νόθους παρὰ πολλοῖς. οὐ [12] μὴν ἀλλ' ἐπεὶ δι' ἔνδειαν τῶν γνησίων πολιτῶν ποιοῦνται πολίτας τοὺς τοιούτους· διὰ γὰρ ὀλιγανθρωπίαν οὕτω χρῶνται τοῖς νόμοις· εὐποροῦντες [31] δ' ὄχλου, κατὰ μικρὸν παραιροῦνται τοὺς ἐκ δούλου πρῶτον, ἢ δούλης· εἶτα [14] τοὺς ἀπὸ γυναικῶν· τέλος [15] δὲ μόνον τοὺς ἐξ ἀμφοῖν αὐτῶν πολίτας ποιοῦσιν. ὅτι [30] μὲν οὖν εἴδη πλείω πολίτου, φανερὸν ἐκ τούτων· καὶ [17] ὅτι λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν, ὥσπερ [18] καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν·

—ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

ὥσπερ [19] μέτοικος γάρ ἐστιν, ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων. ἀλλ' [42] ὅπου τὸ τοιοῦτον ἐπικεκρυμμένον ἐστίν, ἀπάτης χάριν τῶν συνοικούντων ἐστίν. πότερον [41] μὲν οὖν ἑτέραν, ἢ τὴν αὐτὴν θετέον, καθ' ἣν ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι, καὶ πολίτης σπουδαῖος, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· ὅτι [42] τινὸς μὲν πόλεως, ὁ αὐτός, τινὸς δ' ἕτερος· κἀκεῖνος [41] οὐ πᾶς, ἀλλ' ὁ πολιτικὸς καὶ κύριος, ἢ δυνάμενος εἶναι κύριος, ἢ καθ' αὑτόν, ἢ μετ' ἄλλων, τῆς τῶν κοινῶν ἐπιμελείας.

plerīq; [27] enim artifices ſunt locupletes. Thebis [28] autem lex erat, ne, qui nõ decem annos perpetuos ſine ulla intermiſſione mercaturam in foro & tabernà facere deſyſſet, magiſtratũ capere poſſet. In [29] multis autem resp. adminiſtrãda generibus lex etiã peregrinos ad ciuitatem allicit atq; inuitat. Nam [12] qui ex matre ciue natus eſt, in nonnullis ciuitatibus, in quibus populus principatum obtinet, ciuis eſt: eademq; [11] apud multos ſpuriorum, & eorum, qui ex non iuſtis nuptijs procreati non ſunt, ratio eſt. Veruntamẽ [12] quoniam ciuiũ germanorũ penuria coacti tales homines ciues efficiunt (nam propter hominum paucitatem talibus legibus utuntur) ubi [13] primùm turba abundare cœperunt, paulatim de ciuitate circumcidunt atq; amputãt primùm eos, qui ex ſeruo, aut ancilla: deinde [14] eos, qui ex fœminis, non etiam e uiris ciuib. nati ſunt: atq; [15] ad extremũ eos duntaxat, qui ex utroq; parente ciue orti ſunt, ciues faciunt. Cùm [16] plura igitur ciuis eſſe genera ex his intelligere liceat, tum [17] etiam hoc, eum maximè dici ciuem, qui honorum eſt particeps, quemadmodum [18] & Homerus Achillem loquentem fecit:

Tanti ab eo factus, quanti aduena honoribus expers.

Eſt [19] enim tanquam inquilinus atque aduena, qui honorum particeps nõ eſt. Verùm [42] ubi hoc tale occultum atq; obſcurum eſt, ad fit eorum, qui unà habitant, fallendorum gratia. Vtrum [41] igitur alia, an eadem uirtus ſit habenda, ex qua uir bonus et bonus ciuis eſt, ex ijs, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt: & [42] alicuius ciuitatis eundem eſſe bonum ciuem & bonum uirum: alicuius alium ac diuerſum: illumq́; [43] non omnem, ſed eum, qui ciuitatis adminiſtrãdæ ſcientiam habeat, & penes quem reip. adminiſtrandæ ſit poteſtas, aut poſſit eſſe poteſtas, aut ſolum ac per ſe, aut cum alijs.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Reſtat autem adhuc.) Repetit unum eorum, de quibus uidebatur iam ſtatuiſſe, ſubtiliuſque quærit, an id ratum prorſus eſſe debeat. Hoc autem eſt, utrum ciuis ſolus habendus ſit, qui particeps ſit imperij, magiſtratumq; capere poſsit: an opifices ciã tenues ſordidique, non recepti ad publicos honores, collocandi ſint in numero ciuium. Aperit autem, quid impedire uideatur, ne aut hoc aut illud planè tenere poſsimus: ſunt enim quæ aduerſentur utrique ſententiæ.

Si igitur & hos ciues.) Primùm oſtendit quid incommodi ſequatur, ſi uelimus illos etiam, quibus non licet peruenire ad magiſtratus, humiles nimis minutoſque, ciues eſſe. neque enim omnis ciuis erit uirtus, quam modò diximus. hi namque ciues erunt, nec tamen imperij participes ſunt. Vnde præterea perſpicimus, luen poſitam eſſe hanc queſtionem, conuenireq; ipſam huic tempori. ſi namque hoc probaretur, falſa eſſet illa ſuperior deſcriptio. Quòd ſi, inquit, neminem horum opificum uolumus eſſe ciuem, premet nos difficultas alia, quid potiſsimum illis faciendum ſit, & in qua parte ipſi collocandi: nominat autem nonnullos, qui ſanè & ipſi in urbe uiſuntur, nec ciues ſunt, quos ſanè diuerſos eſſe conſtat, id eſt inquilinos ac peregrinos homines. Inquilini enim, cùm domicilia ſibi pararint ad certum ſpatium temporis, illic uiuunt: peregrini autem minore interuallo in aliena urbe degunt: opifices uerò ſæpe illic nati ſunt, at ſtatuerunt traducere uitam in ea ſedeue loco, & ũctaſq; ſe fortunas ſuas illic collocatas habent.

At per hanc rationem.) Diſſoluit facilè nodum, qui uidebatur moleſtus. Erat autem ille, in qua parte ciuitatis enumerandi forent opifices minuti, ſi nollemus eos eſſe ciues. inquit igitur, An reſpondebimus, nihil incommodi uiris ex hac ratione cõtingere, quæ non in his ſolùm, uerum etiam in alijs nonnullis generibus hominum, ut prorſus ciues non ſint, proſint tamen [illegible] miniſterijs ciuitati, ac neceſſarij ipſi ſint. quare idem uiuuenti in ſeruibus his artificibus dicamus. appellat uerò ſeruos & [illegible] bertos. Adſtat autem, quod quaſi ſolum ac fundamẽtum eſt huius rationis: ac profectò, ut tradit, uerum ac certum: Non omnes exiſtimandos ciues, ſine quibus ciuitas manere, & ſtatum ſuum tueri non poteſt.

Quandoquidem pueri.) Adſcit, quod iudicium ſuum comprobat. Qui namque magis propinqui ſunt naturæ ciuium, nec tamen adhuc [illegible] ciues: intelligit autem et nominat pueros. ſunt enim poteſtate ciues, ac futurum prorſus tẽpus eſt, cùm perfecti

ciues erunt: non tamen eodem pacto ciues ſunt, ut uiri. Oſtendit autem, quid diſcriminis uerſetur inter ipſos: dicitque alteros illorum, id eſt uiros, ſimpliciter eſſe ciues. Hi namque ſunt ueri ciues, qui poſſunt ſeruire reipublicę, ac muneca ciuis obire: alteros uerò cum conditione hac, cùm ad ætatem iuſtam peruenerint. Sunt enim illi inquit ciues, ſed imperfecti: ut uerè igitur id prolatum de ipſis ſit, neceſſaria eſt hæc appendix.

Priſcis quidem temporibus.) Quod ualet ad opinionem ipſius confirmandam, qui dixit, opifices non eſſe habendos ciues: narrat priſcis temporibus apud nonnullas gentes id genus hominum, quod ſcilicet ſordidas artes coleret, cõſtitiſſe è ſeruis aut cæteris hominibus, ac mancipia ſolita eſſe opera illa conficere. Romæ quoque has ferè artes tractabat idem genus mortalium, cùm ipſi aut in agro colendo, aut in militaribus ſtudijs occupati forent. Addidit autem noſter, quod quaſi ſignũ eſt ueræ ſuæ narrationis: Quare multi, ſcilicet opifices, tales etiam nunc ſunt, id eſt aut ſerui aut peregrini. Sunt igitur hi quaſi ueſtigium quoddam ueteris illius conſuetudinis.

Optima autem ciuitas.) Nouerat Ariſtoteles in genere quodam reipublicæ, id eſt illa, quæ regitur ab infima multitudine, hos etiam minutos opifices locum ciuis obtinere. Quare inquit, explicans ſuperiorem quæſtionem, optima ciuitas, id eſt ſtatus reipublicæ, qui meritò probetur, nunquam inducet in animum facere artifices ſordidos ciues. Quòd ſi inquit hos etiam cõcedimus eſſe ciues, tunc oportebit mutare ſuperiorem deſcriptionem boni ciuis, dicereq; non eam eſſe, quã oſtendimus, uirtuté cunctorũ ciuium: neque liberorum tantum, ſed eorũ ſolùm qui ſunt ſoluti operibus neceſſarijs uitæ ac uſibus. Neceſſaria enim illa uocata ſunt, quia ipſis carere non poſſumus ſine magno incõmodo: neque enim alia ullo bono cõmẽdantur.

E numero autem.) Diuidit hoc genus hominum, qui occupantur in neceſſarijs uitæ noſtræ miniſterijs, oſtenditque quoſdam ipſorum uocari ſeruos: hoſque eſſe, qui uni miniſtrant, & operam ſuam nauant, id eſt ero. quoſdam autem, qui non uni, ſed publicè ſeruiebant opifices atque operarios. Diſtincti autem hi erant: opifices enim ſeruiebant hic aliquo modo, qui operibus ipſorum egeriſſent, accepta mercede ſui laboris: ſcientia enim artium illarum in rebus illis conficiendis utebantur. Thetes & operarij labore potius corporis explebant eorum deſideria, & ad tempus definitum ſtudium ſuum illis locabant. Plutarchus in Solone, cùm de ordinibus, in quos diuiſerat ſapiens ille ciuitatem, loqueretur: meminit etiam huiuſmodi operariorum, quos & ipſe θῆτας appellat. habebant enim hi quoque ſuum locum ordinemque in ea republica. inquit igitur, Solonẽ in illa ſua rep. noluiſſe, ut hi magiſtratum ullum gererent: ſed tantùm permiſiſſe ipſis, ut in concionibus cogerentur, & cauſas iudicarent, ſolaque hæc duo ciuium munera obirent.

Hinc autem perſpicuum.) Pollicetur ſe omnem hinc caliginem diſcuſſurum, ueritatemque huius quæſtionis cognitum iri, ſi aliquantum ſtudij poſitum fuerit in rebus ſubtilius conſiderandis. Ipſum enim (addit, docens quomodo tam facile hoc obtineatur) planum factum, perſpicuum reddit apertũq;, quod modò dictum eſt. id eſt, ſi id, quod nunc non omnino clarum eſt, illuſtratum fuerit, lucem afferet huic rei, patefacietq; totum id, quod in ſe obſcuritatis omnino continet.

Quia enim plures.) Hinc ducit initium aperiendi eius, quod dixit. Vtitur autem ſententia certa, tanquam ſolido fundamento ſuæ probationis. inquit enim: Quia ſunt plures reſpublicæ, quæ ſcilicet ſpecie diſcrepant inter ſe (ciuem autem referri ad remp. eam, cuius eſt ciuis, apertum eſt) neceſſe eſt, ut ſint etiam plures ſpecies ciuis, præſertim qua ciuis illius, qui paret magiſtratibus, non autem imperium ipſe exercet. Is namque in diſſimilibus rebuſp. longè aliter ſe habet ad imperium habentem: etiam contrà, qui imperant, in omni ciuitatis genere fungantur illo munere. Quare, inquit, ſequitur, ut in quadam rep. humilis etiam artifex ſit ciuis, cùm liber ſit (hæc autem reſp. eſt, quæ in manu eſt multitudinis) & quemadmodum hic, ſordidam artẽ exercens, ita etiam qui mercede accepta ſingulis diebus operam ſuam alicui locat, & labore corporis ipſi ſeruit. nam is quoque, quamuis tenuis admodum, liber eſt.

In quibuſdam uerò impoſſibile.) In quibuſdam rebuſp. affirmat hoc uſuuenire non poſſe, ut ſcilicet opifex minutus aut operarius, ciuis locum obtineat: in primis autem in ea, quæ regitur ab optimis uiris, indeque uocata eſt, ſi alicubi, inquit, illa exiſtit. Intelligebat enim, non paucas magis appellari honeſto hoc nomine, quàm uerè ſint tales, cùm pauci illi, qui iniuſtè dominantur in aliqua ciuitate, ſe patrim optimates uocent. Quaſi autem declarare uolens, qualis eſſe deberet, addit: Et in qua rep. honores publici tribuuntur hominibus ſpectatæ uirtutis, & ex ipſorum animi dotibus honeſtiſque factis. Cauſam autem attulit, cur non poſſint peruenire ad honores in ea rep. illi, quos inde remouit. Non enim, inquit, licet incumbere in ſtudia uirtutis hominibus, qui uitam talem colunt: impediunt enim artes illæ, quæ requirunt, ut aſsidui ſint in ſuis tabernis, aut occupentur toto pectore in tenuibus miniſterijs, in quibus eſſe ipſos uolunt, qui eorum operam conduxerint, præbita mercede.

In dominatibus autem.) In dominatibus paucorum oſtendit, non omnino eodem pacto ſe rem habere. Cùm enim in diuitum poteſtate ſint, non eſt dubium quin in illis mercenarij homines non perueniant ad honores: ex minutis enim illis mercedibus nequeunt ita augere patrimonium, ut cenſus illius amplos conficiant. Dantur autem in eo genere reip. magiſtratus diuitibus: ſed tamen alteri illi, qui deijciuntur è ſtatu optimatum, ut expertes uirtutis, penetrare poſſunt in hunc ſtatum, ac ſæpe recipiuntur, id eſt opifices ſordidi. Diuitias enim, inquit, magnas multi adipiſcuntur, ſedulò exercentes has artes.

Thebis autem lex erat.) Quod facit ad confirmandum, quod modò dixit, oſtendit Thebis fuiſſe legẽ, quæ uetabat participẽ eſſe magiſtratus illum, qui non ſe abſtinuiſſet à foro rerum uenalium ſpatio decem annorum. Hanc autem iterauit in 6. horũ librorum nec tamen illic nominauit forum hoc, aut definitum tempus ſignificauit: ſed inquit, Thebanis hanc ipſam legem fuiſſe, ut qui non ſibi temperaſſet à miniſterijs ſordidis, non poſſet ciuis creari. earum autem potiſsimum lucri ille erat. Auctor ueteris tralationis in ſuo libro hic pro ἀρχῆς, habuit ἀρετῆς. reddidit enim Virtutis, mẽdoſe prorſus (niſi fallor) quod tamen admonere uolui, quia D. quoque Thomas hanc lectionem ſequitur: quã tamen, ut qui intelligebat nullo modo ipſam huic loco conuenire, quaſi corrigit: inquit enim, uirtute ſcilicet principatiua.

In multis autem rebuſp.) Contrà docet, quamuis bene inſtitutæ ciuitates depellant à gubernaculis opifices ſordidos & peregrinos: tamen inueniri non paucas, in quib. lex recipit, & quaſi ad ſe paulatim trahit peregrinum hominem. quomodo autem hoc fiat, docet. Conceduntur enim, inquit, leges illic, & inſtituta ciuitatis, ut qui natus ſit e femina ciue, ſit ciuis, ut ſcilicet filius ſequatur matrem, non patrem. Et hoc ſanè eſt, quod ſignificare uoluit diſertus doctor (ut arbitror) illo uerbo ἐπισπῶνται, cuius notio eſt, trahit & quaſi rapit ad ſe. eſt enim uſurpatũ hic ipſum agẽdi ſignificatu, ut cepit ipſum quoque Homerus, ſine altera præpoſitione tamen, ubi fecit Vlyſſem, inſtruentem filium ad necem procorum parandam, dicere: αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος: nec nõ Euripides in fabula, cuius index eſt Troades: quo loco induxit Andromacham loquentem cum Hecuba, honeſtaque ſua facta exponentem. Cùm autem, ut his quoq; duobus exemplis patuit, requirat hoc uerbum accuſandi caſum, in excuſis uerò & calamo exaratis ſcriptũ ſit patrio caſu multitudinis, τῶν ξένων (quã lectionem quoque confirmat uetus tralatio) arbitror intelligendum potius, quàm hic ſcribendum τινὰς, ut ſit loquendi proprius Atticorum modus, quemadmodum nos etiam ſæpe patrio ſermone loquimur. Fuiſſe autem ciuitates, quæ huc legib. permitterent, in poteſtate multitudinis collocatas, tradit. Hos autem, qui è matre tantùm ciue nati forent, pati ciuium munera obire: erat aliquo modo aditum patefacere peregrinis, ut ipſi quoq; paulatim ad irreperent.

Eodem autem modo ſe habent.) Vt oſtendit ſeruari in quibuſdã ciuitatibus, quæ reguntur à multitudine, ut qui ortus eſt è matre ciue, patre uerò peregrino, ſit ciuis: ita idem cuſtodiri apud multos populos inquit, de nothis & ſpurijs, ut ipſi quoque in numerum ciuium recipiantur. Addit autem, fontem aperiens horum legum & quaſi macularum, quæ irrepunt aliquando in ciuitates, uerùm: quia ob penuriam uerorum integrorumq; ciuium huiuſcemodi homines, & ita denique nati, patiũtur eſſe ciues. Originem autem huius erroris & quaſi flagitij magis adhuc demonſtrans, addidit, Propter paucitatem enim hominum utuntur his legibus. ſtatimq; abſoluit, quod inceperat: Cum illi populi, hoc quaſi remedio quodam uſi, obtinuerint eam copiam hominum, quam optabant, ciuitasque repleta eſt, paulatim incipiunt primùm eximere è numero ciuium eos, qui nati ſunt ex ſeruo patre, ſiue ancilla matre: deinde qui e mulieribus ciuibus orti ſunt, cùm parentes alteros peregrinos habuerint: tandem autem ad extremumque, inquit, eos ſolum relinquunt, uoluntque eſſe ciues, qui ex ambobus parentibus ciuibus nati ſint, cæteris omnibus inde exturbatis. Themiſtocles, clariſsimus in primis ciuis, memoriæ proditus eſt à Plutarcho hoc nomine laboraſſe: patrem enim habuit ciuem Athenienſem, matrem autem ancillam, aut certe peregrinam. Cùm autem mos eſſet Athenis, ut nomina talium ciuium in gymnaſio extra urbem, quod uocabatur Cynoſarges, notarentur: copiés

ille

illa hanc maculam eluere, ducto ſuorum manu nobilium adoleſcentium nomina cenſum omnium deleuit, quo facto non poteſſent amplius diſtingui ingenui à ſpurijs adulterinisque. Erat autem dicatum Herculi Cynoſarges, quia inter deos Hercules quaſi nothus erat, cùm ex patre immortali, mortali uerò matre natus eſſet. Idem etiam narrat in extremo uitæ Periclis, hunc, ſummum Athenis uirum, legẽ tuliſſe, ut ſoli ciues Athenienſes forent, qui ex ambobus parentibus Athenienſibus nati eſſent: quam tamen legem poſtea ipſe, cùm ueros filios amiſiſſet, peſtilẽtia mortuos, reſtaretq́; ipſi ſolus ex ancilla ortus, migrauit, concedente hoc ipſi populo, apud quem multum gratia ualebat, ut eum in phratoras ex more ſuæ reip. induceret.

Plures igitur eſſe ſpecies.) Repetit, ut ſolet, quod modò fecit. inquit enim, Ex ijs, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſſe, inueniri plures ſpecies ciuis: et eum maximè ciuem uocari debere illum, qui particeps eſt publicorum honorum. cuius etiam iudicij auctorem fuiſſe Homerum, qui fecit Achillem, cùm quereretur de graui iniuria, quam acceperat ab Agamemnone, dicere ſe tractatum fuiſſe ab eo, tanquam *ἀτίμητον* quendam, id eſt hominem expertem omnis publici honoris ac dignitatis: quod ille, cupidus in primis gloriæ, ferre nulla pacto poterat. Addit autẽ auctor, ciuitatibus illis, in quibus hæc quaſi certa norma ciuis accultata eſt, id factum fuiſſe aſtutè ac conſilio decipiendi tenues homines, qui illic habitant: ut ipſi quoque, quamuis reiecti à gubernaculis ciuitatis, ſe putarent eſſe ciues, cõtentique illic manerent: quod non facerent, ſi, ut uident ſe exturbari ab omni parte imperij, intelligerent etiam ſe non eſſe ciues. Verba quæ ſequuntur, Tanquam enim inquilinus eſt, qui non eſt particeps honoris: confirmant (ut arbitror) regulam illam, quam monſtrauit, ueram eſſe: eſſeq́; ceu peregrinum hominem, qui tamen illic domicilium habeat, omnem illum, qui uiuit in aliqua ciuitate, nec licet ei peruenire in republica, quæ illic eſt, ad ullam dignitatem. Verba poetæ, quæ hic citantur, plani uſuprà collocarẽtur, quo loco etiam poſita ipſa uidetur habuiſſe exempler ueteris tralationis: niſi aliquis putet, ipſa potius ſignificata fuiſſe ab auctore, quàm huc comportata, cùm ſint ualde nota: quæ tamen poſtea, cùm aliquis in margine collocarit, à librarijs huc inculcata fuerint, nec ſatis illa quidem aptè.

Vtrum igitur diuerſam.) Concludit quæſtionem hanc omnem, repetens breui quæ fecit. Inquit igitur, planum iam factũ eſſe ſuperiore diſputatione, de quo prius erat controuerſia magna, utrum diuerſam, ſiue eandem ſtatuendum ſit uirtutem ſcilicet eſſe, per quam uir probus eſt & ciuis bonus. Eſt enim cuiuſdam ciuitatis profectò idem, uir ſcilicet probus & utilis reip. ciuis: cuiuſdam uerò longè alius. Addit autem illius etiam ipſius ciuitatis, cuius idem ciuis recta ueraque laude ornatur, nõ omnem tamen talem eſſe, ſed tantùm eum, qui incumbit in rempublicam, & adeptus eſt imperium, aut peruenire aliquando poteſt ad curam adminiſtrationemq́; rerumpublicarum, ſiue ſolus, ſiue ſocios aliquos habens collegaſq́; eius muneris.

οὐδὲ γὰρ μέτοικοι.) Inquilinos, ab incolendo: etſi ius ciuitatis nõ habeat. Lyſias orator Athenis ciuitate donatus, inde rurſus eadem ſpoliatus, æquo nihilominus inter eum ciuibus reliquis uixit: ut cap. 1. ex Plut. notauimus.

ἐξ ὑπαρχόντων.) Lib. huius cap. 1. *ἐν ὀλιγαρχικῇ πολιτείᾳ* appellauit.

βαναύσους καὶ θῆτας.) Quorum in Rep. à Solone conſtituta Athenis, Plut. in eius uita mentionem facit, ſecundùm cenſum diuiſis in quatuor claſſes.

αὐτοὺς μικρὸν ἐπισκεψαμένοις.) Ex ijs quæ nunc ſubnectemus paulò diligẽtius conſideratis, conſtabit, uerò mechanici pro ciuibus ſint habendi: omnirum ſi uirtutem ciuis, in parendo & imperando poſitam, aſsidua exercitatione comparandam aſſequi queant.

τοῦ ἀρχομένου πολίτου.) Duæ ſpecies ciuis ſimplices, *ἄρχων*, & *ἀρχόμενος*. Tertia mixta, ì *ἄρχων* ſimul & *ἀρχόμενος*.

οὐ ζητοῦσι δή.) Quod ipſum etiam libro ſexto horum repetit.

ὁ γὰρ ἐκ πολιτικός.) Quod Germani dicunt, Ea ſchlecht der böſeren hand noch.

ἀποσφαλεῖσιν καὶ τοὺς ξένους.) *τινὰς* ſubintelligit Victorius.

τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον.) Scilicet quòd ex his quoque fiunt ciues, qui ex ciue una uel utroque, licet illegitimo thoro iunctis, nati ſunt.

ἄνευ τῶν ἀπὸ γονέων.) Pericles legem tulit, ut ſoli ciues Athenienſes forent, qui ex ambobus parentib. ciuib. nati eſſent. Quam legem poſtea ipſe, cùm ueros filios peſtilentia amiſiſſet, reſtaretq́; ipſi ſolus ex ancilla ortus, populi indulgentia mutauit, ut liceret ſibi nothum in phratoras introducere, teſte Plut.

ὡς τιμῆς καὶ ὁμηρος.) Verba ſunt Achillis apud Hom. Iliad. α. conquerentis de iniuria ſibi illata ab Agamemnone:

—— ὡς μ' ἀσυμφελλὸν ἐν ἀργείοισιν ἔρεξεν   ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

NVNC *de Imperfecto ciue, ſiue ſecundario, & impropriè dicto, qui non ab eſſentiali habitu imperandi & parendi (quæ prudentia & iuſtitia politica eſt) ſed ab externa aliqua communione deſumitur. Quem ipſum methodo problematica deducit. Quæſtionem namq; ueluti ex ſuperioribus natam*

- **Proponit** *κατὰ τὸ*
  - *ὅτι. Vtrum Imperij participem eſſe, de ratione eſſentiali ipſius ciuis*
    - **Sit,** *& ſic excludantur Mechanici. N. 1.*
    - **Non** *ſit, & ſic admittantur Mechanici. N. 2.*
  - *διότι. Vtrunq; enim dicere, abſurdũ uidetur. Nam ſi dicamus Imperij ſocietatem de ratione ciuis eſſentiali*
    - **Non** *eſſe, tota profectò ſuperioris cap. deciſio concidet, qua ciuis uirtutem in imperandi & parendi uiciſsitudine conſtituebamus. N. 3. Vt ratio uideatur talis:*
      - **Si** *uirtus imperandi eſt ciuilis uirtus, omni ciui conuenit.*
      - **At** *nunc non omni ciui conuenit. Non enim mechanico, quem tamen ciuem ſtatuimus, licet illi nec ſcientia nec otium ad imperandum ſuppetat. N. 4.*
      - **Ergo** *non eſt ciuilis uirtus.*
    - **Eſſe,** *ſequetur certè Mechanicum in numero ciuilinon eſſe habendum. At ſi ciuis non ſit, & tamen in ciuitate neq; ut peregrinus, neq; ut inquilinus uerſetur (Nõ ut peregrinus, quoniã ibi natus eſt. N. 7. Non ut inquilinus, quia licet particeps non ſit imperij cum ciuibus, et particeps eſt commodorum & priuilegiorum aliorum, ſolis ciuibus conceſſorum, quibus inquilini carent. N. 6.) cuius ergo generis erit? N. 5.*
- **Decidit.** *Vide ſeq. ſignum I.*
- **Concludit.** *Vide in ſequent. ſignum III.*

- **I. Quæſtionem deciditꝰ partim**
  - **Reſpondendo** *argumentis aliorum prædictis, quòd nihil abſurdi contingat, ex alterutra aſſertione. Nu.8. Mechanici enim pro ciuibus haberi*
    - **Nequeunt** *abſolutè, cùm ſint ſerui quodam publici, per ſimilitudinem*
      - **Quemadmodum** *ſerui non ſunt ciues, nec inquilini, nec peregrini, nihilominus tamen incolæ ſunt euſdem urbis.* N.9. *Per* Anthypophoram. *Neque enim eos ciues eſſe admittimus (ut quidam fortaſſe contendunt) ſine quibus ciuitas eſſe, & quibus carere poteſt.* N.10.,
      - **Ita quoq;** *mechanicis opificibus ceu ſeruis quibuſdam publicis (ſecundùm Platonem) ciuitas carere nequit, & incolæ ſaltem ſunt ciuitatum, ciues tamen non ſunt, nec inquilini, nec peregrini, in certo genere Reip. ut in Ariſtocratia & Oligarchia.*
    - **Poſſunt** *ſecundùm quid, per comparationẽ ſimiliteri*
      - **Quemadmodum** *pueri aliter ſunt ciues quàm ipſi uiri: hi quidem abſolutè & perfecti, hi uerò ſecundùm quid & ἐξ ὑποθέσεως, uel certè (ut ſuprà cap. 1. n. 20.) ἐν ὑποθέσει, nimirum imperfecti.* N.11.
      - **Ita quoq;** *Mechanici aliter ſunt ciues, quàm reliqui: hi nimirum qui imperij etiam ſunt participes, illi uerò quòd licet imperij expertes ſint, in Ariſtocratia & Oligarchia, liberi tamen ſunt, & reliquis commodis & incommodis participant.*
  - **Declarando.** Mechanici in ciuium numero
    - **Propriè** *nō ſunt habendi, cùm uirtus ciuis præced. cap. allata illis non conueniat, uti neque definitio cap. primo propoſita. Id quod exemplis oſtendit duobus, altero*
      - **Generali,** *Priſcarum rerumpub. in quibus mechanica exercitia ſeruis tantùm, aut liberis quidem, ſed peregrinis committebantur, quaſi ciues ea minimè decerent.* N.12. *Confirmat ſuæ quoque ætatis exemplis. Nam in pleriſque politijs mechanici etiamnum hodie uel ſerui ſunt, uel peregrini, ingenio ſaltem ſi non conditione ſeruili. Etſi in quibuſdam alijs, ut in Athenienſe repub. pro ciuibus habeantur.* N.13.
      - **Speciali** *optimæ conſtitutæ Reip. quæ nunquam in ciuium numerum acceperit mechanicos.* N.14.
    - **Impropriè** *ſunt habẽdi. Et tũc uirtus ciuis, quam præced. cap. conſtituimus, nō omni ciui, ſed alicui tantùm conueniet.* N. 15. *Quod ipſum*
      - **Proponit.** *Ciuis uirtus prædicta conuenit*
        - **Non** *ſeruo.*
        - **Sed** *libero: & huic rurſus non fortuita tantùm corporis libertate, ſed multo magis ſolida animi libertate fruenti, ut qui nullo ſordido & mechanico & ad neceſſaria uitæ munia pertinẽti ſtudio ſit addictus.* N. 16. *Diuiſione illuſtrat. Neceſſariorũ operum ad uitã ſuſtentandam profeſſio & tractatio etſi per ſe hominis liberi dignitate inferior eſt, tamen propter indigẽtiam neceſſaria eſt. Quando ergo obitur cauſa*
          - **Propria,** *ſic licet ſordida ſit, non tamen ſeruilis & mechanica erit cẽſenda, cùm non lucri uoluntarij ſed naturalis neceſſitatis cauſa fiat. Vti præced. cap. n.58.*
          - **Aliena** *& uel cauſa*
            - **Vnius** *alicuius, tanquam domini, Seruilis penitus eſt.* Num.17.
            - **Multorum,** *ſic* Mechanica *& Mercenaria eſt.* N.18.
      - **Ampliat.** *Ciuis uirtus prædicta nō cuiuſuis ciuis eſt, ſed perfecti tantùm & propriè dicti: cùm alij ciues imperfecti ſint, et impropriè ciuium appellationẽ mereantur. Quod ipſum ex ijs quæ nunc ſubijciemus manifeſtũ fiet.* N.19. *Ciuis pro diuerſitate Reipublicæ uariat, & quidem uarietate uel*
        - **Eſſentiali** *Ciuis præcipuum munus eſſe conſtituimus impe- rare, Proinde ciuis dicetur & erit*
          - **Propriè,** *ὁ ἄρχων, quem inſrà n 37. πάντα καλὸν appellat, quoniam uitæ ciuilis in imperando poſitæ particeps eſt, ſiue ſolus, ſiue cum alijs, pro natura te Reip. uerum.*
          - **Impropriè,** *ὁ ἀρχόμενος (uti n.21.) quatenus imperio magiſtratuum Paret.*
        - **Accidentali.** *Vide in ſeq ſignum II.*

- **II. Accidentalium differentiarum id** prius affert. Species ciuium pro uarietate Reip. uariant, cùm alij in alijs politijs pro ciuibus habeantur. N. 20. Sumuntur autem partim à
  - **Profeſsione.** Aut enim artem exercent
    - **Liberalem**, *libero homine & ciue dignam. Liberi ciuis ſtudia duûm generum. Alia per ſe homini, ut homo eſt, conueniunt, Virtutis ſcilicet exercitia omnigenæ, ſed practicæ in primis: cùm propter uirtutem homo ſit creatus. Alia per accidēs. Nam ut improborum audacia coerceatur, ſtudia militaria liberis hominibus conceduntur, prioribus illis tanto inferiora, quanto iraſcibilis animæ facultas à rationali uincitur.*
    - **Illiberalē & quæſtuariam uel**
      - *μισθαρνικῶς: cùm uel ex opero quæſtum faciāt paruum & diurnum, ut θῆτες, Mercenarij: uel ex opere, ut Mechanici reliqui. Qui quidē in alia Rep. pro ciuibus*
        - **Habentur.** N.21. *ut in Democratia.*
        - **Non habentur. Vt in**
          - **Ariſtocratia,** *nec mechanici nec mercenarij ciues eſſe poſſunt.* N.22. Ratio. *Nam cùm non uiſi optimi imperentiat tales euadāt uirtutis aſsiduæ exercitio: exercitatio autem uirtutis aſsidua in eos qui mechanicis occupantur, cadere nequeat: iure à magiſtratibus mechanicis arcentur: & per conſequens neq; pro ciuibus ueris ſunt habendi.* N.23.
          - **Oligargia** *ciues eſſe*
            - **Nequeunt** *Mercenarij.* N.24. Ratio. N.25.
            - **Poſſunt** *Mechanici facti diuites.* Num.26. *Quandoquidem ad maximas interdum opes perueniunt.* N.27.
      - *μεταβλητικῶς exercent, ut Mercatores: qui Thebis à magiſtratibus arcebantur, in alijs rebuſq; admittebantur.* N.28.
  - **Generē.** *Sic ciues uariant ex genere. Nā uel nati ſunt ex parentibus quo ad*
    - **Libertatem** *uel*
      - **Seruis.**
      - **Libertis, & Libertinis.**
      - **Liberis.**
    - **Societatem**
      - **Domeſticam** *uel iunctis thoro*
        - **Legitimo.**
        - **Illegitimo,** Nothi. N.31.
      - **Ciuilē** *peregrinis aut ciuibus.* N. 29. *parente nimirum uel*
        - **Vtroq;**
          - **Peregrino.**
          - **Ciue.**
        - **Altero** *tantùm, (quos Hybridas uocant) utputa uel*
          - **Matre** *ciue, patre peregrino. Sic in quibuſdam Democratijs.* N.30.
          - **Patre** *ciue, matre peregrina.*
- *deinde ſubiungit Nimirum non eſſentiales, ſed accidentales tantùm eſſe differentias haſce ciuium. Nam prædictos tales, utputa mechanicos, libertinos, nothos, matre ſola ciue natos, in magna incolarum*
  - **Paucitate,** *ad frequentandam urbem incolis, in ciuitatem accipere conſueuerūt. Nam cùm legitimis ciuibus (γνησίους) quales ea Respub. forma requirit, deſtituantur: quales poſſunt aſſumunt, μὴ γνησίους.* N.32.
  - **Frequentia,** *ut ſenſim à colluuie hac ciuitas liberetur, blanda quadam ratione eyciunt, legem promulgando, uti pro ciuibus tantùm habeantur quo ad*
    - **Profeſsionem,** *qui liberalibus tantùm exercitijs ſunt dediti. Vti Thebis excludebantur mercatores. Sic ſuprà n.*18.
    - **Ortum,** *qui nati ſint ex parentibus utriſq;*
      - **Liberis.** *Sic excluduntur Serui, & Liberti.* N.33.
      - **Legitimo** *thoro iunctis. Sic excluduntur Spurij.* N.34.
      - **Ciuibus.** N.35.

- III. Cõcludit diſſertationem de ciuium
  - Speciebus. Varias ſcilicet ciuium pro uarietate Rerump. ſpecies eſſe. N. 36. Et quidem Ciuẽ dici
    - Primariò eum, qui imperij particeps eſt. Nu. 37. Vti in corpore humano pars princeps eſt, à qua in reliquas partes motus, ſenſus, uita, alimonia influit. Quod ipſum cõfirmat è contrario, auctoritate Homeri Iliados ι. ubi μετανάστην ἀτίμητος uocat, inquilinum inhonoratum, utpote ab honoribus & magiſtratibus excluſum. N. 38.
    - Secundariò eum, qui licet ciuitatis incola ſit, & pro ciue habeatur, reuera tamen ciuis non eſt, ſed inquilinus potius, cùm in imperij ſocietatem non admittatur, licet cæterorum omnibus commodis & priuilegijs utatur fruaturq́;. N. 39. Per Anthypophoram illuſtrat. Obijciat quis: At in Oligarchijs & Ariſtocratijs hi ipſi nõ minus primarij ciues, quàm priores illi cenſentur, adeoq́; diſtinguunt ciues in ſubditos & magiſtratus, quòd horum ſit imperare, illorum parere tantùm. Reſpondet, hoc non ex rei natura prouenire, ſed dolo tantùm fieri eorum qui rerum potiuntur, ut hac ciuis appellatione ceu larua incolas in officio contineant, & ad præſentem Reip. ſtatum æquo animo ferendum inducant: cùm alioqui ſi reuera ſcirent ſe ciues non eſſe, propterea quia imperij participes non ſunt, ad res nouas animum uiderentur adhibituri. N. 40.
  - Virtute: partim eandem, partim diuerſam eſſe uirtutem uiri boni & ciuis boni. N. 41. tum reſpectu
    - Ciuitatis. N. 42. Etenim in Reip. conſtitutione
      - Bona, ciuis bonus ſemper uir bonus eſt.
      - Mala, ciuis bonus, non ſemper neceſſariò uir bonus eſt, ſed malus etiam eſſe poteſt.
    - Ciuis. Virtus ciuis intelligitur nõ ἀρχομένου, ſed ἄρχοντος, ſiue iam unus & ſolus, ſiue cum alijs, Reip. curam habeat principalem. N. 43.

CAPVT VI.

De Forma Reipub. quæritur, an una ſit & ſimplex.

QVia[1] autem hæc explicata ſunt, quod ſequitur conſiderandum eſt, utrum unam ponendum eſt rempub. eſſe, uel plures: & ſi[2] plures,[3] quæ, &[4] quot, &[5] diſcrimina quæ ſunt ipſarum. Eſt[6] autem reſpub. ordo ciuitatis, cæterorumq́ue magiſtratuum, & maximè illius, qui ſummam poteſtatem habet. Vbique[7] enim ſummam poteſtatem habet in ciuitate pars, quæ[8] regit ipſam, quæ ſanè eſt reſpub. ipſa. Dico[9] autem, ceu in rebuſpub. popularibus populus ſummã poteſtatem habet: pauci autem contrà in dominatibus paucorum. Affirmamus[10] autem & rempub. diuerſam eſſe horum. Eodem[11] autem hoc pacto loquemur & de alijs. Supponendum[12] autem primùm eſt, cuius rei gratia conſtituta fuit ciuitas, &[13] imperij ſpecies quot, quod facit ad hominẽ & cõmunionẽ uitæ. Dictũ eſt igitur[14] iam prius primis diſputationibus, in quibus de ratione rei domeſticæ explicatum eſt, & erili imperio, hominem eſſe natura animal ciuile. Qua[15] de cauſa homines, non egentes etiam mutuo præſidio, non minus appetũt ſimul uiuere. Nec[16] tamen non communis quoque utilitas cogit, quanta pars cadit in unumquemque bene uiuen-

ΕΠΕΙ`[1] δὲ ταῦτα διώρισαι, τὸ μετὰ ταῦτα σκεπτέον· πότερον μίαν θετέον πολιτείαν, ἢ πλείους· κἂν[2] εἰ πλείους,[3] τίνες, καὶ[4] πόσαι, καὶ[5] διαφοραὶ τίνες αὐτῶν εἰσιν. ἔστι[6] δὲ πολιτεία πόλεως τάξις, τῶν τε ἄλλων ἀρχῶν, καὶ μάλιστα τῆς κυρίας πάντων. κύριον[7] μὲν γὰρ πανταχοῦ τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως. πολίτευμα[8] δὲ ἐστὶν ἡ πολιτεία. λέγω[9] δὲ οἷον ἐν μὲν ταῖς δημοκρατικαῖς, κύριος ὁ δῆμος· οἱ δὲ ὀλίγοι τοὐναντίον ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. φαμὲν[10] δὲ καὶ πολιτείαν ἑτέραν εἶναι τούτων. τὸν[11] αὐτὸν δὲ τοῦτον ἐροῦμεν λόγον καὶ περὶ τῶν ἄλλων. ὑποθετέον[12] δὲ πρῶτον τίνος χάριν συνέστηκε πόλις· καὶ[13] τῆς ἀρχῆς εἴδη πόσα, τῆς περὶ ἄνθρωπον καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς ζωῆς. εἴρηται[14] δὴ καὶ κατὰ τοὺς πρώτους λόγους, ἐν οἷς περὶ οἰκονομίας διωρίσθη καὶ δεσποτείας, ὅτι φύσει μὲν ἐστὶν ἄνθρωπος ζῷον πολιτικόν. διὸ[15] καὶ μηδὲν δεόμενοι τῆς παρ' ἀλλήλων βοηθείας, οὐκ ἔλαττον ὀρέγονται τοῦ συζῆν. οὐ[16] μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον συνάγει, καθ' ὅσον ἐπιβάλλει μέρος ἑκάστῳ

QVoniam[1] autem hæc diſtinctè explicata ſunt, deinceps uidendum eſt, utrum una ciuitatis adminiſtranda forma ſtatuenda ſit, an plures: & ſi[2] plures,[3] quæ, et[4] quàm multæ, &[5] quæ ſint earum differentiæ. Eſt[6] autem reipub. adminiſtrandæ forma, quam Græci politiam nominant, ordinatio ac deſcriptio cùm aliorum ciuitatis imperiorũ, tum eius maximè, quod poteſtatem atq; auctoritatem in ciuitate habet omnium maximam. Adminiſtratio[7] enim & gubernatio ciuitatis ubiq; poteſtatem atque auctoritatẽ obtinet. Ciuitatis[8] autem adminiſtrandæ forma, quam politiam diximus à Græcis appellari, eſt adminiſtratio ſeu gubernatio ciuitatis. uerbi[9] gratia inquã, in ciuitatibus liberis, & in quibus populus rerum potitur, populus auctoritatem & dominatum obtinet: pauci contra in ijs reip. adminiſtrandæ formis, in quibus penes paucos poteſtas eſt, quas oligarchias appellant Græci. Dicimus[10] autem etiam horum reipub. adminiſtrandæ formam, aliam eſſe ac diuerſam. Atque[11] hoc idem & de alijs dicemus. Supponendum[12] autem primùm eſt, cuius rei gratia cõſtiterit ciuitas, et quot[13] ſint imperij genera ad hominẽ & ad uitæ ſocietatem pertinentis. Dictum[14] igitur eſt etiam primo libro, in quo de ratione tuẽdæ rei familiaris & herilis imperio explicauimus, hominem animal quidem eſſe ad ciuilem uitã cultum aptum natura: quo[15] fit, ut, etiamſi mutuo auxilio non egeant, nihilominus ſocietatem & communitatem uitæ appetant. Veruntamẽ[16] cõmunis utilitas eos cõgregat & in unũ cõducit, quantũ pro ſua quiſq; parte ad honeſtè uiuendi facultatem

uiuendi. Maximè[17] igitur hic eſt finis, & cõmuniter omnib. & priuatim. Conueniũt[18] etiã uiuendi cauſa ipſius: fortaſſe[19] enim ineſt aliqua pars honeſti. & tuẽtur ciuilẽ cõmunionẽ, ut uiuant ipſum ſolũ, niſi inciderint uiuendo in res admodũ duras ac moleſtas. Perſpicuũ[20] aũt eſt, tolerare multos mortales graues ęrumnas ꝑpter cupiditatẽ uitæ, tanquã inſit in ipſa proſperitas quædã, & dulcedo naturalis. Atqui[21] & imperij modos dictos diuidere facile eſt: in[22] exotericis nãq; ſermonib. ſępe de ipſis diſſeruimus. Erile[23] .n. imperiũ, etſi uerè natura ſeruo & natura domino eadẽ eſt utilitas, tñ[24] nihilomin⁹ regit ad id, qđ ero conducit, curat[25] aũt ſerui utile ex accidenti. neq;[26] enim fieri poteſt, ut intereunte ſeruo, conſeruetur imperium illud. Liberorum[27] autem imperiũ & uxoris & totius domus, quod appellamus domeſticũ, ſiue eorum, qui parent, gratia conſtat, ſiue cuiuſdam communis ambobus. Per[28] ſe quidem eorum, qui parent: quemadmodum[29] uidemus & alias artes ſe habere, ceu medicorum artẽ, & quæ adoleſcentes exercet: ex[30] accidenti autem ipſorum quoque eſſent. Nihil[31] enim uetat, quin exercendi magiſter ſit unus & ipſe aliquando eorum, qui exercentur, ueluti[32] gubernator unus eſt ſemper nautarũ. Magiſter[33] igitur exercitiorum uel gubernator ante oculos habet bonum eorum, qui ipſi parent. Quando[34] autem unus & ipſe horum fuerit, ex accidenti particeps fit ſalutis, quæ inde naſcitur: hic enim nauta fit, hic uerò unus eorum, qui exercentur, cùm tamen magiſter eius ſtudij ſit. Quare[35] & ciuilia imperia, quando reſpub. per ęqualitatem & ſimilitudinem ciuium cõſtituta fuerit, uiciſſim poſtulant regere: prius[36] quidẽ, ut natura ferebat, poſtulantes pro parte quempiã munus id obire, & uiſere ſuũ bonum, quemadmodũ prius ipſe, cùm magiſtratum gereret, animo prouidebat utilitatem eius. Nunc[37] autem propter utilitates, quæ publicis ex rebus, & eas quæ capiuntur è magiſtratu, uolunt continenter magiſtratum gerere. Veluti,[38] ſi contingeret perpetuò imperium habentibus

ἑκάστῳ τοῦ ζῆν καλῶς. μάλιστα[17] μὲν οὖν τοῦτ' ἐστὶ τέλος, καὶ κοινῇ πᾶσι, καὶ χωρίς. συνέρχονται[18] δὲ καὶ τοῦ ζῆν ἕνεκεν αὐτοῦ. ἴσως[19] γὰρ ἔνεστί τι τοῦ καλοῦ μόριον· καὶ συνέχουσι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν, καὶ κατὰ τὸ ζῆν αὐτὸ μόνον, ἂν μὴ τοῖς χαλεποῖς κατὰ τὸν βίον ὑπερβάλλῃ λίαν. δῆλον[20] δ' ὡς καρτεροῦσι πολλὴν κακοπάθειαν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, γλιχόμενοι τοῦ ζῆν· ὡς ἐνούσης τινὸς εὐημερίας ἐν αὐτῷ, καὶ γλυκύτητος φυσικῆς. ἀλλὰ[21] μὴν καὶ τῆς ἀρχῆς τοὺς λεγομένους τρόπους ῥᾴδιον διελεῖν. καὶ[22] γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. ἡ[23] μὲν γὰρ δεσποτεία, καίπερ ὄντος κατ' ἀλήθειαν τῷ τε φύσει δούλῳ, καὶ τῷ φύσει δεσπότῃ, ταὐτοῦ συμφέροντος, ὅμως[24] ἄρχει πρὸς τὸ τοῦ δεσπότου συμφέρον οὐδὲν ἧττον· πρὸς[25] δὲ τὸ τοῦ δούλου, κατὰ συμβεβηκός. οὐ[26] γὰρ ἐνδέχεται φθειρομένου τοῦ δούλου σώζεσθαι τὴν δεσποτείαν. ἡ[27] δὲ τέκνων ἀρχὴ καὶ γυναικὸς καὶ τῆς οἰκίας πάσης, ἣν δὴ καλοῦμεν οἰκονομικήν, ἤτοι τῶν ἀρχομένων χάριν ἐστίν, ἢ κοινοῦ τινος ἀμφοῖν· καθ'[28] αὑτὸ μὲν τῶν ἀρχομένων, ὥσπερ[29] ὁρῶμεν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας, οἷον ἰατρικὴν, καὶ γυμναστικήν· κατὰ[30] συμβεβηκὸς δὲ, κἂν αὐτῶν εἶεν. οὐδὲν[31] γὰρ κωλύει τὸν παιδοτρίβην ἕνα τῶν γυμναζομένων ἐνίοτ' εἶναι καὶ αὐτόν· ὥσπερ ὁ[32] κυβερνήτης εἷς ἐστὶν ἀεὶ τῶν πλωτήρων. ὁ μὲν[33] οὖν παιδοτρίβης ἢ κυβερνήτης σκοπεῖ τὸ τῶν ἀρχομένων ἀγαθόν. ὅταν[34] δὲ τούτων εἷς γένηται καὶ αὐτὸς, κατὰ συμβεβηκὸς μετέχει τῆς ἀσφαλείας. ὁ μὲν γὰρ πλωτήρ, ὁ δὲ τῶν γυμναζομένων εἷς γίνεται, παιδοτρίβης ὤν. διὸ[35] καὶ τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς, ὅταν ᾖ κατ' ἰσότητα τῶν πολιτῶν συνεστηκυῖα καὶ καθ' ὁμοιότητα, κατὰ μέρος ἀξιοῦσιν ἄρχειν· πρότερον[36] μὲν, ᾗ πέφυκεν, ἀξιοῦντες ἐν μέρει λειτουργεῖν καὶ σκοπεῖν τινὰ πάλιν τὸ αὐτοῦ ἀγαθόν· ὥσπερ πρότερον αὐτὸς ἄρχων ἐσκόπει τὸ ἐκείνου συμφέρον. νῦν[37] δὲ διὰ τὰς ὠφελείας, τὰς ἀπὸ τῶν κοινῶν, καὶ τὰς ἐκ τῆς ἀρχῆς, βούλονται συνεχῶς ἄρχειν. οἷον,[38] εἰ συνέβαινεν

tatem cõferre poteſt. Hic[17] igitur maximè propoſitus finis eſt & cõmuniter omnibus, & propriè ſingulis. Conueniũt[18] aũt etiam eius ipſius rei cauſa, ut uiuant. Fortaſſe[19] enim in eo ineſt aliqua honeſti particula: et eandem ſocietatem continent atq; conſeruant etiam in uiuendo tantum, niſi res aduerſæ ac perpeſſu aſpera in uita ualdè modum ſuperent. Perſpicuum[20] enim eſt pleroſq; homines uiuendi cupiditate captos, multas ærumnas, grauesq; calamitates toleranter ferre, quaſi quadam in eo proſperitas et dulcedo naturalis inſit. Iam[21] uero imperij modos, qui dicũtur eſſe plures, partite ac diſtinctè explicare facile eſt. Nam[22] etiam in ijs libris, quos populariter ſcribere ſolemus, quiq; uerſantur in manibus externorum, ſæpenumero ijs de rebus dilucidè ac definitè diſſeruimus. Domini[23] enim imperiũ, quamuis reuera natura ſeruo, & natura domino idem expediat: nihilominus[24] tamen in imperando domini utilitatem ſpectat per ſe, ſerui[25] autẽ ex euentu. fieri[26] enim non poteſt, ut ſeruo intereunte imperium domini ſit ſaluum. Imperium[27] aũt in liberos & in uxorem & in omnem domum, quod appellamus œconomicum, id eſt rei familiaris adminiſtrationis proprium: aut eorum, quibus imperatur, gratia eſt, aut cõmunem quandam utrorumq; utilitatem ſpectat. Per[28] per ſe quidem eorũ, qui parent imperio: quemadmodum[29] & alias artes uidemus, uerbi gratia artem medendi, & artem corporum exercendorum: ex[30] euentu uerò etiã eorum, qui imperant, fuerit. Nihil[31] enim obſtat, quo minus is, qui puerorum corpora exercet, unus ſit interdum etiã ipſe ex ijs, qui exercentur: quemadmodũ[32] nauis gubernator ſemper unus eſt è numero nautarum. Pædotriba[33] igitur, qui puerorum corpora exercet aut gubernator, eorum, qui imperio parent, bonum intuetur. Cum[34] autẽ unus ex horum numero eſt etiam ipſe, ſalutis & tutæ nauigationis ex euentu eſt particeps hic enim nauta eſt: ille autem eorum, qui exercentur, fit unus, cũ ſit puerũ exercẽdis præfectus, ſeu pædotriba. Quapropter[35] & ciuilia imperia, cùm ciuitas iuxta æqualitatem & ſimilitudinem ciuiũ cõſtituta eſt, æquũ eſſe putant ſe uiciſſim magiſtratũ gerere, olim[36] quidẽ (quo modo natura cõparatum eſt) æquum eſſe exiſtimantes ſe pro ſua uirili parte munus publicum obire, ac ſuſtinere. & cõtrà aliquẽ alium ipſius bonum procurare, quemadmodum ipſe antea magiſtratum gerens, illius utilitati conſulebat. Nunc[37] autem propter emolumenta, quæ ex rep. & imperio proficiſcũtur, perpetuò uolunt magiſtratũ gerere. Quod[38] genus, ſi eueniret, ut, qui magi-

bentibus ualere, cùm infirmo corpore forent: etenim ſic fortaſſe ſectarentur magiſtratus. Perſpicuũ [39] igitur, omnes reſpublicas, quæ cõmune bonum propoſitũ habẽt, has quidẽ rectas eſſe ſecundũ ſimpliciter iuſtum: quæcunq; [40] uerò ſuũ tãtũ propriumq́;, cunctæ uitioſæ ſunt, & migrationes exitusq; è rectis reb. publicis. Se [41] gerũt enim, ut domini in ſeruos: ciuitas [42] autẽ cõmunio eſt hominum liberorum.

ὑγιαίνειν ἀεὶ τοῖς ἄρχουσι, νοσακεροῖς οὖσι· ἐ γὰρ ἂν οὕτως ἴσως ἐδίωκον τὰς ἀρχάς. Φανερὸν [39] τοίνυν, ὡς ὅσαι μὲν πολιτεῖαι τὸ κοινῇ συμφέρον σκοποῦσιν, αὗται μὲν ὀρθαὶ τυγχάνουσιν οὖσαι κατὰ τὸ ἁπλῶς δίκαιον· ὅσαι [40] δὲ σφέτερον μόνον τῶν ἀρχόντων, ἡμαρτημέναι πᾶσαι, καὶ παρεκβάσεις τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν· δεσποτικαὶ [41] γὰρ· ἡ δὲ [42] πόλις κοινωνία τῶν ἐλευθέρων ἐστί.

magiſtratũ gerunt, ſemper benè ualerent, cùm eſſent infirma ualetudine: tũ enim fortaſſe meritò imperia & magiſtratus conſectarentur. Perſpicuũ [39] igitur eſt, quæcunq; reip. adminiſtrandæ formæ communem utilitatem ſpectant, eas rectas eſſe, & ei iuri, quod ſimpliciter ius eſt, conſentaneas: quæcunq; [40] uerò eorum, qui reip. præſunt, duntaxat utilitati cõſulunt, omnes eſſe deprauatas, & à rectis ciuitatis adminiſtrãdæ formis detortas. Sunt [41] enim dominorum in ſeruos imperijs ſimiles. At [42] ciuitas, liberorum ſocietas eſt.

COMMENTARIVS.

Quia autem hæc explicata.) Cùm oſten diſſet, quis uerè habendus ſit ciuis, cuius rei ſcientia neceſſaria erat ad planè intelligendum, quid ſit ciuitas ſtatuſque, quo illa regitur, quod ſequebatur, aperit ſe ſubtiliter indagare uelle, utrum unam remp. eſſe rationemque regendi ciuitatem, an plures exiſtimandum ſit. Quòd ſi plures eſſe cognitæ fuerint, quænam ipſæ ſint, & quot numero & quæ demum diſcrimina ipſarum.

Eſt autem reſp. ob. Cùm docere uellet, ſit ne una tantùm ſiue plures reſpublicæ, cæteraq́, quæ propoſuit, primùm oportuit declarare, quid ſit reſpublica: quare definit ipſam, affirmatque remp. eſſe ordinem ciuitatis, & quaſi formam quandam deſcriptionemque magiſtratuum ſanè omnium, ſed in primis ſummi illius, cuius auctoritate reſp. regitur. Conſtituens uerò, quod poſtremum poſuit, inquit: Eſt enim politeuma ubique quaſi dominus ac princeps. Politeuma autem (niſi fallor) uocat partẽ illam ciuium, quæ in ſua manu poteſtateque remp. habet. Non enim eſt dubium, quin hæc, quamuis ſæpè uincatur numero, aliquo modo ciuitas ſit, quia uincit cæteros opibus & iure illius adminiſtrandæ, ut uult. Vtitur autem hoc tanquam medio quodam adminiculoque ad probandũ, quod firmare uolebat: Quare politeuma, inquit, eſt politia ipſa, id eſt reſpublica: hoc enim nomen proprium erat huius rei.

Dico autem ceu in rebuſp.) Quia uidebatur ſibi fuiſſe obſcurior, magis aperire ſtatuit, quod intelligit. Relictis igitur uerbis illis, rem ipſam explanat atq; ait: Quod dico, ſignificareq́, uolo, hoc eſt. in rebuſpublicis popularibus dominus eſt, ſummãmque poteſtatẽ habet populus ac multitudo, pauci contrà in ſtatibus ciuitatis, uocatis à Græcis oligarchijs, quas Latini Dominationes paucorum appellant. Dicimus igitur, inquit, remp. horum diuerſam eſſe, quia ſcilicet politeuma diuerſum eſt, moduſque gubernandi ciuitatem. In una namque harum rerump. populi uoluntas rata eſt, in altera uerò diuitũ principũmque ciuitatis. Addidit autem ſummus doctor ad extremum, breuior eſſe uolens: Idem autem dicemus de reliquis ſtatibus ciuitatis. in ariſtocratia enim ſtatuq; optimatum, optimi illi uiri, qui ſanè pauci & ipſi ſunt, ſummam poteſtatem habebunt.

Supponendum autem primùm eſt.) Cùm conſilium ipſius ſit diſtinguere uaria genera rerumpublicarum, duo primùm præuertenda putat: quorum prius eſt uidere, cuius potiſſimũ rei gratia ciuitas condita primũ fuit. poſterius uerò, quot ſunt imperij genera, quæ cadant in hominem & communionem uitæ. Ciuitas enim eſt communio quædam hominum, qui decreuerunt unà uiuere, iiſdemque locis poſita domicilia habens.

Dictum iam prim.) Quod nunc uidere ſtatuit, teſtatur à ſe indicatum quoque fuiſſe in primi libri parte illa, qua diſſeruit de domeſtica diſciplina & herili imperio: illic enim admonuit, hominem natura ius animal eſſe ad ciuilem ſocietatẽ aptum. Quare, inquit, nullam etiam in partem mortales egentes mutuis adminiculis, nihilominus inter ſe ſunt deſiderio ſimul uiuendi. Non eſt igitur uerum, quod quidam falſo putarent, utilitatem ſolùm in eandem ſedem ipſos è uarijs locis traxiſſe.

Nec tamen non commun.) Adiungit nunc, ſe non negare, quin hoc etiam, communis inquam utilitas fructuſque magni uitæ, qui capiuntur inde, multum ad hoc ualuerit. Nam hoc quoque cogit ipſus, quantum ſcilicet pertinet ad ſingulos huius rei, quam uocamus bene uiuere: cuncti enim pro ſuis partibus ipſum adiuuant, etſi non æquali menſura, cùm diſpares ſint. Concludit igitur, hunc eſſe maximè finem, id eſt bene uiuere fruiq; illis commodis, quæ ſecum portat cõmunio hæc uitæ. finem autem ipſum eſſe & communiter omnibus, & ſeorſum ſingulis.

Conueniunt etiam uiuendi cauſa.) Non tamen hoc ſolum, quod oſtendit iam, hortari dicit homines ad hos cœtus colẽdos, uerum etiam impelli ipſos, ut, relictis ſolis locis, confluant ad unam eandemque ſedem, deſiderio ſimpliciter uiuendi: conuentus enim ille magnus uaria ad hoc ipſis ſuppeditat auxilia, liberatq́, multis periculis ac malis, à quibus facile opprimerentur, ſi in remotis locis uiuerẽt. Vitam enim ipſam, deſtitutam etiam multis commoditatibus, teſtatur non eſſe contemnendam, quia in ea exiſtat aliqua particula honeſti. Non errare autem, ut arbitror, dicit eos uitam, qui hunc finem habent, ſtudentque tueri ſimpliciter uitam: quia in ipſa naturæ ipſius ui ineſt pars aliqua honeſtatis, quæ ad recte facta nos impellit: & quæ, ſi puram integramq; nobis ſeruare liceret, non parùm uitam beatam iuuaret, cùm tamẽ noſtra plerunque culpa lumen hoc naturæ extinguatur. Fortaſſe autem, inquit: non quia quin hoc uerum foret ambigeret, ſed cautè uoluit loqui, ut de re obſcura, & quæ aduerſarios haberet. Quare, inquit, quemadmodum à primo ſe conferunt libenter ad hos cœtus: ita etiam eucentur ciuilem communionem, uitæ tantùm ipſius cauſa, nudatæ quoq; illis bonis, quæ ſæpè ipſam condiunt: niſi, inquit, illa inciderit in res admodum graues atq; odioſas.

Perſpicuum autem eſt.) Non poſſe dubitari de hoc, inquit, ſi attendatur, quæ homines tolerant in uita: argumẽtatur enim à ſigno. Nollent autem perpeti tot miſerias, conflictarique tam grauibus malis (morbis inquam, ac doloribus corporis acerrimis, & mendicitate quoque) niſi compenſarent illa incommoda fructu aliquo ac ſuauitate, quam capiunt è uita, quæ dulcedo proficiſcatur à natura, ortumq, illum habeat. Rectè autem loquit, at neceſſariò, Multi mortales. nonnulli nãq;, ut ſe liberent his malis, manus ſibi afferunt. ut cecinit etiã Latinus poëta, ipſos his uerbis inſimulans,

——quam uellent æthere in alto Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

De cupiditate autem uiuendi, innata in hominibus à natura, differuit etiam copioſè M. Cicero in V. libro de Finibus.

Atqui & imperij modos.) Tradit, ut proximarum quæſtionum exitus inuenti ſunt, ita etiam minimè arduum eſſe diuidere modos, qui feruntur uarij eſſe imperij. atque hoc, quia, ut narrat, quid exiſtimari de ipſis debeat, diſputatum ſæpè ab ipſo fuerat in ſermonibus, qui ab ipſo uocati fuere ἐξωτερικοί. Crebri namque & non contemnendi, ſi non omnino accurati, ſermones de illis rebus tollebant omnem difficultatem: & tamen repetit hic paucis diſtinctionem illam. Primùm autem commemorat, quot genera ſint imperij in rebus domeſticis diſciplinaque hac ipſa: deinde in his, quæ ſunt propria ciuitatis. Locus autem hic poſtulaſſet, ut quid ſentirẽ de exotericis ſermonibus, aperirem. hic enim exprompſit Sepulueda opinionem ſuam de hoc Ariſtoteleo ſcriptorum genere, quorũ ſæpè cunctis ſuis in operib. auctor mentionem fecit, præſertim cùm eſſet penè noua, at ualde abhorreret à ſententia ueterum illorum, & Græcorũ & Latinorum ſcriptorum, qui melius de hac re exiſtimare poterant: & tamen uaga eſſet quoſdam huius ætatis, quibus non diſplicuiſſet. Liberarunt autem me hoc labore duo docti & ingenioſi uiri, qui ſedulò hunc errorem exploſerunt: quorum prior Carolus Sigonius, homo πολυμαθής, paucis hoc fecit (ſatis tamen Sepuluedæ conuincendo in libro, quem ſcripſit de Dialogo) poſterior autem Octauianus Ferrarius, edito erudito libello contra eandẽ ſententiã,

ube-

uberius hoc præſtitit, citatis teſtimonijs antiquorum Ariſtotelis interpretum, & aliorum etiam auctorum, quæ aduerſantur illi falſæ opinioni. Qui igitur plenè totam quæſtionem explicatam noſſe uolent: libellum huius adibit. Ego ſanè nunquam putaui, quod proditum eſt memoriæ de hoc à M. Cicerone in v. libro de Finibus, eſſe repudiandum, cùm & ipſe doctus eſſet, & domi plures doctos homines Græcos haberet, quos conſulebat, cum ſe ſcrupulus aliquis huiuſcemodi in animo ipſius inſederat, ſitque hoc unum eorum, quæ ad hiſtoriam pertinent, non ad reconditam alicuius obſcuræ rei ſcientiam: atque id in primis, quia eo tempore hæc ipſa populariter ſcripta philoſophi monimenta exſtabant, quæ poſtea, ſi non omnia, magna tamen ex parte uetuſtate conſumta ſunt. Diſtincta autem illa fuit (ſi ab acroamaticis & ſyntagmaticis, ita enim grauiora & limatiora ſua ſcripta appellabat) genere ſcribendi, & non materiarum rerúmque uarietate, ſatis apertû eſt: quippe cùm & de ſummo bono, & de animo, & de ideis in exotericis diſputarit, ſed argumentis leuioribus, & ad perſuadendum accommodatis, non exquiſitis & proprijs demonſtrationis. Sed hæc & alia, quæ hoc conſtituunt, ab eis, quos indicaui, comprobata ſunt.

Erile enim imperium) Cùm duo ſint imperij genera in diſciplina domeſtica, eri ſcilicet ac patris familiâs ipſius: primùm erile imperium cuiuſmodi ſit explicat, eítque ipſum propoſitam habere utilitatem eri, & quod ipſi prodeſt ſedulò curare: etſi ſatis apparet, ſi quis ueritatem ſpectet, ſeparari non poſſe utilitatem ſerui ab utilitate eri, ſi ambo tales natura ſint, non more atque inſtituto, ut in alio genere ſeruorum ac dominorum uſuuenit, in quo apertè contrarium aliquando contingit: & tamen, inquit, quaſi ſpreta ui naturæ, huc, quod dixi, efficitur, in cõſuetudineq́; eſt. Ad ſerui nãque bonum tractatur hoc imperium ex accidenti, quia mortuo ſeruo, ratio nulla exiſtit, quin ſimul intereat imperij illud. ipſius igitur tuendi cauſa procuratur ſalus ſerui.

Liberorum aut in imperium.) Oſtendit nũc propoſitum alterius imperij, quo regitur domus, quodq. in poteſtate eſt patris familiæ: affirmatq́, ipſum ſpectare bonum, ſiue eorum tantùm, qui obtemperant illi imperio, ſiue unà cum ipſis cõmodum etiam eius, qui ipſum illud habet. quare commune id bonum appellat. Magis autem aperiens, quod dixerat, & quomodo pater familiâs prouideret bono eorum, quos regit, ſimulq́, ſuo, declarans, inquit: Propter ſe, in primiſq; ipſum uidere toto animo bonum eorum, qui in poteſtate ſunt illius imperij: ex accidẽti autem ſuum quoque. Hoc enim intelligere debemus, ut ratio ipſa perfecta ſit. quod ſane hic non addidit auctor ipſe, ſed cognoſci uoluit exemplis aliarum artium, quæ ponit.

Quemadmodum uidemus) Cùm uidemus dicat, ſignificat ſe uti ad conſtituendum quod uult, rebus apertis, & quæ quaſi cernantur oculis. Appellat igitur artem medicorum & gymnaſticam, quæ finem habebãt iuuare eos, qui ſe in poteſtatem diſciplinamque eorum committebant: ſed tamen contingebat magiſtros ipſarum, dum alios ornarent, ſe quoq; aliquando meliores reddere. Quod planius perſpicitur in illis, qui artem adoleſcentibus tradebãt, in magno uſu ueterum illorum, exercendi corpora, ut aptiores forent ad militarem diſciplinã. unde ipſe, relicto altero, hoc explicat, dicens: Nihil enim uetat, quin præfectus huius artis, uocatus pædotribes, ſit & ipſe unus aliquando eorum, qui exercentur. Sed medicus quoque, non tantùm unum aliquem curat, ſed dum remedia quædam morborum docet regiones totas uaſtantium, ſe quoque, uiuentem illic, unà cum cæteris malo liberat: ceu Hippocrates in magna peſtilentia multos populos ſeruauit, & Empedocles phyſicus dictus eſt, cùm montis conuallem, quæ peſtilentem auſtrum in campos immittebat, pellibus obſtruxiſſet, morbum grauem regione auertiſſe, ſalutemq́. Agrigentinis ſuis dediſſe. Addidit autem aliam artem ſuperioribus duabus, quæ idẽ explanaret, potiſsimum autem lucem afferret illi, quod uſuuenire aliquando in pueris exercendis affirmarat: quemadmodum, inquit, gubernator non aliquando, ut hæc, ſed ſemper eſt unus nautarum, quos ſtudio ſuo facit ſaluos in portum uehi.

Magiſter igitur exercitiorum.) Concludit, quod dixerat, in biſque duobus poſterioribus exemplis planè id uſuuenire oſtendit: uſus tamen uidetur fuiſſe tertio, quia non tam commodè id, quod uoluerat, in primo declarare poterat. Medici nãque curent certos quoſdam ægrotos, illiſque ſua arte ſalutem dare nituntur. Præfectus igitur, inquit, puerorum aliorum, ſi ita gubernatur, propoſitum habet bonum eorum, quos regit. Quotieſcunque uerò (quod ſemper tamen uſuuenit in gubernatore: neque enim poteſt extra nauem poſitus clauum tenere moderariq́; nam) hoc cum is & ipſe fuerit, ex accidenti particeps fit communis ſalutis. Nam, ut adiungit, tunc nauta fit: alter uerò unus eorum, qui exercentur, & tamen eſt ſimul magiſter eius ludi.

Quare & ciuilia imperia.) Declarat exemplo quarundem artium, domeſticum imperium ante oculos habere in primis bonũ eorum, qui parent ipſi. Idem igitur docet ſeruari in magiſtratibus, ſi non in omni genere reipublicæ, in ijs ſaltem, in quibus par ſimiliſque inuenitur dignitas omnium ciuium, ut ſcilicet mutatis uicibus aliqui eos ſuſtineant, ac non ſemper ijdem illo quaſi onere premantur. Cùm autem ἐν ἰσότητι πολιτῶν καὶ ὁμοιότητι dicat, non eſt dubium, quin ſtatum eum ciuitatis oſtendat, qui eſt in manu multitudinis. In ipſo namque ſolùm ciues omnes, quod pertinet ad ius poteſtatemq́ue in ciuitate, æquales inter ſe ſunt. Tulit autem ſummis laudibus in cœlum æqualitatem hanc Euripides in Phœniſſis ex perſona Iocaſtæ, increpantis Eteoclem filium, qui cupiditate regnandi flagrabat, & bona huius æqualitatis exponit. Sententia uerò hæc cũ uehementer Plutarcho probaretur, meminit ipſius in X cap. 1. libri ſυμποσιακῶν, dicens ánum Euripideam laudare ἰσότητα, quæ ciuitatem cum ciuitatibus firmo uinculo nectit, & ſocios cum ſocijs: nec non in libello de Fratrum amore inter ſe. Morem autem hunc ductum ſignificat ex antiqua conſuetudine, cùm plenè oneri erant ſine fructu ullo curæ publicæ, inquit enim: Primùm quidem, quemadmodum natura huius rei ferebat (neque enim ijdem continenter pro alijs laborare debent) poſtulare ſoliti erant, ut aliquis, ſe ſoluto illo munere, pro ſe, ſeruiret reipublicæ, & procuraret ſuum commodum, quemadmodum ipſi antea, dum perſonam illam ſuſtinebant, bonum eorum fideliter uiderant, & pro uiribus adminiſtrarant. Tãgit autem aliquo modo hic auctor morem, qui cuſtoditur in caſtris à uigilibus: ipſum autẽ deſcripſit Latinus poeta his uerbis, ubi de Niſo loquitur, rem magni animi propriam aggrediente:

—Vigiles ſimul excitat, illi Succedunt, ſeruantq́ue uices, ſtatione relicta.

Nunc autem propter) Ne quis id uerum non putet, quia conſequentibus temporibus res longè aliter ſe habebat, cauſam eius tantæ immutationis, inquit igitur: Hac ætate propter utilitates, quæ capiuntur ex adminiſtratione rerumpublicarum, cõtrà homines cupere ſtudereque continenter magiſtratus gerere, nec fugere laborem eum quod conſilium illorum ſimili illuſtrat, hoc pacto. Ceu enim, inquit, ſi datum eſſet imperium habentibus, ut perpetuò ualerent, cùm ualetudinarij forent: tunc enim ut morbo ſe liberarent, æquo animo paterentur ſe laboribus illis implicari: compenſarent enim ipſi eum fructu, quem caperent è corporis ſanitate. Attilius Regulus memoriæ proditus eſt rogaſſe ſenatũ, ut ſibi ſucceſſorem mitteret, gerenti bellum in Africa, quia acceperat ipſi uillicum non diligenter agros ſuos tueri. quæſtui namque non habebat rempublicam, ut illi duo atque illuſtres homines, quos narrauit Plutarchus, cùm aſcenderent in ſellam, imperium adepti, ſolitos uocare ipſam aureã meſſem: quia caperent fructus eoſdem inde, & maiores etiam, quàm cæteri, cùm meſſis tempus uenit, capiunt ex agris ſuis.

Perſpicuum igitur, omnes reſpub.) Multis modis docuit, in liberis ciuitatibus magiſtratus propoſitum habere bonum commodumque eorum, quos regunt. Concludit igitur totam hanc rationem, atque affirmat hoc prorſus ſolidum eſſe debere, & reſpublicas, quæ ſeruant hoc, iuſtas rectaſque eſſe eo genere iuſtitiæ, quod ſimpliciter tale eſt. Nam facta quædam contraria his, aliquo modo & ipſa iuſta uocari poſſunt, quia adminiſtrata ſunt ex inſtitutis proprijs illius ciuitatis ac loci. Quæcunq; autem, addit, ſpectant ſolum ſuum proprium que bonum eorum, qui in ipſis dominantur, uitioſæ ſunt, corruptelæ uerarum rerumpublicarum. Ita autem illas uocari poſſe docet, affirmans ipſas addictas utilitatibus dominorum. utuntur enim qui imperium illic habent, cæteris ciuibus, ut eris ſeruis: ſuum namque tantum commodum & illi attendunt. Quare in extremis rationis, inquit, ciuitas uerò eſt communio liberorum, & non ut illa altera ex parte ſeruorum.

HACTENVS de Materia Politiæ. Nunc de ipſa Forma diſputationem

- Proponit. *Vtrum Politiæ forma ſit*
  - Vna. N. 1.
  - Plures. Nu. 2. *Et tunc rurſus quo ad*
    - Eſſentiam, *Quæ ſit.* N. 3.
    - Accidentia:
      - Quot, *Numero.* N. 4.
      - Quales, *Habitu* N. 5.
- Aggreditur. Ergo Diſputationis
  - Subiectum, *ipſam ſcilicet Politiam, definit. Definitionē*
    - Proponit, *eſſe nimirum τάξιν πόλεως, potiſſimum eius partis, quæ cum imperio eſt.* Num. 6.
    - Confirmat, *tum in*
      - Genere, *tali ſyllogiſmo à coniugatis, uel ab effectis*
        - *πολίτευμα, id eſt, adminiſtratio Reip. eſt penes partem principem, quæ imperat.* Num. 7.
        - At *πολιτεία eſt ipſum πολίτευμα.* N. 8. *Vt etiam ſeq. cap. n. 5. Reſp. nihil eſt aliud quàm Ciuitatis adminiſtratio: illa reſpectu formæ & conſtitutionis, hæc reſpectu effectus, nomen ſortitur.*
        - Ergo *πολιτεία eſt penes partem principem: & propterea ab illa definienda.*
      - Specie, *exemplo*
        - Democratiæ *& Oligarchiæ, quarum illa à πολιτεύματι πολλῶν, hæc ab ὀλίγων nomen habet, non numero tantùm, ſed & natura differentium. Siquidem δῆμος communem libertatem ſpectat, diuitias negligit: ὀλίγοι econtrà.* N. 9. *Et proinde etiam Politiæ forma alia eſt populi, alia paucorum.* N. 10.
        - Reliquarum *Rerump. pari ratione.* N. 11.
  - Prædicationem porrò examinat, nimirū de quæſito
    - Priore, *Vtrum vna ſpecies ſit, an plures. Videtur princeps ratiocinatio talis eſſe*
      - *Si fines & effectus Rerump. differunt, etiam ipſæ inter ſe differunt.*
      - Sed *differunt fines & effectus. Quod ipſum*
        - Proponit *inquirendū, ceu hypotheſin ſeq. deciſionis. Quæritur de Ciuitatis*
          - Fine, *cuius cauſa ſit inſtituta.* Num. 12.
          - Effectu, *nimirum de Imperio, quot formæ eius ſint inter homines, quatenus inter ſe conuerſantur.* N. 13.
        - Declarat. *Vide ſeq. ſignum I.*
      - Ergo *etiā Politiæ inter ſe differunt reſpectu Finis & Effectus. Alij ſiquidem propoſita eſt utilitas*
        - Publica *omnium, ἀρχομένων inprimis, deinde etiam τῶν ἀρχόντων, quatenus etiam ipſi ſunt Reip. pars, & ſi nō alijs, ſaltē legibus ſubijciuntur, καὶ ἄρχονται. Et hic finis eſt Bonæ Reip. ſiue unius ſiue multorum ſiue optimorum imperio regatur, nec ſimpliciter dicto ucēis, omnibus hominibus ex æquo proſpicientis.* N. 39.
        - Priuata *quorundam, τῶν ἀρχόντων ſcilicet, et per accidens tātùm τῶν ἀρχομένων, quatenus nō niſi ex fortunatis ſubditis quæſtum facere poſſunt. Et hic finis eſt Malæ Reip. & à prioris illius perfectione deciſ dētis.* N. 40. *Rationem affert:*
          - Ciuitas *eſt communio hominum liberorum, qui imperij participes ſunt.* N. 42.
          - At *in malis rebuſpublicis non eſt communio liberorum et ... ſed δεσποτικαὶ ſunt, cùm qui rerum potiuntur, non ſecus atq. domini è ſeruis, ita ipſi ex ſubditis ſuum quærant commodum.* Numero 41.
          - Ergo *malæ reſpublicæ ciuitatis nomen non merentur.*
    - Secundo, *cùm plures eſſe conſtet, Quænam, & Quot, & Quales ſint formæ.* CAP. VII.

1. Quoad

- **I. Quoad**
  - **Finē.** Eum nāque geminum
    - **Proponit.** Ex ijs quæ lib. 1. c. 1. diſputata ſunt, conſtituit, hominem ad conuerſationem ferri partim
      - **Natura,** adeoq; animal politicum quoq; natura eſſe, ἕνεκα τοῦ ζῆν, hoc eſt, ſolum conuictus nomine. N. 14. Argumentum huius eſt, quòd nulla licet neceſſitate urgente, nullaq; utilitate, tamen cōuerſari cupiunt & ζῆν N. 15.
      - **Conſilio,** ἕνεκα τοῦ ζῆν, καὶ τοῦ συμφέροντος, propter uitæ commoditatem & mutuum auxilium. N. 16.
    - **Declarat. Ciuilis ſocietatis finis**
      - **Primarius** eſt utilitas publica omnium, & ſingularum priuata, in unius Reip. cuius partes ſunt, utilitate comprehenſa. N. 17. Vtilitatis huius ratio diuerſa formas quoq; Reip. facit diuerſas.
      - **Secundarius** eſt ipſe conuictus, à quo minus manifeſtè differentes Reip. formæ deſumuntur. N. 18. Conuictus autem finis eſt, quoniā in ipſo ineſt quædam uel
        - **Honeſtas,** propter quam conuerſari unà cupiunt, & colloquiorum & operum communitate uirtutis guſtum aliquem capere, niſi extremis malis & calamitatibus diuellantur. N. 19.
        - **Iucunditas.** Videtur ratiocinatio talis ſubeſſe
          - **Si** uiuere iucundum eſt, etiam conuiuere & conuerſari: quandoquidem conuerſanda maximè ſentiunt ſe uiuere. Vt lib. 9. Ethic. c. 9. n. 6. & ſeq.
          - **At** illud eſſe, argumento hominum intelligitur grauiſſimis malis oppreſſarum, quorum pleriq; miſerè uiuere, quàm mori cupiunt. N. 20.
          - **Ergo** etiam hoc.
  - **Effectū,** qui in parēdo & imperando ſpectatur, & ab efficientibus reſpectu finis deſignatur. Ergo de Imperio
    - **Alibi,** & quidē ſæpius, in Exotericis actum inquit. N. 22. Et propterea facilè eſſe ſpecies eius recenſere. N. 21.
    - **Nunc** paucis agendū erit, per comparationē imperij œconomici, qđ uelut baſim politici lib. 1. cōſtituimus:
      - **Quemadmodū** in Oeconomico imperio, etſi utilitas omnium, tum imperantium tum parentum, ſpectatur, tamen utilitatis diuerſus reſpectus differentes quoq; formas imperij œconomici facit. Declaratur. Vtilitas enim eorū, qui unà conuerſantur, elucescit
        - **Obſcurius** quidem in imperio Herili, inter Dominum & Seruum natura. Namque
          - **Finis** reuera unus & idem eſt, Vtilitas utriuſq;, Domini & Serui. N. 23. Vtilitas ſcilicet naturalis: ut quemadmodum Corpus animo miniſtrat, Animus corpori imperat, ad unius & eiuſdem hominis ſalutem: ita Dominus ſeruo imperet, Seruus domino pareat, ad ſocietatis domeſticæ conſeruationem.
          - **Effectus,** pro conditione perſonarum, à reliquis imperij œconomici ſpeciebus uariat. Nam cùm diſpares ſint conditione, liber alter, alter Seruus, idcirco in imperādo Herus utilitatem reſpicit
            - **Per ſe,** ſuam propriam. N. 24.
            - **Per accidens,** etiā Serui. N. 25. Nimirum propter ſeipſum, quem ſine ſeruo dominus eſſe nequeat. N. 26.
        - **Manifeſtius** uerò in imperio Patrio & Coniugali, in quo cū perſonæ omnes ſint liberæ, omnia referūtur ad ſalutem potius τῶν ἀρχομένων, quàm τῶν ἀρχόντων, aut ſaltem utrorumq;. N. 27. Quod ipſum ſimilitudine
          - **Proponit.** Etenim referuntur omnia
            - **Per ſe** ad ſalutem τῶν ἀρχομένων. N. 28. Quemadmodum etiam aliæ artes, V. G. Medicina & Gymnaſtica, cauſa ſalutis publicæ ſunt inuentæ. N. 29.
            - **Per accidens,** ad ſalutē τῶν ἀρχόντων. N. 30. Quemadmodum interdum etiam ipſemet Gymnaſtes exercetur. N. 31. & Gubernator etiam ipſe na uehitur. N. 32.
          - **Declarat**
            - **Quēadmodum** Gymnaſta aut Gubernator utilitatem ſpectat
              - **Per ſe** aliorū, qui exercentur aut uehuntur. Num. 33.
              - **Per accidens** ſuam, quatenus unà exercetur aut uehitur. N. 34.
            - **Ita** quoq; Pater & Maritus ſpectant ſalutem domeſticorum per ſe: & per accidēs etiam ſuam, quatenus ipſi quoq; ſunt domeſtici, & partes principes domus.
      - **Ita** quoq; in politico imperio utilitas ſpectatur omnium, ſed diuerſimodè, & hic etiam imperij formæ differunt. Vide ſeq. ſignum II.

II. Et quidem in alijs publicum bonum omnium conſideratur

- Verè, in bonis ſcilicet Rebuſpublicis, tum ijs, in quibus præſunt propter uirtutis
  - Ariſtocratia: Vnus rex, aut pauci Optimates. Namq; hi tales cùm uirtute & ſapientia præſtent reliquis ciuibus, eos tanquam filios ſuos complectuntur: & cùm de reliquis uitæ commodis illis proſpiciant, tum uerò quam maximè, ut ad uirtutem conformentur. Quod unum & præcipuum bonum publicum cenſeri debet.
  - Politia: Multi ciues, libertate pares. Sic in Politijs ad publicum bonū omnia referri, in confeſſo eſt. N.35. Epanorthoſi utitur:
    - Olim quidem, cùm nondum ambitio & auaritia ciuitates inuaſiſſet, non tam ambiebantur, quàm obtrudebantur magiſtratus, ut cogerentur publicam curam ſuſcipere aliorum partibus uicibus, quorum prius curam alij ſuo tempore locoq; geſſiſſent. N.36.
    - Nunc uerò ambitione & auaritia urgente, propter utilitatē, quam ex magiſtratu captant, magiſtratu neutiquam cedere cupiunt. Nu. 37. Simili illuſtrat:
      - Quemadmodum ſi magiſtratus ſanitatem corpori afferrent, eos cupidiſſimè amplecterentur. N.38.
      - Ita quoque cùm diuitias afferant, eos ſummo ſtudio perſequuntur, & conſeruare nituntur.
- Non uerè, in malis Rebuſpublicis, in quibus ij, qui rerum potiuntur, ad ſuam utilitatem referunt omnia per ſe: per accidens tantùm ad ſalutem etiam reliquorum, qui nominetenus tantùm ciues ſunt.

CAPVT VII.

Reipub. formam multiplicem eſſe declarat.

EXplicaris [1] aūt his, ſequit̃ reſp. cōſiderare, quot numero, & [2] quæ ſunt: & [3] primū rectas ipſarum. Labes [4] enim & migrationes ex ipſis erunt apertæ, cùm hæ fuerint explicatæ. Quia [5] autem reſpub. quidē & arbitriū urbis idē ſignificat: arbitriū [6] autem urbis eſt, quod domioatur in ciuitate: neceſſe [7] autem eſt dominari uel unū, uel paucos, uel multos: quando [8] unus, uel pauci, uel multi, ut communis utilitas poſtulat, imperium geſſerint, has [9] quidem rectas eſſe reſpub. neceſſe eſt: quæ [10] autem ad ſuum propriumque uel unius, uel paucorum, uel multitudinis commodum ſe conferunt, has [11] labes migrationesq́;. Siue [12] enim minimè ciues uocādi ſunt, qui participant, ſiue oportet ipſos eſſe participes utilitatum. Vocare [13] autem conſueuimus ſtatū, qui reguntur ab uno, ſpectantem ad commune bonum, Regnum: paucorum [14] autem ſtatum, plurium tamē uno, Optimatum poteſtatem, uel [15] quia optimi uiri imperāt, uel [16] quia ſpectant ad id, quod optimum eſt ciuitati & communicaotibus ipſa: quando [17] autem multitudo ciuitatem rexerit, ad commune bonum conuerſa, uocatur communi nomine omnium rerumpublicarum, Reſpublica. Euenit [18] autem hoc ratione: unum [19] enim antecellere uirtute uel paucos contingit. Plu-

ΔΙΩΡΙΣΜΕΝΩΝ [1] δὲ τούτων, ἐχόμενόν ἐστι τὰς πολιτείας ἐπισκέψασθαι, πόσαι τὸν ἀριθμόν, καὶ [2] τίνες εἰσί· καὶ [3] πρῶτον τὰς ὀρθὰς αὐτῶν. καὶ [4] γὰρ αἱ παρεκβάσεις ἔσονται φανεραί, τούτων διορισθεισῶν. ἐπεὶ [5] δὲ πολιτεία μὲν καὶ πολίτευμα σημαίνει ταὐτό· πολίτευμα δ' [6] ἐστὶ τὸ κύριον τῶν πόλεων· ἀνάγκη [7] δ' εἶναι κύριον ἢ ἕνα, ἢ ὀλίγους, ἢ τοὺς πολλούς· ὅταν [8] μὲν ὁ εἷς, ἢ οἱ ὀλίγοι, ἢ οἱ πολλοί, πρὸς τὸ κοινὸν συμφέρον ἄρχωσι, ταύτας [9] μὲν ὀρθὰς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς πολιτείας· τὰς [10] δὲ πρὸς τὸ ἴδιον, ἢ τοῦ ἑνός, ἢ τῶν ὀλίγων, ἢ τοῦ πλήθους, [11] παρεκβάσεις. ἢ [12] γὰρ οὐ πολίτας φατέον εἶναι τοὺς μετέχοντας, ἢ δεῖ κοινωνεῖν τοῦ συμφέροντος. καλεῖν [13] δ' εἰώθαμεν τῶν μὲν μοναρχιῶν, τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον, βασιλείαν· τὴν [14] δὲ τῶν ὀλίγων μέν, πλειόνων δ' ἑνός, ἀριστοκρατίαν· ἢ [15] διὰ τὸ τοὺς ἀρίστους ἄρχειν, ἢ [16] διὰ τὸ πρὸς τὸ ἄριστον τῇ πόλει, καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῆς· ὅταν [17] δὲ τὸ πλῆθος πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύηται συμφέρον, καλεῖται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν τῶν πολιτειῶν, πολιτεία. συμβαίνει [18] δ' εὐλόγως. ἕνα [19] μὲν γὰρ διαφέρειν κατ' ἀρετήν, ἢ ὀλίγους, ἐνδέχεται·

HIs [1] autem diſtinctis atq; explicatis, conſequens eſt, ut ciuitatis adminiſtrandæ formas conſideremus, quot ſint numero, & [2] quæ ſint: & [3] primum rectas uideamus. His [4] enim explicatis, ea, quæ à rectis deflexerunt, erunt in promptu. Quoniam [5] autem ciuitatis adminiſtrandæ forma, & ciuitatis adminiſtrandæ ratio idem ſignificant: ciuitatis [6] autem adminiſtrandæ ratio eſt id, quod in ciuitatibus dominatur, ſummamq́; auctoritatem obtinet: neceſſe [7] eſt autem dominatum atque auctoritatem obtinere aut unum, aut paucos, aut multos: ubi [8] quidem aut unus, aut pauci, aut multi, ſpectantes utilitatem communem, ciuitati præſunt, has [9] ciuitatis adminiſtrandæ formas, rectas eſſe neceſſe eſt: ubi [10] uerò uel unius, uel paucorum, uel multitudinis utilitas ſpectatur, deflexiōes [11] ac degreſſiones à rectis. Nam [12] aut ciues dicendi non ſunt, qui ſunt unius ciuitatis participes, aut utilitatis inter eos debet eſſe communitas. Conſueuimus [13] autem appellare unius principatum, eum, qui utilitati communi conſulit, Regnum: poteſtatem [14] autem paucorum uirtute præditorum quidem, ſed plurium uno, Ariſtocratiam, hoc eſt optimatum potentatum (uel [15] quia optimi uiri reip. præſunt, uel [16] quia ita præſunt, ut omnia ad id, quod eſt ciuitati, iisq́;, quibuſcum ea communicatur, utile, referant:) ubi [17] uerò multitudo ciuitatis adminiſtrationem ad communem utilitatem confert, communi omnium ciuitatis adminiſtrandæ formarum nomine appellatur. Hoc [18] autem probabili ratione euenit. Nam [19] ut unus aut plures uirtute excellant, fieri poteſt. Plura

Plures [20] autem iam arduum exquiſitos eſſe in omni uirtute, ſed [21] maximè in bellica: hęc enim in multitudine exiſtit. Quare [22] in hac rep. ſummam poteſtatem propugnatores habent, participesque [23] ipſius ſunt, qui arma tenent. Deprauationes [24] autem dictarũ ſunt, tyrannis quidem, regni: dominatio [25] paucorum, poteſtatis optimorum: ſtatus [26] populi, reipublicæ. Tyrãnis [27] enim eſt principatus unius, ſpectans ad id, quod conducit ipſi, qui ſolus dominatur: dominatio [28] paucorum, ad diuitum: ſtatus [29] populi ad pauperum utilitatem referuntur: ad [30] id autem, quod publicè prodeſt, nullus ipſorum.

πλείους [20] δ' ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετήν, ἀλλὰ [21] μάλιστα τὴν πολεμικήν· αὕτη γὰρ ἐν πλήθει γίγνεται. διόπερ [22] κατὰ ταύτην τὴν πολιτείαν κυριώτατον τὸ προπολεμοῦν, καὶ [23] μετέχουσιν αὐτῆς οἱ κεκτημένοι τὰ ὅπλα. παρεκβάσεις [24] δὲ τῶν εἰρημένων, τυραννὶς μὲν βασιλείας, ὀλιγαρχία [25] δὲ ἀριστοκρατίας, δημοκρατία [26] δὲ πολιτείας. ἡ μὲν [27] γὰρ τυραννίς ἐστι μοναρχία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ μοναρχοῦντος· ἡ δ' [28] ὀλιγαρχία, πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων· ἡ δὲ [29] δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων· πρὸς [30] δὲ τὸ τῷ κοινῷ λυσιτελοῦν, οὐδεμία αὐτῶν.

reis [20] uerò ſubtiliter ac perfectè omni uirtute inſtructos eſſe, difficile eſt. ſed [21] ſi qua, maxime bellica ualent. hæc enim in multitudine ingeneratur. Quocirca [22] in hac reip. adminiſtrandæ forma, maxime dominatur, maximamq́ poteſtatẽ obtinet ea pars ciuitatis, quæ pro reliquis ciuibus propugnat: maximeq́ [23] eius ſunt participes, qui arma tenent. Degreſſiones [24] autem ab iis, quæ dicta ſunt, reip. adminiſtrandæ formis, ſunt, tyrannis quidem à regno: paucorũ [25] autem potentium imperium, ab optimatiũ poteſtate: populi [26] uero poteſtas, a politia. Tyrannis [27] enim monarchia eſt ſeu unius imperiũ ad eius, qui ſolus imperat, utilitatem ſpectans. paucorũ [28] principatus, ad commoda diuitum. populi [29] poteſtas, ad egentiũ reip. utilitate [30] autem nulla earũ habet ſibi propoſitam.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Explicato autem hoc.) Cùm ſeparaſſet reſp. iuſtas ab iniuſtis, & quomodo cognoſcerentur, docuiſſet: nunc, poſcente hoc ordine ſuſceptæ ſcriptionis, diſtinguere uult iuſtas inter ſe (neque enim unum tantùm genus eſt reip. talis) & eodem pacto iniuſtas. Inquit igitur, oportere uidere reſp. quot numero centantur, & quæ illæ ſint: primumq́; ſubtiliter animaduertere integras rectaſque: deinde uitioſas ſcilicet, & quæ recta uia migrarint. Cuius etiam conſilij ſui rationem reddit: inquit enim, deprauatas cognitum iri patoo negotio, integris patefactis.

Quæ autem reſp.) Propoſitum hic auctoris eſt, diſtinguere respublicas. Primùm igitur oſtendit, quid ſequi attendereque opus ſit in illis ſeparandis: deinde incumbit in ipſas diſtinguendas. Vtitur igitur hoc quaſi fundamento quodam, idem ualere rempublicam, uocatam à Græcis πολιτείαν & quod iidem appellant neutro genere πολίτευμα, quo uocabulo ſuprà uſus fuit. Neque tamen arbitror, omnino idem ſignificare utramque uocem. non enim oportuiſſet in eadem penitus re oſtendenda uariare uocem, ſed notionem alterius uocis aptam puto eſſe ea altera, & eodem referri. Viſus autem eſt ſuprà πολίτευμα dicere, id quod in ſua manu ac poteſtate remp. habet, ipſamque regit, ſiue ut æquum cenſet, ſiue ut ipſi commodum fructumq́, eſt enim ordinem portus, quo illa regitur, uidetur alterum ſignificare. Sed uerba philoſophi uideamus inquit enim, Quia politia & politeuma idem ſignificant. cui propoſitioni alteram hanc adnectit, Politeuma autem eſt, quod ſummam poteſtatem habet in ciuitate, cuiuſq́, decreta rata ſunt. Quod uerò ſequitur, Neceſſe autem eſt, & quæ ſequuntur explicatio eſt poſterioris huius ſententiæ. Docet enim, diſcrepare magnopere numero, quod dixerat ciuitatem gubernare, cùm & unus eſſe poſſit, & pauci, nec non etiam multi. Quod autem adiungit poſt hanc, tanquam declarationem, Quando unus ille, aut pauci, aut multi, & quæ ſequuntur, redditio illius, quod initio poſuit, ἐπεί, id eſt, quia, ut ipſe ſemper uerto. Neque enim, quod antè protulit, ἀνάγκη δ' εἶναι, eſt, ut monſtraui, redditio: ut ſæpe noſter hic doctor, cùm infert aliquid, quod naſcatur è ſuperioribus, proximaque poſitis ſententijs, eo modo reddere ipſi illud & quaſi aſſignare conſueuit: hic tamen aliter ſe res habet. Redditio enim hæc propoſitæ illa, Quando unus ille, aut pauci, aut multi ſp. ectauerint commune bonum in regenda ciuitate, omnesq́; ſuos neruos in eo contenderint: neceſſe eſt has reſp. rectas eſſe. contra autem, quæ referunt conſilia ſua omnia ad utilitatem, ſiue unius illius, qui regit, ſiue paucorum, ſiue multorum, ii pauci multiue illi ſint, leges utraque erunt rectarum illarum. Quod confirmat, uerumq́; eſſe docet hac ſententia: Aut enim, inquit, nõ dicẽdi ſunt ciues, qui illic uiuũt, quiſque ita ſunt ciues: aut oportet ipſos participes eſſe publicæ utilitatis, quod illic non contingit, Μετέχειν τοῦ συμφέροντος noſtrum, non quia perueniat aliquid ad ipſos communis boni (hoc enim aperte auctor non uult) ſed quia participes ſint τοῦ ſola tantùm ea loci. ſupplementum namque ſunt ciuitatis, parentq́, hominibus, qui in illis ipſis ciuitatibus iniuſtè dominantur.

Vocare autem conſueuimus.) Quibus nominibus appellentur, quas oſtendit, reſpublicæ, ſignificat. Primùm autẽ integras, deinde deprauatas ponit. Cùm igitur ſint duo ſtatus ſingulorum uirorum contrarij inter ſe, ille eorum qui ſpectat commune bonum, dicit uocari ſolitam regnum: ſtatum autem paucorum, plurium tamen uno (nam quomodo doceat unius imperium, iam docuerat) inquit, appellari ariſtocratiam. Cuius nominis rationes duas affert, ſiue (ut ait) quia illic imperium gerunt optimi uiri: ſiue, quia ijdem ante oculos ſemper habent, quod optimũ eſt, ac maxime prodeſt ciuitati, & illis, qui participes ipſius ſunt. Quando autem, qui tertius eſt ciuitatis ſtatus ipſi utilis, multitudo ciuitatem regit, propoſitum & ipſa habẽs, quod cõducit publice, uocatur Reſp. hæc communi nomine omnium ſtatuum publicarum, Græco uerbo πολιτεία.

Euenit autem hoc ratione.) Quod inquit de nominibus, quibus appellantur hi tres ſtatus reipublicæ, et duobus primis ſuum proprium quoddam nomen impoſitum ſit, tertio autem nullum, ſed uocetur ipſe communi nomine: rationem factum dicit, atq́; cõſentaneum eſſe. Vnum enim aliquem uirtute præſtare cæteris, & paucos quoque, uſu uenit: plures uerò iam arduum eſt inuenire, qui abſoluti perfectiq́ue ſint in omni genere uirtutis, ſi tamen extant multi, qui planam exquiſitamq́ue habeãt unam aliquam uirtutem, illa maximè erit uirtus bellica. Hæc enim cernitur, augetq́, in multitudine, totaque aliqua gẽte. exempli cauſa, Lacones floruerunt hac gloria, totaque ea natio inſtructa egregiè erat ad militarem fortitudinem. Elicit autem, tanquam corollarium, ex ueritate huius ſententiæ, quod ualeat ad ipſam quoque confirmandam Quapropter in hac rep. ſummam auctoritatem habet genus illud hominum, cui commiſſa eſt cura defendendæ libertatis atq́, imperij, participeſque ipſius ſunt, qui geſtant arma.

Deprauationes autem dictarum ſunt.) Diſtinguit nunc reſp. uitioſas, & quibus nominibus uocentur hę ipſę deprauationes integrarum, docet. Inquit igitur tyrannidem eſſe labem corruptelamq́, regni: qui enim reges migrant è ſuis finibus, depravanturque, fiunt tyranni. ſtatum autem paucorum, diuitum ſcilicet, fieri è ſtatu optimorum, itidem corrupto: & popularem ex eo, qui uocatur politia. Confirmat autem, tres hos ſtatus uitioſos eſſe, & negligere commune bonum: cùm iam, quibus illi nominibus uocarentur, oſtendiſſet. Tyrannidem enim credit eſſe ſtatum unius, qui in dominatione illa ſua exercenda attendat tantùm utilitatem ſuam propriamq́ue: ſtatum autem paucorum dicit reſpicere diuitum, qui illic dominatur. bonum ſtatum uero populi curare ſolum, quod prodeſt egentis: ad publicam uerò utilitatẽ, in extremo inquit, nullum trium horum ſtatuum reſpicere.

τυραννὶς μὲν τοίνυν.) Scilicet τῷ δήμῳ καὶ τῶν ὀλίγων.

ἔστι γὰρ ἴσως ἐν αὐτῷ τῷ ζῆν μόριον.) In ipſa uita honeſti quædam pars ineſt, eademq́; in conuictu hominũ maximè elucaſcit. Proinde ſocietatem politicam ut nulla alia de cauſa, ſaltem propter ipſam uitam, quæ honeſtate perfuſa uiuatur, tuẽ-

tur nec niſi grauiſsimis malis coacti ſocietetem ciuilem relinquunt. Neturę lumine edoctus Ariſt. uitę humanę finem eſſe honeſtetem ſubulſecit, in ſoliu uirtutis exercitio poſitem. Ante illum Pythagorei hominem in hec uita tanquam in ſtatione poſitum a ſummo illo impecetore Deo, non iniuſſu illius eem deſerere, ſed in functiooe ſua perſiſteze debere. Quid aliud iacam? Nempe quia uitæ huius functiunes in futuræ uitæ gloriem tendunt, iccirco D. Paulus, qui cupiebet diſſolui & eſſe cum Chriſto, perſecutionem tamen imminentem fugit. Quòd ſi uirtus æterne eſt, etiam præmium eius, gloriem ſcilicet, æternam eſſe, neceſſe erit.

ἡ σωτηρία)Scilicet οἱ ἄνθρωποι. An legendum … τὸ ζῆν αὐ. μ.

ὡς ἐνούσης τινὸς εὐημερίας Tanquem inter multas tempeſtetes … huius uitæ fruitio ſerenitatis cuiuſdam ſpeciem præ ſe ferre uideatur. Sic ſeruus Menelei apud Eurip. in Oreſte, … ζῆν … τοῖς σώφροσιν.

Et Electræ apud eundem — … ψυχὴ βροτοῖς.

Et Phrex ſeruus ibidem — … φῶς ὁρᾶν.

Item Iphigenie Aulide eſis — τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν

Et Phere Alceſtide — τὸ ζῆν … Item: φίλον τὸ φέγγος τοῦτο τοῦ θεοῦ, φίλον.

ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς.) Quod addit …, ſuſpicionem auget uel in uerijs libris, extea hoſce libros Politicos, de imperij ſpeciebus ectum eſſe, uel certè eo com. Exotericis non ſemel, ſed ſæpius, licet tomultuariè.

… ἰατρικῆς.) Medicinem Hip. lib. de Flatibus utilem & iucundam ægris, tædioſam & damnoſam ipſis medicis eſſe aſſerit. omnino quie ars eſt, ooo tam hebentis, quàm fruentis cauſe inuenta.

τῶν … τῶν γυμναζομένων.) Qualis fuit Herodicus Selymbrienus Hip. præceptor, qui propter corporis ualetudinem primus Gymnaſticæ operam dedit, eiuſdemq; artem elijs quoq; à Medicina euulſam tradidit.

… τῆς ὠφελείας.) Iteque apud Plut. Rhetores duo ad Rempub. teoquam ed aureem meſſem ſeſe mutuo cohortabantur.

ALTERAM *quæſtionem de Rerump. ſpeciebus*

- **Proponit** *Cùm conſtet nō unam, ſed plures eſſe formas Reip. quæritur porrò ſecundùm*
  - **Quantitatem,** *Quot ſint illæ numero.* N. 1.
  - **Qualitatem.** Nu. 2. *Quæ ex illis ſint*
    - **Bonæ.** N. 3.
    - **Malæ,** *quæ facilè ex ſuperiorum intelligentia haberi poſſunt.* N. 4.
- **Explicat.** *Et quidem*
  - **Vniuerſim,** *alias Bonas, alias Malas eſſe, tali Reſolutione oſtenditur*
    - *Πολιτεία idem eſt quod πολίτευμα. Reſp. eſt Ciuitatis adminiſtratio.* Nu. 5. *Vti præced. cap. n. 8.*
    - *Πολίτευμα autem τὸ κύριον eſt, hoc eſt, Ciuitatis adminiſtratio eſt Imperium ciuitatis.* Num 6.
    - **Imperium** *autem ciuitatis uel penes unum aliquem eſt, uel penes plures too: & hos rurſus uel delectos quoſdam & paucos numero, uel omnes ſimul.* N. 7.
    - *At ſiue unus, ſiue plures, ſiue oēs imperēt, id faciunt cauſa utilitatis, uel*
      - **Omnium.** N. 8.
      - **Non omnium,** *ſed cauſa utilitatis propriæ, hoc eſt, eorum qui imperant.* N. 10.
    - **Vbi** *igitur ratio habetur utilitatis*
      - **Omnium,** *ea uera & recta eſt Reſpub.* N. 9. *Quandoquidē liberorum eſt hominum: qui niſi libertate æquali fruantur, nunquam iugo ciuilium legum colla ſubditur ſint.*
      - **Non** *omnium, ea non uera nec recta eſt Reſp.* N. 11. *Ratio ſyllogiſmo comprehenſa.* N. 12.
        - **Vbi** *uera ciuium communitas, ibi eſt ciuitas uera.*
        - *At in malis Rebuſpub. non eſt ciuium communitas uera. Deducit:*
          - **Communitas** *uera ciuiū in imperij communione ſita eſt: cùm quatenus liberi, eatenus etiā digni, qui uiciſsitudinem imperij habeant.*
          - *At in his non eſt imperij communio.*
          - **Ergo** *nō eſt in his uera communitas.*
        - **Ergo** *in malis Rebuſp. non eſt uera ciuitas.*
    - **Ergo** *πολιτεία alia eſt*
      - *Vera & recta.*
      - *Falſa & non recta, ſed παρέκβασις τῶν ὀρθῶν, Deprauatio rectæ Reip.*
  - **Singillatim.** *Vide in ſeq. figuram A.*

- **A. Singillatim** *formas Rerūp. diuerſis*
  - **Ediffe rit. Formæ Re rūpub.** *aliæ*
    - **Rectæ.** *In quibus publici boni cauſa (quod non niſi uirtute obtineri & obtineri poteſt) præeſt*
      - **Vnus.** *Βασιλεία*, Regnum. N.13.
      - **Plures** *uno, & uel*
        - **Pauci.** *Ariſtocratia.* N.14. *Quæ nomen habuit uel ab*
          - **Efficiente,** *Quia uirtute excellentiſſimi imperant.* N.15.
          - **Fine,** *Quia ad bonum præſtantiſſimum, uirtutem ſcilicet, referunt omnia.* N.16.
        - **Multi,** *ſiue omnes ciues. Quæ nomen generis ſibi uendicat, ut Πολιτεία eximiè dicatur.* N.17. *Ratio:*
          - **Species** *Reip. excellentiſſima & difficillima, nomen etiam generis ſibi propter excellentiam iure uendicat.*
          - *At popularis Reſp. bona, eſt omnium excellētiſſima & difficilima. Namq; uirtute excellere*
            - **Vnum** *aliquem, aut etiam paucos aliquos, poſſibile eſt.* N.19.
            - **Plures ſimul**
              - **Omnigena,** *impoſſibile eſt,* N.20.
              - **Aliqua,** *nimirum Bellica fortitudine, poſſibile eſt.* N.21. *Hæc namq; Virtus Politiæ ciuibus communis eſſe poteſt. Et proinde politiam ſaltem ab hac denomināt, quando à perfecta uirtute nequeūt. Quod oſtendit ex*
                - **Effectu.** *Iccirco Politiæ bum exercitium perpetuū eſt, Bellica tractare.* Numero 22.
                - **Efficiēte,** *id eſt, à ciuibus qui ius habent armorū, & eorūdem exercitua.* N.23.
          - **Ergo** *popularis Reſp. bona nomen generis ſibi iure uendicat, ut Πολιτεία dicatur excellenter.* N.18.
    - **Peruerſæ;** *ūd*
      - *ſūt. In his enim non ciuium omnium commodo, ſed ſuo proprio ſtudent illi qui præſunt uel*
        - **Vnus,** *Τυραννίς*, *Deprauatio regni.* N.24.
        - **Plures** *ciuiū, & rurſus uel*
          - **Pauci** *Diuites, Oligarchia.* N.25. *Nomē habet ab adiuncto, quoniam pauciores ferè ſemper ſunt diuites pauperibus. Etſi nihil prohibeat Remp. imaginari; in qua opulenti plures pauciores pauperibus imperent: cæterùm quæ diu conſtare nō poſſe uideatur, non ſecus ac ſi plures ſint domini quam ſerui.*
          - **Pleriq;**, *Pauperes, Democratia, ἀπὸ τοῦ δήμου nomen habens, ὡς διαδημίου, communis libertatis uinculo ueluti colligato populo.* N.26.
      - *aliàs.*
        - **Mala** *politia eſt, in qua non omnium, ſed unius tantùm partis ratio habetur. Vt malum uiſcus illud in corpore, quod ſibi tantùm, non alijs conſultum cupit.*
        - *At prædictæ Reſp. bonum quærunt*
          - **Non** *publicum.* N.30.
          - **Sed** *priuatum: nimirū*
            - **Tyrannus** *ſuum.* N.27.
            - **Oligarchæ** *ſuum.* N.28.
            - **Democratici** *ſuum.* N.29.
        - **Ergo** *ſunt malæ Reſpublicæ.*
  - **Confirmat,** *problematicè examinando Rerumpub. tum*
    - **Materiam** *ſubiectam, ipſos ſcilicet Ciues, à quibus Politia nomen habet, à parte ſcilicet Principe.* CAP. IIX.
    - **Formam,** *Ius ſcilicet quo continentur, quale ſit.* CAP. IX.
    - **Finem.** CAP. XIV.

CAPVT IIX.

Ex ſubiecta materia, hoc eſt, ex Ciuibus, formam Reip. uariare oſtendit.

OPortet[1] aūt paulo lōgiore oratione dicere, quæ ſingulæ ſint hæ reſpublicæ: habet enim hoc quaſdā difficultates. Illius[2] autē, qui in unaquaque ratione philoſophatur, & non ſolū reſpicit ad id, quod geritur, partes ſunt, non deſpicere, neq; aliquid relinquere, ſed aperire ueritatem de unaquāq; re. Eſt[3] aūt tyrannis quidē principatus, ut dictū eſt, erilis, & qui frangit cōmunionem ciuilē: dominatio[4] autē paucorū, quando in manu ſua rép. habuerint locupletes populi[5] uerò ſtatus contrà, quando qui non poſſident copiá bonorū, ſed pauperes. Prima[6] autē quæſtio contra definitionem eſt: ſi[7] enim forēt plures, iidemq; locupletes, qui in ſua manu ciuitatē haberent: ſtatus uerò populi eſt, quando multitudo dominatur. eodem[8] autē pacto contrà, ſicubi contigerit pauperes quidē pauciores eſſe diuitibus: cū autē potētiores ſint, in ſua manu repub. habere: ubi autē pauci numero dominantur, ſtatū paucorū eſſe aiunt: nō[9] utiq; rectè definitum eſſe uidebitur de reb. publicis. Quinetiā[10] ſi quis cōpoſita paucitate cum copia patrimonij, multitudine aūt cū egeſtate, ſic appellauerit reſpublicas: dominatū paucorū, in qua magiſtratus obtinent diuites, qui pauci numero ſint: ſtatū autē populi, in qua pauperes, qui ſunt numero multi: alia[11] dubitatio exoritur. quas enim dicemus modò appellatas reſpublicas, illā inquam, in qua plures diuites, & alterā, in qua pauciores pauperes, utriq; aūt ſummā poteſtatē in ſua rep. habētes, ſi quidē nulla alia reſp. præter dictas eſt? Videtur[12] igitur ratio planū facere, paucos uel multos eſſe, qui ſummā poteſtatē habeant, accidens eſſe: uuū horū, dominatuum paucorum: alterū autē ſtatuū populi: quia locupletes pauci, pauperes autem multi ubique ſunt. Qua[13] etiam de cauſa non contingit, quæ dictæ ſunt, cauſas eſſe cur differant, quo

ΔΕΙ[1] δὲ μικρῷ διὰ μακροτέρων εἰπεῖν τίς ἑκάστη τούτων τῶν πολιτειῶν ἐστί. καὶ γὰρ ἔχει τινὰς ἀπορίας. τῷ[2] δὲ περὶ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι, καὶ μὴ μόνον ἀποβλέποντι πρὸς τὸ πράττειν, οἰκεῖόν ἐστι τὸ μὴ παρορᾶν, μηδέ τι καταλείπειν, ἀλλὰ δηλοῦν τὴν περὶ ἕκαστον ἀλήθειαν. ἔστι[3] δὲ τυραννὶς μὲν, μοναρχία, καθάπερ εἴρηται, δεσποτικὴ τῆς πολιτικῆς κοινωνίας· ὀλιγαρχία[4] δὲ, ὅταν ὦσι κύριοι τῆς πολιτείας, οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες· δημοκρατία[5] δὲ τοὐναντίον, ὅταν οἱ μὴ κεκτημένοι πλῆθος οὐσίας, ἀλλ' ἄποροι. πρώτη[6] δ' ἀπορία πρὸς τὸν διορισμόν ἐστιν. εἰ[7] γὰρ εἶεν οἱ πλείους, ὄντες εὔποροι, κύριοι τῆς πόλεως· δημοκρατία δ' ἐστὶν, ὅταν ᾖ κύριον τὸ πλῆθος· ὁμοίως[8] δὲ πάλιν, κἂν εἴ που συμβαίνῃ τοὺς ἀπόρους ἐλάττους μὲν εἶναι τῶν εὐπόρων, κρείττους δ' ὄντας, κυρίους εἶναι τῆς πολιτείας· ὅπου δ' ὀλίγον κύριον πλῆθος, ὀλιγαρχίαν εἶναί φασιν· οὐκ ἂν[9] καλῶς δόξειεν διωρίσθαι περὶ τῶν πολιτειῶν. ἀλλὰ[10] μὴν, κἄν τις συνθεὶς τῇ μὲν εὐπορίᾳ τὴν ὀλιγότητα, τῇ δ' ἀπορίᾳ τὸ πλῆθος, οὕτω προσαγορεύοι τὰς πολιτείας· ὀλιγαρχίαν μὲν ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν οἱ εὔποροι, ὀλίγοι τὸ πλῆθος ὄντες· δημοκρατίαν δὲ, ἐν ᾗ οἱ ἄποροι, πολλοὶ τὸ πλῆθος ὄντες· ἄλλην[11] ἀπορίαν ἔχει. τίνας γὰρ ἐροῦμεν τὰς ἄρτι λεχθείσας πολιτείας, τὴν ἐν ᾗ πλείους εὔποροι, καὶ ἐν ᾗ ἐλάττους οἱ ἄποροι, κύριοι δ' ἑκάτεροι τῶν πολιτειῶν, εἴπερ μηδὲ μία ἄλλη πολιτεία παρὰ τὰς εἰρημένας ἐστίν; ἔοικε[12] τοίνυν ὁ λόγος ποιεῖν δῆλον, ὅτι τὸ μὲν ὀλίγους ἢ πολλοὺς εἶναι κυρίους, συμβεβηκός ἐστι, τὸ μὲν ταῖς ὀλιγαρχίαις, τὸ δὲ ταῖς δημοκρατίαις, διὰ τὸ τοὺς μὲν εὐπόρους ὀλίγους, πολλοὺς δ' εἶναι τοὺς ἀπόρους πανταχοῦ. διὸ[13] καὶ οὐ συμβαίνει τὰς ῥηθείσας αἰτίας γίνεσθαι διαφο-

IAm[1] uerò oportet paulo pluribus uerbis, quæ ſit unaquæq; harum reſpub. formarum exponere. habet enim hæc res difficultates quaſdam ad explicandum difficiles atq; obſcuras. Eſt[2] autem, qui in unaquaq; inſtitutione philoſophatur, neq; ad agendum ſolum curas & cogitationes ſuas confert, conuenit acriter & non negligenter rem, de qua agitur, intueri, neq; quicquā prætermittere, ſed aperire ac patefacere in quaq; re ueritatem. Eſt[3] igitur tyrannus quidem imperiū unius herile, quēadmodum dictum eſt, in ſocietatem ciuilem. Paucorum[4] imperium autem ſeu oligarchia eſt, cùm ij, quorum res familiaris ampla & præclara eſt, auctoritatem & dominatum obtinent in rep. Populi[5] poteſtas contrà, quæ democratia à Græcis appellatur, cum ij, quibus non ampla neq; lauta, ſed anguſta & tenuis eſt res familiaris, remp. adminiſtrant. Prima[6] autē difficultas ac dubitatio ad ſuperiorem diſtinctionem pertinens, eſt[7] hæc, quòd ſi plures, qui ſunt locupletes, dominatum in ciuitate obtineant: populi autem poteſtas ſit, ubi multitudo dominatum in ciuitate obtinet: ſimiliter[8] uerò ſi fortè etiam cōtrà alibi eueniat, ut inopes atq; egentes numero ſint locupletibus pauciores, & tamen cùm uiribus præſtent, dominatum in ciuitatis adminiſtratione obtineant: ubi autem exigua multitudo dominatum obtinet, paucorum eſſe imperiū dicant: nō[9] rectè uideantur reip. adminiſtrandæ formæ eſſe definitæ, neq; diſtinctè explicatæ. At[10] porrò ſi quis etiā copulata quidem cum abundantia rei familiaris hominū paucitate, cum anguſtijs autem & inopia bonorum externorum, eiuſmodi multitudine, ita nomina reip. adminiſtrandæ formis imponat, et oligarchiam ſeu paucorum imperium quidem appellet in ea ciuitate, in qua imperia gerunt pauci numero locupletes: democratiam autem, ſeu populi poteſtatem, qua in ciuitate egentes atque inopes numero multi reip. adminiſtrandæ præſunt: aliam[11] hæc res difficultatem prope inexplicabilem habet. Quas enim dicemus eas, quæ modò à nobis cōmemoratæ ſunt, reip. adminiſtrandæ formas, eam dico, in qua plures ſunt locupletes, & eam, in qua egentes pauciores, auctoritatem autē & dominatū in ciuitatū adminiſtrationib. obtinent, ſi quidē nulla alia eſt reip. adminiſtrandæ forma præter eas, quas diximus? Videtur[12] igitur ratio planū facere ac declarare paucos aut multos auctoritatem & dominatū in ciuitate obtinere, hoc eſſe euentū partim paucorū imperijs, ſeu oligarchijs, partim populi poteſtatibus, ſeu democratijs, propterea quòd locupletes quidem & copioſi pauci, egētes autē et tenues, multi ſunt ubiq; gentiū. Quare[13] neq; ex his efficitur, ut ſint illa, quæ dicta ſunt, diuerſitatis cauſa

quo [14] aūt differūt inter ſe ſtat⁹ populi & dominatus paucorū, ſunt paupertas & diuitiæ. Et [15] neceſſe quidem eſt, ubicūq; imperiū nacti fuerint ope diuitiarum, ſiue pauciores ſiue plures ſint, eſſe hunc dominatū paucorū: ubi [16] autem imperiū habēt pauperes, ſtatū populi. Verū [17] cōtingit, ut diximus, hos quidē paucos eſſe, hos uerò multos. pauci nāq; ad diuitias ꝑueniūt: libertatis uerò participes ſunt oēs: ꝓpter quas cauſas controuerſantur inter ſe utriq; de ſummo loco in ciuitate.

ρὰς, ᾧ [14] δὲ διαφέρουσιν ἥ τε δημοκρατία, καὶ ἡ ὀλιγαρχία ἀλλήλων, πενία καὶ πλοῦτός ἐστι. καὶ [15] ἀναγκαῖον μὲν ὅπου ἂν ἄρχωσι διὰ πλοῦτον, ἄν τ' ἐλάττους, ἄν τε πλείους, εἶναι ταύτην ὀλιγαρχίαν· ὅπου [16] δ' οἱ ἄποροι, δημοκρατίαν. ἀλλὰ [17] συμβαίνει, καθάπερ εἴπομεν, τοὺς μὲν ὀλίγους εἶναι, τοὺς δὲ πολλούς. εὐποροῦσι μὲν γὰρ ὀλίγοι, τῆς δ' ἐλευθερίας μετέχουσι πάντες· δι' ἃς αἰτίας ἀμφισβητοῦσιν ἀμφότεροι τῆς πολιτείας.

cauſa: ſed ea [14] res, quib. rebus popularis poteſtas & paucorum imperiū inter ſe differunt, ſunt paupertas & diuitia. Ac [15] neceſſe quidem eſt, ubi magiſtratus gerunt propter diuitias, ſiue ſint pauciores, ſiue plures, hoc eſſe paucorum imperium ſeu oligarchiam: ubi [16] uerò egentes, populi poteſtatem ſeu democratiā. Sed [17] euenit interdum, quēadmodum diximus, ut illi quidem ſint pauci, hi uero multi. Abundant enim rei familiaris copijs & facultatibus pauci: libertatis autem ſunt participes omnes: propter quas cauſas litigāt utrique de repub. adminiſtranda.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Oportet autem paulò longiore.) Videbat accuratus doctor, in his, quæ modò tradita ſunt, reſtare nonnulla, quæ adhuc explicanda forent, quia ſcrupulos quoſdam in ſe continerent, ipſos igitur euellere ſtudet, oſtenditque ſe, ſi rectè omnes ſuum obire uelit, aliter facere non poſſe. Repetit igitur quę dixit, atque inquit, conſilium ſuum primum exponēs, oportere longiore oratione declarare, quæ potiſsimum ſint ſingulæ reſpublicæ. Intelligit autem deprauatas, quas enumerarat, ea de cauſa, quod dictum eſt ſtatimque ſignificat ſe, quod aggreditur nunc, ſi is eſſe uelit, qui debet, omittere nullo pacto poſſe. Eſſe namque docet officium eius, qui ſuſceperit aliquid ratione tractandum in unaquaque uia atque arte & non ſolùm curet, quod ſeruit uſibus hominum, paſsimque in illis rebus fit, nihil eorum negligenter attendere, neque omittere, quæ illic recondita ſunt, ſed aperire ueritatem omnem earum rerum, fallentem cęteros, atque inde diſcutere quidquid eſt caliginis.

Eſt autem tyrannis.) Incipit ab iniuſta poteſtate unius, quæ tyrannis uocatur, ipſamque eſſe dicit, quod ſupra etiam ſignificarat, ſtatum unius, qui ad ſe unum rapit, adhibita ui illis, quod commune ciuium omnium eſſe debuit, frangitq; ac diſsipat ſocietatem illam. Statum autem paucorū, cùm in ſua manu remp. habuerint, qui ampla patrimonia poſsident. Populi ſtatum contrà, cùm in ipſa dominentur, qui non habent optimas fortunas, ſed egeni ſunt ac tenues homines. Οὐσίαν ἔχοντες, ut locutus eſt auctor, uerè dici poſſunt locupletes, quaſi exilis res familiaris ac minuta nō digna ſit, quæ patrimonij nomine appelletur.

Prima autem quæſtio.) Cùm plura hic ſint, quæ meritò perturbarent quempiam: prima quæſtio, inquit, oritur aduerſus deſcriptionem & quaſi normam, qua uſi ſumus in his ſtatibus ciuitatum diſtinguendis. Si namque, inquit, plures forent, ijdemque locupletes, qui remp. omnem in ſua manu haberent, hic ſtatus uideretur uocandus populi. Democratia namque eſt, ubi multitudo dominatur. Eodem pacto, inquit, quod aduerſatur huic, ſicubi cōtingit egenos pauciores numero eſſe, quàm locupletes, eoſdem tamen, quia meliores, id eſt firmiores ſunt, in ſua poteſtate remp. habere, quid ſentiendum de hoc ſtatu eſt? Ubi enim numerus minor ſummam poteſtatem adeptus eſt, dominatum paucorū eſſe aiunt. Quare, inquit, uideri poſſet non ſatis rectè de rebuſp. ſuprà à nobis præceptum eſſe, nec uera ac quaſitaque diſtinctio ipſarum inuenta.

Quinetiam ſi quis compoſita.) Oſtēdit, quod aliquis excogitare potuiſſet, ut uitaret hunc ſcopulum, inane eſſe, nec roboris aliquid in ſe habere. Id autem erat, ſi fortè aliquis coniuncta cum ubertate patrimonij paucitate hominum, & cum exilitate multitudine eorundem, ſic appellaret reſpublicas, dominatum quidem paucorum, ſtatū ciuitatis, in quo magiſtratus habent locupletes, qui pauci numero ſunt: popularem autem eſſe uelit ſtatum, in quo egeni, numero multi exiſtentes. Declarat igitur, ne ſic quidem hanc rationem ſtabilem & uacuam à moleſtia futuram. Exoriſ enim ſtatim alia quæſtio, quas uocaturi ſimus reſp. nuper expoſitas: id eſt, eam, in qua plures locupletes ſunt, & in qua pauciores egeni, utriq; aūt eodem modo dominē ſuarū rerum p. ſi quidem nullam aliam remp. eſſe uolumus, præter ſuprà traditas.

Videtur autem ratio.) Quid commodi tamen capiatur ex ratione, quam in mentem alicui uenire poſſe ſignificauit, etſi illa reiecta confutataque eſt, docet. Inquit enim, ipſam aperire, quod dicitur, paucos uel multos in ciuitate regnare, eſſe quiddam, quod euenit rebuſpublicis, & non ſitum eſt certum ac proprium in natura ipſarum, alterum eorum dominatibus paucorum, alterum uerò populi ſtatibus, quia locupletes pauci, multi autem ſunt pauperes ubique. Quare, inquit, non locum habet, illas, quæ adlatæ ſunt, eſſe ueras cauſas diſtinguendi uariandiq; reſp. eas, id eſt numerum paruum magnumq; ciuium. ſed quo diſcrepant inter ſe, eſſe paupertatem & diuitias.

Et neceſſe quidem eſt.) Quod iam traditum erat, magis explanat, manetque in iudicio ſuo de hac re confirmando. inquit enim, rem augens: Neceſſeque eſt relicto numero ciuium, nec quicquam facere ad hanc rem exiſtimato, ubicunq; qui imperium habent id adepti ſunt præſidio diuitiarum, ſiue pauciores ipſi ſiue plures fuerint, eſſe ſtatum illum dominatum paucorum: ubi autem egeni in ſua manu remp. habent, ſtatum populi. Verùm, inquit, ut oſtendimus, contingit hos paucos eſſe, alteros uerò multos. pauci enim (ut repetit) perueniunt ad magnas diuitias: cuncti uerò, liberi ſunt. Addit autem in extremo, quaſi corollarium quoddam, affirmans, diuerſa, quæ in ipſis bona exiſtunt, augere illorum animos, horterque ut controuerſentur inter ſe de ſummo gradu ciuitatis. Hi namque freti amplitudine patrimonij, illi uerò numero, quo facile locupletes uincunt, putant ſe oportere clauum ciuitatis tenere.

ὁ λόγος δηλοῖ.) Prædicta dubitatio continere & declarare uidetur, paucitatem & multitudinem accidentia tantùm eſſe Oligarchiæ & Democratiæ, quæ ſine iniuria ab illis ſeparari queant.

διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας.) Cùm accidentia tantùm ſint, iccirco non efficitur ut uel paucorum pauperum dominatus non ſit Democratia, uel multorum diuitum dominatus non ſit Oligarchia: ſed ad ſpecies prædictas referri debent, accidētaliter tantùm differentes.

δι' ἃς αἰτίας.) Scilicet διὰ πλοῦτον καὶ ἐλευθερίαν, contendunt de primatu urbis.

εὐποροῦσι μὲν γὰρ ὀλίγοι.) Quòd ſi rurſus ex his ipſis pauci numero quidem ad egeſtatem redigantur, ut imperij nihilominus ob nobilitatem & antiquam opulentiam participes ſint, remota tamen arceri poſſent, niſi quòd collegarum reliquorum opibus ueluti occultantur, ut à potiori parte fiat denominatio. Non ſecus atque inter multos pauperes in Democratia dantur aliqui etiam diuites ſed qui non propter diuitias, ſed propter libertatem, quam cum pauperibus communem habent, ad Rempub. admittuntur.

SPECIES Rerũpub. prædictas examinat, ſecũdũ Materiam primùm, quam illis ſubiecimus. deinde ſecũdum Finem, ad quẽ diriguntur, ſecũdum Bonum ſcilicet publicum. Et examen quidem

- **Proponit**
  - **Qui** *accuratam ſingulorum inquiſitionem inſtituit, non tantùm ea quæ ad uſum (πρὸς τὸ πρᾶξαι) commodant, ἀκριβῶς & perſpecta habere debet; ſed etiam φιλοσοφεῖν oportet, hoc eſt, ea quæ ad cognitionem (πρὸς γνῶσιν) faciunt, perpendere. N. 2. Sic quoq; lib. 1. Polit. cap. 11. n. 1. & hoc lib. c. 2. loquitur, πρὸς τὴν χρῆσιν quædam, quædam πρὸς τὴν γνῶσιν accommodata tantùm eſſe. & infrà c. 12. λέγει alios κατὰ φιλοσοφίαν tum Ethicam tum Politicam conſtituit, alios πρὸς χρῆσιν ſeu πρᾶξιν accommodatos eſſe ait.*
  - **At nos** Politiarum *methodum accuratam hiſce libris inſtituimus.*
  - **Ergo** *non tantùm ea, quæ ad uſum uulgarem faciunt, ſed multo magis quæ ad philoſophicam inquiſitionem ueritatis commodant, inquirere debemus. Neq; tantùm ſcire ſat eſt, quæ & quales ſint Reſpub. ſed etiam ueritas eorum, quòd tales ſint, inquirenda & examinanda uenit, præſertim cùm quædam ſubſint dubia. N. 1.*
- **Aggreditur de differentia ſcilicet Rerumpub.**
  - **Materiali**, *quæ ſumitur à quantitate et à qualitate eorum qui imperãt & qui parent, tanquã à Subiecto. Problema*
    - **Proponitur.** *Differentiæ politiarum deprauatarum ſumuntur à* Quantitate *eorum qui imperant, ſiue unus ſit, & Tyrannis dicitur. Nu. 3. ſiue plures. Si plures, de* Qualitate *illorũ quæritur, nimirum de* Opulentia *et* Libertate. *Nam ſi* Diuites *ſint,* Oligarchia *uocatur. Num. 4. ſi* Pauperes, Libertate *tamen pares,* Democratia, *N. 5. Dubitatio gemina eſt: ex hac Quæſtio*
      - **Prior** *Diuiſionẽ propoſitam reſpicit. Num. 6.*
        - **Cum** *dari poſſit*
          - **Democratia**, *in qua populus imperet, & is quidem locuples N. .*
          - **Oligarchia**, *in qua pauci imperent pauperes, potentia interim uincant multitudinem reliquorum opulentiorum. N. 8.*
        - **Malè** *certè uidebimur* Rerump. *formas ſecundùm* Opulentiam *&* Paupertatem *definiuiſſe:* Democratiam *quidem in qua multi pauperes,* Oligarchiam *uerò in qua pauci diuites rerum potiantur N. 9.*
      - **Poſterior** *Solutionem prioris dubitationis eſſecerunt, et dubitationem illam ampliat:*
        - **Vt** *quam maximè reſpondeatur, paucitatem conuenire Oligarchiæ diuitum, multitudinem Democratiæ pauperum: uerùm non per ſe, ſed per accidens tantùm. N. 10.*
        - **Nihilominus** *tamen dubitatio manet. Nam cùm tres tantùm ſpecies deprauatarum* Rerump. *conſtituerimus, & Oligarchiam quidem paucorum diuitum, Democratiã uerò multorũ pauperũ conſtituerimus: detur interim imperiũ & multorũ diuitum in paucos pauperes, & paucorũ pauperũ in multos diuites: aut ſpecies non enarrauimus omnes: aut malè Oligarchiã diuitibus, Democratiã pauperib. aſſignauimus: rectius facturi, ſi Oligarchiã à paucitate, Democratiã à multitudine per ſe definiuiſſemus, quib. paupertas & opulentia accidentaliter tantùm inhæreant. N. 11.*
    - **Declaratur.** *Nẽpe in* Oligarchia *&* Democratia *ratio habetur*
      - *Per accidens Paucitatis & Multitudinis: quandoquidem accidit, ut ſemper & ubiq; ferè pauperes plures ſint quàm diuites. N. 12. Et propterea licet detur Reſpub. talis, in qua diuites numero plures ſunt, & rurſum in qua pauperes numero pauciores: non tamen idcirco harum occaſione prædictas* Rerump *ſpecies conuellere, aut nouas introducere oportet: cùm accidẽtaliter tãtùm differant ab illis, per ſe conueniãt. N. 13.*
      - *Per ſe Diuitiarum & Libertatis, quarum prærogatiua imperium debetur, ut non natura, ſed ſaltẽ uoluntate & inſtinctu eorũ, qui in eandem ſocietatẽ ciuilẽ conuenere. N. 14.*
    - **Cõcluditur.** *Rerumpub. igitur prædictarũ forma*
      - *Per ſe ſumuntur ab Opulentia & Paupertate, in numerũ ubi imperãt*
        - **Diuites**, *ſiue pauci numero, ut plerunque, ſiue multi, quod rarò accidit, ea dicatur Oligarchia. Num. 15.*
        - **Pauperes**, *ſolum libertatis communione fruentes, ſiue pauci, quod rarò, ſiue multi, ut plerunq;, ea dicatur* Democratia. *N. 16.*
      - *Per accidens appellationem ſumunt à Paucitate & Multitudine, quarum hæc ut plurimum Paupertatis, illa ut plurimum Opulẽtiæ affecla eſt: adeoq; ab eo quod frequentius fieri conſpicitur, denominatio fit, ut Diuitum imperium Oligarchia dicatur, Pauperum Democratia: quòd licet etiam in hac reperiantur diuites, in illa etiam pauperes, à maiore tamen parte reliquorum uelut obſcurentur. N. 17.*
  - **Formali**, *quæ ſumitur ab eo quod Ciuitatem continet & diſtinguit ab alijs, à Iure ſcilicet, quod & Aliquorum eſt, & de Aliquibus rebus eſt communibus: ut quo quæq; meliore utuntur iure, eo meliores ſunt cenſendæ. Ius autem melius, quo communius.* CAP. IX *& ſeq.*
  - **Finali.** CAP. XIV.

CAPVT

CAPVT IX.

Ex diuerſitate Iuris ceu formæ imperij Reſpub. uariare oſtendit.

SVmere [1] aũt primũ oportet, quos terminos dicunt dominatꝰ paucorũ, & ſtatus populi: & [2] q̃d iuſtũ eſt accõmodatũ dominatui paucorũ, & quod ſtatui populi. Cuncti [3] nãq; attingũt iuſtũ quoddã: ſed [4] quodã tenus procedũt, & aiũt non omne, quod propriè iuſtũ eſt. Ceu [5] uidetur æquale iuſtũ eſſe: eſt [6] etenim, ſed non omnib. uerũ æqualibus: & [7] inæquale uidetur iuſtũ eſſe: eſt [8] etenim, uerum nõ omnibus, ſed inæqualibus. Hi [9] uerò hoc demunt, quibus inquã, & [10] exiſtimãt malè. cauſa [11] aũt eſt, q̃d iudiciũ fit ab ipſis de ſemetipſis. Fermè [12] aũt plurimi mali exiſtimatores ſũt de ſuis proprijs; reb. Quare [13] quoniã iuſtũ eſt quibuſdã: & diuiſum eſt eodẽ pacto in rebus, & quibus, quemadmodũ [14] dictũ eſt prius in libris de Morib. rei [15] quidẽ æqualitatẽ concedunt: controuerſantur aũt de æqualitate quibus: in [16] primis aũt ob illud, q̃d modò dictũ eſt, quia homines exiſtimãt male de rebus ſuis: deinde [17] aũt & quia dicũt utriq; quodã tenus iuſtũ quoddã, arbitrantur iuſtũ dicere ſimpliciter. Hi [18] namq;, ſi in quopiã inæquales extiterint, ueluti diuitijs, penitùs ſe putant inæquales: hi [19] uero, ſi in quopiam æquales, ueluti libertate, penitùs æquales. Quod [20] aũt firmiſſimum eſt, nõ dicũt. Si [21] nãq; rei familiaris gratia cõmunicarũt, primũq; ſe in eandem ſedẽ cõtulerũt: tantũ participãt ciuitate, quãtũ re familiari. Quare [22] ratio eorũ, q dominari uolunt, firma eſſet. nõ [23] enim iuſtũ eſt æqualiter participare cẽtũ minis, qui unã cõtulerit, atq; ille, qui reliquũ omne: neq; ceteris ſummę ſortiſq;, neq; eorũ quę accreuerint. Si [24] aũt neq; uiuẽdi ſolùm cauſa, ſed potius bene uiuendi (ita [25] enim ſeruorum & aliarum animãtium eſſet ciuitas: nunc [26] aũt non eſt, quia [27] nõ participes ſunt uitæ beatę, neq; uiuendi, ut uolunt) neq; [28] ſocietatis bellicæ cauſa coierũt, ne ab ullo iniuriã acciperẽt: neq; [29] propter permutationes & uſum mutuũ. etenim [30] Tyrrheni & Carthaginienſes & cuncti, quib. teſſeræ ſunt inter ſe, quaſi

ΛΗΠΤΕ΄ΟΝ [1] δὲ πρῶτον τίνας ὅρους λέγουσι τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας· καὶ [2] τί τὸ δίκαιον, τό τε ὀλιγαρχικὸν, καὶ δημοκρατικόν. πάντες [3] γὰρ ἅπτονται δικαίου τινος· ἀλλὰ [4] μέχρι τινὸς προέρχονται, καὶ λέγουσιν οὐ πᾶν τὸ κυρίως δίκαιον. οἷον [5] δοκεῖ τὸ ἴσον δίκαιον εἶναι· καὶ [6] γὰρ ἐστιν, ἀλλ' οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἴσοις. καὶ [7] τὸ ἄνισον δοκεῖ δίκαιον εἶναι· καὶ [8] γάρ ἐστιν, ἀλλ' οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνίσοις. οἱ [9] δὲ τοῦτ' ἀφαιροῦσι, τὸ οἷς, καὶ [10] κρίνουσι κακῶς. τὸ [11] δ' αἴτιον, ὅτι περὶ αὑτῶν ἡ κρίσις. σχεδὸν [12] δ' οἱ πλεῖστοι φαῦλοι κριταὶ περὶ τῶν οἰκείων. ὥσθ' [13] ἐπεὶ τὸ δίκαιον τισὶ, καὶ διῄρηται τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπί τε τῶν πραγμάτων, καὶ οἷς (καθάπερ [14] εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς) τὴν [15] μὲν τοῦ πράγματος ἰσότητα ὁμολογοῦσι, τὴν δὲ οἷς, ἀμφισβητοῦσι. μάλιστα [16] μὲν διὰ τὸ λεχθὲν ἄρτι, διότι κρίνουσι τὰ περὶ αὑτοὺς κακῶς· ἔπειτα [17] καὶ διὰ τὸ λέγειν μέχρι τινὸς ἑκατέρους δίκαιόν τι, νομίζουσι δίκαιον λέγειν ἁπλῶς. οἱ [18] μὲν γὰρ, ἂν κατά τι ἄνισοι ὦσιν, οἷον χρήμασιν, ὅλως οἴονται ἄνισοι εἶναι· οἱ [19] δ' ἂν κατά τι ἴσοι, οἷον ἐλευθερίᾳ, ὅλως ἴσοι. τὸ [20] δὲ κυριώτατον οὐ λέγουσιν. εἰ [21] μὲν γὰρ τῶν κτημάτων χάριν ἐκοινώνησαν καὶ συνῆλθον, τοσοῦτον μετέχουσι τῆς πόλεως, ὅσον περ καὶ τῆς κτήσεως. ὥσθ' [22] ὁ τῶν ὀλιγαρχικῶν λόγος δόξειεν ἂν ἰσχύειν. οὐ [23] γὰρ εἶναι δίκαιον, ἴσον μετέχειν τῶν ἑκατὸν μνῶν, τὸν εἰσενέγκαντα μίαν μνᾶν, τῷ δόντι τὸ λοιπὸν πᾶν· οὔτε τῶν ἐξ ἀρχῆς, οὔτε τῶν ἐπιγινομένων. εἰ [24] δὲ μήτε τοῦ ζῆν μόνον ἕνεκεν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ εὖ ζῆν (καὶ [25] γὰρ ἂν δούλων, καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἦν πόλις· νῦν [26] δ' οὐκ ἔστι διὰ [27] τὸ μὴ μετέχειν εὐδαιμονίας) μηδὲ τοῦ ζῆν κατὰ προαίρεσιν. μήτε [28] συμμαχίας ἕνεκεν, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἀδικῶνται· μήτε [29] διὰ τὰς ἀλλαγὰς, καὶ τὴν χρῆσιν τὴν πρὸς ἀλλήλους· καὶ [30] γὰρ ἂν Τυῤῥηνοὶ, καὶ Καρχηδόνιοι, καὶ πάντες, οἷς ἐστὶ σύμβολα πρὸς ἀλλήλους, ὡς μιᾶς

INtelligendum [1] autem eſt primùm quos fines et quaſi terminos oligarchiæ ſeu paucorum imperij, & democratiæ ſeu populi poteſtatis conſtituant, & [2] quod ſit ius oligarchiæ, & democratiæ proprium. Omnes [3] enim ius aliquod attingunt: ſed [4] aliquatenus progrediuntur, dicuntq́ non omne, quod propriè ius eſt. Verbi [5] gratia, ius uidetur eſſe quod æquale eſt: & [6] eſt planè, uerum non omnibus, ſed æqualibus. Tũ [7] inæquale ius uidetur eſſe, ut [8] eſt: uerùm non omnibus, ſed inæqualibus. Hi [9] autem hoc detrahunt, nempe quibus, & ita [10] malè iudicant. cuius [11] rei hæc cauſa eſt, quia de ſeipſis iudicant. Ferè [12] autem plurimi de rebus ſuis ac domeſticis mali ſunt iudices. Quare [13] quoniam iuſtum, aliquibus eſt iuſtum, eademq́ diſtinctio adhibeda eſt in rebus, atq́ in perſonis, quemadmodum [14] antea à nobis dictum eſt in libris de Moribus: res [15] quidem æqualitatem concedunt, perſonarum uerò in controuerſiã uocant: maximè [16] quidem propter id, quod paulo ante dictũ eſt, quia eas res, quæ ad ſe pertinent, malè iudicant: ſecundo [17] loco uerò etiã propterea quòd cum utriq́ dicant quadamtenus ius aliquod, exiſtimant ſe ius dicere ſimpliciter. Hi [18] enim ſi aliqua re ſint inæquales, uerbi gratia pecunia, putãt ſe omnino eſſe inæquales: illi [19] uerò ſi qua re ſint æquales, ueluti libertate, ſe prorſus eſſe æquales. Sed [20] ius, quod principẽ locum obtinet, prætermittũt. Si [21] enim bonorum & facultatum gratia ſocietatem coierunt, & in unum conuenerunt, tam ſunt participes ciuitatis, quãtum & facultatum rei familiaris habent. Itaq́ [22] eorum, qui paucorum imperio fauent, ratio ualere uideatur. non [23] enim iuſtum eſſe, æquam partem ferre centum minarum eum, qui unam minam attulit, atq́ eum, qui reliquum omne contulit, neq́ eorum, quæ in ſocietatem initiò collata ſunt, neq́ eorum, quæ poſtea acceſſerunt, & lucri facta ſunt. Sin [24] non ſolùm uiuendi gratia conuenerunt, ſed potius benè uiuendi (eſſet [25] enim ſeruorum, & aliarum animantium ciuitas: nunc [26] autem non eſt, quia [27] non ſunt beatitudinis, neq́ uitæ ex conſilio degendæ participes) neq́ [28] belli ſocietatis cauſa, ut ne a quoquam iniuſte læderentur. neque ut res inter ſe contraherent & cõmutarent: neq́ [29] ut mutua conſuetudine atq́ opera uterẽtur (nam [30] Tuſci & Carthaginenſes & omnes, quibus ſunt teſſera rerum inter ſe contrahendarum,

quaſi unius ciuitatis ciues fuiſſent. Sũt[11] igitur ipſis pacta de reb. q̃ importari poſsũt. & teſſeræ, ne ſe iniuria afficiãt, & [12] fœdera de ſocietate in bello. Sed[13] neq; magiſtratus cõmunes omnib. cõſtituti ſup his, ſed diuerſi apud utroſq;. Neq;[14] ut ſint quales oporteat, alteri de alteris laborãt, ſuſcipiũtue de hoc cogitationẽ ullã: neq;[15] ut nullꝰ iniuſtus ſit eorũ, q ijſdẽ pactis tenẽtur, uitioq; ulli affinis ſit: ſed tãtũ, ne ulla in re ſibi mutuo iniuriã faciãt. De[16] uirtute aũt & uitio ciuili qu̧rũt, quicũq; curã gerũt, ut ciuitas bonis legib. ornetur. Quare[17] perſpicuũ eſt, nõ oportere uirturẽ ex aio dimittere illã, q uerè ciuitas appelleẽ, nõ uerbo tenus. Aliter[18] .n. h̨c cõmunio ſit bellica ſocietas c̨terorũ omniũ, loco tãtũ diſcrepãs a ſocijs longè ſitis. Et lex[19] pacta eſt, ut ait Lycophron ſophiſtes, q̃ ſpõſor eſt inter ipſos rerũ iuſtarũ: nõ tñ tãtarũ uiriũ, ut ualeat ciues bonos ac iuſtos efficere. Ita[40] uerò ſe rẽ habere patet. Si nãq;[41] aliquis loca in unũ cogat, ut ſe tangant muris, Megarenſiũ & Corinthiorũ, tamen nõ erit una ciuitas: neq; etiam ſi cõnubijs inter ſe iungantur: & ſi hæc una eſt cõmunionũ, quæ ſunt propriæ ciuitatũ. Eodẽ[42] pacto neq; ſi aliqui habitarent ſeorſum quidẽ, non tñ tantũ ſeiuncti loco fuiẽt, ut nõ poſsẽt inter ſe cõmunicare ſed ſi eſſent ipſis leges, ne in permutationib. inter ipſos aliquæ iniuriæ naſcerentur: ceu, ſi hic q̃dẽ faber eſſet hic uerò agricola: hic ſutor, hic aũt aliud quippiã huiuſcemodi, & numero forẽt decẽ milia: nõ tñ cõueniret ipſis in alia quapiã re p̃ter has, ceu ꝑmutatione & ſocietate in bello, ne ſic quidẽ eſſet ciuitas. Qua[43] nã potiſs. de cauſa? non .n. iam, q a nõ ꝓpè ſit cõmunio: ſi[44] nãq; in eandẽ ſedẽ ſe cõferrent, qui ita cõmunicant inter ſe, uterentur tamẽ ſinguli propria domo, tanquã ciuitate: & ſibijpſis, ueluti ſi ſocij bellorũ eſſent, auxiliũ ferrẽt cõtra iniurias inferẽtes ſolũ: neq; ſic eſſe uideretur ciuitas accuratè uidẽtib. ſi quidẽ eodẽ pacto uerſarẽtur inter ſe, poſtquã coijſſent, ac faciebãt, cũ ſeorſum uiuebãt. Perſpicuũ[45] igitur nõ eſſe ciuitatẽ cõmunionem loci: neq; conſenſum, ne ſe iniurijs afficiant: neq; cõſtare permutationis gratia: ſed

αὖ πολῖται πόλεως ἦσαν. εἰσὶ[11] γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν εἰσαγωγίμων, καὶ σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, καὶ[12] γραφαὶ περὶ συμμαχίας ἀλλ'[13] οὔτ' ἀρχαὶ πᾶσιν ἐπὶ τούτοις κοιναὶ καθεστᾶσιν, ἀλλ' ἕτεραι παρ' ἑκατέροις. οὔτε[14] τοῦ ποίους τινὰς εἶναι δεῖ, φροντίζουσιν ἅτεροι τοὺς ἑτέρους· οὐδ'[15] ὅπως μηδεὶς ἄδικος ἔσται τῶν ὑπὸ τὰς συνθήκας, μὴ ἢ μοχθηρίαν· ἀλλὰ μόνον, ὅπως μηδὲν ἀδικήσωσιν ἀλλήλους. περὶ[16] δ' ἀρετῆς καὶ κακίας πολιτικῆς διασκοποῦσιν, ὅσοι φροντίζουσιν εὐνομίας. ᾗ[17] καὶ φανερόν, ὅτι δεῖ περὶ ἀρετῆς ἐπιμελὲς εἶναι τῇ γ' ὡς ἀληθῶς ὀνομαζομένῃ πόλει, μὴ λόγου χάριν. γίνεται[18] γὰρ ἡ κοινωνία συμμαχία τῶν ἄλλων, τόπῳ διαφέρουσα μόνον τῶν ἄπωθεν συμμάχων· καὶ[19] ὁ νόμος συνθήκη, καὶ καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστής, ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τῶν δικαίων· ἀλλ' οὐχ οἷος ποιεῖν ἀγαθοὺς καὶ δικαίους τοὺς πολίτας. ὅτι[40] δὲ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, φανερόν. εἰ[41] γάρ τις καὶ συνάγοι τοὺς τόπους εἰς ἕν, ὥστε ἅπτεσθαι τὴν Μεγαρέων πόλιν καὶ Κορινθίων τοῖς τείχεσιν, ὅμως οὐ μία πόλις· οὐδ' εἰ πρὸς ἀλλήλους ἐπιγαμίας ποιήσαιντο, καίτοι τοῦτο τῶν ἰδίων ταῖς πόλεσι κοινωνημάτων ἐστίν. ὁμοίως[42] δ' οὐδ' εἴ τινες οἰκοῖεν χωρὶς μέν, μὴ μέντοι τοσοῦτον ἄπωθεν, ὥστε μὴ κοινωνεῖν, ἀλλ' εἴησαν αὐτοῖς νόμοι, τοῦ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἀδικεῖν περὶ τὰς μεταδόσεις· οἷον εἰ ὁ μὲν εἴη τέκτων, ὁ δὲ γεωργός, ὁ δὲ σκυτοτόμος, ὁ δ' ἄλλο τι τοιοῦτον· καὶ τὸ πλῆθος εἶεν μύριοι· μὴ μέντοι κοινωνοῖεν ἄλλου μηδενὸς ἢ τῶν τοιούτων, οἷον ἀλλαγῆς καὶ συμμαχίας, οὐδ' οὕτω πω πόλις. διὰ[43] τίνα δή ποτ' αἰτίαν; οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ μὴ σύνεγγυς τῆς κοινωνίας. εἰ[44] γὰρ καὶ συνέλθοιεν οὕτω κοινωνοῦντες, ἕκαστος μέντοι χρῷτο τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ, ὥσπερ πόλει, καὶ σφίσιν αὐτοῖς, ὡς ἐπιμαχίας οὔσης, βοηθοῦντες ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας μόνον· οὐδ' οὕτως ἂν εἶναι δόξειε πόλις τοῖς ἀκριβῶς θεωροῦσιν, εἴπερ ὁμοίως ὁμιλοῖεν συνελθόντες καὶ χωρίς. φανερὸν[45] τοίνυν ὅτι ἡ πόλις οὐκ ἔστι κοινωνία τόπου, καὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τῆς μεταδόσεως χάριν·

eſſent tanquam unius ciuitatis ciues. Sunt[11] enim eis pacta conuenta de rebus importandis, ſunt & teſſeræ ſodaliciales de non inferenda inter ſe iniuria, & fœdera[12] in tabulas publicas relata de belli ſocietate. Verum[13] neq; magiſtratus idcirco creati ſunt omnibus inter ipſos communes. ſed alij apud utroſque: neq;[14] quales alteros eſſe oporteat, alteri laborant, neq;[15] ut nequis eorum, qui communibus pactis & fœderibus continentur, iniuſtus ſit, & ne ullo uitio ſit affectus, ſolliciti ſunt: ſed hoc tantum eis curæ eſt, ut ne alteris ab alteris iniuria inferatur. At qui[16] de uirtute & uitio ciuium diligenter cogitãt, qui ſibi uigilandum atq; elaborandum eſſe putant, ut ciuitas bonis legibus temperetur & gubernetur. Ex[17] quo etiã intelligere licet, ciuitatem eam, quæ uere nominetur ciuitas, & non ita dicatur uerbo tenus, uirtutis curam habere debere. Alioqui[18] eiuſmodi ſocietas, ſit belli gerendi ſocietas, ab alijs ſocijs longe diſtantibus, loco tantum differens. Tum[19] lex, fœdus eſt, &, quemadmodum dixit Lycophro ſophiſta, ſponſor eſt inter ipſos iuſtorum: ſed non poteſt ciues efficere uiros bonos & iuſtos. Ita[40] autem rem ſe habere perſpicuum eſt. Si[41] quis enim loca inter ſe diſiuncta ac remota etiam in unum contrahat & conducat, ut urbs Megarenſium urbem Corinthiorũ mœnibus tangat: non erit tamen una ciuitas, ne ſi connubij quidẽ iura inter ſe pepigerint. Atqui hæc eſt una ex numero earum communicationum, quæ ciuitatum ſunt propria. Similiter[42] uerò neq; ſi qui, ſeorſum quidem habitarent, non tamen ita longe, ut inter ſe non cõmunicarent, ſed ſi eſſent eis leges, ne inter ſe iniuria afficerent in rerũ permutationibus, & communicationibus: uerbi gratia, ſi alius quidem eſſet faber, alius agricola, alius ſutor, alius aliud quippiam tale, numero autem eſſent decies mille: non tamen quicquam aliud inter ſe communicarent præter permutationem & belli ſocietatem. ne ſic quidem eſſet una ciuitas. Cur[43] tandem? Non enim propterea quod non ſit propinquitas & cõſimilis communionis, nam[44] etiam ſi unum in locum conuenirent ita communicantes, & aduerſus eos, a quibus iniuria iis inferretur, auxilio alter alterum iuuarent tantũ, tanquã belli ſocietate & fœdere coniuncti: unuſquiſq; tamen domo ſua, tanquã ciuitate, uteretur: ne ſic quidem ciuitas eſſe, acriter et acute intuentibus, uideatur, ſi quidẽ ſimiliter una inter ſe cõmunicaret & cõgregarentur congregati atq; diſparati. Perſpicuũ[45] igitur eſt, ciuitatẽ non eſſe loci cõmunione, neq; ut ſint tuti ab externa & mutua iniuria, neq; ut ſit inter eos officiorũ et operarũ mutatio, eo eſſe cõparatã: ſed

ſed [46] hæc quidem neceſſe eſt eſſe, ſi quidem futura eſt ciuitas: non [47] tamen exiſtentibus etiam his omnibus, adhuc ciuitas. Sed [48] bene uiuendi communio, & domib. & familijs, uitæ perfectæ gratia, & ſuis rebus contentæ. Non [49] erit tamen hoc, niſi eundem & unum habitarint locum, & uſi fuerint connubijs. Qua [50] de cauſa affiniũ conuentus extiterunt in urbibus, & phratriæ, & ſacrificia, & oblectationes ſimul uiuẽdi cauſa. Huiuſcemodi [51] aũt omne amicitiæ opus. Electio [52] autem ſimul uiuendi, amicitia eſt. Finis [53] igitur ciuitatis eſt bene uiuere: hæc [54] uerò finis gratia. Ciuitas [55] autem eſt familiarum & uicorum cõmunio uitæ perfectæ, & ſe ipſa contentæ. Hoc [56] autem eſt, ut affirmamus, uiuere beatè & honeſtè. Honeſtarum [57] igitur actionũ gratia ſtatuendum eſt conſtare ciuilem communionem, & non uiuendi ſimul. Quare [58] quicunq; plurimum conferũt in huiuſcemodi cõmunionem, his magis ciuitatis participatio eſt, quàm [59] illis, qui cùm libertate & genere æquales ſint, uel maiores, ciuili uerò uirtute inæquales ſũt: ſiue [60] cũ ſuperent diuitijs, uincũtur uirtute. Omnes [61] igitur, qui ex rebuſp. cõtrouerſantur, partem aliquam uirtutis dicere ex ijs, quæ diximus, perſpicuum eſt.

ἀλλὰ [46] ταῦτα μὲν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, εἴπερ ἔσται πόλις· οὐ [47] μὴν οὐδ' ὑπαρχόντων τούτων ἁπάντων, ἤδη πόλις. ἀλλ' [48] ἡ τοῦ εὖ ζῆν κοινωνία, καὶ ταῖς οἰκίαις, καὶ τοῖς γένεσι, ζωῆς τελείας χάριν, καὶ αὐτάρκους. οὐκ [49] ἔσται μέντοι τοῦτο μὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα κατοικούντων τόπον, καὶ χρωμένων ἐπιγαμίαις. διὸ [50] κηδεῖαί τ' ἐγένοντο κατὰ τὰς πόλεις, καὶ φρατρίαι, καὶ θυσίαι, καὶ διαγωγαὶ τοῦ συζῆν. τὸ δὲ [51] τοιοῦτον φιλίας ἔργον. ἡ [52] γὰρ τοῦ συζῆν προαίρεσις, φιλία. τέλος [53] μὲν οὖν πόλεως τὸ εὖ ζῆν· ταῦτα [54] δὲ τοῦ τέλους χάριν. πόλις [55] δὲ ἡ γενῶν καὶ κωμῶν κοινωνία, ζωῆς τελείας καὶ αὐτάρκους. τοῦτο [56] δ' ἐστίν, ὡς φαμέν, τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς. τῶν [57] καλῶν ἄρα πράξεων χάριν θετέον εἶναι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν, ἀλλ' οὐ τοῦ συζῆν. διόπερ [58] ὅσοι συμβάλλονται πλεῖστον εἰς τὴν τοιαύτην κοινωνίαν, τούτοις τῆς πόλεως μέτεστι πλεῖον, ἢ [59] τοῖς κατὰ μὲν ἐλευθερίαν καὶ γένος ἴσοις, ἢ μείζοσι, κατὰ δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν ἀνίσοις· ἢ [60] τοῖς κατὰ πλοῦτον ὑπερέχουσι, κατ' ἀρετὴν δ' ὑπερεχομένοις. ὅτι [61] μὲν οὖν πάντες οἱ περὶ τῶν πολιτειῶν ἀμφισβητοῦντες, μέρος τι τοῦ δικαίου λέγουσι, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

ſed [46] hæc quidem præſto ſint neceſſe eſt, ſi quidem ciuitas futura eſt: non [47] tamen etiamſi hæc omnia præſto ſint, iam ciuitas eſt. Sed [48] ea demum ſocietas, ciuitas eſt, quæ bene uiuendi, & tum domibus ſeu familijs, tum gentibus ſeu gentibus, uita perfecta & omnibus bonis cumulata atq́; expleta, ſuiſq́; rebus per ſe contenta gratia, comparata eſt. Non [49] eſt autem hoc futurum, niſi unum & eundem locum incolant, & connubijs utantur. Quapropter [50] & affinitates in ciuitatibus inſtitutæ ſunt, & curialium ſodalitates & ſacrificia, & una uiuendi conſuetudines & congreſſiones. Hoc [51] autem tale, amicitiæ opus ac munus eſt. Conſiliũ [52] enim una uiuendi, amicitia eſt. Finis [53] igitur ciuitatis eſt, bene uiuere. hæc [54] autem finis gratia ſunt. Ciuitas [55] porrò, uita generum & uicorum perfecta & bonis omnibus neceſſarijs expleta atque inſtructa, neque ullorum ſubſidiorum externorum indigentis, communio eſt. Hoc [56] autem eſt, ut diximus, beatè & bene uiuere. Statuendum [57] igitur eſt ſocietatem ciuilem, actionum honeſtarum, non unà uiuendi cauſa, eſſe comparatam. Quocirca [58] quicunq; in talem ſocietatem plurimũ conferunt, hi plus ciuitatis participant, quam qui [59] in libertate quidẽ & genere ſunt pares, aut maiores, uirtute uerò ciuili impares: aut [60] qui diuitijs quidẽ ſunt ſuperiores, uirtute uero inferiores. Omnes [61] igitur eos, qui de reipub. adminiſtrandæ formis inter ſe ambigunt & litigant, partem aliquam iuris exponere, ex ijs, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Sumere autem primùm oportet.) Cùm oſtendiſſet, quibus rebus diſtinguuntur inter ſe ſtatus populi & paucorũ, dixiſſetq́; illas eſſe diuitias atque egeſtatem: inquit nunc, oportere omni ſtudio in hac re adhibito, antequàm aliud inquiratur, capeſſere, quos terminos eſſe multi uolunt dominatus paucorum & ſtatus multitudinis: & quod ſit iuſtum, quo utuntur hæ diuerſæ reſpublicæ, quodque accommodatum eſt finibus ipſorum. Neque enim putandum eſt, hos ſtatus penitus remotos eſſe ab omni ſpecie iuris. Cuncti enim mortales, quamuis ſæpe non uideantur, in ſuis factis attingũt iuſtum quoddam, ſed non longius in eo progrediuntur, nec perueniunt ad cubile ipſius, potiusq́; manent in primo aditu. Quare dicunt, non plenum integrumq́; iuſtum, & quod propriè ita uocandum foret, ſed inchoatum.

Ceu uidetur æquale.) Aperit, quod obſcurius dixerat, & tanquam exemplis poſitis, rem declarat. indicat enim, quæ imperfecta iuſta ſequerentur opifices fabricæque eorum ſtatuum. Inquit igitur: Ceu uidetur in tribuẽdis honoribus præmijſque, quod æquale eſt, idem iuſtum eſſe. Et ſanè inquit, ita eſt, uerùm non omnibus hominibus, ſed tantùm illis, qui pares inter ſe æqualeſque ſunt. Et eodem pacto, addit, quod inæquale eſt, uidetur & ipſum iuſtũ eſſe: quemadmodum profectò eſt, etſi non omnibus, uerùm inæqualibus tantum. Hi autem, inquit diligens doctor, hoc demunt, id eſt Quibus, quod illic neceſſarium eſt, & ſine quo mendum in ſe continet definitio illa: perſonæ namque ſunt diligenter uidẽdæ, quas complectitur iuſtum ipſum, meritaq́; earum, quare addit, Exiſtimant malè: relinquunt enim id, in quo ueritas huius iudicij tuta manet, & ſine quo nihil ſtatui poteſt rectè de ipſo.

Cauſa autem eſt.) Cur tantopere decipiantur homines in iudicio de hac re faciendo, demonſtret, aperiatq́; fontem huius erroris. inquit enim: Cauſa autem eſt huius, ſcilicet praui iudicij, quia exiſtimant de ſemetipſis ac proprijs rebus. Ferè autem cuncti mortales mali ſunt exiſtimatores rerum ſuarum, amorque, quo ipſas proſequuntur, magnus, rapit ipſos in errorem, nec ſinit uerum uidere. Idem de uitio huius rei protulit elegans poeta his uerbis:

Nimirum idem omnes fallimur, neque eſt quiſquam *Quem non in aliqua re uidere Suffenum*
Poſſis. ſuus cuique attributus eſt error Idémque prorſus ualet ille ſui ipſius amor, à M Cicerone etiam Græco uerbo ſignificatus. Non tamen omnes labi in exiſtimandis ſuis rebus exiſtimat philoſophus, ut Latini hi ſcriptores, ſed fermè plurimos. excipit enim ſapientes, qui prudentia utuntur, nec pluris æſtimant ſuas res, quàm æſtimandæ ſint.

Quare quoniam iuſtum eſt.) Ducit è ſuperiore diſputatione, oportere in iuſto ſeruando, perſonas uidere, dignitatemque ipſarum quod qui non faciunt aliqua de cauſa, non poſſunt iuſtè aliquid adminiſtrare: ut illi faciebant, quos redarguit. Cũ autem exquiſitius de hoc diſſeruiſſet in V. libro de Moribus ad Nicomachũ, indicat locum, ut qui uoluerit, poſſit inde plenius omnia haurire. Docuit enim, non minus manere iuſtum in perſonis ipſis, earumque dignitate cuſtodienda, quàm in re metiẽda. Oſtendit igitur quoſdam & eos maximè, quos reiecit, æqualitatem rerum eandem concedere: nec inter ſe de illa controuerſari, de altera autem acerrimè litigare. metiuntur enim ipſam diuerſis rebus. In primis autem hoc facere ipſos dicit ea de cauſa, quam narrauit: quam cauſam, etſi paulo antea monſtrata erat, tamen repetit: quia, dicens, ea, quæ in ipſis exiſtũt, prauè exiſtimant.

Deinde autem, & quia.)Hæc altera cauſa eſt peccati eorum. Quia enim, inquit, utrique adſunt uſque ad aliquid iuſtũ quiddam, arbitrantur ſe dicere iuſtum ſimpliciter, & cui nihil adiungi debeat, ut ſit planum abſolutumque: in quo ualde falluntur, uel potius aduerſarios decipere ſtudent. Quomodo autem hoc fiat, exponit. Alteri enim eorum, inquit, ſi fuerint inæquales, id eſt meliores certa quadam in re, ceu inquit in re familiari, omnino putant cunctiſque in rebus ſe inæquales eſſe ac ſuperiores. hi autem contrà, ſi aliqua in re fuerint æquales pareſque alteris illis, ceu in libertate (ſunt enim ipſi quoque liberi) omnino ſe pares aduerſarijs putant. omittunt autem, inquit, quod in primis ad hoc cognoſcendum multum ualet. Neque enim qui ſunt diſsimiles in aliqua re, aut ſimiles, præterquàm in illis rebus tales uerè uocari poſſunt, ut Aethiopes, qui albos tantum dentes habent, unde ea parte corporis albi uerè dicuntur, non dicerentur eſſe albi ſimpliciter. Auctores igitur ſtatus paucorum, quia ſuperabant pauperes in copia patrimonij, ſe ipſos uincere putabant etiam in reliquis bonis. quare ſe potiſſimum in ciuitate debere dominari æſtimabant. Populares autem, qui liberi homines erant, ut diuites, in hocque ipſis pares: & ipſi quoque ſe dignos eſſe, qui imperium haberent, arbitrabantur.

Si namq; rei familiaris.)Declarat ſeorſum ambos illos, contrarios inter ſe, falli, nec uero iuſto niti. Primòm autem refellit locupletes, oſtendens quando illi uerum dicturi fuiſſent. Quod cum minimè ſit, conditioque ipſa uana, perſpicitur eos iniuſtè ſibi aſciſcere gubernaculum ciuitatis. inquit igitur: Si finis eorum fuiſſent diuitiæ, qui amauerunt hãc communionem, & relictis proprijs ſedibus, ſe contulerunt in unum eundemque locum, quia ſperarent ieſta facilius pecuniam cogere poſſe, & adipiſci quod cuperent. ſanè tantum oporteret eos capere transferreque ad ſe publicorum bonorum, quantum contulerunt eò ſuarum fortunarum. Quare, inquit, ita ius locupletum, qui dominari uolunt, argumentumque, quo utuntur, ualidum foret. Ducet autem hoc uerum eſſe ſimili, ſumpto à priuatis rationibus ſocietatibuſque hominum. Si namque collatæ ſunt in unum locum prius pecuniæ quædam (exempli cauſa) minæ centum, deindeq; poſtea diſtribui: non æquum eſt, ut æqualem partem caperet ipſarum, qui unam contulit minam ſolum unam, atque ille, qui reliquum eò comportarit primæ illius pecuniæ: eodemque pacto eius, quæ accreuit. idem enim in hac, quod in capita, ſeruari debet.

Si autem neque uiuendi.)Probat, non eſſe ueros fines ciuitatum illos, quos aliqui falſo eſſe putaſſent: quia ſimilitudinem quandam ipſorum habebant, pluribus finibus appellatis, ijſdemq; ſtatim reiectis. ex hac autem diligenti finium animaduerſione enitebit iuſtum ſimpliciter, quod quærebat. Primum autem oſtendit, non eſſe eorum finem cœtus illius hominum, qui condidit ciuitatem ſimpliciter uiuere: ſed addi oportere, quod abſoluat illud ac perficiat bene. deinde ſingillatim reliquos excludit. inquit igitur: Si autem reſp. conſtituta non eſt uiuendi tantum cauſa, ſed bene beateque uiuendi. Confirmat autem ſtatim quod dixit, oſtendens quid incommodi naſceretur, ſi uerum illud foret: eſſet enim illo modo ciuitas quoque cœtus ſeruorum & beluarum. Serui enim quoque ſimul uiuunt, & expertes rationis animantes. Hoc autem, inquit, recipi non debet, quia non cadit in ſeruos uita beata. neque enim uiuunt delectu rerum habito, & ut uolunt, cùm ſint in aliena poteſtate: beluæ autem careant ratione, ſine qua hoc adminiſtrari non poteſt.

Neque ſocietatis bellicæ.)Cùm habeat hoc quoque in ſe umbram quandam unius ciuitatis, reijcit ipſum. Gentes enim, quæ fœdera hoc aſtrictæ inter ſe ſunt, ſocietatemq; inierunt belli gerendi, putari poſſent partes unius ciuitatis, &, ut inquit, ad communem ſalutem defendendam, pugnandumque contra hoſtes: ita etiam, quæ coniunctæ ita inter ſe ſunt commutandarum rerum cauſa, & aliorum mutuorum uſuum. Vt autem ſuprà fecit, ita hic quoque admonet, quàm abſurda res concedenda foret, ſi hoc probaretur. Tyrrheni enim, inquit, & Carthaginienſes, qui magno mari inter ſe diſſecti ſunt, & cuncti denique, quibus notæ teſſeræque ſunt, quæ teſtantur amicitiam eorum populorum, ut unius ciuitatis ciues exiſtimari deberent.

Sunt igitur ipſis pacta.)Docet, non pauca communia fuiſſe his diſtantibus populis, quæ decipere aliquos potuiſſent, & in errorem eum, quam monſtrauit, trahere. Hoc autem, quia ſedes è regione poſitas haberent, & artem nauticam ambo exercerent. Sunt igitur, inquit, ipſis pacta de mercibus importandis in ſuas terras, notæque, ne ſibi iniuriæ aliquid mutuo faciant. & eodem pacto addit monimenta quædam ſcriptaque de communi animo bellu adminiſtrando, mutuaq; ſalute tuenda.

Sed neque magiſtratus.)Docet, non ſequi adhuc ea rebus illis, coniunctioneque tanta, ut una ciuitas uocari poſsit Carthaginienſium & Tyrrhenorum neque cæterorum etiam eodem pacto coniunctorum populorum. Enumerat enim præterea, quæ requiruntur in aliquibus, ut ciuitas eorum una meritò habeatur quæ cuncta deſiderantur in ipſis. inquit igitur primum. Sed neque magiſtratus communes ſunt his omnibus, additi ſuperioribus quaſi uinculis & pignoribus. ſed longe alij. Qui namque ius dicunt apud hos (exempli cauſa) Tyrrhenos, cauſaſque iudicant, genere diuerſi ſunt ab illis, qui eodẽ munere funguntur apud Carthaginienſes.

Neque ut ſint, quales oportet.) Hoc alterum eſt duorum illorum, quibus utitur ad refellendum id, quod uidebatur contrari expoſitis ſuprà coniunctionibus remotorum populorum, quaſi ipſa uim haberent unius ciuitatis efficiendæ. inquit igitur: Neque etiam curam ullam ſuſcipiunt hi aut illi, ut quales eſſe oportet, bonisq; moribus præditi alteri ſint. neque laborat, ne aliquis ipſorum iniuſtus ſit, qui fœderibus ijſdam tenentur, uitioue ulli alij affinis: ſed tantùm ſolliciti ſunt de hoc, caueantque diligenter, ne iniuſtitiæ genus aliquod exerceat inter ſe. Vt autem ſe gerant aduerſus alios, ſua intereſſe non arbitrantur.

De uirtute autem.)Vt ſolutos eſſe omni illa cura docuit ſocios tantùm belli gerendi, ita contrà teſtatur toto animo cogitare de uirtute ac uitio, ſi non omni, de illo certè, quod uerſatur inter ciues, qui ciuitatem inſtituunt. Dant enim operam, ut ciues uirtutem colant, eijciuntque à pectoribus ipſorum omnem ſimilitudinem uitij. Vnde inquit (addit enim hoc tanquam corollarium quoddam) perſpicuum nobis eſſe poteſt, oportere ciuitati, re uera ita, non uerbo tantùm appellatæ, curæ eſſe uirtutem. à ſimilitudine autem ſocietatis amicitiæq;, quæ exiſtit inter alienas gẽtes hoc probat. Fit enim, inquit, coniunctio hæc ſocietaſq; præter id, quod dictum eſt, cæterarum omnium rerum quæ communio loco tantùm diſcrepat à ſociorum communione. Illi namque non ſolùm ijſdem moris non cinguntur, ſed magno interuallo locorum diiuncti ſunt. Nam quòd ſocij belli pactis fœderibuſque aſtricti ſunt, lex in ciuitatibus idem præſtat, quod in ſocietatibus pactum ac conuentum. Cõfirmat autem hoc teſtimonio Lycophronis ſophiſtæ. ille namq; prius hoc dixerat. Vidit enim acutè ſimilitudinem harum rerum, id eſt pacti ac legis. Quod autem addit, in ciuitatibus legẽ uadem eſſe rerum iuſtarum, & quaſi fidem ſuam interponere, quòd illa ſeruabuntur: ab Ariſtotele ipſo excogitatum puto. Qui tamen uas, ut liberet ciues hoc metu: ita non reddit ut lex, ipſos probos ac iuſtos. Lycophronis huius meminit etiam noſter doctor in 3. libro de Arte dicendi: quo loco præcipit de frigora, quod naſcitur è uerbis inuerecundè iunctis, & in libro Sophiſticorum elenchorum.

Ita ut ſi rem habere.)Declarat alio pacto, non eſſe diſtantiã loci cauſam, ne habeatur una ciuitas ea, quæ dicta eſt quia, ſi tollatur illa (quod ſi re ipſa præſtare non poſſumus, tamen fingere nobis licet) non erit adhuc ipſa una. Addit autem ſuperioribus nouam quãdam coniunctionem quæ & ipſa multum ualet ad copulandos animos hominum, & à ciuitate qualibet abeſſe non poteſt. ita autem agit. Si namque aliquis in unum locum etiam illos diſtantes cogat, ita ut (exẽpli cauſa) Megarenſium urbs Corinthiorum urbem muris attingat. non tamen una è duabus ciuitas erit, neque etiã ſi inter ſe iura connubij exercere ualeant, mutuiſque nuptijs copulari. Etſi hoc unum, inquit, eſt eorum uinculorum, quibus ciues unius urbis inter ſe connexi ſunt.

Eodem pacto neq; ſi)A contrario idem probat. Vt enim coniunxerat ſpatio loci ualde ſeparata, ita nunc relinquit ipſa, ut ſunt remota ſanè inter ſe loco· non tamen ita magno illo quidem, ut non facile ſe conuenire poſsint ciues utriuſque: ducatq;, ſi hi leges haberent, quæ uetarent ipſos ultrò citroque ſibi iniurias inferre in communicandis rebus· ceu ſi ipſorum aliquis faber foret, alius agricola, alius uerò ſutor, ſiue quampiam aliam artem colens, utilẽ cœtui illi: prætereaque tot numero forent, ut ex ipſis commodè ciuitas conficeretur, neque tamen conuenirent ipſi in alia ulla in re præter has, id eſt commutationem operum ſuarum artium, & fœdus ad communem ſalutem tuendam, bellumque iridem adminiſtrandum: neque etiam ui earum copularum ciuitas hæc una meritò uocaretur. Deſunt enim adhuc, quæ multo plus ualent ad hoc efficiendum, ac ſine quibus ciuitas non manet.

Quanam potiſsimum de cauſa.)Videndum igitur, inquit, quid impediat, ne adhuc una uocari debeat. Nam quædam, quæ profectò non fiunt, ſi inde abeſſent, illam unam eſſe, illic reperiuntur. Cùm enim, inquit, neceſſe ſit ciues ſæpè cõ-

gredi,

gredi, communicareque inter ſe multarum rerum, ſi hoc non obtinerent ſine moleſtiis propter diſtātiam ſedium, hoc ſine dubio multum adeo ſateretur: communio enim monſtrata eſt debere eſſe propinqua. Hoc autem declarans inquit: Quia ſi uiuerent in iiſdem locis, domiciliaque continentia haberent, qui inter ſe ita communicant, uiuerent tamen ſinguli ſua domo, tanquam ciuitate, inſtituraque & quaſi leges proprias ſequerentur, tantum ſibi præſidio forent contra inſidiatores, atque incommodi quippiam ipſis importantes, ut facerent ſi fœdere tenerentur, neque etiam ſic ciuitas ſæpe diuiſa foret una ciuitas, ſi quis ſubtiliter contemplaretur. Teſtatur hoc, uerumque eſſe oſtendit, quia ſi etiam uiuunt congregati in iiſdemque ſedibus collocati, ut uiuerent ſeiuncti. Quod dixit, ſe intelligere aliquos, qui mutuo ſibi ſolum contra hoſtes auxilio forent: excluſit eos qui præterea opem ſibi ferrent ad animum ornandum, & contra uitia muniendum, quod beneficium capitur à uiris imbutis, inſtitutisq; optimis.

Perſpicuum igitur eſt ciuitatem eſſe.) Concludit rationem omnem, planum factum eſſe dicens, communionem eorum, quæ dixit (ſunt autem illa tria) ſatis non eſſe ad conſtituendam ciuitatem: etſi enim ſine ipſis ciuitas non manet, tamen illa ſola eam non efficiunt. unum enim hoc eſt eorum, quorum conſeruatio non conuertitur, ut parum uidentes falsò putarent. ſunt autem illa multa, & in magnos errores ſæpè multos trahunt. Secundum trium horum, quæ ſanè iuuant ſocietatem hanc, non tamen implent, eſſe hic inquit, ut tuti ſint, qui iiſdem in locis uiuunt, ab iniuriis, quas ſibi alteri ultrò citroque inferrent: ſuprà uerò ita ipſos magis uacuos eſſe dixit à periculis, quæ impenderent ab externis hoſtibus. Qualis autem communio eximium hoc bonum pariat, exponit conſequenter.

Sed bene uiuendi communio.) Verùm, inquit, communio bene uiuendi, cuius communionis partes ſunt domus ac familiæ, eſt, quæ conſtituit ciuitatem: eius communionis finis eſt uita perfecta, & inſtructa rebus omnibus, quæ efficere ipſam ualent. Domibus cùm inquit, uidetur hanc domicilia ipſa intellexiſſe, ſine quibus urbs condi non poteſt: addens uerò familiis, acceſſit propius ad ueram materiam oſtendendam: non enim cadit in parietes ac tecta, quæ prius appellarat, bene uiuere: qui namque illa habitant, fruuntur hac uita, non res animi expertes.

Non eſt tamen hæc.) Non poſſe guſtare hoc bonum docet, qui carent illis rebus, quas ſolas id gignere negauit. Vnum enim eundemque locum requiri affirmat, ut ciuitas conſtituatur, ac præterea eos, qui illic uiuūt, copulati inter ſe ſint affinitatibus, iunganturq; matrimoniis ac ſocietate ſanguinis.

Quæ de cauſa.) Hoc eſt quaſi corollarium, ualet tamen idem ad firmandum, quod dixerat, in ciuitate neceſſariam eſſe communionem uitæ. Docet igitur, multa, quæ in bene moratis ciuitatibus inſtituta ſunt, hunc finem habere, id eſt coniunctionem: primumque appellat, quas ... nominat. Intelligit autem morem uocandi ad epulas cognatos & affines in nuptiis: quem morem hunc ſuum habere teſtatur. Deinde conuentus alios ciuium, quibus & ipſis commune quiddam erat, ſolitis ſæpè congredi ſimul reip. cauſa. ... autem uocabantur. Sequuntur apud auctorem duo alia tempora, quibus ciues ſimul eunt: cùm ſcilicet rem diuinam faciunt, aut certa quædam loca frequentant animi cauſa, ſeque honeſtè oblectandi. Quæ cuncta, inquit, inuenta olim fuiſſe huius rei cauſa, id eſt ut ſimul ciues uiuerent. quod ſanè opus eſſe adiungit amicitiæ, cùm amicitia nihil aliud ſit, niſi uoluntas ſimul uiuendi: quod, dum obtinent, perfundit ipſos ſummo ſolidoque gaudio.

Finis igitur ciuitatis.) Oſtendit, qui ſit uerus finis ciuitatis, contra ſententiam imperitorum, affirmatq; cōditas fuiſſe urbes, optimiſq; legibus ornatas, bene uiuendi cauſa. illa autem, quæ modò expoſuit, inuenta fuiſſe dicit, ut facilius finis hic obtineretur: partes namque omnia ſunt uitæ beatæ, adiuuantque ipſam magnopere. Cùm autem iudicaſſet, quæ ualens non parum ad bene uiuendum in hoc cœtu hominum: aperuit etiam, ex qua quaſi materia ciuitas coagmentata ſit, & propter quem finem, quæ ipſam componunt ſimul iuncta. Ciuitas enim eſt, inquit, familiarum & pagorum communio, qui in unum locum confluxere relictis ueteribus ſedibus, ut ita adipiſcerentur uitam perfectam & refertam rebus ad bene uiuendum neceſſariis. Hoc autem, inquit, eſt, ut nos omnino uolumus, uiuere beatè atque honeſtè. Concludit autem poſt hæc, uel potius cognoſci ex his aſſeuerat, certoque teneri, honeſtorum factorum cauſa conflatam fuiſſe hanc communionem, & non ſimpliciter ſimul uiuendi. Hoc etiam ſignificans uerba illa M. Ciceronis, quibus increpat Cn. Magnum & C. Cæſarem, antequam diſcordare inter ſe cœpiſſent: queriturque non habere ipſos finem eum, quem oportebat, cùm principes forent ciuitatis: Neu ... eſt ille, ut nos beati ſimus.

Quare quicunq; plurimum.) Elicit ex hac accurata diſputatione (eſt enim corollarium, quod ualet multum ad coarguēdos illos, qui freti aliis bonis, ſe potiſſimū putant in ciuitate debere dominari) oſtenditque, qui digni ſint hoc gradu honoris, quique iure optimo hoc poſtulent. inquit enim: Quare qui magis iuuant hanc communionem, pluſque quiſque domo de ſuo quisque comportant ad eam conſtituendam: hi meritò maiorem partem bonorum ipſius ad ſe transferunt, quàm quiſque eos, qui pares ipſis ſunt in libertate tantum, aut generis claritate, ſiue etiam maiores: contrà autem in ciuili uirtute ſunt inæquales ac minores, atque etiam præſtare debent illis, qui ſuperant ipſos diuitiis: ſuperantur autem in uirtute propria ciuium, quibus cōmittenda ſit ciuitas, gubernaculumque ipſius in manus tradendum. Quos autem notet, apertum eſt. intelligit enim ſtatum multitudinis, & dominatum paucorum. Poſt hoc editum, reſtatur, quid à ſe modò factū ſit affirmatq;, planū eſſe poſſe unicuique, cæteros omnes, qui controuerſantur de ſummo loco ciuitatis, præter eos, quos monſtrauit, attingere tantùm partem aliquam iuſti: plenū autē uerumque iuſtū nullo pacto. intelligit uerò populares homines & locupletes.

ὅρος.) Reip. terminus, quo & ipſa coercetur, & ab aliis diſtinguitur, Imperium eſt, ſiue imperandi forma. Sic Laco rogatus, quis Spartanorū imperii terminus eſſet, Quò lanceæ cuſpis pertingere nequit, reſpondit. nimirū quia Reſp. ea tota bellica erat.

καὶ λέγομεν ἢ πᾶς.) An legendum ... ut reſpondeat præcedenti ....

ἴσον τὸ δίκαιον.) Δίκαιον, ut δίχα ..., lib. 5. Ethicorum, & Latinis ſimiliter Aequum, quaſi Aequale.

καὶ γὰρ οἱ δοῦλοι.) Seruorum urbs in Africa eſt, ut ſcribit Ephorus: & alia Sacrorum ſeruorum, in quibus unus eſt ingenuus. Soſicrates in Creta quoque δουλόπολιν ponit. Philippus in Thracia πονηρόπολιν condidit, introductis eò iis, qui ob improbitatem quamcunq, malè audirent, ad hic mille, Theopompo auctore, Suidas.

ζῆν κατὰ προαίρεσιν.) Subintellige ... Non ſui, ſed alieni iuris eſt ſeruus natura, uti lib. 1. Polit. Ariſt. oſtendit. Proinde cùm ſibi ob rationis defectum conſulere nequeat, totus à domino pendeat oportet. Quòd ſi uerò per uim in libertatem ſeſe aſſerat, perturbatio certè hæc erit iuris naturalis.

Τυῤῥηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι.) Rei nauticæ propter loci ſitum & Thuſci in Italia & Carthaginenſes in Africa addicti, quamuis Mediterraneo mari inter ſe diuiſi.

γένοιτο γὰρ ἂν ... ſυμμαχία τῶν ἄλλων.) Malim legere ſυμμαχία ἀλλήλων uti poſt, ... ἀλλήλοις.

Λυκόφρων ὁ σοφιστής.) Huius meminit quoq; lib. 3. de Rhetorica, ubi de ψυχρῶν agit. Vt Νόμος ... ita uiciſſim ... νόμος ſυμμαχίαν appellari poteſt.

τὴν μεγαρέων πόλιν καὶ κορινθίων.) Megara in Attica littorali, Corinthus in Iſthmo Peloponneſiaco ſita.

ἡ γὰρ τοῦ ζῆν προαίρεσις.) Eapropter lib. 9. Ethicorum. c. 9. & 12. conuerſationem in amicitia maximè requiri oſtendit, quoniam conuiuendo ſe maximè uiuere intelligunt.

ζωῆς τελείας.) τελεία ζωὴ quoad Virtutem animi, αὐτάρκης, quo ad reliqua bona tum Corporis tum Fortunæ. Lib. 1. Ethicorum Beatitudinem ἐν βίῳ τελείῳ ponit, ſed diuerſo intellectu.

ἐκ τῆς τοιαύτης κοινωνίας.) τῶν καλῶν πράξεων ſcilicet.

RERVM

- **RERVMPVB.** ſpecies ex Materia paulò antè deducta, ſtas porrò formaliter, hoc eſt, reſpectu Formæ ſuæ
  - Aggreditur declarare. Agit proinde de
    - Iure primùm hoc cap. Et de eo ſententiam
      - **Proponit** conſiderandum. Ius in communione ciuili ſpectatur. Proinde ubi ciuitas, ibi imperiū. Cùm ergo forma Reip. formā imperij contineatur: imperium aūt iure cōtineatur, quiſcilicet quibus imperare debeant: idcirco inquirere oportebit Oligarchiæ & Democratiæ (quarū ſpecierum appellatione etiam reliquas ſpecies intelligimus) tum
        - Ipſe, terminos & fines, quibus & à ſe inuicem & à reliquis Rerumpub. formis diſcernuntur. N. 1. Videtur Imperium intelligere.
        - Alium, Ius ipſum, quo iure imperium nititur. N. 2.
      - **Aliorum**, quos omnes Ius aliquod prætendere potius quàm explicare, Nu. 61. colligit. Opiniones illorum
        - **Explicat** an verò
          - Ius. Quotquot Reſpub. tractant,
            - **Omnes** quidem Ius quoddam attingunt. N. 3.
            - **Non** omnes verò id quod Ius ſimpliciter eſt aſſequuntur, ſed aliquouſq; tantùm ad illud prouehuntur. N. 4.
          - Aeque, Ius
            - **Reuera** videtur dici debere & id quod
              - **Aequale** eſt N. 5. Nam & reuera Ius eſt, etſi non omnibus, ſed aliquibus. N. 6.
              - **Inæquale** eſt. N. 7. Nam & reuera Ius eſt, etſi non omnibus, ſed aliquibus. N. 8.
            - **Opinione** illorū ſimpliciter vel Aequale vel Inæquale eſſe ſtatuitur, nullo reſpectu eorum quibus eſt Ius. N. 9. Et quidem malè, Rationē ſyllogiſmo adijcit
              - **Cæcutiunt** facilè plerumq; in proprijs. N. 12.
              - **Arbitri** tales de proprijs iudicant. N. 11. Nimirum dum quiq; ſuæ reip. formam optimam eſſe contendunt, ius etiam quo illa continetur non tantùm ſecūdùm quid, his moribus, huic loco, huic tempori accommodatum, ſed in uniuerſum & abſolutè & ſine ulla conditione, optimum eſſe affirmant. Itaq; Oligarchæ iure ſe imperare putant, propter Opulentiæ prærogatiuam: Democratici ob Libertatis communitatem: quaſi nihil aliud ad imperandum requiratur.
              - **Ergo** cæcutiunt. N. 10.
        - **Confutat.** Errant illi, propterea quòd Iuris Aequalitatem vel imperfectè vel confusè ſumunt. Etenim conſideranda ſunt duo, & Res & Perſonæ. Res quidem duæ, tum quæ æqualis eſt, tum quæ inæqualis, Dignitas ipſa, in imperante elucens, propter bonum aliquod vel proprium, ut propter Virtutem & ſcientiam imperandi: vel alienum, ut propter Opulentiam vel Libertatem. Perſona verò conſideratur vel abſque vel cum bono quod illi adhæret, ſiue externo illo, Opulentia ſcilicet & Libertate, vel interno, nimirum Virtute. Illi ergo errant, quoniam Iuris æqualitatem reſpectu Perſonarum vel
          - **Non** conſiderant, ſed rerum tantùm æqualitate poſita, V. G. libertate vel opulentia æquali, his ipſis deberi putant imperium, licet perſonæ alioqui ad imperandum ſint ineptiſſimæ. Ergo
            - **Reuera** id, quod Ius eſt, æquale dicitur, reſpectu Rerum ſimul & Perſonarum. vocatur ... quando æqualibus æqualia tribuuntur. Nu. 13. De qua re lib. . Ethicorum & lib. 5. abundè diximus. N. 14.
            - **Illi** verò æqualitatem rerum admittunt, perſonarum negligunt Nu. 15. Tum propter alias cauſas, tum præſertim propterea quòd malè de ſeipſis iudicant, ut paulò antè diximus. Nu. 16. Malè nimirū, qui propter ſolam prærogatiuā diuitiarum vel libertatis, imperium ſibi deberi exiſtimantes neglecta interim perſonarū dignitate, quæ à ſola virtute ſumitur.
          - **Conſiderant** quidē, at æqualitatem internam Rerum non diſtinguūt, cùm non nōnam eſſe ignorēt. Etenim
            - **Secundariam** tantùm ſectātur, & æquales in uno, per omnia æquales eſſe arbitrātur. N. 17. Verbi gratia ſi
              - **Opulētia** priuata inæquales ſint, inæquales penitus & à Rep. repellendas eſſe arbitrā tur. N. 18.
              - **Libertate** pub. æquales ſint, in uniuerſum quoq; æquales, etiam quoad imperādi ius, eſſe debere putāt. N. 19.
            - **Primariam**, quæ in omni repub. bene conſtituta locum habeat, quæq; à ſola virtute ſumitur, ignorant. N. 20.
      - **Suam** ſubnectit. Vide in ſeq. ſignum A.
  - **Imperio**, CAP. SEQ.

A. Ius

A.

Ius imperandi cõuenit ciuium ijs, qui digni ſunt, ut imperent. Digni autem ſunt, quatenus participes ſunt eius boni, cui principatus debetur. Quod bonũ cùm alijs aliud uideatur, iccirco alij atq; alij imperanti neque illi ſunt, qui non ius ſe imperandi habere opinentur (ut n. 61. concludit) ſiue uerè, ſiue falſò. Verè illi, qui uerũ bonum ſectantur: falſò, qui nõ uerũ. Quod ipſum ſyllogiſtico inſtrumento uidetur diſſerere:

- **Qui** ad primarium ciuitatis finem plus conſerunt, illi ius imperij in ciuitate merentur.
  - **Sed** communio ſc. uudiùm uirtutem eſt primarium finis ciuitatis: Communio reliquorum bonorum ſecundarius tantùm & accidentalis. Quod ipſum oſtendit dupliciter, partim quo ad cõmunionis ciuilis
    - **Subiecta** Bona, inter quæ Virtus primum locum meretur, cui reliqua omnia accidunt & famulantur. Syllogiſmo utitur:
      - **Bino** boni, propter quod in unam ciuitatem conueniunt, potiſſima ratio habeni debet, tum in inſtituenda, tum in regenda Repub.
      - **Atqui** in unam ciuitatem cõueniunt, non tam cauſa aliorũ bonorum, quàm uirtutis. Cõueniunt inquam
        - **Nõ** cauſa boni
          - **Extrinſeci,** Opulentiæ nimirũ. N. 21. Sic enim nulla eſſet melior Reſpub. quàm Oligarchia. N. 22. Nam inæquales opibus, iure quoq; imperandi diſpares erunt: adeoq; & in præſens & in futurum uariæ mutationes dabuntur. N. 23.
          - **Inhærentis** ipſi corpori. Vide in ſeq. ſignum B.
        - **Sed** cauſa boni inhærentis ipſi animo, Honeſtatis uidelicet. Vt ratiocinatio uideatur talis ſub eſſe:
          - **Quam** communionem optimi legiſlatores propoſitam habẽt, ea uera eſt & genuina communio.
          - **Atqui** uirtutis communionem optimi legiſlatores, ad ἀνθρωπίαν omnia referentes, propoſitam habent. N. 36.
          - **Ergo** uirtutis communio uera & genuina eſt.
      - **Ergo** in inſtituẽda ſimul & gubernanda Rep. propriè dicta, ratio potiſſima habenti
        - **Nõ** debet uel
          - **Opum.**
          - **Vitæ.**
          - **Societatis** bellicæ, & Permutationis atq; uſus rerum mutui, ut inter ſocios & confœderatos.
        - **Debet** Virtutis, non uerbotenus tãtùm de eo, ut in ſcholis, diſputando, ſed in uis exemplis animando. N. 37. Quam quidẽ cõmunionem primariam aſſectatur quoq; accidẽtalis communionum
          - **Bellici** auxilij mutui, cùm Ciues inter ſe ſint ueluti ſocij quidã ijſdẽ mœnibus cõclu ſi: ut econtrà Socij & fœderati propriè dicti ſint ueluti ciues quidã diuerſis comprehenſi mœnibus. N. 38.
          - **Vrbanæ** permutationis & uſus rerum omniũ ad uitã neceſſariarum, in contractibus mutuis, legibus certis inſtructa, quas Lycophron ſophiſta definiuit eſſe pacta quædã ciuium inter ſe, & ueluti ſpõſores fidei mutuæ (tacitè quodãmodo innuens, Fœdera eſſe leges ſociorũ, & uiciſſim leges eſſe fœdera ciuiũ) quib. non tã ad uirtutis habitum ducantur, quàm ab iniuria mutua cohibeãtur. N. 39. Veluti per anthypophorã tacitæ obiectioni occurrẽs, quã quis dicere potuiſſet, Virtutis cõmunionẽ ſub cõmunione legũ cõprehendi.
    - **Formam** ſiue modum, in eo poſitum, non tam ut uiuant, quàm ut bene uiuant. Eadem dicit, quæ in praced. ſed diuerſimodè, confirmandi ergò: cùm quod uerum eſt, quouis reſpectu uerum manere debeat. N. 40. Vide in ſeq. ſignum C.
  - **Ergo** qui ad communionem ſe cundùm uirtutem plus conferunt, illi imperij ius in ciuitate merẽtur, propterea q. cõditionẽ ad imperiũ requiſitã primariã, ex dignitate perſonæ eſſentiali deſumtã, habent. Nu. 58. adeoq; præferendi ijs, qui conditionem ſecundariã tantùm & accidentalem habent, ſumtam uel ab
    - **Libertate** communi, ut in Democratijs. Nu. 59.
    - **Opulentia,** ut in Oligarchijs. N. 60.
    - **Corollarij** proinde loco dicto omni, ciuitatem iure niti imperij
      - **Generatim** quamlibet, quomodolibet inſtitutã, ob cuiuſq; boni prærogatiuam. Et ſic omnes Reſpub. Ius aliquod habent, ſed nõ omnes, id quod abſolutè & propriè ius dicitur.
      - **Specialim** eam quæ inſtituta eſt
        - **Rectè,** iure ſimpliciter & per ſe tali, cuius baſis eſt Virtus, in Regno, in Ariſtocratia, in Politia.
        - **Peruerſè,** iure non ſimpliciter nec per ſe, ſed ex hominum opinione tali: cuius baſis eſt uel prærogatiua
          - **Libertatis,** in Democratia.
          - **Opulentiæ,** in Oligarchia.
          - **Potẽtiæ,** ut in Tyrannide.

- **B.** Nō conueniunt in eandem ciuitatem cauſa
  - Vitæ, ſed potius bonæ uitæ. N. 24. Ratio:
    - Si cauſa uitæ, etiam ſeruorum ciuitas daretur. N. 25.
    - At ſeruorum ciuitas non datur. N. 26. Ratio. Neq; enim beatitudinis in libertate uiuendi ſecundùm uirtutē poſitæ participes eſſe ſerui poſſunt. ſerui ſcilicet naturâ, nō cōditione tantū. N. 27.
    - Ergo non cauſa uitæ.
  - Bonæ uitæ, relatæ ad corporis commoda et adiumenta, tum bello, tum pace. Ratiocinatio talis:
    - Si in ciuitatem unam conuenirent cauſa ſocietatis bellicæ contra externorū iniurias, uel etiā cauſa ſocietatis ciuilis, propter permutationem & uſum rerum mutuū: & Tyrrhenorū, & Carthaginenſiū, & quorūuis aliorum inter ſe confœderatorum una eſſet ciuitas Nu. 30. Deducit. Habent enim hi tales inter ſe communes leges & tempore
      - Pacis, de rebus quæ importari & exportari poſſunt: item de controuerſijs oborientis dirimendis N. 31.
      - Belli, de tributis, de auxilijs. Num. 32.
    - Atqui confœderatorū inter ſe ciuitas una dici non poteſt. Oſtendit id reſpectu
      - Imperij: quoniam magiſtratus diuerſos habent. N. 33.
      - Inſtitutionis mutuæ, quā uel
        - Negligunt, neq; curam habent confœderatorum, ſed ſinunt illos pro libito uiuere. N. 34.
        - Non negligunt quidem, non tamen ad uirtutis habitum internum referunt, ut ne iniuſti ſint: ſed ad actiones tantùm externas, ne iniuria ſe mutuo afficiant. N. 35.
    - Ergo ciuitatis communio non eſt ſita in ſocietate uel
      - Bellica, mutui auxilij cauſa, ad externorum iniurias propulſandas. N. 28.
      - Ciuili, ad commoditatem permutationis & uſus rerum ad uitam neceſſariarum. N. 29.

- **C.** Ratiocinationem
  - Deducit prolixè ſyllogiſmo talis
    - Cuius potiſſimum cauſa ciuilis ſocietas inſtituta eſt, illud pro primario ciuitatis fine haberi debet.
    - Atqui ciuilis ſocietas cauſa τοῦ
      - συζῆν non eſt inſtituta. Oſtendit:
        - Si cauſa τοῦ συζῆν tantùm ciuilis ſocietas inſtitueretur, inter eos, qui cōmunitate loci & fortunarum fruuntur, ciuitas daretur.
        - At nō hoc. Neq; enim ciuitas inter eos eſt, qui fruūtur cōmunitate
          - Loci eiuſdem. V. G. ut quàm maximè Corinthiorū & Megarenſiū urbes ita cōiungantur, ut ſe mutuò mœnijs contingant, hacq; loci uicinitate uſi, unū ſeu atq; ſi ijſdem comprehenderentur mœnibus matrimonia inter ſe contrahant (quod uel maximè ad unitatem ciuitatis facere uidetur) nemo tamen has pro una ciuitate habuerit. N. 41.
          - Legum & pactorum eorundem tum pacis tū belli tempore, ſiue habitent
            - Seorſim & ſparſim (uti Cyclopes olim) neq; ijſdē mœnibus includantur, ita tamen inter ſe uicini, ut facilè ad mutua auxilia & commercia conuenire queant. N. 42. Obiectioni tacitè occurrit. Ciuitas hæc talis dici nō meretur, non quia nō loci cōmunione fruantur, quandoquidem non ea eſt diſtantia loci, quin commodè pro uſu ſibinuicē adeſſe queāt. N. 43. ſed propter quid aliud.
            - Simul & coniunctim: niſi quid aliud accedat, quod differentem faciat ſocietatem ciuilem à domeſtica, eaq; excellentiorem N. 44.
        - Ergo non cauſa τοῦ συζῆν ciuilis ſocietas inſtituta eſt, ut coniunctu iſto & contra externas iniurias tuti ſint, & internis commodis perfruantur. N. 45. Coerigit. τὸ συζῆν finis accidentalis eſt, non autem eſſentialis. Quod inde patet, quoniam ſi coniunctus talis
          - Non adſit, ciuitas conſiſtere nequit. N. 46.
          - Adſit, ciuitas tamen non integra erit, niſi concurrat et τὸ εὖ ζῆν. N 47.
      - εὖ ζῆν eſt inſtituta: adeoq; & domus ſingulæ & gentes familiarum integræ in unam ciuitatē conueniunt, uitæ perfectæ & omni bonorū copia inſtructæ cauſa. N. 48. τὸ συζῆν ergo, hoc eſt, & loci & coniugij & commodorum aliorum communione frui
        - Efficiens eſt inſtrumentalis τοῦ εὖ ζῆν. N. 49 Probat à ſigno. Ideo circa in ciuitate & loca & conuenium tum ſacri tum profani inſtituti fuêre, ut ſacrificiorum, nuptiarum, conciliorum occaſione, non tantùm conuiuerent, ſed & bene uiuerent. N. 50.
        - Effectus eſt τῆς φιλίας, Amicitiæ mutuæ. Nu. 51. A definitione. Quandoquidem Amicitia nihil eſſe uidetur aliud, quàm inſtitutum conuiuendi. N. 52.
    - Ergo Ciuitatis finis primarius
      - Eſt τὸ εὖ ζῆν N. 53.
      - Non eſt (ſed ſecundarius, cauſa primarij illius) τὸ συζῆν N. 54.
  - Colligit breuiter per Reſolutionem:
    - Ciuitas eſt communio familiarum & pagorum, uitæ perfectæ & omnibus reb. neceſſarijs inſtructæ cauſa. N. 55.
    - Vita perfecta eſt uita beata. N. 56.
    - Beata autē uita propter uirtutis habitū minimè otioſum, ſed per actiones honeſtas et laudabiles eluceſcentē. N. 57.
    - Ergo ciuitas eſt propter uirtutis actiones, non autem propter conuictum. N. 58.

CAPVT X.

De uarietate Imperij, ceu formæ Reip. in genere agit. Qui nam imperare debeant.

DVbitaret[1] autem aliquis quid ſummam poteſtatē in ciuitate habere debeat: ſiue enim multitudinem, ſiue diuites, ſiue probos uiros, ſiue unũ optimum omnium, ſiue tyrannum. Sed[2] hæc omnia continere in ſe difficultatem, apertum eſt. Quid[3] .n. ſi pauperes, quia plures ſunt, diuiſerint ſibi bona diuitum, hoc non iniuſtum eſt: uiſum[4] enim eſt ſummam poteſtatem habenti iuſtè. Quid[5] igitur decet dicere poſtremam iniuſtitiam? Rurſus[6] omnibus ſumptis, ſi plures paucorũ bona ſibi diuiſerint, perſpicuũ eſt ipſos perdere ciuitatem. Atqui[7] uirtus nõ perdit, quod ipſam habet: neque[8] iuſtum naturam eam habet, ut perdat ciuitatē. Quare[9] planum eſt non poſſe legem hanc iuſtam eſſe. Præterea[10] quæcunque tyrannus egerit, neceſſe erit cuncta iuſta eſſe: uim[11] enim affert melior exiſtens, quemadmodũ & multitudo diuitibus. Nunquid[12] igitur pauciores iuſtum eſt imperium habere & diuites? Si[13] igitur & illi hæc eadē fecerint, & diripuerint, & bona multitudini abſtulerint, hoc eſt iuſtum? & alterum utique. Hæc[14] igitur omnia eſſe praua & minimè iuſta, perſpicuum eſt. Sed[15] probos decet imperium habere, & ipſorum arbitrij cuncta eſſe. Neceſſe[16] igitur erit cæteros omnes ignominia notatos eſſe, quippe cùm minimè honorẽtur: honores[17] enim dicimus eſſe magiſtratus. Iiſdem[18] autem ſemper imperium habentibus, neceſſe eſt alios uacuos eſſe ab honoribus. Sed[19] unum maximè ſtudioſum imperium habere melius. Atqui[20] hoc propius accedit ad dominatũ paucorum: expertes[21] enim honoris plures erunt. Sed[22] fortaſſe dicat quiſpiam, dominum omnino eſſe hominem, & non legem, uitioſum eſſe, cuius animo hærent turbidi motus, qui cadunt in ipſum. Si[23] igitur lex extiterit, accommodata tamen illa paucorum dominatui, ſiue ſtatui multitudinis, quid intererit de his, quæ in dubium uenerunt? contingent enim eodem pacto, quæ dicta ſunt.

ἜΧΕΙ[1] δ' ἀπορίαν τί δεῖ τὸ κύριον εἶναι τῆς πόλεως· ἢ γάρ τοι τὸ πλῆθος, ἢ τοὺς πλουσίους, ἢ τοὺς ἐπιεικεῖς, ἢ τὸν βέλτιστον ἕνα πάντων, ἢ τύραννον. ἀλλὰ[2] ταῦτα πάντα ἔχειν φαίνεται δυσκολίαν. τί[3] γὰρ, ἂν οἱ πένητες, διὰ τὸ πλείους εἶναι, διανέμωνται τὰ τῶν πλουσίων, τοῦτ' οὐκ ἄδικόν ἐστιν· ἔδοξε[4] γὰρ νὴ Δία τῷ κυρίῳ δικαίως. τὴν[5] οὖν ἀδικίαν τί χρὴ λέγειν τὴν ἐσχάτην; πάλιν[6] τε, πάντων ληφθέντων, οἱ πλείους τὰ τῶν ἐλαττόνων ἂν διανέμωνται, φανερὸν ὅτι φθείρουσι τὴν πόλιν. ἀλλὰ[7] μὴν, οὐχ ἥ γ' ἀρετὴ φθείρει τὸ ἔχον αὐτήν· οὐδὲ[8] τὸ δίκαιον πόλεως φθαρτικόν. ὥστε[9] δῆλον, ὅτι καὶ τὸν νόμον τοῦτον οὐχ οἷόν τ' εἶναι δίκαιον. ἔτι[10] καὶ τὰς πράξεις, ὅσας ὁ τύραννος ἔπραξεν, ἀναγκαῖον εἶναι πάσας δικαίας. βιάζεται[11] γὰρ, ὢν κρείττων, ὥσπερ καὶ τὸ πλῆθος τοὺς πλουσίους. ἀλλ'[12] ἆρα τοὺς ἐλάττους δίκαιον ἄρχειν καὶ τοὺς πλουσίους; ἂν[13] οὖν κἀκεῖνοι ταῦτα ποιῶσι, καὶ διαρπάζωσι, καὶ τὰ κτήματα ἀφαιρῶνται τοῦ πλήθους, τοῦτ' ἐστὶ δίκαιον; καὶ θάτερον ἄρα. ταῦτα[14] μὲν τοίνυν ὅτι πάντα φαῦλα, καὶ οὐ δίκαια, φανερόν. ἀλλὰ[15] τοὺς ἐπιεικεῖς ἄρχειν δεῖ, καὶ κυρίους εἶναι πάντων. οὐκοῦν[16] ἀνάγκη τοὺς ἄλλους ἀτίμους εἶναι πάντας, μὴ τιμωμένους ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς. τιμὰς[17] γὰρ λέγομεν εἶναι τὰς ἀρχάς. ἀρχόντων[18] δ' αἰεὶ τῶν αὐτῶν, ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς ἄλλους ἀτίμους. ἀλλ'[19] ἕνα τὸν σπουδαιότατον ἄρχειν βέλτιον. ἀλλ'[20] ἔτι τοῦτο ὀλιγαρχικώτερον· οἱ[21] γὰρ ἄτιμοι πλείους. ἀλλ'[22] ἴσως φαίη τις ἂν τὸ κύριον ὅλως ἄνθρωπον εἶναι, ἀλλὰ μὴ νόμον, φαῦλον, ἔχοντά γε τὰ συμβαίνοντα πάθη περὶ τὴν ψυχήν. ἂν[23] οὖν ᾖ νόμος μὲν, ὀλιγαρχικὸς δὲ ἢ δημοκρατικὸς, τί διοίσει περὶ τῶν ἠπορημένων; συμβήσεται γὰρ ὁμοίως τὰ λεχθέντα πρότερον.

IN hoc[1] autem dubitatio eſt, quid oporteat dominationem ac ſummã auctoritatem in ciuitate obtinere. nam aut multitudinem aut diuites, aut uiros bonos & æquos, aut unum omnium optimum, aut tyrannum. At[2] hæc omnia uidentur habere difficultatem. Quid[3] enim ſi pauperes, propterea quod ſint plures, bona diuitum inter ſe diſtribuant? nónne hoc ſit iniuſtum? Decretum[4] eſt enim ſcilicet ab ea ciuitatis parte, quæ auctoritatem & dominatum in ciuitate obtinet, uelle hoc fieri. Quo[5] igitur nomine extrema iniuria appellanda eſt? Rurſus[6] ſi ex omnibus ciuibus plures bona paucorum inter ſe partiti fuerint, perſpicuum eſt, eos labefactare ac perdere ciuitatem. Atqui[7] neque uirtus ei rei, in qua ea eſt, interitum afferre ſolet: neque[8] ius, perdendæ aut extinguendæ ciuitatis uim habet. Quare[9] intelligere licet etiam hanc legem iuſtam eſſe non poſſe. Præterea[10] res omnes, quæ a tyranno actæ ſunt, neceſſe eſt iniuſtas eſſe. Nam cum ſit potentior ac ualentior uiribus, uim[11] affert reipub. quemadmodum multitudo diuitibus. Vtrum[12] igitur pauciores & diuites præeſſe atque imperare iuſtum eſt? Si[13] igitur hi eadem faciant, & bona ciuium diripiant, & facultates multitudinis auferãt, hóccine eſt iuſtum? At ſi hoc iuſtum eſt, ergo & alterum. Hæc[14] igitur omnia eſſe mala, & non iuſta, in promtu eſt. At[15] uiros bonos oportet præeſſe, & omnium rerum dominos eſſe atq; arbitros. Ergo[16] alij omnes honorũ expertes & ignominia notati ſint neceſſe eſt, cum ciuilibus magiſtratibus non ornentur. honores[17] enim dicimus eſſe magiſtratus. Vbi[18] autem iidem ſemper gerunt magiſtratus, & reipub. præſunt, alios honorũ expertes & ignominia notatos eſſe neceſſe eſt. At[19] unum uirtute præſtantiſſimum reipub. præeſſe atque imperare melius eſt. At[20] hoc etiã magis ad paucorum imperium ſeu oligarchiam pertinet. Honorũ[21] enim expertes ſunt plures. Verùm[22] dixerit fortaſſe quiſpiam, omnino hominem dominatum in repub. obtinere, qui quidem eos affectus habeat, qui in hominum animum cadunt, & non legem, malum eſſe. At[23] ſi lex quidem ſit, ſed lex ad imperium paucorum aut ad populi potentiam accommodata, quod ad ea attinet, de quibus dubitatum eſt, quid intererit? Nam quæ ante dicta ſunt, ſimiliter euenient.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Dubitaret autem aliquis.) Cùm oſtendiſſet diuerſas eſſe reſpublicas, quia longè aliæ rationes ſunt regendi ciuitaté, docuiſſetque, qui finis ſit ipſius: nunc quærit, quam potiſsimum ciuitatis partem deceat imperium habere, undeque maiora bona expectari meritò poſsint, minoraque mala ac pericula impendeant. Partitur autem primùm ipſas, incipitq; à maiore numero ciuium ciuitatis conuentium. inquit enim: Siue enim multitudinem oportet ſummã in ciuitate poteſtatem habere, ſiue locupletes, ſiue probos uiros, ſiue unum quempiam optimum omnium, ſiue peſsimum ac tyrannum. Addit autem, cùm ita expoſuiſſet rationes huius rei omnes, nullam harum ſatis tutam eſſe. Quid enim, inquit, ſi pauperes, cùm uincant numero uiribuſque, diuiſerint ſibi fortunas locupletum (uoluiſſent enim ſemper eorum bona) hoc non poterit dici iniuſtum: uiſum enim ita eſt parti ciuitatis, cuius imperium receptum probatumque eſt. contrà autem, ſi uere cogitamus, quæ poteſt maior eſſe iniuſtitia, quam ſpoliari aliquos ſuis bonis per uim? ἐσχάτην autem ἀδικίαν uocanit poſtremum genus ipſius, & quod cætera omnia improba iniuſtaque facta ſuperat: ut Plato, cùm accuſauit ſimulatam probitatem inquit enim & ipſe, ἐσχάτην ἀδικίαν eſſe, uideri optimum eſſe, & minimè eſſe, uel contrà potius

Rurſus omnibus ſumtis.) Incommodum aliud, quod inſtet ciuitati ab eadem republica, oſtendit, non omnino diſsimile ſuperiori. Vt tamen illic intellexit pauperes & diuites, ita hic inquit, plures ac pauciores, quicunque illi ſint, qui diuerſos hos numeros conſtituunt. Rurſus enim inquit, in eodem ſtatu examinando, omnibuſque ciuibus ſimul ſumtis, ſi plures paucorum bona ſibi diuiſerint, non eſt dubium, quin ciuitatem perimant. Quod malum proficiſci non poteſt à uirtute: neque enim uirtus unquam interimit, quod præditum ipſa eſt, ſed tuetur atque ornat: neque id, quod iuſtum eſt, perdit ciuitatem. unde, inquit, patet, legem hanc formamq; reip. nullo modo iuſtam eſſe.

Præterea quæcunq; tyrãni.) Tranſit à ſtatu multitudinis ad iniuſtũ dominatum unius, relictis in medio ſtatibus paucorum: atque hoc, quia par ſimiliſque eſt illis corruptis inuadentibuſque in fortunas innocentiũ. hoc enim faciunt quoque tyranni. Si igitur, inquit, concedemus omne, quod fit ab iis, qui poteſtatem nacti ſunt in ciuitate, rectum eſſe: ſequetur, omnia facta tyrannorum iuſta eſſe. Nam etſi uim adfert, dominatur tamen in ciuitate, ſummamque iſte poteſtatem habet eadem ratione, qua & multitudo ipſa diuitibus uim adhibet, nacta poteſtatem, in ſuaque manu remp. habens.

Numquid igitur pauciores.) Cùm oſtenderit etiam pericula, quæ non ſine cauſa timentur, ſi in manus unius iniuſti ſceleſtique hominis reſp. uenerit: aperit, quid incommodi naſcatur ex dominatu paucorum, & eorundem diuitum inquit autem, cùm id propoſuiſſet: Si igitur & illi fecerint eadem, prædaſque è ciuitate egerint, atque eripuerint bona multitudini (neque enim expletur unquam ſitis pecuniæ) hoc iuſtum habendum erit? quæ namque gerunt illi, quorum in arbitrio ciuitas eſt, recta uidentur: & alterum igitur, quod uicio affine demonſtratum eſt, eſſe iuſtum, exiſtimari debebit. Addit autem poſt hoc, quod concludit totam rationem. Hæc uero improba eſſe & minimè iuſta, apertum eſt.

Sed probos decet.) Venit ad eos, qui profectò digni uidebantur, qui remp. regerent, cùm probi & moderati uiri ſint: docetque ex ipſorum quoque ſtatu naſci ciuitati mali non parum. Si namque ſoli uniuerſam remp. in ſua manu habuerint, continget cæteros ciues (ſi ita appellari poterũt) uacuos eſſe ab honoribus, & quaſi ignominia notatos, cùm honor nullus perueniat unquam ad eos à magiſtratibus, unde reiecti ſunt. honores namque dicimus eſſe magiſtratus. Cùm autem perpetuò illic imperium iidem gerant, neceſſe eſt reliquos orbatos illo uiuere. Erunt igitur malè animati erga rempublicam, & cupidi ſemper rerum nouarum. non facile enim homines honeſti eripi ſibi debitos honores patiuntur. non eſt igitur iuſtus, firmuſque ſtatus, qui tanta iniuria ipſos afficit.

Sed unum maximè.) Reſtabat uidere, ſi hominibus omnino permittenda eſt cura reipublicæ, an præſtaret unum optimũ omnium deligere, atque ipſi imperium dare. Inquit igitur, hoc iniquius adhuc fore, quia uitium, quod exiſtit in dominatu paucorum, ita augetur. Plures namque, cùm unus tantùm uniuerſam ciuitatem regit, à gubernaculo deiiciuntur, quàm cùm pauci. Quare periculum eſt eorundem malorum, quæ imminent dominatui paucorum, & periculum quidem maius: creuit enim numerus inſidiatorum.

Sed fortaſſe dicat.) Cùm diſſeruiſſet de rationibus cunctis, quibus conſueuerũ aſt homines ciuitatem gubernare, ac quæ pericula ciuibus inde inſtent, expoſuiſſet, unde non ſine cauſa ſuſpectæ nobis illæ eſſe debent: addit, in mentem alicui fortaſſe uenire poſſe, remp. committere legi, non homini, cùm homo nunquam ſolutum liberumque animum habeat motionibus, quæ peruertunt iudicium ipſius, ſiue propter amorem aut odium non ſinunt eum, quod uerum eſſe ſentit, ſtatuere: à quibus omnibus malis uacua eſt lex. Occurrit igitur huic quoque rationi, ut cæteris fecit, docetque, ſi lex accommodata fuerit uoluntati diuitum aut utilitatibus multitudinis, eadem inde mala proficiſci, quæ naſcuntur ab illis ipſis ſtatibus ciuitatis, de quib. ueri inueniendi cauſa diſputatum eſt. quare ita quoque nihil nobis exploratum eſt, quid conſilij capere debeamus. Eſt locus apud Plutarchum in Solone, in quo breui indicantur bonum malumq;, quod capi poteſt & à lege & ab homine poteſtate prædito. Cùm enim Athenis diſcordia magna exorta foret inter diuites & pauperes, uniuerſaque ciuitas uexaretur ſeditionibus, putarent autem nonnulli mederi poſſe huic malo leges aliquas utiles accommodataſque ipſi ſedando: oſtendit accuratus ſcriptor, non defuiſſe medios quoſdam inter illos, qui cenſerent, melius eſſe uniuerſam remp. committere ſapienti uiro, iuſtóq;, potiſsimum Soloni, cuius uirtutem fidemque perſpectam habebãt: ipſum enim ſummam poteſtatem nactum, citò poſſe remedium adhibere tam grauibus malis: cùm uiderent mutationem morum, quæ fit ratione ac lege, operoſam atque arduam eſſe, ciuitatem autem eam egere medicina prompta ac parata. Quare Romani ciues, cùm huiuſcemodi aliquid incommodi reip. imminebat, creabant dictatorem. Addere igitur placuit ac monſtrare alterum uitium, quod legibus hæret. Συμβαίνοντα πάθη uidetur auctor uocaſſe, quæ cadunt in hominem, ac uix inde abeſſe poſſunt.

τῷ κυρίῳ ἀδικεῖν.) Parti principi, quæ ius imperandi ſibi iure conuenire, pro more eius Reſp. arbitratur.

ὥσπερ γὰρ λέγομεν ἄτιμ.) Sic cap. 5 præced. ex Homero ἀτίμητον μετανάστην uocauit, qui imperij non eſt particeps.

ὀλιγαρχικώτερον.) Nam ſi Oligarchia dicatur, quando pauci imperant, uidetur Tyrannis extrema & infima ſpecies & ueluti indiuidua oligarchiæ eſſe.

ἀλλὰ μὴ νόμον.) Sic 5 Ethicorum cap. X. οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν λόγον, ὅτι ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖ, καὶ γίνεται τύραννος.

νομοθ- δημοκρατίαις.) Quemadmodũ Athenis Oſtraciſmo & apud Syracuſanos Petaliſmo in exiliũ decannale pellebantur ob uirtutis excellentiam populo ſuſpecti. Sic Epheſij Hermodorum philoſophum expulere, ne quis inter ipſos frugi eſſet.

DE Iure egit, tãquam de forma Imperij: nunc de Imperio, quod Reip. formam continere uidetur, quæſtionem

- Proponit: Quibúſnã imperium iure conueniat. Nã. Aut enim imperat
  - Vnus ob excellentiam
    - Internam Virtutis, quoniam Optimus. Vt in Regno.
    - Externam Potentiæ, qua cogit uel inuitos. Vt in Tyrannide.
  - Plures uero: q q; rurſus uel
    - Pauci, ob excellentiam
      - Virtutis. Vt in Ariſtocratia.
      - Opulentiæ uel Nobilitatis. ut in Oligarchia.
    - Multi, propter æqualitatem
      - Virtutis. Vt in Politia.
      - Libertatis. Vt in Democratia.
- Agitat. Vide ſeq. figuram A.

A. De

- **A. De Imperio quæſtionem agitat**
  - **Vniuerſim,** cùm ſingula Rerumpub. formæ habeãt, quod illarum imperio obijci queat (N. 2.) ſiue illud ſit penes
    - **Homines.** Per inductionem oſtẽdit tum Rerumpublicarum
      - **Malarũ,** tus illas imperij opinione potius quàm reuera prætendere, N. 14. ſiue præſint
        - **Multi.** Democratiam iniuſtã dari oſtendit argumento duplici, altero ab imperij, ſiue eius quod imperatur & decernitur
          - **Subiecto,** in hũc modum:
            - Si non omne quod populo uidetur iuſtum eſt, neq; Democratiam à populo inſtitutam iuſtam eſſe neceſſe eſt.
            - At non omne quod populo uidetur, iuſtum eſt. V. G. ſi plebiſcitum fiat, de opibus & agris locupletum diuidundis, hoc iuſtum
              - **Opinione** uidetur eſſe. N. 3. Ratio: Quandoquidem partis ciuitatis principi, quæ imperij ius habet, probatur: Num. 4.
              - **Reipſa** non eſt. Nã quæ alia maior ſit iniuſtitia in diſtribuendo? Num. 5.
            - **Ergo** neq; Democratia à populo inſtituta omnis iuſta erit.
          - **Effectu,** tali ratiocinatione:
            - **Ius** non corrumpit ciuitatem. N. 8. Ratio: Virtus enim in uniuerſum non corrũpit id cui ineſt. N. 7. At Ius eſt uirtus.
            - **Cæterùm** plebiſcitum nouarum tabularum, de diuidundis agris & opibus priuatorum, corrumpit ciuitatem N. 6.
            - **Ergo** plebiſcitum iſtud nõ eſt iuſtũ N. 9.
        - **Vnus Tyrannum.**
          - **Si** quod tyranno uidetur, iuſtum per ſe non eſt, neq; tyrannicum imperium iuſtum erit.
          - **At** quod tyranno uidetur iuſtum
            - **Reipſa** non eſt.
            - **Opinione** eſt. N. 10. Ratio per ſimilitudinẽ. Quemadmodum enim in Rep. populari ius multitudine metiuntur: ita in Tyrannide potentia. N. 11.
          - **Ergo** neq; imperium tyrannicum per ſe iuſtum erit.
        - **Pauci Oligarchæ.** N. 12.
          - **Si** oligarcharum decreta publica, V. G. de expilandis ciuibus, iuſta quis eſſe contendat, iuſta quoq; fuerint pari de cauſa Democratiæ plebiſcita. N. 13.
          - **At** non hæc per ſe, ſed opinione tantùm, iuſta eſſe, modò oſtendimus.
          - **Ergo** neq; illa.
      - **Bonarum.** Vide ſeq. ſignum B.
    - **Leges.** Legibus ergo imperium
      - **Deberi,** uniuerſim aliquis pronunciarit: quoniam nullo cupiditatis impetu à rectæ rationis ſemel poſito præſcripto auertantur. N. 22.
      - **Non deberi,** ſic quis inferat ab adiũctis
        - **Si** eadem incommoda in legum imperio accidant oligarchico aut democratico, quæ in hominum imperio paucorum aut multorum: non potior erit ratio, cur leges quàm cur homines imperare debeant. N. 23.
        - **Atqui** eadem incommoda ſequuntur Oligarchiam & Democratiã, ſiue ab hominibus oligarchis aut à populo, ſiue à legibus gubernetur oligarchicis aut popularibus. Sic V. H par eſt iniuria, ſiue per legem agrariam Tiberij Gracchi publicentur prædia, ſiue leges agrariæ à legiſlatore ponãtur, ut quicunq; Reip. nomen dederit, bona ſua in publicum conferat.
        - **Ergo** non potior ratio, cur leges quàm cur homines imperare debeant.
  - **Singillatim,** quo ad ſpecies ipſius, CAP. XI.

- B. Siue iam in bonis Rebuſpub. præſint
  - Multi.
  - Pauci, ut in Ariſtocratia. N. 15.
    - In qua Repub. ignominia non meriti afficiuntur, ea durabilis non eſt.
    - At in Ariſtocratia indigni ignominia notantur, Oſtenditi
      - Vbi ſemper ijdem imperant, illic ſubditi reliqui ἄτιμοι ſunt, hoc eſt, ignominia quodammodo afficiuntur, & Oligarchia quædam paucorum tacitè inuehitur. N. 18 Ratio. Magiſtratus enim tãquam publicus quidam honor eſt & teſtimoniũ uirtutis imperandi in eo cui cõmittitur. N. 17.
      - At in Ariſtocratia ſemper ijdem imperant, optimi ſcilicet, & uirtute præſtantiſſimi, non omnes, ſed delecti quidam. Reliqui, licet æquè boni, tamen quia ſortem non habuere, excluduntur.
      - Ergo in Ariſtocratia reliqui ciues ignominia quodammodo afficiũtur, & occaſio dabitur Oligarchiæ cuidam ſub uirtutis prætextu. N. 16.
    - Ergo Ariſtocratica Reſpub. durabilis non eſt.
  - Vnus uirtute præſtantiſſimus. Numero 19.
    - Quo plures ſunt ἄτιμοι in Repub. eo maior datur occaſio inuiſæ Oligarchiæ.
    - At ſi Vnus tantùm imperet, reliqui omnes excludantur, hi ipſi erunt ἄτιμοι. Numero 20.
    - Ergo unum tantùm imperare maximè Oligarchicum eſt, & cum inuidia aliorum coniunctum. N. 20.

CAPVT XI.

De Imperij uarietate in ſpecie, Hominibúſne, an Legibus magis conueniat.

DE [1] alijs igitur ſit alia diſputatio. Quod [2] aũt dictũ eſt, oportere potius, ut multitudo ſummã poteſtatẽ habeat, quã optimi uiri, pauci tñ: uideretur ſolui, & quãdã habere dubitationẽ: fortaſſe aũt & ueritatẽ. Multo[3] nãq;, quorũ unuſquiſq; minimè ſtudioſus uir eſt, tñ contingit, cũ coierint, eſſe meliores illis: nõ tñ ut ſinguli, uerũ ut ſimul uniuerſi. nõ [4] aliter atq; cœnæ collatę ſtudio pluriũ, ſuauiores ſunt illis, q̃ unius ſumtu ſtructæ fuerint. Cũ [5] .n. multi ſint, unũquẽq; eorũ uſuuenit habere in ſe particulã uirtutis & prudẽtię, & [6] fieri, poſtquã cõuenerũt in unũ locũ, tanquã unũ hominẽ numero, q habeat multos pedes, & multas manus, multoſq; itidẽ ſenſus, eodẽ [7] pacto & circa mores & cõſiliũ. Quapropter [8] exiſtimãt melius multi & opera muſicę & poetarũ: alij [9] .n. aliã quandã partẽ: cũcti autẽ cũcta. Sed [10] hoc diſcrepãt ſtudioſi uiri à ſingulis multitudinis: ueluti [11] ſane à nõ formoſis formoſos aiunt, & picta artificio à ueris, qđ in unũ coacta ſũt, q̃ erãt diſſeminata ſeorſum. nã [12] cũ ſeparata erãt, pulcriorẽ picto habere hũc quidẽ oculũ, aliũ uerò aliam partem contingit. Si [13] igitur in omni populo & in omni mul-

ΠΕΡῚ [1] μὲν οὖν τῶν ἄλλων, ἔστω τις ἕτερος λόγος. ὅτι δὲ δεῖ κύριον εἶναι μᾶλλον τὸ πλῆθος, ἢ τοὺς ἀρίστους μὲν, ὀλίγους δὲ, δόξειεν ἂν λύεσθαι καὶ τιν' ἔχειν ἀπορίαν, τάχα δὲ κἂν ἀλήθειαν. τοὺς [3] γὰρ πολλοὺς, ὧν ἕκαστός ἐστιν οὐ σπουδαῖος ἀνὴρ, ὅμως ἐνδέχεται συνελθόντας εἶναι βελτίους ἐκείνων, οὐχ ὡς ἕκαστον, ἀλλ' ὡς σύμπαντας. οἷον [4] τὰ συμφορητὰ δεῖπνα, τῶν ἐκ μιᾶς δαπάνης χορηγηθέντων. πολλῶν [5] γὰρ ὄντων, ἕκαστον μόριον ἔχειν ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ [6] γίνεσθαι συνελθόντας, ὥσπερ ἕνα ἄνθρωπον τὸ πλῆθος, πολύποδα, καὶ πολύχειρα, καὶ πολλὰς ἔχοντα αἰσθήσεις, οὕτω [7] καὶ περὶ τὰ ἤθη καὶ τὴν διάνοιαν. διὸ [8] καὶ κρίνουσιν ἄμεινον οἱ πολλοὶ καὶ τὰ τῆς μουσικῆς ἔργα, καὶ τὰ τῶν ποιητῶν. ἄλλοι [9] γὰρ ἄλλο τι μόριον, πάντα δὲ πάντες. ἀλλὰ [10] τούτῳ διαφέρουσιν οἱ σπουδαῖοι τῶν ἀνδρῶν ἑκάστου τῶν πολλῶν, ὥσπερ [11] καὶ τῶν μὴ καλῶν τοὺς καλούς φασι, καὶ τὰ γεγραμμένα διὰ τέχνης τῶν ἀληθινῶν, τῷ συνῆχθαι τὰ διεσπαρμένα χωρὶς εἰς ἕν. ἐπεὶ [12] κεχωρισμένων γε κάλλιον ἔχειν τοῦ γεγραμμένου, τουδὶ μὲν τὸν ὀφθαλμὸν, ἑτέρου δέ τινος ἕτερον μόριον. εἰ μὲν [13] οὖν περὶ πάντα δῆμον

DE [1] alijs igitur eſto aliquis alius ſermo. Multitudinẽ [2] aũt dominatum atque auctoritatem debere obtinere potius, quàm optimates quidem illos, ſed tamen paucos, uideatur eſſe expeditum ac ſolutum: & nonnullam habere dubitationem, fortaſſe uerò etiam ueritatem. Fieri [3] enim poteſt, ut multi, quorum unuſquiſq; uir nõ bonus eſt, tamen congregati & congreſſi, paucis illis ſint meliores, non ut ſinguli, ſed ut uniuerſi: quemadmodũ [4] cœnæ, in quas ſinguli ſymbolam contulerunt, ijs, quarum ſumtus ab uno ſuppeditatus eſt, ſunt copioſiores & lautiores. nã [5] cum ſunt multi, ſuam quemq; uirtutis & prudentiæ [6] partem habere, eoſq; congregatos, & multitudinem illam fieri tanquam unum hominem multorum pedum, & multarum manuum, & multis ſenſibus inſtructum, itemq; [7] multis moribus & cogitationibus præditum. Quapropter [8] de muſicorum & poetarum operibus melius iudicat multitudo: alij [9] enim de alia aliqua particula, omnes autẽ de omnibus. Verùm [10] hoc antecellunt uiri boni & uirtute præſtantes unicuiq; de multis, quemadmodum [11] pulcros à non pulcris differre dicunt, & picta ex arte pingendi à ueris: eo quòd diſperſa, et ſeparatim poſita, in unum conducta & collecta ſint. nam [12] cum ſeparati & ſeiuncti ſunt, huius quidem oculum eſſe pulcriorem, illius autem alius aliam partem. Verum [13] igitur in omni populo atque in om-

multitudine contingit hoc eſſe diſcrimen multorum aduerſus paucos ſtudioſos, incertum eſt. Fortaſſe [14] potius perſpicuũ eſt in nonnullis hoc fieri non poſſe. Eadẽ [15] enim ratio cõgrueret etiã in beluis. quid [16] enim profectò diſcrepãt quidã mortales à beluis, ut ita loquar? Verũ [17] de aliqua multitudine nihil uetat, quod dictũ eſt, uerũ eſſe. Quapropter [18] & prius expoſitã dubitationẽ ſolueret aliquis ope horũ, & [19] eam quæ ipſi hæret: quas res decet in poteſtate eſſe liberorum hominum & multitudinis ciuiũ. Huiuſcemodi [20] aũt ſunt, quicunq; neq; diuites ſunt, neq; dignitatẽ ullã uirtutis hñt. Participes [21] nãq; ipſos eſſe maximorũ magiſtratuũ nõ eſt tutũ. ob [22] iniuſtitiã enim & ob [23] ſtultitiã in aliquib. iniuſtè ſe gererent: in alijs aũt ipſi laberẽtur. Nõ [24] partẽ aũt dare, neq; participes ipſos fieri, pauorem adfert. Quando [25] enim expertes honoris multi & pauperes extiterint, hoſtiũ neceſſe hãc urbẽ plenã eſſe. Reſtat [26] iam, ut ipſi participes ſint deliberandi & iudicandi. Quapropter [27] & Solon & nonnulli aliorum legislatorũ ſtatuunt ipſos ſuper comitijs, & munere rationũ accipiendarũ ab ijs, qui partem aliquã reip. attigerint, magiſtratus [28] aũt gerere ſolos nõ ſinũt. Cuncti [29] .n. cũ conuenere, tantũ hñt ſenſus, ut ſatis ſit & permixti cũ meliorib. proſunt ciuitatibus (ueluti [30] cib⁹ nõ purus unà cũ puro, omnẽ reddit utiliorẽ pauco) ſeorſum [31] aũt unuſquiſq; eorũ imperfectus eſt in exiſtimãdo. Habet [32] autẽ ordo hic reip. dubitationẽ. primam [33] quidem, quòd uideretur eiuſdẽ eſſe exiſtimare, quis rectè curauit, cuius & curare & reddere ægrotantẽ ſolutũ à morbo, qui tũc eũ premebat: hic aũt eſt medicus. ſimiliter [34] aũt ſe hoc habet in cęteris ſtudijs & artibus. Quẽadmodũ [35] igiť decet, medicũ rationẽ reddere apud medicos, ita & alios ap'd ſimiles. Medic⁹ [36] aũt eſt, & [37] opifex, & iter cęteros quaſi architectus, & [38] tertius, q eſt peritus in arte. Sũt [39] .n. nõnulli tales in cũctis, ut ita loquar, artibus. Tribuimus [40] autem exiſtimare nihilo minus peritis, quàm ſcientibus. Deinde [41] & in delectu eodem modo uideretur ſe res habere.

καὶ περὶ πᾶν πλῆθος ἐνδέχεται ταύτην εἶναι τὴν διαφορὰν τῶν πολλῶν πρὸς τοὺς ὀλίγους σπουδαίους, ἄδηλον. ἴσως [14] δὲ νὴ δία δῆλον, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον. ὁ γὰρ [15] αὐτὸς κἂν ἐπὶ τῶν θηρίων ἁρμόσειε λόγος. καίτοι [16] τί διαφέρουσιν ἔνιοι τῶν θηρίων, ὡς ἔπος εἰπεῖν; ἀλλὰ [17] περὶ τι πλῆθος οὐδὲν εἶναι κωλύει τὸ λεχθὲν ἀληθές. διὸ [18] καὶ τὴν πρότερον εἰρημένην ἀπορίαν λύσειεν ἄν τις διὰ τούτων, καὶ [19] τὴν ἐχομένην αὐτῆς, τίνων δεῖ κυρίους εἶναι τοὺς ἐλευθέρους, καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν. τοιοῦτοι [20] δ' εἰσὶν, ὅσοι μήτε ἀξίωμα ἔχουσιν ἀρετῆς μηδέν. τὸ [21] μὲν γὰρ μετέχειν αὐτοὺς τῶν ἀρχῶν τῶν μεγίστων, οὐκ ἀσφαλές. διά τε [22] γὰρ ἀδικίαν, καὶ [23] δι' ἀφροσύνην, τὰ μὲν ἀδικεῖν ἄν, τὰ δ' ἁμαρτάνειν αὐτούς. τὸ [24] δὲ μὴ μεταδιδόναι, μηδὲ μετέχειν, φοβερόν. ὅταν [25] γὰρ ἄτιμοι πολλοὶ καὶ πένητες ὑπάρχωσι, πολεμίων ἀναγκαῖον εἶναι πλήρη τὴν πόλιν ταύτην. λείπεται [26] δὴ τοῦ βουλεύεσθαι καὶ κρίνειν, μετέχειν αὐτούς. διόπερ [27] καὶ Σόλων καὶ τῶν ἄλλων τινὲς νομοθετῶν, τάττουσιν ἐπί τε τὰς ἀρχαιρεσίας, καὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων· ἄρχειν [28] δὲ κατὰ μόνας οὐκ ἐῶσι. πάντες [29] μὲν γὰρ ἔχουσι συνελθόντες ἱκανὴν αἴσθησιν, καὶ μιγνύμενοι τοῖς βελτίοσι, τὰς πόλεις ὠφελοῦσι· καθάπερ [30] ἡ μὴ καθαρὰ τροφὴ μετὰ τῆς καθαρᾶς τὴν πᾶσαν ποιεῖ χρησιμωτέραν τῆς ὀλίγης· χωρὶς [31] δ' ἕκαστος ἀτελὴς περὶ τὸ κρίνειν ἐστίν. ἔχει [32] δ' ἡ τάξις αὕτη τῆς πολιτείας ἀπορίαν. πρώτην [33] μὲν, ὅτι δόξειεν ἂν τοῦ αὐτοῦ εἶναι τὸ κρῖναι τίς ὀρθῶς ἰάτρευκεν, οὗπερ καὶ τὸ ἰατρεῦσαι, καὶ ποιῆσαι ὑγιᾶ τὸν κάμνοντα τῆς νόσου τῆς παρούσης· οὗτος δ' ἐστὶν ἰατρός. ὁμοίως [34] δὲ τοῦτο καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐμπειρίας καὶ τέχνας. ὥσπερ [35] οὖν ἰατρὸν δεῖ διδόναι τὰς εὐθύνας ἐν ἰατροῖς, οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ἐν τοῖς ὁμοίοις. ἰατρὸς [36] δ' ὅ τε δημιουργὸς, καὶ [37] ὁ ἀρχιτεκτονικὸς, καὶ [38] τρίτος, ὁ πεπαιδευμένος περὶ τὴν τέχνην. εἰσὶ [39] γάρ τινες τοιοῦτοι περὶ πάσας, ὡς εἰπεῖν, τὰς τέχνας· ἀποδίδομεν [40] δὲ τὸ κρίνειν οὐδὲν ἧττον τοῖς πεπαιδευμένοις, ἢ τοῖς εἰδόσιν. ἔπειτα [41] καὶ περὶ τὴν αἵρεσιν τὸν αὐτὸν ἂν δόξειεν ἔχειν τρόπον.

in omni multitudine poſſit euenire hæc differentia multorum a paucis uirtute præditis, obſcurum eſt. Fortaſſe [14] uerò mehercule apparet, in nonnullis locum habere non poſſe. Eadem [15] enim etiam in feris ratio conueniret. Atqui [16] nõne uidemus quoſdam homines nihil pene dicam à feris differre? Veruntamen [17] in aliqua multitudine nihil obſtat quin id, quod dictum eſt, uerũ ſit. Quocirca [18] & eam, quæ antea expoſita eſt, dubitationem, & [19] eam, quæ eſt huic proxima, quarum rerum penes liberos & multitudinem ciuium (tales [20] autem ſunt, quicunque neque diuites ſunt, neq; ullam uirtutis dignitatem atq; amplitudinem habent) arbitrium ac poteſtatem eſſe oporteat, poſſit quis his rationibus diſſoluere atq; expedire. Eos [21] enim imperia obtinere maxima, non eſt tutum (namque eos & propter [22] iniuſtitiam, & [23] propter imprudentiam partim iniuriam facturos, partim peccaturos) Nullos [24] autem eis mandare magiſtratus, neque eos ullius eſſe participes, horribile ac formidoloſum eſt. Cùm [25] enim multi honoris expertes et pauperes ſunt, plena hoſtium ſit ciuitas neceſſe eſt. Reliquum [26] eſt igitur ut conſultandi & iudicandi ſint participes. Quocirca [27] & Solon & nonnulli alij latores legum eos comitijs magiſtratuum creandorum, & rationibus ab ijs, qui geſſerunt magiſtratus, repetendis præficiunt. gerere [28] autem magiſtratum per ſe & ſolos non ſinunt. Omnes enim [29] collecti & congregati ſatis multum ſenſum habent, & permixti cum melioribus, proſunt ciuitatibus, quemadmodũ [30] uictus non purus cum puro coniunctus omnem efficit utiliorẽ pauco. unuſquiſq; [31] .n. ſeorſum in iudicando imperfectus & mancus eſt. Sunt aũt [32] in hac reip. adminiſtranda ordinatione dubitationes duæ: quarũ [33] hæc prima eſt, quòd uideatur eſſe eiuſdem quis rectè medicatus ſit, iudicare, cuius & mederi, ægrumq; ſanare, ac morbo præſente liberare. Hic autem medicus eſt. Atq; [34] hoc ſimiliter etiam in alijs facultatibus longo uſu partis atq; artibus locum habet. Quemadmodum [35] igitur medicus apud medicos iudicium rationum referendarum ſubire debet: ſic & alij artifices apud ſimiles. Medicus [36] autem eſt & is, qui alio præſcribente medicinam facit, & [37] is, qui docet ac præſcribit quomodo medicina ſit facienda, & [38] tertius, qui à puero experiendo artem didicit. Sunt [39] enim tales quidem in omnibus, penè dicam, artibus. Tribuimus [40] autem iudicandi auctoritate nihilominus uſu peritis, quàm ſcientibus. Præterea [41] & in eligendo eodem modo ſe res habere uideatur.

Deligere[42] namq; rectè munus eſt eorum, qui ſciunt: ceu[43] geometram, eorum qui periti ſunt geometriæ: & gubernatorē, eorum qui norunt, quæ ſunt propria illius artis. Etſi[44] enim de quibuſdam operibus & artib. cōmunicant nonnulli idiotæ: ſed non magis, quàm ſcientes. Quare[45] ui huius rationis non oportere ſummam poteſtatem dare multitudini aut comitiorum aut rationum accipiendarum. Sed[46] forſitan non omnia hæc bene dicuntur, & propter ueterem rationem, niſi multitudo fuerit admodū rudis & abiecta (erit[47] enim unuſquiſque deterior exiſtimator, quàm qui ſciunt. cuncti autem ſimul congreſſiq;, aut meliores aut non deteriores) &[48] quia de nōnullis, neq; ſolus, qui fecit, neq; optimè exiſtimaret, quorū ſcilicet opera intelligūt, etiam, qui artē non didicerunt: ceu[49] domum nō ſolùm eius eſt cognoſcere, qui fabricauit, ſed & melius, qui utitur ipſa exiſtimabit, utitur autem paterfamiliâs: &[50] clauum gubernator, quàm faber: &[51] epulum conuiua, ſed non coquus. Hanc[52] igitur dubitationem putaret fortaſſe aliquis ſic ſatis ſoluere. Alia[53] aūt eſt, quæ ſequitur hanc. Videtur[54] enim abſurdū, maiorum rerū auctores & quaſi dominos eſſe tenues homines, quàm honeſtos. Rationum[55] autem cognoſcendarum ius & comitia, ſunt maximum, quas[56] in quibuſdam rebuſpublicis, ut dictū eſt, permittunt plebi. Concio[57] enim in ſua manu habet hæc omnia. Atqui concionis participes ſunt, & deliberant, & iudicant, à paruis cenſibus, & quali bet ætate: quæſtores[58] autem fiunt, & exercitus ducūt & maximos magiſtratus gerūt à magnis. Eodem[59] iam pacto aliquis ſolueret & hanc dubitationem. Fortaſſe[60] enim ſe habent & hæc rectè. Non[61] enim iudex, neque, qui in ſenatum uenit aut in concionem, magiſtratus eſt: ſed forum & ſenatus & populus. Vnuſquiſque[62] autem eorum, qui dicti ſunt, pars eſt horum. Voco autem partem ſenatorem, & humilem etiam illum conſultorem, nec non iudicem. Quare[63] iure bono in ſua manu habet multitudo res maiores.

καὶ[42] γὰρ τὸ ἑλέσθαι ὀρθῶς τῶν εἰδότων ἔργον ἐστίν· οἷον[43] γεωμέτρην τε, τῶν γεωμετρικῶν· καὶ κυβερνήτην, τῶν κυβερνητικῶν. εἰ γὰρ[44] καὶ περὶ ἐνίων ἔργων καὶ τεχνῶν μετέχουσι καὶ τῶν ἰδιωτῶν τινες, ἀλλ' οὔτι τῶν εἰδότων γε μᾶλλον. ὥστε[45] κατὰ μὲν τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἂν εἴη τὸ πλῆθος ποιητέον κύριον, οὔτε τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὔτε τῶν εὐθυνῶν. ἀλλ'[46] ἴσως οὐ πάντα ταῦτα λέγεται καλῶς, διά τε τὸν πάλαι λόγον, ἂν ᾖ τὸ πλῆθος μὴ λίαν ἀνδραποδῶδες (ἔσται[47] γὰρ ἕκαστος μὲν χείρων κριτὴς τῶν εἰδότων· ἅπαντες δὲ συνελθόντες, ἢ βελτίους, ἢ οὐ χείρους) καὶ[48] ὅτι περὶ ἐνίων, οὔτε μόνον ὁ ποιήσας οὔτ' ἄριστ' ἂν κρίνειεν, ὅσων τἄργα γιγνώσκουσι καὶ οἱ μὴ ἔχοντες τὴν τέχνην. οἷον[49] οἰκίαν, οὐ μόνον ἐστὶ γνῶναι τοῦ ποιήσαντος, ἀλλὰ καὶ βέλτιον ὁ χρώμενος αὐτῇ κρινεῖ· χρῆται δ' ὁ οἰκονόμος· καὶ[50] πηδάλιον κυβερνήτης τέκτονος· καὶ[51] θοίνην, ὁ δαιτυμὼν, ἀλλ' οὐχ ὁ μάγειρος. ταύτην[52] μὲν οὖν τὴν ἀπορίαν τάχα δόξειέ τις ἂν οὕτω λύειν ἱκανῶς. ἄλλη[53] δ' ἐστὶν ἐχομένη ταύτης. δοκεῖ[54] γὰρ ἄτοπον εἶναι, τὸ μειζόνων εἶναι κυρίους τοὺς φαύλους τῶν ἐπιεικῶν. αἱ δ'[55] εὐθῦναι, καὶ αἱ τῶν ἀρχῶν αἱρέσεις, εἰσὶ μέγιστον, ἃς[56] ἐν ἐνίαις πολιτείαις, ὥσπερ εἴρηται, τοῖς δήμοις ἀποδιδόασιν. ἡ[57] γὰρ ἐκκλησία κυρία πάντων τῶν τοιούτων ἐστί. καίτοι τῆς μὲν ἐκκλησίας μετέχουσι, καὶ βουλεύουσι, καὶ δικάζουσιν, ἀπὸ μικρῶν τιμημάτων, καὶ τῆς τυχούσης ἡλικίας· ταμιεύουσι[58] δὲ, καὶ στρατηγοῦσι, καὶ τὰς μεγίστας ἀρχὰς ἄρχουσιν, ἀπὸ μεγάλων. ὁμοίως[59] δή τις ἂν λύσειε καὶ ταύτην τὴν ἀπορίαν. ἴσως[60] γὰρ ἔχει καὶ ταῦτ' ὀρθῶς. οὐ[61] γὰρ ὁ δικαστὴς, οὐδ' ὁ βουλευτὴς, οὐδ' ὁ ἐκκλησιαστὴς ἄρχων ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ δικαστήριον, καὶ ἡ βουλὴ, καὶ ὁ δῆμος. τῶν δὲ[62] ῥηθέντων ἕκαστος μόριόν ἐστι τούτων. λέγω δὲ μόριον τὸν βουλευτὴν, καὶ τὸν ἐκκλησιαστὴν, καὶ τὸν δικαστήν. ὥστε[63] δικαίως κύριον μειζόνων τὸ πλῆθος.

Etenim[42] rectè eligere, eorum, qui ſciunt, munus eſt. uerbi[43] gratia, geometram eligere eorū eſt, qui in geometria diu multumq; uerſati ſunt: & gubernatorem, eorum, qui artem gubernandi tenent. Etſi[44] enim de quibuſdam operibus & artibus iudicandi facultatem habeant nonnulli etiam idiotæ, & imperiti: at non maiorem, quàm qui ſciunt. Itaque[45] hac ratione, comitiorū, quibus creantur magiſtratus, & rationum referendarum poteſtas penes multitudinem non ſit redigenda. Verum[46] fortaſſe non omnia hæc rectè dicuntur, tum propter rationem illam, quam multo ante expoſuimus, niſi multitudo ſit admodum rudis (ſunt[47] enim ſinguli quidē iudices ſcientib. deteriores: oēs uerò congreſſi, aut meliores, aut nō deteriores) tum[48] quod de nōnullis rebus neq; ſolum artifex, qui eas effecit, neq; optimè iudicarit: eos omnes dico artifices, quorum opera iudicant etiam ij, qui non habent artem: uerbi[49] gratia, domum cognoſcere non ſolum eius eſt, qui fecit, ſed etiam eo melius is, qui ea utitur, iudicabit: utitur autem is, qui domum adminiſtrat, ſiue paterfamilias: &[50] de gubernaculo melius iudicabit gubernator nauis, quàm faber: &[51] de epulo conuiua melius, quàm coquus. Hanc[52] igitur dubitationem ad explicandum a[illegible], fortaſſe aliquis ſat bene ſic expedire ac diſſoluere queat. Altera[53] porro eſt huic proxima. Videtur[54] enim abſurdum eſſe, penes malos atq; improbos rerum maiorum auctoritatem & arbitrium eſſe, quàm penes uiros bonos & æquos. At[55] rationum referendarum iudicia, & magiſtratuum creandorū comitia, ſunt maximi momenti: quæ[56] tamen in quibuſdam reip. adminiſtrandæ formis, quemadmodum dictum eſt, populo tribuūt. Concio[57] enim talium rerum omnium auctoritatem atq; arbitrium habet. Atqui concionis quidem ſunt participes & conſultant & iudicant ij, quibus eſt cenſus exiguus, cuiuſuis ætatis homines: pecuniam[58] autem publicam tractant, & exercitibus præficiuntur, & ampliſſimos maximosq; magiſtratus gerunt ij quibus magnus cenſus eſt. Similiter[59] autem aliquis etiam hanc dubitationem ſoluerit. Fortaſſe[60] enim hæc quoque rectè ſunt inſtituta. Non[61] enim iudex, neq; ſenator, neq; is, qui in concione deliberat & conſultat, præeſt aut imperat: ſed conſeſſus iudicum & ſenatus & populus. Forū[62] aūt qui dicti ſunt, unuſquiſq; horū particula eſt. Particulā dico ſenatore & deliberatore cōcionale & iudicē. Quare[63] non immerito penes multitudinē maiorū rerū poteſtas atq; auctoritas eſt.

E[64] multis enim conſtat populus & curia & forum. Et[65] cenſus utiq; maior horum omniū, quàm eorum, qui ſingillatim uel cum paucis magnos magiſtratus gerunt. Hęc[66] igitur deſinita ſint hoc modo. Prima[67] aūt quæ dicta eſt dubitatio, nihil aliud tantopere planū facit, quàm oportere leges dominas eſſe, ſi ſunt rectè latæ. qui[68] magiſtratū aūt gerit, ſiue unus ſiue plures fuerint, ſtatuere poſſe de his, de quibus leges nequeunt exquiſitè aliquid præcipere, quia non facilè eſt in uniuerſum de omnibus explanare. Quales[69] uerò eſſe oportet rectè ſcriptas leges, nondum planum eſt, ſed adhuc manet, de quo iam diu dubitatum eſt: ſed[70] enim non ſecus atque reſpublicas neceſſe eſt leges uel malas uel bonas eſſe, uel iuſtas uel iniuſtas. Præterquam[71] hoc apertum eſt, oportere leges accommodari rebus publicis. Atqui[72] ſi hoc eſt, planum eſt ad rectas reſpublicas latas neceſſariò iuſtas eſſe: quæ autem ad uitioſas, non iuſtas.

ἐκ[64] γὰρ πολλῶν ὁ δῆμος, καὶ ἡ βουλή, καὶ τὸ δικαστήριον. καὶ[65] τὸ τίμημα δὲ πλεῖον τὸ πάντων τούτων, ἢ τὸ τῶν καθ' ἕνα, καὶ κατ' ὀλίγους, μεγάλας ἀρχὰς ἀρχόντων. ταῦτα[66] μὲν οὖν διωρίσθω τοῦτον τὸν τρόπον. ἡ[67] δὲ πρώτη λεχθεῖσα ἀπορία ποιεῖ φανερὸν οὐδὲν οὕτως ἕτερον, ὡς ὅτι δεῖ τοὺς νόμους εἶναι κυρίους, κειμένους ὀρθῶς· τὸν[68] ἄρχοντα δὲ, ἄν τε εἷς ἄν τε πλείους ὦσι, περὶ τούτων εἶναι κυρίους, περὶ ὅσων ἐξαδυνατοῦσιν οἱ νόμοι λέγειν ἀκριβῶς, διὰ τὸ μὴ ῥᾴδιον εἶναι καθόλου δηλῶσαι περὶ πάντων. ὁποίους[69] μέντοι τινὰς εἶναι δεῖ τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους, οὐδέν πω δῆλον, ἀλλ' ἔτι μένει τὸ πάλαι διαπορηθέν· ἀλλὰ[70] γὰρ καὶ ὁμοίως ταῖς πολιτείαις, ἀνάγκη καὶ τοὺς νόμους φαύλους ἢ σπουδαίους εἶναι, καὶ δικαίους ἢ ἀδίκους. πλὴν[71] τοῦτό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ πρὸς τὴν πολιτείαν κεῖσθαι τοὺς νόμους. ἀλλὰ[72] μὴν εἰ τοῦτο, δῆλον ὅτι τοὺς μὲν κατὰ τὰς ὀρθὰς πολιτείας, ἀναγκαῖον εἶναι δικαίους· τοὺς δὲ κατὰ τὰς παρεκβεβηκυίας, οὐ δικαίους.

Ex[64] multis enim conſtat populus & ſenatus & iudicium ſeu iudicum conſeſſus. Et[65] uerò cenſus horum omnium amplior eſt, quàm eorū, qui uel uiritim uel cum paucis collegis maximos magiſtratus gerunt. Hæc[66] igitur hoc modò diſtincta atq; explicata ſint. Ea[67] aūt quæ primo loco expoſita dubitatio eſt, declarat nihil aliud ita ratum & firmum eſſe oportere, ut leges rectas ac ſalutares: penes[68] eum autem, qui præeſt reip. ſiue ſit unus ſiue plures, ijs de rebus ſtatuendi arbitrium & poteſtatem eſſe, de quibus leges cumulatè atq; accuratè loqui non poſſunt, propterea quòd non ſit facilè uniuerſe omnia apertè perſequi & complecti. Quales[69] porro eſſe oporteat leges malas aut rectas & utiles, nondum planum factum eſt: ſed[70] etiam nunc manet id, quod ſuprà multo antè dubitatum eſt: Enimuerò neceſſe eſt leges malas aut bonas eſſe, & iuſtas aut iniuſtas, ſimiliter atque reipub. adminiſtrandæ formas. Veruntamen[71] hoc certe perſpicuum eſt, leges accommodatè ad reip. adminiſtrandæ formam poſitas eſſe oportere. At[72] ſi hoc uerum eſt, non eſt obſcurum, eas quidem leges, quæ ſunt reip. formis rectis conſentanea, neceſſario eſſe iuſtas: eas autem, quæ deprauatis ac peruerſis conueniunt, non iuſtas.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

De aliis igitur.) Oſtendit ſe nunc, relictis cæteris quæſtionibus, quæ modò tactæ ſunt, in aliudq; tempus reiectis, uelle ſubtilius uidere, præſtétne imperium habere multitudinem, an paucos optimos etiam illos quidem uiros. Et primùm confirmat, anteponendam eſſe ſtatum multitudinis, hoc argumento. Oportere autem multitudinem potius ſummam poteſtatem in rep. habere, quàm optimos uiros, eoſdem tamen paucos, uideri poſſet hoc pacto: & opinionem ſanè hanc dignam eſſe animaduerſione intelligi, nec ſubitò ut inanem ac falſam explodendam eſſe, cùm fortaſſe ueritati affinis ſit: quæ autem ſolida putabatur de poteſtate optimorum, temperari poſſit.

Multos namque, quorum) Adfert argumenta, quibus probat, præſtare multitudinem imperium habere quàm paucos, ſtudioſos etiam uiros: & quia hoc parum quibuſdam uerisimile eſt, quomodo fiat, oſtendit. loquit igitur de multis, quorum ſinguli ſanè minimè ſtudioſi ſunt, tamen uſuuenire poſſe, ut collecti ſimul meliores ſint ſtudioſis, non ſenè ſingillatim collati cum ipſis, ſeorſumque ſpectati, ſed unà cūcti quaſi coaceruati. Vt autem quod ſignificare uolebat, magis aperiret, ſimili uſus fuit: affirmat itaque idem in hac re uſuuenire, quod contingit in cœnis, quas Græci συμφορητὰ δεῖπνα uocabant quia conuiuæ cuncti domo eſcam aliquam portabant ad ſtruendas illas menſas accommodatam. Animaduerſum enim erat, eas eſſe lautiores ſuauioreſque cœnis unius impenſa ſtudioq; paratis. quod fit, quia cuncti ſtudent, cùm in una tantùm ea opere ipſis ponenda ſit, eximiam illam & exquiſitam inuenire. Nam ſingulis etiam mos eſt mandare, ut ferant, quod præcipuum illi habere, optimumq; intelliguntur.

Cùm enim multi.) Relicto ſimili, quod quia cotidianum erat, crebroque ſpectatum, non oportuit eum probare: redit ad ſententiam ſuam explicandam, atque inquit: Cùm enim illi multi ſint, eodem pacto neceſſe eſt unumquemque eorum particulam quampiam uirtutis ac prudentiæ in ſe habere: cùm uerò coiêre, ex omnibus ipſis fit quaſi unus homo multorum pedū, ac multorum manuum, idemque præditus multis ſenſibus. Rurſus enim, rei magis declarandæ cauſa, ſimile aliud huc adfert, quo expoſito addit: Quod igitur in partibus corporis membriſq; contingere quaſi cernimus, ut mirum in modum concretum ex tanta multitudine ipſorum augeatur: idem cogitare debemus uſuuenire in moribus ac ratione, nec non uirtutibus, quæ in ipſis exiſtunt, ut ipſæ quoque proportione creſcant. Sed non tam facile auctum animi complecti mente poſſumus, ut ponimus nobis ante oculos amplificationem corporis. Quis enim eſt, qui hunc locum legens, non ſibi ante pedes habere uideatur, & luminibus aſpicere ingentem hunc hominem, & quaſi Geryonem alterum? Nam quod facit ad duo nomina iuncta, quibus uſus eſt, quorum prius ualet multorum pedum, poſterius multorum manuum, eodem pacto Horatius, plurimū à iudicio noſtri doctoris diſſentiens, populum uocauit belluam multorum capitum: expreſſit enim manifeſtò πολυκέφαλον. Infrà etiam hoc ipſo in libro eodem pacto locutus eſt, ubi itidem rem incredibilem comprobat, meliorem aliquando & ditiorem multitudinem eſſe, quàm paucos. addidit enim muniens eam ſententiam: ἀχ' ὡς ἑκάστους, ἀλλ' ὡς ἀθρόους.

Quapropter exiſtimant) Adfert aliud, quod & ipſum non parum ualet ad iudicium ipſius confirmandum, ſæpeq; cognitum erat uerum eſſe. Eandem enim cauſam eſſe inquit, cur multi melius, quàm pauci exiſtiment de cantibus, poematibus, intelligantq; uirtutes ac uitia eorum, qui uerſentur in illis ſtudijs. Nam comœdia qualis ſit, laudine affinis, an culpæ, cognoſcent facilius ſpectatores, quàm unus aliquis, quamuis doctus & ingenioſus ſit. Eadem ratio eſt cæterorū poematum & cantuū etiam muſicorum. Cauſam autem hanc ipſam quæ ſit, reperit dicens: Diuerſi enim diuerſa in ipſis uident, & ea maximè, quæ uel didicêre, aut naturæ ui cognoſcunt: ut cùm ſinguli non ualeant cuncta uidere, ſimul omnes & quaſi coagmentati cuncta cernentq; nihil eorum fallat, quod ad laudem aut uituperationem earum rerum pertineat.

Sed hoc diſcrepant.) Monſtrat diſcrimen, quod eſt inter ſtudioſos uiros, qui ſcilicet poſita in ſemetipſis habent ea, quæ reddunt ipſos tales, & non aliunde quaſi corrogant: & inter illum qui factus eſt ſtudioſus è multis, aliquo modo ſimul coactis. Idem enim diſcrimen eſſe inquit, quod exiſtit inter eos, qui formoſi non ſunt, & illos, qui formoſi ſunt. καλοὺς enim eum ipſos uocauit, intellexit manifeſtò pulcros formoſoſq;: non bonos, ut uetus tralatio reddidit. Non contrarius autem hoc ſimile, quod

quod ualde rem illuſtrat, alterum addidit, mutans genus, & ab hominibus tranſiens ad opera, ut uidetur, artis pictorum, & naturæ ipſius. Quæ namq; adhibita multa cura, ab eximijs opificibus penicillo expreſſa ſunt, perfectiora ſunt & abſolutiora, quàm uera, à naturaque fabricata. Quomodo autem id factum ſit, declarat. inquit enim, ideo illa uincere, quia collectæ ſunt, in unumque totum compoſitæ, quæ diſperſæ erant dotes, in pluraque corpora diſſeminatæ. Nam prius, inquit, cùm adhuc illa quaſi bona diſſipata erant, contingebat hunc hominem pulchriorem habere, quàm pictus ille habeat, oculum: alium autem quempiam, aliam partem corporis: uerùm ſolam illam, non reliquas etiam omnes. Ad hoc uerò declarandum, multum ualere narrationem illam Ciceronis de conſilio Zeuxidis pictoris in procemio ſecundi libri de Inuentione, notum eſt.

Si igitur in omni populo.) Cùm iudicium ſuum expoſuiſſet, ac quid de hac re ſentiat contra opinionem multorum, narraſſet, oportere inquam potius committere remp. multitudini, quàm paucis, ſapientibus, etiã uiris, quia ueriora ſint iudicia ipſius, quàm paucorum: quærit, an hoc perpetuum ſit, ac ſine ullo diſcrimine ita de quauis multitudine æſtimari debeat. uidetur namque hoc parum ueriſimile, quia ſunt populi quidam ualde agreſtes & tardi admodum ingenij. de quibus ſanè oſtendit nobis potius contrarium planum & apertum eſſe, ut ipſorum conſilia penitus repudianda ſint. quippe cùm inueniantur, qui non ualde diſſimiles ſint beluis. Paulatim enim res eò deduceretur, ſi tantum omni multitudini tribuẽdum nobis eſſet, ut huiuſcemodi etiam genus hominum probaremus, uel potius expertibus rationis animantibus totos nos traderemus. Vt autem id planè falſum eſt, meliorem inquam eſſe paucis ſapientibus tam ſtolidam turbam, ita quin uerum eſſe poſſit de certa quadam multitudine, dubium non eſt, quæ ſcilicet politior ſit, & aliquem uſum rerum habeat. huius enim partes ſingulas, aut ſaltem plures, poſſe de ſuo tantum conferre in commune arbitratur, ut ex omnibus illis exiſtat, quod quaſi perfectum abſolutumque ſit. Populorum quorundam ſtultorum, & talium, quales deſcribit hic philoſophus, meminit Strabo pluribus locis.

Quapropter & prius) Ope huius diuiſionis multitudinis docet explicari nodum, quem ſupra monſtrauit: nec ſolum [illegible] quæſtionem diſſolui, uerum etiam hærentem ipſi. quarum, inquam, rerum oportet in ciuitate [illegible] dominos eſſe liberos homines & multitudinem ciuium. Teſtatur autem, quos intelligat, cùm dixit liberos. Huiuſcemodi enim, inquit, ſunt uniuerſi illi, qui neque locupletes ſunt, neque exiſtimationis ullius quæ proficiſcatur à uirtute. Nam hũc ſcrupulum moleſtum eſſe, atque oportere ex animo eijci, declarant pericula, quæ ab hoc hominum genere impendent, niſi aliquo modo concilietur reipublicæ.

Participes namque ipſos.) Primùm ſignificat participes ipſos eſſe maximorum magiſtratuum, minime tutũ eſſe, quia inde naſceretur detrimentum magnũ: atque id duabus de cauſis, & quia merito timeretur ipſis poſſumus iniuſtitiam, & ut hanc, ita etiam ſtultitiam. Nam ſolent, inquit, aliquando iniuſtè ſe gerere, aliquando autem labi & errare propter inſcitiam rerũ. Contrà autem, inquit, ſi non tradimus illis partem aliquam reipublicæ, nec admittimus eos peruenire ad ullos honores, facimus rem periculi plenam. Quando enim, inquit, extiterint in ciuitate multi, deiecti ab omni gradu honoris, & tanquam ignominia notati: neceſſe eſt ciuitatem hanc plenam eſſe hoſtium, ac domeſticorum quidem hoſtium, qui magis adhuc quã externi nocere reip. conſueuerunt.

Reſtat tam, ut ipſi.) Hæc eſt media quædam uia inter extrema illas duas: quarum una erat participes eos facere maximorũ magiſtratuum, altera uerò penitus eos depellere ab omni cura publica. Concludit enim rationem atque inquit: Reſtat igitur, ut participes ſint deliberandi atque iudicandi, in iiſque ſolis duobus muneribus nauent operam reipublicæ.

Quapropter & Solon) Conſtituit iudicium ſuum auctoritate ueterum legum ſcriptorum, remediũq;, quod attulit duorum illorum malorum, uerum eſſe oſtendit. inquit enim: Et hæc eſt cauſa, cur & Solon & alij nonnulli, qui [illegible] inſtitutis ciuitates ornarunt, uocant ipſos ad comitia & ad rationes accipiendas ab ijs, qui aliquã partem reip. attigerunt: non ſinunt autem eos ſolos imperium habere. nam de Solonis hoc animo ac lege in 2. horum librorum diſputatum eſt, idemque de illo memoriæ prodidit in ipſius uita Plutarchus.

Cuncti enim cum conuenere) Quid ſecutus ipſe ſit in hoc, atq; illi, declarat: repetitque, quod ſuprà iam dixerat, Omnes enim cum coierunt, habere tantum ſenſus intelligentiæque in ſe, ut ſatis eſſe poſſint illis rebus gerendis, mixtoſque ipſos cum melioribus, iuuare ſtudio ſuo ciuitates. quod non præſtarent ſoli pauci illi ſapientes. Vſus autem eſt ſimili ad hanc rem, parum probatam aliquibus, confirmandam ita enim attulit ipſi multum lucis. inquit igitur. Quemadmodum uidemus cibum non purum, omneque id, quo alimur minime ſincerum, iunctum cum puro ſinceroq;, totum efficere aptius ad nos alendos, utiliuſq; eſſe corpori. quod minimè præſtaret alimentum puſillum, quamuis purum: tale enim profectò foret, ſi ſumendum tantum eſſet, quod purum undiq; integrumq; eſt. Vt autem (hoc enim adiungit) tantum hoc bonum capitur ex idiotis popularibuſque hominibus, quaſi confuſis cum ſapientibus: ita contra ſinguli ipſi non ſunt pares optimis iudicijs de rebus faciendis. Cibum autem purum dicẽs, intellexit eſcas boni ſucci: ut impurũ contra, qui cõſtat ex ijs, quæ ſunt mali ſucci: quæ autem hæ aut illæ ſint, non multos fallit, docentq; hoc medici. Quemadmodum uerò hic, ita quoque in primo libro de Ortu animantium, ubi de materia ſeminis animalium diſſerit, a[illegible]lauit [illegible] τροφὴν. quo etiam in loco meminit & otioſis cibi & inutilis, [illegible] & [illegible] τροφὴν ipſos appellan[illegible] atque utcumq;, inutdem eſſe: affirmat illum, unde nihil amplius, quod naturam iuuet, capitur, ſed cùm multum [illegible] ſumtum eſt, maxime ipſa læditur: utilem autem huic contrarium. quod admonere uolui, quia hic [illegible] τροφὴν nominauit.

Habet autem ordo.) Quamuis laudarit magnopere hunc ordinem reipublicæ, tamen fatetur inueniri in eo quædam, quæ incertum aliquem meritò habeant, an omnino probari debeant, ualereque uideantur ad eum infirman[dum]. Sunt autem illa duo potiſſimum: quorum prius eſt, diſſerit autem de hoc, ſimilibus utens, ut reddat eum clariorem. Videri eiuſdem hominis eſſe, exiſtimare quis rectè ægrotum curauit, cuius eſt ipſum curare, & liberare illo ipſo morbo, qui tũc eum premebat: is autem profectò eſt medicus. Idem etiam uſuuenire affirmat in alijs ſimilitudinibus artium, & artibus etiam exquiſitis perfectiſque, ut ſcilicet non queant de culpis admiſſis in illis, ſiue de rectè & ordine factis exiſtimare, niſi periti & magiſtri ipſarum.

Quemadmodum igitur decet.) Valet hoc ad infirmandam poſteriorem curam, quam Solon tribuebat multitudini. Volebat enim, ut ad ipſam partemue eius redderent rationem ſuorum factorũ, qui remp. adminiſtrarant. oſtendit igitur ipſam præſtare id non poſſe. Vt enim, inquit, nemo inueniretur, qui probaret morem hũc, ſi uideret medicum rationem reddere ſuarum curationum apud imperitos eius artis, ſed putaret à medicis ipſius conſilia & facta exiſtimari oportere: ita de reliquis opificibus & magiſtris ſentiendum eſt ſumendos inquam eſſe iudices ſingularum artium peritos ipſarum. Vſus autem eſt ad id, quod cuſtodiri debet in omnibus artibus declarãdum, potiſſimum medicis quia magis apparet ac uerum eſſe perſpicitur, quod oſtendere uoluit, in ipſa earum arte, quàm in reliquorum. Quis enim, niſi medicus imbutuſq; præceptis eorum, poſſet de uera aut falſa ratione medendi ſubtiliter diſputare? Cùm autem pluribus modis medicus dicatur, qui ualeant fungi hoc munere, rectè teſtatur. Ait igitur tria genera ipſorum eſſe, primũq; appellat, quem nocat δημιουργὸν, id eſt opificem. Intelligit autem, qui accedit ad ægrotos, ſcientiæq; addidit aſſiduũ uſum: non ut quidam acceperunt, qui non didicit artem, ſed quæ ab alijs ad morbum leuandum excogitata fuerint, ipſique mandata efficit. eſt enim is miniſter & operarius quidam, non auctor. Secundum uocat architectonicum, qui eſt ille, qui artem tenet, nec tamen curat ægrotos, lectulos eorum frequentãs: ſed admonet minores medicos, qui ipſum conſulũt, qua ratione eo [illegible] uti debeant. Tertium eſſe dicit (niſi fallor) qui nec ipſos curat, nec præcepta accuratè cognouit, rationemq; totã artis: ſed tantum quaſi tinctus eſt illa ſcientia, & uſu quodã ipſius, crebriſq; animaduerſionibus morborum aliqua ſpeciẽ retinet medici. Affirmat autem, inueniri quoſdam tales in omnibus ferè artib. qui ſcilicet, cum minime ipſas exquiſitè cognorint, ſimilitudinem tamen quandã retinent perfectorũ artificum magiſtrorumq;, ipſarum. quare poſſunt de operibus earum artium & ipſi non male exiſtimare. Multis autem locis ſignificauit noſter doctor, hos, quos ſemper πεπαιδευμένους uocauit, ualere hoc commune facere, ut in primo de Moribus ad Nicomachum, non longè à principio: & in procemio librorum de Partibus animãtium: quo loco plenius adhuc de abſoluta ſcientia & pædia hac diſſerit, tradens inueniri quempiam, qui in ſingulis ſcientijs talis ſit, id eſt πεπαιδευμένος.

[illegible].& alium,qui eodem pacto inſtructus ſit generatim in omnibus.Quare,ut illic de uno,ita hic de cunctis exiſtimator non malus erit,ſuſtinebitq́; perſonam illam aptè.Facit(ut opinor)ad ſententiam meam adiuuandam de primis illis medicis locus hic Ciceronis ex epiſtola quadam ad M.Varronem:Non deeſſe, ſi quis adhibere uolet, non modò ut architectos,uerum etiam ut fabros ad ædificandam rempublicam, & potius libenter occurrere. appellauit enim fabros τέκτονας & δημιουργούς:qui tamen in ea arte fabri uocantur,non ſunt eius artis ignari,etſi plene rationem eius non tenuerunt,ut auctores & principes ipſorum.unde etiam in noſtro ſermone nomē adepti ſunt,id eſt, a muris ſtruēdis.Addit in extremo huius partis Ariſtoteles,opinionem fuiſſe Græcorum,ut tertium etiam hoc genus medicorum, non minus atque ueri medici,& qui artem didiciſſent,poſſet exiſtimari.

Deinde & in delectu.)Hoc adlatum eſt ad temptandam priorem illam. Commiſerat enim idem plebi creationem magiſtratuum.nititur igitur hac ratio oſtendere,idoneam ipſam non eſſe huic muneri obeundo.Idem autem uiuuentra rectitatur in hac,quod declaratum eſt contingere in ea,quæ dicta eſt. Videtur enim,eligere recte, officium eſſe eius, qui leuiter ſaltem norit intelligatq́; res illas,quibus adminiſtrandis præficit aliquot.Quomodo enim eligere poteſt perſonas idoneas alicui publico muneri,qui uim naturamque illius penitus ignorat?quales plerunque ſunt humiles tenuesq́; homines,qui ipſas nunquam attigerunt. Exemplo autem duarum hoc illuſtrauit. Si namque, inquit, opus eſt deligere geometram, efficere hoc munus eſt eorum, qui aliquantum periti ſint geometriæ:itidemq́; gubernatorem, eorum, qui aliquantum cognorint curas & officia gubernatorum.γεωμετρικοὺς enim dicens,& κυβερνητικούς, ſignificat homines peritos,atq́; earum rerū peritas,non officia geometrarum & gubernatorum propria:quemadmodum interpretes nonnulli acceperunt,qui falſo putarunt contrarium oſtendere uoluiſſe auctorem,atque ita locum expreſſere:Sicut geometra iudicat rectè de geometricis,& gubernator de gubernatoris.Sed ut exemplo etiam hoc illuſtrare, Thucydides memoriæ prodidit, ſe in tempus illum morbum incidiſſe,qui Athenis *Vaſtauitq́; uias, exhauſit ciuibus urbem*: multosq́; uidiſſe atroci hac peſte correptos . quare potuit egregie notas eius morbi,uimque omnem deſcribere,& aliquo modo ponere ante oculos eorum, qui legunt. quā ſi opus fuiſſet medicum talem deligere,curaq́;s hac ipſi mandata fuiſſet,non malè hoc præſtitiſſet: erat enim in illu eius ſuo magno malo [illegible].Geometren igitur,inquit,periti rerum,quæ ſunt propriæ eius ſcientiæ: gubernatorem autē periti rerum pertinentium ad nauem regendam,poſſunt bene deligere,ſi forte uidendum eſſet, quis potiſſimum ſumendus eſſet magiſter ſuæ artis Cùm autem intelligeret,quarundam artium operumque aeque eundem exiſtimatores eſſe non omnino malos,tudos quoque ipſarum,ut artis muſicæ & artis poetarum,nec non aliarum nonnullarum,atque etiam hoc ipſe ſuprà dixiſſet:oſtēdit hoc non aduerſari ſententiæ ſuæ. concedit enim, eos intelligere aliquid de illis,ſed tamen negat ipſos pluſquam magiſtros earum meliuſque intelligere. unde ſequitur , tutos eſſe conſerua ſe in hoc ad auctores ducereque artium illarum.

Quare ex hac ratione)Hæc eſt concluſio totius huius rationis,quæ contra conſilium Solonis excogitata eſt Cùm enim ille duabus in rebus admiſiſſet multitudinem ad remp. regendam,duobus argumentis refellere ſtudet auctoritatem eius,docereq́ ipſam non eſſe idoneam ad munera illa exequenda.quorum argumentorum utrunque partem ſuam improbare reſtat,gerereque conatur.

Sed fortaſſe non omnia.)Nunc ſapientis uiri, ſuamq́; ſimul ſententiam confirmat accuratus magiſter, diſſoluitque nodum; qui moleſtus erat. Inquit enim,illa non eſſe,ut uidentur,cuncta uera:utiturq́ue ad ea conuincenda duobus argumētis : quorum prius uetus eſt,ſuperaque ab ipſo uſurpatum,alterum autem nouum.Vetus eſt,ut ipſa quoque teſtatur,ſingulos ſanè tenues homines idiotaſque, collatos cum peritis,deteriores eſſe exiſtimatores:eoſdem tamen ſimul uniuerſoſque, aut meliores,aut certè non deteriores eſſe. Excipit autem,quod ſuprà quoque fecit,plebem illam,quæ agreſtis admodum eſt,totaque conſtat ex hominibus mancipiorum ſimilibus. ipſi namque,coacti etiam, parum aut nihil ſapiunt . quare nulla cura publica rectè ipſis committitur.

Et quia de nonnullis.)Alterum hoc argumentum eſt,quo probetur non eſſe uerum, quod ſumtum fuerat ab aduerſario magis poſſe exiſtimare opera,qui perceperunt artes,unde fluxerūt,quàm ignaros earum.Dicit enim, hoc aliter ſe habere in operibus quarundam artium,in illis inquam,quæ non ſolùm cognoſcit,qui fabricatus eſt:uerum etiam,qui utitur ipſis,ercepta ab opifice. de his enim non ſolùm affirmat exiſtimare poſſe, qui fecit, neq; optimè omnium: uerum etiam cui ornando conſtruendoque illa fabricata ſunt Exempla autem ponens harum artium, inquit, ecu domum utilitatemq́, ipſius ac uſitionem non ſolùm nouit, qui fecit , uerum etiam & melius quidem , qui utitur habitatq́ue in ipſa, de illa exiſtimare poſſet:is autem eſt pater familias.Eodem pacto,inquit,gubernaculum melius cognoſcit gubernator, quàm faber materiarius: & epulū conuiua,quàm coquus.ſingulas enim ille dapes coquere & condire didicit · conuiuiū uerò totum rectène ſtructum ſit, melius uidet,qui ueſcitur illis,atque accumbit. Eadem ratio eſt multarum huiuſcemodi artium. uel omnium potius. nam fremum etiam idoneūne ſit,melius iudicat eques,quàm faber.Addit autem in extremo,tùm inductione quod uolebat comprobaſſet:arbitrari poſſe aliquem,hunc ſcrupulum eiectum eſſe ita,ut odioſus amplius eſſe nequeat. reſtare tamen aliū illarum,oſtendit his uerbis.

Alia autem eſt.)Aptus eſt,inquit,ab hoc alius ſcrupulus. Videtur enim rationi parere, in ciuitate maiorum rerum principes auctoreſque eſſe homines nequam, quàm moderatos ac probos. Sunt autem profectò maximæ curæ, accipere rationes rerum geſtarum ab his omnibus,qui reip.aliquam partem attigerunt,& creare magiſtratus:quæ commiſſa ſunt,ut traditum eſt,in quibuſdam ciuitatibus multitudini.Concio enim,quæ magna ex parte conſtat e tenuibus hominibus,in ſua manu habet hæc omnia:humiles enim ciues & deliberant de republica,& iudices ſunt cauſarum:neque obſtant exiles fortunæ,aut ęſas etiam puſillæ.Contrà autem quæſtores creati non poſſunt,neque prætores,qui magnos cenſus adepti non ſunt:ut etiam minimè alios magiſtratus gerere Anacharſis quoque ille Scythes eiuſdem animi fuit: qui cùm Athenis uidiſſet morem hunc concionum, dixit ſe magnopere mirari conſilium Græcorum , apud quos de publicis rebus uerba facerent ſapientes, exiſtimarent autem poſtea de iiſdem ſtulti & imperiti Φαύλους quos hic uocauit, non intellexit,ut opinor, prauos flagitioſoſque magnis uitijs:ſed homines tantùm abiectos ac ſordidos.Neque enim plebeij cuncti homines ſunt uitijs operti,ſed tantùm nulla eximia laude commendati.Contrarios quoque his,quos appellauit ἐπιεικεῖς,non capere debemus omnino probos & moderatos uiros,ſed nobiles potius,& honeſtos.

Eodem tam pacto.)Diſſolui poſſe affirmat quęſtionem hanc eodem pacto,quo ſuperior diſſoluta eſt Dicendum enim eſt,nō ſingulos populares homines fungi his muneribus,quę requirunt prudentiam non paruam ſed cœtum coagmentatumque; ipſorum,à quo cœtu non abeſt hæc uirtus. Quare uera hoc pronuntiatum de illo inſtituto eſt; quod multitudinem præficit illis curis· non enim,inquit,iudex eſt,qui illic dominatur, id eſt unus aliquis è multitudine: neq́, ſenator,neque unus ex iiſdem aurum,qui coguntur in concione·ſed uniuerſus ordo coagmentatioq́ue,quam ſuprà demonſtratum eſt totam tantum habere uirium ſapientiæq́;,ut par ſit illis rebus rectè tractandis. ipſi enim ſeiuncti pars tantum ſunt, & ipſa quidem puſilla,horū ordinum.Aperire etiam uoluit, quid appellaret partem: docuitque, ſe intelligere tres illos, ſeparatos à ſocijs eius muneris, qui ſuprà nominati ſunt:concluſitque ſtatim,iure optimo in ſuo arbitrio populum habere maiores illas res.

Et cenſus eius maior.)Quòd ſi ſpectetur etiam cenſus, inquit,quem in rebuſpublicis putant attendendum eſſe.ita quoq́, maior cenſus erit pauperum,non ſingulorum ſcilicet illorum,ſed multorum ſimul coactorum,uel omnium potius, quam ſit tā ſus diuitum,ſi ſingillatim ipſos ſumas,uel paucos etiam ſimul,qui magnos magiſtratus capiunt.Congruit autē aliquo modo huic loco illud Heſiodium,quod dixit: Si paruum paruo admoueris, crebroque hoc feceris, magnus breui aceruus efficietur Coagmentatæ enim fortunæ,quamuis exiles per ſe,plurimorum pauperum,uincunt ample patrimonia locupletū. Dicit in extremo,exiſtimari debere ſatis hæc,quæ prius inuoluta erant,definita & explorata eſſe.

Prima autem,quæ dicta eſt.)Redit ad primam illam quæſtionem examinandam, declaratque, quid potiſſimum ipſa planum faciat, & quid adhuc anceps ambiguumque relinquat. Intelligit autem, qua quæſitum eſt, utrum præſtet hominem imperiū habere,an legem In primis ſpectari·Inquit igitur,illam,cùm ſuerit aliquid afferat etiam nonnullis alijs rebus, in primis aperta,leges oportere in ciuitate dominari· leges autem iuſtas ſanctaſq́;, ut uiteſur telum illud, quod ſuprà ad oppugnandam hanc ſententiam coniectum eſt.Nam uocantur etiam leges illæ,quæ inutiles ſunt ac tyrannicæ. Qui autem magiſtratum gerit,ſiue unus ille ſit,ſiue plures:harum tantùm rerum dominum auctoremque eſſe,de quibus leges exquiſitè aliquid ſtatuere

nullā

nulla ratione ualent: quod non commiſſum eſt uitio ſuo proprio, ſed earum legum (ipſas enim rectas eſſe traditum eſt) ſed communi omnium. Cùm enim ipſæ in uniuerſum ſemper omne præcipiant aut uetent, quod iubent uix fieri poteſt, ut ſingulas partes eorum factorum ita attingant, ut non aliquando culpæ alicui affines ſint, niſi corrigantur à prudenti uiro, & ad æquitatem redigantur.

Quales uerò eſſe oportet.) Oſtendit nunc, quod in his dubium obſcurumque reſtat: eſſe autem dicit hoc, quod patefactum adhuc non eſt, quales deceat eſſe leges, quæ meritò rectæ iuſtæque uocentur, manereque tacetur neterem ſcrupulum. Nam, quia illæ ſequantur reſpublicas, ad quas tuendas ornandaſque ſcriptæ ſunt, non dubitandum affirmat: ut ſcilicet ſi reſp. probæ iuſtæque ſunt, & leges etiam probæ ac iuſtæ ſint: ſi contrà iniquæ illæ, & leges etiam iniquæ. Tantum eſſe iam planum affirmat, oportere accommodari ad remp. leges, quæ ipſi ſeruiant, adiuuentque finem eius reipublicæ: aliter enim leges propriæ ipſarum haberi non poſſent, euerterentque potius ipſas, quàm ſtabilirent. Quod cum certum ſolidumque ſit, perſpicuum eſſe dicit, neceſſe eſſe, ut leges rectarum rerump. iuſtæ ſint: deprauatarum autem, minimè iuſtæ.

[illegible]) Videtur ſolui, & ratione quadam negari poſſe: quadam uiciſsim alia uerum eſſe, & affirmari poſſe.

[illegible]) Sic etiam intellectum humanum in tota ſpecie humana perfectũ eſſe, qui in ſingulis imperfectus ſit, Auerroes cenſuit.

[illegible]) Cœnæ collatæ, quando ſinguli ſua domo eſcam aliquam portant: non pecuniæ ſymbolã, ſed ferculorum.

[illegible]) Multitudo muſicos modos rectius quàm ſinguli, iudicat. Sic quoque pictas tabellas. Exceptat Apelles tabulam uulgò ſpectandam propoſuit, ut ſingulorum in ſua cuiuſq; arte iudicium audiret, ipſa poſt tabulam latitans. E diuerſo Timotheus citharœdus, cùm canenti diſcipulo applauſiſſet theatrum, uehementer increpauit, Mihi, inquiens, cane & Muſis.

[illegible]) In ſingulis ineſt pulcri aliquod. Sic Homero Iuno [illegible] & [illegible], Minerua [illegible], Thetis [illegible], Venus [illegible], Græcæ [illegible], Troianæ [illegible] dicuntur.

[illegible]) Nota eſt Zeuxidis diligentia, qui in depingenda Helena Crotoniatarum uirgines pulcerrimas nudas inſpicere uoluit, ut quod in ſingulis pulcrum ineſſet, in ſuam transferret. Cic lib. 2. de Inuentione.

[illegible]) Solonis conſilium lib. 2. ubi de Rep Athenienſium egit, expoſuit.

[illegible]) Lib. 2. de Ortu anim. diuidit alimẽtum in [illegible] & [illegible]: quorũ illa [illegible], pars maximè ad alendum faciens, hæc [illegible], per accidens tantùm priori illi addita. Vide Hip lib de Alimento.

[illegible]) Theophraſtus Paracelſus cùm ægre ferret à iudicibus plebeijs arti ſuæ precium ſtatui, in maledicta erumpens, è curia primùm, mox ex urbe Baſilea exceſsit.

[illegible]) Veluti popularis medicus, qui non contemplator, ſed operatus, & in ipſa (quod uulgò dicunt) praxi uerſatur, & populo medetur. Hip [illegible] uidetur appellare.

[illegible]) Qui uſum artis habet uel actiuè uel paſsiuè. Sic etiam lib 1. Ethic. c. 2. de arte & ſcientia quauis iudicare [illegible] eſſe dixit, eius qui uſum & experientiam artis habet. Vulgò medicum paſsiuum uocant. Sic Thucydides peſtilentia correptus, eius deſcriptionem luculentiſsimam edere potuit, non minus quam uel doctiſsimus medicus, quoad [illegible].

[illegible]) Ob paulo ante n. 27 & 8. allatas rationes.

[illegible]) Ea propter ſecundum Martialem —*coquum dominus debet habere gulam.*

[illegible]) Præſertim in Athenienſi. Quocirca Alcibiades patriæ iudicio ſeſe committere nolebat, nõ magis quàm matri, ne per ignorantiam pro candido atrum ſubijceret calculum. Et Anacharſis Scytha mirabatur Athenienſium morem, in quorum concionibus de republica uerba facerent ſapientes, iudicarent uerò deteriores multo plebeij homines.

[illegible]) Solonem ciuitatem in quatuor claſſes pro diuerſitate cenſus diuiſiſſe, concioni uerò eos etiã tenuiſsimos habuiſſe ex Plut & ex lib 2. notum eſt.

[illegible]) Ciuium Athenienſium liberi ſe pro ciuibus gerere non poterant, niſi pueri primùm nomina apud curiales profeſsi eſſent anno ætatis XV. quæ [illegible] dicebatur, tertia die Apaturiorum obiri ſolita. deinde apud populares, anno ætatis XIIX. quo ex pueris in ephebos, atque adeò in uiros adſcribebantur. Sigonius de rep. Athen. lib. 2.

IN ſpecie quæſtionem de iure imperij agitat, ſiue imperent
- **Homines**, tum in
  - **Reliquis** *Rerumpub. formis. Quarum diſquiſitionem in aliud tempus locumq; reijcit.* N. 1.
  - **Democratia** *& Ariſtocratia inter ſe collatis. Vide in ſeq. ſignum* A.
- **Leges** *Ex ijs quæ prim cap. X. dubitata ſunt (nimirũ quòd hominem non oporteat imperare: rurſum uerò, quòd neq. legem, ſi mala ſit, ſed ab homine corrigi) illud in*
  - **Genere** *manifeſtum eſt de imperio: nimirum in ciuitate imperium*
    - **Primariò** *penes leges eſſe debere.* N. 67.
    - **Secundariò** *penes Magiſtratum, ſiue is unus ſiue plures ſint, in legibus defendendis & interpretãdis: cùm propterea quòd uniuerſim ſcriptæ ſunt, de omnibus ſingularibus diſertè ſancire nequeant.* N. 68.
  - **Specie** *obſcurum eſt, Qualis lex imperare debeat.* N. 69. *Dubitationem*
    - **Auget.** *Qualis Reſpub. talis lex. At Reſpub. aliæ bonæ, aliæ malæ. Ergo etiam leges. Quænam ergo imperare debent?* N. 70.
    - **Soluit**
      - **Ea** *lex in quaque Repub. imperare debet, quæ ei Rep. formæ accommodata eſt.* Num 71.
      - **Nunc** *uerò bona & iuſta lex bonæ, iniuſta atq. mala malæ Reip. accommodata eſt.*
      - **Ergo** *in bona Rep. bonæ, in mala peruerſæ leges imperarunt.* N. 72.

A. Sic

R. Sic utrũ homines Democraticos an Ariſtocraticos præſtet imperare,

- **Dubitatur** in utrãque partẽ & partim negari, partim affirmari poſſe uidetur. N. 2. Et quidẽ pro iure imperij
  - **Democraticorum** huiuſcemodi à ſimilitudine argumentum afferri queat:
    - **Quemadmodum** conuiuia ex multorum contributione inſtituta, & opipara & magnifica magis ſunt, quàm unius uel liberaliſſimi ſumtu atq; cura inſtituta. N. 4. Ratio: Nam dum ſinguli unum ferculum curant parandum, illud optimum & ſuauiſſimum eſſe uolunt. N. 5.
    - **Ita quoq;** imperium democraticum, multorum mediocriũ conſilijs iudicijsq; in unũ collatis, præſtantius eſſe uidetur imperio paucorum bonorum. N. 3. Etſi enim ſinguli è multis uirtute omnigena non præſtant, præſtant tamen in ſingulis ſinguli: adeoq; in medium conferunt quilibet aliquam uirtutis particulam. N. 5. Similitudine declarat:
      - **Quemadmodum** enim multitudo populi unum animal eſſe uidetur, multis manibus multisq; pedibus præditum, multis oculis uidens, auribusq; audiens. N. 6.
      - **Ita quoq;** multa habere capita atq; corda, adeoq; in inueniẽdo & iudicãdo, multiplici diſcurſu præſtare uidetur. N. 7. Signo cõfirmat, & noua ueluti ſimilitudine:
        - **Opera** muſica & poetica, & uerò pictarum & ſtatuariorum, rectius iudicãnt multi, quàm unus aliquis, uel pauci. N. 8. Ratio. Nã dum ſinguli unam partem, quam intelligunt, iudicant diſtributiuè, omnes ſimul ipſum totum collectiuè iudicant. Num. 9.
        - **Et per conſequens** etiam opera & inſtituta politica.
  - **Ariſtocraticorum** uiciſſim ſimilitudo afferri poteſt talis:
    - **Quemadmodum** pulcri homines nõ pulcris, & imagines fictæ ueris, multo ſunt præſtantiores, eo quòd uel à natura uel ab arte, naturæ æmula, ea quæ in ſingulis excellunt, in unum conferuntur. N. 11. Ipſa namq; experientia docet, ſinguis partium corporis ſuũ ineſſe decus: & quo plures partes rectè commenſuratæ in unum conferuntur, eo pulcriorem reddunt imaginem. N. 12.
    - **Ita quoq;** in unum corpus multitudinis popularis collatæ multorum uirtutes, corpus Reip. multo præſtãtius cõſtituere uidentur, quàm paucorũ quidã, licet uideãtur optimi. N. 10.
- **Deciditur**, per diſtinctionẽ (Nu. 66.) Quæſtionẽ propoſitam diuidit, & utrãq; eius partem ex ſpecierũ diſtinctione declarari poſſe aſſerit: uidelicet quæſtionem
  - **Primariam:** Quinam imperare debeant, Populus an Optimates. N. 18. Etenim
    - **Incertum** eſt, utrum uniuerſim prædictæ ſimilitudines in omni multitudine & in omni optimatum cœtu ueræ ſint an falſæ. N. 13.
    - **Certum** eſt in ſpecie conſideratis Rebuſpub. fieri non poſſe ut prædictæ ſimilitudines ratæ habeantur. N. 14. Etenim ſi populus natura ſua ſit
      - **Stupidus** & improbus, ſimilitudo conuiuorum collatitiorum admittenda non erit, nec multitudinis cõſilia & iudicia præſtantiora erunt. Id quod contraria ſimilitudine docet:
        - **Si** multitudo improborum & ſtolidorum in unũ collata præſtantior eſſet Optimatibus poſſit: ſequeretur quoq;, bruta in unum collata, præſtantiora eſſe homine. N. 15. Reperiuntur enim homines quidã parum à brutis differentes. N. 16.
        - **Atqui** non hoc.
        - **Ergo** nec illud.
      - **Ingenioſus**, & ab honeſtate non penitus auerſus, ſimilitudo prædicta aliquid perſuadebit. N. 17.
  - **Secundariam:** ſi populo concedatur imperium, In quibus rebus concedendum ſit, utrum ſcilicet omniũ, an quorundam tantùm? N. 19. Populum autem intelligimus non quãlibet multitudinẽ, ſed multitudinem hominum libertate æqualium, nec opulẽtia interim, nec uirtute excellentium. N. 20. Nam ſi opulentia, Oligarchia eſſet; ſi uirtute, Ariſtocratia: atque ij quæ c. 8. diſputata fuere. Diſtinctione utitur ἀρχῶν. Ex cap. primo huius libri, Magiſtratus alij ſunt
    - **Summi**, quos ἀορίστους ἀρχὰς appellauit, cum poteſtate & dignitate manifeſta, certis limitibus circumſcripta, definitos. Hoſce populo
      - **Committere**, minimè uidetur tutũ, cum uirtutibus ad imperandum requiſitis, prudentia ſcilicet & iuſtitia, deſtituãtur. N. 21. Ne uel propter
        - **Improbitatem** poteſtate ampliſſima ad iniurias alijs inferendas (quod eſt ἀδικεῖν) abutantur. Num. 22.
        - **Ignorantiam** & ſtultitiam aberrent. Quod eſt ἁμαρτάνειν N. 23.
      - **Non** committere, periculoſum eſt. N. 24. Nam per ſe, ſed per accidens, propter ſeditionis periculum. Nam hac ipſa excluſione ab honoribus publicis ueluti ignominioſa, ad res nouas animum adijcient, & ſeditiones concitabunt. N. 25.
    - **Mediocres**, quos ἀρχὰς ἀορίστους uocauit, nec tempore nec poteſtate aliqua definita & peculiari, ſed communi tantùm inſtructos. Talis eſt magiſtratus concionis popularis, cuius uiuum in eligendis magiſtratibus ijſdemq; cẽſendis, eximiè ſpectatur. N. 26. Vide ſeq fig. B.

B. Populo igitur concionis & cenſuræ magiſtratuum poteſtatem

- **Dandam eſſe, &**
  - **Auctoritate** patet prudentium, Solonis puta, & legiſlatorum quorundam aliorum, qui populo curam
    - **Communem** electionis magiſtratuum, & rationum ab iis exigendarum, commiſere. N. 27.
    - **Peculiarem** certi alicuius officij, ſingillatim adminiſtrandi, non commiſere. N. 28.
  - **Ratione** per ſimilitudinem confirmatur
    - **Quemadmodum** enim alimenti, quo utimur, pars alia ad alendum utilis eſt, ſed mole ualde exigua (quā καθαρὰν hîc uocat) alia uerò inutilis, quæ in fæces abit, mole multo maior: quæ ipſa ad nutritionem non per ſe, ſed per accidens tantùm facit, cùm nec ſine inutili pars utilis rectè concoqui poßit & retineri, nec ſine utili inutilis alicuius uſus fiet. N. 30.
    - **Ita quoque in populi multitudine**
      - **Omnes** ſimul, boni malis permixti, Reip. totius adminiſtrationem multo rectiùs obeunt, quàm ſi optimi tantùm ſelecti eſſent. Nam ij, qui uirtute præſtant, ſuffragijs reliquorum ad capeſſendos magiſtratus promouentur: & hi uiciſſim prudentia illorum reguntur. N. 29.
      - **Singuli** ſeorſim conſiderati ad conſultandum & iudicandum inepti ſunt. N. 31.
- **Non eſſe dandam**, duobus argumentis uidetur effici poſſe. N. 32. Quæ proponuntur ex aliorum ſententia, & ſtatim ſoluuntur. Duo hic conſideranda: Populus & Poteſtas. Vtrouis reſpectu non uidetur ius electionis & cenſuræ concioni permittendum. Non reſpectu
  - **Populi**, quoniam rudis eſt & imperitus, adde etiam maiori ex parte improbus. Vide in ſeq. fig. C.
  - **Poteſtatis**, quoniā magni momenti eſt. Reſpectu poteſtatis quæſtio
    - **Proponitur**: Poteſtatem magiſtratus eligēdi & iudicandi populo cōmittendam nō uideri. Nu. 53. Syllogiſmus talis eſt:
      - **Iudicia** rerum grauiſſ. imperitis committere ineptum eſt. N. 54.
      - **Atqui** εὐθύνα, hoc eſt magiſtratuum cenſura, et ἀρχαιρεσία, hoc eſt, magiſtratuum electio,
        - **Res** ſunt maximi momēti, & à quibus uel ſincerè obitis ſalus, uel negligenter iniuſtéue tractatis, interitus Reip. impendet. N. 55.
        - **Imperitis** in Democratia tū quauis. alia tū præſertim Athenienſium, populari concioni permittitur. Nu. 56. Etenim
          - **Concio** populi ius habet eligēdi magiſtratus, & eiuſdē geſti rationes depoſcēdi. N. 57. Conſtat aūt populi cōcio, cōſilijs & iudicijs publicis adhiberi ſolita, ex pauperrimis quoq; & iuuenibus, qui ex ephebis primum exceſſere (τοὺς τριχέους ὀνόματι, cuiuſcūq; ætatis, dūmodo XIIX exceſſerint annū, ut Athenis) quorū hi propter ætatis imprudentiam non poſſunt, illi propter paupertatē muneribus uaſtati interdū rectè iudicare nolūt. N. 58.
          - **Magiſtratus** reliqui, & quidē ampliſſimi, cuiuſmodi eſt Quæſtura, Præfectura bellica, Trierarchia, & ſimiles, opulētis tantùm cōmittuntur. N. 59.
      - **Ergo** εὐθύνα & ius eligēdi magiſtratus imperitis malè committitur.
    - **Soluitur** per diſtinctionē poteſtatis. Nume. 60. Quam
      - **Proponit.** Magiſtratus conſiderari poteſt uel ut
        - **Totus.** Sic non unus aliquis iudicum, uel concionantiū, uel ſenatorum, ſed totus iudicum cōſeſſus, Tribunalis appellationem meretur: conſeſſus ſenatorum, Senatus: turba uerò populi, Concionis. N. 61.
        - **Pars.** Sic ſinguli iudices & ſenatores & concionātes pars ſunt magiſtratus, non autem ipſi magiſtratus appellationem abſolutè merentur. N. 62.
      - **Accōmodat** ſuo inſtituto.
        - **Multos** magnis imperare nō eſt præter rationem. Videtur ſimilitudine oſtēderes
          - **Quemadmodum** opes multorum quantumuis pauperum in unum collatæ maiores ſunt quàm uel regis unius, uel paucorum oligarcharum. Num. 65. Quod etiam in praeced. docuerat.
          - **Ita** quoq; prudentia in conſulendo & iuſtitia in iudicando multorum ſimul uidetur præſtare uirtutibus ſingulorum, ijsq; imperare debere.
        - **Atqui** & Concio & Senatus & Tribunal ex multis conſtant. Num. 64.
        - **Ergo** meritò multi ſimul reliquis magiſtratibus quantumuis magnis imperare debent. N. 63.

C. Dubi-

C. Dubitatio

- **Proponitur**: Illi uidelicet non conuenire magiſtratuum reliquorum uel correctionem uel electionē. Nu. 45. Non ſanè
  - **Correctionē** & cenſurā, tali ratiocinatione
    - **Si** medicus & quiuis alius artifex ab iis tantùm, qui artis cognitionem habent, iudicari poteſt atq; debet: geſti quoq; magiſtratus ratio apud eos tantùm, qui magiſtratus gerendi cognitionem habent, danda erit.
    - **Atqui** medicus, ut & quiuis alius artifex, ab iis tantùm, qui artis cognitionem habent, iudicari poteſt atq; debet. N. 35. Demonſtrat:
      - **Qui** artem cognoſcit, idem quoq; de ea iudicare debet. Id quod uerū eſt & in
        - **Medicina**, cuius artifex eſt medicus. N. 33.
        - **Arte** et exercitio quouis alio. N. 34.
      - **Atqui** artem
        - **Medicū** cognoſcit tum ſciēs, tum experiens. Medici proinde nomen meretur & ille qui artis
          - **Præcepta** nouit. ὁ διδὰς τὴν τέχνην, qui ſciētiā artis habet: ſiue iam artem, quam nouit,
            - **Non** exerceat, ὁ ἀρχιτεκτονικός. N. 37.
            - **Exerceat**. ὁ δημιουργός. Numero 36.
          - **Exempla** uel ſuo uel aliorum marte hauſit, & ex iis peritiam artis ſibi comparauit. ὁ πεπαιδευμένος περὶ τὴν τέχνην. Num. 38.
        - **Quamuis** etiam cognoſcit & ſciens & experiens. Tales enim in omnibus dantur diſciplinis. N. 39.
      - **Ergo** etiam de arte iudicare debet atq; poteſt tum ſciens, tum experiens: qui licet τὸ διότι cognitionem non habeat, habet tamen τὸ ὅτι. N. 40.
    - **Ergò** etiam magiſtratus geſti ratio apud eos tantùm, qui eiuſdem gerendi cognitionem habent, deponenda erit.
  - **Electionē**, eodem rationis modo. Nu. 41.
    - **Si** rectè eligere ſcientis eſt, magiſtratuum electio populo imperādi ignaro nō erit committenda.
    - **Atqui** rectè eligere ſcientis eſt. N. 42. Idipſum
      - **Declarat** ſimili. Sic committitur munus eligendi (N. 43.)
        - **Geometræ** illis ſolis, qui geometriæ periti ſunt.
        - **Gubernatoris** iis, qui artis ſunt periti nauticæ.
      - **Confirmat** per antihypophoram. Etſi enim artes & opera quædam obeuntur quoq; ab iis, qui nullam habent cognitionem artis, ex ſolo ſcilicet uſu: multo tamen rectius & ſecurius ab iis, qui cognitionē artium & operū habent. N. 44.
    - **Ergo** magiſtratuum electio non rectè populo committitur. N. 45.
- **Soluitur** (N. 52.) partim per
  - ἔνστασιν. Supponunt illi, multitudinem hominum non tam liberorum quàm ſeruorum, quando penitus ſtupidam & improbam eſſe uolunt. Nos è diuerſo, tum auctoritate Solonis, tum ſimilitudine alimentorum paulo antè n. 27. allata, Multitudinem hominum liberorum, ingenio mediocri præditorum, illis opponimus. N. 46. Ratio. Horum namq; ſinguli per ſe conſiderati ut impares ſint ad cognitionem & dijudicationem eorum quæ ad magiſtratus faciunt: at in unum collecti, pares erunt. N. 47.
  - Ἀντιπαράστασιν. Vt quàm maximè donemus illis, Multitudinem imperitam eſſe, qualem ipſi uolunt: non tamē ſecirco magiſtratuum reliquorum uel electio uel cenſura illis eripienda eſt. Per ſimilitudinem
    - **Quemadmodum** operum quorundam iudicium non tam artifici, qui opus facit, quàm extero alicui, qui operè utitur, conuenit. Nu. 48. Sic uerbi gratia
      - **Domus** rectè nécne ædificata ſit, non tam ob architecto, quàm ab œconomo, qui illā inhabitaturus eſt, dignoſcitur. N. 49.
      - **Gubernaculū** bene an malè ſit factum, nō magis faber quàm gubernator intelligit. N. 50.
      - **Ferculū** rectè nécne conditum ſit, non tam coqui, quàm cōniuatoris eſt iudicare. N. 51.
    - **Ità** quoq; geſti magiſtratus iudicium, non tam ei qui magiſtratui præfuit, quàm ei qui magiſtratui ſubditus fuit, conuenit: illi quidem à priori, huic à poſteriori, ab effectu ſcilicet & euentu.

CAPVT XII.

Ex ipſo Fine, formas Reip. uariare oſtenſurus, Bonum publicum primò inueſtigat.

QVia[1] aũt in cũctis ſciẽtijs & artib. finis eſt bonũ: maximũ[2] uerò, & maximè in ea quę lõgè præſtat omnib. hæc[3] aũt eſt ciuilis facultas: eſt[4] aũt ciuile bonũ, qđ iuſtũ eſt: hoc[5] uerò, qđ publicè ꝓdeſt: uidetur[6] aũt omnib. ęquale quoddã iuſtũ eſſe, & [7] quodã tenus aſſentiũtur diſputationib. habitis de philoſophia, in quib. definitum eſt de reb. quę ꝑtinẽt ad mores: quid .n. & quib. iuſtũ, & oporrere ęqualib. ęquale eſſe aiũt: qualiũ[8] aũt ęqualitas, & qualiũ inęqualitas, opus eſt minimè nos fallere. cõtinet .n. hoc in ſe controuerſiã, & ſtudiũ ueri cognoſcẽdi ꝓpriũ ciuiũ. Fortaſſe[9] .n. affirmaret aliqs, ꝓ oĩs boni exuperãtia oportere inęqualiter diſtribui magiſtratus, ſi reliquis omnib. in reb. nihil inter ſe diſcreparẽt, ſed ſimiles forẽt: diſcrepãtib.[10] .n. diuerſum eſſe iuſtũ, & qđ ipſis ꝓ dignitate. Atq;[11] ſi hoc uerũ, erit & per colorẽ, & per magnitudinẽ, & ꝑ quodliber aliud è genere bonorũ, acceſsio quędã ciuiliũ iuſtorũ ijs, qui antecellũt. An[12] hęc eſt aperta uanitas? planũ[13] aũt eſt in alijs ſciẽtijs & facultatib. Tibicinũ[14] nãq; pariũ in arte, nõ decet date pręſtantiã tibiarũ nobiliorib. nihilo .n. melius utũtur ipſis: oportet aũt ei, qui opere excellit, dare etiã inſtrumẽtorũ excellentiã. Si[15] aũt nondũ planũ eſt, quod dicitur, adhuc magis nobis ipſum producentib. perſpicuum erit Si enim foret aliquis, excellẽs ſanè arte tibiarum, ualde aũt inferior nobilitate uel pulcritudine: etſi unũquodq; eorum maius bonũ eſt arte tibiarũ (intelligo aũt nobilitatem & pulcritudinẽ) & pro portione maiore interuallo ſuperent artem tibiarum, quàm ille arte tibiarum, tamen huic dare oportet excellentiores tibias. Oporter[16] enim ad opus conducere excellentiam & diuitiarum & nobilitatis: conducunt autem nihil. Adhuc[17] ratione hac omne bonũ cũ omni bono conferre liceret. Si[18] nãque magis quædam magnitudo, & omnino magnitudo in contentionem ueniret cum diuitijs, & cum libertate. Quare[19] ſi hic plus excellit uirtute,

&

ΕΠΕΙ[1] δ' ἐν πάσαις μὲν ταῖς ἐπιστήμαις καὶ τέχναις ἀγαθὸν τὸ τέλος· μέγιστον[2] δὲ, καὶ μάλιστα, ἐν τῇ κυριωτάτῃ πασῶν· αὕτη[3] δ' ἐστὶν ἡ πολιτικὴ δύναμις· ἔστι[4] δὲ πολιτικὸν ἀγαθὸν τὸ δίκαιον· τοῦτο[5] δ' ἐστὶ τὸ κοινῇ συμφέρον· δοκεῖ[6] δὲ πᾶσιν ἴσον τι τὸ δίκαιον εἶναι· καὶ[7] μέχρι γέ τινος ὁμολογοῦσι τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις, ἐν οἷς διώρισται περὶ τῶν ἠθικῶν· τὶ γὰρ, καὶ τισὶ τὸ δίκαιον (καὶ δεῖν τοῖς ἴσοις ἴσον εἶναι φασί) ποίων[8] δ' ἰσότης ἐστὶ, καὶ ποίων ἀνισότης, δεῖ μὴ λανθάνειν. ἔχει γὰρ τοῦτ' ἀπορίαν καὶ φιλοσοφίαν πολιτικήν. ἴσως[9] γὰρ ἂν φαίη τις κατὰ παντὸς ὑπεροχὴν ἀγαθοῦ δεῖν ἀνίσως νενεμῆσθαι τὰς ἀρχὰς, εἰ πάντα τὰ λοιπὰ μηδὲν διαφέροιεν, ἀλλ' ὅμοιοι τυγχάνοιεν ὄντες. τοῖς[10] γὰρ διαφέρουσιν ἕτερον εἶναι τὸ δίκαιον, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν. ἀλλὰ[11] μὴν εἰ τοῦτ' ἀληθὲς, ἔσται καὶ κατὰ χρῶμα, καὶ κατὰ μέγεθος, καὶ καθ' ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν, πλεονεξία τις τῶν πολιτικῶν δικαίων τοῖς ὑπερέχουσιν. ἢ[12] τοῦτο ἐπιπόλαιον τὸ ψεῦδος; φανερὸν[13] δ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων. τῶν[14] γὰρ ὁμοίων αὐλητῶν τὴν τέχνην, οὐ δοτέον πλεονεξίαν τῶν αὐλῶν τοῖς εὐγενεστέροις· οὐδὲν γὰρ αὐλήσουσι βέλτιον. δεῖ δὲ τῷ κατὰ τὸ ἔργον ὑπερέχοντι διδόναι καὶ τῶν ὀργάνων τὴν ὑπεροχήν. εἰ[15] δὲ μήπω δῆλον τὸ λεγόμενον, ἔτι μᾶλλον αὐτὸ προαγαγοῦσιν ἔσται φανερόν. εἰ γὰρ εἴη τις ὑπερέχων μὲν κατὰ τὴν αὐλητικὴν, πολὺ δ' ἐλλείπων κατ' εὐγένειαν, ἢ κάλλος, εἰ καὶ μεῖζον ἕκαστον ἐκείνων ἀγαθόν ἐστι τῆς αὐλητικῆς (λέγω δὲ τὴν τ' εὐγένειαν, καὶ τὸ κάλλος) καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ὑπερέχουσι πλέον τῆς αὐλητικῆς, ἢ ἐκεῖνος κατὰ τὴν αὐλητικὴν, ὅμως τούτῳ δοτέον τοὺς διαφέροντας τῶν αὐλῶν. δεῖ[16] γὰρ εἰς τὸ ἔργον συμβάλλεσθαι τὴν ὑπεροχὴν καὶ τοῦ πλούτου, καὶ τῆς εὐγενείας· συμβάλλονται δ' οὐδέν. ἔτι[17] κατά γε τοῦτον τὸν λόγον πᾶν ἀγαθὸν πρὸς πᾶν ἂν εἴη συμβλητόν. εἰ[18] γὰρ μᾶλλον τὸ τὶ μέγεθος, καὶ ὅλως ἂν τὸ μέγεθος ἐνάμιλλον εἴη καὶ πρὸς πλοῦτον, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν. ὥστ'[19] εἰ πλεῖον ὅδε διαφέρει κατὰ μέγεθος, ἢ ὅδε κατ' ἀρετὴν,

QVoniam[1] autẽ in omnibus quidem ſcientijs atque artibus, finis bonum eſt: maximum[2] autem bonum & maximè eſt in ea, cuius eſt omnium maximus dominatus maximáque auctoritas: hac[3] autem eſt ciuilis facultas: ius[4] porrò, eſt bonum ciuile: hoc[5] autem eſt, quod communiter omnibus expedit: omnibus[6] autem ius uidetur eſſe æquale quiddam: &[7] aliquatenus conſentiunt & cõgruunt ſermonibus philoſophicis, in quibus de ijs, quæ ad mores pertinent, diſtinctè atq; explicatè diſputatum eſt: (nã & quid ius, & quibus ſit ius, & æqualib. æquale eſſe oportere, oſtendunt) qualium[8] rerum ſit æqualitas, qualiumq́; inæqualitas non eſt ignorandũ. ineſt aũt in hoc dubitatio et philoſophia ciuilis. Fortaſſis[9] enim dixerit aliquis ex omnis boni præſtantia magiſtratus & imperia tribuis inæqualiter oportere, ſi cæteris reb. omnib. nihil inter ſe differãt, ſed ſint forte fortuna ſimiles. ijs[10] .n. qui inter ſe differũt, et ius et id, quod ex dignitate eſt, diuerſum ac diſsimile eſſe. At[11] ſi hoc uerũ eſt, ergo & ex coloris præſtantia, et ex proceritatis et ex qualiſcunq; boni ijs, qui reb. illis præſtabũt, plus iuris ciuiliũ obtinere debebũt. Aut[12] hoc perſpicue falſum eſt: apparet[13] autem in alijs ſcientijs & facultatibus. Nam[14] ex tibicinibus, qui ſint inter ſe arte pares ac ſimiles, non ſunt nobiliorib. dandæ plures tibiæ aut meliores: nihilo enim melius tibia canent. Oportet autem ei, qui opus efficit melius, quiq; opere antecellit, etiam inſtrumentorum præſtantiã largiri. Quòd[15] ſi nondum ſatis planum eſt quod dicitur: ab ijs, qui id uolens longius producere, facile intelligetur. Si quis enim exſiſtat, qui arte quidem tibia canendi excellat, nobilitate autem & ſplendore generis aut pulcritudine ſit inferior, etiamſi unumquodq; bonorum illorum maius bonum ſit, quam ars tibia canendi (dico autem nobilitatem & pulcritudinem) & quamuis illa arti tibia canendi proportione præſtent plus, quàm ille arte tibia canendi cæteris antecellit. huic tamen danda ſunt tibiæ præſtantiores. Oportet[16] enim ad opus cõferre & ualere præſtantiam & diuitiarum & nobilitatis atq; generis: at nihil conferunt. Præterea[17] hac ratione omne bonum cum omni bono comparari poſſet. Nam[18] ſi magis eſt tale, qđ aliqua magnitudine tale eſt, quã illud, qui alqs reb. præſtat, ergo et omnino magnitudo contendat cũ diuitijs & cũ libertate. Quare[19] ſi hoc magnitudine præſtat plus quàm ille uirtute,

&

&[20] plus omnino ſuperat magnitudo uirtuté, poſſent[21] omnia inter ſe conferri. Tanta[22] enim magnitudo ſi maior eſt, quam tanta, tanta nó eſt dubiũ quin æqualis futura. Quia[23] autem hoc fieri nó poteſt, planũ[24] eſt, quòd in reb. ad ciuitatem ptinentib. nó ſine cauſa nó controuerſantur de magiſtratibus. Si[25] enim hi quidé tardi, hi uerò celeres: nihilo plus oportet hac de cauſa hos quidem plus, hos uerò minus habere: ſed[26] in gymnicis certaminib. horũ præſtantia honoré adipiſcitur: uerũ[27] ex quib. ciuitas conſtat, de his neceſſe eſt uenire in controuerſiã. Quare[28] meritò cótendunt de honore nobiles, & liberi, & diuites. Oportet[29] enim liberos eſſe, & cenſum ferentes. Non[30] enim conſtaret ciuitas è pauperibus omnibus: quemadmodum[31] neque è ſeruis. Atqui[32] ſi opus eſt his, planum eſt opus etiam eſſe iuſtitia & bellica uirtute: neq;[33] enim ſine his ciuitas habitari poteſt: niſi[34] quòd ſine prioribus conſtare ciuitas non poteſt: ſine[35] his autem, habitari bene.

καὶ[20] πλεῖον ὑπερέχει ὅλως ἀρετὴ τῆς μέγεθος, εἴη[21] ἂν συμβλητὰ πάντα. τοσόνδε[22] γὰρ μέγεθος, εἰ κρεῖττον τοσοῦδε τοσόνδε δῆλον, ὡς ἴσον. ἐπεὶ[23] δὲ τοῦτ' ἀδύνατον, δῆλον[24] ὡς καὶ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν εὐλόγως οὐ κατὰ πᾶσαν ἀνισότητα ἀμφισβητοῦσι τῶν ἀρχῶν· εἰ[25] γὰρ οἱ μὲν βραδεῖς, οἱ δὲ ταχεῖς, οὐδὲν διὰ τοῦτο δεῖ τοὺς μὲν πλεῖον, τοὺς δ' ἔλαττον ἔχειν· ἀλλ'[26] ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἡ τούτων διαφορὰ λαμβάνει τὴν τιμήν· ἀλλ'[27] ἐξ ὧν πόλις συνέστηκεν, ἐν τούτοις ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι τὴν ἀμφισβήτησιν. διόπερ[28] εὐλόγως ἀντιποιοῦνται τῆς τιμῆς οἱ εὐγενεῖς, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πλούσιοι. δεῖ[29] γὰρ ἐλευθέρους τ' εἶναι καὶ τίμημα φέροντας. οὐ[30] γὰρ ἂν εἴη πόλις ἐξ ἀπόρων πάντων, ὥσπερ[31] οὐδ' ἐκ δούλων. ἀλλὰ[32] μὴν εἰ δεῖ τούτων, δῆλον ὅτι καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς. οὐδὲ[33] γὰρ ἄνευ τούτων οἰκεῖσθαι πόλιν δυνατὸν. πλὴν[34] ἄνευ μὲν τῶν προτέρων, ἀδύνατον εἶναι πόλιν ἄνευ[35] δὲ τούτων, οἰκεῖσθαι καλῶς.

&[20] ſi omnino uirtuti magnitudo antecellit, omnia[21] inter ſe cõparari poſſint. Si[22] enim tanta magnitudo, tanta magnitudine maior eſt, licet intelligere tantam æqualem fore. Quoniam[23] autem hoc fieri non poteſt, perſpicuum[24] eſt, homines etiam in rebus ciuilibus probabili ratione non ex omni inæqualitate & præſtantia de magiſtratibus & imperijs contendere. Nam[25] ſi alij quidē tardi ſunt, alij celeres: nihilo plus oportet ideirco hos quidem plus habere, illos uerò minus: ſed[26] in certaminibus quidem gymnicis huic præſtantia tribuitur honos & præmium: quibus[27] rebus uerò conſtat ciuitas, his de rebus controuerſiam eſſe neceſſe eſt. Quapropter[28] probabilē cauſam habent nobiles, & liberi, & diuites, quamobrem honorem ſibi arrogent. Oportet[29] enim in ciuitate eſſe homines liberos & locupletes, qui pro cenſu tributum conferant. Non[30] enim ex omnibus egentibus conſtare poſſit ciuitas, quemadmodum[31] neque ex ſeruis. At[32] porrò ſi his opus eſt ciuitati: & iuſtitia ſcilicet, & bellica uirtute opus eſt: nam[33] nec ſine his urbs habitari, & frequentari poteſt. ueruntamen[34] ſine prioribus quidem illis, non poteſt conſiſtere ciuitas: ſine[35] his uerò pulcre frequētari & præclarè regi non poteſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quia autem in cunctis.) Cùm oſtendiſſet, quem imperium habere decet in ciuitate: nunc aperire contendit, cuius potiſſimum boni ui ac commendatione id obtinere ipſum oporteat. Nam ſunt plura, quibus certi quidam homines præſtãt cæteris: eorum tamen non pauca tanti ponderis non ſunt, ut debeant tanto pręmio compenſari. Orditur autē à longinquo hoc declarare, utiturque quibuſdam, quaſi fundamentis eius, quod probare uult. Cùm igitur particulam *ἐπειδὴ* initio poſuiſſet, quã ſequuntur plerunque ſententiæ ſatis planæ: redditio ipſius eſt, *ἔστι δ' ἀγαθόν*, & omnis hæc clauſula inquit igitur: Quia in omnibus ſcientijs & artibus finis eſt bonum *ἐπιστήμας*, id eſt ſcientias hic uocans illas quoque, quæ propriè ita non uocarentur, ſed tamen ſunt *γνώσεις*: & intelligentiæ rerum, artes utilium. Nam quæ tradunt præcepta rerum malarum aut inanium, ſiue non ſunt dignę, quæ appellentur artes, ſiue inanes & nugatoriæ artes uocantur: ueras autem artes, quod hic repetit, propoſitum habere bonum aliquod, ſtatim initio primi libri de Moribus ad Nicomachum teſtatus eſt.) Sequitur hic Maximus uerò finis, & præcipuè talis, eſt in illa arte, quę quaſi regina eſt reliquarum artium. Eſt autem hæc, inquit, ciuilis facultas. imperiũ namque habet in cæteras omnes, retinetque, quas probat in ciuitate, contraq; alias inutiles inde reijcit. Monſtrauit præterea, quod putari debet ciuitatis bonum, eſſeque ipſum dixit, quod iuſtum eſt: nec ceſſauit etiam explicare, quod iuſtum intelligeret. Eſt enim iuſtum, inquit, quod non uni alicui aut paucis prodeſt, ſed communiter ciuitati, omnibusque ipſius reip. participibus. Cùm autem quæ adhuc ſumpſit comprobaſſet, uideretque de extremo hoc litigare inter ſe uehementer mortales, ſtatuit hoc quoque conſequenter explanare.

Videtur autem omnibus. Primùm exponit, in quo omnibus conueniret, eſſeque affirmat, quod cõcedebant ſine ulla cõtrouerſia, iuſtum eſſe æquale quoddam: ipſosque laudat, oſtendens eos in hoc conſentire diſputationibus ſuis, habitis de moribus, pergereque ſecum uſque ad terminum quendam, eadem quaſi uia. Dicebant enim, ut ipſe, & quid eſſet, & in quos caderet. nec non aiebant, æqualibus perſonis æquale tribui debere. Addit autem ſtatim, quid deſiderari adhuc poterat, ut perfectæ illæ forent in opinionibus eorum. Neque enim docuerant, quarum rerum æqualitatem ſpectari oporteret, & quarum inæqualitas negligenda eſt. Quod clam nobis eſſe nullo pacto debet, ut inquit, cũ id obſcurum, & in errorem aliquando trahat: ſitq; demum hæc quæſtio propria eius, qui de republica & optimo ſtatu ciuitatis ſubtiliter diſſerat.

Fortaſſe enim affirmaret.) Oſtendit, non poſſe omitti diligentem huius rei inueſtigationem ut uitentur incõmoda, quæ ex ignoratione eius naſcerentur. Quis enim fuit, inquit, an inuentor aliquis, qui putet aſſignari debere imperia ac gradus honoris illis, qui uicerint cæteros quorumlibet bonorum exuperantia, tenuium etiam ac minutorum. ſi fortè illi reliquis in rebus nihilo deteriores ſint, ſed ſimiles penitus ipſis. Exponit autem, quo ferè argumentu, hoc aſſeuerarent. Solum enim ac fundamentum eorum erat, illis, qui antecellunt, eximiumque aliquod in ſe babēt, iuſtum eſſe diuerſum & ſi quis tueri uelit dignitatem, quod tantum ſemper haberi debet, longè aliud ipſius requirere.

Atqui ſi hoc uerum.) Hoc poſitum eſt ad euertendum fundamentum eorum. Aperit enim incommodum, quod inde exoriretur, ponitque ante oculos uanitatem eius ſententiæ. Si namque, inquit, hoc uerum foret, non poſſent nõ tribui maiores honores in ciuitate præmiaque illis, qui antecellerēt cæteris colore corporis ſuauiore, aut magnitudine, aut quolibet alio huiuſcemodi bono, quamuis exilis ac nullius planè ponderis ad gradus publicos merito accipiendos. Appellat autem hic eadem ferè bona philoſophus, quæ M. Cicero in V. Tuſculana qui tamen ex opinionibus Stoicorum ipſa bona non uocari debere, aiebat: Hæc, quæ ſunt minima, tamen bona dicantur neceſſe eſt, canorum dentes, uenuſti oculi, color ſuauis, & quæ ſequuntur. Fuſſet tamen illi homines, ut memoriæ proditum eſt, tante ſtultia tenebãtur, ut reges eligerent commendatione horum leuiſsimorum bonorum: ſummam enim poteſtatem dabant formoſiſsimo omnium, aut maximo. Neque enim bona animi, multo digniora quam corporis, planè adhuc intelligebãt.

An hæc eſt aperta.) Hæc diſſolutio eſt propinqui nodi. Nullius autem negotium eſſe, inquit, refellere, quod modo contrà

dictum eſt. apparet enim id falſum eſſe, umbramq; non tantùm tenuem habet ueritatis. Ita uerò ſe rem habere perſpicitur exemplo aliarum ſcientiarum & facultatum: una tamen ipſe tantùm utitur ad hoc declarandum: licet autem in reliquis idem eodem modo probare. Si fuerint enim, inquit, duo pluresue tibicines, ſimiles ita inter ſe, quod ad ſcientiam artis pertinet, ut diſcrimen nullum inter ipſos cernatur: quorum tamen unus nobilior ſit, ſiue plures. nullo modo præbere oportet meliores tibias nobilioribus genere tibicinibus: nihilo enim melius uerſabuntur ea de cauſa in ſua arte. Decet enim illi, qui præſtat ſuo in munere fungendo, tribuere inſtrumentorum eius artis præſtantiam. Intelligitur autem facile, exemplum hoc complecti cunctas artes, quas propoſuit, non tibicinis tantùm, reſpondereque aliquo modo uerbis, quibus initio huius rationis uſus eſt.

Si autem nondum.) Studet quantum poteſt, quod inceperat, conſtituere, ut ualde aptum conſilio ſuo comprobando, explanat igitur magis eandem rationem. Si enim, inquit, nondum planum eſt, quod oſtendere uolo, erit illud profectò clarius, ſi diutius manebimus in explicatione ipſius. Si enim, inquit, exiſtat aliquis, qui ſanè antecellat ſcientia uſuque artis, ualde tamè inferior ſit genere aut ſpecie corporis (& ſi, inquit, utrumq; horum maius bonum exiſtimandum, quàm ars tibicinis. narrat autem, antequam rationem concludat, ne quis error hic naſcatur, ſe intelligere nobilitatem & pulcritudinem, quæ bona etiam proportione magis præſtent tibicinis arti, quàm ille præſtet æmulis in arte ipſa. hoc enim quoque addidit, quòd putari potuiſſet aliquid ualere ad eum inſtruendum, quamuis falſo) tamen non eſt dubitandum, quin dare oporteat huic nobiliores tibias. Concludẽs autem totam rationem, inquit Alia ratio eſſet, ſi exuperantia fortunarum & nobilitatis prodeſſet uſui tibiarum, iuuaretq; opus proprium eius artis. certum autem nunc eſt, ipſas non ornare neque expolire eam artem.

Adhuc ratione hac.) Alterum hoc argumentum eſt, quod conſtituit, cui probando ſumtũ eſt, oſtendens incommodũ, quod è contrario naſcere: ut inquit enim: Quare ſi probaretur hæc ratio, ſequeretur omne bonum cum omni bono conferri poſſe. quod concedi non debet. Conferuntur enim inter ſe tantùm, quæ unius generis partes ſunt: quæ uerò ſub diuerſis generib. collocata ſunt, rectè non poſſunt inter ſe conferri. Probat autem hoc, uerumq; eſſe oſtendit, à partibus certe quarundam rerum ad totas illas argumentum ducens, hoc pacto: Si enim, inquit, magnitudo corporis quædam, id eſt certa & definita, conferri poſſet cum diuitijs & libertate: & omnino ſimpliciterque magnitudo, ſublato termino illo menſuraque, cum ijſdẽ illis rebus rectè conferretur. Quare, inquit, ſi magis hic præſtat magnitudine corporis, quàm hic faciat, præſtetq; uirtute, & eodem pacto, ſi omnino magis magnitudo præſtat uirtuti: ſequatur neceſſe eſt, ut omnia inter ſe rectè conferantur. quod aduerſatur ueritati cerræq; bonarum ſcientiæ. Concludit autem id hoc pacto: Si namque tanta corporis magnitudo uincit tantam uirtutẽ, dempto inde illo quod ſuperat, quod reſtat æquale eſſe perſpicitur. Conferuntur igitur ita inter ſe bona, quæ ſunt diuerſorum generum.

Quia autem hoc fieri.) Euertit nunc, quod inde ſequi docuit: oſtenditque planè falſum eſſe, unumquodq; eorum, quæ effici non poſſunt. Vnde perſpicitur, rationem, ex qua ipſum prodit, inanem eſſe. nec oportere ullo pacto attendi in honoribus publicis mandandis omnium rerum exuperantiam, ſed earum tantùm, quæ ciuitati fructum ferunt, dignæq; ſunt illa compẽſatione. Inquit igitur: Quia autem hoc locum hic habere non poteſt, apertum eſt in rebus etiam pertinentibus ad ſtatum ciuitatis, meritò ciues non ſolere inter ſe controuerſari de imperio gradibusq; publicis, prolata in medium qualibet inæqualitate: ut qui ſcilicet meliores ſint in quibuſdam rebus, etiam tenuibus, poſtulent ſibi dari honores ac magiſtratus. exemplum autẽ poſuit huius erroris ſatis clarum. Vt ſi fortè, inquit, hi tardi in curſu fuerint, hi uerò celeres: neque enim commendatio huius corporis boni, decet hos quidem plus, alios uerò, deſtitutos ipſo, minus obtinere. Vt autem honorem non eſſe ullũ affirmat his rebus in mandandis imperijs: ita, rei magis illuſtrandæ cauſa, monſtrat locum, ubi attenduntur hæ diſſimilitudines. In certaminibus enim illis Græciæ, inquit, harum rerum præſtantiam ſolitam eſſe adipiſci honorem, quia opa horum corporis bonorum ſuperabant aduerſarios, & palmam domum reportabant: contrà autem neceſſe eſt in ciuitate contendere de honoribus, fretos ijs bonis, ex quibus ipſa conſtat: oſtenderéq; ſe in illis uincere, qui contrà ſtant, pugnantque de poſſeſſione ipſorum. Diligenter autem attendendæ ſunt res & quaſi inſtrumenta, quæ ualẽt ad aliqua ſtudia ornanda, cum in ipſis ponderandis aliquando nonnulli propter ſimilitudinem decipiantur. Commemorauit enim Plutarchus, cùm quidam laudarent procerum hominem, & brachia longa habentem, tanquam à natura factum pugilem irriſiſſe ipſos Hippomachum aliptam, dicentem id uerum futurum fuiſſe, ſi coronam ex alto loco demere, capitiq; ſuo imponere opus eſſet ſignificare enim uoluit, in alijs dotibus corporis laudem eam manere.

Quare meritò contendunt.) Cùm oſtendiſſet, quarum rerum exuperantia nihil ualet ad honores in ciuitate obtinendos: nunc contrà aperit, quæ præſidia non paruo ſint ad eoſdem adipiſcendos. Declarat autem hoc, ponens ante oculos, quæ fiunt. eſt enim tanquam corollarium. nam inquit: Quapropter non ſine cauſa poſcunt honores in ciuitate, contẽduntq; inter ſe de illis, nobiles uiri, & liberi, & locupletes. ij namque omnes inſtructi ſunt ornatique rebus, non idoneis tantùm, uerum etiam neceſſarijs ad ciuitatem conſtituendam, eandemq; conſeruandam. quod ipſe affirmat his uerbis: Opus enim eſt in ciuitate liberos homines eſſe, & qui è priuato ſuo in publicum conferant. Cuius etiã rei cauſam attulit, à contrario argumentans: Neque enim, inquit, ciuitas conſtare poteſt è cunctis pauperibus (eget enim illa pecunia in primis ad bellicos ſumtus ſuſtinendos) ſed etiam ad dignitatem ſuam tuendam. Nullo modo autem egenos eſſe aptos, ſi cuncti ſint tales, ad ciuitatem componendam docuit: oſtendens idem incommodi inde naſci poſſe, ſi fiat, quod naſceretur, ſi quis è ſeruis hominibus ciuitatem conſtitueret. eſt tamen magis apertum, è mancipijs nõ poſſe illam conſtare. Non ſine cauſa, ut opinor, quæreret aliquis, quomodo uerum ſit, quod affirmat Ariſtoteles, nõ poſſe cõdi ciuitatem ex omnibus pauperibus, cùm planum ſit Spartam amaſſe paupertatem, diuitijſque, adhibita multa cura ac ſtudio, aditum obſtruxiſſe: quæ tamen florentiſſima fuit ciuitas, & longo temporis ſpatio ſtatum ſuum conſeruauit. Nam, quod perſpicitur, auctorem improbaſſe priuatam tenuitatem, ea de cauſa, quia incidunt aliquando tempora, quibus neceſſe ſit remp. iuuari pecunia priuatorum hoc auxilij genus nõ potuiſſe Spartiatarum remp. expectare à ſuis ciuibus, exploratum eſt, qui uix tantum peculij habebant, ut ſe ipſos alerent, &, quod lex iubebat, in communes illas menſas comportarent, quamuis tenui admodum uictu, uel miſero potius uterentur. Quare cogebantur, cũ longo aliquo bello premerentur, pecuniam tanquam emendicare à regibus Perſarum, præfectiſque ipſorum. & Ageſilaus quoque rex extrema ſenectute cum copijs in AEgyptum nauigauit, ut regem illum bello iuuaret. non quia ſocius foret, ſed ut inde pecuniam auferret. Eſt igitur uerum, diuitias priuatas quoque ualde utiles eſſe ciuitatibus. An uerò maneant ſine ipſis, uidetur dubitari non poſſe, exemplo huius optimè conſtitutæ, & meritò ab omnibus laudatæ reipublicæ: quæ dum, legibus Lycurgi obtemperans, eas à ſe fugauit, bene beateque uixit. perijt autem, cùm diuitiæ in urbem irrepſerunt. cùm tamen Lacedæmonia quoque diſcrimen aliquod exiſteret inter patrimonia ciuium illorum (neque enim cuncti uno eodemq; tenore pauperes erant) tradideritq; iam Ariſtoteles ipſos conferre ſolitos aliquid in publicum, ſed exiliter ac malè, accuſat ipſos fortaſſe è numero omnino pauperum. Quomodo uerò tam tenues minutæque fortunæ conſortes haberi non debeant paupertatis, in contrariumque locum atque ordinem tranſeant, uidendum eſt.

Atqui ſi opus eſt.) Nunc addit certium quoddam genus hominum, quod non minus neceſſariũ eſſe affirmat: ſed alia tamen de cauſa neceſſarium, ut accuratè oſtendit. inquit igitur. Atqui, ſi opus eſt his, ut manifeſtò eſt, perſpicuum eſt opus etiam eſſe iuſtitia & bellica uirtute: ſine namque hominibus, qui præditi ſint his animi dotibus, non poteſt conſtitui ciuitas. Quid uerò diſcriminis ſit inter hos & priores illos, exponit. Illos namque omnino neceſſarios eſſe inquit, nec poſſe ullo pacto ſine ipſis manere ciuitatem, quamuis non bene inſtitutam. ſine his uerò non poſſe in ipſa bene beateque uiui.

τοῖς περὶ φιλοσοφίαν λόγοις. ἰδιωτικῶς ſcilicet. Paulo pòſt φιλοσοφίας πολιτικῆς meminit. Philoſophiam appellat contemplationem ſubtilem earum quæ ad γνῶσιν potius quam ad χρῆσιν faciunt practicam. Hæc reſpectu materiæ uel principiorum eſt uniuerſalium in Ethicis tradita. uel principiatorum, in Politicis & Oeconomicis tradenda. Sic ſuprà cap. 8. τῷ κατὰ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι oppoſuit τῷ ἀποβλέποντι πρὸς τὴν πρᾶξιν. Vt proinde λόγους duplices conſtituere poſſimus, alios philoſophicos, alios practicos. hos ad uſum, illos ad ueritatem facientes.

ἐπιπολάζον ψεῦδος.) Superficiei ueluti innatans mendacium, quod facile cognoſci & redargui queat, non autem in profundo demerſum.

ἀλλ' ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι.) In gymnicis certaminibus, qui celeritate præſtát in ſtadio, qui robore in palæſtra, coronantur, nimirum quia eius boni excellentiam habent, cui corona debetur. Sin uerò cuiuſlibet alterius, non coronantur. Hippomachus aliptes laudantibus quibuſdam procerum hominem, & brachia longa habentem, tanquam à natura factum pugilem, Nimirum, inquit, ſi coronam in ſublimi loco poſitam ſuo ſit capiti impoſiturus. Et Iphicrates, Charidem quendam, corpore procerum & robuſtum, ducem legendum affirmantibus, Quin potius impedimenta hæc & ſtragulas geſtet Imperatori. Imperator uerò is ſit, qui prudentia & arte bellica cæteris præſtet omnibus.

πολλοὶ γὰρ ἄποροι πολῖται.) Quibus ſcilicet neceſſaria ad uictum deſint. Aliud enim eſt neceſſarijs carere, & hæc uera eſt Egeſtas: aliud ſuperfluis, & hæc Tenuitas eſt & Frugalitas: qua inſtructi Spartani, remp. optimam & florentiſsimam habuere, cùm auri & argenti poſſeſsionem ſimul & uſum Lycurgus penitus exterminaſſet.

ἐκ δούλων.) Ex ſolis natura ſeruis ciuitas conſtare nequit, cùm inepti ſint ad imperandum, nec niſi regente & imperante alio parere ſciant. Quòd ſi quando ſerui in unam ciuitatem coëunt, ut in πονηρόπολει Thraciæ, à Philippo Macedone habitatoribus ſceleratiſsimis, uelut totius Græciæ fæce, frequentatæ, inter eos imperium obtinent, qui natura liberi & imperio digni erant, licet conditione ſerui eſſent. præter id quod ſæpe etiam improba ingenia ad frugem uel periculis edomita uel uſu edocta peruenire poſſunt. id quod Rom. urbis ſeminarium, ex aſylo ſceleratorum ortũ, ſatis indicat.

οἰκηθῆναι πόλιν.) Sine uirtute neq; domus neq; urbs οἰκηθῆναι, recté adminiſtrari poterit: ſine libertate & opulẽtia ſubſiſtere omnino nequit. Illa ad bene eſſe, hæc ad eſſe conferunt.

MATERIA L I & Formalis ſpectetũ Rep. conſiderationi Finalem adiungit, & ex FINE Rerumpub. differentias explicare aggreditur. Cuius quidem conſiderationem Aggreditur. In

- Proponit, tali ratiocinatione:
  - Politicæ finis eſt bonũ politicum maximum. ratiocinatione tali
    - Facultas princeps, pro fine habet bonum præſtantiſsimum. Probatur
      - Si quarumlibet artium & ſcientiarum finis eſt bonum, omnium profectò principis finis erit bonum præſtantiſsimum. N. 1. Vide lib. 1. Ethicorum c. 1.
      - At illud eſt.
      - Ergo & hoc. N. 2.
    - At Politica eſt facultas princeps. N. 3.
    - Ergo.
  - Bonum politicum maximum eſt τὸ δίκαιον. N. 4.
  - Τὸ δίκαιον eſt id quod omnibus publicè confert. N. 5.
  - Publicè conferens dubium eſt, in alia Repub. aliud.
  - Dubium eſt inquirendum.
  - Ergo Politicæ finis eſt inquirendus.
- Genere conſtat uulgò Politicæ bonum Ius eſſe, & illud ipſum rurſus omnes ferè quoad
  - ἴσον, Aequale eſſe, uſu rerum quotidiano experiuntur, ſenſu edocti. N. 6. Vti cap. 9. docuit.
  - γνῶσιν, quæ in uniuerſali principiorum tractatione in libris Ethicorum, & præſertim libro quinto, declarata fuere, conſentientem, ratione cognoſcũt: nimirum Ius aliquod aliquorũ eſſe, & æquales æquale ius habere debere. N. 7. Etſi quódnam ſit illud ius, non poſsint ratione explicare.
- Specie, Quódnam ſit illud Ius æquale æqualib. inæquale inæqualib. inquirendũ eſt. adeóq; politico praxis ad politicam γνῶσιν (quã hic philoſophiam, i. abſtractã theoriã et ſolã cognitiõẽ inſeruientẽ, appellat) reuocanda. N. 8. Ius enim & in Rebus cõmunib. & in Perſonis quæ cõmunicãt ſpectatur: nimirũ ut qui Ius prætẽdit imperij, nitatur Bono aliquo tali, cui cõueniat imperiũ. Bonum iſtud
  - Inueſtigat. Ius igitur imperij in ciuitate conuenit ijs, qui excellẽtiores ſunt cæteris & inſtructiores bono uel
    - Quolibet. Vide in ſeq. ſignum A.
    - Non quolibet, ſed uno aliquo certo. Certum iſtud bonũ, cuius excellentiæ ius imperij in Rep. debetur,
      - Proponit illud eſſe, ſine quo ciuitas eſſe nequit. N. 27. Digni nãq; imperio uidentur tum ſecundùm bona politica
        - Externa, ſecundũ libertatẽ ſcilicet et opulentiã. N. 28. Nam ſine his eſſe nequeũt ciues eius Reip. N. 29. Neque enim ciuitas conſtare queat ex ſolis
          - Pauperibus, cùm nulla ſit futura rerum ad uitam neceſſariarum αὐτάρκεια, ad quam tamen ciuilis ſocietas omnia uidetur referre. N. 30.
          - Seruis, qui non modò non politicè, ſed ne œconomicè quidẽ cũ alijs ſocietatẽ ineundi ius habent. N. 31.
        - Interna, ſecundùm uirtutem, fortitudinem ſcilicet bellicam & militiam. N. 32. Nam ſine illa foris, ſine hac domi Reſpub. cõſeruari nequit, Num. 33.
      - Diſtinguit. Reſpub. ergo ſine bonis
        - Externis, Eſſe omnino nequit. Quod præſtat Fortuna. N. 34.
        - Internis, Bene eſſe nequit. Quod præſtat Inſtitutio. N. 35.
  - Accommodat ſuo inſtituto: ut quando Bonum illud tanquam finis Reip. unum nõ eſt, cuius excellentiæ ius imperij debetur, idcirco Reſp. etiam diuerſæ ſtatuãtur. Cap. XIII.

- **A. Diſputatur in utramq; partem: tum**
  - **Affirmatiuè.** Dicat fortaſſe aliquis, Cuiuslibet boni excellentiæ deberi excellentiam imperandi, tali ratiocinatione:
    - **Inæquales** iure quoq; & dignitatem imperij inæqualem habere debent. N.10.
    - **At** cuiuſcunq; boni diuerſitas inæquales facit.
    - **Ergo** ob cuiuſcunq; boni diuerſitatem ius quoq; & dignitas imperij variabit: utrorum ut inæquales hoc ipſo, licet in cæteris æquales, inæquales quoq; ſint imperio & dignitate. N.9.
  - **Negatiuè, tali ratiocinatione:**
    - **Si** uera eſt prædicta opinio, certè etiam minimorum bonorum, ut boni coloris, proceritatis, ſanitatis, roboris, celeritatis, in conferendo imperio ratio erit habenda. N.11.
    - **Atqui** bonũ bonorum ratio haberi nec debet nec poteſt. Quod quidem demonſtrat, tũ
      - **Similitudine**, quæ ſic perficiarum mendacium, nec profundas radices & extirpatu difficiles habens, redargui poteſt. N.12.
        - **Quemadmodum** in ſcientijs & facultatibus alijs ſe res habet, ita etiã in Politica.
        - **At** in reliquis facultatibus præmia excellentiæ dantur nõ cuilibet, ſed artis tantùm excellentiæ. N.13. In ſpecie una
          - **Proponit** Sic tibicinibus diuerſis dantur tibiæ diuerſæ pro cuiuſq; habitu: non ut excellunt nobilitate uel robore; ſed ut arte tibijs canendi. N.14.
          - **Declarat** uariè
            - ſec. N.15.
            - Aduerſ. Dantur enim tibiæ, ut canat, non ut ijs nobilitatem exerceat uel robur. N.16.
        - **Ergo** etiam in Politia ius imperij dandum eſt illi, non qui quouis bono excellit, ſed qui eo bono, quod ad imperium eſt aptum.
      - **Ratione** tali
        - **Si** non quæuis bona inter ſe comparari poſſunt, certè neq; in iure imperandi politico bonorum quorumuis ratio haberi poteſt uel debet.
        - **Sed** nõ quæuis bona inter ſe cõparari poſſunt. Nu. 17. Sic oſtẽdit
          - **Si** quælibet quorumuis bonorum magnitudo ſit conſideranda, omnia ſecũdùm naturam inter ſe ad comparandum apta forent. N.21. Deducit
            - **Si** quædam magnitudo & excellentia quorundam bonorum ſit conſideranda, etiam quælibet alia cum quælibet alia, ex natura ſua comparari poterit. Num. 18.
            - **At** quædam magnitudo & excellentia, V. G proceritatis corporis, uel ſanitatis, ut illi uolunt, conſideranda uenit.
            - **Ergo** quælibet alia cũ quælibet alia comparari poterit. Declarat, tum
              - **Quæ.** Nẽpe magnitudo
                - **Corporis** aut opum cum uirtute. N 19.
                - **Virtutis** cum reliquis. N.20.
              - **Quomodo.** Nu. 22. Nimirum ut comparatio fiat &
                - **Inæqualium.** Si tanta proceritas corporis, tanta animi uirtute inferior eſt.
                - **Aequalium** Ergo tãta proceritas tantæ uirtuti æqualis erit.
          - **At** non omnia inter ſe comparari ſecundùm naturam poſſunt. Nu. 23. Sed ea tantùm, quæ eiuſdem ſunt naturæ, ut lib. 7. Phyſic. quæq; genere non differunt, ut 10. Metaphyſicorum.
          - **Ergo** non qualibet quorumlibet magnitudo conſideranda erit.
        - **Ergo** non quorumlibet bonorum in iure imperandi politico ratio erit habenda. N.24. Declarat exẽplis. Sic in iure imperandi ratio habenda
          - **Non** eſt bonorum, quæ per ſe ad ſocietatem ciuilem non faciunt, nemeorum celeritatis uel tarditatis. N.25. Quorum potius bonum ratio habenda eſt in Gymnicis certaminib. N.26.
          - **Eſt** eorum, quæ ad ſocietatem ciuilem faciunt. Num. 27. Quæ mox declarabuntur.
  - **Ergo** falſa eſt illorum opinio.

CAPVT XIII.

Ex Boni publici diuerſitate Reſpub. uariare demonſtrat.

VT[1] ciuitas igitur maneat, uideretur uel cũcta uel q̃dã horũ rectè cõtrouerſari: ad[2] bene aũt uiuendũ diſciplina & uirt⁹ maximè iure bono cõtrouerſarẽtur, quẽadmodũ[3] etiam dictũ eſt pri⁹. Quia[4] aũt neq; omniũ rerũ ęqualitatẽ habere oportet illos, q æquales ſunt tantùm in uno quopiã: neq; inæqualitatem, qui inęquales ſunt in uno, neceſſe[5] eſt cunctas huiuſcemodi reſpub. depꝛauationes eſſe. Dictum[6] igitur eſt & prius, controuerſari aliquo modo iure omnes: ſimpliciter aũt nõ oẽs iure. Diuites[7] quidem, qđ plus regionis ipſi poſsidẽt: regio[8] aũt eſt cõmunis: p̃terea[9] qđ in cõtractib. magis plerũq; fidi. Liberi[10] aũt & nobiles, ut ꝓpinqui inter ſe. Ciues[11].n. magis, q magis ſunt generoſi, quã minimè generoſi: nobilitas[12] aũt apud cũctos domi honorata. p̃terea[13] ꝙ meliores uerisimile eſt creari e meliorib. nobilitas[14].n. eſt uirt⁹ generis. Eodẽ[15] iã pacto dicemus iure uirtutẽ quoq; cõtrouerſari. aptã[16].n. cõmunioni uirtutẽ iuſtitiã eſſe affirmam⁹, cui oẽs neceſſe eſt comitari alias. Atq[17] & plures cũ pauciorib. Sũt[18].n. potẽtiores & locupletiores & meliores, ut ſimul ſumtis pluribus aduerſus pauciores. Nunquid[19] igitur, ſi cuncti forent in una ciuitate, dico autem, ceu boni uiri & diuites & nobiles, itemq; alia quędam multitudo ciuilis, utrum controuerſia exoriretur, quos decet imperiũ habere, ſiue nulla exiſteret? In[20] ſingulis igitur rebuſp. quas diximus controuerſia uacat iudiciũ, quos decet imperiũ habere. Diſcrepãt[21].n. inter ſe hominib. ſũma in ipſis poteſtatẽ habẽtib. ceu[22] hęc q̃dẽ eo conſtat, ꝙ à diuitib: hęc[23] aũt, qđ a ſtudioſis uiris regatur: &[24] eodem pacto ſingulæ aliç. Sed[25] tñ uidem⁹, qñ eodẽ tẽpore hęc fuerint, q̃uo diſtinguẽdũ ſit. Si[26] iã numero forẽt pauci admodũ, q hñt imperiũ, q̃uo oportet diſtĩguere? an[27] qui dicti ſunt pauci, ad op⁹ oportet referre, ſi ualẽt adminiſtrare ciuitatẽ? uel[28] tot numero ſunt, ut cõſtet ciuitas ex ipſis? Eſt[29] aũt dubitatio q̃dam aduerſus oẽs, qui cõtrouerſantur de ciuilib. honorib. uiden[30].n. poſsẽt nihil iuſtũ dicere, qui poſtulãt ſe imperare cũ cõmẽdatiõe diuitiarũ: eodẽq; pacto, qui ob claritatẽ generis. Manifeſtũ[31].n. ꝙ, ſi qs un⁹ diuitior

ΠΡΟ'Σ[1] μὲν οὖν τὸ πόλιν εἶναι, δόξειεν ἂν ἢ πάντα, ἢ ἔνιά γε τούτων, ὀρθῶς ἀμφισβητεῖν. πρὸς[2] μέν τοι ζωὴν ἀγαθὴν ἡ παιδεία καὶ ἡ ἀρετὴ μάλιστα δικαίως ἂν ἀμφισβητοίησαν, καθάπερ[3] εἴρηται καὶ πρότερον. ἐπεὶ[4] δ' οὔτε πάντων ἴσον ἔχειν δεῖ τοὺς ἴσους ἕν τι μόνον ὄντας· οὔτε ἄνισον τοὺς ἀνίσους καθ' ἕν· ἀνάγκη[5] πάσας εἶναι τὰς τοιαύτας πολιτείας παρεκβάσεις. εἴρηται[6] μὲν οὖν καὶ πρότερον, ὅτι διαμφισβητοῦσι τρόπον τινὰ δικαίως πάντες· ἁπλῶς δ' οὐ πάντες δικαίως. οἱ[7] πλούσιοι μὲν, ὅτι πλεῖον μέτεστι τῆς χώρας αὐτοῖς· ἡ[8] δὲ χώρα κοινόν· ἔτι[9] πρὸς τὰ συμβόλαια πιστοὶ μᾶλλον, ὡς ἐπὶ τὸ πλέον. οἱ[10] δ' ἐλεύθεροι καὶ εὐγενεῖς, ὡς ἐγγὺς ἀλλήλων. πολῖται[11] γὰρ μᾶλλον οἱ γενναιότεροι τῶν ἀγεννῶν· ἡ δ'[12] εὐγένεια παρ' ἑκάστοις οἴκοι τίμιος. ἔτι[13] διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων. εὐγένεια[14] γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. ὁμοίως[15] δὴ φήσομεν δικαίως καὶ τὴν ἀρετὴν ἀμφισβητεῖν. κοινωνικὴν[16] γὰρ ἀρετὴν εἶναί φαμεν τὴν δικαιοσύνην, ᾗ πάσας ἀναγκαῖον ἀκολουθεῖν τὰς ἄλλας. ἀλλὰ[17] μὴν καὶ οἱ πλείους πρὸς τοὺς ἐλάττους· καὶ[18] γὰρ κρείττους, καὶ πλουσιώτεροι, καὶ βελτίους εἰσίν, ὡς λαμβανομένων τῶν πλειόνων πρὸς τοὺς ἐλάττους. ἆρ'[19] οὖν εἰ πάντες εἶεν ἐν μιᾷ πόλει (λέγω δ' οἷον οἵ τ' ἀγαθοὶ, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ εὐγενεῖς, ἔτι δὲ πλῆθος ἄλλο τι πολιτικὸν) πότερον ἀμφισβήτησις ἔσται, τίνας ἄρχειν δεῖ, ἢ οὐκ ἔσται; καθ'[20] ἑκάστην μὲν οὖν πολιτείαν τῶν εἰρημένων, ἀναμφισβήτητος ἡ κρίσις, τίνας ἄρχειν δεῖ. τοῖς[21] γὰρ κυρίοις διαφέρουσιν ἀλλήλων. οἷον[22] ἡ μὲν τῷ διὰ πλουσίων· ἡ δὲ[23] τῷ διὰ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν εἶναι· καὶ[24] τῶν ἄλλων ἑκάστη τὸν αὐτὸν τρόπον. ἀλλ'[25] ὅμως σκοποῦμεν, ὅταν περὶ τὸν αὐτὸν ταῦθ' ὑπάρχῃ χρόνον, πῶς διοριστέον. εἰ[26] δὴ τὸν ἀριθμὸν εἶεν ὀλίγοι πάμπαν οἱ τὴν ἀρετὴν ἔχοντες, τίνα δεῖ διελεῖν τὸν τρόπον; ἢ[27] τὸ ὀλίγοι πρὸς τὸ ἔργον δεῖ σκοπεῖν, εἰ δυνατοὶ διοικεῖν τὴν πόλιν· ἢ[28] τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὥστ' εἶναι πόλιν ἐξ αὐτῶν; ἔστι[29] δὲ ἀπορία τις πρὸς ἅπαντας τοὺς διαμφισβητοῦντας περὶ τῶν πολιτικῶν τιμῶν. δόξαιεν[30] γὰρ οὐδὲν λέγειν δίκαιον, οἱ διὰ τὸν πλοῦτον ἀξιοῦντες ἄρχειν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ κατὰ γένος. δῆλον[31] γὰρ ὡς εἴ τις πάλιν εἷς

AD[1] hoc igitur, ut ſit ciuitas, aut hæc omnia aut nõnulla certe ex his merito ambigere & contendere uideantur: ad[2] uitã honeſtã uerò doctrina & uirtus iuſtiſſime litigarint, quẽadmodũ[3] & antea dictũ eſt. Quoniã[4] aũt neq; omniũ rerum æqualem partẽ ferre debẽt, qui ſunt una quadã re tantum æquales, neq; inæquale, qui ſunt una re inæquales: neceſſe[5] eſt tales omnes reſp. adminiſtrãdæ formas a rectis deflectere ac deerrare. Dictum[6] aũt eſt etiã antea, omnes quodãmodo iure ambigere: ſimpliciter uero & abſolute nõ omnes iure. Diuites[7] quidẽ, quia agri terræq; plus eis ſuppetit: at[8] ager communis eſt: præterea[9] in reb. cõtrahendis magnã partem ſunt fideliores. Liberos[10] aũt & nobiles, ut inter ſe finitimos. Magis[11] enim ciues ſunt generoſi, quàm humili genere & obſcuro loco nati. nobilitas[12] aũt apud ſingulas nationes domi eſt honorata. præterea[13] quia uerisimile eſt, eos, qui ex melioribus nati ſunt, eſſe meliores: nobilitas[14].n. generis uirtus eſt. Similiter[15] igitur dicemus etiã uirtutẽ iure ambigere. uirtutem[16] enim dicimus ad omne genus ſocietatis accõmodatã atq; utile eſſe iuſtitiam, quam neceſſario cætera ſubſequuntur. Quin[17] & plures cũ paucioribus nõ immeritò contendant. Nã[18] etiã potentiores & ditiores & meliores ſunt, ſi plures ita ſumãtur, ut cũ paucioribus cõferãtur. Vtrũ[19] igitur ſi iſti oẽs eſſent in una ciuitate, boni inquã, & diuites, & nobiles, & præterea alia multitudo ciuilis, cõtrouerſia aliqua inter hos et multitudinẽ futura eſt, quos reip. præeſſe oporteat, nécne? In[20] unaquaq; igitur earũ reip. adminiſtrãdæ formarũ, quæ antè dicta ſunt, incõtrouerſum iudiciũ eſt, quos reip. præeſſe oporteat. Illarũ[21] enim inter ſe differentia, ex eorũ, qui dominationẽ et auctoritatem in ciuitate obtinet, differẽtia naſcitur: uerbi[22] gratia, alia quòd penes diuites ſumma ſit poteſtas, alia[23] quòd penes uiros bonos, & uirtute præſtãtes: idẽq;[24] de unaquaq; aliarũ ſentiendũ. Verũtamẽ[25] uideamus, tũ uno eodẽq; tẽpore hæc preſto ſunt, quomodo ſint definienda. Si[26] igitur ij, qui uirtute præditi ſunt, pauci ſint omnino numero, quænã diſtinctio adhibẽda, quæue ratio ineũda eſt? an[27] paucitas ex opere ſpectãda eſt, poſsintne hi adminiſtrare ciuitatẽ? an[28] tot numero eſſe debẽt, ut ex his poſsit cõſtare ciuitas? Dubitatio[29] aũt quædã eſt in omnib. qui de ciuilib. honoribus ambigũt. Videantur[30] enim nullam iuſtam cauſam afferre, qui ſe propter diuitias imperare poſtulant: itemq; qui propter genus. Apparet[31] enim, ſi quis rurſus unus

nus

omnib.eſt, eodē iure hunc unū
imperiū habere in oēs oporte-
bit:eodē 32 pacto,& q prȩſtat no
bilitate eos, qui cōtrouerſant,
freti eo qđ liberis parentib.na-
ti ſunt.Idē 33 aūt hoc fortaſſe cō
tinget & in ſtatib.optimorū de
uirtute. Si 34 enim aliquis unus
uir melior eſſet cȩteris,qui ſunt
in ea repub. ſtudioſis exiſtētib.
hūc dominari oporter eodē ge
nere iuris. Sequeretur, 35 ſi mul-
titudinē oportet ſummā pote-
ſtatē habere, quia potentiores
ſunt paucis: & ſi unus, uel plu-
res ſanè uno,pauciores tñ mul-
tis,potētiores forent alijs: hos
oporteret potius ſummā pote-
ſtatē habere, quā multitudinē.
Cūcta 16 iam hȩc uidētur planū
facere,nullū horū finiū rectū eſ-
ſe,per quē poſtulant ipſi quidē
imperiū habere,cȩteros autem
oēs ſibi parēre.Etenim 37 & ad-
uerſus eos. qui ob uirtutem po
ſtulant ſe pṙincipes eſſe reipub.
atq; eodē pacto illos, qui ob di
uitias, poſſent dicere multi ra-
tionē quādā iuſtā.Nihil 38 enim
uetat,quin aliquando multitu-
do ſit melior,quā pauci,& locu
pletior: nō tamē ut ſinguli, ſed
ut toti ſimul. Quapropter 39 &
aduerſus quæſtionē, qua quæ-
rūt,quāq; ponunt nōnulli,licet
hoc modo occurrere.Dubitant
40 enim quidā,utrū legiſlator,
q uelit ferre leges rectiſsimas,
debeat referre ſe ad id,quod cō
ducit melioribꝰ,ſiue quod plu-
ribus,quādo cōtigerit, quod di
ctum eſt. Rectū 41 aūt ſumendū
eſt æqualiter.Aequaliter 42 aūt
rectū ad totius ciuitatis utilita-
tē,& ad cōmune ciuiū. Ciuis 43
aūt cōmuniter quidem eſt, qui
particeps eſt imperādi & parē-
di: in 44 ſingulis aūt rebuſp. di-
uerſus:ad 45 optimā uerò,q uim
& poteſtatē eā habet atq; id eli
git,ut pareat alieno imperio,&
imperet ad uitam,ex uirtute.Si
46 aūt eſt unus quidā tantū prȩ-
ſtās exuperātia uirtutis:uel plu
res quidē uno,nō tot tamen,ut
ualeāt ex ſe cōplere ciuitatē,ita
ut cōferri nō poſsit cæterorum
omniū uirtus, neq; facultas ci-
uilis,cū illorū, ſi plures ſunt: ſi
uerò unus,cū illius ſolū:nō am
plius 47 ponere oportet hos par
tē ciuitatis.Iniuriā 48 enim acci
pient æqualibus digni habiti,
cùm tantum inæquales ſint uir
tute & ciuili facultate. Tanquā
49 enim Deum inter homines
ueri-

πλουσιώτερος ἁπάντων ἐστί, δῆλον
ὅτι κατὰ τὸ αὐτὸ δίκαιον τοῦτον ἄρχειν
τὸν ἕνα ἁπάντων δεήσει. ὁμοίως 32 δὲ
καὶ τὸν εὐγενείᾳ διαφέροντα, τῶν ἀμ-
φισβητούντων δι' ἐλευθερίαν. ταυτὸ
33 δὲ τοῦτ' ἴσως συμβήσεται καὶ περὶ τὰς
ἀριστοκρατίας ἐπὶ τῆς ἀρετῆς. εἰ 34
γάρ τις εἷς ἀμείνων ἀνὴρ εἴη τῶν ἄλ-
λων, τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι σπουδαί-
ων ὄντων, τοῦτον εἶναι δεῖ κύριον κατὰ
ταυτὸ δίκαιον. οὐκοῦν 35 εἰ καὶ τὸ πλῆ-
θος εἶναί γε δεῖ κύριον, διότι κρείτ-
τους εἰσὶ τῶν ὀλίγων κἂν εἷς, ἢ πλείους
μὲν τοῦ ἑνός, ἐλάττους δὲ τῶν πολλῶν,
κρείττους ὦσι τῶν ἄλλων, τούτους ἂν δέ-
οι κυρίους εἶναι μᾶλλον, ἢ τὸ πλῆ-
θος. πάντα 36 δὴ ταῦτ' ἔοικε φανε-
ρὸν ποιεῖν, ὅτι τούτων τῶν ὅρων οὐδεὶς
ὀρθός ἐστι, καθ' ὃν ἀξιοῦσιν αὐτοὶ μὲν
ἄρχειν, τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ σφῶν ἄρ-
χεσθαι πάντας. καὶ 37 γὰρ δὴ καὶ πρὸς
τοὺς κατ' ἀρετὴν ἀξιοῦντας κυρίους εἶ-
ναι τοῦ πολιτεύματος, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς
κατὰ πλοῦτον, ἔχοιεν ἂν λέγειν τὰ
πλήθη λόγον τινὰ δίκαιον. οὐδὲν 38 γὰρ
κωλύει ποτὲ τὸ πλῆθος εἶναι βέλτιον
τῶν ὀλίγων, καὶ πλουσιώτερον· οὐχ ὡς
καθ' ἕκαστον, ἀλλ' ὡς ἀθρόους. διὸ
39 καὶ πρὸς τὴν ἀπορίαν, ἣν ζητοῦσι, καὶ
προβάλλουσί τινες, ἐνδέχεται τοῦτον τὸν
τρόπον ἀπαντᾶν. ἀποροῦσι 40 γάρ τι-
νες πότερον τῷ νομοθέτῃ νομοθετη-
τέον, βουλομένῳ τίθεσθαι τοὺς ὀρθοτά-
τους νόμους, πρὸς τὸ τῶν βελτιόνων
συμφέρον, ἢ πρὸς τὸ τῶν πλειόνων, ὅ-
ταν συμβαίνῃ τὸ λεχθέν. τὸ 41 δ' ὀρ-
θὸν ληπτέον ἴσως· τὸ 42 δ' ἴσως ὀρ-
θὸν πρὸς τὸ τῆς πόλεως ὅλης συμφέ-
ρον, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τὸ τῶν πολιτῶν. πο-
λίτης 43 δὲ κοινῇ μὲν ὁ μετέχων τοῦ
ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι ἐστί· καθ' 44 ἑκά-
στην δὲ πολιτείαν ἕτερος· πρὸς 45 δὲ τὴν
ἀρίστην ὁ δυνάμενος καὶ προαιρούμε-
νος ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν πρὸς τὸν βίον
τὸν κατ' ἀρετήν. εἰ 46 δέ τις ἐστὶν εἷς το-
σοῦτον διαφέρων κατ' ἀρετῆς ὑπερ-
βολήν, ἢ πλείους μὲν ἑνός, μὴ μέν-
τοι δυνατοὶ πλήρωμα παρέχεσθαι
πόλεως· ὥστε μὴ συμβλητὴν εἶναι τὴν τῶν
ἄλλων ἀρετὴν πάντων, μηδὲ τὴν δύνα-
μιν αὐτῶν τὴν πολιτικὴν πρὸς τὴν ἐκεί-
νων, εἰ πλείους· εἰ δ' εἷς, τὴν ἐκείνου μό-
νον· οὐκέτι 47 θετέον τούτους μέρος πό-
λεως. ἀδικήσονται 48 γὰρ ἀξιούμενοι τῶν
ἴσων, ἄνισοι τοσοῦτον κατ' ἀρετὴν ὄν-
τες, καὶ τὴν πολιτικὴν δύναμιν.
ὥσπερ 49 γὰρ θεὸν ἐν ἀνθρώποις εἰ-

*unus cæteris omnib. diuitior ſit, propter
eandem rationem ſcilicet fore, ut unus
in omnem imperiū habeat: ſimiliterq; 32
ſi quis generis nobilitate excellat, is im
peret, qui propter libertatem de impe-
rio ambigunt. Hoc 33 idem autem for-
taſſe eueniet etiā in ea reſp. adminiſtran
da forma, in qua optimi uiri rerum po-
tiuntur, quæ ariſtocratia dicitur, ſi
quis uirtute ciuibus alijs antecellat. Nā
34 ſi quis unus aliorum omnium, qui in
adminiſtratione reſpub. boni ſunt, ſit
optimus, penes hunc eſſe arbitrium &
poteſtatem oportet eodem iure. Ergo 35
ſi etiam penes multitudinem ſummam
poteſtatem eſſe oportet, propterea quod
multi plus poſsint, quàm pauci: conſe-
quens eſt, ut, ſi unus, aut plures quidem
uno, ſed pauciores multis, plus poſsint,
quàm alij: penes hos potius, quàm penes
multitudinem, ſummam poteſtatem eſ-
ſe oporteat. Hæc 36 igitur omnia uiden-
tur planum facere, horum finium &
quaſi terminorum nullum eſſe rectum,
ex quo ij ſe quidem reſpub. præeſſe &
imperare, alios autem omnes ſuo im-
perio ſubiectos eſſe poſtulant. Nā 37 ad
eos, qui uirtutis nomine poſtulent ſe in
repub. adminiſtranda dominatum atq;
auctoritatem obtinere, ſimiliter & ad
eos, qui ob diuitias, poſſit plebs & mul
titudo rationem quandam iuſtam oppo
nere. Nihil 38 enim obſtat, quo minus
interdum multitudo paucis & melior
ſit, & locupletior, non ut ſinguli, ſed ut
conferti & uniuerſi. Quocirca 39 etiam
ad dubitationem & quæſtionem, quā
proponunt quidam, licet hoc modo re-
ſpondendo occurrere. Dubitant 40 enim
nonnulli, utrum ſcriptor legis, qui leges
optimas ferre uelit, in legibus ſcriben-
dis utilitatem meliorum, an plurium
intueri debeat, cùm id, quod dictū eſt,
euenit. Rectum 41 autem fortaſſe ſumen
dum eſt. Fortaſſe 42 uerò id rectū eſt,
quod ad totius ciuitatis utilitatem, &
ad rem omniū ciuium cōmunem & pu
blicam pertinet. Ciuis 43 porrò eſt com-
muniter quidem is, qui imperandi &
parendi eſt particeps: in 44 unaquaq;
autem rep. diſsimilis ac diuerſus eſt: in
45 optima uero is, qui poteſtatē habet,
& conſiliū capit parendi & imperan
di, propoſita ſibi uita ex uirtute degen-
da. Si 46 quis aūt unus, aut plures qui-
dē uno, nō tamen ita multi, ut iuſtam ci
uitatis magnitudinē explere poſsint, tā
topere alijs antecellant præſtantia atq;
exſuperātia uirtutis, ut aliorum omniū
neq; uirtus, neq; potentia ciuilis, ſi ſint
plures, cū illorū uirtute & potentia ſit
cōparanda: ſin unus, cum illius tantum:
non 47 iam hi ſunt in partibus ciuitatis
numerandi. iniuria 48 enim afficien-
tur, ſi æqualia mereri iudicabuntur, & non ampliora, qui tantopere ſint uirtute
& potentia ciuili inæquales ac ſuperiores. Probabile 49 enim eſt, eum, qui talis
ſit,*

uerisimile eſt talem eſſe. Vnde [50] planum fit, neceſſe eſſe leges ferri in æqualibus & genere & poteſtate. Contra [51] uerò tales non eſt lex. Ipſi [52] namque ſunt lex. Riſum [53] enim de ſe excitaret, qui experiretur lege ipſos illigare: dicerent [54] enim fortaſſe eadem illa, quæ Antiſthenes ait leones dixiſſe, cùm in concione uerba facerent lepores, poſtularentq́;, ut omnes æquũ terũ haberẽt. Quare [55] oſtraciſmum ſtatuerũt ciuitates, quæ à multitudine regũtur, ob huiuſcemodi cauſam. Hæ [56] nãq; uidentur maximè omniũ ſequi æqualitatẽ. Quare eos, qui uidentur plurimum antiſtare poteſtate propter diuitias, uel multitudinem amicorũ, aut alias quaſdam huiuſcemodi opes, notabant, & e ciuitate eijciebant ad certa quædam tempora. Fertur [57] aũt & Argonautas Herculem reliquiſſe ob huiuſcemodi cauſam: neq; [58] enim uelle ipſum remis agere nauim unà cũ alijs, ut qui antiſtaret multũ nautis. Quare [59] eos, qui uituperãt tyrannidẽ, & cõſiliũ, qđ dedit Periãder Thraſybulo, nõ ſimpliciter putandũ eſt rectè increpare. Aiunt [60] .n. Periandrũ nihil ſanè dixiſſe præconi, miſſo ad ſe, de cõſilio, quo iuuari uolebat: dementẽ aũt eminẽtes ſpicas, adæquaſſe ſegetẽ: unde neſciente præcone cauſam facti, nũciante autem, quod factũ uiderat, intellexiſſe Thraſybulum oportere uiros, qui cæteris antiſtant, interimere. Hoc [61] .n. nõ ſolũ tyrãnis ꝓdeſt, neq; tyrãni ſoli faciunt: ſed eodẽ pacto ſe habet & in dominatib. paucorũ, & in ſtatib. multitudinis. Oſtraciſmus [62] .n. eandẽ uim habet aliquo modo, quam habet contérere illos, qui antecellunt, & in exilium mittere. Idem [63] autem in ciuitates & gentes faciunt, qui rerum potiuntur: ueluti [64] Athenienſes in Samios, & Chios, & Lesbios. Statim enim ut firmiter imperium adepti ſunt, contriuerunt ipſos contra pacta. Rex [65] autem Perſarum Medos & Babylonios, & aliorum, qui magnos ſpiritus gerebãt, quia antea imperium obtinuerant, ſæpe labefactauit. Quæſtio [66] autem in uniuerſum eſt de omnibus rebuſpublicis, etiam rectis. Quæ [67] namque

κὸς εἶναι τὸν τοιοῦτον. ὅθεν [50] δῆλον, ὅτι καὶ τὴν νομοθεσίαν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ τοὺς ἴσους καὶ τῷ γένει καὶ τῇ δυνάμει. κατὰ [51] δὲ τῶν τοιούτων, οὐκ ἔστι νόμος. αὐτοὶ [52] γάρ εἰσι νόμος. καὶ [53] γὰρ γελοῖος ἂν εἴη νομοθετεῖν τις πειρώμενος κατ' αὐτῶν. λέγοιεν [54] γὰρ ἂν ἴσως, ἅπερ ἀντισθένης ἔφη τοὺς λέοντας δημηγορούντων τῶν δασυπόδων, καὶ τὸ ἴσον ἀξιούντων πάντας ἔχειν. διὸ [55] καὶ τίθενται τὸν ὀστρακισμὸν αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις, διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν. αὗται [56] γὰρ δὴ δοκοῦσι διώκειν τὴν ἰσότητα μάλιστα πάντων. ὥστε τοὺς δοκοῦντας ὑπερέχειν δυνάμει διὰ πλοῦτον, ἢ πολυφιλίαν, ἤ τινα ἄλλην πολιτικὴν ἰσχὺν, ὠστράκιζον, καὶ μεθίστασαν ἐκ τῆς πόλεως χρόνους ὡρισμένους. μυθολογεῖται [57] δὲ καὶ τοὺς ἀργοναύτας τὸν ἡρακλέα καταλιπεῖν διὰ τοιαύτην αἰτίαν. οὐ [58] γὰρ ἐθέλειν αὐτὸν ἄγειν τὴν ἀργὼ μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τῶν πλωτήρων. διὸ [59] καὶ τοὺς ψέγοντας τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν περιάνδρου θρασυβούλῳ συμβουλίαν, οὐχ ἁπλῶς οἰητέον ὀρθῶς ἐπιτιμᾶν. φασὶ [60] γὰρ τὸν περίανδρον εἰπεῖν μὲν οὐδὲν πρὸς τὸν πεμφθέντα κήρυκα, περὶ τῆς συμβουλίας. ἀφαιροῦντα δὲ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν σταχύων, ὁμαλῦναι τὴν ἄρουραν. ὅθεν ἀγνοοῦντος μὲν τοῦ κήρυκος τοῦ γινομένου τὴν αἰτίαν, ἀπαγγείλαντος δὲ τὸ συμπεσὸν, συννοῆσαι τὸν θρασύβουλον, ὅτι δεῖ τοὺς ὑπερέχοντας ἄνδρας ἀναιρεῖν. τοῦτο [61] γὰρ οὐ μόνον συμφέρει τοῖς τυράννοις, οὐδὲ μόνον οἱ τύραννοι ποιοῦσιν. ἀλλ' ὁμοίως ἔχει καὶ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας, καὶ τὰς δημοκρατίας. ὁ [62] γὰρ ὀστρακισμὸς τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρόπον τινὰ, τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας, καὶ φυγαδεύειν. τὸ [63] δ' αὐτὸ καὶ περὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη ποιοῦσιν οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως. οἷον [64] ἀθηναῖοι μὲν περὶ σαμίους, καὶ χίους, καὶ λεσβίους. ἐπεὶ γὰρ θᾶττον ἐγκρατῶς ἔσχον τὴν ἀρχὴν, ἐταπείνωσαν αὐτοὺς παρὰ τὰς συνθήκας. ὁ [65] δὲ περσῶν βασιλεὺς μήδους καὶ βαβυλωνίους, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πεφρονηματισμένους, διὰ τὸ γενέσθαι ποτ' ἐπ' ἀρχῆς, ἐπέκοπτε πολλάκις. τὸ [66] δὲ πρόβλημα καθόλου περὶ πάσας ἐστὶ τὰς πολιτείας, καὶ τὰς ὀρθάς. αἱ [67] μὲν γὰρ παρεκ-

ſit, Deũ quendã eſſe inter homines. Ex [50] quo intelligere licet, & totam rationem legum ferendarũ ad æquales & genere & potentia referri ac pertinere. In [51] tales autem uiros legem nõ eſſe. Ipſi [52] enim ſunt lex. Etenim [53] ridiculus ſit, qui conetur in eos leges ferre. dicerent [54] enim fortaſſe, quod Antiſthenes ait leones dixiſſe, orationem in concione habentibus leporibus, & ut omnes æqualia obtinerent poſtulantibus. Quapropter [55] & decernunt oſtraciſmum, id eſt exſulium decennale per teſtam, ſine ignominia, eæ ciuitates, in quibus populus rerum potitur, propter huiuſmodi cauſam. Hæ [56] enim maximè omnium æqualitatem perſequi uidentur. Itaq; qui uidebantur potentia excellere propter diuitias, aut amicorum multitudinem, aut alias aliquas uires ciuiles, eos exſulio decennali per teſtæ iactum è patria pellebant, & ad definitum tempus è ciuitate ſummouebant. Fabulantur [57] autem etiam Argonautas Herculem propter talem cauſam reliquiſſe. noluiſſe [58] enim Argo nauem eum cum alijs uehere, ut longo interuallo cæteros uectores ſuperantem. Quocirca [59] & ij, qui tyrannidem conſiliumq́, quod dedit Periander Thraſybulo, uituperant, non ſunt exiſtimandi ſimpliciter id rectè reprehendere. Aiunt [60] enim Periandrum nihil illum quidem ei nuncio, qui miſſus fuerat, de eo, quod conſuleretur, reſpondiſſe: ſed ſpicas eminentes demendo, ſegetem adæquaſſe. ex quo cùm eius quidem, quod ab illo fieret, cauſam nuncius ignoraret, id autem, quod accidiſſet, renunciaſſet: intellexiſſe Thraſybulum, uiros egregios & præſtantes de medio eſſe tollendos. Hoc [61] enim non ſolum tyrannis expedit, neq; hoc tyranni tantum faciunt, ſed ſimilis etiam in oligarchijs & democratijs ratio locum habet. Nam [62] ciuium per teſtam è ciuitate pellẽdorum ratio (oſtraciſmum appellant Græci) idem ualet quodam modo atq; incidere ac decurtare pẽnas uiris præſtantibus, eosq́; ſolum uertere iubere. Idem [63] autem faciunt etiam in ciuitatibus & gentibus ij, penes quos ſumma eſt poteſtas. exempli [64] gratia, Athenienſes in Samijs & Chijs & Lesbijs. Nam ubi primum imperij compotes fuerunt, præter conuentiones, eos humiles reddiderunt ac depreſſerunt. Iam [65] rex Perſarum Medis & Babylonijs, & nonnullis alijs, ijs qui maiores ſpiritus gerebant, eo quod aliquando imperium obtinuiſſent, ſæpenumero uires imminuit atq; amputauit. Quæſtio [66] autem à nobis poſita uniuerſe ad omnes reipublicæ adminiſtrandæ formas, etiam rectas, pertinet. Nam [67] ea ſanè, quæ

deprauatæ ſunt, ad proprias utilitates uerſæ, hoc gerunt: nec [68] tamen non in illis, quę commune bonum ſpectant, hoc eodẽ modo fit. Planũ [69] aũt hoc eſt & in aliis artibus & ſcientiis: neq; [70] enim pictor ſineret animal habere pedẽ excedentẽ iuſtam menſurã, neq; etiã ſi pulcritudine præſtaret: neq; [71] faber naualis puppim, uel quampiam aliarũ partiũ nauis: neq; [72] iam magiſter chori maius & pulcrius omni choro canentẽ ſineret in choro manere. Quapropter [73] ob hãc cauſam nihil uetãt principibus cõuenire cũ ciuitatibus, ſi ob ſuũ propriũq; imperium, quod utile eſt ciuitatibus, hoc faciunt. Quare [74] in exuperantiis, de quibus conſenſeruut, habet iuſtum quoddam ciuile ratio de oſtraciſmo. Melius [75] igitur fuiſſet ab initio legiſlatorem ſic conſtituiſſe rempublicam, ut non eguiſſet huiuſcemodi curatione: ſecunda [76] autem nauigatio, ſi accidat, eniti, huiuſcemodi aliqua correctione corrigere. Quod [77] non fiebat in ciuitatibus. nõ enim ſpectabant ad ſuæ propriæq; reip. utilitatem: uerùm ſeditioſè utebãtur oſtraciſmis. In [78] deprauatis igitur rebuſp. priuatim hoc prodeſſe, & iuſtũ eſſe apertũ eſt. Fortaſſe [79] autem non eſſe ſimpliciter iuſtum, & hoc apertum eſt. Sed [80] in optima rep. multa de hoc quæſtio eſt, non de exuperantia aliorũ bonorũ: ceu uiribus corporis, diuitiis, multitudine amicorũ: ſed ſi quis præſtans uirtute fuerit, quid illo faciendum eſt? Non [81] enim uideretur rectum eſſe, eiicere ex oppido, & iubere ſolum mutare huiuſcemodi uirum. Sed [82] etiam minimè imperium in ipſum exercere. Simile [83] namque foret, ac ſi Ioui imperare poſtularent, partientes imperia. Reſtat [84] igitur, quod uidetur, natos eſſe omnes ad ad parendum tali uiro libenter, ita [85] ut reges perpetui ſint tales in ciuitatibus.

παρεκβεβηκυίαι πρὸς τὸ ἴδιον ἀποσκοποῦσαι, τοῦτο δρῶσιν· οὐ [68] μὴν ἀλλὰ περὶ τὰς τὸ κοινὸν ἀγαθὸν ἐπισκοπούσας τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον. δῆλον [69] δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν. οὔτε [70] γὰρ γραφεὺς ἐάσειεν ἂν τὸν ὑπερβάλλοντα πόδα τῆς συμμετρίας ἔχειν τὸ ζῶον, οὐδ᾽ εἰ διαφέροι τὸ κάλλος· οὔτε [71] ναυπηγὸς πρύμναν, ἢ τῶν ἄλλων τι μορίων τῶν τῆς νεώς· οὐδὲ [72] δὴ χοροδιδάσκαλος τὸν μεῖζον καὶ κάλλιον τοῦ παντὸς χοροῦ φθεγγόμενον ἐάσει συγχορεύειν. ὥστε [73] διὰ τοῦτο μὲν οὐδὲν κωλύει τοὺς μονάρχους συμφωνεῖν ταῖς πόλεσιν, εἰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς, ὠφελίμου ταῖς πόλεσιν οὔσης, τοῦτο δρῶσι. διὸ [74] κατὰ τὰς ὁμολογουμένας ὑπεροχὰς ἔχει τι δίκαιον πολιτικὸν ὁ λόγος, ὁ περὶ τὸν ὀστρακισμόν. βέλτιον [75] μὲν οὖν τὸν νομοθέτην ἐξ ἀρχῆς οὕτω συστῆσαι τὴν πολιτείαν, ὥστε μὴ δεῖσθαι τοιαύτης ἰατρείας· δεύτερ[ος] [76] δὲ πλοῦς, ἂν συμβῇ, πειρᾶσθαι τοιούτῳ τινὶ διορθώματι διορθοῦν. ὅπερ [77] οὐκ ἐγίνετο περὶ τὰς πόλεις· οὐ γὰρ ἔβλεπον πρὸς τὸ τῆς πολιτείας τῆς οἰκείας συμφέρον, ἀλλὰ στασιαστικῶς ἐχρῶντο τοῖς ὀστρακισμοῖς. ἐν [78] μὲν οὖν ταῖς παρεκβεβηκυίαις πολιτείαις, ὅτι μὲν ἰδίᾳ συμφέρει καὶ δίκαιόν ἐστι, φανερὸν ἴσως· [79] ὅτι δὲ καὶ οὐχ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τοῦτο φανερόν. ἀλλ᾽ [80] ἐπὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας ἔχει πολλὴν ἀπορίαν, οὐ κατὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν τὴν ὑπεροχήν, οἷον ἰσχύος καὶ πλούτου, καὶ πολυφιλίας· ἀλλὰ ἄν τις γένηται διαφέρων κατὰ ἀρετήν, τί χρὴ ποιεῖν; οὐ [81] γὰρ δὴ φαῖεν ἂν δεῖν ἐκβάλλειν, καὶ μεθιστάναι τὸν τοιοῦτον. ἀλλὰ [82] μὴν οὐδ᾽ ἄρχειν γε τοῦ τοιούτου. παραπλήσιον [83] γὰρ κἂν εἰ τοῦ Διὸς ἄρχειν ἀξιοῖεν, μερίζοντες τὰς ἀρχάς. λείπεται [84] τοίνυν, ὅπερ ἔοικε, πεφυκέναι πείθεσθαι τῷ τοιούτῳ πάντας ἀσμένως, ὥστε [85] βασιλέας εἶναι τοὺς τοιούτους ἀϊδίους ἐν ταῖς πόλεσιν.

quæ à recto deflexerunt ac deerrarũt, utilitatem priuatam ſpectantes hoc agunt: ueruntamen [68] in iis, quæ utilitatem reip. intuentur, eodem modo ſeſe habet. Licet [69] autem hoc intelligere etiam in aliis artibus ac ſcientiis. nam [70] neq; pictor animalis pedem eſſe maiorem ſinat, quam pactum inter ſe commenſus & conuenientia poſtulat, ne ſi pulcritudine quidem excellat: neque [71] nauium opifex puppim, aliámue nauis partem reliquis iuſto maiorem eſſe patiatur: neque [72] chori magiſter eum, qui uoce ſonum maiorem & meliorẽ, quàm chorus uniuerſus edat, in chorũ recipiat, & cum eo ſaltare & cantare ſinat. Itaque [73] nihil obſtat, quo minus principes ſoli imperãtes, quos monarchos appellant Græci, hac quidem de cauſa, cum ciuitatibus concordent & concinant, ſi, cùm proprium eorum imperium ciuitatibus utile ſit, hoc faciãt. Quocirca [74] in excellentiis inconfeſſis, & de quibus inter omnes conuenit, ciuile quoddam ius habet iſti acſmi ratio. Præſtat [75] igitur latorem quidem legũ ſtatim ab initio, reip. adminiſtrandæ formam ita concinnare, ut nõ egeat tali remedio: ſin [76] forte euenerit, ſecunda nauigatio eſt, tali quadam medicina adhibita ſanare conari. Quod [77] in ciuitatibus non fiebat. nõ enim ſua reipub. adminiſtrandæ forma utilitatem ſpectabant, ſed ſeditioſe oſtraciſmis utebantur. In [78] reip. igitur adminiſtrandæ formis, quæ à recto deflexerunt, hoc priuatim expedire & iuſtum eſſe, perſpicuum eſt. Fortaſſe [79] uero etiam non ſimpliciter eſſe iuſtum, ne hoc quidem obſcurum eſt. Sed [80] in optima reipub. adminiſtrandæ forma multam habet dubitationem ad explicandum difficilem, non ſi ſit in aliquo aliorum bonorũ excellentia (uerbi gratia, uirium, & diuitiarum, & amicorum multitudinis) ſed ſi quis extiterit, qui uirtute alijs præſtet, quid ſit opus facto. Non enim [81] iam dixerint talem uirum eſſe exigendum, atq; e patria exterminandum: neque [82] uero tali uiro imperandum. Simile [83] enim fuerit, atq; ſi imperia partientes ſe Ioui imperare poſtularent. Reliquum [84] igitur eſt (quod uidetur ita comparatũ eſſe natura) ut omnes huic ultro pareant, ac libenter: & [85] quidem ita, ut tales uiri in ciuitatibus ſint perpetui reges.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Vt ciuitas igitur.) Hæc eſt concluſio totius rationis. inquit enim: Vt ciuitas igitur ſit, uideri poſſunt hæc omnia requiri, aut ſaltem aliqua ipſorum. Sine diuitiis namque & libertate nullo modo manet ciuitas, ut docuit: ac fortaſſe etiam ſine diſciplina & uirtute, quam dixit. Iure igitur optimo hæc omnia contendere inter ſe dicit de hoc præclaro bono. Vt bene autem beateq; illic uiuatur, in primis efficere inquit inſtitutionem optimam ac uirtutem, præcipueq; ipſas iuſtã cauſam habere ſibi aſciſcendi hanc laudem, ut à ſe traditum prius eſſe affirmat.

Quis autem neq;.) Quærit, oporteatne mandari magiſtratus illis, qui uicerint cæteros in poſſeſſione & copia alicuius eorum bonorum, quæ appellauit. Vtitur autem quaſi ſolo ac fundamento eius, quod probare uult, propoſitione ſatis certa,

m certe, & quæ è ſupe cince diſputetione cõtraȓioq. ipſine elicitur. illa eutem eſt: Non debere æquales one tentum in te æqualitatem umulum bonorum obtinere: quemadmodum etiam qui inæquales impecceſque fuerint une itidẽ in eo ſelnm, inæqualiter in omnib diſtribuendis tractari. Redditio uerò huius, oslhatum planetum ſententiarum eſt, quod adiungit, Neceſſe eſſe, ut omnes huiuſcemodi reſp ſint uitioſæ, & quaſi labes depreuationeſque uerecum rerumpublicarum. Tangens igitur, quæ iam demonſtrauit, inquit, à ſe ſupra dictum eſſe, cunctos, qui ſopetant cæteros uberta te barum rerum, aliquo modo iuſtè poſtulate imperium, fretniſque exuperantia ſua contendere cum illis, qui putant ſe meliores, anteponendoſque & ipſos magis ornetos, quàm ipſi ſint, alio bono: ſed tamen non omnino ſimpliciterq; iuſtè id poſtulate: quia res ea, qua antecellunt eduerſecijs, nõ talis eſt, ut debeat taoto honore compeoſaci. Ocditor autem à locupletibus ſtatuq. paucorum, qui ipſis placet.

D utes quidem, quod)Quæ r s animos addant diuitibos ad gubernaculum reip. ſtegitandum, exponit. Duæ autem illæ ſunt, quarum prior eſt, quòd maiorem pertem agrorum ipſi poſſident: pauperes autem, aut nullam aut puſillam admodum. ager autem ipſe, inquit, & regio, publice res eſt. ius enim in eam totam reſp. habet, etſi poſtea diuiſa fuit, omnibuſque aſſignata. Altera eſt quie fecuent magis, quæ pepigerunt, fideliſq; ſunt in contractibus plerunque neque enim egeſtas imoellit ipſos ad fraudem. quæ cauſa ſæpè eſt, ut ipſam uiolent fidemq; fallãt egeni. nõ enim intellexit, eos ideliores eſſe ciuitati, ut quidam acceperunt. Plerunque autem, inquit, quie inueniuntur aliquando illius loci atque ordinis homines, qui fraudulenti ſint, quia ſitis pecuniæ non facile expletor.

Liberi autem & nobiles.)Liberi autem homines & nobiles contendunt de honoribus publicis, coniunctis animis & cõſilijs. arbitrantur enim ingenui omnes, ſe non ualde inferiores eſſe nobilibus, quamuis non tantem generis claritatẽ habeant. putantque cunctos, qui liberi ſint, poſſe nõ ſine cauſa habere nobiles, quia libertas ſit nota norma huius rei. Quæ ſequuntur poſita ſont, ad oſtendẽdum nobiles uideri dignos imperio. Magis enim, inquit, ciues ſont generoſiores, quàm ſpoliati hoc bono & ignobiles. Nobilitas autẽ omnibus in terris exiſtimata eſt res præclara, & quæ ornet magnopere participes ipſios. Altera ratio eſt. nam duobus etiam hi argumentis utebantur ad cauſam ſuam finemque adiuuendum. Meliores enim, aiebant, naſcuntur è melioribus: nobilitas enim nihil aliud eſt, quam uirtus alicuius generis & familiæ. Quare cum uictoris huius compotes ſint, meliores profectò exiſtimandi ſunt, quam uacui ab illa.

Eodem iam pacto.)Docet, eodem pecto iure optimo uirtutem controuerſari de ſummo loco in ciuitate. Argomento autem tali utitur. ſumit enim unam uirtutem, quem iuſtam cauſam habere dicit petẽdi imperium, cùm ſit ualde prona ad uniuerſam ciuitatem iuuandem, communionemq, ciuium tuendam: illa eutem eſt iuſtitia. Addit eutem, ubi ſit hæc una, integra tamen abſolutaque, illic oneceſſario exiſtere cæteras uirtutes: quia ipſi arunt hæc natura eſt, ut ſibi motoo comitentur.

At qui & plures.)Oſtendit, plures quoque habere, quod dicant aduerſus pauciores, ut declarent ſibi potius conuenire publicos honores. Plures autem dicens, intelligit multitudinem ac pauperes. Paucioribus eutem ſignificantur diuites & ſtudioſi, ut perſpicitur ijs, quæ ſequuntur. inquit igitur, Plures, quamuis conſtent è pauperibus, hæc adſere aduerſus pauciores diteteque ſe eſſe & firmiores & diuitiores & meliores, non ſingulus tamen cum illis collatos, ſed omniscũ ſimul ſumtos. ita enim uerè fortaſſe de ſe hoc prædicabunt. Nam de primo dubium non eſt: ſunt enim plures paucioribus ualidiores. Eodem pecto coacernatis fortunis magnæ multitudinis, quamuis priuatæ exiles illæ forent, uincunt patrimonia opuma diuitum paucorum. Eadem eſt ratio uirtutis ipſius.

Nunquid igitur, ſi.)Monſtret alium nodum, qui moleſtus foret, niſi ſolueretur: atque hoc fecit, liberaos nos ea cura. inquit igitur: Quid conſilij à nobis capiendum eſſet, ſi fortè cuncti hi exiſterent in una eedemque ciuitate? Appellet autẽ illos, quorum diſsimilitudine uariæ reſp. conſtitui ſolent, id eſt probos ſtudioſoſque uiros, & locupletes, & nobiles, nec non multitudinem hominum, idoneam ad ciuitatem colendam, & non omnino agreſtem incultamque moribus (talem enim ſignificare ipſum arbitror, uocantem eam πλῆθος πολιτικόν) utrum, inquam, cùm hoc continget, ambigemus animo, quos potiſsimum horum imperium habere uelimus, ſiue ſtatutum hoc habebimus? Nã, inquit, in ſingulis illis rebuſpublicis, quas expoſuimus, fieri non poteſt, ut controuerſia de hoc ulla oriatur. Cuius rei rationem reddit: oſtroit enim, hæc genera hominum diſcrepere inter ſe rebus magni omnino ponderis ad remp. informandam: & quibus qui præditi ſunt, non ſine cauſa ſibi imperiũ arciſcunt. Explicat autem, quales ipſe ſint: duabus deſcripſit, id eſt ſtatu paucorum & ſtatu optimorum uirorum, candẽ quoque rationem reliquarum eſſe dicit. Cùm igitur exiſtimari de hoc facile poſsit, reſtare dicit ſcrupulum non paruum, quando hæc cuncta exſtant eodem tempore, quid potiſsimum probare debeamus.

Si iam numero ferent.)Ut communites de omnibos quæri poſſe doceret, ita ſenſum ab alijs de præditis uirtute, ſi fortè illi ualde pauci ſint. dubium enim eſſe inquit, quid ſtatui de ipſis oporteat. Putaret enim aliquis, non tam numerum ſpectari debere, paucitatemque ipſorum, quàm opus, quod efficere ſint, ſi fortè illi muneri obeundo, quamuis pauci, pares ſint: (ex hoc enim ipſo cuncta exiſt mande uideri) officium uerò horum eſſe regere adminiſtrareq; rempublicã: ſiue addit, tot eos eſſe neceſſe ſit, ut ex ipſis ciuitas conſtare poſsit.

Eſt autem dubitatio.)Relicta quæſtione hac, propria certorum, id eſt proborum uirorum, redit ad ſuperiorem, quæ plures partes complectitur: adfertq., quod ſingulas tempeare & labefactere uideatur: oſtendens non iuſtam cauſam habere petendi ſummum gradum in ciuitate, fretus illis rebus. Initium autem ſumit à locupletibus, uideriq́ue, inquit, nihil uerum iuſtumque dicere, qui propter diuitias patent ſe oportere imperium habere, & ſecteni, qui genere freti, ediciſcũt ſibi publicos honores: eummune namque id eſt cum his. Eſt eutem, quod adfert, huiuſmodi: Si namque, inquit, ea omni numero locupletũ exſteterit aliquis, qui unus uincat cæteros copia eius boni: perſpicuum eſſe dicit, ſi cuſtodietur idem ius, ipſum in reliquos imperium habiturum. Eodem etiam pecto addit, ſe res habebit de illo, qui cùm præſtet cæteris claritate generis, & ipſis quoque nobilibus, poſtulantibuſq; ſibi decerni imperium ea de cauſa: ille enim omnibus reiectis, hunc ſolùm oportebit ſummũ locum in ciuitate obtinere.

Idem autem hoc fortaſſe.)Idem eſſe eorum dicit in ſtatu optimorum de uirtute. Cùm enim gubernaculum ciuitatis obtineerint commendatione uirtutis, ſi quis ex illis extſtat melior, uirtuteque inſtructior cæteris, participibus & ipſis imperij, quia ſont probi uiri (neque enim omnes æquales pareſque in hoc quoq, bono eſſe poſſunt) hunc oportet regere eos illis: niſi euertatur ius, quod ipſius omnium prius ornauerit imperio. Frangetur igitur ſtatim ſtatus ille tantopere laudatus. Fortaſſe autem ideo dixit, quia minus uerisimile erat hoc in eo ſtatu euenturum, ut deturbarentur ab imperio ſtudioſi uiri, ſuperati paruo interuallo eius laudis ab uno ſociorum.

Sequentur ſi multitudinem)Docet, eodem pacto infirmari diſsipariq; poſſe ſtatum multitudinis. Cùm enim uirium robortiſque commendatione populus perueniat ad imperium (hoc namque iuſtũ eſt ipſius. dicunt enim multi, ſe firmiores eſſe paucis) ſi unus uel plures etiam uno, pauciores tamen multis, firmiores ualidioreſque fuerint alijs omnibus, hos ipſos oportebit in ſua manu potius remp. habere, quàm multitudinem. uincunt enim multitudinem in eo bono, quod bonum perduxit ipſam ad publicos honores.

Conclusione hæc)Quid potiſsimum lucis exoriatur ex taota hac caligine oſtendit, dicens cuncta hæc, quæ modò expoſita ſuot, rerstra quæſtionibus non paruis, uideri planum facere, nullum eorum terminorum, quibus nimis fideorer aliqui petũt imperium, exiſtimantque oportere cæteros ſibi parẽre, ſolidum ac firmum eſſe. Nam & aduerſus eos, qui, cùm uirtute præſteot, putant ſibi conuenire ſummum locum in ciuitate: & aduerſus itidem illos, qui opinantur diuitias ſibi uiam munire ad principatum, habent quod dicant multi populareſque, ſanè iuſtum atque æquum: illa enim duo bona plenior a copioſiorãque in ſe eſſe. Nihil enim, inquit, prohibet, multitudinem aliquando aliquam reperiri & meliorem paucis & ditiorẽ. Quomodo autem hoc accipi uelit, ne quis erret in hoc exiſtat, exponit. Non enim ſe intelligere ait, ſi ſinguli hi cum ſingulis illis conferantur (hoc enim pacto dubium non eſſe, quin multi à probis ſtudioſiſque uincantur. aliter enim trãſiiſſent è ſtatu multitudinis ad ſtatum optimorum & paucorum, factique forent unius aliquis illorum) ſed ſi ambo coaceruati fuerint, globumq; ſui generis hominum fecerint, ratione illa, quæ ſuprà diligenter expoſita eſt. Quare mihi uidetur philoſophus tenere ad iudicium ſuperius ſuum, ornareque hic quoque rempublicam, quæ in manu ſit multitudinis.

Quapropter & aduerſus.)Cum ulius argumento ſuo proprioque, uſtendiſſet, præſtare multitudinem, qualem docuit, impe-

cium habere, quàm unum uel paucos: inde adiungit intelligi poſſe (quod quibuſdã obſcurum erat, quare hoc, ut anceps incertumque alijs proponebant) erat autem id: Cum duo quaſi membra ſint omnis ciuitatis contraria inter ſe, magnoperéque aduerſa, cuius potiſsimum ipſorum utilitatem in ſcribendis legibus oporteret ſpectare, qui eam curam ſuſcepiſſet, ornatáque optimis inſtitutis ciuitatem uellet: neque enim facile poſſe eodem pacto ambobus prouidere. Sunt autem illa, meliores ciues, & altera ex parte multitudo. inquit autem, Cùm contigerit, quod dictum eſt: intelligens iſtis uerbis, multitudinem illam non eſſe omnino agreſtem & imperitam.

Rectum autem ſumendum eſt.) Cum in legibus illis laudandis non aſſet ipſas ὀρθῶς κειμένους νόμους, id eſt maximè rectas, exiſtimauit oportere oſtendere, quomodo uellet accipi rectum. dixitque, rectum id eſſe omni in re, quod æqualiter ſe haberet. Rectum autem æqualiter in legibus eſſe, quod totius ciuitatis utilitatem ſpectaret, communeque, ut loquit, ciuium eorum foret. Vt fecerat autem in recto uidendo: ita etiam, ne quis ſcrupulus reſtet, aperire uoluit, cum eos quoque appellaſſet, quis habendus ſit ciuis. itaque ipſum deſcribit. primum autem eum, qui communiter in omni genere reipublicæ eo nomine dignus ſit: deinde proprium cuiuſque, in primis autem optimæ. inquit igitur. Ciuis communiter eſt, qui nunc imperat, nunc paret magiſtratibus, contrariáſq; has perſonas unus diuerſis temporibus ſuſtinet. Nõ tamen iidem omnino homines in omni rep. ciues. nã qui in ſtatu multitudinis ornatur eo nomine, eijcitur ſæpe è cœtu ciuium in dominatu paucorum. In optima autem, inquit, rep. ciuis eſt, qui & poteſt & uult regi ac regere, ante oculos ſemper habens uitam ex uirtute. uis enim poteſtáſque requiritur in illo & uoluntas, ita ſcilicet ut præ ipſa poſthabeat cæteras res. Cum autem commune omnium ciuium ſit (ut oſtendi) & imperium habere, & obtemperare imperium habentibus: eius proprium eſſe loquit, in illis rebus gerendis omnia referre ad uirtutem.

Si autem eſt unus.) Exponit, quod aduerſari uidetur illi, quod iam probarat, & quaſi ratum eſſe uoluerat: docetque quomodo id poſſit repelli, ostenditque rationem, quam ueram putat. Eſt autem ipſum huiuſcemodi. Si fortè exiſtat aliquis in ciuitate, qui unus tantum antecellat cæteris omnibus uirtutis magnitudine atque exuperantia, ſiue plures ſanè uno, nec tamen tot, ut e ſui generis hominibus componant ciuitatem, ut uirtus reliquorum omnium non poſſit conferri cum unius illius, aut paucorum eorum uirtute, nec par ullo modo ſit illi, quia uincãtur facile ab ipſa (& quod de uirtute dictum eſt, idem etiã de ui poteſtateque inter ciues ualere dicatur) non debemus, inquit, exiſtimare hunc, uel paucos hos eſſe partem ciuitatis, ſtatuiq; oportere aliquid de ipſis ut de ciuibus, quia ſuperant captum ciuium.

Iniuriam enim accipient.) Ratio hæc eſt, qua probat, quod monſtrauit non eſſe habendos ciues: acciperent enim, inquit, iniuriam comparati æquali præmio, quo cæteri, qui inæquales ipſis ſunt, cum præſtent tantopere illis uirtute ac ui poteſtateq; ciuili. exploratum autem eſt, ſeruari debere in rep. æqualitatem, ac, ſi aliter fiat, inde naſci diſcordias, paulatimque interitum ipſius. Apertè autem magis uolens, quo loco ueriòneque unus hic uel pauci habendi ſint, adiungit. Talem uirum inſtar Dei illa debere in ciuitate, cùm in ipſo prorſus uirtus ſit, quæ ſuperet captum humanum, & propè accedat ad naturam diuinam, quare heros meritò uocari debet.

Vnde planum fit.) Eſt hoc apertè corollarium. Vnde enim, inquit, planum nobis eſt illius ſtudium, qui ſuſcepit ciuitatem ornandam optimis legibus, uerſari debere in conſtituendis partibus & genere, & ui, ac poteſtate: nullamq; eſſe oportere legẽ, quæ coerceat hos, quos indicauit. cœleſtes uiros eludere, & in officio retinere. ipſi namque conſilio ſapientiáque ſua lex potius normaq; uiuendi uera cæteris erunt, quàm debeant corrigi & emendari ab aliquo.

Riſum enim de ſe excitaret.) Errorem magnum animi, uel ſtultitiam potius, oſtendere uolens eius, qui frenare legibus conetur huiuſcemodi uiros, ac uiam ipſis uirtutis monſtrare, cum tanto meliores ipſo ſapientioréſq; ſint: tradit futurum prorſus, ut riſum omnibus moueat, qui audient. Nam riſu explodi debere conatum huius declarat fabella, quæ ab Antiſthene, ut opinor, eo, qui Socratem audiuit, aliquando edita eſt. Etſi enim ille in ſermonibus Socratis patientiam & duritiam in primis amauit, erat tamen ſenex facetus: prioribusque temporibus ætatis ſuæ arti dicendi operam dedit, Gorgiam doctorem nactus: in quo etiam ſtudio non parum ualuit. Ad errorem autem redarguendum illorum, qui ſe longè melioribus pares ſtultè exiſtimant, ficta eſt. Dicit igitur in cœtu animantium aliquando lepores, & cum de præmijs honoribusque ipſarum ageretur, poſtulaſſe ipſos, ut omnes ſine ullo diſcrimine pars æqualeq; haberent. quam uocem ipſorum narrauit, contemnentes eam, leones ſtetiſſe. Male autem factum eſt, quòd exitum ſolum generoſæ beluæ, uetuſtate amiſsis multis ueterũ rerum ſcriptoribus, periſt: acutum enim lepidumq; fuerit neceſſe eſt.

Quare & tranſporem . . aucerunt.) Eſt quoque hoc, ut ſuperius, corollarium. admonet enim, hanc originem habuiſſe genus illud exilij, quod in uſu fuit ciuitatum, quæ reguntur à populo, uocatúrque oſtraciſmus. Cum enim, inquit, hæ reſp. in primis ſectentur amentque æqualitatem, ſi quis in ciuitate extiterit, qui uincat reliquos ciues longo interuallo auctoritate atque opibus, quæ opes poteſtaſque naſcatur à diuitijs aut multitudine amicorum, aut alia quapiam re, quæ ualde augeat uires ipſius in ciuitate: ſolent hunc confugere, eijciuntq; ipſum ex oppido ac finibus ad certum ſpatium temporis, ita nimis magnas & periculoſas libertati opes ipſius coercentes, uel inuidiæ potius, concitatæ contra tantam gloriam ipſorũ in animis malorum, parentes. Neque enim pœna hæc erat, qua animaduerterent in improbos & flagitijs coopertos ciues. Significare autem idem uoluit M. Cicero, cum in V. Tuſculana narrauit, inſimulaſſe Heraclitum Epheſium ciues ſuos, quod eum optimum uirum Hermodorum ciuitate expellerent, addiditque tantæ iniuriæ uerba, quæ hoc declararent. ſed etiam Cicero ipſe poſtea inquit: An hoc non ita fit omni in populo? nonne omnem exuperantiam uirtutis oderunt?

Fertur autem & Argonautas.) Adiunxit his argumentis teſtimonium etiam poetarum, qui fabulis ſuis hoc expreſſerunt. intelligit autem eos, qui ſcripſerunt Ἀργοναυτικά. Cum enim Hercules unà cum delectis illis iuuenibus aſcendiſſet in nauim Argo, ſociumque ſe feciſſet eius nauigationis, relictus eſt ab ipſis in itinere, ob ſimulatam inuidiam: uincebat enim longo interuallo uirtutem reliquorum, quamuis fortiſsimorum uirorum. Cuius rei ſignum eſt, quòd remulabat (ut ipſi iaciebant) remis impellere nauim. Apollonius Rhodius, qui poſt Ariſtotelem floruit, idem in primo Ἀργοναυτικῶν commemorauit.

Quare eos, qui uituperant.) Hæc quaſi digreſsio quædam eſt. Nactus enim occaſionem, docet eos, qui uituperabant tyrannidẽ generatim, conſiliumque æuum & inſultum, quod Periander dedit Thraſybulo, non omnino rectè criminari. antequam tamen exponat, in quo lapſi ſint, obſcurum illud conſilium, quale fuerit, totamque hiſtoriam narrat. Simile autem huic fuit cõſilium L. Tarquinij, quod & ipſe abſenti Sex. filio dedit, cùm per occultum nuntium indicaſſet patri fortunas Gabinorum in ſua manu eſſe, quæſiſſetque quid ſe facere tunc uellet. ſed ipſa etiam accuratè commemorata eſt à T. Liuio. Materia tamen, quam callidè delegerunt ambo hi ualetudinis, diuerſa eſt, & fortaſſe etiam inſtrumentum. Tarquinius enim baculo, Thraſybulus unguib. uſus uidetur. Nam Latinus ſcriptor L. Tarquinium dicit uelut deliberabundum in hortũ ædium tranſiſſe ſequente nuntio filij, ibiq; inambulantem tacitum ſumma papauerum capita decuſsiſſe. cum Ariſtoteles tradat, Periandrum eminentiores ſpicas in agro ſuſtuliſſe, atque ita ſegetem adæquaſſe. Herodotus, qui diligenter ſuperiorem hiſtoriam commemorauit, in libro, cuius index eſt Terpſichore, tradit, Periandrum, Cypſeli filium, tyrannum Corinthiorum iuſſiſſe, qui miſit nuntium ad Thraſybulum, iniuſtè regnãtem Mileti: quæſiſſeq; ex eo, quomodo tuari poſſet fortunas, relictas ſibi à patre. Quare puto hoc unum eſſe peccatorum illorum, quæ Græci uocant [Greek illegible].

Hoc enim non ſolum.) Qui obijciebant hoc tyrannidi, uituperabantque conſilium Thraſybuli, uerè id facientes (ſæuum enim admodum & iniquum erat) peccabant in hoc tantum, quod proprium illud factum iniuſtorum regum eſſe uolebantur. In hoc igitur eos reprehendit noſter doctus, cauſamque adfert ſuæ improbationis: peculiare quoque id eſſe docens dominatus paucorum, nec non ſtatus multitudinis. Nam ſi ſubtiliter animaduertatur, oſtraciſmi, inquit, eadem uis & ratio eſt, quæ conterit extenuatque uires ualde potentium ciuium, qui ſcilicet gloria & auctoritate uigent, expellitque ipſos è ciuitate, quamuis innocentes: ut illi callidi reges celſiores ſpicas & papauera eodem conſilio deijciebant, idem geri debere in ciuibus florentioribus opibus & dignitate, ſignificantes. [Greek illegible] autem, non [Greek illegible], ut prius legebatur, uidetur ſcribendum eſſe. nam Plutarchus quoque in Alcibiade, quo loco de oſtraciſmo diligenter loquitur, utitur hoc uerbo. Eſt autem mirificè aptum illi rei ſignificandæ, cui efficiendæ inductus erat oſtraciſmus: id eſt, commouendæ & frangendæ auctoritati grandiorique poteſtati. nam, quod ſimile eſt, Herodotus quoque eodem uerbo oſtendit, inquit enim: φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. Sed eodem etiam, cùm naſum hoc documentum Thraſybuli exponeret, iterum eo uſus eſt. Poſſem alijs quoque exemplis uti, quæ hoc plane demonſtrarent.

Idem

Idem autem in ciuitates.) Probat idem exemplis & populorum & regum opulentorum. primùm autẽ Athenienſium, quos teſtatur ita ſe geſsiſſe erga ſocios belli, qui cõmiſerant ſe fidei ipſorum, paſsiq; fuerant eos præfectos eſſe communi claſsi. appellat autem Samios, & Chios, & Lesbios, inſulares homines. Poſtquam enim, ut inquit, imperium ſuum firmarunt, uideruntque uires ſuas ualde auctas, ſtatim eos attriuerunt, & ferocitatem eorum repreſſerunt, contra pacta & fœdus initum ictum.

Rex autem Perſarum.) Ponit exemplum nunc & regis & barbari, cùm exemplo ciuitatis Græcæ uſus foret: idemq; ſeruaſſe affirmat regem Perſarum in conterendis animis opibusq; gentium, quas ſubegerat, id eſt Medorum ac Babyloniorum, populorum bellicoſorum, & qui magnos ſpiritus gerebant, quia ipſi prius regnarant: & ut harum duarum gentium, ita quoque aliarum, quas intelligerent eſſe ferociores. fregerunt enim ipſas, & non ſemel tantùm, ſed ſæpe ſpiritus earum comminuerunt. Ἐνέκοπτεν ualet frangere & labefactare, non diſsipare, & in alias terras mittere. Vtitur autem tribus uerbis ualde accommodatis ad eandem rem oſtendendam, id eſt ἐκόλουε, ἐταπείνου, & ἐνέκοπτεν: quemadmodum etiã M. Cicero his reſpõdentibus in eadem omnino re ſignificanda. inquit enim, Viriatum intelligens in ij. de Officijs, Quem C. Lælius fregit, & comminuit, ferocitatemq; eius ita repreſsit, ut facile bellum reliquis traderet. Quod uerò ad ἐνέκοπτεν facit, eodem uerbo, mutata tantùm præpoſitione, uſus eſt Plutarchus in Pelopidis uita, optimum hunc & fortiſsimum Thebanũ uirum dicens conſilio ſuo ac uirtute diſſoluiſſe atq; fregiſſe uiolenta Lacedæmoniorum principatus in Græcia.

Quæſtio autem in uniuerſum.) Adiungit, hoc eſſe quaſi documentum quoddam commune, & præceptum accommodatum cunctis ſtatib. ciuitatis, & illis etiam, qui recti ſunt ac probantur, ut ſcilicet attenuent ſpiritus uireſq; populorum, qui pareant ipſis, ne occaſionem aliquam illi nacti detractent imperium. Qui enim ſemel regnarunt, non facile demittunt animos, nec obliuiſcuntur breui ueteris conditionis. Cum uerò conuenire in hoc dixerit rebuſp. deprauatis cum integris, oritur dubitatio: neque enim idem ambas ſequi in hoc affirmat. Corruptæ namque, ut cætera omnia, ita hoc quoque gerunt ob ſuas utilitates, id eſt illorum ipſorum, qui in ipſis dominantur: rectæ uerò commune bonum totius ciuitatis, ad quod ſemper oculos directos habent. Vt autem exemplis pluribus infra declarat, non uidetur conuenire, ut in ciuitate bene conſtituta unus aliquis exiſtat, qui magnopere uincat cæteros omnes excellentia alicuius boni. nondum enim illud ornat communionem eam, potius, cùm eximium ſit, ſuperatq; ualde reliqua, ipſam obſcurat ac deprauat. Requirit enim ratio naturaq; rerumpublicarum ut quantum fieri poteſt, membra ipſius æqualia ſint: oditq; liber eas damnum exuperantiam omnem, ac non ſine cauſa ſuſpectam habet. Quis autem non uidet, hac P. quoque Scipionē malo fuiſſe, cauſamque extitiſſe, ut illi periculum iudicij crearetur? quare diſceſsit ex urbe, reliquamque uitam in obſcuro uixit.

Planum autem hoc eſt.) Probat idem ſimilibus artium ac ſcientiarum. Vtitur autem inductione, dicens, ita quoq; ſe gerere bonus pictores, & fabros nauales, & doctores egregios cantorum: quare & reliquos artifices idem ſeruare intelligere poſſumus. Neque enim pictor pateretur, cùm hominem pingeret, aliamúe animantem, ſi fortè penicillo feciſſet pedem eius minimè reſpondentem reliquis partibus, illum loco manere, ſed deleret, quamuis etiam formoſior eſſet, meritoq; non collatus cum ipſis laudaretur. Neque etiam faber nauális ſineret in ædificanda naui manere puppim, aliamúe partem nauis, ualde excedentem reliquas. Eodemque pacto chori magiſter non ferret in illo grege, quem erudit, uerſari poetam, maiorem melioramque ſonum uocis edentem, quàm reliqui omnis gregis. Cùm enim hi uident, ut reliqui etiam opifices, decora operi ſuo atque ſuo quidquid diſcedit longo interuallo a menſura rationeque ſuſcepti operis.

Quapropter ob hanc cauſam.) Hæc eſt concluſio totius rationis. Vt enim, inquit, hoc faciunt opifices, ornandi ſui operis cauſa, ut auferant inde, ſi fuerit illic aliquid maiorem in modum elegantius formoſiuſque extiterit: ita uſuuenire poteſt, ut principibus uiris, & qui ſoli dominantur in ciuitate, conueniat in hoc cum ciuitatibus rebuſq; publicis, ſi quod faciunt, faciant ſanè ob ſuum proprium que imperium, quod tamen procuret commune bonum, nec alienum ſit ab utilitatibus totius ciuitatis. Ipſi igitur quoque, cùm talem uirum eijciunt ex oppidis, ut conſulant & ſuæ ſaluti & totius ciuitatis, reprehendi non putarunt.

Quare in exuperantijs) Hoc apertè corollarium eſt. redit autem ad ſuperiorem quæſtionem. Cùm enim iniquum admodum uideretur, uirum eximium ac præſtantis uirtutis depellere è ciuitate: oſtendit nunc, aliter de illo exiſtimari poſſe, ſi ſpectetur non commune ius, ſimpliciterque tale, ſed certum quoddam, & pars ſanè ipſius. æquum enim quidque ac iuſtum eſt, tueri rempublicam & ſtatum eum ciuitatis: qui cùm non ipſi ſolùm, qui regit, accommodatus ſit, ſed etiam uniuerſæ ciuitati, aliter non ſeruatur. ſuſpecta enim eſt illi non ſine cauſa tam excellens uirtus. Huic igitur rei inuentus eſt oſtraciſmus: quare omnino damnandus non eſt.

Melius igitur fuiſſet.) Intelligens Ariſtoteles hoc non omnino probari poſſe, fatetur, ſi res non cogat, hoc deſcendendum non eſſe. iniuriam enim facit illi uiro, cui aliquo modo probitas fraudi eſt: neque enim ullá in re peccauit. Præſtitiſſet igitur, inquit, hoc factum à principio prouidere: debuitq; qui ciuitatem inſtituit, ſtatim obſtruere uiam huic malo. nec pati, ut aliquis illic ita creſceret opibus & auctoritate, ut longo interuallo antecelleret omnibus alijs. Lex autem utilis, & quæ modum imponeret diuitijs, ut cæteris rebus, unde naſcitur tanta poteſtas, hoc facile præſtitiſſet. Sed poſtquam hoc initiò factum nõ eſt, huicque tanquam alicui morbo medicina facienda eſt: hoc confugere oportet, utique remedio, duro ſanè & aſpero, ſed tamẽ neceſſario, ne tota funditùs ciuitas pereat. Vſus autem hic eſt uoce tranſlata, accommodauitque uerbum proprium morbo corporis malo, uitijsq; ciuitatis. Sed cùm adhuc curationem intelligeret, adiumque ad eam, appellans ipſam poſteriorem nauigationem, reſpexit ad peruagatam uocem. Prouerbium enim hoc ualde notum eſt, ſumtu à nauicularijs: qui cùm ſecũdo uento portum tenere non poſſunt, remis utuntur: uel iudare relicti, & in uicinum locum tempeſtate delati, rurſus ſe committunt uentis, & rectiorem curſum conficere conantur.

Quod non fiebat.) Non rectè uſas ciuitates hoc remedio teſtatur. ambobus igitur temporibus peccatum eſt. Quod uerò ad poſterius hoc facit, cùm oſtraciſmi lex iuberet ad certum tempus abire è ciuitate eos, qui præſtarent multum cæteris diuitijs & copia amicorum, periculoſiq; forent ob tantas opes libertati: illis relictis, expellebant aduerſarios, qui timebẽt, creareque ſibi hoc periculum uidebant: ut factum eſt Athenis, cùm principes ciuitatis coitione facta, dura horus conſilij Alcibiade, uerterunt hoc malum in caput Hyperboli, improbiſsimi ciuis, & qui nihil tale expectabat nullus enim antea unquam homo aut obſcurus hac pœna affectus fuerat. Quare de hoc etiam comici in theatro queſti ſunt, quibus mos tunc erat huiuſcemodi praua facta notare. Totam rem narrat Plutarchus in Alcibiade, quo loco de oſtraciſmo diligenter diſſerit. Nam quod hic noſter inquit, non commune bonum, ut debebat, mala conſuetudine ſolitum procurari, ſed rem hanc ὁμονοοῦντες pleronque tractatam eſſe: idem etiam ille commemorat eruditus ſcriptor, qui inquit partes illas (tres ante erant) quæ inter ſe pugnabant, auctore Alcibiade, inter ſe conſenſiſſe ad exturbandum turpiſsimum illum hominem.

In deprauatis igitur rebuſp.) Quærit, quid conſilij de huiuſcemodi ciue capiẽdum ſit in optimo ſtatu ciuitatis, qui ſcilicet antecellat cæteris plurimum uirtute ac conſilio. Nam in rebuſpublicis uitioſis non eſſe dubium, inquit, quin ille, qui pręſtat tãtum uirib. corporis, diuitijs, copia amicorum, ſit inde eijciẽdus. Quod prodeſſe affirmat priuatim illis ſtatib ciuitatis, ut etiam illic æquum ſit (non tamen ſimpliciter æquum) quod & ipſum ſatis planum eſſe arbitratur. Omnis igitur ſcrupulus, atque is quidem moleſtus, eſt in optimo ſtatu. de illo, qui declaratus eſt Addit autem quod aperit difficultatem huius deliberationis. Neque enim facile aliquis inuenietur, qui putaret, oportere talem uirum extrudere è ciuitate, & in alias terras amandare. Quare meritò increpuit Heraclitus Ephelius ciues ſuos, & morte mulctandos eſſe exiſtimauit, qui optimum ciuem ac principem ciuitatis expulerunt. ac uerba etiam, quæ declararent, ſe eiuſdem animi futuros in omnes tales, addiderunt. ita enim locuti ſunt: Nemo de nobis unus excellat. ſin quis extiterit, alio in loco, & apud alios ſit. extremo uero hoc egregiè exprimit, quod eſt apud noſtrum.

Sed etiam minime) Adiungit, quod in mentem alicui uenire poſſet, qui parum ſaperet: id tamen ſubitò explodit, ut nimis ſtultum. inquit enim Atqui neque poſtulandum ab eo eſt, ut pareat & ſit dicto audiens magiſtratui. Simili autem hoc refellit, ualde illuſtri. Eſſet enim aſsimile, ait, ac ſi dij ipſi, diuiderent ſibi imperia, uellent ſe in Iouem, omnium optimum ac maximũ; imperium habere, nemo enim eſt, qui uelit illum ipſum fungi hoc munere debere. Ἄρχειν Διὸς, quod inquit, uidetur oſtende-

re perpetuum imperium ipſos iu Iouem habere ſtuduiſſe:non quod uariaretur,ita ut nunc ille parêret ipſis,nunc præciperet, ſuumq́ue ut proprium ius ad ſpatium temporis obtineret (ut interpretes acceperunt) quod adhuc magis abſurdum & iniquum eſt.

Reſtat igitur,quod)Reſtat igitur,inquit, poſtquam is neque eijci è ciuitate debet,neque deteriorum imperia pati, ut cæteri omnes ita facti natura ſint,& in animum inducant ipſi parêre,regemq́ue perpetuum habere uelint:atque id libenter faciant, nec ullo pacto cum ipſo contendant de dignitate.uel ſi plures tales fuerint,eiuſdem animi ſint erga omnes,colantq́ue demũ ipſos ac uenerentur,tanquam deos. eximia namque uirtus ipſorum,cùm tantopere præſtet uirtuti cæterorum ciuium, hoc meritò poſtulat.

[illegible])In contractibus priuatis ſidem conſtantius ſeruare uidentur diuites quàm pauperes,cùm propter opulentiam minus occaſionis ad defraudandũ habere uideãtur. Etſi cum Ariſt.lib.3.c.11.n.30.& ſeq.in examinanda Rep.Carthaginenſium,qui non tantùm [illegible], ſed & [illegible] magiſtratus eligebant,rariorem licet, at multo interim maiorẽ eſſe opulentorum auaritiam,oſtendimus.

[illegible])Liberi nobilibus pares eſſe uidentur,hoc ſolo differentes, quòd liberi propria tantùm, nobiles inſuper etiam auita libertate nituntur. Idcirco liberi ſe nobilibus non multum deteriores eſſe opinantur. Sic Victorius Mihi ad exercitia illiberalia atque ſordida reſpexiſſe uidetur. Liberos ſcilicet & nobiles ſimili ferè ratione ad ſe trahere ius imperij,quoniam nullam ſeruilem artem exercent.

[illegible])Alterum hoc argumentum eſt.Legendum fortè,[illegible]

[illegible]) Multitudo quædam alia politica,hoc eſt non penitus agreſtis & ad uirtutem rudis.

[illegible])Repub.iam cõſtituta imperant ij,quibus imperium conuenit. Vt ergo huius lib.cap.2.n 4. ex Gorgiæ ſententia Ciues eos eſſe dixit,qui à ciuium magiſtris fierent. ita hîc in quaq; resp.ad magiſtratus euehuntur, ij qui conditionem ad magiſtratuum requiſitam obtinent.

[illegible] Itidem Plato in ſua Rep. Cuſtodum reip. ſuæ certum numerum eſſe uoluit,armis & potentia inſtructorum,qui uel reluctantes in officio continere poſſent.

[illegible])Prudentiam adminiſtrandæ Reip.intelligit.

[illegible])Optimus omnium,imperio dignißimus, cum ueluti Deus quidam inter homines eſſe uideatur. Hinc illud in ſacris,Ego dixi uos dij eſtis: non tam ad poteſtatis amplitudinem quam habent , ſed ad uirtutis excellentiam, cui poteſtas illa debetur,referendum uidetur.Lib.1.c.5.n.18.hominem optimum dignum imperio reliquorum affirmauerat Eundem hoc loco ueluti Deum inter homines.Natura igitur licet ignoranti Ariſtoteli Chriſtum [illegible] ueluti per tranſennam oſtendit.

[illegible])Itaque togatus quidã, Quid eximij præ cæteris habetis philoſophi? Vt quantumuis nullis poſitis legibus,inquit,æquabiliter nihilominus & ſanctè ſint uicturi.Pari ratione etiam Rex ſupra legem uulgò eſſe dicitur,quoniam ipſe ſibiipſi atq; alijs legis loco eſſe debet.

Antisthenes)Socraticus philoſophus,poſt etiam Gorgiæ Leontini diſcipulus,forenſis irridens Athenienſium concionatores,ore pugnaciſs.pedibus fugaciſsimos.

[illegible])Athenienſes tyrannidis præcauendæ cauſa ciuem quemcunq; ob gloriam,uel diuitias,uel potentiam ciuitati ſuſpectum, decennali exilio afficiebant. Sic Ariſtidem ob iuſtitiam, Themiſtoclem ob nominis gloriam. Nomen [illegible], à teſtulis & fragmentis fictilium,quibus nomen eius,quem exterminatum uolebant,inſcribebant.Similis apud Syracuſanos Petaliſmus, quòd [illegible] inſcriberent rei nomen. Epheſij Hermodorum ciuem ſuum ob ſolius uirtutis & eruditionis excellentiam eiecerunt,Ne quis inter eos bonus eſſet.Cic.in 5. Tuſcul.& Strabo.

Argonautæ)Apollonius Rhodius lib.1. Argonaut.commeminit.

[illegible])Erratum [illegible].Neque enim Periandrum Corinthium Thraſybulus Mileſiorũ tyrãnus,ſed hunc ille conſuluit.Herod in Terpſichore.Hoc factum Thraſybuli,baculo eminentiores ſpicas in agro decutientis,ſegetemq; adæquantis,imitatus uidetur Tarquinius Superbus Rom rex,quando ſumma papauerum capita unguibus decerpens, filium Sextum de tollendis è medio Gabinorum principibus clàm admonuit.Liuio teſte.

[illegible])Athenienſes poſt Medicam uictoriam inſulanos Græcos fœdere ſibi perpetuo iunxere, ita ut ſolennibus ſacris ſibi & Chijs fauſta precarentur omnia.Poſteaquã uerò maris imperio ſenſim ſunt potiti,contra pacta ſocios iugo ſuo ſubdidere.

[illegible]) Tyrannis enim, teſte Platone, [illegible] perpetuò ſuſpecta ſunt, ob ſtudium natiuum libertatis.

[illegible]) Oſtraciſmo adæquandæ inæqualitatis cauſa inſtituto ad plectẽdos inimicos abuti cœpere Athenienſes.Itaque cùm Hyperbolus homo abiectiſsimus,ſed plebi acceptiſsimus, de Nicia uel Alcibiade,qui in Rep.maximè excellebant,conſilia agitaret:utriuſq; factionis conſenſu præter omniũ expectationem eiectus eſt.Cuius rei indignitatem pertæſus populus,oſtraciſmum ueluti proſtitutum penitus antiquauit.

[illegible])Alludit fortè ad conſpirationem Deorum,Neptuni ſcilicet,Iunonis, & Mineruæ,de qua Iliad.α.

[illegible])Similiter Stoici Sapiẽtem ſuum perpetuum regem & dictatorem,etiam ſi priuatus uiueret,eſſe debere cenſebant,& ex eorum ſchola Horatius hæc affert:

Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue,ſortis, Pulcer,honoratus,diues,rex denique regum.

Diximus paulo antè , Ariſt. lib.1. cum qui inter omnes homines uirtute & ſapientia antecelleret, reliquorum regem eſſe debere pronunciaſſet:eiuſdem interim naturæ atq; generis cum ijs quibus imperat , Hominem ſcilicet Hîc uerò eundem ipſum ſemper imperare debere,adeoq́ue immortalem eſſe aſſerit. Ergo Deum. Vtraque natura Meſsiæ noſtro benedicto conuenit: cuius regnum æternum eſſe,ut ſacræ literæ nos docent,ita natus interpres Ariſt.ueluti per ſomnium uidit,etſi ſomnij huius ſui interpretem ſpiritum ſanctum non habuit.

FINEM Reipub.bonum eſſe,in æqualitate iuſta poſitum, ſed & quod nam illud bonum eſſet (nimirum quod uel ad Eſſe uel ad Bene eſſe Reipub. conferret) præced. cap.docuit. Nunc ad inſtitutum ſuum hæc ipſa accommodat, & ex Boni huiuſce diuerſitate diuerſas etiam Rerumpub. ſpecies tanquam effectus, & Imperij formas, pendere oſtendit. Bono enim politico quocunq;, quod ſcilicet ad imperandum faciat, inſtructi,inter ſe de imperio certant, & quilibet iure optimo ſe imperium tenere arbitrantur. Confirmat id

- Ora- Quòd certẽt, teb ra- tiocinatione:
  - *Quibus bonum,ſine quo Reſpub.uel eſſe uel bene eſſe nequit,adeſt,illi de iure imperij certant.*
  - *At ſi ue*
    - *Prædictis omnibus,Diuitijs ſcilicet,Robore bellico,Libertate,Reſpub.eſſe nequit.N.1.*
    - *Virtute Reſpub. Bene eſſe nequit. Num.2.Quod præced. cap. oſtendimus , antea etiam cap.4. ubi de ciue uero egimus. N.3.*
  - *Ergo de iure imperij certant , quibus prædicta omnia uel uirtus adeſt.*
- *Exēpl.* Vide in ſeq.ſignum I,

I. Cur

- **I. Cur certent, oſtēdit, partim in**
  - **Genere:**
    - **Quibus** omnia ea bona, quæ uel ad eſſe uel ad bene eſſe Reip. conferunt,
      - **Adſunt**, illi de iure imperij certare poſſunt.
      - **Non** adſunt, illi de iure certare nō poſſūt. N. 4. nāq; fuerit, ſi is indignū qui uno tātum bono eſt
        - **Aequalis**, V.G. diuitijs, uelit ius imperij, quod omnium bonorum æqualitatem requirit, habere.
        - **Inæqualis**, V.G. diuitijs, uirtute interim & libertate æqualis, ab imperio arceatur.
    - **At non** omnis Reip. ciuibus omnia illa bona adſunt.
    - **Ergo** non omnis Reip. ciues de iure imperij meritò cōtendunt. Sed Reip.
      - **Bonæ** ciues meritò, propter æqualitatem uirtutis.
      - **Malæ** immeritò, cùm ſint tantùm παρεκβάσεις priorum, & uirtutis uel nullâ uel ſaltem exigua ratione habita, plus tribuant libertati, aut potentiæ, aut diuitijs. N. 5.
  - **Specie.** Propterea diximus ſuprà cap. 9. n. 3. omnes ius aliquod imperij prætēdere, ſed ius ſimpliciter non omnes. Nu. 6. Ergo cauſas, cur ius imperij prætendāt, ex ſententia
    - **Aliorum partim**
      - **Singillatim exponit: Imperiū ſibi deberi contendunt**
        - **Diuites**, tum quia
          - **Agri** multum occupāt. N. 7. Ager enim publicum bonum eſſe uidetur, à priuatis licet poſſeſſum. N. 8. At qui plus habet boni publici, illi etiam ius imperij uidetur conuenire.
          - **Fide** meliore uidentur præditi, & minus promti ad fallendum lucri cauſa, quàm pauperes. N. 9.
        - **Liberi** & Nobiles, inter ſe uelut affines, cùm bono utriq; œconomico uitantur, neq; ſordidis artibus ſint dediti. N. 10. Videntur enim ciuium appellatione digniores eſſe
          - **Liberi**, propter libertatem, cùm nulli domino ſubijciantur.
          - **Nobiles** propter genus. Videntur namq;
            - **Magis** ciues eſſe, quoniam ex ciuibus prioribus nati ſunt, & proinde ciuitatis ius uoluti natiuum obtinent. N. 11.
            - **Honoratiores** eſſe, propter ſplēdorem. Num. 12.
            - **Meliores**, quia ex melioribus nati. N. 13. Videtur enim Nobilitas uirtus quædam generis eſſe. N. 14.
        - **Virtute** præſtantes, tali ratione:
          - **Bonum** quod commune eſt omnibus, id maximè ſectandum in Politia, cuiq; ius imperij conuenire uidetur.
          - **At** Virtus eſt bonum maximè commune. Iuſtitiam namq;, ſui ambitu reliquas complectentē, boni eſſe ἀλλότριον, lib. 5. Ethicorū documus. N. 16.
          - **Ergo** Virtuti maximè debetur ius imperij. N. 15.
        - **Multi** præ paucis. N. 17. Ratio. Nam collati omnes cum paucis, qui ſingillatim nec corpore robuſtiores, nec meliores animo, nec ditiores erant, omnes ſimul illis ſunt & robuſtiores & meliores & ditiores. N. 18. Vti etiam cap. 11. n. 65.
      - **Cōparatè** ampliat. Quādoquidē in ciuitate reperiūtur ciues uarij, bonis præditis inſtructi, uirtute puta, diuitijs, nobilitate, libertate, & multitudine: hic iam dubitari poteſt, qui imperare debeant. N. 19. Et quidem Republica
        - **Iam** conſtituta, non uidetur eſſe obſcurū. N. 20. Nam qui imperio præſunt, quandoquidē illud ſibi iure conuenire putant, neminem alium admittunt, niſi eo bono inſtructum, cui imperium in eo Reip. genere debetur. N. 21. Sic V.G. imperium tribuunt in
          - **Oligarchia** excellentiæ Diuitiarum. N. 22.
          - **Ariſtocratia** præſtātiæ Virtutis. N. 23.
          - **Reliquis** ad eūdē modum. N. 24.
        - **Nondum** cōſtituta, ſed conſtituenda, dubium eſſe uidetur. N. 25. Exempli gratia, ut quàm maximè uirtus inter reliqua bona principatum ſibi uendicet: tamen utrum paucis numero optimatibus Reſpub. permittenda ſit, dubitatur. N. 26. An ſcilicet paucitas iſta examinanda ſit
          - **Formaliter**, ſcilicet utrum pauci iſti numero, ea tamen uirtute ſint præditi, qua poſſint regere & defendere ciuitatem. Num. 27.
          - **Materialiter**, nimirum an pauciores quidem numero ſint cæteris collati: at numero interim tot, ut ciuitas ex illis conſtitui queat, etſi reliqua multitudo nō adſit: poſſintq; adeò uel ſoli Remp. defendere cōtra hoſtes, abundare quinetiā rebus neceſſarijs ad uitā. Ciuitatis enim finem diximus eſſe αὐτάρκειαν. N. 28.
    - **Sua** examinat, iure necne prætendant. Vide ſeq. ſignum II.

- **II.** Ex ſua ſenten-tia
  - **Confutat** primò prædictorũ omnium, imperij generali ratione prætendentium, argumenta, N. 29. Ratiocinatio e ne talis
    - **Si** propter rationes paulò antè allatas ius imperij ſingulis prædictarum Rerumpub. verè conueniret, ipſis ſolis conueniret, non etiam alijs, nedum ipſis ereptum alijs communicaretur.
    - **Atqui** per rationes allatas nec ſolis ipſis conuenit, nec ſemper conuenit, quinimò etiam eripiutr ipſis, & datur alijs. Per inductionem oſtenditur. Nam cùm Paucorum & Multorũ imperium in præcedentibus inter ſe contulerimus, & utrumq; rationibus probabilibus nitatur: at certè tamen rationes quibus adſtruitur imperium
      - **Paucorum**, nõ magis huic patrocinatur, quã imperio
        - **Vnius.** Imenim imperij
          - **Oligarchicum** tuetur, propter excellentiã Opum aut Generis nobilitatẽ. N. 30. Ergo pari ratione, & fortaſſe etiam meliore, ſi unus aliquis excellat
            - **Opulentia**, imperium ſibi in omnes reliquos uendicabit eodẽ iure, quo pauci in multos. N. 31.
            - **Nobilitate**, ob hanc ipſam prærogatiuam dignus erit, qui reliquis ſola libertate æqualibus imperet. N. 32.
          - **Ariſtocraticum**, in Virtutis excellentia ponunt. Nu. 33. Atqui ſi iuſtum eſt paucos uirtute præſtantiſſimos reliquis imperare: iuſtum quoq; erit unum aliquem uirtute excellentiſſimum reliquis omnibus anteponi, & ſic ariſtocratico iure Regnum ſtabilietur. N. 34.
        - **Multorum.** N. 37. Nam cùm nihil prohibeat, populi multitudinem ſimul conſideratam & uirtute inſtructiorem & opulentiorem eſſe, quàm optimates uel oligarchas paucos: eodem ipſo argumento populare ad ſe trahet ius imperij, quo illi. N. 38.
      - **Multorum**, ſiue Democraticum illud, ſiue Politicum eximiè dictum, propterea quòd potentior ſit populus totus, ſiue diuitias, ſiue robur & fortitudinẽ, ſiue uirtutem ſpectes, quàm uel tyrannus, uel oligarchæ, uel optimates: non magis Populari Reip. quàm Tyrannidi & Oligarchiæ patrocinatur. Nimirum ſi unus aliquis, uel pauci aliqui, potentiores ſint ad continendos in officio ſubditos, & ad hoſtium uim propulſandam, quàm tota multitudo populi ſimul conſiderata: certè digniores erunt, qui imperent. N. 35.
    - **Ergo** rationes prædictæ ad ius imperij adſtruendum parum ſunt firmæ. N. 36.
  - **Decidit** poſtea, quinam meritò ius imperij prætendant: ij ſcilicet, qui eo bono nituntur, quod ad Rempublicæ illius formam naturaliter confert. Problematica methodo utitur. Nam affinem quæſtionẽ aliã affert: ex cuius deciſione etiã prioris illius deciſio patebit. Occaſione prædictarum rationum, quibus uidetur imperium omnib. probabiliter conuenire, noua quæſtio oritur: Vtrum legiſlator leges ſuas debeat omnib. accõmodare, an optimis tantùm in ſuo quibuſq; Reip. genere: ut in Oligarchia optimis. i. ditiſſimis: in Ariſtocratia uirtute præſtãtiſſimis: in Democratia libertate inſtructiſſimis, & ſm maximè iuris, neminis ſeruientib. nõ ergo mechanicis, qui ueluti ſerui quidã ſunt publici. N. 39. Quæſtionem igitur
    - **Poſteriorem**
      - **Proponit**: Legiſlator in ferendis legibus rectiſſimis optimorumne commodum, an commodum plurium ſpectare debet? Quando contigit id, quod dictum eſt ſuprà n. 51. nimirum ut in ciuitate ſint & multi & diuites & boni, &c. N. 40.
      - **Exponit.** Vide in ſeq. ſignum III.
    - **Priorẽ** ex poſterioris ſolutione decidit. Imperiũ igitur in Rebuſpub.
      - **Malis** ijs iure cõuenit, qui bono eo, cuius in ea Rep. ratio habetur potiſſima, excellunt præ cæteris. Nam quia magiſtratus ciuitatis potior pars eſt, iccirco quod magiſtratus cõfert priuatim, quantumuis reliquis, qui ciuium nomen habent, non conferat, illud
        - **Secundùm quid** iuſtũ eſſe uidetur, nimirũ ex pacto et inſtituto huius Reſp. N. 78.
        - **Simpliciter** & ſecundùm naturẽ iuſtũ non eſt. N. 79.
      - **Bonis** iure conuenit ijs, qui uirtute præſtãtiſſimi ſunt. N. 80. Hos namq; cæteris imperare
        - **Secundũ** quid non uidetur iuſtũ eſſe, & propterea per oſtraciſmum expelli conſueuerunt. Id quod ex præced. intelligi poteſt.
        - **Simpliciter** & ſecundũ naturẽ iuſtiſſimum eſſe, ſic oſtendit:
          - **Si** uiri optimi neq; eijci debent neq; ſubijci, relinquitur ut in ciuitate reliquis imperent.
          - **Atqui neq; debent**
            - **Eijci** è ciuitate bene conſtituta, cuius & ornamenta & fulcimenta ſunt, cùm nihil mali, multũ boni quotidie ciuibus inferant. N. 81.
            - **Subijci** cæteris. N. 82. Non minus enim hoc abſurdum foret inter homines, quàm inter Deos Iouem in ordinem redigere, & Democratiam introducere uelle. N. 83.
          - **Ergo** optimi in ciuitate reliquis imperare debent. N. 84. Adeoq; perpetui quodam reges erunt. N. 85.

III. Leo

III. Leges igitur oſtenditur ſecundum

- **Conſuetudinē** poni iis, qui cuiuſq; Reip. partes & membra ſunt. Hac Reſolutione
  - **Lex** recta ſi poni debet, debet eſſe æqualis. N. 41. Iuſtum enim eſt æquum.
  - **Aequalis** inquam, toti ciuitati & communitati ciuium. N. 42.
  - **Ciuiū** cōmunitas in
    - **Vniuerſum** eorum eſt, qui participes ſunt imperij, parendo & imperando. N. 43.
    - **Specie** pro Reipub. forma uariat. Nam ciuis in Rep.
      - **Alia** alius eſt. N. 44.
      - **Optima** optimus eſt, ad uirtutem referens omnia, tum uoluntate tum opere. N. 45.
  - **Ergo** lex Recta ſi poni debet, ponenda eorum
    - **Genere**, ciuibus, qui participes ſunt imperij.
    - **Specie**, pro forma Reip. alijs atque alijs. Proinde accommodanda erit
      - **Præter** naturam in malis Rebuſpub. uel Diuitibus uel Pauperibus uel Tyranno.
      - **Secundùm** naturam, Bonis in bonis Rebuſp. & quidem optimis, & ad illorum commodum referenda omnia: ut quantumuis ipſi legibus nō opus habeant (ut paulo poſt dicetur) at leges tamen ponantur alijs in commodum optimorum.
- **Naturam** poni iis tantùm, qui legum inſtitutione opus habēt, non autem qui ſunt optimi. Optimis uiris leges non ponūtur, oſtenditur tribus argumētis ſumptis partim à
  - **Cauſis**, nimirum à Legum
    - **Materia** ſubiecta, hoc eſt, ab iis quibus ponuntur:
      - **Leges** ciuiles ponuntur iis, qui ſunt ciuitatis partes.
      - **At Optimi**
        - **Non** ſunt ciuitatis partes, uelut Materiales. Probatur:
          - **Partes** ciuitatis æquales ſunt inter ſe, quatenus partes ſunt.
          - **At optimi** non ſunt æquales reliquis ciuibus. N. 46. Oſtenditur:
            - **Si** optimi reliquis ciuib. æquales eſſent, eadem quæ reliquis etiam illis tribuenda forent.
            - **At** non ſunt tribuenda illis eadem: quin potius tanto maiora, quanto ipſi maiores & præſtantiores ſunt alijs. Numero 48.
            - **Ergo** optimi non ſunt æquales reliquis ciuibus.
          - **Ergo** neq; partes ciuitatis eſſe poterunt. N. 47.
        - **Sunt** ciuitatis Anima & ueluti Forma: & tāquam Dij quidam inter homines. N 49. Vt lex eſt anima Reip. At ipſi ſunt legis inſtar.
      - **Ergo** optimis leges non ponuntur.
    - **Fine**, propter quē ponuntur, nimirū ut meliores reddantur ciues. Argumentum
      - **Deducit**
        - **Lex**, tāquam præceptum publicum rectè uiuendi, iis tantùm, qui genere & facultate uitæ æquales ſunt, hoc eſt per ſe rectè uiuere uel neſciunt uel nolunt, poni debet. N. 50.
        - **At** optimi genere & facultate uitæ reliquis ſunt diſſimiles. Genere quidem, tanquam heroica natura præditi, & qui animas ueluti aureas & argenteas habent, uti Plato quodam loco aſſerit: facultate uerò, quoniā ſciunt atq; uolunt rectè uiuere, licet nullis poſitis legibus, cùm ipſi naturæ ſuæ bonitate tanquam lege utantur, & uita eorundem alijs legis loco eſſe debeat. N. 52.
        - **Ergo** optimis Lex non eſt ponenda. N. 51.
      - **Illuſtrat ſimilitudine**
        - **Quemadmodum** Antiſthenes Socraticus in apologo introduxit lepores, in cœtu animalium concionantes, prauorum atq; bonorum adæquationem ſuadere, ſorte etiam leoninam monarchiam accuſare: Leones econtrà illorum imprudentiam & imbecillitatem riſu excepiſſe, qui ſeſe animoſiſſimis & robuſtiſſimis conferre & adæquare nō erubeſcerent, & lege communi maximè diſſimiles beſtias ſubijcere ſtuderent. N. 54.
        - **Ita** ridiculi quoq; erunt, qui optimos, quos cæteri tanquam legem obſeruare debent & imitari, iiſdem legibus quib. cæteros adſtringere uolent. N. 53.
  - **Adiuncto**: Quoniam pro more à quibuſdam recepto optimi è ciuitate pelli conſueuerūt. Vt ſit talis ratiocinatio:
    - **Si** optimi iiſdem legibus uti & ſecūdùm illas uiuere poſſent, ex urbibus profectò non pellerentur.
    - **Atqui** pelluntur ex urbibus. Vide ſeq. ſignum IV.
    - **Ergo** legibus iiſdem uti nec poſſunt nec debent.

- **IV. Morem** *bunc*
  - **Declarat,** *tum in*
    - **Specie**, *κατὰ τὸ ἔν. Nam & in Politia*
      - **Multorum** *Democratica, qualis Athenienſium fuit, introductus eſt Oſtraciſmus.* N. 55. *Ratio. Vt non modò opulentia uel amicitia, ſed & uirtute ex. cellentiores, & propterea reliquis diſsimiles, decennali exilio multatos, cæteris rurſum adæquarēt.* N. 56.
      - **Paucorum** *Ariſtocratica, tale quid contingere, exemplo Argonautarum intelligi poteſt, qui Herculem in medio curſu expoſuerunt.* Num. 57. *Ratio. Propter ſolam ſcilicet uirtutis excellentiam: qua confiſus, remos cum reliquis ducere renuebat.* N. 58.
      - **Vnius.** *Tyrannica, ſimile quid deprehendi, Thraſybuli Mileſiorum tyranni exemplo patet.* N. 59. *Declarat.* N. 60.
    - **Genere** *κατὰ τὸ ὅλον. Pelluntur, ut hoc ueluti onere Reſp. tum Tyrannica tum Oligarchica tum Democratica leuetur, & tranquillitas publica in æqualitate poſita conſeruetur.* N. 61. *Confirmat. Hoc namq; conſilio*
      - **Ciues** *ſinguli uirtute & potentia præſtantes in Democratijs per Oſtraciſmum pelluntur: in Tyrannide uel aperta uel occulta ui è medio tolluntur, & ex Thraſybuli præſcripto ueluti mutilantur.* Num. 62.
      - **Gentes** *& urbes integræ à potentioribus opprimuntur.* N. 63. *Sic namque &*
        - **Athenienſes**, *quantumuis Democratiam profiterentur, Græcos inſulares, Chios, Samios, Lesbios, cum quibus ſocietatem contra Perſas inierant, poſteaquam maris imperio ſunt potiti, contra pacta in ordinem redegerunt, & ſibi ſubiecerunt.* N. 64.
        - **Rex** *Perſarum, Medos & Babylonios ueteris imperij recordatione magnos ſpiritus præ ſe ferentes, ſæpe multumq; afflixit & depreſſit.* Num. 65.
  - **Examinat**, *iuſtus ſit nécne. De more iſto, quo excellentiores cæteris, uel eijciuntur, uel opprimuntur, in quouis genere Reip. quæri poteſt, iuſtus ſit, nécne.* Nu. 66. *Moris proinde iſtius*
    - **Finem** *ab æquitate nō uideri alienum, ſic oſtendit:*
      - **Quicquid** *ad bonū politicū confert, id iuſtum eſſe uidetur, in quocunq; genere Reip.*
      - **At** *uirorū magnorum uel expulſio uel oppreſſio non minus à Tyrannis, quàm Democraticis, boni politici cauſa ſuſcipitur.* Nu. 73. *Nam quæ rerum potiuntur in rebuſpub.*
        - **Malis**, *è medio tollunt uiros optimos, propter bonum non publicum omnium ciuium, ſed ſuum priuatum.* N. 67.
        - **Bonis**, *eijciunt interdum per oſtraciſmum uiros præſtantes, propter bonum publicum omnium, ne occaſione huius excellentiæ tyrannidem inuadant.* N. 68. *Exemplo artificum reliquorum confirmat, qui animaduertunt nocere operi finiq; ſuo, quidquid longo interuallo diſcedit à menſura rationeq; ſuſcepta.* N. 69. *Sic neq;*
          - **Pictor** *pateretur pedē uel pulcerrimē pictū proportione interim reliquo corpori non reſpondentem, loco manere, ſed deleret illum.* N. 70.
          - **Faber** *nauium fineret puppim uel proram, reliquas partes magnitudine excedentem, manere.* N. 71.
          - **Chori** *magiſter ferret in grege puerorum quos inſtituit, unum aliquem maiorē meloremq; uocis ſonum edentē cæteris.* N. 72.
      - **Ergo** *uirorum magnorum & excellentium uel expulſio uel oppreſſio in quocunq; genere Reip. iuſta eſſe uidetur.* N. 74.
    - **Vſum**
      - **Rectum** *indicat. Oſtraciſmi inſtitutio*
        - **Per** *ſe non eſt laudanda: cùm legiſlatoris boni potius fuerit prouidere, ne quæ inæqualitas tanta contingeret: aut ſi contingeret, ne Reip. nocere poſſet.* N. 75. *Sic in arte medica laudatiſsima eſt προφυλακή, ne quis in morbum incidat: & in arte nautica primum uotū eſt uento ſecundo uti.*
        - **Per** *accidens eſt laudanda: ut quando inæqualitas iſta contingit, remedium ei adhibeatur per oſtraciſmum.* N. 76. *Sic in arte medica minoris laudis eſt θεραπεία, non minoris tamen neceſſitatis: & in arte nautica ſecunda, hoc eſt, ſecundo loco expetenda nauigatio, remis nauem impellere poſſe, quando uentus ſecundus deficit.*
      - **Peruerſum** *reprehendit. In Republica enim Athenienſium eò res eſt deducta, ut oſtraciſmo non amplius ad inæqualitatem corrigendam, ſed ad inimicitiam exercendam abuterentur.* Num. 77.

CAPVT

CAPVT XIV.

Reipublicæ regiæ ſpecies enarrat.

Fortaſſe [1] autem poſt expoſitas rationes bellè habet aliò tranſire, & conſiderare de regno. Affirmamus [2] enim rectarum rerumpub. & hãc unam eſſe. Conſiderandum [3] autem eſt, utrum conducat ciuitati & regioni, in qua debet bene uiui, regẽ habere, uel non, ſed alia quæpiam reſp. illic magis accõmodata ſit: ſiue [4] cuidam quidem conducit, cuidam autem non conducit. Oportet [5] autem primùm diſtinguere, utrum unum genus eſt ipſius, ſiue plures habet in ſe differentias. Facilè [6] autem eſt hoc perdiſcere, continere ipſum plura genera: & modum imperij non eſſe unũ omniũ. Quod [7] enim eſt in Laconum republica, regnũ eſſe uidetur maximè legibus aſtrictum: non [8] ſunt autem omnia arbitrij ipſius: ſed [9] cùm in agrum exierit, dux eſt eorũ, quæ pertinent ad bellum: amplius [10] autem, quę ad deos referuntur, permiſſa ſunt regibus. Hoc [11] igitur regnum eſt, tanquam ducis belli plena poteſtas & perpetua. Non [12] enim necandi poteſtatem habet, niſi in quodam regno: quemadmodum [13] ętate priſcorum, cùm ad pugnam milites exierunt, resq́; gerebantur. Indicat [14] autem Homerus. Agamemnon enim malè audiẽs in concionibus, ęquo animo ferebat: productis uerò in aciem, poteſtatem habebat necandi. dicit igitur:

Quemcunq; ego ſeiunctum à pugna cõperero,
Non poterit aufugere canes neq; aues:
Apud me namq; mors eſt.

Vna [15] igitur hæc eſt ſpecies regni, facultas ducendi exercitum, manẽte uita. Horum [16] autem regnorum, hæc quidem ſunt certæ familiæ, hæc [17] uerò ſuffragijs delecta. Præter [18] hoc autem alia principatus ſpecies, qualia ſunt regna apud quoſdam barbaros; habent [19] autem hæc cuncta poteſtatem aſsimilem tyrannicæ: ſunt [20] tamen legitima & accepta à maioribus. Quia [21] enim magis ſeruiles ſunt gentes natura, barbari quidem Græcis, qui autẽ Aſiam incolunt his, qui in Europa, tolerant erilẽ imperium nihil ſtomachantes. Tyrannica [22] igitur ob

ΙΣΩΣ [1] δὲ καλῶς ἔχει μετὰ τοὺς εἰρημένους λόγους μεταβῆναι καὶ σκέψασθαι περὶ βασιλείας. φαμὲν [2] γὰρ τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν μίαν εἶναι ταύτην. σκεπτέον [3] δὲ πότερον συμφέρει τῇ μελλούσῃ καλῶς οἰκήσεσθαι πόλει, καὶ χώρᾳ, βασιλεύεσθαι, ἢ οὔ, ἀλλ' ἄλλη τις πολιτεία μᾶλλον· ἢ [4] τισὶ μὲν συμφέρει, τισὶ δ' οὐ συμφέρει. δεῖ [5] δὲ πρῶτον διελέσθαι, πότερον ἕν τι γένος ἐστὶν αὐτῆς, ἢ πλείους ἔχει διαφοράς. ῥᾴδιον [6] δὴ τοῦτό γε καταμαθεῖν, ὅτι πλείω τε γένη περιέχει, καὶ τῆς ἀρχῆς ὁ τρόπος ἐστὶν οὐχ εἷς πασῶν. ἡ [7] γὰρ ἐν τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ, δοκεῖ μὲν εἶναι βασιλεία μάλιστα τῶν κατὰ νόμον· οὐκ [8] ἔστι δὲ κυρία πάντων, ἀλλ' [9] ὅταν ἐξέλθῃ τὴν χώραν, ἡγεμών ἐστι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον· ἔτι [10] δὲ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀποδέδοται τοῖς βασιλεῦσιν. αὕτη [11] μὲν οὖν ἡ βασιλεία, οἷον στρατηγία τις αὐτοκρατόρων, καὶ ἀΐδιός ἐστι. κτεῖναι [12] γὰρ οὐ κύριος, εἰ μὴ ἔν τινι βασιλείᾳ· καθάπερ [13] ἐπὶ τῶν ἀρχαίων ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἐξόδοις ἐν χειρὸς νόμῳ. δηλοῖ [14] δ' Ὅμηρος. ὁ γὰρ Ἀγαμέμνων κακῶς μὲν ἀκούων ἠνείχετο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· ἐξελθόντων δὲ, καὶ κτεῖναι κύριος ἦν. λέγει γοῦν·

Ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης — οὔ οἱ
Ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας, ἠδ' οἰωνούς,
Πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος.

ἓν [15] μὲν οὖν τοῦτ' εἶδος βασιλείας, στρατηγία διὰ βίου. τούτων [16] δ' αἱ μὲν κατὰ γένος εἰσὶν, αἱ δ' [17] αἱρεταί. παρὰ [18] ταύτην δ' ἄλλο μοναρχίας εἶδος, οἷαι παρ' ἐνίοις εἰσὶ βασιλεῖαι τῶν βαρβάρων· ἔχουσι [19] δ' αὗται τὴν δύναμιν πᾶσαι παραπλησίαν τυραννικῇ· εἰσὶ [20] δ' ὅμως κατὰ νόμον καὶ πατρικαί. διὰ [21] γὰρ τὸ δουλικώτεροι εἶναι τὰ ἤθη φύσει, οἱ μὲν βάρβαροι τῶν ἑλλήνων, οἱ δὲ περὶ τὴν ἀσίαν τῶν περὶ τὴν εὐρώπην, ὑπομένουσι τὴν δεσποτικὴν ἀρχὴν, οὐδὲν δυσχεραίνοντες. τυραννικαὶ [22] μὲν οὖν, διὰ τὸ τοιοῦ-

Fortaſſe [1] autem his expoſitis aliò tranſire, & de regno conſiderare uerum eſt. Hanc [2] enim reip. adminiſtrandæ formam in rectis numerandã eſſe diximus. Videndum [3] autem eſt, utrum expediat & ciuitati & regioni, in qua futurum eſt ut omnes bene & beatè uiuant, regis imperio parère, an alia aliqua potius reip. adminiſtrandæ forma uti: an [4] aliquibus regali imperio parère conducat, aliquib. non conducat. Sed [5] primum diuiſio ac diſtinctio regnorum facienda eſt, uidendumq; utrum eorum genus unũ ſit, an plura genera diuerſa. Facilè [6] igitur hoc quidẽ eſt intelligere, cõplura eſſe regnorũ genera, neq; omnium imperij modum eſſe unum. Reip. [7] enim adminiſtrandæ forma, qua utuntur Lacedæmonij, uidetur illa quidem eſſe regnum maximè regnorum eorum, quæ legitima ſunt: uerùm [8] penes regem nõ eſt ſumma rerum omnium poteſtas: ſed [9] ubi extra fines Lacedæmonios prodierit, dux & princeps eſt eorum, quæ ad bellum pertinent: propterea [10] res diuinæ regibus mandatæ ſunt. Hoc [11] igitur regnum, inſtar eſt imperij militaris, eius, quod obtinent belli duces ſumma poteſtate præditi, eiusq; perpetui. Necis [12] enim poteſtatem non habet, niſi in quodam regno: quẽadmodum [13] apud antiquos in bellicis expeditionibus, lege ea, quæ eſt in manibus & armis poſita. Quod [14] declarat Homerus. Agamemnon .n. maledicta & contumelias uerborum patienter audiebat in concionibus: extra concionem autem etiam necandi poteſtatem liberam atq; integram habebat. ſic enim ait:

Quem longè à pugna ad naueis diſcedere cernam,
Non tamen ille ideo uolucreis fugiſſe, caneſq;
Se putet. *& alibi:*
Mortis me penes arbitrium eſt, & ſumma poteſtas.

Hoc [15] igitur unum regni genus eſt, imperium belli per totam uitam. Atq; [16] horum alia ſunt hæreditaria, & quaſi gentilia: alia [17] optiua, & populorum arbitrio ac ſuffragio mandari ſolita. Aliud [18] eſt præter hoc monarchiæ genus, cuiuſmodi regna ſunt apud nonnullos barbaros. habent [19] autem hæc omnia uim & poteſtatem tyrannico imperio perſimilem ac finitimam: ueruntamen [20] legi ſunt conſentanea & paterna. Nam [21] propterea quod & barbari moribus ſunt ſeruilioribus, quàm Græci, & Aſiani, quàm Europæi, herile imperium perferunt. neque hoc ulla ex parte ægre ferunt. Sunt [22] igitur hæc regna, tyrannica, pro-

ob hæc ſunt: tuta [23] autem, quia profecta ſunt à maioribus, legibusq; conſtant. Et [24] cuſtodia, regia eſt, & non tyrannica, eadẽ de cauſa. Ciues [25] enim tuentur armis reges: tyrannos [26] uerò externi. Hi [27] namq; ex legibus imperant, ac uolẽtibus: hi [28] uerò inuitis. Quapropter [29] hi quidẽ à ciuibus, hi [30] autem contra ciues cuſtodiam habent. Duæ [31] igitur ſpecies hæ ſunt principatus. Alia [32] quidẽ, quæ in uſu erat priſcorũ Græcorũ, quos uocant Aeſymnetas. Eſt [33] autem hæc, ut ſimpliciter loquar, tyrãnis ſponte ſuſcepta: diſcrepans [34] uerò à barbarica, non quia lege non conſtet, ſed duntaxat, quia nõ accepta eſt à maiorib. Hoc [35] autem imperiũ quidam retinebant donec uiuerent: hi uerò ad definita quædã tẽpora uel facta: ceu [36] delegerũt quodam tempore Mitylenæi Pittacum aduerſus exules: quorum principes erant Antimenides & Alcæus poeta. Indicat autẽ Alcæus, creaſſe ipſos tyrannum Pittacũ, in quadã cãtilenarum ſcoliarum: increpat enim, quòd exitioſum patriæ Pittacum tyrannum conſtituerũt ciuitatis ira percitæ, & quæ graui dæmone agebatur, ualde probantes conſiliũ frequentesq;. Hæc [37] igitur imperia ſunt ac fuerunt, quia tyrannica erãt, erilia: quia [38] autẽ ſuffragijs delata, & ſpõte facientibus, regia. Quarta [39] autẽ ſpecies monarchiæ regiæ ſunt, quæ temporibus heroum ſponte deferebãtur, & propriæ generis illius lege fiebãt. Quia [40] enim primi contulerant beneficia in multitudinem, uel artes tradẽdo, uel bello, uel quia ſparſos coegiſſent, uel quia ſedes agrosq; ipſis cõparaſſent, creabãtur reges, à uolentibus: quæ regna fiebant patria apud eos, qui acciperent ipſa à parentibus. In ſua [41] aũt poteſtate habebãt belli tẽporib. imperiũ & rẽ diuinã, exceptis ſacris illis, quæ propria forẽt ſacerdotũ: & præter hæc cauſas iudicabant. Hoc [42] aũt faciebãt, hi quidẽ iureiurando ſuſcepto, hi [43] uerò iniurati: iuſiurandũ aũt erat ſceptri ſublatio. Hi [44] igitur priſcis temporibus & in urbe & in agro & extra fines continenter regnabant. Poſtea [45] autem partim ipſis remittentibus regibus, partim uerò turba populisq; ipſis

πολιτῶν εἰσιν· ἀσφαλεῖς [23] δὲ, διὰ τὸ πάτριαι, καὶ κατὰ νόμον εἶναι. καὶ [24] ἡ φυλακὴ δὲ βασιλικὴ, καὶ οὐ τυραννικὴ, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. οἱ [25] γὰρ πολῖται φυλάττουσιν ὅπλοις τοὺς βασιλεῖς τοὺς [26] δὲ τυράννους ξενικόν. οἱ [27] μὲν γὰρ κατὰ νόμον, καὶ ἑκόντων· οἱ δ᾽ [28] ἀκόντων ἄρχουσιν. ὥσθ᾽ [29] οἱ μὲν παρὰ τῶν πολιτῶν, οἱ δ᾽ [30] ἐπὶ τοὺς πολίτας ἔχουσι τὴν φυλακήν. δύο [31] μὲν οὖν εἴδη ταῦτα μοναρχίας. ἕτερον [32] δὲ, ὅπερ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἕλλησιν, οὓς καλοῦσιν αἰσυμνήτας. ἔστι [33] δὲ τοῦθ᾽, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννίς· διαφέρουσα [34] δὲ τῆς βαρβαρικῆς, οὐ τῷ μὴ κατὰ νόμον, ἀλλὰ τῷ μὴ πάτριος εἶναι μόνον. ἦρχον [35] δὲ οἱ μὲν διὰ βίου τὴν ἀρχὴν ταύτην· οἱ δὲ μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων, ἢ πράξεων. οἷον [36] εἵλοντό ποτε μιτυληναῖοι πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας, ὧν προειστήκεισαν ἀντιμενίδης καὶ ἀλκαῖος ὁ ποιητής. δηλοῖ δ᾽ ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἵλοντο τὸν πιττακὸν, ἔν τινι τῶν σκολιῶν μελῶν. ἐπιτιμᾷ γὰρ, ὅτι τὸν κακοπάτριδα πιττακὸν πόλεως τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος ἐστάσαντο τύραννον, μέγ᾽ ἐπαινέοντες ἀολλέες. αὗται [37] μὲν οὖν εἰσί τε καὶ ἦσαν, διὰ μὲν τὸ τυραννικαὶ εἶναι, δεσποτικαί· διὰ [38] δὲ τὸ αἱρεταὶ, καὶ ἑκόντων, βασιλικαί. τέταρτον [39] δὲ εἶδος μοναρχίας βασιλικῆς, αἱ κατὰ τοὺς ἡρωικοὺς χρόνους ἑκούσιαί τε καὶ πάτριαι, γιγνόμεναι κατὰ νόμον. διὰ [40] γὰρ τὸ τοὺς πρώτους γενέσθαι τοῦ πλήθους εὐεργέτας κατὰ τέχνας, ἢ πόλεμον, ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, ἢ πορίσαι χώραν, ἐγίγνοντο βασιλεῖς ἑκόντων, καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πάτριοι. κύριοι [41] δὲ ἦσαν τῆς τε κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας, καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαὶ καὶ πρὸς τούτοις τὰς δίκας ἔκρινον. τοῦτο [42] δὲ ἐποίουν, οἱ μὲν οὐκ ὀμνύοντες, οἱ δ᾽ [43] ὀμνύοντες. ὁ δ᾽ ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις. οἱ [44] μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων, καὶ τὰ κατὰ πόλιν, καὶ τὰ ἔνδημα, καὶ τὰ ὑπερόρια, συνεχῶς ἦρχον. ὕστερον [45] δὲ, τὰ μὲν αὐτῶν παριέντων τῶν βασιλέων, τὰ δὲ τῶν ὄχλων παραιρουμένων· ἐν

propter talem cauſam: & [23] tamen ſtabilia ac tuta: tum quia ſunt patria atq; auita, tum quia legitima. Et [24] uerò cuſtodia, regia eſt, non tyrannica, propter eandem cauſam. Reges [25] enim ſepti & ſtipati ſunt armis ciuium, tyranni [26] externorum. Illi [27] enim ex lege, & hominibus ſponte parentibus: hi [28] præter legem & inuitis imperãt. Itaque [29] illi quidem à ciuibus acceptam, hi [30] autẽ in ciues comparatam habent corporis cuſtodiam. Duo [31] igitur ſunt hæc monarchiarũ genera. Aliud [32] porro eſt, quod apud priſcos Græcos uigebat, quos Aeſymnetas appellant. Eſt [33] autẽ hoc monarchiæ genus planè tyrannis optiua, ſeu ſuffragio & conſenſu populi delata: quæ [34] à barbarica tyrannide differt, non eo quòd non ſit legi conſentanea: ſed eo tantum, quod non ſit auita, neque patria. Hos [35] autem imperium obtinebant alij per omnem uitam, alij uſq; ad præfinita tempora, & ad certas res gerendas: uerbi [36] gratia, optarunt ac legerunt quondam Mitylenæi Pittacum aduerſus exſules, quorum duces erãt Antimenides & Alcæus poeta. Declarat autem Alcæus in quodã obliquo carmine (ſcolion Græci nominant) Pittacum à Mitylenæis tyrannum eſſe ſumtum. eis enim uitio uertit, quòd Pittacum in humili & miſera patria natum, lentæ & infelicis ciuitatis tyrannum crearint, cõgregati cum laudibus in cælum ferentes. Hæ [37] igitur monarchiæ & ſunt & erant, propterea quia ſunt tyrannicæ, heriles, & dominorum propriæ: ſed [38] quia ſunt optiuæ, populiq; ſuffragio deferuntur, & quia in uoluntarios uſurpantur, regales. Quartũ [39] autem genus monarchiæ regalis complectitur illas, quæ temporibus heroicis floruerunt, quibus populi ſponte ſua parebant, quæq; erant auita, & patria, & legitima. Quia [40] enim primi de multitudine bene meriti fuiſſent uel tradẽdis artibus, uel bellis gerẽdis, aut quia diſperſos cõgregaßet, aut quia ſolum agrumq; præbuiſſent, reges à uoluntarijs creabantur, regnũque, quod obtinuerant, ſuis liberis ac poſteris tradebant. Erat [41] autem penes eos & imperij bellici, & ſacrificiorũ, quæ modo ad ſacerdotum partem non pertinebant, arbitrium ac poteſtas: tũ præterea cõtrouerſias diſceptabant. Hoc [42] autem faciebant alij iurati, alij [43] iniurati. Iuſiurandum porro erat ſceptri ſublatio. Reges [44] igitur, qui priſcis temporibus fuerũt, & res urbanas et eas, quæ agri finibus cõtinebantur, & eas, quæ extra fines imperij patebant, perpetuò moderabantur, atq; adminiſtrabant. Poſterius [45] autem partim earum ſponte ſua dimittentibus regibus, partim plebe detrahente, in alijs quidem

ipſis auferẽtibus: in alijs ciuitatibus ſacrificia duntaxat relicta ſunt regibus. ubi aūt maneret, quod regni nomine uocari poſſet, extra fines tantū rerum bellicarū imperiū habebāt. Regni [46] igit. ſpecies ſunt hę, quatuor numero: unū [47] quidē, qđ heroum tēporib. in uſu erat, hoc autem erat ſponte ſanè ſumentium, definitis tamen quibuſdā rebus: dux enim in bello erat & iudex rex, in ſuaq; manu habebat, quę ad deos pertinerēt. Secundum [48] aūt, barbarorum regnum: hoc aūt eſt imperium erile proprium eius familiæ, legibus conſtans. Tertium [49] autem, quam æſymnetiā appellāt: hoc aūt eſt tyrannis ſponte ſuſcepta. Quartū [50] uerò horū eſt Laconicū. hoc aūt eſt, ut ſimpliciter loquar, ius ducendi exercitū, acceptū à maiorib. & perpetuū. Hæc [51] igitur regna hoc pacto diſcrepant inter ſe. Quinta [52] aūt ſpecies regni, quando omnium auctor fuerit unus exiſtens (quemadmodū unaquęq; gens, & unaquæq; ciuitas rerū communium) ordinatum [53] ad imaginem diſciplinæ domeſticę. Quemadmodum [54] enim ratio domus regendæ regnum quoddam eſt domus: ſic [55] regnum ciuitatis & gentis unius uel plurium domeſtica adminiſtratio eſt.

ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσι θυσίαι καταλειφθῆσαι τοῖς βασιλεῦσι μόνον. ἅπερ δ' ἄξιον εἰπεῖν εἶναι βασιλείαν, ἐν τοῖς ὑπερορίοις τὴν πολεμικῶν τὴν ἡγεμονίαν μόνον εἶχον. βασιλείας [46] μὲν οὖν εἴδη ταῦτα, τέτταρα τὸν ἀριθμόν. μία [47] μὲν ἡ περὶ τοὺς ἡρωικοὺς χρόνους· αὕτη δ' ἦν ἑκόντων μέν, ἐπί τισι δ' ὡρισμένοις. στρατηγὸς γὰρ ἦν καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεύς, καὶ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς κύριος. δευτέρα [48] δ', ἡ βαρβαρική· αὕτη δ' ἐστὶν ἐκ γένους ἀρχὴ δεσποτικὴ κατὰ νόμον. τρίτη [49] δ', ἣν αἰσυμνητείαν προσαγορεύουσιν· αὕτη δ' ἐστὶν αἱρετὴ τυραννίς. τετάρτη [50] δ' ἡ Λακωνικὴ τούτων· αὕτη δ' ἐστίν, ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς, στρατηγία κατὰ γένος ἀΐδιος. αὗται [51] μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον διαφέρουσιν ἀλλήλων. πέμπτον [52] δ' εἶδος βασιλείας, ὅταν ᾖ πάντων κύριος εἷς ὤν (ὥσπερ ἕκαστον ἔθνος, καὶ πόλις ἑκάστη, τῶν κοινῶν) τεταγμένη [53] κατὰ τὴν οἰκονομικήν. ὥσπερ [54] γὰρ ἡ οἰκονομικὴ βασιλεία τις οἰκίας ἐστίν· οὕτως [55] ἡ βασιλεία πόλεως, καὶ ἔθνους ἑνός, ἢ πλειόνων, οἰκονομία.

de ciuitatibus ſacrificia duntaxat regibus relicta ſunt: in eis uerò, in quibus meritò regnum appellari poterat, extra regni fines res militaris duntaxat principatū obtinebant. Regni [46] igitur hæc ſunt genera, quatuor numero: unum [47] quod ſeguit heroicis temporibus. hoc autem in eos quidem ualebat, qui ſponte ſua imperio parebant: ſed ad res certas ac præfinitas. Rex enim erat imperator, & iudex, & rerum diuinarum dominus atq; arbiter. Secundum [48] barbaricum: hoc autem, gentile imperium eſt, herile, legitimum. Tertium [49] quod aſymnetiam nominant. hoc autem eſt tyrannis, in optione & ſuffragatione populi poſita. Quartum [50] eſt Laconicum. hoc autem eſt, ut ſimpliciter & paucis uerbis dicam, imperium militare perpetuum. Hæc [51] igitur hoc modo inter ſe differunt. Quintum [52] autem regni genus eſt, cum penes unum omnium rerū eſt poteſtas (quemadmodum unaquæq; gens, & unaquæq; ciuitas, reſp. copos & domina eſt) quod [53] regnum rei familiaris adminiſtrandæ rationem deſcriptione & ordine imitetur. Quemadmodum [54] enim rei familiaris tuendæ procuratio, regnum quoddam domus eſt: ſic [55] regnum, ciuitatis & gentis unius aut plurium tuendarum atq; adminiſtrandarum ratio eſt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Fortaſſe autem poſt.) Cùm intelligeret ſe diuiſiſſe reſp. in partes ſuas primores, atque oſtendiſſe, quot genera ipſarum forent: uideret autem ſuſceptam ſcriptionem requirere, ut alia, quæ nondum adhuc cognita, explicarentur: inquit, uideri rectum eſſe poſt prætractas diſputationes, iam abſolutas, nouam materiam ordiri, & de regno quærere. Cuius ſui iudicij cauſam affert, quòd regnum una ſit rerump. rectarū. debuit igitur mature perpendi. Omnis autem de illo quæſtio erit, utrum conducat ciuitati ac nationi, in qua uiui debeat bene ac beatè, genus hoc reipublicæ, id eſt regi ab uno: ſiue contrà nullo modo proſit, aliaque reſp. magis ipſi accommodetur, quæ ſcilicet ſit in poteſtate multitudinis, ſiue regatur à paucis: ſiue media quædam uia, inter rectaq; inter has, tenenda ſit, ut ſcilicet cuidam populo gentiq; eorum utilitatem adportet, contra autem alij potius obſit.

Oportet autem primùm.) Antequam ea, quæ propoſuit, ſubtilius exquirantur, inquit, oportere ſtatuere, utrum unum tantùm genus regni extet, an plura, quæ nata ſint ex uarietate ipſius. pluribus enim modis, ac ualde inter ſe diuerſis, poſſent uni alicui imperium habere. Statim igitur incumbit in hanc curam, nullumque negotium eſſe inquit cognoſcere, plura eſſe genera regni: nec unum eundemque modum eſſe, quo cuncti, qui reges uocātur, imperium capeſſunt. Eſt autem hoc quaſi poſitum ante oculos, aſpiciuntq; facile rationes, non diuerſæ tantùm, uerum etiam contrariæ, quibus aliqui in regnando utuntur. hoc enim ſignificare uoluit, cùm inquit, facile hoc eſſe intelligere.

Quod enim eſt in Laconum.) Incipit à regno, quod in primis legibus coercitum fuit, diſſerere de regno. Ipſum autē erat in Reſpub. Lacedæmoniorū. unus enim illic creabatur, qui hoc nomine uocaretur. Quale autem ipſum foret, paucis explicat. Primùm igitur tradit, in ea ciuitate regnum non poſſe de omnibus rebus ſua ex ſententia ſtatuere: tantum (ut exponit) reges illi, cùm ex urbe exierant, auctores principeſq; erant eorum, quæ pertinebāt ad bellum, ducebantque exercitum. Addit etiam alterum, quod ſtudio curæque ipſorum commiſſum erat, id eſt cultus deorum, quæque eò facerent. Xenophon in Republica, quam ſcripſit Lacedæmoniorum, cùm multa egregia inſtituta eius gentis, quę in exercitu haberent, ordinemque eorum expoſuiſſet, oſtendiſſetque ſolitum regem ſingulis, qui ſe adiſſent, ad eos ipſos mittere, quorum curæ negotia ea commiſſa forēt: addidit, cùm ita cuncta illic gererētur, nihil aliud regi reſtitiſſe, niſi ut tanquam ſacerdos foret in his, quæ ad deos pertinerent: dux autem in his, quæ ad homines. Cùm igitur ambæ partes hæ in eo iſto bello regis fortiſſimæ nationis, perſpicitur Archidamum, legatum Aetolorum apud T. Liuium in cōcilio, quod datum fuerat in Achaia legatis Antiochi & Aetolorum, improbè inſimulaſſe T. Quinctium, dixiſſeque ipſum in eo bello, quo Philippus rex antea uictus erat, nullo unquam Imperatoris officio functum eſſe, auſpicantem immolantemque, & uota nuncupantem, ſacrificuli uatis modo uiſum à ſe ſemper illum, cum ipſe corpus ſuum pro eo telis hoſtium obijceret. non minus enim uictoria partus pietate erga deos, quam manibus atque armis Imperatorū.

Hoc igitur regnum.) Ex inſtitutis ipſius, legibuſq; quibus creatum fuerat, cognoſci poſſe inquit, regnum Lacedæmoniorum fuiſſe poteſtatem ſimilem poteſtati ducum, quam obtinent in bello: eundem tamen nō ſimpliciter ducum, ſed imperatorum, & qui plenam ſuæ poteſtatem habeant, nec expectare cogantur reſp. illius, cuius copias ducunt, ſiue regis mandata. neque enim omnes, qui ducunt exercitum, ſunt αὐτοκράτορες, deliberantque ipſi de ſumma rerum. Præterea inquit, perpetua hæc poteſtas ipſius eſt copijs duce. [illegible] in rebuſp. ſolitos fuiſſe eligi imperatores ad illud ipſum bellum, quod initur geriturue, adminiſtrandum: quo finito, finis etiam terminuſq; impoſitus illi ipſi eius auctoritati. Ita uerò accipi debere hic ἀΐδιον, præter quàm quod ſatis apertum eſt, perſpicitur etiā qui ſenſit, ubi idem intelligit, inquit, διὰ βίου. Quod hic in excuſis legitur αὐτοκράτορας, patrio caſu multitudinis, uertit quandoque ſuū, eo ſit mēdoſum: legique debere putauit αὐτοκράτωρ, deleta extrema ſyllaba, ſonoque uocis mutato. etſi ſermo hic eſt de duobus imperatoribus, duo namque erāt reges Spartiatarum, & illo modo reſtitutum nomen [illegible] eſſet antecedentis uocis, quod declarat, ut extremum huius ſenten

tiæ

tiæ [illegible], cuiuſmodi ſit [illegible] hæc, docetque eſſe abſolutam. Adiuuat nonnihil ſuſpicionem hanc uetus tralatio, in qua eſt Imperialis, ſarius enim erat & uerius, ſi [illegible] in ſuo libro habuiſſet, uertere, Imperatorum.

Non tamen necandi.) Videndum accuratè, cur reſpondeat hoc: ego ſanè arbitror ei, quod inquit, ipſum hunc regem eſſe, quaſi ducem quendam belli, & non habere abſolutam poteſtatem (quod ſi foret, licuiſſet illi ſemper animaduertere in eos, qui peccaſſent: reges namque ſunt uitæ necisque domini) Non minus autem eſt obſcurum, & fortaſſe maculoſum, quod ſequitur, [illegible] Non enim ſignificat certum quoddam regni genus, ut uerba uidentur oſtendere: ſed potius definitum tempus aut locum, id eſt tum in caſtris uerſatur. cùm enim in urbe eſt, & tranquillis temporibus, non permittitur ipſi, ut ſumat ſupplicium de ciuibus condemnatis. Declarare autem id uolens, tangit morem ueterum Græcorum. Priſcis namque temporibus uita & more parentium erat ſolùm in manu regum illorum, cùm exiſſent è caſtris ad rem gerendam, & iam pugna commiſſa erat. Neque enim tunc patitur tunc, ut mature legibuſque de culpa militis delictóque conſilium capiatur (ſilent enim, ut ille inquit, leges inter arma) ſed neceſſe eſt ſubitò, ne maius inde incõmodum naſcatur, ſtatuere de ipſo. Hoc igitur ualet, quod addit, [illegible]. Quæ ſententia formaq; loquendi uſurpata fuit crebrò à Græcis hiſtoricis, ut alibi, poſitis exemplis multis, docui. Nollem autem doctum interpretem horum librorum locum hunc integrum & nulla correctione egentem, emendare aggreſſum, præſertim leuem admodum conjecturam ſecutum. Vetus enim illa interpres ſæpius in hoc fuit, quia non diligenter uerſatus fuerat in ſcriptis ueterum Græci ſermonis auctorum; coniunxit enim duas uoces imperitè, quæ ſeiunctæ apud auctorem ſunt: & ego ſanè ſemper plus tribui fidei ipſius, quàm doctrinæ.

Indicat autem Homerus.) Cum uerum eſſe, quod dixerat, probare uellet, nec ulli rerum tam priſcarum ſcriptores extarent, confugit ad auctoritatem Homeri, in cuius poeſi, non notata tantum, uerum etiam expreſſa erant inſtituta cuncta moreſq; illorũ temporum. Inquit igitur, declarare hoc poetam eum, apud quem Agamemnon, rex regũ, cum in caſtris, quando uocata concione deliberabatur de republica, malè audiret, æquo animo ferebat, conuiciiſque ac maledictis non ita commouebatur, ut minaretur mali aliquid aduerſarijs: cùm autem prodierant in aciem, poterat legibus necare militem, qui flagitij aliquid admiſiſſet in re militari. Ponit autem uerba ipſius, quib. uſus eſt, cũ in officio retinere uellet hos in medio ardore pugnæ, dicens: Quemcunque nactus ero remotum à loco, ubi prælium commiſſum eſt, interficiam, inſepultumque relinquam, quia in manu auctoritateque mea eſt mors. [illegible], quod inquit, ualet ut dicat, cùm copiæ eductæ forent e caſtris, ad manuſque uentum eſſet: quemadmodum ſere ſuprà locutus eſt de regno Laconum, quorum regum poteſtas domi lõgè minor eſſet, cum autem ex urbe exiſſent, munere fungebantur imperatorum, copiaſque ducebant, donec bellum confectum eſſet. Inquit igitur ille quoque, [illegible]: in quib. tamen uerbis ſi copulus ineſt. neque enim omnino apparet, oſtenderéne uoluerit auctor, regem eum ſtatim ducem belli fieri, ut exijt ex urbe, ſiue tum à finib. agri Laconici cum copijs exiret: atque hoc, quia durior eſt ſtructura uerborum. Quòd ſi mutato caſu nominis [illegible] dixiſſet, ſiue ante accuſandi caſum, qui eſt, præpoſitionem [illegible], collocaſſet, ſententia plana & aperta fuiſſet. Vetus autem illa tralatio non ſanè dilucide, ſed fideliter tamen, ut ſolet, locum uertit, in qua legitur, Sed quando exierit regionem. Ipſe ſuprà in ſententia horum uerborum exprimenda, quam uerto rem duxi, duarum harum notionem ſecutus ſum. Poſt ſuperiora uerba concludit, monſtratum iam eſſe genus regni quod etiam cuiuſmodi ſit, breuiter repetit, utiturque uerbis, quæ aperiunt illud ipſum ac declarant: nec deſinit oſtendere, duo genera huius regni eſſe, quorum alterum acceptum eſt à maioribus: alterum nouum, cùm gens aliqua deligit ſibi huiuſcemodi reges.

Præter hoc autem) Præter monſtratum patefactumque regnum, quod [illegible] nunc uocat, quia ab uno regitur: inquit, extare aliud genus ſingularis regni. Imagine autem ipſum declarat, taleque ſe intelligere docet, qualia ſunt regna apud barbaras quaſdam gentes. Cuiuſmodi uerò illa ipſa ſint, pluribus exponit. Affirmat enim, cuncta habere poteſtatem parem propè tyrannorum quæ, ſi leges ſpectes, nulla eſt: ſi conſuetudinem licentiamque ipſorum, plena. Quanuis autem aſſimilem eſſe dixerit uni ipſarum, quid tamen diſcriminis inter has rationes regendi remp. uerſetur, oſtendit. Reges namque barbarorum legibus creati ſunt: & ut acceperunt regnandi ius à parentibus, ita ipſum liberis relinquunt.

Quia enim magis.) Vnde fiat docet, ut barbari tolerent huiuſcemodi regna quæ iniqua ſunt, & Græcis hominib. ualde odioſa. Inquit igitur, hoc inde naſci, quia gentes nationeſque (ita enim ferè appellabant populos barbaros) magis factæ ſunt ad ſeruitutem, faciliuſque, naturæ quadam ui, ferebant iniuſtum durumque imperium, quàm Græci: ideo multa apud ipſas huiuſcemodi regna inueniri. Cum uerò commune hoc eſſe dixiſſet omnium barbarorum, partimque ipſorum Aſiam incolentium, partim autem Europam proniores tamen eſſe dicit ad ſeruitutem eos, qui ad ortum ſolis uergerent, quàm illi forent, qui expoſiti ad occaſum Aquilonemque ſunt: ſunt enim illi mitiores, hi contrà feroriores. Hippocrates in libro de Aere, aquis & locis, narrat, homines, qui Aſiam incolunt, eſſe timidiores, minuſq; robur bellicis idoneum, quàm ſint ij, qui ſedes habent in Europa. Quod profectum putat à natura eius cœli: ſed etiam à moribus inſtitutiſque earum regionum, in quibus reges diuitiis dominabantur. Quare populi ſtudia militaria fugiebãt, in quibus pericula & labores in ipſos caderẽt: utilitates uerò & præmia propria regum eorum erant. Cum uerò barbaros ipſis uocet, notum eſt Græcos hoc nomine appellare ſolitos reliquos omnes populos, ut feros & incultos: quare primùm etiam Romanos ita uocabant, & poſtea barbaros nominabant. Quod autem facit ad inſtituta eorum temporum moreſque, mutata eſt ratio non parum in gẽtibus, quæ Europæ multas partes incolunt. Plures enim quæ hodie reſpublicæ, & benè conſtitutæ, apud ipſos reperiuntur, ut in Germania, naturaque ualde ipſi abhorrent à ſeruitute: cùm Aſiaticorum ingenium idem permanſerit, humileq; admodum ac ſeruile ſit.

Tyrannica igitur.) Iudicium ſuum aperit de huiuſcemodi regnis, affirmatque ipſa propè accedere ad tyrannidem ea de cauſa, quæ dicta eſt: id eſt, quia exercent imperium in eos, quib. dominantur, ut erit in ſeruos, aut ſaltem eius ſimilitudinem quandã retinent. quod tamen inde remotum eſt, exiſtit in his regnis. Vacua namque à periculis & inſidiatorib. ipſa ſunt, quia ſunt, ut inquit, natura & moribus inſtitutiſque creata. aſſueſcunt enim homines parère illis, quos longo temporis ſpatio in imperio uiderint.

Et cuſtodia.) Confirmat idem ſigno. Neque enim alia de cauſa fieri dicit, ut hi principes utãtur iiſdem corporis cuſtodibus, quibus utuntur reges, & non quibus tyranni: niſi quia non detrectant illa imperia, qui ipſis parent, cum ſint uetera acceptáque à maioribus, conſtitutaque demum uoluntate eorum populorum. Docuit autem, ne quem fortè hoc falleret, quid intereſſet inter cuſtodes uitæ regum & tyrannorum. ciues enim, inquit, tuentur reges: ceteros uerò, mercedeque conductos, tyrannos. Sed etiam unde hæc diſſimilitudo earum naſcatur, ſignificare uoluit, reditque eodem, dicens: Reges enim legibus delecti ſunt, imperiumque habent in eos, qui ſponte uolenteſque ſe ſubiecerunt poteſtati ipſorum: tyranni contrà inuitos ſibi parère cogunt. Quapropter, inquit, concludens ſententiam hanc, hi à ciuibus accipiunt defenſores [illegible], id eſt reges: illi uerò utuntur illis armis ſpiculatoribuſque contra ciues, ut minore periculo ipſis uim adhibeant. Cicero igitur, cũ pro M. Marcello inquit: Quare omnes te, qui hæc ſalua eſſe uolumus, & hortamur & obſecramus, ut uitæ, ut ſaluti tuæ conſulas. omneſque tibi, quoniam ſubeſſe aliquid putas, quod cauendum ſit, non modò excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporũ pollicemur, ut de uero legitimoque principe ciuitatis locutus eſt. In extremo hic auctor inquit, colligens, quæ explicata modò fuerant: Sunt igitur hæc, quæ monſtrata iam ſunt, duæ ſpecies ſingularis imperij.

Alia quidem, quæ) Genus aliud monarchiæ, id eſt tertium, eſſe dicit, quod in uſu fuit apud ueteres illos Græcos. Intelligere autem ſe indicat eos, quos ipſi uocabant [illegible], a quo nomine cõformatum eſt uerbum [illegible], uſurpatũ ab Euripide in Medea, ubi loquitur de Iaſone, qui duxerat uxorem Creontis filiam, regnantis Corinthi. Eſſe autem commemorat hoc regnum, ut ſimpliciter, & non exquiſitè nunc loquatur, tyrannidem ſponte ac uolentibus ciuibus creatam. Cum autem ſuprà de regno barbarorum, quod & ipſum refert tyrannidem, diſputaſſet: in quo differat hoc ab illo, declarat. conueniebat enim ambob. in hoc quoque, ut eſſent ambo hæc quaſi regna, more legibuſque conſtituta. Non enim hoc, de quo nunc præcipit, regnum, eſt à maiorib. acceptum ſed poſtulantibus certis temporibus creatum: [illegible] enim [illegible] diſcrimen inter ipſa eſt, ut teſtatur.

Hoc autem imperium. Duobus modis conditionibuſq;, hos creari ſolitos affirmat: hi quidem, donec manerent in uita, poteſtatem illam tantam retinerent: hi uerò ad certa quædam temporis ſpatia, ſiue non definito tempore, donec aliquod confectum & ad exitum perductum eſſet, cui abſoluendo tempus nullum certum erat. Exempli cauſa, aut bellum confectum, aut hoſtium urbs expugnata, aut ſeditio inteſtinumue aliquod malum ſedatum, ut Romæ dictatores

creare

creare motis erat: qui ſanè reddebant ſpeciem hanc imperij. uarijs enim de cauſis huc confugere conſuerant, at ſemper coacti, neceſsitateque ſibi aliqua maiore impoſita, præſertim inferioribus temporibus, metuẽtes id malũ, in quod poſtremom inciderunt, ne ſcilicet aliquando inueniretur aliquis, qui ſe illa poteſtate ſpoliare nollet. Ipſe, cùm exemplum huius dominatus poneret, uſus eſt illo, cùm Mitylenæi delegerunt imperatorem Pittacum, unum è ſeptem uocatis Sapientibus, aduerſus exules ſuos, qui armis redire in patriam conabantur, ipſiuſque fidei uniuerſam remp. commiſerunt. Narrat etiam, qui fuerint principes exulum illorum, appellatque Antimenidem & Alcæum, lyricum poetã. Fuit autem Alcæi frater Antimenides, quem laudauit etiam carmine quodam ſuo Alcæus, ut commemorat Strabo, duobus locis huius ipſius rei, quam tangit hic Ariſtoteles, & horum uirorum mentionem faciens. Adiungit etiam idẽ, Pittacum, cùm tanta illa ſua poteſtate uſus eſſet aduerſus iniuſtos principes ciuitatis, fractis illis compoſitaque republica, ſuas leges ciuibus reddidiſſe.

Indicat autem Alcæus.) Teſtimonio Alcæi utitur, probare uolens uerum eſſe, quod dixerat, creatum fuiſſe monarchã Pittacum a ſuis ciuibus aduerſus exules: ponitque uerba, quibus ciuitati ille maledixerat, & ſtultitiam Mitylenæorũ caſtigarat, qui hoc ipſi ſibi ſuiſque, læto animo fecerant. quòd ſi libertatem caram habuiſſent, nunquam cõmiſiſſent. In quadam autem ſua cantilena ipſum ea effudiſſe ſignificat, quam uocat σκολιὸν: certa enim quædam μέλη uocabãtur ita. Et quamuis plerunque ſolum hoc nomen ἐπίσημον uſurparetur, intelligebatur tamen μέλος. nã hic libri omnes ſcripti, quos uidi, habent σκολιῶν μελῶν: quam etiam lectionem ſequitur uetus tralatio. Κακοπατρίδαν uidetur uocaſſe Pittacum Alcæus, quia putabat illum exitium ac peſtem futurum patriæ, quam appellat ἄχολον, ut opinor, quia plus quàm oporteret, ipſis ſuccenſeret. eundem etiam βαρυδαίμονα dicit, quia infenſo ſibi dæmone agere tur. Quod uerò poeta adiungit, notans dementiam ciuium, qui alacres plenique ſpei crearant tyrannum Pittacum, inquit, μέγ' ἐπαινέοντες: ſermo eſt elegans, & mirificè aptus ad errorem animi eorum demonſtrandum. unde lepidè accommodauit illum ſuæ ſententiæ ſimili Plutarchus in libello, quem uocauit ἐρωτικὸν, auctoremque eius citauit, cùm oſtẽderet cupidinem magno cõſenſu omnium & poetarum, & legum ſcriptorum, & philoſophorum etiam, aſcriptum fuiſſe in numerum deorum. Nã uocibus, quę antecedunt has poetæ, expreſsit doctiſsimus ſcriptor, quod ſequitur eaſdem apud Alcæum, id eſt ἀολλέες? ualet enim conferti ac conſtipati. quod igitur Alcæus dixerat de hominibus, Plutarchus tribuit uocibus ipſorũ. Quid autem ſentiret de tertio hoc genere regni, patefecit Ariſtoteles in extremo. inquit igitur, ipſa & fuiſſe antea, & tunc quoque eſſe, cùm tyrannica forent, parte imperio eorum in ſeruos: cum uerò eadem ſponte ſumerẽtur, referre haec parte uera regna.

Quarta autem ſpecies.) Quartum genus ſingularis imperij, quod ſimilitudinem habet regiæ poteſtatis, à qua etiam nomen accepit, eſſe dicit regna illa, quæ fuerunt heroum temporibus. Illi enim ipſi, qui propter eximiam uirtutem heroes uocati ſunt, reges appellabantur. Vnde Agamemnon, qui dux fuit Græcarum copiarum in bello Troiano, quæ copiæ ſeorſum ſuos quoſdam propriosque reges habebãt, rex regum dictus eſt. Cuiuſmodi autem fuerint illa regna, oſtendit. inquit enim, primos earum familiarum à uolentibus ſponteque facientibus reges creatos, quam dignitatem poſtea poſteris reliquerunt. quare πάτρια illa regna uocata fuêre, quia à maioribus patribusq́, accepta ſunt. Ortum etiam horum regnorum monſtrat, & quæ res impulerint populos, ut tantam poteſtatem in ſe dederint certis hominibus, declarat: beneficiaque in ipſos collata uim hanc habuiſſe teſtatur, quæ beneficia uaria & diuerſorum generum fuerint, magna tamen cuncta. Aut enim, inquit, tradiderunt ipſis artes quaſdam, utiles uitæ: nam inuentores artium antiquitus in numerum deorum referri ſolitos, notum eſt. aut in bello nauarunt ipſis operam, è periculiſque magnis eripuerunt: aut quia diſperſos illos coegerunt, & in unam quaſi ſedem redegerunt, ut de Theſeo memoriæ proditũ eſt. de quo hæc ſunt uerba Ciceronis: Vt ueſtri Attici, priùs quã Theſeus eos demigrare ex agris, & in aſtu, quod appellatur, omneis ſe cõferre iuſsit. Vltimum genus ponit eorum, qui nouas ſedes ipſis pepererunt. Aeneam autẽ ambobus ijs poſterioribus modis beneficium dediſſe Troianis, qui ſecuti eum ſunt, nemo ignorat. nam de priore ita ipſis locutus eſt apud Virgilium:

—— *Atque hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum Inuenio, admirans numerum.*

Et initio etiam ſequentis libri: *Contrahimusq; uiros.* Omnes igitur hos ijs de cauſis nomẽ regis adeptos affirmat, quos delegerunt illi ipſi & honeſtarunt, qui tantopere ab ipſis adiuti ſunt: poſteri eorum, nullis ſæpè ſuis meritis, eundem gradum honoris retinuerunt, acceptum à maioribus.

In ſua autem poteſtate.) Exponit nunc, quæ foret auctoritas ipſorum. neque enim omnium ſuarum rerum poteſtatem his antiquis regibus populi permittebant. Primùm igitur narrat, eos ſuo iure ſolitos exercitum ducere, cùm bellum erat, atque etiam in ſua manu habuiſſe rem diuinam, cùm immolare hoſtias oporteret, exceptis illis ſacris, quæ propria eſſent ſacerdotum. Tertiam curam eorundem fuiſſe adiungit, quòd cauſas iudicabant. qua in re oſtendit, non omnes eodem pacto ſe gerere ſolitos (utitur enim diuiſione) partimque illorum affirmat, cùm ſententiam ferrẽt, non iurare ſolitos: partim uerò antea iurare. Iuſiurandum etiam ipſorum cuiuſmodi foret, ſignificauit: neque conſueſſe eos id uerbis concipere docet, ſed tantùm ſolitos ſceptrum baculumque regium tollere. Quod ipſe appellauit θυσίας ἱερατικάς, intelligens certas quaſdam, quæ requirerent perſonas ſacerdotum, ut ritus illi ſacraque ordine fierent, iudicauit nomen, quo uulgò uocarentur, unde hoc conformatum eſt in 7. huius librorum, ἱερατικάς que eſſe inquit.

His igitur priſcis.) Oſtendit quomodo regnum hoc amplum priſcorum temporum, cuius meminit, contractum ſit atq; extenuatum. Veteres namque illi reges poteſtatem perpetuam habebant & in rebus urbanis & in his, quæ intra fines gererantur, atque etiam in his, quæ extra terminos regionis fierẽt. Inquit igitur, id factum eſſe partim remittentibus multum illius ſuæ poteſtatis regib. ipſis, ſuaque ſponte ſe ipſa ſpoliantibus, partim autem demetentibus aliquid inde popularibus hominibus ac plebe: in quo paulatim tantum res proceſſerit, ut in alijs ciuitatibus relictæ ſint tantùm regibus curæ rei diuinæ faciendæ: quare non uidebantur illic poſſe uocari amplius reges. ubi autem reſtaret adhuc ſpecies aliqua regum, nec penitus poteſtas eorum omnis extincta foret habebant, inquit, ſolùm illi, cùm bellum extra fines gerebatur, ſummam poteſtatem in exercitu, fungebanturque officio ducum. Theopompum Laconum regem æquo animo tuliſſe, ut poteſtas ipſius nouo magiſtratu ephororum creato extenuaretur, notum eſt: & quid uxori reſponderit, increpanti ipſum, quòd liberis relicturus eſſet regnum, minus quàm à maioribus accepiſſet. Contrà autem Meſſenij & Argiui, prodente idem hoc memoriæ Plutarcho in Lycurgo, reges ſuos ſuſtulerunt: quia pati noluerant, ut auctoritas ipſorum minueretur, accommodaretur que aliqua parte uoluntati popularium. E'σχατιὰς uocauit hic auctor ſacra negotiaque, quæ gererentur in agris pagiſque, proprijs eius ciuitatis, atque intra terminos demum imperij. Quare cùm hoc nomen iunctum ſit cũ δήμῳ, non intellexit populũ urbanum, ſed quos Attici uocabant δήμους, id eſt pagos & oppida: cuiuſmodi erant Sunium, Phalerus, multaq; alia caſtella.

Regni igitur ſpecies.) Repetit paucis quatuor genera regni, quæ iam expoſuerat, ut addat quintum, uerum atque abſolutum regnum. Vnum igitur eorum fuiſſe dicit, quod in uſu erat heroum temporibus: initium enim ducit ab ultimo, quod ſuprà poſuerat: quale etiam ipſum fuerit declarat. inquit enim, hoc regnum fuiſſe à uolentibus ſponteque facientibus inſtitutum, cui tamen adminiſtrando conditiones quædam latæ fuerant: erat enim hic tanquam dux bellicarum copiarum, & præterea iudex cauſarum, necnon in ſua manu habebat ea, quæ pertinerent ad cultum deorum.

Secundum autem.) Mutat ordinem. Barbarorum enim regnum ſuprà in medio Laconici & regni ueteris Græcorum, quod αἰσυμνητεία, uocabatur, collocauit: nunc autem ante hoc ipſum illud exponit, quale etiam ſit aperit. Principatũ igitur ipſum eſſe dicit, qui maneat in eadem familia, imitetur autem erile imperium: quare durus & aſper erat, moribus uerò inſtitutiſque eorum accommodatus.

Tertium autem.) Tertium regni genus eſſe dicit, quod uocare ſolent priſco nomine αἰσυμνητείαν, regnum uſurpatum antiquitus à Græcis. Quod ſane tale erat, quale illud, quod inferioribus temporibus tyrannis uocatum eſt: niſi quod antiqui illi mortales huiuſcemodi reges ipſi ſibi deligebant: cum tyranni, inuitis ijs, in quos iniuſtum ſuum imperium exercent, dominentur.

Quartum uerò harum.) Quartum genus eſſe inquit, quod Lacedæmone uiguit. Primo autem loco ſuprà poſitum: hoc ab ipſo fuit. non erat autem monarchia: duo namque à Laconibus reges creabantur. Vim poteſtatemque ipſius exprimere uolens Ariſtoteles, inquit, ipſum eſſe ius ducendi exercitus proprium unius familiæ, uel duarum potius in ea ciuitate: ipſum autem perpetuum. Quib. quatuor rationibus regnādi expoſitis, adiūgit ſe illas tradidiſſe, & diſcrimina, quæ ipſorum forent, demonſtraſſe.

Quinta autem ſpecies.) Adiungit ſuperioribus quatuor quintam ſpeciem regni, quam eſſe dicit, quando fuerit omniū rerum, quæ ſunt illic, dominus, qui unus numero ſit. Quemadmodum, inquit, uidemus ſingulas gentes & ſingulas ciuitates communium ſuarumque rerum dominas eſſe, poſſeque de illis ut ipſis uiſum fuerit conſilium capere: cum igitur eadem poteſtas in unum tranſlata eſt, appellatur illud regnum. Docuit etiam, quomodo regnum hoc conſtituendū ſit, & ad cuius rei imaginem conformatum. tradit enim, referre ipſum rationem eam, quę regitur domus. Quemadmodum enim, inquit, diſciplina illa eſt quoddam regnum domus: ita contrà regnum eſt diſciplina poteſtaſque eadem in unam quampiam ciuitatem aut gentem, ſiue plures. nam inueniuntur reges, qui non in unā tantùm, ſed in plures nationes imperium habeant. unde etiam oratores & poetæ ab una harum ad alteram transferre nomina propter ſimilitudinem conſuerunt.

ἔν τινι βασιλείᾳ.) In certa regni parte, hoc eſt, certo loco & tempore, nimirum tempore belli, quando in caſtris eſt.

ἀλλ' ἐν τῇ ἐξόδῳ.) Iliados β Agamemnon conuitia patienter ſuſtinet, neque ulciſcitur, tanquam priuatorum, ſuis legibus ſubiectus. At in acie tanquam ſuſiuris in alios animaduertendi poteſtatem habens, minatur inobedientibus.

τῶν βαρβάρων.) Quale regnum Perſarum ſub Cyro, legibus directum, quod ex Cyri inſtitutione apud Xenophontem patet. Sed & Cambyſes cum ſororis nuptijs inhiaret, num quæ lex apud Perſas hoc permitteret, quæſiuit.

διὰ τὸ δουλικώτεροι.) Locum Hip. rectè Victorius allegat ex Romanis hiſtorijs. Notum eſt, Galatas, mortuo Deiotaro, offerentibus libertatem Romanis, eā reſpuiſſe, quod abſque rege uiuere neſcirent. Alij legunt, διὰ γ. τ. δουλικώτεροι εἶναι τὰ ἤθη ἔθνη βαρβ. &c. Sed rectius Victorius. Quandò enim Græci terrarum ueluti orbem in duas nationes diſtinguebant (quod ferè omnes ob quamcunq. excellētiam ſuperbienter populi facere conſueuarunt. Nam qui numero pauci erant, morū interim honeſtate & eruditione circunati, & ualuti in orbis meditullio, hinc inde ab Europę, Aſiæ & Africæ terminis coartati reliquos omnes populos uno Barbarorum nomine efferebant, eos deniq. generali uoce ἐθνῶν appellabant. An hanc ipſam ob cauſſam ſacræ literæ, propter ueri Dei cultū Iudęis eximiè dictis, populos reliquos omnes uno ἐθνῶν, hoc eſt, Gentium & Gentilium nomine comprehenſos, opponunt?

τυραννικαὶ ἑταιρικαὶ κινέσεως.) Ergo Ariſt. iudice pleriq. ſummorum principum Tyranni fuerint.

Αἰσυμνήτης.) An αἰσυμνῆται uocātur, qui iuſta cogitent agantque: an αἰσυμνῆται ὑμνεῖν, qui aliorū iuſtitiam & præconijs & præmijs afficiant? Apud Romanos Dictatoris ſumma erat & ſine prouocatione, uitæ necisq. ac rerum omnium poteſtas, tyrannidi ſimilis, ſuffragio populi ad politicum bellicumue negotium aliquod conficiēdum inſtituta ad tempus. Qua tamen perpetua L. Corn. Sylla primùm, inde C. Iul. Cæſar uſi ſunt, ſeu potius abuſi.

Πιττακόν.) Pittaco uni è ſeptem Mitylenęi inteſtinis bellis agitati, dictaturam perpetuam conceſſere: quam tamē ille decennio pòſt conſtitutam iam Rep. ciuib. integram reſtituit.

Σκολιῶν.) Μελῶν ſcilicet. Carminis genus, in conuiuijs ſolitum cantari. Vide Plut. in Conuiuialib.

Ἀλκαῖος.) Lyricus uetuſtiſſimus frater eius Antimenides.

καὶ τῶν θυσιῶν.) Sic apud Athenienſes quantumuis mutato regno in Democratiam, Rex tamen, qui nomen ſuum inter nouem Archontes retinebat, Myſteria, & Lenæa, ludos ità à Lampade dictos, Promethea ſcilicet, Panathenæa & Hephæſtia, ſacra item patria procurabat, & ſacerdotibus omnibus ius dicebat. Eius itidem uxor ſecretis quibuſdam arcanis ex regia repub. conſeruatis operam dedit. Sic apud Rom. expulſis regib. manſit tamen in collegio pontificū & nomen & munus Regis ſacrificuli quòd ſacra quædam erant, quæ non niſi à Rege obiri poterant.

τῶν δ' ἱερῶν.) Sacra nimirum & profana tractabant reges.

σκήπτρου ἐπανάτασις.) Sceptrum regiæ maieſtatis ſymbolum: cui in Hieroglyphicis oculus impoſitus, Deum uniuerſi rectorem denotat. An ergò ſceptro in ſublime elato iurabant, ut tacitè indicarent, ad Dei imitationem ſeſe Reip. præfuturos?

αὐτὸς καταστήσαι τὴν βασιλείαν.) Theopompus Spartanorum rex ad coercendam regum licentiam Ephororum magiſtratū primus introduxit. Reprehenſus ab uxore, quòd liberis debiliorem potentiam relicturus eſſet: Enimuerò, ait, ſed ſtabiliorē.

DE Rebuſpub. hactenus, ſecundùm cauſas allatas earundem differentijs. Nunc de ijs ſingillatim. Diſputationem ergo de Regno

- Proponit Quæſtionis
  - Materiam proponit
    - Cōſonē ad
      - ὅτι. De Regno agendum. N. 1.
      - Διὰ τί. Nam ſpecies eſt bonæ Reip. N. 2. At nos ſpecies nunc perſequi uolumus.
    - Diſtinctè. Cùm conſtet Regnum eſſe (τί ἐστι) relicta quæſtione ſimplice, compoſita eſt tractāda. Numirum an Regnum in
      - Genere, Melius ſit quauis alia Reip forma. N. 3.
      - Specie, reſpectu Perſonarum, alijs magis, alijs minus conferat. N. 4.
  - Formam ſeu modum, quo explicari debet, delineat. Cùm uariæ ſint Regni ſpecies, eæ priùs deducendæ erūt. Quibus explicatis, tum tandem bonum an malum, ſimpliciter uel ſecundùm quid ſit, facilè cognoſcetur. N. 5.
- Explicat. Regni
  - Speciem primùm inueſtigat. Regnū bonæ eſt Reip. ſpecies, cui cum bonum uerè publicum & ad omnes pertinens prepoſitum ſit, iccirco uolentes libentes uni parent. Quo ipſo differt à Tyrannide, priuatū tyranni bonū ſpectante, & inuitis per unum imperāte. Regnū uirtute nititur, quia bonū: ſi uirtute, certè recta ratione. Recta hæc ratio uel in ipſo met Rege uel extra regem in legibus poſita eſt. Ex hoc fonte regnum multiplex deduci poſſe uidetur, cum non eodē modò ſecundū rationē rectā unus imperet. N. 6. Videtur proinde Ariſt. Regnum aliud ſtatuere κατὰ
    - Νόμον, quando ſecundùm leges & conſuetudines poſitas imperij exercetur ab uno in omnes reliquos. Forma huius Regni eſt ipſe νόμος, quòd Lex eſt ſupra Regem, hoc eſt, regi præſcribit agenda. Vide ſeq. ſign. A.
    - Βούλησιν, quando non ſecundùm leges, ſed ſecundùm uoluntatem ſuam imperat, quæ tamen uoluntas ſit legis inſtar. Hæc dicitur ſeq. cap. Regnum plenum, Παμβασιλεία. Cum
      - Materia. Rex dominus eſt omnium rerum, quemadmodum uidemus gentem quamlibet & ciuitatem quamlibet ſuarum rerum dominam eſſe. N. 51.
      - Forma eſt, quòd eſt κατὰ βούλησιν et quòd Rex eſt ſupra legem, non uoluntate bruta, ſed rationali præditus. Itaq. ſimile eſt imperium iſtud imperio Oeconomico. Numero 52.
        - Quemadmodū enim Oeconomia eſt Regnū quoddam domeſticum. N. 53.
        - Ita Regnū plenū eſt Oeconomia quædā ciuilis. N. 54.
  - Accidens, ſeu qualitatem, Bonum an malum ſit, enarrat. CAP. XV.

- **A.** Differt *rurſus ex Materia ſubiecta, hoc eſt, ijs rebus in quibus imperant: nam uel omnium rerum poteſtatem lex permittit regi: & regnum indefinitum dicitur, uel quarundam tantùm, & dicitur Definitũ. Vtrãque ſpeciem duplicem facit ratione Tẽporis: alteram Recentem, alterã Vetuſtã: ſeu potius præſuppoſita diuiſione Eſſentiali à Materia petita, eandem accommodat Accidentali à Tempore. N.6. adeò que ſpecies Regni*
  - **Deducit**, *quatuor numero: quarum aliæ*
    - **Nunc**, *Ariſt. ætate, etiamnum florebant, duæ numero.* N.31. *Vide ſeq. ſignum* B.
    - **Olim** *floruére, totidem numero. Alterã uidelicet*
      - **Græcorum** *Aeſymnetarum.* Nu. 32. *De hoc in*
        - **Genere, tum**
          - Per ſe. *Eſſe Tyrannidem ſponte à ciuibus ſuſceptam.* N.33.
          - Reſpectu *regni Barbarici: Ab eo differre non forma (utrunq; enim legitimum eſt) ſed efficiente, quoniam nõ eſt hæreditarium.* N.34.
        - **Specie. Species enim**
          - Recenſet, *à tempore petitas. Nam uel perpetuum erat regnum, durante uita, uel certo annorum numero circumſcriptum* N.35. *Vtrunq; exemplo Pittaci oſtendit: quem cùm Mitylenæi tyrannum perpetuum elegiſſent, ipſe conſtituta Rep. poſt decennium ſponte abdicauit.* N.36.
          - Declarat. *Vt accidentaliter differant, conueniunt tamen eſſentialiter, tum reſpectu*
            - Materiæ *& Formæ, quoniam Tyrannidi ſimiles tertio Herile imperium exercere uidentur.* N.37.
            - Efficientis, *quoniam uel electione & uoluntate ſubditorum ſuſcipiuntur: tertio Regno ſunt ſimiles, & Patrum imperium exercere uidentur.* N.38.
      - **Heroum.** *Quartũ hoc eſt regnum Heroicum, legitimum, electione et ſucceſſione nitens.* Nu. 39. *Quod quidem*
        - **Declarat tum in**
          - **Genere, reſpectu**
            - Efficiẽtis. Nu.40. *Nã ꝑpter præclara in Rẽpub. merita*
              - Primi *omnium Reges dicti, quandoquidem nullo illis par gratia referri poterat, honorẽ id obtinuere, ut conſenſu omnium in reges eligerentur, & tanquam Dij quidam hominibus præeſſent.*
              - Poſteri *eorundem ſucceſſionem hæreditariam regni habuére, quòd ex bonis natos etiam ipſos bonos eſſe ſpes foret.*
            - Materiæ. N.41. *Poteſtatẽ habebãt ampliſ.tum*
              - Bello.
              - Pace, *curã*
                - Sacrorum *quorundã publicorũ, quæ extra ſacerdotũ miniſteriũ erant.*
                - Iudiciorum *quorũdam.*
          - **Specie.** *Heroici regni ſpecies duæ. Vel enim præerãt regno*
            - Non *iurati.* N.42.
            - Iurati. *Iuramenti autem modus erat, Sceptri ſublatio.* N.43.
        - **Cõfert** *cum poſterioribus temporibus:*
          - Olim *res omnes politicæ, tum in urbe, tum in agro, tum peregrè, à regibus tranſigebantur.* N.44.
          - Poſterius *uerò, poteſtas regum ualde imminuta fuit: ſiue improbitate illorum, ſiue populi libidine: (45) ita quidẽ ut alibi regibus relicta ſit uel ſola*
            - Bellica *præfectura.*
            - Sacrorum *cura.*
  - **Colligit.** Nu. 46. *inter ſe differentes,* Nu.51. *Quatuor ſcilicet: nempe*
    - **Heroicum.** N. 47. *Reſpectu*
      - Efficientis. *Sponte à ſubditis ob merita eligebantur.*
      - Materiæ. *Regum imperium nõ indefinitum, ſed definitũ erat.*
    - **Barbaricum.** N. 48. *Reſpectu*
      - Efficientis. *Homines ſeruili natura regem ſibi delegére perpetuum, unde regnum hæreditarium factum.*
      - Formæ. *Herile imperium eſſe uidetur, ſecundùm legem tantùm.*
    - **Græcanicum,** *Aeſymnetia dictum.* Num. 49. *Reſpectu*
      - Efficientis. *Sponte demandata à uolentibus.*
      - Materiæ. *Poteſtate ampliſſima, & planè tyrannica.*
    - **Laconicum.** N. 50. *Reſpectu*
      - Efficientis. *Hæreditarium eſt.*
      - Materiæ *Præfectura belli perpetua eſt.*

- B. Altera ſcilicet
  - **Definita**, *ordine prima, apud Spartanos. Regnum Laconicum dicitur. Quod & maximè ſecundùm Leges eſſe uidetur. N. 7. & Definitū, quandoquidem non omnium rerum poteſtas penes reges eſt. Nu. 8. Hoc igitur regnum in*
    - **Genere**, *quaſi præfecturam quandam perpetuam eſſe concludit. N. 15. Deducit. Nam Regia iſta poteſtas Laconica*
      - **Non** *eſt abſoluta, neq; rerum omnium eſt arbitra, ſed quorundam tantùm. Nam*
        - **Foris** *quidem belli dux eſt.* Num. 9.
        - **Domi** *uerò ſacrorum curam habet.* N. 10.
      - **Eſt** *conditionata, & ueluti præfectura quædam belli plena & perpetua.* Num. 11. *Quod ipſum*
        - **Declarat.** *Non ut uel maximè belli dux ſit, non tamen poteſtatem habet necandi abſolutam, ſed conditionatam tantùm, hoc eſt, certo loco & tempore definitam, ueluti in quodam regno, hoc eſt, certa regni parte.* N. 12.
        - **Confirmat** *exemplo ueterum Græcorum: apud quos reges, belli duces, non habebant in uita necādi in milites extra aciem (in concione uerbi gratia militum) ſed in acie tantùm, ubi res non patitur multum deliberare.* N. 13. *Quod Homeri auctoritate, Agamemnoni ſuo definitam hāc poteſtatē tribuentis, oſtendit.* N. 14.
    - **Specie** *duum facit generum. Aut enim Regnum iſtud initur*
      - **Propagatione** *atq; genere, ut ſit hæreditarium.* Num. 16.
      - **Electione** *& uoluntate ſubditorum.* N. 17.
  - **Indefinita**, *ordine ſecunda, apud Barbaros. Barbaricum proinde dictum.* N. 18. *Explicat uarià id*
    - *ðri* Regnum Barbari*cum quo ad*
      - **Materiam** *conuenit cum Tyrannide, quoniam poteſtatem habet ampliſſimam.* N. 19.
      - **Formam**, *differt à Tyrannide, quoniam legitimum eſt & patrium, hoc eſt, à maioribus acceptum & hæreditarium & ueluti naturale.* N. 20.
    - *diffri*: Ty*rannidi*
      - **Simile** *eſt quo ad poteſtatem.* N. 22. Ratio. *Barbari enim Aſiam incolentes cùm ingenio ſint ſeruili præditi, facilè ferunt regum imperium, neq; ad libertatem aſpirant, quemadmodum Europæi* N. 21.
      - **Diſsimile** *eſt, quoniam ſecurum eſt & tutum, partim*
        - **Voluntate** *ſubditorum, propter legem & conſuetudinem, quoniam huic imperio aſſueuerunt.* N. 23.
        - **Neceſsitate**, *propter cuſtodiam ſatellitum, qua utitur, regiam illam, non tyrannicam.* N. 24. Declarat *per contentionem. Satellites enim*
          - **Regum** Barba*ricorū ſunt ipſimet ſubditi.* Nu. 25. Ratio:
            - **Qui** *uolentibus imperant, & legitimè, ab illis etiam amantur & defenduntur.*
            - **At hi** *uolentibus et legitimè imperant.* N. 27.
            - **Ergò** *ab illis etiam amātur & defenduntur.* N. 29.
          - **Tyranno**rū *ſunt peregrini.* N. 26. Ratio *cōtraria:*
            - **Qui** *nolentibus & iniuſtè imperant, illi externam requirunt cuſtodiam contra ſubditos, quibus æquè ſunt infenſi & exoſi.*
            - **At** *Tyranni nolentibus & iniuſtè.* N. 28.
            - **Ergo.** N. 30.

CAPVT XV.

Vtrum Regnum uniuerſim inter bonas Reip. formas connumerari debeat.

FErmè[1] iam duæ ſunt, ut ita loquar, ſpecies regni, de quib. cōſiderandū eſt: hoc ſcilicet, & Laconicū. Cęterorū[2] .n. multa in medio horū ſita ſunt: pauciora .n. in manu ſua habēt, quā plenū regnū: plura autem, quā Laconicū. Quapropter[3] animaduerſio fermè de duobus eſt: una[4] quidē, utrū ciuitatib. conducit, ducem in ipſis eſſe perpetuū: & hunc uel è genere certo, uel è qualibet parte: ſiue nō cōducit. una[5] aūt, utrum unum cōducit in ſua manu omnia habere, uel non conducit. De[6] huiuſcemodi igitur poteſtate aliquid præterea uidere, legū magis uim formamq́; habet, quàm reipub. In[7] omnibus enim rebuſp. uſu uenit hoc fieri. Quapropter[8] omittatur primū: reliquus[9] autē modus regni reip. forma eſt. Quare[10] de hoc opus eſt uidere, & dubitationes, quę ipſi hęrent, percurrere. Initium[11] autē inueſtigationis eſt hoc, utrum magis conducit ab optimo uiro gubernari, uel ab optimis legibus. Videtur[12] aūt illis, qui exiſtimant conducere regē habere, quod in uniuerſum eſt leges duntaxat dicere: nihil autem præcipere, quod faciat ad ea, quæ contingunt. Quapropter[13] in quacunq; arte ad monimenta literarum imperare, ſtultum eſſe dicunt. Et[14] in Aegypto poſt quartum diem licet mouere medicis: quod ſi prius geſſerint, ipſorum periculo. Planum[15] igitur eſt nō eſſe eā, quæ literis ac legibus conſtat, optimam remp. hac de cauſa. Atqui[16] illam etiam opus eſt uniuerſalem rationē ineſſe ijs, qui imperium habent. Satius[17] autem eſt, cui non adeſt omnino quicquam turbulentum, quàm cui natura inſitū eſt. Legi[18] igitur hoc nō ineſt: animū[19] aūt hominis omnem neceſſe eſt hoc habere. Sed[20] fortaſſe diceret aliquis, propter hoc ipſum deliberarurum de ſingularibus rebus pulcrius. Oportere[21] igitur ſcriptorē legum ipſum eſſe, perſpicuum eſt: & [22] latas eſſe leges, uerū[23] non ratas, qua parte recta uia migrant (nam[24] de cęteris oporiet ratas eſſe) Quæcunq;[25] autem fieri non poteſt, ut lex

ΣΧΕΔΟ'Ν[1] δὴ δύο ἐστίν, ὡς εἰπεῖν, εἴδη βασιλείας, περὶ ὧν σκεπτέον· αὕτη τε, καὶ ἡ λακωνική. τῶν[2] γὰρ ἄλλων αἱ πολλαὶ μεταξὺ τούτων εἰσίν· ἐλαττόνων μὲν γὰρ κύριοι τῆς παμβασιλείας, πλειόνων δ' εἰσὶ τῆς λακωνικῆς. ὥστε[3] τὸ σκέμμα σχεδὸν περὶ δυοῖν ἐστίν· ἓν[4] μὲν πότερον συμφέρει ταῖς πόλεσι στρατηγὸν ἀΐδιον εἶναι, καὶ τοῦτον, ἢ κατὰ γένος, ἢ κατὰ μέρος, ἢ οὐ συμφέρει. ἓν[5] δὲ, πότερον ἕνα συμφέρει κύριον εἶναι πάντων, ἢ οὐ συμφέρει. τὸ[6] μὲν οὖν περὶ τῆς τοιαύτης στρατηγίας ἐπισκοπεῖν, νόμων ἔχει μᾶλλον εἶδος, ἢ πολιτείας. ἐν[7] ἁπάσαις γὰρ ἐνδέχεται γίγνεσθαι τοῦτο ταῖς πολιτείαις. ὥστ'[8] ἀφείσθω τὴν πρώτην. ὁ δὲ[9] λοιπὸς τρόπος τῆς βασιλείας, εἶδός ἐστιν. ὥστε[10] περὶ τούτου δεῖ θεωρῆσαι, καὶ τὰς ἀπορίας ἐπιδραμεῖν, τὰς ἐνούσας. ἀρχὴ[11] δ' ἐστὶ τῆς ζητήσεως αὕτη, πότερον συμφέρει μᾶλλον ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀνδρὸς ἄρχεσθαι, ἢ ὑπὸ τῶν ἀρίστων νόμων. δοκεῖ[12] δὴ τοῖς νομίζουσι συμφέρειν βασιλεύεσθαι, τὸ καθόλου μόνον οἱ νόμοι λέγειν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὰ προσπίπτοντα ἐπιτάττειν. ὥστ'[13] ἐν ὁποιᾳοῦν τέχνῃ τὸ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἠλίθιον. καὶ[14] ἐν αἰγύπτῳ μετὰ τὴν τετρήμερον κινεῖν ἔξεστι τοῖς ἰατροῖς· ἐὰν δὲ πρότερον, ἐπὶ τῷ αὐτοῦ κινδύνῳ. φανερὸν[15] τοίνυν ὡς οὐκ ἔστιν ἡ κατὰ γράμματα καὶ νόμους ἀρίστη πολιτεία, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ἀλλὰ[16] μὴν κἀκεῖνον δεῖ ὑπάρχειν τὸν λόγον τὸν καθόλου τοῖς ἄρχουσι. κρεῖττον[17] δ', ᾧ μὴ πρόσεστι τὸ παθητικὸν ὅλως, ἢ ᾧ συμφυές. τῷ[18] μὲν οὖν νόμῳ τοῦτο οὐχ ὑπάρχει· ψυχὴν[19] δ' ἀνθρωπίνην ἀνάγκη τοῦτ' ἔχειν πᾶσαν. ἀλλ'[20] ἴσως ἂν φαίη τις ὡς ἀντὶ τούτου βουλεύσεται περὶ τῶν καθ' ἕκαστα κάλλιον. ὅτι[21] μὲν τοίνυν ἀνάγκη νομοθέτην αὐτὸν εἶναι, δῆλον· καὶ[22] κεῖσθαι νόμους, ἀλλὰ[23] μὴ κυρίους, ᾗ παρεκβαίνουσιν· ἐπεὶ[24] περὶ τῶν γ' ἄλλων εἶναι δεῖ κυρίους. ὅσα[25] δὲ μὴ δυνατὸν τὸν νόμον κρίνειν, ἢ ὅλως

DVo[1] autem ferè ſunt regni genera, ut dicam quod ſentio, de quibus conſiderandum ſit: hoc, & Laconicum. Alia[2] enim ſi non omnia, at certè multa inter hæc ſunt interiecta. Nam uel pauciorum rerum penes reges eſt poteſtas, quàm in regno integro, & ſuo omnibus numeris abſoluto: aut plurium, quàm in Laconico. Quare[3] in duobus propemodum omnis quæſtio poſita eſt: quorum[4] unum eſt, utrum expediat ciuitatibus imperatorem, ſeu belli ducem eſſe perpetuum: & hunc utrum ex ſtirpe & genere, an ex omnib. pro ſua cuiuſq; dignitate ac uirtute: an non expediat. Alterum,[5] utrum utile ſit penes unum rerum omnium eſſe poteſtatem, néc ne. De[6] tali igitur belli imperio cōſiderare, ad legū rationē potius, quàm ad aliquam reip. adminiſtrandæ formam pertinet. In[7] omnibus enim reip. adminiſtrandæ formis hoc fieri poteſt. Quare[8] in præſens hoc omittamus. Alter[9] autem reliquus regni modus, reip. adminiſtrandæ genus eſt. Itaq;[10] de hoc conſiderandum eſt, & dubitationes ad explicandum difficiles, quæ in eo inſunt, percurrēdæ ac pertractādæ ſunt. Caput[11] autem & principium quæſtionis eſt hoc, utrum utilius ſit ab uno optimo uiro ciuitatem ſeu gentem gubernari, an ab optimis legibus. Qui[12] arbitrantur ciuitatib. expedire à rege gubernari, q exiſtimant legem uniuerſè tantum de rebus loqui, & non accōmodatè ad ea, quæ eueniunt, iubere. Itaq;[13] in quauis arte ex ijs, quæ ſcripta ſunt, imperare, ſtultum eſſe. Et[14] in Aegypto poſt diem quartum mouere licet medicis: quòd ſi ante id tempus medicinam facere conentur, ſuo periculo faciunt. Perſpicuū[15] igitur eſt, non eſſe illam optimam reip. adminiſtrandæ formā, quæ literas & leges ſequitur, propter eandem cauſam: ueruntamen[16] etiam uniuerſa illa ratio ijs, qui ciuitates moderantur, ſuppetere debet. Melius[17] autem eſt id, in quo nulli inſunt animorum motus atq; affectus, quàm id, cū quo unà nati ſunt. At[18] lex quidem omni affectu uacat: animus[19] autem humanus omnis neceſſariò perturbationibus concitatur. Sed[20] fortaſſe dixerit aliquis, uirum bonum pro eo, quòd affectibus non careat, de rebus ſingularib. melius conſultaturum, quàm leges. Neceſſe[21] igitur eſſe, eū latorem legum eſſe, & [22] leges eſſe ſcriptas, in promtu eſt, nō[23] tamē ratas, qua ex parte à recto aberrāt ac deflectūt (nā[24] qd ad alia attinet, in eis oportet eſſe ratas ac ſtabiles) In[25] ijs igitur reb. nō debēt eſſe rata, quæ

ut lex exiſtimet, uel omnino uel benè, utrũ unum optimũ uirum decet imperio ſuo definire, uel omnes? Etenim [26] nunc lites iudicant & deliberant de republica, & exiſtimant ſimul coacti. Hæ [27] autem exiſtimationes ſunt omnes de rebus ſingularibus. Singillatim [28] igitur collatus unuſquiſq; fortaſſe deterior. Verùm [29] ciuitas conſtat è multis: quẽadmodũ epulũ cõportatum à multis, lautius eſt uno & ſimplici. Hac [30] de cauſa melius exiſtimat turba de multis, quã faciat unus, quicunq; ille ſit. Amplius [31] magis incorruptum eſt multũ, quemadmodũ [32] aqua copioſior, ſic [33] & multitudo paucis incorruptior eſt. Vno [14] autẽ ab ira oppreſſo, ſiue quopiam huiuſcemodi alio motu, neceſſe eſt exiſtimationẽ corruptam eſſe. Illic [35] autẽ arduum eſt, ſimul omnes iratos eſſe, & peccare. Stet [36] autem, multitudinem eſſe liberos homines, nihil præter legem gerentes, niſi in illis rebus, ubi neceſſe eſt ipſam deficere. Si [37] autẽ iam hoc facilè non eſt in multis, uerùm ſi plures forẽt probi & uiri & ciues, utrũ unus incorruptior, qui imperiũ habet, uel potius plures quidẽ numero, probi autẽ omnes: an [38] dubitãdum non eſt, quin plures? Verũ [39] hi quidem diſsident inter ſe, unus autẽ expers eſt diſcordiarũ. Verũ [40] ad hoc opponendũ eſt fortaſſe, ipſos eſſe ſtudioſos animo, non minus atq; unus ille. Si [41] iam imperiũ pluriũ, omniũ aũt proborũ uirorũ, ponendũ eſt ſtatũ optimorũ eſſe, unius aũt regnũ: magis expetendus foret ciuitatib. ſtatus optimorũ quã regnũ, & cũ poteſtate, & ſine poteſtate, ſi licuerit nanciſci plures ſimiles. Et [42] hãc ob cauſam fortaſſe regum poteſtati ſe tradebant prius, quia rarum erat inuenire uiros multum uirtute præſtantes, præſertim tũc, cùm paruas urbes habitarent. Præterea [43] beneficio impellebantur ad conſtituẽdos reges: quod [44] eſt officiũ proborũ uirorũ. Poſtquã [45] aũt cõtigit naſci multos ſimiles uirtute, nõ amplius tolerabãt, ſed quærebant cõmune quoddã, rẽpub.q; conſtituerũt. Poſtquã [46] aũt deteriores facti, quæſtui rẽp. habuerũt, hinc cõſentaneũ eſt aliquã exortos dominatus paucorũ. Pepererũt [47] .n. honorẽ diuitijs. Ex [48]

ἢ ὅλως, ἢ εὖ, πότερον ἕνα τὸν ἄριστον δεῖ ἄρχειν, ἢ πάντας; καὶ [26] γὰρ νῦν συνιόντες δικάζουσι, καὶ βουλεύονται, καὶ κρίνουσιν. αὗται [27] δ' αἱ κρίσεις εἰσὶ πᾶσαι περὶ τῶν καθ' ἕκαστον. καθ' [28] ἕνα μὲν οὖν συμβαλλόμενος ὁστισοῦν ἴσως χείρων. ἀλλ' [29] ἐστὶν ἡ πόλις ἐκ πολλῶν ὥσπερ ἑστίασις συμφορητὸς, καλλίων μιᾶς καὶ ἁπλῆς. διὰ [30] τοῦτο καὶ κρίνει ἄμεινον ὄχλος πολλὰ, ἢ εἷς ὁστισοῦν. ἔτι [31] μᾶλλον ἀδιάφθορον τὸ πολὺ, καθάπερ [32] ὕδωρ τὸ πλεῖον, οὕτω [33] καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀλίγων ἀδιαφθορώτερον. τοῦ [34] δ' ἑνὸς ὑπ' ὀργῆς κρατηθέντος, ἢ τινὸς ἑτέρου πάθους τοιούτου, ἀναγκαῖον διεφθάρθαι τὴν κρίσιν. ἐκεῖ [35] δ' ἔργον ἅμα πάντας ὀργισθῆναι, καὶ ἁμαρτεῖν. ἔστω [36] δὴ τὸ πλῆθος οἱ ἐλεύθεροι, μηδὲν παρὰ τὸν νόμον πράττοντες, ἀλλ' ἢ περὶ ὧν ἐκλείπειν ἀναγκαῖον αὐτόν. εἰ [37] δὲ δὴ τοῦτο μὴ ῥᾴδιον ἐν πολλοῖς, ἀλλ' εἰ πλείους εἶεν ἀγαθοὶ καὶ ἄνδρες καὶ πολῖται, πότερον ὁ εἷς ἀδιαφθορώτερος ἄρχων, ἢ μᾶλλον οἱ πλείους μὲν τὸν ἀριθμὸν, ἀγαθοὶ δὲ πάντες; ἢ [38] δῆλον, ὡς οἱ πλείους; ἀλλ' [39] οἱ μὲν στασιάζουσιν· ὁ δὲ εἷς ἀστασίαστος. ἀλλὰ [40] πρὸς τοῦτ' ἀντιθετέον ἴσως, ὅτι σπουδαῖοι τὴν ψυχὴν, ὥσπερ κἀκεῖνος ὁ εἷς. εἰ [41] δὴ τὴν μὲν τῶν πλειόνων ἀρχὴν, ἀγαθῶν δ' ἀνδρῶν πάντων, ἀριστοκρατίαν θετέον· τὴν δὲ τοῦ ἑνὸς, βασιλείαν· αἱρετώτερον ἂν εἴη ταῖς πόλεσιν ἀριστοκρατία βασιλείας, καὶ μετὰ δυνάμεως, καὶ χωρὶς δυνάμεως οὔσης τῆς ἀρχῆς, ἂν ᾖ λαβεῖν πλείους ὁμοίους. καὶ [42] διὰ τοῦτ' ἴσως ἐβασιλεύοντο πρότερον, ὅτι σπάνιον ἦν εὑρεῖν ἄνδρας πολὺ διαφέροντας κατ' ἀρετὴν· ἄλλως τε καὶ τότε, μικρὰς οἰκοῦντας πόλεις. ἔτι [43] δ' ἀπ' εὐεργεσίας καθίστασαν τοὺς βασιλεῖς, ὅπερ [44] ἐστὶν ἔργον τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. ἐπεὶ [45] δὲ συνέβαινε γίγνεσθαι πολλοὺς ὁμοίους πρὸς ἀρετὴν, οὐκ ἔτι ὑπέμενον, ἀλλ' ἐζήτουν κοινόν τι, καὶ πολιτείαν καθίστασαν. ἐπεὶ [46] δὲ χείρους γιγνόμενοι ἐχρηματίζοντο ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἐντεῦθεν ποθὲν εὔλογον γενέσθαι τὰς ὀλιγαρχίας. ἔντιμον [47] γὰρ ἐποίησαν τὸν πλοῦτον. ἐκ [48] δὲ

ta, quæ lex nõ poteſt dijudicare ac decidere aut omnino, aut bene. Sed utrum unũ uirum optimũ, an omnes, aut multos, imperare oportet? Nam [26] etiã nũc in unũ coacti & congregati diſceptãt, & conſultant, & iudicant. Omnia [27] autem hæc iudicia, ſunt de rebus ſingularib. Vnuſquiſq; [28] igitur per ſe, quiſquis fuerit, ſi cum multis comparetur, fortaſſe deterior eſt. At [29] ciuitas ex multis conſtat, eoq; pluris eſt. quemadmodum conuiuij apparatus multiplex, & in quem multi ſymbolam contulerunt, elegãtior ac ſplendidior eſt, quàm unus, & ſimplex. Iccirco [30] multa melius iudicat hominum cœtus, quàm unus, quiſquis ſit. Præterea [31] tutior ac munitior eſt à periculo corruptionis, multitudo: & [32] quemadmodum uberior aqua minus facilè corrũpi poteſt, ſic [33] & multitudo paucitate incorruptior eſt. Iam [34] uerò uno ab ira aut ab aliqua alia tali animi perturbatione ſuperato atq; occupato, iudicium corruptum ſit neceſſe eſt. Illic [35] autem magni negotij eſt, omnes iratos eſſe, & peccare. Fingamus [36] autem eſſe multitudinem ciuium liberorum, qui nihil agant præter legem, niſi quibus de rebus ei aliquid deeſſe neceſſe eſt. Quòd [37] ſi hoc non eſt facilè reperire in multis: attamẽ ſi plures ſint boni & uiri, & ciues, utrum unus, ideq; princeps, & reip. moderator, incorruptior atq; integrior eſt: an potius plures quidem numero, boni autem omnes? An [38] perſpicuè plures? At [39] hi quidem diſsident, & diſcordant inter ſe: unus autem diſsidere non poteſt. Verùm [40] huic rei fortaſſe opponendum eſt, uiros bonos, & eos, quorũ animus integer ac ſanus eſt, eſſe inſtar unius illius. Si [41] igitur plurium quidẽ imperium, eorumq; omnium bonorum uirorum, optimatum poteſtatem ſeu ariſtocratiam eſſe ſtatuere oportet: unius aũt uiri boni, regnum: optabilius quiddam ſit ciuitatibus ariſtocratia, ſeu optimatium poteſtas, quàm regnum, ſiue cum poteſtate, ſiue ſine poteſtate ſit imperium, ſi plures item uiros bonos ſumere liceat: atq; [42] iccirco fortaſſe ſub regibus antea uiuebant, quia rarò reperire licebat uiros plures longè cæteris uirtute præſtantes, præſertim cum etiã tunc in paruis urbibus habitarẽt. Præterea [43] uerò ob beneficentiam reges creabant: quod [44] uirorum bonorum opus ac munus eſt. Poſteaquam [45] uerò multi uirtute ſimiles exſiſtere cœperũt, ferre iam regũ dominatum non potuerunt, ſed cõmune quiddam quæſiuerũt, & reip. adminiſtrandæ formã inſtituerunt. Vbi [46] aũt deteriores effecti quæſtũ e rep. facere cœperunt, hinc probabile eſt eſſe nata paucorum imperia. Fecit [47] enim ea res, ut diuitiæ eſſent in precio & honore. Ex [48] his

his aũt primùm in tyrannidas trãſiuerunt: è [49] tyrãnidis autẽ in ſtatũ multitudinis. Semper [50] enim ad pauciores perducentes, eũ ſibi à turpibus quæſtib. nõ tẽperarent, multitudinẽ robuſtiorem reddiderũt, ita ut impoſuerit illis, extiterintq́; ſtat9 populares. Poſtquã [51] aũt maiores eſſe ciuitates contigit, fortaſſe neque facile eſt amplius temp. aliã, pręter populare, fieri. Si [52] aũt iam aliquis ſtatuerit, optimũ eſſe ciuitatib. regem habere, quomodo ſe habebunt, quę faciunt ad filios, utrũ & ſobolem oportet regnare? At [53] naris illis, quales contigit aliquando naſci, detrimentoſum eſt. At [54] non tradet pater, cùm hoc in manu ipſius ſit, liberis. Verùm [55] de hoc non pronũ eſt ipſi fidem habere, maiorisq́; uirtutis eſt, quàm natura humana ferat. Controuerſum [56] aũt eſt & de poteſtate, utrũ decet eũ, qui regnaturus eſt, uires aliquas prope ſe habere, quib. uim adhibere poſsit nolẽtib. parẽre: uel quomodo op9 eſt imperiũ adminiſtrare. Si [57] nãq; legibus etiam aliquis ſummũ locum in ciuitate teneat, nihil gerẽs ſua uoluntate contra legem, tamẽ neceſſe eſt ipſi adeſſe uires aliquas, quib. tuebitur leges. Fortaſſe [58] igitur, q̃ pertinet ad huiuſcemodi regẽ, nõ eſt difficile definiſſe Oportet [59] .n. ipſum ſanè uires habere: eſſe aũt tãtas uires, ut ſingulis, & uno, & ſimul plurib. ſuperior ſit: inferior aũt multitudine. Quẽadmodum [60] priſci cuſtodias dabãt, qñ cõſtituerẽt quempiã ciuitatis, ut illi uocabãt, æſymnetẽ uel tyrãnũ: & [61] Dionyſio quidã, qñ petebat cuſtodes, ſuadebat Syracuſanis tot dare cuſtodes.

τούτων, πρῶτον εἰς τυραννίδας μετέβαλλον· ἐκ [49] δὲ τῶν τυραννίδων εἰς δημοκρατίαν. αἰεὶ [50] γὰρ εἰς ἐλάττους ἄγοντες δι' αἰσχροκέρδειαν, ἰσχυρότερον τὸ πλῆθος κατέστησαν, ὥστ' ἐπιθέσθαι, καὶ γενέσθαι δημοκρατίας. ἐπεὶ [51] δὲ καὶ μείζους εἶναι συμβέβηκε τὰς πόλεις, ἴσως οὐδὲ ῥᾴδιον ἔτι γίγνεσθαι πολιτείαν ἑτέραν παρὰ δημοκρατίαν. εἰ [52] δὲ δή τις ἄριστον θείη τὸ βασιλεύεσθαι ταῖς πόλεσι, πῶς ἕξει τὰ περὶ τῶν τέκνων· πότερον καὶ τὸ γένος δεῖ βασιλεύειν; ἀλλὰ [53] γιγνομένων ὁποῖοί τινες ἔτυχον, βλαβερόν. ἀλλ' [54] οὐ παραδώσει, κύριος ὤν, τοῖς τέκνοις. ἀλλ' [55] οὐκ ἔτι τοῦτο ῥᾴδιον πιστεῦσαι. χαλεπὸν γὰρ, καὶ μείζονος ἀρετῆς, ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν. ἔχει [56] δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τῆς δυνάμεως, πότερον ἔχειν δεῖ τὸν μέλλοντα βασιλεύειν ἰσχύν τινα περὶ αὑτὸν, ᾗ δυνήσεται βιάζεσθαι τοὺς μὴ βουλομένους πειθαρχεῖν· ἢ πῶς ἐνδέχεται τὴν ἀρχὴν διοικεῖν. εἰ [57] γὰρ καὶ κατὰ νόμον εἴη κύριος, μηδὲν πράττων κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν παρὰ τὸν νόμον, ὅμως ἀναγκαῖον ὑπάρχειν αὐτῷ δύναμιν, ᾗ φυλάξει τοὺς νόμους. τάχα [58] μὲν οὖν τὰ περὶ τὸν βασιλέα τὸν τοιοῦτον, οὐ χαλεπὸν διορίσαι. δεῖ [59] γὰρ αὐτὸν μὲν ἔχειν ἰσχύν· εἶναι δὲ τοσαύτην τὴν ἰσχὺν, ὥστε ἑκάστου μὲν καὶ ἑνὸς καὶ συμπλειόνων κρείττω, τοῦ δὲ πλήθους ἥττω. καθάπερ [60] οἵ τ' ἀρχαῖοι τὰς φυλακὰς ἐδίδοσαν, ὅτε καθισταῖέν τινα τῆς πόλεως, ὃν ἐκάλουν αἰσυμνήτην, ἢ τύραννον· καὶ [61] Διονυσίῳ τις, ὅτ' ᾔτει τοὺς φυλακὰς, συνεβούλευε τοῖς Συρακουσίοις διδόναι τοσούτους τὰς φυλακάς.

autem in tyrannidas primùm migrauerunt: ex [49] tyrannidibus uero in democratiam, ſeu populi poteſtatem. Nam [50] cum propter turpis lucri ſtudiũ remp. ſemper ad pauciores redigerent, multitudinem robuſtiorem ac ualidiore reddiderunt, ita ut ea in tyrannum inuaſerit, impetumq́; fecerit, populiq́; poteſtates ſeu democratia nata ſint. Poſteaquã [51] autem accidit, ut ciuitates amplificata atq; aucta ſint: fortaſſe ne facile quodem eſt aliam exſiſtere reip. adminiſtrandæ formam, quàm popul. potentiam. Si [52] quis autem ciuitatibus optimum eſſe ſtatuat à regibus gubernari, quid fiet eorum filijs? an etiam genus ac ſobolem regnare oportet? Atqui [53] ſi naſcentur filij patri diſsimiles ac degeneres, pernicioſum eſt eos regnare. At [54] nõ relinquet rex tales filios regni ſucceſſores, cum ſit in eius poteſtate poſitum hoc facere. At [55] hoc non iam facile eſt ei credere. Difficile enim eſt, & maioris uirtutis, quàm capere poſsit humana natura. Ineſt [56] autem etiam in hoc dubitatio ad explicandum difficilis, quod ad potentiam regiam attinet, utrum eum, qui regnaturus eſt, aliqua ui ſuccinctum ac ſeptum eſſe oporteat, qua poterit imperium reſpuentibus & obtemperare recuſantibus uim afferre: aut quomodo ei imperium adminiſtrare liceat. Nam [57] etiam ſi penes eũ ſumma ſit poteſtas ex lege, nihilq́; ſua uoluntate aut libidine præter legem agat, potentia tamẽ, qua leges cuſtodiat & ſacroſanctas conſeruet, ei ſuppetat neceſſe eſt. Fortaſſe [58] igitur, quod ad talem regem attinet, non eſt difficile hãc quæſtionem definire. Oportet [59] enim eum quidem præſidio eſſe, ſed talẽ uim, ut ualidior ſit quàm ſinguli, & unus & complures: imbecillior quàm uniuerſa multitudo. quales [60] antiqui cuſtodias tribuebant, ubi quem ciuitatis aſymnetam, quemadmodũ appellabãt, aut tyrannũ creaſſent. Et quidã Syracuſanus, ut [61] Dionyſio cuſtodes petenti, tales cuſtodes darent, ſuadebat.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Fermè iam duo.) Minuit numerum horum, quæ monſtrauit, regnorum, & è quinque ad duo redigit. Retinet enim primum atque ultimum ipſorum, id eſt, regnũ Laconum, ut plenum atq; abſolutum, media autem dimittit. de quibus altero uix dubius accuratè uidendum eſſe inquit, cùm interiecta inter ipſa debere omitti putet, quia intelliguntur ex illis, nec magnopere diſcrepant inter ſe. Sunt enim, inquit, tria illa minora, quàm plenum regnum, pauciora que in ſua manu poteſtateque habẽt, ampliora autem quàm Spartiatarum regnum. Quare, inquit, omnis fermè quæſtio de duobus his erit, in hiſque potiſsimum ſubtiliter ponderandis occupati eſſe debemus. unum enim eorum erit, quod ad primum illud regnum facit, utrum conducat ciuitatibus habere ipſas ducem exercitus perpetuum: qui etiamſi recipiatur, ſiue neceſſariò ex una ſemper familia ſumi debeat, ſiue ex qualibet, ut ex hac nunc, alio tempore ex alia deligatur: uel hoc ullo pacto accommodatum ſit publicæ utilitati, creare inquam ducem, qui donec ſuperſtes ſit, munere illo fungatur. Altera, inquit, quæſtio eſt diligenter animaduertenda, utrum conducat unum ſua in poteſtate cuncta habere, ut rata ipſius decreta ſint, uel minimè conducat.

De huiuſcemodi igitur.) Cùm oſtendiſſet reges Laconũ eſſe duces perpetuos belli, officiumque ipſorum eſſe potius ducere exercitum, quàm ſuo conſilio ciuitatem omni tempore regere (quare nunc uocat regnum hoc στρατηγίαν) addit, de huiuſcemodi regno, ſiue στρατηγίᾳ potius, uelle aliquid præterea uidere, formam potius in ſe habere legum, quàm reipublicæ: id eſt, pertinere magis ad eum, qui de legibus quærat, quàm qui de optimo ſtatu ciuitatis diſſerat. Rationem autem hanc ſuæ ſententiæ reddit: in omnibus namque rebuſp. contingit hoc fieri, ut erectur illic aliquis, qui, donec manet in uita, exercitũ ducat. Quare, inquit, omittatur hæc quæſtio nunc, quaſi ſignificans uenturum tempus, cùm & ipſe de omni huiuſcemodi re ſubtiliter diſputabit: ut fecerat ante Plato, qui poſt remp. conſtitutam, optimam omniũ (ut putabat) ſcripſit de legibus. Qui reſtat autem, inquit, regni modus eſt ſiue ſpecies reipublicæ. quare non eſt ut ſuperior ille poſthabendus, ſed contrà opus eſt de ipſo diligenter nunc uidere, & quæcunque illic dubia incertaq; ſunt tangere.

Iterum autem inueſtigationis.) Cum docuiſſet modò duorum illorum regnorum, quæ animaduertenda potet, alterius ipſorũ quæſtionem non eſſe huius temporis, oportereque incumbere toto animo nunc in reliquam, quæ eſt de pleno & abſoluto

regno: inquit, Principium huius ancipitis inquiſitionis eſſe, & quaſi ſolum ac fundamentum ipſius, uidere, utrum conducat magis ab optimo uiro regi, an ab optimis legibus, & unde maiora commoda expectari poſſint.

Videtur autem illis.) Primùm confirmat, prodeſſe magis ciuitatibus gubernari ab optimo uiro quibuſque argumentis nitерentur, qui hoc defendebant, exponit. Aiebant igitur, inquit, hoc quaſi uitium quoddam hærere legibus, quòd ipſæ in uniuerſum ſolùm omnia præcipiunt aut uetant, & non accedunt ad ea, quæ ſingillatim in rebus fiunt, & contra communia illa quæ ſi mandata, qualia nonnulla aliquando eueniunt. & hanc cauſam eſſe affirmabant, cur in quibuſcunque artibus præcepta ſemper ipſarum, & quod literis proditum eſt, ſeruant magiſtri opificeſq; ipſarum, nec putant licere ſibi diſcedere ab illis nalatum quidem unguem, ſtultum negotium id habetur, & conſilium erroris plenum.

Et in Aegypto.) Certam nunc & definitam artem tangit, à communi ipſarum recedens: & inſtitutum etiam certæ nationis, id eſt Aegyptiorum, commemorans. Cùm enim illic lex ſtatuерet, medicos in curandis ægrotis uti iudicio opinionibuſque ſuis, cogerenturque cuſtodire præcepta artis, propoſita ipſis pœna, ſi ea ſpreuiſſent: poſt tamen ſpatium certum temporis licebat ipſis mutare, quod cenſuiſſent minus aptum ad præſentem morbum leuandum, ſuoque demum conſilio aliquid permittere iiſdem concedebatur aduerſus perpetuas illas leges & in uniuerſum ſcriptas. ita puto uerbum hoc eſſe accipiendum. κινεῖν enim ualet hic immutare & quaſi corrigere aliquid atq; emendare. Neque enim me fallit, interpretes aliter de hoc ſenſiſſe. Præterea ſuſpicari licet, auctorem ueteris tralationis ſuo in libro τετάρτου habuiſſe, ſiue in nonnullis receptæ uocis deceptum fuiſſe: tertium enim diem, non quartum nominat: quam etiam lectionem ſequitur D. Thomas. Vt autem de ſententia accuratius diſputem, uidebat Ariſtoteles, cùm dixiſſet, putari in ſingulis artibus inſulſum eſſe, exercere illas ex præceptis, monimentis ab auctoribus mandatis, aduerſari ſibi morem Aegyptiorum, qui non ſinerent medicos ſuos in curandis ægrotis ageгe aliquid contra ſcripta ueterum: fatetur hoc ſanè uerum eſſe primis illis diebus: eoſdē tamen adiungit, cùm uideret rationem, notatam literis, nō prodeſſe, poteſtatem facere medicis, ut inde totò diſcedāt, & quod ſibi uiſum ſit, ſequātur: quod ante definitum tempus illud committere non poterant, niſi ſuo periculo, ſi quid incommodi natum foret ex ſua illa opinione uiaque medendi, repugnante ueteri quaſi normæ. cogebantur enim tanquam apud iudices rationem reddere ſuæ illius nouæ curationis. In extremo autem inquit, concludens totam rationem, perſpicuum iam eſſe poſſe, ea de cauſa, quæ allata eſt, non eſſe illam, quæ ſe penitus addixit ſcriptis ac legibus, optimam rempublicam.

Atqui illam etiam opus eſt.) Non eam uim habere ad refellendum, quod ipſi probat, argumentum ſuperius oſtendit: id eſt, dicere in uniuerſum tantùm omnia iubere aut uetare leges, & nunquā accedere ad ſingulare aliquod factum: quia tea etiam, & qui ſolus imperat, ipſo utitur. Non enim uacuus omnino ab illo ipſe quoque eſſe poteſt: neq; enim haberet, quò dirigeret ſua conſilia. Cùm uerò ſine illo nihil commodè adminiſtretur, ſatius eſt ipſum eſſe, ubi penitus turbidi motus nulli ſunt. huiuſcemodi autem eſt lex. Nam in animos hominum facile ipſi irrepunt, ſedemque ſuam illic habent: animi enim partes, ubi uigent, unà cum homine naſcuntur, nec ſeiunctæ unquam ab ipſo eſſe poſſunt.

Sed fortaſſe dicerent.) Videt ſummus doctor, non omnino hoc firmum eſſe ad labefactanda iudicia unius. Etſi enim negari non poteſt, quin animus hominis corripiatur aliquando libidine & ira & cæteris perturbationibus, quæ non ſinūt ipſum rectè exiſtimare. tamen idem habet in ſe bonum, quo compenſet hoc malum. Ipſum autem eſt, quòd melius iudicabit de ſingularibus rebus: quod lex efficere nulla ratione ualet. Quare præſtat adhuc rectiuſque eſt, hominem in ciuitate gubernare, non omnia legi committere.

Oportere igitur ſcriptorem.) Quid putet ſtatuendum eſſe de omnibus his rebus, oſtendit. Primùm igitur affirmat, dubitari non poſſe, quin oporteat ipſum regem ſcriptorem aliquo modo legū eſſe, atque ubi regnat, ſcriptas eſſe leges quæ tamen leges non omnino firmæ ratæque ſunt. Quod perſpicitur uerum eſſe, quia inueniuntur, qui ipſas negligunt ac peruertunt. intelligit autem iniuſtos reges ac tyrannos. De cæteris uerò omnibus, inquit, decet leges ſtatuere, quid facto opus ſit. totoſque ſe conferre oportet ad imperia ipſarum. Verùm quia ſunt quædam, quæ non rectè ualent leges exiſtimare, quia omnino ſunt præter captum ipſarum: aut ſi aliquo modo poſſunt, ſaltem non rectè ordineq; poſſunt: omnis quæſtio de his ipſis eſt, utrum opus ſit unum quempiam, optimum ac ſapientiſſimum uirum, de ipſis ſtatuere, ſiue uniuerſos ciues ac multitudinem ipſam.

Etenim nunc hoc) Conſtituit poſterius membrum, præſtareque docet, ut de iis, quæ leges exiſtimare non ualent, potius multitudo, quàm unus aliquis ſtatuat. Probat autem id à moribus inſtitutiſque ciuitatum. Cùm enim, inquit, lis cauſaque iudicanda eſt non unus aliquis hoc facit, ſed multi, conſeſſuſque ac coagmentatio plurium. Eadem ratio, cū deliberatur de republica, aut demum de omni re ſtudioſè exiſtimatur. Quæ cunctæ, inquit, exiſtimationes ſunt de rebus ſingularibus, quas iam docuimus, lege ac ſcripto definiri non poſſe.

Singillatim igitur.) Redit ad iudicium ſuum, quod fecit multo ſuprà de multitudine præclarum: idemque hic repetit, cùm ſimili etiam utatur eodem, quo illic uſus fuit, rei illuſtrandæ cauſa. Inquit igitur, fortaſſe uerum eſſe, quod qui cōtrà ſentiunt, affirmant, ſingulos populares homines, & ex omni quoque numero ipſorum ſumtos meliores, ſi conferantur cum paucis illis, eſſe deteriores, minuſque idoneos ad remp. adminiſtrandam. Sed in hoc ipſos errare, qui non cogitent ciuitatem conſtare è pluribus, & quaſi corpus quoddam eſſe coagmentatum è multis membris, è quibus omnibus membris naturiſque ipſorum exiſtit quoddam iudicium acre ac perſpicax, quodque eximiè ualeat exiſtimare propter uarietatem illam ingeniorum, intelligentiamque plurimarum artium diuerſis hominibus. Nō dicit autem ciuitatem pulchriorem eſſe, quæ conſtat ex multis, quàm quæ ex paucis, ut quidam putarunt: neque de pulchritudine ciuitatis diſſerit: ſed tantùm fieri non poſſe ullo pacto putat, ut ciuitas ex unis pauciſque conſtet. Simile autem eſt: Quemadmodū etiam menſæ, refertæ dapibus à ſingulis conuiuis domo allatis, conſueuerunt eſſe lautiores, quàm quæ unius opera ac ſtudio inſtructæ ſunt. Non enim intelligit nec hic quoque pauperem menſam, & in quam unæ tantùm epulæ appoſitæ ſint: neque enim dubium eſt, quin hæc minus pulcra minuſque ornata ſit, quàm illa, quam multæ uariæque dapes ſtruxerunt. συμφορητὸν igitur δεῖπνον uocat, ut ſuprà συμφορητὰ δεῖπνα appellauit, epulum, non cui parando unus aliquis delectus ſit, uerùm cura coæmtarum omnium ſtructū. Sed hoc relicto, diſſentit ualde M. Cicero à iudicio noſtri doctoris, cuius hæc uerba ſunt in v. Tuſculana: An quicquam ſtultius, quàm quos ſingulos, ſicut operarios barbaroſque contemnas, eos aliquid putare eſſe uniuerſos? Non cogitauit autem ille, quod uidit acie ingenij ſui Ariſtoteles, ex temperamento illo tantū diſsimilium naturarū conflari quiddam abſolutum aliquo modo ac perfectum. Nam ſingulos humiles homines ac tabernarios, poſſe non ſine cauſa contemni, nec eſſe comparandos cum diuitibus ac nobilibus, quamuis etiam minimè probatis, & ipſe confeſſus eſt. Sed Socrates quoq; ipſe malè ſenſit de multitudine iudicijſque plebis, qui fertur aduerſatus ſedulò fuiſſe opinioni eorum, qui putabant multum ei tribuendum eſſe: ſimiliique ipſos confutauit, dicens ita exiſtimare par eſſe, atque ſi quis nummum unum aliquem deſpiciens, aceruum ex illis compoſitū probaret. Et hæc eſt cauſa, inquit auctor, quòd melius uerioſq; multitudo iudicaque ipſa multa exiſtimat, quàm unus aliquis, quicunque ille ſit, prudens etiam & grauis. Idem autem hoc ſuprà oſtenderat, omnia atque ſcripta poetarum ac muſicos cantus, quorum omnium uitia ac uirtutes melius intelligit populus, quàm peritus unus & illis artibus imbutus.

Amplius magis incorruptum.) Aliud hoc argumentum eſt, quo idem comprobat. Inquit enim, in omni re quidquid ſit multum copioſumque, incorruptius eſſe, minoreque labore ſe ab omni labe tueri. hoc autem unius certæ rei exemplo conſtituit, id eſt aquæ. Quis enim non intelligit, facilius turbari atque inquinari aquam, quæ in puſillo uaſe eſt, quàm quæ in amplo? Eadem ratione ingentem numerum mortalium integriorem eſſe inquit, quàm exiguum. quod non contingit (ut addit) in uno: qui ſi fortè oppreſſus fuerit ira ſiue alia perturbatione, fieri non poteſt, quin iudicium, quod fiet à tali animo, peruerſum ſit. Hoc autem non contingit, ut inquit, illic, id eſt in multitudine ac populo. Magnum enim negotium eſt omnes ſimul, ſiue maiorem partem ipſorum, ita corripi, ac poſtea ea de cauſa labi ac peccare in iudicijs faciendis: quia animus ualde commotus non poteſt uerum uidere: aut ſi uideat, inde auocatur motibus, qui ipſum diſtrahūt. Hoc, quod teſtatur noſter doctor, M. Cicero etiam diligenter cognouit. pro M. enim Marcello ita locutus eſt, cùm uerba faceret de iudicijs, quæ, Cæſare iam mortuo, à poſteris de ipſo fieri debebant: Et quidem haud ſcio, an incorruptius, quàm nos: nam & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio & ſine inuidia iudicabunt.

Sed

Sit autem multitudinem.)Docet, cuiuſmodi multitudinem intelligat. Neq; enim hoc uerum foret in omni multitudine: ſed in illa tantùm, quæ conſtat ex liberis hominibus, & non è mancipijs, neque ad ſeruitutem natis. Vt autem excipit ſeruilia ingenia, ita etiam eos, qui nullis penitus legibus aſſueti ſunt. quod fecit etiam ſuprà, ubi primum iudicium hoc ſuum, diſcrepans à ſententia opinioneque multorum, indicauit. Vult enim populum, cui tradit habenas reipublicæ, talem eſſe, ut non putet ſibi quicquam licere contra leges ſtatuere, niſi in illis tantùm rebus, de quibus nihil leges exiſtimare potuerunt: id eſt, quæ fiunt ſingillatim, & certos quoſdam caſus attingunt.

Si autem sam hoc.) Quòd ſi, inquit, hoc, quod proponimus & quaſi poſtulamus, non eſt facile obtinere. quia eſt arduum inuenire multitudinem, qualem deſcripſimus, id eſt, quæ tota conſtet ex hominibus ingenuis, & quæ in animum induxerit nihil committere contra leges. ſi tamen, addit, plures tales exiſtant, & huius ſani animi (eadem enim quæſtio exoritur) ſi, inquã, plures in ciuitate exiſtant, qui iidem & probi uiri ſint & boni ciues: quid conſilij de ipſis capiendum eſt, utrum gubernaculum credendum uni alicui ex illis, qui cognitus fuerit eſſe magis alienus ab omni periculo, ut corrumpi poſſit: an potius pluribus numero, qui & ipſi probi ſint? Statim autem ſoluit hunc nodum, & inquit, de hoc hæreſa animo non debere. planum enim eſſe, plures eligendos, & huic turæ præponendos.

Verùm hi quidem) Videbat acutus magiſter contrà adferri aliquid poſſe, quod uideretur aduerſari ſuæ ſententiæ quare ipſum prius tollere uoluit. inquit igitur Verũ, dicet aliquis, hi plures (ut fit) diſcordabunt inter ſe uehementer, ſeditionibuſq; agitabuntur: unus autem ille, quem probo, uacuus omnino erit ab hoc malo, nec habebit à quo ſeditione facta diſſentiat. Cum negare non poſſet hoc uerum eſſe (neque enim in uno exiſtit ſeditio) inquit, reſpondeti poſſe, illos etiam ipſos probos uiros eſſe, atque ita fingi à nobis, non minus atque ipſe unum eſſe ſtatuat. Qui autem tales ſunt, non grauiter pugnare inter ſe ſolent. nam ſi in uirtute perfecta ille etiam unus animo diſtrahitur in contrarias uoluntates.

Si tam imperium.)Concludit totam rationem, affirmatque anteponendum eſſe ſtatum optimorum regno imperioq; unius. Si enim, inquit, imperium plurium, cunctorum tamen proborum uirorum, ſtatuimus eſſe ariſtocratiam. id eſt ſtatum eum; quem dicit (nam ſine conditione hac uerum hoc non foret) unius autem imperium uolumus eſſe regnum. magis expetendus erit ciuitatibus ſtatus optimorum, quàm regnum. Addit autem, Siue ambo hæc imperia ſint armis præſidioque munita, ſiue uacua penitus ab ipſis, & tantùm iuſtitia atque optimis inſtitutis ornata & defenſa. Intelligens autem, quàm arduum ſit numerum aliquem hominum inuenire, quibus omnibus conueniat inter ſe, ut probi ſint: in extremo etiam hoc addere uoluit, dicens, Si tamen nanciſci, adhibitaque in hoc multa cura, inuenire plures, qui aſsimiles inter ſe ſint, poſſumus, quibuſq; omnibus conueniat in probitate & amore uirtutis.

Et hanc ob cauſam.) Hoc manifeſtò corollarium eſt. Elicit enim è propinqua ſententia, qua dixit, arduum eſſe plures inuenire pares, probos uiros ac ſummis uirtutibus præditos. hac fortaſſe de cauſa ſolitos eſſe ueteres inter Græcos creare reges, eiſque ſe poteſtati unius committere. Neque enim plures, qui probarentur ipſis, inueniebant, quique iis animi corporiſque dotibus ornati forent, quas amarent. Cui etiam difficultati ac paucitati proborum uirorum, alteram hanc [illegible] fuiſſe commemorat, quòd eo tempore oppida parua condebantur. Quare maiore adhuc labore in paruo numero mortalium plures boni uiri inueniebantur, nel potius illic exiſtebant. hoc enim aperte ualet hæc uerba. auget enim omnibus [illegible] quibus poteſt, modis difficultatem huiuſce rei præſtandæ: nec inquit hoc ipſos feciſſe, quia puſillis ciuitatibus [illegible] forent: ſed addit etiam ante antiquitus regibus gubernaculũ reip. traditum conſueſſe ob magna beneficia ab ipſis accepta. quod & ipſum confirmat ipſius ſententiam. Eſt enim, inquit, hoc proprium proborum uirorum, iuuare ſcilicet mortales: neque enim hoc facere, niſi inſignis uirtutis uiri. Erat igitur honos hic præmium ac compenſatio quædam commodorum, quæ inde accepiſſent. Quòd ſi plures extitiſſent, qui eodem pacto ipſis ualde profuiſſent. pluribus, ut uerisimile eſt, eundem gradũ honoris tribuiſſent. quare ſtatus optimorum, non regnum, conſtitutus fuiſſet.

Poſtquam autem contigit.) Cum monſtraſſet originem regni, pergit oſtendere fontes aliorum ſtatuum ciuitatis: quomodoque ex uno in alium migrent, declarat. His autem uerbis ſignificat, quæ cauſa peperit ſtatum optimorũ Cum enim, inquit, uſu ueniſſet, ut plures inuenirentur ſimiles in uirtute ipſa ſtudioque dignitatis, non amplius unius imperium regnumque tolerabant (pares enim cùm eſſent, pari honore ſe dignos exiſtimabant) cùm tamen non poſſet ciuitas regi ſine imperio, diligentia in hoc adhibita, inuenerunt commune quiddam, quod curam hanc ſuſciperet, ipſiq; illi, qui præſtabant cæteris ſtudio bonarum artium, gubernaculum ciuitatis ceperunt: atque ita alterum genus reip. conſtitutum eſt.

Poſtquam autem deteriores.)Tertius qui fuerit olim ſtatus ciuitatis, oſtendit, & unde natus ſit dominatus paucorum. Poſtquam enim, inquit, illi, qui ciuitatem (commendatione uirtutis) gubernabant, deteriores facti, quæſtui habuerunt rempublicam. hinc (ut uerisimile eſt) exortus eſt paucorum dominatus. Peperunt enim diuitiæ honorem, quæ antea iacebant, cum adhuc ſuam dignitatem uirtus tueretur. ſuerique ipſis ſe potiſsimum debere clauum ciuitatis tenere putarunt. Huiuſcemodi quiddam, cùm de moribus antiquorum illorum hominum caneret Lucretius, inquit, cùm enim primum eius creare ſolitos aliſ reges dixiſſet. qui aut ſpecie corporis aut uiribus cæteris antecellerent, addidit.

Poſterius res inuenta eſt aurumq; repertum, Quod facile & ualidis & pulcris dempſit honorem.

Ex his autem primùm.)Qui ſtatus ciuitatis extiterit, diſſoluto dominatu paucorum, docet. Primùm igitur commemorat, tranſitum factum eſſe ad unum iniuſtum principem. Cum enim, cœpiſſent in pretio haberi diuitiæ, copia ipſarum [illegible], pauci illi dominati eſſent: qui è numero ipſorum longo interuallo poſſeſſione ipſarum cæteris præſtitiſſet, imperium ſibi [illegible] bat, ſeque potiſsimum eadẽ de cauſa dominari debere arbitrabatur. Primũ igitur, ut narrat, res ita ad iniuſta hæc regna [illegible].

E tyrannide autem)Ex iniuſtis autem regnis, quæ tyrannides inferioribus temporibus uocatæ ſunt, narrat a [illegible] ſtatum rem perueniſſe. Cùm enim ſæua tyranni & auara facta ferre non poſſet populus, auctus ualde: ſtatimque pulſo ipſius nulli ſuam libertatem committens, ipſe dominari uoluit. ita igitur ortus eſt ſtatus multitudinis.

Semper enim ad pauciores.) Hæc communis ratio eſt, qua oſtendit, quomodo in duos contrarios ſtatus mutaretur dominatus paucorum, id eſt primùm in tyrannidem, deinde ex illa tranſiret in ſtatum multitudinis. ab eodem enim errore, ſiue potius uitio, oriebatur utrunque malum. Cum igitur ut declaratum eſt, ui opereque diuitiarum, pauci, præſtantes cæteris ubertate bonorum, ſibi poteſtatem illam comparaſſent, ſemper minuebatur numerus ipſorum quia qui ditiores facti erãt, eijciebant è ſuo ordine minus diuites: & tamen adhuc manebat ſtatus paucorum, ſed anguſtior, atque ea de cauſa iniuſtior atque odioſior. Cùm uerò multum in hoc inſtituto peccatum eſſet, è paucis admodum fiebat unus cuius itidem cum auaritiam ſæuitiamq; ferre non poſſet multitudo, ualida robuſtaq; facta (quia qui expellebantur ab illis ſtatibus, ſe ad eam applicabant) eiecto illo ſiue occiſo, ipſa regebat ciuitatem, atque ita conſtituebatur à populo ſtatus appellatus.

Poſtquam autem maiores.)Quod nunc adiungit, naſcitur ſanè ex eo, quod proximè dixit, populum firmiorem factum, recuſare imperium & paucorum & unius iniuſti domini. incipit enim tunc fidere uiribus ſuis. Sed aliquo modo etiam reſpondet, quod ſuprà loquutus ideo priſcos Græcos probaſſe reges, quia eo tempore ciuitates erant puſillæ Poſtquam igitur, addit, maiora oppida condi cœperunt, non eſt fortaſſe facile in illis alias reſp. inſtitui quã populares. Cùm enim populus in ipſis amplus ſit, cognitis ſuis uiribus, detrectat non ſolùm iugum ſeruitutis, ſed omne (ſuo excepto) alienum imperium putat: ſe dignum enim eſſe cenſet, qui imperet. Moris huius ueterum illorum Græcorum, qui puſilla oppida condebant (quæ tamen nomina πόλεων appellabant) meminit etiam Strabo: indeque Creta ἑκατόμπολις uocata eſt, quia centũ huius generis urbes in ea inſula erant. Neque tamen negat ſapiens ſcriptor, in huiuſcemodi etiam ciuitatibus, in quibus populus numeroſus, ideoque firmus ſit, aliquando exiſtere tyrannidas, aut alia quædam reip. genera: ſed tantùm magnum negotium eſſe inquit, id illic cõtingere. Nam multitudo etiam ualida, oppreſſa bello, aut aliqua maiore neceſſitate coacta, manus dat, ſibique imponi patitur unum aliquem aut paucos, qui illic dominentur ut contigit Athenienſibus, uictis à Lacedæmonijs, fameq; domitis: quorum populus, præterquam quòd copioſus erat, aſſuetus fuerat dominari.

Si autem tam aliquis.)Exponit nunc difficultates quaſdam & pericula, quæ comitantur regna, nec poſſunt longè inde abeſſe. Sunt autem potiſsimum duæ quarum prior eſt, quid conſilij capiendum ſit de liberis regis, rege extincto. Si igitur, inquit, exiſtat aliquis, cui placeat regnum, exiſtimetq; conducere ciuitatibus regi ab uno ſapientiſsimo & optimo uiro: reſtat tamen ſcrupulus, quid faciendum ſit ſtirpe ipſius, oporteatne & filium mortuo patre prorſus regnare, ſuccedereq; patri in ampla illa fortuna, qualis qualis ille natura ac moribus ſit. Quod ſtatim auctor improbat, in contrarium que adfert. addit que, ſi hoc

recipiatur, magna incommoda populis inde euentura. refellitq; itidem, quod ab eo, qui defenderet regnum, dici poſſet, patrem minimè traditurum eſſe ſummam illam poteſtatem filio, ſi imbecilli conſilij aut praui ingenij eſſe ſenſerit: in manu namque ipſius hoc ſitum eſſe. fatetur Ariſtoteles, hoc uerum remedium futurum fuiſſe, ſi locum ipſum habiturum putaremus. ſed difficile eſſe credere, cùm ſit res ardua, & requirat uirtutem maiorem, quàm ferat natura capiatque hominum. Parentes enim diligunt filios, tanquam ſemet ipſos, putantq; ſe in ipſis aliquo modo uicturos. Quomodo igitur ſperari poteſt, parentem ita bono liberos orbaturos, aliorumque emolumenta ſuis antepoſituros? Etſi enim patriæ ſalutem utilitatemque magis quàm noſtram propriamque colere debemus, & hoc nos facere leges iubent: pauci tamen reperiuntur, quibus hoc perſuadeatur. Significat autem uirtutem illam eximiam, quam heroum peculiarem eſſe putant, indeq; ipſam appellant.

Controuerſum autem eſt.) Altera hæc quæſtio eſt. Reſtare enim adhuc ſcrupulum inquit, de poteſtate regis, cùm imperium accipit, utrum opus ſit ipſum uires aliquas copiaſque habere paratas, quæ præſtò ſemper ſibi ſint, cùm cogere uelit in officióq; retinere, qui dicto audientes ei non ſint, parereque recuſent iuſſu ipſius imperio ac iudicij aliqua de re contra ipſos facti. Vel ſi hoc, addit, ei minimè concedatur, qua ratione poſſit adminiſtrare diſpenſareque curas illas, & tueri perſonam regis. Adiungit autem, ut conſtituat quæſtionem hanc, dicatque oportere omnino huiuſcemodi aliquid uidere. Etſi enim exerceat poteſtatem illam ex legibus, nihil gerens, ſuæ uoluntati uel libidini potius obſecutus, quod aduerſetur legibus: neceſſe tamen eſt, inquit, adeſſe illi uires, quibus leges cuſtodiat, nec ſinat ipſas ab improbis audacibuſq; conculcari.

Fortaſſe igitur.) Soluit nodum hunc, atque inquit, non eſſe fortaſſe rem operoſam uidere, quid facto opus ſit in huiuſcemodi rege, id eſt legibus creato ac iuſto. Non eſſe enim dubium, quin opus ſit ipſum copias aliquas prope ſe habere: illas uerò tantas, ut ſanè meliores firmioreſq; ſint uiribus cuiuſuis unius, ſi aliquando contentione opus ſit: nec unius tantùm, uerum etiam plurium, ſi conſenſerint illi inter ſe ad detrectandum imperium: non tamen ita ualidas, ut ſuperent robore ſuo multitudinem uireſque uniuerſæ ciuitatis. ita namque facile ex iuſto rege iniuſtus fieret, imponeretque libertati: ne dominatum, ne debere coniectaret. auidum namque eſt dominandi humanum ingenium. Planum autem eſt, ſeruari hoc in liberis ciuitatibus. intelligit enim, & quos certi magiſtratus miniſtros habent ſui iuris, ut ualeant iniuſtos etiam in iudicium trahere: & uniuerſa ciuitas plures adhuc nutriunt, qui die noctéque luſtrantes urbē, caueant, ne quid ſeditioſe ſceleſteque fiat: quod militiæ genus habetur non parum honeſtum.

Quemadmodum priſci.) Cum modum horum militum præſidijque oſtenderit ualere, qui ornent perſonam regis, uel potius leges tolerant: inquit, oportere eos, quibus hæc cura impoſita eſt, imitari ueteres illos Græcos, moremque ipſorum cuſtodire. Cum enim darent cuſtodes corporis illis, quos uocabant αἰσυμνήτας uel tyrannos, certum definitumq; numerum ipſorum aſſumebant: tantumque dabant, ut poſſent uitam ſuam tueri, & improbos ſonteſque coercere, non tamen uniuerſæ ciuitati uim adhibere. Cùm tradat, quem ſignificat non æſymnetam ſolum ſolitum uocari, ſed etiam tyrannum, planū eſt hic auctorem capere hanc uocem, ut uetus illa ætas capiebat. neque enim tunc malè audiebat hoc nomen, neque iniuſtum regē oſtendebat. Quod uerum eſſe intelligitur exemplis multis auctoritateque tragicorum poetarum, qui paſſim ita utuntur hac uoce. Quare ego ſemper putaui, iudicem optimæ fabulæ Sophoclis hoc declarare, uocatumque eſſe Oedipum tyrannum: ut diſtingueret ut hæc fabula ab altera, in qua idem, exutus regno eiectuſque è finibus, inducitur, uocaturque Coloneus, cùm in hac adhuc regnaret. Hunc uerò calamitoſum uirum fuiſſe iuſtum in primis ac ſtudioſum publicæ ſalutis, conſtat. In rebus enim illis agendis, & multis locis à perſonis, quæ diligebant hominem, laudabant, Oedipus tyrannus uocatus eſt. Adiungit auctor, inferioribus temporibus, cùm Syracuſani deliberarent de dandis cuſtodibus corporis Dionyſio petenti, eſſentque iam prompti ad hoc liberè faciendum: extitiſſe illic quendam prudentem uirum, qui poſtquam reuocare non potuit ciues ab hoc propoſito, admonuit illos, ut ſaltem tot darent, quot ſatis forent ad ſalutem ipſius ab inſidiatoribus (ut aiebat) defendendā, non ad leges ac libertatem opprimendam. quod optimū conſiliū cùm ſecuti non eſſent, dederunt citò pœnas ſuæ ſtultitiæ.

Νόμων ἐχει μᾶλλον τὸ [illegible], ἢ πολιτείας.) Pertinet potius ad inſtitutionem Reip. quàm ad formam Reip. Plato libros de Repub. & de Legib. ſcripſit. In illis optimam Reip. ſpeciem delineat, in his leges cuiuis Reip. accōmodat. Cum ergo præfectura bellica non tantùm in regno Laconico, ſed in quauis alia Reip. detur, quæſtio de ea non ſolius regni Laconici, ſed omnium ſpecierum Reip. communis eſt.

[illegible]) Aegyptij medicinæ ſtudioſiſſimi, ſic ut ſingulorum ferè morborum ſinguli eſſent medici: ea interim methodi à maioribus traditæ & acceptæ obſeruantia, ut non niſi ex præſcripto intra quartum diem medarentur. Eo elapſo, permittebatur ingenio & experientiæ indulgere. Lambinus & alij intra quatriduū nihil mouere licuiſſe Aegyptijs medicis interpretantur. Vetus interpres triduum habet. Aut idem inſtituit fuit Theſſalus Trallianus, qui primus Diatriton inuexit, hoc eſt, triduanam inediam febricitantibus indixit. De quo Gal. multis locis.

Νομοθέτην αὐτὸν [illegible].) Sic etiam lib. x. Ethicorum, Philoſophiæ morum doctorem νομοθετικὸν eſſe debere demōſtrauit, hoc eſt talem, qui leges ponere poſſit, ſi nullæ ſint. ſin uerò ſint, eaſdem interpretari & corrigere.

[illegible] πόλεις.) Quàm multæ ciuitates ueterum fuerint ex eo colligas, quòd Creta inſula ἑκατόμπολις dicta eſt, centum urbes comprehendens.

[illegible]) Priſci bene de ſe meritos honorib. diuinis afficiebant, uiuos tanquam Deos quoſdam mortali carne ueſtitos pro regibus agnoſcendo: mortuos uerò tanquam mortalitate exutos in Deorum numerum adlegendo.

[illegible] γενόμενοι.) Ij, qui Reip. præerant in Politia, ultima è bonis Rebuſp. cùm degenerare inciperent à maiorum uirtute, diuitiarum & nobilitatis maiorem quàm uirtutis rationem habere cœperunt. Itaque prima extitit Oligarchia, inter ceteras malas Reip. formas.

[illegible] ἀρετῶν.) Heroicæ nimirum, tot ſpecies complectentis, quot ſunt Homano uirtutum ſpecies.

Διονύσιος.) Quo aſtu Dionyſius maior tyrannidem Syracuſanorum occuperit, uide apud Diod. lib. 13. & Polyænum lib. 5. Imitatus certè Piſiſtrati exemplum, datis cuſtodib. quos & quot ipſe uoluit, ad inuadendam uſus eſt tyrannidem.

DE Qualitate Regni, Bonū ſit, néc ne, actuo, tractationem
- Proponit, & ſubiectū quæſtionis explicat. Cū quæſtio ſit de Regno, quinq; interim ſpecies illius præced. cap. cōſtituerimus: iterū copius uidendū, Vtrū de omnib. ſpeciēb. an de aliquib. tantū dubitatio ſit ſuſcipienda. Oſtendit ergo de ſpeciebus
  - Nō Medijs, ſed Extremis tātùm, quærendū. N. 1. tali ratione
    - A quarum ſpecierum cognitione reliquæ dependent, de illis potiſſimum quærendum eſt.
    - At à duabus uelute extremis ſpeciebus, à regni ſcilicet Laconici & regni Pleni cognitione, reliquarum trium tanquam intermediarum ſpecierum cognitio dependet N. 2.
    - Ergo de Laconico & Pleno regno potiſſimū quærendū erit. N. 3. De
      - Laconico quidē, Vtrum Reip. expediat belli præfectū habeare ppetuū, ſiue ex certa familia delectū, ſiue ex quolibet. N. 4.
      - Pleno, Vtrum Reip. conferat uni optima omnium rerum, etiam legum ipſarum, abſolutam poteſtatem permittere. N. 5.
  - Extremis nō utriſq;, ſed de altera tantùm quærendum. Quæſtio enim de regno
    - Laconico huius non eſt loci, cū præfectura iſta bellica Reipub. ſpeciē non uariet. Deducitur
      - Quæſtiones, quæ ad Rerump. differentias nihil faciunt, in præſentia ſunt omittendæ.
      - At quæſtio de præfectura belli perpetua, non eſt de Reip. differentia, ſed potius de inſtitutione magiſtratus certi, communis diuerſis Rerump. formis. N. 6. Ratio. Nam in omni Rep. præfectus aliquis belli eſt. Et proinde Remp. nō uariat. Huius enim forma potius à tēpore pacis quàm belli deſumenda eſt: cùm bellum per accidens tantùm ſuſcipiatur, & non niſi pacis cauſa. N. 7.
      - Ergo omittatur. N. 8.
    - Pleno huius eſt loci. N. 10. Nam poteſtas παμβασιλεία uerè certam Reip. ſpeciē facit. N. 9.
- Aggreditur. Vide in ſeq. ſignum I.

I. Quæ-

- I. Quæſtiones de παμβασιλείας duplices facere uidetur: alias
  - Generales, quæ ſcilicet de quauis alia Regni ſpecie etiam agitari poſſint. De regno quæritur tũ
    - Reſpectu reliquarum formarũ Reip. An Regem expediat optimũ imperare, an uerò
      - Leges optimas. N. 11. Ex ſententia
        - Aliorum. Alij præferunt
          - Regem, ſuis ratiocinationes:
            - Optima Reip. forma eſt, in qua non uniuerſalis tantũ inſtitutionis, ſed & particularis ſingulorũ habetur ratio. Similitudine probatur:
              - Quemadmodum artiũ perfectio non magis in uniuerſalium præceptorum cognitione, quàm ſingularium operum aggreſſione, cõſiſtit. Declaratur in
                - Genere. Nam in qualibet arte ſecundùm præcepta poſita tantũ rẽ agere, nec oblata occaſione uel minimum ab ijs diſcederẽ uelle, ſtultum eſt & periculoſum. N. 13.
                - Specie. In arte medica apud Aegyptios, à præſcripta & recepta & à maiorib. tradita medendi forma, ueluti à lege, in ſingulis morbis ante quartum diem recedere non licebat. At niſi interea morbus uel tolleretur, uel mitigaretur, lege neglecta, ſuo quemq; ingenio & experientia uti permittebatur. N. 14.
              - Ita quoq; Reip. perfectio nõ magis in Legis uniuerſali præceptione, quàm in Regis particulari declaratione poſita uidetur, cùm non ſemper legem ſequi liceat, ſed ſæpe ius ſummum, ſumma ſit iniuria.
            - At ubi imperat
              - Lex, uniuerſalis tantùm inſtitutio eſt, nec particulares cãſus exprimi & decidi & præcaueri poſſunt. N. 12.
              - Rex, cùm recta eius ratio legis ſit inſtar, particulariſſimã omniũ circũſtantias obſeruari & examinari conſueuerũt.
            - Ergo Reip. forma
              - Optima eſt, ubi Rex imperat, tãquam lex animata.
              - Minus bona, ubi lex ſcripta, quantũuis optima. N. 15.
          - Legem. Tum quia
            - Prior & dignior eſt Rege:
              - Si ſine lege, quamuis uniuerſali, rex non poteſt imperare, certè princeps eſt lex.
              - At rex nõ põt ſine lege uniuerſali uel imperare, ſiue ſcripta illa in tabulis, ſiue in cordib. N. 10. Vt ſeq. c. n. 34.
              - Ergo lex princeps potius eſt quàm rex.
            - Sincera magis et minus corrupta:
              - Imperium ſine affectibus melius eſt. N. 17.
              - Imperat uerò
                - Lex ſine affectu. N. 18.
                - Rex cum affectu. N. 19.
              - Ergo imperium Legis quàm Regis melius.
        - Sua, Regẽ unà cum lege imperare debere pronũciat. Et quidem
          - Supponit: Regem hoc habere eximium præ lege, quòd particularia obſeruare & dijudicare poteſt. N. 20.
          - Deducit. Reſpectu
            - Vniuerſaliũ, Lex ueluti magiſtra eſt Regis, tum
              - Interna, non ſcripta, recta ſcilicet ratio, ueluti λόγῳ ἐνδιαθέτῳ, qua inſtructus, Νόμος ἔμψυχος uerè eſt, hoc eſt, talis, ut quamuis nullæ eſſent poſitæ leges, ipſe tamen leges ponere poſſet. N. 21.
              - Externa, & ſcripta, ueluti λόγῳ προφορικῷ, à maioribus poſita, tradita, accepta. Num. 22.
            - Particulariũ, Rex eſt Legis ipſius partim
              - Corrector & Interpres, quatenus propter uniuerſalitatẽ ſuam iniuſta eſt, & ſeruari non debet. Num. 23.
              - Cuſtos et defenſor, quatenus iuſta eſt & ſeruari debet. N. 24.
      - Homines bonos & cordatos. Vide in ſeq. ſignum II.
    - Per ſe. Vide in ſeq. ſignum IV.
  - Speciales. Vide CAP. ſequens.

II. Quod

II. Quod ipſum &

- **Ratio**ne diſputat: Vtrū præſtet Regno Imperium populi
  - **Totius,** omnium ciuiū, hoc eſt An Regnū Politiæ propriè dicta præſtet. N. 25. Dubitationis
    - **Occaſio.** Nam Politia multo magis ſecundùm naturam eſſe uidebitur, tum reſpectu
      - **Perſonarum**, quandoquidem in unum naturæ inſtinctu coeunt, ut libertate æquales, mutuis conſilijs & auxilijs firmentur. N.26.
      - **Rerum**, in quibus uerſantur & contrahunt. Nam ſingularia facilius à multis quàm ab uno & ſentiri & intelligi poſſe uidentur: cùm ut numero ſunt uaria, ita ſenſu multiplici opus habeāt, multis auribus, oculis, linguis, manibus, pedibus. Senſuum certè fides penes multos maior quàm penes unum. N.27.
    - **Deciſio.** Præſupponimus multitudinem hominum liberorum, ſecundùm leges rectas uiuentiū, neq; ab ijs diſcedentiū, niſi quatenus propter uniuerſalitatē ſuā delinquūt. N.36. Videturq; tacitè Platonis ſententiam, quòd Politia præſtet Regno, laudare, ex inſtituto naturæ, quæ omnes homines ex æquo uidetur libertate donare. Etſi per accidēs, uel quia non poſſunt ob defectū naturæ, uel quia nolunt propter improbitatē uoluntatis, Vnus aliquis eos & cogere & dirigere debet. Ratiocinatio talis eſt:
      - **Imperium** prudentia & iuſtitia maximè nititur.
      - **At multitudo** hominum liberorū & legib. ſubiectorum instructa eſt maximè & prudentia & iuſtitia. Etenim ciues comparati cum rege optimo, ſ
        - **Singillatim** quidem deteriores ſunt. N.28.
        - **Cõiun**ctim uerò & ſimul præſtāt &
          - **Prudē**tia. Quod
            - **Explicat** ſimili Cõuiuiorum. N.29. Quo etiam cap. 11. n. 4. uſum fuit.
            - **Confirmat** exemplo Iudiciorum. N.30.
          - **Iuſti**tia & fide, cū minus impetu cupiditatū ſubigi & corrumpi queant. N. 31. Qd
            - **Illu**ſtrat ſimili
              - **Vti** aqua multa ab externo aere minus putreſcit: ſic lacus, ſic mare. N.32.
              - **Ita** ciuium multitudo ſimul. N.33.
            - **Explicat. Nam**
              - **Illi** rectius imperāt & iudicāt, qui minus affectuum impotentia ſubiguntur, & à uero abducuntur.
              - **Atqui nunc**
                - **Vnus** facilè affectu iræ uel odij ſubigitur. Num.34.
                - **Multi** difficulter. N.35.
              - **Ergo** rectius plures quā unus iudicāt, minusq; corrūpi poſſūt.
      - **Ergo** imperium potius multitudini quàm uni conuenit.
  - **Non** totius, ſed paucorū tantùm, eorundemq; optimorum. Quæritur ergo, An præſtet Regnū Ariſtocratiæ. Præſtétne Regem an Optimates imperare
    - **Quæritur.** N.37.
    - **Deciditur:** Ariſtocratiam numerum & Regnum ſi conferantur eſſentialiter, præſtare plures optimos, quā unum optimum imperare. Nu.38. Quod ipſum tum
      - **Obliquè** adſtruit per anthypophoram:
        - **Obijciat** quis: At ſi plures uno, inter ſe diſſentient. N.39.
        - **Reſpondet.** At ſi boni ſint, & uirtute præſtantes, licet multi, neutiquā tamen diſſentient. N.40.
      - **Direc**tè probat:
        - **Si** melius eſt à multis bonis quàm ab uno bono remp. gubernari, Ariſtocratia profectò Regno præſtabit, ſiue armis imperium tueatur, ſiue ſolis legibus. N.41.
        - **Atqui** illud eſt. Quandoquidem multo difficilius multi quàm unus (uti n.31.) corrumpuntur, & multo melius cuſtodiunt multi boni quàm unus bonus.
        - **Ergo** & hoc.
- **Exemplis** confirmat. Vide in ſeq. figuram III.

- **III.** Natura imperiorum Politicum & Ariſtocratiã præferri Regno: Regnum uerò conditione tãtùm, quando ſcilicet multi ad uirtutem non ſunt ita conformati: exemplis oſtendit Rerumpub. quomodo ſibi ynuicem ſucceſſerint, tum
  - **Bonarũ**, quæ ortu naturæ priores fuére. Inter has enim
    - **Prior** fuit Monarchia, nõ per ſe, ſed per accidẽs: uirorũ partim propter
      - **Paucitatem** bonorum uirorum. Nam cùm primi illi homines rudes & agreſtes eſſent, & facilius eſſet unum quàm multos reperire probos, præſertim in ciuitatibus paruis, iccirco unum Regem elegêre. N. 42.
      - **Gratitudinem** pro acceptis beneficijs. N. 43. Quod ipſum uiri boni eſt proprium. N. 44. Gratitudinis proinde ergò benefactores ſuos reges ſuos eſſe uoluère.
    - **Poſterior** fuit Ariſtocratia & Politia. Nam poſteaquam homines legum cultu & ſocietatis mutuæ præſidio curari cœpêre, tunc extitit
      - **Ariſtocratia** primum, inter paucos uirtute præſtantes.
      - **Politia** ſubinde, quando frequente iam ciuitate & legum aſſuetudine erudita, magna cœpit eſſe uirorum proborum ſeges. N. 45.
  - **Malarũ**, quæ ueluti παρεκβάσεις & errores, et defectus ſunt bonarum: uerò
    - …ẽs. Si feriem or…tm ſpectemus, uidetur fuiſſe
      - **Prima** Oligarchia, cùm ij quibus, imperium cauſa uirtutis, ſiue unus ſiue pauci forent, commiſſum fuerat, neglecto bono publico, priuatum commodum quærere cœperunt. N. 46. Tunc enim primùm opulentia, per ſe alioqui modigna, cuius in deferendo imperio ratio habeatur, auctoritatem acquiſiuitita ut & propter opulentiam magiſtratus eligerentur, & propter lucrum appeterentur: adeoq; modo utroúi τίμημα fieret κλῆρος. N. 47.
      - **Poſterior**, tũ
        - **Tyrannis**, omnibus alioqui exoſa, cùm unus aliquis oligarchas tantum ſuperaret, quãtum illi reliquos. N. 48.
        - **Democratia** conſequenter. N. 49.
    - …diés. Oligarchiam Tyrannis, Tyrãnidem excepit Democratia, partim propter
      - **Improbitatem** principum, etiam in paruis Rebuſpub. Nam cùm ob opum prærogatiuam oligarchæ primùm rerũ eſſent potiti: ſubinde qui inter eos opulẽtia excellunt, id ſibi iuris in collegas, quod collegis in ſubditos, eſſe debere putant, eoq; tyrannidem inuaſit. Tyrannus rurſus, cùm id unicè ſtuderet, ne quis ſe potentior eſſet, néue etiam à pluribus in unum collatis opibus uinceretur: quantum opulentiæ ciuium detraxit, tantum odio ſui adauxit, adeoq; ijs, quos ſpoliarat, ad plebem ſe aggregandi occaſionem dedit. Quorum acceſſione plebs animata, & tanquã duces nacta, contra tyrannum inſurgens, ex Tyrannide Democratiam conſtituit. N. 50.
      - **Neceſsitatem** naturalem in magnis & populoſis Rebuſpub. Nam poſtquam maiora condi oppida cœpêre, cùm populus in ijs multus eſſet, cognitu ſuis uiribus detrectauit Oligarchiam, multoq; magis Tyrannidem, cùm ſibi ex æquo imperium deberi putaret propter libertatem & potentiam. Num. 51.
- **IV.** Vt demus, Regnum eſſe optimum, collatum cum cæteris Rerumpub. formis: at quæſtio oritur de Regni conſeruationum in
  - **Poſterum** per generis ſucceſſionem: Vtrum ſcilicet hæreditarium eſſe & filij patribus ſuccedere debeant. Num. 52. Quod ipſum
    - **Affirmatiuè** ſubintelligit. Cùm boni è bonis uideantur naſci, uidetur etiã penes bonorum ſtirpem regnum eſſe debere.
    - **Negatiuè** impugnat tum
      - **Directè**. Si mali ſint poſteri, profectò imperio erunt indigni. N. 53.
      - **Obliquè**, per anthypophorã. Obiectionem
        - **Proponit**. Dicat quis: At nõ relinquet pater filio regnum, niſi dignus ſit. N. 54.
        - **Soluit** Imò uerò pater eſt, & indulgentia naturali præditus. Ergo ſi non relinquat filijs niſi dignis, profectò heroica natura præditus erit, nõ humana. Num. 55. Quotuſquiſq; uerò talis reperiatur?
  - **Præſens**, per potentiã: Vtrũ regi potentia adeſſe debeat ſatellitum & præſidiariorum. N. 56. Solutionem ex ſententia
    - **Aliorum** affert. Vt quàm maximè bonus rex ſit, & ſecũdùm leges peragat omnia, nihilominus potentia indiget, ut cogere poſsit nolentes, & leges cuſtodire. N. 57.
    - **Sua** facilè eſſe ait. N. 58. Idq;
      - **Proponit**, quanta eſſe debeat potentia: nimirum quæ ſingulorum uiribus ſit maior, omnium minor. N. 59.
      - **Declarat** exẽplis
        - **Græcorum** ueterum, qui Aeſymnetis delectis cuſtodes adhibebant corporis è populo delectos, contra uim apertam & occultam improborum, cùm domi tum foris. N. 60.
        - **Syracuſanorum**, quibus malè ceſsit neglecta quantitas præſidiariorum. N. 61.

CAPVT XVI.

Vtrum Regnum plenum dictum inter bonas Reſpub. connumerari debeat, ex aliorum ſententia dubitat.

De [1] rege aũt, qui ſua ex uoluntate omnia gerat, ſermo nũc ſequitur, & cõſiderare oportet. Rex [2] enim, qui lege dictus eſt, nõ eſt ſpecies (ut diximus) reipublicæ. In [3] omnib. enim locũ habet dux belli perpetuus: ceu in ſtatu multitudinis, & optimorum, & [4] multi creãt unũ, cuius in manu ſit diſpenſatio ciuitatis: huiuſcemodi enĩm magiſtratus quidã eſt & Epidamni, & Opunte, aliqua tamen parte minor. De [5] pleno autem uocato regno (hoc aũt eſt, quo cuncta regit ſua uoluntate rex) uidetur [6] quibuſdã, ne naturæ quidem conſentire, unum in ſua poteſtate habere omnes ciues, ubi conſtitit è ſimilib. ciuitas. Similibus [7] enim natura idem iuſtum neceſſe eſt & eandem dignitatem ſecundùm naturã eſſe. Quapropter [8] ſi ęquale habere alimentũ inæquales, aut ueſtem, detrimentoſum eſt corporibus: ſic [9] ſe habet & qđ pertinet ad honores. Simili [10] igitur modo & inęquale ęquales. Quare [11] nihil magis imperiũ habere, quã imperio parẽre iuſtum eſt. Et [12] per uiciſsitudinẽ igitur eodẽ pacto. Hoc [13] aũt eſt iam lex. Ordo [14] enim lex. Legẽ [15] igitur imperium habere magis expetendũ eſt, quã unõ quempiã ciuiũ. Eadẽ [16] aũt hac ratione, ſi aliquos imperare melius eſt, hos cõſtituere oportet cuſtodes legũ, & earundẽ miniſtros. Neceſſe [17] nãq; eſt magiſtratus quoſdã eſſe. ſed nõ unũ hũc eſſe affirmãt iuſtũ, qñ oẽs ſimiles inter ſe ſunt. Atq; [18] q̃cũq; lex nõ uidet̃ poſſe definire, neq; homo poſſet cognoſcere: uerũ [19] lex, q̃ ſedulo erudijt, mãdat reliqua iuſtiſsima ſentẽtia exiſtimare & adminiſtrare magiſtratus. Pręterea [20] cõcedit, ut corrigat̃ qdqd uiſum fuerit, periculũ eius faciẽtib. melius eſſe, quã iã ſtatuta. Qui [21] igit̃ mentẽ iubet imperare, uidet̃ iubere imperare Deũ atq; leges: qui [22] uerò iubet hominẽ, adiungit & beluã. Cupiditas [23] .n. huiuſcemodi quiddã eſt: excandeſcentia eos q imperiũ hñt. diſtorquet, & optimos etiã uiros. Quare [24] lex eſt ſine appetitione mẽs. Exemplũ [25] aũt artiũ uidetur eſſe mendax: mederi inquã ęgrotis è præ-

Περὶ [1] δὲ τοῦ βασιλέως, τοῦ κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν πάντα πράττοντος, ὅ, τε λόγος ἐφέστηκε νῦν, καὶ ποιητέον τὴν σκέψιν. ὁ μὲν [2] γὰρ κατὰ νόμον λεγόμενος βασιλεὺς, οὐκ ἔστιν εἶδος (καθάπερ εἴπομεν) πολιτείας. ἐν [3] πάσαις γὰρ ὑπάρχειν ἐνδέχεται στρατηγίαν ἀΐδιον· οἷον ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ἀριστοκρατίᾳ, καὶ [4] πολλοὶ ποιοῦσιν ἕνα κύριον τῆς διοικήσεως. τοιαύτη γὰρ ἀρχή τίς ἐστι καὶ περὶ Ἐπίδαμνον, καὶ περὶ Ὀποῦντα δὲ, κατὰ τὸ μέρος ἔλαττον. περὶ [5] δὲ τῆς παμβασιλείας καλουμένης, αὕτη δ' ἐστὶ, καθ' ἣν ἄρχει πάντων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν ὁ βασιλεύς. δοκεῖ [6] δέ τισιν οὐδὲ κατὰ φύσιν εἶναι τὸ κύριον ἕνα πάντων εἶναι τῶν πολιτῶν, ὅπου συνέστηκεν ἐξ ὁμοίων ἡ πόλις. τοῖς [7] γὰρ ὁμοίοις φύσει τὸ αὐτὸ δίκαιον ἀναγκαῖον, καὶ τὴν αὐτὴν ἀξίαν κατὰ φύσιν εἶναι. ὥστ' [8] εἴπερ καὶ τὸ ἴσην ἔχειν τοὺς ἀνίσους τροφὴν, ἢ ἐσθῆτα, βλαβερὸν τοῖς σώμασιν, οὕτως [9] ἔχει καὶ τὸ περὶ τὰς τιμάς. ὁμοίως [10] τοίνυν καὶ τὸ ἄνισον τοὺς ἴσους. διόπερ [11] οὐδὲν μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἄρχεσθαι δίκαιον. καὶ [12] τὸ ἀνὰ μέρος τοίνυν ὡσαύτως. τοῦτο [13] δ' ἤδη νόμος. ἡ [14] γὰρ τάξις νόμος. τὸν [15] ἄρα νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον μᾶλλον, ἢ τῶν πολιτῶν ἕνα τινά. κατὰ [16] τὸν αὐτὸν δὲ λόγον τοῦτον, κἂν εἴ τινας ἄρχειν βέλτιον, τούτους καταστατέον νομοφύλακας, καὶ ὑπηρέτας τοῖς νόμοις. ἀναγκαῖον [17] γὰρ εἶναι τινὰς ἀρχάς, ἀλλ' οὐχ ἕνα τοῦτον εἶναί φασι δίκαιον, ὁμοίων γε ὄντων πάντων. ἀλλὰ [18] μὴν ὅσα γε μὴ δοκεῖ δύνασθαι διορίζειν ὁ νόμος, οὐδ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν. ἀλλ' [19] ἐπίτηδες παιδεύσας ὁ νόμος ἐφίστησι τὰ λοιπὰ τῇ δικαιοτάτῃ γνώμῃ κρίνειν, καὶ διοικεῖν τοὺς ἄρχοντας. ἔτι [20] δ' ἐπανορθοῦσθαι δίδωσιν, ὅ, τι ἂν δόξῃ πειρωμένοις ἄμεινον εἶναι τῶν κειμένων. ὁ [21] μὲν οὖν τὸν νοῦν κελεύων ἄρχειν, δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους. ὁ δ' [22] ἄνθρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ θηρίον. ἥ [23] τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον· καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. διόπερ [24] ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος ἐστί. τὸ [25] δὲ τῶν τεχνῶν εἶναι δοκεῖ παράδειγμα ψεῦδος, ὅτι τὸ κατὰ

Cum [1] autem de eo rege, qui omnia ſuo nutu atq; arbitratu gerit, ſermo nũc ſit inſtitutus, tum hac de re uidendum eſt. Nam [2] qui rex ex lege appellatur, is non efficit, ut diximus, regni ſpeciem. In [3] omnibus enim ciuitatibus contingere poteſt, ut ſit imperium belli perpetuum, ueluti in democratia, ſeu populi poteſtate, & ariſtocratia, id eſt optimatũ potentia: & [4] multi unum totius reip. adminiſtrãdæ ac moderandæ poteſtatẽ deferunt. Tale enim quoddam imperium eſt etiam Dyrrachij, et uerò Opunte, aliqua ex parte anguſtius. Verùm [5] de eo regno, quod ſuis omnibus partibus abſolutum & integrum appellatur (hoc autẽ eſt, ex quo rex omnia ſuo arbitratu moderatur) dicendum eſt. Videtur [6] autem non eſſe natura conſentaneum, ut unus omnium communis ſit dominus, ubi ex ſimilibus conſtat ciuitas. Iis [7] enim, qui ſunt ſimiles natura, idem ius eandemq; dignitatem eſſe neceſſe eſt natura. Quare [8] ſi, quẽadmodum uictum & cultum æqualem hominibus inæqualib. tribui, lædit corpora, ita [9] & de honorib. exiſtimandũ eſt. Similiter [10] igitur & æqualibus inæqualem tribui, pernicioſum eſt. Quocirca [11] nihilo magis eos imperare, quàm imperio parẽre iuſtũ eſt. Viciſſim [12] igitur imperare, ſimiliter & parẽre iuſtũ eſt. Hoc [13] autem iam lex eſt. Ordinis [14] enim deſcriptio lex eſt. Legem [15] igitur imperare optabilius eſt, quàm unũ aliquem ciuem. Hac [16] porrò eadem ratione etiamſi aliquos imperare præſtet, hi tamen faciendi ſunt legum cuſtodes ac miniſtri. Magiſtratus [17] enim eſſe aliquos neceſſe eſt: ſed hunc unum eſſe, iuſtum eſſe negant, cùm præſertim ſint omnes ſimiles. Iam [18] uerò quæcunq; nõ uidetur poſſe lex definire, ea ne homo quidem cognoſcere queat: ſed [19] poſteaquã lex accuratè & ſtudioſè homines erudijt, reliqua tradit ac mandat magiſtratibus ſententia ac mente iuſtiſſima iudicanda atq; adminiſtranda. Præterea [20] uero & quicquid hominib. periculum facientibus, melius, quàm leges ſcriptæ, uiſum fuerit, corrigere permittit. Qui [21] igitur mentem præeſſe atq; imperare iubet, is Deũ & leges imperare uidetur iubere: qui [22] uerò hominẽ iubet, addit & feram. Nã [23] cùm ſit huiuſmodi cupiditas, tum iracundia magiſtratus deprauat, & optimũ quemq; uirum. Quocirca [24] lex, mens eſt appetitione uacãs. Exemplum [25] porro ab artibus ſumtũ, falſum uidetur eſſe, ægros curare ex præceptis et libris, qui de arte medendi ſcripti

ceptis, literis ꝑditis, uitioſum eſſe. Quinimò[26] magis expetēdū eſt & habētibus artem. hi[27] nāq; amicitia impulſi, nihil prę ter rationē faciūt, ſed mercedē capiūt, cū ægrotos curauerint. Qui[28] autē in ciuilib. imperijs uerſantur, multa, obſecuti odio & gratiæ, gerere cõſuerunt. Nā [29] & medicos, cū ſuſpicati fuerint perſuaſos illos ab inimicis ægroti perdere propter lucrū, tūc poſcerēt potius curationē è monimentis. Quinetiā[30] inducūt ad ſemetipſos medici, cū ægrotant, alios medicos, & magiſtri corporis exercitiorū alios eius generis magiſtros, tanquā nō ualeant exiſtimare, q̄d uerū eſt, quia exiſtimāt de ſuis proprijsq; reb. cōmoto animo. Quapropter[31] apertū eſt, qui iuſtū inueſtigāt, inueſtigare[32] mediū: lex[33].n. mediū eſt. Pręterea [34] ualidiores, & de ualidiorib. reb. ſunt leges, q̄ morib. cõſtāt, quā q̄ ſcriptis. Quaꝑpter[35] homo ipſe imperans tutior, quā q è monimētis literarū, ſed nō illis qui legib. more cõſtātib. Atqui[36] neq; procliue eſt unū multa oculis perluſtrare. Opus[37] igitur erit plures eſſe, q ab ipſo pręficiantur imperijs. Quapropter[38] quid intereſt, hoc ab initio ſtatim fieri, quā unū conſtituere hoc modo? Pręterea[39] q̄d prius etiā dictū eſt, ſi quidē uir ſtudioſus, q̄a melior eſt, dignus eſt, q imperet: uno aūt duo ꝓbi uiri meliores. hoc[40].n. eſt illud,

Simul duo euntes,

& [41] uocum Agamemnonis,

Tales decem mihi conſultores

Sūt[42] aūt & nūc de nōnullis rebus magiſtratus, tāquā domini exiſtimādi, quēadmodū iudex, de[43] quib. lex nō ualet definire, ut q̄ nō optimè imperaret atq; exiſtimaret. Quia[44] de q̄b. ſtatuere ualet, nemo ambigit de his. Verū[45] q̄a hęc q̄dē licet cōplecti legibus, hęc aūt nō licet: hęc ſunt, q faciūt, ut dubitemus, & q̄ramus, utrū magis expetendū eſt, optimā legē imperiū habere, uel optimū uirū. Illa[46] nāq; de quib. deliberāt, lege cōplecti, unū eorū eſt, quę nō poſsūt effici. Nō[47] igit̃ huic aduerſantur, q̄d neceſſariū nō ſit, hominē eſſe, q exiſtimatur ſit de huiuſcemodi reb. uerū[48] cōtrouerſia eſt, q̄d uolūt, nō unum ſolū, ſed multos. Exiſtimat[49].n. unuſquiſq; q cō imperio eſt bene inſtitutus à lege. Abſurdū[50] aūt eſſe for

γράμματα ἰατρεύεσθαι, φαῦλον. ἀλλὰ[26] καὶ αἱρετώτερον χρῆσθαι τοῖς ἔχουσι τὰς τέχνας. οἱ[27] μὲν γὰρ οὐδὲν διὰ φιλίαν παρὰ τὸν λόγον ποιοῦσιν, ἀλλ' ἄρνυνται τὸν μισθὸν, τοὺς κάμνοντας ὑγιάσαντες. οἱ[28] δ' ἐν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς, πολλὰ πρὸς ἐπήρειαν καὶ χάριν εἰώθασι πράττειν. ἐπεὶ[29] καὶ τοὺς ἰατροὺς, ὅταν ὑποπτεύωσι πεισθέντας τοῖς ἐχθροῖς διαφθείρειν διὰ κέρδος, τότε τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων θεραπείαν ζητήσαιεν ἂν μᾶλλον. ἀλλὰ[30] μὴν εἰσάγονταί γε ἐφ' ἑαυτοὺς οἱ ἰατροὶ κάμνοντες ἄλλους ἰατροὺς, καὶ οἱ παιδοτρίβαι γυμναζόμενοι παιδοτρίβας, ὡς οὐ δυνάμενοι κρίνειν τὸ ἀληθὲς, διὰ τὸ κρίνειν περί τε οἰκείων καὶ ἐν πάθει ὄντες. ὥστε[31] δῆλον, ὅτι τὸ δίκαιον ζητοῦντες, τὸ[32] μέσον ζητοῦσιν. ὁ[33] γὰρ νόμος τὸ μέσον. ἔτι [34] κυριώτεροι, καὶ περὶ κυριωτέρων, τῶν κατὰ γράμματα νόμων, οἱ κατὰ τὰ ἔθη εἰσίν. ὥστε[35] τῶν κατὰ γράμματα ἄνθρωπος ἄρχων ἀσφαλέστερος, ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ τὸ ἔθος. ἀλλὰ[36] μὴν οὐδὲ ῥᾴδιον ἐφορᾶν πολλὰ τὸν ἕνα. δεήσει[37] ἄρα πλείονας εἶναι τοὺς ὑπ' αὐτοῦ καθισταμένους ἄρχοντας. ὥστε[38] τί διαφέρει τοῦτο ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ὑπάρχειν, ἢ τὸν ἕνα καταστῆσαι τοῦτον τὸν τρόπον; ἔτι[39] ὃ καὶ πρότερον εἰρημένον ἐστὶν, εἴπερ ὁ ἀνὴρ ὁ σπουδαῖος, διότι βελτίων, ἄρχειν δίκαιος· τοῦ δὲ ἑνὸς οἱ δύο ἀγαθοὶ βελτίους. τοῦτο[40] γάρ ἐστι τὸ,

Σύν τε δύ' ἐρχομένω.

καὶ[41] ἡ εὐχὴ τοῦ Ἀγαμέμνονος·

Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες.

εἰσὶ[42] δὲ καὶ νῦν περὶ ἐνίων αἱ ἀρχαὶ κύριαι κρίνειν, ὥσπερ ὁ δικαστής, περὶ[43] ὧν ὁ νόμος ἀδυνατεῖ διορίζειν, ὡς οὐκ ἂν ἄριστα ὁ νόμος ἄρξειε καὶ κρίνειεν. ἐπεὶ [44] περὶ ὧν δυνατὸς, οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ περὶ τούτων. ἀλλ'[45] ἐπειδὴ τὰ μὲν ἐνδέχεται περιληφθῆναι τοῖς νόμοις, τὰ δὲ ἀδύνατα, ταῦτ' ἐστὶν, ἃ ποιεῖ διαπορεῖν καὶ ζητεῖν, πότερον τὸν ἄριστον νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον, ἢ τὸν ἄνδρα τὸν ἄριστον. περὶ[46] ὧν γὰρ βουλεύονται νομοθετῆσαι, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. οὐ τοίνυν[47] τοῦτό γ' ἀντιλέγουσιν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον ἄνθρωπον εἶναι τὸν κρινοῦντα περὶ τῶν τοιούτων· ἀλλ'[48] ὅτι οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλούς. κρίνει[49] γὰρ ἕκαστος ἄρχων πεπαιδευμένος ὑπὸ τοῦ νόμου καλῶς. ἄτοπον[50] δ' ἴσως ἂν

ſunt, nihil iuuare, atque adeò nocere. Quin[26] contrà optabilius eſt artifices & doctos adhibere, eorumq; cõſilio & opera uti. Hi[27] enim nihil, quod à ratione abhorreat, propter amicitiā faciunt, ſed ægris ſanis factis mercede accipiūt. Atqui[28] qui ad magiſtratus ciuiles prouecti ſunt, multa per contumeliā et gratiam agere ſolent. Nam[29] & cum medicos ſuſpicantur ab inimicis inductos non ſalutem, ſed interitum afferre propter quæſtum: tum ex præceptis artis et libris curari maluerint, quam ex medici libidine. Atqui[30] medici cum ægrotant ipſi, alios medicos arceſſunt, atq; adhibent: & puerorum exercendorum magiſtri cum ipſi exercentur, alios exercendi magiſtros adhibent: quaſi uerū iudicare atq; examinare nõ poſſint, tum quia de ſua re iudicant, tum quia perturbati iudicant. Itaq;[31] perſpicuum eſt, eos, qui ius quærunt,[32] mediū quærere. lex[33] enim medium eſt. Præterea [34] maiorem auctoritatem habent, & ſunt de rebus maioris ponderis leges in morib. poſitæ, quàm leges ſcriptæ. Quare[35] homo, qui reipub. præeſt, minus ille quidem labitur et fallitur, quàm leges ſcriptæ: ſed non quam leges morib. comparatæ, & confirmatæ. Iam[36] uerò nè facile quidem eſt unum multa cernere. Plures[37] igitur magiſtratus ab eo conſtitui oportebit. Quare[38] quid intereſt utrum hoc ſtatim ab initio ſuppetat, an unus hoc modo plures alios rebus gerendis præficiat? Præterea[39] ſi uir bonus, qd & antea dictū eſt, quia alijs melior eſt, dignus eſt qui imperet: uno uiro bono, duo uiri boni ſunt meliores. Hoc[46] enim eſt, quod ait Diomedes apud Hom.

Namq; duo cùm unà carpunt iter:

Et[41] quod optat Agamemnon apud eundem:

O' ſi conſilium ſocij bis quinq; mihi eſſent Tales.

Sunt[42] autem etiam nūc magiſtratus, penes quos eſt arbitriū & poteſtas iudicandi, quemadmodum penes iudices, ijs de[43] rebus, quas lex nõ poteſt complecti, neq; definire: quia lex optimè imperare & iudicare nequeat. Nam[44] quas res lex definire poteſt, de his nemo ambigit, quin eius plurimū ualere debeat auctoritas. Sed[45] quoniam alia quidem legib. cõprehendi poſſunt, alia non poſſunt: hæc ſunt, quæ dubitationē & quæſtionem afferunt, utrum præſtabilius ſit legem optimam, an uirum optimum imperare. Nam[46] quibus de reb. conſultant homines, de ijs reb. lex ferri non poteſt. Nemo[47] igitur cauſam dicat, quin neceſſe ſit hominē eſſe, qui de talibus rebus iudicet: uerùm[48] unum ſolum eſſe nolunt, ſed multos. Bene[49].n. quiſq; magiſtratus iudicat, à lege eruditus. Sed[50] abſurdum fortaſſe uideatur,

taſſe uideretur, ſi melius uideat aliquis duobus oculis, & duabus aurib. exiſtimãs, & agens duobus pedib. ac manib. quã multi multis. nã [51] nũc quoq; principes cõparant ſibi oculos multos, & aures & manus & pedes: qui diligũt .n. principatũ eũ & ipſos, faciũt conſortes imperij. Nõ [52] igitur amici exiſtẽtes, nõ ſe gerẽt è uolũtate illius, qui ſolus imperat. Si [53] aũt amici & illius & principatus. Amicus [54] aũt æqualis eſt & ſimilis. Quare [55] ſi hos putat oportere imperiũ habere, æquales & ſimiles imperiũ habere putat eodem pacto. Quæ [56] igitur adferunt, qui diſſerunt contra regnum, hæc ferme ſunt.

εἶναι δόξειεν, εἰ βέλτιον ἴδοι τις δυοῖν ὄμμασι, καὶ δυσὶν ἀκοαῖς κρίνων, καὶ πράττων δυσὶ ποσὶ καὶ χερσίν, ἢ πολλοὶ πολλοῖς. ἐπεὶ [51] καὶ νῦν ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ μονάρχοι ποιοῦσιν αὐτῶν, καὶ ὦτα, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας. τοὺς γὰρ τῇ ἀρχῇ καὶ αὐτῷ φίλους ποιοῦνται συνάρχους. μὴ [52] φίλοι μὲν οὖν ὄντες οὐ ποιήσουσι κατὰ τὴν τοῦ μονάρχου προαίρεσιν· εἰ δὲ [53] φίλοι κἀκείνου καὶ τῆς ἀρχῆς. ὅτι [54] φίλος ἴσος καὶ ὅμοιος. ὥστ' [55] εἰ τούτους οἴεται δεῖν ἄρχειν, τοὺς ἴσους καὶ ὁμοίους ἄρχειν οἴεται δεῖν ὁμοίως. ἃ [56] μὲν οὖν οἱ διαμφισβητοῦντες πρὸς τὴν βασιλείαν λέγουσι, σχεδὸν ταῦτ' ἐστίν.

quenquam duobus oculis acutius uidere, duabus auribus acrius audire iudicantem, & melius agere duobus pedibus, duabusq; manibus utentem, quã multos multis. Nam [51] etiam nunc principes, qui ſoli imperant, quos monarchas appellant Græci, dant operam ut multos habeant oculos, & multas aures, & multas manus, & multos pedes. Nam qui eorũ imperio & ijs ſunt amici, hos imperij collegas faciunt. Si [52] igitur amici non ſint, non erunt eorum facta monarchi cõſilio conſentanea: ſi [53] amici, erũt & eius imperij amici. Amicus [54] autẽ par & ſimilis eſt. Quare [55] ſi hos imperare putat oportere, pares & ſimiles ſimiliter imperare putat oportere. Quæ [56] igitur quidam ab alijs diſſentientes contra regnum diſputant, hæc fere ſunt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

De rege autem.) Diſſerit nunc de regno pleno & abſoluto, probari ne debeat, cùm inueniantur, qui ipſum criminentur, præſertim ubi ſunt plures pares uirtute ac ſapientia. Primùm autem aperit, quod regnum intelligat, repetitque, quod ſuprà dixit de rege frenato legibus, quique inſtar eſt perpetui ducis belli. inquit enim: De rege, qui omnia gerat & adminiſtret ſuo cõſilio, nunc ſermo eſt. locus enim hic poſcit ut de eo ſubtiliter quæramus. Qui namque dicitur rex, legibus addictus non eſt, quem modò inueſtigamus: non eſt enim ille certa quædam forma reipublicæ, cum in pluribus ac uarijs rebusp. locum habeat. in qua namque non poteſt legibus creari dux perpetuus exercitus. Appellat autẽ duas ualde inter ſe diſcrepantes reſpublicas, & probat uerum eſſe, quod dicit, id eſt ſtatum multitudinis & ſtatum optimorum ciuium: affirmatque inueniri multos populos, qui creent unum aliquem, qui auctoritate ſua omnia diſpenſet ac regat: quale imperium magiſtratumque narrat extitiſſe tunc in duabus Græcis ciuitatibus, id eſt Dyrrhachij, & Opuntis, magnæ Græciæ oppido: ubi tamen ſit aliqua parte minus regnum illud, nec tam amplum, ut Lacedæmone, ſi loquitur de ambobus. uel potius, ſi Opuntem tantùm intelligit, in quo oppido ſit anguſtius, quàm Dyrrhachij. Notum autem eſt oppidum, quod ueteres Græci uocabant Epidamnũ, poſtea appellatum fuiſſe Dyrrhachium.

De pleno autem.) Oſtendit, ſe uelle nunc, relicto ſuperiore illo, de abſoluto regno diſſerere, cùm uideat non omnes de ipſo ... eodem pacto ſentire, ſed contrarias potius de regno hoc opiniones certare. Primùm autẽ declarat quale intelligat, cùm *παμβασιλείαν* uocet: ſtatimque exponit quid adferãt, quibus ipſum non placet. loquit igitur, abſolutum regnum ſe appellare illud, in quo unus aliquis ſtatuit de omnibus rebus ſuam uoluntatem ſecutus, nec legem ullam habet, à qua nõ poſſit diſcedere. Opus uerò eſſe de hoc regno quærere ſignificat, dicens: Videtur nonnullis alienum eſſe à natura, minimeq; conuenire, unum quaſi dominum eſſe omnium ciuium, ubi ſcilicet conſtet è ſimilibus ciuitas, cæteriſque omnes pares ſunt ipſi in ijs rebus. Confirmabant autem hoc pacto iudicium ſuum, aiebantq;: His namque, qui ſimiles inter ſe ſunt natura, non contra id quod decet tales reddi, ad æqualitatemque redacti, neceſſe eſt tribuatur idem ius, eademque dignitas ex natura. probabant autem idem, uerumque eſſe oſtendebant ſimili ſatis aperto, & quod ante oculos uerſatur: à contrario autem ordiebantur. Si enim, dicebant, æqualem cibum ſumtum, æqualemque ueſtem inæqualibus hominibus impoſitam, obeſſe corporibus ipſorum uidemus: idem in honoribus uſuuenire exiſtimandum eſt. Concludit autem ſtatim, dicens: Eodem igitur pacto inæquale æquales lædit. hoc autem contingit, ubi uni imperium tribuitur: cæteri autem omnes, pares illi, parere coguntur.

Quare nihilo magis.) Studet acutis rationibus peruenire, quò uult: id eſt, demonſtrare, melius eſſe legem imperare, quàm unũ aliquem hominem. Primùm igitur ex ijs, quæ dicta ſunt, elicit, eum, quem indicauit, non magis oportere imperium habere, quàm imperio ſubijci atque obtemperare, cum ſit par atque æqualis. Cui ſententiæ adiungit, eodem pacto exiſtimari de hoc debere, ſi mutatis uicibus id fiat, ijdemque nunc imperent, alio uerò tempore pareant. Quod poſtquam protulit, naſcique è ſuperioribus demonſtrauit, affirmat hoc ipſum, ſi bene quale ſit ponderetur, cognitum iri facile legem eſſe. De quo tamen ne aliquis dubitet, explicat ipſum, dicitq;, ordinem ſeruatum legem eſſe. Ordine autem rem geri adminiſtrarique, cùm ſeruatur diligenter uices, & qui antea imperabant poſtea parent ſuis legitimiſque temporibus, apertum eſt. Concludit igitur, expetendum eſſe legem potius imperare, quàm unum quempiam ciuem.

Eadem autem hac ratione.) Ea eadem, explicata iam, argumentatione intelligi poſſe docet, ſi aliquos, plures inquam, numero, nec tamen multos, imperium habere præſtat, oportere hos creare cuſtodes legum, & quaſi miniſtros quoſdam ipſarum, non qui liberè nimis ac ſolutè, quod ipſis in mentem uenerit, ratum ſemper eſſe uelint, ac tanquam legem ſeruari. Adiungit autem, non eſſe dubium, quin in ciuitate oporteat eſſe magiſtratus quorum tamen ea cura ſit, quæ ſignificata eſt, adhibeantq; diligentiam, ut legibus ſua auctoritas conſeruetur. Vt autem hoc ..., quib. non probabatur regnum, concedebant: ita minimè debere illum eſſe unum affirmabant, ſecuti iudicium hoc, quod nullam in ſe partem iuſtitiæ contineret, unum ſolũ imperium habere, ubi cæteri omnes pares forent.

Atqui quæcunque lex.) Reſiſtebant aduerſarij hoc pacto huic ſententiæ auctoris (eſt enim hæc *ἔνστασις*) dicebantque utilitatis nihil hoc factum in ſe habere: quia, quæ non uidetur poſſe definire, appoſiteque præcipere lex, homo etiam, quicunq; ille ſit, uidere explicareque non poterit. Refellit autem ſibi repugnantem opinionem hanc Ariſtoteles, dicens legem, quæ inſtituit ciues, erudiuitque illos ſtudioſe, quæcunque cognoſcit ſe ſubtiliter definire non poſſe, cuncta permittere magiſtratibus, mandareque ſedulitati ac iudicio ipſorum, ut ea exiſtiment, ſecuti iuſtiſsimam mentem, gerantque, ut exculium à ſe ingeniũ admonet. Dicebant uerò Græci huiuſcemodi iudicia, cum quis exiſtimabat de aliquo facto, non ex præcepto legis alicuius, ſed meliorem ſui partem conſulens, iuſtiſsima uel optima mẽte tractata. Vtitur enim hic *γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ*, Ariſtoteles, & præterea Demoſthenes in oratione aduerſus Bœotum *περὶ ὀνόματος* prope finem ... de Atticis dicens, *γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ* inquit, ubi non longè ab extremo de uerìſimili diſſerit docetque errare etiam iniquè magnopere iudices, qui non putent ſe damnare poſſe reum, niſi neceſſariò demonſtratum ſit, ipſum eſſe culpæ, cuius arguitur, affinem.

Præterea concedit.) Adfert aliud bonum, quod in ſe habet lex: quare hoc etiam nomine ipſam anteponendam homini oſtendit. Si namque uſu & periculo ſæpè facto eius rei, quam iubet aut uetat, perſpicitur lex uitio alicui affinis, poteſt corrigi. ſolere autem hoc fieri apertum eſt, ut qui leges ſcribunt, huius emendationis poteſtatem dent hominibus, qui lege ea tenentur: etſi hoc cautè admodum fieri præcipiunt, ne leges etiam utiles & ſine labe ulla facile temnantur.

Qui igitur mentem.) Apparet in libro, quem uetus tralatio expreſsit, ſcriptum fuiſſe *νοῦν* non, ut nunc legitur in calamo exaratis & excuſis omnibus, uno excepto, *νόμον*. quam lectionem, perſpicitur etiam ſecutum fuiſſe D. Thomam. ipſam igitur, ut uerìorem, ſequar. Qui igitur, inquit, mentem iubet imperare, ac potiſsimum ipſam, quid opus facto ſit, arbitratus oſtendere.

quod

quod quis non uellet: regi ac gubernari ciuitatem à ratione pura ſolutaque omni turbido motu, aliquo modo, & qua una ratione id imperari poteſt, iubet imperare Deum & leges. Deus enim eſt perfecta & abſoluta ratio, ſeiuncta ab omni affe-ctu, cùm ſine corpore ſit, in quo uigent appetitiones. Idemque iubet tenere gubernaculum reip. leges: ipſæ enim quoque te-les ſunt, nec aliquid admixtum habent, quod inquinet deprauetq; iudicium ipſarum. Cum igitur non uideatur poſſe obtinari, ut mortalis aliquis ſtatuat de rebus humanis ſine amore atque odio, ac exiſtimet quæ ſacta improba & recta, ſolutus penitus ab his reliquiſque turbidis animi motibus, oportet confugere ad leges. Addit enim, quod reſpondet ei, quod expreſsit: Qui ue-rò hominem iubet imperium habere, cùm homo ſit coníunctus ex animo & corpore, id eſt non ſit ſincera & liquida ratio, ſed u-ná cum ipſa ſedes irarum in animo & cupiditatum habeat: qui inquam iubet mixtum ita confuſumque animum imperare, adiungit homini, adnectitque ipſi beluam. eam partes illæ animi referunt beluam, propriæque ipſius ſunt. Neque tamen o-pus eſt tantùm beſtias intelligere. θηρίον enim ſignificat omnem animantem uacuam a ratione, manſuetam etiam: ut bouem, e-quum, aſellum. ipſorum namque animi appetitionib. parent. Adiungit autem in extremo, ſimile confirmans Cupiditas animi eſt tale quiddam, id eſt inſtar beluæ, & quorum animos inuaſit, reddit illos quaſi beluas. ita enim ſe gerũt, ut facerent, ſi prorſus ſine ratione forent.

Et excandeſcentia mi.) Seorſum à cæteris animi motibus oſtendit, quanta uis ſit iracundiæ in corrumpendis iudicijs homi-num, & quàm periculoſum ſit, qui remp. regit, indulgere animo ac furori: eum (ut affirmat) excandeſcentia peruertat ipſum, & quaſi diſtorqueat: nec ſolùm imbecilli conſilij homines, uerum etiam optimos uiros. Vt autem hic διαφθείρει inquit, ap-poſitè ſanè, ad uim iracundiæ demonſtrandam, ſed tamen μεταφορικῶς: ita in primo libro de Arte dicendi, ubi itidem loqui-tur de ijs, qui iudicium facturi ſunt de aliqua re, quos minimè oporteret, motus hos excitando in animis ipſorum, deprauare. Concluſit autem, cùm hoc dixit, totam rationem hoc pacto: Quare ſine appetitione mens eſt lex uocata. Quod igitur ab homine excipere non poſſumus (animus enim ipſius integer non eſt, ſed appetitionibus contaminatur) id nobis profectò lex elargietur.

Exemplum autem artium.) Diſſoluit nunc argumentum ex ſimili, quod ſuprà allatum fuerat, ad oſtendendum præſtare homi-nem imperium habere, quam leges. Dictum enim fuit, in omnibus artibus ſequi ſemper præcepta artium, intulum eſſe, & affine neque erroribus. Primum igitur docet, non oriri ex ea re incommoda, quæ narrata ſunt: deinde ſimilia hæc inter ſe non eſſe, declarat. inquit igitur. Simile artium uidetur eſſe falſum, nec ullam uim habere ad probandum illud, cui ſubſtituen-dum excogitatum eſt. Exemplum enim uocat, quod propriè ita appellari non putat, cum uerus factum non ſit aſsimile rerum, & quod in manibus eſt: ſed tantum, quod per ſimileque eſſe exiſtimatur. Eſt autem illud, ut commemorat (in terte enim ante manet) eſſe uanum ſapiens curare ægrotum, ſequendo ſemper præcepta eius artis, nec putare ſibi licere aliquando diſce-dere ab illis. Refellens autem hanc opinionem, inquit: Quinimmò magis expetendum eſt, ac prudentius, uti medicis, qui ar-tem didicerint. cuius ſui iudicij rationem hanc reddit: Hi namque nihil faciunt amore impediti contra rationem præcepta-que artis, cùm ipſe cognita habeant, ſeruentq; ac diligenter ſed addit, Capiunt mercedem ſuæ operæ, cum morbum depule-rint è corpore ægroti: quare funguntur officio boni medici, nec præmio carent ſui laboris. Contrà autem, inquit, qui uerſan-tur in republica, magiſtratuſque gerunt, multa facere conſueuerunt, ut incommodent inimicis, & gratificentur amicis. Vnde per-ſpicitur, hæc non eſſe ſimilia, ſed magnopere inter ſe diſcrepare. ἄρνυνται μισθὸν ualet, capiunt mercedem: in qua uoce expri-menda lapſa eſt uetus tralatio, cauſaq; fuit multis errandi. ita enim reddidit, tanquam ſi legeretur, ἀρνοῦνται. Geneſius tamen, Græci ſermonis bene peritus, ueram notionem huius uerbi uidit. Plato quoq; in i libro de Rep. inquit: φαμὲν δ' ἤ γε τὸν μισθὸν ἀρνύμενον ὠφελεῖν τῇ ἀρνήσει. Sed etiam alijs in locis peccauit eadem rudis tralatio in interpretãda uoce hac ἐπηρεασμὸς, ſe-cumque traxit alios in eundem errorem: quem itidem ſcopulum uitauit uir ille laude dignus. Quid autem propria ſit ἐπηρεα-σμὸς, docuit auctor ipſe in 2. de Arte dicendi: ſpeciem enim unam è tribus contumeliæ eſſe ſignificauit.

Nam & medicos.) Confirmat hoc, quod dixit. Teſtimonij autem loco adducit morem hominum ſui temporis, qui cùm me-tuebant, ne medicus, accepta mercede ab inimicis ægroti, quem ſeruare deberet, perderet: ſtudioſi ſalutis ipſius, cogebant eũ adhibere curationem literis notatam, nec ſinebant medicum in ea re ſequi iudicium ſuum, relicta ratione. certiorem enim curationem hanc unam arbitrabantur. Quod igitur ab illis eo tempore fit, cuſtodire ſemper atque in omni arte, non alienũ putat Ariſtoteles.

Quinetiam inducunt ad.) Probat idem conſuetudine medicorum. Illos namque commemorat, cùm in morbum inciderint, nõ ſequi iudicium ſuum in ſemetipſis curandis, etſi artem omnem ſanandorum morborum didicerunt: ſed adhibere alios me-dicos, eorumque curæ ſe totos committere. Quam rationem adiungit ſequi ſolere & pædotribas, id eſt qui tradebant poe-ris artem exercendorũ corporum. ipſi enim quoque cum exercebantur, ne quid peccarent in eo ſtudio, adhibebant alios pæ-dotribas, ijsque utebantur tanquam magiſtris, ut qui uidebant ſe non poſſe, quod rectum uitioſumue foret, tunc exiſtimare: iudicium enim facturi erant de ſemetipſis, commotis perturbatiſque. quod cum contingit, impedit uera iudicia. Eſt autem hoc commune huic ac ſuperiori ſimili. ἐν πάθει eſſe aliquos dicit Ariſtoteles: & ita ſanè multis locis locutus eſt, cùm aut ti-ment, aut amant, aut inuident, aut alio quopiam huiuſcemodi motu oppreſſi ſunt.

Quapropter apertum eſt.) Hæc eſt concluſio totius rationis, non horum tantùm, quæ modò dicta ſunt. inquit enim: Quapropter planum factum eſt his omnibus argumentis, uniuerſos eos, qui uerum in aliqua re ac iuſtum quærunt, medium quære-re, ſummoq; ſtudio indagare quiddam quod ſolutum ſit, & ab omni motu uacuum, id quod in ſemetipſis non reperiũt. hoc enim medium uocat. In rebus autem ad ſtatum reip. pertinentibus, medium eſt lex. quò rem perducere uolebat id autem ut commodè faceret, appellauit ea media Nam & medicus, qui ualet, & pædotribes, qui exercet alios, mediæ ſunt ac perſonæ, quæ ſubtiliter probeque exiſtimare poſſunt, quod in illis artibus uacuum ſit ab omni labe ac uitio, in alijs animaduertũt.

Præterea ualidiores.) Cum duo ſint genera legum (quædam enim proditæ ſunt literis, aliæ uerò conſtant moribus. ita autem uocat æternas & quaſi à natura latas) ſuiores leges, quæ morib. ac uetere conſuetudine conſtant, firmiores eſſe, ac de rebus firmioribus ualidioribuſq; iubere aliquid aut uetare, quàm leges ſcriptas: adiungit cõcedi magis poſſe, ut homo imperium habeat in leges ſcriptas, quàm in nullis monimentis mandatas. Quæ namque minus ratæ ſunt, & de tenuioribus rebus ali-quid ſtatuunt, minore periculo temptantur ac conuelluntur: contrà autem contrariæ his, id eſt quæ & ſolidæ ipſæ ſunt & de grauioribus rebus agunt, cuiuſmodi ſunt naturales: magis enim peccarent, qui has attingerent, maioraq; inde incommoda naſcerentur. Quapropter hoc etiam argumento docet, antepouendas leges iudicijs hominum.

Atqui neque procliue eſt.) Alterum hoc argumentum eſt, quo conſtituit, non oportere unum ſolum imperium habere, ubi multi ſunt pares uirtute ac conſilio. inquit igitur. Eſſe arduum unum hominem cuncta, quæ in ciuitate fiunt, ſubtiliter uide-re, & quaſi ex alto loco ipſa oculis perluſtrare. Vbi igitur imperium uni mandabitur, ut nihil ipſum horum fallat, neceſſe il-le habebit plures comparare, qui ſubſidio ſibi uenient, partem in ſe recepta curarum earum. Quare adiungit Ariſtoteles, cur hoc ſtatim à principio factum non eſt, commiſſumque imperium pluribus? Non enim uideo, quid utilitatis in ſe habeat neceſ-ſitate, cùm intelligatur, eum ſine ſocijs eius muneris pluribus, rectè adminiſtrare id opus non poſſe. Non eſt igitur melius tantùm imperium plurium, quàm unius, ſed etiam aliquo modo neceſſarium ἐφορᾶν, quo uſus hic eſt, ualere, quod oſtendi, ſi opus eſſet confirmari à me multis teſtimonijs optimorum auctorum, facile poſſet. τοῦτο γε νεῖ τῷ τρόπῳ inquit, ut ille roga-tur in conſilium adhibere aliquos, quorum opere utatur, cùm ſolus par non ſit illi muneri obeundo.

Præterea, quod prius.) Tertium hoc argumentum eſt, quo probat præſtare imperium habere plures, quàm unum. Si enim, in-quit, quod prius etiam traditum eſt, uir particeps uirtutis, eo nomine ſolùm, quod ſtudioſus eſt, dignus eſt, qui imperiũ ha-beat: non eſt autem dubium, quin duo tales meliores ſint uno: duorum igitur imperium melius erit, quàm unius. quare eo-dem pacto plurium. Quod tamen ipſa non adiunxit, quia planum erat, atque inde naſcebatur. Confirmauit autem, quod ad-didit, duos probos uiros meliores uno eſſe, duobus teſtimonijs Homeri: apud quem Diomedes, cùm impoſitum ipſi onus eſſet explorandi conſilia hoſtium, petijt ſocium illius muneris, affirmans, ſi duo communi animo iter illud ſuſcepiſſent, faci-le ipſos ex omni periculo ſaluos incolumeſque exituros. Alterum eſt uotum Agamemnonis. ille enim optauit, ut decem ha-beret, qui ſibi adeſſent in conſilijs capiendis, ſimiles Neſtori: nec uno, ut apparet, contentus erat. Quia autem hæ ſententiæ ualde probabantur, in oreque omnium erant, ideo ambabus uſus eſt M. Cicero, priorem in epiſtola quadam ad M. Varronem, poſitis illic uerbis Græcis poetæ: poſteriore in libello de Senectute, expoſitis illis ac declaratis.

Sunt autem & nunc.) Cùm optimum eſſe putat, leges imperium habere: concedit tamen non de omnibus ab ipſis rectè exiſtimari poſſe, quia ſunt non pauca, quæ leges uidere accuratè nequeunt. Quod confirmare quoque oſtendit ætatis ſuę conſuetudinem, cùm moribus inſtitutum fuerit, ut magiſtratus de certis quibuſdam rebus exiſtimarent, iureque id facerent. inquit autem, hoc illuſtrare uolens, Quemadmodum uidemus facere iudices uocatos, qui in foro de litibus priuatiſq; cauſis ſententias ferunt, omnemq; hunc ordinem. Abſoluens autem ſuperiorem ſententiã, inquit: De quibus lex nulla ratione ualet definire aliquid ac præſcribere: quoniam, ſi uellet lex de illis exquiſitè aliquid præcipere, non commodè id præſtare poſſet, ueq; ulla ratione. addit uerò: Nam de quibus lex ſtatuere ualet, nemo dubitat, quin ea ipſi relinquenda ſint: ab omni enim motu animi illa uacua eſt, neque ira aut cupiditate ulla impeditur, quæ perturbationes depravant iudicia mortalium.

Verùm quia hæc.) Vnde naſcatur hæc quæſtio & controuerſia inſignis oſtendit, cùm iam affirmaſſet, omnes eodem pacto ſentire de ijs, quæ lege definiri poſſunt, ſtare inquam oportere ipſa. addit igitur nunc: Verùm quia res humanæ huiuſcemodi ſunt, ut quædam ipſarum legibus comprehendantur, quædam uerò minimè (ſunt enim ita minutæ, à naturaque communium illarum rationem penè diſcedentes, ut penitus fugiant eandem deſcriptionem) hæ ſunt, quę iniiciunt ſcrupulum in animos hominum, faciuntque, ut non facile ſtatuere ualeamus, utrum optimam legem optabilius ſit remp. regere, ſiue uirum optimum. Nam credere poſſe homines legibus complecti ea, de quibus conſultant inter ſe, ſtultum negotium eſt, & profectò unũ eorum, quæ fieri nequeunt.

Non igitur hoc.) Aperit magis, in quo maneat omnis difficultas. Non enim, inquit, repugnant, quin hominem eſſe oporteat, qui exiſtimet de ijs rebus, de quibus lex ſtatuere nihil poteſt. ſed omnis controuerſia eſt, utrum unum eſſe præſtet, qui hoc officio fungatur, an plures: contendunt enim, multos illos eſſe debere. Adiungit autem auctor, rectè hoc ipſos adminiſtraturos, quia lex antea ipſos erudijt, reddiditque tales ut commodè perſonam hanc ſuſtinere ualeant. nam ſine inſtitutione optima difficile eſt credere plures in ciuitate inueniri, qui delicta legum emendare poſſint, pareſque huic muneri explendo ſint.

Abſurdum autem eſſe.) Quartum hoc argumentum eſt contra ſtatum unius, ductum à ſimili. Primùm autem docet in ſimili ipſo, quid incommodi naſceretur, ſi illo modo ſentiremus, erroreque tanto teneremur: planè enim ſtultitiam illam uocandã fuiſſe affirmat. Idem igitur euenturum in re ipſa, de qua ſermo eſt, ſignificat: ea autem aperiè illuſtratque quod probare uult. Abſurdum fortaſſe inſulſumque uideretur, ſi melius aliquis aſpiciat duobus oculis, exiſtimetque iudicem exquiſitius de ſono duabus auribus: nec non peragat, quæ agenda ſunt, duobus pedibus, & duabus manibus citius abſolutiuſque, quàm multi multis faciant. Eiuſdem autem animi eſſe demonſtrat principes uiros ac regulos, qui eſt ratione, qua poſſunt, comparare ſibi multitudinem horum ſenſuum ac membrorum corporis. Cùm enim à natura ipſis ornati non ſint, facultate, quam habẽt, opibuſque, ea ſibi comparant. Quomodo autem hoc obtineant, ponit ante oculos. narrat enim, ipſos ſolere ſibi adiungere ſtudioſe, quos putant & principatus illius & ſui cupidos & fautores eſſe, & quaſi facere ipſos ſocios ſui principatus. Itaque augent numerum eorum quaſi corporis membrorum, quibus uti debent & ad tuendum ſtatum illum, quem poſſident, ac uitam, & ad fortunas ſuas amplificandas. nam poſſent hæc ſeparari (ut docet) inueniẽturq; facile, qui amarent ſtatũ illum ciuitatis, alium tamen quempiam in eo collocarum uellent: ut contrà olim de M. Bruto & C. Caſsio ueteres quidam opinabantur, qui Brutum uocarent μισοτύραννον, Caſsium uerò μισομόναρχον. Cùm autem in appellandis duabus primis corporis partibus uoces hic mutauerit, quarum tamen eadem notio eſt, quæque primæ olent phraſin poeticam: non eſt alienum, ut arbitror, putare à poeta quopiam ipſas hauſtas ab auctore fuiſſe, qui huiuſcemodi aliquid ediderit, ſiue propriæ prouerbij illæ extiterint, quæ prouerbio nomine ſæpe continebantur: cùm autem infrà eadem membra ſignificaret, conſuetudinis uerba uſurpaſſe: pro ὄμμασιν enim & ἀκοαῖς, ὀφθαλμοῖς & ὠσὶ poſuiſſe. Nos certè patrio noſtro ſermone, cùm idem ſignificare uolumus, dicimus cerni quodlibet melius quatuor oculis, quàm duobus. uti autem huiuſcemodi uocibus, probatis multitudini, non eſt nonnunquam infirma ratio aliquid conſtituendi. Præterea cùm legatur hic, τῇ ἀρχῇ καὶ αὐτῷ φίλους. uariatis caſibus, & numero etiam non reſpondente ijs, quæ ſequuntur, arbitrarique poſſet aliquis pro αὐτῷ, αὐτοῖς legi debere: teſtari uolui in omnibus, quos uidi libris, eodem pacto legi. Sed etiam uetus illa fidelis tralatio exprimit eundem caſum & numerum. Nã, quod ad numerum facit, tranſeuntem à multis ad unum, exiſtimo, ſingulos principes uiros hoc cuſtodire, oſtendere uoluiſſe Ariſtotelem, ut adhibito ſummo ſtudio conciliẽt ſibi, quos putant ad tuendum ſtatum illum ſuũ utiles & idoneos futuros.

Non igitur amici.) Oſtendit quid incommodi naſceretur, ſi ab illo non ſumerentur ſocij, quales oſtendit, id eſt bene animatos erga principatum, quem gerit: & illum etiam ipſum, qui regit eum. Dicit igitur, ipſos nihil facturos eorum, quæ uult princeps ille, neque obtemperaturos utilitatibus ipſius: contrà autem ſi amici extiterint, diligentiq; & illum & eius etiam regnũ. Cùm igitur amicos illius utriuſque eſſe oportere declaraſſet, adiunxit quod, ut poſſet rectè concludere quod uolebat, requirebatur. Amicus autem eſt æqualis & ſimilis: quod ſatis apertum eſt, & multis communibus uocibus confirmatum. ſtatimque concludit, dicẽs: Quare ſi hoc arbitratus oportere unũ ſecum regnare, illos inquã, quos ſibi ſocios elegit, participeſq; principatus, æquales & ſimiles arbitratus eodem pacto oportere regnare. ſunt enim illi neceſſariò tales: neq; enim inter inæquales ac diſpares amicitia exiſtere coagmentariq; poteſt. In extremo huius (ut ſolet) teſtatur quid fecerit: narrat enim, ſe commemoraſſe, quæ contra regnum à quibuſdam excogitata ſunt.

Ἐπίδαμνος.) Oppidum in ora Macedoniæ, Dyrrhachium poſtea appellatum. Sic etiam Opus Locrorum Epicnemidiorum ciuitas. Vtrubique libera Reſpub. belli præfectum habebat perpetuum, etſi non ea inſtructum potentia, qua Lacedæmoniorum reges.

τὸ μικρὸν ἱμάτιον.) Apud Xenophontem Cyrus puer uapulat, quòd puerorum iudex conſtitutus, grandi puero ueſtem habenti paruam, adiudicaſſet ueſtem magnam, quam puer paruus habebat: quòd putaret æqualibus perſonis æquales res conuenire.

τὸ ἄρχειν ... ἄρχοντα.) Archidamus Zeuxidami F. quærenti, quis Spartæ præeſſet? Leges, inquit, & iuxta leges magiſtratus. Plut. in Apophthegmatis, Pittacus Crœſo percontanti, quod nam eſſet maximum imperium? ποικίλα ξύλα, reſpondit, Varij ligni, hoc eſt, tabularum, in quibus leges deſcribuntur.

ἀλλ' ἐπιεικῶς.) Videatur hæc tranſpoſita eſſe: uti ex numerorum ſerie colligi poteſt.

... ἄρχειν τὸν θεόν.) Hæc Platonis ſententia, lib. 7. de Legib. ... ἀλλά τιν' ἀρχὴν θνητὸν, ... αὐτοῖς ... ἀναφυγεῖν.

ἐπιχειροῦσιν.) Apud Thurios Charondæ leges in tanta ueneratione fuere, ut qui in illis aliquid innouandum cenſeret, non niſi laqueo collum innexus in concionem prodiret, quo ſi non perſuaſiſſet, præfocaretur. Itaq; multis ſeculis uix tres leges mutatæ fuere. Diodorus lib. 12.

τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων.) An hæc cauſa eſt, cur medicamentorum preparatio, ſenſim à medicis ad pharmacopœos tranſlata fuerit? formulas profectò medicas uulgò Receptas uocant, quaſi pro recepto more ſcriptas, & ab alijs quoque approbatas: quarum ueluti teſtimonijs medicos operam ſuam tueri poſſit.

ἀλλ' ... οἰκεῖον.) Quemq; in proprijs ſentire, ſupra c. 9. n. 10.

σύν τε δύ' ἐρχομένω.) Diomedes Iliados κ. miſſus ad exploranda Troianorum conſilia, ſociũ ſibi adiungi petit Vlyſſem, affirmans & rectius & ſecurius duorum quam ſolius opera id munus effici poſſe:

σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν ... μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ,
ἀλλά τε οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

συμφράδμονες.) Iliad. β. optat ſibi, decem Neſtoras dari Agamemnon: quorum conſilijs inſtructus, breui tempore ſe Troia potiturum confidit. Sic Darius tot Zopyros, quot eſſent grana mali punici.

οἱ μόναρχοι.) Tyranni amicos ſibi ſimiles legunt, non uoluntate, ſed neceſsitate coacti, cùm per ſe alioqui omnium ſint hoſtes (uti lib. 8 Ethicorum c. 8.) Amicos inquam partim iucundos (uti lib. 8. c. 6.) partim utiles, cùm neque oculati ſint, ut Argus, nec centimani & centipedes, ut Titanes olim. Nimirum quo plures habent auſcultatores ſuæ miniſtros, eo citius & expeditius conficiunt omnia: neq; Dionyſius maior ex alia re ſe magis quòd imperaret deprehendere dicebat, quàm ſi quàm celerrimè ea, quæ uellet, conſequeretur. Sic longas manus reges habere dicuntur.

φίλος ἴσος.) Quod lib. 8 Ethicorum c. 6. demonſtrauit.

SPECIA-

- SPECIALES quæſtiones de Regni ſcilicet ſpeciebus.
  - Proponit. De Regno uarià
    - Νόμῳ, eiuſq; ſpecie prima, regno ſcilicet Laconico, non eſt diſputandum (ut etiam præced. cap.) quandoquidem ex eo non pendet Reip. diuerſitas. Vt ſit talis ratiocinatio:
      - De ea tantùm regni ſpecie quærendum, quæ Reip. diuerſitatem arguit.
      - At Laconicum regnum non arguit Reip. diuerſitatem. N.2.
        - Si præfectura iſta bellica uariaret Remp. non accideret diuerſi Reip. ſpeciebus.
        - At nunc accidit diuerſis. Nam præfecturam tamen faciunt alij
          - In ſpecie, Belli tantùm. N.3.
          - In genere, quouis tẽpore Reip. tum pacè tũ bello, ut Epidamnij & Opũtij Locri. N.4.
        - Ergo non uariat Rempub.
      - Ergo de Laconico non eſt agendum. N.1.
    - [illegible] eſt agendum. N.5.
  - Enarrat uiuiorum de [illegible] tum ex ſententia
    - Aliorum. Id quod ex collectione n.56. intelligi poteſt. Alij nãque præferunt Regno huic pleno imperium
      - Legum, tum quia
        - Honeſtius, & iuſtius, & naturæ conuenientius. Vide in ſeq. ſignum A.
        - Vtilius eſſe ipſis etiam politicis leges quàm homines imperare, obliquè oſtendit. Argumentum enim à ſimili Artium & præſertim Medicinæ ſuprà c.15.n.15. allatum, quòd non ſemper legẽ & præceptum, ſed experientiã & uſum potius ſequi præſtet, confutatur. Falſitatem
          - Proponit per
            - ἔνστασις: Penitus falſum eſt, quod aiunt, Secundùm legem & receptam methodum mederi, interdum malum eſſe. N.25.
            - Ἀντιπαράστασις. Vt demum malum eſſe interdum legem ſequi: ita uiciſſim tamen ipſis artificibus interdum præſtabilius & optabilius eſt ſecundũ præcepta & leges quàm ſecundùm uoluntatem agere. Et proinde etiam ipſis politicis. N.26.
          - Declarat, tum quod ad
            - ἔνστασις. Similitudo claudicat: quoniã ſimilia facit, quæ diſſimilia ſunt. ut proinde de diſſimilibus, de Medicis ſ. et Politicis, nõ poſſit pronunciari idẽ, Nimirũ ſi Medicis liceat diſcedere à præceptis, licere etiã Politicis. Nãq;
              - Artifices, tũ quidã alij, tũ præſertim Medici, nõ odio aut gratia adducti, ſed mercede operã ſuam locant, & quo meliorẽ præſtiterint, eo plus lucri inde ſperant. N.27.
              - Politici, non tam lucri ſpem habẽt, ſi bene rẽ gerant, quã odio & gratiæ plurimũ tribuũt in gerẽda rep. N.28.
            - [illegible]. Vt demum ſimilitudinem à Medicis ad Politicos ductam ualere: at ſic uerſa ſim argumentamur:
              - Si Medicis cõducibilius eſt præcepta potius & leges medicas quàm ſuum iudicium ſequi: profectò etiam Politicis conducibilius erit.
              - Atqui Medicis cõducibilius eſt leges quàm opiniones ſuas ſequi. Tũ in
                - Alijs. Malunt enim ſecundùm receptas formulas mederi, quã ſuo iudicio aliquid nouare, qñ in ſuſpicionẽ ueniunt, ne fortè ab inimicis corrupti, pro medicamento ſalubri uenenũ offerãt. N.29.
                - Seipſis. Nã qñ ægrotant ipſi, nõ ſibi ipſis fidunt, ſed aliorũ medicorũ opem implorãt, ſuo ipſi iudicio, ob timorẽ mortis uel doloris impotẽtiam, uel cupiditatis impotentiã præoccupato, in proprijs diffidentes, & alienũ iudicium, rectã ratione, legibus & præceptis comprehenſa, ab [illegible] ullo affectuum impedimento, ſuſpicium, præferentes. N.30.
              - Ergo etiã Politicis cõducibilius erit leges ſequi. Confirmat corollario gemino: altero quidem in
                - Genere. Legem eſſe Medium, et propterea Ius, & recte eo quæri in Politia, tali ratione:
                  - Lex eſt medium, ad quod ueluti ad centrũ omnia referuntur, cuiq; ut uniuiq; id quod ſuũ eſt; & propterea æquale eſt, tribuere ſtudeat. N.33.
                  - Politici medũ quærũt. Oſtẽdit:
                    - Qui ius quærũt, ij medium quærũt.
                    - Politici ius quærunt. N.31.
                    - Ergo politici medũ quærũt. N.32.
                  - Ergo Politici legẽ quærunt, nõ hominem.
                - Specie. Legem eſſe duplicem, alterã ſcriptam & legitimam, alteram non ſcriptam, & naturalem: quarũ hæc multo cõſtantior & certior & obſeruatu dignior eſt, quàm illa. N. 34. Ergo ut concedamus legi certæ ſcriptæ, quæ aliter atq; aliter ſe habere & uariarè poteſt, præponendũ eſſe iudiciũ principis boni & ſapientis: at legi naturali nõ erit præponendum, quæ æternæ eſt ueritatis. N 35.
        - Virorum bonorum uirorum. Vide in ſeq. ſignum B.
    - Sua. CAP. XVII.

- A. Nam ſi reſpiciamus imperiũ
  - Vnius, ſic imperare
    - Hominem unum nõ decet, neq;
      - Sẽper, cùm nõ ſit ſecundùm naturam. N. 6.
        - Eius eſt imperare, cui conuenit imperium ſecundùm naturam.
        - Atqui inter æquales imperium non conuenit uni alicui ſecundũ naturam. Demonſtratur:
          - Imperiũ tantùm in diſpares haberi poteſt. Oſtendit:
            - Inæqualia non debentur æqualibus.
              - Si inæquales æqualia habere iniuſtum eſt, etiam æquales habere inæqualia.
              - Atqui inæquales æqualia habere iniuſtum eſt. Similitudine confirmat:
                - Quemadmodum inæqualia corpora nec alimenta nec ueſtimenta paria habere poſſunt uel debent. N. 8.
                - Ita quoq; ornamentis publicis tũ alijs tum præſertim imperij æqualiter participare nõ decet ciues uirtute inæquales. N. 9.
              - Ergo etiam æquales habere inæqualia. N. 10.
            - At imperare & parêre ſunt inæqualia.
            - Ergo non debentur æqualibus.
          - At hi non ſunt diſpares, ſed pares. Probatur:
            - Natura ſimiles, ut ius, ita dignitatem habent eandem. Num. 7.
            - At hi natura ſimiles. Præſupponimus enim ciues ingenio liberali, non ſeruili præditos.
            - Ergo idem ius & dignitatem.
          - Ergo unus in alios æquales non habere debet imperium.
        - Ergo inter æquales non magis imperare quàm parêre decet hominem unum aliquem. Num. 11.
      - Non ſemper, ſed per uices. N. 12. At ſi hoc, non Hominem, ſed legem imperaturam oſtendit:
        - Quod ordine fit, lege fit. N. 14.
        - At imperium per uices, ordine fit.
        - Ergo lege fit. N. 13.
    - Legem decet, tanquam Rationem quandam æternam, Dei propaginem. N. 15.
  - Plurium uno, ſic eadem ratio eſſe uidetur, cur non imperare debeãt, ſcilicet quia æquales cæteris: ſed ſi imperare debẽt, non κατὰ βούλησιν, ſed κατὰ νόμον tantùm imperabunt: & ſic cuſtodes et interpretes legũ tãtùm erunt. N. 16. Quod quidem ex aliorum ſententia
    - Affirmat: Neceſſarios ſcilicet eſſe tales quoſdam νομοφύλακας, cuſtodes & miniſtros legum. N. 17.
    - Cõfirmat per anthypophorã. Nãque
      - Obijciat quis: Non neceſſarios eſſe cuſtodes, ſed ſola lege contentos eſſe poſſe, quòd quæ lex nequeat, neq; homo poſſe uideatur diſcernere. Nu. 18. Probatur, licet tranſpoſitis numeris:
        - Quæ ratio ſimplex & pura nequit diſtinguere, multo minus ab appetitu turbato diſcernentur.
        - Atqui
          - Lex eſt ratio pura & libera ab omnibus affectibus. N. 24. Eſt enim ſecundum rõe, & Dei quædam imago illuſtriſ. N. 21. ex Platone.
          - Homo licet optimus, habet in ſe quid belluinum & à ratione alienum. Num. 22. Talis eſt enim cupiditas. Num. 23.
        - Ergo
          - Lex multo melius diſcernet quã homo.
          - Homo multo minus quã lex diſcernet.
      - Reſpondet: Atqui lex ipſamet cuſtodes & interpretes hoſce flagitat & eligi iubet, iiſdémque committit &
        - Iudicium obſcuriorum. Num. 19.
        - Correctionem inæqualium. N. 20.

B. Vnius

B. Vnius imperio præferendum eſſe imperiũ plurium bonorum (ut munerum uel ut in Ariſtocratia uel ut in Politia) ex ſententia aliorum

- **Probatiuum quia**
  - **Facilius:**
    - Si plures facilius uno uidere & iudicare poſſunt uidenda & iudicanda, certè imperio uel plures ſtatim ab initio ſunt præficiendi ueluti optimates: uel uni alicui regi adiungendi erunt ueluti ſocij conſiliorum & iudiciorum plures. Idem enim eſt.
    - Atqui illud eſt. Nam
      - Vnus non facilè poteſt omnia uidere & audire. N. 36.
      - Plures melius poſſunt.
    - Ergo & hoc erit. N. 37. Nam quæ ratio eſt, ut in regia Repub. iam conſtituta plures uni adſint ueluti conſultores: eadem ratio eſt, cur Rep. nondum conſtituta pluribus potius quàm uni imperium committatur. Num. 38.
  - **Conuenientius. Tum**
    - **Rationes**
      - Si uir optimus, eo ipſo quia uirtute excellit, reliquis imperare debet (ut in præced. diximus) multo maiori ratione duo, cùm uno meliores ſint (ſi non ſingillatim, ſaltẽ collectim, quod præced. cap. n. 29. de tota multitudine dixerat, omnes ſimul & doctiores & meliores & ſapientiores eſſe uno aliquo uel optimo) imperio erũt præficiẽdi: multo magis tres, & quatuor, & quinq; & decẽ, &c. N. 39.
      - Atqui illud in præced. aſſeruimus.
      - Ergo.
    - **Auctoritate tum**
      - Poetica
        - Diomedis apud Homerũ Iliad. 10 ſpeculatũ abeũtis, & ſocii ſibi dari cupiẽtis. N. 40.
        - Agamemnonis, Iliad. 2. pro uno Neſtore decem ſibi dari optantis. N. 41.
      - Politica. Quandoquidem in quibuſdam Rebuſpub. datur iudicandi poteſtas
        - Pluribus, certum magiſtratum gerentibus, ut apud alios uni tantùm iudici. Num. 42.
        - De iis rebus, quas lex uniuerſaliter poſita definire & diſcernere nequit, & idcirco non uidetur bene imperare & iudicare, N. 43. Per epanorthoſin. Nam in quibus clarè loquitur, de iis ut nulla eſt dubitatio, ita neq; iudicium uel unius uel plurium requiritur. N. 44.
- **Diſtinguit, quo ad quæſtionis**
  - Subiectum. Cùm quædam legibus comprehendi poſſint, quædam non poſſint: ut de illis dubitatio nulla oritur, quin præſtet legem imperare: ita de his dubitatio oritur, præſtetne legem an hominem optimum præeſſe. Num. 45. Quando quidem ſubiectum tale eſt, de quo lex dari nequeat N. 46.
  - Efficientem. Vt non dubitatur, Verum homo debeat præeſſe in iis quæ lege nequeunt determinari. N. 47. ita dubitatur, an debeat præeſſe unus an plures. N. 48. Nam arbitrantur alij rectius eſſe ut imperet
    - Vnus aliquis: Fruſtra enim per plura, quod per pauciora: cùm non minus rectè unus iudicaturus uideatur, quàm plures: ſi quidẽ quã plures habuere ſapiẽtiæ scholã, inſtitutionẽ ſcilicet ſecũdum leges, eam ipſam quoq; unus quilibet illorum habuit. N. 49.
    - Plures uno, quoniã diligentius omnia iudicare & cognoſcere poterit. Idq; que tum
      - Similitudines
        - Quemadmodum multi oculi plura uidẽt duobus, & quatuor aures duabus rectius audiunt, & multæ manus robuſtiores ſunt, & multi pedes celeriores. N. 50.
        - Ita etiam in politia plures rectius uno conſulent & iudicabunt.
      - Exemplo tyrannorũ. Num. 51.
        - Si tyranni, qui tamen unicè de monarchia ſolliciti ſunt, neceſſitate ipſa coacti, ut plures oculos & aures & manus habeant, amicis certos magiſtratus tribuunt, eoſq; ueluti ſocios imperij faciunt: tacitè profectò fatentur, nõ tam unum quàm plures ſimiles inter ſe imperare debere. N. 55 Ratio. Amicus enim quatenus amicus æqualis eſt & ſimilis. N. 54 ἰσότης γὰρ ὁ φιλότης,
        - Atqui tyranni amicos magiſtratibus præficiunt. Etenim cũ cogantur præficere alios magiſtratibus (neq; enim ſoli omnibus uel cognoſcendis uel agendis ſufficiunt) ſi præficiant
          - Non amicos, nõ habebunt ad nutũ paratos. N 52.
          - Amicos, habebunt ad nutum paratos. Nam ſi amici ſint tyranno, etiam tyrannidi erunt amici, neque quicquam contrà molientur. Num. 53.
        - Ergo etiam tyrannorum tacita confeſſione pluribus potius ſimilibus quàm uni imperium conuenit.

CAPVT

CAPVT XVII.

Ex ſua ſententia de Regno pleno inter bonas Reſpub. connumerando quæſtionem decidit.

SEd [1] fortaſſe hęc in quibuſdā ſe habent hoc pacto: in quibuſdā aũt non ſic. Eſt [2] enim quoddā genus hominū natura factū ad erū recipiendū, aliud [3] ad regē, aliud itidē ciuile: ac iuſtū, & utile. Tyrannicū [4] aũt nō eſt ſecundū naturā, neq; ulla reſp. quæ ſunt deprauationes. Hæc [5] enim fiunt præter naturam. Sed [6] ex ijs, quæ dicta ſunt, apertum eſt, ubi ſunt ſimiles & ęquales, neq; utile, neq; iuſtum eſſe, unum in ſua poteſtate habere oēs: neq; [7] ſi leges nullæ ſint, ſed ſit ipſe tanquā lex: neq; [8] ſi ſiot: neq; [9] bonus bonis, neque [10] non bonis nō bonus, neque [11] ſi melior uirtute fuerit, niſi [12] aliquo modo. Quis [13] aũt modus, dicendū eſt: dictum [14] autē eſt aliquo modo iam & prius. Primùm [15] autem definiēdum, quod ſit genus hominū regno, quod optimatibus, quod reip. aptum. Regalis [16] igitur eſt huiuſcemodi multitudo, cui à natura datū eſt ferre familiā, præſtantē uirtute, ad ciuilē poteſtatem. Idonea [17] optimatib. multitudo eſt, cui à natura datū eſt, ut ferat multitudinem, quæ patitur ſe regi liberorum hominū imperio, ab ijs, qui propter uirtutem digni ſunt, qui regāt, ad ciuile imperiū. Ciuile [18] autem genus multitudo, in qua natura datum eſt, ut gignatur multitudo bellica, quę poſsit regi & regere ſecundū legem: quæ lex ꝓ dignitate tribuat egenis magiſtratus. Quando [19] igitur uel familiam totā, uel aliorū etiam contigerit unū quempiā naſci præſtantē uirtute tantū, ut ſuperet illius uirtus uirtutē aliorū omniū: tunc æquū eſt familiam eſſe hāc regiā, & in ſuo arbitrio cūcta habere, & regē unū hunc. Quēadmodū [20] .n. dictū eſt prius, nō ſolū ſic ſe res habet eo iure, qđ afferre cōſuerūt, qui reſpub. conſtituēre, & aptas poteſtati optimorū, & in quib. dominent̃ pauci, rurſusq; populares (cūcti [21] .n. exuperātiā attēdendā cēſent, uerū exuperantiā nō eandē) ſed [22] cuſtodito illo, qđ prius dictum eſt (neq; [23] enim decet necare, neque in exilium agere, neq; ad certū tempus exigere huiuſcemodi uirum, neque

[24] ab

Ἀλλ' [1] ἴσως τοῦτ' ἐπὶ μὲν τινῶν ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον· ἐπὶ δὲ τινῶν, οὐχ οὕτως. ἔστι [2] γάρ τι φύσει δεσποτικὸν, καὶ [3] ἄλλο βασιλευτὸν, καὶ ἄλλο πολιτικὸν, καὶ δίκαιον, καὶ συμφέρον. τυραννικὸν [4] δ' οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν, οὐδὲ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, ὅσαι παρεκβάσεις εἰσί. ταῦτα [5] γὰρ γίνεται παρὰ φύσιν. ἀλλ' [6] ἐκ τῶν εἰρημένων γε φανερὸν, ὡς ἐν μὲν τοῖς ὁμοίοις καὶ ἴσοις, οὔτε συμφέρον ἐστὶν, οὔτε δίκαιον ἕνα κύριον εἶναι πάντων· οὔτε [7] μὴ νόμων ὄντων, ἀλλ' αὐτὸν ὡς νόμον ὄντα· οὔτε [8] νόμων ὄντων· οὔτε [9] ἀγαθὸν ἀγαθῶν, οὔτε [10] μὴ ἀγαθῶν μὴ ἀγαθὸν, οὐδ' [11] ἂν κατ' ἀρετὴν ἀμείνων ᾖ, εἰ [12] μὴ τρόπον τινά. τίς [13] δ' ὁ τρόπος, λεκτέον· εἴρηται [14] δέ πως ἤδη καὶ πρότερον. πρῶτον [15] δὲ διοριστέον τί τὸ βασιλευτὸν, καὶ τί τὸ ἀριστοκρατικὸν, καὶ τί τὸ πολιτικόν. βασιλευτὸν [16] μὲν οὖν τὸ τοιοῦτόν ἐστι πλῆθος, ὃ πέφυκε φέρειν γένος ὑπερέχον κατ' ἀρετὴν πρὸς ἡγεμονίαν πολιτικήν. ἀριστοκρατικὸν [17] δὲ πλῆθος, ὃ πέφυκε φέρειν πλῆθος, ἄρχεσθαι δυνάμενον τὴν τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴν, ὑπὸ τῶν κατ' ἀρετὴν ἡγεμονικῶν, πρὸς πολιτικὴν ἀρχήν. πολιτικὸν [18] δὲ πλῆθος, ἐν ᾧ πέφυκεν ἐγγίνεσθαι πλῆθος πολεμικὸν, δυνάμενον ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν κατὰ νόμον, τὸν κατ' ἀξίαν διανέμοντα τοῖς ἀπόροις τὰς ἀρχάς. ὅταν [19] οὖν ἢ γένος ὅλον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἕνα τινὰ, συμβῇ διαφέροντα γενέσθαι κατ' ἀρετὴν τοσοῦτον, ὥσθ' ὑπερέχειν τὴν ἐκείνου τῆς τῶν ἄλλων πάντων, τότε δίκαιον τὸ γένος εἶναι τοῦτο βασιλικὸν, καὶ κύριον πάντων, καὶ βασιλέα τὸν ἕνα τοῦτον. καθάπερ [20] γὰρ εἴρηται πρότερον, οὐ μόνον οὕτως ἔχει κατὰ τὸ δίκαιον, ὃ προφέρειν εἰώθασιν οἱ τὰς πολιτείας καθιστάντες, οἵ τε τὰς ἀριστοκρατικὰς, καὶ οἱ τὰς ὀλιγαρχικὰς, καὶ πάλιν οἱ τὰς δημοκρατικὰς (πάντες [21] γὰρ καθ' ὑπεροχὴν ἀξιοῦσιν, ἀλλ' ὑπεροχὴν οὐ τὴν αὐτήν) ἀλλὰ [22] κατὰ τὸ πρότερον λεχθέν (οὔτε [23] γὰρ κτείνειν, ἢ φυγαδεύειν, οὐδ' ὀστρακίζειν δήπου τὸν τοιοῦτον πρέπον ἐστὶν, οὔτ'

SEd [1] fortaſſis hæc in nonnullis uera ſunt, in alijs non item. Eſt [2] enim aliquod genus hominum ad imperium herile ferendum aptum natura, aliud [3] ad regium, aliudq́; ad ciuilem ſocietatē: & cuiq; horum aliud eſt ius, aliudq́; utile. Tyrannicum [4] autem non eſt naturæ conſentaneum, neq; ulla aliarum reſp. adminiſtrandæ formarum, quæ à recto deflexerunt. Hæc [5] enim ſunt præter naturam. Verum [6] ex ijs, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, inter ſimiles & æquales neq; utile eſſe neq; iuſtum, penes unum eſſe omnium aliorum poteſtatem, neq; [7] ſi non ſint leges, ſed ipſe ſit tanquam lex, neque [8] ſi ſint leges: neque [9] penes unū uirum bonum bonorum, neque [10] penes unum non bonum non bonorum, neq; [11] ſi uirtute cæteris præſtet, niſi [12] certo quodā modo. Quis [13] autem ſit hic modus, exponēdum eſt: quanquam [14] dictum eſt quodammodo iam a nobis etiam antea. Sed [15] definiendum eſt primum quid ſit, aptum eſſe ad imperium regium, quid ad ariſtocraticum, quid ad ciuile. Apta [16] igitur eſt ad imperium regium ſubeundū multitudo huiuſmodi, quæ ſic eſt comparata natura, ut genus ferre poſſit uirtute præſtans ad ciuilem principatum. Multitudo [17] autem eſt ariſtocratica, id eſt ad optimatium poteſtatem ferendam apta, ea, quæ gubernari poteſt imperio liberali ab ijs, qui uirtute principatum obtinent, ad ciuile imperium ſua conſilia referentes. Ciuilis [18] autē multitudo eſt, in qua ſolet eſſe natura etiam una multitudo militaris et bellica, quæ poteſt parēre atq; imperare ex lege, pro dignitate & meritis imperia & magiſtratus diuitibus deferente. Cū [19] igitur acciderit, ut aut genus totum aut etiam aliorum aliquis unus exoriatur ita cæteris uirtute præſtans, ut illius uirtus aliorum omnium uirtuti antecellat, tūc iuſtum eſt hoc genus eſſe regium, & in omnes poteſtatem obtinere, & hunc unum regem eſſe. Quemadmodum [20] enim antea dictum eſt, non modo ſic ſe res habet ex ratione iuris eius, quod proponere ſolent ij, qui reſpublicas inſtituunt, tum qui ariſtocraticas, tum qui oligarchicas, & rurſum qui democraticas (omnes [21] enim pro ratione præſtantiæ honores & magiſtratus cenſent eſſe deferendos: non tamen præſtantiam eandem omnes exiſtimant, ſed alij aliam) ſed [22] ex eo iure, quod ante dictum eſt (nam [23] neq; talem uirū interficere, neq; in exſilium pellere, neq; ad decenniū e ciuitate exire iubere: ne

que

[24] ab eo poſtulare, ut uiciſsim pareat. Neq; [25] .n. natura patit̃, ut pars ſuperior ſit toto. Illi [26] aũt, q cõtinet in ſe huiuſcemodi exuperantiã, hoc uſui uenit. Quapropter [27] reſtat ſolũ, ut huiuſcemodi uiro obtemperetur: ſummãq; poteſtatẽ ille habeat in ciuitate, nõ mutatis uicib. uerũ ſimpliciter. De [28] regno igit̃, quot diſcrimina ipſius ſunt, & utrũ minimè cõducit ciuitatib. ſiue cõducit, & quib. & quomodo, definitũ ſit hoc modo.

[24] ἀξιοῦν ἄρχεσθαι κατὰ μέρος. οὐ [25] γὰρ πέφυκε τὸ μέρος ὑπερέχειν τοῦ παντός. τῷ [26] δὲ τηλικαύτην ὑπερβολὴν ἔχοντι τοῦτο συμβέβηκεν. ὥστ [27] λείπεται μόνον τὸ πείθεσθαι τῷ τοιούτῳ, καὶ κύριον εἶναι μὴ κατὰ μέρος τοῦτον, ἀλλ' ἁπλῶς. περὶ [28] μὲν οὖν βασιλείας, τίνας ἔχει διαφοράς, καὶ πότερον οὐ συμφέρει ταῖς πόλεσιν, ἢ συμφέρει, καὶ τίσι, καὶ πῶς, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

que ut uiciſsim imperio pareat poſtulare decet ſcilicet. Non [25] enim natura cõparatum eſt, ut pars totum ſuperet. At [26] ei, cum tanta præſtantia eſt, hoc cõtigit. Quare [27] reliquum eſt tantùm, ut tali cui cæteri pareant, & penes hunc ſit arbitrium rerum omnium ac poteſtas, non pro uirili parte aut uiciſsim, ſed ſimpliciter. De [28] regno igitur, quot ſint eius differentiæ, & utrum conducat ciuitatibus, néc ne, & quibus conducat, & quo modo, ita ſit a nobis definitum atque explicatum.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Sed fortaſſe hæc.) Quid ſui iudicij ſit de ſuperiore controuerſia, nunc exponit, atq; inquit: Quę modò ex prompta ſeerant, apta ad oſtendendum, naturæ aduerſari, unum aliquem imperium habere in pares in aliquibus fortaſſe mortalibus uera eſſe, in quibus ſanè illo modo ſe res habet, in alijs uerò diſcrepare. Ve igitur hoc probet, ... materiam, de qua agitur, eſſe diſparem, ingeniaq; ac naturas hominum ualde inter ſe diſsimili... quę uarietatem tantam naſci. Eſt enim, inquit, genus quoddam mortalium, factum ad dominum & quaſi herum ſuſtinendum: aliud autem legitimo unius imperio ac regno recipiendo idoneum: & aliud etiam natura tale, ut illic facile conſtitui poſsit reſpublica, & iuſta & utilitatibus eorum hominum accommodata. Ne autem credat aliquis, eodem pacto inueniri naturas hominum, quæ probent tyrannidem, iniuſtaque ac uiolenta imperia: præcipit hoc, affirmatque repugnare id potius naturæ, quàm ipſi accommodatum eſſe: & ubi hæc imperia depravata radices egerunt, illuc eſſe importata præter naturã, cùm tota in ui fundata ſint, ſiue ob priuatas quaſdam ſuas utilitates à quibuſdam tolerentur. Erile genus hominum & quaſi ſtratum, quod ſuprà appellauit, arbitror diſtinctum eſſe à tyrannico. quia nationes quædam barbaræ, ut docuit, legibus ſibi ſtultè eligunt creantque huiuſcemodi reges, qui habent ipſas poſtea penè loco mancipiorum.

Sed ex ijs, quæ dicta.) Vt autem certis quibuſdam generibus naturiſque mortalium accommodata illa imperia eſſe dixit: ita contrà eadem locum habere negat in ſimilibus ac paribus. Quod ita eſſe cognoſcitur, ut inquit, ex ijs, quæ iam dicta ſunt. neque enim apud ipſas utile eſſe aut iuſtum affirmat, ut unus dominetur omnibus, in ſuaq; manu reliquos habeat. quod tamen cùm pluribus modis uſurpari poſſet, atque ijs etiam ualde inter ſe diſsimilibus, omnes illos reijcit. Siue enim, inquit, nullæ leges illic attendantur, uerùm ille ipſe qui dominatur, uoluntaſque eius lex ſit, ſiue leges illic exiſtant. Quia autem diſcrimina etiam inter mores ipſorum inueniri poſſent, adiungit. Quamuis ille ipſe, qui imperium habet, probus uir ſit: eodemque pacto, qui parent ei: ſiue contrà non probus ſit minime probos poteſtatem illã ſuam exerceat. Neque enim uitæ morumque ſimilitudo eam uim habet, ut ſimiles inter ſe tantopere diſtinguat: cùm potius ipſos eiuſdem conditionis reddat, & eodem loco dignos. Addit quoque, Quamuis ille, qui regnet, præſtet etiã uirtute, meliorque ſit cæteris: nam hunc quoque reijcit à gubernaculis, neque dignum putat, qui habeat imperium in eos, etſi collatus cum ſingulis illis ſeorſum uincit cunctos. Vnum tantum modum eſſe putat, quo hic iure poſsit imperare, quem excipit, ſi uirtus, inquam, unius ipſius ſuperat uirtutem reliquorum omnium ſimul ſumtorum. Ipſe autem modum, quem intelligat hic, non aperit: pollicetur tamen ſe monſtraturum. etſi ille etiam cognoſci poſsit ex ijs, quæ iam dicta ſunt.

Primum autem definiendum.) Antequam modum, quem obſcurè ſignificauit, oſtẽdat: inquit, oportere explic[illegible]ri, quæ ſint genera illa hominum, quæ appellauit, dicitque, natura facta eſſe ad imperia illa ſuſtinenda. Tria autem nominat (neque enim plura erant, quæ imperia illa libenter paterentur) id eſt gentem, quæ à rege cuperet gubernari, & quæ amaret ſtatum optimorum uirorum, nec non quæ idonea materia foret ſtatus eius, qui communi nomine a[illegible] omniũ rerumpublicarum Politia uocatur.

Regalis igitur eſt.) Incipit ab eo genere hominum, quod primum appellauit, eodemque ordine reliqua duo perſequitur. Inquit enim, aptum eſſe regio imperio recipiendo populum talem, & hac indole præditum, ut natura factum ſit ad perpetiendam familiam uirtute antecellentem, ut illa princeps in rep. ſit, omniaque ſuo conſilio regat. Iſocrates in libro, quem ſcripſit ad Philippum Macedonum regem, laudat è maioribus ipſius illum, qui primus conſtituit ſibi regnum in ea tellure, multumque uidiſſe affirmat. Cum enim cupidus regij honoris foret, cognoſceretque ſe dignum, qui ſolus in gentem aliquam ſummam poteſtatem haberet: delegit ſibi prudenter locum illum, ubi regnaret: intelligent barbarum omnem populum delectari regno, nec poſſe aliter ſtatum ſuum tueri: Græcos autem abhorrere toto animo à ſeruitute (genere autem Argiuus erat, regumque Macedonum familia ex ea ciuitate ortum ducebat) Erat igitur, ut oſtendit ille quoque, genus πλῆθος, Macedonum βασιλευτόν, Argiuorum autem Græcorumq; omniũ πολιτικόν: conuenitq; ea Iſocrati cum hoc noſtro doctore.

Idonea optimatibus multitudo.) Populum accommodatum ſtatui optimorum, inquit eſſe, qui ingenium tale à natura habet, ut regi contentus ſit imperio illo, quod conuenit liberis hominibus, à uiris uirtute inſtructis factiſque ad ciuile imperium adminiſtrandum. Cum autem in omnibus, quos uidi, libris & ſcriptis & excuſis, legatur ſine ullo diſcrimine, πλῆθος, ὃ πέφυκε φέρειν πλῆθος, ἄρχεσθαι, & quæ ſequuntur: arbitror, quatuor uerba, quæ interiecta ſunt inter prius πλῆθος & ἄρχεσθαι, deleri debere, quia ſententiam nullam in partem adiuuant (ſine ipſis namque illa perfecta eſt) ſed etiam perturbant ſtructuram orationis. Abſolutam uerò ipſam eſſe declarat: quia cùm tria ſint, quę requirantur in euoluenda ui ipſium horum ſtatorum, abſque his uerbis cuncta ſatis apertè monſtrantur, id eſt qui ſint, qui parent, contentique ſunt illis ſtatibus: eodemque pacto, qui clauum ipſorum teneant. nec non, qui ſint fines eorundem, quomodoque ſe gerere in perſona illa ſua tuenda principes harum rerump. debeant. Adiuuat etiam ſuſpicionem meam, quòd ſi hic ipſa manerent, ἄρχεσθαι δυνάμενον. quod ſequitur, nullo pacto conueniret proximo ſuperiori πλῆθος: optimates enim ſemper imperium habent, nec cadit in ipſos ullo pacto obtemperare: præterquam quòd non ſatis commodè ipſi multitudinis nomine uidentur poſſe notari, cùm pauci ſint, præſertim utente auctore eodem nomine paulo ſuprà in oſtendendo uniuerſo populo. durum autem foret referre hæc uerba ad prius πλῆθος. Aretinus præterea, qui ita totum locum uertit, Optimatibus uerò congruens eſt multitudo, quæ nata ſit ad ferendam gubernationem eorum, qui ſunt ſecundum uirtutem primarij: perſpicitur exiſtimaſſe aliquid hic ſupereſſe. uidetur tamen ille potius quod ſequitur, omiſiſſe, aut certè, quod uerum putaret, ſpretis ueſtigijs perturbatis auctoris, huc reportaſſe. poſterioris ſine dubio πλῆθος apud eum mentio nulla. Lapſum igitur puto librarium, qui dum ſcriberet, cum iam uerbum ſuprà quoque poſitum expreſſiſſet, temerè uertit oculum ad prius illud πλῆθος, atque ita ſcripſit quæ ſequebantur, antequam errorem agnoſceret. Sententia uerò ipſa, ſi accuratè attendatur, facile probabit hoc uerum eſſe. nam πλῆθος ἄρχεσθαι δυνάμενον, ualet idem, quod ὃ πέφυκε φέρειν. Sine illis igitur, quæ declarant, quæ ſit multitudo populuſque ariſtocraticus, omnia hic plana ſunt.

Ciuile autem genus.) Multitudinem hominum, populumque accommodatum politiæ, inquit eſſe illum, in quo populo natura oriri ſolet multitudo bellica, quę uim in ſe & poteſtatem habeat & parendi & imperandi, ſeruata lege: quę,

ut dignitas requirit, tribuit pauperibus magiſtratus & imperia. Militarem autem oportere eſſe, exiſtimat populum hunc, ut leges libertatemque ſuis armis tueatur. Publici autem honores imperiaque [illegible] aſſignabuntur, ut dignitas poſtulat, cum probitas & reliquæ animi dotes attendentur. neque enim, quæ naſcitur ab amplitudine patrimonij, ſic ſpectatur, ubi eoſdem gradus adipiſcuntur tenues homines, quos locupletes. In hoc enim ſtatu ciuitatis, ut in [illegible]o, qui regitur à multitudine, arbitror magiſtratus dari pauperibus: ita tamen, ut qui amplum patrimonium habent, inde nõ depellantur: quippe cùm in illo quoque, in quo maius habet ius populus, ijdem petere poſſint ad publicos honores. Hoc autem adnotandum putaui, quia Sepulueda interpretatur, Diuitibus: tanquam in exemplari ſit [illegible], nõ [illegible]. ego tamen in omnibus quos uidi libris & excuſis & ſcriptis, offendi conſtanter [illegible]. Cùm autem tantopere interpres ille uariet ſententiam, uoluiſſem ipſum huius mutationis cauſam attuliſſe ſuis in Scholijs, quod non fecit. Vt tamen ab inſtituto meo non recedam, fideliterque quod inueni exponam: teſtor, in uetere quoque illa tralatione legi Opulentis. quod puto ab errato librarij fluxiſſe, qui propter ſimilitudinem Græcarum uocum, contrariat hac forte, eas hominum oſtendentium, peccarit. Iudicium meum confirmat auctoritas D. Thomæ, apud quem eſt Tenuioribus.

Quando igitur uel familiam.)Seruat, quod pollicitus eſt. Significauit enim, cùm oſtenderit, quæ multitudo & quaſi materia ſeu qua propria ſit trium illorum ſtatuum ciuitatis, ſe declaraturum, quando rectum & utile ciuitati ſit, unum aliquem clauum reip. tenere. quare nunc, expoſitis iam illis, hoc facit. inquit enim: Quando igitur uel familiam totá, uel unum etiam quempiam ex alijs familijs, contigerit uirtute antecellere cæteris omnibus maiorem in modum, tantumque denique præſtare ipſi, ut uirtus illius, ſiue familia ipſa ſit, ſiue ſingularis homo, ſuperet uirtutem cæterorum omnium: tunc iuſtum eſt, ut familia hæc tota regia ſit, ex ipſaque ſola creentur reges, eodemq; pacto uirum illum ſolũ regem eſſe, & in eius manu poteſtateq; uniuerſam remp. collocari.

Quemadmodum enim dictum.)Confirmat, quod modò narrauit, non tamen nouis aliquibus argumentis, ſed antea à ſe, ut commemorat, expoſitis. ambobus enim, quibus nunc quoque utitur, prius hoc ipſum comprobarat. inquit igitur: Vt enim à me prius dictum eſt, non tantùm hoc uerum eſſe putare debemus, ſi reſpicimus iuſtum illud, quod proferre ſolent, & quò conſilia cogitationeſque ſuas referunt, qui reſp. conſtituunt, neque unum tantùm genus ipſarum, ſed omnes, id eſt & illas, quæ ſunt in poteſtate optimatum, & illas in quibus diuites dominantur: eodemque pacto, qui conſtituunt populares reſpublicas. omnibus enim his in hoc conuenit, exiſtimantque tradendam eſſe remp. in manus eorum qui excellunt præſtantque cæteris, cùm ſit honos hic compenſatio præmiumque eius boni. Cùm autem oſtendiſſet, in quo ipſis conueniat inter ſe: indicat, in quo ijdem diſſentiant. neque enim poſſunt idem omnino probare, cùm longè aliarum rerump. auctores ſint. inquit igitur: Non tamen eandem exuperantiam promunt, uerùm diuerſam. Partim enim ipſorum putant dandum gubernaculum his, qui uirtute præſtant: partim autem illis, qui uincũt cæteros amplitudine patrimonij: alij cenſent committendam remp. eſſe omnibus, qui liberi ſint, ut inde tantùm ejiciant ſeruos homines, & alienæ, non ſuæ poteſtatis.

Sed cuſtoditu illa)Hoc alterum eſt, quod declarat, eum, quem monſtrauit, oportere ſolum remp. gubernare: quid enim aliud eo faciendum eſt? non enim decet tanta uirtute præditum necare aut ejicere è ciuitate, ita ut perpetuò in alieno ſolo uiuat, aut ſaltem ad certum ſpatium temporis ipſum inde exturbare. quorum duorum malorum prius exilium, alterum oſtraciſmus uocabatur. ſæuum enim eſſet ac ualde iniquum, eodem ordine habere optimum ciuem, quo peſſimum ac ſeditioſum. Adiungit etiam, non conuenire ullo pacto, ut uir talis, cùm prius imparatit, mutata perſona pareat neque debere hoc ab illo, ut æquum, poſtulari. quæ ratio eſt atque lex reliquorum ciuium. Valet autem quod dixi, hoc, quod ipſe inquit, [illegible]. Cauſam autem affert, cur hoc poſtulatum æquum non ſit. Neque enim, ait, natura patitur, ut pars ſuperet totum. quod profectò contingeret, ſi hic deterioribus obtemperaret, cùm tanto interuallo ipſos uincat: eſt enim ille, ſi conferatur cum ipſis, quaſi totum, illi uerò pars.

Quapropter reſtat ſolum.)Omnibus igitur, inquit, alijs conſilijs, quæ caperentur de huiuſcemodi uiro, ut iniquis & inutilibus repudiatis: reſtat ſolum, ut omnes in animum inducant ipſi parere, ſinantque eum in ſuo arbitrio habere imperium: non tamen, cùm tempus eius rei uenit tantùm (ut fit in rebuſpublicis) ſed ſimpliciter ac ſemper, ut nulla lege aut menſura temporis aſtringatur. Cùm autem iam perueniſſet ad exitum huius quæſtionis, cunctaque diligenter explicaſſet: repetit paucis, quæ fecerit, commemoratque ſe de regno diſputaſſe, docuiſſeque, quot diſcrimina ipſius ſint: itidemque utrum minimè conducat ciuitatibus à rege gubernari, ſiue conducat: uel non etiam quibus hominibus, qualiqua natura præditis proſit aut obſit, aut etiam quomodo adminiſtrandum.

[illegible].)Natura omnes bonum deſiderant. Ergo etiam Reſp. bonas, trium generum, pro uarietate ingeniorum. Nam quod in plantis uidere eſt, quaſdam cultum omnem reſpuere, quaſdam flagitare & in brutis, quorum alia homini uel ſponte uel facile ſubijciuntur, alia uel nunquam recuſantur, uel ſumma cum difficultate: id multo magis & apertius in hominibus. Itaque c.14. n.21. Aſianos natura ad ſeruitutis iugum ferendum aptos, Europæos contrà libertatis ſtudioſos eſſe aſſeruit. Vt proinde hi ad Politiam, illi ad Regnum ab ipſa natura uideantur eſſe conformati. Galatæ teſtamento Deiotari Romanis relicti, & ab ijs libertate donati, ſe ſine rege uiuere nec poſſe nec uelle reſponderunt.

[illegible].)Regia familia eſto optima, ex qua ſi opus ſit omnium optimus & præſtantiſſ. in regem eligi poſſit. De qua etiam cap.13. n.50. ubi ſic. Sic in Africæ quadam parte Io. Leo Afer tradit, regios pueros omnes in arce editiſſima educari, rege mortuo, optimum ex ijs ſuccedere. Et nos etiam hic Chriſtiani regni fontes ex ipſa natura recta (quæ auctori Deo ſubancillatur) ſcaturientes, admiremur. Optimum omnium hominum reliquis præeſſe debere, in præced. conſtitit. Hic etiam familiæ regiæ ſucceſſionem perpetuam eſſe debere innuit. Ergo qui Chriſto regi ſimiles ſe præſtabũt, ſedebunt aliquando iudicantes XII. Iſraelis tribus: & hæc gens ſancta, regali ſacerdotio inſtructa.

RATIONES, *quæ contra Regnum allatæ ſunt, Ariſt. in*

- **Genere** *admittit: in quibuſdã ſcilicet regnũ tolerari nõ debere, in quibuſdam debere.* N.1. *Quod ipſum ex ipſo efficiente, ad imperandum & parendum ducente, à Natura ſcilicet, ſumitur. Imperium namq; aliud ſecundùm naturam inſtitutum*
  - **Eſt**, *quale in bonis Rebuſpub. reperitur. Eorum bonæ Reſp.*
    - **Conueniunt** *reſpectu Efficientis. Cùm ſint quidam naturâ facti ad parendum, alij ad imperandum.* N.2. *Vt lib. primo docuit.*
    - **Differunt.** *ratione Formæ & Finis, cùm ſingulæ ius & Bonum publicum peculiare habeant.* N.3. *Sic ergo Imperium aliud*
      - **Regium**
      - **Ariſtocraticum.** *Subintelligitur.*
      - **Politicum.**
  - **Non** *eſt, quale in malis Rebuſpub. perſpicitur.* N.4. *Ratio. Nam quod ſit contra inſtitutum naturæ, non eſt ſecundùm naturam.* Num.5. *At hæc ſunt contra inſtitutũ naturæ, nimirum ut deteriores melioribus imperent. Neq; enim imperandi ius libertate aut opulentia aut potentia nititur, ſed iuſtitia & prudentia.*
- **Specie.** *Vide ſeq. ſignum A.*

A. Decla-

A. In ſpecie declarat, apud quos Regno locus dari

- **Non debeat:** nimirum inter eos qui penitùs ſunt pares. Inter hos enim
  - **Abſolute** non eſt iniuſtũ ut unus imperet (ſed uel pauci optimi, uel omnes per uices) N.6. Siue tam reſpectu
    - **Legum,** leges
      - **Non habeant,** & Rex imperet ſecundum uoluntatẽ. N.7.
      - **Habeant,** & Rex imperet ſecundum legem. N.8.
    - **Perſonarum** habuit, imperet
      - **Bonus bonis,** uel uirtute
        - **Aequalis.** N.9.
        - **Superior.** N.11.
      - **Malis malus.** N.10.
  - **Secundum** quid iuſtum eſſe, modo quodam regni certo. N.12. De quo et
    - **Dictum** eſt. N.14. Nimirum κατὰ νόμον, uti cap.14. tanquam præfectura rerum bellicarum.
    - **Dicetur** nunc paucis. N.13.
- **Debet,** nimirum apud eos, qui à natura apti nati ſunt ferre regem, & inter quos uel unus aliquis uirtute eſt excellens, uel una familia reliquis omnibus antecellit. Hic modus regni eſt, de quo nunc ſe dicturũ paucis inſinuat. Conditiones enim duæ requiruntur. Altera reſpectu
  - **Subditorum.** Non quælibet multitudo populi regem ferre poteſt. N.15. Eſt enim πλῆθος quoddam patiens imperij
    - **Vnius,** nobilitate generis & uirtute bellica excellentis. N.16. Et hæc Regia eſt multitudo.
    - **Pluriũ,** uel
      - **Paucorum,** κατ' ἀρετὴν. Et Ariſtocratica eſt multitudo, quæ politica uirtute præſtantiſſimis colla ſubdere non detrectat. N.17.
      - **Omnium,** κατ' ἀρετὴν πολιτικὴν, & multitudo eſt Politica, uirtute bellica præſtans, imperare & parere per uices aſſueta, legum arbitrio, etiam pauperrimis magiſtratus pro merito tribuentium. N.18.
  - **Principis** nimirum ut uel unus aliquis uirtute maximè excellat, & iccirco imperio dignus ſit, uel etiam inter omnes familias una aliqua meritis & uirtute antecellat reliquis familijs, ex qua præ cæteris reges ſint petendi. N. 19. Quod ipſum ratione conſtat tum
    - **Communi** omnibus Rebuſpub. allata etiam ſup. c.13. n.53. nimirũ quia pro forma Rep. iuſtũ eſſe uidetur, ut in regia quidẽ unum, in ariſtocratia optimos, in alijs alios imperare. N.20. Ratio. Imperant enim in quaq; Rep. illi qui excellunt. Excellunt autem in alia alij. N.21.
    - **Propria,** eodẽ cap. allata et confirmata, Nu. 22. Videtur talis ratiocinatio necti.
      - **Si uir optimus** nec expelli è ciuitate, nec illic manens alijs ſubijci debet, relinquitur ut imperet & præſit alijs.
      - **Atqui** neq;
        - **Expelli** debet. N.23. Vti ſuprà c.13.n.80.
        - **Subijci** debet, ut in politia per uices interdũ pareat deterioribus. Oſtendit,
          - **Inter** eos tãtum uiciſſitudo imperij datur, qui ciuitatis partes ſunt.
          - **At uir** omnium optimus nõ eſt ciuitatis pars. Deducit
            - **Pars** non ſuperat totũ, cum pars eſt. N.25.
            - **At** uir optimus ſuperat totum reliquum cœtũ ciuium. N. 26.
            - **Non** igitur pars. Vt etiã ſuprà c.13.n.46.
          - **Ergo** uiro optimo uiciſſitudo parendi & imperandi non conuenit.
      - **Ergo** relinquitur, ut uir bonus imperet & præſit alijs N.27. Sic etiam ſuprà c.13.n.49. & 85.

CAPVT XIIX.

Efficientis inſuper reſpectu uarias Rerump. formas eſſe oſtendit.

QVia aũt tres affirmamus eſſe rectas reſpub. harũ aũt neceſſe eſt optimã eſſe, quę adminiſtratur ab optimis uiris: huiuſcemodi aũt eſt, in qua cõtigit uel unũ quempiã ſimul omnib. uel familiã totã, uel multitudinem antecellere uirtute, his quidẽ uim poteſtatẽq; in ſe habẽtib. parẽdi, his aũt imperãdi, ꝓpoſita ſibi maximè expetẽda uita: in primis autẽ diſputationib. demonſtratũ eſt, neceſ-

ἘΠΕΙ' δὲ τρεῖς φαμὲν εἶναι τὰς ὀρθὰς πολιτείας· τούτων δ' ἀναγκαῖον ἀρίστην εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν ἀρίστων οἰκονομουμένην· τοιαύτη δ' ἐστὶν, ἐν ᾗ συμβέβηκεν, ἢ ἕνα τινὰ συμπάντων, ἢ γένος ὅλον, ἢ πλῆθος ὑπερέχον εἶναι κατ' ἀρετὴν, τῶν μὲν ἄρχεσθαι δυναμένων, τῶν δ' ἄρχειν, πρὸς τὴν αἱρετωτάτην ζωήν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις ἐδείχθη λόγοις, ὅτι τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον αὐ-

QVoniam autem treis dicimus eſſe rectas reip. adminiſtrandæ formas: harum autem eam neceſſe eſt eſſe optimam, quæ ab optimis uiris adminiſtratur. talis autẽ eſt ea, in qua contigit, ut uel unus aliquis uniuerſis, uel genus totum, uel multitudo uirtute præſtet: ex qua multitudine alij parendi, alij imperandi facultatem habẽt, eo conſilio ut optime uiuant: libris autem ſuperioribus demonſtratum eſt à nobis, eandem neceſſario eſſe uiri boni uirtu-

ſariò eandē uirtutē eſſe uiri & ciuis optimæ ciuitatis. Perſpicuū eſt eodē modo, & per eaſdē res, uirūq; effici ſtudioſum, & ciuitatē cōſtitui poſſe ab aliquo, quæ ſit in poteſtate optimorū, uel à rege gubernetur. Quapropter erit & diſciplina eadem, & mores ijdem ferme, qui uirum ſtudioſum faciunt, & qui faciunt reip. adminiſtrādę, regnoq; idoneū. Definitis aūt his, iam enitendū eſt de rep. optima dicere, quomodo illa apta eſt gigni & conſtitui quomodo. Neceſſe iam eſt eum, qui de ipſa conſideraturus eſt, ut decet.

ον ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι καὶ πολίτου τῆς πόλεως τῆς ἀρίστης. Φανερὸν ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν, ἀνήρ τε γίνεται σπουδαῖος, καὶ πόλιν συστήσειεν ἄν τις ἀριστοκρατουμένην, ἢ βασιλευομένην. ὥστ' ἔσται καὶ παιδεία καὶ ἔθη ταὐτὰ σχεδὸν τὰ ποιοῦντα σπουδαῖον ἄνδρα, καὶ τὰ ποιοῦντα πολιτικὸν, καὶ βασιλικόν. διωρισμένων δὲ τούτων, περὶ τῆς πολιτείας ἤδη πειρατέον λέγειν τῆς ἀρίστης, τίνα πέφυκε γίγνεσθαι τρόπον, καὶ καθίστασθαί πως. ἀνάγκη δὴ τὸν μέλλοντα περὶ αὐτῆς ποιήσασθαι τὴν προσήκουσαν σκέψιν.

tem, & boni ciuis in ciuitate optima: perſpicuum eſt, eodem modo, iiſdemq; artibus & fieri uirum bonum, & ciuitatem conſtitui poſſe, ſiue quæ paucorum optimatium ac uirtute præſtantiū poteſtate adminiſtretur, ſiue quæ unum regis imperio pareat. Quare & eadem fere inſtitutio, & iidem mores erunt, quæ uirum bonum efficient, & quæ politicum, & ad regnandum aptum. His autem definitis atq; explicatis, de optima iam ciuitatis adminiſtrandæ forma dicere conandum eſt, & quónam pacto oriri ſoleat natura, & certo modo inſtitui. neceſſe enim eſt de ea conuenienter, & ita ut res poſtulat, commentari, ac diſputare.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Quia autem tres.) Docet longo ambitu uerborum, uel ſententiarum potius, fermè unam eandemque diſciplinam eſſe, quæ informat probum uirum & ciuem idoneum reip. gubernandæ, atque etiam factum ad regnum ſuſtinendum. Primùm autem, tanquam fundamenta quędam, ponit nonnulla, quę iam plana facta erant: quibus etiam adtexit alia, inde ortum & claritatem ducentia, ut ope uíque horum confirmet, quod oſtendere uult. Inquit igitur. Quia tres affirmamus eſſe reſp. rectas, meritoque probatas, quarum neceſſe eſt optimam eſſe, quæ ab optimis uiris regitur ac diſpenſatur. Apertiùs autem uolens, quænam ipſa ſit, addit: Huiuſmodi autem eſt illa, in qua contingit uel unum quempiam imperium habere in omnes uel familiam totam. Quibus uerbis deſcribit regem, qui eligi poſſit ex uniuerſa ciuitate, ſiue ex una certa familia. Sequitur autem, uel imperium ſcilicet illic habere numerum certum quendam, cœtumque proborum uirorum: non tamen illum magnum, etſi πλῆθος ipſum uocat. quæ tamen uox nō multitudinem tantùm, ſed numerum omnem ualet, ut diſtinguat à rege, qui unus ſolusq; adminiſtrat omnia: exempli gratia, LX. uel LXXX. uiros. Cuiuſmodi autem eſſe debeat cœtus hic, quomodoque inſtitutus, adiungit dicens: Qui ſuperet cæteros uirtute. non alia autem ulla re ſolùm ſine ipſa, exempli cauſa diuitijs, aut ſtirpis claritate. Pergit autem explanare reliqua, quæ eò faciunt, dicens: Vt illic ſint, qui uim eam in ſe & poteſtatem habeant, ut imperium pati poſsint, & parēre: alij autem eniutrà præcipere atque imperare, propoſita ſibi uita maximè expetenda, ad eamque omnibus ſuis conſilijs ac factis directis.

In primis autem diſputationibus.) His, quæ iam docuit, expoſitis, ſumit nunc aliunde quiddam, quod & ipſum requirebatur, ut ex omnibus poſtea eliceret, quod tradere uolebat. Eſt autem ipſum In primis autem diſputationibus probatū eſt, eandem oportere uirtutem eſſe uiri probi & ciuis boni in optima republica. quod non uſurpauit in alijs. Hoc igitur extremo poſito, aperit, quod ex his naſcitur, reſpondetque primæ ſuperiori parti: eſtque (ut uocant) ἀπόδοσις, redditioque illius ἐπεὶ qua particula ſignificatur, ipſum orationis ſententijs iam probatis, aut ſua ui ſatis planis.

Perſpicuum eſt eodem modo.) Eſt, inquam, quod admonui, hoc ſtatim his illis, quæ ante poſita ſunt, perſpicuum eſſe oportere, eodem pacto & ope earundem rerum, id eſt eorundem inſtitutorum & præceptorum, fieri uirum probum & ciuitatem accommodatam ariſtocratiæ ac regno recipiendo: nec debere, qui poſterius hoc præſtare uelit, ad exitumque perducere, aliā uiam tenere. Quare adiungit (explicans adhuc magis, quod ſignificare uolebat) erit & diſciplina eadē, quæ hoc & illud præſtet, & mores fermè ijdem, qui efficiant & probum uirum & hominem ſtatui optimorum idoneum, & regno etiam adminiſtrando: nec opus eſſe aliud quippiam, ut hoc commodè efficiatur, requirere.

Definitis autem his.) Aperit ordinem harum rerum gerendarum, & quid nunc ſequatur oſtendit. Tempus enim iā uenisse narrat, diſſerendi de optima republica: in quam rem pollicetur ſe toto pectore incubiturum, quomodo ſcilicet illa exiſtat, & quam uiam inire debeat, qui eam conſtituere uelit. Nam ſine ijs, quæ quæſita ſunt, & ſubtiliter animaduerſa, non uidebatur id effici poſſe. Decebat enim prius illa explicare, quæ muniunt uiam huic exquiſitæ præceptioni. Nec tamen ſignificat, ſe uelle ita de ipſa præcipere, ut ilico formam ipſius aperiat, ſed quomodo gignatur, & ortū denique ipſius oſtendere. quare non pauca adhuc diligenter uidenda ſunt, ut ratione ac uia id moliri ualeat.

Neceſſe iam eſt.) In extremo huius libri uidentur quædam defeciſſe. Non enim dubium eſt, quin deſiderentur plura: niſi in his uerbis mendum aliquod magnum lateat, quod ego ſanè non arbitror. Omne namque malum ac uitium in hoc manere puto, quod dixi: & ſanè uidi librum calamo exaratum, in quo inane, ſatis magnum ſpatium relictum erat, quod confirmat iudicium meum. non enim unum tantùm aut alterum uerbum deſideratur. Qui autem uerterūt hunc librum, plagam tantam tegere & operire uoluerunt: quare ita concinnarunt ſententiam, ſpretis ueſtigijs ueteris lectionis, ut plena illa integraque uideretur. Ego autem ſemper de hac re aliter exiſtimaui: ſtatuique, quidquid inueniſſem in antiquis exemplaribus mancum deprauatumque, indicare. Hoc igitur arbitror hic uoluiſſe optimum magiſtrū admonere, monſtrare inquam rationem uiamque, quam ſequi deberet, qui de optimo ſtatu ciuitatis rectè ordinèque præcipere aliquid ſtuderet: ut ſcilicet ſe præcepta illa in hac re tradenda ſeruare, ueramque uiam inita comprobaret. unde uocauit illam curam προσήκουσαν, id eſt ita tractatam, ut decet. Nam ſi contentus aliquis foret tenui aliqua negligentiq; explicatione, non neceſſaria eſſet tam exquiſita præceptio.

ἐπεὶ δὲ.) Syncephalæoſis hæc eſt eorū quæ dicta ſunt de Rerump. ſpeciebus tribus uniuerſim. Itaq; rectius inter caput decimum tertium & decimumquartū interijci debuiſſe uideatur. Decimoquarto enim capite ab uniuerſali conſideratione Rerump. ad ſpecies deſcendit, & primam ſpeciem Regiam exequitur, ſimul etiam tacitè Ariſtocratiam: ſequentis uerò libri Cap. 11. de Politia agit. Fortè cùm caput præſens ultima ſui parte mutilum ſit & mancum, eademque habeat quæ initium libri ſeptimi: inſuper uerò libri ſequentis initium nimis generale uideatur eſſe, & phraſes quædam parum Ariſtotelicæ occurrant: ſuſpicioni locus eſſe poſſit, hęc omnia uſque ad cap. ſecundum ſeq. libri temerè interiecta ab aliquibus fuiſſe, uel certè diuerſis temporibus ab Ariſtotele ſcripta, extremam illius manum deſideraſſe.

FINIS TERTII LIBRI.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA

LIBER IV.

CAP. I.

IN cunctis artib. & ſcientijs, quæ particulares non ſunt, ſed circa genus unũ aliqđ uerſant, perfectęq́; ſunt, uni⁹ eſt cõtẽplari, qđ circa unũqđq; congruit: ueluti exercitatio corpori, qualis quali prodeſt, & quæ optima (illi namq;, qui eſt pulcerrimè natura formatus & inſtructus, optimam neceſſe eſt conuenire) & quæ una plurimis omnib⁹: hoc namque artis, quę tradit exercitationes corporis, munus eſt. Amplius autem, ſi aliquis optimæ cupidus non eſt, ſiue habitudinis, ſiue ſcientiæ, quæ faciunt ad certamina: nihilominus magiſtri eius ludi & exercitatoris officiũ eſt, facere illos cõpotes huius quoq; facultatis. Eodem autem pacto hoc & in medicorum, & in fabrûm naualium arte, & illa, quæ ueſtimenta conficit, & omni alia arte, uſu uenire uidemus. Quapropter apertum eſt, eiuſdem eſſe ſcientiæ uidere, quænam optima reſpub. ſit, & qualis aliqua exiſtens maximè ſit ad uotum, ſi nihil impediat eorum, quæ ſunt extra, & quæ quibus congruẽs. Multis enim optimam adipiſci fortaſſe impoſsibile. Quare fallere non oportet ſcriptorem legum, & uerè ciuilem uirum, quæ ſit optima ſimpliciter, & quę optima è rebus poſitis. Adhuc autem tertiam quandam è ſuppoſitione: opus eſt enim & datam poſſe uidere, ab initioq́; quomodo conſtitui poſsit: & conſtituta, quomodo conſeruetur plurimo tempore. Dico autem, ceu ſi alicui ciuitati contigit, neque optimo ſtatu regi, penuriaq́; laborare rerum etiam neceſſariarum: neque illo, quẽ obtinere poterat è rebus, quæ ipſi aderant: ſed quendam deteriorem. Præterea autem hæc omnia remp. maximè congruentẽ omnibus ciuitatib. oportet noſſe. Quoniã magna pars eorũ, qui enunciant de repub. & ſi cætera dicũt bellè, à rebus, quæ uſui eſſe poſſunt aberrant.

Non

ΕΝ ἁπάσαις ταῖς τέχναις καὶ ταῖς ἐπιστήμαις, ταῖς μὴ κατὰ μόριον γινομέναις, ἀλλὰ περὶ γένος ἕν τι, τελείαις οὔσαις, μιᾶς ἐστι θεωρῆσαι τὸ περὶ ἕκαστον γένος ἁρμόττον· οἷον, ἄσκησις σώματι ποία ποίῳ συμφέρει, καὶ τίς ἀρίστη (τῷ γὰρ κάλλιστα πεφυκότι καὶ κεχορηγημένῳ τὴν ἀρίστην ἀναγκαῖον ἁρμόττειν) καὶ τίς τοῖς πλείστοις μία πᾶσι. καὶ γὰρ τοῦτο τῆς γυμναστικῆς ἐστιν. ἔτι δ', ἐάν τις μὴ τῆς ἱκνουμένης ἐπιθυμῇ μήθ' ἕξεως, μήτ' ἐπιστήμης τῆς περὶ τὴν ἀγωνίαν, μηδὲν ἧττον τοῦ παιδοτρίβου καὶ τοῦ γυμναστικοῦ παρασκευάσαι τε καὶ ταύτην ἐστὶ τὴν δύναμιν. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ περὶ ἰατρικὴν, καὶ περὶ ναυπηγίαν, καὶ ἐσθῆτα, καὶ περὶ πᾶσαν ἄλλην τέχνην ὁρῶμεν συμβαῖνον. ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ πολιτείαν τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐπιστήμης τὴν ἀρίστην θεωρῆσαι τίς ἐστι, καὶ ποία τις ἂν οὖσα μάλιστ' εἴη κατ' εὐχὴν, μηδενὸς ἐμποδίζοντος τῶν ἐκτός· καὶ τίς τίσιν ἁρμόττουσα. πολλοῖς γὰρ τῆς ἀρίστης τυχεῖν ἴσως ἀδύνατον. ὥστε τὴν κρατίστην τε ἁπλῶς, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀρίστην, οὐ δεῖ λεληθέναι τὸν νομοθέτην, καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς πολιτικόν. ἔτι δὲ τρίτην, τὴν ἐξ ὑποθέσεως. δεῖ γὰρ καὶ τὴν δοθεῖσαν δύνασθαι θεωρεῖν· ἐξ ἀρχῆς τε πῶς ἂν γένοιτο, καὶ γενομένη τίνα τρόπον ἂν σώζοιτο πλεῖστον χρόνον. λέγω δὲ, οἷον εἴ τινι πόλει συμβέβηκε, μήτε τὴν ἀρίστην πολιτεύεσθαι πολιτείαν, ἀχορήγητόν τε εἶναι καὶ τῶν ἀναγκαίων· μήτε τὴν ἐνδεχομένην ἐκ τῶν ὑπαρχόντων· ἀλλά τινα φαυλοτέραν. παρὰ ταῦτα δὲ πάντα τὴν μάλιστα πάσαις ταῖς πόλεσιν ἁρμόττουσαν δεῖ γνωρίζειν. ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν ἀποφαινομένων περὶ πολιτείας, καὶ εἰ τἄλλα λέγουσι καλῶς, τῶν γε χρησίμων διαμαρτάνουσιν.

IN omnibus artibus & ſcientijs, quæ non in particula uerſantur, ſed in uno aliquo genere ſunt perfectæ atque abſolutæ, unius & eiuſdem hominis eſt, quid cuiq; generi conueniat, uidere: uerbi gratia, & qualis exercitatio quali corpori conducat, & quæ ſit optima (ei enim, qui optime ſit natura informatus, & maximis adiumentis inſtructus, neceſſe eſt optimam conuenire) & quæ plerisque omnibus ſit una. Etenim hoc artis corporum exercendorum munus eſt. Præterea etiam ſi quis neq; habitum iuſtum, atque in ſummo perfectionis gradu poſitum, cõcupiſcat, neq; perfectam ſcientiam eorum, quæ ad certandi laborem pertinẽt, expetat: nihilominus tamen eius, qui pueris exercendis præeſt, eiusq́; qui corporis exercendorum artem profitetur, munus eſt, etiam hanc facultatem poſſe tradere. Atque hoc ſimiliter & in ſcientia medendi, & in arte nauium ædificandarum, & in ea, quæ ad rem ueſtiariã pertinet, in omni alia arte deniq; uidemus euenire. Quare perſpicuum etiam eſt, eiuſdem eſſe ſcientiæ & quæ ſit optima reip. adminiſtrandæ forma: & quæ qualis'ue maxime ſit optabilis, atq; ex animi ſententia, nulla re externa impediente: & quæ quibus apta, atq; accõmodata, peruidere. Multis enim optimã conſequi fortaſſe nefas eſt. Quocirca nec eam, quæ ſimpliciter eſt præſtantiſsima, nec eam, quæ pro rebus ſubiectis eſt optima, ignorare debet lator legũ, quiq; uerè moderandæ ciuitatis peritus, &, ut Græci appellant, politicus eſt: poſtremò ne eam quidem oportet ei eſſe ignotam, quæ ſit ex cõditione atq; (ut ita dicam) ſuppoſitione: hoc eſt, quæ cuilibet fini propoſito ſit conſentanea. Oportet enim etiam eam, quæ forte oblata ſit, uidere poſſe, & quomodo ab initio conſtituatur, & quomodo conſtituta diutiſsime conſeruetur. Dico autem uerbi gratia, ſi cui ciuitati contigit, ut neq; optima adminiſtrandæ reip. forma utatur, neque ſit inſtructa rebus neceſſarijs, neq; talem adminiſtrationem reip. adhibeat, qualem rerum, quæ præſtõ ſunt, natura fert, ſed aliquam deteriorẽ. Præter hæc omnia autẽ eam, quæ omnibus ciuitatib. maxime apta eſt, cognoſcere oportet. Nã plurimi ex ijs, qui de ciuitatis adminiſtratiõe aliquid prodiderunt ac protulerunt,ª etiã ſi cætera præclara dicant, attamẽ ab utilitate aberrãt.

Noſt

CAPVT XVI.

Vtrum Regnum plenum dictum inter bonas Reſpub. connumerari debeat, ex aliorum ſententia dubitat.

DE [1]rege aût, qui ſua ex uoluntate omnia gerat, ſermo nûc ſequitur, & côſiderare oportet. Rex[2] enim, qui lege dictus eſt, nô eſt ſpecies (ut diximus) reipublicæ. In[3] omnib. enim locû habet dux belli perpetuus: ceu in ſtatu multitudinis, & optimorum, & [4] multi creât unû, cuius in manu ſit diſpenſatio ciuitatis: huiuſcemodi enim magiſtratos quidâ eſt & Epidamni, & Opunte, aliqua tameo parte minor. De[5] pleno autem uocato regno (hoc aût eſt, quo cuncta regit ſua uoluntate rex) uidetur[6] quibuſdâ, ne naturæ quidem conſentire, unum in ſua poteſtate habere omnes ciues, ubi conſtitit è ſimilib. ciuitas. Similibus[7] enim natura idem iuſtum neceſſe eſt & eandem dignitatem ſecundùm naturâ eſſe. Quapropter[8] ſi ęquale habere alimentû inæquales, aot ueſtem, detrimentoſum eſt corporibus: ſic[9] ſe habet & qđ pertinet ad honores. Simili[10] igitur modo & inęquale ęquales. Quare[11] nihil magis imperiû habere, quâ imperio parêre iuſtum eſt. Et[12] per uiciſsitudinê igitur eodê pacto. Hoc[13] aût eſt iam lex. Ordo[14] enim lex. Legê[15] igitur imperium habere magis expetendû eſt, quâ unû quempiam ciuiû. Eadê[16] aût hac ratione, ſi aliquos imperare melius eſt, hos côſtituere oportet cuſtodes legû, & earundê miniſtros. Neceſſe[17] nâq; eſt magiſtratus quoſdâ eſſe. ſed nô unû hûc eſſe affirmât iuſtû, qñ oẽs ſimiles inter ſe ſunt. Atq[18] ǭcûq; lex nô uidet̃ poſſe definire, neq; homo poſſet cognoſcere: uerû [19]lex, ǭ ſedulò erudijt, mâdat reliqua iuſtiſsima ſentêtia exiſtimare & adminiſtrare magiſtratus. Pręterea[20] côcedit, ut corrigat̃ qđqđ uiſum fuerit, periculû eius faciêtib. melius eſſe, quâ iâ ſtatuta. Qui[21] igit̃ mentê iubet imperare, uidet̃ iubere imperare Deû atq; leges: qui[22] uero iubet hominê, adiun[illegible]it & beluâ. Cupiditas[23] .n. huiuſcemodi quiddâ eſt: excandeſcentia eos ǭ imperiû hñt. diſtorquet, & optimos etiâ uiros. Quare[24] lex eſt ſine appetitione mêt. Exemplû[25] aût artiû uidetur eſſe mendax: mederi ioquâ ęgrotis è præ-

ΠΕΡΙ[1] δὲ τοῦ βασιλέως, τοῦ κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν πάντα πράττοντος, ὅ, τι λόγος ἐφέστηκε νῦν, καὶ ποιητέον τὴν σκέψιν. ὁ μὲν[2] γὰρ κατὰ νόμον λεγόμενος βασιλεὺς, οὐκ ἔστιν εἶδος (καθάπερ εἴπομεν) πολιτείας. ἐν[3] πάσαις γὰρ ὑπάρχειν ἐνδέχεται στρατηγίαν ἀΐδιον, οἷον ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ἀριστοκρατίᾳ, καὶ [4] πολλοὶ ποιοῦσιν ἕνα κύριον τῆς διοικήσεως. τοιαύτη γὰρ ἀρχή τίς ἐστι καὶ περὶ Ἐπίδαμνον, καὶ περὶ Ὀποῦντα δὲ, κατά τι μέρος ἔλαττον. περὶ[5] δὲ τῆς παμβασιλείας καλουμένης, αὕτη δ' ἐστὶ, καθ' ἣν ἄρχει πάντων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν ὁ βασιλεύς. δοκεῖ[6] δέ τισιν οὐδὲ κατὰ φύσιν εἶναι τὸ κύριον ἕνα πάντων εἶναι τῶν πολιτῶν, ὅπου συνέστηκεν ἐξ ὁμοίων ἡ πόλις. τοῖς[7] γὰρ ὁμοίοις φύσει τὸ αὐτὸ δίκαιον ἀναγκαῖον, καὶ τὴν αὐτὴν ἀξίαν κατὰ φύσιν εἶναι. ὥστ'[8] εἴπερ καὶ τὸ ἴσην ἔχειν τοὺς ἀνίσους τροφὴν, ἢ ἐσθῆτα, βλαβερὸν τοῖς σώμασιν, οὕτως[9] ἔχει καὶ τὸ περὶ τὰς τιμάς. ὁμοίως[10] τοίνυν καὶ τὸ ἄνισον τοὺς ἴσους. διόπερ[11] οὐδὲν μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἄρχεσθαι δίκαιον. καὶ[12] τὸ ἀνὰ μέρος τοίνυν ὡσαύτως. τοῦτο[13] δ' ἤδη νόμος. ἡ[14] γὰρ τάξις νόμος. τὸν[15] ἄρα νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον μᾶλλον, ἢ τῶν πολιτῶν ἕνα τινά. κατὰ[16] τὸν αὐτὸν δὲ λόγον τοῦτον, κἂν εἴ τινας ἄρχειν βέλτιον, τούτους καταστατέον νομοφύλακας, καὶ ὑπηρέτας τοῖς νόμοις. ἀναγκαῖον[17] γὰρ εἶναι τινὰς ἀρχάς, ἀλλ' οὐχ ἕνα τοῦτον εἶναί φασι δίκαιον, ὁμοίων γε ὄντων πάντων. ἀλλὰ[18] μὴν ὅσα γε μὴ δοκεῖ δύνασθαι διορίζειν ὁ νόμος, οὐδ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν. ἀλλ'[19] ἐπίτηδες παιδεύσας ὁ νόμος ἐφίστησι τὰ λοιπὰ τῇ δικαιοτάτῃ γνώμῃ κρίνειν, καὶ διοικεῖν τοὺς ἄρχοντας. ἔτι[20] δ' ἐπανορθοῦσθαι δίδωσιν, ὅ, τι ἂν δόξῃ πειρωμένοις ἄμεινον εἶναι τῶν κειμένων. ὁ[21] μὲν οὖν τὸν νοῦν κελεύων ἄρχειν, δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους. ὁ δ'[22] ἄνθρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ θηρίον. ἥ[23] τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. διόπερ[24] ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος ἐστί. τὸ[25] δὲ τῶν τεχνῶν εἶναι δοκεῖ παράδειγμα ψεῦδος, ὅτι τὸ κατὰ

CVm[1] autem de eo rege, qui omnia ſuo nutu atq; arbitratu gerit, ſermo nûc ſit inſtitutus, tum hac de re uidendum eſt. Nam[2] qui rex ex lege appellatur, is non efficit, ut diximus, regni ſpeciem. In[3] omnibus enim ciuitatibus contingere poteſt, ut ſit imperium belli perpetuum, ueluti in democratia, ſeu populi poteſtate, & ariſtocratia, id eſt optimatũ potentia: & [4] multi uni totius reip. adminiſtrãdæ ac moderandæ poteſtatẽ deferunt. Tale enim quoddam imperium eſt etiam Dyrrachij, et uerò Opunte, aliqua ex parte anguſtius. Verùm[5] de eo regno, quod ſuis omnibus partibus abſolutum & integrum appellatur (hoc autẽ eſt, ex quo rex omnia ſuo arbitratu moderatur) dicendum eſt. Videtur[6] autem non eſſe natura conſentaneum, ut unus omnium ciuium ſit dominus, ubi ex ſimilibus conſtat ciuitas. Ius[7] enim, qui ſunt ſimiles natura, idem ius eandemq; dignitatem eſſe neceſſe eſt natura. Quare[8] ſi, quemadmodum uictum & cultum æqualem hominibus inæqualib. tribui, lædit corpora, ita[9] & de honorib. exiſtimandũ eſt. Similiter[10] igitur & æqualibus inæqualem tribui, pernicioſum eſt. Quocirca[11] nihilo magis eos imperare, quam imperio parêre iuſtũ eſt. Viciſsim[12] igitur imperare, ſimiliter & parere iuſtũ eſt. Hoc[13] autem iam lex eſt. Ordinis[14] enim deſcriptio lex eſt. Legem[15] igitur imperare optabilius eſt, quàm unũ aliquem ciuem. Hac[16] porro eadem ratione etiam ſi aliquos imperare præſtet, hi tamen faciendi ſunt legum cuſtodes ac miniſtri. Magiſtratus[17] enim eſſe aliquos neceſſe eſt: ſed hunc unum eſſe, iuſtum eſſe negant, cùm præſertim ſint omnes ſimiles. Iam[18] uero quæcunq; nõ uidetur poſſe lex definire, ea ne homo quidem cognoſcere queat: ſed[19] poſteaquã lex accurate & ſtudioſe homines erudijt, reliqua tradit ac mandat magiſtratibus ſententia ac mente iuſtiſsima iudicanda atq; adminiſtranda. Præterea[20] uerò & quicquid hominib. periculum facientibus, melius, quàm leges ſcriptæ, uiſum fuerit, corrigere permittit. Qui[21] igitur mentem præeſſe atq; imperare iubet, is Deũ & leges imperare uidetur iubere: qui[22] uerò hominẽ iubet, addit & feram. Nã[23] cùm ſit huiuſmodi cupiditas, tum iracundia magiſtratus deprauat, & optimũ quemq; uirum. Quocirca[24] lex, mens eſt appetitione uacãs. Exemplum[25] porro ab artibus ſumtũ, falſum uidetur eſſe, ægros curare ex præceptis et libris, qui de arte medendi

ſcripti

ceptis, literis ꝓditis, uitioſum eſſe. Quinimò[26] magis expeté-dú eſt & habétibus artem. hi[27] náq; amicitia impulſi, nihil prę ter ratione faciút, ſed mercedé capiút, cú ægrotos curauerint. Qui[28] auté in ciuilib. imperijs uerſantur, multa, obſecuti odio & gratiæ, gerere cőſueruat. Ná [29] & medicos, cú ſuſpicati fuerint perſuaſos illos ab inimicis ægroti perdere propter lucrú, túc poſcerét potius curationé è monimentis. Quinetiá[30] inducút ad ſemetipſos medici, cú ægrotant, alios medicos, & magiſtri corporis exercitiorú alios eius generis magiſtros, tanquá nó ualeant exiſtimare, qđ uerú eſt, quia exiſtimát de ſuis proprijsq; reb. cómoto animo. Quapropter[31] apertú eſt, qui iuſtú inueſtigát, inueſtigare[32] mediú: lex[33].n. mediú eſt. Pręterea [34] ualidiores, & de ualidiorib. reb. ſunt leges, q̃ morib. cóſtát, quá q̃ ſcriptis. Quaꝑpter[35] homo ipſe imperans tutior, quá q è monimétis literarú, ſed nó illis qui legib. more cóſtátib. Atqui[36] neq; procliue eſt unú multa oculis perluſtrare. Opus[37] igitur erit plures eſſe, q ab ipſo pręficiantur imperijs. Quapropter[38] quid intereſt, hoc ab initio ſtatim fieri, quá unú conſtituere hoc modo? Pręterea[39] qđ prius etiá dictú eſt, ſi quidé uir ſtudioſus, qa melior eſt, dignus eſt, q imperet: uno aút duo ꝓbi uiri meliores. hoc[40].n. eſt illud,

Simul duo uenien,

& [41] uotum Agamemnonis,

Tales decem mihi conſultores

Sút[42] aút & núc de nónullis rebus magiſtratus, tâquá domini exiſtimádi, quéadmodú iudex, de[43] quib. lex nó ualet definire, ut q nó optimè imperaret atq; exiſtimaret. Quia[44] de qb. ſtatuere ualet, nemo ambigit de his. Verú[45] qa hęc qdé licet cóplecti legibus, hęc aút nó licet: hęc ſunt, q̃ faciút, ut dubitemus, & q̃ramus, utrú magis expetendú eſt, optimá legé imperiú habere, uel optimú uirú. Illa[46] náq;, de quib. deliberát, lege cóplecti, unú eorú eſt, quę nó poſſút effici. Nó[47] igit huic aduerſantur, qđ neceſſariú nó ſit, hominé eſſe, q exiſtimatur ſit de huiuſcemodi reb. uerú[48] cótrouerſia eſt, qđ uolút, nó unum ſolú, ſed multos. Exiſtimat[49].n. unuſqſq;, q cú imperio eſt bene inſtitutus à lege. Abſurdú[50] aút eſſe for

γράμματα ἰατρεύεσθαι, φαῦλον. ἀλλὰ[26] καὶ αἱρετώτερον χρῆσθαι τοῖς ἔχουσι τὰς τέχνας. οἱ[27] μὲν γὰρ οὐδὲν διὰ φιλίαν παρὰ τὸν λόγον ποιοῦσιν, ἀλλ' ἄρνυνται τὸν μισθὸν, τοὺς κάμνοντας ὑγιάσαντες. οἱ[28] δ' ἐν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς, πολλὰ πρὸς ἐπήρειαν καὶ χάριν εἰώθασι πράττειν. ἐπεὶ[29] καὶ τοὺς ἰατροὺς, ὅταν ὑποπτεύωσι πεισθέντας τοῖς ἐχθροῖς διαφθείρειν διὰ κέρδος, τότε τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων θεραπείαν ζητήσειαν ἂν μᾶλλον. ἀλλὰ[30] μὴν εἰσάγονταί γ' ἐφ' ἑαυτοὺς οἱ ἰατροὶ κάμνοντες ἄλλους ἰατροὺς, καὶ οἱ παιδοτρίβαι γυμναζόμενοι παιδοτρίβας, ὡς οὐ δυνάμενοι κρίνειν τὸ ἀληθὲς, διὰ τὸ κρίνειν περί τε οἰκείων καὶ ἐν πάθει ὄντες. ὥστε[31] δῆλον, ὅτι τὸ δίκαιον ζητοῦντες, τὸ[32] μέσον ζητοῦσιν. ὁ[33] γὰρ νόμος τὸ μέσον. ἔτι [34] κυριώτεροι, καὶ περὶ κυριωτέρων, τῶν κατὰ γράμματα νόμων, οἱ κατὰ τὰ ἔθη εἰσίν. ὥστε[35] τῶν κατὰ γράμματα ἄνθρωπος ἄρχων ἀσφαλέστερος, ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ τὸ ἔθος. ἀλλὰ[36] μὴν οὐδὲ ῥᾴδιον ἐφορᾶν πολλὰ τὸν ἕνα. δεήσει[37] ἄρα πλείονας εἶναι τοὺς ὑπ' αὐτοῦ καθισταμένους ἄρχοντας. ὥστε[38] τί διαφέρει τοῦτο ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ὑπάρχειν, ἢ τὸν ἕνα καταστῆσαι τοῦτον τὸν τρόπον; ἔτι[39] ὃ καὶ πρότερον εἰρημένον ἐστὶν, εἴπερ ὁ ἀνὴρ ὁ σπουδαῖος, διότι βελτίων, ἄρχειν δίκαιος· τοῦ δὲ ἑνὸς οἱ δύο ἀγαθοὶ βελτίους. τοῦτο[40] γάρ ἐστι τὸ,

Σύν τε δύ' ἐρχομένω.

καὶ[41] ἡ εὐχὴ τοῦ Ἀγαμέμνονος·

Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες.

εἰσὶ[42] δὲ καὶ νῦν περὶ ἐνίων αἱ ἀρχαὶ κύριαι κρίνειν, ὥσπερ ὁ δικαστὴς, περὶ[43] ὧν ὁ νόμος ἀδυνατεῖ διορίζειν, ὡς οὐκ ἂν ἄριστα ὁ νόμος ἄρξειε καὶ κρίνειε. ἐπεὶ [44] περὶ ὧν δυνατὸς, οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ περὶ τούτων. ἀλλ'[45] ἐπειδὴ τὰ μὲν ἐνδέχεται περιληφθῆναι τοῖς νόμοις, τὰ δὲ ἀδύνατα· ταῦτ' ἐστὶν, ἃ ποιεῖ διαπορεῖν καὶ ζητεῖν, πότερον τὸν ἄριστον νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον, ἢ τὸν ἄνδρα τὸν ἄριστον. περὶ[46] ὧν γὰρ βουλεύονται νομοθετῆσαι, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. οὐ τοίνυν[47] τοῦτο γ' ἀντιλέγουσιν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον ἄνθρωπον εἶναι τὸν κρινοῦντα περὶ τῶν τοιούτων· ἀλλ'[48] ὅτι οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλούς. κρίνει[49] γὰρ ἕκαστος ἄρχων πεπαιδευμένος ὑπὸ τοῦ νόμου καλῶς. ἄτοπον[50] δ' ἴσως ἂν

ſunt, nihil innare, atque adeò nocere. Quin[26] contrà optabilius eſt artifices & doctos adhibere, eorumq; cőſilio & opera uti. Hi[27] enim nihil, quod à ratione abhorreat, propter amicitiā faciunt, ſed ægris ſanis factis mercede accipiūt. Atqui[28] qui ad magiſtratus ciuiles prouecti ſunt, multa per contumeliā et gratiam agere ſolent. Nam[29] & cum medicos ſuſpicantur ab inimicis inductos non ſalutem, ſed interitum afferre propter quæſtum: tum ex præceptis artis et libris curari maluerint, quam ex medici libidine. Atqui[30] medici cum ægrotant ipſi, alios medicos arceſſunt, atq; adhibent: & puerorum exercendorum magiſtri cum ipſi exercentur, alios exercendi magiſtros adhibent: quaſi uerū iudicare atq; examinare no poſſint, tum quia de ſua re iudicant, tum quia perturbati iudicant. Itaq;[31] perſpicuum eſt, eos, qui ius quærunt,[32] mediū quærere. lex[33] enim medium eſt. Præterea [34] maiorem auctoritatem habent, & ſunt de rebus maioris ponderis leges in morib. poſitæ, quàm leges ſcriptæ. Quare[35] homo, qui reſpub. præeſt, minus ille quidem labitur ac fallitur, quam leges ſcriptæ: ſed non quàm leges morib. comparatæ, & confirmatæ. Iam[36] uerò nē facile quidem eſt unum multa cernere. Plures[37] igitur magiſtratus ab eo conſtitui oportebit. Quare[38] quid intereſt utrum hoc ſtatim ab initio ſuppetat, an unus hoc modo plures alios rebus agendis præficiat? Præterea[39] ſi uir bonus, qđ & antea dictū eſt, quia alijs melior eſt, dignus eſt qui imperet: uno uiro bono, duo uiri boni ſunt meliores. Hoc[40] enim eſt, quod ait Diomedes apud Hom.

Namq; duo cùm unà carpunt iter:

Et[41] quod optat Agamemnon apud eundem:

O' ſi conſiliū ſocij bis quinq; mihi
eſſent Tales.

Sunt[42] autem etiam nūc magiſtratus, penes quos eſt arbitriū & poteſtas iudicandi, quemadmodum penes iudicē, qs de[43] rebus, quas lex nō poteſt complecti, neq; definire: quia lex optimè imperare & iudicare nequeat. Nam[44] quas res lex definire poteſt, de his nemo ambigit, quin eius plurimū ualere debeat auctoritas. Sed[45] quoniam alia quidem legib. cōprehendi poſſunt, alia non poſſunt: hæc ſunt, quæ dubitationē & quæſtionem afferunt, utrum præſtabilius ſit legem optimam, an uirum optimum imperare. Nam[46] quibus de reb. conſultant homines, de ijs reb. lex ferri non poteſt. Nemo[47] igitur cauſam dicit, quin neceſſe ſit hominē eſſe, qui de talibus rebus iudicet: uerùm[48] unum ſolum eſſe nolunt, ſed multos. Bene[49].n. quiſq; magiſtratus iudicat, à lege eruditus. Sed[50] abſurdum fortaſſe uideatur,

taſſe uideretur, ſi melius uideat aliquis duob. oculis, & duabus aurib. exiſtimãs, & agens duobus pedib. ac manib. quã multi multis. nã [51] nũc quoq; principes cõparant ſibi oculos multos, & aures & manus & pedes: qui diligũt .n. principatũ eũ & ipſos, faciũt conſortes imperij. Nõ [52] igitur amici exiſtẽtes, nõ ſe gerẽt è uolũtate illius, qui ſolus imperat. Si [53] aũt amici & illius & principatus. Amicus [54] aũt æqualis eſt & ſimilis. Quare [55] ſi hos putat oportere imperiũ habere æquales & ſimiles imperiũ habereq; putat eodem pacto. Quæ [56] igitur adferunt, qui diſſerunt contra regnum, hæc fermè ſunt.

εἶναι δόξειεν, εἰ βέλτιον ἴδοι τις δυοῖν ὄμμασι, καὶ δυσὶν ἀκοαῖς κρίνων, καὶ πράττων δυσὶ ποσὶ καὶ χερσίν, ἢ πολλοὶ πολλοῖς. ἐπεὶ [51] καὶ νῦν ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ μόναρχοι ποιοῦσιν αὑτῶν, καὶ ὦτα, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας. τοὺς γὰρ τῇ ἀρχῇ καὶ αὐτοῦ φίλους ποιοῦνται συνάρχους. μὴ [52] φίλοι μὲν οὖν ὄντες οὐ ποιήσουσι κατὰ τὴν τοῦ μονάρχου προαίρεσιν· εἰ δὲ [53] φίλοι κἀκείνου καὶ τῆς ἀρχῆς. ὁ δὲ [54] φίλος ἴσος καὶ ὅμοιος. ὥστ' [55] εἰ τούτους οἴεται δεῖν ἄρχειν, τοὺς ἴσους καὶ ὁμοίους ἄρχειν οἴεται δεῖν ὁμοίως. ἃ [56] μὲν οὖν οἱ διαμφισβητοῦντες πρὸς τὴν βασιλείαν λέγουσι, σχεδὸν ταῦτ' ἐστίν.

quenquam duobus oculis acutius uidere, & duabus auribus acrius audire iudicantem, & melius agere duobus pedibus, duabusq; manibus utentem, quã multos multis. Nam [51] etiam nunc principes, qui ſoli imperant, quos monarchas appellant Græci, dant operam ut multos habeant oculos, & multas aures, & multas manus, & multos pedes. Nam qui eorũ imperio & ijs ſunt amici, hos imperij collegas faciunt. Si [52] igitur amici non ſint, non erunt eorum facta monarchæ cõſilio conſentanea. ſi [53] amici, erũt & eius imperio amici. Amicus [54] autẽ par & ſimilis eſt. Quare [55] ſi hos imperare putat oportere, pares & ſimiles ſimiliter imperare putat oportere. Quæ [56] igitur quidam ab alijs diſſentientes contra regnum diſputant, hæc ferè ſunt.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

De rege autem.) Diſſerit nunc de regno pleno & abſoluto, probarí ne debeat, cùm inueniuntur, qui ipſum criminentur, præſertim ubi ſunt plures pares uirtute ac ſapientia. Primum autem aperit, quod regnum intelligat, repetitque, quod ſuprà dixit de rege ſeruato legibus, quique inſtar eſt perpetui ducis belli. inquit enim: De rege, qui omnia gerat & adminiſtret ſuo cõſilio, nunc ſermo eſt. locus enim hic poſcit ut de eo ſubtiliter quæramus. Quis nemque dicitur rex, legibus addictus non eſt, quem modò inueſtigamus: non eſt enim ille certa quædam forma reipublicæ, cùm in pluribus ac uarijs rebusp. locum habeat. in qua tamquam non poteſt legibus creari dux perpetuus exercitus. Appellat autẽ duas ualde inter ſe diſcrepantes reſpublicas, & probat uerum eſſe, quod dicit, id eſt ſtatum multitudinis & ſtatum optimatum etiam: affirmatque inueniri multos populos, qui creent unum aliquem, qui auctoritate ſua omnia diſpenſet ut regat quale imperium magiſtratumque uarie extitiſſe tunc in duabus Græcis ciuitatibus, id eſt Dyrrhachij, & Opuntis, magnæ Græciæ oppidis ubi tamen ſit aliqua parte minus regnum illud, nec tam amplum, ut Lacedæmone. ſi loquitur de ambobus: uel potius, ſi Opuntem tantùm intelligit, in quo oppido ſit anguſtius, quàm Dyrrhachij. Notum autem eſt oppidum, quod ueteres Græci uocabant Epidamnũ, poſtea appellatum fuiſſe Dyrrhachium.

De pleno autem.) Oſtendit, ſe uelle nunc, relicto ſuperiore illo, de abſoluto regno diſſerere, cùm uideat non omnes de ipſo eodem pacto ſentire, ſed contrarias potius de regno hoc opiniones extare. Primùm autẽ declarat quale intelliget, cùm *παμβασιλείαν* uocet. ſtatimque exponit quid adferãt, quibus ipſum non placet. Inquit igitur, abſolutum regnum te appellare illud, in quo unus aliquis ſtatuit de omnibus rebus, ſuam uoluntatem ſecutus, nec legem ullam habet, à qua nõ poſſit diſſentire. Quã uerò alij de hoc regno quærere ſignificat, dicens: Videtur nonnullis alienum eſſe à natura, minimeq; conuenire, unum quaſi dominum eſſe omnium ciuium, ubi ſcilicet conſtat è ſimilibus ciuitas, cæterique omnes pares ſunt ipſi alijs in rebus. Confirmabant autem hoc pacto iudicium ſuum, aiebantq; Illis namque, qui ſimiles inter ſe ſunt natura, non contra id quod decet tales reddi, ad æqualitatemque redacti, neceſſe eſt tribuatur idem ius, eademque dignitas ex natura. probabant autem iam, utcumque eſſe oſtendebant ſimili ſatis aperto, & quòd ante oculos uerſetur: à contrario autem ordiebantur. Si enim, dicebant, æqualem cibum ſumtum, æqualemque ueſtem inæqualibus hominibus impoſitam, obeſſe corporibus ipſorum uidemus: idem in honoribus uſu uenire exiſtimandum eſt. Concludit autem ſtatim, dicens: Eodem igitur pacto inæquale æquales lædit. hoc autem contingit, ubi uni imperium tribuitur: cæteri autem omnes, pares illi, parere coguntur.

Quare nihil magis.) Studet acutis rationibus peruenire, quò uult: id eſt, demonſtrare, melius eſſe legem imperare, quàm unũ aliquem hominem. Primum igitur ex ijs, quæ dicta ſunt, elicit, eum, quem indicauit, non magis oportere imperium habere, quàm imperio ſubijci atque obtemperare, cum ſit par atque æqualis. Cui ſententiæ adiungit, eodem pacto exiſtimari de hoc debere, ſi mutatis uicibus id fiat, ijdemque nunc imperent, alio uerò tempore pareant. Quod poſtquam protulit, uaſtique è ſuperioribus demonſtrauit, ait iam hoc ipſum, ſi bene qualis ſit ponderatur, cognitum iri facile legem eſſe. De quo tamen ne aliquis dubitet, explicat ipſum, dicitq; ordinem ſecutum legem eſſe. Ordine autem rem geri adminiſtrarique, cum ſemper diligenter uiſet, & qui antea imperabant poſtea pareant ſuis legitimiſque temporibus, apertum eſt. Concludit igitur, expetendum eſſe legem potius imperare, quàm unum quempiam ciuem.

Eadem autem hac ratione.) Ex eadem, explicata iam, argumentatione intelligi poſſe docet, ſi aliquos, plures inquam, numero, nec tamen multos, imperium habere præſtet. oportere hos creari cuſtodes legum, & quaſi miniſtros quoſdam ipſarum, non qui liberè nimis ac ſolutè, quod ipſis in mentẽ uenerit, ratum ſemper eſſe uelint, ac tanquam legem ſeruari. Adiungit autem, non eſſe dubium, quin in ciuitate oporteat eſſe magiſtratus quorum tamen ea cura ſit, quæ ſignificata eſt, adhibeantq; diligentiam, ut legibus ſua auctoritas conſeruetur. Vt autem hoc illi, quib. non probabatur regnum, concedebant: ita minimè debere illum eſſe unum affirmabant, ſecuti iudicium hoc, quod nullam in ſe partem iuſtitiæ continere, unum ſolũ imperium habere, ubi cæteri omnes pares forent.

Atqui quæcunque lex.) Reſiſtebant aduerſarij hoc pacto huic ſententiæ auctoris (eſt enim hæc *ἔνστασις*) dicebantque nihil tamen hoc factum in ſe habere, quia, quæ non uidetur poſſe definire, apponitque præcipere lex, homo etiam, quicunq; ille ſit, uidere explicareque non poterit. Refellit autem ſibi repugnantem opinionem hanc Ariſtoteles, dicens leges, quæ inſtituit ciues, erudiuiſſe illos ſtudioſe, quæcunque cognoſcit ſe ſubtiliter definita non poſſe, cuncta permittere magiſtratibus, mandareque fidelitati ac iudicio ipſorum, ut ea ceſſiment, ſecuti iuſtiſſimam mentem, gerantque, ut exculti mente ingeniũ admonet. Dicebant uerò Græci huiuſcemodi iudicia, cùm quis exiſtimabat de aliquo facto, non ex præcepto legis alicuius, ſed meliorem ſui partem conſulens, iuſtiſſima uel optima mente tractata. Vt enim hic *γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ*, Ariſtoteles, & præterea Demoſthenes in oratione aduerſus Bœotum *περὶ ὀνόματος* prope finem ueluti de Atte dicendi, *γνώμῃ* inquit, ubi non longè ab extremo de ueriſimili diſſerit. docetque errare etiam in eo magnopere iudices, qui non putent ſe damnare poſſe reum, niſi neceſſariò demonſtratum ſit, ipſum eſſe culpæ, cuius arguitur, affinem.

Præterea concedit.) Adfert aliud bonum, quod in ſe habet lex: quare hoc etiam nomine ipſam anteponendam homini oſtendit. Si namque uſu & periculo ſæpè facto eius rei, quam iubet aut uetat, perſpicitur lex uitio alicui affinis, poteſt corrigi. ſolere autem hoc fieri apertum eſt, ut qui leges ſcribunt, huius emendationis poteſtatem faciant hominibus, qui lege ea tenentur: etſi hoc cautè admodum fieri præcipiunt, ne lege etiam utiles & ſine labe ulla facile tementur.

Qui igitur mentem.) Apparet in libro, quem ueteris interpres expreſſit, ſcriptum fuiſſe *νοῦν*, ut nunc legitur in calamo exaratis & cuſis omnibus, uno excepto, *νόμον*. quam lectionem perſpicitur etiam ſecutum fuiſſe D. Thomam: ipſam igitur, ut ueriorem, ſequar. Qui igitur, inquit, mentem iubet imperare, ac potiſſimum ipſam, quid opus facto ſit, arbitratur oſtendere.

quod

quod quis non uellet: regi ac gubernari ciuitatem à ratione pura ſolutaque omni turbido motu, aliquo modo, & qua una ratione id impetrari poteſt, iubet imperare Deum & leges. Deus enim eſt perfecta & abſoluta ratio, ſeiuncta ab omni affectu, cùm ſine corpore ſit, in quo uigent appetitiones. Idemque iubet tenere gubernaculum reſp. leges: ipſæ enim quoque tales ſunt, nec aliquid admiſtum habent, quod inquinet deprauetq́; iudicium ipſarum. Cum igitur non uideatur poſſe obtineri, ut mortalis aliquis ſtatuat de rebus humanis ſine amore atque odio, exiſtimetque facta improba & recta, ſolutus penitus ab his reliquiſque turbidis animi motibus, oportet confugere ad leges. Addit autẽ, quod reſpõdet ei, quod expreſſit: Qui uero hominem iubet imperium habere, cùm homo ſit iunctus ex animo & corpore, id eſt non ſit ſincera & liquida ratio, ſed unà cum ipſa ſedes iratum in animo & cupiditatum habeat: qui inquam iubet mixtum ita confuſumque animum imperare, adiungit homini, adnectitque ipſi beluam. nam partes illæ animi referunt beluam, propriæque ipſius ſunt. Neque tamen opus eſt ſæuas beſtias intelligere. Θηρίον enim ſignificat omnem animantem uacuam à ratione, manſuetam etiam, ut bouem, equum, aſellum. ipſorum namque animi appetitionib. patent. Adiungit autem in extremum, ſimile confirmans: Cupiditas enim eſt tale quiddam, id eſt inſtar beluæ, & quotcunque animos inuaſit, reddit illos quaſi beluas. Ita enim ſe gerũt, ut facerent, ſi prorſus ſine ratione forent.

Et excandeſcentia eos.)Seorſum à cæteris animi motibus oſtendit, quanta uis ſit iracundiæ in corrumpendis iudicijs hominum, & quàm periculoſum ſit, qui remp. regit, indulgere animo ac furori: eum (ut affirmat) excandeſcentia peruertat ipſius, & quaſi diſtorqueat: nec ſolùm imbecilli conſilij homines, uerum etiam optimos uiros. Ut autem hic διαστρέφειν inquit, appoſitè ſanè, ad uim iracundiæ demonſtrandam, ſed tamen μεταφορικῶς: ita in primo libro de Arte dicendi, ubi itidem loquitur de ijs, qui iudicium facturi ſunt de aliqua re, quos minimè oporteret, motus hos excitando in animis ipſorum, deprauare. Concluſit autem, cùm hoc dixit, totam rationem hoc pacto: Quare ſine appetitione mens eſt lex uocata. Quod igitur ab homine accipere non poſſumus (animus enim ipſius integer non eſt, ſed appetitionibus contaminetur) id nobis profectò lex dilargietur.

Exemplum autem artium.)Diſſoluit nunc argumentum ex ſimili, quod ſuprà allatum fuerat, ad oſtendendum præſtare hominem imperium habere, quàm leges. Dictum enim fuit, in omnibus artibus ſequi ſemper præcepta ueterum, inutilium eſſe, & aſſinem magnis erroribus. Primùm igitur docet, non naſci ea ex re incommoda, quæ narrata ſunt: deinde ſimilia hæc inter ſe non eſſe, declarat. inquit igitur: Simile artium uidetur eſſe falſum, nec ullam uim habere ad probandum illud, cui conſtituendo excogitatum eſt. Exemplum enim uocat, quod propriè ita appellari non potuit, cùm uetus factum non ſit aſſimile recenti, & quod in maioribus eſt: ſed tantum, quod par ſimileque eſſe exiſtimatur. Eſt autem illud, ut commemorat (in tertia enim arte manet) eſſe uarum ſapiens curare ægrotum, ſequendo ſemper præcepta eius artis, nec putare ſibi licere aliquando diſcedere ab illis. Refellens autem hanc opinionem, inquit: Quinimmò magis expetendum eſt, ac prudentius, ut medicis, qui artem didicerint, cuius ſui iudicij rationem benè reddit: Hi namque nihil faciunt amore impediti contra rationem præceptáque artis, cùm ipſa cognita habeant, ſeruentque diligenter. ſed addit, Capiunt mercedem ſuæ operæ, cum morbum depulerint è corpore ægroti. quare funguntur officio boni medici, nec præmio carent ſui laboris. Contrà autem, inquit, qui uerſantur in republica, magiſtratuſque gerunt, multa facere conſuerunt, ut incommodent inimicis, & gratificẽtur amicis. Vnde perſpicitur, hæc non eſſe ſimilia, ſed magnopere inter ſe diſcrepare. ἄρνυνται μισθὸν ualet, capiunt mercedem: in qua uoce exprimenda lapſa eſt uetus tralatio, cauſaq; fuit multis errandi. ita enim reddidit, tanquam ſi legeretur, ἀγρεύονται. Geneſius tamen, Græci ſermonis bene peritus, ueram notionem huius uerbi uidit. Plato quoq; in 1 libro de Rep. inquit: Φαμὲν δή γε τὸν μισθὸν ἀρνύμενον ὠφελεῖν τὰς δημιουργίας. Sed etiam alijs in locis peccauit eadem rudis tralatio in interpretãda uoce hac ἐπηρεάζειν, ſecumque traxit alios in eundem errorem: quem itidem ſcopulum uitauit uir ille laude dignus. Quid autem propriè ſit ἐπηρεασμὸς, docuit auctor ipſe in 2. de Arte dicendi: ſpeciem enim unam è tribus contumeliæ eſſe ſignificauit.

Nam & medicos.)Confirmat hoc, quod dixit. Teſtimonij autem loco adducit morem hominum ſui temporis, qui cùm metuebant, ne medicus, accepta mercede ab inimicis ægroti, quem ſeruare deberet, perderet: ſtudioſi ſalutis ipſius, cogebant eũ adhibere curationem literis notatam, nec ſinebant medicum in ea re ſequi iudicium ſuum, relicta ratione. certiorem enim tutioremque hanc uiam arbitrabantur. Quod igitur ab illis eo tempore ſit, cuſtodire ſemper atque in omni arte, non alienũ putat Ariſtoteles.

Quinetiam inducunt ad.)Probat idem conſuetudine medicorum. Illos namque commemorat, cùm in morbum inciderint, nõ ſequi iudicium ſuum in ſemetipſis curandis, etſi artem omnem ſanandorum morborum didicerunt: ſed adhibere alios medicos, eorumque curæ ſe totos committere. Quam rationem adiungit ſequi ſolere & pædotribas, id eſt qui tradebant puerís artem exercendorũ corporum. ipſi enim quoque cùm exercebantur, ne quid peccarent in eo ſtudio, adhibebant alios pædotribas, ijſque utebantur tanquam magiſtris, ut qui uidebant ſe non poſſe, quod rectum uitioſumúe foret, rectè exiſtimare: iudicium enim facturi erant de ſemetipſis, commotis perturbatiſque. quod cum contingit, impedit uera iudicia. Eſt autem hoc commune hoc ac ſuperiori ſimili. Ἐν πάθει eſſe aliquos dicit Ariſtoteles: & ita ſanè multis locis locutus eſt, cum aut timent, aut amant, aut inuident, aut alio quopiam huiuſcemodi motu oppreſſi ſunt.

Quapropter apertum eſt.)Hæc eſt concluſio totius rationis, non horum tantum, quæ modò dicta ſunt. inquit enim: Quapropter planum factum eſt his omnibus argumentis, uniuerſos eos, qui uerum in aliqua re ac iuſtum quærunt, medium quærere, ſummoq; ſtudio indagare quiddam quod ſolutum ſit, & ab omni motu uacuum, id quod in ſemetipſis non reperiũt. hoc enim medium uocat. In rebus autem ad ſtatum reip. pertinentibus, medium eſt lex, quò rem perducere uolebat: id autem ut commodè faceret, appellauit ea media. Nam & medicus, qui ualet, & pædotribes, qui exercet alios, media ſunt ac perſonæ, quæ ſubtiliter probèque exiſtimare poſſunt, quod in illis artibus uacuum ſit ab omni labe ac uitio, in alijs animaduerſum.

Præterea ualidiores.)Cùm duo ſint genera legum (quædam enim proditæ ſunt literis, aliæ uerò conſtant moribus. ita autem uocat æternas & quaſi à natura latas) ſinit eos leges, quæ morib. ac uetere conſuetudine conſtant, firmiores eſſe, ac de rebus firmioribus ualidioribuſq; iubere aliquid aut uetare, quàm leges ſcriptas: adiungit cõcedi magis poſſe, ut homo imperiũ habeat in leges ſcriptas, quàm in nullis monimentis mandatas. Quæ namque minus ratæ ſunt, & de tenuioribus rebus aliquid ſtatuunt, minore periculo temptantur ac conuelluntur: contrà autem contrariæ his, id eſt quæ & ſolidæ ipſæ ſunt & de grauioribus rebus agunt, cuiuſmodi ſunt naturales: magis enim peccarent, qui has attingerent, maioraq́; inde incommoda naſcerentur. Quapropter hoc etiam argumento docet, antepouendas leges iudicijs hominum.

Atqui neque proclive eſt.)Alterum hoc argumentum eſt, quo conſtituit, non oportere unum ſolum imperium habere, ubi multi ſunt pares uirtute ac conſilio. inquit igitur: Eſſe arduum unum hominem cuncta, quæ in ciuitate fiunt, ſubtiliter uidere, & quaſi ex alto loco ipſa oculis perluſtrare. Vbi igitur imperium uni mandabitur, ut nihil ipſum horum fallat, neceſſe illi habebit plures comparare, qui ſubſidio ſibi ueniant, parte in ſe recepta curarum earum. Quare adiungit Ariſtoteles, cur hoc ſtatim à principio factum non eſt, commiſſumque imperium pluribus? Non enim uideo, quid utilitatis in ſe habeat unũ creare, cùm intelligatur, eum ſine ſocijs eius muneris pluribus, rectè adminiſtrare id opus non poſſe. Non eſt igitur melior tantum imperium pluribus, quàm unius, ſed etiam aliquo modo neceſſarium. Ἐφορᾶν, quo uſus hic eſt, ualere, quod oſtendi, ſi opus eſſet confirmari à me multis teſtimonijs optimorum auctorum, facile poſſem. [illegible] inquit, ut ille cogatur in conſilium adhibere aliquos, quorum opera utatur, cùm ſolus par non ſit illi muneri obeundo.

Præterea, quod prius.)Tertium hoc argumentum eſt, quo probat præſtare imperium habere plures, quàm unum. Si enim, inquit, quod prius etiam traditum eſt, uir particeps uirtutis, eo nomine ſolum, quod ſtudioſus eſt, dignus eſt, qui imperiũ habeat: non eſt autem dubium, quin duo tales meliores ſint uno: duorum igitur imperium melius erit, quàm unius. quare eodem pacto plurium. Quod tamen ipſe non adiunxit, quia planum erat, atque inde naſcebatur. Confirmauit autem, quod addidit, duos probos uiros meliores uno eſſe, duobus teſtimonijs Homeri: apud quem Diomedes, cùm impoſitum ipſi onus eſſet explorandi conſilia hoſtium, petijt ſocium illius muneris, affirmans, ſi duo communi animo iter illud ſuſceperint, facile ipſos ex omni periculo ſaluos incolumeſque exituros. Alterum eſt notum Agamemnonis. ille enim optauit, ut decem haberet, qui ſibi adeſſent in conſilijs capiendis, ſimiles Neſtori: nec uno, ut apparet, contentus erat. Quia autem hæ ſententiæ ualde probabantur, in oreque omnium erant, ideo ambabus uſus eſt M. Cicero, priore in epiſtola quadam ad M. Varronem, poſitis illis uerbis Græcis poetæ: poſteriore in libello de Senectute, expoſitis illis ac declaratis.

Sunt autem & nunc.)Cùm optimum eſſe putet, leges imperium habere: concedit tamen non de omnibus ab ipſis rectè exiſtimari poſſe, quia ſunt non pauca, quæ leges uidere accuratè nequeunt. Quod confirmare quoque oſtendit ætatis ſuę conſuetudinem, cùm moribus inſtitutum fuerit, ut magiſtratus de certis quibuſdam rebus exiſtimarent, iuſque id facerent. inquit autem, hoc illuſtrare uolens, Quemadmodum uidemus facere iudices uocatos, qui in foro de litibus priuatiſq; cauſis ſententias ferunt, omnemque hunc ordinem. Abſoluens autem ſuperiorem ſententiã, inquit: De quibus lex nulla ratione ualet definire aliquid ac præſcribere: quoniam, ſi uellet lex de illis exquiſitè aliquid præcipere, non commodè id præſtare poſſet, neq; uera ratione. addit autem: Nam de quibus lex ſtatuere ualet, nemo dubitat, quin ea ipſi relinquenda ſint: ab omni enim motu animi illa uacua eſt, neque ira aut cupiditate ulla impeditus, quæ perturbationes deprauant iudicia mortalium.

Verùm quia hæc.)Vnde naſcatur hæc quæſtio & controuerſia magna oſtendit, cùm iam affirmaſſet, omnes eodem pacto ſentire de iis, quæ lege definiri poſſunt, ſtare inquam oportere ipſa. addit igitur nunc: Verùm quia res humanæ huiuſcemodi ſunt, ut quædam ipſarum legibus comprehendantur, quædam uerò minimè (ſunt enim ita minutæ, à natura quæ communium illarum tantopere diſcedentes, ut penitus fugiant eandem deſcriptionem) hæ ſunt, quę iniiciunt ſcrupulum in animos hominum, faciuntque, ut non facile ſtatuere ualeamus, utrum optimam legem optabilius ſit remp. regere, ſiue uirum optimum. Nam credere poſſe homines legibus complecti ea, de quibus conſultant inter ſe, ſtultum negotium eſt, & profectò unũ eorum, quæ fieri nequeunt.

Non igitur hunc.)Aperit magis, in quo manet omnis difficultas. Non enim, inquit, repugnant, quin hominem eſſe oporteat, qui exiſtimet de iis rebus, de quibus lex ſtatuere nihil poteſt: ſed omnis controuerſia eſt, utrum unum eſſe pręſtet, qui hoc officio fungatur, an plures: contendunt enim, multos illos eſſe debere. Adiungit autem auctor, rectè hoc ipſos administraturos, quia lex antea ipſos erudiit, reddiditque tales ut commodè perſonam hanc ſuſtinere ualeant. nam hoc inſtitutione optima difficile eſt credere plures in ciuitate inueniri, qui delicta legum emendare poſſint, pareſque huic muneri explendo ſint.

Abſurdum autem eſſe.)Quartum hoc argumentum eſt contra ſtatum unius, ductum à ſimili. Primùm autem docet in ſimili ipſo, quid incommodi naſceretur, ſi illo modo ſentiremus, erroreque tanto teneremur: planè enim ſtultitiam illam uocandã fuiſſe affirmat. Idem igitur euenturum in re ipſa, de qua ſermo eſt, ſignificat: ea autem aperit illuſtratque quod probare uult. Alienum fortaſſis inſulſumque uideretur, ſi melius aliquis aſpiciat duobus oculis, exiſtimetque audire exquiſitius de ſonis duabus auribus: nec non peragat, quæ agenda ſunt, duobus pedibus, & duabus manibus citius abſolutiuſque, quàm multi multis faciant. Eiuſdem autem animi eſſe demonſtrat principes uiros ac regulos, qui eſſe ratione, qua poſſunt, comparant ſibi multitudinem horum ſenſuum ac membrorum corporis. Cùm enim à natura ipſis ornari non ſint, facultate, quam habẽt, opibuſque, ea ſibi comparant. Quomodo autem hoc obtineant, ponit ante oculos. narrat enim, ipſos ſolere ſibi adiungere ſtudioſe, quos putant & principatus illius & ſui cupidos & fautores eſſe, & quaſi facere ipſos ſocios ſui principatus. Itaque augent numerum eorum, quaſi corporis membrorum, quibus uti debent & ad tuendum ſtatum illum, quem poſsident, ac uitam, & ad fortunas ſuas amplificandas. nam poſſent hæc ſeparari (ut docet) inuenirentq; facile, qui amarent ſtatũ illum ciuitatis, alium tamen quempiam in eo collocatum mallent: ut contrà olim de M. Bruto & C. Caſsio uerent quidam opinabantur, qui Brutum uocarent μισοτύραννον, Caſsium uerò μισοκαίσαρα. Cùm autem in appellandis duabus primis corporis partibus uoces hic mutauerit, quarum tamen eadem notio eſt, quæque primæ oleant phraſin poeticam: non eſt alienum, ut arbitror, putare è poeta quopiam ipſas hauſtas ab auctore fuiſſe, qui huiuſcemodi aliquid ediderit, ſiue propriæ prouerbij illæ extiterint, quæ prouerbia numeris ſæpe continebantur: cùm autem infrà eadem membra ſignificarit, conſuetudinis uerbis uſurpaſſe: pro ὄμμασι enim & ἀκοαῖς, ὀφθαλμοὺς & ὦτα poſuiſſe. Nos certè patrio noſtro ſermone, cùm idem ſignificare uolumus, dicimus cerni quodlibet melius quatuor oculis, quàm duobus. uti aut am huiuſcemodi uocibus, probatis multitudini, non eſt noua neque inſigna ratio aliquid conſtituendi. Præterea iſtim legatur hic, τῇ ἀρχῇ ᾗ αὐτῶ φίλους. uariatis caſibus, & numero etiam non reſpondente iis, quæ ſequuntur, arbitrarique poſſet aliquis pro αὐτῷ, αὐτοῦ legi debere: teſtari uolui in omnibus, quos uidi libris, eodem pacto legi. Sed etiam uetus illa fidelis tralatio exprimit eundem caſum & numerum. Nã, quod ad numerum facit, tranſeuntem à multis ad unum. exiſtimo, ſingulos principes uiros hoc cuſtodire, oſtendere uoluiſſe Ariſtotelem, ut adhibito ſummo ſtudio concilient ſibi, quos putant ad tuendum ſtatum illum ſuũ utiles & idoneos futuros.

Non igitur amici.)Oſtendit quid incommodi naſceretur, ſi ab illo non ſumarentur ſocij, quales oſtendit, id eſt bene animati erga principatum, quem gerit: & illum etiam ipſum, qui regit eum. Dicit igitur, ipſos nihil facturos eorum, quæ uult princeps ille, neque obtemperaturos utilitatibus ipſius: contrà autem ſi amici extiterint, diligantq; & illum & eius etiam regnũ. Cùm igitur ſocios illos utriuſque eſſe oportere declaraſſet, adiunxit quod, ut poſſet ratione concludere quod uolebat, requirebatur. Amicus autem eſt æqualis & ſimilis: quod ſatis apertum eſt, & multis communibus uocibus confirmatum. ſtatimque concludit, dicẽs: Quare ſi hos arbitratur oportere unã ſecum regnare, illos inquã, quos ſibi ſocios elegit, participeſq; principatus, æquales & ſimiles arbitretur eodem pacto oportere regnare. ſunt enim illi neceſſariò tales: neq; enim inter inæquales ac diſpares amicitia exiſtere conſiſtentiq; poteſt. In extremo huius (ut ſolet) teſtatur quid fecerit: narrat enim, ſe commemoraſſe, quæ contra regnum à quibuſdam excogitata ſunt.

Ἐπίδαμνος.)Oppidum in ora Macedoniæ, Dyrrhachium poſtea appellatum. Sic etiam Opus Locrorum Epicnemidiorum ciuitas. Vtrobique libera Reſpub. belli præfectum habebat perpetuum, at nõ non ea inſtructum potentia, qua Lacedæmoniorum reges.

τὸ ἴσον ἔχειν ἰσότητα.)Apud Xenophontem Cyrus puer uapulat, quòd puerorum iudex conſtitutus, grandi puero ueſtem habenti paruam, adiudicaſſet ueſtem magnam, quam puer paruus habebat: quòd putaret æqualibus perſonis æquales res conuenire.

τὸ ἄρα νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον.)Archidamus Zeuxidami F. quærenti, quis Spartæ præeſſet? Leges, inquit, & iuxta leges magiſtratus. Plut. in Apophthegmatis. Pittacus Crœſo percontanti, quod nam eſſet maximum imperium? Ποικίλα ξύλα, reſpondit, Verij ligni, hoc eſt, tabularum, in quibus leges deſcribuntur.

ἀλλ' ὑποπτεύει.)Videntur hæc tranſpoſita eſſe: uti ex numerorum ſerie colligi poteſt.

ἀλλ' ὁ μὲν νόμους ἄρχειν τὸν θεόν.)Hæc Platonis ſententia, lib. 7. de Legib. ὅσαις μὲν πόλεσι μὴ θεὸς, ἀλλά τις ἄρχῃ θνητὸς, οὐκ ἔστι κακῶν αὐτοῖς. οὐδὲ πόνων ἀνάφυξις.

ἐπιτρέψωσι.)Apud Thurios Charondæ leges in tanta ueneratione fuere, ut qui in illis aliquid mutandum cenſeret, non niſi laqueo collum innexus in concionem prodiret, quo ſi non perſuaſiſſet, præfocaretur. Itaq; multis ſeculis uix tres leges mutatæ fuere. Diodorus lib. 12.

τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων.)An hæc cauſa eſt, cur medicamentorum præparatio, ſenſim à medicis ad pharmacopœos tranſlata fuerit? formulas profectò medicas uulgò Receptas uocant, quaſi pro recepto more ſcriptas, & ab aliis quoque approbatas: quarum ueluti teſtimonijs medicos operam ſuam tueri poſſit.

Δεῖ τὰ κρίνειν περὶ οἰκείων.)Quemq; in proprijs cæcutire, ſupra c. 9. n. 10.

σύν τε δύ' ἐρχομένω.)Diomedes Iliados κ. miſſus ad exploranda Troianorum conſilia, ſociũ ſibi adiungi petit Vlyſſem, affirmans & ſectius & ſecurius duorum quam ſolius opera id munus effici poſſe:

σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν ὅππως κέρδος ἔῃ· μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ,
ἀλλά τέ οἱ βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

οἷοι ἀγαμέμνονος.)Iliad. β. optat ſibi decem Neſtores dari Agamemnon: quorum conſilijs inſtructus, breui tempore ſe Troia potiturum confidit. Sic Darius tot Zopyros, quot eſſent grana mali punici.

οἱ μόναρχοι.)Tyranni amicos ſibi ſimiles legunt, non uoluntate, ſed neceſſitate coacti, cùm per ſe alioqui omnium ſint hoſtes (uti lib. 8. Ethicorum c. 8.) Amicos inquam partim iucundos (uti lib. 2. c. 6.) præcipuè utiles, cùm neque centoculi ſint, ut Argus, nec centimani & centipedes, ut Titanes olim. Nimirum quo plures habent uoluntatis ſuæ miniſtros, eo citius & expeditius conficiunt omnia: neq; Dionyſius maior ex aliis ſe ita magis quod imperaret deprehendere dicebat, quàm ſi quàm celerrime ea, quæ uellet, conſequeretur. Sic longas manus reges habere dicuntur.

φίλος ἴσος.)Quod lib. 8 Ethicorum c. 6. demonſtrauit.

SPECIA-

SPECIALES quæſtiones de Regno ſcilicet ſpeciebus.

- **Proponit. De Regno narrat**
  - Νόμου, eiuſq; ſpecie prima, regno ſcilicet Laconico, non eſt diſputandum (ut etiam præced. cap.) quandoquidem ex eo non pendet Reip. diuerſitas. Vt ſit talis ratiocinatio:
    - De ea tantùm regni ſpecie quærendum, quæ Reip. diuerſitatem arguit.
    - At Laconicum regnum non arguit Reip. diuerſitatem. N. 2.
      - Si præfectura iſta bellica uariaret Remp. non accideret diuerſis Reip. ſpeciebus.
      - At nunc accidit diuerſis. Nam præfectum unum faciunt alij
        - In ſpecie, Belli tantùm. N. 3.
        - In genere, quouis tẽpore Reip. tum pãce tũ bello, ut Epidamnij & Opuntij Locri. N. 4.
      - Ergo non uariat Rempub.
    - Ergo de Laconico non eſt agendum. N. 1.
  - Βάλλειν eſt agendum. N. 5.
- **Enarrat: utrùm de Παμβασιλείας tum ex ſententia**
  - Suã. CAP. XVII.
  - Aliorum. Id quod ex collectione n. 56. intelligi poteſt. Alij nãque præferunt Regno huic pleno imperium
    - Legum, tum quia
      - Honeſtius, & iuſtius, & naturæ conuenientius. Vide in ſeq. ſignum A.
      - Vtilius eſſe ipſis etiam politicis leges quàm homines imperare, obliquè oſtendit. Argumentum enim à ſimili Artium & præſertim Medicinæ ſuprà c. 15. n. 15. allatum, quòd non ſemper legẽ & præceptum, ſed experientiã & uſum potius ſequi præſtet, confutatur. Falſitatem
        - Proponit per
          - Ἔνστασιν: Penitus falſum eſt, quod aiunt, Secundùm legem & receptam methodum mederi, interdum malum eſſe. N. 25.
          - Ἀντιπαράστασιν. Vt demus malum eſſe interdum legem ſequi; uiciſſim tamen ipſis artificibus interdum præſtabilius & optabilius eſt ſecundũ præcepta & leges quàm ſecundùm uoluntatem agere. Et proinde etiam ipſis politicis. N. 26.
        - Declarat, tum quòd
          - Ἔνστασιν. Similitudo claudicat: quoniã ſimilia facit, quæ diſſimilia ſunt. ut proinde de diſſimilibus, de Medicis ſ. et Politicis, nõ poſſit pronunciari idẽ. Nimirũ ſi Medicis licet diſcedere à præceptis, licere etiã Politicis. Nãq;
            - Artifices, tũ quiuis alij, tũ præſertim Medici, nõ odio aut gratia adducti, ſed mercede operã ſuam locant, & quo meliorem præſtiterint, eo plus lucri inde ſperant. N. 27.
            - Politici, non tam lucri ſpem habẽt, ſi benè rẽ gerant, quã odio & gratiæ plurimũ tribuũt in gerẽda rep. N. 28.
          - Ἀντιπερίστασιν. Vt demus ſimilitudinem à Medicis ad Politicos ductam ualere: at ſic uiceuerſa ſim argumentamur:
            - Si Medicis cõducibilius eſt præcepta potius & leges medicæ quàm ſuum iudicium ſequi profectò etiam Politicis conducibilius erit.
            - Atqui Medicis cõducibilius eſt leges quã opiniones ſuas ſequi. Tũ in
              - Alijs. Malunt enim ſecundùm receptas formulas mederi, quã ſuo iudicio aliquid nouare, qñ in ſuſpicionẽ ueniunt, ne fortè ab inimicis corrupti, pro medicamento ſalubri uenenũ afferãt. N. 29.
              - Seipſis. Nã qñ ægrotant ipſi, nõ ſibijpſis fidunt, ſed aliorũ medicorũ opem implorãt, ſuo ipſi iudicio, ob timorẽ mortis uel doloris impatiẽtiam, uel cupiditatis impotentiã præoccupato, in proprijs diffidentes, & alienũ iudicium, rectâ ratione, legibus & præceptis comprehenſa, ab[ſq]; ullo affectuum impedimento, ſuffultum, præferentes. N. 30.
            - Ergo etiã Politicis cõducibilius erit leges ſequi. Confirmat corollario gemino: altero quidem in
              - Genere. Legem eſſe Medium, et propterea ius, & iccirco quæri in Politia, tali ratione:
                - Politici et medici quærũt. Oſtẽdit
                  - Qui ius quærũt, ij medium quærũt.
                  - Politici ius quærunt. N. 31.
                  - Ergo politici medium quærũt. N. 32.
                - Lex eſt medium, ad quod ueluti ad centrũ omnia referuntur, cùm unicuiq; id quod ſuũ eſt, & propterea æquale eſt, tribuere ſtudeat. N. 33.
                - Ergo Politici legẽ quærunt, nõ hominem.
              - Specie. Legem eſſe duplicem, alterã ſcriptam & legitimam, alteram non ſcriptam, & naturalem: quarũ hæc multo cõſtantior & certior & obſeruatu digṅior eſt, quàm illa. N. 34. Ergo ut concedamus legi certæ ſcriptæ, quæ aliter atq; aliter ſe habere & uariare poteſt, præponendũ eſſe iudiciũ principis boni & ſapientis: at legi naturali nõ erit præponendum, quæ æternæ eſt ueritatis. N. 35.
    - Plurium bonorum uirorum: Vide in ſeq. ſignum B.

A. Nam ſi reſpiciamus imperiū

- Vnius, ſic imperare
  - Hominem unum nō decet, neq;
    - Sēper, cùm nō ſit ſecundùm naturam. N.6.
      - Eius eſt imperare, cui conuenit imperium ſecundùm naturam.
      - Atqui inter æquales imperium non conuenit uni alicui ſecundū naturam. Demonſtratur:
        - Imperiū tantùm in diſpares haberi poteſt. Oſtendit:
          - Inæqualia non debentur æqualibus.
            - Si inæquales æqualia habere iniuſtum eſt, etiam æquales habere inæqualia.
            - Atqui inæquales æqualia habere iniuſtum eſt. Similitudine confirmat:
              - Quemadmodum inæqualia corpore nec alimenta nec ueſtimenta paria habere poſſunt uel debent. N.8.
              - Ita quoq; ornamentis publicis tū alijs tum præſertim imperij æqualiter participare nō decet ciues uirtute inæquales. N.9.
            - Ergo etiam æquales habere inæqualia. N.10.
          - At imperare & parēre ſunt inæqualia.
          - Ergo non debentur æqualibus.
        - At hi non ſunt diſpares, ſed pares. Probatur:
          - Natura ſimiles, ut ius, ita dignitatem habent eandem. Num.7.
          - At hi natura ſimiles. Præſupponimus enim ciues ingenio liberali, non ſeruili præditos.
          - Ergo idem ius & dignitatem.
        - Ergo unus in alios æquales non habere debet imperium.
      - Ergo inter æquales non magis imperare quàm parēre decet hominem unum aliquem. Num.11.
    - Non ſemper, ſed per uices. N.12. At ſi hoc, non Hominem, ſed legem imperaturam oſtendit:
      - Quod ordine fit, lege fit. N.14.
      - At imperium per uices, ordine fit.
      - Ergo lege fit. N.13.
  - Legem decet, tanquam Rationem quandam æternam, Dei propaginem. N.15.
- Plurium uno, ſic eadem ratio eſſe uidetur, cur non imperare debeāt, ſcilicet quia æquales cæteris; ſed ſi imperare debēt, non κατὰ βούλησιν, ſed κατὰ νόμον tantùm imperabunt: & ſic cuſtodes et interpretes legū tātùm erunt. N.16. Quod quidem ex aliorum ſententia
  - Affirmat: Neceſſarios ſcilicet eſſe tales quoſdam νομοφύλακας, cuſtodes & miniſtros legum. N.17.
  - Cōfirmat per anthypophorā. Nōque
    - Obijciat quis: Non neceſſarios eſſe cuſtodes, ſed ſola lege contentos eſſe poſſe, quòd quæ lex nequeat, neq; homo poſſe uideatur diſcernere. Nu.18. Probatur, licet tranſpoſitis numeris:
      - Quæ ratio ſimplex & pura nequit diſtinguere, multo minus ab appetitu turbato diſcernentur.
      - Atqui
        - Lex eſt ratio pura & libera ab omnibus affectibus. N.24. Eſt enim ſecundùm rēp, & Dei quædam imago illuſtriſ. N.21. ex Platone.
        - Homo licet optimus, habet in ſe quid belluinum & à ratione alienum. Num.22. Talis eſt enim cupiditas. Num.23.
      - Ergo
        - Lex multo melius diſcernet quā homo.
        - Homo multo minus quā lex diſcernet.
    - Reſpondet: Atqui lex ipſamet cuſtodes & interpretes hoſce flagitat & eligi iubet, ijſdemque committit &
      - Iudicium obſcuriorum. Num.19.
      - Correctionem inadæquatum. N.20.

B. Vnius

B. Vnius imperio præferendum eſſe imperium plurium bonorum (uirorum uel ut in Ariſtocratia uel ut in Politia) ex ſententia aliorum

- **Probatium quia**
  - **Facilius:**
    - Si plures facilius uno uidere & iudicare poſſunt uidenda & iudicanda, certe imperio uel plures ſtatim ab initio ſunt præficiendi ueluti optimates: uel uni alicui regi adiungendi erunt ueluti ſocij conſiliorum & iudiciorum plures. Idem enim eſt.
    - Atqui illud eſt. Nam
      - Vnus non facile poteſt omnia uidere & audire. N.36.
      - Plures melius poſſunt.
    - Ergo & hoc erit. N.37. Nam quæ ratio eſt, ut in regia Repub. iam conſtituta plures uni adſint ueluti conſultores: eadem ratio eſt, cur Rep. nondum conſtituta pluribus potius quàm uni imperium committatur. Num.38.
  - **Conuenientius. Tum**
    - **Ratione**
      - Si uir optimus, eo ipſo quia uirtute excellit, reliquis imperare debet (ut in præced. diximus) multo maiori ratione duo, cùm uno meliores ſint (ſi non ſingillatim, ſaltẽ collectim, quod præced. cap. u.29. de tota multitudine dixerat, omnes ſimul & ditiores & meliores & ſapientiores eſſe uno aliquo uel optimo) imperio erũt præficiẽdi: multo magis tres, & quatuor, & quinq; & decẽ, &c. N.39.
      - Atqui illud in præced. aſſeruimus.
      - Ergo.
    - **Auctoritate tum**
      - **Poetica**
        - Diomedis apud Homerũ Iliad.10 ſpeculatũ abeũtis, & ſociũ ſibi dari cupiẽtis. N.40.
        - Agamemnonis, Iliad.2. pro uno Neſtore decem ſibi dari optantis. N.41.
      - **Politica.** Quandoquidem in quibuſdam Rebuſpub. datur iudicandi poteſtas
        - Pluribus, certum magiſtratum gerentibus, ut apud alios uni tantùm iudici. Num.42.
        - De ijs rebus, quas lex uniuerſaliter poſita definire & diſcernere nequit, & ideirco non uidetur bene imperare & iudicare, N.43. Per epanorthoſin. Nam in quibus claré loquitur, de ijs ut nulla eſt dubitatio, ita neq; iudicium uel unius uel plurium requiritur. N.44.
- **Diſtinguit, quo ad quæſtionis**
  - **Subiectum.** Cùm quædam legibus comprehendi poſſint, quædam non poſſint: ut de illis dubitatio nulla oritur, quin præſtet legem imperare: ita de his dubitatio oritur, præſtetne legem an hominem optimum præeſſe. Nu.45. Quando quidem ſubiectum tale eſt, de quo lex dari nequeat N.46.
  - **Efficientem.** Vt non dubitatur, Virum bonum debeat præeſſe in ijs quæ lege nequeunt determinari. N.47. ita dubitatur, an debeat præeſſe unus an plures. N.48. Nam arbitrantur alij rectius eſſe ut imperet
    - Vnus aliquis: Fruſtra enim per plura, quod per pauciora: cùm non minus rectè unus iudicaturus uideatur, quàm plures: ſi quidẽ quã plures habuere ſapiẽtiæ ſcholã, inſtitutionẽ ſcilicet ſecũdum leges, eam ipſam quoq; unus quilibet illorum habeat. N.49.
    - Plures uno, quoniã diligentius omnia iudicare & cognoſcere poterit. Idque tum
      - **Similitudines**
        - Quemadmodum multi oculi plura uidẽt duobus, & quatuor aures duabus rectius audiunt, & multæ manus robuſtiores ſunt, & multi pedes celeriores. N.50.
        - Ita etiam in politia plures rectius uno conſulent & iudicabunt.
      - **Exemplo tyrannorũ. Num 51.**
        - Si tyranni, qui tamen unicè de monarchia ſolliciti ſunt, neceſſitate ipſa coacti, ut plures oculos & aures & manus habeant, amicis certos magiſtratus tribuunt, eosq; ueluti ſocios imperij faciunt: tacitè profectò fatentur, nõ tam unum quàm plures ſimiles inter ſe imperare debere. N.55 Ratio. Amicus enim quatenus amicus æqualis eſt & ſimilis. N.54. ἰσότης γὰρ ὁ φιλότης.
        - Atqui tyranni amicos magiſtratibus præficiunt. Etenim cũ coguntur præficere alios magiſtratibus (neq; enim ſoli omnibus uel cognoſcendis uel agendis ſufficiunt) ſi præficiant
          - Non amicos, nõ habebunt ad nutũ paratos. N.52.
          - Amicos, habebunt ad nutum paratos. Nam ſi amici ſint tyranno, etiam tyrannidis erunt amici, neque quicquam contrà molientur. Num.53.
        - Ergo etiam tyrannorum tacita confeſſione pluribus potius ſimilibus quàm uni imperium conuenit.

CAPVT XVII.

Ex ſua ſententia de Regno pleno inter bonas Reſpub. connumerando quæſtionem decidit.

SEd [1] fortaſſe hęc in quibuſdã ſe habent hoc pacto: in quibuſdã aũt non ſic. Eſt [2] enim quoddã genus hominũ natura factũ ad erũ recipiendũ, aliud [3] ad regẽ, aliud itidẽ ciuile: ac iuſtũ, & utile. Tyrannicũ [4] aũt nõ eſt ſecundũ naturã, neq; ulla reſp. quæ ſunt deprauationes. Hæc [5] enim fiunt præter naturam. Sed [6] ex ijs, quæ dicta ſunt, apertum eſt, ubi ſunt ſimiles & ęquales, neq; utile, neq; iuſtum eſſe, unum in ſua poteſtate habere oẽs: neq; [7] ſi leges nullæ ſint, ſed ſit ipſe tanquã lex: neq; [8] ſi ſint: neq; [9] boous bonis, neque [10] non bonis nõ bonus, neque [11] ſi melior uirtute fuerit, niſi [12] aliquo modo. Quis [13] aũt modus, dicendũ eſt: dictum [14] autẽ eſt aliquo modo iam & prius. Primum [15] autem definiẽdum, quod ſit genus hominũ regno, quod optimatibus, quod reip. aptum. Regalis [16] igitur eſt huiuſcemodi multitudo, cui à natura datũ eſt ferre familiã præſtantẽ uirtute, ad ciuilẽ poteſtatem. Idonea [17] optimatib. multitudo eſt, cui à natura datũ eſt, ut ferat multitudinem, quæ patitur ſe regi liberorum hominũ imperio, ab ijs, qui propter uirtutem digni ſunt, qui regãt, ad ciuile imperiũ. Ciuile [18] autem genus multitudo, in qua natura datum eſt, ut gignatur multitudo bellica, quę poſsit regi & regere ſecundũ legem: quæ lex ꝑ dignitate tribuat egenis magiſtratus. Quando [19] igitur uel familiam totã, uel aliorũ etiam contigerit unũ quempiã naſci præſtantẽ uirtute tantũ, ut ſuperet illius uirtus uirtutẽ aliorũ omniũ: tunc æquũ eſt familiam eſſe hãc regiã, & in ſuo arbitrio cũcta habere, & rege unũ hunc. Qoẽadmodũ [20] .n. dictũ eſt prius, nõ ſolũ ſic ſe res habet eo iure, qđ afferre coſoeuerũt, qui reſpub. conſtituẽre, & aptas poteſtati optimorũ, & in quib. dominent pauci, rurſusq; populares (cũcti [21] .n. exuperãtiã attẽdendã cẽſent, uerũ exuperantiã nõ eandẽ) ſed [22] cuſtodito illo, qđ prius dictum eſt (neq; [23] enim decet necare, neque in exilium agere, neq; ad certũ tempus exigere huiuſcemodi uirum, neque

[24] ab

ΑΛλ' [1] ἴσως τοῦτ' ἐπὶ μὲν τινῶν ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον· ἐπὶ δὲ τινων, οὐχ οὕτως. ἔστι [2] γάρ τι φύσει δεσποτὸν, καὶ [3] ἄλλο βασιλευτὸν, καὶ ἄλλο πολιτικὸν, καὶ δίκαιον, καὶ συμφέρον. τυραννικὸν [4] δ' οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν, οὐδὲ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, ὅσαι παρεκβάσεις εἰσί. ταῦτα [5] γὰρ γίνεται παρὰ φύσιν. ἀλλ' [6] ἐκ τῶν εἰρημένων γε φανερὸν, ὡς ἐν μὲν τοῖς ὁμοίοις καὶ ἴσοις, οὔτε συμφέρον ἐστὶν, οὔτε δίκαιον ἕνα κύριον εἶναι πάντων· οὔτε [7] μὴ νόμων ὄντων, ἀλλ' αὐτὸν ὡς νόμον ὄντα· οὔτε [8] νόμων ὄντων· οὔτε [9] ἀγαθὸν ἀγαθῶν, οὔτε [10] μὴ ἀγαθῶν μὴ ἀγαθὸν, οὐδ' [11] ἂν κατ' ἀρετὴν ἀμείνων ᾖ, εἰ [12] μὴ τρόπον τινά. τίς [13] δ' ὁ τρόπος, λεκτέον· εἴρηται [14] δ' ἤδη πως καὶ πρότερον. πρῶτον [15] δὲ διοριστέον τί τὸ βασιλευτὸν, καὶ τί τὸ ἀριστοκρατικὸν, καὶ τί τὸ πολιτικόν. βασιλευτὸν [16] μὲν οὖν τὸ τοιοῦτόν ἐστι πλῆθος, ὃ πέφυκε φέρειν γένος ὑπερέχον κατ' ἀρετὴν πρὸς ἡγεμονίαν πολιτικήν. ἀριστοκρατικὸν [17] δὲ πλῆθος, ὃ πέφυκε φέρειν πλῆθος, ἄρχεσθαι δυνάμενον τὴν τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴν, ὑπὸ τῶν κατ' ἀρετὴν ἡγεμονικῶν, πρὸς πολιτικὴν ἀρχήν. πολιτικὸν [18] δὲ πλῆθος, ἐν ᾧ πέφυκεν ἐγγίνεσθαι πλῆθος πολεμικὸν, δυνάμενον ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν κατὰ νόμον, τὸν κατ' ἀξίαν διανέμοντα τοῖς εὐπόροις τὰς ἀρχάς. ὅταν [19] οὖν ἢ γένος ὅλον, ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἕνα τινὰ, συμβῇ διαφέροντα γενέσθαι κατ' ἀρετὴν τοσοῦτον, ὥσθ' ὑπερέχειν τὴν ἐκείνου τῆς τῶν ἄλλων πάντων, τότε δίκαιον τὸ γένος εἶναι τοῦτο βασιλικὸν, καὶ κύριον πάντων, καὶ βασιλέα τὸν ἕνα τοῦτον. καθάπερ [20] γὰρ εἴρηται πρότερον, οὐ μόνον οὕτως ἔχει κατὰ τὸ δίκαιον, ὃ προφέρειν εἰώθασιν οἱ τὰς πολιτείας καθιστάντες, οἵ τε τὰς ἀριστοκρατικὰς, καὶ οἱ τὰς ὀλιγαρχικὰς, καὶ πάλιν οἱ τὰς δημοκρατικάς (πάντες [21] γὰρ καθ' ὑπεροχὴν ἀξιοῦσιν, ἀλλ' ὑπεροχὴν οὐ τὴν αὐτὴν) ἀλλὰ [22] κατὰ τὸ πρότερον λεχθέν (οὔτε [23] γὰρ κτείνειν, ἢ φυγαδεύειν, οὐδ' ὀστρακίζειν δήπου τὸν τοιοῦτον πρέπον ἐστὶν, οὔτ'

SEd [1] fortaſsis hæc in nonnullis uera ſunt, in alijs non item. Eſt [2] enim aliquod genus hominum ad imperium herile ferendum aptum natura, aliud [3] ad regium, aliudq́ ad ciuilem ſocietatẽ: & eius horum aliud eſt ius, aliudq́ utile. Tyrannicum [4] autem non eſt naturæ conſentaneum, neq; ulla aliarum reip. adminiſtrandæ formarum, quæ à recto deflexerunt. Hæc [5] enim fiunt præter naturam. Verum [6] ex ijs, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, inter ſimiles & æquales neq; utile eſſe neq; iuſtum, penes unum eſſe omnium aliorum poteſtatem, neq; [7] ſi non ſint leges, ſed ipſe ſit tanquam lex, neque [8] ſi ſint leges neque [9] penes unũ uirum bonum bonorum, neque [10] penes unum non bonum non bonorum, neq; [11] ſi uirtute cæteris præſtet, niſi [12] certo quodã modo. Quis [13] autem ſit hic modus, exponedum eſt: quanquam [14] dictum eſt quodammodo iam a nobis etiam antea. Sed [15] definiendum eſt primum quid ſit, aptum eſſe ad imperium regium, quid ad ariſtocraticum, quid ad ciuile. Aptæ [16] igitur eſt ad imperium regium ſubeundũ multitudo huiuſmodi, quæ ſic eſt comparata natura, ut genus ferre poſsit uirtute præſtans ad ciuilem principatum. Multitudo [17] autem eſt ariſtocratica, id eſt ad optimatum poteſtatem ferendam apta, ea, quæ gubernari poteſt imperio liberali ab ijs, qui uirtute principatum obtinent, ad ciuile imperium ſua conſilia referentes. Ciuilis [18] autẽ multitudo eſt, in qua ſolet eſſe natura etiam una multitudo militaris et bellica, quæ poteſt parêre atq; imperare ex lege, pro dignitate & meritis imperia & magiſtratus diuitibus deferente. Cũ [19] igitur acciderit, ut aut genus totum aut etiam aliorum aliquis unus exoriatur ita cæteris uirtute præſtans, ut illius uirtus aliorum omnium uirtutis antecellat, tũc iuſtum eſt hoc genus eſſe regium, & in omnes poteſtatem obtinere, & hunc unum regem eſſe. Quemadmodum [20] enim antea dictum eſt, non modo ſi ſe res habet ex ratione iuris eius, quod proponere ſolent ij, qui reſpublicas inſtituunt, tum qui ariſtocraticas, tum qui oligarchicas, & rurſum qui democraticas (omnes [21] enim pro ratione præſtantiæ honores & magiſtratus cenſent eſſe deferendos: non tamen præſtantiam eandem omnes exiſtimant, ſed alij aliam) ſed [22] ex eo iure, quod ante dictum eſt (nam [23] neq; talem uirũ interficere, neq; in exſilium pellere, neq; ad decenniũ è ciuitate exire iubere, ne-

que

24 ab eo poſtulare, ut uiciſſim pareat. Neq; 25 .n. natura patit, ut pars ſuperior ſit toto. Illi 26 aũt, q cõtinet in ſe huiuſcemodi exuperantiã, hoc uſui uenit. Quapropter 27 reſtat ſolũ, ut huiuſcemodi uiro obtemperetur: ſummãq; poteſtatẽ ille habeat in ciuitate, nõ mutatis uicib. uerũ ſimpliciter. De 28 regno igit, quot diſcrimina ipſius ſunt, & utrũ minimè cõducit ciuitatib. ſiue cõducit, & quib. & quomodo, definitũ ſit hoc modo.

24 ἀξιοῦν ἄρχεσθαι κατὰ μέρος. οὐ 25 γὰρ πέφυκε τὸ μέρος ὑπερέχειν τοῦ παντός. τῷ 26 δὲ τηλικαύτην ὑπερβολὴν ἔχοντι τοῦτο συμβέβηκεν. ὥστε 27 λείπεται μόνον τὸ πείθεσθαι τῷ τοιούτῳ, καὶ κύριον εἶναι μὴ κατὰ μέρος τοῦτον, ἀλλ' ἁπλῶς. περὶ 28 μὲν οὖν βασιλείας, τίνας ἔχει διαφοράς, καὶ πότερον οὐ συμφέρει ταῖς πόλεσιν, ἢ συμφέρει, καὶ τίσι, καὶ πῶς, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

quem ut uiciſſim imperio pareat poſtulare decet ſcilicet. Non 25 enim natura cõparatum eſt, ut pars totum ſuperet. At 26 ei, cuius tanta præſtantia eſt, hoc cõtigit. Quare 27 reliquum eſt tantùm, ut tali cum cæteri pareant, & penes hunc ſit arbitrium rerum omnium ac poteſtas, non pro uirili parte aut uiciſſim, ſed ſimpliciter. De 28 regno igitur, quot ſint eius differentiæ, & utrum conducat ciuitatibus, nécne, & quibus conducat, & quo modo, ita ſit a nobis definitum atque explicatum.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Sed fortaſſe hoc.) Quid ſui iudicij ſit de ſuperiore controuerſia, nunc exponit, atq; inquit: Quæ modò exprompta fuerunt, apta ad oſtendendum, naturæ aduerſari, unum aliquem imperium habere in pares in aliquibus fortaſſe mortalibus uera eſſe, in quibus ſanè illo modo ſe res habet, in alijs uerò diſcrepare. Vt igitur hoc probet, docet, materiam, de qua agitur, eſſe diſparem, ingeniaq; ac naturas hominum ualde inter ſe diſſimilia, indeque uarietatem tantam naſci. Eſt enim, inquit, genus quoddam mortalium, factum ad dominum & quaſi herum ſuſtinendum: aliud autem legitimo unius imperio ac regno recipiendo idoneum: & aliud etiam natura tale, ut illic facile conſtitui poſſit reſpublica, & iuſta & utilitatibus eorum hominum accommodata. Ne autem credat aliquis, eodem pacto inueniri naturas hominum, quæ probent tyrannidem, iniuſtaque ac uiolenta imperia, præcipit hoc, affirmatque repugnare id potius naturæ, quàm ipſi accommodatum eſſe: & ubi hæc imperia depraua te radices egerunt, illuc eſſe importata præter naturã, cùm tota in ui fundata ſint, ſiue ob priuatas quaſdam ſuas utilitates à quibuſdam tolerentur. Hoc genus hominum & quaſi ſtratum, quod ſuprà appellauit, arbitror diſtinctum eſſe a tyrannico: quia nationes quædam barbaræ, ut duxit, legibus ſibi ſtultè eligunt creantque huiuſcemodi reges, qui habent ipſas poſtea penè loco mancipiorum.

Sed ex ijs, quæ dicta.) Vt autem certis quibuſdam gentibus naturiſque mortalium accommodata illa imperia eſſe dixit, ita contra eadem locum habere negat in ſimilibus ac paribus. Quod ita eſſe cognoſcitur, ut inquit, ex ijs, quæ iam dicta ſunt. neque enim apud ipſas utile eſſe aut iuſtum affirmat, ut unus dominetur omnibus, in ſuaq; manu reliquos habeat quod tamen cùm pluribus modis uſurpari poſſet, atque ijs etiam ualde inter ſe diſſimilibus, omnes illos reijcit. Siue enim, inquit, nullæ leges illic attendantur, uerùm ille ipſe qui dominetur, uoluntaſque eius lex ſit, ſiue leges illic exiſtant. Quia autem diſcrimina etiam inter mores ipſorum inueniri poſſent, adiũgit. Quamuis ille ipſe, qui imperium habet, probus uir ſit: eodemque pacto, qui parent ei: ſiue contra non probus in minimè probos poteſtatem illã ſuam exerceat. Neque enim uitæ morumque ſimilitudo eam uim habet, ut ſimiles inter ſe tantopere diſtinguat: cùm potius ipſos eiuſdem conditionis reddat, & eodem loco dignos. Addit quoque, Quamuis ille, qui regnet, præſtet etiã uirtute, meliorque ſit cæteris: nam hunc quoque reijcit à gubernaculis, neque dignum putat, qui habeat imperium in eos, etſi collatus cum ſingulis illis ſeorſum uincit cunctos. Vnum tantum modum eſſe putat, quo hic iure poſsit imperare, quem excipit, ſi uirtus, inquam, unius ipſius ſuperet uirtutem reliquorum omnium ſimul iunctorum. Ipſe autem modum, quem intelligat hic, non aperit: pollicetur tamen ſe monſtraturum. etſi ille etiam cognoſci poſsit ex ijs, quæ iam dicta ſunt.

Primùm autem definiendum.) Antequam modum, quem obſcurè ſignificauit, oſtẽdat: inquit, oportere explicari, quæ ſint genera illa hominum, quæ appellauit, dixitque, natura facta eſſe ad imperia illa ſuſtinenda. Tria autem nominat (neque enim plura arbitratur quæ imperia illa libenter paterentur) id eſt gentem, quæ à rege cuperet gubernari, & quæ amaret ſtatum optimorum uirorum, nec non qua idonea magis eſſet ſtatui eius, qui communi nomine a Græcis omniũ rerumpublicarum Politia uocatur.

Regalis igitur eſt.) Incipit ab eo genere hominum, quod primum appellauit, eodemque ordine reliquos duo perſequitur. Inquit enim, aptum eſſe regio imperio recipiendo populum talem, & hac indole præditum, ut natura factum ſit ad perpetiendam familiam uirtute antecellentem, ut illa princeps in rep. ſit, omniaque ſuo conſilio regat. Iſocrates in libro, quem ſcripſit ad Philippum Macedonum regem, laudat è maioribus ipſius illum, qui primus conſtituit ſibi regnum in ea tellure, multumque uidiſſe affirmat. Cum enim cupidus regij honoris fuiſſet, cognoſceretque ſe dignum, qui ſolus in gentem aliquam ſummam poteſtatem haberet: delegit ſibi prudenter locum illum, ubi regnaret: intelligens barbarum omnem populum delectari regno, nec poſſe aliter ſtatum ſuum tueri: Græcos autem abhorrere toto animo a ſeruitute (genere autem Argiuus erat, regumque Macedonum familia ex ea ciuitate ortum ducebat) Erat igitur, ut oſtendimus, ille quoque, genus πλῆθος, Macedonum βασιλευτόν, Argiuorum autem Græcorumq; omniũ πολιτικόν: conuenitque Iſocrati cum hoc noſtro doctore.

Idonea optimatibus multitudo.) Populum accommodatum ſtatui optimorum, inquit eſſe, qui ingenium tale à natura habet, ut regi contentus ſit imperio illo, quod conueniat liberis hominibus, à uiris uirtute inſtructis factiſque ad ciuile imperium adminiſtrandum. Cùm autem in omnibus, quos uidi, libris & ſcriptis & excuſis, legatur ſine ullo diſcrimine, πλῆθος, ὃ πέφυκε φέρειν γένος, ἄρχεσθαι, & quæ ſequuntur: arbitror, quatuor uerba, quæ inſerta ſunt inter prius πλῆθος & ἄρχεσθαι, deleri debere, quia ſententiam nullam in partem adiuuant (ſine ipſis namque illa perfecta eſt) ſed etiam perturbant ſtructuram orationis. Abſolutam uerò ipſam eſſe declarat: quia cùm tria ſint, quæ requirantur in unoquoque trium horum ſtatuum, abſque his uerbis cuncta ſatis apertè monſtrantur, id eſt qui ſint, qui parent, conſentaneique ſunt illis ſtatibus: eodemque pacto, qui clauum ipſorum teneant: nec non, qui ſint fines eorundem, quomodoque ſe gerere in perſona illa ſua tuenda principes harum rerump. debeant. Adiuuat etiam ſuſpicionem meam, quòd ſi hic ipſa manerent, ἄρχεσθαι δυνάμενον, quod ſequitur, nullo pacto conueniret proximo ſuperiori πλῆθος: optimates enim ſemper imperium habent, nec cadit in ipſos ullo pacto obſequium: præterquam quòd non ſatis commodè ipſi multitudinis nomine uidentur poſſe notari, cùm pauci ſint, præſertim ut ante auctor eodem nomine paulo ſuprà in oſtendendo uniuerſo populo uſus ſit: durum autem foret referre hæc uerba ad prius πλῆθος. Aretinus præterea, qui ita totum locum uertit, Optimatibus uerò congruens eſt multitudo, quæ nata ſit ad ferendam gubernationem eorum, qui ſunt ſecundum uirtutem primatij: perſpicitur exiſtimaſſe aliquid hic ſuperaſſe. uidetur tamen ille potius quod ſequitur, omiſiſſe, aut certè, quos uerum putaret, ſpretis ueſtigijs perturbatis auctoris, huc cõportaſſe: poſterioris ſine dubio πλήθους apud eum mentio nulla. Lapſum igitur puto librarium, qui dum ſcriberet, cùm idem uerbum ſuprà quoque poſitum expreſſiſſet, temerè uertit oculum ad prius illud πλῆθος, atque ita ſcripſit quæ ſequebantur, antequam errorem agnoſceret. Sententia uerò ipſa, ſi accuratè attendatur, facile probabit hoc uerum eſſe. nam πλῆθος ἄρχεσθαι δυνάμενον, ualet idem, quod ὃ πέφυκε φέρειν. Sine illis igitur, quæ declarent, quæ ſit multitudo populuſque ariſtocraticus, omnia hic plana ſunt.

Ciuile autem genus.) Multitudinem hominum, populumque accommodatum politeæ, inquit eſſe illum, in quo populo natura exoriri ſolet multitudo bellica, quæ uim in ſe & poteſtatem habeat & parendi & imperandi, ſeruata lege: quæ,

ue

ut dignitas requirit, tribuit pauperibus magiſtratus & imperia. Militarem autem oportere eſſe, exiſtimat populum hunc, ut lege libertatemque ſuis armis tueatur. Publici autem honores imperiaque illis aſſignabuntur, ut dignitas poſtulat, cùm probitas & reliquæ animi dotes attendentur. neque enim, quæ naſcitur ab amplitudine patrimonij, illic ſpectatur, ubi eoſdem gradus adipiſcuntur tenues homines, quos locupletes. In hoc enim ſtatu ciuitatis, ut [illegible], qui eligitur à multitudine, arbitror magiſtratus dari pauperibus. ita tamen, ut qui amplum patrimonium habent, inde nō depellantur: quippe cùm in illo quoque, in quo maius habet ius populus, iidem perueniant ad publicos honores. Hoc autem adnotandum putaui, quia Sepulueda interpretatur, Diuitibus: tanquam in exemplari ſit εὐπόροις, nō ἀπόροις. ego tamen in omnibus quos uidi libris & excuſis & ſcriptis, offendi conſtanter ἀπόροις. Cùm autem tantopere interpres ille uariet ſententiam, uoluiſſem ipſum huius mutationis cauſam attuliſſe ſuis in Scholijs, quod non fecit. Vt tamen ab inſtituto meo non recedam, fideliterque quod inueni exponam: teſtor, in uetere quoque illa tralatione legi Opulentis. quod puto ab errato librarij fluxiſſe, qui propter ſimilitudinem Græcarum uocum, contrarias has fortunas hominum oſtendentium, peccarit. Iudicium meum confirmat auctoritas D. Thomæ, apud quem eſt Tenuibus.

Quando igitur uel familiam.) Seruat, quod pollicitus eſt. Significauit enim, cùm oſtenderit, quæ multitudo & quaſi materia ſegeſque propria ſit trium illorum ſtatuum ciuitatis, ſe declaraturum, quando rectum & utile ciuitati ſit, unum aliquem clauum reip. tenere. quare nunc, expoſitis iam illis, hoc facit. inquit enim: Quando igitur uel familiam totā, uel unum etiam quempiam ex alijs familijs, contigerit uirtute antecellere cæteris omnibus maiorem in modum, tantumque denique præſtare ipſis, ut uirtus illius, ſiue familia ipſa ſit, ſiue ſingularis homo, ſuperet uirtutem cæterorum omnium: tunc iuſtum eſt, ut familia hæc tota regia ſit, ex ipſaque ſola creentur reges, eodemq; pacto unum illum ſolū regem eſſe, & in eius manu poteſtateq; uniuerſam remp. collocari.

Quemadmodum enim dictum.) Confirmat, quod modo narrauit, non tamen nouis aliquibus argumentis, ſed antea à ſe, ut commemorat, expoſitis. ambobus enim, quibus nunc quoque utitur, prius hoc ipſum comprobarat, inquit igitur: Vt enim à me prius dictum eſt, non tantùm hoc uerum eſſe putare debemus, ſi reſpicimus iuſtum illud, quod proferre ſolent, & quò conſilia cogitationeſque ſuas referunt, qui reſp. conſtituunt, neque unum tantùm genus ipſarum, ſed omnes: id eſt & illas, quæ ſunt in poteſtate optimatum, & illas in quibus diuites dominantur: eodemque pacto, qui conſtituunt populares reſpublicas. omnibus enim his id hoc conuenit, exiſtimantque tradendam eſſe remp. in manus eorum qui excellunt præſtantque cæteris, cùm ſit honos hic compenſatio præmiumque eius boni. Cùm autem oſtendiſſet, in quo ipſis conuenit inter ſe iudicat, in quo ijdem diſſentiant. neque enim poſſunt idem omnino probare, cùm longè aliis tum rerump. auctores fabricati ſint. inquit igitur: Non tamen eandem excellentiam ponunt, uerùm diuerſam. Partim enim ipſorum putant dandum gubernaculum his, qui uirtute præſtant: partim autem illis, qui uincūt cæteros amplitudine patrimonij: alij cenſent committendam remp. eſſe omnibus, qui liberi ſint, ne inde tantùm ejiciant ſeruos homines, & alienæ, non ſuæ poteſtatis.

Sed cuſtoditio illo.) Hoc alterum eſt, quod declarat, eum, quem monſtrauit, oportere ſolum remp. gubernare: quid enim aliud eo faciendum eſt? non enim decet tanta uirtute præditum necare aut ejicere è ciuitate, ita ut perpetuò in alieno ſolo uiuat, aut ſaltem ad certum ſpatium temporis ipſum inde exturbare. quorum duorum malorum prius exilium, alterum oſtraciſmus uocabatur. Iniquum enim eſſet ac ualde iniquum, eodem ordine habere optimum ciuem, quo peſſimum ac ſeditioſum. Adiungit etiam, non conuenire ullo pacto, ut uir talis, cùm prius imperarit, mutata perſona pareat: neque debere hoc ab illo, ut æquum, poſtulari, quæ ratio eſt atque lex reliquorum ciuium. Valet autem quod dixi, hoc, quod ipſe inquit, ἄρχεσθαι κατὰ μέρος. Cauſam autem affert, cur hoc poſtulatum æquum non ſit. Neque enim, ait, natura patitur, ut pars ſuperet totum. quod profectò contingeret, ſi hic deterioribus obtemperaret, cum tanto interuallo ipſos uincat. eſt enim ille, ſi conferatur cum ipſis, quaſi totum, illi uerò pars.

Quapropter reſtat ſolum.) Omnibus igitur, inquit, alijs conſilijs, quæ capiantur de huiuſcemodi uiro, ut iniquis & inutilibus repudiatis reſtat ſolum, ut omnes in animum inducant ipſi parēre, ſinantque eum in ſuo arbitrio habere imperium: non tamen, cùm tempus eius rei uenit tātùm (ut ſit in rebuſpublicis) ſed ſimpliciter ac ſemper, ut nulla lege aut menſura temporis aſtringatur. Cùm autem iam peruaniſſet ad exitum huius quæſtionis, cunctaque diligenter explicaſſet: repetit paucis, quæ fecerit, commemoratque ſe de regno diſputaſſe, docuiſſeque, quot diſcrimina ipſius ſint: itidemque utrum minimè conducat ciuitatibus à rege gubernari, ſiue conducat: necnon etiam quibus hominibus, qualique natura præditis profit aut obſit, aut etiam quomodo adminiſtratum.

καὶ γὰρ ἡ φύσις.) Natura omnes bonum deſiderant. Ergo etiam Reſp. bonæ, trium generum, pro uarietate ingeniorum. Nam quod in plantis uidere eſt, quaſdam cultum omnem reſpuere, quaſdam flagitare: & in brutis, quorum alia homini uel ſponte uel facile ſubijciuntur, alia uel nunquam cicurantur, uel ſumma cum difficultate: id multo magis & apertius in hominibus. Itaque c.14. n.21. Aſianos natura ad ſeruitutis iugum ferendum aptos, Europæos contrà libertatis ſtudioſos eſſe aſſeruit. Vt proinde hi ad Politiam, illi ad Regnum ab ipſa natura uideantur eſſe conformati. Galatæ teſtamento Deiotari Romanis relicti, & ab ijs libertate donati, ſe ſine rege uiuere nec poſſe nec uelle reſponderunt.

τὸν ἄριστον ἐκ τοῦ γένους.) Regia familia eſto optima, ex qua ſi opus ſit omnium optimus & præſtantiſſ. in regem eligi poſſit. De qua etiam cap.13. n.5u. ubi nec. Sic in Africæ quadam parte lo. Leo Afer tradit, regius pueros omnes in arce udicisſima educari, et rege mortuo, optimum ex ijs ſuccedere. Et uerò etiam hic Chriſtiani regni fontes ex ipſa natura recta (quæ auctori Deo ſubancillatur) ſcaturiantes, admiremur. Optimum omnium hominum reliquis præeſſe debere, in præced. conſtituit. Hic etiam familiæ regiæ ſucceſſionem perpetuam eſſe debere innuit. Ergo qui Chriſto regi ſimiles ſe præſtabūt, ſedebunt aliquando iudicātes XII. Iſraelis tribus. & hæc gens ſancta, regali ſacerdotio inſtructa.

RATIONES, quæ contra Regnum allatæ ſunt, Ariſt. in
- Genere admittit: in quibuſdā ſcilicet regnū tolerari nō debere, in quibuſdam debere. N.1. Quod ipſum ex ipſo efficiente, ad imperandum & parendum ducente, à Natura ſcilicet, ſumitur. Imperium namq; aliud ſecundùm naturam inſtitutum
  - Eſt, quale in bonis Rebuſpub. reperitur. Eorum bonæ Reſp.
    - Conueniunt reſpectu Efficientis. Cùm ſint quidam naturâ facti ad parendum, alij ad imperandum. N.2. Vt lib. primo docuit.
    - Differunt. ratione Formæ & Finis, cùm ſingulæ Ius & Bonum publicum peculiare habeant. N.3. Sic ergo Imperium aliud
      - Regium
      - Ariſtocraticum. Subintelligitur.
      - Politicum.
  - Non eſt, quale in malis Rebuſpub. perſpicitur. N.4. Ratio. Nam quod ſit contra inſtitutum naturæ, non eſt ſecundùm naturam. Num.5. At hæ ſunt contra inſtitutū naturæ, nimirum ut deteriores melioribus imperent. Neq; enim imperandi ius libertate aut opulentia aut potentia nititur, ſed iuſtitia & prudentia.
- Specie. Vide ſeq. ſignum A.

A. Decla-

A. In ſpecie declarat, apud quos Regno locus dari

- **Non** debeat: nimirum inter eos qui penitus ſunt pares. Inter hos enim
  - **Abſolutè** non eſt iuſtū at unus imperet (ſed uel pauci optimi, uel omnes per uices) N.6. Siue tam reſpectu
    - **Legum**, leges
      - **Non** habeant, & Rex imperet ſecundum uoluntatē. N.7.
      - **Habeant**, & Rex imperet ſecundum legem. N.8.
    - **Perſonarum** habentium, imperet
      - **Bonus** bonis, uel uirtute
        - **Aequalis.** N.9.
        - **Superior.** N.11.
      - **Malis** malus. N.10.
  - **Secundum** quid iuſtum eſſe, modo quodam regni certo. N.12. De quo et
    - **Dictum** eſt. N.14. Nimirum κατὰ νόμον, uti cap.14. tanquam præfectura rerum bellicarum.
    - **Dicetur** nunc paucis. N.13.
- **Debet**, nimirum apud eos, qui à natura apti nati ſunt ferre regem, & inter quos uel unus aliquis uirtute eſt excellens, uel una familia reliquis omnibus antecellit. Hic modus regni eſt, de quo nunc ſe dicturū paucis inſinuat. Conditiones enim duæ requiruntur. Altera reſpectu
  - **Subditorum.** Non qualibet multitudo populi regem ferre poteſt. N.15. Eſt enim πλῆθος quoddam patiens imperij
    - **Vnius**, nobilitate generis & uirtute bellica excellentis. N.16. Et hæc Regia eſt multitudo.
    - **Pluriū**, uel
      - **Paucorum**, κατ' ἀριστίνδην. Et Ariſtocratica eſt multitudo, quæ politica uirtute præſtantiſſimis collum ſubdere non detrectat. N.17.
      - **Omnium**, κατ' [illegible], & multitudo eſt Politica, uirtute bellica præſtans, imperare & parere per uices aſſueta, legum arbitrio, etiam pauperrimis magiſtratus pro merito tribuentium. N.18.
  - **Principis** nimirum ut uel unus aliquis uirtute maximè excellat, & idcirco imperio dignus ſit, uel etiam inter omnes familia una aliqua meritis & uirtute antecellat reliquis familijs, ex qua præ cæteris reges ſint petendi. N.19. Quod ipſum ratione conſtat tum
    - **Communi** omnibus Rebuſpub. allata etiam ſup. c.13. n.51. nimirū quia pro forma Resp. iuſtū eſſe uidetur, in regia quidē unum, in ariſtocratia optimos, in alijs alios imperare. N.20. Ratio. Imperant enim in quaq; Rep. illi qui excellunt. Excellunt autem in alia alij. N.21.
    - **Propria**, eodē cap. allata et confirmata. Nu. 22. Videtur talis ratiocinatio necti:
      - **Si** uir optimus nec expelli è ciuitate, nec illic manens alijs ſubijci debet, relinquitur ut imperet & præſit alijs.
      - **Atqui** neq;
        - **Expelli** debet. N.23. Vti ſuprà c.13.n.80.
        - **Subijci** debet, ut in politia per uices uicißim pareat deterioribus. Oſtendit,
          - **Inter** eos tātùm uicißitudo imperij datur, qui ciuitatis partes ſunt.
          - **At** uir omniū optimus nō eſt ciuitatis pars. Deducit
            - **Pars** non ſuperat totū, cuius pars eſt. N.25.
            - **At** uir optimus ſuperat totum reliquum cœtū ciuium. N.26.
            - **Non** igitur pars. Vt etiā ſuprà c.13.n.46.
          - **Ergo** uiro optimo uicißitudo parendi & imperandi non conuenit.
      - **Ergo** relinquitur, ut uir bonus imperet & præſit alijs N.27. Sic etiam ſupra c.13.n.49. & 85.

CAPVT XIIX.

Efficientis inſuper reſpectu uarias Rerump. formas eſſe oſtendit.

QVia aūt tres affirmamus eſſe rectas reſpub. harū aūt neceſſe eſt optimā eſſe, quę adminiſtratur ab optimis uiris: huiuſcemodi aūt eſt, in qua cōtigit uel unū quempiā ſimul omnib. uel familiā totā, uel multitudinem antecellere uirtute, his quidē uim poteſtatéq; in ſe habētib. parēdi, his aūt imperādi, ꝓ politica ſibi maximè expetēda uita: in primis autē diſputationib. demonſtratū eſt, neceſ-

ΕΠΕΙ δὴ τρεῖς φαμὲν εἶναι τὰς ὀρθὰς πολιτείας· τούτων δ' ἀναγκαῖον ἀρίστην εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν ἀρίστων οἰκονομουμένην· τοιαύτη δ' ἐστὶν, ἐν ᾗ συμβέβηκεν, ἢ ἕνα τινὰ συμπάντων, ἢ γένος ὅλον, ἢ πλῆθος ὑπερέχον εἶναι κατ' ἀρετὴν, τῶν μὲν ἄρχεσθαι δυναμένων, τῶν δ' ἄρχειν, πρὸς τὴν αἱρετωτάτην ζωήν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις ἐδείχθη λόγοις, ὅτι τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον αἰ-

QVoniam autem treis dicimus eſſe rectas reip. adminiſtrandæ formas: harum autem eam neceſſe eſt eſſe optimam, quæ ab optimis uiris adminiſtratur. talis autē eſt ea, in qua contigit, ut uel unus aliquis uniuerſis, uel genus totum, uel multitudo uirtute præſtet: ex qua multitudine alij parendi, alij imperandi facultatem habet, eo conſilio ut optime uiuant: libris autem ſuperioribus demonſtratum eſt à nobis, eandem neceſſario eſſe uiri boni uirtu-

ARISTOTELIS DE REPVBLICA LIBER IV.

CAP. I.

IN cunctis artib. & ſcientijs, quæ particulares non ſunt, ſed circa genus unũ aliqđ uerſanť, perfectęq́; ſunt, uni⁹ eſt cõtẽplari, qđ circa unũqđq; congruit: ueluti exercitatio corpori, qualis quali prodeſt, & quæ optima (illi namq;, qui eſt pulcerrimè natura formatus & inſtructus, optimam neceſſe eſt conuenire) & quæ una plurimis omnib⁹: hoc namque artis', quę tradit exercitationes corporis, munus eſt. Amplius autem, ſi aliquis optimæ cupidus non eſt, ſiue habitudinis, ſiue ſcientiæ, quæ faciunt ad certamina: nihilominus magiſtri eius ludi & exercitatoris officiũ eſt, facere illos cõpotes huius quoq; facultatis. Eodem autem pacto hoc & in medicorum, & in fabrûm naualium arte, & illa, quæ ueſtimenta conficit, & omni alia arte, uſu uenire uidemus. Quapropter apertum eſt, eiuſdem eſſe ſcientiæ uidere, quænam optima reſpub. ſit, & qualis aliqua exiſtens maximè ſit ad uotum, ſi nihil impediat eorum, quæ ſunt extra, & quæ quibus congruẽs. Multis enim optimam adipiſci fortaſſe impoſsibile. Quare fallere non oportet ſcriptorem legum, & uerè ciuilem uirum, quæ ſit optima ſimpliciter, & quę optima è rebus poſitis. Adhuc autem tertiam quandam è ſuppoſitione: opus eſt enim & datam pòſſe uidere, ab initioq́; quomodo conſtitui poſsit: & conſtituta, quòmodo conſeruetur plurimo tempore. Dico autem, ceu ſi alicui ciuitati contigit, neque optimo ſtatu regi, penuriaq́; laborare rerum etiam neceſſariarum: neque illo, quẽ obtinere poterat è rebus, quæ ipſi aderant: ſed quendam deteriorem. Præterea autem hæc omnia remp. maximè congruentẽ omnibus ciuitatib. oportet noſſe. Quoniã magna pars eorũ, qui enunciant de repub. & ſi cætera dicũt bellè, à rebus, quæ uſui eſſe poſſunt aberrant.

Non

ΕΝ ἁπάσαις ταῖς τέχναις καὶ ταῖς ἐπιστήμαις, ταῖς μὴ κατὰ μόριον γινομέναις, ἀλλὰ περὶ γένος ἕν τι, τελείαις οὔσαις, μιᾶς ἐστι θεωρῆσαι τὸ περὶ ἕκαστον γένος ἁρμόττον· οἷον, ἄσκησις σώματι ποία τε ποίῳ συμφέρει, καὶ τίς ἀρίστη (τῷ γὰρ κάλλιστα πεφυκότι καὶ κεχορηγημένῳ τὴν ἀρίστην ἀναγκαῖον ἁρμόττειν) καὶ τίς τοῖς πλείστοις μία πᾶσι. καὶ γὰρ τοῦτο τῆς γυμναστικῆς ἐστιν. ἔτι δ', ἐάν τις μὴ τῆς ἱκνουμένης ἐπιθυμῇ μήθ' ἕξεως, μήτ' ἐπιστήμης τῆς περὶ τὴν ἀγωνίαν, μηδὲν ἧττον τοῦ παιδοτρίβου καὶ τοῦ γυμναστικοῦ παρασκευάσαι τε καὶ ταύτην ἐστὶ τὴν δύναμιν. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ περὶ ἰατρικὴν, καὶ περὶ ναυπηγίαν, καὶ ἐσθῆτα, καὶ περὶ πᾶσαν ἄλλην τέχνην ὁρῶμεν συμβαῖνον. ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ πολιτείαν τῆς αὐτῆς ἐστὶν ἐπιστήμης τὴν ἀρίστην θεωρῆσαι τίς ἐστι, καὶ ποία τις ἂν οὖσα μάλιστ' εἴη κατ' εὐχὴν, μηδενὸς ἐμποδίζοντος τῶν ἐκτός· καὶ τίς τίσιν ἁρμόττουσα. πολλοῖς γὰρ τῆς ἀρίστης τυχεῖν ἴσως ἀδύνατον. ὥστε τὴν κρατίστην τε ἁπλῶς, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀρίστην, οὐ δεῖ λεληθέναι τὸν νομοθέτην, καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς πολιτικόν. ἔτι δὲ τρίτην, τὴν ἐξ ὑποθέσεως. δεῖ γὰρ καὶ τὴν δοθεῖσαν δύνασθαι θεωρεῖν· ἐξ ἀρχῆς τε πῶς ἂν γένοιτο, καὶ γενομένην τίνα τρόπον ἂν σώζοιτο πλεῖστον χρόνον. λέγω δὲ, οἷον εἴ τινι πόλει συμβέβηκε, μήτε τὴν ἀρίστην πολιτεύεσθαι πολιτείαν, ἀχορήγητόν τε εἶναι καὶ τῶν ἀναγκαίων· μήτε τὴν ἐνδεχομένην ἐκ τῶν ὑπαρχόντων· ἀλλά τινα φαυλοτέραν. παρὰ πάντα δὲ ταῦτα τὴν μάλιστα πάσαις ταῖς πόλεσιν ἁρμόττουσαν δεῖ γνωρίζειν. ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν ἀποφαινομένων περὶ πολιτείας, καὶ εἰ τἆλλα λέγουσι καλῶς, τῶν γε χρησίμων διαμαρτάνουσιν.

IN omnibus artibus & ſcientijs, quæ non in particula uerſantur, ſed in uno aliquo genere ſunt perfectæ atque abſolutæ, unius & eiuſdem hominis eſt, quid cuiq; generi conueniat, uidere: uerbi gratia, & qualis exercitatio quali corpori conducat, & quæ ſit optima (ei enim, qui optimè ſit natura informatus, & maximis adiumentis inſtructus, neceſſe eſt optimam conuenire) & quæ plerisque omnibus ſit una. Etenim hoc artis corporum exercendorum munus eſt. Præterea etiam ſi quis neq; habitum iuſtum, atque in ſummo perfectionis gradu poſitum, cõcupiſcat, neq; perfectam ſcientiam eorum, quæ ad certandi laborem pertinẽt, expetat: nihilominus tamen eius, qui pueris exercendis præeſt, eiusq;, qui corporũ exercendorum artem profitetur, munus eſt, etiam hanc facultatem poſſe tradere. Atque hoc ſimiliter & in ſcientia medendi, & in arte nauium ædificandarum, & in ea, quæ ad rem ueſtiariã pertinet, in omni alia arte deniq; uidemus euenire. Quare perſpicuum etiam eſt, eiuſdem eſſe ſcientiæ & quæ ſit optima reip. adminiſtrandæ forma: & quæ qualisue maximè ſit optabilis, atq; ex animi ſententia, nulla re externa impediente: & quæ quibus apta, atq; accõmodata, peruidere. Multis enim optimã conſequi fortaſſe nefas eſt. Quocirca nec eam, quæ ſimpliciter eſt præſtantiſsima, nec eam, quæ pro rebus ſubiect. eſt optima, ignorare debet lator legũ, qui uerè moderandæ ciuitatis peritus, &, ut Græci appellant, politicus eſt: poſtremò ne eam quidem oportet ei eſſe ignotam, quæ ſit ex cõditione atq; (ut ita dicam) ſuppoſitione: hoc eſt, quæ cuilibet fini propoſito ſit conſentanea. Oportet enim etiam eam, quæ forte oblata ſit, uidere poſſe, & quomodo ab initio conſtituatur, & quomodo conſtituta diutiſsimè conſeruetur. Dico autem uerbi gratia, ſi cui ciuitati contigit, ut neq; optima adminiſtrandæ reip. forma utatur, neque ſit inſtructa rebus neceſſarijs, neq; talem adminiſtrationem reip. adhibeat, qualem rerum, quæ præſtõ ſunt, natura fert, ſed aliquam deteriorẽ. Præter hæc omnia aũt eam, quæ omnibus ciuitatib. maximè apta eſt, cognoſcere oportet. Nã plurimi ex iis, qui de ciuitatis adminiſtratiõe aliquid prodiderunt at protulerunt, etiã ſi cætera præclara dicant, attamẽ ab utilitate aberrũt.

Non

Non enim ſolum optimã decet contemplari, uerumetiam quæ conſtitui poſsit. Eodem autem pacto, & faciliorem & communiorem omnibus. Nunc autem hi quidem celſiſsimam, & egentem multa rerum copia, quærunt ſolùm: hi autem, magis communem quampiam dicentes, extinctis rebuſpublicis, quæ ſunt, Laconicam, uel aliam quampiam laudant. Oportet autem huiuſcemodi ordinem inducere, quem facilè ex ijs, quæ ſunt, & probare, & uſu tueri ualeant. Quoniam nõ minor labor eſt corrigere rempublicam, quàm ab initio conſtituere: quemadmodum & deleta priore falſa doctrina, uerum perdiſcere, quàm à principio diſcere. Quare præter ea, quæ dicta ſunt, rebuſpublicis, quæ ſunt, opus eſt uim & poteſtatem habere opitulandi ciuilem uirum, quemadmodum dictum eſt & prius. Hoc autem fieri non poteſt, ſi ignorat quot ſpecies reipub. ſunt. Nunc autem unum ſtatum popularem arbitrantur quidam eſſe, & unum dominatum paucorum. Non eſt autem hoc uerũ. Quapropter oportet minimè clàm eſſe diſcrimina rerumpub. quot ſunt, & quot modis componũtur. Cum eadem autem hac prudentia & leges optimas uidere, & quæ ſingulis rebuſp. congruũt. Ad reſpub. enim leges oportet ſcribere, & ſcribunt omnes, ſed non reſpub. ad leges. Reſpub. namque eſt ordo in ciuitatibus, qui refertur ad magiſtratus, quo pacto diſtributi ſint, & quod ſit illud, quod ſummam poteſtatem habet in republica, & qui ſit finis uniuſcuiuſque cõmunionis. Leges aũt ſeparatæ ſunt ab ijs, quæ declarant rempublicam, per quas oportet magiſtratus imperium exercere, & cuſtodire illos, qui migrãt in ipſas. Quapropter cõſtat, neceſſe eſſe diſcrimina & numerũ tenere ſingularum rerumpublicarum etiam ad leges ſcribendas: neque enim fieri poteſt, ut eædem leges proſint dominatibus paucorum, & cunctis ſtatibus multitudinis: ſi quidem plures & non unus eſt ſtatus multitudinis: nec dominatus itidem unus paucorum.

οὐ γὰρ μόνον τὴν ἀρίστην δεῖ θεωρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν δυνατήν· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ῥᾴω καὶ κοινοτέραν ἁπάσαις. νῦν δ' οἱ μὲν τὴν ἀκροτάτην, καὶ δεομένην πολλῆς χορηγίας, ζητοῦσι μόνον· οἱ δὲ μᾶλλον κοινήν τινα λέγοντες, τὰς ὑπαρχούσας ἀναιροῦντες πολιτείας, τὴν λακωνικὴν, ἤ τινα ἄλλην ἐπαινοῦσι. χρὴ δὲ τοιαύτην εἰσηγεῖσθαι τάξιν, ἣν ῥᾳδίως ἐκ τῶν ὑπαρχουσῶν καὶ πεισθήσονται καὶ δυνήσονται κοινωνεῖν. ὡς ἔστιν οὐκ ἔλαττον ἔργον, τὸ ἐπανορθῶσαι πολιτείαν, ἢ κατασκευάζειν ἐξ ἀρχῆς· ὥσπερ καὶ τὸ μεταμανθάνειν, τοῦ μανθάνειν ἐξ ἀρχῆς. διὸ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ ταῖς ὑπαρχούσαις πολιτείαις δεῖ δύνασθαι βοηθεῖν τὸν πολιτικὸν, καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, ἀγνοοῦντα πόσα πολιτείας ἐστὶν εἴδη. νῦν δὲ μίαν δημοκρατίαν οἴονταί τινες εἶναι, καὶ μίαν ὀλιγαρχίαν. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτ' ἀληθές. ὥστε δεῖ τὰς διαφορὰς μὴ λανθάνειν, τὰς τῶν πολιτειῶν, πόσαι, καὶ συντίθενται ποσαχῶς. μετὰ δὲ τῆς αὐτῆς φρονήσεως ταύτης, καὶ νόμους τοὺς ἀρίστους ἰδεῖν, καὶ τοὺς ἑκάστῃ τῶν πολιτειῶν ἁρμόττοντας. πρὸς γὰρ τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι, καὶ τίθενται πάντες· ἀλλ' οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. πολιτεία μὲν γάρ ἐστι τάξις ταῖς πόλεσιν, ἡ περὶ τὰς ἀρχὰς, τίνα τρόπον νενέμηνται· καὶ τί τὸ κύριον τῆς πολιτείας· καὶ τί τὸ τέλος ἑκάστης τῆς κοινωνίας ἐστί. νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πολιτείαν, καθ' οὓς δεῖ τοὺς ἄρχοντας ἄρχειν, καὶ φυλάττειν τοὺς παραβαίνοντας αὐτούς. ὥστε δῆλον ὅτι τὰς διαφορὰς ἀναγκαῖον, καὶ τὸν ἀριθμὸν, ἔχειν τῆς πολιτείας ἑκάστης, καὶ πρὸς τὰς τῶν νόμων θέσεις. οὐ γὰρ οἷόν τε τοὺς αὐτοὺς νόμους συμφέρειν ταῖς ὀλιγαρχίαις· οὐδὲ ταῖς δημοκρατίαις πάσαις· εἴπερ δὴ πλείω καὶ μὴ μία δημοκρατία, μὴ δὲ ὀλιγαρχία μόνον ἐστίν.

Nõ enim uidenda eſt optima tantũ, ſed etiã ea, quæ poteſt eſſe: ſimiliter uerò et quæ facilior eſt, atq; omnib. cõmunior. Nũc aũt alij quidẽ reip. adminiſtrandæ formam in ſummo dignitatis ac præſtãtiæ gradu poſitam, & multo apparatu & molimento, multaq; impenſa egentẽ quærunt ſolùm: alij cõmunem aliquam cõmemorantes potius, cæteras, quæ uſu receptæ ſunt, reip. adminiſtrandæ formas improbantes ac tollentes, Laconicam aut aliam aliquã probant ac laudant. Atqui ea reip. adminiſtrãdæ deſcriptio atq; ordinatio cõmendanda & ſuadenda hominibus eſt, quam facilè poſſint præſentibus inſtitutis ſpretis ac reiectis & approbare, & ad uſum cõmunẽ transferre, ciuiliq; uitæ cultu uſurpare. Nam non minoris operis ac negotij eſt, reip. adminiſtrandæ formam corrigere, quàm ab initio nouã aliquã inſtituere: quemadmodũ & dediſcere difficilius eſt, quàm à principio diſcere. Quocirca præter ea, quæ dicta ſunt, etiã ijs reip. adminiſtrãdæ formis, quæ ſunt uſu receptæ, debet mederi & opitulari poſſe homo politicus, quemadmodũ & ante dictum eſt. Hoc autem is præſtare non poteſt, qui ignorat quot ſint adminiſtrandæ reip. genera. At nunc unam democratiam quidam eſſe putãt, unãq; oligarchiam: ſed non eſt ita. Quare ignorare non oportet quot ſint reip. adminiſtrandæ formarum differẽtiæ, & quot modis copulentur & componantur. Cũ hac autem eadem prudentia etiam leges optimæ, & unicuiq; reip. adminiſtrandæ formæ conuenientes, cognoſcendæ & uidendæ ſunt. nam pro reip. adminiſtrandæ rationibus leges & ferendæ ſunt, & ab omnibus feruntur: non pro legibus reip. adminiſtrandæ rationes inſtituuntur, neq; inſtituendæ ſunt. Reip. enim adminiſtrandæ ratio, deſcriptio ordinis eſt in ciuitatibus, ad magiſtratus & imperia pertinens, quo modo diſtributi ſint. et quid ſit id, quod in ciuitatis adminiſtratione ſummã poteſtatẽ atq; auctoritatẽ obtineat: quis denique cuiuſq; ſocietatis ſit finis. Leges aũt, ex quibus magiſtratus reip. præeſſe, & eos, qui contra leges cõmittunt, coercere debent, ſeparatæ ſunt ab ijs, quæ rempub. adminiſtrandæ formam declarãt. Quare perſpicuũ eſt, neceſſe eſſe etiam ad leges ſcribendas, cuiuſq; reip. adminiſtrandæ formæ & differentias & numerum tenere. Non enim fieri poteſt, ut eædem leges neq; oligarchijs, neque democratijs omnibus ſint utiles, ſi plura ſint earum genera, & ſi non eſt una duntaxat democratia, neq; oligarchia,

COM-

COMMENTARIVS VICTORII.

In cunctis artibus.) Cùm diſſeruiſſet modò de regno (niſi aliqua interciderint, quæ in medio harum quæſtionum tradita fuerint, & extrema antecedentis libri collocata) ſcrupuloſque quoſdam euulſiſſet ex animis eorum, qui ſubtiliter quærerent de uera ratione regendi ciuitates, affines tamen adhuc erroribus quibuſdam fuerit de optima republica, nouo initio ſumpto huius exquiſitæ diſputationis, diſſerere incipit. Exemplo autem artium ac ſcientiarum declarat, quæ ratio ſit huius doctrinæ uerè tradendæ. quod enim in illis fieri ac ſeruari ſolere oſtendit, idem etiam in hac diſciplina cuſtodiri oportere docet: quia quod in ipſis uſuuenit, idem contingit, propter ſimilitudinem non paruam, in hac præceptione. Inquit igitur, primum, quod in illis ipſis artibus ſit, propriumque ipſarum eſt, exponens. In omnibus artibus & ſcientijs hoc uſuuenire, commune que ipſarum eſſe, ut una uideat, quod in unoquoque genere ſit, atque ipſius congruat ac maximè quadret. Antequam tamen ſententiam ebſoluêret, excepit nonnullas artes, quæ non ſunt plenæ, nec totum genus illud ſtatumque complectuntur, ſed partem ipſius tantum. Perfectas igitur abſolutaſq; intelligit, ut admonet, in quibus error nunquam exiſtit. Cùm autem generatim prius locutus foret, certe unius exemplo id magis illuſtrat, id eſt eius, quæ rationem tradit exercendorum corporum: & quia nudi uerſarentur in ea, inde gymnaſtica uocabatur. Inquit enim, docere ipſam, qualis exercitatio quali corpori conueniat, ipſiq; proſit, cum inda aliena potius obſit: nec non etiam oſtendere, quæ ſit optima omnium. Hanc enim conuenire neceſſario affirmat corpori, pulcerrimè à primo ſtatim ortu confirmato, & poſtea inſtructo refertoque omnibus rebus, ad eam accommodatis. Sed etiam adiungit, oportere illum uidere, quæ potiſſimum, una eademque plurimis apta ſit. Vt enim ſuperiora, ita hoc quoque uidere officium ipſius eſt, etſi non omnibus aptum eſt, cum tamen maiori parti ornandæ idoneum ſit.

Amplius autem, ſi aliquis.) Adiungit aliud officium. Siquis fortè inueniatur, qui non ſtudeat ſibi tradi quæ caderet in ipſum, ſi cuperet laboraretque, ſiue habitudinem corporis, ſiue ſcientiam eorum præceptorum, ſed multo minoribus contentus ſit, cùm illæ perfectæ integræq; ſint: officium gymnaſticæ eſt, tradentiſque illam, deſiderio eius ſatisfacere, tantumque ipſi præceptorum eorum tradere, quantum optat, ut inque illam ac facultatem in eum importare, quam ſatis ſibi eſſe putat. [illegible] uocauit exquiſita ac plenam, quæq; omnes numeros ſuos habeat. Theodorus, quod apud Theophraſtum eſt, [illegible], reddidit Congruum temporibus.

Eodem autem pacto.) Quod in arte exercendorum corporum eluenire docuit, idem etiam contingere affirmat in cæteris omnibus. tres tamen adhuc tantùm appellat, id eſt artem medicorum, & fabrum naualium, & eorum qui ueſtimẽ ta conficiunt. Quare planum eſt, ipſum, quod uult, inductione comprobare. Cùm enim in reliquis artibus hoc ita ſit exploratum ſit, reſtat, ut exiſtimari debeat idem etiam côtingere in hac ipſa, quam docet. nam quod in extremo inquit, [illegible] attingit etiam argumentum, ab euidentia ductum, indeq; nominatum.

Quapropter apertum eſt.) Hæc concluſio eſt totius rationis. perſpicuum enim eſſe dicit, exemplo artium, hanc quoque diſciplinam non debere tantùm tradere, quæ ſit optima & perfectiſſima reſpublica, uerum etiam cæteras minus integras minuſque abſolutas, ſi ipſæ ſint accommodatæ aut rebus poteſtatibuſque, aut deſiderijs eorum hominum. inquit igitur: Quare planum eſt, eiuſdem eſſe ſcientiæ diſciplinæque uidere, quæ reſp. optima eſt dignaque, quæ reliquis anteponatur, & qualis deberet eſſe, quæ maxime reſponderet uotis hominum, talisque demum, ut melior optari nequeat, nulla re, extra ipſam poſita, impediente, itaque aduerſante, ut nullo pacto ea comportari poſſit. Plurima autem huiuſcemodi ſunt, ut penuria rerum uitæ beatæ accõmodatarum, aut uicinitas feræ gentis, aut multi principes, qui non ſinant eos quieſcere, & honeſto otio frui. Eodemque pacto, inquit, opus eſſe illum uidere, quæ potiſſimũ reſpublica quibus hominibus quadret, ne fortè ſtudio ornandi aliquam gentem, adferat illi remp. minime aptam naturæ facultatibuſque ipſorum: ſiue contra populo proclivi ad laudem ac gloriam, remp. minorem ingenio ipſius moribuſque aſſignet. Reddit autem rationem ipſe, cur præter illud utile non ſit. inquit enim: Inueniuntur namque aliqui, qui quidem non pauci, qui optimam fortaſſe adipiſci nequeunt, quia maior illa ſit captu ipſorum.

Quare fallere non oportet.) Quapropter, inquit, ex his, quæ declarata ſunt, apparet, non debere illi, qui conſtituit rempublicam, clàm eſſe, quæ reſp. ſimpliciter, nulla ſcilicet re ſimul cogitata, ipſique adiuncta, optima omnium ſit: & quæ petitis illis, quæ ipſi hærent, optima. Quod ſi falleret ipſum, poſſet facile labi, & ut modò ſignificatum eſt, peccare.

Adhuc autem tertiam.) Adiungit, opus non eſſe etiam ipſum fallere rempublicam, quæ fingitur latis côditionibus quibuſdam, & cùm poſtuletur hoc ab ipſo, quæ poſſit implere deſiderium eorum qui petunt, operamque in hoc eius requirunt, talemque demum conformare, qualem ipſi uolent. Inquit igitur, oportere ipſum inſtructum eſſe hac facultate, ut quaſi oſtenſam ipſi & propoſitam (hanc enim uocat [illegible]) ualeat uidere ſtatim ab initio huius tanquam operis fabricandi, quomodo ſcilicet illa gigni poſſit & cum fuerit primum nata & conſtituta ab alio, quomodo etiam diu conſeruari.

Dico autem, tem.) Hoc exiſtimo pertinere ad id quod poſtremum poſuit, ſi fortè acceſſerint ad eum, qui rogẽt, quomodo ipſorum reſp. longo tempore conſeruari poſſit, ipſius partes eſſe illos adiuuare, & rationem docere huius rei tuendæ. quod cùm ſibi uiſus eſſet breui obſcureque protuliſſe, nunc explanat: inquit enim, Intelligo autem, ſi cuiquam ciuitati contigit non uti optima republica, eſſeque inopem rerum, non modo ad bene uiuendum accommodatarum, uerùm etiam uitæ neceſſariarum: neque etiam ſtatum illum nactam fuiſſe, quem res ipſius, tenues malæq; ferebant, ſed deteriorem adhuc: quomodo corrigi emendarique poſſit, ac uita ipſius produci.

Præterea autem hæc.) Reſtare adhuc dicit unum modum, quem nullo pacto incognitum oportere eſſe affirmat ijs, qui præcipiunt aliquid de republica. is autem eſt, ut cognitam habeant remp. eam, quæ præter cæteras omnes congruit quadratq; omnib. ciuitatibus. Eſt enim profectò genus quoddam reipublicæ, quod cadit in multas ciuitates, cuiq; quæ ſimiles inter ſe ſunt non paucis in rebus, eodem modo accommodatum ſibi illam eſſe ſentiunt.

Quoniam magna pars.) Quid ipſi ſuaſerit, ut poſtremum hoc tangeret, aperit, magnamque cauſam ſe habuiſſe docet huius rei admonendæ. Illa autem eſt, error eorum, qui de reſp. præcipiunt: nec unius tantum, aut alterius, ſed plurimorum. Ipſos igitur inquit, etſi alia commode rectéq; dicunt, tamen deijci depelliq́ue à fine ſuo: nec attingere, quæ uiui eſſe poſſunt, & utiuinque habere. Vt autem planum faciat eos peccaſſe, quod futurum fuerit officium eorum declarat: non enim, inquit, tantùm optimam remp. uidere oportet, in eamq; ſolùm oculos coniectos habere, uerumetiam in illam, quæ eo ſtatu illis liberiq; poſſit. Quid enim prodeſt abſolutã perfectamq; ſibi proponere, niſi accommodare ipſam alicubi ualeas, ſed contrà omnes ipſam reſpuunt? Eodem autem pacto addit, magis facilem, magiſque communem attendere oportere, & quæ minuto labore pluribus ciuitatibus admoueretur.

Nunc autem, hi quidem.) Refellit errores eorum, quos dixit, duobus modis, contrariaque ſolet ſe uia peccantium, cùm alteri eorum curarent tantum ac ſedulò conquirerent rempublicam, in excelſo loco ſitam, & perfectiſſimam nimium, quæq; ne conſtituatur, eget multis rebus paratu difficilibus: alteri uerò, qui magis communem quandam adferunt, cum extinguãt reſpublicas, quæ receptæ ſunt, in uſuque aliquarum ciuitatum, Laconicam aut aliam quampiam laudant. Arbitrari licet, quã intelligit, eſſe maximè Cretenſem. hæ namque duæ reſp. ſimiles ualde inter ſe in primis ferebãtur. apud Platonem enim prope initium VIII. libri ipſæ coniunguntur, & præter cæteras à multis laudatæ eſſe dicuntur. Idem teſtatur Tacitus in III. libro, cùm de principijs iuris quæreret, & quæ primum leges ſcriptæ fuerent doceret. inquit enim: Hæ primò, rudibus hominum animis, ſimplices erant: maximeque fama celebrauit Cretenſium, quas Minos: Spartanorum, quas Lycurgus; ac mox Athenienſibus exquiſitiores iam & plures Solon perſcripſit.

Oportet autem huiuſcemodi.) Admonet eos, qui incumbunt in hanc curam, propoſitumq́ue habent conſtituere rempublicam, ut inducant in ciuitatem ordinem ſtatumque talem, quem facile, ex omnibus ijs, qui ſunt quaſi in manu eorum, illi, quibus præbetur, probent, ſperentque ſibi utilem futurum, ac ualeant etiam ipſum cuſtodire, ſeque totos ad eum accommodare. Neque enim loquitur nunc de his, qui corrigere nituntur uitioſam rempublicam: ſed de his, qui nouam fingunt. Quod uero inquit, Et poſſint etiam ſimul uiuere in ciuitate ex illis legibus: additum eſt, quia fieri poſſet, ut forma reipublicæ, quam profiteor, perſuaſique forent ſequi, poſtea uſu cognoſceretur eſſe durior, talisque, ut cogerentur eam repudiare.

Quoniam non minor labor.) Reddit rationem, cur hoc tam diligenter præceperit, occurritque ei, quod aliquis contrà diceret, qui putaret neceſſariam non eſſe ſedulitatem tantam: quia ſi qua in rep. conſtituenda culpa admiſſa foret, facile poſtea poſſet emendari. inquit igitur, iudicium documentumque ſuum confirmans, ſe id præcepiſſe, quia non minor eſt labor corrigere rempublicam, quàm ipſam è principio fingere. confirmat autem hoc ſimili: Quemadmodum enim, inquit, maius negotiū eſt, deleta prius ex animo ſua falſa doctrina, ueram perdiſcere, quàm initio ueram accipere ac diſcere. Hoc autē conſentiunt omnium ita prorſus ſe habere intelligitur: non minor enim labor eſt obliuiſci aliquid, quàm diſcere. quod ſignificauit etiam eruta illa ſua uoce Themiſtocles, ſapientiſſimus uir.

Quare præter ea.) Elicit ea hoc, quod modò præcepit: Vt uerè aliquis politicus ſit, id eſt idoneus ad omnia munera perfecti ciuis conditoriſque reip. obeunda, oportere illum, præter ea quæ iam docuit, præditum eſſe hac facultate, ut poſſit auxiliū ferre rebuſpublicis, quæ in uſu aliquarum ciuitatum ſunt, ſi fortè illæ uitio cuipiam affines ſunt, & quaſi requirunt operam alicuius, qui ipſis medeatur: quod ſuprà etiam, inquit, admonui. Hoc uerò præſtare nullo modo poſſe affirmat, eum, qui ignoret, quot ſpecies ſunt reipublicæ, ſine qua plena cognitione non ualeat aut uidere aut emendare erratum alicuius malè conſtitutæ reipub.

Nunc autem unum.) Hoc additum eſt ad declarandum, neceſſariam eſſe ſcientiam, quam dixit. cùm enim reperiantur nonnulli affines tam magnis erroribus, oportet eos erudire. inquit igitur tunc, cùm adhuc ueritas huius rei multis occulta erat, ignorabantque illi, quot ſpecies forent rerumpublicarum, extitiſſe aliquos, qui putarent, unum tantùm genus eſſe reip. popularis, & unum itidem genus dominationis paucorū. quod falſum eſſe affirmat, cùm plura genera utriuſq; ſtatus ſint. Quapropter, inquit, diſcrimina hæc ipſarum clàm eſſe non debent, ſed aperiri conſtituique ante oculos omnium: & eodem pacto, quot modis componantur hæ reſpublicæ coagmententurque, ut ſpeciem eandem ſeruent, ſint tamen inter ſe aliquantum diſcrepantes.

Cum eadem autem.) Adiungit, oportere nos ope huius cognitionis, ſociaque nobis ipſa exiſtente atque aditum patefaciente, uidere præterea optimas leges, & quæ ſingulis rebuſp. congruant. Quæ namque aptæ ſæpè ſunt huic reip. minimè conueniunt alteri, diſsimili ipſius, ſed contrà frangerent ipſam ac labefactarent. *Φρόνησιν* autem hic appellat intelligentiam huius rei tractandæ peritiamque: ut alijs quoque locis cepit hoc nomen, quibus ualet non ueram prudentiam, ſed cognitionem alicuius rei: ut in VIII. Topicorum, & eodem ſenſu in primo libro de Arte dicendi, de locis ſedibuſque argumentorum loquens, inquit: *καθάπερ μὲν ὁ ἰατρικὸς περὶ ὑγίειαν φρόνιμος*, peritum intelligens magiſtrumque eius artis. Sed Cicero etiam Latinum uerbum, quod huic reſpōdet, ita cepit in proœmio Luculli, quo ſummum illum uirum ornauit: In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis temperandiſque ciuitatibus, tanta æquitas, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis, & quaſi ueſtigijs perſequendis.

Ad reſp. enim leges.) Valet hoc quoque ad conuincendum errorem eorum, qui putarent, oportere prius leges ſcribere, poſtea ipſis ſtatum ciuitatis accommodare. perſpicitur enim, inuentos tunc aliquos, qui ita de hac re falſo exiſtimarent. Si uera namque opinio illorum extitiſſet, documentum hoc Ariſtotelis inutile fuiſſet. Inquit igitur: Ad reſp. namque iam cōſtitutas oportet leges ſcribere: & ſanè cuncti, qui incumbunt in hanc curam, ita ſe gerunt, non contrà legibus ſcriptis accommodant ſtatum ciuitatis.

Reſp. namq. eſt.) Vt magis aperiret peccatum eorum, quos confutat, iudiciumque ſuum confirmaret, definit rempublicam, deſcribitque itidem uim legum ipſarum: quibus explanatis patet eos errare, qui conſtituunt ciuitatem, ut leges prius ſcriptę requirunt, ſibique accommodatum eſſe ſtatuunt. inquit igitur. Reſp. enim eſt ordo tributus ciuitatibus, quos ad magiſtratus pertinet, quomodo ſcilicet illi creari debeant, quibuſque imperia dari, quid illic ſit illud, cuius rata in primis ſit uoluntas: nec non qui finis ſit ſingularum rerumpublicarum, quodque primum illi ſibi propoſuêre, cùm communiter uiuere ſtatuerunt. unaquæque enim ipſarum ſuum propriumque finem habet. Leges autem, inquit, alia res ſunt, ſeiunctæque non loco, ſed fine atque officio, ab his, quæ declarant remp. formamque ipſius. Illæ namque ſunt, quas oportet magiſtratus in auctoritate ſua imperioque adminiſtrando intueri atque obſeruare illos, qui ipſas migrant, pœnaque afficere.

Quapropter tantum.) Hæc eſt totius rationis concluſio. ex his enim quæ dicta ſunt, apertum eſſe dicit, neceſſe habere politicū noſſe & diſcrimina quæ ſunt rerumpublicarum, id eſt, quot modis ipſæ inter ſe diſcrepantes inueniūtur, & numerum etiam ſingularum, id eſt, quot ſint genera ſtatus multitudinis, & quot itidem dominationis paucorū, & ad alia propria ipſius munera obeunda, & ad leges etiam ferendas: cùm, inquam, incumbit in illam curā, ut leges ſcribat. Ratio uerò huius rei eſt, quia in errore magno uerſaretur, ſi putaret eaſdem leges prodeſſe omni dominationi paucorum, & omni itidem ſtatui multitudinis. Cùm enim plures & huius & illius ſpecies ſint, ſæpè lex, quæ accommodata eſt huic dominatui paucorum, aliena eſt ab alio: etſi conueniſt ambobus in hoc, ut regantur à diuitibus: idem etiam uſuuenit in ſtatu multitudinis. Patet autem hoc, inquit, quia ſunt plura genera utriuſque reipublicæ: neque una tantum eſt, quæ regitur à populo reſpublica, ut neque etiam una, cuius clauum tenent locupletes.

a *Græcum, καὶ οἱ τὰ ἄλλα λέγοντες καλῶς*, mendoſè impreſſum eſt in quibuſdam libris, a. LAMBINI.

CAPVT II.

QVia autem in prima ratione de rebuſpublicis diſtinximus, tres eſſe reſpublicas rectas, regnum, optimates, rempublicam: treſque harum labes: tyrannidem enim regni: dominatum paucorum optimatum (ſtatum autem multitudinis reipublicæ) & de optimatibus & regno dictum eſt (de optima enim republica contemplari idem eſt atque de his nominibus dicere: uult enim utraque uirtute conſtare copijs inſtructa) adhuc autem, quo diſcrepent inter ſe ſtatus optimorum & regnum, & quando oportet regnum exiſtimare, definitum eſt prius: reſtat de republica diſſerere,

ἘΠΕΙ` δ' ἐν τῇ πρώτῃ μεθόδῳ τῶν πολιτειῶν, διελόμεθα τρεῖς μὲν τὰς ὀρθὰς πολιτείας, βασιλείαν, ἀριστοκρατίαν, πολιτείαν· τρεῖς δὲ τὰς τούτων παρεκβάσεις· τυραννίδα μὲν βασιλείας, ὀλιγαρχίαν δὲ ἀριστοκρατίας, δημοκρατίαν δὲ πολιτείας· καὶ περὶ μὲν ἀριστοκρατίας καὶ βασιλείας εἴρηται. τὸ γὰρ περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας θεωρῆσαι, ταὐτὸ καὶ περὶ τούτων ἐστὶν εἰπεῖν τῶν ὀνομάτων (βούλεται γὰρ ἑκατέρα κατ' ἀρετὴν συνεστάναι κεχορηγημένην) ἔτι δὲ τί διαφέρουσιν ἀλλήλων ἀριστοκρατία καὶ βασιλεία, καὶ πότε δεῖ βασιλείαν νομίζειν, διώρισται πρότερον· λοιπὸν περὶ πο-

QVoniam autem in diſputatione atque inſtitutione ſuperiore de reip. adminiſtrandæ formis talis partitione ac diſtinctione uſi diſſeruimus, ut tres reip. adminiſtrandæ formas rectas poneremus, regnum, ariſtocratiam, & eam quam communi nomine politiam Græci nominant, id eſt ciuilem reipub. ſeu ciuitatis adminiſtrandæ rationem: & tres ab his declinationes ſeu degreſſiones, à regno quidem tyrannidem, ab ariſtocratia oligarchiam, à politia populi poteſtatem, quam democratiam Græci uocant: & de ariſtocratia quidem & regno dictum eſt: nam de optima reipub. adminiſtrandæ forma commentari, idem eſt atque de his nominibus conſiderare: debet enim utraque conuenienter & congruenter uirtuti rebus neceſſarijs inſtructa, eſſe conſtituta) præterea uero quid inter ſe differant regnum & ariſtocratia, & quando regnum ſit exiſtimandum, antea diſtinctè explicatum eſt: reliquum eſt, ut de politia diſ-

tere, quæ cõmuni nomine appellatur, & de alijs rebuſpublicis, dominatu paucorũ, & ſtatu multitudinis, & tyrãnide. Perſpicuũ igitur & harũ tranſgreſſionũ, quę peſsima ſit, & quæ ſecunda. Neceſſe enim eſt trãſgreſsionẽ primæ & diuiniſsimæ peſsimã eſſe. Regnũ namq; neceſſe, uel nomen tantũ habere, cũ minimè ſit, uel per multã regnãtis exuperantiã eſſe. Quare tyrannidẽ, quæ peſsima eſt, plurimũ abeſſe à repub. Secundo autem loco dominatũ paucorum: ſtatus enim optimorũ multum diſtat ab hac republica. Maximè aũt moderatum ſtatũ multitudinis. Iam igitur quidã enunciauit ſic è numero eorum, qui extitêre ante nos: non tamen ad idem reſpiciẽs, quod nos. Ille namq; exiſtimauit, omnibus probis exiſtentibus, ceu ſtatu paucorum bono, & alijs, peſsimum eſſe ſtatum popularem: improborum autem, optimum. Nos autem penitùs has uitioſas eſſe affirmamus: & meliorem dominatum paucorum alium alio nou rectè poſſe dici, ſed minus malum. Verũ de huiuſcemodi exiſtimatiõe nũc omittatur. Nobis autem primũ diuidendum eſt, quot ſunt rerump. differentiæ, ſiquidẽ ſunt ſpecies plures popularis ſtatus & dominatus paucorum. Deinde quæ maximè communis, & quæ maximè expetenda poſt optimam rempublicã: & ſi qua extitit alia ad optimatum ſtatũ uergens, & bene conſtituta, ſed plurimis congruens ciuitatib. quæ eſt. Deinde è numero cæterarum, quæ quibus eſt expetenda: fortaſſe enim his quidẽ neceſſarius magis ſtatus multitudinis, quã dominatus paucorum: his uerò, hic magis illo. Poſthæc autem, quónam modo oporteat conſtituere has reſpublicas, qui huic rei ſtudeat: intelligo aũt ſtatus multitudinis per ſingulas ſpecies, & rurſus dominatus paucorũ. Extremũ aũt, quando horũ omnium breuiter mẽtionẽ eã fecerimꝰ, quæ cõtingit: enitendũ eſt perſequi, qui interitus, & quę incolumitates ſint rerũp. & cõmuniter & ſeorſum ſingularũ: & per quas cauſas hæc maximè natura fiant.

λιτείας διελθεῖν, τῆς τῷ κοινῷ προσαγορευομένης ὀνόματι, καὶ περὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, ὀλιγαρχίας τε, καὶ δημοκρατίας, καὶ τυραννίδος. φανερὸν μὲν οὖν καὶ τούτων τῶν παρεκβάσεων τίς χειρίστη, καὶ δευτέρα τίς. ἀνάγκη γὰρ τὴν μὲν τῆς πρώτης καὶ θειοτάτης παρέκβασιν, εἶναι χειρίστην· τὴν δὲ βασιλείαν ἀναγκαῖον ἢ τοὔνομα μόνον ἔχειν οὐκ οὖσαν, ἢ διὰ πολλὴν ὑπεροχὴν εἶναι τὴν τοῦ βασιλεύοντος. ὥστε τὴν τυραννίδα χειρίστην οὖσαν, πλεῖστον ἀπέχειν πολιτείας. δεύτερον δὲ τὴν ὀλιγαρχίαν. ἡ γὰρ ἀριστοκρατία διέστηκεν ἀπὸ ταύτης πολὺ τῆς πολιτείας. μετριωτάτην δὲ τὴν δημοκρατίαν. ἤδη μὲν οὖν τις ἀπεφήνατο καὶ τῶν πρότερον οὕτως· οὐ μὴν εἰς ταὐτὸ βλέψας ἡμῖν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔκρινε, πασῶν μὲν οὐσῶν ἐπιεικῶν, οἷον ὀλιγαρχίας τε χρηστῆς, καὶ τῶν ἄλλων, χειρίστην δημοκρατίαν· φαύλων δὲ ἀρίστην. ἡμεῖς δ' ὅλως ταύτας ἐξημαρτημένας εἶναί φαμεν· καὶ βελτίω μὲν ὀλιγαρχίαν ἄλλην ἄλλης, οὐ καλῶς ἔχει λέγειν, ἧττον δὲ φαύλην. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τοιαύτης κρίσεως, ἀφείσθω τανῦν. ἡμῖν δὲ πρῶτον μὲν διαιρετέον, πόσαι διαφοραὶ τῶν πολιτειῶν· εἴπερ ἐστὶν εἴδη πλείονα τῆς τε δημοκρατίας, καὶ τῆς ὀλιγαρχίας. ἔπειτα τίς κοινοτάτη, καὶ τίς αἱρετωτάτη μετὰ τὴν ἀρίστην πολιτείαν· κἂν εἴ τις ἄλλη τετύχηκεν ἀριστοκρατικὴ, καὶ συνεστῶσα καλῶς, ἀλλὰ ταῖς πλείσταις ἁρμόττουσα πόλεσι τίς ἐστιν. ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων τίς τίσιν αἱρετή. τάχα γὰρ, τοῖς μὲν ἀναγκαία δημοκρατία μᾶλλον ὀλιγαρχίας, τοῖς δ' αὕτη μᾶλλον ἐκείνης μετὰ δὲ ταῦτα τίνα τρόπον δεῖ καθιστάναι τὸν βουλόμενον ταύτας τὰς πολιτείας· λέγω δὲ δημοκρατίας τε καθ' ἕκαστον εἶδος, καὶ πάλιν ὀλιγαρχίας. τέλος δὲ πάντων τούτων, ὅταν ποιησώμεθα συντόμως τὴν ἐνδεχομένην μνείαν, πειρατέον ἐπελθεῖν, τίνες φθοραὶ καὶ σωτηρίαι τῶν πολιτειῶν, καὶ κοινῇ, καὶ χωρὶς ἑκάστης· καὶ διὰ τίνας αἰτίας ταῦτα μάλιστα γίνεσθαι πέφυκε.

tia differamus, ea, quæ communi nomine ſic appellatur, & de alijs reſpub. adminiſtrandæ formis, oligarchia, & democratia, & tyrannide. Perſpicuum igitur eſt, etiam harum degreſſionum ſeu declinationum à rectis adminiſtrationibus, quæ nam ſit peſſima, & quæ nam ſecunda. Neceſſe eſt enim declinationem à prima & diuiniſſima, eſſe deterrimam. Regnum autem neceſſariò aut regni nomen habet tantùm, cùm reuera non ſit regnum: aut propter magnam eius, qui regnat, excellentiam, conſtat. Quocirca & tyrannis, quæ deterrima eſt, à reſpub. adminiſtrandæ forma longiſſimè diſtat: ſecundo loco longè abeſt oligarchia. Nam ariſtocratia longè diſtat ab hac reſpub. adminiſtrandæ forma poſt oligarchiam. Moderatiſſima autem & tolerabiliſſima democratia eſt. Quam & quidam ex ijs, qui ante nos ſcripſerunt, in eadem ſententia fuit, non tamen, idem atque nos, ſpectans. Ille enim cenſuit, omnium reſpub. adminiſtrandæ formarũ, quæ bonæ ſunt, qualis eſt oligarchia laudabilis & recta, ſiue ariſtocratia, & aliæ ſimiles, earum peſſimam eſſe democratiam: malarum autem optimam. Nos autem omnino has deprauatas atq; à rectis detortas eſſe dicimus: & meliorem quidem eſſe oligarchiam aliam alia, neque conuenit dicere neque rectum eſt: ſed minus malam. Verum de tali quidem ſententia omittamus in præſens dicere. Nobis autem primum diſtinguendum eſt, quot ſint reſpub. adminiſtrandæ formarum differentia, ſiquidem plura ſunt & democratiæ & oligarchiæ genera: deinde quæ ſit communiſſima, & quæ maximè optabilis atque expetenda poſt optimam reſp. adminiſtrandæ formam: & ſi qua alia reſp. adminiſtratio eſt ariſtocratica, & bene ab initio inſtituta, & plurimis ciuitatibus apta, quæ nam ſit: deinde & aliarum quæ quibus ſit expetenda (fortaſſe enim his quidem magis neceſſaria democratia, quàm oligarchia eſt: illis autem hæc magis, quàm illa) deinde uerò quónam modo has reipub. adminiſtrandæ formas inſtituere oporteat eum, qui hoc facere uelit: dico autem unumquodque genus democratiæ, & iterum oligarchiæ. poſtremo ubi de his omnibus ita, ut res poſtulat, breuiter expoſuerimus, conandum nobis erit perſequi, & quæ res ſint reſp. adminiſtrandæ formis lethales ac peſtiferæ, & quæ ſalutares, tum communiter, tum ſeparatim ſingulis: & quibus de cauſis maximè uel interire, uel conſeruari ſoleant natura.

COMMENTARIVS.

Quia autem in prima.) Indicat, quid aggredi nunc uelit, & quid requirat ordo ſuſceptæ ſcriptionis. Vt autem ſe ipſum ſequi oſtendat, coniungit ea, quæ iam præcepit cum his, quæ nunc tradere ſibi propoſuit. In repetendis autem illis, quæ iam expli cuit, & ubi opus eſſe putabat, breui explanâdit, prolixior eſt: hyperbaton namque hic eſt. Cùm enim initio huius partis poſuerit ἐπεὶ, redditio ipſius ualde remota inde eſt: eſt enim illa, λοιπὸν τὴν πολιτείαν, & quæ ſequuntur. ſed ab initio ordiamur. Quia in prima methodo, ita enim appellat librum 3. qui antecedit hunc, quia in ipſo primùm cœpit ordine diſſerere de republica, rationemque eius & artem explicare: quia igitur, inquit, in eo libro diſputauimus de rebuſpublicis, itaq; diuiſimus ipſas (rectas enim tres eſſe oſtendimus) hiſq; nominibus ipſas appellauimus, regnum, ſtatum optimorum, rempublic priuſ. quemdem harum labes & deprauationes, tyrannidem regni, dominatum paucorum ſtatus optimorum, ſtatum multitudinis reipublicæ uocatæ: & quia illic à nobis diſputatum eſt de ſtatu optimorum & regno. Cùm autem ſeorſum illic minimè hoc feciſſet, quo modo uerum ſit, quod dicit, teſtatur. uidere enim, inquit, ſubtiliterque quærere de optima republica, idem eſt atque diſſerere de duobus his nominibus, id eſt regno ac ſtatu optimorum quod probat his uerbis Debet enim uterque ſtatus conſtitutus eſſe ex uirtute, inſtructus ſcilicet atque ornata rebus illi ſtatui neceſſarijs, non ſola nudataque ipſe. hoc enim ualet κεχορηγημένην non perfectam uirtutem, ut quidam falſo putarunt.

Alia autem, quo.) Præterea, inquit, diſputatum eſt de diſcriminibus, quæ ſunt inter regnum & ſtatum optimorum, nec nó quando opus eſt regnum inſtituere. Hoc enim arbitror hic ualere νομίζειν, cùm ſcilicet hi, qui debent ita regi, apta ſeges materiaque ſunt huius imperij id eſt, ſunt ingenio tales, ut æquo animo ferant ſe ab uno regi. de his igitur omnibus explicatum eſt prius.

Reſtat de repub.) Hæc eſt ἀνταπόδοσις, redditioq; illius ἐπεὶ, quod ſuprà ſignificaui, poſt multa in medio poſita. inquit igitur: Reſtet nunc de rep. diſſerere, id eſt de tertio illo genere ſtatus probati, qui ſtatus communi nomine omnium rerumpublicarum, reſp. appellatur: & quemadmodum reliqua nobis hæc eſt explicanda reſpublica, ita tres illæ, quæ corruptelæ ſunt uerarum rerumpublicarum, nomenque tantùm retinent reipublicæ, facta autem nullo pacto, id eſt dominatus paucorum, ſtatus multitudinis, & tyrannis.

Peſſimum igitur.) Antequam diſſerat de republica, quam ſignificauit, profert nonnulla de tribus, quos modò nominauit, ſtatib. ciuitatis uitioſis aperitque, quæ peſſimus ipſorum ſit, & qui proximè ad ipſum accedat, nec non qui minus deprauatus, diligenter ratione reddita ſui iudicij. Neceſſe namque eſſe inquit, ut labes corruptelaq; primæ & diuiniſſimæ reip peſſime ſit: reſpondent namque uitia huius uirtutib illius Regnum autem tale eſſe docet. neceſſe enim eſt, inquit, aut nomine tenus appellari regnum, minimè autem eſſe, nec conuenire ipſi id nomen ullo pacto: aut conſtare ipſam propter multam eximiamque uirtutem eius, qui regnat, qua uincat longo interuallo cunctos, in quos imperium habet. Quare, inquit, ſequitur tyrannidem, quæ deterrima eſt, plurimum diſtare à republica: & non tantùm tota linea aduerſari regno, uerum etiam penè indignam eſſe quæ uocetur reſpublica.

Secundo autem loco.) Secundum locum obtinere ait dominatum paucorum. Quod conſtituere uolens, inquit: Status enim optimorum diſtat multùm ab hac republica. quare ut ille meritò probatur, ita hic è regione ipſius poſitus, uitio affinis eſſe intelligitur. Vitij etiam tertij deprauati ſtatus exponit, traditque rempublicam, quæ in manu eſt multitudinis, maxime minimum corruptelarum moderatam eſſe Cùm enim recedat à minus bona, inde naſcitur, ut ipſa minus mala ſit: non enim neceſſe eſt, ut omnes numeros in ſe habeat prauitatis, quod aduerſatur minus bono.

Iam igitur quidam.) Oſtendit extitiſſe quempiam ſuperiore ætate, qui de hac re una ſecum ſentiret, niſi quòd uerbis aliquo modo tantùm diſcrepabat. Fuiſſe autem Platonem notare, qui in libro, cuius index eſt πολιτικὸς, uidetur ita totam hanc rem definire. inquit igitur noſter, ſuum iudicium confirmare uolens Iam quidam eorum, qui prius uixere, ut nos modò fecimus, de hoc pronunciauit. ſenſum igitur illius ſuo conuenire his uerbis teſtatur. nam quod addidit, Qui tamen non conuertit oculos in idem, quod nos: ualet ad oſtendendum, quid diſcriminis uerſetur inter ambos. Ipſum autem eſt, quod ille, quicunque fuit, uocauit omnes hos ſtatus reip. probos cum ipſe diſtinguat eos, treſque illorum uocet bonos utileſque, tres uerò contra malos atque inutiles cætera autem, ut diuerſum hoc principium ſerebat, ferè eadem ſunt. inquit enim, conferens opinionem eius cum ſua: Ille namque cenſuit, cùm omnes illi tres ſtatus probi eſſent ſorteque dominatus etiam paucorum rectus, & cæteri itidem, id eſt & ſtatus multitudinis & tyrannis, peſſimum eſſe ſtatum multitudinis: malorum autem optimum, id eſt (niſi fallor collatum cum his, qui uocantur mali) ipſe namque cùm omnes uocarat bonos, nullũ ſane malum uitioſumq. exiſtimabat Quòd autem inquit, οὐκ ἐν τούτῳ βλέπων ἡμῖν eodem pacto locutus eſt Demoſthenes contra Ariſtocratem, cum qui ſoret ſenſus animi ſui declarare uellet, οὐκ εἰς ταὐτὸν καὶ ἐμοί, ὅπερ ὃ βλέπων ἐγὼ, ταῦτα λέγω.

Nos autem penitus.) In quo ipſe diſſentiat ab eo, nunc docet. Nos enim, inquit, omnino tres has deprauatas eſſe, affinesq; uitio affirmamus, & meliorem ſtatum hunc paucorum eſſe alio, non arbitramur rectè dici, ſed oportere uocari minus malum. Quæ namq; res prauæ ſemel eſſe ſtatuuntur, notatæq; nomine uitij ſunt, non poſſunt inter ſe conferri ex bonitate: ſed ex ea macula ac prauitate, quæ ipſis hæret, cùm poſſit illa in hac maior, in hac uerò minor eſſe. addit autem in extremo. Verũ omittamus nunc ſubtiliter diſſerere de hac quæſtione: neque enim illa eſt huius temporis.

Nobis autem primum.) Notum facit ordinem, quem ſequi ſtatuit in hac diſciplina tradenda, ut ſe ueram uiam ipſius docendæ tenere oſtendat, ac iuuet eos, qui ipſam accipere uelint perſpectus enim ordo ſerieſq; præceptorum cuncta planiora reddit. Inquit igitur, à ſe primum diſtinguendum eſſe, quot ſint diſcrimina rerumpublicarum, quæ modò appellatæ ſunt, ſi tamen plures genera ipſarum ſint: nec una tantùm exiſtat ac ſimplex, ſiue democratia, ſiue dominatio paucorum, ſed plures inter ſe diſtantes aut maiore aut minore uitio ac labe.

Deinde quæ maxime.) Deinde ſui muneris eſſe, inquit, docere, quæ reſp. maximè communis ſit, id eſt, quę præter cæteras omnes facilius accommodari poſſit pluribus ciuitatibus: nec non, quæ maximè ſit expetenda poſt optimam illam iam explicatam, quæ diuiditur in duas, id eſt in regnum & ſtatum optimatum. Deinde, inquit, ſuas eſſe partes, ſi qua fortè alia ſit reipublica, quæ propè accedat ad rectas adminiſtratasque ab optimis uiris, ac bellè demum conſtituta, eadem tamen plurimis ciuitatibus quadrans, uideat quæ nam illa ſit.

Deinde e numero.) Deinde, inquit, poſt eam, quæ inſtar eſt ariſtocratiæ, uidendum ſibi eſſe è numero aliarum, quæ reſp. quibus hominibus, qualique ingenio præditis maximè conueniat, ſitque ipſis meritò expetenda. Vt enim ſunt naturæ hominũ diuerſæ, fortaſſe his magis neceſſaria eſt reſpublica, quam regit multitudo, quàm dominatio paucorum: his autem contrà, longè alia indole præditis, dominatus paucorum magis quam ſtatus multitudinis conueniat.

Poſt hæc autem) Cùm hæc omnia explicuerimus, inquit, docendum nobis erit, quonam modo oportet conſtituere has reſp. eum, qui condere ipſas uelit, & quæ tanquam fundamenta iacere ipſarum debeat. Intelligo autem, inquit, non ſimpliciter conſtituere in ciuitate ſtatum multitudinis, ſed cùm plures ipſius partes ſpecieſúe ſint, illam ipſam, quã uoluntas ipſius fert: quod, ut in hac ipſa, ita etiam in dominatione paucorum ſe facturum eſſe pollicetur.

Extremum autem.) Pergit aperire ordinem, quem ſibi nunc propoſuit indicandum, huius ſcriptionis. Poſtremum enim, inquit, cùm breuiter omnium harum rerum mentionem iam fecerimus, quam res patitur, dare operam debemus, ut tradamus illa, quæ interitum afferunt rebuſpublicis, & quæ ſalutem eiſdé dant: atque id duobos modis id eſt generatim & propriè. Sunt enim, quæ infirmant perduntq; omnem rempublicam: ſunt etiam propriæ quædam labes huius & illius, & quæ magis (exempli cauſa) ſtatum multitudinis, quàm dominatum paucorum temptant ac labefactant. Idem autem uiuuenit de medicinis & remedijs horum malorum: quædam enim diligenter ſeruata facilius ſtatum hunc, qui malis inuenitur, & ab interitu uindicant. Sed etiam, inquit, quas potiſſimum ob cauſas hæc naſci maximè conſueuerint, oſtendemus.

CAPVT

CAPVT III.

CVm enim plures ſint reſpub. cauſa eſt, quòd omnis ciuitatis partes plures ſunt numero. Primũ enim è domib. concretas oẽs uidemus ciuitates: deinde rurſus huius multitudinis, hos quidẽ diuites neceſſe eſt eſſe, hos autẽ pauperes, hos uerò medios: & diuitũ utiq; & pauperũ, hanc quidem partẽ eſſe armatã, hanc uerò inermẽ. Et hanc plebẽ deditã agro colendo uidemus: hanc autẽ uerſati in foro: hanc uerò cõſtare ex opificibus. Et nobiliũ ſunt diſcrimina, & per diuitias, & magnitudines patrimonij: ceu ſtudiũ equorũ alẽdorũ. hoc enim nõ facilè eſt præſtare, niſi diuites. Quare antiquis tẽporibus quibuſcunq; ciuitatib. robur militiæ in equis manebat, apud hos erãt dominatus paucorũ: utebãtur aũt aduerſus hoſtes equis aduerſus uicinos populos, ueluti Eretriẽſes & Chalcidenſes & Magnetes prope Mæandrũ, & aliorũ populorũ multi Aſiã incolentes. Amplius præter diſcrimina è diuitijs, eſt quod proficiſcitur à genere & à uirtute: & ſi qua alia huiuſcemodi res dicta eſt pars eſſe ciuitatis, ubi de optimatũ ſtatu diſſeruimus: illic .n. diſtinximus è quot partib. neceſſarijs conſtat omnis ciuitas. Harũ enim partiũ aliquando cunctæ participes ſunt reipublicæ: aliquãdo, pauciores: aliquando plures. Perſpicuũ igitur, plures neceſſe eſſe reſpub. exiſtere, quæ diſcrepẽt inter ſe ſpecie: hæ nãq; partes ſpecie diſcrepant inter ſe. Reſp. nãq; eſt magiſtratuũ ordo: hunc aũt cuncti diſtribuunt uel per poteſtatem eorum, qui participes ipſorum ſunt: uel per quampiam aliam æqualitatem communem: intelligo autem pauperum, uel diuitum, uel communem aliquam ambobus. Neceſſe igitur eſt reſp. eſſe tot, quot ſunt ordines ſecũdum exuperantias & ſecundũ diſcrimina partiũ. Maximè aũt uidentur eſſe duę: quemadmodũ in uentis dicitur: hos quidẽ eſſe Aquilonios, hos aũt Auſtrales: alios autem, horum egreſſus. Sic & rerumpublicarum duæ, ſtatus populi, & dominatus paucorum. Optimates enim ſpeciem dominatus paucorũ eſſe ponunt, tanquã ſit dominatus qui-

ΤΟῦ μὲν οὖν εἶναι πλείους πολιτείας αἴτιον, ὅτι πάσης ἐστὶ μέρη πλείω πόλεως τὸν ἀριθμόν. πρῶτον μὲν γὰρ ἐξ οἰκιῶν συγκειμένας πάσας ὁρῶμεν τὰς πόλεις. ἔπειτα πάλιν τούτου τοῦ πλήθους, τοὺς μὲν εὐπόρους ἀναγκαῖον εἶναι, τοὺς δὲ ἀπόρους, τοὺς δὲ μέσους· καὶ τῶν εὐπόρων δὲ καὶ τῶν ἀπόρων, τὸ μὲν ὁπλιτικὸν, τὸ δὲ ἄοπλον. καὶ τὸν μὲν γεωργικὸν δῆμον ὁρῶμεν ὄντα, τὸν δὲ ἀγοραῖον. τὸν δὲ βάναυσον. καὶ τῶν γνωρίμων εἰσὶ διαφοραὶ, καὶ κατὰ τὸν πλοῦτον, καὶ τὰ μεγέθη τῆς οὐσίας· οἷον ἱπποτροφίας. τοῦτο γὰρ οὐ ῥᾴδιον μὴ πλουτοῦντας ποιεῖν. διόπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων, ὅσαις πόλεσιν ἐν τοῖς ἵπποις ἡ δύναμις ἦν, ὀλιγαρχίαι παρὰ τούτοις ἦσαν. ἐχρῶντο δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους ἵπποις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας· οἷον ἐρετριεῖς, καὶ χαλκιδεῖς, καὶ μάγνητες οἱ ἐπὶ μαιάνδρῳ, καὶ τῶν ἄλλων πολλοὶ περὶ τὴν ἀσίαν. ἔτι πρὸς ταῖς κατὰ πλοῦτον διαφοραῖς, ἔστιν ἡ μὲν κατὰ γένος, ἡ δὲ κατ᾽ ἀρετὴν κἂν εἴ τι δὴ τοιοῦτον ἕτερον εἴρηται πόλεως εἶναι μέρος ἐν τοῖς περὶ τὴν ἀριστοκρατίαν. ἐκεῖ γὰρ διειλόμεθα ἐκ πόσων μερῶν ἀναγκαίων ἐστὶ πᾶσα πόλις. τούτων γὰρ τῶν μερῶν, ὁτὲ μὲν πάντα μετέχει τῆς πολιτείας· ὁτὲ δὲ ἐλάττω· ὁτὲ δὲ πλείω. φανερὸν τοίνυν, ὅτι πλείους ἀναγκαῖον εἶναι πολιτείας, εἴδει διαφερούσας ἀλλήλων· καὶ γὰρ ταῦτ᾽ εἴδει διαφέρει τὰ μέρη σφῶν αὐτῶν. πολιτεία μὲν γὰρ ἡ τῶν ἀρχῶν τάξις ἐστί. ταύτην δὲ διανέμονται πάντες, ἢ κατὰ τὴν δύναμιν τῶν μετεχόντων, ἢ κατά τινα αὐτῶν ἰσότητα κοινήν. λέγω δ᾽ οἷον τῶν ἀπόρων, ἢ τῶν εὐπόρων, ἢ κοινήν τιν᾽ ἀμφοῖν. ἀναγκαῖον ἄρα πολιτείας εἶναι τοσαύτας, ὅσαι περ τάξεις κατὰ τὰς ὑπεροχάς εἰσι, καὶ κατὰ τὰς διαφορὰς τῶν μορίων. μάλιστα δὲ δοκοῦσιν εἶναι δύο. καθάπερ ἐπὶ τῶν πνευμάτων, λέγεται τὰ μὲν βόρεια, τὰ δὲ νότια· τὰ δ᾽ ἄλλα, τούτων παρεκβάσεις. οὕτω καὶ τῶν πολιτειῶν, δύο, δῆμος, καὶ ὀλιγαρχία. τὴν γὰρ ἀριστοκρατίαν τῆς ὀλιγαρχίας εἶδος τιθέασιν, ὡς οὖσαν ὀλι-

CVR igitur plures ſint reip. adminiſtrandæ formæ, cauſa eſt, quod omnis ciuitatis plures ſint numero partes. Primum enim ciuitates omnes ex domibus uidemus conſtare: deinde rurſum huius multitudinis alios eſſe locupletes & copioſos neceſſe eſt, alios egentes & inopes, alios medios. & locupletum atq; egentium alios eſſe armis inſtructos, alios inermes. & de populo alios eſſe agricolas uidemus, alios mercatores & in foro occupatos, alios artifices illiberales & operarios. Nobilium quoque ſunt differentiæ tum ex diuitijs & amplitudine rei familiaris: uerbi gratia, ex facultate equorum alendorum: hoc enim non facile eſt ijs facere, qui non ſunt locupletes. quocirca priſcis illis temporibus, quibus ciuitatibus potentia in equis conſiſtebat, apud has erant oligarchiæ. utebãtur autem equis in hoſtes, quos habebant finitimos: uerbi gratia, Eretrienſes & Chalcidenſes & Magnetes, qui Mæandrum accolebant, & multi alij Aſiæ populi. Tum præter eas, quæ in diuitijs conſiſtũt, differentias, alia eſt ex genere, alia ex uirtute, & ſi qua talis alia pars ciuitatis eſſe dicta eſt in ijs diſputationibus, quæ ad ariſtocratiam pertinent. Illic enim expoſuimus partite ac diſtincte, quot ex partibus neceſſarijs conſtet omnis ciuitas. Harum enim partiũ interdum omnes ſunt reip. adminiſtrationis participes, interdum pauciores, interdum plures. Perſpicuũ igitur eſt, neceſſario plures eſſe reip. adminiſtrandæ formas, genere inter ſe differentes. Etenim hæ partes genere differunt inter ſe. Nam ciuitatis adminiſtratio, quam politiã Græci dicunt, magiſtratuum deſcriptio atque ordinatio eſt. Hanc autem diſtribuunt omnes aut ex ui & potentia eorum, qui ſunt huius ordinationis participes, aut ex aliqua eorum æqualitate communi: dico autem, uerbi gratia, æqualitatem aut egentium, aut locupletium, aut quandam utrorumq; communem. Neceſſe igitur eſt tot eſſe reip. adminiſtrandæ formas, quot ſunt ordines ſeu ordinationes, pro exſuperantijs & excellentijs, & pro differentijs partiũ. Videntur autem duæ eſſe maxime: & quemadmodum uentorum alij dicũtur eſſe Aquilonares, alij Auſtrales, alij uero horum degreſſiones: ſic & reip. adminiſtrandæ formarum duæ, populi poteſtas ſeu democratia, & paucorum imperium, quam oligarchiam Græci nominant. Ariſtocratiam enim oligarchiæ ſpeciem ponũt, quaſi ſit oligarchia quædam

quidam: & uocatã rempublicã, ſtatũ populi: quemadmodũ in uentis, Fauoniũ Aquilonis, Eurum autẽ Auſtri. Eodem modo ſe habet & circa harmonias, ut quidã aiunt. Etenim illic ſtatuunt ſpecies duas eſſe concentus, & qui Doricũ, & qui Phrygium morem exprimit: alias autem compoſitiones, has quidem Doricas, has quidẽ Phrygias appellant. Maximè igitur conſuerunt ſic arbitrari de rebuſpublicis: uerius tamẽ & melius, ut nos diuiſimus, duabus uel una exiſtente, quæ pulcrè conſtituta ſit, reliquas eſſe migrationes ex ipſis: has quidem bene tẽperatæ harmoniæ, has autẽ oprimæ reipublicæ, propè accedentes ad dominatum paucorũ, quæ fuerint contentiores, & magis eriles: remiſſas autem & molles, populares.

Non oportet autem ſtatuere ſtatum multitudinis, quemadmodũ quidã conſuerunt nunc, ſimpliciter hoc pacto, ubi ſummam poteſtatem habet multitudo (in dominatibus eni quoque paucorum, & ubique maior pars ſummam poteſtatẽ haber) neque dominatũ paucorũ, ubi pauci in ſua manu habent rempublicã. Si enim eſſent cuncti mille & trecenti, atqoe horũ mille diuites, qui nó partem tribuerent imperij trecẽtis & pauperibus, liberis exiſtentibus, & cætera ſimilibus, nemo diceret hos populariter regi. Eodem autem pacto & ſi pauperes quidem pauci eſſent, potentiores autem diuitibus, pluribus exiſtentibus, nemo dominatũ paucorũ appellaret: neq; huiuſcemodi, ſi cæteris exiſten sib. diuitibus, participatio nulla eſſet honorũ. Magis igitur dicendũ, populum eſſe ſtatũ, cũm liberi in ſua poteſtate rẽpub habuerint: dominatũ autẽ paucorũ, cũ diuites: ſed cõtingit hos quidẽ multos eſſe, hos autem paucos: liberi enim multi, diuites aũt pauci. Etenim ſi ratione magnitudinis tribuiſſent magiſtratus, quẽadmodũ in Aethiopia fieri ſunt q affirmẽt, uel pulcritudinis, dominatus paucorũ extitiſſet: paruus .n. numer° eſt & formoſorũ & magnorũ. Veruntamen non his ſolũ ſatis eſt definitas eſſe reſp. has, ſed qa plures partes ſunt & popularis ſtatus, & dominatus paucorũ, amplius ſtatuendũ eſt; neq; etiam ſi liberi

χαρχίαν τινά· καὶ τὴν καλουμένην πολιτείαν, δημοκρατίαν· ὥσπερ ἐν τοῖς πνεύμασι, τὸν μὲν ζέφυρον τοῦ βορέου, τοῦ δὲ νότου τὸν εὖρον. ὁμοίως δ᾽ ἔχει καὶ περὶ τὰς ἁρμονίας, ὥς φασί τινες. καὶ γὰρ ἐκεῖ τίθενται εἴδη δύο, τὴν δωριστὶ, καὶ τὴν φρυγιστί· τὰ δ᾽ ἄλλα συντάγματα, τὰ μὲν δώρια, τὰ δὲ φρύγια, καλοῦσι. μάλιστα μὲν οὖν εἰώθασιν οὕτως ὑπολαμβάνειν περὶ τῶν πολιτειῶν· ἀληθέστερον δὲ καὶ βέλτιον, ὡς ἡμεῖς διείλομεν· δυοῖν ἢ μιᾶς οὔσης τῆς καλῶς συνεστηκυίας, τὰς ἄλλας εἶναι παρεκβάσεις· τὰς μὲν τῆς εὖ κεκραμένης ἁρμονίας, τὰς δὲ τῆς ἀρίστης πολιτείας. ὀλιγαρχικὰς μὲν τὰς συντονωτέρας καὶ δεσποτικωτέρας· τὰς δ᾽ ἀνειμένας καὶ μαλακὰς, δημοτικάς.

Οὐ δεῖ δὲ τιθέναι δημοκρατίαν, καθάπερ εἰώθασί τινες νῦν, ἁπλῶς οὕτως, ὅπου κύριον τὸ πλῆθος (καὶ γὰρ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις, καὶ πανταχοῦ, τὸ πλέον μέρος κύριον) οὐδ᾽ ὀλιγαρχίαν, ὅπου κύριοι τῆς πολιτείας ὀλίγοι. εἰ γὰρ εἴησαν οἱ πάντες χίλιοι καὶ τριακόσιοι· καὶ τούτων οἱ χίλιοι πλούσιοι, καὶ μὴ μεταδιδοῖεν ἀρχῆς τοῖς τριακοσίοις καὶ πένησιν, ἐλευθέροις οὖσι, καὶ τἆλλα ὁμοίοις· οὐθεὶς ἂν φαίη δημοκρατεῖσθαι τούτους. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ πένητες μὲν ὀλίγοι εἶεν, κρείττους δὲ τῶν εὐπόρων, πλειόνων ὄντων· οὐδεὶς ἂν ὀλιγαρχίαν προσαγορεύσειεν· οὐδὲ τὴν τοιαύτην, εἰ τοῖς ἄλλοις, οὖσι πλουσίοις, μὴ μετείη τῶν τιμῶν. μᾶλλον τοίνυν λεκτέον, ὅτι δῆμος μέν ἐστιν, ὅταν οἱ ἐλεύθεροι κύριοι ὦσιν· ὀλιγαρχία δ᾽, ὅταν οἱ πλούσιοι· ἀλλὰ συμβαίνει, τοὺς μὲν πολλοὺς εἶναι, τοὺς δ᾽ ὀλίγους· ἐλεύθεροι μὲν γὰρ πολλοὶ, πλούσιοι δ᾽ ὀλίγοι. καὶ γὰρ ἂν, εἰ κατὰ μέγεθος διενέμοντο τὰς ἀρχὰς, ὥσπερ ἐν αἰθιοπίᾳ φασί τινες, ἢ κατὰ κάλλος, ὀλιγαρχία ἦν ἄν. ὀλίγον γὰρ τὸ πλῆθος, καὶ τὸ τῶν καλῶν, καὶ τὸ τῶν μεγάλων. οὐ μὴν ἀλλ᾽ οὐδὲ τούτοις μόνον ἱκανῶς ἔχει διωρίσθαι τὰς πολιτείας ταύτας· ἀλλ᾽ ἐπεὶ πλείονα μόρια καὶ τοῦ δήμου καὶ τῆς ὀλιγαρχίας εἰσὶν, ἔτι διαληπτέον, ὡς οὔτ᾽ ἂν οἱ ἐλεύ-

quadam: & eam, quæ politia nomine communi dicitur, democratia: quemadmodum in uẽtis Fauonium quidem Aquilonis, Vulturnũ autem Auſtri partem eſſe uolunt. Similiq; concentionum & intentionum in cantibus ac fidibus, quæ harmoniæ dicuntur à Græcis, ratio eſt, ut aiunt quidem. Nam etiam illic duo earum genera faciũt, Doricum & Phrygium: cæteras, ut ex his conflatas & temperatas, earum nominibus nominatim appellant. Hoc igitur modo de resp. adminiſtrandæ formis conſueuerũt maximè exiſtimare. Sed uerius & melius eſt ita dicere, quemadmodum partientes expoſuimus, aut duas, aut unam eſſe reip. adminiſtrandæ formam rectè inſtitutam: unamq; harmoniam rectam, & perfectam, cæteras eſſe a recta aberrationes ac deflexiones: has quidem ab harmonia bene temperata, illas uerò ab optima reip. adminiſtrãda forma: oligarchicas eas, quæ ſunt contentiores, & plus nimio heriles: populares, eas, quæ ſunt remiſſiores & molliores.

CAPVT IIII.

Non oportet autem democratiam ſtatuere ita ſimpliciter, ut nunc ſolet quidam, eam, in qua penes multitudinem arbitrium & auctoritas eſt: (nã etiam in oligarchijs, & ubiq; penes maiorem partem arbitrium & poteſtas eſt) neq; oligarchiã, ubi penes paucos reip. adminiſtrandæ poteſtas eſt. Si enim eſſent uniuerſi ciues mille trecenti, & ex his mille diuites: ac que imperij participes facerent trecentos & pauperes, quãtumuis liberos, & cætera ſimiles: nemo hos dixerit popularẽ reip. adminiſtrandæ formam uſurpare. Itemq; ſi pauperes pauci eſſent, & tamẽ locupletibus pluribus ſuperiores ac potẽtiores: nemo hanc reip. adminiſtrandæ formã, oligarchiam appellarit, neq; hãc talem, in qua honores cum alijs, qui diuites eſſent, non communicarentur. Dicendum igitur potius eſt, democratiam eſſe, cum penes liberos ſumma rerũ poteſtas eſt: oligarchiam, cum penes diuites. Quòd autem illi multi ſunt, hi pauci, hoc ita fortè euenit. Nam liberi quidem homines, multi: locupletes autem pauci. Etenim ſi pro magnitudine & proceritate corporis mandarentur honores, ut in Aethiopia aiunt quidam fieri ſolere, aut pro pulcritudine: eſſet oligarchia. Exiguus enim pulcrorum & procerorum numerus eſt. Veruntamen neque his tantum has reſpub. adminiſtrandæ formas definire ſatis eſt: ſed quia particulæ plures Democratiæ & Oligarchiæ ſunt, præterea decidendum ac ſtatuendum eſt, neque ſi liberi

liberi, pauci exiſtẽtes, in plures & non liberos imperiū habuerint, populi ſtatū eſſe: ut Apolloniæ fit, q̃ ad mare Ioniū eſt, & Theræ: in utraq; enim harū ciuitatū honores ſoli adipiſcuntur, qui pręſtāt cęteris nobilitate, & primi in colonias illas uenerunt, qui pauci ſunt è multis. Neq; etiā ſi diuites, quoniā numero ſuperāt, populi ſtatus eſſet, ueluti antiquitus Colophone: illic enim amplum patrimonium plures poſsidebant ante bellum, qđ geſſerunt cū Lydis. Sed populi ſtat9 eſt, cū liberi & pauperes, plures exiſtẽtes, ī ſua manu imperiū habuerint. Dominatū aũt paucorū, cū diuites & nobiliores, pauci exiſtẽtes.

ἐλεύθεροι, ὀλίγοι ὄντες, πλειόνων καὶ μὴ ἐλευθέρων ἄρχωσι, δῆμος· οἷον ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ ἐν τῷ ἰονίῳ, καὶ ἐν θήρᾳ· ἐν τούτων γὰρ ἑκατέρᾳ τῶν πόλεων ἐν ταῖς τιμαῖς ἦσαν οἱ διαφέροντες κατ' εὐγένειαν, καὶ πρῶτοι κατασχόντες τὰς ἀποικίας, ὀλίγοι ὄντες πολλῶν. οὔτε ἂν οἱ πλούσιοι, διὰ τὸ κατὰ πλῆθος ὑπερέχειν, δῆμος· οἷον ἐν κολοφῶνι τὸ παλαιόν. ἐκεῖ γὰρ ἐκέκτηντο μακρὰν οὐσίαν οἱ πλείους, πρὶν γενέσθαι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς λυδούς. ἀλλ' ἔστι δημοκρατία μὲν, ὅταν οἱ ἐλεύθεροι καὶ ἄποροι, πλείους ὄντες, κύριοι τῆς ἀρχῆς ὦσιν· ὀλιγαρχία δ', ὅταν οἱ πλούσιοι καὶ εὐγενέστεροι, ὀλίγοι ὄντες.

beri, qui pauci ſint, in plures et nō liberos imperiū obtineant, democratiā eſſe: quod genus eſt Apollonia in mari Ionio, & Theræ: in utraq; enim harum ciuitatum florebant honoribus qui nobilitate præſtabant, quiq; primi colonias occuparāt, cum heſſent pauci, alij multi. Neque ſi diuites præſint, propterea quòd numero ſint ſuperiores, democratiam ſimiliter eſſe habendam: quemadmodum olim in Colophone: illic enim antequam bellum aduerſus Lydos ortū eſſet, maior pars ciuium magnas & diuturnitate temporis ſtabilitas atq; amplificatas rei familiaris facultates poſſidebat. Sed democratia quidem eſt, cùm liberi & pauperes numeroq; pluriores, imperij & ſummæ rei ſunt compotes: oligarchia, cùm diuites & nobiliores, numero pauciores.

COMMENTARIVS ET SCHOLIA.

Cum mim plures.) Cùm oſtendiſſet, quæ ſit materies propria huius diſciplinæ, & quam partem ipſius iam explicaſſet, quæq; ſit tradenda reſtaret, ordinemq; quis etiam quem ſequi uellet indicaſſet: inde exſequitur, ut plures, & non una tantùm reſp. ſit, docere aggreditur. Eſſe autem cauſam huius uarietatis & diſsimilitudinis ipſarum dixit, quia ſunt plures partes omnis ciuitatis: nec ulla reperitur, quæ non ita diſtincta ſit. ordine igitur ipſas enumerat, & inquit: Primùm enim è domibus, id eſt familijs omnes conſtitutas uidemus: domos enim hic appellare uidetur familias, quæ in ipſis habitant, non domicilia: id quod ſignificant, quæ ſequuntur. dicit enim: Deinde huius multitudinis. multitudinem autem hominum, non ædificiorum, ipſum intelligere apertum eſt. Huius igitur multitudinis ac turbæ magnæ mortalium, quæ conficit ciuitatem (quod declarat diſtinctam illam eſſe ac uariatam multis modis) hos quidem locupletes eſſe neceſſe eſt, hos autem pauperes, hos uerò medios inter illos, atque interiectos inter diuites ac pauperes. Addit autem, quæ & ipſa diſtinctio non leuis eſt, & è numero locupletū & pauperum alteros graui armatura præditos, alteros leui, nec inſtructos armis, quæ corpus tegunt: niſi intelligimus primos illos milites eſſe, hos uerò uacuos omnino à ſtudio rerum bellicarum.

Et hanc plebem.) Diuidit rurſus partes ciuitatis, quas ſuprà diuiſerat. primùm autem tenues homines atq; egenos, quos plebis nomine appellat. quædam enim plebs occupata erat in agris colendis, quædam in foro rerum uenalium diem terebat, uictum ſibi parans uendendis uilibus rebus: tertium genus plebis conficiebant opifices, qui minutas ſordidaſque artes exercebant.

Et nobilium ſunt.) Diuidit omne, quos notos & quaſi inſignes uiros uocat. ij enim ſunt Græcis *γνώριμοι*: plures namque res reddunt homines claros, ut docet: primum autem appellat locupletes. Horum igitur clarorum cùm plura genera ſint, nonnullos ipſorum affirmat id eum locum ordinemque peruenire commendatione diuitiarum atque ampli patrimonij: ceu inquit, qui equos alunt, nomenque ac dignitatem aliquam nacti ſunt ex illo ſumtu. hoc enim, inquit, uix facere poſſunt, qui diuites non ſunt.

Quare antiquus.) Valet hoc multùm ad conſtituendum, quod dixit. inquit enim, ea de cauſa factum, ut antiquitus illæ ciuitates, quæ copias equeſtres haberent, omnemque operam ac robur ſuum in hoc genere armorū collocaſſent, ſtatu paucorum uterentur: ubi enim diuites multi ſunt, adiuuantq; remp. ſuis fortunis, exiſtimant oportere ſe potiſsimum gubernaculum ciuitatis tenere. Vti autem ſolitos ipſos, inquit, equis in bello, quod gererent cum uicinis populis: neque enim omnes, qui alunt equos, utuntur illis ad rem militarem, cùm plura genera equorum ſint. Nominare uerò uolens, qui populi uſi multum forent in bello equitibus, indeq; ſibi laudē ac gloriam peperiſſent: appellauit Eretrienſes, & Chalcidenſes, & Magnetes, qui ad Mæandrum amnem domicilia poſita habent, ut diſtingueret illos ab alijs Magnetibus, qui ab Sipylo uocabantur. duo enim genera Magnetum erant, ſeparata locis. Quod ad Eretrienſes pertinet, Plutarchus quoque in libello, quem *ἐρωτικόν* uocauit, narrat, firmum in primis equitatum illos habuiſſe in bello, quod erat ipſis cum Chalcidenſibus, ut nulla ratione ualerent illi reſiſtere hoſtes: quod tamen Chalcidenſes aliquando uirtute Cleomachi Pharſalij, qui uenerat ipſis auxilio, obtinuerunt. tota hiſtoria, lepida ſanè, à Plutarcho diligenter exponitur. Vt autem gentes tres, quas nominauit, cum uires haberent in equitatu, regi ſolitas à diuitibus: ita alias quoq; nonnullas Aſiæ adiungit.

Amplius præter diſcrimina.) Oſtendit alia non nulla extare, quæ præter diuitias, diſtinguunt ac uariant ciuitates, ſtatuſque ipſarum. Cùm enim declaratum eſſet, magnam ad hoc uim habere ubertatem patrimonij: ſignificat diſcrepare alios, antecellereque cæteris antiquitate generis, ut alij quoq; uirtute, & ſi qua, inquit, alia res eſt huiuſcemodi, quæ dicta ſit à nobis pars eſſe ciuitatis, ubi de ſtatu optimatum diſſeruimus. Cur autem ad eum locum nos reijciat, docet: illic enim, inquit, diuiſione ipſarum facta, declarauimus, quæ partes neceſſariæ forent omnis ciuitatis, ita ut ſine ipſis non uideretur ciuitas ulla poſſe manere. Quia autem, quod hic tradit ſe iam feciſſe, in libris uerò, qui hunc antecedunt, non perſpicitur hoc apertè diligenterq; auctor præſtitiſſe: uenit in mentem docto & ingenioſo uiro, Angelo Segnio, multumque in lectione horum librorum uerſato, non tamen ſolam hanc coniecturam ſecuto, uerùm alias quoque nonnullas ſatis acutas, ordinem horum librorum peruerſum eſſe: ſeptimumque, in quo accuratè hoc, quod hic narrat, efferit, anteire hunc debere. Exhibuit non parū negotij D. quoque Thomæ hic locus: nec ſtatuere ſtatim potuit, quomodo hic ſcrupulus euelleretur. primùm enim putauit de hoc dictum fuiſſe in 11. horum librorum, quo loco argumentatur contra remp. Platonis: deinde, quia hoc ipſi nō ualde firmum uidebatur, addidit fieri poſſe, ut in tractatu ſeparato (his enim uerbis uſus eſt) quem ſcripſerit de ſtatu optimatum, hoc fecerit. Sepulueda, qui etiam ipſe hunc ſcopulum uidit, inquit, ſignificare Ariſtotelem tertium librum, in quo de ſtatu optimatum & de regno differit, & ubi explicat partes ciuitatis: nec tamen, quia & ipſe hoc parum certum eſſe intelligebat, alienus fuit ab ea opinione, ut in ſecundo, diſputans aduerſus Platonem, hoc attigerit: idem tamen fatetur, de quo dubitari non poterat, in VII. libro hoc ſedulò plenèque feciſſe Ariſtotelem: &, quid ſuæ ſententiæ foret de optimo ſtatu reipublicæ, illic oſtendiſſe.

Harum enim partium.) Verè ſe diſtinxiſſe oſtendit reſpublicas, animaduerſa ui naturaque harum partium: multumque ualuiſſe docet animaduerſionem ipſarum ad reſp. informandas. eſt enim, inquit, quando harum partium nulla reijcitur à gubernaculo ciuitatis, ſed omnes participes ſunt rectionis ipſius: quandoque autem pauciores, excluſa aliqua ipſarum aut pluribus, adminiſtrant rempublicam. contingit etiam aliquando, ut plures harum partium capeſſant ipſam. Non intelligit autē (niſi fallor) cùm omnes dicit partes, cunctos ciues, ſiue potius cunctos, qui illic liberi homines uiuunt: uerùm, ut apertè loquitur, partes illas, quas enumerauit, id eſt pauperes, diuites, ſtudioſos, nobiles. Eſt enim ſtatus, ut putat, cuius omnes hę partes participes ſunt: fortaſſe autem talis eſt politia, quæ reſp. mixta eſt temperataque ex omnib. ſimplicibus rebuſpublicis. In

ea enim

durum & Indorum quorundam. Sed Lucretius quoque cecinit, eandem conſuetudinem fuiſſe antiquorum illorum hominum, cùm de ortu mundi & moribus rudium eorum ſeculorum loqueretur.

Verùntamen non hiſ ſolum.) Oſtenderat iam, quæ ueriores ſint normæ ſtatus popularis & dominatus paucorum, reiectis illis inanibusq́; demonſtrarat, quæ à multis falſo ferebantur: nunc docet ne has quoq;, quas probauit eſſe integras, ac præterea deſiderari aliquid, quod neceſſariũ illis perfectè deſcribendis foret. Vt autẽ declararet requiri adhuc aliquid, fingit quædã, quæ uix uenire poſſent: atq; ipſe etiam narrat, extitiſſe aliquando quibuſdam in locis ac temporibus. inquit igitur: Non tamen his tantùm, quæ antè poſuimus, perfectè definiuntur hæ reſpublicæ: quare adhuc diſſerendum eſt de ipſis, præſertim cùm ſint plures partes ſpeciésue & popularis ſtatus, & dominatus paucorum. Quæ autem fingit, ſunt hæc. primùm enim inquit: Neque enim ſi liberi homines, pauci numero exiſtentes, imperium habuerint in plures & minimè liberos, populi ſtatus erit. Ne uideatur autem comminiſci aliquid, quod uſuuenire non poſſit: docet hoc aliquando factum eſſe, monſtratq; loca duo, in quibus huiuſcemodi reſp. conſtituta fit, id eſt Apolloniam, quæ in littore Ionij maris condita fuit, & Theram itidem coloniam Laconum. Addit autem, in utraq; ciuitate honores publicos tantùm adipiſci ſolitos, qui multum præſtarent cæteris nobilitate: primiq; occuparant ea loca, in quibus ſedes poſuerant, & quaſi earum coloniarum auctores extiterant, excluſis poſtea ſemper ab imperio nouis familijs, quæ numero ipſorum accreuiſſent, etſi pauci erant, qui imperium habebant: illi autem, qui parebant, multi. Videndum autẽ accuratè eſt, quod ſuprà hic legitur in omnibus & excuſis & ſcriptis libris, καὶ μὴ ἐλεύθεροι. qui namq; liberi non ſunt, ſed ſerui, non ſunt pars ciuitatis. Hoc uerò ita planum eſt, ut confirmari argumento teſtimonióue ullo non debeat. Si tamen ἐλεύθεροι appellati hic forent nobiles & clari ciues: contraq; μὴ ἐλεύθεροι, ignobiles & obſcuri, quemadmodum uidentur Latinè appellari ingenui & non ingenui, qui tamen omnes liberi ſunt: ſententia foret aperta. Sed hoc, ut opinor, inuſitatum eſt: uſus enim mihi ſum obſeruaſſe, ualere hoc nomen ſimpliciter, qui eſt natus liberis parentibus, etſi non ornatus præterea copia patrimonij & claritate generis. Quare quem hic fingit, alius ſtatus eſt à dominatu paucorum, quem conſtituunt, ſiue diuitiæ, ſiue nobilitas. Sepulueda, qui & ipſe perſpexit hunc ſcrupulum, ac enare uoluit, ita accepit. Duobus autem modis mederi huic malo uoluit. prior eorum eſt, ut non ſolùm liberos auctor intellexerit, ſed etiam diuites: alter uerò, ut non liberos hic uocarit, qui operibus neceſſarijs ſeruiunt, cuiuſmodi ſunt agricolæ & opifices tenues. Durum autem admodum eſt, hos minimè liberos hic dictos, qui alijs omnibus locis liberi habentur, & multas etiam ciuitates regunt. Quis autem non uidet, deſcribere hoc loco ſummum doctorem ſtatum ciuitatis haec ſimilem parte reip. Venetorum. idem enim prorſus illic factum eſt. Familiæ namque illæ, quæ miſeris olim temporibus Italiæ, coactæ bello, terras eas occuparunt, urbemq; illic condiderunt, perpetuò poſtea imperium tenuerunt: etſi aliæ uarijs caſibus compulſæ, ad ipſas ſe aggregarunt. Idem autem Ariſtoteles factum narrat Apolloniæ & Theræ: quibus in ciuitatibus remp. regebant, qui cæteris anteibant nobilitate, principeſque fuerant illarum urbium condendarum. Quare exemplum, quo utitur, oſtendit, ἐλεύθερους idem hic ualere, quod εὐγενεῖς & γνωρίμους. Apolloniam, quam intelligat, cùm plura oppida hoc nomine uocarentur, ipſe monſtrat. Thera una erat inſularum illarum, quæ Sporades dictæ ſunt: qua in inſula erat eodem nomine poſtea ciuitas uocata, cùm prius Calliſte uocaretur: quam arbitror auctorem ſignificare. Nam alia quoque puſilla oppida uarijs in terris feruntur hoc nomine appellata: illa uerò nobilis, cùm Cyrenes celebris in Africa ciuitatis mater fuiſſet: id quod teſtatus eſt Callimachus, eius ciuis apud Strabonem: nec non Tibullus in carmine de laudibus Meſſalæ, cùm cecinit:

Nec fera Theraeo tellus obſeſſa colono.

Neq; etiam ſi diuites.) Neq; etiam ſtatum populi eſſe uult eum, peccaturumq́; affirmat, qui talem ipſum iudicarit, in quo diuites, multitudine freti, & quia multum ſuperant numero pauperes, clauum reip. tenent. Id quod hic quoq;, ut ſuprà fecit, tẽ ſtatus antiquitus contigiſſe in oppido Ioniæ, quod Colophon uocatum ait: in quo maior pars ciuium ampla patrimonia poſſidebant, ante quam bellum illi ſuſcepiſſent aduerſus Lydos. quod bellum fortunas eorum attriuit. Equeſtres magnas copias, & eas quidem ualidas, Colophonios olim aluiſſe narrauit quoq; Strabo: nec non etiam claſſem firmam eoſdem habuiſſe. quæ ambæ res ſumptus ingentes requirunt.

Sed populi ſtatus.) Cùm oſtendiſſet, quam deſcripſit, non poſſe meritò uocari remp. popularem, quamuis multo plures eam adminiſtrarent, quia diuites illi ſunt: nunc docet, quæ digna ſit hoc nomine: ipſamq; eſſe dicit, cum liberi homines, ijdemq; pauperes, numero uincẽtes reliquos, in ſua manu habent imperiũ, publicorũq; honores. Aberat igitur ab illis, quod in primis conſtituit hunc ſtatum, id eſt paupertas. nam reliqua duo non deſiderabantur: uincebant enim numero, & liberi nati erant.

a *Legendum, καὶ τὴν πολυμερῆ πολιτείαν, δημοκρατίαν πως, &c. nam Vulg. mendoſe, δημοκρατίαν, &c.*

CAPVT IV.

ESSE igitur reſpub. plures, & quam ob cauſam, dictũ eſt. Eſſe uerò ipſas plures dictis, & quas, & cur, dicamus, ſumto principio prius expoſito. Fatemur enim, non unam partem, ſed plures habere omnem ciuitatem. Quemadmodum igitur, ſi animalis uoluiſſemus prehendere ſpecies, primùm ſecreuiſſemus, quod neceſſe eſt omne habere animal: ceu quędam ſenſoria, & partem, quæ conficit cibum, & quæ ſumit: ceu os, & uentrem: & præter has, quibus mouetur partibus unumquodq; ipſarum. Si iam tot ſpecies ſolùm, harum autem eſſent diſcrimina. Intelligo autem oris plura quædam genera & uentris & ſenſoriorum: adhuc uerò & partium, quibus mouetur, numerus copulationis harum neceſſariò efficit plura genera animalium. Neq; enim fieri poteſt, ut idẽ animal plures

ΟΤΙ μὲν οὖν πολιτεῖαι πλείους, καὶ διὰ τὴν αἰτίαν, εἴρηται. διότι δὲ πλείους τῶν εἰρημένων, καὶ τίνες, καὶ διὰ τί, λέγωμεν, ἀρχὴν λαβόντες τὴν εἰρημένην πρότερον. ὁμολογοῦμεν γὰρ οὐχ ἓν μέρος, ἀλλὰ πλείω πᾶσαν ἔχειν πόλιν. ὥσπερ οὖν εἰ ζώου προῃρούμεθα λαβεῖν εἴδη, πρῶτον ἂν ἀποδιωρίζομεν, ὅπερ ἀναγκαῖον πᾶν ἔχειν ζῷον· οἷον ἔνιά τε τῶν αἰσθητηρίων, καὶ τὸ τῆς τροφῆς ἐργαστικὸν καὶ δεκτικόν· οἷον στόμα καὶ κοιλίαν. πρὸς δὲ τούτοις, οἷς κινεῖται μορίοις ἕκαστον αὐτῶν. εἰ δὴ τοσαῦτα εἴδη μόνον, τούτων δ' εἰσὶ διαφοραί. λέγω δ' οἷον στόματός τινα πλείω γένη καὶ κοιλίας, καὶ τῶν αἰσθητηρίων. ἔτι δὲ καὶ τῶν κινητικῶν μορίων, ὁ τῆς συζεύξεως τῆς τούτων ἀριθμὸς, ἐξ ἀνάγκης ποιήσει πλείω γένη ζώων. οὐ γὰρ οἷόν τε ταὐτὸν ζῷον ἔ-

PLureis igitur eſſe reipublicæ adminiſtrandæ formas, & quam ob cauſam ſint plures, expoſitum à nobis eſt. Plureis autem eſſe, quàm quæ expoſitæ ſunt, & quæ, & quam ob cauſam, dicamus, repetito eodem, quod antea ſumſimus, principio. Conuenit enim inter nos, ciuitatis omnis non unam, ſed plureis eſſe parteis. Quemadmodum igitur, ſi conſilium cepiſſemus ſpecies ſeu formas animalis ſumere, primum quidem id omne ſecerneremus, quod neceſſariò omne animal habet: ut quædam ſenſus inſtrumenta & parteis eas, quæ ualent ad conficiendum aut recipiendum alimentum, ut os & uentriculum: deinde quibuſcunque particulis unumquodq; animal mouetur. Si igitur ponamus has eſſe duntaxat partium ſpecies, & non plureis: ſed tamen ſint aliquot harum differentiæ (uerbi gratia) oris & uentriculi, & ſentiendi inſtrumentorum plura quædam genera: præterea uerò & particularum, quæ mouendi uim habent: harum partiũ copulationis numerus, plura neceſſariò animantium genera efficiet. Non enim fieri poteſt, ut in eodem ani-

plures habeat differētias oris, eodem autē pacto neq; auriū. Quapropter quando deprehēſæ fuerint omnes horum, quas contingit eſſe coniugationes, efficiēt ſpecies animalis : & tot ſpecies animalis, quot erūt cōiugationes partium neceſſariarum. Eodem autem pacto & rerumpublicarū, quæ dictæ ſunt: ciuitates namq; nō ex una, ſed è multis partibus cōſtant, quēadmodum à nobis ſæpe dictū eſt. Vna igitur eſt multitudo, occupata in alimentis parandis, qui agricolæ uocantur. Secunda autem appellata tenuis ac ſordida: eſt autē hæc, quæ colit artes, ſine quibus ciuitas habitari nō poteſt. Harum uerò artium, quaſdam neceſſariò adeſſe oportet : quædam ipſarū ad delicias faciunt, uel ad bene uiuendum. Tertia pars eſt forenſis. uoco autem forenſem, occupatam in uenditionibus, & emtionibus, & mercaturis, & cauponarijs. Quartam conſtituunt operarij. Quintum genus eſt, cui mādata eſt cura belli : quod nō minus neceſſariū eſt extare, ſi futurū eſt, ut ciues non ſeruiant in ipſos hoſtiliter incurſantibus. Vnum enim foret eorū, quæ non poſſunt effici, putare dignam nomine ciuitatis, quæ ſerua natura eſt. Sui enim iuris ciuitas eſſe debet: quod autem ſeruit, minimè ſui iuris eſt. Quapropter in politia magnificè hoc, non plenè autem dictū eſt. Inquit enim Socrates, è quatuor maximè neceſſarijs ciuitatē cōſtare. Vocat autem hos textorem, & agricolam, & ſutorē, & fabrum domorum. Rurſus autē adiungit, tanquam hi ſatis non ſint, fabrum ærarium: & eos, qui curant armenta neceſſaria. Adhuc autem mercatorem & cauponarium: & cuncta hæc complementum fiunt primæ ciuitatis. Tāquam neceſſariarum rerum cauſa omnis ciuitas conſtituta ſit, & non potius dignitatis, æqualiterq; egeat ſutoribus & agricolis. Partem autem militarem non prius aſsignat, quā regio aucta ſit, & agrum uicinū attingentibus, ad bellū peruētum ſit. Atqui & in quatuor, & quibuſcunq; aliqua re communicantibus, neceſſe eſt exiſtere quempiam, qui ius dicat, & lites exiſtimet. Si igitur & animum aliquis ponat magis partem eſſe animalis, quàm corpus, ciui-

χειν πλείους γένματος διαφορὰς, ὁμοίως δὲ οὐδὲ ὤτων. ὥσθ᾽ ὅταν ληφθῶσι τούτων πάντες οἱ ἐνδεχόμενοι συνδυασμοὶ, ποιήσουσιν εἴδη ζώου· καὶ τοσαῦτ᾽ εἴδη τοῦ ζώου, ὅσαιπερ αἱ συζεύξεις τῶν ἀναγκαίων μορίων εἰσί. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν εἰρημένων πολιτειῶν. καὶ γὰρ αἱ πόλεις οὐκ ἐξ ἑνὸς, ἀλλ᾽ ἐκ πολλῶν σύγκεινται μερῶν, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις. ἓν μὲν οὖν ἐστι, τὸ περὶ τὴν τροφὴν πλῆθος, οἱ καλούμενοι γεωργοί. δεύτερον δὲ, τὸ καλούμενον βάναυσον· ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς τέχνας, ὧν ἄνευ πόλιν ἀδύνατον οἰκεῖσθαι· τούτων δὲ τῶν τεχνῶν, τὰς μὲν ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν δεῖ· τὰς δὲ εἰς τρυφὴν, ἢ τὸ καλῶς ζῆν. τρίτον δὲ ἀγοραῖον. λέγω δὲ ἀγοραῖον, τὸ περὶ τὰς πράσεις, καὶ τὰς ὠνὰς, καὶ τὰς ἐμπορίας, καὶ καπηλείας διατρίβον. τέταρτον δὲ, τὸ θητικόν. πέμπτον δὲ γένος, τὸ προπολεμῆσον· ὃ τούτων οὐθὲν ἧττόν ἐστιν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, εἰ μέλλουσι μὴ δουλεύσειν τοῖς ἐπιοῦσι. μὴ γὰρ ἓν τῶν ἀδυνάτων ᾖ πόλιν ἄξιον εἶναι καλεῖν, τὴν φύσει δούλην. αὐτάρκης γὰρ ἡ πόλις· τὸ δὲ δοῦλον, οὐκ αὔταρκες. διόπερ ἐν τῇ πολιτείᾳ κομψῶς τοῦτο, οὐχ ἱκανῶς δὲ, εἴρηται. φησὶ γὰρ ὁ Σωκράτης ἐκ τεττάρων τῶν ἀναγκαιοτάτων πόλιν συγκεῖσθαι. λέγει δὲ τούτους ὑφάντην, καὶ γεωργὸν, καὶ σκυτοτόμον, καὶ οἰκοδόμον. πάλιν δὲ προστίθησιν, ὡς οὐκ αὐτάρκων τούτων, χαλκέα· καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις βοσκήμασιν. ἔτι δὲ ἔμπορόν τε, καὶ κάπηλον. καὶ ταῦτα πάντα γίνεται πλήρωμα τῆς πρώτης πόλεως. ὡς τῶν ἀναγκαίων γε χάριν πᾶσαν πόλιν συνεστηκυῖαν, ἀλλ᾽ οὐ τοῦ καλοῦ μᾶλλον· ἴσον τε δεομένην σκυτέων τε καὶ γεωργῶν. τὸ δὲ προπολεμοῦν οὐ πρότερον ἀποδίδωσι μέρος, πρὶν ἢ τῆς χώρας αὐξομένης, καὶ τῆς τῶν πλησίον ἁπτομένης εἰς πόλεμον καταστῶσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τοῖς τέτταρσι καὶ τοῖς ὁποσοισοῦν κοινωνοῖς, ἀναγκαῖον εἶναί τινα τὸν ἀποδώσοντα, καὶ κρινοῦντα τὸ δίκαιον. εἴπερ οὖν καὶ ψυχὴν ἄν τις θείη ζώου μόριον μᾶλλον, ἢ σῶ-

animalis plures inſint oris differentiæ. neq; item ut aurium. Quare ubi ſumta fuerint omnes, quæ eſſe poſſunt, harum partium coniugationes: tot ſpecies animalis conſtituent, quot ſunt partium neceſſariarum copulationes. Sic & de ijs respubl. adminiſtrādæ formis, quas diximus, ſentiendum. Nam & ciuitates non ex una, ſed ex multis partibus conſtant, quemadmodum ſæpenumero à nobis dictū eſt. Atque una ſane pars eſt ea, quæ in alimento parando occupata multitudo eſt, qui aratores ſeu agricolæ nominantur: altera ea, quæ appellatur (ut ita dicā) ſedentaria ſordidaq́, & illiberalis. Eſt autem hæc, quæ artes eas exercet, ſine quibus urbs habitari ac frequentari non poteſt. Harum porrò artium alias neceſſariò ſuppetere oportet: aliæ ad delicias & luxum, aut ad beate uiuendum pertinēt. Tertia eſt forenſium ſeu eorum, qui forum terunt. Forenſes eos dico, qui in uendendo & emendo, & in mercatura facienda, ac redimendis mercibus, quas pluris reuendant, uerſantur. Quarta eſt mercenariorum. Quinta autem militum, & eorum, qui propugnatores ſunt: quam nihilominus, quàm has, quas diximus, præſto eſſe neceſſe eſt, niſi nolunt ciues alienigenis atq; exteris bellum inferentibus ſeruire. Fortaſſe enim fieri nullo modo poteſt, ut ciuitas natura ſerua ciuitatis nomen mereatur. Ciuitas enim ſuis ipſa opibus pollet, ſuisq́ bonis contenta eſt. At quod ſeruum eſt, non eſt ſuis ipſum bonis contentum. Quapropter in libris Platonis de Repub. magnificè hoc quidem & glorioſe, ſed anguſte & ieiunè dictum eſt. Ait enim Socrates, ex quatuor generibus hominum maximè neceſſarijs ciuitatem cōſtare. Dicit autem hos, textores, & agricolas, & ſutores, & fabros lignarios. Rurſumq́ addit, quaſi hi non ſint ſatis, fabros ærarios ac ferrarios, & præterea eos, qui pecoribus neceſſarijs præfecti ſunt. Præterea uerò mercatores & caupones. Atq; hæc omnia ualent ad explendam primam ciuitatem, tanquam ciuitas omnis neceſſariarum rerum, & nō potius boni & honeſti cauſa initiò inſtituatur & conſiſtat: quaſiq́ ſutoribus æque, atq; aratoribus egeat. Partem autem propugnantem non prius ciuitati reddit ac repræſentat, quam agri finibus propagatis, & ad finitimorum agros uſq; perductis, ad belli ſuſcipiendi neceſſitatem redacti fuerint. Iam uerò & in quatuor hominum generibus, & in quamlibet multis ſocijs, neceſſe eſt aliquem intercedere, qui ius ſuum cuique tribuat, rebusq́ iudicandis præſit. Siquis igitur & animum, animalis partem facere debet potius, quam corpus,

ciuitatem etiam magis huiuſce modi eſſe partes ponendū eſt, quàm quę tendūt ad uſum neceſſarium: bellicam inquam, & quæ particeps eſt iuſtitiæ iudiciariæ. Præter has autem, quæ conſultat, quod eſt officium ciuilis prudentiæ. Atque hæc ſiue ſeparatim quibuſdam adſunt, ſiue iiſdem, nihil ad rationem refert: etenim arma gerere, & agrum colere contingit ſępe iiſdem. Quapropter, ſiquidem & has & illas ponendum partes eſſe ciuitatis, perſpicuū eſt, quæ arma gerit, neceſſe partem eſſe ciuitatis. Septima autem, quę fortunis ſuis nauat operam reipublicæ, quam uocamus diuites. Octaua autē, quæ obit munera publica, & magiſtratus gerit: ſi quidem abſque magiſtratibus fieri non poteſt, ut ciuitas maneat. Neceſſe igitur eſt, extare aliquos, qui uim & poteſtatē habeant imperandi, & munera hęc obeundi, ſiue continenter ſiue mutatis uicibus ciuitati. Reliquæ partes ſunt, de quibus modò diſſeruimus, quæ conſultat & quæ exiſtimat de iuſtis inter litigātes. Siquidem igitur hæc oportet fieri in ciuitatibus, & bene fieri ac iuſtè: neceſſe eſt eſſe aliquos incumbentium reipublicæ, qui participes ſint uirtutis. Cæteras igitur poteſtates iiſdem adeſſe cōtingere uidetur multis: ceu eoſdem eſſe, qui in bello uerſentur, & agros colant, & opifices ſint: adhuc autem, & qui conſultent atque exiſtiment lites. Cuncti uerò uirtutem ſibi tribuunt, ſeque arbitrantur plurimos magiſtratꝰ ſuſtinere poſſe: uerùm pauperes & diuites eoſdem eſſe fieri nullo pacto poteſt. Quare hæ partes maximè ciuitatis eſſe uidentur, qui amplum patrimonium habent, & qui tenue. Amplius aūt, quia plerunq; hi pauci ſunt, hi uerò multi: has cōtrarias inter ſe partes apparet eſſe ex omnib. partibus ciuitatis. Quapropter & reſp. per harū rerū exuperātias conſtituunt, & duæ reſp. uidentur eſſe: ſtatus populi & dominatus paucorū. Eſſe igitur reſp. plures, & ꝓpter quas cauſas, dictū eſt prius. Eſſe aūt plures ſpecies ſtatus populi & dominatus paucorum, dicamus. Planū autem eſt hoc & ex iis, quæ tradita ſunt. Sunt enim ſpecies plures

μα, καὶ πόλεων τὰ τοιαῦτα μᾶλλον θετέον, τῶν εἰς τὴν ἀναγκαίαν χρῆσιν συντεινόντων, τὸ πολεμικόν, καὶ τὸ μετέχον δικαιοσύνης δικαστικῆς. πρὸς δὲ τούτοις τὸ βουλευόμενον, ὅπερ ἐστὶ συνέσεως πολιτικῆς ἔργον. καὶ ταῦτ' εἴτε κεχωρισμένως ὑπάρχει τισὶν, εἴτε τοῖς αὐτοῖς, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον. καὶ γὰρ ὁπλιτεύειν καὶ γεωργεῖν συμβαίνει τοῖς αὐτοῖς πολλάκις. ὥστ' εἴπερ καὶ ταῦτα καὶ ἐκεῖνα θετέα μόρια τῆς πόλεως, φανερὸν ὅτι τό γε ὁπλιτικὸν ἀναγκαῖόν ἐστι μόριον τῆς πόλεως. ἕβδομον δὲ τὸ ταῖς οὐσίαις λειτουργοῦν, ὃ καλοῦμεν εὐπόρους. ὄγδοον δὲ, τὸ δημιουργικόν, καὶ τὸ περὶ τὰς ἀρχὰς λειτουργοῦν, εἴπερ ἄνευ ἀρχόντων ἀδύνατον εἶναι πόλιν. ἀναγκαῖον οὖν εἶναί τινας τοὺς δυναμένους ἄρχειν καὶ λειτουργοῦντας, ἢ συνεχῶς, ἢ κατὰ μέρος τῇ πόλει ταύτην τὴν λειτουργίαν. λοιπὰ δὲ περὶ ὧν τυγχάνομεν διωρικότες ἀρτίως, τὸ βουλευόμενον καὶ κρῖνον περὶ τῶν δικαίων τοῖς ἀμφισβητοῦσιν. εἴπερ οὖν ταῦτα δεῖ γίνεσθαι ταῖς πόλεσι, καὶ καλῶς γίνεσθαι καὶ δικαίως, ἀναγκαῖον καὶ μετέχοντας εἶναί τινας ἀρετῆς τῶν πολιτικῶν. τὰς μὲν οὖν ἄλλας δυνάμεις τοῖς αὐτοῖς ὑπάρχειν ἐνδέχεσθαι δοκεῖ πολλοῖς· οἷον τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοὺς προπολεμοῦντας, καὶ γεωργοῦντας καὶ τεχνίτας· ἔτι δὲ τοὺς βουλευομένους τε καὶ κρίνοντας. ἀντιποιοῦνται δὲ καὶ τῆς ἀρετῆς πάντες, καὶ τὰς πλείστας ἀρχὰς οἴονται δύνασθαι· ἀλλὰ πένεσθαι καὶ πλουτεῖν τοὺς αὐτοὺς ἀδύνατον. διὸ ταῦτα μέρη μάλιστα εἶναι δοκεῖ πόλεως οἱ εὔποροι, καὶ οἱ ἄποροι. ἔτι δὲ διὰ τὸ ὡς ἐπιτοπολὺ, τοὺς μὲν ὀλίγους εἶναι· τοὺς δὲ πολλοὺς, ταῦτα ἐναντία μέρη φαίνεται τῶν τῆς πόλεως μορίων. ὥστε καὶ τὰς πολιτείας κατὰ τὰς ὑπεροχὰς τούτων καθιστᾶσι, καὶ δύο πολιτεῖαι δοκοῦσιν εἶναι, δημοκρατία καὶ ὀλιγαρχία. ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ πολιτεῖαι πλείους, καὶ διὰ τίνας αἰτίας, εἴρηται πρότερον. ὅτι δ' ἔστι καὶ δημοκρατίας εἴδη πλείω καὶ ὀλιγαρχίας, λέγωμεν. φανερὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων. εἴδη γὰρ πλείω τοῦ

corpus, ergo & huiuſmodi partes, nempe militares & bellicoſa, iuſtitiaq; iudicialis particeps, ciuitatis partes exiſtimanda ſunt potius, quàm quæ ad uſum neceſſarium pertinent: ad quas accedere etiam debet ea, cuius eſt conſultare & deliberare de rebus ad totam ciuitatem pertinentibus (quod munus eſt prudentia atq; intelligentia ciuilis) atque hæ utrum inſint ſeparatim in quibuſdam, an in iiſdem, quod ad rationem attinet, nihil refert. Nam ſæpenumero euenit, ut iidem & grauioris armaturæ ſint milites, & in agris colendis uerſentur. Quare ſi & has & illas ciuitatis partes numerare conuenit: perſpicuum eſt, id genus hominum, quod armis inſtructum eſt, partem ciuitatis eſſe neceſſariam. Septima eſt ea, quæ facultatibus & copiis res familiaris munera & onera publica ſubit, quos locupletes appellamus. Octaua eſt ea, quæ rempub. adminiſtrat, quæq; in gerendis magiſtratibus, reip. dat operam: ſiquidem ſine magiſtratibus ciuitas cōſtare non poteſt. Neceſſe igitur eſt, aliquos eſſe, qui poſſint imperare, quique in gerendis magiſtratibus ciuitati ſeruiant aut continenter & aſſiduè, aut alternis & uiciſſim. Tum reliquæ partes præſto eſſe debent, de quibus paulo antè diſtinctè explicauimus: eā dico, quæ cōſultandi munere fungatur, eámque, quæ litigantibus ius dicat. Si igitur oportet hæc ſuppetere ciuitatibus, & ſi rectè iuſtéque adminiſtrari debent: neceſſe eſt aliquos eſſe, qui ea uirtute, quæ ad res ciuiles pertinet, quæq; uirorum politicorum propria eſt, ſint inſtructi atque ornati. Multi igitur poſſe contingere exiſtimant, ut aliæ facultates ac poteſtates iiſdem ſuppetant (uerbi gratia, ut iidem ſint propugnatores ciuitatis, & agricolæ, & artifices: præterea ut iidem conſultent, & iudicent. Tum uero uirtutem ſibi omnes uendicant atque arrogant, plurimóſque magiſtratus ſe gerere poſſe autumant: ſed ut iidem ſint pauperes & diuites, fieri non poteſt. Quapropter hæ partes maximè uidentur eſſe ciuitatis, locupletes & egētes. Præterea quia fere illi quidem pauci ſunt, hi uero multi: hæ potiſſimum partes uidentur eſſe contrariæ ex omnibus particulis ciuitatis. Itaq; & reip. adminiſtrandæ formas pro harum partium exſuperantiis & præſtantiis conſtituunt: duæq; uidentur eſſe ciuitatis adminiſtrandæ formæ, democratia & oligarchia. Eſſe igitur plures reipublicæ adminiſtrandæ formas, & quas ob cauſas ſint plures, dictū eſt antea. Nunc aūt & democratiæ & oligarchiæ eſſe plura genera, oſtendamus. Licet uero hoc intelligere

ſes & populi, & eorum qui appellantur noti: ceu populi ſpecies, una quidem agricolæ: alia autem, qui artes colunt: alia forenſis, quæ occupatur in emendo & uendendo: alia, quæ uerſatur in mari: atque huius hæc quidem dedita bello, hæc uerò quæſtui incumbens: hæc conſtat è portitoribus, hanc conficiunt piſcatores. Multis autem locis unumquodque genus horum magnam turbā continet: ceu piſcatores Tarenti & Byzantij, remiges Athenis: mercatores in Aegina & Chio, portitorum genus in Tenedo. Præter hos genus eſt, quod manib. uictum quęrit, exilemq́; rem habet, ita ut otio uti non poſsit. Adhuc genus, quod non ex ambobus ciuibus natum, liberum tamen: & ſi qua alia huiuſcemodi populi ſpecies eſt. Notorum autem ſpecies conſtituunt diuitiæ, nobilitas, uirtus, diſciplina: & quæ dicuntur eadem differentia, qua hæc. Status igitur multitudinis eſt prim⁹ quidem, qui dicitur maximè per æqualitatem. Aequale enim eſt, inquit, lex huiuſcemodi ſtatus populi, nihilo magis adeſſe pauperibus, quàm diuitibus: neque ſummam poteſtatem habere rerum omniū alterutros horum, ſed ſimiles ambos eſſe. Si enim libertas maximè eſt in ſtatu populi (quemadmodum quidam exiſtimant) & æqualitas: hoc pacto maximè fuerit, ſi cuncti communicant maximè rep eodem modo. Quia autem populi maior numerus eſt, ratū uerò habetur, quod uiſum fuerit pluribus: neceſſe eſt popularem ſtatum eſſe hunc. Vna igitur ſpecies popularis ſtat⁹ hęc eſt: alia autem, magiſtratus creari è cenſibus: uerùm exilibus his. Oportet autem inſtitutum eſſe, ut poteſtas ſit adipiſcendi illi, qui pararit ipſum: contraq́; qui amiſerit, nō obtinēdi. Alia ſpecies popularis ſtatus, participes honorū oēs ciues, quicūq; maculæ alicui obnoxij nō fuerint: imperare aūt legē. Alia ſpecies ſtatus populi, cūctos participes magiſtratuū eſſe, ſi tātū fuerit ciuis: imperare aūt legē. Alia aūt ſpecies ſtat⁹ populi, cętera quidē eſſe eadē: ratam aūt eſſe uoluntatē multitudinis, & nō legē. Hoc autem fit, cùm plebiſcita rata fuerint, ſed non lex. Cōtingit autem hoc opera popularium aſſentatorum. in ſtatibus enim popu-

τὸ δήμου καὶ τῶν λεγομένων γνωρίμων ἐστὶν· οἷον, δήμου μὲν εἴδη, ἓν μὲν οἱ γεωργοί· ἕτερον δὲ τὸ περὶ τὰς τέχνας. ἄλλο δὲ τὸ ἀγοραῖον, τὸ περὶ ὠνὴν καὶ πρᾶσιν διατρῖβον. ἄλλο δὲ τὸ περὶ θάλατταν. καὶ τούτου τὸ μὲν πολεμικὸν, τὸ δὲ χρηματιστικὸν· τὸ δὲ πορθμευτικὸν, τὸ δὲ ἁλιευτικόν. πολλαχοῦ γὰρ ἕκαστα τούτων πολύοχλα· οἷον ἁλιεῖς μὲν ἐν τάραντι καὶ βυζαντίῳ, τριηρικὸν δὲ ἀθήνησιν· ἐμπορικὸν δὲ ἐν αἰγίνῃ καὶ χίῳ· πορθμευτικὸν, ἐν τενέδῳ. πρὸς δὲ τούτοις, τὸ χερνητικὸν, καὶ τὸ μικρὰν ἔχον οὐσίαν, ὥστε μὴ δύνασθαι σχολάζειν. ἔτι τὸ μὴ ἐξ ἀμφοτέρων πολιτῶν ἐλεύθερον, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον πλήθους εἶδος. τῶν δὲ γνωρίμων, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετὴ, παιδεία, καὶ τὰ τούτοις λεγόμενα κατὰ τὴν αὐτὴν διαφοράν. δημοκρατία μὲν οὖν ἐστι, πρώτη μὲν ἡ λεγομένη, μάλιστα κατὰ τὸ ἴσον. ἴσον γάρ φησιν ὁ νόμος, ὁ τῆς τοιαύτης δημοκρατίας, τὸ μηδὲν μᾶλλον ὑπάρχειν τοὺς ἀπόρους, ἢ τοὺς εὐπόρους· μηδὲ κυρίους εἶναι ὁποτερουσοῦν, ἀλλ᾽ ὁμοίους ἀμφοτέρους. εἴπερ γὰρ ἐλευθερία μάλιστ᾽ ἐστὶν ἐν δημοκρατίᾳ, καθάπερ ὑπολαμβάνουσί τινες, καὶ ἰσότης. οὕτως ἂν εἴη μάλιστα, κοινωνούντων ἁπάντων μάλιστα τῆς πολιτείας ὁμοίως. ἐπεὶ δὲ πλείων ὁ δῆμος, κύριον δὲ τὸ δόξαν τοῖς πλείοσιν, ἀνάγκη δημοκρατίαν εἶναι ταύτην. ἓν μὲν οὖν εἶδος δημοκρατίας τοῦτο· ἄλλο δὲ τὸ τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τιμημάτων εἶναι· βραχέων δὲ τούτων ὄντων. δεῖ δὲ τῷ κτωμένῳ ἐξουσίαν εἶναι μετέχειν· καὶ τὸν ἀποβάλλοντα μὴ μετέχειν. ἕτερον εἶδος δημοκρατίας, τὸ μετέχειν ἅπαντας τοὺς πολίτας, ὅσοι ἀνυπεύθυνοι· ἄρχειν δὲ νόμον. ἕτερον δὲ εἶδος δημοκρατίας, τὸ πᾶσι μετεῖναι τῶν ἀρχῶν, ἐὰν μόνον ᾖ πολίτης· ἄρχειν δὲ τὸν νόμον. ἕτερον δὲ εἶδος δημοκρατίας, τἆλλα μὲν εἶναι ταὐτὰ· κύριον δ᾽ εἶναι τὸ πλῆθος, καὶ μὴ τὸν νόμον. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν τὰ ψηφίσματα κύρια ᾖ, ἀλλὰ μὴ ὁ νόμος. συμβαίνει δὲ τοῦτο, διὰ τοὺς δημαγωγούς. ἐν μὲν γὰρ ταῖς κατὰ

etiam ex iis, quæ dicta ſunt. Plura enim genera ſunt & populi & eorum, qui clari nobilesq́; dicuntur: uerbi gratia, populi genus unum conſtituunt agricolæ, aliud artifices, aliud caupones & forenſes: eos dico, qui mercaturam in urbibus faciunt, quiq́; in emendo & uendendo uitā conterunt: aliud, qui in mari aſsiduè uerſantur. Atq; huius generis alij ſunt militares, alij pecuniæ faciēdæ ſtudio dediti: alij portitores ac traiectores, alij piſcatores. Multis enim in locis horum generum ſingulorū magna turba eſt: ut piſcatorum Tarēti & Byzantij, hominum in triremibus occupatorū Athenis: mercatorum, in Aegina & Chio: traiectorum ac portitorum, in Tenedo. Præter hos autem ſunt ij, qui operis & manibus ſuis uictum parant, uitamq́; tolerant: & quorum ita tenuis & anguſta res familiaris eſt, ut non liceat eis otioſam uitam degere. Præterea aliqui ſunt non ex utroque ciue liberi, & ſi quod tale aliud multitudinis genus eſt. Nobilium autem & clarorum uirorum alij ex diuitijs claritatem conſecuti ſunt, alij ex præſtantia generis, alij ex uirtute, alij ex doctrina & ſimilibus, quæ ex eadem differentia dicuntur. Democratia igitur prima eſt ea, quæ ex æqualitate maximè ſic appellatur. Aequalitatem enim edicit lex ea, quæ huiuſmodi democratiæ eſt, nempe ut nihilo plus ſint locupletes, quàm egētes: neutriq́; habeant ſummam auctoritatem & poteſtatem, ſed utriq; ſint ſimiles. Nam ſi libertas in democratia eſt maxime (quemadmodum quidam exiſtimant) & æqualitas: hæc maximè ratione fuerit, ſi inter omnes pariter fuerit reip. adminiſtratio communis maximè. Quoniam autem populus multitudine & numero ſuperat: id autem quod à pluribus numero decretum eſt, ratum eſt, hanc eſſe democratiam neceſſe eſt. Vnum igitur democratiæ genus hoc eſt: aliud eſt, ubi magiſtratus ex cenſibus, qui tamen ſint anguſti & tenues, deferuntur. Oportet autem ei, qui rem habet, magiſtratū obtinere licere: qui amiſit, non obtinere. Aliud genus democratiæ eſt, ubi ciues omnes, qui modò ab omni obligatione liberi ac ſoluti ſunt, reſpubl. adminiſtrationis ſunt participes: ſed tamen lex dominatur atq; imperat. Aliud genus, ut omnibus, ſi quis modò ſit ciuis, ius ſit obtinēdi magiſtratus, ita tamē ut lex imperet. Aliud genus, ubi cætera quidem ſunt eadem: penes multitudinē uerò eſt ſumma rerū poteſtas, non penes legem. Hoc autē fit, cùm multitudinis decreta, quæ pſephiſmata Græci dicunt, rata ſunt, non lex. Atque hoc propter oratores populares, quos demagogos Græci nominant, id eſt blandos populi

popularibus, qui parent legibus, non exoritur aſſentator multitudinis, ſed optimi ciues primum locum tenent: ubi autem leges ſummam poteſtatem non habent, hic exoriuntur aſſentatores. Princeps enim populus fit, iunctus unus è multis. Multi namque quaſi domini ſunt, non ſanè ut ſinguli, ſed uniuerſi. Homerus autem qualem dominatum multorum minimè bonum eſſe dicit: utrum hunc, uel cùm plures fuerint, qui imperent ut ſinguli, incertum eſt. Huiuſcemodi igitur populus, tanquam princeps exiſtens, quærit ſolus cuncta adminiſtrare: quia imperiū in ipſum non habet lex, & induit mores domini. Quapropter aſſẽtatores in precio ſunt. Proportioneque reſpondet huiuſcemodi populus è numero principatuum tyrannidi, unde & mores ijdem ſunt, amboque hi ſtatus dominantur melioribus. Et plebiſcita ſunt, tanquam illic edicta. & qui blanditur multitudini, & aſſentator, idem ſunt, & ſibi reſpondent. Maximè autem utrique ualent apud utroſque: aſſentatores apud tyrannos, populares oratores apud populos tales. Cauſa autem hi ſunt, ut plebiſcita rata ſint, & non leges, cuncta redigentes ad populum. Contingit autem ipſis fieri magnis, quia populus eſt omnium rerum dominus: hi autem populi uoluntatis: obtemperat enim multitudo his. Præterea qui criminantur magiſtratus, aiunt oportere populum de rebus exiſtimare, hic autem libẽter accipit uocationes. Quapropter diſſoluuntur omnes magiſtratus. Iure autem uideretur incuſare, qui affirmat, huiuſcemodi ſtatum populi non eſſe rempublicam. ubi enim nõ leges imperant, non eſt reſpublica. Oportet enĩ leges imperium habere in omnes res, magiſtratus autem & rempub. exiſtimare de ſingularibus rebus. Quapropter, ſiquidem eſt populi ſtatus una rerumpublicarum: manifeſtum eſt huiuſcemodi ſtatum, in quo plebiſcitis cuncta adminiſtrantur, popularem ſtatum proprium non eſſe. Nullum enim plebiſcitum contingit eſſe uniuerſale.

Species igitur ſtatus popularis definitæ ſint hoc pacto.

νόμον δημοκρατουμέναις, οὐ γίνεται δημαγωγὸς, ἀλλ' οἱ βέλτιστοι τῶν πολιτῶν εἰσὶν ἐν προεδρίᾳ. ὅπου δ' οἱ νόμοι μή εἰσι κύριοι, ἐνταῦθα γίνονται δημαγωγοί. μόναρχος γὰρ ὁ δῆμος γίνεται, σύνθετος εἷς ἐκ πολλῶν. οἱ γὰρ πολλοὶ κύριοί εἰσιν, οὐχ ὡς ἕκαστος, ἀλλὰ πάντες. ὅμηρος δὲ ποίαν λέγει οὐκ ἀγαθὸν εἶναι πολυκοιρανίην, πότερον ταύτην, ἢ ὅταν πλείους ὦσιν οἱ ἄρχοντες ὡς ἕκαστος, ἄδηλον. ὁ δ' οὖν τοιοῦτος δῆμος, ἅτε μόναρχος ὢν, ζητεῖ μοναρχεῖν, διὰ τὸ μὴ ἄρχεσθαι ὑπὸ νόμου, καὶ γίνεται δεσποτικὸς· ὥστε οἱ κόλακες, ἔντιμοι. καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος δῆμος, ἀνάλογον τῶν μοναρχιῶν τῇ τυραννίδι· διὸ καὶ τὸ ἦθος τὸ αὐτὸ, καὶ ἄμφω δεσποτικὰ τῶν βελτιόνων. καὶ τὰ ψηφίσματα, ὥσπερ ἐκεῖ τὰ ἐπιτάγματα· καὶ ὁ δημαγωγὸς καὶ ὁ κόλαξ οἱ αὐτοὶ καὶ ἀνάλογον· καὶ μάλιστα δ' ἑκάτεροι παρ' ἑκατέροις ἰσχύουσιν· οἱ μὲν κόλακες παρὰ τυράννοις, οἱ δὲ δημαγωγοὶ παρὰ τοῖς δήμοις τοῖς τοιούτοις. αἴτιοι δέ εἰσι τοῦ εἶναι τὰ ψηφίσματα κύρια, ἀλλὰ μὴ τοὺς νόμους οὗτοι, πάντα ἀνάγοντες εἰς τὸν δῆμον. συμβαίνει γὰρ αὐτοῖς γίνεσθαι μεγάλοις, διὰ τὸ τὸν μὲν δῆμον εἶναι κύριον, τῆς δὲ τοῦ δήμου δόξης τούτους. πείθεται γὰρ τὸ πλῆθος τούτοις. ἔτι δ' οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐγκαλοῦντες τὸν δῆμον φασὶ δεῖν κρίνειν, ὁ δὲ ἀσμένως δέχεται τὴν πρόκλησιν. ὥστε καταλύονται πᾶσαι αἱ ἀρχαί. εὐλόγως δ' ἂν δόξειεν ἐπιτιμᾶν ὁ φάσκων τὴν τοιαύτην εἶναι δημοκρατίαν, οὐ πολιτείαν. ὅπου γὰρ μὴ νόμοι ἄρχουσιν, οὐκ ἔστι πολιτεία. δεῖ γὰρ τὸν μὲν νόμον ἄρχειν πάντων, τῶν δὲ καθέκαστα τὰς ἀρχὰς καὶ τὴν πολιτείαν κρίνειν. ὥστ', εἴπερ ἐστὶ δημοκρατία μία τῶν πολιτειῶν, φανερὸν ὡς ἡ τοιαύτη κατάστασις, ἐν ᾗ ψηφίσμασι πάντα διοικεῖται, οὐδὲ δημοκρατία κυρίως. οὐδὲν γὰρ ἐνδέχεται ψήφισμα εἶναι καθόλου. τὰ μὲν οὖν τῆς δημοκρατίας εἴδη διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

populi ductores, & quaſi leues tribunos plebis, euenit. Nam in ciuitatibus, quæ ex lege a populo obtinentur ac reguntur, demagogus nõ exſiſtit, ſed optimus quiſq; ciuis principem in rep. locum obtinet. Vbi uerò leges nõ ſũt rata neq; ſummã auctoritatẽ habent, hic exoriuntur populares oratores, quos demagogos diximus appellari. Fit enim princeps ſolus imperium obtinens (monarchum dicunt Græci) populus unus ex multis concretus & conflatus. nam penes multos ſumma resp. poteſtas eſt: non ut ſingulos, ſed ut omnes. Qualem porrò dicat Homerus non eſſe bonam multorũ dominationem, utrum hanc, an ubi plures ſunt, qui imperant, ut ſinguli, obſcurum eſt. Talis igitur populus, utpote qui ſit princeps ſolus imperiũ obtinẽs, ſtudet ſolus imperare, quia legum imperio nõ paret: & tale ſibi ius imperiumq; aſſumit in totam rempubl. quale dominus in ſeruos. Itaq; aſſentatores apud eum honorati ſunt. Et talis populus proportione ex monarchijs tyrannidi reſpõdet. Quocirca & ijdem ſunt mores, & uterq; (populũ huiuſmodi dico, & tyrãnum) imperium herile in meliores, ut in ſeruos, uſurpat: & hic ſunt pſephiſmata, uelut illic edicta: & blandus ductor populi, ſeu demagogus & aſſentator tyranni, ſunt idem, & proportione inter ſe reſpondent. Et uerò utriq; apud utroſq; plurimum ualent, aſſentatores apud tyrannos: demagogi apud tales populos. Quamobrem autem rata ſint pſephiſmata, & non leges, hi cauſam ſuſtinent: quia omnia ad populum referunt ac reuocant. Euenit enim ut creſcant, & magni fiant, propterea quod populus quidem omnium rerum ſit dominus atq; arbiter: hi uerò populi opinionis. His enim fidem habet & obtemperat multitudo. Præterea qui magiſtratus criminantur, populum iudicare dicunt oportere. hic autem libenter [a] prouocationem recipit: quo fit ut magiſtratus omnes infirmentur atq; eneruetur. Meritò autem uideatur quis reprehendere, qui dicat hanc talẽ eſſe democratiam, non ciuitatis adminiſtrationem ſeu politiam. ubi enim leges non imperant, nõ eſt politia. Oportet enim legem quidem ciuibus omnibus, magiſtratus uerò ſingulis imperare: & politiam ſeu reip. adminiſtrationẽ iudicare. Quare ſi democratia in reip. adminiſtrandæ formis numeranda eſt, perſpicuum eſt talem reipub. ſtatum, in quo pſephiſmate omnia adminiſtrãtur, ne democratiam quidẽ eſſe proprè. Contingere enim non poteſt, ut ullum pſephiſma ſit uniuerſum. Democratiæ igitur genera hoc modo ſunt explicata ac diſtincta.

COMMENTARIVS.

Dominatum autem.) Eodem pacto declarat, quæ uere ſint dominationes paucorum: ipſaſque eſſe ait, cùm diuites & nobiliores, pauci numero, ciuitatem regunt. quod uerò inquit, Et nobiliores: facit, quia diuitiæ non parum dignitatis adferunt ijs, qui eas poſsident. nam poſſe conſtare arbitror etiam remp. ex illis, qui modò facti ſint diuites. Vel poſuit copulam &, pro ē, ſignificare uolens, dominatum etiam paucorum conficere paucos nobiles. Addit uerò poſt hæc uerba, concludens totam rationem, ſe oſtendiſſe, reſp. eſſe plures: aperuiſſeque itidem cauſam, quæ plures ipſas efficeret ac ſeiungeret.

Eſſe uerò ipſas.) Cùm oſtendiſſet eſſe plures reſpublicas, cauſamque attuliſſet, cur plures illæ forent, & aliquo modo indicaſſet, quæ eſſent: nunc declarat, adhuc plures illis numeratis inueniri, & quæ præterea ipſæ ſint: nec non cur tot ſint, docet. Vtitur autem eodem ſolo ac fundamento, poſterius hoc probare uolens, quo uſus fuerat in priore illo conſtituendo: idem enim utile eſt ambabus his rebus confirmandis. principium uerò, ut ipſemet teſtatur, hoc eſt: Nullam ciuitatem conſtantem eſſe una parte tantùm, ſed conſtare è pluribus. quo poſito, ut planius capiamus, quod uult, ſimili utitur: idque, quod uſuuenire probare uult in rebus publicis, mõſtrat cuſtodiri paſsim in ſimili ipſo. inquit igitur, Si animus nobis tuliſſet inueſtigare, quot ſpecies ſint animalium: in primis ſtatuiſſemus & quaſi ſeorſum poſuiſſemus, quid nam ſit, quod neceſſe eſt omne animal habere, & ſine quo uitam tueri non poteſt: quemadmodum inquit, partes quaſdam corporis, in quibus eiſdem ſenſus: præterea eam, quæ cibum conficit, & quæ ſumit, id eſt, ut loquitur, os ac uentrem. Os enim cibum primùm capit, uenter poſtea ipſum conficit. intelligit autem ſuperiorem uentrem. nam inferior reliquias cibi capit, de quo nõ loqui ipſum apparet: quia etiam reticuit hic partem animalis neceſſariam, & quam alibi ori opponit: illam inquam, qua reliquiæ cibi eijciuntur. Apparet autem hic auctorem naturæ ordinem non ſeruare. primùm enim ſumitur ore cibus, poſtea à ſuperiore uentre conficitur. ſtatim tamen ad ipſum redit, primùm os appellans, in quo reſpondet uiciniori uoci. nam paſsim ipſum uocare [illegible] ut ipſum, quia cibum capit, exploratum eſt. Sed ueniamus ad alias partes, quas nominat: cum enim mutent locum animalia, neceſſe eſt inſtructa ſint membris ad motum idoneis. eorum autem plura ſunt genera, ut uaria etiam ſunt, ualdeque inter ſe diſsidentia genera animantium.

Si iam tot ſpecies.) Si ergo, inquit, tot ſint ſpecies partesue ſolùm animalium, harum uerò partium ſint diſsimilitudines, ut ſanè ſunt. Cum autem [illegible] dixiſſet, ut omnis error hinc tolleretur, aperire uoluit, quid illo uerbo ſignificaret. Inquit igitur, appellans eaſdem partes eodem ordine, quo ſuprà fecerat, Dico autem, ceu oris plura quædam genera & eodem pacto uentris, & partium etiam illarum, quibus ſentimus, præterea membrorum, quibus animantes utuntur ad motum: poſt hæc uerò membra appellata, poſuit, quod inde ſequebatur, quod eſt tanquam redditio quædam ſuperiorum, indeque aptum. Copulationis harum partium numerus neceſſariò efficiet plura genera animantium, idest quia uarijs modis inueniuntur coniunctæ inter ſe partes hæ, utque in eodem animali conformatæ, ideo plura genera neceſſariò exiſtunt animalium. Cuius etiam ſententiæ ſuæ rationem reddit, affirmans fieri nullo pacto poſſe, ut idem animal habeat plures ipſius differentias oris. Eadem namque eſt forma oris omnium hominum, & eodem pacto cunctorum equorum ac reliquorum animalium: diſcrepant tantùm inter ſe illa magnitudine, aut aliqua huiuſcemodi re, quæ non uariat ſpeciem. Addit autem quod uſuuenire docuit in ore, idem etiam contingere in auribus ac cæteris denique partibus, quas enumerauit. Quare concludit, cùm, diligentia in hac re à nobis adhibita, indagatæ fuerint cognitæque omnes, quæ poſſunt eſſe harum partium copulæ iugaq; efficiunt ſpecies animantium: ac tot denique ſpecies efficiunt, quot numero fuerint coniunctiones ipſæ ac copulæ partium animalium. partium inquam, quibus carere non poſſunt, cùm neceſſariæ ſint eorum naturæ conſtituendæ ac tuendæ.

Eodem autem pacto.) Quod uſuuenire docuit in partibus animalium, diſſecantibus ſpecies: idem nunc oſtendit contingere in paribus partibus ciuitatum: ut quemadmodum illæ iunctæ copulatæq; inter ſe, gignunt genera diuerſa animantium: ita etiam hæ pariunt diuerſas reſpublicas, accommodatque demum nunc ſimile, quod excogitauit, cuius auxilio ipſius explanare uoluit. inquit igitur: Eodem pacto ſe rem habere in rebuſpublicis, quæ expoſitæ ſunt. nam conſtant etiam ciuitates ex partibus, atque ijs quidem multis: non ex una quapiam ſimplici re conflatæ ſunt, ut animantes ipſas conſtare apertum eſt. Quòd autem repetit hic de ui naturaque ciuitatum, non ſimplicem inquam illam eſſe, teſtatur à ſe ſæpè ſuprà traditum fuiſſe.

Vna igitur eſt.) Enumerat partes ciuitatis, initiumq; ſumit à maximè neceſſaria. illa autem eſt, & copioſa quidem, quæ parat nobis ſtudio ac labore ſuo magno magna ex parte uictum. Vocari autem oſtendit hos, quia in glebis ſubigendis occupati ſunt, agricolas. frumentum enim, uinum, oleum, exarati coltique ab ipſis agri ferunt. Cùm autem nõ his tantùm rebus ueſcamur, ſed pecore etiam, auibus ac piſcibus: tetigit res magis uitæ neceſſarias, & quibus carere non poſſumus. hæc enim parant, qui pòſt adiuncti fuerunt, ut infrà narrat.

Secunda autem appellata.) Secundam partem ciuitatis eſſe dicit, quæ conſtat ex opificibus, uocatis Græco ſermone βαναύσοις. Ita autem illi appellati ſunt, quia colebant artes, quæ corpus deterius faciunt, minuſque aptum ad labores militares ferendos: cuiuſmodi in alijs ſunt artes, & ſutorum, & aliorum, qui totum diem ſedent, manentque in taberna illa ſua: ignaui namque ita fiunt. non enim βάναυσοι tantùm dicebantur artes, quæ corpus deprauant, mancumque ac debile reddunt. Quale autem ſit genus hoc hominum, ipſe oſtendit, dicens occupatum ipſum eſſe, uerſarique in artibus, ſine quibus ciuitas conſtare non poteſt: poſt quæ uerba diuidit ipſas, affirmatque partim illarum neceſſarias eſſe, partim ſeruire uoluptatibus corporis ac delicijs: & nonnullas etiam ipſarum bene uiuendo, quæ animum oblectant cantu & alijs huiuſcemodi ſuauitatibus. Videndum quid ualeat hoc loco καλῶς ζῆν. ſi namque ſignificare uoluit benè & copioſe uiuere, non eſt dubitandum, quin artes, quæ uitam mollem ac teneram pariunt, hoc præſtent: ſi uerò honeſtè ac rectè, alienæ prorſus ipſæ ſunt ab hac uita. Quo modo etiam artes, quæ gignunt honeſtam uitam, βάναυσοι nominari poſsint, non eſt omnino planum.

Tertia pars eſt.) Tertiam partem eſſe affirmat, quam circumforaneam uocat, quia aſsiduè uerſatur in foro. Forum autem ſignificat, ubi res uenales exponuntur. Declarat autem & hanc, quam potiſsimum intelligat eſſeque dicit, quæ operam ſuam poneret in rebus uendendis & emendis. Eorum autem nonnulli, qui portant res in forum, ut uendant, appellantur ἔμποροι à Græcis, mercatores à Latinis: ij ſunt, qui aliunde important res uictui aut cæteris uſibus hominũ accommodatas. κάπηλοι ſunt, qui ſemper in foro manentes, uendunt aucto pretio, quæ paulo antea ipſi emerunt: qui ſordidus quæſtus eſt, & cum fraude plerunque adminiſtratur.

Quartam conſtituunt.) Quartum genus hominum eſſe inquit, quod, accepta mercede, operam ſuam aliquibus locat, aut diurnam, aut menſtruam, aut longioris alicuius temporis: quo tempore omni ſeruit ei, qui ipſum conduxit, tanquam mancipium: illo ſcilicet munere obeundo, quod pollicitus eſt ſe cum fide adminiſtraturum. eſt igitur hæc ſpecies quædam ſeruitutis. quare humilis ualde pars hæc ciuitatis eſt.

Quintum genus.) Quintam partem ciuitatis eſſe inquit (appellat autem nunc honeſtiores ordines) quæ cùm bellum erit, operam in eo ſuam reip. datura eſt. Quia autem arbitraretur quiſpiam hanc minimè neceſſariam, quia ſæpè quieta tempora tranquillaque ſunt, ſiue cùm res urget, mercede milites parari poſſunt: docet non minus hanc requiri in bene conſtituta ciuitate, quàm reliquas. ſine ipſa enim admonet remp. prædæ futuram omnibus, qui in ipſam incurrerint, nec ullo pacto libertatem ſuam retenturam. Affirmat igitur, decipi mirum in modum eum, qui exiſtimet ciuitatẽ uerè appellari, quæ ſerua ſit, ac natura quidem ſerua. Videtur autem ſeruam natura ipſam uocare, quia quòd ſeruiat, culpa ipſius commiſſum eſt: ſua enim ſponte ſe priuauit his præſidijs, quæ libertatem eius defendiſſent. Probare uerò uolens ſeruam ipſam eſſe, docet non eſſe illam contentam ſuis rebus: quia, ut ſe ſaluam incolumemq; præſtet, cogitur confugere ad alios, expectareque externa auxilia. Quod autem ſeruum eſt, poſita in ſe cuncta non habet, quæ ad ſtatum ſuum tuendum requiruntur. Vtitur autem eodem hoc uerbo ſententiaque Plato in 2. libro de Republica, ubi monſtrare uult, quæ ſit origo omnis ciuitatis: naſci enim primùm inde ipſam tradit, quia nullus noſtrûm cuncta in ſe habet, quibus contentus uiuat, ſed eget multis rebus. illa autem omnia in ciuitate inueniuntur.

Quapropter in politia.) Cùm oſtendiſſet ciuitatem egere militibus, qui fortunas ipſius & libertatem defendant: recordatuſque eſſet in partib. primis ciuitatis enumerandis, Platonem, dum optimam remp. fingeret, non appellaſſe mili-

tes,

tes, ſed ſerò ipſos adhibuiſſe: & cùm ualde iam ciuitas creuiſſet, potuit oportere ſe leniter locum tangere, & erratū illud emendare. inquit igitur: Quare (ita enim indicat eptsm hic eſſe diſputationem hanc) in reip. Platonis hoc dictum eſt ſanè magnificè, non tamen plenè: neq; ut tanta res poſcebat. inquit enim illic Socrates, qui in eo ſermone hoc protulit: locus autem eſt in 2. eorum librorum, ciuitatem conſtare ex quatuor partibus maximè neceſſarijs, ac ſine quib. nullo modo uidetur illic commodè uiui poſſe, dignamq; eam eſſe, quæ uocetur ciuitas. Κομψῶς quod affirmauit à Socrate id dictum fuiſſe, latet (ut opinor) in hoc aduerbio reprehenſionis aliquid: oſtendit enim non tam uerè ſtuduiſſe illum hoc enuntiare, quàm cum ſplendore quodam inani ac uenuſto. Apud Euripidem in fabula, cuius index eſt ἱκέτιδες, ſapientiſſimus rex Theſeus uocat præconem Euryſthei κομψὸν, quia arroganter nimis loqueretur de republica, & tanquam arbitrum ſe faceret optimi ſtatus ciuitatum. inquit igitur, ipſum inſimulans: κομψός γ' ὁ κῆρυξ καὶ παρεργάτης λόγων.

Vocat autem hos.) Nominat partes, quas Socrates dixit in primis requiri. Sunt autem hæ, ut apparet, opifices tenues ac minuti, ſine quibus tamen non uidemur poſſe uitam tueri. Certè ciuitas nulla ſine ipſis manet: confugimus enim multi in certa quædam loca, ut commodis quibuſdam fruamur, liberaliuſque uiuamus. Sunt igitur hi quatuor, textor, agricola, ſutor, faber ille, qui domos ædificat. De utilitatibus, quas capimus ab his artibus, non opus eſt diſſerere (ſunt enim apertæ) ſi tamen mortales omnes ita duris pedibus fuiſſent, ut ille ipſe qui hæc diſputauit, potuiſſent primo ſuperſedere: ſine calceis enim Socrates ambulabat.

Rurſus autem.) Narrat, adiunxiſſe Socratem quatuor illis partibus alias nonnullas, quæ numero etiam ipſis reſpondent: unde perſpiciebatur, eum putaſſe priores illas ſatis non eſſe ad ciuitatem integram abſolutamque reddendam. Primam poſteriorem harum facit, fabrum, qui ferrum tractet: & paſtores, qui greges armentaue paſcunt. Quòd uerò pecora hæc neceſſaria uocet, ſiue intelligit, quib. nulla ciuitas carere debet. ſiue quæ illi ipſi populo apta opportunaque ſunt. Præterea inquit, Socratem his duab. partibus duas alias adiunxiſſe, eaſdem inquam, quas ipſe ſuprà in forenſib. appellarat, extremaſque ipſarum poſuerat, mercatorem inquam, & cauponem: poſt quæ appellata dicit octo has partes à ſe enumeratas eſſe illas, quas uolebat Socrates ſupplementum eſſe primæ ciuitatis: implereque ita ipſam, ut nihil meritò uideretur poſſe illic deſiderari, quod ad eius multitudinem formamque augendam faceret.

Tanquam neceſſariorum.) Incipit nunc iudicio Socratis aduerſari: primumque docet, uideri illum peccaſſe, qui non aſpexerit uerum finem ciuitatis, exiſtimaritque omnem ciuitatem conſtitutam fuiſſe, ut homines illic abundent rebus ad uitam neceſſarijs: & non potius propter dignitatem ipſam & uitam beatam fruendam, & tanquam ipſa egeret uno eodemque pacto ſutoribus & agricolis. Quis enim non uidet, facilius carere poſſe ciuitatem ſutoribus, quàm agricolis? Sed hoc etiam diſcrimen inter ipſos eſt, quòd ruſticorum operæ ſimpliciter uitæ neceſſariæ ſunt: ſutorum uerò uitæ commoditatibus. Nolo autem omittere, quin admoneam D. Thomam longè aliter hunc locum accipere, ſecutū ueterem tralationem, in cuius Græco exemplari, ut apparet, ſcriptū erat ἴσων patrio caſu multitudinis. quare arbitratur ille in hoc etiam lapſum fuiſſe Socratem, qui dixerit ciuitatem conſtare è ſimilibus. Putat enim ſutores & agricolas æquales eſſe, cùm planum apertumque ſit, uelle Ariſtotelem componere ipſam inæqualis ac diſſimiles. Ego tamen opinor communem lectionem ueriorem eſſe, quæ habet ἴσον, accuſandi caſu. uim autem aduerbij notam hanc retinere, natum eſt.

Partem autem militarem.) Inſimulat Socratem, quòd ſtatim à primo ortu reipublicæ, quam optimam fingebat, in partibus ipſius exponendis omiſit unam, ſine qua ſalua illa diutius eſſe non poterat, id eſt præſidium ipſius, ac defenſores: nec prius hanc partem ei tribuit, quàm fines ille ſuos propagaſſet, inciperetque uicinorum agros attingere, ſoxq; diciuis bella facere (tunc enim fatebatur illam neceſſariam eſſe) ſine copijs enim non poteſt imperium proferri: & cùm bellum excitatum eſt, opera militum in primis requiritur: exiſtimat tamē noſter, illam opportunam etiā eſſe ad libertatem tuendam, conatumque inſidiatorum coercendum.

Atque & in quatuor.) Accuſat his uerbis Socratē, qui ut militem, ita etiam iudicem deſiderabat ciuitati iam auctæ. In magno enim numero ciuiū uidebatur putare, exoriri tantū lites ac cōtrouerſias. Inquit igitur, coarguens ipſum ac falſò ſenſiſſe dicens, neceſſariam eſſe operam arbitrorum iudicumque inter paucos etiam litigantes: quia pauci admodum ſocij, & qui communiter aliquid poſſident, ſæpè inter ſe controuerſantur. exempli cauſa, quatuor ac quilibet denique numerus: nunq; enim quatuor, quod inquit, referri debet ad quatuor partes alicuius boni, quas dixit. requiritur igitur citò opera alicuius, qui, quod rectum iuſtumq; ſit, admoneat, & lites eorum dirimat.

Si igitur & animum.) Sumit ſimile ad conſtituendum, quod uult. Cùm enim, inquit, conſtent animantes ex animo & corpore, non facilè inueniretur aliquis, qui non concederet potiorem partem ipſarum eſſe animum, quàm corpus. Eodem igitur pacto addit, exiſtimare debemus has duas, quas dixi, magis eſſe partes ciuitatis, quàm illas, quæ neceſſarijs uſibus deſtinatæ ſunt, referunturque ad eos. Intelligo autem, inquit, partem ciuitatis, quæ bello utilis eſt nec non, quæ particeps iuſtitiæ factæ ad exiſtimandas cauſas. Reſpondere autem animum, non hominis ſolùm, uerum etiam reliquarum animantium his duabus partibus: corpus uerò ſuperioribus, ac materiæ ipſi: & ut ipſe eas uocauit, [illegible], id eſt ſupplemento & quaſi materiæ, nullum negotium eſt intelligere.

Præter has autem.) Antequam omnino abſoluat diſputationem aduerſus Socratem, inſerit in eam ſextam hanc partem ſuæ ciuitatis: quam tamen, ſignificans ipſam ſextam eſſe, non oſtendit, ut in cæteris deſcribendis fecit: initio enim ſtatim numerū ipſarum poſuit. inquit igitur: Præter eas, quas appellauit partes, quinque ſcilicet numero, eſſe illam, quæ conſilio iuuat ciuitatem, deliberatque de republica. Illam autem ſtatim ornat, munuſque ipſius commendat: eſſe enim, inquit, ipſum proprium ſapientiæ acuminiſque, quod requiritur in ciuibus: qui enim ſtudio & magno uſu rerum non ualeret, utilis huic curæ minimè foret.

Atque & ſine.) Loquitur de duob. his muneribus ciuium, quorum prius fuit, iudicare lites & controuerſias ciuium: poſterius, iuuare conſilio rempublicam, quæ affirmat ſeiungi ita ſepararique poſſe, ut hi in uno illarum, alteri in alterum incumbant: & etiam in eaſdem perſonas cadere, ut ijdem prorſus diuerſis temporibus, nunc cauſas iudicent, nunc adhibeantur ad deliberationes. nihil enim intereſſe hoc putat ad hunc locum quæſtionemque, quam in manibus habet. Poſſe autem hoc fieri, ut eædem ſcilicet perſonæ ſuſtineant ambas has curas, probat ſimili. Docet enim, ſæpe contingere, poſtulantibus hoc uarijs reipublicæ temporibus, ut ijdem prorſus homines & arma gerant, & terram colant: qui enim prius in ſubigendis glebis occupabantur, exorto bello, arma capiunt, militeſq; fiunt.

Quapropter ſiquidem.) Hæc eſt concluſio totius rationis. Reuertitur enim ad id, quod ſuprà propoſuit, & accuratè probare ſtuduit, erraſſe Platonem, qui putarit nō ſtatim à principio ipſius neceſſarios eſſe ciuitati milites. Si enim, inquit, hę duo poſtremæ ſunt partes ciuitatis, id eſt milites & agricolæ, nec non ſuperiores illæ, id eſt iudices & ſenatus, ſiue quicūq; alij ſunt, qui deliberant de republica: non eſt dubium, quin genus hominum, quod gerit arma, ſit neceſſaria pars ciuitatis, nec ab ipſa unquam abeſſe poſſit: præda namque ſine ipſa hoſtibus foret.

Septima autem.) Septima, inquit, eſt pars ciuitatis, quæ fortunis ſuis & patrimonijs iuuat rempublicam: & ut alij alijs rebus, ita hæc pecunia, qua abundat, ciuitati præſtò ſemper eſt, ſeruitque temporibus ipſius (neque enim ſine pecunia poteſt adminiſtrari reſpublica) nec ſolùm requiritur illa in bello, uerum etiam in otio, ſed in primis in bello: ut declarat etiam Demoſthenes, qui clamauit, ſine illa nihil geri, rectéq; adminiſtrari poſſe illorum, quæ pertinet ad remp. tuendam. Vocamus autem, inquit, ipſam hanc partem locupletes ac copioſos.

Octaua autem.) Octaua uerò, ultimaque pars eſt, quæ fungitur ciuilibus muneribus, publicamque perſonam ſuſtinet, uerſata in magiſtratibus gerendis. Eſſe uerò hanc neceſſariam oſtendit, affirmans ſine his, qui ſummum imperium in priuatos habeant, non poſſe conſiſtere ciuitatem. Vnde perſpicitur, requiri aliquos, qui uim hanc & poteſtatem in ſe habeant, ſeruientque reipublicæ in his officijs rectè obeundis. Quia autem hoc duobus modis effici poteſt, uoluit etiam hoc tangere: aut enim, inquit, perpetui magiſtratus hi ſunt, aut mutantur, ut diuerſis temporibus imperium in omnes cadat.

Siquidem igitur.) Dat operam, ut probet, has quas docuit eſſe partes ciuitatis, bene inſtructas eſſe oportere, & ſingulas rectè ordineque munus ſuum obire: in primis autem illas, de quibus modò locutus eſt, id eſt, quæ cauſas iudicat, & quæ occupata eſt in conſilijs dandis, ſententiaque de rep. dicenda. quod fiet, ſi non deerunt aliqui, qui ipſos erudiant, & in officio retineant:

uel potius qui ipſi ita docti inſtructiq́ue ſint, ut poſſint rectè illis muneribus fungi, & curas eas ſuſcipiant. inquit igitur: Si igitur hæc opus eſt geri adminiſtrariq́ue in ciuitatibus: nec ſolùm geri, uerum etiam rectè ordineq́; geri, & (ut ipſe loquitur) honeſtè ac iuſtè neceſſe eſt ſint aliqui ex illis, qui incumbant in rempublicam, & in ea gerenda uerſentur: hos enim intelligit, uocans ipſos πολιτευτάς, qui participes uirtutis ſint.

Cæteras igitur poteſtates.) Quærit, quæ ſint partes ciuitatis, principem locum in illis tenentes, ſuprà poſitas à ſe omnes ſeptens: ipſas autem eſſe docet, quæ diſtinctæ inter ſe ſunt, nec in eaſdem cadunt. nam curæ, quæ ſuſcipi ab iiſdem poſſunt, non uideatur ſeparare perſonas & diuerſos reddere, qui ipſas adminiſtrant. inquit autem, Cæteras facultates (ita autem appellat artes ac miniſteria: quia, qui ipſas tractant, non illam in ſe ac poteſtatem habent, ut in ipſis cum laude uerſentur) uidetur contingere atque conuenire poſſe, ut alijs multis adſint: nec omnino unam ac ſolam perſonam requirunt. Exempli cauſa, inquit, fieri poteſt, ut iidem & milites & agricolæ, & opifices ſint. Præterea uidemus aliquando unos eoſdemq́ue eſſe & qui deliberant de republica, & qui cauſas iudicant. Addit autem, omnes hos ſtudere uirtuti, exiſtiq́ue, ut ſe pares his muneribus obeundis reddant: demumq́ue ſe tales arbitrentur eſſe, ut ualeant plures huiuſcemodi curas cum laude aliqua ſuſtinere. uerùm inquit, contrà effici non poteſt, ut iidem eodem tempore pauperes ac locupletes ſint. unde perſpicitur, has maximè partes ciuitatis eſſe, quæ tota regione inter ſe diſtant, nec ullo pacto in eoſdem cadunt, id eſt diuites ac pauperes.

Amplius autem.) Nouo argumento probat has reip. eſſe maximè ſibi ipſis aduerſas, quæ ſcilicet eſt in poteſtate multitudinis, & in qua dominantur pauci: præterquam enim quòd alteri ſunt pauperes, alteri diuites, numero etiam diſcrepant inter ſe. plerunque enim inquit diuites in omni ciuitate pauci ſunt: pauperes uerò multi. quare hac quoque de cauſa eſſe has partes contrarias perſpicitur in partibus ciuitatis: quæ ambæ res inquit cauſa fuerunt, ut conſtituerent reſpublicas, ſpectatiaq́ue exuperantijs harum rerum, id eſt patrimonij ac numeri, creditaq́ue ſunt eſſe duæ reſpublicæ: & illa quæ regitur à multitudine, & in qua pauci dominantur.

Eſſe igitur reſpub.) Hæc eſt concluſio eorum, quæ proximè effecit. Teſtatur igitur, ſe docuiſſe reſp. eſſe plures, & cauſas etiã uarietatis ipſarum: non enim temerè numerus earum auctus eſt. Quid autem nunc ſequatur, oſtendit: dat enim operam, ut probet, aliter etiam numerum ipſarum creſcere.

Eſſe autem plures.) Incumbit nunc in hanc curam, ut oſtendat, quemadmodum ſunt plures ſtatus, diſcrepantes inter ſe, & natura & nominibus: ita etiam inueniri, qui nominibus iiſdem uocentur. ſint tamen alia parte inter ſe diſsimiles. Declarat autem, hoc primùm contingere in ſtatu multitudinis ac paucorum: atque id ſatis apertum eſſe ex iis, quæ ſuprà dicta ſunt. Vtitur tamen argumento hoc, quo docet, cùm partes alicuius rei uariantur, ſpecieq́; inter ſe diſcrepant: uariari etiam diſtinguique, quod ex ipſis iunctum concretumq́ue eſt. Varia igitur eſſe genera & populi & notorum clarorumq́ue uirorum, oſtendit: primùm tamen populi. Appellat autem ipſius partes, quas ſuprà enumerauit, id eſt agricolas: primùm enim genus ipſorũ facit, deinde opifices, tertios forenſes: ita enim ipſos uocat, id eſt, qui in rebus emendis uendendiſque occupati, diem in foro totum terunt. Quartum genus conſtare tradit eos, qui mare incolunt. quod genus conſtare, inquit, è uarijs artibus: non enim omnes, qui ipſum frequentant, eundem finem habent. Quidam enim ipſorum militiam naualem exercent, alij quæſtui toti dediti ſunt: alij artem habent ex hac in aliam terram homines uehere, portitoreſq́ue ſunt: ſunt etiam in illis piſcatores.

Multis autem locis.) Ne quis diceret, in his diuerſis artibus non uerſari tantam uim hominum ac multitudinem, ut ex ipſis cõficiatur populus: narrat contrà quibuſdam in terris, atque iis quidem multis, ſingula hæc ſtudia alere turbã mortalium ingentem. Appellat autem loca nonnulla, in quibus apertè hoc fiat. Primùm autem piſcatores plurimos inueniri oſtendit duabus in urbibus Græcorum, remotis in ſedibus conditis, Tarento & Byzantio: ut remiges Athenis, mercatores in Ægina & Chio inſulis: portitores autem in Tenedo, & ipſa inſula, propinqua Ilio.

Præter hos genus eſt.) Reſtare adhuc dicit genus hominum, & ipſum copioſum, quod ex operis diurnis uictum ducat, itaq́ue exilem rem familiarem habeat, ut uacare non poſsit à continentib. laboribus. cui generi addit alterum genus, & ipſum humile, quod tamen alia parte laboret, nec prematur tenuitate patrimonij, ſed natalibus: tàm etiam non ſit ex ambobus parẽtibus ciuibus, ſed altero tantum, idem tamen liberum ſit. Addit in extremo, coniungi poſſe cum his, ſi quod aliud genus plebis extat, tenue admodum & affine alicui uitio uel maculæ.

Notorum autem ſpecies.) Cum genera hominum expoſuiſſet, ex quibus conſtatur ſtatus multitudinis: nunc aperit, quot ſint genera uirorum notorum & illuſtrium, qui ſunt materia ſtatus paucorum: non tamen illos ipſos nominat, ſed res, quæ reddunt ipſos tales, id eſt diuitias, nobilitatem, uirtutem, diſciplinam. Singula enim hæc poſſeſſa ab aliquibus, ornant eos, atq; efficiunt claros: & ſi non omnes eodem pacto, neque ita meritò ac iure optimo. Quòd enim in ipſis collocauit uirtutem, quę propriè uocatum ſtatum paucorum minimè conficit: ſuſpicari poſſemus, doctorem noſtrum illo nomine intellexiſſe etiã ſtatum optimorum. conuenit enim ipſi cum dominatu diuitum in numero.

Et quæ dicuntur.) Valent (ut opinor) hæc uerba: Et quæ ſunt paria his, poſſuntq́ue & ipſa illuſtrare homines, & claros eſſe reddere: ut ſunt, merita erga remp. & honeſta facta, & cuncta alia huius generis. Quòd uerò ita locutus eſt, uſuſq́ue hac forma dicendi, arbitror ipſum reſpexiſſe ad conſuetudinem eorum, qui diuidunt aliquam rem. In eodem enim loco collocant ea, quę in diuidendo intelligunt conuenire ſibi ipſis: & contrà inde ſeiungunt ac remouent, quæ aliena inde ſunt caduntq́; ſub aliã diuiſionem ac partem. λεγόμενα igitur κατὰ τὴν τῆς διαφορᾶς, id eſt quæcunque coniungis nominaſque ſimul, cùm unam eandemq́ue partem conficis diuiſionis. Auctor ueteris illius tralationis uidetur in exemplari ſuo præterea habuiſſe ἔργα, ut ita ſcriptum illic fuerit, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔργα, λεγόμενα, & quę ſequuntur: uerùm tamen ne uerbum id huc inculcatum, fuerit quondam declaratio huius ſermonis, non omnino plani apertique, ſed tamen eruditi. Monet etiam me nonnihil, facitque ut non credam recipiendam eam uocem, modus hic loquendi, quo cum dandi caſu iungebant τουτί. quam rationem ſermonis, acceptam à Græcis, expreſſerunt Lucretius atque Horatius.

Status igitur multitudinis.) Exponit ſpecies, quot ſunt ſtatus multitudinis & dominationis paucorum, de quib. modò diſſeruerat. In primis autẽ enumerat uarias rationes, quibus populus utitur in ſtatu illo ſuo adminiſtrando. Prima igitur forma ipſius eſt, ut narrat, quæ ita uocata eſt, popularisq́ue dicta propter æqualitatẽ: quia uno tenore omnes ciues participes ſunt eorundem honorum, nec locum illic habent: attenduntur que ea diſcrimina, quæ diſtinguunt ipſos in cæteris rebus publicis, ut accuratè docet. Cùm enim æquale pluribus modis capiatur, quomodo populares illi ipſum interpretentur, aperit. Inquit igitur, legem huius ipſius ſtatus accipere æquales hoc pacto, ut diuites illic nihilo plures ſint, quàm pauperes: neque aut hos aut illos in ſua poteſtate alteros habere, ut perpetuò ipſis imperent, ſed pares prorſus eſſe. Theſeus apud Euripidem in fabula, cuius index eſt ἱκέτιδες, cùm bona, quæ ſunt in ſtatu multitudinis prædicaret. in alijs etiam hoc poſuit, licere illic tenuioribus ciuibus, nullarumque opum fortunatis reſpondere, cùm malè ab ipſis audiuerint: uincereq́ue in forenſi omni contentione minorem quemlibet amplum atque opulentum, ſi cauſam meliorem habuerit. Scrupulus autem exiſtit in numero ſtatuũ horum multitudinis. Cùm enim modò tradat, quinque ipſos eſſe: infrà ubi repetit eoſdem, relinquit unum eorum, ac quatuor tantùm facit ipſorum ſpecies: quæ ſanè uidětur reſpondere, eædemq́; prorſus eſſe cum ſuperioribus, ſi eximas inde primam ſpeciem. ita enim prima illarum primæ harum reſpondebit. quod in reliquis etiam perſpicitur huiuſcemodi futurum. Quomodo enim hoc manere poſsit, ut ſpeciem eſſe nolit, quam ſtatim, ut incipit de ipſis diſſerere, primam democratiam appellat: & infrà etiam conditionibus ipſius explicatis, iterum apertè ſpeciem uocat, ego ſanè non uideo. D. Thomas arbitretur, unam eandemq́ue eſſe primam & quintam. Quod ſi uerum foret, uidebatur id oſtendere auctor debuiſſe, cùm cætera diligenter exponat: propriamq́ue hoc ſuerat diligentiæ ipſius, & non perturbare nos uarietate hac nominorum. Si prima autem ſpecies, infrà uocata, reſponderet primæ harum quinque, ut ſecundæ potius facit: putarem, philoſophum intellexiſſe primum, uerum illam & propriam democratiam, à qua ipſe alienus nunquam fuit, & quàm propter ſimilitudinem ingẽtem nõ malè uocari quoq; poſſe politiam, ſignificauit in VI. libro & talem denique, qualis erat uetus illa Athenienſium, quam Iſocrates in Areopagitico & in alijs ſuis orationibus ualde laudat, undeque multa præclara & honeſta facinora prodiêre: cùm quę poſtea irrepſit in eam urbem, deprauata fuerit, ac magnis uitijs affinis: illiſque demum, quæ narrat hic Ariſtoteles, manare ex inſtitutis ipſius mali. Cogitans igitur eam, quæ recta erat, magiſque probari poterat, ut exemplum quoddam ipſarum, non eſſe meram talem, cùm eſſerat uocatam politiam, communi nomine omnium rerumpublicarum: omiſit infrà eam, & quam

primo

primo quintam fecerat. Quartam ultimamque eſſe uoluit, cùm frequentior foret, magis gaudia ſua cupiditateſque ſectante multitudine, quam publicam utilitatem, inq; poteſtatem ſe dante improbis oratoribus & aſſentatoribus ſuis. Si ita igitur locus accipiatur, ut accipi uidetur poſſe, Ariſtotele ipſo auctore, ſcrupulus, qui ualde moleſtus eſt, euelletur. Volo etiam ſuſpicionem meam de ueritate lectionis indicare: uereor enim, ne uerba hæc, μηδὲν μᾶλλον ὑπάρχειν τοὺς ἀπόρους, ἢ τοὺς εὐπόρους, mendum contineant, deindéq; caſu legi debeat, τοῖς ἀπόροις, ἢ τοῖς εὐπόροις. ratio namque ſermonis hoc plane poſtulat. Nec tamen me mouet, quòd uetus illa tralatio ita locum exprimit, Exiſtere egenis uel diuitibus. Non enim me fugit, ipſam aliter uertere locum non potuiſſe: ſed attendo conſuetudinem Græcæ linguæ, quæ ruſtu dicende ſedulò eſt. Putaret aliquis, ſi mutandum hic aliquid eſt, pro ὑπάρχειν, ſublata inde præpoſitione, potius ἄρχειν legendum eſſe. Cui opinioni ego libenter aſſentirer, niſi aduerſaretur uetus tralatio, cui meritò multum tribuo. ita enim locutus eſt in VI. horum librorum, nõ longè à principio: quo loco docet, quale potiſſimum ſit ius illud, quod populare uocatur. iiſdem enim penè omnibus uerbis uſus eſt. Sunt autem hæc, ἴσον γὰρ τὸ μηδὲν μᾶλλον ἄρχειν τοὺς ἀπόρους, ἢ τοὺς εὐπόρους· μηδὲ κυρίους εἶναι μόνους. Valeret autem, ſi μηδὲν μᾶλλον ὑπάρχειν legeretur, nihilo meliore loco eſſe pauperes quàm locupletes, & ſi ſtatus ab ipſis nomen accepit: nec quicquam plus illis tribui ſolitum, quàm contrarijs. Quæſiſſet enim aliquis, ſi cuncti in eo eodem pacto communicant honoribus ac cõmodis, cur potiſſimũ ille à populo tenuibuſq; ciuibus nominetur. Fieri igitur hoc, inquit, quia illi uincunt numero, ſemperq; ſtatuitur in hac republica, ut quod uiſum eſt pluribus, ratum ſit.

Si enim libertas.) Confirmat quod dixit, non cedere ullam in partem in eo ſtatu pauperes humileſque ciues diuitibus atque opulentis, ſed omnes eſſe pares, uſus ſententia probata nonnullis. Illa autem eſt, libertatem præcipuè uigere in hoc ſtatu ciuitatis & æqualitatem. Hæc enim, inquit, ratio eſt, qua id maximè fiet, cùm uniuerſi omnes huius reip. participes ſunt uno eodemque pacto, poſſuntque peruenire ad honores, niſi ſibi ipſis defuerint. Querela illa Terentiani lenonis, qui uerberibus cæſus exclamauit, Hiccine libertatem aiunt eſſe æquam omnibus: ſententiam hanc peruulgatam fuiſſe declarat. notũ autem eſt, hunc fuiſſe ueterem ac legitimum ſtatum Athenienſium.

Quia autem populi.) Probat his uerbis hanc, quam deſcripſit, eſſe remp. popularẽ. Quia enim inquit, populus eſt maior pars ciuitatis. ratum autem illic eſt, quod uiſum eſt probatumque pluribus, non quod melius eſſe exiſtimarint pauciores: fortaſſe, ſi ſinguli cum ſingulis illis conferantur prudentiores, neceſſe eſt hunc ſtatum eſſe populi. habemus autem addidit, iam unam ſpeciem ſtatus multitudinis.

Alia autem, magiſtratus.) Alteram ſpeciem deſcribit ſtatus multitudinis, quæ eſt cùm publici honores magiſtratuſq; tribuuntur definitis cẽſibus. Nam in priore illo cunctis, qui liberis parentib. nati erant, licebat peruenire ad imperium. Addit tamen, paruos oportere eſſe cenſus illos finesq́ue. nam ſi magni forent, eijcerent inde nimis multos, qui exiles fortunas haberent, atque eriperetur ſtatus ille è manibus multitudinis. Adiungit autem, oportere illic legem eſſe, quæ ſtatim aditum aperiat ad honores illi, qui aucto patrimonio, peruenerit ad eum cenſum, exturbetque inde eum, qui totum amiſerit fortunarum ſuarum, & non conficiat amplius cenſum eum.

Alia ſpecies popularis.) Adfert aliud genus eiuſdem ſtatus, in quo cuncti ciues participes ſunt ſine diſcrimine ullo publicorum honorum, exceptis illis, qui affines ſunt alicui maculæ. Hos enim ſolos lex inde eijcit: uult enim omnino eos puros ſinceros integroſque ciues. Si namque non forent germani ciues, aut ignominia aliquando notati fuiſſent, aditus ipſis obſtruebatur ad honores. In hoc autem ſtatu lex ſummam poteſtatem habebat, cogebaturq; magiſtratus parère ipſi: nec poterant iudiciũ ſuum ac ſententiam ſequi, ſi diſcrepaſſet à lege.

Alia ſpecies ſtatus.) Aliam ſpeciem popularis ſtatus eſſe inquit, in qua liceret omnibus imperium habere, dummodo ciues forent, implerentque conditiones eas, quibus definiebantur ciues. Neque enim arcebantur ab honoribus publicis eos etiam, qui notati forent aliquibus maculis, quæ proximus ſuperiores non ſinebant magiſtratus obtinere: conueniebat tamen in hoc huic cum illo, quòd ambo hi ſtatus legem ſequebantur, nec liberè poterant, quod ipſis uiſum eſſet, decernere. Apparet autem, hunc ſtatum ſolutiorem eſſe, è materiaq; minus integra concretum.

Alia autem ſpecies.) Eſt alia, inquit, ſpecies ſtatus multitudinis, in qua cætera omnia eadem ſunt, nec diſcrimen ullum in ipſis exiſtit: tantum uariatur hic à ſuperioribus, quòd in ipſo lex propoſita non eſt, quam intueri debeant, qui magiſtratus gerunt, partemue ullam reip. ſuſceperint: ſed multitudo illic dominatur, ac quidquid ipſi probatum fuerit, id ratum ſolidumque eſt. Quod autem ad loquendi modum facit, cùm dixerit, πλῆθος μὲν εἶναι τοῦτο: uidetur alluſiſſe ad cõſuetudinem ſcribarum, quam accuratè commemorat Hermogenes in locum hunc περὶ ἀφελείας. λέγει δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μὲν ἄλλο κυρίῳ τῷ δήμῳ. Sed Plato etiam in Gorgia non ſolùm eodem pacto locutus eſt, uerum etiam fontem huius locutionis aperuit. unde (ut ſuſpicari licet) explicationem illam ſuam hauſit interpres Ariſtotelis, quem indicani.

Hoc autem fit.) Vnde gignatur, ut multitudo penitus dominetur, omniaque ſui iuris eſſe uelit in his rebuſp. declarat. Inquit enim id fieri, quando plebiſcita illic ſummam poteſtatem roburque facta ſunt, atque omnis auctoritas legum ſublata eſt cuius incommodi originem eſſe docet oratores populares, & qui morem habent omnibus in rebus placere multitudini. Vt confirmet autem, quod dicit, addit in illis popularibus rebuſpublicis, in quibus lex uiget nimiſq; ſuam tuetur, non naſci aſſentatores hos multitudinis: uerum, inquit, in honore illic ſunt, ſummamque poteſtatem habent optimi ciues, & qui liberè aduerſentur multitudini, cùm publica utilitas hoc poſtulat. Vbi autem adiungit, Amplius lege auctoritatem ſuam non retinente: hic exiſtunt, qui omnibus in rebus ipſi aſſentiuntur, ad uoluptatemque ſententias dicunt. Eſſe in προεδρίᾳ, quod inquit, ualet, ſolitus illos antè populi reliquos, & ſummum gradum illic dignitatis tenere, à certo quodam genere honoris ducto hoc nomine. Qui namq; ſupra cæteros ſedent, honeſtiores uiri exiſtimentur. Vnde προεδρία cœpit uocari maior honos & eſt, quam hodie præcedentiam uocant, uſurpauit etiam hoc nomen in libro, qui ſequitur hunc.

Princeps enim populus.) Narrat in ijs ciuitatibus, in quibus leges nullæ, quæ frenent impetus multitudinis, fixæ ſunt, populum paulatim fieri dominum, ſolumq; illic imperare: quid tamen diſcriminis ſit inter ipſum, ac propriè uocatum monarcham, oſtendit. Ille enim unus mortalis eſt, qui ſui iuris omnia facit: hic uerò iunctus eſt è multis, tanquam ex omnibus illis mortalibus, ex quibus conſtat populus, ſimul cõcretis, unus homo factus: cùm etiam multi illi ex magna hominum ui, ex qua conflatus eſt dynaſtes hic, non uno modo imperium habere poſſunt. Aut enim ſinguli ſummam illam poteſtatem habere, aut iuncti ſimulque omnes, tradit poſterioris huius generis eſſe imperium hoc. Multi namque illi domini illic ſunt, non ſeorſum poſiti ſeiunctiſque: ita enim priuati ſunt, ac uirium nullarum, ſed unà omnes compoſitique.

Homerus autem.) Cùm genus quoddam imperij multorum accuſaſſet Homerus, neque planum omnino feciſſet, quod potiſſimum intelligeret: non alienum eſſe duxit, ualde ſtudioſus eius poetæ philoſophus, quærere paucis, quod ſignificaret. pertinet enim quæſtio hæc ad finem huius ſcriptionis. Duobus autem modis capi poſſe oſtendit πολυκοιρανίην, quam poeta reprehendit, affinemque uitio eſſe teſtatus eſt: utrum ſcilicet damnarit hanc ipſam, quam nunc deſcripſit ipſe, ſiue cùm multis eodem tempore imperium datum eſt à reip. rectore aliquo, ita ut ſinguli ſeorſum iuſtum plenumque imperium habeant: quod uidetur putare. Sæpè enim ex diſcordijs illorum, diſſidentibuſque conſilijs naſcuntur ijs, qui parent, non parua incommoda. ut cùm ſecundo bello Punico populus æquauit imperium dictatoris Q. Fabij, ac magiſtri equitum, & in eodem bello alio tempore accepta eſt ingens plaga ob eaſdem diſcordias. Antiquum Homeri ſcholion, cùm tradidiſſet, ἀγαθὸν hic ualere συμφέρον: addidit, δουλεία ἐστὶ ἡ πολυαρχία.

Huiuſcemodi igitur populus.) Deſcribit nunc ingenium moreſque huiuſcemodi populi undeque naſcatur indicat, ut tãtopere animus ipſi creſcat. Originem enim huius mali eſſe docet, quòd nullis legibus frenatur uoluntas ipſius, uel libido potius. inquit igitur: Talis populus, itaque conformatus, tanquam princeps aliquis & tyrannus ſit, ſtudet imperare, omniaque facit, ut immodicam illam ſuam poteſtatem augeat: et que id, quia nõ regitur à lege ulla, aut corrigitur. Quare efficitur par ſimiliſque iniuſto principi, exercetq; ea imperium in liberos homines, ut erus in ſeruos, exprimens penitus illum: unde etiam fit, ut aſſentatoribus gaudeat.

Proportioneq; reſpondet.) Cui ſtatui, adminiſtrato ab uno mortali, proportione reſpondeat hic ſtatus multitudinis, oſtendit. Cùm enim duo illi ſint, regnum ac tyrannis: tradit, ipſum reſpondere poſteriori huic. Populum autem hic uo-

cat

cat,ut multis alijs locis,populi ipſius ſtatum,& ubi ipſe dominatur. Inde autem proficiſci affirmat, ut eadem indoles ſit,ijdemque mores utriuſque, id eſt huius inſolentioris populi atque iniuſti regis. In quo autem pares contrarijs inter ſe maximè,quod ad numerum facit,uel ijdem potius ipſi ſint:declarat,in uitio ſcilicet ac peſſima uoluntate.ambo enim,inquit,exercent poteſtatem illam ſuam male partam,in meliores,quàm ipſi ſint,eoſque mancipiorū loco habent.

Et plebiſcita ſunt.) Explanat ſimilitudinem ipſorum,ſingula cum ſingulis conferens.Primum autem affirmat,plebiſcita eandem uim habere in ſtatu hoc multitudinis, quam habent apud tyrannos interdicta & ſæua ipſorum imperia. Præterea inquit orator ille popularis, qui ſedulò ſemper defendit, quæ grata eſſe ſentit multitudini, par eſt ſimilisq; aſſentatori,atque ex altera parte ipſi reſpondet. Adiungit autem,utriuſque hos multum ualere gratia apud eos, quorum animo uoluptatique ſeruiunt,& facile omnia ab illis impetrare,id eſt aſſentatores apud tyrannos,& hos demagogos apud populus tales, id eſt, qui leges contemnant, atque omnia ſui arbitrij faciant. ἐπιτάγματα, quæ noſter hic uocauit,dixit M Cicero imperia in oratione pro Rabirio,ubi contumaciam horū deſcribit.hæc enim eius uerba ſunt: Regum autem hæc ſunt imperia. Animaduerte ac dicto pare, & quæ ſequuntur. item in epiſtola quadam ad Atticum: Verbum autem ipſum Græcum ualde accommodatum eſſe arrogantibus mandatis iniuſtorum regum oſtendendis, iudicauit etiam Demoſthenes,qui in 2. Olynthiaca ita locutus eſt. ἡ δὲ τῶν μὲν, ὥσπερ ἐν τυραννίδι, ὁμοῦ ἐπιτάττειν ἀπολύοντι.

Cauſa autem hi ſunt.) Addit,increpans magis hos ſiniſtros oratores,ex ipſis proficiſci graue id malum, quod in illis reſp. ualeant imperia, uoluntateſque multitudinis: non leges,ut oportebat.Ipſi enim ſunt, qui omnia perducunt ad populum,ſuæ utilitati proſpicientes.fit enim hoc pacto,ut amplitudinem conſequantur, opeſque ſuas augeant, cum populus ſolutus eſt omni uinculo,libereque quod uult facit.Vt enim dominus ille omnium rerum eſt, ita hi ſunt populi opinionis ac iudicij multitudinis.perſuadetur namque ſe ſinit populus ab his.Improbus præco ille apud Euripidē, miſſus ab Euriſtheo ad Theſeum,cum ferret in cœlum ſtatum unius: in primis eum laudauit, quod careret hoc malo, quo populares reſp. premuntur. Illic namque ſemper exiſtere aliquos dixit, qui multitudini blandiantur, inanibuſq; uerbis ſpiritus eius augeant,& quò uelint,ipſam flectant, utilitates ſuas ſpectantes: cum planum ſit,eos,qui eo tempore iucundi ſunt, ad uoluptatemq; loquuntur,poſtea magnopere nocere ciuitati.

Præterea qui criminantur.) Monſtrat aliud genus hominum,quod & ipſum peſſimo ſuo conſilio fouet hoc malum. Dum enim cupit prodeſſe reipublicæ laboranti aliqua parte, totam illam euertit. Reperiuntur enim in liberis ciuitatibus, qui criminantur magiſtratus, multaque iniuſtè facere affirmant: hi omnes(ut docet) conſuerū: dicere, oportere populum ipſum cauſas iudicare,ſuoq; iudicio in ea re uti: populus autem inuitatus ad rem utilem ſibi, plenamq; dignitatis,non reſpuit donum illorum,ſed libenter accipit.quare ſtatim magiſtratus franguntur.

Iure autem uidere.) Tuta hac rep.expreſſa,poſitiſque ante oculos uitijs ipſius:inquit nunc, qui affirmaret huiuſcemodi ſtatum multitudinis adminiſtratum(ut demonſtratum eſt)non eſſe dignum, qui appellaretur reſpublica, non ſine cauſa ipſum accuſaret:quaſi enim ſecum illum facturum ſignificat. Platonem autē uidetur ſignificare: ipſum certè ab huiuſcemodi ſtatu populi ualde auerſum fuiſſe conſtat. Quare familiaris auditorque ipſius Dion Syracuſanus eiuſdē animi fuit. Cùm enim patriam liberaſſet, oppreſſam diu a Dionyſijs,patre ac filio,ielletque remp. conſtituere,atq; optimis legibus ipſam ornare: uerſabat mente ſtatum ciuitatis mixtum & temperatū,cogitabatque(ut memoriæ proditum eſt)democratiam puram meramque,ut nullo pacto rempublicam, ſed peſtem potius atque exitium rerumpublicarum(ut Plato de ipſa ſentiebat) inde arcere,importareq; eò formam reip. Laconicam ac Creteſem,e populo, regno & optimatibus concretam. Verùm quia multitudinem,quæ prius ſolutiorem ſtatum, plenumque licentiæ ſemel guſtauit,ſuuque in arbitrio cuncta habuit, arduum eſt legibus frenare cum ſuſpectus eſſe cœpiſſet ciuibus,facile inſidiatores inuenit,nec optimum conſilium ſuum ad exitum perduxit. Addit Ariſtoteles,ſenſum animi ſui aperiens, confirmanſque uocem illam:Vbi enim leges locum non habēt, neque imperant,non eſt exiſtimanda illa reſpublica:multaque illic fiant improbe iniuſteque neceſſe eſt. Cùm autē probaſſet,bene conſtitutā remp.eſſe nō poſſe ſine legibus: quid inde incommodi capiamus,& quid ab ipſis expectandum non ſit,docet.inquit enim: Oportet namque legem in omnibus rebus quaſi regnare,id eſt quæ in uniuerſum ipſa iubet aut uetat, ea ſeruari. Verùm quia ipſa ſingularia quædam certaque facta complecti non poteſt,uereq; de illis exiſtimare,hæc ſunt æquitati magiſtratuum reipublicæq; relinquenda.diſcedunt namque à natura communium illorum.

Quapropter, ſiquidem eſt.) Hæc concluſio eſt totius rationis.inquit enim:Quare ſi ſtatus multitudinis eſt una rerumpublicarum,ut nos arbitramur:planum eſt,ſtatum hunc ciuitatis,quem modò deſcripſimus,id eſt,in quo non certa quædam,ſed cūcta plebiſcitis adminiſtratur,non eſſe omnino rempublicam,ſtatum etiam uerè popularem dignumque,qui illo nomine appelletur.Deſideratur namque in eo, quod rempublicam,meritò ita uocatam,conſtruit,id eſt lex. Lex enim eſt,quæ in uniuerſum de rebus ſtatuit:contra autem,ut teſtatur,plebiſcitum nullum eſſe poteſt tale, id eſt, quod communiter in uniuerſumq; de aliqua re præcipiat.Poſt hæc adiungit,ſe formas popularium ſtatuum explicaſſe,diſputatumque à ſe eſſe de ipſis,ita ut ſatis uideri debeat.

a καὶ τοὺς πλείστους ἀρχὰς ἄρχειν, &c. uoc. ἀρχὴν deſideratur in quibuſdam lib. mendoſe.
b συνελαύνει al. συνομιλοῦσι, non rectè.

CAPVT V.

Dominatus autē paucorū ſpecies, una quidē è cenſib. eſſe magiſtrat⁹ tātis,ut pauperes participes eorū non ſint, numero plures:licere aūt illi, q poſſederit, participi fieri reip. Alia aūt,cū è cenſib. paruis fuerint magiſtrat[a],& ipſi delegerit eos,q deficiūt.Si igitr̄ ex omnib. his hoc fecerint, uidetr̄ hoc magis referre inſtitutū optimatū: ſi uerò è qbuſdā definitis, ꝓpriū eſt dominat⁹ paucorū. Alia ſpecies dominatus paucorū, cū filius ꝓ patre eò puenerit. Quarta aūt,qñ extiterit,qđ modò dictū eſt,& poteſtatē habuerit nō lex, ſed qui magiſtratus gerūt. atq; dominatus hic in dominatibus paucorum eodem modo ſe habet,ut tyrānis in imperijs unius: & ſtatus populi an po-

ΟΛΙΓΑΡΧΙΑΣ δὲ εἴδη, ἓν μὲν τὸ ἀπὸ τιμημάτων εἶναι τὰς ἀρχὰς τηλικούτων, ὥστε τοὺς ἀπόρους μὴ μετέχειν πλείους ὄντας, ἐξεῖναι δὲ τῷ κτωμένῳ μετέχειν τῆς πολιτείας. ἄλλο δὲ ὅταν ἀπὸ τιμημάτων μικρῶν ὦσιν αἱ ἀρχαί, καὶ αἱρῶνται αὐτοὶ τοὺς ἐλλείποντας. ἂν μὲν οὖν ἐκ πάντων τούτων τοῦτο ποιῶσι, δοκεῖ τοῦτ' εἶναι μᾶλλον ἀριστοκρατικόν· ἐὰν δ' ἐκ τινῶν ἀφωρισμένων, ὀλιγαρχικόν. ἕτερον εἶδος ὀλιγαρχίας, ὅταν παῖς ἀντὶ πατρὸς εἰσίῃ. τέταρτον δ', ὅταν ὑπάρχῃ τε, τὸ νῦν λεχθέν, καὶ ἄρχῃ μὴ ὁ νόμος, ἀλλ' οἱ ἄρχοντες. καὶ ἔστιν ἀντίστροφος αὕτη ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις, ὥσπερ ἡ τυραννὶς ἐν ταῖς μοναρχίαις, καὶ περὶ ἧς τελευταίας εἴπομεν δημοκρα-

Oligarchiæ autem genera cùm ſint plura, unum eſt,in quo magiſtratus mandantur ex cenſibus tam magnis,ut pauperes atq; egentes, numero plures,eorum participes non ſint:ſed ei,qui tantam rem habeat, reip. adminiſtrationis participi eſſe liceat. Aliud cum[a] ex paruis cenſibus creantur magiſtratus: & ipſi eos, qui deſunt, cooptant. Si igitur ex his omnibus, qui cenſu ſunt æquales, hoc faciant: uideatur hoc eſſe potius ariſtocraticum: ſi uerò ex quibuſdā certis, oligarchicum. Aliud autem oligarchiæ genus eſt, cùm filius in locum patris ſuccedens, magiſtratum capit. Quartum, cùm & id, quod nunc dictum eſt, uſurpatur, & magiſtratus imperant,non leges: atque hoc genus in oligarchijs altera ex parte ueluti tyrannidi reſpondet in monarchijs: & ei democratiæ, de qua poſtremo lo-

pularibus, de quo poſtremo loquuti ſumus: & appellant iam huiuſcemodi dominatũ paucorũ dynaſtiã. Dominatus igitur paucorũ & populi ſtatus, ſpecies ſunt hæ. Nõ opus eſt aũt nobis clã eſſe, multis locis uſu uenire, ut reſpublica, quæ legibus conſtituta eſt, nõ ſit popularis: moribus autẽ & inſtitutis uitæ populariter adminiſtretur. Simili aũt modo contrà apud alios, remp. legib. conſtitutã, eſſe magis factam ad populi utilitates: inſtitutis uerò & moribus potius regi à paucis. contingit aũt hoc maximè poſt mutationes rerumpub. Non enim ſubitò migrãt, ſed amãt prima, paruis rebus alij alios uincentes. Quapropter leges permanent, quę prius erant: dominantur autem, qui rempub. mutant.

δημοκρατίας ἐν ταῖς δημοκρατίαις. καλοῦσι δὴ τὴν τοιαύτην ὀλιγαρχίαν δυναστείαν. ὀλιγαρχίας μὲν οὖν εἴδη τοσαῦτα καὶ δημοκρατίας. οὐ δεῖ δὲ λανθάνειν, ὅτι πολλαχοῦ συμβέβηκεν, ὥστε τὴν μὲν πολιτείαν, τὴν κατὰ τοὺς νόμους μὴ δημοτικὴν εἶναι. διὰ δὲ τὸ ἔθος καὶ τὴν ἀγωγὴν πολιτεύεσθαι δημοτικῶς. ὁμοίως ἢ πάλιν παρ᾽ ἄλλοις, τὴν μὲν κατὰ τοὺς νόμους εἶναι πολιτείαν, δημοτικωτέραν· τῇ δ᾽ ἀγωγῇ καὶ τοῖς ἔθεσιν ὀλιγαρχεῖσθαι μᾶλλον. συμβαίνει δὲ τοῦτο μάλιστα μετὰ τὰς μεταβολὰς τῶν πολιτειῶν. οὐ γὰρ εὐθὺς μεταβαίνουσιν, ἀλλὰ ἀγαπῶσι τὰ πρῶτα, μικρὰ πλεονεκτοῦντες παρ᾽ ἀλλήλων. ὥσθ᾽ οἱ μὲν νόμοι διαμένουσιν οἱ προϋπάρχοντες. κρατοῦσι δ᾽ οἱ μεταβάλλοντες τὴν πολιτείαν.

mo loco diximus, in democratijs: taleq́; oligarchiam, dynaſtiam, id eſt, potentatũ appellant. Oligarchiæ igitur, & democratiæ tot ſunt genera. Ignorare autem non oportet, multis in locis euenire, ut reſpub. adminiſtranda ratio conſentanea cum ſuis legibus non ſit illa quidem popularis: ſed propter mores & inſtituta uitæ rationem populariter ciuitas adminiſtretur. Itẽq; rurſus apud alios ut adminiſtratio ciuitatis, quæ cũ ſentiat legibus, ſit aliquantum popularis: inſtitutio uitæ & moribus, ſit paucorum imperium potius. euenit autem hoc maximè mutatis reip. adminiſtrãdæ formis. Non enim ſtatim conſueuerunt homines immutari, & in alios mores commigrare: ſed ſatis habet primò, ſi pauca alij ab alijs, quaſi plus habere cupientes, detrahant, ſibiq́; aſſumant. Itaq; leges quidem manent, quæ erant antea: ſed ſuperiores ſunt, qui reip. adminiſtrandæ formam immutant.

COMMENTARIVS.

Dominatum autem paucorum.) Aggreditur nunc tradere, contrarios ſuperioribus, ſtatus paucorum, qui & ipſi quatuor ſunt. Vnum igitur eorum eſſe dicit, in quo definiti ſunt cenſus & fortunæ ciuium: quantas qui non poſsident, expertes ſunt publicorum honorum: & ij quidem cenſus ita magni eſſe debent, ut pauperes ad eos non perueniant, qui pauperes plures præterea numero ſint. Hoc enim quoque requiſitur in eo dominatu paucorum, ut qui clauum reip. tenent, pauciores ſint, quàm illi, qui parent. Addit autem quaſi terminum quendam, legemq́ue, quam ſuprà quoque ſtatit in certo quodam genere popularis ſtatus explicando. licere illi, qui impleuerit eum cenſum, tantumque patrimonium eius erit, illeum participem fieri eius dominationis. neque enim qui illic dominantur, inimicitias gerunt cum hominibus ipſis, ſed deſpiciunt tenues eorum fortunas: quod ſi non facerent, euerterent dominatum illum ſuum.

Alia autem cùm.) Aliud genus eſt, inquit, cùm magiſtratus dantur ſpectatis cenſibus amplis, fortuniſque ualde grandibus: atque illi ipſi, qui regunt, cooptant in ſuum ordinem, quos probarint, ſi qui fortè illic defecerint. Hoc cum ſui iuris eſſe uolunt, nec patiuntur ut alij ulli eos deligant ac creent: quemadmodum etiam non ſinunt illos, qui, euectis patrimonijs, confecerint eum cenſum, illuc irrumpere. ſibi namque iudicioque ſuo hoc reſeruant. Legi autem hic debet μακρῶν, non ut in Aldino exemplari excuſum eſt, μικρῶν. quod tamen ſcripturæ mendum interpretes non uiderunt: etſi ueſtigium ipſius eſt in uetere tralatione. μακρὰ uerò τιμήματα uocat grandia, quemadmodum non multò antea in deſcribendo ſtatu quodam appellauit contraria bis βραχέα: ſed etiam eadem ut paria, utraque eodem nomine, in hoc ipſo libro infrà iterum: ut cum loquitur, οἱ δ᾽ ἀπὸ μακρῶν τιμημάτων: & multo pòſt, τοῖς ἱκανὰς κεκτημένοις. quin etiam ante hunc locum, quem habemus in manibus, uocauit amplum patrimonium μακρὰν οὐσίαν. Sed relicto iam nomine, ſententiam uideamus: non enim in dominatu paucorum locum habent exigui cenſus tenueſque fortunæ, cum oſtendet omnia è diuitibus. Deſcribit autem nunc auctor ſecundã ſpeciem ipſius, quæ contentior eſt aſtrictiorque: non laxior, ut interpretes falsò putarunt. Nam in primo genere notando, cùm inquit, de cenſib. loquens, τηλικαῦτα, non intellexit maximos, ſed tales tantùm, ut nullo pacto illuc penetrare poſſent pauperes, qui omnino inde arcendi ſunt. Nunc autem ſignificat fortunas grandiores, ac magis, ut uerbum exprimam, in longitudinem porrectas. ſed ſatis de hoc diſputatum eſt, ac fortaſſe etiam nimis.

Si igitur ex omnibus.) Duos modos oſtendit, quibus in locum eorum, qui morte aut alio quopiã caſu defecerint, alij ſubſtituantur, diuerſos inter ſe ac pene contrarios. eorum prior eſt. Si ex omni numero ciuium eos delegerint, quem eſſe tradit humaniorem, atque inſtitutis optimatum propinquiorem. poſterior autem: Si ea definitis quibuſdam certoque hominum genere atque ordine creati illi fuerint. quæ ratio magis propria eſt illius iniquioris ſtatus, magiſque olet inſtituta paucorum, in aliqua ciuitate improbè dominantium.

Alia ſpecies dominatus.) Aliud genus eſt, inquit, cùm filius patri ſuccedit, ut lege cautum ſit, ſtatim locũ demortui patris occupare filium. quare perſpicitur, tertium hunc dominatum iniquiorem eſſe ſuperioribus duobus. Obſtruit enim magis aditum cæteris, eripitque ipſis ſpem omnem perueniendi aliquando ad eum honorem niſi fortè aliquis mortuus ſit ſine liberis, oporteatq; numerum cuſtodire ſociorum huius dominationis.

Quarta autem, quando.) Quartum inquit genus eſt, cùm in eo ſtatu extiterit, quod modò dictum eſt, id eſt inſtitutum, ut filius patri ſuccedat. ac præterea hoc nouũ, ut participes eius dominatus nullã legem ſequantur, ſed uoluntas eorum ſit lex. Duo igitur illic ſunt, iniuſta admodum atque odioſa. nulla namque lege coerceri cupiditates ipſorum, nimis uiolentum eſt.

Atque dominatus hic.) Quàm improbus iniquuſq; ſit hic dominatus, oſtendere uolens, confert ipſum cum duobus contrarijs inter ſe ſtatibus, exiſtimatis uno omnium iudicio peſsimis, id eſt cum tyrannide, & ſtatu multitudinis, uel fæcis potius ciuitatis & ipſius licentiæ plenæ & inquit, proportione ipſis reſpondere, id eſt talem eum eſſe in dominatibus his, qualis eſt tyrannis in imperijs unius hominis: & ſtatus populi, quem poſtremum explicuit, in ſtatibus multitudinis. Quare addit, Vocare conſueuerunt hunc dominatum paucorum dynaſtiam quia par ſimiliſque eſt huiuſcemodi principatui. Dynaſtas uerò appellare mos erat regulos. Teſtatur autem, in extrema hac parte ſe explicaſſe quot genera ſint, & dominatus paucorum, & ſtatus multitudinis.

Non opus eſt.) Admonet optimus magiſter quiddam, quod uſuuenire (ut narrat) multis locis ſolet: ne cùm aliquis in aliqua republica hoc contingere aſpexerit, ualde miretur: cauſam etiam ipſius affert, quibuſque temporibus hoc potiſsimum fieri ſoleat, declarat. Eſt autem hoc, quòd ſpectentur in aliqua rep. aliquando mores, qui repugnant legibus eius ſtatus, ac uidentur penitus contrarij inſtitutis atque initijs ipſius: exempli cauſa, ubi reſp. minimè popularis eſt, ſi reſpicias elementa ipſius ac leges: uiuitur tamen illic admiſtratque ipſam multis partibus populariter. Hoc enim ualet, quod inquit: mores atque inſtitutionem eorum hominum talem eſſe, ut facile fallaris in iudicio de illa faciendo, arbitrerisque eſſe popularem contrà etiam (ut exponit) in alia gente rempublicam, quod ad leges pertinet, uergere ualde ad utilitates multitudinis: & tamen, ſi conſuetudinem uitæ attendas moreſq́;, potius exiſtimari poſſe gubernari à paucis, ſibi ipſis ſuæque poteſtati cõſulentibus.

Contingit autem hoc.) Non ſemper hoc inde naſci, unde nunc, oſtendit, ſed crebrius, Vſuuenit enim, inquit, hoc in primis, cùm ſtatus

ſtatus reip. in aliqua ciuitate mutatus eſt: ſemper enim reſtant illic ueſtigia aliqua ueteris reipublicæ. Neque enim repentè poſſunt homines migrare ad diuerſos, & ſæpe contrarios ritus inſtitutaque uitæ: ſed hærent aliquantum prioribus, amantque adſiue uetera illa, ita ut ex utroque ſtatu quaſi decerpant aliquid, puſillum tamen: noui que à ueteribus aliquid ducant, hiq; contrà ab illis.

Quapropter leges permanent.) Confirmatur his uerbis, quod dictum fuerat, in nouo ſtatu apparere ueſtigia quædam ueteris illius. Leges enim, inquit, permanent, quæ ante mutatum ſtatum erant: & tamen remp. in manu habent, dominanturque illic, qui remp. mutarunt, multaque committunt contra leges illas, quæ robur ſuum amiſerunt, etſi adhuc abrogatæ nõ ſunt. Sed etiam cum, erepta rep. e manibus paucorum, multitudo libertatem recuperauit, quædam illo tempore fiunt, quæ non ualde conueniunt libero iuſtoque ſtatui. putant enim falſo nonnulli, ſibi quoque licere, quæ fieri uiderũt à paucis illis, iniuſtè dominantibus: imitanturq; improbè ipſos.

a ἀπὸ τιμημάτων μικρῶν, &c. mendoſè. μακρῶν.

CAPVT VI.

ESſe autem tot ſpecies ſtatus populi & dominatus paucorum, ex ijs ipſis, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt. Neceſſe enim uel cunctas populi partes, quæ dictæ ſunt, participes eſſe reipublicæ: uel has quidẽ, has uerò minimè. Quando igitur genus hominũ, quod colit agros, & quod poſsidet medio cres fortunas, in ſua manu rẽpub. habuerit: regunt ipſam legibus. Res enĩ uitæ neceſſarias opera ſua & labore parant: nequeunt autem ocio frui. Quapropter tùm legem impoſuerint, neceſſarijs tantũ concionibus præſentes adſunt. Cæteris autem licet remp. capeſſere, cũ parauerint cenſum definitũ legibus. Quare omnibus, qui poſſident, licet cõmunicare. Omnino enim non licere cunctis, inſtitutum eſt dominatus paucorum: poſſe autem ocio uti, non conceditur ſine uectigalibus. Hæc igitur una ſpecies eſt reip. popularis propter has cauſas: alia aũt ſpecies propter rationẽ, quæ ſequitur creandi magiſtratus. Fieri enim poteſt, ut omnib. liceat, qui nõ ſunt obnoxij per genus: ſi tamen otij participes eſſe poſſunt. Quare in huiuſcemodi ſtatu populi leges poteſtatẽ habent, quia non ſunt illic uectigalia. Tertia autem ſpecies eſt, omnibus licere cõmunicare republica, quicunque liberi fuerint: non tamen ipſos communicare, ob cauſam iam expoſitam. Quapropter neceſſe eſt in hac quoq; poteſtatem habere legem. Quarta autem ſpecies ſtatus populi eſt, quæ poſtrema temporibus in ciuitatib. extitit. Quia enim multo maiores extitêre ciuitates, quã initio, & q̃a exorta eſt copia uectigaliũ: participes oẽs ſunt facti reipublicę, cùm ſuperent numero. Cõmunicant aũt rep. & nauant ipſi operã, quia poſſũt otioſi eſſe etiã paupes, capiẽtes mercedẽ. Et ſanè hęc multitudo

ΟΤΙ δ᾽ ἐστὶ τοσαῦτα εἴδη δημοκρατίας καὶ ὀλιγαρχίας, ἐξ αὐτῶν τῶν εἰρημένων φανερόν ἐστιν. ἀνάγκη γὰρ, ἢ πάντα τὰ εἰρημένα μέρη τοῦ δήμου κοινωνεῖν τῆς πολιτείας· ἢ τὰ μὲν, τὰ δὲ μή. ὅταν μὲν οὖν τὸ γεωργικὸν, καὶ τὸ κεκτημένον μετρίαν οὐσίαν, κύριον ᾖ τῆς πολιτείας, πολιτεύονται κατὰ νόμους. ἔχουσι γὰρ ἐργαζόμενοι ζῆν, οὐ δύνανται δὲ σχολάζειν· ὥστε τὸν νόμον ἐπιστήσαντες, ἐκκλησιάζουσι τὰς ἀναγκαίας ἐκκλησίας. τοῖς δ᾽ ἄλλοις μετέχειν ἔξεστιν, ὅταν κτήσωνται τὸ τίμημα, τὸ διωρισμένον ὑπὸ τῶν νόμων. διὸ πᾶσι τοῖς κτωμένοις ἔξεστι μετέχειν. ὅλως μὲν γὰρ τὸ μὲν μὴ ἐξεῖναι πᾶσιν, ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ δὴ ἐξεῖναι σχολάζειν ἀδύνατον, μὴ προσόδων οὐσῶν. ἓν τὸ μὲν οὖν εἶδος ἐν δημοκρατίας διὰ ταύτας τὰς αἰτίας· ἕτερον δὲ εἶδος διὰ τὴν ἐχομένην αἵρεσιν. ἔστι γὰρ καὶ πᾶσιν ἐξεῖναι τοῖς ἀνυπευθύνοις κατὰ τὸ γένος· μετέχειν μέντοι δυναμένοις σχολάζειν. διόπερ ἐν τῇ τοιαύτῃ δημοκρατίᾳ οἱ νόμοι ἄρχουσι, διὰ τὸ μὴ εἶναι πρόσοδον. τρίτον δ᾽ εἶδος τὸ πᾶσιν ἐξεῖναι, ὅσοι ἂν ἐλεύθεροι ὦσι, μετέχειν τῆς πολιτείας· μὴ μέντοι μετέχειν, διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν. ὥς ἀναγκαῖον καὶ ἐν ταύτῃ ἄρχειν τὸν νόμον. τέταρτον δὲ εἶδος δημοκρατίας ἡ τελευταία τοῖς χρόνοις, ἐν ταῖς πόλεσι γεγενημένη. διὰ γὰρ τὸ μείζους γεγονέναι πολὺ, τὰς πόλεις τῶν ἐξ ὑπαρχῆς καὶ προσόδων ὑπάρχειν εὐπορίας, μετέχουσι μὲν πάντες τῆς πολιτείας διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ πλήθους. κοινωνοῦσι δὲ καὶ πολιτεύονται, διὰ τὸ δύνασθαι σχολάζειν, καὶ τοὺς ἀπόρους λαμβάνοντας μισθόν. καὶ μάλιστα δὲ σχολάζει

TOT autem eſſe democratiæ & oligarchiæ genera, ex ijs ipſis quæ dicta ſunt, intelligere licet. Neceſſe enim eſt, aut cum omnibus illis populi partibus, quæ à nobis commemoratæ ſunt, reip. adminiſtrationem communicari: aut cum his communicari, cum illis nõ. Cum igitur pars ea, quæ agriculturæ operam dat, quæq; mediocres rei familiaris facultates poſsidet, in ſua poteſtate ſuoq; arbitrio poſitã habet reip. adminiſtrationem, ex legum præſcripto remp. adminiſtrant. habent enim unde uitam tolerare queant opere ruſtico faciendo, neq; tamen eis otioſis eſſe licet. Itaque lege adhibita atque attenta, concionem, ubi poſtulat neceſsitas, aduocãt, in eaq; de rebus neceſſarijs deliberant. Alijs autem ad reip. adminiſtrationẽ patet aditus, ubi cenſi fuerint cenſum à legibus præſtitutum. Quapropter ijs omnibus, qui rem habent, ad remp. gubernandam patet acceſſus. Omnino enim non omnes eſſe reip. adminiſtrationis participes, oligarchiæ propriũ eſt. Otiandi autem & ab opere uacandi licentia conſtare non poteſt, niſi uectigalia ſuppetant. Hoc igitur unum democratiæ genus eſt propter has cauſas. Alterũ eſt propter eam, quæ deinceps ſequitur, eligendorum magiſtratuum rationem fit [a] enim, ut liceat omnibus, quos modo generis exceptio non repellat, ad remp. accedere: ſoli autem magiſtratum gerant, qui otiari poſſunt. Quocirca in tali democratia leges imperãt, quia uectigal non ſuppetat. Tertium genus eſt, ubi licet omnibus, qui modo liberi ſint, ad rempub. adminiſtrãdam accedere: ſed non adminiſtrant remp. propter eam cauſam, quæ antè dicta eſt. Quare etiam in hac legem imperare neceſſe eſt. Quartum democratiæ genus eſt ea, quæ poſtrema omnium in ciuitatibus nata eſt. Nam propterea quod ciuitates nũc multo maiores factæ ſunt, quàm erant ab initio, & quia uectigalium copia abundare cœperunt: patet quidem omnibus ad remp. adminiſtrandam aditus propter ingentem multitudinem. In ſocietatem autem & communionem reip. gerendæ recipiuntur, & rempub. adminiſtrant etiam pauperes: propterea quia otiari poſſunt, dum mercedem accipiunt. Et uerò maximè etiam

ta

titudo maximè uacat. nõ enim impedit ipſam ullam in partẽ cura rerum domeſticarum: locupletes autem impedit. Quare ſæpe præſentes non adſunt concionibus, neq; cauſis iudicandis. Quæ cauſa eſt, ut pauperum multitudo in ſua poteſtate habeat rempublicam, ſed nõ leges. Species igitur reipublicæ popularis tot ſunt & tales, ob has res neceſſarias. Dominatus autem paucorum ſpecies, cùm plures rem habuerint: minorem autẽ, & non ualde multam, primi paucorum dominatus ſpecies eſt: faciunt enim poteſtatem ei, qui poſsidet participandi. Et quia multi ſunt, qui participes ſunt eius ſtatus: neceſſe eſt nõ homines, ſed leges dominari. Quanto enim magis abfuerint ab imperio unius, & neq; tãtũ rei habuerĩt, ut ualeãt ocioſi eſſe ſine cura rerum domeſticarum: neq; adeò exilem, ut ali debeant publicè: neceſſe eſt ſtatuere ut lex ipſis imperet, & non ipſis imperium habeãt. Si autẽ pauciores iam fuerint, qui rem habent, quã qui prius: maiorem autem, ſecundi paucorum dominatus exiſtit ſpecies, maiores enim uires habentes, æquum eſſe putant ſe plus etiam dignitatis tenere. Quare ipſi quidem deligunt ex alijs, qui in ordinem ſuum perueniant: quia nondum adeò firmi ualidiq; ſunt, ut ſine lege imperium tueantur, legem huiuſcemodi figunt. Si autem magis uires auxerint, ita ut pauciores numero maiores fortunas poſſederint, tertia acceſsio fit dominatui paucorum: quæ eſt, ut per ſe quidem magiſtratus gerant: lege autem, quæ iubet, ut filij in locum mortuorum ſuccedant. Quando autẽ iam plurimum cæteros ſuperauerint, & ubertate patrimonij, & copia amicorũ: huiuſcemodi magna poteſtas proximè accedit ad imperium unius, & tanquam domini fiunt homines: ſed non lex, & quarta ſpecies hæc eſt dominatus paucorum, quæ reſpondet ultimæ ſtatus popularis.

λάζει τὸ τοιοῦτον πλῆθος. οὐ γὰρ ἐμποδίζει αὐτοὺς οὐθὲν ἡ τῶν ἰδίων ἐπιμέλεια· τοὺς δὲ πλουσίους ἐμποδίζει. ὥστε πολλάκις οὐ κοινωνοῦσι τῆς ἐκκλησίας, οὔτε τοῦ δικάζειν. διὸ γίνεται τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος κύριον τῆς πολιτείας, ἀλλ' οὐχ οἱ νόμοι. τὰ μὲν οὖν τῆς δημοκρατίας εἴδη τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα διὰ ταύτας τὰς ἀνάγκας ἐστί· τὰ δὲ τῆς ὀλιγαρχίας, ὅταν μὲν πλείους ἔχωσιν οὐσίαν ἐλάττω δὲ καὶ μὴ πολλὴν λίαν, τὸ τῆς πρώτης ὀλιγαρχίας εἶδός ἐστί. ποιοῦσι γὰρ ἐξουσίαν μετέχειν τῷ κτωμένῳ· καὶ διὰ τὸ πλῆθος εἶναι τῶν μετεχόντων τοῦ πολιτεύματος, ἀνάγκη μὴ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ τὸν νόμον εἶναι κύριον. ὅσῳ γὰρ ἂν πλεῖον ἀπέχωσι τῆς μοναρχίας, καὶ μήτε τοσαύτην ἔχωσιν οὐσίαν, ὥστε σχολάζειν ἀμελοῦντες· μήθ' οὕτως ὀλίγην, ὥστε τρέφεσθαι ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀνάγκη τὸν νόμον ἀξιοῦν αὐτοῖς ἄρχειν, ἀλλὰ μὴ αὐτούς. ἐὰν δὲ δὴ ἐλάττους ὦσιν οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες, ἢ οἱ τὸ πρότερον· πλείω δὲ, τὸ τῆς δευτέρας ὀλιγαρχίας γίνεται εἶδος. μᾶλλον γὰρ ἰσχύοντες πλεονεκτεῖν ἀξιοῦσι. διὸ αὐτοὶ μὲν αἱροῦνται ἐκ τῶν ἄλλων τοὺς εἰς τὸ πολίτευμα βαδίζοντας· διὰ δὲ τὸ μήπω οὕτως ἰσχυροὶ εἶναι, ὥστ' ἄνευ νόμου ἄρχειν, τὸν νόμον τίθενται τοιοῦτον. ἐὰν δ' ἐπιτείνωσι, τῷ ἐλάττονες ὄντες μείζονας οὐσίας ἔχειν, ἡ τρίτη ἐπίδοσις γίνεται τῆς ὀλιγαρχίας. τὸ δι' αὐτῶν μὲν τὰς ἀρχὰς ἔχειν· κατὰ νόμον δὲ τὸν κελεύοντα τῶν τελευτώντων διαδέχεσθαι τοὺς υἱεῖς. ὅταν δὲ ἤδη πολὺ ὑπερτείνωσι ταῖς οὐσίαις καὶ ταῖς πολυφιλίαις, ἐγγὺς ἡ τοιαύτη δυναστεία μοναρχίας ἐστί· καὶ κύριοι γίνονται οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' οὐχ ὁ νόμος. καὶ τὸ τέταρτον εἶδος τῆς ὀλιγαρχίας τοῦτ' ἐστίν, ἀντίστροφον τῷ τελευταίῳ τῆς δημοκρατίας.

talis multitudo. non enim eos impedit rei familiaris procuratio: at diuites impedit. Quare ſæpenumero neq; in conciones cum reliquo populo conueniunt, neq; iudicandi munere cõmuniter cum alijs ciuibus funguntur. ex quo in multitudinis egentium poteſtatem reipub. adminiſtratio redigitur, non in legum. Democratiæ igitur genera tot & talia ſunt, propter has neceſsitates. Quod ad oligarchiæ autem genera attinet, ubi plures rem habent, ſed anguſtiorẽ neq; admodum amplam, hoc primum oligarchia genus eſt. faciunt enim poteſtatem reip. adminiſtrandæ ei, qui rem habeat. Et propterea quòd multi ſunt reipub. adminiſtrationis participes, neceſſe eſt non penes homines, ſed penes legem, reip. ſummam eſſe poteſtatẽ. Quanto enim longius abſint à monarchia, neq; tantas facultates habeant rei familiaris, ut omni cura ſoluti ceſſare atq; otiari poſsint: neq; rurſum ita tenues & anguſtas, ut eos alere debeat ciuitas: neceſſe eſt eis æquum uideri, legem imperare, non ipſos. Quòd ſi ſint pauciores, qui rem habeant, quam qui primi dicti ſunt, ſed ampliorem habeant: ſecũdum fit oligarchiæ genus. Nam quia plus ualent, ſuperiora omnia habere uolunt. Quapropter ex alijs ciuibus magiſtratus legendos curant, qui eandem reip. adminiſtrandæ uiam ſequantur. Propterea autem quòd nondum ita opibus ualent, ut ſine lege imperare poſſint, talem legem ferunt. Quòd ſi magis etiam ſuam potentiã intendant eò, quod cum ſint pauciores, ampliores rei familiaris copias habeant, tertium oligarchia fit incrementum: in quo per ſe quidem magiſtratus obtinent, ſed ex lege tamen, quæ iubet magiſtratuum filios in patrum demortuorum locum ſuccedere. Vbi uero iam & rei familiaris copijs, & amicorum multitudine ſupra modum aucti fuerint: ad monarchiam talis potentatus prope accedit, & tum penes homines, non penes legem ciuitatis & ſumma rei poteſtas eſt. Atque hoc eſt quartũ oligarchia genus, quod ultimo democratiæ generi altera ex parte reſpondet.

COMMENTARIVS.

Eſſe autem tot ſpecies.) Declarat nunc, inuenisti tot genere reipublicæ, quot dixit: & huius qui regitur à multitudine, & illius quæ eſt in manu paucorum diuitum. de ambabus enim diſſeruit, & ſpecies ipſarum enumerauit. Hoc autem ſedulò facit, ne quis aut pauciores aut plures extare crederet. Incipit uerò à ſtatu multitudinis, cuius generibus expoſitis, tradet quot etiam ſint dominationis paucorum.

Neceſſe enim uel cunctas.) In confirmendis generibus reip. popularis, quæ ſignificauit, utitur diuiſione partium populi, quas ſuprà inueniri docuit. inquit autem: Neceſſe enim eſt aut cunctas partes populi, quæ ſuprà à me monſtratæ ſunt, participes eſſe reipublicæ, ſuſcipereq; curas quaſpiam de illius adminiſtratione: aut certas aliquas, cæteris inde excluſis. hoc igitur, tanquam fundamento quodam iacto, dicit. Quando igitur genus hominum, quod in colendis agris occupatur, itemque id omne, quod modicas fortunas poſsidet, in ſua poteſtate remp. habuerit, regunt illam legibus antè fixis, ad quas ſe totum referunt: habent enim ipſas duces ſuorum conſiliorum, libenterq; auctoritatem earum ſequuntur.

Res enim mia.) Reddit rationem, cur hæc hominum genera æquo animo ferant ſe regi à legibus, quæ poſſent, ſi uellent, libe

rè ſoluteque dominari. atque inquit, id fieri: quia ſi aſsidui manſerint in laboribus illis ſuis, facilè ſibi uictum quærunt: non poſſunt autem propter tenuitatem patrimonij otium amplecti. Quare addit, cùm leges ſibi impoſuerint, utiles illi iam ſtatui tuendo cogunt tantùm concilium publicum, deliberantq; de republica, cùm neceſsitas aliqua cogit, nec uolunt diſcedere à ſuis illis artificijs lucribus de cauſis.

Cæteris autem licet remp.) Quomodo ſe hi gerant erga nouos ciues oſtendit: traditum enim ſupra eſt, illic patefactum eſſe aditum ad honores cunctis, qui confecerint eum cenſum. Ne igitur quoque ſæpe uocentur ad huiuſcemodi deliberationes, permittunt hoc quoque legi: ſemelque ſtatuerunt omnes eos, qui cenſum rei familiaris poſsident, ſtatim ſine ulla ſua æſtimatione aut iudicio, recipiendos ac ciues habendos. Quare addit, omnibus qui aliquo pacto peruenerint ad eum cenſum, licet eſſe participib. illius reipublicæ, id eſt & primis illis, qui ſtatim, primisq; temporibus illius ſtatus: inſtructi iam ijs fortunis, quæ ſatis eſſe iudicatæ ſunt, eius ordinis fuerunt, & cæteris, qui illuc beneficio legis penetrarunt, auctis aliquantum tenuibus illorum peculijs.

Omnino enim non licere.) Docet hanc remp. ratione conſtitutam fuiſſe, & quaſi fabros ipſius in ea ædificanda ueram ulam & mediam tenuiſſe. Si enim, inquit, penitus iter ad eam reliquis obſtruxiſſent, nec paſsi forent omnes, qui impleſſent eas conditiones, participes fieri eius reipublicæ, fuiſſet hoc proprium eorum, qui pauci in ciuitate dominantur, oliuſſetq; ipſorum inſtitutionem: eodem pacto neceſſe habuerunt terminos illos propinquos figere fortunarum ipſorum. Cùm enim putarent oportere aliquando ciues illos uacare, cognouerunt id impetrari non poſſe ſine exilibus illis ſaltem fortunis. neque enim licet unquam otioſo eſſe ei, qui ualde egenus eſt, & patrimonio funditus deſtitutus. Cùm autem uidiſſet auctor, ſe iam explicaſſe ſpeciem unam huius reipublicæ, rationesq; ipſius ſubtiliter reddidiſſet, teſtatur eſt ſe id feciſſe.

Alia autem ſpecies.) Alterum, inquit, genus eſt huius reipublicæ, quod conflatur è modo ordineq;. qui ſequitur ſuperiorem: αἵρεσις enim hic uocat, quòd ſumeret aliquis, ad hanc quaſi fabricam accommodatum. Fieri enim poteſt, inquit, legeque illic permittitur, ut omnibus liceat peruenire ad honores & imperia, qui non fuerint obnoxij alicui labi ac culpæ, quæ hæreat generi illorum: exempli cauſa, ſi non eſſent nati ex ambobus parentibus liberis. Neque enim cenſus ullus illic definitus eſt ac certus, qui expertes ipſius non ſinat participes eſſe reipublicæ, ut in ſuperiore ſtatu: ſed tamen requiritur, quamuis lege ſtatutum non ſit, tantum patrimonij, ut liceat illis aliquantum uacare. Quare, inquit, in hoc ſtatu multitudinis, in quo, etſi inde lege exturbati non ſunt, ſe tamen remouent à reip. frequenti adminiſtratione multi ob tenuitatem patrimonij: & quia nulla habent uectigalia, leges ſummam auctoritatem habent. Cùm enim liberi eſſe uelint, neque unius aut paucorum fidei ſe committere audeant, reſtat ut legum præſidio utantur: neque enim ipſi tempus habent curis publicis inuigilandi.

Tertia autem ſpecies.) Tertium, inquit, genus huius reip. eſt, licere cunctis, qui liberi ſunt, accedere ad remp. participeſque fieri publicorum honorum: nec tamen hoc ipſum facere ea de cauſa, quæ ſuprà allata eſt, id eſt, quia coguntur aſsidui eſſe in tabernis illis ſuis, colereq; artes, unde uictum capiunt. Quare hi quoque, inquit, neceſſe habent legem figere, quæ in ciuitate ſummam poteſtatem habeat: & quod ſui iuris eſſe uellent, ſi otio frui poſſent, ad leges transferunt. Diſcrimen inter hoc & ſecundum genus, apertum eſt. Hi omnino nullos excipiunt, dummodo liberi ſint: probantq; etiam illos, quos ſuperiores duæ populares reſpub. repudiant.

Quarta autem ſpecies.) Quartum, inquit, genus huius reipublicæ eſt illud, quod exortum eſt poſtremis temporibus in Græcis ciuitatibus. quod genus, antiquis inauditum, unde natum ſit aperit, antequam cuiuſmodi ſit oſtendat. Quia enim inquit, ciuitates multo maiores condi cœperunt, quàm olim fiebat (tunc enim minores multo urbes ædificabantur) ut, præter teſtimonium Ariſtotelis, indicat quoque Plutarchus in Paulo, ubi Macedoniæ oppidorum direptionem commemorat. & quia uectigalia magna habere cœperunt, quæ capiunt ea hic, qui parent imperio ipſarum: cuncti, qui nullum etiam patrimonium habent, accedunt ad rempublicam. Vincit enim illic numero ac uiribus multitudo ac plebs, nec patitur ſe ab honoribus imperioq; depulſa iniuria dimitti.

Communicant autem repub.) Quomodo contingat illic, quod in ſuperioribus populi ſtatibus uſu nõ uenit, exponit. ait enim, participes illic fieri imperij, uerſanturque in rep. etiam pauperes, quia poſſunt otioſi uiuere. Mercedem namq; tantam capiunt operæ ſuæ publicæ, ut ualeant ea contenti eſſe, ſuppeditarétq; ſumtibus neceſſarijs. Adiungit præterea rem incredibilem nonnamq; auribus multorum, quam tamen ratione confirmat, ac ueram eſſe docet: huiuſcemodi plebé multo maiorem otij facultatem habere, quam diuites habeant. neque enim ipſam quicquam impedit cura fortunarum ſuarum, quæ nullæ ſunt, ut ſæpe illa impedit locupletes, auocans ipſos à republica. quod tradit, dicens: Quæ cauſa eſt, ut ſæpenumero ipſi præſentes non adſint in concione. Ita autem loquitur, quia in huiuſcemodi ſtatibus multitudo ipſa deliberabat de republica: & ut non frequentare ipſos tradit cōcionem, ita etiam crebrò à iudicijs abeſſe. Vnde inquit uſu uenit, ut egenorum multitudo, plebsque dominus fiat reipublicæ: & non, ut oporteret, leges. Reipublicæ enim in his duabus rebus manet. Neceſſe uerò eſt magna fuerint uectigalia ciuitatis illius, quæ publicè bonam partem plebis aleret. Videtur autem ſignificare Athenas, quæ certè hoc præſtabat, cùm in primis utilitatibus ac ſtudijs multitudinis ſeruiret. Teſtatur hoc ſe facere apud Ariſtophanem Cleon, popularis ciuis: loquens enim cum inditi bus cauſarum, unde opem implorabat, ipſis hoc quaſi exprobrat. Nam magnam etiam pecuniam eandem ſolitam eſſe diuidere, ut ijdem locos emerent in theatro, notum eſt: atque ita magnam, ut deeſſet poſtea neceſſaria bello adminiſtrando. Huiuſcemodi quoque erat, quæ familias ornabat, & rebus ad uitam neceſſarijs inſtruebat. Nihil autem tangit optimus magiſter, quod faciat ad ſignificandum locupletes ſe remouere ab his publicis muneribus, quia non adipiſcantur eos honores, quos cuperent: ſed tantùm id facere ipſos affirmat, quia coguntur tueri patrimonium, quod dilaberetur, niſi plurimum diligentiæ in eo conſeruando adhiberent. In extremo commemorat ſe docuiſſe & quot & quales ſint reſpublicæ, quæ reguntur à multitudine & cauſas etiã attuliſſe, & numeri huius ipſarũ, & qualitatis.

Dominatus autem paucorum.) Reddit rationem diuerſarum formarum dominatus paucorum. Sunt autem illæ quatuor, prima ipſarum eſt, ut narrat, cùm plures poſſederint patrimonium: minus tamen, nec ualde multum. Neceſſe igitur eſt, ut hi diuitias nacti ſint, non tamen amplas. Cur huiuſcemodi fortunæ conficiant primam ſpeciem, id eſt magis æquam, magiſque tolerabilem, docet. Poſſeſſores enim, inquit, ipſarum, principeſque eius dominatus poteſtatem faciunt omni ciui qui parauerit ſibi tantum patrimonij, perueniendi ad eum ordinem. addit autem: Et quia numerus erit non ſanè paruus hominum, qui participes ſint huius dominatus: quæ cauſa plerunque eſt, ut non facilè cogantur, cum opera ipſorum eget reſpublica: neceſſe eſt ut non illi ipſi ſuo arbitrio omnia adminiſtrent, ſed legem figãt, ipſiq; permittãt ſummam in ciuitate poteſtatem.

Quanto enim magis.) Affert his uerbis cauſas eius, quod dixit, id eſt, cur hi non ſui iuris omnia faciant, ſed legem patiantur dominari. Sunt autem illæ duæ, prior earum eſt, numerus hominum ſatis magnus. Quanto enim, inquit, magis hi ſe remouerint ab unius dominatu, qui ſolus regnare uult: & quanto magis habuerint fortunas moderatas, quæ poſterior cauſa uidetur, tanto magis erunt huius animi, ut uelint leges ſummam poteſtatem in rep. habere, non ſibi auctoritatem tantam reſeruare. In deſcribendis autem fortunæ mediocribus, figendoque ipſis termino, inquit: Vt non tãtum patrimonij poſſederint, ut ualeant otioſi eſſe ſine metu, ne ipſum incuria ſua dilabatur: neque adeò exile, ut debeant publicè ali, ut ſignificanter uſu uenire ualde tenuibus ciuibus in poſtremo genere ſtatus multitudinis.

Si autem pauciores) Ortum nunc indicat ſecundi dominatus paucorum, qui eſt iniquior. Inquit igitur: Si autem pauciores fuerint, qui diuitias conſecuti ſunt, quam qui prius à nobis traditi fuère, illas tamen ampliores, quàm ipſi habuerint: ea eſt hoc genus poſterioris dominationis. cur deterius hæc ſit oſtendere uolens, inquit: Cùm enim maiores uires ipſorum ſint, pluſque hi ualeant in ciuitate: æquum eſſe putant plus etiam honorum cæterorumque commodorum oportere ad ſe peruenire. Quod uerò inquit, robur ipſorum maius eſſe: intelligit, quod acceperunt ab amplitudine patrimonij: numero enim uincuntur à ſuperioribus. Cùm autem appareat, quoſdam legiſſe [illegible], ueriorem lectionem duco eã quam etiam ſequitur uetus tralatio, ut ualeant, quàm qui prius à nobis demonſtrati ſunt, id eſt primum illud genus dominatus paucorum. ut locutus eſt in 4. libro de Generatione animantium, quo loco inquit [illegible]. ipſum autè declarans interpres Græcus, particulam eandem ita accipi illic quoque oportere affirmet.

Quare ipſi quidem.) Magnitudo diuitiarum atque inde profectæ opes faciunt, ut ipſi magis fidentes ſibi, ſumant è numero cæterorum, quos probarint, cooptentque in ſuum ordinem, non permittãt hoc legi, ut priores illi. Ipſi enim ſemel ſtatuerãt, ut quicunque tantum patrimonium auxiſſent, & cenſum illum conſecuti eſſent, ſtatim ſine ulla ſua æſtimatione fierent

parci-

participes dominatus: hi autem contrà, ut narrat, ſe arbitros eſſe uolebant eius reipublicæ iidem tamen, quia nō ſunt adhuc ita firmi ualidíque, ut putent ſe poſſe ſine lege ulla ceteris in rebus dominari, legem figunt, accommodatā ſuæ poteſtati atque imperio.

Si autem magis.) Vnde exoriatur, oſtendit tertia ſpecies huius dominatus. Si enim, inquit, magis adhuc contenderint in hoc ſuas uires, ut pauciores numero ampliora patrimonia habeant, tertium genus exiſtit dominatus paucorum. eſt autem ille hic: uolent enim magiſtratus in ſua manu eſſe, perque ſe ſolos remp. adminiſtrari, lege propoſita, ut filij parentibus ſuccedant in eo gradu honoris. Clauſus igitur ita erat aditus alienis, ut aliquando poſſent in eum ordinem peruenire: niſi fortè aliqui ſine liberis mortui eſſent uellentque numerum ſeruare ſociorū eius dominatus: qui tamen creſcere poterat, ſi filij cuncti patri ſuccedere, & nullo remedio unquam oporteret uti illius duræ legis.

Quando autem iam.) Quomodo exiſtat quarta forma, quæ iniuſtiſsima eſt, aperit. Quando enim, inquit, fortunis fuis mirum in modum auctis, uicerint longo interuallo in ea re cæteros: nec tantùm ſuperauerint ipſos ciuibus patrimonij, uerum etiam multitudine amicorū, huiuſcemodi principatus (ita enim non ſine cauſa uocari debebit potius, quā ſtatus paucorum) imperio unius propinquus erit: in eoque dominantur homines, non leges, id eſt motus animorum, ut amor, odium, ira, cæteríque, qui uigent in pectoribus ipſorum, non uera ratio atque æquitas. Hoc enim profectò ualet, quod inquit, homines ipſi, non lex. Cùm autem magis adhuc uim ipſius explanare uellet, contulit eum cum ſtatu, qui iam traditus ab eo fuerat, & ſatis cognitus erat inquit enim, ipſum reſpondere poſtremæ illi formæ reipublicæ populi, quam licentiæ plenam ac uitij eſſe ſignificauit.

a ἐν γὰρ ταῖς πᾶσι ἐξ ἴσου μετέχουσι τοῖς, &c. deſideratur uox μετέχειν, uel repetenda ἀπὸ κοινοῦ.

CAPVT VII.

AMplius aūt ſunt duæ reſpub præter ſtatū populi, dominatū paucorū: quarū alterā dicūt oēs, & dicta eſt quatuor rerūp. ſpecies una. Nomināt aūt quatuor, imperiū unius, dominatū paucorū, ſtatū populi: quartā aūt appellatā ariſtocratiā. Quinta uerò eſt, quę uocat cōmuni nomine omniū: remp. enī appellāt. Verū quia nō crebrò exiſtit, fallit eos, qui nitunt enumerare ſpecies rerump. & quatuor ſolū utuntur, quemadmodū Plato in libris de Repub. Statū igitur optimorū rectè habet uocare, de quo diſſeruimus in primis diſputationib. Remp. enī, quę cōſtata eſt ex optimis ſimpliciter uiris ſecundū uirtutē, & nō ad ſuppoſitionē quandā probis hominib. ſolā, æquū eſt appellare ſtatū optimorū in ſola enim dūtaxat, idē uir & ciuis bonꝰ eſt: qui aūt in alijs boni ſunt, ad remp. ſuā boni ſunt. Sed tñ ſunt quædā, quæ diſcrepant ab illis, quæ in paucorum poteſtate ſunt, & appellārut ariſtocratiæ: atq; etiam ab ea, quæ reſpub. uocatur, ubi nō ſolū cōmendatione diuitiarū, uerumetiā uirtutis, deligunt magiſtratus. hęc autē reſp. diſcrepat ab ambabus, & à ſimilitudine optimatū nomen nacta eſt. In illis enim rebuſpublicis, quæ publicam curam non ſuſcipiunt de uirtute, ſunt tamen aliqui uulgò probati, & qui putantur eſſe boni uiri. Vbi igitur reſpublicas reſpicit ad diuitias, & uirtutem, & populare poteſtatem, ueluti Carthagine hęc ſpeciē habet ſtatus optimorum. Et in quibus ad duo duntaxat, cuiuſmodi eſt reſp. Lacedęmoniorum, ad uirtutem inquam & populi poteſtatē: & eſt mixtio duarum

ΕΤΙ δ' εἰσὶ δύο πολιτεῖαι παρὰ δημοκρατίαν τε καὶ ὀλιγαρχίαν, ὧν τὴν μὲν ἑτέραν λέγουσί τε πάντες, καὶ εἴρηται τῶν τεττάρων πολιτειῶν εἶδος ἕν· λέγουσι δὲ τέτταρας· μοναρχίαν, ὀλιγαρχίαν, δημοκρατίαν. τέταρτον δὲ τὴν καλουμένην ἀριστοκρατίαν. πέμπτη δ' ἐστὶν, ἣ προσαγορεύεται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν. πολιτείαν γὰρ καλοῦσιν. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ πολλάκις γίνεσθαι, λανθάνει τοὺς πειρωμένους ἀριθμεῖν τὰ τῶν πολιτειῶν εἴδη, καὶ χρῶνται ταῖς τέτταρσι μόνον, ὥσπερ Πλάτων ἐν ταῖς πολιτείαις. ἀριστοκρατίαν μὲν οὖν καλῶς ἔχει καλεῖν, περὶ ἧς διήλθομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. τὴν γὰρ ἐκ τῶν ἀρίστων ἁπλῶς κατ' ἀρετὴν πολιτείαν, καὶ μὴ πρὸς ὑπόθεσίν τινα ἀγαθῶν ἀνδρῶν, μόνην δίκαιον προσαγορεύειν ἀριστοκρατίαν. ἐν μόνῃ γὰρ ἁπλῶς ὁ αὐτὸς ἀνὴρ καὶ πολίτης ἀγαθός ἐστιν· οἱ δ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἀγαθοὶ πρὸς τὴν πολιτείαν εἰσὶ τὴν αὑτῶν. οὐ μὴν, ἀλλ' εἰσί τινες, αἳ πρός τε τὰς ὀλιγαρχουμένας ἔχουσι διαφορὰς, καὶ καλοῦνται ἀριστοκρατίαι, καὶ πρὸς τὴν καλουμένην πολιτείαν. ὅπου γε μὴ μόνον πλουτίνδην, ἀλλὰ καὶ ἀριστίνδην αἱροῦνται τὰς ἀρχάς. αὕτη ἡ πολιτεία διαφέρει τε ἀμφοῖν, καὶ ἀριστοκρατικὴ καλεῖται. καὶ γὰρ ἐν ταῖς μὴ ποιουμέναις κοινὴν ἐπιμέλειαν ἀρετῆς, εἰσὶν ὅμως τινὲς, οἱ εὐδοκιμοῦντες, καὶ δοκοῦντες εἶναι ἐπιεικεῖς. ὅπου οὖν πολιτεία βλέπει εἴς τε πλοῦτον, καὶ ἀρετὴν, καὶ δῆμον· οἷον ἐν Καρχηδόνι, αὕτη ἀριστοκρατική ἐστι· καὶ ἐν αἷς εἰς τὰ δύο μόνον, οἷον ἡ Λακεδαιμονίων, εἰς ἀρετήν τε καὶ δῆμον· καὶ ἔστι μίξις τῶν δύο

PRaeterea uerò præter democratiam & oligarchiam duæ ſunt reip. adminiſtrandæ formæ: quarum alteram omnes cōmemorant, & ex quatuor reipubl. adminiſtrandæ formis hæc quarta numeratur, unumq́ genus eſt. Quatuor porro numerant, monarchiam, oligarchiam, democratiam, & quartam, eam, quæ ariſtocratia nominatur. Quinta autem eſt ea, quæ communi omnium nomine appellatur. Politiam enim appellant. Sed quia non ſæpè uſurpatur, ignoratur ab ijs, qui reip. adminiſtrationum formas & genera numerare conantur: & quatuor duntaxat numerant, quemadmodum Plato in libris de Rep. Ariſtocratia igitur meritò appellatur ea, de qua ſuprà diſputauimus Ea enim reipub. adminiſtrandæ forma, quæ cōſtat ex optimis uiris ſimpliciter & ex uirtute, non ad aliquem ſibi propoſitum finem bonis, ſola appellanda ariſtocratia eſt. In hac ſola enim ſimpliciter idem eſt uir bonus, & bonus ciuis. At qui in alijs boni ſunt, hi ſpectata eorum ipſorum reip. forma boni ſunt. Veruntamen nonnullæ ſunt reipub adminiſtrandæ formæ, quæ & à ciuitatibus paucorum imperio parentibus differunt, & ab ea quæ communi nomine appellatur politia: atq; hæ ariſtocratiæ nominantur. Vbi enim magiſtratus leguntur & creantur, habita nō ſolum diuitiarum, uerùm etiam uirtutis ratione: hæc reip. adminiſtrandæ forma & à duabus illis differt, & ariſtocratica appellatur. Nam etiam in eis ciuitatibus, in quibus non eſt publica uirtutis cura, ſunt tamen aliqui, de quibus bene exiſtimant reliqui ciues, & qui habentur uiri boni. Vbi igitur reipubl. adminiſtrandæ ratio ſpectat & ad diuitias, & ad uirtutē, & ad populum, a ut Karthagine: hæc optimatium potentiæ, ſeu ariſtocratia conuenit: etiam ea, quæ ad duo tantùm, uirtutem & populum, ut Lacedæmoniorum ciuitatis adminiſtrandæ ratio. horum enim duorum

rum harum, ſtatus popularis & uirtutis. Ariſtocratiæ igitur præter primam optimam rempublicam, hæ duæ ſpecies ſunt: & tertia ſpecies, quæcunque uocatæ reipublicæ inclinant magis ad dominatum paucorum.

τούτων, δημοκρατίας τε καὶ ἀρετῆς. ἀριστοκρατίας μὲν οὖν παρὰ τὴν πρώτην, τὴν ἀρίστην πολιτείαν, ταῦτα δύο εἴδη· καὶ τρίτον, ὅσαι τῆς καλουμένης πολιτείας ῥέπουσι πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν μᾶλλον.

rum Lacedæmone confuſio eſt, democratiæ & uirtutis. Ariſtocratiæ igitur præter illam primam optimam reipub. adminiſtrandæ formam, hæc duo genera ſunt. In tertio genere locanda ſunt quæcunq; ab ea reipub. adminiſtrandæ forma, quæ politia nominatur, deflectentes ad oligarchiam magis propendent.

COMMENTARIVS.

Amplius autem ſunt.) Cùm explicaſſet ſpecies ſtatus multitudinis & dominatus paucorum, quatuorque ambarum illarum rerump. formas eſſe docuiſſet, tradit nunc inueniri præter eas, duas alias reſpublicas: quarum alteram affirmat nominatam eſſe ab omnibus, qui de rep. aliquid ſcripſère. dixerunt enim, illam unam ſpeciem eſſe earum, quas appellarunt. Sunt autem hæ, quas cognouerunt, literiſque mandarunt, ſtatus unius, dominatus paucorum, ſtatus multitudinis. Quartum genus, inquit, ponebant ſtatum uocatum optimatum.

Quinta uerò eſt.) Quinta autem eſt, inquit, quæ uocatur reſpublica. quod ſanè nomen non eſt proprium huius ipſius, ſed commune ipſi cum cæteris rebuſpublicis. Qui enim, inquit, eam cognorunt, nominant rempublicam. Cauſam autè affert huius rei, docetque unde factum ſit, ut ſine ſuo proprioque nomine ipſa manſerit. Narrat igitur, quia rara atq; infrequens eſt, fefelliſſe ipſam eos, qui enumerant genera rerumpublicarum: ideoq; non addidiſſe quatuor illis, ſupra nominatis, ſibique perceptis ac cognitis. Quare addit, Conſtituerunt quatuor, nec aucto numero ipſarum quintam hanc, ut poterant, illis adiunxerũt. Teſtatur autem, Platonem unum eorum fuiſſe, quibus illa clam fuerit, cùm in rebuſpublicis, quas literis mandarit, eius mentionem non fecerit. Quod inquit, τοῖς πρώτοις ἀριθμεῖν: admonet, ut opinor, non potius ſe eos præſtare, quod aggreſſi ſunt. In IIII. quoque libro de Generatione animantium ita locutus eſt: ζητοῦσι γὰρ τοῦτο τοῦ γένους τὴν διαφορὰν καὶ ταυτότητα λέγων. Sed Plato etiam ipſe in V libro de Republica.

Statum igitur optimorum.) Tradit genera, quot ſint ſtatus, uocati à Græcis ariſtocratiæ. primum tamen illum ipſum deſcribit, qui dignus eſt, qui uocetur hoc nomine, uereq; dici poſſit regi ab optimis uiris: deinde reliquos, qui ſimilitudinem aliquam ipſius retinent. ſunt autem genera ipſius quatuor. inquit igitur: Optimatas decet appellare rempublicam, de qua paucis locutus ſum antea, cùm diſputarem de regno: & qui illos hoc nomine uocarit, non poterit ullam in partem reprehendi. Optimatum enim ſtatum iuſtum eſt nominare eum, qui adminiſtratur ab optimis uiris, ſimpliciter uirtute ornatis, indeq; iam præclarum nomen adeptis. Nam ſunt alij quidã, ut docet, qui boni uiri appellati ſunt quia ſeruiunt illis inſtitutis ac legibus, quib. parère debent, tuenturq; eam remp. & ornant, cuius ciues ſunt, cùm tamẽ illa non omnino probetur. Quaſi igitur eo pacto quodam & conuentu hi probi ſunt, non abſolutè neque perfectè. Conſtituere uerò uolens, quod dixit, ait, In ſola namque hac ſimpliciter abſoluteque idem & uir & ciuis bonus eſt: in cæteris autem rebuſp. præter hanc, qui boni ſunt, illic tantùm boni ſunt: illique ipſi reip. utiles, non autem ſimpliciter, ut boni prorſus uocari poſſint: non enim ſunt ſæpè bonis moribus præditi.

Sed tamen ſunt quædam.) Vero integroque ſtatu optimorum declarato, incipit ex hoc loco cæteros explicare. Inueniri igitur affirmat quaſdam reſpublicas, quæ cùm à paucis regantur, uideriq; poſſint dominationes paucorum: ſeiungũt tamen ſe ab illis aliquibus in rebus, exiſtitque profectò diſcriminis aliquid inter has & illas. quare uocantur & ipſæ ariſtocratiæ, & aliæ quædam etiam, quemadmodum ſuperiuſ et ad ſtatum optimorum uergunt ita hæ ad remp. uocatũ. Quas uerò intelligat notare uolens, inquit. Primum igitur genus ipſarum hoc eſt. ea reſpublica, in qua non ſolùm, ſpectatis diuitijs, uerum etiam uirtute ponderata, creant magiſtratus, talis meritò exiſtimatur diſcrepat enim hæc ab utraque, & ſolita eſt uocari ariſtocratica, quia imitetur aliqua parte ſtatum optimorum uirorum.

In illis enim.) Quomodo contingat, quod dixit, aperit, ut una ſcilicet eademque reſpublica ſpeciem retineat aliquam diuerſarum rerumpublicarum. inquit igitur In illis enim quoque ciuitatibus, quæ publicè curam diligentiamque non ponunt in uirtute capeſſenda, neque nomen illum habent: exiſtunt tamen quidam, qui probantur & boni moderatiq; homines ſunt. hi igitur conſtituunt ſtatum eum, quem intelligit. Hoc autem ipſum ſignificare uoluit M. Cicero, cùm in epiſtola quadam ad Atticum inquit: Ego, quos tu bonos eſſe dicas, non intelligo: ipſe nullos noui, ſed ita, ſi ordines bonorum quærimus. nam ſingulares ſunt boni uiri, & quæ ſequuntur.

Vbi igitur reſp.) Hæc eſt ſecunda, non omnino ariſtocratia, ſed ariſtocratica reſpublica, & quæ ſimilitudinẽ ipſius quampiam retinet minorem tamen, quàm proxima ſuperior. in hac enim multitudo poteſtatem habet, particepſq; eſt publicarum curarũ, quod in illa minimè fit. Vbi igitur inquit, reſp. reſpicit ſimul & ad diuitias, & ad uirtutem & ad multitudinem, quod Carthagine inquit, uſuuenit, illic reſp. eſt ariſtocratica. Putabatur ſanè ſtatus, quo Pœni ciuitatem regebant, eſſe popularis: uerùm quia illic uirtus quoque colebatur, & honorem aliquem obtinebat, ideo dixit illam tanquam olere ſtatum optimatum. Nam quia eadem tribuebat nõ parum diuitijs, ideo exiſtimari poterat nõ omnino remota à dominatu paucorum: ſed tamen reſpublica, quæ uirtutem admiratur ac fouet, potius a meliori parte uocanda uidetur.

Et in quibus ad.) Præterea reſp. eſſe tales affirmat, quæ ante oculos habent, ſibique propoſuerint duas earum rerum, relicta tertia, id eſt uirtutem tantùm, & uim poteſtatemque multitudinis. qualis, inquit, eſt reſp. Lacedæmoniorum illa namq;, ne dum honorem ullum haberet diuitijs, potius ipſas ſummo ſtudio è ciuitate exturbaret: & qui ſcripſerat Spartæ leges, eaſdem tanquam exitium eius reip. reformidabat. Addidit autem optimus magiſter, illam eſſe mixtionẽ ac temperamentum quoddam ſtatus multitudinis ac uirtutis, ad quam colendam tota ciuitas inflammata erat.

Ariſtocratiæ igitur.) Repetit, quæ fecit ad hunc locum pertinentia: deinde adiungit, quod deſiderabatur. inquit enim Has, quas proxime deſcripſit, præter primam illam, perfectam undique & abſolutam ariſtocratiam, duas eſſe ſpecies ſtatus optimorum, minimè integras, tertiam eiuſdem ſpeciem eſſe cunctas eas reſpublicas, quæ ſunt generis appellati a communi nomine omnium rerumpublicarum, tales, ut magis uergant ad ſtatum paucorum. Valet autem (niſi fallor) extremum hoc, numerum ciuium eorum nõ ualde magnum eſſe debere. corrigere enim uoluit his uerbis hoc proprium ipſarum Sunt enim in illis rebuſp. ſatis multi participes honorum: aliter enim non imitarentur remp. popularem, umbramùe aliquam ipſarum retinerent. neque enim arbitrari poſſumus hoc dixiſſe auctorem, quia ipſæ ament diuitias & dominatus paucorum uirtutem umque ſpectantur,

a ὅσαι ἐν ταῖς ἀριστοκρατίαις ἄλλαι, mendoſè.

CAPVT IIX.

REſtat autem nobis, ut de nominata republica dicamus, & de tyrannide. In hunc autem ordinem contulimus, non ſanè exiſtentem, neq; hãc tranſgreſſionẽ, neq; modò expoſitas

ΛΟΙΠΟΝ δ' ἐστὶν ἡμῖν περί τε τῆς ὀνομαζομένης πολιτείας εἰπεῖν, καὶ περὶ τυραννίδος. ἐτάξαμεν δ' οὕτως, οὐκ οὖσαν, οὔτε ταύτην παρέκβασιν, οὔτε τὰς ἄρτι ῥηθεί-

REliquum nobis eſt de a ea, quæ politia uulgò nominantur, differere, & de tyrannide. Hac autem et due ne politiam poſuimus, quia, tametſi b neque hæc uideatur declinatio, ſeu degreſſio à recta repub. neq; ea, quæ paulo ante ca-

poſitas ariſtocratias: quia re uera cunctæ aberrant à rectiſsima repub. Deinde numerãtur cum his. Sunt aũt hæ trãſgreſsiones, ut primis in diſputationib. diximus. Ad extremũ aũt de tyrãnide cõſentaneũ eſt mentionẽ facere, cũ ſit hęc minimè omniũ reſpub. nobis aũt omnis cura ſtudiumq́; eſt de rep. quã igitur ob cauſam hęc conſecuta ſunt hũc ordinẽ, expoſitũ eſt. Nunc aũt diſſerendũ nobis eſt de repub. Aperta nãq; magis erit uis ipſius, explicatis ijs, quæ faciũt ad dominatũ paucorũ & ſtatũ multitudinis. Eſt enim reſpub. ut ſimpliciter loquar, mixtio dominatus paucorũ & poteſtatis populi. Cõſuerunt aũt appellare, quæ uergũt ad poteſtatem populi, reſpub. quæ uerò ad dominatũ paucorũ, magis ſtatus optimorũ, ꝓpterea q, magis comitatur diſciplina & nobilitas locupletioribus. Pręterea putãtur locupletes habere ea, quorũ parãdorũ cauſa homines ad iniuriã faciendã ſtimulãtur: unde fit, ut honeſtos probosq́; ac notos hos appellent. Quia igitur ſtat⁹ optimorũ morẽ habet præſtantiã tribuere optimis ciuibus, & dominatus paucorũ aiunt eſſe ex honeſtis probisq́; potius. Videtur aũt unũ eſſe eorũ, quæ fieri nõ poſſunt, ut non bonis legib utatur ciuitas, quæ ab optimis uiris gubernatur, ſed ab improbis: ſimiliter autẽ & ab optimis uiris gubernari, quæ non utitur bonis legibus. Nõ eſt aũt bona legũ cõſtitutio bene leges poſitas eſſe, minimè uerò ipſis obtẽperari. Quare unã legũ laudẽ exiſtimandũ eſt eſſe, obtẽperare legib. poſitis: aliã uerò, rectè poſitas eſſe leges, quib. ſtant. Licet .n. quoq; parẽre legib. malis. Hoc aũt cõtingit duob. modis. Siue enim optimis omniũ, quæ cadunt in ipſos, ſiue ſimpliciter optimis. Videtur aũt ſtatus optimorum maximè eſſe, honores tribui ratione uirtutis. Status .n. optimorũ termin⁹ eſt, uirtus: dominatus aũt paucorũ, diuitiæ: populi uerò libertas. Quodcunq; autem uiſum ſit pluribus, in omnibus exiſtit. In poteſtate nãque paucorum, in ſtatu optimorum, & in populis, quod probatum fuerit maiori parti eorum, qui participes ſunt reipublicæ, hoc eſt ratum. In plurimis enim ciuitatibus forma reipublicæ

σας ἀριστοκρατίας· ὅτι τὸ μὲν ἀληθὲς, πᾶσαι διημαρτήκασι τῆς ὀρθοτάτης πολιτείας. ἔπειτα καταριθμοῦνται μετὰ τούτων. εἰσί τ' αὐτῶν αὗται παρεκβάσεις, ὥσπερ ἐν τοῖς κατ' ἀρχὴν εἴπομεν. τελευταῖον δὲ περὶ τυραννίδος εὔλογόν ἐστι ποιήσασθαι μνείαν, διὰ τὸ πασῶν ἥκιστα ταύτην εἶναι πολιτείαν, ἡμῖν δὲ τὴν μέθοδον εἶναι περὶ πολιτείας· δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν τέτακται τὸν τρόπον τοῦτον, εἴρηται· νῦν δὲ δεικτέον ἡμῖν περὶ πολιτείας. φανερωτέρα γὰρ ἡ δύναμις αὐτῆς διωρισμένων τῶν περὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας. ἔστι γὰρ ἡ πολιτεία, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, μίξις ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας. εἰώθασι δὲ καλεῖν τὰς μὲν ἀποκλινούσας ὡς πρὸς τὴν δημοκρατίαν, πολιτείας· τὰς δὲ πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν, μᾶλλον ἀριστοκρατίας, διὰ τὸ μᾶλλον ἀκολουθεῖν παιδείαν καὶ εὐγένειαν τοῖς εὐπορωτέροις. ἔτι δὲ δοκοῦσιν οἱ εὔποροι ἔχειν, ὧν ἕνεκεν οἱ ἀδικοῦντες ἀδικοῦσιν. ὅθεν καὶ καλοὺς κἀγαθοὺς, καὶ γνωρίμους τούτους προσαγορεύουσιν. ἐπεὶ οὖν ἡ ἀριστοκρατία βούλεται τὴν ὑπεροχὴν ἀπονέμειν τοῖς ἀρίστοις τῶν πολιτῶν, καὶ τὰς ὀλιγαρχίας εἶναι φασὶν ἐκ τῶν καλῶν κἀγαθῶν μᾶλλον. δοκεῖ δὲ εἶναι τῶν ἀδυνάτων, τὸ μὴ εὐνομεῖσθαι τὴν ἀριστοκρατουμένην πόλιν, ἀλλὰ πονηροκρατουμένην. ὁμοίως δὲ καὶ ἀριστοκρατεῖσθαι τὴν μὴ εὐνομουμένην. οὐκ ἔστι δὲ εὐνομία τὸ εὖ κεῖσθαι τοὺς νόμους, μὴ πείθεσθαι δέ. διὸ μίαν μὲν εὐνομίαν ὑποληπτέον εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς κειμένοις νόμοις· ἑτέραν δὲ τὸ καλῶς κεῖσθαι τοὺς νόμους, οἷς ἐμμένουσιν· ἔστι γὰρ πείθεσθαι καὶ κακῶς κειμένοις. τοῦτο δὲ ἐνδέχεται διχῶς. ἢ γὰρ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐνδεχομένων αὐτοῖς, ἢ τοῖς ἁπλῶς ἀρίστοις. δοκεῖ δὲ ἀριστοκρατία μὲν εἶναι μάλιστα, τὸ τὰς τιμὰς νενεμῆσθαι κατ' ἀρετήν· ἀριστοκρατίας μὲν γὰρ ὅρος ἀρετή· ὀλιγαρχίας δὲ πλοῦτος· δήμου δὲ ἐλευθερία. τὸ δ' ὅτι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσιν, ἐν πάσαις ὑπάρχει. καὶ γὰρ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ, καὶ ἐν δήμοις, ὅ, τι ἂν δόξῃ τῷ πλείονι μέρει τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας, τοῦτ' ἐστὶ κύριον. ἐν μὲν οὖν ταῖς πλείσταις πόλεσι, τὸ

tè expoſita ſunt, ariſtocratia: tamen, ſi uerũ fateri uolumus, oẽs deerrarunt à rectiſsima reip. forma. Praterea cũ his numerãtur, & hæ ſunt earũ degreſsiones, quẽadmodũ initio diximus. Ad extremũ aũt ut de tyrannide mentionẽ faciamus, ratio poſtulat, propterea quòd, quãuis hæc minime omnium ſit respub. adminiſtrãda forma, a nobis tamẽ ſuſcepta ſit ciuitatis adminiſtrãda inſtitutio. Quamobrem igitur talem ordinem ſecuti ſimus, dictum eſt. Nunc autẽ quæ ad politiam pertinent, demonſtranda ſunt. Explicatis enim ac diſtinctis ijs, quæ ad oligarchiam & democratiam pertinent, planior & apertior uis eius futura eſt. Politia enim, ut ſimpliciter dicã, cinnus quidam ex oligarchia & democratia eſt. Solent autem eas, quæ ad democratiam magis inclinant, politias appellare: quæ uero ad oligarchiam, ariſtocratias potius, quia doctrina & generis amplitudo magis comitatur locupletiores. Praterea uero eas res locupletes uidentur habere, à quibus homines ad iniuriam alteri inferendam impelluntur. Ex quo hos, uiros bonos atq; honeſtos & claros homines appellãt. Quoniam igitur hoc ariſtocratiæ proprium eſt, ut ciuium optimis egregia & ſumma omnia tribuat, iccirco & oligarchias ex uiris bonis atq; honeſtis conſtare dicunt. Videtur autem unum quiddam eſſe ex ijs, quæ fieri non poſſunt, ciuitatem, quæ ab optimatibus teneatur & gubernetur, quaſi ab improbis regatur, bonis legibus non uti, neq; bonis legibus parẽre: itemq́; eam, quæ neq; bonis legibus pareat, neq; bonis legibus poſitis utatur, ab optimatibus teneri & gubernari. Non eſt porrò bonarum legum uſus, leges quidem eſſe bene ſcriptas & poſitas: ſed legibus bene ſcriptis ac poſitis nõ parere. Quocirca unus quidem bonarũ legum uſus exiſtimandus eſt, poſitis legibus parẽre: alter uerò, bene ſcriptas eſſe eas leges, quas ſeruant, & in quibus permanent ac perſeuerant. Nihil obſtat enim, quominus etiam legibus malè latis pareant. hoc aũt duob. modis cõtingere poteſt. parẽt enim legib. aut omniũ, quas talis reip. adminiſtranda forma capere ac ferre poteſt, optimis, at ſimpliciter optimis. Videtur porrò ariſtocratia quidẽ illa eſſe maxime, ubi honores ex uirtute deferuntur. Ariſtocratia enim terminus ac finis eſt honor: oligarchia, diuitia: populi ſeu democratia, libertas. Id aũt ualere & ratũ eſſe, quod plurib. probetur, hoc in omnibus reip. adminiſtranda formis ineſt. Etenim in oligarchia, & in ariſtocratia, & in ciuitatibus popularibus ac liberis, quod uiſum fuerit maiori parti eorum, qui respub. adminiſtrationis ſunt participes, hoc ratũ eſt. In plurimis igitur ciuitatibus resp. ad-

publicæ nominatur. Solùm enim mixtio attenditur diuitũ & pauperum, diuitiarum & libertatis. Fermè namque apud plurimos diuites honeſtorum proborumq́ue uirorum locum tenere putantur. Quia autem tria ſunt, quæ controuerſantur de æqualitate reipublicæ, libertas, diuitiæ, uirtus (quartum enim, quod uocāt nobilitatem, comitatur duobus: nobilitas enim ſunt ueteres diuitiæ & uirtus) manifeſtum eſt, mixtionem duorum, diuitũ & pauperum, rempub. uocandam eſſe: trium uerò, ſtatum optimorum maximè cæterorum, pręter uerum & primum. Eſſe igitur alias ſpecies reipublicæ præter imperium unius, & ſtatum populi, & dominatum paucorũ, dictum eſt. & quales hę, & quid differunt inter ſe, nec nõ ſtatus optimorũ, & reſpublicę à ſtatu optimorum, & non ualde has eſſe inter ſe remotas, perſpicuum eſt.

τῆς πολιτείας εἶδος καλεῖται. μόνον γὰρ ἡ μίξις στοχάζεται, τῶν εὐπόρων καὶ τῶν ἀπόρων, πλούτου καὶ ἐλευθερίας. σχεδὸν γὰρ παρὰ τοῖς πλείστοις οἱ εὔποροι τῶν καλῶν κἀγαθῶν δοκοῦσι κατέχειν χώραν. ἐπεὶ δὲ τρία ἐστὶ τὰ ἀμφισβητοῦντα τῆς ἰσότητος τῆς πολιτείας, ἐλευθερία, πλοῦτος, ἀρετή (τὸ γὰρ τέταρτον, ὃ καλοῦσιν εὐγένειαν, ἀκολουθεῖ τοῖς δυσίν. ἡ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή) φανερὸν, ὅτι τὴν μὲν τοῖν δυοῖν μίξιν, τῶν εὐπόρων καὶ τῶν ἀπόρων, πολιτείαν λεκτέον. τὴν δὲ τῶν τριῶν, ἀριστοκρατίαν μάλιστα τῶν ἄλλων, παρὰ τὴν ἀληθινὴν καὶ πρώτην. ὅτι μὲν οὖν ἐστι καὶ ἕτερα πολιτείας εἴδη παρὰ μοναρχίαν τε, καὶ δημοκρατίαν, καὶ ὀλιγαρχίαν, εἴρηται. καὶ ποῖα ταῦτα, καὶ τί διαφέρουσιν ἀλλήλων, αἵ τ' ἀριστοκρατίαι, καὶ αἱ πολιτεῖαι τῆς ἀριστοκρατίας, καὶ ὅτι οὐ πόρρω αὗται ἀλλήλων.

φανερόν.

miniſtrandæ forma, politia generali nomine appellatur. Confuſio enim & permiſtio ex locupletibus & pauperibus, diuitias & libertatem, tanquã ſignum propoſitum, intuetur tantum. Nam ferè apud pleraſq́; uirorum bonorum atque honeſtorum locum uidentur obtinere locupletes. Quoniam autē tria ſunt, quæ de reſpub. adminiſtrationis æqualitate ambigunt & contendunt, libertas, diuitiæ, uirtus (quartum enim, quod εὐγένειαν Græci, nobilitatem, ſeu generis bonitatem ac præſtantiam appellant Latini, comitatur duobus. nã generis ſplendor & præſtantia, ſeu nobilitas, nihil aliud eſt, quàm diuitiæ antiquæ & uirtus) perſpicuum eſt earum, ſeu permiſtionem locupletum & pauperum, politiam dici debere: temperationem autē ex tribus, ariſtocratiam maxime ex alijs eſſe appellandam, præter illam ueram & primã. Eſſe igitur alia reipub. adminiſtrationis genera præter monarchiam, & democratiam, & oligarchiam, dictum eſt: tum qualia hæc ſint, & quid inter ſe differant ariſtocratiæ, & quid politia ab ariſtocratia, & non longe admodum has inter ſe diſtare, perſpicuum eſt.

COMMENTARIVS.

Reſtat autem nobis.) Cùm, ut ordinem ſuperiorum relinquam, modò diſſeruiſſet de ſtatibus ciuitatum, qui imitantur remp. optimatum, ſimilitudinemq́ue aliquam ipſius retinent: nunc reſtare dicit, ut præcipiat de illa, quæ uocata eſt, communi nomine nomen ipſi impoſito, reſpublica, nec non de tyrannide. Primùm autem conſilium ſuum conſtituit, qui hunc ordinem probarit, docetq́; ſa ratione id feciſſe. Etſi enim neque hæc ipſa, quam nunc traditurus eſt, neque quas nuper expoſuit, id eſt ariſtocratiæ, labes ac corruptelæ ſunt (neque enim eas in corruptelis enumerauit) tamen, inquit, ſi uim naturamq́ue ipſarum ſubtiliter explorare uolumus, atque quod ſentimus de illis, ac liberè aperire, cunctæ hæ dilapſæ ſunt & aberrarunt ab optima & rectiſsima republica. quare non ſine cauſa & hæ in deprauatis aliquo modo, affinibusq́; uitio collocandæ ſunt.

Deinde numerantur.) Hoc alterum uidetur eſſe argumentum, quo ideo comprobat, id eſt ſe purgat: nec ulli culpæ affinem eſſe oſtendit, quòd hunc ordinem ſecutus ſit. inquit enim: Deinde numerantur cum his, id eſt cum ſtatibus ciuitatum non ſanis neque integris, ſed deprauatis: ſuntq́, illorum ipſorum, id eſt optimorum ſtatuum. Significat autem regnum perfectum, & remp. optimatum. ſunt, inquam, illorum labes ac maculæ, quod inquit, ſtatim à principio huius ſcriptionis docuimus. quare hæc etiam de cauſa debuerunt hic collocari.

Ad extremum.) Conſentaneum eſſe affirmat poſtremo loco mentionem facere tyrannidis, cuius etiam ſui iudicij rationem reddit. Magis enim, inquit, quàm cæteri omnes, hic ſtatus ciuitatis ſeiungit ſe à republica, diſcrepatq́, ualde ab ipſa: nos autē, addit, propoſuimus nobis diſſerere de republica. Quia igitur ipſa quoque umbram aliquã ipſius retinet (eſt enim regni peruerſio) non potuit omnino omitti: quia uerò minimè omnium digna eſt, quæ hoc honeſto nomine appelletur, ideo in extremum locum ipſam coniecimus. Poſt hæc uerba, ſignificans quid fecerit, inquit: Cauſa à nobis allata eſt totius ordinis, quem ſecuti ſumus.

Nunc autem.) Nunc autem, inquit, id eſt poſtquam explicuimus, quæ adiuuant hanc præceptionem, diſſeremus de republica communi nomine uocata. Vis enim & poteſtas ipſius planior nobis erit, cum tradita ſint & explanata modò à nobis, quæ faciunt ad intelligendum eximiè, & dominatum paucorum, & ſtatum multitudinis. Eſt namq; reip. hæc, quam ſignificamus, ut ſimpliciter & non exquiſite loquamur, temperamentum quoddam horum duorum ſtatuum, id eſt eius, in quo dominantur pauci diuites. & illius, quem adminiſtrat multitudo.

Conſueuerunt autem.) Conſtituit, quod dixit, id eſt quam uocant rempublicam, iunctam eſſe è dominatu paucorũ, & ſtatu multitudinis: quia tamen non cuncta, quæ è duobus pluribusue compoſita ſunt, eodem pacto unoq́; tenore concreta ſunt: quædem enim propius accedunt ad unum eorum, quędem ad alterum. Quod cum contingat in hac re (ſunt enim quę uiciniores ſunt ſtatui multitudinis: ſunt etiam, quæ contrà) quamuis & ipſæ participes ſint utriuſque, magis tamen propinquæ ſunt dominatui paucorum inquit conſuetã illius, qui hæc cuſant uocare eas, quæ uergunt ad ſtatum multitudinis, reſpublicas: eas uerò contrà, quæ ad dominatum paucorum, potius ſtatus optimorum. Vtitur igitur teſtimonio ipſorum, nec tamen nõ confirmet etiam argumento ſuo, proprioq; uerum eorum præſertim quod facit ad poſteriorem partem. inquit enim, uideri illos de hac re non male ſentire, quia diſciplina & nobilitas magis comitatus diuitioribus, frequentiusque in ipſis reperiuntur. Quod contingit, quia pauperes, cum cogantur rem quærere, aſsiduèq́, uerſari in rebus ad uictum neceſſarijs parandis, non poſſunt incumbere in optimas artes perdiſcendas. Vnde laudi datum fuit patri Iſocratis, ut à me ſuprà commemoratum eſt: quòd, cùm tenuis homo eſſet, dedit operam, ut filius eximiè erudiretur, omnibusq́, illis artibus ingenium expoliret, quibus ſe ornabat Athenis nobiliſsimus quiſque adoleſcens & copioſiſsimus. quare potuit adipiſci luculentum præconium Socratis apud Platonem de ſuis maximis & uerißimis animi dotibus. Nobilitatem etiam ſequi plerunque diuitias, dixit: quia qui patrimonium habent, temperent ſibi à tractatione illarum rerum, quæ humiles ſordidæq́, ſunt, atque inquinant uitam eorum, qui ipſas exercent: præterquam quod diuitiæ adferunt ſua ui aliquid honoris poſſeſſoribus ipſarum.

Præterea putantur.) Hoc alterum argumentum eſt, quo idem probat, uideri domi habere, poſsideraq́; locupletes illa, quibus cum careant pauperes, ut ea obtineant, impelluntur ad iniuriam, cupiuntq́ue, ſi poſſunt, domi eorum ipſorum. Vnde, inquit, uulgò uocant hos probos honeſtoſque uiros (ut ita interpreter) quos Græci appellabant, iunctis penè duobus nominibus, καλοὺς κἀγαθούς. mos autem erat Athenienſium ita uocare cumulatos multis & magnis uirtutibus: nec facilè poterant aliquos magis laudare, quàm cum ita nominabant. Vt autem eos ſolitos uocari probos oſtendit, ita etiam notos & claros: amplitudo namque patrimonij reddit etiam homines inſignes.

Quia igitur ſtatus.) Aperit unde nata ſit hęc opinio, ut dominatus paucorũ putetur potius adminiſtrari à probis uiris, quàm à cun-

à contrarijs. cùm tamen hoc uerum non ſit: non poterát enim multi diſtinguere dominatum paucorum à ſtatu optimorum uirorum. Quia autem uidebant remp. optimorum hunc finem habere, exuperantiamq́, tribuere honorum optimis ciuibus, id eſt ſummum gradus honoris, & auctoritatem magnam in ciuitate regenda tuendaq́, liberrate: ideo dicebant, dominatus paucorum conſtare ex ijs, qui dicti ſunt, id eſt moderatis hominibus, & ornatis non paruis uirtutibus: nec uidebant eum tene ſpeciem tantùm harum rerum, umbramque ipſius in ſe. Μᾶλλοι autem inquit, quæ non fallabat omnino hos dominatus etiam paucorum alius uocare, qui ſcilicet conſtarent ex minimè talibus: ipſi tamen potius arbitrabantur illus appellando: ita eſſe, quas regerent probi & honeſti uiri.

Videtur autem)Indicat diſcrimina, quæ ſunt inter ſtatum ciuitatis, uocatum rempublicam, & ſpecies alias ſtatus optimorum, poſitis primum nonnullis, quæ hoc conſtituunt, & ſine quibus id firmari non uidetur poſſe. Primum igitur inquit, non ſine cauſa exiſtimari unum eſſe eorum, quæ efficit non poſſunt, ciuitatem eam non bonis utilibusque legibus ornatam eſſe, quæ ab optimis uiris gubernatur, ſed contrà ab improbis regitur: eodemq. pacto, quæ conuerſa ſententia eſt e ſuperiore, fieri non uidetur poſſe, ut uerè ab optimis uiris gubernetur, in qua non leges bonæ latæ ſunt. Antequam autem ratione concludat, quod uult, declarat, quomodo accipi uelit, quod dixit: cùm uno modo ſolum non dicatur εὐνομία, duæque notiones huius uocis numerois: quod oſtendit ciuitatem aliquam minimè labi, peccareque in his, quæ ad leges pertinent: non eſt enim, inquit, εὐνομία in aliqua ſanè ciuitate leges eſſe utiles, ſi fuerint illæ non cuſtodiantur ſed cõtrà, qui illic uiuunt, ipſis nõ obtemperant.

Quare unam legum.)Cum unum ſemper non ualere affirmet, et id nomen, putamt oportere ſe totam rem magis explanare. inquit igitur: Quare exiſtimare debemus unam eſſe εὐνομίαν, ſi in ea ciuitate, in qua dicatur eſſe, qui illic uiuunt, legibus parent, quæcunque illæ ſunt, quamuis etiam uitioſæ ſint. Altera autem, ſi leges bene ſcriptæ ſint, quibus obtemperant: ſe autem adiunxiſſe neceſſariò ſignificat, quod poſitum eſt, laudem legum illarum utilitatemque teſtificans. Quis enim, inquit, non intelligit, poſſe fieri, ut aliqui etiam pareant legibus inutilibus, & quæ non ſatis rectè latæ ſint?

Hoc autem contingit.)Poſterius bonum duobus modis contingere oſtendit, ut ſcilicet leges ſint bonæ, ipſiſque ea in ciuitate pareatur. & cum fuerint optimæ omnium, quæ congruunt illi reipublicæ: & cùm omnino ſuaque ui optimæ, nec laudem, quam habent maximam conſequutæ ſunt, quia conueniant illi ciuitati ſolùm. Non enim ſalutem oportet, leges ducere naturam à fine, indéq; ſpectari: ſunt enim quaſi inſtrumenta quædam eius reipublicæ, cui ornandæ tuendæq́, ſcriptæ ſunt. Si igitur finis eius reip. malus iniuſtuſque eſt, non poſſunt ſimpliciter laudari, ſed tamen laudantur: quia ualent ad cõſeruandum ſtatum eum, ſuntq́, illic utiles. Habet enim tyrannis quoque ſuas leges & dominatus itidem paucorum: ſi uero bonus, ut in uero regno reipublicaq; optimorum, ſimpliciter omniq; ea parte laudantur.

Videtur autem ſtatus.)Qui ſit finis ueræ ariſtocratiæ, declarat. Cum enim ſuprà plures eſſe reſp. docuerit, quæ hoc nomine uocantur. illam in primis dignam eſſe affirmat, quæ dicatur ab optimis regi, quæ propoſitam habet uirtutem, dirigitque ad eam omnia ſua conſilia & facta. Nam in alijs ariſtocratijs, non propriè ita uocatis, non attendebatur ſolum uirtus, ſed una cum ipſa & amplitudo patrimonij, & nobilitas. Vt facilius autem probet, finem eſſe ſtatus optimorum uirtutem, ſpectariq; illam illic ſolam in tribuendis honoribus imperioque dando: repetit terminos finesque harum remp. uitiatarum, noceq, ipſos uſurpatus eſſe illis ipſis ciuitatibus, id eſt diuitias dominatui paucorum, libertatem ſtatui multitudinis.

Quodcunq; autem)Vt ea, quæ nominauit, propria eſſe docuit certarum rerumpublicarum, id eſt uirtutem, diuitias & libertatem: ita quod nunc adiungit, contrà commune omnium eſſe tradit, id eſt quod uiſum probatumque fuerit pluribus, id ratum ſtabileque eſſe. Seruari enim hoc affirmat & in ſtatu optimorum, & in dominatu paucorum, & in populi adminiſtratione. quibus omnibus in rebuſpublicis, inquit, eundem hunc tenorem habere, ut quod maiori parti eorum, qui clauum reip. tenent, probatum fuerit, id firmum ſolidumq́, ſit, nec poſſit ullo pacto labefactari.

In pluribus enim.)Narrat formam reipublicæ, communi nomine uocatæ, frequentem eſſe, uſurparique in pluribus ciuitatibus, eiuſque rationem reddit. Plerunque enim, inquit, ſolum attenditur mixtio temperamentumque locupletũ & pauperum, diuitiarumque & libertatis. Nam qui pauperes, dicit, intelligit aliquo modo liberos. tenuia enim homines, & qui exiles fortunas habent, nullo alio bono commendantur. Cur autem probi uiri illic non appellentur, docet. Arbitrantur enim, inquit, multi ſe, cùm diuitias nominarunt, eodem tempore nominaſſe probos & moderatos. ut ſunt enim iudicia ipſorum, diuitias ſtudioſorum locum tenent, & qui toto animo uirtutem colunt.

Quia autem tria.)Oſtendit, quod diſcrimen ſit inter remp. uocatam, & ſtatus illos, qui ſpeciem retinent optimatum. Vt autem ratione confirmet, quod uult, facit (ut ſolet) quædam fundamenta, principio ducto à particula illa, quæ ipſi indicium eſt certarum ſententiarum. inquit igitur: Quia autem tria ſunt, quæ controuertuntur inter ſe de æqualitate reipublicæ, ut qui ſcilicet adepti ſint unum aliquod eorum, pares putent ſe cæteris: nec debere ullo pacto ipſis cedere, quamuis intelligant ſe uinci alijs quibuſdam rebus. Tria autem hæc eſſe dicit, libertatem, diuitias, uirtutem. Quia uero non deerant, qui putarent, nobilitatem quoque in numerum eorum referendam eſſe, quia nobiles non uidentur inferiores eſſe, ſuperioribus, iuſtamque & ipſi cauſam habere petendi honeſtum locum in ciuitate. docet, ipſos incluſos eſſe in illis. Conſtare namque duobus eorum nobilitatẽ, cùm ipſa nihil aliud ſit, niſi antiquæ diuitiæ ac uirtus. Illi enim uirtus ueram nobilitatem gignit, tamen diuitiæ quoque. non ſubitæ nouæque: ſed ueteres, & ipſæ (ut eſt opinio multorum) nobilitatem pariunt. His igitur (ut ſignificaui) propoſitis, inquit, perſpicuum eſſe debere, nos mixtionem duorum, locupletum ſcilicet & egenorum, remp. oportere, id eſt ſtatum illum ciuitatis, quem regunt ſine ullo diſcrimine: & qui amplum, & qui tenue patrimonium habent, appellandum eſſe Rempublicam: & eum, qui temperatus eſt à tribus ſuperioribus, appellandum eſſe ſtatum optimatum: non tamen, ut adiungit, purum illum atque integrum optimorum uirorum, ſed qui ſimilitudinem eius aliquam nactus eſt. illius enim terminus & norma eſt uirtus ſolùm, nec diuitiæ honorem aliquem magnum illic accipiebant.

Eſſe igitur alias.)Colligit, quæ confecit, repetitque ea paucis. inquit enim, declaratum à ſe eſſe, inueniri alias ſpecies reipublicæ, præter tres illas, quæ ſuprà poſitæ ſunt, id eſt imperium unius, & ſtatum multitudinis, & dominatum paucorum: itidemque demonſtratum à ſe eſſe, quales hæ ipſæ ſint: & quid diſcriminis uerſetur inter has, quæ nomen & ipſæ optimi ſtatus conſecutæ ſunt, & rempublicam communi nomine notatam, ac ueram propriamque ariſtocratiam. Nam in extremo, inquit, has omnes non ualde diſcrepantes inter ſe eſſe: neq; enim hæ, quæ reliquæ ipſius ſunt, ualdè remotæ ſunt ab optimo ſtatu paucorum integerrimorum uirorum.

a ποῖαί τε τῆς ὀνομαζομένης πολιτ. al. νομιζομένης. mendosè.
b ἡ διαῖτον, &c. al. οἷον ὕσεον, &c. mendosè.

CAPVT IX.

QVónã aũt modo fit præter ſtatũ populi & dominatũ paucorũ, quę uocatur reſpub. & quo pacto oporteat ipsã cõſtituere, dicamus deinceps. Simul aũt planũ erit, quib. definiũt ſtatũ populi & dominatũ paucorũ. Sumẽda.n. eſt harũ diuiſio: deinde poſt hęc ab utraq; decernos tãquã ſymbolũ deceſpentes cõponere. Sunt aũt termini

ΤΙ'ΝΑ δὲ τρόπον γίνεται παρὰ δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν, ἡ καλουμένη πολιτεία, καὶ πῶς αὐτὴν δεῖ καθιστάναι, λέγωμεν ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις. ἅμα δὲ δῆλον ἔσται, καὶ οἷς ὁρίζονται τὴν δημοκρατίαν καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν. ληπτέον γὰρ τὴν τούτων διαίρεσιν, εἶτα ἐκ τούτων ἀφ' ἑκατέρας, ὥσπερ σύμβολον λαμβάνοντας συνθετέον. εἰσὶ δὲ οἱ ὅ-

QVónam autem modo præter democratiã & oligarchiam fiat ea, quæ politia nominatur, & quomodo eam conſtituere oporteat, deinceps poſt ea, quæ ante dicta ſunt, exponamus. Simul autem planum fiet, quibus rebus definiantur democratia & oligarchia. harum enim primùm ſumẽda partitio eſt: deinde ex his ab utraq; ueluti inſigne accipientes componere oportebit. Sunt autem tres compoſitionis

& per-

mini tres cōpoſitionis & mixtionis. Siue enim ambo ſumenda ſunt, quęutręq; lege ſtatuũt, ueluti de ratione iudicandi. In dominatib. enim paucorũ diuitib. multá figũt, niſi lites iudicarint: pauperib. aũt nullá mercedē. In ſtatib. uerò populorũ, pauperib. mercedē: diuitib. aũt nullá multá. Cōmune aũt & mediũ horũ, ambo hæc. Quapropter reip. accōmodatum inſtitutum hoc. mixta enim eſt ex ambab. unus quidē copulę modus hic eſt. Alter aũt, mediũ ſumere eorũ, quæ utriq; ſtatuunt: ceu ius cōciones colēdi. Hi quidē à cēſu nullo, uel admodũ paruo: hi uero à magno cenſu. Cōmune aũt neutrũ, ſed mediũ utriuſq; horũ cenſus. Tertiũ aũt è duobus inſtitutis, hæc quidē è lege propria paucorũ dominatus: hæc uerò ex ea, quæ accōmodata eſt ſtatui multitudinis. Intelligo aũt, uidetur aptũ eſſe multitudini, magiſtratus creari ſorte: diuitib. aũt ſuffragijs. Et populare, nō è cenſu: dominatus uerò paucorũ, è cenſu. Aptũ igitur ſtatui optimorũ & reip. ab utroq; utrũq; ſumere. E dominatu paucorũ, ſtatuere ut ſuffragijs creentur magiſtratus: è populi ſtatu, ut nō a cēſu. Modus igitur mixtionis hic eſt. Bene autem mixtum eſſe ſtatum populi, & dominatum paucorum declarat, quando licuerit dicere eandem rempublicam ſtatum populi, & dominatũ paucorum. Planum enim eſt ita affectos eſſe, qui hoc pacto loquuntur, quia pulcrè mixta eſt. Quod uſu uenit etiam in medio. Apparet enim in ipſo utrunque extremorum. Quod quidem contingit in Republica Lacedæmoniorum. Multi enim non dubitant loqui de ipſa, ut de populi ſtatu, quia popularia multa locum illic habent: ueluti primũ, quod pertinet ad pueros alendos. Similiter enim aluntur filij diuitum & pauperum, & inſtituuntur modo hoc, quo poſſent pauperum filij. Similiter autem ſe res habet in ætate, quæ ſequitur hanc: & quando uiri facti fuerint, eodē modo. nulla enim re diſtinguitur diues à paupere: ſic & quæ pertinent ad uictus rationē eadem omnibus in communibus illis cœnis. Et ueſtem diuites huiuſcemodi, qualem unuſquiſque pa-

ροι τρεῖς τῆς συνθέσεως καὶ μίξεως. ἢ γὰρ ἀμφότερα ληπτέον, ὧν ἑκάτεραι νομοθετοῦσιν· οἷον, περὶ τοῦ δικάζειν. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις τοῖς εὐπόροις ζημίαν τάττουσιν, ἂν μὴ δικάζωσι· τοῖς δ᾽ ἀπόροις, οὐδένα μισθόν. ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, τοῖς μὲν ἀπόροις μισθὸν· τοῖς δ᾽ εὐπόροις, οὐδεμίαν ζημίαν. κοινὸν δὲ καὶ μέσον τούτων, ἀμφότερα ταῦτα· διὸ καὶ πολιτικόν. μέμικται γὰρ ἐξ ἀμφοῖν. εἷς μὲν οὖν οὗτος τοῦ συνδυασμοῦ τρόπος. ἕτερος δὲ τὸ μέσον λαμβάνειν, ὧν ἑκάτεροι τάττουσι· οἷον ἐκκλησιάζειν. οἱ μὲν ἀπὸ τιμήματος οὐθενὸς ἢ μικροῦ πάμπαν· οἱ δ᾽ ἀπὸ μακροῦ τιμήματος. κοινὸν δέ γε οὐδέτερον, ἀλλὰ τὸ μέσον ἑκατέρου τιμήματος τούτων. τρίτον δ᾽ ἐκ δυοῖν ταγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τοῦ ὀλιγαρχικοῦ νόμου, τὰ δὲ ἐκ τοῦ δημοκρατικοῦ. λέγω δ᾽, οἷον δοκεῖ δημοκρατικὸν μὲν εἶναι, τὸ κληρωτὰς εἶναι τὰς ἀρχάς· τὸ δ᾽ αἱρετὰς ὀλιγαρχικόν. καὶ δημοκρατικὸν μὲν, τὸ μὴ ἀπὸ τιμήματος· ὀλιγαρχικὸν δὲ τὸ ἀπὸ τιμήματος. ἀριστοκρατικὸν τοίνυν καὶ πολιτικὸν, τὸ ἐξ ἑκατέρας ἑκάτερον λαβεῖν. ἐκ μὲν τῆς ὀλιγαρχίας, τὸ αἱρετὰς ποιεῖν τὰς ἀρχάς· ἐκ δὲ τῆς δημοκρατίας, τὸ μὴ ἀπὸ τιμήματος. ὁ μὲν οὖν τρόπος τῆς μίξεως, οὗτος. τοῦ δ᾽ εὖ μεμίχθαι δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν ὅρος, ὅταν ἐνδέχηται λέγειν τὴν αὐτὴν πολιτείαν, δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχίαν. δῆλον γὰρ, ὅτι τοῦτο πάσχουσιν οἱ λέγοντες, διὰ τὸ μεμίχθαι καλῶς. πέπονθε δὲ τοῦτο καὶ τὸ μέσον· ἐμφαίνεται γὰρ ἑκάτερον ἐν αὐτῷ τῶν ἄκρων. ὅπερ συμβαίνει περὶ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν. πολλοὶ γὰρ ἐγχειροῦσι λέγειν ὡς δημοκρατίας οὔσης, διὰ τὸ δημοκρατικὰ πολλὰ τὴν τάξιν ἔχειν· οἷον, πρῶτον τὸ περὶ τὴν τροφὴν τῶν παίδων. ὁμοίως γὰρ οἱ τῶν πλουσίων τρέφονται τοῖς τῶν πενήτων, καὶ παιδεύονται τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν ἂν δύναιντο καὶ τῶν πενήτων οἱ παῖδες. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐχομένης ἡλικίας. καὶ ὅταν ἄνδρες γένωνται, τὸν αὐτὸν τρόπον. ὅθεν γὰρ ἄδηλος ὁ πλούσιος καὶ ὁ πένης· οὕτω τὰ περὶ τὴν τροφὴν ταὐτὰ πᾶσιν ἐν τοῖς συσσιτίοις. καὶ τὴν ἐσθῆτα οἱ πλούσιοι τοιαύτην, οἵαν αὐτῆς παρασκευά-

& permixtionis termini. Nam uel ambo illa ſumenda ſunt, quæ utraq; reip. forma lege lata inſtituit: uerbi gratia, de rebus iudicandis. In oligarchijs enim multam locupletibus irrogant, niſi iudicandi munus obeant: pauperibus nullam mercedem conſtituunt. At in democratijs, pauperibus quidem mercedem decernunt, locupletibus uerò nullam multam irrogant. Cōmune autem & medium horum eſt, hoc utrunq; coniunctum: quapropter & ciuile. Ex ambobus enim temperatum & permiſtum eſt. Vnus igitur hic eſt copulandi & cōiungandi modus. Alter ut medium ſumatur eorum, quæ uterq; populus inſtituit ac decernit: uerbi gratia, habet hoc inſtitutum alter, ut ad cōcionem pateat aditus ciuibus aut nullius cenſus, aut per quam exigui atq; anguſti: alter ut ijs ſolis, qui magnum habent cenſum. Commune eſt autē neq; hoc neq; illud, ſed quod medium eſt inter utrunq; horum cenſuum. Tertius eſt, ut ex duobus duarum reip. adminiſtrationum inſtitutis, fiat una reipub. adminiſtrandæ forma: nempe partim ex lege oligarchica, partim ex democratica. uerbi gratia, uidetur democratiæ eſſe proprium, magiſtratus ſortitò capi: electione uerò creari, oligarchiæ conuenire: & democratiæ proprium eſt, non ex cenſu magiſtratus mandari: oligarchiæ, ex cenſu. Ariſtocratiæ igitur eſt proprium, & politicum ex utraq; reip. adminiſtrandæ forma utrumque ſumere: ex oligarchia, ut magiſtratus ex electione deferantur: ex democratia, ut ne ex cenſu. Permiſtionis igitur modus hic eſt. Certus autem bene permiſtæ democratiæ & oligarchiæ finis ac terminus erit, ubi licebit eandem reipub. adminiſtrandæ formam, democratiam & oligarchiam appellare. Perſpicuum enim eſt, ijs, qui ita loquuntur, id ex eo accidere, quòd bene ſint permiſtæ. Idem porrò et medio accidit. In eo enim utrunq; extremorum apparet atq; elucet: quod euenit in Lacedæmoniorum reip. adminiſtrandæ forma. Multi enim eam eſſe democratiam dicere conantur, propterea quia huius reipub. ordinatio multa habeat democratiæ propria: uerbi gratia, primum id, quod ad puerorum educationem pertinet. ſimiliter enim aluntur diuitum liberi, atq; pauperum filij: & eodem modo inſtituuntur, quomodo & pauperum filij erudiri poſſint. Similis uero ratio etiam in proxima ætate adhibetur: & cum robuſtiore corpore fuerint, atq; ad ætatem uirilem peruenerint, eadem. nulla enim re illuſtrior aut inſignior eſt diues, quã pauper. Ita quæ ad uictũ pertinēt, eadem ſunt omnib. in cōuiuijs illis, quæ ſyſſitia apud eos nominantur, denique tali ueſte utũtur diuites, qualem quiuis ex pau-

rare

rare poſſet, etiã è pauperibus. Præterea duos maximos magiſtratus, unum horum deligere populum: alterius autem eundem participẽ eſſe. Senatores enim deligunt: ephororum uerò poteſtatis participes ſunt. Hi uerò dominatũ paucorum, quia multa inſtituta habet propria huius ſtatus: ueluti cunctos magiſtratus ſuffragiis creari, & nullum ſorte duci, & paucos in ſua poteſtate habere, mortem & exilium, atq; alia huiuſcemodi multa. Opus autem eſt in republica, quæ mixta eſt probè, utraq; uideri eſſe, & neutrum. Et conſeruari ipſam per ſe, & non extrinſecus: & per ſe, non quòd plures extrinſecus ſint, qui uelint (poſſet enim hoc prauæ quoq; reip. contingere) ſed quia partiũ ciuitatis nulla omnino aliã remp. uelit. Quo igitur modo oportet rempub. conſtituere, ſimiliter autem & qui ſtatus optimorum nominantur, nunc traditum eſt.

σαι δύναιτο, καὶ τῶν πενήτων ἐστὶν. ἔτι τῶν δύο τὰς μεγίστας ἀρχὰς, τὴν μὲν αἱρεῖσθαι τὸν δῆμον· τῆς δὲ μετέχειν. τοὺς μὲν γὰρ γέροντας αἱροῦνται· τῆς δ' ἐφορείας μετέχουσιν. οἱ δ' ὀλιγαρχίαν, διὰ τὸ πολλὰ ἔχειν ὀλιγαρχικά· οἷον τὸ πάσας αἱρετὰς εἶναι, καὶ μηδεμίαν κληρωτὴν· καὶ ὀλίγους εἶναι κυρίους θανάτου καὶ φυγῆς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. δεῖ δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ μεμιγμένῃ καλῶς, ἀμφότερα δοκεῖν εἶναι, καὶ μηδέτερον. καὶ σώζεσθαι δι' αὑτῆς, καὶ μὴ ἔξωθεν· καὶ δι' αὑτῆς, μὴ τῷ πλείους ἔξωθεν εἶναι τοὺς βουλομένους (εἴη γὰρ ἂν καὶ πονηρᾷ πολιτείᾳ τοῦθ' ὑπάρχον) ἀλλὰ τῷ μηδ' ἂν βούλεσθαι πολιτείαν ἑτέραν μηθὲν τῶν τῆς πόλεως μορίων ὅλως. τίνα μὲν οὖν τρόπον δεῖ καθιστάναι τὴν πολιτείαν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ὀνομαζομένας ἀριστοκρατίας, νῦν εἴρηται.

pauperibus quiſquis ſit, parare queat. Deinde propterea quòd ex duob. maximis imperijs alterũ quidẽ populus optat et legit: alterius uerò eſt particeps. Nam ſenatores à populo leguntur: ephoriam ſeu ephoratũ, qui erat quaſi tribunatus plebis Romæ, populo licet obtinere. Nonnulli oligarchiam eſſe uolunt, propterea quod multa habeat oligarchia propria: uerbi gratia, magiſtratus omnes ex electione mandari, nullum ſortitò obuenire: et penes paucos eſſe necis & exſulij poteſtatem, & alia multa huiuſmodi. Oportet autem in reſpub. adminiſtrandæ forma bene permiſta beneq; temperata, utrumq; uideri ineſſe, & neutrum: tum eam per ſe & ſuis uiribus ſeruari, non extrinſecus: & per ſe ſeruari, non quòd plures ſint extrà, qui eam ſaluam eſſe uelint (hoc enim etiam malæ reſpub. adminiſtrandæ formæ ſuppetat) ſed eo quòd nulla prorſus pars ciuitatis ullam aliam reſp. adminiſtrandæ formam uelit. Quonam igitur modo politia ſit conſtituenda, itemq; eæ quæ ariſtocratia nominantur, nunc expoſitum eſt.

COMMENTARIVS.

Quonam autem.) Cùm oſtendiſſet, rempublicam communi nomine uocatam, concretam eſſe è ſtatu multitudinis & dominatu paucorum: quomodo illa iungitur ex his ſtatibus, & quæ ratio ſit conſtituendi eam declarat. hoc enim poſcere ſuſceptum ordinem, cui ſeruire uult, ſignificat· ex huius autem rei explicatione pollicetur plana etiam futura illa, quibus definiunt informantq; utrunque eorum ſtatum. cognito namq; uno, alterum etiam ſimul cognoſcetur. Debere enim capi docet diuiſionem horum, id eſt ea, quibus ipſa inter ſe diſtincta ſunt. Quod cùm factum fuerit, ea ipſis ſumta ab utriſque ſtatibus eanquã nota quadam oportet ipſam, remp. inquam hanc conſtituere. ita enim ſpeciem retinebit huius & illius. Ὥσπερ σύμβολον quod loquitur, notum eſt quid auctor in elementorum conſtitutione tranſituque unius in alterum, uocet σύμβολον, id eſt notam. Propter ſimilitudinem igitur illarum rerum, hic utitur eodem nomine: uiſum tamen ipſi eſt præponere particulam, quæ ualet tã quam, ne tranſlatio hæc durior uideretur. Conſuetudo enim erat, cùm ſermo eſt de quatuor illis initijs, uſurpare hanc uocẽ non cùm de rebuſpublicis, & earum quaſi fabrica.

Sunt autem.) Cùm uocatam remp. dixiſſet iunctam & temperatam eſſe è ſtatu multitudinis & paucorum locupletium: & ut hanc, ita etiam ſtatus illos, qui propè accedunt ad optimates: declarat nunc, qui termini ſint modiq; compoſitionis harum. Illos autem primùm tres eſſe teſtatur, qui cùm diuerſi aliquantum inter ſe ſint, ſingulos illos accuratè explicat. Primũm igitur eorum huiuſcemodi eſſe docet, ut qui ſcilicet ipſam hanc remp. conſtituere uelint, ſumant utraque & cõiungant, quæ ambæ hæ reſp. ſeorſum probant, ſibiq; ac accommodata ducunt. Utitur autem, rei illuſtrandæ cauſa, exemplo uno quodam. Inquit enim: Ceu de litib. iudicandis, in dominatibus paucorum legibus pœna ſtatuitur locupletibus, niſi præſtò ſemper fuerint in foro, fungantúrque eo munere: pauperibus autem merces nulla. Contrà autem in ſtatibus multitudinis pauperibus mercedem ſtatuunt, diuitibus autem nullam pœnam, ſi declinarint illum laborem. Commune igitur eſt, inquit, interiectũmque foret ea, ſi ſumta fuerint ambo hæc. Quapropter, inquit, accõmodatum eſt ſtatui, qui uocatur reſpublica: permixtus nanque eſt ex ambobus his antè expoſitis. Significat ſuiam tradidiſſ. modum unum copulationis contrariorum ſtatuum, docuiſſéq;, quomodo ex ipſis, temperatione hac, unus effici poſſit.

Alter autem.) Alter, inquit, terminus eſt, ſumere medium eorum, quæ utrique legibus ſtatuunt. nam prior, qui traditus eſt, illa copulabat, ut erant, id eſt non aucta neque deminuta. Exemplum, quo aperit modum hunc, eſt. Populares uolunt frequentare conciones, uerſariq; in deliberationibus, licere etiam ſibi, quamuis aut nullum ſanè cenſum habeant, aut exilẽ admodum: contrà autem locupletes hoc munus proprium eſſe uolunt eorum, qui cenſum grandem poſſident. Quare, inquit, commune non eſt neque hoc, neque illud. Videtur enim his uerbis oſtendere, hunc poſteriorem modum diſparem eſſe à priore. Quem etiam, cuiuſmodi ſit, magis aperit, teſtificans ſeruari ſaoè cenſum in hoc ſtatu: ſed medium inter duo illa è regione poſita, id eſt neque exilem ualde, neque admodum grandem.

Tertium autem.) Aperit tertium modum mixtionis, qui conſtat ex diuerſa, uel contraria potius ratione creandi magiſtratus, eligendique perſonas ad ipſos adminiſtrãdos idoneas, quibus rationibus utuntur & ſtatus multitudinis & dominatus paucorum. Cùm igitur unum ex hoc, alterum ex illo ſumtum fuerit: efficietur, quod ad hoc pertinet, ſtatus medius ac politicus. Hoc igitur eſt, quod admonet nunc. rei autem explanandæ cauſa inquit: Quod ſignificare uolo, eſt hoc. Putatur populare eſſe, magiſtratus ſorte creari: aptum autem dominatui paucorum, ipſos ſuffragijs deligi. hoc enim unum eorum eſt, quæ attenduntur: alterum uerò, quod popularis itidem cenſetur, non ſpectare cenſum in magiſtratibus mandandis, accommodatum uerò paucis in ciuitate dominantibus cenſum menſuramque certam patrimonij normam eſſe huius rei: quæ cum huiuſcemodi ſint, erit ariſtocraticum inſtitutum accommodatumque itidem uocatæ reipublicæ, ex utroque eorum ſtatuum, qui dicti ſunt, ſumere utrunque. quod quale ſit, explanat inquit enim, ex dominatu inquam paucorum, creari magiſtratus ſuffragijs, ut quos plures probarint, illi imperium habeant: ex ſtatu uerò populi, ut cenſus diuitiæque nullam ad hoc uim habeant. In extremo autem addit, teſtificans quid fecerit. Modus igitur mixtionis, quem dico, hic eſt.

Bene autem mixtum.) Docet, quomodo intelligere poſſimus, duos hos ſtatus rectè mixtos & temperatos eſſe, & quo quaſi ſigno in hac re eaſtimanda uti debeamus. inquit igitur, bene mixtum eſſe ſtatum multitudinis, & dominatum paucorũ declarat: terminuſque & norma huius rei eſt, cùm licuerit dicere, eandem rempublicam & ſtatum eſſe multitudinis & dominatum paucorum: & qui aut hoc aut illo nomine ipſam appellarit, non ualde à uero aberrarit. Confirmat autem hoc, dicens. Planum enim perſpicuumque eſt, eos, qui ita ipſam uocant, & nunc ſtatum populi, nunc aliud ſpectantes, ipſam dominatum paucorum appellant: nulla alia de cauſa id facere, niſi quia rectè mixta eſt. cernunt enim in ea ueſtigia quædam & huius & illius, quare incerti ſunt & ambigunt animo, quo potiſſimum nomine illa uocari debeat.

Quod

Quod uſuuenit.) Illuſtrat, quod dixit, ſimili quodam. Quòd enim in hac re uſuuenire affirmauit, idem etiam contingere tradit in medio ipſo, omnique demum re, quæ interiecta eſt inter duo extrema. Non ſine cauſa enim illa ſæpe fallit, ac uidetur utrunque eorum, quæ ipſam quaſi cingunt: umbra enim quædam in medio perſpicitur extremorum. Nam quin hoc ſæpè cõtingat in uirtutibus morum, non eſt dubium. Fortis enim, & audax & timidus uidentur diuerſis hominũ naturæ, & quæ non bene exiſtimare poſſunt de factis hominum, nec uitium à uirtute diſtinguere, idem etiam de temperante & liberali, cæteriſq; uerum eſt. Hoc igitur eſt, quod hic ſignificauit Philoſophus. Quòd uerò inquit, ita affectum eſſe medium & ... elegantec locutus eſt, & more Attico ſuo. Nam Ariſtophanes quoque ... eodẽ pacto de naſturtio locutus eſt: cuius natura eſt, trahere ad ſe omnem propinquum humorem terræ, ita ut uicinæ herbæ interirent. eius uerba ſunt, ... Poſt exemplum medij, rediens ad materiam ſuſceptam, tradit idem etiam uſuuenire in rep. Lacedæmoniorum: quæ cum rectè iuncta & temperata ſit, nacta eſt non paucos, uariè exiſtimantes de ipſius ui & natura.

Multi enim.) Probat uerum eſſe, quod dixit, non facile ſtatui poſſe de rep. Lacedæmoniorum, cuiuſmodi ille ſit. Primùm autem exponit inſtituta quædam ipſius, quæ ualebant ad oſtendendum eam eſſe popularem. quare qui talem eam dicebant, his argumentis utebantur. Primùm uerò eorum eſt ductum à ratione alendi infantes: uno enim eodemque pacto illic alebantur liberi diuitum & pauperum, nec diſcrimen ullum erat inter ipſos, quod huc pertineret. Arbitraretur autem aliquis non ſine cauſa ſignificare auctorem, matres omnes Lacedæmone ſuis uberibus ſolitas alere filios: nõ ut fit alijs in ciuitatibus, in quibus locupletes fugiunt hoc munus, nutriceſque ipſis parant. Nam τροφοὶ altrices infantium uocãtur: & puerorum inſtitutio ἀγωγὴ appellatur, quam uidetur oſtendiſſe nomine ... Videndum tamen an potius ſignificet, cùm tam à nutricum ſinu exierint, ſine diſcrimine ullo cunctos duriter haberi ſolitos, nõ minus eos è diuitibus, quàm è pauperibus, cùm etiam nudis pedibus ambularent, nec calceis uterentur, ut fit in reliquis ciuitatibus: id quod commemorauit Xenophon in libello, quo inſtituta Lacedæmoniorum in adminiſtranda republica expoſuit: & ſi hoc ad ... potius facere uidetur, quam τροφὴν, in qua tradenda in alijs etiam hoc diuit politiſſimus idem ſcriptor. Alterum eſt, quòd cùm creuerint, inſtituuntur etiam ea ratione diuitum filij, quam adhibere poſſunt pauperes ſuis, ſi uelint, cùm ea minimè requirat magnos ſumptus. Idem quoque ſeruari illic docet in ætate, quæ ſequitur pueritiam, id eſt in adoleſcentia ac iuuentute: nec non idem, cùm uiri facti fuerint. Nihil enim intereſſe dicit, quod ad uictum facit, inter pauperem ac diuitem quippe cùm in cœnis illis publicis omnes cibum eundem capiant.

Et ueſtem diuites.) Quod in ratione uictus alimentiſque cuſtodiri Lacedæmone affirmauit, idem etiam in ueſtimentis fieri nunc oſtendit. diuites enim ueſte tali commemorat uti, qualem quilibet pauperum nullo negotio ſibi parare poteſt. Quare cùm Lacedæmonij cuncti eundem cibum ſumant, & iiſdem ueſtibus utantur, nec diſcrimen ullum cernatur inter diuites ac pauperes in his rebus, quæ bona magnaque pars ſunt uitæ humanæ: perſpicitur, uerè acuteq; dixiſſe illum, qui inquit, Lacedæmone tantùm certum eſſe deum illum, in cuius manu ſunt fortunæ mortalium, non omnibus in terris, ut de illo prædicabant ſalſo comici poetæ. Cùm autem auctor narret, Lacones paſſim uti ſolitos uili ueſte, & quæ non diſtingueret diuites à pauperibus: memoriæ prodidit Tacitus, Veſpaſianum cùm in Iudæa bellũ gereret, & ipſum ueſte habituque uix à gregario milite diſcrepantem fuiſſe: Spartiatarum autem uita militaris ferè erat. nam in altero hoc etiam par erat dux ille fortiſſimo populo: quòd, ut idem cõmemorat, cibo fortuito utebatur: quæ ambæ res & domi & militiæ multum ualent ad conciliandos ſibi animos ciuium.

Præterea duos maximos.) Præterea idem etiam ſignificare tradit, inſtituta, quæ exponit, Lacedæmoniorum, pertinentia ad ſtatum ciuitatis regendum. Cùm enim in ea ciuitate ſint duo maximi magiſtratus, id eſt ſenatores & ephori: eorũ alterum, id eſt ſenatum, inquit creare populum. deligi namque ſuffragijs multitudinis uiros idoneos tanto muneri obeundo: alterius autem, id eſt magiſtratus ephororum participem eſſe multitudinem peruenire namque ad honorem eum homines etiã tenues ac populares. Hęc igitur quæ adhuc expoſuit, dicebantur ab illis, qui defendebant, rempub. Spartiatarum eſſe popularem.

Hi uerò dominatum.) Docet nunc, exiſtimaſſe alios, qui dicerent, eam eſſe dominatum paucorum: & quibus argumentis ducti ita de ipſa ſentirent, aperit. In eam igitur opinionem uenerant, quia uidebant in rep. Lacedæmoniorum multa eſſe inſtituta, propria illius paucorum ſtatus: quorum duo exponit. Primum ipſorum eſt, quòd omnes magiſtratus illic creabantur delectu habito ciuium, & nullus ſorte, ut fit in ſtatu multitudinis: alterum, quòd pauci cauſas capitis & exilij iudicabant: quæ cùm grauiſſimæ ſint, ſuo iure populus, ubi dominatur, eas eſſe uult, ſiue à magno numero ſuorum exiſtimari. Addit etiam, in eadem rep. multa alia huiuſcemodi inſtituta exiſtere, quæ declarant idem, id eſt ipſam eſſe paucorum dominatum.

Opus autem eſt.) Huc etiam documentum aptũ eſt è ſuperiore ſententia: cui tamen addit quædam, quæ idem ſignificant, id eſt teſtantur, quid requiratur in rep. bene temperata. Remp. autem uidetur intelligere, de qua nunc præcipit, & quæ una certaque communi nomine appellatur omnium rerumpublicarum. Relicta igitur rep. Lacedęmoniorum, de qua contrarias opiniones nonnullorum commemorat, reuertitur ad illam, & inquit: Oportere in republica mixta rectè: hoc autem, quia poſſunt etiam perperam miſceri uel confundi potius & contaminari, utraque illa uideri eſſe & neutrum eorum. quod modò ipſe uſuuenire docuit in rep. Lacedæmoniorum, de qua contraria iudicia fiebant: neutrum uerò, quia non erat pura neq; hæc neque illa. in uera enim democratia nulla apparent ueſtigia dominatus paucorum, itemq; contrà integer ſincerusq; dominatus paucorum remouet à ſe cuncta inſtituta popularia.

Et conſeruari.) Hoc etiam requiri in bene mixta conſtitutaq; rectè rep. affirmat, ut ſtatum ſuũ tueatur, ſaluaq; ſit ſua ui atque opera, non alieno ſolùm præſidio, id eſt, ut munita ſit legibus iis & inſtitutis, quæ liberare ipſam omni malo perniciéque ualeant, non cogatur expetere auxilium exterorum, cùm creatur ipſi periculi aliquid: in primis, ut habeat animos ciuium ſibi deuinctos, & qui delectentur illis legibus. Reſp. nãque, quæ metu cogit ſibi ciues parêre, diuturna eſſe non poteſt. Cùm autem ipſe uideret, illud ... aliter etiam capi poſſe: aperuit quomodo accipi uellet, reiecitque inde ſenſum eum, quem alienum eſſe arbitrabatur. Nam aliquo modo per ſe conſeruatur etiam illa, quæ nacta eſt multos uicinos, qui ipſam ament, aut rationibus ſaltem ſuis accommodatam putent, dentque operam, ut incolumis ſit. Sed tamen quia hic modus non omnino certus eſt, totuſque manet in uoluntate aliorum, quæ facile mutatur: non eſt ille, quem intelligit, probatque Ariſtoteles. Cùm uerò ſe ſine cauſa improbare alteram illam interpretationem oſtendere uellet, inquit id cõtingere etiam reip. malæ ac uitioſæ (exempli cauſa) tyrannidi, ut alienis extráque poſitis uiribus, uitam proroget. Quis autem neſcit & ... ſæpe iniuſtos hos dominatus externis auxilijs, & defendi, atque impendentibus malis liberari?

Quo igitur modo.) Teſtatur, quæ modò fecerit, commemoratque ſe tradidiſſe, quo pacto opus eſt cõſtituere ſtatum ciuitatis, qui communi nomine omnium rerumpublicarum, Reip. appellatur: nec non declarat ſe docuiſſe, quæ ratio ſit conformandorum ſtatuum illorum, qui ariſtocratiæ uocantur: cum tamen non ſint ueræ perfectæq; ariſtocratiæ, ſed tantùm ſimilitudinem quandam earum habeant.

a ... &c. al. ..., mendoſe: uel legendum, ... &c.

CAPVT X.

DE tyrãnide autem reſtat nobis dicere, non ut longa diſputatione de ipſa exiſtente: ſed ut adipiſcatur partẽ huiꝰ ſcriptionis, quia & hãc ſtatuimꝰ eſſe partem quandam rerumpublicarũ. De regno igitur expli-

ΠΕΡῚ δὲ τυραννίδος ἦν ἡμῖν λοιπὸν εἰπεῖν, οὐχ ὡς ἐνούσης πολυλογίας περὶ αὐτὴν, ἀλλ᾽ ὅπως λάβῃ τῆς μεθόδου τὸ μέρος, ἐπειδὴ καὶ ταύτην τίθεμεν τῶν πολιτειῶν τι μέρος. περὶ μὲν οὖν βασιλείας διωρίσαμεν

DE tyrannide autem nobis reliquum erat dicere, nõ quòd longus de ea ſermo habendus ſit, ſed ut ſuã huius inſtitutionis partem conſequatur, quoniam etiam hanc in reip. adminiſtrandæ formis numeramus. De regno igitur in libris ſuperioribus explicuimus

cuimus in primis ſermonib. in quib. de illo, qđ maximè uocaẽ regnũ, ſedulò q̄ſiuimus, utrũ detrimẽtoſum ſit, uel cõducat ciuitatib. & qđ, & unde oporteat cõſtituere, & quomodo. Tyrannidis aũt ſpecies duas diſtinximus, ubi de regno animaduertimus: qa uis poteſtasq; ipſi⁹ aliquo modo inter ſe comutaẽ & cũ regno: qa è lege ſunt ambo hęc imperia. Quidã .n. barbari morẽ hñt, ſummã poteſtatẽ dare unis qbuſdã: & olim apud priſcos Græcos fiebãt quidã monarchę hoc pacto, quos uocabãt æſymnetas. hñt aũt q̄dã diſcrimina inter ſe hę poteſtates. Erãt aũt, qa cõſtabant legib. regię. nec nõ, qa imperabãt uolẽtib. tyrãnicę aũt, qa more erorũ imperabãt, ſuã ſententiã ſequẽtes. Tertia aũt ſpecies tyrãnidis eſt, q̄ ſanè maximè uidetur eſſe tyrãnis, q̄ altera ex parte reſpõdet regno. Huiuſcemodi aũt eſſe tyrãnidẽ neceſſe eſt, quę rationẽ nõ reddẽs ſuorũ factorum, poteſtatẽ exercet in ſimiles & meliores oẽs: qđ conducit ſibi ſpectãs, & nõ qđ ijs quib. imperat. Quare inuoluntaria eſt. nemo .n. liber homo ſpõte ſua uoléſq; ꝑpetitur huiuſcemodi imperiũ. tyrãnidis igiẽ ſpecies hæ, & tot numero ob cauſas expoſitas.

σαμεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις ἐν οἷς περὶ τῆς μάλιστα λεγομένης βασιλείας ἐποιούμεθα τὴν σκέψιν, πότερον ἀσύμφορον, ἢ συμφέρει ταῖς πόλεσι· καὶ τίνα, καὶ πόθεν δεῖ καθιστάναι, καὶ πῶς. τυραννίδος δ᾽ εἴδη δύο μὲν διείλομεν, ἐν οἷς περὶ βασιλείας ἐπεσκοποῦμεν, διὰ τὸ τὴν δύναμιν ἐπαλλάττειν πως αὐτῶν, καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν, διὰ τὸ κατὰ νόμον εἶναι ἀμφοτέρας ταύτας τὰς ἀρχάς. ἔν τε γὰρ τῶν βαρβάρων τισὶν αἱροῦνται αὐτοκράτορας μονάρχους· καὶ τὸ παλαιὸν, ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐγίγνοντό τινες μόναρχοι τὸν τρόπον τοῦτον, οὓς ἐκάλουν αἰσυμνήτας. ἔχουσι δὲ τινας πρὸς ἀλλήλας αὗται διαφοράς. ἦσαν δὲ διὰ μὲν τὸ κατὰ νόμον, βασιλικαὶ· καὶ διὰ τὸ μοναρχεῖν ἑκόντων τυραννικαὶ δὲ διὰ τὸ δεσποτικῶς ἄρχειν καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην. τρίτον δὲ εἶδος τυραννίδος, ἥπερ μάλιστ᾽ εἶναι δοκεῖ τυραννὶς, ἀντίστροφος οὖσα τῇ βασιλείᾳ. ταύτην δ᾽ ἀναγκαῖον εἶναι τυραννίδα τὴν μοναρχίαν, ἥτις ἀνυπεύθυνος ἄρχει τῶν ὁμοίων καὶ βελτιόνων πάντων, πρὸς τὸ σφέτερον αὐτῆς συμφέρον ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων διόπερ ἀκούσιος. οὐθεὶς γὰρ ἑκὼν ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχήν. τυραννίδος μὲν οὖν εἴδη ταῦτα καὶ τοσαῦτα διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας.

mus, in quibus de eo, quod maximè regnum dicitur, commentabamur, cùm quærebamus utrum ſit inutile, an expediat ciuitatibus: & quem regem, & unde, & quomodo conſtituere oporteat. Tyrannidem porrò, quo loco de regno diſputabamus, in duas partes diuiſimus, propterea quòd utriuſq; harum uis ac poteſtas ſimilitudinẽ quandam habet cum regno: idq; quia hoc utrumq; imperium legi eſt cõſentaneum. Nam & apud nonnullas barbarorum nationes, principes, penes quos ſolos ſumma ſit omniũ rerum poteſtas, eliguntur: & olim apud priſcos Græcos fiebant hoc modo quidam principes, ſoli imperium obtinentes, quos æſymnetas appellabant. Differunt autem hæc imperia nonnihil inter ſe. ac propterea quidem, quod lege uigebant ac ualebant, & quia ſoli uolentibus imperabant, erant regia: ſed propterea quod dominorũ in morem imperabãt arbitratu ſuo, tyrãnica. Tertium autem tyrannidis genus eſt id, quod maximè tyrannis uidetur eſſe, cùm ex altera parte regno reſpondeat. Talem autem monarchiam tyrannidem eſſe neceſſe eſt, quæ cùm referendarum rationũ iudicio nõ teneatur, imperium exercet in ſimiles, eoſq; omnes meliores, ad ſuam ipſius utilitatẽ omnia referens, non ad eorum, qui pãrent imperio. Quapropter inuitis imperat. nemo enim liber & ingenuus tale imperium æquo animo ferre poteſt. Tyrannidis igitur hæc & tot genera ſunt, propter eas, quas diximus, cauſas.

COMMENTARIVS.

De tyrannide.) Cùm ſuprà diſſeruiſſet de ſtatu multitudinis & dominatu paucorum, uitioſis rebuſpublicis, modóque de rep. uocata, quæ probatur ipſi ſtreſtare dicit ut de tyrannide præcipiat, qui tertius ſtatus eſt è numero deprauatorum. Non tamen, inquit, oportere de ipſa copioſe loqui. Cùm enim affinis ſit culpis maximis, nihilque boni in ſe contineat, quod ſedulò explicandum ſit, uitia illius aperta ſunt, & omnibus nota: cùm tamen, ut narrat, ipſa quoque nacta ſit nomen reipublicæ, unaque ipſarum habeatur, & hæc ſcriptio præceptioque ſit de republica, uidatur non poſſe ſilẽtio præteriri, ſed debere ſuam partem obtinere huius diſciplinæ.

De regno) Cùm de tyrannide loqui uelit, iniuſto ac ſæuo regno (eſt enim deprauatio labeſque regni) repetit nonnulla, quæ de regno diſſeruerat, locum indicans, in quo plenius de ipſo diſputarat. Eſt autem, in quo præceperat de uero regno, & quod in primis hoc honeſto nomine dignum eſt. Inquit igitur, ſe illic quæſiſſe, utrum illud inutile ſit ciuitatibus, detrimentique ipſis multum afferat, an proſit: & quod potiſsimum regnum recipiendum ſit, & unde, ex quibúſque mortalibus rex deligẽdus, id eſt ex optimis uiris, & ſumma uirtute præditis. Sed modum etiam rationemq; ſe demonſtraſſe tradit, quomodo ille creandus ſit.

Tyrannidis autem ſpecies.) Incipit diſſerere de tyrannide. Primùm autem repetit, quæ ſuprà de ipſa ſignificarat. attigerat enim duas ſpecies tyrannidis illic, quia uis poteſtaſque ipſarum commutatur cum regni duabus itidem ſpeciebus, & una eademque res nunc hoc, nunc illo nomine appellatur: atque hoc, quia ambo hæc imperia principatuſque lege cõſtituti ſunt, quod diſcrepat à uera proprieq; appellata tyrãnide. Quib. aũt in locis & tẽporib. ipſa, hęc ſiue regna ſiue tyrãnides uſurpatæ fuerint, declarat. inquit enim, morẽ eſſe barbarorũ quorundã, ut eligant ſingulos uiros, quib. ſummã poteſtatẽ tribuant in bello iuriſq, ipſorũ omnia eſſe uelint. Sed etiã addit, olim priſcos illos Gręcos conſueuiſſe creare eodem pacto quoſdam, qui ſoli imperarent, quos uocabant αἰσυμνήτας, quod nomẽ celebrum eſt apud tragicos.

Habent autem.) Has tyrannidas aliquo modo pugnare inter ſe, adiungit: & continere quædam, quæ aduerſari ſibi ipſis uideantur. Exponit autem, quæ nam illa ſint, docetque ex inſtitutis certis quibuſdam ipſas exiſtimari poſſe poteſtates regias: ex alijs autem contrà, eaſdem tyrãnicas. Nam quod lege creari erant, itidemque quòd imperabant uolẽtibus, nec recuſantibus imperium, hoc habebant à regibus. quod uerò erorum more liberis hominibus imperant, ſequunturq; in hoc ſententiam ſuam, non legem ullam principatus eorum, hac parte tyrannici ſunt.

Tertia autem ſpecies.) Tertium genus tyrannidis quale ſit declarat. Significat autem ſe intelligere tyrannidem illam, quæ in primis digna eſt, quæ triſti hoc & odioſo nomine uocetur, cùm ex altera parte reſpondeat regno. contraria namque inſtituta & facta ſunt huius tyrannidis ac ueri regni. Vt enim regni conſilia omnia optima ſunt, ita tyrannidis peſſima, quod explicat hoc pacto. inquit enim: Huiuſcemodi namque principatũ, qui ſcilicet è regione poſitus ſit regni, aduerſeturq; ipſi omnibus partibus, neceſſe eſt tyrannidem eſſe, cuius principatus dominos imperium exerceat in pares & ſimiles ſibi, nullaq; se inferiores. & imperium tale, ut reddat nunquam rationem ſuorum factorum. Nam magiſtratus etiam in liberis ciuitatibus imperium habent in pares: ſed tamen. cùm ad exitum illius, legibus ſibi mandatæ poteſtatis uenerunt, reddere coguntur rationes eorum, quæ geſſerint in eo magiſtratu. Addit autem, tyrannum non ſolùm cogere ſibi obtemperare ſimiles, uerum etiam meliores, & qui uincunt ipſum conſilio & probitate, quod facile credi poteſt. Qui namque ita uerè appellatur, cùm iniuſtiſſimus omnium mortalium ſit: nullo negotio intelligitur peſsimus etiam omnium eſſe, etſi induſtria non caret ac malitia, qua uim adhibeat uel impuſmit ciuibus. Sed etiam adiungit Eundem, in quo apertè repugnat regi, in poteſtate illa ſua exercenda, cuncta referre ad ſuam utilitatem: & non ad id, quod conducit ijs, quos in poteſtate habet.

Quare

Quare inuoluntaria.) Elicit ex eo, quod proximè dixit, principatum hunc eſſe inuoluntarium: cuius enunciati, & ſi ſatis id apertum erat, rationem ſtatim reddit. inquit enim, apparere talem eum eſſe, quia nullus ingenuus homo libens fert huiuſcemodi imperium, in quo ſcilicet adminiſtrando intelligit nullam unquam in partem rationem haberi ſuæ utilitatis. Nam inuiti coactiq́; multi patiuntur: nullus autem liber, inquit, ſignificans ingenuum hominem, naturaque talem. Nam ſerui etiam parêt eis inuiti, ac ſi poſſent ullo pacto, iugum ſeruitutis detrectarent. Contrà autem, ut iam docuit, qui nati ſunt ad ſeruiendum (ut barbari) quamuis in poteſtate eorum non ſint: cùm tamen uerè liberi non ſint, ſponte ſua aſciſcunt ſibi tales dominos. Addidit in extremo, ſig nificans ſe hanc partem abſoluiſſe, ſpecies tyrannidis eſſe, quas docuit, quæ diſtinctæ inter ſe ſunt ob cauſas eas, quæ ſunt tra ditæ.

CAPVT XI.

QVæ auté optima reſpublica, & quæ optima uita plurimis ciuitatibus & plurimis hominibus, neq; conferentibus cum uirtute, quę ſupra captum eſt uulgariũ hominũ: neque cum diſciplina, quæ naturæ eget & copia bonorũ illorũ, quæ fortuna dilargitur: neq; cũ republica, quę uotis expetitur: ſed uita, cui⁹ plurimi mortales participes poſsũt eſſe. & rep. cuius plurimæ ciuitates cõtingit eſſe participes. Etení quos uocant ſtatus optimorũ, de quib. modò diſſeruimus, partim cadunt extra plurimas ciuitates, partim uicini ſunt uocatæ reip. Quare de ambobus, ueluti de uno, dicendum eſt. Exiſtimatio aũt de his omnib. ex ijſdẽ elemẽtis proficiſcitur. Si enim rectè in libris de Moribus dictum eſt, uitá beatam conſtare uirtute uacua ab impedimẽtis, & uirtuté eſſe mediocritaté: mediã neceſſe eſt uitá eſſe optimã, mediocritatis eius, quã ſinguli adipiſci poſſunt. Eoſdẽ aũt eſſe terminos cũ his, neceſſe eſt uirtutis ac uitij ciuitatis ac reipublicę: reſpub. namq; uita quædam eſt ciuitatis. In omnibus iam ciuitatibus ſunt tres partes ciuitatis. hi quidem ualde locupletes, hi autem ualde pauperes: tertij uerò medij horũ. Quia igitur omnes cõſentiunt, mediocre eſſe optimũ & mediũ: perſpicuũ eſt, rerũ ſecundarũ poſſeſsionem mediã optimã eſſe. Facillimè enim obtemperat rationi. Eximiè aũt formoſum, eximiè robuſtum, eximiè nobilem, eximiè diuitem: contrarioſq́;, ualde mendicũ, ualde imbecillum, ualde obſcurum, difficile eſt rationi parẽte. Fiunt enim hi quidem contumelioſi, & magnis culpis affines: hi aũt potius fraudulenti, & minutis flagitijs ualde dediti iniuſtorũ autem factorum quædã oriuntu: à contumelia, quędam autẽ à militia. Ampli⁹ aũt hi minimè pfecti tribuũ, ſiue publici conſilij eſſe uolũt: hæc uerò ambo detrimentoſa ſunt ciuitatib. Additur his, quòd qui copiã magnã nacti

Τίς δ' ἀρίστη πολιτεία, καὶ τίς ἄριστος βίος ταῖς πλείσταις πόλεσι καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώπων· μήτε πρὸς ἀρετὴν συγκρίνουσι, τὴν ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας, μήτε πρὸς παιδείαν, ἃ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς, μήτε πρὸς πολιτείαν, τὴν κατ' εὐχὴν γινομένην· ἀλλὰ βίον τε, τὸν τοῖς πλείστοις κοινωνῆσαι δυνατὸν, καὶ πολιτείαν, ἧς τὰς πλείστας πόλεις ἐνδέχεται μετασχεῖν. καὶ γὰρ ἃς καλοῦσιν ἀριστοκρατίας, περὶ ὧν νῦν εἴπομεν, τὰ μὲν ἐξωτέρω πίπτουσι ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων· τὰ δὲ γειτνιῶσι τῇ καλουμένῃ πολιτείᾳ. διὸ περὶ ἀμφοῖν ὡς μιᾶς λεκτέον· ἡ δὲ δὴ κρίσις περὶ ἁπάντων τούτων, ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἐστίν. εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται, τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον· μεσότητα δὲ τὴν ἀρετὴν, τὸν μέσον ἀναγκαῖον εἶναι βίον βέλτιστον, τῆς ἑκάστοις ἐνδεχομένοις τυχεῖν μεσότητος. τοὺς δὲ αὐτοὺς τούτους ὅρους, ἀναγκαῖον εἶναι καὶ πόλεως ἀρετῆς καὶ κακίας καὶ πολιτείας· ἡ γὰρ πολιτεία, βίος τίς ἐστι πόλεως. ἐν ἁπάσαις δὴ ταῖς πόλεσιν ἔστι τρία μέρη τῆς πόλεως. οἱ μὲν εὔποροι σφόδρα· οἱ δὲ ἄποροι σφόδρα· οἱ δὲ τρίτοι, οἱ μέσοι τούτων. ἐπεὶ τοίνυν ὁμολογεῖται τὸ μέτριον ἄριστον καὶ τὸ μέσον, φανερὸν ὅτι καὶ τῶν εὐτυχημάτων ἡ κτῆσις ἡ μέση βελτίστη πάντων. ῥάστη γὰρ τῷ λόγῳ πειθαρχεῖν. ὑπέρκαλον δὲ, ἢ ὑπερίσχυρον, ἢ ὑπερευγενῆ, ἢ ὑπερπλούσιον· ἢ τἀναντία τούτοις ὑπέρπτωχον, ἢ ὑπερασθενῆ, καὶ σφόδρα ἄτιμον, χαλεπὸν τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖν. γίγνονται γὰρ, οἱ μὲν ὑβρισταὶ καὶ μεγαλοπόνηροι μᾶλλον· οἱ δὲ κακοῦργοι καὶ μικροπόνηροι λίαν· τῶν δ' ἀδικημάτων τὰ μὲν γίγνεται δι' ὕβριν· τὰ δὲ διὰ κακουργίαν. ἔτι δ' ἥκισθ' οὗτοι φιλαρχοῦσι καὶ βουλαρχοῦσι· ταῦτα δ' ἀμφότερα βλαβερὰ ταῖς πόλεσι. πρὸς δὲ τούτοις οἱ μὲν ἐν ὑπεροχαῖς εὐτυχημάτων ὄντες,

SED quænã eſt optima reip. adminiſtrãda forma, & quę nam plerisq; ciuitatibus & plerisque hominibus uita optima apud eos, qui neque cum uirtute captum idiotarum ſuperante, neq; cum doctrina & naturæ bonitatem & adiumentum fortunæ deſiderante, neq; cum reip. adminiſtrandæ forma optanda magis, quam ad uſum parandum facili: ſed cum uita ad communicandum expedita plerisq;, & cum ea reip. adminiſtrandæ forma, cuius bona pars ciuitatũ poſsit eſſe particeps, hæc conferre uelint? Etenim quas ariſtocratias appellant, de quibus nunc diximus, partim à plerisq; ciuitatibus ſunt remotiores: partim ei, quæ politia nominatur, finitima ſunt. Quocirca de ambabus, ut de una, dicendum eſt. Iudicium autẽ de his omnibus, ex iiſdem elementis pendet. Nam ſi rectè dictum eſt in libris de Moribus, uitam beatã eſſe, quæ uirtuti congruit nõ impedita: uirtutem autem, mediocritatem: uitam mediam, optimam ſit neceſſe eſt, ex ea, quam quiſque conſequi poteſt, mediocritate. Atq; his eiſdem finibus, & ciuitatis & reip. adminiſtrationis uirtutem ac uitium terminari neceſſe eſt. Reipub. enim adminiſtratio, uita quædam ciuitatis eſt. In omnib. igitur urbibus tres ſunt partes ciuitatis: alij ualde copioſi & locupletes, alij egentiſsimi ac tenuiſsimi. tertij inter hos medij. Itaq; quoniam conuenit inter omnes id, quod eſt mediocre, & medium eſſe optimũ: perſpicuum etiam eſt, rerum ſecundarũ poſſeſsionem mediam omnium eſſe optimam. facillimè enim adduci poteſt, ut rationi obtẽperet. At qui pulchritudinis, aut uirium corporis, aut nobilitatis, aut diuitiarum modum ſuperat: aut contrà qui ſupra modum pauper, aut ſupra modum infirmus, aut ſupra modum inhonoratus eſt, difficile eſt eum rationi obſequi. ſunt enim illi quidem petulantes atq; contumelioſi, & inſigniter magnisq; in facinoribus improbi: [a] hi uero malitioſi ac fraudulenti, & leuibus in factis mali. At iniuriarum aliæ naſcuntur ex contumelia ac petulantia: aliæ [b] ex calliditate & malitia. Præterea hi minimè magiſtratus amant, minimeq; magiſtratibus conſulunt. Atqui hoc utrumq; ciuitatibus eſt peſtiferum. Præterea qui rebus ſecundis, & uiribus corporis, & diuitijs,

ſunt rerũ proſperarum, uirium inquam & diuitiarũ, & amicorum, & huiuſcemodi rerum, parêre nolunt magiſtratibus, neq; etiam ſciunt: & huic ſtatim rei domi aſſueti ſunt, pueri adhuc exiſtẽtes. Ob delicias enim neque etiam in ludis literarũ conſuetudo erat illis imperia pati. Qui autem maiorem in modũ ſunt in penuria horũ, humiles ualde ſunt. Quapropter hi quidem imperare neſciunt, ſed imperio ſeruili parent: hi uerò nulli imperio parêre uolũt, ſed imperare, ueluti eri ſeruis. Efficitur igitur ſeruorum & erorum ciuitas, & non liberorum hominũ: atq; horũ quidem inuidentiũ, horũ aũt deſpicientiũ. q̃ res plurimũ abſunt ab amicitia & cõmunione ciuili. Cõmunio.n. parit amicitiã. ne uia quidẽ enĩ cõmunicare homines cum inimicis uolunt. Requirit enim ciuitas eſſe è paribus & ſimilibus quàmaxime: hoc autem adeſt maximè medijs. Quapropter neceſſe optimè ciuitatem hanc regi, ex quibus quidem natura eſt conſtitutio ciuitatis. Et conſeruantur in ciuitatibus hi maximè ex omni genere ciuium. Neq; enim ipſi aliena concupiſcũt, quemadmodũ pauperes: neq; rem horũ alij, ceu pauperes fortunis diuitum inhiãt. Et quia neq; ipſis ſtruũtur inſidiæ, neque ipſi alijs inſidiantur, ſine periculo uitam degũt. Qua de cauſa rectè Phocylides optauit:

Multa medio existenti bona ſunt: medius uolo eſſe in ciuitate.

Planum igitur, cõmunionem ciuilem optimã eſſe, quæ conſtat è medijs: atq; huiuſcemodi ciuitates uſu uenit bene regi, in q̃bus media pars multa eſt & firmior, maximè quidẽ ambabus: ſi non, altera parte. adiuncta enim efficit inclinationẽ, & non ſinit fieri contrarias exuperantias. Quapropter felicitas maxima eſt, eos q̃ uerſãtur in rep. fortunas habere medias, & q̃ ſatis ſint: quoniã ubi hi quidẽ ualde multa poſsident, hi uerò nihil, uel populus poſtrem⁹ efficitur, uel paucorũ dominat⁹ merus uel tyrãnis, ꝓpter ambas exuperãtias. è ſtatu .n. populi maximè iuuenili, & è paucorũ dominatu naſcitur tyrãnis: è medijs aũt, & qui propinqui opibus inter ſe ſunt, multo minus. cauſas uerò poſtea, ubi agitur de mutationibus rerumpublicarum afferemus. Mediã aũt optimã eſſe conſtat. ſola

ἰσχύος καὶ πλούτου καὶ φίλων καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ἄρχεσθαι οὔτε βούλονται οὔτε ἐπίστανται· καὶ τοῦτ' εὐθὺς οἴκοθεν ὑπάρχει παισὶν οὖσι. διὰ γὰρ τὴν τρυφὴν οὐδ' ἐν τοῖς διδασκαλείοις ἄρχεσθαι σύνηθες αὐτοῖς· οἱ δὲ καθ' ὑπερβολὴν ἐν ἐνδείᾳ τούτων, ταπεινοὶ λίαν. ὥσθ' οἱ μὲν ἄρχειν οὐκ ἐπίστανται, ἀλλ' ἄρχεσθαι δουλικὴν ἀρχήν· οἱ δ' ἄρχεσθαι μὲν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ, ἄρχειν δὲ δεσποτικὴν ἀρχήν. γίνεται οὖν δούλων καὶ δεσποτῶν πόλις, ἀλλ' οὐκ ἐλευθέρων. καὶ τῶν μὲν φθονούντων, τῶν δὲ καταφρονούντων, ἃ πλεῖστον ἀπέχει φιλίας καὶ κοινωνίας πολιτικῆς. ἡ γὰρ κοινωνία, φιλικόν. οὐδὲ γὰρ ὁδοῦ βούλονται κοινωνεῖν τοῖς ἐχθροῖς. βούλεται δέ γε ἡ πόλις ἐξ ἴσων εἶναι καὶ ὁμοίων ὅτι μάλιστα· τοῦτο δ' ὑπάρχει μάλιστα τοῖς μέσοις. ὥστ' ἀναγκαῖον ἄριστα πολιτεύεσθαι ταύτην τὴν πόλιν ἐστίν, ἐξ ὧν φαμὲν φύσει τὴν σύστασιν εἶναι τῆς πόλεως. καὶ σώζονται δ' ἐν ταῖς πόλεσιν οὗτοι μάλιστα τῶν πολιτῶν. οὔτε γὰρ αὐτοὶ τῶν ἀλλοτρίων, ὥσπερ οἱ πένητες, ἐπιθυμοῦσιν· οὔτε τῆς τούτων ἕτεροι, καθάπερ τῆς τῶν πλουσίων οἱ πένητες ἐπιθυμοῦσι. καὶ διὰ τὸ μήτ' ἐπιβουλεύεσθαι, μήτ' ἐπιβουλεύειν, ἀκινδύνως διάγουσι. διόπερ καλῶς ηὔξατο Φωκυλίδης·

Πολλὰ μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

δῆλον ἄρα, ὅτι καὶ ἡ κοινωνία ἡ πολιτικὴ ἀρίστη, ἡ διὰ τῶν μέσων· καὶ τὰς τοιαύτας ἐνδέχεται εὖ πολιτεύεσθαι πόλεις, ἐν αἷς δὴ πολὺ τὸ μέσον καὶ κρεῖττον, μάλιστα μὲν ἀμφοῖν, εἰ δὲ μή, θατέρου μέρους. προστιθέμενον γὰρ ποιεῖ ῥοπήν, καὶ κωλύει γίνεσθαι τὰς ἐναντίας ὑπερβολάς. διόπερ εὐτυχία μεγίστη τοὺς πολιτευομένους οὐσίαν ἔχειν μέσην καὶ ἱκανήν. ὡς ὅπου οἱ μὲν πολλὰ σφόδρα κέκτηνται, οἱ δὲ μηθέν, ἢ δῆμος ἔσχατος γίνεται, ἢ ὀλιγαρχία ἄκρατος, ἢ τυραννίς, δι' ἀμφοτέρας τὰς ὑπερβολάς. καὶ γὰρ ἐκ δημοκρατίας τῆς νεανικωτάτης καὶ ἐξ ὀλιγαρχίας, γίνεται τυραννίς· ἐκ δὲ τῶν μέσων καὶ τῶν σύνεγγυς, πολὺ ἧττον. τὴν δ' αἰτίαν ὕστερον ἐν τοῖς περὶ τὰς μεταβολὰς τῶν πολιτειῶν ἐροῦμεν. ὅτι δ' ἡ μέση βελτίστη, φα-

diuitijs, & amicis, & alijs huiuſmodi rebus excellunt, imperium ferre neq; uolunt neq; ſciunt. Atq; hoc malum domi natum ſtatum a pueris habent. Nam propter luxuriam & delicias nec[c] in ludis diſcendi quidem imperio parère conſueuerunt. At qui ſupra modum harum rerum penuria atq; inopia conflictantur, nimis ſunt humiles atq; abiecti. Itaq; hi imperare quidem neſciunt, ſed imperium ſeruile ſubire ſciunt: illi nulli quidem imperio parère didicerũt; ſed ita imperare ſciunt, quomodo domini ſeruis imperant. Fit igitur ſeruorum & dominorum ciuitas, non liberorum: & hominum partim inuidentium, partim contemnentium, quæ ab amicitia & ſocietate, communioneq; ciuili diſtant plurimum. ſocietas enim & communio ad amicitiam pertinent. nam neque cum inimicis ſocietatem itineris inire uolumus. Ea autem natura ciuitatis eſt, ut ex parib. & ſimilibus, quàm maximè fieri poſsit, conſtare debeat. hoc autem medijs ſuppetit maxime. Quare neceſſe eſt hanc ciuitatẽ optimè gubernari atq; adminiſtrari, quæ ex ijs partibus conſtet, ex quibus conflatam conſtitutionem ciuitatis dicimus eſſe optimam natura. & uerò ex ciuibus hi in ciuitatibus ſalui ſunt maxime. Nã neq; ij, ut pauperes, aliena appetunt.[d] neq; rẽ horum familiarem, ut rem diuitũ, pauperes concupiſcunt: & quia neq; inſidijs cuiuſcunq; oppugnantur, neq; alijs inſidiantur, ab omni periculo tuti uiuunt. itaq; præclarè optauit Phocylides:

Eſſe uolo ciuis medius, namque optima multa
Sunt medijs.

Perſpicuum igitur eſt, ſocietatem ciuilem illam eſſe optimam, quæ ex medijs conſtat: taleſq; ciuitates bene adminiſtrari licere, in quibus media pars, multa eſt, & plus poteſt maxime quidem, quam amba: ſecundo loco uerò, quam alterutra. Accreſces enim, aliquid momenti affert, inclinationemq; quandam facit, & obſtat ne accidant contrariæ exſuperantiæ. Quapropter ſumma felicitatis eſt, eos, qui in ciuitatis adminiſtratione uerſantur, rẽ familiarem & mediocrem[e] & tuſtam habere. Nam ubi alij ualde multam & amplam habent, alij nullam: aut democratia fit poſtrema & deterrima,[f] aut mera oligarchia aut tyrannis, propter utramq; excellentiam atq; exſuperãtiam. nam ex democratia ualentiſsima & acerrima; & ex oligarchia naſcitur tyrannis: ex medijs uerò & affinibus multo minus. cuius rei cauſam poſterius in diſputationibus de reipub. adminiſtrationum mutationibus & conuerſionibus exponemus. Mediam autẽ reip. adminiſtrandæ formam eſſe optimam, perſpicuũ eſt.

f ſola

ſola enim uacua eſt à ſeditioni-
bus: ubi.n. multa pars eſt, q̃ in
medio ſita eſt, minimè ſeditio-
nes & diuulſiões rerũp. exiſtũt.
Et magnæ ciuitates magis ua-
cuæ ſunt à ſeditionib. propter
eandẽ cauſam, quia media pars
multa eſt: in paruis autẽ facile
eſt diuidere oẽs in duas, ita ut
nihil relinquatur mediũ, & cun
cti fermè ſunt uel egeni, uel co-
pioſi. Atq; reſp. populares min⁹
lubricę ſunt, quã paucorũ do-
minatus, & diuturniores ꝓpter
medios. plures enĩ ſunt, & ma-
gis participes ſunt honorũ in
populi ſtatibus, quã in pauco-
rũ dominatib. quia qñ ſine ma-
gno numero horum ſuperarint
lõgo interuallo egeni locuple-
tes, res male ſe hñt, & pereũt ci
tò. Notã huius decet exiſtima-
re, optimos legũ ſcriptores ex-
titiſſe è medijs ciuibus. Solon
enim unus horũ fuit: declarat
hoc ipſe ſuis uerſib. & Lycurg⁹
(nõ enim fuit rex) & Charõdas,
& fermè plurimi aliorũ. Planũ
aũt eſt ex his, cur plurimæ reſp.
hæ quidẽ uergũt ad ſtatus po-
puli, hæ uerò ad dominat⁹ pau
corũ. quia.n. in his ſæpe pauci
ſunt medij, ſemper utri ſupera-
uerint, ſiue qui patrimoniũ ha-
bẽt, ſiue plebs, qui medio exe-
unt, ad ſe perducũt remp. qua-
re populus efficitur, ſiue pauco
rũ dominatus. Additur his, q̃d
quia ſeditiones oriũtur, & mu-
tuæ pugnæ inter plebẽ & diui-
tes, utris eorũ cõtigerit uince-
re aduerſarios, nõ cõſtituũt cõ-
munẽ rẽp. neq; ęqualẽ, ſed ui-
ctorię ꝓmiũ capiũt accõmoda-
tiorẽ ſibi rẽp. & hi q̃dẽ ſtatũ po-
puli, hi uerò dominatũ pauco-
rũ moliũtur. Pręterea populo-
rũ, q imperiũ Gręcię cõſequuti
ſunt, ambo ad rẽp. quã domi ha
bebãt, reſpiciẽtes: hi quidẽ ſta-
tus populi in ciuitatib. cõſtitue
rũt, hi uerò dominat⁹ paucorũ:
nõ attendẽtes utilitatẽ ciuita-
tũ, ſed ſuã propriãq;. Quare ꝓ-
pter has cauſas uel nunquã me
dia gignitur reſpublica, uel ra-
rò & apud paucos: unus enim
uir ſolus, ex ijs, qui prius rerum
potiti ſunt, perſuaſus eſt huuc
ordinẽ tribuere. Iam aũt in ci-
uitatibus etiam hic mos man-
ſit, nolle ęqualitatem: ſed eniti
uel imperiũ obtinere, uel per-
peti dominatũ ſuperiorũ. Quæ
igitur optima eſt reſpub. & quã
ob

νερόν. μόνη γὰρ ἀστασίαστος· ὅπου γὰρ
πολὺ τὸ διὰ μέσου, ἥκιστα στάσεις καὶ
διαστάσεις γίγνονται τῶν πολιτειῶν.
καὶ αἱ μεγάλαι πόλεις ἀστασιαστό-
τεραι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ὅτι πο-
λὺ τὸ μέσον· ἐν δὲ ταῖς μικραῖς, ῥᾴ-
διόν τε διαλαβεῖν εἰς δύο πάντας,
ὥστε μηθὲν καταλιπεῖν μέσον· καὶ
πάντες σχεδὸν ἄποροι, ἢ εὔποροι εἰ-
σί. καὶ αἱ δημοκρατίαι δὲ ἀσφα-
λέστεραι τῶν ὀλιγαρχιῶν εἰσι, καὶ
πολυχρονιώτεραι διὰ τοὺς μέσους.
πλείους τε γὰρ εἰσὶ, καὶ μᾶλλον με-
τέχουσι τῶν τιμῶν ἐν ταῖς δημο-
κρατίαις ἢ ταῖς ὀλιγαρχίαις. ἐπεὶ
ὅταν ἄνευ τούτων τῷ πλήθει ὑ-
περτείνωσιν οἱ ἄποροι, κακοπρα-
γία γίνεται, καὶ ἀπόλλυνται ταχέ-
ως. σημεῖον δὲ δεῖ νομίζειν, καὶ τὸ
τοὺς βελτίστους νομοθέτας εἶναι τῶν
μέσων πολιτῶν. Σόλων τε γὰρ ἦν τού-
των· δηλοῖ δ' ἐκ τῆς ποιήσεως· καὶ Λυ-
κοῦργος (οὐ γὰρ ἦν βασιλεύς) καὶ
Χαρώνδας, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τῶν
ἄλλων. φανερὸν δ' ἐκ τούτων, καὶ
διότι αἱ πλεῖσται πολιτεῖαι· αἱ μὲν
δημοκρατικαί εἰσιν, αἱ δ' ὀλιγαρ-
χικαί. διὰ γὰρ τὸ ἐν ταύταις πολλά-
κις ὀλίγον εἶναι τὸ μέσον ἀεὶ ὁπό-
τεροι ἂν ὑπερέχωσιν, εἴθ' οἱ τὰς
οὐσίας ἔχοντες, εἴθ' ὁ δῆμος, οἱ τὸ
μέσον ἐκβαίνοντες καθ' αὑτοὺς ἄ-
γουσι τὴν πολιτείαν. ὥστε ἢ δῆμος
γίνεται, ἢ ὀλιγαρχία. πρὸς δὲ τού-
τοις διὰ τὸ στάσεις γίνεσθαι καὶ μά-
χας πρὸς ἀλλήλους τῷ δήμῳ, καὶ
τοῖς εὐπόροις, ὁποτέροις ἂν μᾶλλον
συμβῇ κρατῆσαι τῶν ἐναντίων, οὐ
καθιστᾶσι κοινὴν πολιτείαν οὐδ' ἴ-
σην. ἀλλὰ τῆς νίκης ἆθλον τὴν ὑ-
περοχὴν τῆς πολιτείας λαμβάνου-
σι· καὶ οἱ μὲν δημοκρατίαν, οἱ δ'
ὀλιγαρχίαν ποιοῦσιν. ἔτι δὲ καὶ τῶν
ἐν ἡγεμονίᾳ γενομένων τῆς ἑλλάδος,
πρὸς τὴν παρ' αὐτοῖς ἑκάτεροι πο-
λιτείαν ἀποβλέποντες οἱ μὲν δημο-
κρατίας ἐν ταῖς πόλεσι καθίστα-
σαν, οἱ δ' ὀλιγαρχίας, οὐ πρὸς τὸ τῶν
πόλεων συμφέρον σκοποῦντες, ἀλ-
λὰ πρὸς τὸ σφέτερον αὐτῶν. ὥστε
διὰ ταύτας τὰς αἰτίας, ἢ μηδέποτε
τὴν μέσην γίνεσθαι πολιτείαν, ἢ ὀλιγά-
κις καὶ παρ' ὀλίγοις. εἷς γὰρ ἀνὴρ συνε-
πείσθη μόνος τῶν πρότερον ἐφ' ἡγεμο-
νίᾳ γενομένων, ταύτην ἀποδοῦναι τὴν
τάξιν. ἤδη δὲ καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσιν ἔθος
καθέστηκε, μηδὲ βούλεσθαι τὸ ἴσον· ἀλλ'
ἢ ἄρχειν ζητεῖν, ἢ κρατουμένους ὑπομέ-
νειν. τίς μὲν οὖν ἀρίστη πολιτεία, καὶ διὰ

ſola enim ſeditionibus non eſt infeſta. u-
bi enim latè patet id quod interiectum
medium eſt, minime ſeditiones oriũtur,
minimeq́ diuellitur rerumpub. commu-
nio. Atq; ob eandem cauſam magnæ
ciuitates minus ſunt ſeditionibus oppor
tunæ, nempe quia id quod medium eſt,
latè patet. In paruis uerò cum facile ſit
ciues omnes ita in duas partes dirime
re, ut nihil relinquatur mediũ: tum o-
mnes fere aut egentes ſunt, aut locuple-
tes. Præterea democratiæ oligarchijs
ſunt à ruina periculo munitiores, & ad
diuturnitatem ſtabiliores, propter me-
dios. Nam & plures ſunt, & honorum
ſunt participes in democratijs magis,
quàm in oligarchijs. Cùm enim ſine his
egentes ac tenues multitudine ſuperãt,
male rem ſuam gerit ciuitas, & in peſ-
ſimum locum deducti ciues citò inter-
eunt. Argumento autem huic rei eſſe
exiſtimare oportet, quòd optimi latores
legum de mediocriũ ciuium grege fue-
runt. Nam & Solon ex hoc numero e-
rat, ut declarat ipſius poeſis: & Lycur-
gus (non enim rex erat) & Charondas,
& ferè plerią; alij. Perſpicuum autem
etiam ex his eſt, quamobrem plurimæ
reipub. adminiſtrandæ formæ aliæ ſint
democraticæ, aliæ oligarchicæ. Pro-
pterea enim quòd in his ſæpenumerò
quod medium eſt, exiguum eſt, ſemper
utricunq; excellant, ſiue locupletes ſiue
plebecula: qui medium locum exſupe-
rant, hi reipub. adminiſtrationem unà
ſecum trahunt. Itaq; aut fit democra-
tia, aut oligarchia. Propterea uerò quia
ſeditiones & contentiones inter plebẽ
& locupletes exſiſtunt, utriſcunq; ac-
ciderit, ut aduerſarijs ſuperiores eua-
dant, ij non communem reipub. admĩni
ſtrandæ formã conſtituunt, neq; æqua-
lem: ſed exſuperantiam prioris reip. ad-
miniſtrationis, tanquam uictoriæ præ-
mium accipiunt: & hi quidem demo-
cratiam, illi oligarchiam efficiũt. Præ-
terea uerò & eorum, qui principatum
Græciæ obtinuerunt, utriq; ad reipu.
adminiſtrandæ formam, quæ apud ſeſe
gebat, intuentes: alteri democratias in
ciuitatibus conſtituerunt, alteri oligar
chias, non utilitatem ciuium ſpectãtes,
ſed ſuam ipſorũ: ita ut propter has cau-
ſas aut nunquam media reip forma ex-
ſiſtat, aut raro, & apud paucos. V-
nus uir enim ſolus ex ijs, qui antea prin
cipatum in Græcia tenuerunt, adductus
eſt, ut hanc reip. adminiſtrandæ de ſcri
ptionem inſtitueret. Nunc autem apud
eos, qui in ciuitatibus uerſantur, hæc
conſuetudo ſerpere cœpit, ut nolint æ-
qualitatem: ſed aut imperare ſtudeant,
aut ut ij æquo animo unius imperij ſub-
eant ac perferant. Quæ ſit igitur optima
reipub. adminiſtrandæ forma, & pro-
pter

ob cauſam, ex ijs apertum eſt. Cæterarum autem rerumpublicarum (quia plures populi ſtatus & plures dominatus paucorũ affirmamus extare) qualẽ primam ſtatuendũ eſſe, & qualem ſecundã, & hoc iam modo quæ ſequitur: quia hęc quidem melior, hæc aũt deterior, optima explicata, non erit arduũ uidere. Non enim dubitandũ eſt, quin meliorem neceſſe ſit eſſe, quæ maximè ꝓpinqua eſt huic: deteriorẽ aũt, quæ diſtat à medio magis, niſi ad ſuppoſitionẽ exiſtimarit aliquis. Dico autẽ ad ſuppoſitionẽ, quia ſæpe magis experenda exiſtẽte alia republica, quibuſdam nihil uetat magis conducere aliam rempublicam.

τὴν αἰτίαν, ἐκ τούτων φανερόν. τῶν δὲ ἄλλων πολιτειῶν (ἐπειδὴ πλείους δημοκρατίας καὶ πλείους ὀλιγαρχίας φαμὲν εἶναι) ποίαν πρώτην θετέον καὶ δευτέραν, καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐχομένην· τῷ τὴν μὲν εἶναι βελτίω, τὴν δὲ χείρω, διωρισμένης τῆς ἀρίστης, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. δεῖ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι βελτίω τὴν ἐγγύτατα ταύτης· χείρω δὲ τὴν ἀφεστηκυῖαν τοῦ μέσου πλεῖον, ἂν μὴ πρὸς ὑπόθεσιν κρίνῃ τις. λέγω δὲ τὸ πρὸς ὑπόθεσιν, ὅτι πολλάκις οὔσης ἄλλης πολιτείας αἱρετωτέρας, ἐνίοις οὐθὲν κωλύσει συμφέρειν ἑτέραν μᾶλλον εἶναι πολιτείαν.

pter quam cauſam, ex his intelligere licet. Aliarum autem reip. adminiſtrandæ formarum, quoniam plures democratias, pluresq́; oligarchias eſſe dicimus: quæ prima ſit locanda, quæ ſecunda, & quæ ad eũdem modum deinceps proxima: quia alia ſit melior, alia deterior, cum ea, quæ optima eſt, diſtincta ac definita ſit, non eſt difficile intelligere. Oportet enim neceſſario eam eſſe meliorem, quæ ad hanc proxime accedit: deteriorem eam, quæ à medio remotiſſima eſt, niſi quis in iudicio faciendo finem ciuitati propoſitum intueatur. Dico autem finem ciuitati propoſitũ, quia ſæpenumerò, quamuis ſit alia reipub. adminiſtrandæ forma optabilior ac præſtabilior: nihil obſtat tamen, quo minus aliquibus magis expediat, aliam eſſe apud eos reipub. adminiſtrationem.

COMMENTARIVS.

Quæ autem optima.) Cùm paulo antè diſſeruiſſet de republica, communi nomine uocata, modò autem de tyrannide, generibusque ipſius: nunc conſilium ſuum aperit, teſtaturq́; ſe de optimo ſtatu ciuitatis præcepturum, & de optima uita: quæ ambæ res cadere poſſunt in plurimas ciuitates & plurimos mortales. Nam reſpublicæ ornant ciuitates, beataſque reddunt: uitæ autem honeſtè actæ, homines. quare pollicetur ſe utrunque declaraturum. Cùm uideret autem optimam remp. aliter atque aliter capi, & eodem pacto uitam optimam, non illas, quas ante ſe multi finxerant ac conformarant: & illius denique generis ſe explicaturum affirmat. Cùm autem has excluderet, uſus eſt pluribus modis, & quaſi ſignis eijciendi illas à ſuo fine. Primùm igitur inquit, ſe quod dixit, demõſtraturum eſſe, quæ ſit optima & reſpublica & uita: niſi aliquis conferre uelit eum cū uirtute, quæ ſuperat captum hominum cõmunium. hos enim intelligit, cùm uocauit illos idiotas, id eſt uulgares, & non excultos optimis diſciplinis. neq; enim accipiendi ſunt illo nomine homines tardi & hebetis ingenij. ſed tantùm, qui non didicerint aliquid operæ ſcientijs bonarum artium. Poſt hoc inquit, neque itidem conferendo ipſis ad diſciplinam, quæ requirit naturam eximiam, et ſine ingenio tali uix percipitur: neque tantùm hoc poſtulat, uerum etiam copiam bonorũ notum, quæ fortuna dilargitur. Tertium uerò, ad quod non oportet ipſas conferri, eſſe inquit rempublicam, quam aliquis potius optaret, ac uotis expeteret, quàm ulla ratione fabricaret, aut facile etiam ab alio conſtitutam inueniret. Cùm etiam has alienas eſſe à ſuo propoſito docuiſſet, declarat alia ratione, id eſt rectè uia, quæ ſit optima & uita & reſpublica. inquit igitur ſe intelligere uitam, cuius multi mortales compotes poſſunt eſſe, & eodem pacto rempublicam, cuius plurimæ ciuitates participes. nam reſpublica, quam indicauit, aut nunquam reperitur, aut rarò admodum, difficiliſq; inuentu eſt.

Etenim quas.) Occurrit ei, quod aliquis contrà dixiſſet, illam quam quærit, unam aliquam eſſe ex ijs, quas ſuprà explicuit, & ariſtocratias appellauit, quia imaginem quandam haberent reipublicæ optimorum: neque enim illæ unquam nomẽ id nactæ fuiſſent, niſi ualde probè ſuditatæ forent. Quod autem nomine uno optimatum reſpublicæ uocatæ ſunt, id ſignificat ipſas communes eſſe, ideoque recipi poſſe à non paucis ciuitatibus: quod tamen ipſe negat. Hoc igitur facere ſtuduit, cum inquit: Etenim, quas appellant ariſtocratias, de quibus modò diſſeruimus, partim illarum cadunt extra plurimas ciuitates: ipſa uerò aperuit, ſe de huiuſcemodi rebus ņ. præcipere uelle, quarum multæ gentes populique participes eſſe poſſunt. partim autem addit, Propinquæ admodum ſunt, uicinæq́ue illi ſtatui, qui communi nomine omnium rerumpublicarum, reſpublica nominatur: quæ res, ut oſtendit, cum ita ſe habeat, de ambabus his, ut de una dicendum: ita utrǽque ſimiles inter ſe ſunt, ut diſtingui ſepararíq; non debeant.

Exiſtimatio autem.) Incipit tradere, quibus initijs & quaſi fundamentis, quæ ipſe στοιχεῖα, id eſt elementa uocat, eliquit uti debeat in iudicio uerè de hac faciendo: primumque diſſerit de principijs optimæ uitæ, & quæ potiſſimum ſint, quæ ipſam informant: inuentis autem ipſis, facile inde perueniri teſtetur ad optimam rempublicam. inueſtigans igitur optimam uitam, inquit: Si enim rectè in libris de moribus dictum eſt, uitam optimam eſſe, quæ uirtute conſtat, ſed illa omni moleſtia ſoluta: non enim paruæ res ſunt, quæ uiolant ipſam, nec ſinunt præſtare optima facta, quæ gigneret, ſi uacua ab illis impedimentis foret. Intelligit autem paupertatem, morbos, multaque alia huiuſcemodi. Addit his, ſi uerè etiam ſtatuimus, uirtutem eſſe in medio poſitam mediocritatemque quandam: ſequi inde, ut uita media optima ſit. Aperit autem, quam mediocritatem intelligat: ut enim hæc reſpondeant ijs, quæ poſuit, teſtatur ſe intelligere mediocritatem illam, quam cuncti mortales, adhibita cura, adipiſcuntur: non aliam quempiam, cuius ipſi expertes neceſſariò ſint.

Eoſdem autem eſſe.) Quos docuit fines terminoſque eſſe uitæ hominum, eoſdem affirmat eſſe reipublicæ. Nam reſpublica, ut uita hominum, bona maláq; dicitur, quòd uirtutem ſequatur, aut uitio affinis ſit. Vt enim hominum uita uocatur, ita etiam ciuitatum: uiuunt enim ipſæ quoque aliquo modo, dum permanent, ſtatumque ſuum tuentur: ſed nõ ſemper eodem pacto. Nunc enim uigent, ſecundumque curſum faciunt: nunc uerò tabeſcunt, uentoſque aduerſos habent, quæ contrariæ res proficiſcuntur à moribus ipſorum ciuitatis. inquit igitur, hoc probare uolens: Eoſdem hos terminos neceſſe eſt eſſe uirtutis ac uitij ciuitatis, & reip. denique ipſius. Quo autem utitur ad hoc conſtituendum, eſt uita. inquit enim: Reſp. uita quædam eſt ciuitatis, id eſt genus quoddam uitæ, inſtarque ipſius. nam uera uita, propriéque ita appellata, eſt uita animantium. Cum tradat autem hic auctor, ſimili utens ad quod uolebat illuſtrandum, remp. eſſe uitam ciuitatis: Iſocrates in oratione, qua ſuadet Athenienſibus, ut reuocent ueterem rempublicam, quæ regebatur conſilio Areopagi, affirmat remp. nihil aliud eſſe, quàm animam ciuitatis. Cui ſententiæ addit, ipſam tantam uim habere in ea regenda, quantam prudentia habet in corpore diſpenſando: quod non minus eleganter, quàm uerè dictum, iterauit in Panathenaicis.

In omnibus item.) Pergit ſumere, quæ ad id, quod oſtendere uult, neceſſaria ſunt. Vt autem ſignificauit, propoſitũ nunc ipſius eſt aperire, quæ ſit optima reſpublica illius generis, quod retulimus. Primùm tamen declarat, quæ ſit optima ciuitas. Vtitur autem diuiſione ſatis certa, & quæ iam tradita ſit, partium ciuitatis: commemorat enim ipſas eſſe tres. Conſtet enim omnis ciuitas partim ex hominibus ualde diuitibus, partim ex ualde pauperibus mendiciſque. Tertium genus conſtituunt, qui interiecti ſunt inter hos, mediumque locum obtinent: id eſt, qui non habent ampliſſimum patrimonium, neque exiles admodum fortunas.

Quia igitur.) Trium harum partium optimam eſſe, inquit, mediam, longeque anteponendam reliquis duabus, quæ ſingunt ipſam. Vt aũt hoc confirmet, utitur ſententia peruulgata, & quæ doctorum hominum conſenſu auctoritatẽ adepta eſt. illa autem eſt: Quod mediocre eſt, eſſe optimum: quia nimium aliquorum bonorum, non ſolùm malorum, ſæpe obeſt. in quan-

I i ta enim

ta enim omni re, quod mediocre eſt, bonum exiſtimatur. Reddit autem ſuperiori particulæ ὅτι, quod illa requirebat, atque è ſententia, cuius illa initium fuit, naſcebatur. eſt autem hoc, perſpicuum eſſe, bonorum, quæ ampla à fortuna accipimus, mediam quandam poſſeſsionem optimam eſſe, id eſt moderatam, non eximiam ac præſtantem. Nun infulſe autem, ut arbitror, in mentem alicui uenisset, pro μέτριον legi debere μέτρον, una minus ſyllaba & litera. Chilon enim, unus ueterum illorum ſapientium dixit, μέτρον ἄριστον. Ut autem μέτριον ἄριστον, bonumque eſſe in quouis affirmatur ita ipſum omni in re optimum eſſe non traditor. neque hoc aliquis, quòd ſciam, grauis ſcriptor teſtatus eſt ipſa tamen communem lectionem repudiare non auſim, quam etiam inuentam à me in omnibus libris calamo exaratis, exprimit uetus tralatio.

Fa. illime enim.) Pluribus argumentis confirmat, quod dixit. Primum eorum ductum eſt à bono explicando mediocris fortunarum, oitijſqua contrariarum, id eſt, ingentium aut puſillarum. Quod autem in fortunis exiſtit, idem in poſſeſſoribus ipſarum inuenitur: tranſit enim à fortunis ad illos. inquit igitur. Poſſeſsio enim moderata horum omnium bonorum facillime obtemperat rationi, nulloque negotio patitur ſe ab ipſa regi. Contrà autem inquit, arduum eſt, eos qui uincunt cæteros longo interuallo copia bonorum, parère rationi, ac quod iuſſerit efficere Freti namque ubertate exuperantiaque illa bonorum, confidunt ſe facile omnia perfecturos. quare totos ſe dant rebus illis gerendis, ad quas impellit ipſos tam præſtans eximiaque fortuna. In ſignificandis autem hominibus, qui præter modum ornati ſunt huiuſcemodi bonis, appellat hominem ſupra cæteros omnes, quotidianumque uſum, formoſum, aut ualidum, aut nobilem, aut diuitem: ſine, inquit, contrarios his, id eſt mendiciſsimum, infirmiſsimum ac uacuum penitus ab honore, ignominiæq; plenum. hi enim, inquit, omnes induci non poſſunt, ut ſequantur rationem, quodque præceperit illa, gerant.

Fiunt enim hi.) Cauſam affert eius, quod dixit: undeque naſcatur docet, ut neutri pateant rationi, ſed perſtent in ſuis uitijs: quæ tamen, ut apponit, contraria inter ſe ſunt. Primùm igitur loquens de his, qui nimia copia bonorum, aut corporis aut externorum corrumpuntur, inquit: euadunt enim hi contumelioſi & tales, ut potius labantur ac peccent in grauibus culpis, quàm tenuibus. deinde inquit, de contrarijs, qui ſpoliati ſunt ſuperioribus bonis, ipſos eſſe callidos ac ualde deditos culpis puſillis, & admodum quidem minutis. Neque enim ipſis animum addunt aut uires corporis, aut diuitiæ, aut cætera bona, quæ parum prudentes impellunt ad iniurias: confidunt enim ſe omnia facile ope illorum adepturos. quare magno animo ipſa aggrediuntur. Addit autem, quæ concludunt totam rationem: diuidit enim delicta improbaq; facta: partimq; ipſorum naſci ait à contumelia, partim autem à malitia.

Amplius autem hi.) Hoc eſt ſecundum argumentum, quo idem confirmat: id eſt, duo hæc contraria inter ſe genera ciuium non eſſe utilia reipublicæ: neque enim ſuſtinere aut nolunt aut poſſunt munera publica. Appellat autem duo quædam, quæ cùm illi à ſe reijcerent, declarabant hoc de ipſis aperte dici poſſe. inquit igitur, ipſos minimè ſolitos eſſe præfecturam gerere ſiue tribuum ſiue ſenatus. Unde intelligitur, eos ita ſe gerere, ut noceant ciuitati qui enim has curas declinat, non fungitur officio boni ciuis, uel potius conſuetudinem malam inducit ut odij laborum omnem, unde reſp. iuuetur. Creabatur autem Athenis magiſtratus, qui φύλαρχοι appellantur. & item alter, qui βούλαρχοι. quod officium eſſet φυλαρχῶν. ſignificauit Harpocration ſuo in Lexico, qui etiam citat Ariſtotelem teſtem notionis eius nominis: id enim tradiderat, cùm ſcriberet inſtituta reip. Athenienſium. φύλαρχον igitur fuiſſe dici eum, qui è ſingulis tribubus imperium habet in equites illius tribus, qui tamen parèret uocato ἱππάρχῳ. Hunc uerò fuiſſe puto eum, qui præfectus erat equitum cunctarum ſimul tribuum. Non tamen omittere uolo, quin admoneam, in quibuſdam libris ſcriptis legi φιλαρχῶσι, quod non probo, etſi lectionem hanc, expreſſam à uetere tralatione, ſequitur D. Thomas: nec nõ Sepulueda, qui uertit, Minimè ſtudēt imperijs. Non tamen autem præterea arbitror, quia, ut in poſteriore iuncta uoce prior pars ipſius oſtendit partē ciuitatis, id eſt βουλὴν ita etiam in priore eadem idem facere debuit, non amorem imperandi ſignificare.

Additur hic.) Hoc tertium eſt argumentum, quo idem conſtituit, extremos ſcilicet non eſſe utiles reip. ciues. inquit igitur: Additur ijs argumentis, quod, qui nimiam bonorum copiam nacti ſunt, uincuntq; ſine modo ullo poſſeſsione ipſorum cæteros, non inducent unquam in animum parère alicui: neque etiam, ſi uellent, facile poſſent, non tamē hoc uitium ipſorum ſubitum eſt. Nam à teneris annis domi moribus hiſ fuère imbuti cuius deprauati ingenij ipſorum, peſſimeque inſtituti ſignum ſatis certum oſtendit. inquit enim, illorum animos tam teneros & molles ſemper extitiſſe, ut ne pueri quidem, cùm literas diſcerent, cæteraſq; ingenuas artes, aſſueti fuerint dicto audientes eſſe magiſtris. Nominauit autem bona, quæ intelligeret: illa autem ſunt uires corporis, diuitiæ, amici, cæteraq; huiuſcemodi, quib. bonis inuoluuntur, qui perperam utuntur. nam extera bona, ac uera quidem, ſomniaqua bona, quorum bonorum nimiā exuperantiaque non eſt, ut oſtat. Cùm autem ἐν τοῖς διδασκαλείοις libri excuſi hic habeant, in calamo exaratis pluribus ſcriptum oſtendi, ἐν τοῖς διδασκάλοις: quam etiam lectionem ſequitur uetus tralatio. Arbitror autem, ſi culpa librariorum hoc commiſſum non ſuit, eſſe loquendi modum proprium Atticorum: & ſanè huiuſcemodi quiddam ualere uidetur locus hic Xenophontis e libello, quem ſcripſit de rep. Lacedæmoniorum. ubi enim loquitur de more cæterarū ciuitatum in pueris inſtituendis, uſus eſt his uerbis [illegible]. Plutarchus tamen in eadam re ſignificanda uſurpauit uocem, quæ hic in excuſis legitur. hæc enim uerba ipſius ſunt de M. Cicerone puero, quem narrat cæteris omnibus eiuſdē ætatis ingenij gloria præſtitiſſe: [illegible].

Qui autem maiorem.) Oſtendit, eos iſtis contrarij ſuperiorum, ita affines ſiot, ut nequeant ſuſtinere munus ciuium. Illi autem ſunt, qui maiorem in modum pauperes ſunt, & penuria omnium rerum laborant. Dicit igitur, eos ualde humiles eſſe, atque abiecto admodum animo: ſtatimq; concludit, quod & hac & priore ratione demonſtratum fuit, cepe cena quæ probauit, & quaſi eijciens ambos illos, è regione poſitos, e numero ciuium. Ita autem agit, primùm loquens de proximis: Quapropter hi quidem imperium tenere ac regere alios non didicerunt, ſed apti tantùm ſunt ad imperia tolerandam: & ea quidem dura, & quæ magis conueniant ſeruis hominibus, quàm liberis. Poſt hæc tranſiens ad alteros illos, inquit: Ili uerò non patiuntur imperij ullum genus, quamuis ciuile & honeſtum: ſed ſolum imperium habere uolunt, atque id quidem crule & iniuſtum. neque enim illi regendi ſunt liberi, ſed frenandi & coercendi ſerui.

Efficitur igitur.) Cum oſtenderit quales ſunt extremi, docuerit que hos eſſe ſeruos, alteros uerò dominos, elicit inde ciuitatem, quæ conſtet ex ipſis, non eſſe ueram ciuitatem, ſed conuentum potius quendam ſeruorum atque erorū, & non, ut requirebatur, liberorum hominum. Magis autem aperire uolens ingenium amborum, id eſt ualde pauperū & ualde locupletum, addit. Et horum quidem inuidentiam, intelligens inopes atque egenos. Horum namque proprium eſt inuidere locupletibus, horum autem contemnentium: deſpiciunt enim ſpoliatos patrimonio, qui amplum illud & opimum habent. In primis enim admirantur diuitias, ac ſummum bonum ipſas ducunt: qui moras, inquit, ualde alieni ſunt ab amicitia ciuilique communione. Probat uerò hoc, dicens: Communio namque familiaritaſque parit amicitiam, tuetorque ipſam: inimicorum uerò natura eſt talis, ut nolint unquam, ne in uia quidem, publicoque itinere congredi.

Requirit enim.) Cùm aperuerit, qui minimè materia ſunt accōmodata ciuitati: docet contrà, quomodo facti ſint homines, ex quib. ipſa facile conſtituitur. Inquit igitur, eos æquales pareſq; eſſe debere: & hoc ſanè poſtulare affirmat eam naturamq; ciuitatis. Verum, quia intelligebat arduum eſſe cogere multitudinem mortalium (ex paucis namque ciuitas non conſtat) ſimilium omnino inter ſe & æqualium, adiunxit Quàm maximè fieri hoc & obtineri poteſt. neque enim neceſſaria eſt plena atque integra æqualitas. ſequitur autem: Hoc autem maxime reperitur exiſtitque in medijs, id eſt in interiectis inter extremos.

Quapropter neceſſe eſt.) Hæc eſt concluſio totius rationis. Quare, inquit, neceſſe eſt, optimè gubernari ciuitatem hanc, quæ conſtat ex his ciuibus, ex quibus affirmamus natura coagmentari ciuitatem. Nam quæ conſtituuntur ex illis extremis, non uideo tuc natura, & ut ratio ciuitatis poſtulat, conformari. quin tamen aliquæ illius generis inueniantur, dubium non eſt.

Et conſeruantur.) Monſtrat aliud non paruum bonum huius loci atque ordinis ciuium, quod ſalui diu incolumeſque ſunt: id quod uſu non uenit extremis illis. loquitur autem de periculis domeſticis, & quæ ſibi inuicem in urbe creant. unde autem hoc fiat ducet. Cauſa enim eſt, quod neque ipſi appetunt rem alienam, ut pauperes faciūt, qui ſemper inhiant

hiane

hiant fortunis locupletum, flagrantque deſiderio diripiendarum illarum neque etiam habent illos, qui auidè res ipſorum cupiant, ut contingit diuitibus, quorum patrimonium ſitiunt pauperes. Quare inquit, cùm inſidiatores non habeant, neque ipſi ſtruant inſidias alijs, ſine periculo uiuunt. impendent autē pericula non parua ambobus illis: quibus enim imminent inſidiatores, uicinum magnum malum habent: neque etiam ſine periculo eorum, qui inſidiantur, poſſunt fortunæ patrimoniaque aliena diripi.

Qua de cauſa.) Probat Phocylidem, iudiciumque ipſius commendat, qui in libro, in quo collegit multa præcepta utilia uitæ, cùm confirmaret, fortunas mediocres in primis eſſe expetendas, ita de ſe locutus eſt: optauitque, ut unus aliquis foret eorum hominum, qui in ciuitate medij ſunt & interiecti inter extremos. Neque tamen hoc ille tantum protulit de illis, qui modicam rem haberent, uerum etiam (ut opinor) intellexit quoque eos, qui cæteris in rebus medium locum tenerent, ut in honoribus. Nam qui uincunt cæteros longo interuallo dignitate, non poſſunt non inuidos habere: & eodem pacto expetendum eſſe dignitatis, & nullum gradum honoris nactum eſſe in ciuitate, cauſa eſt, ut deſpiciare, & omnibus ludibrio ſis. Citauit hunc hexametrum Phocylidis Alexander quoque in commentarijs in Topica Ariſtotelis iterum. in III. uerò libro poſt ipſum addidit, confirmare iudicium Phocylidis ſententiam Euripidis, quam affinxit Agamemnoni, laudanti obſcurum hominem ſeu cæmque, qui inglorius ad extremam illam ætatem peruenerat: tùm idem diceret, oſtentum, qui honorem ſectarentur, minus beatam eſſe. Locus eſt ſatis notus, & à M. etiam Cicerone expreſſus: ut tamen ego puto ſententiam parem eſſe. nam Phocylides mediam uitæ conditionem probauit, non eam, quæ uacua penitus eſt ab honore ac gloria: ut fecit rex ille regum, tædio dignitatis ſuæ, quæ ſecum ferebat multas graues moleſtias & dolores acerbos.

Planum igitur.) Conſtituit iam, quod uoluit. ut autem rem magis illuſtret, declarat, quod confectum eſt. Non reſtare igitur dubium, inquit, quin optima communio ciuilis ſit, quæ conſtat ex medijs ciuibus, politiſque inter extremos: & profectò addit cōtingere, ut ciuitates, quæ tales ſunt, bene regantur, rectumque curſum conficiant in omnibus ſuis conſilijs ac factis. Quas autem intelligat, eum tales ipſa uocauit, interpretans, inquit In quibus, inquam, pars media copioſa eſt ac melior ualidiorque, maximè quidem ambabus reliquis partibus, id eſt, ſi fieri hoc & obtineri poteſt: ſin autem alterutra illarum partium ſeparata. Reddens uerò rationem ſuæ ſententiæ, ait Cùm hæc acceſſerit illis, adiunctaque fuerit alteri ipſarum, auget eam, efficitque ut firmior ſit. Vtitur autem politus ſcriptor orbis ſumtis à libra: quod enim impoſitum eſt in alteram lancem, facit ut ea magis deorſum feratur. Explicat tamen ſtatim, ſi quid inuolutum in hoc ſermone fuit, dicens: Et non ſinit, ut fiant partes illæ contrariæ firmioris, magiſque ualet. Moderator enim ita ipſis, & ad medium retrahit, permiſcēs ſe cum ea: quæ, niſi remedium hoc adhibitum eſſet, præter modum creuiſſet, atque ita parti contrariæ nimis moleſta ac periculoſa fuiſſet. Exempli cauſa, diuites, niſi medij forēt, qui cùm ſe adplicarent ad illos, temperant aliquo modo ipſos: nec patiuntur ordinem illum præter modū uigere, periculoſi forent pauperibus, ac remp. corrumperent. Poſſunt autem non ſine cauſa ſe cum ipſis coniungere: neque enim diſpares omnino ſunt diſſimileſque diuitibus, ut pauperes. Eodem pacto remp. iuuant, ſi fortè metus eſt, ne pauperes ualidiores fiant. cùm enim acceſſerint ad eos, facuunt ne intelligantur eſſe tales: intercedit enim ſimilitudo aliqua inter hos & illos, cùm & ipſi, etſi locupletes non ſunt, non tamen tam exile tenueque, ut pauperes, patrimonium habent. Eadem aliquo modo uidetur ratio fuiſſe Solonis, cùm lege ſanxit, ne in ſeditione ciuitatis liceret alicui expertem eſſe diſcordiæ publicæ: ſed uoluit, ut ad alterutrā partem ſe ciuis omnis adplicaret. quod conſilium ſapientis uiri primò abſurdum ſine cauſa uiſum eſt.

Quapropter felicitas.) Hoc corollarium eſt, quod elicitur ex ijs, quæ tradita ſunt. inquit enim: Quapropter felicites maxima eſt, ciues mediocres fortunas habere, & quæ non ſuperſint: neque etiam minores quàm oporteat, ſint. Cui enim ciuitati id contingit, ſperare inde poteſt utilitates mirificas, in primiſque ſtatum reip. futurum & bonum & diuturnum. Ipſe autem cō-firmat, quod dixit, aperiens uitia, quæ manant è republica, in qua extremi illi dominantur. Vbi enim, inquit, hi ualde multa poſſident, hi uerò contrà nihil: illic ſiue popularis ſtatus, poſtremum genus exiſtit: ſiue dominatus paucorum merus, ac minimè temperatus cum alio quopiam ſtatu ciuitatis. ſiue etiam tyrannis, quę naſcatur propter contrarias illas exuperantias. Ipſa uerò interpretatur, quid intelligat hoc nomine, ſimulque uerum eſſe quod dixit, probat. inquit enim E ſtatu nemq; multitudinis, omnis ſoluto ac licentiæ pleno, exoritur tyrannis, nec non eadem ex dominatu paucorum: è medijs uerò, & qui propinqui ſibi ipſis ſint, re familiari ſcilicet, id eſt æqualibus, multò rarius & infrequentius. Huius autem addit, res cauſam afferemus infrà, quo loco de immutationibus rerump. diſputabimus. Quod uerò *νεανικωτάτην* popularem remp. uocauit, cùm nimium ſtatum eum & omnis ferocem oſtendere uellet: planum eſt, uocem illam ſignificare maximè iuuenilem & inſolentem: tales enim ſunt mores iuuenum. Sed Demoſthenes quoque *νεανικὰς δωρεάς* dixit.

Mediam autem optimam.) Confirmat argumentis, doctis à conſequentibus, rempublicam, quæ conſtat ex medijs, optimā eſſe. Primum autem huius rei ſignum eſt, quòd ſola ipſa omnium rerumpublicarum maximè expers eſt ſeditionum inteſtinorumque malorum. quod ratione ipſi contingere declarat, dicens: In ciuitate ille, in qua magna & copioſa eſt pars media, minimè ſolere eſſe ſeditiones ac diuiſiones rerumpublicarum.

Et magna ciuitates.) Si quis (inquit) uidens ciuitates magnas magis expertes ſeditionum eſſe, quàm paruas aut etiam mediocres, neſcit tamen idem unde unde id exiſtat: is ſciat, prouenire hoc ab eadem cauſa, quia inquit, in ipſis, quod medium eſt & interiectum inter extrema illa, multum eſt. non enim proclive eſt, ingentem numerum ciuiū inquinari, & contagionibus deprauari. Contrà autem addit, in paruis ciuitatibus paruus labor eſt, diuidere in duas partes uniuerſos, id eſt extremos illos, ualde inquam diuites ac uehementer pauperes: atque id ita fieri, ut nullum ueſtigium mediorū reſtet, ſed omnes fermè illie egeni aut copioſi ſint.

Atq. reſpub.) Idem conſtituit alio argumento, quod eſt, reſpublicas, quæ ſunt in poteſtate multitudinis, firmiores ac diuturniores eſſe, quàm illæ ſint, in quibus diuites dominantur, ſtudio & opera mediorum. Cuius rei cauſas duas affert: quarū prior eſt, numerus eorum multo maior: altera uerò, quia ipſi magis participes ſunt honorum in ea, quam in dominatu illo paucorum, in quo expertes imperij ſunt, & ab omni ferè gradu dignitatis deiecti. quare magis diligunt ipſam, ſtudentq; manere. adiungit autem: Quando uerò neque ſine his, medijs ſcilicet, egeni numero ſuperauerint longo interuallo cæteros, malè agitur in illis ciuitatibus, & breui tempore reſp. interit.

Notam huius decet.) Nouum argumentum, quod idem declarat, & ipſum doctum à conſequentibus. quare propriè ſignum appellat. Inquit igitur, oſtendere quoque rempublicam, quæ conſtat ex medijs, optimam eſſe, quòd optimi legum ſcriptores extitēre ex hoc genere hominum. nominat autem Solonem, Lycurgum, Charondam. Adiungit etiam alios, qui tantam prudentia cæteris præſtiterunt, ut potuerint operam nauare in hac tanti momenti re, aut patriæ aut alij cuipiam ciuitati ac genti. fuiſſe itidem medios homines, ſi fortunas eorum ſpectes. Cùm igitur hic ordo ac locus in ciuitate gignat tam excellētes uiros, ac tantopere utiles humano generi: non poteſt dubitari, quin ciuitas, quæ ab his regitur, optimè gubernetur. Probare uerò uolens, Solonem ortum ex hoc genere hominū: utitur teſtimonio ipſius, qui hoc memoriæ prodidit ſuis in carminibus. ſcripſit enim elegias Solon, laudemque aliquam conſecutus eſt in pangendo eius generis poemate. De Lycurgo uerò idem teſtificari ſtudens, inquit, declarare hoc, quod non adeptus eſt ſummum locum in ciuitate, rexq; Lacedæmoniorum creatus. Plutarchus tamen, etſi omnia incerta eſſe fatetur de Lycurgo initio uitæ ipſius, quam ſcripſit: tot ſa tamen auctores ſecutus, quos magis fideles putauit, tradit patrem Lycurgi regnaſſe Lacedæmone, regnumque reliquiſſe maiori filio, è duobus, quos genuit. Quo mortuo gradum illum honoris narrat nactum fuiſſe Lycurgum: qui tamen cùm cognouiſſet fratris mortui uxorem prægnantem relictam, ut tutor fratris filij, qui ex eo partu natus eſt, ad certum tempus regnum adminiſtrauit. Alios igitur auctores oulterbie, cùm longè alia de ipſo commemorarit, ſecutus totalligitur. Charondæ locum eundem nullo argumento conſtituit Ariſtoteles.

Planum autem eſt.) Hoc uim corollarij habet. Cùm enim quærerent multi fruſtra, unde oriatur ut plurimæ ciuitates regantur ſiue à multitudine, ſiue à paucis locupletibus, paucæ autem inueniantur, quæ ſint in poteſtate mediocrium ciuium: uoluit euellere hunc ſcrupulum ex animis ipſorum. inquit igitur: Si quis cognouerit, ea quæ iam dicta ſunt, facile ipſum uidere poſſe cauſam huius rei: quia enim in his ſæpè contingit partem illam mediam puſillam eſſe, duarum extremarum partium utra ualidior erit, ſiue quæ conſtat è diuitibus ſiue quæ è pauperibus, qui ambo diſceſſerunt à medio: ad ſui ordinis lucique

homines ad factionemque propriam remp. trahunt, ſua commoda, non publica ſpectantes. quare inquit ſtatus populi, aut dominatus paucorum in ciuitate conſtituitur.

Additur his.) Additur, inquit, ſuperioribus argumentis hoc, quod eam eandem habet probationem; & ipſum non temerè fieri, quòd multo plures extitere reſpublicæ, in quibus aut dominatur multitudo, aut pauci ualde diuites. Cùm naſcantur publicè ſeditiones & pugnæ etiam inter pauperes ac diuites, qui in his concertationibus ſuperiores ſunt, conſtituunt illi rem publicam, quam ſibi aptam putant: neque attendunt publicum bonum, ſtudentq́ue eam, quæ non ex æquo omnibus prodeſſe poſſit omnibus, ac ſuis etiam à ſe, informare. Victoriæ enim, quam adepti ſunt de inimicis, capiunt præmium, ut rationes ipſorum maiores ſint in ciuitate gubernanda. Hi igitur inquit, id eſt populares, ſi uicerint, ſtatum ſingnoe augmentantq́ue uiſa nominatum: illi autem, id eſt, diuites, dominatum paucorum. nolunt enim retinere poteſtatem illam legibus, quam armis adepti ſunt.

Præterea populorum.) Adfert aliam cauſam, cur ſit admodum infrequens, quæ ſit reſp. media. Id enim factum eſſe in non paucis ciuitatibus affirmat: quia, qui conſtituerunt eas, non uoluerunt, ſua quædam commoda ſecuti, non ſpectantes utilitates earum gentium. Significat autem, non ſingulares aliquos præpotentes uiros: ſed populos, qui imperio potiti ſunt, id eſt Athenienſes & Lacedæmonios. Hoc enim multis locis auctores rerum memoriæ prodiderunt, Athenienſes in illis ciuitatibus, quæ ſuæ ditionis erant: quia ipſi domi populari rep. utebantur, inſtituiſſe, ut & illæ in multitudinis poteſtate eſſent. Contrà autem Lacones, ſi fortè illas occupaſſent, diſſoluebant ſtatus eos, & in manus paucorum tradebant. denique omnes ciuitates, quæ parebant ipſis, cùm emarent dominatus illos, uolebant in manu eſſe paucorum. Notum autem eſt, quodà tempore imperium Græciæ obtinuiſſe Athenienſes, alio autem Lacedæmonios.

Quare propter has.) Cùm cauſas, quas putauit eſſe huius rei, omnes explicaſſet: id quod teſtatur, traditq́, inde factum eſſe, ut ſit nunquam extiterit reſp. media, & in qua bonum publicum fuerit omnium eorum, qui ipſas conſtituerunt, ſiue raro admodum & apud paucos. Se uerò quod dicit, uerè prædicaſſe oſtendens: adiungit, unum tantum extitiſſe uirum ex omni numero hominum, qui ſummam poteſtatem habuerunt ſumma quidem illum laude dignum, qui relictis proprijs utilitatibus, in animum induxerit, hunc, de quo loquitur, ſtatum reip. in ea ciuitate, in qua imperium habuit, atque ipſi demum toto pectore conſulere. Nam ſupra noſtrum auctorem populos intellexiſſe, non certos quoſdam mortales, perſpicitur etiam: quia nunc, cùm unum ſingularemq́ue hominem ſignificet, uirum appellat. Cùm uerò nomen ipſius non ponat, arbitror Ariſtotelem intelligere Cliſthenem Athenienſem, quem alijs locis laudat. ille namque conſtituit ueterem remp. Athenienſium, maritò probatam, & quæ ad ſtatum optimorum uergebant, quamuis in ea poteſtatem non paruam haberet multitudo. Eiuſdem uerò animi extitiſſe Dionem illum Syracuſanum, conſtat: qui cùm ſtatum multitudinis non amaret, ipſum tamen anteponendum tyrannidi cenſebat. nec ſugiendum illis, qui tamen integram quam ariſtocratiam conſequi non potuiſſent: cuius illa fingendæ deſiderio inflammatus, cùm fruſtra omnia expertus eſſet, ſuſpectus iam popularibus, uitam inſidijs amiſit. Cùm M. Cicero L. Lucullum ornaret in procemio libri Academicorū, quem ad eum miſit, hoc etiam ipſi laudi dedit. Commemorat enim, eum, cùm prouinciam Aſiam regeret, ſummo conſilio huiuſcemodi multas illic reſp. conſtituiſſe.

Iam autem in ciuitatibus.) Cùm loquutus eſſet de principibus ciuitatum, & qui plurimum auctoritatis in ipſis haberent, quorum culpa non temperantur ciuitates, nec medij qui meliores ſunt, clauum reip. tenent: nunc aperit, quid ſentiat de multitudine reliqua & quaſi plebe accuſatq́ue ipſam, quia non ſtudeat quidem operam mediamq́ue remp. obtinere: nec illius, ut debebat, perſequendæ ſtudioſa ſit, ſed potius ob malam conſuetudinem, quæ inuaſit in ciuitates, ut iam ætati ſuæ temporibus, det operam, ut aut iniuſtè dominetur, aut, ſi uicta & ſubacta fuerit, toleret dominatum unius ſiue paucorum. Queritur igitur non ſolùm doctiſſimus, ſed etiam uir optimus, de moribus ſui temporis, uelletq́ue ipſius emendari. Et ſanè hic locus ſimilis ualde eſt illi Liuiano, cùm hiſtoricus ille, de natura plebis loquens, dicit de ipſa. Aut humiliter ſeruit, aut ſuperbè dominetur. Οἱ ἐν ταῖς πόλεσι uocati ſunt, ut iam admonui, corpus ciuitatis, & qui ipſam componunt, acceptis tantùm illis, qui excellunt inter reliquos, uel omnis populus unà cum principibus ipſis, & qui opibus & conſilio præſtent. Ζητεῖν ſine ulla dubitatione hic ualet, eniti & operam dare. Nec tamen igitur, eos nullam parcere, ut imperium obtineant & dominentur: quo ſi uicti ſi deiecti fuerint, ac potius ipſi in poteſtatem aduerſariorum uenerint, adiungit ipſos iniuſtum iugum facilè perpeti. Poſt hunc locum, breui colligens, quæ modò egerit, tradit ſe docuiſſe, quæ optima reſp. eſſet: idq́; è ſuperiore diſputatione ſatis apertum eſſe.

Cæterarum autem rerump.) Cùm demonſtrarit nobis, quæ optima reſp. eſt, anteponiq́ue cæteris meritò debet: nùc, quæ ſecundum ac tertium gradum bonitatis obtineat, deincepſq́, reliquos nobis indicat. Nam non extare unam tantùm rempublicam, ſed plures & ſingulorum etiam generum ſpecies uarias, teſtatur quod multò antè declarauit, ac uerum eſſe docuit, repetit tamen nunc. hæ autem ut numero diſcrepant, ita etiā uitijs ac uirtutibus diſſimiles inter ſe ſunt. Non dubitari igitur poſſe de hoc affirmat, cùm quæ optima ſit, iam declararit. erit namque nobis illa tanquam norma quædam huius rei, cum quæ proximè ad illam accedit, optima ſit: peſſima autem, quæ magis ab eadem recedit, eam rationem ſequantur etiam reliquæ. Semper igitur hoc uerum certumq́ue eſſe affirmat, niſi aliquis non ſimpliciter talem, ſed magis aptam accommodatamq́; aliquibus requirat: & denique æſtimare ipſam uelit, ut cōgruit ipſa illis, nō ut ſua ui naturaq́ue eſt.

Dico autem ad.) Dico dixiſſet, πρὸς ὑπόθεσιν, id eſt referre iudicium de ipſa, non ad ueritatem, ſed quaſi terminum quendam adfixum: aperire uoluit, quid intelligeret illis uerbis: neque tamen ipſe interpretatur (non enim opus erat) ſed ſeorſum ſententiam explicat. Inquit enim, ſe capere illud, quia ſæpè cùm extitit reſp. aliqua ſua ui magis expetenda: nihil tamen prohibet quin quibuſdam alia magis probetur, accommodataq́; magis ſit indoli ipſorum ac moribus. Cùm enim regnum (exempli cauſa) ſit optima ratio regendi ciuitatem, toramq́; aliquam gentem: non accommodatum eſt, conducitq́; populo illi, ubi cuncti pares ſunt, æqualeſq́ue inter ſe animi dotibus ac prudentia.

a οἱ δὲ πανοῦργοι. al. κακοῦργοι, minus rectè. b διὰ πανουργίαν al. κακουργίαν.
c ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις, &c. nam mendoſe quidem lib. uulg. habent, [illegible].
d ὑπὸ τῆς τούτων ὑπεροχῆς deeſt οὐκ [illegible] in lib. uulg. e ᾗ μᾶλλον.
f ἀκρατεῖς [illegible], id eſt incontinentes ſeu impotentes, mendoſe. g Theopompus.

CAPVT XII.

QVæ autē reſpublica quibus, & qualis qualibus conducit, ſequitur quæ tradita ſunt, ut diſſeramus. Sumēdum iam primum de omnibus in uniuerſum, idem. Oportet enim firmiorem eſſe partē ciuitatis, quæ uult rempublicā manere, quàm quæ minimè uult. Conſtat autē omnis ciuitas è quali & quanto. Voco autem quale, libertatem, diuitias, diſciplinam, nobilitatem: quantum uerò, numeri exuperantiā.

ΤΙΣ δὲ πολιτεία τίσι, καὶ ποία συμφέρει ποίοις, ἐχόμενόν ἐστι τῶν εἰρημένων διελθεῖν. ληπτέον δὴ πρῶτον περὶ πασῶν καθόλου, ταυτόν. δεῖ γὰρ κρεῖττον εἶναι τὸ βουλόμενον μέρος τῆς πόλεως, τοῦ μὴ βουλομένου μένειν τὴν πολιτείαν. ἔστι δὲ πᾶσα πόλις ἔκ τε τοῦ ποιοῦ καὶ ποσοῦ. λέγω δὲ ποιὸν μὲν, ἐλευθερίαν, πλοῦτον, παιδείαν, εὐγένειαν· ποσὸν δὲ τὴν τοῦ πλήθους ὑπεροχήν. ἐνδέχε-

QVæ autem reſp. adminiſtrāda forma, quibus & qualis qualibus expediat, conſequēs eſt deinceps ut, quæ dicta ſunt, exponere. Primū igitur quod ide uniuerſe de omnib. uere dicitur, ſumendum eſt. Oportet enim plus ualere eam partem ciuitatis, quæ uult reipub. adminiſtrandæ formam manere, quam quæ non uult. Conſtat autem ciuitas omnis ex quali ſeu qualitate, & quanto ſeu quantitate. Quale dico libertatem, diuitias, diſciplinam, generis ſplendorem ſeu nobilitatem: quantum, multitudinis exſuperantiam.

Contin-

Contingit autem quale adeſſe alij parti ciuitatis, è quibus cõflata eſt ciuitas partibus, alij autẽ parti quãtũ: ueluti plutes numero eſſe, quàm generoſi ſint, ignobiles, uel quã diuites, egenos: non tamen taotùm uincere quanto, quantum inferiotes ſint quali. Quapropter hæc inter ſe ſunt conferenda. Vbi igitur præſtat numerus egenorũ proportione, quæ tradita eſt, hic ſtatus populi natura conſtituitur. Si enim agricolæ præſtant, fit populi ſtatus agricolarum: & ſingulæ ſpecies ſtatus populi pro exuperantia uniuſcuiuſq; populi: ceu ſi numerus agricolarum ualde ſupetarit, prima reſpublica. Si autem ſordidorum opificum & metcenariorum, poſtrema: atq; eodem modo cæteræ, quæ ſunt in medio harum ſitæ. Vbi autem locupletum & notorũ magis pręſtat quali, quàm ſuperatur quãto, hic dominatum paocorum: & dominatus huius eodẽ modo ſingulæ ſpecies pro exuperantia numeri eorũ, qui ita domioantur. Opus autem eſt ſemper, qui ſcribit leges in republica, adſumere medios. Siue enim ſcripſerit leges accommodatas paucorum dominatui, oportet dirigere oculos ad medios: ſiue aptas ſtatui populi, admouere legibus hos. Vbi autem numerus medsorum ſe extulerit ſupra ambos extremos, uel alterum duntaxat: hic contingit rempublicam eſſe ſtabilem. Nõ enim teformidandum eſt, ne aliquando diuites conſentiant cum pauperibus aduerſus hos: neque enim alteri ipſorum ſeruire uolent alijs. Communiorem autem ſi quæſiuerint, nunquam inuenient aliã magis quàm hæc eſt. Per uices aũt imperare nunquã patientur, quia ſibi nõ fidunt. ubicũq; autẽ maxima fide dignus eſt arbiter: arbiter autẽ medius. Quanto aũt melius reſp. temperata fuerit, tanto ſtabilior erit. Peccant autem multi eorũ, qui reſpublicas uergentes ad ſtatũ optimatum, fabricare uolũt: nõ tantũ quia plus tribuũt locupletib. uerũetiã quia decipiont plebẽ. Neceſſe enim eſt, tẽpore aliquãdo è ſimulatis bonis euenire uerũ malũ. Studia enim diuitũ augendi conditionem ſuam, magis perdunt remp. quàm pauperum.

ἐνδέχεται δὲ, τὸ μὲν ποιὸν ὑπάρχειν ἑτέρῳ μέρει τῆς πόλεως, ἐξ ὧν συνέστηκε μερῶν ἡ πόλις, ἄλλῳ δὲ μέρει τὸ ποσόν· οἷον πλείους τὸν ἀριθμὸν εἶναι τῶν γενναίων τοὺς ἀγεννεῖς, ἢ τῶν πλουσίων τοὺς ἀπόρους. μὴ μέντοι τοσοῦτον ὑπερέχειν τῷ ποσῷ, ὅσον λείπεσθαι τῷ ποιῷ. διὸ ταῦτα πρὸς ἄλληλα συγκριτέον. ὅπου μὲν οὖν ὑπερέχει τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος τὴν εἰρημένην ἀναλογίαν, ἐνταῦθα πέφυκεν εἶναι δημοκρατίαν. ὅπερ γὰρ γεωργοὶ ὑπερέχουσι, γίνεται γεωργῶν δημοκρατία. καὶ ἕκαστον εἶδος δημοκρατίας κατὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ δήμου ἑκάστου· οἷον ἐὰν μὲν τὸ τῶν γεωργῶν ὑπερτείνῃ πλῆθος, τὴν πρώτην δημοκρατίαν· ἐὰν δὲ τὸ τῶν βαναύσων καὶ μισθαρνούντων, τὴν τελευταίαν· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας τὰς μεταξὺ τούτων. ὅπου δὲ τὸ τῶν εὐπόρων καὶ γνωρίμων μᾶλλον ὑπερτείνει τῷ ποιῷ, ἢ λείπεται τῷ ποσῷ, ἐνταῦθα δὲ ὀλιγαρχίαν, καὶ τῆς ὀλιγαρχίας τὸν αὐτὸν τρόπον ἕκαστον εἶδος κατὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ὀλιγαρχικοῦ πλήθους. δεῖ δ' ἀεὶ τὸν νομοθέτην ἐν τῇ πολιτείᾳ προσλαμβάνειν τοὺς μέσους. ἄν τε γὰρ ὀλιγαρχικοὺς τοὺς νόμους τιθῇ, στοχάζεσθαι χρὴ τῶν μέσων, ἐάν τε δημοκρατικούς, προσάγεσθαι τοῖς νόμοις τούτους. ὅπου δὲ τὸ τῶν μέσων ὑπερτείνει πλῆθος, ἢ συναμφοτέρων τῶν ἄκρων, ἢ καὶ θατέρου μόνον, ἐνταῦθ' ἐνδέχεται πολιτείαν εἶναι μόνιμον. οὐδὲν γὰρ φοβερὸν, μή ποτε συμφωνήσωσιν οἱ πλούσιοι τοῖς πένησιν ἐπὶ τούτους. οὐδέποτε γὰρ ἅτεροι βουλήσονται δουλεύειν τοῖς ἑτέροις. κοινοτέραν δ' ἂν ζητῶσιν, οὐδεμίαν εὑρήσουσιν ἄλλην ταύτης. ἐν μέρει γὰρ ἄρχειν οὐκ ἂν ὑπομείναιεν, διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους. πανταχοῦ δὲ πιστότατος ὁ διαιτητής· διαιτητὴς δ' ὁ μέσος. ὅσῳ δ' ἂν ἄμεινον ἡ πολιτεία μιχθῇ, τοσούτῳ μονιμωτέρα. διαμαρτάνουσι δὲ πολλοὶ καὶ τῶν τὰς ἀριστοκρατικὰς βουλομένων ποιεῖν πολιτείας, οὐ μόνον ἐν τῷ πλεῖον νέμειν τοῖς εὐπόροις, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρακρούεσθαι τὸν δῆμον. ἀνάγκη γὰρ χρόνῳ ποτὲ ἐκ τῶν ψευδῶν ἀγαθῶν ἀληθὲς συμβῆναι κακόν. αἱ γὰρ πλεονεξίαι τῶν πλουσίων ἀπολλύουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν, ἢ αἱ τοῦ δήμου.

*Contingere autem poteſt, ut earum partium, ex quibus conſtat ciuitas, parti alteri adiunctum ſit quale: alteri quantum (uerbi gratia) ut plures numero ſint homines obſcuro & humili loco nati, quam generoſi: aut plures egentes, quam locupletes: non tam ſuperent quanto tamen, quam ſuperentur quali. Quapropter hac ſunt inter ſe comparanda. Vbi igitur egentium multitudo alteram partem ſuperat ea proportione, quam diximus, hic democratia oriri ſolet natura. Nam ſiquidem agricolæ numero ſuperent, fit agricolarum democratia: & unumquodque genus democratiæ pro cuiuſque populi exſuperantia. uerbi gratia, ſi agricolarum ſuperet multitudo, prima exſiſtit democratia: ſin artificum ſordidorum & mercenariorum, poſtrema: ſimiliterq́ue aliæ inter has interiectæ. Vbi uerò locupletium & nobilium multitudo magis ſuperat quali, quàm ſuperatur quãto: hic naſcitur oligarchia, & eodem modo unumquodque oligarchiæ genus, pro exſuperantia multitudinis oligarchiæ conuenientis. Oportet porrò latorem legis ſemper in reip. adminiſtratione medios aſſumere. Nam ſiue leges oligarchiæ conuenientes ferat, ad medios leges dirigere debet: ſiue democratiæ congruentes, his legibus adiungendi ſunt. Vbi uerò mediorum multitudo ſuperat aut utroſque extremos, aut alterutrum tantum: hic fieri poteſt, ut reipubl. adminiſtrandæ forma ſit firma & ſtabilis. Non eſt enim metuendum, ne unquam diuites cum pauperibus in hos conſentiant & conſpirent. nam nunquam alteri alteris ſeruire uolẽt. Quòd ſi communiorem reipub. adminiſtrationem quærant, nullam aliam reperient hac communiorem. Nam uiciſſim præeſſe atque imperare non facilè inducant animum propter diffidentiam, quæ inter eos intercedit. Vbique gentium autem arbiter honorarius, fidiſſimus eſt: at medius, arbiter honorarius eſt. Quanto autem melius reip. adminiſtratio mixta & temperata fuerit, tanto firmior & diuturnior eſt. Vehementer autem errant multi etiam ex ijs, qui reipub. adminiſtrandæ formas ariſtocraticas efficere uolunt: non eo ſolum, quod plus tribuant locupletibus, quàm oporteat, * uerùm etiam quòd fallaciter populi uires frangant, atque euertant. Neceſſe enim eſt, temporis progreſſu aliquando ex falſis bonis naſci uerum malum. Nam immoderatæ atque iniuſtæ diuitum opes reipub. adminiſtrationem perdunt potius, quam populi.*

COMMENTARIVS.

Quæ autem reſpublica.) Cùm oſtenderit, quod pollicitus fuerat, quæ reſp. optima eſt plurimis ciuitatibus, aptaque præter cæteras ad illas inſtituendas: nunc ſuſceptum ordinem huius diſciplinæ requirere id affirmans, dicit ſe tradere uelle, quæ reſpublica quibus mortalibus conueniat, qualisq́, ac quomodo ornata, qualibus itidem hominibus. Sed tamen, antequam hoc explicare aggrediatur, affirmat, oportere ſumere de omnibus in uniuerſum unum atque idem. Neque enim, quod ſtatim expromit, idoneum eſt ad unam tantum aut alteram expoliendam: ſed eodem tenore ad cunctas informandas, & à periculo interituque reuocandas. Eſt autem illud, ut adiungit, oportere partem ciuitatis, quæ delectatur illa republica, uult eq́ue ipſam ſaluam, meliorem firmioremq́; eſſe ea, quæ eandem non amat, neque cupit manere. Si namque contrà ſe res haberet, non poſſet diuturna eſſe, neque ſtatum ſuum tueri contra inſidias ac pericula, quæ cotidie crearet illi pars inimica ciuitatis.

Conſtat autem.) Hoc alterum eſt, quod ſibi ſumendum putauit, antequam inciperet explicare, quæ tradenda propoſuerat. Affirmat igitur, conſtare ciuitatem omnem ex quali & quanto: quod, cùm ipſi obſcurius & nimis conciſè dictum uideretur, aperuit ſenſum ſuum ac declarauit, quid intelligeret uerbis his. inquit igitur, ſtatim ſe nomine illo Quale, ſignificare libertatem, diuitias, diſciplinam, nobilitatem. quæ igitur ciuitas diſcrepat ab alia in una quapiam harum rerum, diſpar ipſi eſt aut in diuitijs, aut in diſciplina, quæ illic probatur, aut in alio quopiam eorum bonorũ, quæ nominauit, aut in pluribus. Quantum autem ſe uocare dicit exuperantiam multitudinis, cùm ſcilicet pars aliqua ciuitatis uincit aliam numero, quia plures illic ciues illius generis ſint. Cum ciuitatem omnem quali & quanto conſtare hic dicat, expoſuit diligenter, quomodo accipi uellet hæc duo nomina. Notum autem eſt, in ratione quoque diſſerendi ipſa uſurpari: ſed longè aliud illic oſtendere, aut ſaltem alterum ipſorum. Cum enim duo ſint, quibus propoſitio categorica uocata, definitur, ποιὸν & ποσὸν: prius horum uslet affirmationem & negationem, poſterius uerò propoſitionem eſſe declarat uniuerſalem, ſiue particolarem, ſiue indefinitam. quibus terminis uſus eſt Ariſtoteles ipſe in priore libro Priorum analyticorum, cùm propoſitionum qualitatem & quantitatem ſignificare uellet.

Contingit autem.) Uſu uenire dicit aliquando, uel potius ſæpè, ut, quod appellauit quale, ſit in una parte ciuitatis, in alia uerò quantum. Quod etiam, ut ſuperius, quid ualeat, & quomodo accipi uelit, docuit, dicẽs: Ceu ſi plures numero fuerint, quàm nobiles & claro genere nati ſint, ignobiles & obſcuri: aut etiam pauperes diuitibus, qui tamen non tantum uincant ſuperentq́; illos quanto, quantum uincantur inferiureſq́ue ipſis quali: id eſt, ut qui ſuperant numero diuites egeni, non tam ſuperent ipſos numero, quàm ſuperentur diuitijs. Quare inquit, hæc ſunt inter ſe diligenter conferenda, ut ſtatuatur, cui parti cõmittenda ſit reſpublica. eſt enim tradanda in manus firmiorum ualidiorumq́ue, aliter non poſſet à periculo abeſſe: quod ſemper, ſi aliter fieret, ipſi impenderet à parte robuſtiore.

Vbi igitur præſtat.) Incipit aperire, quæ reſpublica quibus congruat, & quomodo informata, quo pacto inſtructis uita & moribus quadret. Primum autem docet, quibus conueniat popularis ſtatus. inquit igitur: Vbi exuperat multitudo egenorum proportione ea, quę ſuprà indicata eſt. Intelligit autem, ut magis uincat aduerſarios numero, quàm uincatur ab illis diuitijs aut uirtute: ubi inquam hoc exiſtit, illic natura datum eſt, ut conſtituatur ſtatus multitudinis: ac niſi aliquis ab eo, quod requiritur diſcedat, non poteſt aliam remp. eò comportare. nec ſolùm debet, qui hanc curam ſuſcipit, hoc cuſtodire, uerum etiam uidere conditionem multitudinis illius. Vt enim diuerſæ ſunt fortunæ uitæq́; plebis, ita etiam diuerſæ ſunt diſcrepantesq́ue inter ſe non parum reſpublicæ rectæ à multitudine. Vnaquæque igitur conditio multitudinis poſtulat eum ſtatum, qui ipſi congruit. ipſe quoque accuratè explicat ſenſum horum uerborum, inquit enim: Ceu ſi multitudo agricolarum longo interuallo ſuperauerit: quia ſcilicet agricolæ genus hominum ſunt probum, & quod multo ſuo labore quæſtum facit iuſtum, erit illis apta prima meliorq́; ſpecies ſtatus popularis. Si uerò, addit, populus ille conſtabit ex opificibus minutis ſordidisque, ſiue ex hominibus, operam ſuam mercede locantibus, erit poſtremus deterrimusq́ue ſtatus multitudinis. Eodem pacto adiungit ſe res habebit in illis rebuſpublicis, quæ mediæ ſunt & interiectæ inter has. Quòd uerò tam bene exiſtimat de ruſticis hominibus, ratione id facit: intelligit autem, qui ſuos agros colunt, non qui operam ſuam & quaſi uitam locãt dominis agrorum, parte fructuum recepta: quales plerunque noſtri coloni ſunt. Euripides quoque in ſua Electra ipſos laudauit, tradens eum, cum quo collocata fuerat in matrimonium regia illa uirgo ab impura matre, cùm facinus egregium feciſſet: unum fuiſſe à genere eorum mortalium, qui rarò urbem forumq́ue uiſunt, aſsiduiq́; manẽt in glebis ſubigendis. unde ſolos illos addidit, ſalutem dare telluri.

Vbi autem locupletum.) Declarat, quibus conueniat dominatus paucorum, & ubi plerunque illa conſtituitur. inquit autem: Vbi uerò locupletũ & nobilium grex numerusq́ue magis ſuperat reliquos, qui egeni ſunt atque obſcuri quali, id eſt diuitijs ac ſplendore ſanguinis, quàm uincatur ab illis quanto, id eſt numero: hic dominatum paucorum rectum eſt inſtituere, quadrasq́ue maximè hic ſtatus eo loco. Verùm quia plures ſunt, & non una tantùm dominationes paucorum attendendam dicit, exuperantiam illam in amplitudine patrimonij claritateque ſtirpis, quãta ſit, quantoq́; interuallo uincat numerum cęterorum ciuium collatum cum ipſis: atque ita ſingulæ ſpecies dominationis huius ſunt conformandæ. Exempli cauſa, ſi maximum in modum diuites nobilesq́ue præſtiterint pauperibus obſcuriſq́ue, tunc prima iuſtiorque ſpecies dominatus conſtituenda erit: æquiore enim animo ferunt, ſe regi ab illis, quos uiderint tanto interuallo ſe illis rebus ſuperare. Eadem ratio cõpoſitioque eſt ſecundæ formæ huius dominatus ac reliquarum: quam poſtrema peſſima erit.

Opus autem eſt.) Admonet, conſulens ciuitatibus, ne, qui ſumit has, quas iam oſtendit, reſp. conſtituendas, puras ipſas efficiat: taleſque, id eſt meras aut populares aut oligarchicas. Quod fieret, ſi in coagmentatione popularis ſtatus caperet tantum pauperes: & dominationis paucorum, ſolos diuites. Iubet igitur, ut aſciſcat ſimul in utroſque illos ſtatus etiam mediocres ciues, & qui ſiti ſunt in medio, quod ad fortunas pertinet ipſorum: ita enim temperata reſp. erit, mixtaque egregiè. Medij namque emendabunt uitia contrariorum illorum, imperiuſque eorum in aduerſarios frenabunt. erit ſanè ita quoque utraq; reſpublica, qualis dicta eſt, nec nomen amittet: magis tamen æqua magiſq́; tolerabilis.

Vbi autem numerus.) Exponit ipſe fructum, qui capitur ex documento ſuo, ſi cuſtoditum fuerit. atque inquit: In ciuitate illa, in qua numerus mediocrium ſuperat numerum uel amborum extremorum, ſi coniungantur, & tanquam unum corpus cogitentur, uel ſaltem alterius eorum: contingere atq; uſu uenire poteſt, ut conſtituatur reſpublica ſtabilis ac diuturna. Extremos, quos intelligit, ſunt diuites ac pauperes. hi nãq; amplexantur medios ex utroq; latere, ut mediocres fortunas poſsidẽtes.

Non enim reformidandum.) Cum dixiſſet, ubi etiam numerus mediorum uicerit unum eorum extremorũ tantùm, & non ſolũ ambo ſimul, poſſe conſtitui firmam rempublicam, quia uidebat quempiam ſibi aduerſaturum, dicentem id ſatis non eſſe ad tutam & à periculo uacuam reddendam rempublicam: quia fieri poteſt, ut conſentiant inter ſe pauperes ac diuites ad opprimendos medios illos. Occurrit huic opinioni, refellitq; ipſam, affirmans nos ſolutos eſſe poſſe hoc metu: quia nunquam nolens diuites, quod pauperes, neque ſocietatem inter ſe coibunt contra medios illos. Cauſam autem attulit huius rei uoluntatiſque ipſorum, meritò diſſentientis. Neque enim, inquit, alteri ſeruire uolent alteris: id eſt, tantum eſt naturale odium diuitum in pauperes, contraque: ut ſi hi aut illi aliqua in re ſe ad uoluntates eorum accommodarent, putarent ſe ſeruire & indigne facere (eſſet enim genus quoddam ſeruitutis) augere commoda atque dignitatem inimicorum.

Communiorem autem.) Reſtabat, ut qui temptare iudicium auctoris uellent, dicerent excogitari poſſe rationẽ gubernandæ ciuitatis, magis aptam utriſque, quàm illa ſit. Quod ipſe confutat, ac falſum eſſe docet. inquit igitur: Quòd ſi communiorem quæſiuerint, operamq́, dent, ut eam inueſtigent, fruſtra hoc facient. Neque enim, inquit, in animum inducent, aſſentienturq́; huic pacto, ut ad certum ſpatium temporis diuites (exempli cauſa) clauum reip. teneant, quibus poſtea ſuccedãt in imperio pauperes. Quæ ratio regnandi Thebis probata fuit duobus fratribus Eteocli ac Polinici: nàm eorum alter qui prior accepit, dimittere, ut pepigerat, ſummam poteſtatem in ciuitate noluerit. fidemq́ue fefellerit. Tanta eſt enim diffidẽtia ipſorum, ut nunquam hoc paſſuri ſint: neque enim pauperes diuitibus tantò crederent, quos non ſine cauſa ſuſpectos habent: neque diuites pauperibus ſe committerent. Contrà autem oſtendit, rempublicam, in qua medij uigent, auctoritatemq́ue habent, non poſſe ſuſpectam eſſe. quod confirmat ſententia communi. inquit enim: Omnibus autem contrà in ijs locus arbiter fidiſsimus eſt, digniſsimusque cui credatur: ordo autem mediorum in ciuitate eſt quaſi arbiter, utroſque præſtat, qui ſine ipſo aduerſarios reformidant.

Quanto autem.) Cùm utilem magnopere eſſe mixtionem temperamentumq́ue in rep. dixiſſet, placuit ipſi addere, qualis potiſſimum debeat eſſe mixtio hæc: neque enim fortaſſe mixtio omnis ei, quod tradit, idonea & accommodata foret. inquit igitur: Quanto melius ipſa mixta fuerit, id eſt, maiore conſilio & prudẽtia temperata: tanto firmiorem ipſam diuturnioremq́ue futuram. requiritur igitur in hac re, rectè ordineq́; efficienda, ratio & uſus. non mixtura magna in primis, ut nonnulli uidentur accepiſſe, qui tanquam ſcriptum foret, non Quanto melius, ſed Quanto magis, interpretantur.

Peccant autem.) Diſſimulat quoſdam, ac ualde peccare docet qui, cùm propoſitum haberent fingere, & quaſi ædificare reſpublicas, quæ in poteſtate forent optimorum, aut ſaltem propè ad illas accederent, ipſas affines culpæ non paruæ, propter inſcitiam huius rei, fabricabant: & unde neceſſariò aliquando erumpere deberet graue malum & interitus denique ciuitatis. Duobus autem modis ipſos errare ſolitus docet: quorum prior erat, quòd plus tribuebant bonorum locupletibus, quàm oportebat, ornare ipſos uolẽtes. alter erat, quòd aſtutè remouebant ab honoribus publicis pauperes ac multitudinem ipſam. Putabant autem illi, cùm hoc facerent, ſe honeſtiorem ſplendidioremq́; reddere rempublicam, cùm regeretur à diuitibus, qui propter amplitudinem patrimonij maioris dignitatis eſſe uulgò exiſtimãtur. Vocat igitur hæc falſa & inania bona, quia nullum uerum fructum ex illo ſplendore capit reſpublica: quare affirmat, ex ipſis, ſi non breui, aliquando tamen neceſſariò proditura eſſe uera mala. Hoc autem, quia, ut oſtat, cupiditates diuitum ſtudiaque res ſuas omnibus in rebus (iniuſtè etiam) augendi ſunt, magis periculoſæ reipublicæ, faciliúsque ipſam perdunt, quàm pauperum auiditates. Pauperes enim tenuesq; homines cupidi ſunt patrimonij modicè augendi, libertatisque tuendæ: diuites uerò dignitatis amplificandæ, ſummiq; loci in ciuitate obtinendi. ac uerè aliquo modo de utriſq; dici poteſt, quod M. Cicero de parte, quæ temp. eorum habebat, & de ijs qui ipſam armis oppugnabant, dixit: Illi dominari uolunt, nos liberi eſſe.

a ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παραγγέλεσθαι τὴν ἀρχήν. Quidam legi uolunt, παραγγέλλεσθαι.

CAPVT XIII.

SVnt autem quæ prætextus gratia in rebuſp. aſtutè moliuntur aduerſus plebem quinque numero: quæ faciunt ad cõcionẽ, quæ ad magiſtratus, quę ad iudicia, quę ad arma paranda, quæ ad corporis exercitationem. Circa concionem, licere cunctis uerſari in cõcione: multam autem diuitib. poſitam eſſe, niſi præſentes adfuerint uel ſolis, uel multo maiorẽ. Circa magiſtratus autem, ijs qui cenſum habent, minimè licere magiſtratus eiurare: pauperibus autem licere. Et circa fora cauſarum, diuitibus multam eſſe, niſi cauſas iudicarint, pauperibus autem impunitatem: ſiue his quidem magnam, his autem paruam: ut in Charondæ legibus. Quibuſdam autem in locis licet omnibus qui deſcripti ſint, colere conciones & lites iudicare: ſi autẽ, qui deſcripti ſunt, neq; in concionibus, neq; in iudicijs interfuerint, magnæ mulctæ his poſitæ ſunt. Vt metu mulctæ, fugiant deſcribi: quia autem deſcripti non ſunt, neq; conciones obeant, neque cauſas iudicent. Eodem autem pacto legibus cautum eſt de armis habendis, & corporibus exercendis. Pauperibus enim licet non poſſidere, diuitibus autem mulcta poſita eſt, niſi domi habuerint, & niſi ſe exercuerint, his quidẽ nulla mulcta, diuites aũt mulctantur: ut hi propter mulcta ſe exerceant, hi uerò quia non metuunt pœnam, præſtò non ſint exercitationibus. Hæc igitur ſunt callida cõſilia paucorum dominationis in legib. ſcribendis. In ſtatibus autẽ multitudinis aduerſus hæc aſtutè excogitant, Pauperibus enim mercedem dant,

ἜΣΤΙ δ᾽ ὅσα προφάσεως χάριν ἐν ταῖς πολιτείαις σοφίζονται πρὸς τὸν δῆμον, πέντε τὸν ἀριθμόν· περὶ ἐκκλησίαν, περὶ τὰς ἀρχὰς, περὶ δικαστήρια, περὶ ὅπλισιν, περὶ γυμνασίαν. περὶ ἐκκλησίαν μὲν, τὸ ἐξεῖναι ἐκκλησιάζειν πᾶσι· ζημίαν ἢ ἐπικεῖσθαι τοῖς εὐπόροις, ἐὰν μὴ ἐκκλησιάζωσιν, ἢ μόνοις, ἢ μείζω πολλῷ. περὶ δὲ τὰς ἀρχὰς, τὸ τοῖς μὲν ἔχουσι τίμημα, μὴ ἐξεῖναι ἐξόμνυσθαι· τοῖς δ᾽ ἀπόροις, ἐξεῖναι. καὶ περὶ τὰ δικαστήρια, τοῖς μὲν εὐπόροις εἶναι ζημίαν, ἂν μὴ δικάζωσι· τοῖς δ᾽ ἀπόροις, ἄδειαν· ἢ τοῖς μὲν μεγάλην, τοῖς δὲ μικράν· ὥσπερ ἐν τοῖς Χαρώνδου νόμοις. ἐνιαχοῦ δὲ ἔξεστι μὲν πᾶσιν ἀπογραψαμένοις, ἐκκλησιάζειν καὶ δικάζειν· ἐὰν δὲ ἀπογραψάμενοι, μήτε ἐκκλησιάζωσι, μήτε δικάζωσιν, ἐπίκεινται μεγάλαι ζημίαι τούτοις. ἵνα διὰ μὲν τὴν ζημίαν, φεύγωσι τὸ ἀπογράφεσθαι· διὰ δὲ τὸ μὴ ἀπογράφεσθαι, μὴ δικάζωσι μηδ᾽ ἐκκλησιάζωσι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοῦ ὅπλα κεκτῆσθαι καὶ τοῦ γυμνάζεσθαι νομοθετοῦσι. τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις ἔξεστι μὴ κεκτῆσθαι, τοῖς δ᾽ εὐπόροις, ἐπιζήμιον μὴ κεκτημένοις· κἂν μὴ γυμνάζωνται, τοῖς μὲν οὐδεμία ζημία, τοῖς δ᾽ εὐπόροις ἐπιζήμιον. ὅπως οἱ μὲν διὰ τὴν ζημίαν, μετέχωσιν· οἱ δὲ διὰ τὸ μὴ φοβεῖσθαι, μὴ μετέχωσι. ταῦτα μὲν οὖν ὀλιγαρχικὰ σοφίσματα τῆς νομοθεσίας. ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις πρὸς ταῦτ᾽ ἀντισοφίζονται. τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις μισθὸν

QVinq; autem res numero ſunt, quas in reip. adminiſtrationibus per ſpeciem quandam honeſtã callidè excogitant in populum: eæq; uerſantur in concione, in magiſtratibus, in iudicijs, in armandis ciuibus, in exercendis. In conditionibus quidem, licere ciuibus in concione deliberãdi cauſa intereſſe: multam autem eſſe conſtitutam in locupletes, ſi non interfuerint in concione: eamq; aut in ſolos locupletes, aut multo maiorem. In magiſtratibus, non licere ijs, qui cẽſum non habeant, eiurare magiſtratum: egẽtibus & tenuibus licere. In iudicijs multam eſſe conſtitutam in locupletes, niſi iudicandi munere fungantur: egentibus licere impunè rebus iudicandis non præeſſe: aut in illos quidem grauem multam eſſe conſtitutam, in hos leuem. quemadmodum in Charondæ legibus. Alicubi autem licet quidem omnibus, qui modò profeſſi fuerint, & nomen ſuum in tabulis publicis perſcribendum dederint, in concione conſultandi gratia intereſſe, & res iudicare. Quòd ſi poſteaquam profeſſi fuerint, neque in concionem ueniant, neque iudicandi munus obeant: magnæ ſunt his pœnæ irrogatæ, ut propter multæ irrogationem, profeſſionem, nominisq; ſcriptionem fugiant: propterea autem quòd nomen perſcribendum non dederint, iudicandi munus non obeant, neq; in concione deliberandi cauſa interſint. Eodem modo & de armis domi habendis, & corporibus exercendis lege lata conſtituunt. Egentibus enim licet arma non habere: locupletes uerò ſi non habeant, pecunia mulctantur: & illis licet impunè corpus non exercere, his, ſi corpus nõ exerceant, multa irrogata eſt: ut hi quidem propter multam corpori exercendo dent operam, illi propter impunitatem corporis exercitationem negligãt. Hæc igitur ſunt callida legum ferendarũ artificia, ad oligarchiam accõmodata: in democratijs uerò alias machinas excogitant, quas illis opponant. Egentibus enim mercedem præbent

dant, cùm conciones coeunt, & cauſas iudicant: diuitibus uerò nullam multã ſtatuũt. Quapropter manifeſtũ eſt, ſi qois uelit miſcere iuſtè, oportere ipſum ea, quæ ſunt apud utroſq;, cogere. & his quidem mercedẽ dare, his uerò multam ſtatuere: ſic enim cõmunicarent omnes. illo autem pacto reſpublica fit duntaxat alterorum. Oportet autẽ remp. quidem conſtare ex his ſolùm, qui arma habent: numerum autem cenſus, ſimpliciter quidem definientes, non licet dicere tantum eſſe: ſed cùm rationẽ duxerint, qualis uenit eò maximus, ut qui participes ſunt reipub. plures ſint, quàm qui participes non ſunt, ipſum ſtatuere. Solẽt enim pauperes, etſi participes non ſunt honorum, quieſcere: niſi aliquis ipſos contumelia uexarit, aut partem ullam fortunarum iiſdem eripuerit. Sed hoc nõ facilè eſt. Neque enim ſemper euenit, ut uiri moderati ſint, qui participes ſunt eius ſtatus. Et mos eſt illis, cùm bellum exortum fuerit, declinare militiam: niſi cibaria acceperint, egeniq; extiterint. Si autẽ præbuerit aliquis, quibus alantur, non recuſant in bello uerſari. Eſt autem reſp. apud nonnullos, non ſolùm ex ijs, qui arma ferunt: uerumetiam ex ijs, qui arma tulerint. In Malieoſibus quidem reſp. conſtituta erat ex ijs: magiſtratus autem creabant ex ijs, qui militarent. Et prima quidem reſp. apud Græcos poſt regna extitit ex ijs qui bellarent, quæ primum fabricata eſt ex equitibus: robur enim, & potiorẽ partem in equitibus bellum habebat. inutilis namque ſine ordine grauis equitatus eſt. uſus autem huiuſcemodi rerum & ordines apud priſcos non erant: quapropter in equitibus erat robur. Poſtquam autem augeri cœperunt ciuitates, & qui arma gerebãt, roboris plus nacti ſunt plures, participes reipubl. extitère. Quam ob cauſam, quas nunc uocamus reſpublicas, priores illi uocabant ſtatus populi. Erant autem uetuſtæ reſpublicę non ſine cauſa in poteſtate paucorum diuitum atq; regum: propter paucitatem enim hominum non habebant multos medios. Quare, cùm pauci eſſent numero, & ij inordinati, magis tolerabant imperia.

Quam

πορίζωσιν ἐκκλησιάζωσι καὶ δικάζωσι, τοῖς δ' εὐπόροις οὐδεμίαν τάττουσι ζημίαν. ὥστε φανερόν, ὅτι εἴ τις βούλεται μιγνύναι δικαίως, δεῖ τὰ παρ' ἑκατέροις συνάγειν. καὶ τοῖς μὲν μισθὸν πορίζειν, τοῖς δὲ ζημίαν. οὕτω γὰρ ἂν κοινωνοῖεν ἅπαντες. ἐκείνως δ' ἡ πολιτεία γίγνεται τῶν ἑτέρων μόνον. δεῖ δὲ τὴν πολιτείαν εἶναι μὲν ἐκ τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων μόνον· τοῦ δὲ τιμήματος τὸ πλῆθος, ἁπλῶς μὲν ὁρισαμένους οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τοσοῦτον ὑπάρχειν· ἀλλὰ σκεψαμένους τὸ, ποῖον ἐπιβάλλει μακρότατον, ὥστε τοὺς μετέχοντας τῆς πολιτείας εἶναι πλείους τῶν μὴ μετεχόντων τοῦτο τάττειν. ἐθέλουσι γὰρ οἱ πένητες, καὶ μὴ μετέχοντες τῶν τιμῶν, ἡσυχίαν ἔχειν, ἐὰν μὴ ὑβρίζῃ τις αὐτοὺς· μήτι ἀφαιρῆται μηθὲν τῆς οὐσίας. ἀλλὰ τοῦτο οὐ ῥᾴδιον. οὐ γὰρ ἀεὶ συμβαίνει χαρίεντας εἶναι τοὺς μετέχοντας τοῦ πολιτεύματος. καὶ εἰώθασι δὲ, ὅταν πόλεμος ᾖ, ὀκνεῖν ἂν μὴ λαμβάνωσι τροφὴν, ἄποροι δὲ ὦσιν. ἐὰν δὲ πορίζῃ τις τροφὴν, βούλονται πολεμεῖν. ἔστι δ' ἡ πολιτεία παρ' ἐνίοις, οὐ μόνον ἐκ τῶν ὁπλιτευόντων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὡπλιτευκότων· ἐν μαλιεῦσι δ' ἡ μὲν πολιτεία ἦν ἐκ τούτων· τὰς δὲ ἀρχὰς ᾑροῦντο ἐκ τῶν στρατευομένων. καὶ ἡ πρώτη δὲ πολιτεία ἐν τοῖς ἕλλησιν ἐγένετο μετὰ τὰς βασιλείας, ἐκ τῶν πολεμούντων· ἡ μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἐκ τῶν ἱππέων. τὴν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὴν ὑπεροχὴν, ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ὁ πόλεμος εἶχεν. ἄνευ μὲν γὰρ συντάξεως ἄχρηστον τὸ ὁπλιτικόν· αἱ δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐμπειρίαι καὶ τάξεις, ἐν τοῖς ἀρχαίοις οὐχ ὑπῆρχον, ὥστ' ἐν τοῖς ἱππεῦσιν εἶναι τὴν ἰσχύν. αὐξανομένων δὲ τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ἰσχυσάντων μᾶλλον, πλείους μετεῖχον τῆς πολιτείας. διόπερ ἃς νῦν καλοῦμεν πολιτείας, οἱ πρότερον ἐκάλουν δημοκρατίας. ἦσαν δ' αἱ ἀρχαῖαι πολιτεῖαι εὐλόγως ὀλιγαρχικαὶ καὶ βασιλικαί· δι' ὀλιγανθρωπίαν γὰρ οὐκ εἶχον πολὺ τὸ μέσον, ὥστ' ὀλίγοι τε ὄντες τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν μᾶλλον ὑπέμενον τὸ ἄρχεσθαι.

Διὸ

*bent in concionem deliberandi cauſa euntibus, & iudicandi munus obeuntibus: locupletibus autem muneris defugientibus nullam multam irrogant. Itaq; perſpicuum eſt, ſi quis uelit iuſtè permiſcere, quæ ſunt apud utroq;, in unum eſſe conducenda: & illis quidem mercedem eſſe præbendam, his uerò multam irrogandam. Sic enim omnes reipublicæ adminiſtrationis fuerint participes: illo modo autem alterorum tantùm reſpub. adminiſtratio eſt. Oportet autem reſpub. adminiſtrandæ formam ex his ſane conſtare tantum, qui habent arma, cenſus uerò magnitudinẽ non licet ſimpliciter definiendo edicere tantam ſuppetere debere: ſed conſiderato qualis & quantus ampliſſimus quadret ad id, ut ij qui reſpub. adminiſtrandæ ſunt participes, plures ſint ijs, qui non ſunt participes, tantum præfinire ac præſcribere oportet. Pauperes enim, etiamſi honorum non ſint participes, otiari & quieſcere non nolunt: modò ne quis eos contumelioſe uexet, neq; de re familiari quicquam detrahat. ſed hoc facile non eſt. Non enim ſemper contingit, ut ſint ij humanitate politi, qui reſp. adminiſtrationis ſunt participes. Et pauperes, ubi bellum ortum fuerit, ſolent eſſe tardiores: niſi alantur, & ſi domi egeant. Quòd ſi quis uictum ſuppeditet, militiam non detrectant. Conſtat autem reſpub. adminiſtrandæ forma apud nonnullos non ſolum ex ijs peditibus, qui arma gerunt: uerùm etiam ex ijs, qui geſſerunt. Apud Malienſes autem reſpub. quidem adminiſtrandæ forma ex his conſtabat: magiſtratus uerò ex ijs, qui militabant, legebantur. At prima ſane reſpub. adminiſtrandæ forma apud Græcos, poſteaquam regibus uti deſierunt, ex ijs, qui arma ferebant, fuit: principio quidem ex equitibus. robur enim & neruus exercitus & belli præſtãtia in equitatu conſiſtebat. Nam ſine arte inſtruendi diſponendiq; exercitus peditatus grauioris armaturæ inutilis eſt. At talium rerum uſus & ordinis diſciplina non erat apud ueteres ita, ut in equitatu firmamentum & robur belli collocarent: creſcentib. autem ciuitatibus, auctiſq; eorum, qui arma tractabant, uiribus complurib. reſpub. adminiſtratio communicata eſt. Quapropter quas nunc politias appellamus, maiores noſtri democratias nominabant. Erant aũt ueteres * reſpublicæ adminiſtrandæ forma non temere oligarchica & regia. Nam propter hominum paucitatem ciuitatumq; infrequentiam non admodum multos habebant, qui medij eſſent. Itaq; cum & numero pauci eſſent, & ordinis deſcriptione, magis imperium præferebant.*

Quum

Quam igitur ob cauſam reſpublicæ plures ſunt, & cur præter eas, quæ dictæ ſunt, aliæ. ſtatus enim populi non unus numero eſt, & aliæ eodem modo. Adhuc autem, quæ diſcrimina, & quam ob cauſam hoc contingat, præter hæc optima eſt uniuerſarum rerumpublicarũ, intelligo, quod plerunque fit: & aliorum qualia qualibus quadrant rebuſpublicis, dictum eſt.

διὰ τίνα μὲν οὖν εἰσὶν αἰτίαν αἱ πολιτεῖαι πλείους, καὶ διὰ τί παρὰ τὰς λεγομένας ἕτεραι. δημοκρατία τε γὰρ οὐ μία τὸν ἀριθμόν ἐστι, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. ἔτι δὲ τίνες αἱ διαφοραὶ, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν συμβαίνει. πρὸς δὲ τούτοις τίς ἀρίστη τῶν πολιτειῶν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ποία ποίοις ἁρμόττει τῶν πολιτειῶν, εἴρηται.

Quam ob cauſam igitur reipub. adminiſtrandæ formæ ſint plures, & quamobrem præter eas, quæ cõmemoratæ ſunt, aliæ (nam & democratia una numero non eſt, & de alijs item ſentiendum) præterea uerò quid inter ſe differant, & quam ob cauſam hoc eueniat: & præter hæc, quæ ſit optima reip. adminiſtrãdæ forma, ut dicamus de eo, quod plerunq; fit: & aliarum reipub. adminiſtrandæ formarum qualis qualibus conueniat, expoſitum à nobis eſt.

COMMENTARIVS.

Sunt autem quæ.) Cùm oſtendiſſet, quæ inſimulauit: paccata etiam, quia aſtutiæ conſilijs paulatim remouent multitudinem à republica, uoluit declarare, quæ ſint eorũ malitiæ: neq; enim apertè id faciunt. Hoc namq; plebs non pateretur ſe exturbari à gubernaculis, & expertem penitus fieri omnis dignitatis ſed oſtendunt ſe id facere commodorum ipſius cauſa. Hoc totum igitur pendet à ſuperiore illa uoce παρακρούσθαι, notioneq; ipſius: illa uerò hoc ualet, translataque eſt ab hominibus, qui cùm frumentum uendunt, frugeſque menſuras ipſas ita tractant, ut imponant emptoribus. Sed hoc relicto, quod ſatis notũ eſt, quinque numero eſſe dicit, quæ in rebuſp. conſtituendis callidè cogitant moliunturque contra plebem: ut cùm incommodent ipſi, uideantur utilitatibus eius ſeruire. Vtuntur enim his cauſis, prætexuntque ipſas ſuæ malitiæ. eſſe autem ipſas dicit has. Nam in ijs, quæ pertinent ad concionem & in ratione magiſtratuum ac iudiciorum, nec non in militaribus rebus & corporis exercitationibus decipiunt multitudinem, quomodo autem in ſingulis his hoc faciant, accuratè exponit, eodem ordine ſeruato.

Circa concionem.) Quod facit ad deliberationes, inquit, conſilium enim capiebant de rep. cunctæ ferè Græcorum ciuitates in concione: adſtanteq; uniuerſa multitudine, legem hanc tulerant, quæ ſanè permittebat omnibus ciuibus, ut concionem, ſi uellent, colerent: multam tamen imponeret locupletibus, niſi præſentes illic adeſſent, aut ſolis ſcilicet illis: aut ſi pauperibus etiam, multò tamen maiorem diuitibus. Quid naſceretur ex hoc inſtituto, apertum eſt. Diuites enim metu pœnæ frequentabant ipſam: pauperes, ſoluti illo metu ac damno, aut ſi pœna exilis minutaque foret, contemnentes illam. magis enim illo tempore in officinis ſuis lucrabantur, quàm cogerentur ſoluere, præſto illic non erant: ſequebatur igitur, ut probarentur, quæ accommodata forent diuitibus.

Circa magiſtratus.) In eo autem, quod pertinebat ad magiſtratus muneraque, quæ obeunda publicè forent, ita imponebant multitudini. Statuerant enim, ut his qui cenſum haberent, quorumque nomina in albo diuitum notata forent, liceret abiurare magiſtratum: id eſt, ſi uellent illo ſe onere liberare, cauſa etiam iuſta allata, iureiurandoque cõfirmata, ne poteſtas eius rei ipſis fieret. contrà autem pauperibus noluerunt licere. Cùm hoc igitur faciebant, uideri poterant indulgere pauperibus, quos inuitos non cogebant illam moleſtiam ſuſtinere. contrà autem diuites premere ac grauare, cùm ipſos nullo ullo pacto laboribus illis leuari: & tamen longè aliud conſilium ipſorum erat.

Et circa fora.) Tertiam nunc fallaciam & dolum eorundem exponit, quam adhibebant, ut iudicia in manibus locupletum forent, & à litibus iudicandis aſtutè depellerent pauperes. Si enim ſciſſent quantũ inde mali ordini ſuo naſceretur, nunquam id paſſi fuiſſent: eadem autem in hac re, qua ſuprà tradidit, excogitaſſe illos ad remouendos eoſdem à deliberationibus de republica. In legibus autem inſtitutiſque Charondæ Catanei hoc ſeruatum fuiſſe commemorat, qui ſcripſit leges ciuibus ſuis. Apparet autem ipſum, quamuis admodum laudatum nomothetam, fauiſſe diuitibus, & dignitati eorum ſedulò proſpexiſſe, cùm ſtuduerit, ut aduerſarij ipſorum callidè remouerentur à cauſis iudicandis.

Quibuſdam autem in locis.) Oſtendit quomodo alijs in locis ac rebuſp. idem obtineretur: & quia, ut admonet, eadem ratio erat, quæ hoc præſtaret in concionibus & in curijs, coniungit & ipſe ambo hæc, unaq; exponit. Inquit enim, licere quibuſdam in oppidis omnibus, qui notati fuerint, & illis muneribus aſſignati, deliberare de republica, & cauſas iudicare. Quòd ſi ea facere recuſauerint, fugerintque ea munera, cùm deſcripti fuerint, impoſitas ipſis eſſe pœnas graues. Quod addit, inſtitutum illic eſt callidè, ut ſcilicet metu multarum tantarum pauperes dent operam, ne deſcribantur: quia autem deſcripti non ſunt, non coguntur aut præſtò ſemper eſſe in concione & in curia. reſtabant igitur ita quoque deliberationes ac iudicia in poteſtate locupletum.

Eodem autem pacto.) Coniungit hic ſtatim propter ſimilitudinem reliquas duas rationes, ſimulq; exponit dolum, qui adhibebatur ad firmiores locupletes in ciuitate efficiendos, cùm lex ſcripta eſſet de armis domi poſſidendis, uſuque illorum & exercitatione corporis. poteſtatem enim faciebant pauperibus, proſpicere ipſis uideri uolentes, ne, ſi nollent, haberent: neceſſitatem autem imponebant locupletibus habendi, niſi enim arma domi habuiſſent, multabantur. Eodem etiam pacto, inquit, niſi palæſtram frequentaſſent, corpusq; exercuiſſent, pauperibus pœna nulla impoſita erat diuitibus autem magna. Quod faciebant, addit (aperire enim hic uoluit malitiam ipſorum) ut diuites peterent palæſtram, durarentq; corpus laboribus: pauperes autem inde abeſſent, quia nimirum nullo cogerentur hoc facere. Adiunxit autem, totum hunc locum abſolutum eſſe demonſtrans: Hæc ſunt callida fallaciaque conſilia legum ſcriptorum ad auctoritatem comparandam diuitibus, paulatimque eripiendam remp. è manibus tenuiorum.

In ſtatibus autem.) Indicat nunc artificia uafraque eiſdem conſilia, quæ in ſtatibus multitudinis contra ſuperiora excogitarant, qui fauebant ipſis, eiuſque augere omni ratione uolebant. Tangit igitur duo tantùm, id eſt, quæ faciunt ad concionem & curiam: & quomodo ſa ad diuites paulatim remouendos à deliberationibus ac iudicijs gererent, oſtendit. nam pauperibus illius laboris mercedem ſtatuunt: diuitibus autem, ſi inde abfuerint, pœnam nullam propoſuiſſe. alliciunt igitur tenuiores præmio: pœnaque ipſos liberantes reddunt diuites negligentiores ad illa officia obeunda.

Quapropter manifeſtum eſt.) Cùm docuiſſet quibus inſtitutis, malitiæ plenis, aliqui paulatim redigerent remp. in poteſtatem diuitum, & in manus multitudinis, etc. ſecùs inde contrarijs: nunc teſtatur, eliciens hoc tanquam corollarium, è ſuperiore diſputatione perſpicuum eſſe: nec fallere ullo modo poſſe, quam uiam ſequi debeat, qui moderari remp. rectè uelit, mediamque facere inter dominatum paucorum & ſtatum multitudinis. Oportere enim illum aſſirmat, cogere & in unum quaſi corpus conferre, quæ ſeorſum in ambobus illis fiebant: ut pauperibus mercedem dare, diuitibus autem pœnam proponere: ſic enim futurum eſſe, ut cuncti ſimul uerſentur in republica: illo autem modo, qui ſuprà traditus eſt, ipſa cadet in manus aut horum aut illorum.

Oportet autem remp.) Probat rempublicam, quæ conſtat ex ijs, qui rem familiarem mediocrem habent, nec omnino pauperes ſunt: quod ſignificat dicens, deberi illam coagmentari ex ijs ſolùm, qui arma ducunt habent: niſi fallor autẽ, intelligit grauem armaturam, quæ oſtenditur nomine ὅπλων à Græcis. Non poſſunt autem parare hæc arma, qui nullum patrimonium habẽt, aut tenue admodum: putare autem ipſum pauperes relinquendos extra eſſe, apparet ex ijs, quæ infrà exponit. Sed etiam perſpicitur hoc uerum eſſe, quia ſtatim incipit quærere de cenſu: cùm enim patrimonium in hac rep. neceſſarium eſſe ſignificarit, quærendum illicò fuit, quantum eſſe debeat. quare terminum illius menſuramque, ut poteſt, oſtendit. inquit igitur: Si quia ſubeat nunc definire cenſus numerum menſuramque appoſitè, rem prorſus difficilem puſtulet, & quæ expediri non poteſt ſed ita hæc tenenda eſt in hac ipſa re. Debemus enim accuratè uidere, qualis maximus cenſus contingit illis: ut ſanè qui participes

nec ſint reipublicæ, pluſes ſint, numeroque uincant eos, qui hac lege terminoque inde pelluntur, & hunc talē cenſum ſta- re: præſtabit enim egregiè, quod uolumus.

Solent enim pauperes.) Occurrit ei, quod aliquis contrà dicerit, pauperes illic exturbatos ab honoribus publicis, minimè quietur os, ſemperque pericula aliqua reip. creaturos. refellit hoc auctor, affirmans, hanc eſſe naturam pauperum, ut expertes etiam dignitatis, in officio futuri ſint: niſi aliquis in ipſos contumelia uſus fuerit, aut eripuerit eiſdem partem aliquam ex- ilium illarum fortunarum, quas poſsident. nam cum liberi ſint, non poſſunt ferre contumeliam. neque etiam patiuntur facile ſpoliari ſuo illo ſuo tenui patrimonio.

Sed hoc non facile.) Cùm oſtenderit quæ partes ſint diuerſum, ſi tenere remp. uelint, ſoliq; in magiſtratibus uerſari: fatetur nunc, quod requiritur, arduum eſſe impetrare. Quare pericula malaque, in quæ incidunt, ſua ipſorum culpa in ipſos cadunt: contenti enim eſſe deberent imperio & dignitate illa ſua, temperareq; ſibi ab omni genere iniuriæ aduerſus pauperes. quòd profectò facerent, ſi moderati forent, & politi elegantesque homines. Hoc enim ualere uidetur, quod inquit χαρίεντες ut eſt illud Terentianum, *Regem elegantem narras*: non tamen, inquit, ſemper contingere huiuſcemodi eſſe, qui remp. regunt: peruenit enim ipſa in manus aliquando, uel potius ſæpe, improborum & auarorum hominum.

Et mos eſt illis.) Oſtendit quomodo poſsit impedimentum aliud tolli, quod oritur ab his, qui fuerint illic expertes honorum. Cum enim morem huiuſcemodi homines habeant, recuſare, ſi forte bellum exortum ſit, arma capere ac pugnare, niſi cibaria acceperint, ijdemque pauperes ſi os [illegible], inquit, ipſa è publico data fuerint, non detrectant militiam, utileſque [illegible] eo tempore, quamuis non recipiantur ab ipſa. Quod inquit, ipſos [illegible] propriè locutus eſt, & ut Attici ſcriptores. Demoſthenes quoque, cùm idem oſtendere uellet, eodem uerbo uſus eſt in [illegible]. Olynthiaca [illegible]. accuſat enim his uerbis ciues ſuos, qui ut maiores ipſorum faciebant, non alacri promptoque animo ad bellum proficiſcebantur: ſed ſegnes inerteſque facti erant ad remp. defendendam.

Eſt autem reſp.) Tradit, quibuſdam in oppidis remp. conſtitutam eſſe non ſolùm ex his, qui arma tunc gerunt: uerum etiam ex illis, qui præteritis temporibus geſſerunt, operamq; reip. nauarunt in ea re. Adiungit autem, certum locum Græciæ appellans, apud Malienſes remp. fuiſſe augmentatam fuiſſe ex his, quos modò ſignificarat, id eſt ex ijs, qui antea militarant: in eadem tamen ſolitos magiſtratus creari, qui eo tempore in bello uerſarentur. erat igitur inſtitutum hoc iunctum è moribus utriſque ſuperiorum illorum. Quod uerò facit ad legem conſiliumq; eorum, qui formabant remp. ex ijs, qui prius functi eſſent omni munere militiæ, notum eſt, quanti honores Romæ haberentur ueteranis.

Et prima quidem.) Addit, ad confirmandum iudicium eorum accommodatū. qui magiſtratus creabant [illegible] militibus: primam itidem illam rempublicam, quæ poſtquam reges deligi defecerunt, & tanta poteſtas ſingulis hominibus amplius non eſt data, in oppidis Græcorum inſtituta fuit, conſtituiſſe è militantibus. Cùm autem in bello & equitum & peditum uel his opera ſit, diuerſiſque temporibus nunc hi nunc illi maiore in uſu fuerint: commemorat primam illam ueteriſsimamque remp. conflatam fuiſſe ex equitibus. cuius moris ueterum, qui potiſsimum uti ſolerent equeſtri militia, cauſam adfert his uerbis: Robur namque & exuperantiam tunc bellum habebat in equitatu. quod etiam non ſine conſilio ab ipſis factum fuiſſe declarat. inquit enim: Sine enim ſtructura & ordine acierum nullum fructum fert peditatus, facileque magna quæuis turba incunditorum hominum diſsipatur à multo minore numero militum ſub ſignis collocatorum. Non erat aut m apud priſcos illos ſcientia & peritia ulla harum rerum quare inquit, Omne robur exercitus erat in equitibus, & qui equitatu multum ualebāt, ſuperiores erant in bello. Idem etiam, eadem profectò de cauſa, inſtitutum erat nonnullorum noſtri temporis [illegible] bella per equites gerentium: amiſſa enim uetere diſciplina in eodem errore uerſabantur, quo antiqui illi Græci, paucique admodum pedites habebant in magnis copiis equitum.

Poſtquam autem.) Vnde factum ſit docet, ut ciuitates à maiore numero regi cœptæ ſint. Quemadmodum enim traditum eſt, pauci prius ipſas gubernabant. Cauſam igitur huius fuiſſe narrat, quòd urbes auctæ ſunt & qui prius infirmi erant pedites, ac ſine honore in exercitu, roboris multum acquiſiuere. Quare, cum multo plures ipſi, quàm equites forēt, partic.pes uoluerunt eſſe honorum, atque ita reſp. à pluribus regi cœpta eſt. Reddit etiam ſubtiliter rationem, cur homines eius ætatis uocarent illos ſtatus populares: ea autem eſt, quòd prius regi ſolitæ erant à paucis. pauci enim, ſi conferrētur cum peditibus, equites erant. aucto igitur tantopere numero remp. adminiſtrantium, uocarunt ſtatum illum popularem, tanquam ab uniuerſo populo adminiſtraretur. Neque enim cuncti ſua in manu remp. habebant, ſed qui arma tractabant: inferiore tamen ætate ueteres illi ſtatus appellati ſunt reſpublicæ eo ſenſu, quo appellabant certam quandam remp. nomine generis.

Erant autem uetuſtæ.) Redit ad illud, quod ſuprà tetigerat, explicandum. Dixerat enim, priſcis temporibus è regibus quibuſdam ciuitates regi ſolitas, quibus repudiatis ſucceſsit ipſis dominatus paucorum. Inquit igitur, tunc ratione hoc factū fuiſſe, ut ſcilicet ſtatus illi eſſent aut regij, aut finitimi dominatui paucorum. Quia namque pauci numero erant, qui ſingulas urbes incolerent, non exiſtebat in illis ordo mediorum: & qui in ipſis eius generis reperiebantur, erant profectò pauci. Quare inquit, plebs quæ ex paucis conſtabat, & præterea parere aſſueta erat ex militari diſciplina, æquo animo ferebat ſe regi, & imperio perpetiebatur aut regum aut equitum. Non repugnat autem ut aliquis falsò putaret, quod inquit nunc, [illegible]: & ſuprà narrauerat, peditatum antiquitus ſine ordine ullo extitiſſe. Significare enim uoluit, antiquitus pedites diſciplinam illam, quæ tunc nulla erat, ſeruandi ordines in pugna, non didiciſſe. [illegible] ualet, eos delectos milites fuiſſe, & illi muneri aſsignatos.

Quam igitur ob.) Repetit breui ea, quæ fecit ab initio uſque huius quarti libri: aitque ſe docuiſſe, cur ſint plures reſpublicæ: nec non cur plures ſint, quàm ſex illæ primo dictæ. Huius poſterioris cauſam eſſe inquit, quòd ſunt plures ſtatus populares, diſcrepantes nonnihil inter ſe & eodem pacto cæteri ſtatus non uni numero ſunt. Præterea oſtendimus inquit, quæ ſint diſcrimina ipſorum & unde ſanè illa naſcuntur, præterea addit, demōſtratum eſt, quæ ſit optima omnium rerumpublicarum, ſi non ſemper & ubique, ſaltem plerunque & pluribus in locis. ſed etiam addit, declarauimus ex omni numero cæterarum, præter optimam illam, quæ potiſsimum conueniat quibus mortalibus, quomodoque factæ & inſtitutæ ipſa etiam quales.

a ἄρχονται, ſic uet. cod. al. ἀρχαί, mendoſe.

CAPVT XIV.

RVrſus autem & communiter & ſeorſum de ſingulis dicamus, ut deinceps illæ ſe habent, ſumto principio ipſarum, quod conuenit. Sunt autem tres partes rerumpub. omniū, de quibus oportet accuratè uidere bonū legum ſcriptorem, quod unicuique ipſarum conducit. Quibus rectè ſe habentibus, neceſſe eſt remp. rectè ſe habere, & reſpub. inter ſe diſcrepare: quia diſcrepāt hæ ipſæ. Trium autem harum partium una eſt, quæ deliberat de rebus communibus.

ΠΑΛΙΝ δὲ κοινῇ καὶ χωρὶς περὶ ἑκάστης λέγωμεν περὶ τῶν ἐφεξῆς, λαβόντες ἀρχὴν τὴν προσήκουσαν αὐτῶν. ἔστι δὴ τρία μόρια τῶν πολιτειῶν πασῶν, περὶ ὧν δεῖ θεωρεῖν τὸν σπουδαῖον νομοθέτην, ἑκάστῃ τὸ συμφέρον. ὧν ἐχόντων καλῶς, ἀνάγκη τὴν πολιτείαν ἔχειν καλῶς, καὶ τὰς πολιτείας ἀλλήλων διαφέρειν ἐν τῷ διαφέρειν ἕκαστον τούτων. ἔστι [illegible] τῶν τριῶν τούτων, ἓν μέν τι τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν

RVrſus autem & communiter de omnibus, & ſeparatim ſingulatim de unaquaq;, & de ijs quæ deinceps ſequuntur, dicamus, rerum principio apte & conuenienti ſumto. Omnium igitur reſpub. adminiſtrandæ formarū tres particulæ ſunt, quarum quid cuique expediat, bonum ſcriptorem legum diligenter attendere & conſiderare pertet. quibus particulis bene affe[illegible] reſpub. adminiſtrandæ formam bene [illegible] [illegible] partium [illegible] [illegible] adminiſtrandæ form[illegible] inter ſe d[illegible] neceſſe eſt. Harum autem partium una quædā eſt, quæ de rep. conſultat

munibus. Secúda, quę uerſatur in magiſtratibus: hoc autẽ eſt, quos oportet magiſtratus eſſe, & quas res in ſuo arbitrio habere, & qualem eſſe decet creationem ipſorum. Tertia, qui ordo debeat cauſas iudicare. Quæ deliberat, in ſua poteſtate habet, quod pertinet ad bellũ & pacem, & ad ſocietatem bellicam ineundam & dirimẽdam, & ſtatuere de legib. & de morte, & de exilio & publicatione bonorum, & de accipiendis rationibus ab ijs, qui publico aliquo munere functi ſint. Neceſſe autem eſt, ſiue omnibus ciuibus traditas eſſe omnes has exiſtimationes, ſiue quibuſdam omnes: ceu magiſtratui alicui uni, uel pluribus: uel alijs alias, uel quaſdam ipſarũ, omnibus: quaſdam autem, quibuſdam. Omnes igitur, & de omnibus, populare eſt: huiuſcemodi .n. æqualitatem quærit populus. Sunt autem modi, quibus omnes, plures: unus quidem, cùm per uices, & non cuncti ſimul, ueluti in Teleclis Mileſij rep. res ſe habet. Et in alijs utiq; rebuſp. deliberaut plures magiſtratus coeuntes: ad magiſtratus aũt perueniunt omnes uiciſsim è tribub⁹ & partibus minimis penitus, donec tranſierit per omnes. Cõueniunt autem ſolùm de legibus ferendis & de republica: & cùm auſculturi ſunt, quæ à magiſtraribus præcipiuntur. Alius autem modus eſt, coactos omnes. Conuenire autè ſolùm ad comitia delecturos, & ad leges ferendas, & de bello & pace, & ad rationes accipiendas: de cæteris autem magiſtratus deliberare, ſingulis rebus propoſitos, qui magiſtratus delecti ſint ex omnibus, uel ſorte ducti. Alius autẽ modus, ad magiſtratus creandos & rationes factorum accipiendas occurrere ciues, & de bello deliberaturos, & de ſocijs ad bellum. Cærera autem magiſtratus diſpenſare ſuffragijs creatos, quotquot licet: huiuſcemodi aũt ſunt, quoſcunq; gerere neceſſe eſt rerum earum peritos. Quartus autẽ modus eſt, omnes de omnibus deliberare, cùm conuenerint: magiſtratus autem de nulla re exiſtimare, ſed duntaxat prius ponderare, quo pacto nunc poſtremus populi ſtatus adminiſtratur: quem reſpondere affirmamus poteſtati paucorum, referenti dynaſtas, & imperio unius tyrannico.

κοινῶν. δεύτερον δὲ τὸ περὶ τὰς ἀρχάς· τοῦτο δ' ἐστὶν ἃς δεῖ, καὶ τίνων εἶναι κυρίας· καὶ ποίαν τινὰ δεῖ γίγνεσθαι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν. τρίτον δὲ τί τὸ δικάζον, κύριον δ' ἐστὶ τὸ βουλευόμενον περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, καὶ συμμαχίας καὶ διαλύσεως, καὶ περὶ νόμων καὶ περὶ θανάτου καὶ φυγῆς καὶ δημεύσεως, καὶ τῶν εὐθυνῶν. ἀναγκαῖον δ' ἤτοι πᾶσι τοῖς πολίταις ἀποδεδόσθαι πάσας ταύτας τὰς κρίσεις, ἢ τισὶ πάσας· οἷον ἀρχῇ τινι μιᾷ, ἢ πλείοσιν· ἢ ἑτέρας ἑτέραις, ἢ τινὰς μὲν αὐτῶν, πᾶσι· τινὰς δὲ τισί. τὸ μὲν οὖν πάντας καὶ περὶ ἁπάντων, δημοτικόν· τὴν τοιαύτην γὰρ ἰσότητα ζητεῖ ὁ δῆμος. εἰσὶ δὲ οἱ τρόποι τοῦ πάντας, πλείους· εἷς μὲν τὸ κατὰ μέρος, ἀλλὰ μὴ πάντας ἀθρόους, ὥσπερ ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Τηλεκλέους ἐστὶ τοῦ Μιλησίου. καὶ ἐν ἄλλαις δὲ πολιτείαις βουλεύονται αἱ συναρχίαι συνιοῦσαι· εἰς δὲ τὰς ἀρχὰς βαδίζουσι πάντες κατὰ μέρος ἐκ τῶν φυλῶν, καὶ τῶν μορίων, τῶν ἐλαχίστων παντελῶς, ἕως ἂν διέλθῃ διὰ πάντων. συνιέναι δὲ μόνον περὶ τῶν νόμων θέσεως, καὶ τῶν περὶ τῆς πολιτείας· καὶ τὰ παραγγελλόμενα ἀκουσομένους ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. ἄλλος δὲ τρόπος, τὸ πάντας ἀθρόους. συνιέναι δὲ μόνον πρός τε τὰς ἀρχαιρεσίας αἱρησομένους, καὶ πρὸς τὰς νομοθεσίας, καὶ περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, καὶ πρὸς εὐθύνας. τὰ δ' ἄλλα τὰς ἀρχὰς βουλεύεσθαι τὰς ἐφ' ἑκάστοις τεταγμένας, αἱρετὰς οὔσας ἐξ ἁπάντων, ἢ κληρωτάς. ἄλλος δὲ τρόπος, τὸ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς εὐθύνας ἀπαντᾶν τοὺς πολίτας· καὶ περὶ πολέμου βουλευσομένους, καὶ συμμαχίας. τὰ δ' ἄλλα τὰς ἀρχὰς διοικεῖν, αἱρετὰς οὔσας, ὅσας ἐνδέχεται· τοιαῦται δ' εἰσίν, ὅσας ἄρχειν ἀναγκαῖον τοὺς ἐπισταμένους. τέταρτος δὲ τρόπος, τὸ πάντας περὶ πάντων βουλεύεσθαι συνιόντας· τὰς δὲ ἀρχὰς περὶ μηθενὸς κρίνειν, ἀλλὰ μόνον προανακρίνειν, ὅνπερ ἡ τελευταία δημοκρατία νῦν διοικεῖται τρόπον· ἣν ἀνάλογον φαμὲν εἶναι ὀλιγαρχίᾳ τε δυναστευτικῇ, καὶ μοναρχίᾳ τυραννικῇ. οὗτοι

conſultat. altera, quæ in magiſtratibus uerſatur, hoc eſt, quos magiſtratus eſſe, & quarum rerum poteſtatem eos habere, & qualem eorum electionem eſſe oporteat. tertia ad iudices pertinet. Summam autem poteſtatem habet ea pars, quæ de bello & pace, & de ſocietate & de fœderibus & de legibus, & de morte & exſulio, & publicationẽ bonorum & de rationibus referendis conſultat. Neceſſe eſt autem, uel ciuibus omnibus hæc iudicia eſſe tradita, uel nõnullis omnia (uerbi gratia) uni cuidam magiſtratui aut pluribus, uel alijs alia: uel nonnulla eorum omnibus, nonnulla uerò nonnullis. Omnes igitur ciues de omnibus rebus ſtatuere, populare eſt. talem enim æqualitatem requirit populus. Sunt autem modi, quibus omnes de rebus omnibus ſtatuant, complures: unus, ut ſinguli uiciſsim, non omnes ſimul deliberent & ſtatuant: quemadmodũ ſit in reipub. adminiſtrandæ forma à Telecle Mileſio inſtituta (Et uerò in alijs etiam reip. adminiſtrandæ formis conſultant magiſtratuum collegia congreſſa & in unum coacta: magiſtratus autem obtinent omnes uiciſsim ciues ex tribubus & particulis ciuitatis prorſus minimis, donec ad omnes peruentum ſit) conueniant autem omnes ſolum & de legibus ferendis ac iubendis, & iis de rebus, quæ ad reſpub. adminiſtrationem pertinent: & ut ea audiant, quæ à magiſtratibus edicũtur ac denuntiantur. Alius modus, ut omnes cõferti & in unum coacti ſtatuant: ſed conueniãt tantum comitiorum diebus, & ad magiſtratus creandos ſeu legendos, & ad leges ſciſcendas ac iubendas: & cum de bello & pace agendum eſt, & ad rationes rerũ in magiſtratu geſtarum repetendas: de cæteris autem magiſtratus, ut cuiq; negotio propoſiti ſunt, ſiue lecti ex omnibus, ſiue ſortito capti deliberent. Alius modus, ut ciues ad magiſtratus creandos, & rationes à magiſtratibus repetendas conueniant & præſto ſint, & cùm de bello ac ſocietate belli deliberaturi ſunt: cætera à magiſtratibus tranſigantur atq; adminiſtrentur: qui magiſtratus à populo ſint electi, tot, quot eſſe debent. Tales autem ſunt ii, qui non niſi à ſcientibus & uſu peritis geri poſſunt. Quartus modus eſt, ut omnes de rebus omnibus congregati deliberent: magiſtratus uerò nulla de re ſtatuant aut decernant: ſed tantũ ſententiam ſuam anquirendi cauſa ante interponant, eamq; ad populum poſtea referant: quo modo nunc ultima democratia gubernatur: quam & oligarchiæ potentatus eius (quem dynaſtiam nominant) imitatrici, & monarchiæ tyrannicæ proportione reſpondere dicimus.

Hi

K

Hi igitur modi ſunt populares omnes. Quoſdam autem de omnibus peculiare eſt dominatus paucorum, habet autem & hoc diſcrimina plura. Cùm enim à cenſibus moderatioribus creati fuerint plures propter cēſus mediocritatē, nec uo eorū nihil quę lex uetat mouerint, ſed comitati fuerint ipſi, atq; licuerit ei qui cenſum cō ſecutus fuerit, participi eſſe, dominatus ſanè paucorum erit: ciuilis tamen huiuſcemodi, quia moderatè ſe gerit. Cùm autem non omnes deliberandi participes fuerint, ſed delecti: ut lex autem iubet imperium geſſerint, ueluti prius, peculiare eſt paucorum dominatus. Cùm autem etiā creauerint ipſi ſemetipſos, in quorū arbitrio eſt deliberare, & quando filius ſuccedit patri, & in ſua poteſtate habuerint leges: accōmodatum neceſſe eſt eſſe ordinem hūc dominatui paucorum. Cùm autem quorundam quidam, ueluti belli quidem & pacis, & rationum poſcendarum cuncti, cæterarum autem rerum magiſtratus: & hi ſuffragijs creati, uel ſorte ducti, ſtatus optimorum erit, uel reſpublica. Si uerò quorundam ſuffragijs creari, quorundam ſorte ducti: & ſorte ducti uel ſimpliciter, uel ex ijs, qui prius probati fuerint, uel communiter ſuffragijs creati uel ſorte ducti hęc quidem horū reip. uergentis ad ſtatum optimorū ſunt, hæc uerò roip. ipſius. Pars igitur quæ deliberat, diſtincta eſt hoc pacto, quod ad reſp. pertinet: & unaquæq; reſp. diſpenſatur, ut eſt à nobis explicatū. Prodeſt autē ſtatui populi, qui maximè uidetur eſſe populi ſtatus hac ætate (intelligo autem huiuſcemodi, iu quo populus poteſtatē habet ſupra leges) ad deliberandū, meliusq; hoc faciendum, idem quod in curijs in dominatibus paucorum. Statuunt eoim multam his, quos uolunt cauſas iudicare: populares autem mercedem egenis, hoc uerò & circa cōciones faciunt. Deliberabunt enim melius communiter deliberantes cuncti: populus quidē cō nobilibus, hi autem cum multitudine. Prodeſt ſūt ſuffragijs delectos eſſe, qui deliberaturi ſunt, uel ſorte ductos æquales è partibꝰ. Prodeſt quoq;, ſi uicerint multū numero populares illos, q amarēt uocatam rempublicam, ſiue nō omnibus mercedem dare: ſed quod men-

χῇ. οὗτοι μὲν οὖν οἱ τρόποι δημοκρατικοὶ πάντες. τὸ δὲ τινὰς περὶ πάντων, ὀλιγαρχικόν. ἔχει δὲ καὶ τοῦτο διαφορὰς πλείους. ὅταν μὲν γὰρ ἀπὸ τιμημάτων μετριωτέρων αἱρετοί τε ὦσι καὶ πλείους διὰ τὴν μετριότητα τοῦ τιμήματος, καὶ περὶ ὧν ὁ νόμος ἀπαγορεύει μὴ κινῶσιν, ἀλλ᾽ ἀκολουθῶσι, καὶ ἐξῇ κτωμένῳ τὸ τίμημα μετέχειν, ὀλιγαρχία μὲν πολιτικὴ δ᾽ ἐστὶν ἡ τοιαύτη, διὰ τὸ μετριάζειν. ὅταν δὲ μὴ πάντες τοῦ βουλεύεσθαι μετέχωσιν, ἀλλ᾽ αἱρετοὶ κατὰ νόμον δ᾽ ἄρχωσιν, ὥσπερ καὶ πρότερον, ὀλιγαρχικόν. ὅταν δὲ καὶ αἱρῶνται αὐτοὶ αὐτοὺς οἱ κύριοι τοῦ βουλεύεσθαι, καὶ ὅταν παῖς ἀντὶ πατρὸς εἰσίῃ, καὶ κύριοι τῶν νόμων ὦσιν, ὀλιγαρχικὴν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τάξιν ταύτην. ὅταν δὲ τινῶν τινὲς οἷον πολέμου μὲν καὶ εἰρήνης, καὶ εὐθυνῶν, πάντες τῶν δὲ ἄλλων, ἄρχοντες καὶ οὗτοι αἱρετοὶ, ἢ κληρωτοὶ, ἀριστοκρατία μὲν ἐστὶ ἡ πολιτεία. ἐὰν δ᾽ ἐνίων μὲν αἱρετοὶ, ἐνίων δὲ κληρωτοὶ καὶ κληρωτοὶ ἢ ἁπλῶς, ἢ ἐκ προκρίτων, ἢ κοινῇ αἱρετοὶ καὶ κληρωτοὶ· τὰ μὲν πολιτείας ἀριστοκρατικῆς ἐστι ταῦτα, τὰ δὲ πολιτείας αὐτῆς. διῄρηται μὲν οὖν τὸ βουλευόμενον πρὸς τὰς πολιτείας τοῦτον τὸν τρόπον· καὶ διοικεῖ ἑκάστη πολιτεία κατὰ τὸν εἰρημένον διορισμόν. συμφέρει δὲ δημοκρατίᾳ τε, τῇ μάλιστ᾽ εἶναι δοκούσῃ δημοκρατίᾳ νῦν (λέγω δὲ τοιαύτην, ἐν ᾗ κύριος ὁ δῆμος καὶ τῶν νόμων ἐστὶ) πρὸς τὸ βουλεύεσθαι, βέλτιον τὸ αὐτὸ ποιεῖν, ὅπερ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. τάττουσι γὰρ ζημίαν τούτοις, οὓς βούλονται δικάζειν, ἵνα δικάζωσιν. ἡ δὲ δημοκρατία, μισθὸν τοῖς ἀπόροις, τοῦτο δὲ καὶ περὶ τὰς ἐκκλησίας ποιεῖν. βουλεύσονται γὰρ βέλτιον κοινῇ βουλευόμενοι πάντες· ὁ μὲν δῆμος μετὰ τῶν γνωρίμων, οὗτοι δὲ μετὰ τοῦ πλήθους. συμφέρει δὲ καὶ τὸ αἱρετοὺς εἶναι τοὺς βουλευομένους, ἢ κληρωτοὺς, ἴσους ἐκ τῶν μορίων. συμφέρει δὲ, κἂν ὑπερβάλλωσι πολὺ κατὰ τὸ πλῆθος οἱ δημοτικοὶ τῶν πολιτικῶν, ἢ μὴ πᾶσι διδόναι μισθὸν· ἀλλ᾽ ὅσοι σύμμετροι

mus. Hi igitur omnes modi ſunt democratici. Quoſdam uero de omnibus ſtatuere, oligarchiæ proprium eſt. habet porrò etiam hoc differentias plures. Cum enim ex mediocribus cenſibus & deliguntur magiſtratus, & ſunt plures propter cenſus mediocritatem, neq; quicquam eorū, quæ uetat lex, mouent, ſed legem ſequuntur ducem: & ei, qui cenſum lege præfinitum habeat, licet ad rempub. accedere: oligarchia hæc talis quidem eſt, ſed ciuilis, quia modum ſeruat. Cum uerò non omnes conſilij publici ſunt participes, ſed eliguntur, & tamē ex lege imperant, ut & ſuprà: id ad oligarchiam pertinet. At cùm ij, penes quos eſt conſultandi poteſtas, ſe ipſi legunt & creant: cumq; filius in locum patris ſuccedit, & cum leges ſibi ſubiungunt, non ſe legibus: hæc reipub. ordinatio oligarchica ſit neceſſe eſt. Cum autem partitione & deſcriptione quadam facta, de nonnullis rebus ſtatuendi poteſtatem & ius habent nonnulli (uerbi gratia) de bello & pace, & de rationibus repetendis omnes: de cæteris realibus magiſtratus, hiq; electi aut ſortitò facti: hæc quidem reipub. adminiſtrandæ forma, ariſtocratia eſt. Sed ſi de aliquibus rebus ſtatuere poſſint magiſtratus electi, de aliquibus ſortito facti: & qui ſortito fiunt, uel ſimpliciter ſumantur ex omnibus, uel ex ijs qui ante meliores iudicati ſunt: uel communiter deligantur, & ſortitò fiant: hæc reipub. adminiſtratio partim ariſtocratia eſt, partim ipſa politia. Diſtinctum igitur ac diuiſum hoc modo eſt id, quod in ciuitate cōſultationi præeſt, ſpectatis reip. adminiſtrandæ formis: & [a] gubernatur unaquæq; reſpub. adminiſtrandæ forma, quemadmodū ſuprà definitum atq; explicatum eſt. Conducit autem ad conſultandum ei democratiæ, quæ maximè uidetur nunc eſſe democratia (talem democratiam dico, in qua populus habet poteſtate legum iubendarum & uetandarum) quod fit in oligarchijs de iudiciorum ratione, & id rectius facere (multam enim in ijs irrogāt, quos iudicandi munere fungi uolunt, ut iudicandi munere fungantur: at democratia tenuibus & egentibus mercede decernit) & hoc idem in concionibus facere. Melius enim conſultabunt, ſi conſulent omnes communiter: multitudo quidem cum claris & nobilibus uiris, hi uerò cū multitudine. Expedit autem, eos qui conſultandi munus obibunt, aut ſuffragijs creari atq; eligi, aut ſortitò fieri æqualiter ex membris & particulis ciuitatis. Expedit porro illud quoq;, ſi ciues populares politicos ſeu ciuiles longe numero ſuperent: aut non omnibus mercedem dare, ſed tam multis, quam

menſura reſponderint ad numerum notorum, ſiue plures illorum ſorte eijcere. In paucorum autem ſtatibus, uel deligere aliquos è multitudine, uel fabricare curiam: quemadmodum in quibuſdam rebuſpublicis, quos uocant præconſultores & cuſtodes legum: & de ijs rebus ſtatuere, de quibus hi prius conſultarint. ita enim particeps erit populus deliberandi, & nihil poterit diſſoluere eorum, quæ pertinent ad rempublicam. Amplius aut eadem decernere populum, aut nihil, quod aduerſetur ijs, quæ proponuntur: uel poteſtatem facere omnibus applicandi ſe ad deliberandum, ſtatuere autem magiſtratus. Et oppoſitum facere oportet eius, quod fit in rebuſpublicis: abſoluentis enim ratam oportere eſſe ſententiam multitudinis, condemnantis autem non ratam, ſed rurſus ad magiſtratus reijci. In rebuſpublicis enim contrà fit: paucorum enim, cùm abſoluerint, ſententia rata eſt: cùm condemnarint autem, non rata, ſed reijcitur ſemper ad plurimos. De parte igitur quæ deliberat, & in cuius poteſtate reſp. eſt, definitum ſit hoc pacto.

μετρεῖ πρὸς τὸ τῶν γνωρίμων πλῆθος, ἢ ἀποκληροῦν τοὺς πλείους. ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, ἢ προαιρεῖσθαι τινὰς ἐκ τοῦ πλήθους, ἢ κατασκευάσαντας ἀρχεῖον· οἷον ἐν ἐνίαις πολιτείαις ἐστίν, οὓς καλοῦσι προβούλους, καὶ νομοφύλακας· καὶ περὶ τούτων χρηματίζειν, περὶ ὧν ἂν οὗτοι προβουλεύσωσιν. οὕτω γὰρ μεθέξει ὁ δῆμος τοῦ βουλεύεσθαι, καὶ λύειν οὐδὲν δυνήσεται τῶν περὶ τὴν πολιτείαν. ἔτι ἢ ταὐτὰ ψηφίζεσθαι τὸν δῆμον, ἢ μηθὲν ἐναντίον τοῖς εἰσφερομένοις· ἢ τῆς συμβουλῆς μὲν μεταδιδόναι πᾶσι, βουλεύεσθαι δὲ τοὺς ἄρχοντας. καὶ τὸ ἀντικείμενον δὲ τοῦ ἐν ταῖς πολιτείαις γιγνομένου δεῖ ποιεῖν. ἀποψηφιζόμενον μὲν γὰρ κύριον δεῖ ποιεῖν τὸ πλῆθος· καταψηφιζόμενον δὲ μὴ κύριον, ἀλλ᾽ ἐπανάγεσθαι πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. ἐν γὰρ ταῖς πολιτείαις, ἀντεστραμμένως ποιοῦσιν· οἱ γὰρ ὀλίγοι ἀποψηφισάμενοι μὲν κύριοι· καταψηφισάμενοι δὲ οὐ κύριοι, ἀλλ᾽ ἐπανάγεται εἰς τοὺς πλείους ἀεί. περὶ μὲν οὖν τοῦ βουλευομένου, καὶ τοῦ κυρίου δὴ τῆς πολιτείας, τοῦτον διωρίσθω τὸν τρόπον.

quam multi cum multitudine nobilium commenſu quodam comparari queant, aut plures ſortiendi iure poteſtateq; priuare. In oligarchijs autem utile eſt aut nonnullos ex multitudine ante alios ſumere, alijsq; anteferre, qui deliberent: aut curiam aliquam[b] cõſtituere talem, qualis eſt in quibuſdam reipublicæ adminiſtrandæ formis, quos probulos, id eſt præcõſultatores, & nomophylacas, id eſt legum cuſtodes appellant: & de ijs agere, de quibus hi ante conſultarint. Sic enim populus erit conſultandi conſors & particeps, neq; quicquã eorum reſcindere poterit, quæ ad reipub. adminiſtrationem pertinent. Præterea aut eadem decernere populum, aut nihil contrarium ijs decernere, quæ ad eum referuntur: aut cum omnibus quidem conſilium communicare, ſed ſolis magiſtratibus conſultandi poteſtatem facere: contrariumq; eius, quod fit in ciuilibus resp. adminiſtrationibus, quas Græci politias appellant, faciẽdum eſt. Populi enim in abſoluendo rata debet eſſe auctoritas, in condemnando non debet eſſe rata: ſed prouocatio fit ad eos magiſtratus, qui resp. præſunt. Nam in ciuilibus resp. adminiſtrationibus ſecus eueniunt ordine conuerſo. paucorum enim, ſi quidem abſoluerunt, rata eſt auctoritas: ſin condemnarunt, rata non eſt, ſed prouocatio ſemper eſt ad quamplurimos. De ea igitur ciuitatis parte, quæ conſultat, & de ea, penes quã eſt moderandæ atq; adminiſtrandæ ciuitatis auctoritas ac poteſtas, ita ſit à nobis explicatũ.

COMMENTARIVS.

Rurſus autem.) Cùm abſoluiſſet, quæ modò ſignificauit: oſtendit de quibus agere nunc uelit, & quæ exquirat uera ſeries huius diſciplinæ, inquit igitur, ſe & communiter de omnibus rebuſpublicis, & ſeorſum de ſingulis diſputaturum eſſe quæ ſequuntur poſt ea, quæ iam tradita ſunt, ſumto debito principio illorum, & quod maximè conuenit. aperit autem, quæ illa ſint, quæ deinceps dicenda reſtant, his uerbis: Sunt autem tres partes rerump. omnium, de quibus decet ſedulò uidere bonum ſcriptorem legum, & qui ſtudio ſuo ſuſcepit ornandam ciuitatem aliquam: id quod conducit ſingulis illis. Ipſa uerò tanti momenti eſſe adiungit, ut ſi bellè ſe habuerint, rectéq; cõſtituta fuerint, neceſſe ſit rempub. totam bellè ſe habere. Præterea eædem partes cùm eam habeant, ut ſi ipſæ diuerſæ inter ſe diſcrepantesq; fuerint, diſcrepent etiam reſp. neceſſariò, quarum illæ partes ſunt.

Trium autem harum.) Exponit, quæ ſint partes, quas dixit. Vnam autem earum eſſe inquit, partem illam reipublicæ, quæ deliberat de rebus pertinentibus ad ſtatum ciuitatis, communeq; bonum. alteram autem, quæ uerſatur circa magiſtratus. Cùm uerò ſibi uiſus eſſet obſcurè locutus, aperit pluribus uerbis ſenſum animi ſui, atque inquit. Intelligo autem, quos oportet magiſtratus eſſe in ciuitate, & quæ ſint curæ illorum, ut quidquid ſtatuerint de ipſis, ratũ ſit. Præterea hæc pars ſtatuet qualem potiſſimum eſſe deceat creationem eorundem. Neque enim una ſolùm ratio eſt huius rei: aut enim deligentur magiſtratus, aut ſorte nomina ciuium ex urna ducentur. Tertiam, quæ reſtabat, partem eſſe dicit, quæ lites iudicatura ſit.

Quæ deliberat.) Pars, inquit, illa ſummam habet poteſtatem, & quaſi regnat in ciuitate, quæ deliberat de bello ac pace, & de ſocietate coeunda cum aliqua gente: ſiue, ſi priùs illa extiterit, atque inutilis exiſtimetur, de ipſa renuntianda & diſſoluẽda. Eandem rationem eſſe dicit legum: quæ namque pars leges nouas fert, aut ueteres abrogat quæ ſanè eadem eſt, & ipſa illic quaſi dominatur. Adiũgit autem huiuſcemodi alia quædam munera. propria itidem huius partis, quæ poteſtatem magnam ſuſtinet: ut ſi ſtatuat de pœna capitis, & de exilio, quæ maxima ſupplicia ſunt omnium, quibus afficiuntur ciues improbi ac ſeditioſi. Sequitur de publicatione bonorum, quæ grauis itidem pœna comitari ſæpè ſolet has duas proximas ſuperiores. Reſtant, quas uocat εὐθύνας, cura eorundem: illa autem eſt, cùm apud aliquos hi qui publicum munus obierunt, lege rationem reddere coguntur adminiſtratarum rerum.

Neceſſe autem eſt.) Cùm plura uariaque iudiciorum genera expoſuiſſet, utitur diuiſione non enim una ſolùm ratio eſt illorum tractandorum, ut commemorat inquit igitur. Neceſſe autem eſt, ſiue omnibus ciuibus tribuenda eſſe cũcta hæc iudicia, ita ut nulli ſint expertes ipſorum, & qui non aliquãdo de ipſis exiſtimaturi ſint: ſiue certis quibuſdam omnia, ut perſonæ diuidantur, numerus autem iudiciorum idem ſeruetur. Illi namque ipſi, quibus hoc commiſſum eſt, omnes has cauſas ſine diſcrimine ullo exiſtimabunt. Voluit autem aperire ipſe, quomodo accipi deberent, quos diſtinxit, atque inquit: Ceu magiſtratui alicui uni, ſiue pluribus. ita enim quoque, etſi magiſtratus ſiue ordines plures ſunt, quibus id mandatum eſt, erepta hæc ſunt iudicia è manibus uniuerſorum. ſequitur autem: Vel diuerſis, magiſtratibus ſcilicet, perſoniſque, diuerſa iudicia: ut hi ſcilicet exiſtiment de his, alij uerò de alijs. Vltimum membrum diuiſionis eſt: Vel quædam iudicia aſſignata ſint omnibus, ut nullus ſcilicet inde ciuis excludatur: quædam uerò quibuſdam, magiſtratibus inquam, certiſq; perſonis.

Omnes igitur) Explicata diuiſione, oſtendit quibus ciuitatis ſtatibus ſingula hæc membra diuiſionis conueniant: initium autem ſumit à primo, inquit enim: Omnes igitur ciues exiſtimare de omnibus cauſis, neminemq; ipſorum eſſe

 peri-

penitus expertem huius muneris,populare eſt propriumque ſtatus multitudinis. Cuius ſuæ ſententiæ cauſam affert, affirmans huiuſcemodi æqualitatem quærere cupereque populum,ut ſcilicet nulla magnopere attendatur perſonarū dignitas atque exiſtimatio.ſed ut omnes,nati liberi,æquales ſint.

Sunt autem modi.)Modos plures inueniri oſtendit,quibus,quod noue protulit,geratur:id eſt,ut uniuerſi ciues participes ſint deliberationum.Sunt autem illi,ut apparet ex iis,quæ adiungit,quatuor.unum eorum eſſe uult,qui primus eſt,cùm ſingillatim cuncti uocantur ad deliberandum,ita ut nullus eorum ſit,cui non aliquando contingat munere hoc fungi:nec tamen omnib.ſimul licet coactis,eodem loco ſententiam dicere de eo,quod in diſceptationem uenit. Commemorat autem,in rep. Telecles Mileſij hoc inſtitutum fuiſſe:probauit enim ille,ut narrat noſter hic doctor,rationem hanc.

Et in aliis.)Docet in alijs quoque nonnullis rebuſp.idem ferè factitatum fuiſſe.in quibus magiſtratus plures,cùm ſimul coierint,certoque in locum conſederint,conſultant de republica:in quos magiſtratus perueniunt cuncti mutatis uicibus,profecti è tribubus & partibus etiam minimis quibuſque ciuitatis.quod ſedulò ſeruator,ut nouis ſemper in de ducantur,donec per omnes tranſeat id munus.Ita enim quoque apertè ciues omnes dicuntur eſſe participes deliberationum:non tamen omnino,ut ſuperiores.Illi namque ſingillatim eorum nominibus ex urna ductis,hi uerò non priue magiſtratum nacti forent uocabantur enim magiſtratus ipſi Συναρχίαι uocati ſunt uerij magiſtratus,qui eodem tempore imperium illud exercerent. Vt autem his βαδίζειν εἰς τὰς ἀρχάς, inquit:ita M. Cicero pro L. Flacco,in ſenatum uenire, aut peruenire.

Conueniunt autem ſolum.)Magiſtratus hi(ut percipitur) cæteris temporibus ſeorſum in ſuis ſinguli proprijſque muneribus occupati erant:cùm uerò de magnis rebus publicè quæreretur,ad diſceptationes illas ſimul uocabantur.Quæ autem rei requirerent ſtudium horum ipſorum conſilio ex omnibus,declarat.loquitur enim,ſolitos cogi,cùm diſceptaretur de legibus promulgandis,& de rebus quæ ad ſtatum ciuitatis pertinerent:tùm.quod rerum eſt,uocabantur,ut audirent,quæ ſignificarentur illis à certo quopiam magiſtratu:exempli cauſa,ab eis qui ſociis remp. adminiſtrant. (b)

Alium autem modum.)Secundum modum exponit,qui eſt,cùm omnes ciues ſimul coguntur,eodemque tempore incumbunt in eandem curam. Quia autem magnum negotium eſt,tantam multitudinem hominum in eundem locum conuenire doceat,id non niſi in magnis deliberationibus fieri ſolitum.Appellat autem illa tempora,primumque eorum eſſe inquit comitia.tunc enim conueniebant,ut crearent magiſtratus.quæ res quanti momenti ſit,apparet.Cùm lex etiam aliqua noua ferebatur,aut uetus abrogabatur,ſolitos illos uocari affirmat.& cùm deliberabatur de bello & pace.Quartum tempus nominat,cùm aliqui publicæ alicuius curæ,quam geſſiſſent,rationem reddebant.ut uiderent,ſi aliquid contra leges ab ipſis ſummiſſum foret.De publicis reliquis negotiis tradit in ciuitate quærere ſolitos magiſtratus,illis ipſis rebus uidendis curandiſque aſſignatos:qui magiſtratus aut ſuffragijs delecti ex omnibus ſint,aut ſorte creari.

Alium autem modum.)Tertium modum eſſe inquit,cùm ciues,omnes ſcilicet,præſentes adſunt,quando creantur magiſtratus,aut rationes ab aliquibus redduntur:necnon,cum quæritur de bello,ut deliberent de illo,& de concordia:ſi non omnes,aut dirimenda.Lex autem in ea rep eſt ut cætera diſpenſent magiſtratus,qui delecti ſuffragijs ſint: nec,qui ſaltem ita creari poſſunt.ægrè enim fert multitudo,& quantum poteſt repugnat,ne ita creentur magiſtratus. Qui autem in primis ita deligi debeant,declarat:illi inquam,quorum curæ mandata ſunt,quæ non poſſunt,niſi à peritis,intelligi et rectè ordineque fieri,ceu ducere exercitum:ut que enim facile contingeret aliter.quod narrat M.Ciceroo ſuuueniſſe L.Lucullo:qui cùm eſſet miſſus ad bellū Mithridaticum,rei militaris rudis,clariſſimus imp.euaſit.& regem poſt Alexandrum Maximum ſæpè uicit.

Quartus autem.)Quartus autem modus eſt,inquit,cùm omnes de omnibus cōſultant conuenientes:magiſtratus uerò poteſtatem nullam habent ſtatuendi de aliqua re. Tantum enim permiſſum eſt ipſis,ut antequā proponant aliquid multitudini,de illo ipſi uideant,examinentque,ut prius non debeat:hoc enim ualet προβουλεύειν, id eſt probare prius atque examinare.Quemadmodum etiam locutus eſt orator pro Cteſiphonte,cuius hæc uerba ſunt:τὸν δὲ αὐτὸν τὸ πρᾶγμα καὶ προβουλεῦσαι. Adiungit autem philoſophus,quaſi digito monſtrare hoc uolens,quomodo nunc poſtremum genus populi ſtatus regitur ac diſpenſatur.Vitium uerò huius reip.magis aperire cupiens,addit,quam affirmamus proportione reſpondere dominatui paucorum,ſimulque prius parui dynaſtarum,& imperio unius inſulſo ac tyrannico Nā dynaſtas nominauit in epiſtola quadam ad Atticum M Cicero,cùm paucos oſtendere uellet præpotentes ciues,qui Romæ tunc improbè dominabantur Si erit nebulo iſte,inquit,cum ijs dynaſtis in gratia. In extremo teſtatur,concludēs explicationem hanc totam,hos omnes modos eſſe populares,propriosque ſtatus multitudinis.

Quoſdam autem.)Cùm deliberandi modos explicuiſſet,proprios multitudinis:exponit nunc,qui uſurpantur in dominatibus paucorum,& ipſos etiam numero plures.Incipiens igitur de illis agere,inquit: Quoſdam uerò, certos quidē illos,de omnibus agere.proprium eſt dominatus paucorum.quod ſanè & ipſum non uno modo fit. Vt enim demonſtratum eſt,pluribus modis id fieri in diuerſis ſtatibus multitudinis:ita in dominatibus quoque paucorum. ipſos uerò ita explicare aggreditur.

Cum enim a cenſu.)Tradit primum deliberandi modum in dominatibus his,perſonas oſtendens,quæ funguntur illic munere hoc.inquit igitur. Quando enim ſumti fuerint principes reip è cenſibus fortunisque moderatioribus,ijdemque fuerint plures,ac ſe à multitudine numerum ſui ordinis conſerent: quod neceſſariò continget,fortunis eorum moderatis exiſtētibus. Præterea cùm mouerint nihil,nouarintque contra leges:uerum ſemper ſequentur iuſſa ipſarum.Sed etiam cùm licuerit omnibus illis,qui peruenerint ad eum cenſum,ſtatim participes fieri reipublicæ,dominatus hæc ſanè erit. quis enim hoc non concedat cùm pauci,excluſis cæteris,de magnis rebus ſtatuant:uerumtamen ciuilis illa quidem,& quæ ferri poſſit. quia ſe omnibus in rebus principes ipſius moderatè gerunt.Quæ autem requirantur,ut huiuſcemodi illa ſit, expoſuit ſunt enim tria. Nā,quod inquit,numerum deliberantium non paruum eſſe,ut indicauit quoq; ipſe:conſtituit primum illud,quod poſuit.... ſignificat his mutare nouaſque aliquid.

Cum autem non.)Secundum modum oſtendit deliberandi,& ipſum uariantem dominatum.eſſe autem illum dixit,cùm principes omnes participes non ſunt deliberationum,ſed è numero ipſorum illi tantùm,qui ſuffragijs delecti fuerint: qui tamē & ipſi,ut ſuperiores illi,nullam in partem diſcedant à legibus.eſt ſanè & hoc inſtitutum aptum dominatui paucorum:quod enim in extremo auctor inquit,... ὀλιγαρχικόν:ualet,ut opinor,eſt profectò peculiare paucorum dominatus.eiuſdem tamen generis illius,cuius primus ille modus fuit,id eſt ciuilis & moderatus.

Cùm autem etiam.)Tertius hic modus eſt,qui magis adhuc declarat eum dominatum eſſe, magiſque diſſidere ab æquabili & ciuili ratione.Nam ſui iuris eſſe uolunt principes reip. illius aſciſcentes aliquos in ſuum ordinem,nec patiuntur hoc in aliorum poteſtate ſitum eſſe: & præterea uolunt liberos parentibus ſuccedere in illo gradu honoris. quod quàm periculoſum ſit bonis conſilijs capiendis,intelligitur. Non ſemper enim filij reſpondent uirtuti prudentiæque patrum:ſed aliquādo,uel potius ſæpè,imbecillis conſilij ſunt. Tertium,quod in moribus eorum idem declarat,eſt quòd narrat,eos dominos legum eſſe,& licere ipſis,cùm commodum illis eſt,ea liberè migrare. Vnde in extremo auctor addit,re iam cognita & explorata,neceſſariò conſtitutionem hanc eſſe accommodatam dominatus paucorum:& illi quidem ualde cupido ſuæ poteſtatis quacunque ratione retinendæ.

Cum autem quorundam.)Indicat modum alium rationemque,diſcrepantem non parum à ſuperioribus. Quando igitur, inquit, quidam certi ciues participes fuerint conſiliorum certorum quorundam. Quæ autem deliberationes illæ ſint,quas intelligit,antequam abſoluat ſententiam,aperit:Cùm enim,inquit,deliberatiuum de bello & pace,& de rationibus reddendis,quarum rerum participes ſint omnes:reliquorum autem omnium magiſtratus,ſiue illi ſuffragijs delecti fuerint,ſiue ſorte ducti,hic ſtatus eſt optimatum,ſiue illius qui uocatur communi nomine omnium rerump.reſpublica.Cùm autem de rerum initio ſe loqui oſtendat,ſuſcè autem partem diuiſionis appellans,omnes nomines:ipſi quoque,diſtincti à magiſtratibus,non malè quidam uocari poſſunt.

Si uerò quorundam.)Oſtendit ſimul plures deliberandi modos,aliquantum inter ſe diſcrepantes.quorum modorum quidā,ut ſignificat,ſunt proprij ſtatus uocati reſpublicæ:quidam autem optimatum:aut ſi omnino proprij ipſorum non ſunt,multum

tum tamen eorum referunt. Primum igitur inquit, Si uerò quædam rerũ participes deliberatoreſque erunt docti uiri, quorundam uerò ſorte ducti, quos etiam, poſteriores inquam hos, non uno modo neque ex eodem ordine duci poſſe adiungit. Vel uniuerſi, inquit, ducentur ſimpliciter, id eſt ex ijs, quorum nullus delectus prius habitus fuerit: uel ex probatis, & quaſi illi muneri obeundo idoneis exiſtimatis. hi namque ſunt, quos uocat αἱρετούς. Addit autem: Siue communiter & eodem pacto delecti & ſorte ducti. Quod ſequitur, concluſio eſt totius huius rationis. inquit enim: Hæc inſtituta partim propria erũt reipublicæ, ſpeciem habentis ſtatus optimatum. partim autem reip. ipſius. Quæ namque ſorte adminiſtrantur, planum eſt conuenire illi ſtatui. nam conſenſum omnium, iudiciumque requirit ſtatus optimatum. Manet autem ueſtigium eius, quod hic traditur dupli, quibus ſorte mandatur magiſtratus, in noſtra præſenti republica: perſpiciturque qui ſint, quos ipſe uocat αἱρετούς. Mos enim eſt apud nos, interiecto ferè ſpatio X. annorum, cogere delectos uiros, ad quos cùm recitentur nomina cunctorum ciuium, poteſtate ipſis huius rei data, qui illi ordini probati fuerint, idoneiq; exiſtimati muneri propoſito obeundo, eorum nomina in ſacculum conijciuntur. Vocatur autem hoc ſtudium inſtitutumque ſcrutinium, quia hi homines quaſi ſcrutantur & indagant mores uitamque ciuium: cum uerò tempus uenit creãdorum magiſtratuum, ducuntur nomina ipſorum ex illis ipſis ſacculis. Hi ſunt igitur, quos auctor uocat αἱρετούς: quia de ipſorum uita acta, factiſque prius exiſtimatio facta fuit, aptique illi habiti ei officio præſtando. Contrà autem, ſi aliquæ curæ publicæ mandarentur nõ probatis antea ſuperiore ratione, ſed ſine ullo diſcrimine illis, quorum tantũ nomina ducta fuiſſent è ſuis ſacculis: illi ſimpliciter ſorte creati dicerentur, quia penitus ſorti res committitur. Verum tamen, quia tanto interuallo temporis poſſent mutari mores hominum: et, ſi fortè peruerſi quoque ingenij prius feſelliſſent, intelligi: conſuetudo apud nos eſt iterũ proponere nomina probatorum illorum, ut reijci ſuffragijs poſsint, & ab eo munere arceri. Hoc autem, ut docet auctor tuus magiſter, ſeruatur in paucorum ſtatu. nam multitudini non probatur inſtitutum hoc: nec utitur ipſa præiudicijs his, & (ut uocant) ſcrutinijs.

Pars igitur) Hæc eſt quaſi peroratio ſuperioris diſputationis. Oſtendit enim ſe abſoluiſſe, quod propoſuerat, diſtinxiſſeque partem reipublicæ, quæ uerſatur in deliberando: & eſt accommodata ſingulis rebuſpublicis, modoſque, quibus ad uerſetur, eſſe quos oſtendit. Singulæ igitur, inquit, reſpublicæ curent diſpenſentque hoc ex ea, quæ tradita eſt à nobis, explicatione.

Prodeſt autem.) Monſtrat, quod ualde utile putat eſſe in certo quodam genere reip. popularis ad rectè ordinateque deliberandum, quod faciet illa imitatione inſtitutorum, quæ propria ſint aliorum ſtatuum, in alijs ſuis finibus imperrerendis, ita igitur eorum hunc locum proſequitur. Conducere enim, dicit, ſtatui illi multitudinis, qui ſue ætate maxime exiſtimabatur eſſe popularis, ad conſilia capienda, meliuſque id munus obeundum, idem facere, quod faciunt in curijs iudicijſque exercendis auctores dominatus paucorum. Minantur enim, inquit, pœnam illic, quos uolunt cauſas iudicare, ut metu mulctæ illi frequentent iudicia. Eodem pacto addit, populares, & ipſi mercede inuitant eos, quos utile ſibi putent eſſe iudicare: ij autem ſunt pauperes. Idem igitur ſeruari debere exiſtimat in eo ſtatu, quem ſignificauit, ut pœna ſcilicet & præmio concitati hoc officio aſsiduè continerentur: diuites ſcilicet mulcta, pauperes autem mercede. Supra tamen, antequam huc perueniret, aperuit, quæ nam ſit reſp. illa popularis, quam paucis deſcripſerat, cùm dixerat eam tunc putari præter cæteras eſſe popularem exiſtimetque ſe intelligere rempublicam, in qua populus legibus etiã dominatur: & cùm commodum ipſi eſt, migrat ipſas et dirumpit. Apparet igitur Ariſtotelem, cùm inquit, eam putari illo tempore maximè talem eſſe: intelligere homines, qui de hoc non poſſunt uerè exiſtimare. ipſe namq; diſſentit magnopere ab illis, ut notum eſt ex ſuperiore ſua de his ſtatibus accurata diſputatione. Iſocrates quoq; in oratione, cuius index eſt ἀρεοπαγιτικός, laudat mirificè ueterem democratiam Athenienſium: conaturque perſuadere ciuibus ſuis, ut reiectis, licentiæque plene, relicta, totos ſe conferant ad priſcam illam colendam. In extremo autẽ Ariſtoteles admonuit, & ſi aliquo modo hoc ſimilibus ab ipſo poſitis cognoſci poterat, idq; prius quoque ipſe tetigerat: admonuit inquam, apertèq; dixit, quod intelligeret. inquit enim: Hoc idem facere cùm coguntur conciones, id eſt in deliberationibus. ab uniuerſa enim multitudine deliberabatur in illis ſtatibus de republica.

Deliberabunt enim) Cauſam adferre uoluit ſuæ opinionis. Si enim, inquit, hoc ſeruârint, ut omnes ſimul deliberent: melius deliberabunt, utilioraq; reip. conſilia capient. Omnes etiam cùm dixiſſet, teſtatus eſt, quos intelligeret. Populus enim, inquit, adiunctis ſibi nobilibus, & hi unà cum plebe. Temperamentum igitur illud, fractis cupiditatibus amborum, efficit ut melius reip. conſulant.

Prodeſt autem.) Secundum hoc eſt eorum, quæ putat prodeſſe ſtatibus multitudinis. Eſt autem huiuſcemodi, ut parem numerum ſumantur è partibus contrarijs ciuitatis, qui deliberaturi ſunt: ſiue illi ſuffragijs deligentur, ſiue ſorte ducẽtur. In utraque enim ratione, ſiue illa magis accommodata ſit optimatibus, ſiue propria uoluntati popularium: idem ſeruari debere arbitratur. Ita unum quoque, cùm non ualde ſuperauerit numerus aut horum aut illorũ, utiliora conſilia capientur.

Prodeſt quoque.) Tertium quoddam monſtrat, & ipſum tale, ut diligenter cuſtoditum, iuuare poſsit remp. eandem, eidemq; remedium adhibere, ne exoriatur facile illic aliquid incommodi. Si enim, inquit, uicerint numero maiorem in modum populares homines notos ac medios illos, quos idoneam materiam eſſe demonſtratum eſt reip. uocatæ (hoc enim uidetur intellexiſſe, cùm appellauit eos πολιτικούς) oportebit non omnibus præmium proponere: ſed ijs tantùm è numero ipſorum, qui proportione reſpondeant numero nobilium uel ſi quis omnino uelit mercedem dare, ſorte ducta eijcere ex ordine illo, qui deliberaturus eſt, uniuerſos eos, qui exuperant, nec pati ut illi præſentes adſint conſilijs capiendis. Niſi enim hoc fieret, probarent hi tantùm conſilia, quæ ſibi accommodata putarent nec metuerent incommodare locupletibus, qui propter paucitatem non poſſunt reſiſtere ſtudijs ipſorum. ἀποκληροῦν hic ualet remouere, & quaſi ſorte eijcere ex ordine deliberantium, ut uitetur hoc incommodum, plures illos. Si namque ſortitione hoc fieret, non poterunt tantopere queri, nec putare ſe iniuriam accepiſſe, quaſi ſtudioſe pecunia illa orbati.

In paucorum.) Oſtendit uias quaſdam, quibus pauci dominantes in ciuitate, efficient ſibi animum multitudinis, uideanturq; participem ipſam facere deliberationum: eodemque tempore ſine timore ſint, ne illa, flagrans odio aduerſus ſe, ualeat ſibi è manu eripere poteſtatem. Sunt autem illæ rationes tres. Prima earum eſt, quæ hoc præſtat, uel aſſciſcere ſibi aliquos è multitudine, quos quaſi ſocios habeant huius muneris: ita enim populus non omnino ſe putabit expertem deliberandi, cùm uidebit quoſdam ſui generis, unà cum diuitibus in hoc officio uerſari: uel inquit, moliri creareq; magiſtratum ſimilem illi, qui in quibuſdam rebuſp. exſtitit, uocatus à cura eorum, qui gerunt ipſum, à Græcis προβούλους & νομοφύλακας: quorum nomina ampliùs inde conformatum eſt, quòd illi debebãt prius uidere, de quibus poſtea deliberandum eſſet: alterum autem impoſitum fuit à cura cuſtodiendarum legum. Προβούλους nominauit Ariſtoteles in III libro de Arte dicendi, cùm Piſander accuſator quæſiſſet è Sophocle, an probaſſet & ipſe onus eorum, quod reliqui collegæ ipſius προβούλους, Cicero quoque in libris de Legibus, præter Græcos auctores. Vt narrat autẽ Ariſtoteles, principes poſtea, paucique illi, qui dominabantur, ſoli ſtatuebant, de quibus hi prius inter ſe diſputaſſent: cui deliberationi confirmationique præſentes non adeſſent populares illi. Exponit etiam bonum, quod caperetur ex hoc inſtituto, & quantopere utile ipſum foret ſtatui paucorum, declarat dicens, Sic enim particeps populus erit deliberandi: nec tamen tentare diſſoluereque aliquid poterit eorum, quæ fundamenta ſunt præſidiaque illius dominatus. Infra etiam, ubi diſſerit de magiſtratibus, tradens quoſdam ipſorum proprios eſſe certæ alicuius reipublicæ, rettuncipſum προβούλων, dicit ipſum minimè conuenire ſtatui multitudinis, βουλὴ fit ordo proprius eius reipublicæ, πρόβουλοι uerò poteſtatis paucorum. quamuis uſurpetur etiam aliquando in ſtatu multitudinis, atque id, cùm hoc ibi contingit, ut populus liberetur aſsidua cura rerumpublicarum: tunc tamen πρόβουλοι mulctarunt, in dominatu uerò pauci. numero enim diſtinguitur hic magiſtratus à ſuo loco in alienum tranſlatus.

Amplius autem eadem.) Hæc ſecunda ratio eſt, qua idem callidè obtinetur, ut ſcilicet multitudo ſibi participẽ eſſe uideatur deliberationum, nec poſsit nocere illi reipublicæ, cùm poteſtas populo ſit, ut eadem decernat, quæ principes, ſi uelit: nihil tamen contrarium, & quod aduerſetur ſententijs, quæ ipſi proponuntur. Non ualde autem diſsimilem huic alium modum adiungit, qui eſt, ut principes poteſtatem faciant multitudini, ut unà ſecum cõſulteret: ipſi tamẽ pro-

K 5 Red

itea ſoli ſumant prohentq́;, quæ uiſa fuerint: idem enim uſuueniat ex hac lege.

Ex oppoſito.) Tertia aſtuta ratio hæc eſt, qua pauci ſibi proſpiciunt, dominatumq́; ſuum reddunt firmiorem. Iubet igitur ipſius contrarium facere eius, quod ſeruatur in ſtatibus liberis, & qui reguntur à multitudine (id eſt, permittere multitudini, ut improbet repudietque) quæ ſibi non placent, nec tamen ualeat ſententiam ullam confirmare at tamen facere: quia necaſſe eſt, quod illi probatum ſit, referri ad principes, uidereque an idem ipſis quoq; probetur, quorum auctoritatis hoc proprium eſt, quorumque ſententiæ ratæ ſunt. Commemorat autem modum, quem in hac re ſequi dixit ſtatus liberos. Illic enim, inquit, pauci poteſtatem habent ſuis decretis improbandi repudiandiq́ue, non tamen quæ propoſita ipſis fuerint, confirmandi. Verùm illa ſemper comportantur ad multos, cui ordini hoc reſeruatū eſt: ipſius namque ſumma auctoritas in republica. hæc ſine dubitatione ſententia eſt totius huius loci ἀντιψηφισμάτων nā qua & καταψηφίσασθαι id ualet, quod oſtendit: nec tamen me fallit, aliter eſſe qui aliter acceperit: cuius doctrinæ magnæ & ingenio ſingulari obfuit inſcitia eius, qui antiquitus uertit in Latinum ſermonem hos libros.

a διοικῶσι. al. διοικῶ, mendosè.

b συγκαταψηφίσασθαι. lib. uulg. συγκαταψηφίσωνται, mendosè.

CAPVT XV.

SEquitur autem hæc diuiſio magiſtratuū. Continet enim in ſe hæc quoq; pars reipub. differentias multas. Quot enim magiſtratus, & quarū rerum arbitrium habeát, & de tépore, quantum ſingulorū magiſtratuū. hi namq; ſemeſtres, hi uerò breuioris interualli: nonnulli annuos, alij diuturniores magiſtratus faciunt. Et utrū eſſe oportet magiſtratus perpetuos, uel diuturnos, uel neutrū horum: ſed ſæpè eoſdem ipſos gerere, uel nō eundem iterum, ſed ſemel tantùm. Præterea circa conſtitutionem magiſtratuum, è quibus decet creari, & à quibus, & quomodo. De omnibus enim his oportet poſſe diſtinguere, quot modis contingit fieri: & deinde accommodare, quales qualibus rebuſp. proſunt. Eſt autem ne hoc quidem definire parui negotij, quales oportet eppellare magiſtratus: multis enim præſidibus cōmunio ciuilis eget. Quare non omnes, ſiue ſuffragijs delectos, ſiue ſorte ductos, magiſtratus eſſe ſtatuere debemus: ueluti ſacerdotes primùm. Hoc enim aliud quippiam eſſe prꝑter ciuiles magiſtratus, ſtatuendum eſt. Amplius qui choros ducūt, & præcones. Deligunrur autē legati quoq;. Sunt autem curarum, hæ quidem ciuiles, uel cūctorū ciuiū ad aliquā actionē, ceu dux exercitus eorū qui militant: uel partis, ut qui regit feminas, & qui pueros. Hæ autē domeſticę (ſæpe enim eligunt fruméti mēſores) hę uerò adminiſtratrices, quibus, ſi locupletes fuerint, imponunt ſeruos. Maximè aūt, ut ſimpliciter loquar, magiſtratus dicere debemus hos, quibuſcūq; tributum eſt conſulrare de aliquibus rebus, & exiſtimare, & præcipere, & in primis hoc. Præcipere namque magis proprium eſt eorum, qui imperium habent. Verùm

ΑΡΧΟΜΕ'ΝΗ δὲ τούτων ἐστὶν ἡ περὶ τὰς ἀρχὰς διαίρεσις. ἔχει γὰρ καὶ τοῦτο τὸ μόριον τῆς πολιτείας πολλὰς διαφοράς· πόσαι τε ἀρχαὶ, καὶ κύριαι τίνων· καὶ περὶ χρόνου, πόσος ἑκάστης ἀρχῆς. οἱ μὲν γὰρ ἑξαμήνους, οἱ δὲ δι' ἐλάττονος· οἱ δ' ἐνιαυσίας, οἱ δὲ πολυχρονιωτέρας ποιοῦσι τὰς ἀρχάς. καὶ πότερον εἶναι δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀϊδίους, ἢ πολυχρονίους, ἢ μηδέτερον· ἀλλὰ πλεονάκις τοὺς αὐτοὺς, ἢ μὴ τὸν αὐτὸν δὶς, ἀλλ' ἅπαξ μόνον. ἔτι δὲ περὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἀρχῶν ἐκ τίνων δεῖ γίνεσθαι, καὶ ὑπὸ τίνων, καὶ πῶς. περὶ πάντων γὰρ τούτων δεῖ δύνασθαι διελεῖν κατὰ πόσους ἐνδέχεται γενέσθαι τρόπους· κἄπειτα προσαρμόσαι, ποίαις ποῖαι πολιτείαις συμφέρουσιν. ἔστι δὲ τοῦτο διορίσαι ῥᾴδιον, τίνας δεῖ καλεῖν ἀρχάς. πολλῶν γὰρ ἐπιστατῶν ἡ πολιτικὴ κοινωνία δεῖται. διόπερ πάντας, οὔτε τοὺς αἱρετοὺς, οὔτε τοὺς κληρωτοὺς, ἄρχοντας θετέον· οἷον τοὺς ἱερεῖς πρῶτον. τοῦτο γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς θετέον. ἔτι δὲ καὶ χορηγοὶ καὶ κήρυκες. αἱροῦνται δὲ καὶ πρεσβευταί. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πολιτικαὶ τῶν ἐπιμελειῶν, ἢ πάντων τῶν πολιτῶν πρός τινα πρᾶξιν· οἷον στρατηγὸς στρατευομένων, ἢ κατὰ μέρος· οἷον ὁ γυναικονόμος, ἢ παιδονόμος. αἱ δ' οἰκονομικαὶ (πολλάκις γὰρ αἱροῦνται σιτομέτρας) αἱ δ' ὑπηρετικαὶ, πρὸς ἃς, ἂν εὐπορῶσι, τάττουσι δούλους. μάλιστα δ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀρχὰς λεκτέον ταύτας, ὅσαις ἀποδέδοται βουλεύσασθαί τε περὶ τινῶν, καὶ κρῖναι καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο. τὸ γὰρ ἐπιτάττειν ἀρχικώτερόν ἐστιν. ἀλλὰ

HIS autem proximè conſequens eſt magiſtratuum diſtincta atque explicata partitio. Inſunt enim in hac reip. adminiſtratione multa differentia, quot magiſtratus eſſe debeant, & quarum rerum penes eos poteſtas eſſe debeat: & de tempore, quàm diuturnum quemq; eſſe oporteat. alij enim ſemeſtres, alij breuiore temporis ſpatio circumſcriptos: alij annuos, alij diuturniores magiſtratus faciunt: & utrùm magiſtratus perpetuos eſſe oporteat, an diuturnos, an neutrum, ſed ſæpe eoſdem magiſtratum gerere: an nō eundem bis magiſtratu fungi, ſed ſemel duntaxat. præterea, quòd ad rationem conſtituendorum magiſtratuum attinet, ex quibus fieri oporteat, & à quibus, & quo modo. Nam de his omnibus oportet primùm diſtinguere atq; explicare poſſe, quot modis contingat, ut fieri poſſint: deinde uidere quales magiſtratus, quibus reip. adminiſtrandæ formis ſint utiles, & ſingulos ad ſingulas accommodare. Sed ne hoc quidem definire facile eſt, quales magiſtratus appellandi ſint. multis enim præfectis ciuilis ſocietas eget. Quapropter non omnes q ſunt in magiſtratibus numerandi, neq; qui ſuffragijs creantur ſiue eliguntur, neq; qui ſortitò ſiunt, ut primùm ſacerdotes. hoc enim genus hominum aliud eſſe à ciuilibus magiſtratibus ſtatuendum eſt. deinde chororum duces ac magiſtri, & præcones, eliguntur & legati. Sunt autem curationes aliæ ciuiles, & hæ uel omnium ciuium ad aliquam actionem: ut imperator ijs omnibus, qui militant, præeſt. uel partis cuiuſuis, ut mulierū curator, aut puerorum: aliæ quaſi ad domum adminiſtrandam, remq; familiarem tuendam pertinentes, quas œconomicas appellant Græci (ſæpenumero enim frumenti menſores leguntur) aliæ in miniſterio conſiſtunt, quibus ſi copia ſuppetat, ſeruos præficiunt. Maximè igitur, ut ſimpliciter & generaliter dicam, magiſtratus hi dicendi ſunt, quibus de aliquibus rebus conſultandi, & iudicandi, & imperandi, & quidem huius rei maximè, munus aſſignatum eſt. Imperare enim magiſtratus proprium magis eſt, quàm illa ſuperiora. Sed

Verùm hæc ad uſus nullius momenti ſunt, ut ita loquar, nódū enim iudiciū factū eſt, ſententiaq; lata inter cõtrouerſantes inter ſe de nomine. cõtinet aūt animaduerſionē aliā quandam rei atq; ſententiæ. Quales autē magiſtratus, & quot neceſſarij ſint, ut ſit ciuitas: & quales neceſſarij quidē non, utiles tamē ad probā temp. magis aliquis quæreret, ad omnē utiq; remp. & iam ad paruas ciuitates. In magnis enim iam locū habet, & oportet unum conſtitutum eſſe ad unum munus. Multos namq; ad imperia cõtingit accedere, quia multi ſunt ciues: ita ut hos quidem intermittere lõgo tempore, hos uerò ſemel gerere. Et ſanè melius unumquodq; opus adipiſcitur ſtudiū ſuum, ſi ipſum incumbat in illā rem ſolam, quàm ſi in multas. In paruis aūt neceſſe eſt cogere in paucos multos magiſtratus. Ob paucitatem enim hominū non facilè eſt multos in magiſtratibus eſſe: qui enim exiſtēt, qui locum horū ſubituri ſint? Egent aūt aliquādo iiſdem magiſtratibus & legibus paruæ ciuitates, quibus magnæ: niſi q hæ quidem egent ſæpè iiſdem, his autem longu temporis ſpatio hoc uſu uenit. Quapropter nihil uetat, multas curas ſimul iubere. neq; enim ſibi ſunt impedimēto, & pro paucitate hominū neceſſe eſt magiſtratus, tanquam obeliſcolychnia facere. Si igitur poterimus dicere, quot neceſſe eſt omni ciuitati adeſſe, & quot minimè neceſſe, tamen decet adeſſe: facilius aliquis, cū cognorit hæc, colligere poterit, quales magiſtratꝰ cõgruit in unū cogere magiſtratū. Quadrat aut hoc minimè nõ fallere, qualia decet tribunalia, certis locis conſtituta, multarū rerū curā gerere, & qualiū omnib. in locis unū magiſtratū auctorē eſſe: ceu modeſtiæ, utrum in foro quidē præfectū fori, alio ſūt in loco aliū quempiam, uel ubicūq; eundē. Et utrum decet diuidere rerum, ſiue hominum propoſita ſibi uarietate. Intelligo autem, ceu unū modeſtiæ, uel alium puerorum & fœminarum. Et per reſpublicas utique, utrum refert per ſingulas uariari genus magiſtratuum. uel nihil: ueluti in ſtatu populi & dominatu paucorū, & optimatibus, & im-

ἀλλὰ ταῦτα διαφέρει πρὸς μὲν τὰς χρήσεις οὐθὲν, ὡς εἰπεῖν. οὐ γάρ πω κρίσις γέγονεν ἀμφισβητούντων περὶ τοῦ ὀνόματος. ἔχει δέ τιν' ἄλλην διανοητικὴν πραγματείαν. ποῖαι δ' ἀρχαὶ, καὶ πόσαι ἀναγκαῖαι, εἰ ἔσται πόλις, καὶ ποῖαι ἀναγκαῖαι μὲν, οὐ χρήσιμοι δὲ πρὸς σπουδαίαν πολιτείαν, μᾶλλον ἄν τις ἀπορήσειε. πρὸς ἅπασάν τε δὴ πολιτείαν, καὶ δὴ καὶ τὰς μικρὰς πόλεις. ἐν μὲν γὰρ δὴ ταῖς μεγάλαις ἐνδέχεταί τε καὶ δεῖ μίαν τετάχθαι πρὸς ἓν ἔργον. πολλούς τε γὰρ εἰς τὰ ἀρχεῖα ἐνδέχεται βαδίζειν, διὰ τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς πολίτας. ὥστε τοὺς μὲν διαλείπειν πολὺν χρόνον, τοὺς δ' ἅπαξ ἄρχειν. καὶ βέλτιον ἕκαστον ἔργον τυγχάνει τῆς ἐπιμελείας μονοπραγματούσης, ἢ πολυπραγματούσης. ἐν δὲ ταῖς μικραῖς ἀνάγκη συνάγειν εἰς ὀλίγους πολλὰς ἀρχάς. διὰ γὰρ ὀλιγανθρωπίαν, οὐ ῥᾴδιόν ἐστι πολλοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς εἶναι. τίνες γὰρ οἱ τούτους ἔσονται διαδεξόμενοι πάλιν; δέονται δ' ἐνίοτε τῶν αὐτῶν ἀρχῶν καὶ νόμων αἱ μικραὶ ταῖς μεγάλαις· πλὴν αἱ μὲν δέονται πολλάκις τῶν αὐτῶν, ταῖς δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ τοῦτο συμβαίνει. διόπερ οὐθὲν κωλύει πολλὰς ἐπιμελείας ἅμα προστάττειν. οὐ γὰρ ἐμποδιοῦσιν ἀλλήλαις· καὶ πρὸς τὴν ὀλιγανθρωπίαν ἀναγκαῖον τὰ ἀρχεῖα· οἷον ὀβελισκολύχνια ποιεῖν. ἐὰν οὖν ἔχωμεν λέγειν πόσας ἀναγκαῖον ὑπάρχειν πάσῃ πόλει, καὶ πόσας οὐκ ἀναγκαῖον μὲν, δεῖ δ' ὑπάρχειν, ῥᾷον ἄν τις εἰδὼς, ταῦτα συνάγοι, ποίας ἁρμόττει συνάγειν ἀρχὰς, εἰς μίαν ἀρχήν. ἁρμόττει δὲ καὶ τοῦτο μὴ λεληθέναι, ποῖα δεῖ κατὰ τόπον ἀρχεῖα πολλῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ποίων πανταχοῦ μίαν ἀρχὴν εἶναι κυρίαν· οἷον εὐκοσμίας, πότερον ἐν ἀγορᾷ μὲν ἀγορανόμον, ἄλλον δὲ κατ' ἄλλον τόπον, ἢ πανταχοῦ τὸν αὐτόν. καὶ πότερον κατὰ τὸ πρᾶγμα δεῖ διαιρεῖν, ἢ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. λέγω δ', οἷον ἕνα τῆς εὐκοσμίας, ἢ παίδων ἄλλον, καὶ γυναικῶν. καὶ κατὰ τὰς πολιτείας δὲ πότερον διαφέρει καθ' ἑκάστην καὶ τὸ τῶν ἀρχῶν γένος, ἢ οὐθέν· οἷον ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ὀλιγαρχίᾳ, καὶ ἀριστοκρατίᾳ, καὶ μοναρχίᾳ,

Sed quibus nominibus hæc appellētur, nihil propemodum refert ad uſus. nondum enim eorum, qui de nomine ambigunt, controuerſia iudicio dirempta eſt: uerùm habet aliam aliquam occupationem mentis & cogitationis propriā. Quales autem magiſtratus, & quam multi ſint neceſſarij ad id, ut ſit ciuitas: tum quales non neceſſarij quidem ſint, ſed utiles ad bonam reipub. adminiſtrādę formam: magis dubitare poſſit aliquis, cum in omni reip. adminiſtrandæ forma, tum in paruis ciuitatibus. Nam in magnis fieri & poteſt & debet, ut unus magiſtratus uni rei præpoſitus ſit. fieri enim poteſt, ut multi ſe conferant ad principatus & imperia, quia multi ſunt ciues: ita ut alios magiſtratus diu intermittere, alios ſemel gerere liceat. Tum præſtat unicuiq; rei & actioni curationem obtingere ab uno negotio poſitam atq; occupatā, quam multis diſtractam. In paruis uero multos magiſtratus ad paucos homines conferre & contrahere neceſſe eſt. Nam propter hominū paucitatē & penuriā non eſt facilè multos in magiſtratibus eſſe. Qui erunt enim ij, qui his rurſum ſint ceſſuri ſunt? Egent autem interdum iiſdē magiſtratibus & legibus paruæ ciuitates atq; magnæ. Hoc intereſt, quòd hæ quidem ſæpenumero egent iiſdem: illis uerò longo temporis ſpatio hoc euenit. Quapropter nihil obſtat, quo minus multæ curationes uni ſimul mandentur. non enim ſibi erunt mutuò impedimento & propter hominum penuriam neceſſe eſt magiſtratus ſeu imperia conſtituere: uelut inſtrumenta illa, quæ candelabri & uerriculi uſum præbēt, obeliſcolychnia à Græcis appellata. Si poſſimus igitur quot omni ciuitati magiſtratus eſſe neceſſe ſit, & quot non ſic quidem neceſſe, ſed tamen eſſe oporteat, dicere: facilius quis his cognitis colligat, quales magiſtratus in unum magiſtratum contrahendi & conducendi ſint. Conuenit autem ne hoc quidem ignorare, quales magiſtratus pro ratione loci multarum rerum curam habere, & qualium rerum penes unum magiſtratum auctoritas ac poteſtas eſſe debeat: uerbi gratia, modeſtia in uita degenda ſeruanda, utrùm in foro quidem penes rerum uenalium curatorem ſeu ædilem: in alio loco penes alium, an ubique penes eundem: & utrum a rebus facienda ſit diuiſio, an ex hominibus: dico utrum debeat unus eſſe præfectus modeſtiæ, an alius pueris, alius mulieribus: & uerò ex reipub. adminiſtrandæ formis, utrum in unaquaque etiam magiſtratuum genus differat, an nihil differat: uerbi gratia, in democratia, & oligarchia, et ariſtocratia, & monarchia,

utrum

& imperio unius, utrum ijdem magiſtratus ſummam poteſtatem habent: non ex æqualibus autem, neque è ſimilibus, uerùm alij in alijs: ceu in ſtatibus optimorum è diſciplina imbutis: in dominatibus paucorum, è diuitibus: in ſtatibus populi, è liberis. An ſint quædam, & ſecundum ipſas, differentiæ magiſtratuum. Eſt autem ubi conducunt ijdem, & ubi diſſentiũt. hic enim quadrat magnos, hic autem eſſe paruos eoſdem. Nec tamen nõ proprij etiam quidam ſunt, ceu præconſultorum. Hic enim nõ eſt popularis: conſilium autem populare eſt. oportet enim eſſe quiddam huiuſcemodi, cui curæ ſit conſultare ante populum, ut ſolutus ſit illa cura. Hoc autem, ſi pauci fuerint numero, dominatui paucorum accommodatum eſt: præconſultores autem paucos eſſe multitudine neceſſe eſt. Quare paucorum dominatui conuenit. Sed ubi ambo hi magiſtratus ſunt, præconſultores conſtituti ſunt poſt conſultores. conſultor enim eſt populare munus, præconſultor autem aptũ paucorum dominatui. Frangitur autem & ſenatus poteſtas in huiuſcemodi ſtatibus popularibus, in quibus ipſe populus cùm conuenerit, decernit de omnibus rebus. Hoc autem uſu uenire ſolet, quando copia patrimonij extiterit, ſiue merces datur his, qui præſtò ſunt concionibus: cum enim otium habent, coguntur ſæpè, & cuncta ipſi exiſtimant. Moderator autem puerorum, & feminarũ, & ſi quis alius magiſtratus in ſua manu habet huiuſcemodi curam, munus eſt ſtatus optimorum: populare autem minimè. Quomodo enim manere poteſt, ut prohibeantur prodire domo pauperũ uxores? neque etiam aptum paucorũ dominatui. molliter enim uiuunt paucorũ in ciuitate dominantium uxores. uerùm de his hactenus dictum nunc ſit. Circa conſtitutiones autem magiſtratuum enitendum eſt, ut ab initio diſſeramus. Sunt autem differentiæ in tribus terminis, quibus compoſitis neceſſe eſt cunctos deprehenſos eſſe. Sunt autem trium horum: unum quidem, qui ſunt, qui conſtituunt magiſtratus: ſecundum, è quibus: reliquum autem, quo modo. Vniuſcuiuſque autem trium horum tres

πότερον αἱ αὐταὶ μέν εἰσιν ἀρχαὶ κύριαι, οὐκ ἐξ ἴσων δὲ, οὐδ' ἐξ ὁμοίων, ἀλλ' ἕτεραι ἐν ἑτέραις· οἷον ἐν μὲν ταῖς ἀριστοκρατίαις ἐκ πεπαιδευμένων· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, ἐκ πλουσίων· ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, ἐκ τῶν ἐλευθέρων. ἢ τυγχάνουσι μέν τινες οὖσαι καὶ κατ' αὐτὰς διαφορὰς τῶν ἀρχῶν. ἔστι δ' ὅπου συμφέρουσιν αἱ αὐταὶ, καὶ ὅπου διαφέρουσιν· ἔνθα μὲν γὰρ ἁρμόττει μεγάλας, ἔνθα δ' εἶναι μικρὰς τὰς αὐτάς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἴδιαι τινές εἰσιν ἡ τῶν προβούλων. αὕτη γὰρ οὐ δημοκρατική, βουλὴ δὲ δημοτικόν· δεῖ μὲν γὰρ εἶναί τι τοιοῦτον, ᾧ ἐπιμελὲς ἔσται τοῦ δήμου προβουλεύειν, ὅπως ἀσχολῶν ἔσται, τοῦτο δὲ αὖ ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν ὦσιν, ὀλιγαρχικόν· τοὺς δὲ προβούλους ὀλίγους ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πλῆθος. ὥστ' ὀλιγαρχικόν. ἀλλ' ὅπου ἄμφω αὗται αἱ ἀρχαὶ, οἱ πρόβουλοι καθεστᾶσιν ἐπὶ τοῖς βουλευταῖς. ὁ μὲν γὰρ βουλευτὴς δημοτικὸν, ὁ δὲ πρόβουλος ὀλιγαρχικόν. καταλύεται δὲ καὶ τῆς βουλῆς ἡ δύναμις ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις, ἐν αἷς αὐτὸς συνιὼν ὁ δῆμος χρηματίζει περὶ πάντων. τοῦτο δὲ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν εὐπορία τις ᾖ, ἢ μισθὸς τοῖς ἐκκλησιάζουσι. σχολάζοντες γὰρ συλλέγονταί τε πολλάκις, καὶ ἅπαντα αὐτοὶ κρίνουσι. παιδονόμος δὲ, καὶ γυναικονόμος, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄρχων κύριός ἐστι τοιαύτης ἐπιμελείας, ἀριστοκρατικὸν· δημοκρατικὸν δ' οὔ. πῶς γὰρ οἷόν τε κωλύειν ἐξιέναι τὰς τῶν ἀπόρων, οὐδ' ὀλιγαρχικόν. τρυφῶσι γὰρ αἱ τῶν ὀλιγαρχούντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω νῦν. περὶ δὲ τὰς τῶν ἀρχῶν καταστάσεις πειρατέον ἐξ ἀρχῆς διελθεῖν. εἰσὶ δ' αἱ διαφοραὶ ἐν τρισὶν ὅροις, ὧν συντιθεμένων, ἀναγκαῖον πάντας εἰληφέναι τοὺς τρόπους. ἔστι δὲ τῶν τριῶν τούτων, ἓν μὲν τίνες οἱ καθιστάντες τὰς ἀρχάς· δεύτερον δ' ἐκ τίνων· λοιπὸν δὲ τίνα τρόπον. ἑκάστου δὲ τῶν τριῶν τούτων διαφοραὶ

utrùm penes eoſdẽ magiſtratus ſit ſumma poteſtas, ſed non ex paribus, neque ex ſimilibus, uerùm in alijs reſpub. adminiſtrandæ formis penes alios ſit poteſtas: uerbi gratia, in ariſtocratijs ex hominib. eruditis & bene inſtitutis: in oligarchijs, ex diuitibus: in democratijs, ex liberis. An ſint quędã reip. adminiſtrandæ formæ ipſis quidẽ magiſtratuũ differentijs conſentaneæ: ſed alicubi tamẽ eoſdẽ magiſtratus eſſe expediat, alibi utile ſit inter ſe differre. hic enim conuenit magnos eſſe magiſtratus, alibi eoſdẽ eſſe paruos. Veruntamẽ ſunt quidam & proprij, ut eorum, qui ante conſultãt & prouident, quos probulos Græci dicunt, Latini præconſultatores: Prouiſores fortaſſis appellare licet. hic enim magiſtratus democratiæ non conuenit, neq; popularis eſt. Conſultatio uerò & ſenatus, populare quiddam eſt. Oportet enim tales quoſdã eſſe, quibus ſit cura populo proſpicere & prouidere, ut ei liceat eſſe in ſuis negotijs occupato. Quod ſi erunt pauci numero, hoc ad oligarchiam pertinebit. At præconſultatores ſeu prouiſores paucos eſſe numero neceſſe eſt. quare hoc oligarchiæ propriũ eſt. Vbi autem ſunt hi magiſtratus utriq;, præconſultatores uidelicet, & conſultatores ſiue deliberatores, & quaſi ſenatores quidam: præconſultatores conſultatoribus opponuntur, atque adeo anteponuntur. Nam conſultator ſeu ſenator, populare quiddam eſt: præconſultator uero, oligarchiæ proprium. Frangitur autem atq; interit etiam conſultationis publicæ, id eſt ſenatus, poteſtas in talibus democratijs, in quibus ipſe populus congregatus omnibus de reb. agit & tranſigit. Hoc porrò ſolet euenire, cum uel copijs rei familiaris abundat populus, uel ijs qui in concionem eunt deliberandi gratia, merces datur. Nam cùm otiantur ac negotijs ſoluti ſint: & ſæpenumero congrediuntur, & omnia ipſi diſceptant ac decernunt. Puerorum curator autem, & mulierum, & ſi quis eſt alius magiſtratus, penes quem talis curationis ſit poteſtas: ad ariſtocratiam pertinet, non ad democratiã (quónam modo enim fieri poſsit, ut pauperum uxores prohibeantur domo exire?) neq; ad oligarchiam. Luxuria enim diffluunt paucorum, qui reſpub. præſunt, uxores. ſed de his quidem rebus hactenus dictum ſit, nunc quæ ad magiſtratuum creationes ſeu conſtitutiones pertinent, ab initio perſequi & pertractare conãdum eſt. Tribus autem finibus harum differẽtiæ circũſcriptæ ſunt: qui ſi cõponantur, modos omnes ſumtos eſſe neceſſe eſt. Horũ autẽ triũ unũ eſt, qui ſint ij, qui magiſtratus faciũt: alterũ, ex quib. tertiũ, quomodo. Vniuſcuiuſq; porrò horũ trium

tres differẽtię ſunt. Vel.n.ciues cuncti conſtituũt, uel quidã: & uel è cunctis, uel è quibuſdã definitis: ceu uel cenſu, uel genere, uel uirtute, uel quopiã huiuſcemodi alio. Quẽadmodũ Megaris ex ijs, qui unà redierunt, ſimulq́; pugnarũt aduerſus populũ: & hæc uel ſuffragijs, uel ſorte Rurſus hæc copulata. dico aũt, hos quidẽ quidã, hos uerò cuncti: & hos quidẽ è cũctis, hos aũt è quibuſdã. & hos quidẽ ſuffragijs, hos aũt ſorte. Vniuſcuiuſq; aũt horũ differentiæ modi quatuor ſunt: uel enĩ oẽs ex omnibus ſuffragijs, uel oẽs ex omnibus ſorte. Et oel ex omnibus, uel per partes: ceu per tribus, & populos, & phratrias, donec tranſierit per oẽs ciues. uel ſemper ex omnibos: & hęc quidẽ ſic, hæc autẽ illo modo. Rurſus, ſi aliqui, qui conſtituere uel ex omnib. ſuffragijs, uel ex omnib. ſorte: uel è quibuſdã ſuffragijs. uel è quibuſdã ſorte: uel hæc quidẽ ſic, hæc aũt illo modo. Intelligo aũt hæc quidẽ ex omnibus, ſuffragijs: hæc aõt ſorte. Quapropter duodecim modi fiunt ſeorſum duarum copularũ. Harũ aũt duæ quidẽ cõſtitutiones ſunt populares: oẽs inquã ex omnib. ſuffragiis, uel ſorte fieri, uel ambobus: hos ꝗdẽ ſorte magiſtratus hos uerò ſuffragijs. No oẽs aũt ſimul qdẽ cõſtituere, ex oib. aũt, oel è qbuſdã: uel ſorte, uel ſuffragijs, uel ambob. uel hos qdẽ ex omnib. hos aũt è ꝗbuſdã ambobus (intelligo aũt ambobus, hos quidẽ ſorte, hos aũt ſuffragijs) reipub. peculiare eſt. Et quoſdã ex omnib hos quidẽ ſuffragijs cõſtituere, hos uerò ſorte: uel ambobus, hos quidẽ ſorte, hos autem ſuffragijs, dominatui paucorũ accõmodatum eſt: magis aũt accõmodatũ eſt huic dominatui, ex ambobus creare. Hos uerò ex omnibus, hos autem è quibuſdam, accõmodatum eſt reipublicæ, quæ imitatur optimates: uel hos quidem ſuffragijs, hos autem ſorte. Quoſdã autem è quibuſdã, dominatui paucorũ peculiare. Et quoſdã è quibuſdam ſorte. non tamẽ ſimiliter geſtum: & quoſdam è quibuſdam, ambobus modis. Quoſdam autem ex omnibus, non eſt accommodatum dominatui paucorum. E quiboſdam aũt ſuffragijs cunctos, optimatibus accõmodatum eſt. Modi igitur eorum, quæ pertinent ad magiſtratus, tot numero ſunt, & diuiſi ſunt

φοραὶ τρεῖς εἰσίν. ἢ γὰρ πάντες οἱ πολῖται καθιστᾶσιν, ἢ τινὲς καὶ ἢ ἐκ πάντων, ἢ ἐκ τινῶν ἀφωρισμένων· οἷον ἢ τιμήματι, ἢ γένει, ἢ ἀρετῇ, ἢ τινὶ τοιούτῳ ἄλλῳ. ὥσπερ ἐν μεγάροις ἐκ τῶν συγκατελθόντων, καὶ συμμαχεσαμένων πρὸς τὸν δῆμον. καὶ ταῦτα, ἢ αἱρέσει, ἢ κλήρῳ. πάλιν ταῦτα συνδυαζόμενα. λέγω δὲ τὰς μὲν τινὲς, τὰς δὲ πάντες· καὶ τὰς μὲν ἐκ πάντων, τὰς δὲ ἐκ τινῶν· καὶ τὰς μὲν αἱρέσει, τὰς δὲ κλήρῳ. τούτων δ᾽ ἑκάστης ἔσονται τῆς διαφορᾶς τρόποι τέσσαρες. ἢ γὰρ πάντες ἐκ πάντων αἱρέσει, ἢ πάντες ἐκ πάντων κλήρῳ καὶ ἢ ἐξ ἁπάντων, ἢ ὡς ἀνὰ μέρος· οἷον κατὰ φυλὰς, καὶ δήμους, καὶ φρατρίας, ἕως ἂν διέλθῃ διὰ πάντων τῶν πολιτικῶν, ἢ ἀεὶ ἐξ ἁπάντων· καὶ τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ ἐκείνως. πάλιν, εἰ τινὲς οἱ καθιστάντες, ἢ ἐκ πάντων αἱρέσει, ἢ ἐκ πάντων κλήρῳ· ἢ ἐκ τινῶν αἱρέσει, ἢ ἐκ τινῶν κλήρῳ· ἢ τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ ἐκείνως. λέγω δὲ τὰ μὲν ἐκ πάντων, αἱρέσει· τὰ δὲ κλήρῳ ὥστε δώδεκα οἱ τρόποι γίνονται χωρὶς τῶν δύο συνδυασμῶν. τούτων δ᾽ αἱ μὲν δύο καταστάσεις δημοτικαὶ τὸ, πάντας ἐκ πάντων αἱρέσει, ἢ κλήρῳ γίνεσθαι, ἢ ἀμφοῖν· τὰς μὲν κλήρῳ, τὰς δὲ αἱρέσει τῶν ἀρχῶν. τὸ δὲ μὴ πάντας ἅμα μὲν καθιστάναι, ἐξ ἁπάντων δ᾽ ἢ ἐκ τινῶν· ἢ κλήρῳ, ἢ αἱρέσει, ἢ ἀμφοῖν· ἢ τὰς μὲν ἐκ πάντων, τὰς δὲ ἐκ τινῶν ἀμφοῖν (τὸ δὲ ἀμφοῖν λέγω, τὰς μὲν κλήρῳ, τὰς δ᾽ αἱρέσει) πολιτικόν. καὶ τὸ τινὰς ἐκ πάντων, τὰς μὲν αἱρέσει καθιστάναι, τὰς δὲ κλήρῳ ἢ ἀμφοῖν. τὰς μὲν κλήρῳ, τὰς δ᾽ αἱρέσει, ὀλιγαρχικόν. ὀλιγαρχικώτερον δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν. τὸ δὲ τὰς μὲν ἐκ πάντων, τὰς δ᾽ ἐκ τινῶν, πολιτικὸν ἀριστοκρατικῶς ἢ τὰς μὲν αἱρέσει τὰς δὲ κλήρῳ. τὸ δὲ τινὰς ἐκ τινῶν ὀλιγαρχικόν. καὶ τὸ, τινὰς ἐκ τινῶν κλήρῳ. μὴ γινόμενον δ᾽ ὁμοίως, καὶ τὸ τινὰς ἐκ τινῶν ἀμφοῖν. τὸ δὲ τινὰς ἐξ ἁπάντων, οὐκ ὀλιγαρχικόν. τὸ δὲ ἐκ τινῶν αἱρέσει πάντας, ἀριστοκρατικόν. οἱ μὲν οὖν τρόποι τῶν περὶ τὰς ἀρχὰς, τοσοῦτοι τὸν ἀριθμόν εἰσι· καὶ διῄρηνται

trum tres ſunt differentiæ. Nam aut omnes ciues conſtituunt creantq́ magiſtratus, aut aliqui: & aut ex omnibus, aut ex quibuſdam certis ac definitis (uerbi gratia) aut à cenſu, aut à genere, aut à uirtute, aut tali aliare aliqua: quemadmodum Megaris[b] ex ijs, qui unà ab exſilio reuerterant, unaq́ aduerſus populum acie decertarunt: atque hæc aut electione, aut ſorte. Rurſus hæc duplicari poſſunt: hoc eſt, alios magiſtratus aliqui conſtituunt, alios omnes: alios ex omnibus ciuibus, alios ex quibuſdam: & alios ſuffragijs ſeu electione, alios ſorte. Harum autem differentiarum uniuſcuiuſque quatuor erunt modi. Aut enim omnes ex omnibus electione, ſiue ſuffragijs fiunt, aut omnes ex omnibus ſorte: & aut ex uniuerſis, aut ex omnibus in partes diſtributis (uerbi gratia) in tribus, aut municipia, aut ſodalitates ſiue curias,[c] donec ad omnes ciues peruẽtum, & per omnes itum fuerit: aut ſemper ex omnibus, & partim hoc, partim illo modo. Rurſum ſi qui ſint conſtituti uel ex omnibus electione, uel ex omnibus ſorte: uel ex aliquibus electione, uel ex aliquibus ſorte: uel partim hoc modo, partim illo: hoc eſt, partim ex omnibus electione, partim ſorte. Itaque duodecim modi ſiunt, præter duas coniunctiones ſeu copulationes. Harum autem conſtituendi magiſtratus rationum duæ ſunt populares, nempe omnes ex omnibus aut ſuffragio aut ſorte fieri, aut utroque: alios quidem magiſtratus ſorte, alios electione ſeu ſuffragio. Conſtitui porrò non omnes quidem magiſtratus ſimul, ſed tamen ex omnibus, aut ex quibuſdam, aut ſorte, aut electione, aut utroque: aut alios ex omnibus, alios ex quibuſdam utroque (dico autem utroque, alios quidem ſorte, alios ſuffragio) hoc ciuile eſt, ſeu (ut Græci loquuntur) politicum. Et nonnullos magiſtratus ex omnibus conſtitui, partim electione, partim ſorte, aut utroque: hoc eſt, alios ſorte, alios electione, oligarchiæ proprium eſt: & multo magis, ſi utroque. Alios uero ex omnibus, alios ex quibuſdam, ad politiam pertinet cum ariſtocratia coniunctam: aut alios electione, alios ſorte. At quoſdam ex quibuſdã electione fieri, oligarchiæ conuenit: & quoſdam ex quibuſdam ſorte, & item quoſdã ex quibuſdam utroque. Quoſdam uero ex omnibus fieri, non item oligarchiæ conuenit. At omnes ex quibuſdam fieri electione, ad ariſtocratiam pertinet. Tot igitur numero modi ſunt ij, qui in conſtitutione magiſtratuum uerſãtur: & hoc modo pro reſpub. adminiſtrationũ ratione & natura diuiſi ac diſtincti ſunt.

ſunt per reſpub. hoc pacto: quæ aũt quibus conducunt, & quomodo oportet fieri constitutiones unà cum poteſtatibus magiſtratuum, & qui ſint, planum erit. Intelligo autem poteſtatẽ magiſtratus: ceu habentem in ſua manu uectigalia, & cuſtodiã reipublicæ (eſt enim diuerſa ſpecies poteſtatis) ceu iuris ducendi exercitum, & eius curæ, quæ contractus in foro factos tegit.

κατὰ τὰς πολιτείας οὕτω. τίνα δὲ τίσι συμφέρει, καὶ πῶς δεῖ γίνεσθαι τὰς καταστάσεις ἅμα ταῖς δυνάμεσι τῶν ἀρχῶν, καὶ τίνες εἰσίν, ἔσται φανερόν. λέγω δὲ δυνάμεις ἀρχῆς· οἷον τὴν κυρίαν τῶν προσόδων, καὶ τὴν κυρίαν τῆς φυλακῆς (ἄλλο γὰρ εἶδος δυνάμεως) οἷον στρατηγίας, καὶ τῆς τῶν περὶ τὴν ἀγορὰν συμβολαίων κυρίας.

ſunt. Quæ porrò quibus conducant, & quomodo conſtituendi ſint magiſtratus, & qui ſint, unà cum eorum poteſtatibus, planum fiet. Dico autem poteſtatem magiſtratus (uerbi gratia) ſi quis magiſtratum deſcribens, dicat, penes eum eſſe arbitrium & poteſtatem uectigalium aut cuſtodiæ. Non enim eadem ſunt poteſtatum genera, quemadmodum nec eadem eſt eius, qui exercitui præeſt, poteſtas: atque eius, penes quem arbitrium eſt de rebus in foro contractis diſceptandis.

COMMENTARIVS.

Sequitur autem.) Hæc breuis eſt repetitio eorũ, quæ modò tradidit. Inquit enim, ſe putare ſatis à ſe diſputatum eſſe de parte illa reipublicæ, quæ deliberat, & cuius decreta in hac re rata ſolidaque ſunt: totamque demum hanc quæſtionem commodè explicatam eſſe. Poſt iſtam autem partem, de quibus quæſitum eſt: ordinem namque huius diſciplinæ poſtulare affirmat, ut nunc de magiſtratibus diſſeratur, partibusq; ciuitatis, quæ poteſtatem aliquam habẽt, quomodo ſcilicet ipſæ diuidi diſtinguique debent. Tradit autem ſtatim, non eſſe hanc quæſtionẽ omittendam, cùm multis uarijsque modis tractari hoc adminiſtrarique ſoleat, ut declaret, diuiſione facta huius rei. Quæri igitur poſſe oſtendit de numero primùm, quot inquam oporteat eſſe magiſtratus in ciuitate. deinde de poteſtate ipſorum, cæteriſque rebus, & de ſpatio temporis, quantum oporteat tribui ſingulis magiſtratibus. Significat autem, neceſſe ſibi eſſe diſſerere diligenter de hoc, cùm diſſimilia ſint inſtituta de ipſo apud uarias gentes. quoſdam enim populos creare ſolitos magiſtratus dicit ſemeſtres: nonnullos uerò aliis neceſſariò minus interuallum aſſignare ipſis conſueſſe: nec deeſſe etiam, qui annuos illos eſſe uelint. ſed inueniri quoque adiungit, qui diuturniores ipſos faciant. quare cùm tanta ſit opinionum diſſimilitudo de hac re, deberi utilitatem ipſius accuratè uideri.

Et utrum eſſe.) Hoc quoque ad tempus pertinet. Videre enim oportere dicit utrum magiſtratus perpetuos creari deceat, ſiue diuturniores. Nam mala, quæ proficiſcuntur aliquando à perpetuis, fortaſſe etiam ab ijs impẽderent, qui longo interuallo maneant. Vnde (ut oſtendit) reperiebantur, qui neutrum probarent, mallentque eoſdem eundem magiſtratum capere plures: à quibus ei ij quidam diſſentiebant, qui nullo modo tutum exiſtimarent, quempiam eundem magiſtratum iterare, ſed ſemel capere tantùm in uita.

Præterea circa.) Præterea, inquit, quod facit ad creationem magiſtratuum, uiamque, quam in hoc tenere oporteat, ut rectè id ordineque fiat: ſunt quærenda nonnulla, ceu ex quibus ordinibus locisue ſumere ipſos oporteat. Diſcrepant enim ciues inter ſe multis modis, diuerſorumq; generum ſunt: & ut hoc uidendum eſt, ita etiam ſtatuendum, qui munere hoc fungi debent, ipſiſque imperium dare. Tangit etiam tertium quoddam, quod in hac re cuſtodire opus ſit, id eſt modum ac rationem illorum creandorum. nam & ſuffragijs deliguntur magiſtratus, & ſorte ducuntur. Adiungit autẽ, ſignificatis iam nominibus, quæ uerſari in hoc poſſunt, debere, qui remp. conſtituit atq; ornat, inſtructũ eſſe facultate omnium horũ diſtinguendorũ, & quot modis geri debeant cognoſcendorum & poſtea quibus partibus ciuitatum, quales magiſtratus conueniant, illos propè aptare.

Eſt autem, &c.) Adfert aliud, quod & ipſum incertum eſſe, & ſcrupulum non paruum in ijcere hominibus ſignificat quæ curæ publicæ dignæ ſint hoc nomine, magiſtratusq;, uocari meritò debeant, cùm reſp. indigeat uarijs ſtudijs hominum, ac muneribus, operamq; ipſorum requirat in multis ac diſcrepantibus rebus, quæ non uidentur poſſe uno & eodem nomine uocari. Inquit igitur, non eſſe ne hoc quidem procliue, quales potiſſimum deceat appellare magiſtratus: atque id ea eſt cauſa, quæ ſuprà à me expoſita eſt. Non igitur perſonas illas omnes, quibus utitur ciuilis ſocietas, ſiue ipſæ ſuffragijs delectæ ſint, ſiue ſorte ductæ, tradit magiſtratum gerere dicendum eſſe. Nominat autem nonnullas, in quas nomen hoc nõ cadit, quarum primos ponit ſacerdotes: munus enim eorum diuerſum eſſe affirmat à curis magiſtratuum, qui in rep. imperium habent. Deinde, quos uocabant choragos, quia gregem cantorum alerent, & ſua pecunia inſtruendum curarent. Adiungit his præcones, qui & ipſi ſeruiunt reipublicæ. Sed etiam legatos eligi oſtendit, qui & ipſi certè magiſtratus appellari non poſſunt. Quod in his nominat præcones, apparet maioris dignitatis fuiſſe hoc munus apud Græcos, quàm noſtra ætate ſit, cùm tenues admodum homines his officijs funguntur. Sed etiam teſtimonijs quibuſdam poetarum perſpicitur, eos plurimum ſibi tunc tribuere & arrogare ſolitos: intelligit igitur eos præcones, qui ad principes uiros quædam ſignificaturi mittuntur, quorumque opera præcipuè utilis eſt in bello.

Sunt autem curarum.) Quærit nunc de quibuſdam curis, quæ ſuſcipiuntur à diuerſi generis hominibus, reip. ornandæ cauſa, utilitatemq; ipſius procurandarum. Eas autem non audet cunctas appellare magiſtratus: quare uocat ipſas ἐπιμελείας, quod nomen commune eſt omnium ſtudiorum, quæ aliquis adhibet in re quapiam diligenter tractanda. Sunt tamen hæ, de quibus loquitur, publicæ. Diuidit igitur ipſas in πολιτικάς, id eſt in eas, quæ faciunt ad ſtatum ciuitatis tuendum, & in ſimiles domeſticis priuatisque curis, unde uocat eas οἰκονομικάς: & in ſeruiles, & quæ propriæ ſunt famulorum & miniſtrorum. Primas autem illas rurſus diuidit in eas, quæ regunt uniuerſos ciues, certo alicui facto gerendo aſſignatos: & illas, quæ partem ipſorum, & non ſimul uniuerſos. Exemplum primarum ponit ducem exercitus, ſecundarum uerò gynæconomum à Græcis nuncupatum, & pædonomum. Prior horum ordo præpoſitus erat moribus feminarum regendis: alter pueris inſtituendis, & in officio retinendis. Domeſticarum illarum curarum exemplum apud auctorẽ ſunt σιτομέτραι. mandabatur enim Athenis hæc cura quibuſdam, ut menſuræ frumenti, cæterarumque rerum, quæ uenderentur, ueræ forent, nec fallacia ulla in hac re adhiberetur. Seruiles tenueſq; curas fuiſſe dicit, quibus ciuitas proponebat, ſi abundaret, ſeruos. libenter enim liberabat ciues his tenuibus uilibusque muneribus, quod facit ad curatores ſcorum... Græci grammatici memoriæ prodiderunt, fuiſſe Athenis [illegible], ad quam ipſi in alios pœnas ... culparum, in ea re admiſſarum. Libet quoque hic adnotare, quod tradit uetus declaratio in uerſum hunc Homeri, ... & quæ ſequuntur: inde admonitos, qui leges ſcripſerunt ſtatuiſſe, ut crearetur in ciuitate γυναικονόμος, qui uxorem duxiſſet, & non qui matrimonij ſemper expers fuiſſet: & παιδονόμος, non qui filios nunquam ſuſcepiſſet, ut eruditi exploratoque amore erga perſonas has, maiorem curam diligentiamque in illis tuendis adhiberent. Eſt autem locus, ubi Dolon, formidoloſus homo, captus à Diomede, aperit conſilia ſuorum: narratq;, Troianos uigilare ſanè, & fungi ... munere bonorum cuſtodum. quod auxiliares ipſorum copiæ facere recuſarent, ut quæ liberos & uxores longè ab eo loco periculoq; haberent.

Maximè autem.) Cùm uſus fuiſſet nomine alio, nec appellandos putaſſet magiſtratus munera quædam, quæ obeunt in ciuitate nonnulli, apte tamen & ipſa ad remp. tuendam: quærit nunc, quæ potiſſimum curæ dignæ ſunt, quæ uocentur magiſtratus, & in quibus rebus poſitum ſit hoc, quod dicimus imperium habere: inde enim Græci uocarunt magiſtratus. Inquit igitur, maximè nominari debere magiſtratus illos, quibus tributum eſt conſulere de aliquibus publicis rebus: & exiſtimaſſe poſtea, ſententiamq; illam capere quæ utilior uiſa fuerit, nec non præcipere alijs ac mandare, quid facto opus ſit: in primis autem extremum hoc proprium eſſe affirmat magiſtratus, & declarare, qui meritò ita uocari debeat. Maximè enim, inquit, conuenit magiſtratum gerenti habentique imperium, mandare, quod tempus ferat parentibus ipſi, & imperium exercere. Idem, quod noſter doctor, inquit M. Cicero in III. de Legibus: Videtis igitur, magiſtratus hanc eſſe uim, ut præſit præſcribatque recta & utilia, & coniuncta cum legibus.

Verùm hæc ad uſum.) Cum, qui uerè dici debeant magiſtratus, oſtenderit, tanquam ſe leuiter purgat, qui hoc loco de hoc quæſiuerit, ubi diſſerit de rebus ſeruientibus reipublicæ, utilibusque ualde ipſi adminiſtrandæ: hæc utrò quæſtio potius propria ſit eo-

ſit eorum, qui toti occupati ſunt in ui ſingularũ uocum, notioneq; uidenda. inquit igitur: Verùm hæc ad rem ipſam tractandam nullius ferè momenti ſunt: neq; enim requirit uſus reip. tam exquiſitam minutarum harum rerum diſceptationem. Cauſam uerò afferens eius quod dixit, inquit: Nondum enim inuentus eſt quiſquam, qui eas firmaret, ſententiamq; ferret inter litigantes inter ſe de nominibus. continent autem in ſe illa nonnihil animaduerſionem propriam rationis. Alitur enim animus humanus cognitione ſola, nec ſtudet ſemper res eas effici, quas cogitat, & ad exitum perduci.

Quales autem magiſtratus.) Cùm docuerit, ſine damno ullo poſſe ſuperſederi quæſtione modò tacta: indicat, quod itidem ad magiſtratus ipſos pertinet, quid potius relicto illo, accuratè uidendum ſit. Hoc autem eſt, quales, cuiuſue generis magiſtratus, & quot etiam numero neceſſarij ſint, ut poſſit uerè illa, ubi inueniuntur, ciuitas appellari: nec non etiam, quot illic neceſſarij ſanè minimè ſint, utiles tamen reip. probè ac meritò laudentur. Quæ profectò quæſtio locum habet, ut narrat, in omni republica, & in puſillis etiam ciuitatibus. Adnotanda eſt oratio hæc, in qua facilè laberetur aliquis, niſi ſuo loco interpunctiones poſitæ forent, putaretque falſo contrariam ipſam oſtendere extrema autem ſuperioris clauſulæ negandi particula deleta eſſe. Eodem pacto Xenophon locutus eſt, cum canem lepidum ſane, eundem tamen puſillum deſcriberet. inquit enim, [illegible]: ita uerò legi debere locum ſignificauit Demetrius.

In magnis autem.) Cùm & in ciuitatibus magnis, & in paruis magiſtratus requiri dixiſſet: aperit nunc, non oportere eodem pacto ipſos creari in tam opere inter ſe diſtantibus. Primùm igitur docet, quid ſeruari, ad magiſtratus pertinens, in illis opus ſit, quæ amplæ ſunt: in ipſis enim commodè fieri poſſe dicit, & oportere etiam unum magiſtratum uni muneri aſsignari. Cuius iudicij ſui cauſas duas affert. Prior earũ eſt, quòd nullo negotio præſtari id poteſt, propter numerum magnum ciuium, ita ut non debeant ulli rurſus quoſdam magiſtratus iterare, niſi poſt interualla longa temporis. nonnullos autem ſemel tantùm in uita capere. Altera cauſa eſt, quia ſingula opera factaq; mortalium melius geruntur, abſolutioraq; fiunt, ſi mandantur ijs, qui in illis tantùm occupantur: quàm ſi hominibus, curis multis utrinque diſtractis. Poſtremum hoc huiuſcemodi eſſe teſtatus quoque eſt Plato in VIII. libro de Legibus, quo loco uetat ciuem aliquam artẽ, opificum propriam, à ſuaque aliena diſcere aut exercere, quæ eſt tueri augereque publicam dignitatem: atque in hoc omnes animum eorum contendere, quæ profectò magna eſt, & plurimũ curæ diligentiæque requirit. A contrario enim, documentum hoc probans, inquit, duo ſtudia duasq; artes accuratè tractare, operaq; ipſarum rectè conficere, nullam fermè humanam uim naturamque poſſe.

In paruis autem.) In paruis ciuitatibus aſſerit rem contrà ſe habere: non quia id probet, utilque ſemper putet, uerùm quia aliter hoc fieri non poſſit, propter paucitatem ciuium. Rationem enim huius reddens, inquit: Non enim facilè eſt multos homines illic magiſtratus gerere, eodemque tempore imperium habere. Non enim, ut addit, erunt qui in imperio ipſis ſuccedant. Neceſſitas igitur eſt, quæ hoc molitur, non uera ratio id iubet.

Egent autem.) Cùm oſtendiſſet non facilè eſſe præſtare, ut in puſillis ciuitatibus multi magiſtratus ſint: docet nunc, aliquando non poſſe hoc uitari, cogiq; ipſas huc deſcendere. & quomodo poſſint illa incommoda, ſi non omnino declinari, ſaltem minui, ſignificat. Cùm igitur neceſſe habeant paruæ quoque oppida eoſdem magiſtratus certis temporibus conſtituere, quos magna: aperit, quod diſcrimen inter ipſa ſit: eſſeq; id dicit, quod in magnis hoc crebrum frequénſque eſt, in paruis uerò rarum admodum. Poſt interualla enim magna temporum contingit ipſis uti magno illo numero magiſtratuum, nouoſque quoſdam creare. Monſtrare etiam uoluit, quomodo occurratur illis difficultatibus, quas indicarat, cum hoc officium ipſius foret. inquit enim: Quare nihil uetat, multas res, quas curæ habeant, iiſdem mandare: neque enim illæ impedimento ſibi erunt, poteruntque ſimul omnes, ſi diligenter in ipſas incubuerint, commodè adminiſtrari. Remedium etiam inueniri tradit paucitati ciuium: oportere enim, inquit, conſtitui magiſtratus quaſi obeliſcolychnia. Inſtrumentũ uerò obeliſcolychnium erat, quod geminos uſus præberet. meminit ipſius auctor in IIII. quoq; de Partibus animantium: cùm traderet, naturam ſanè ſolere, cùm res patitur, duobus muneribus obeundis duas partes corporis, membraq; conformare: neque in hoc ſe gerere, ut ars, quæ fabricat obeliſcolychnia tantùm; uerùm hoc facere, cùm cogitur. Pollux quoq; mentionem ipſius facit, qui narrat, militare inſtrumentum id fuiſſe. Hoc autem, ut opinor, excogitatum fuerat, ne milites nimis premerentur duobus grauibus inſtrumentis ferendis, cùm ex uno, ita conformato, ualerent eundem fructum capere.

Si igitur poterimus.) Docet oportere nos diligẽter uidere, qui magiſtratus neceſſarij ſint cunctis in ciuitatibus: & qui, ſi non omnino neceſſarij, tamẽ tales, ut uix illis carere ciuitas poſſit. Quod, cùm perceperimus, affirmat nos facilè cogniturοs, quos potiſſimum magiſtratus deceat in unum magiſtratum cogere, & ex duobus pluribuſue unum commodè facere. Illi igitur, qui neceſſarij ſunt, non debent ullo pacto omitti: curæ uerò aliorum, quos minimè neceſſarios eſſe intelligemus, ipſis reliquis, mandabuntur neceſſarijs. Ita nihil incommodi accipiet ciuitas: non deerunt enim, qui res eas curent, & minuetur numerus magiſtratuum.

Quadrat autem hoc.) Aperit etiam utilem ad uidendum, qui magiſtratus relinqui poſſint: declaratque, quomodo id obtineatur. Quod primùm proponit, huiuſcemodi eſt. Inquit enim, non debere nobis clam eſſe, quales fore deceat multas curas ſuſtinere ſuis proprijsque in locis: & quarum rerum magiſtratum unum præfectũ dominumq; eſſe oportet uarijs diſtantibusq; in locis geſtarum, & ubicunq; demum illæ fiant. Vt autem planius, quod tradit, intelligatur, unum eorum exempli loco ponit, dicens: Ceu morum honeſtatisq;, utrum in foro decet, inde uocatum magiſtratum ἀγορανόμον, curam gerere, ut omnia ſcilicet illic rectè ordineque fiant: alium uerò magiſtratum alio in loco curare, ut idem ſeruetur: ſiue cunctis in locis unum eundemq; magiſtratum uidere, neque culpa in ea re admittatur. ἀρχεῖα, quæ uocauit, arbitror ipſum intellexiſſe ſedes magiſtratuum: certaque quaſi domicilia ipſorum, in quibus tamen ſuæ propriæq; perſonæ ius dicerent. Magiſtratus enim multi animaduertunt, quæ alibi quoque fiunt, in locisque remotis à ſede ipſorum. Et hæc cauſa eſt, cur primùm, cum de ſuperioribus loqueretur, ἀρχεῖα dixit: deinde, tranſiens ad alteros, ἀρχὰς eos nominauit.

Et utrum decet.) Hoc alterum eſt eorum, quæ iubet nos attendere. Neque enim oportere putat nobis clam eſſe, utrum deceat diſtinguere magiſtratus, diuerſoſq; illos facere, quia res alias curent: ſiue quia perſonæ ſint uariæ, quamuis res eadem ſit, quæ ab illis curatur. Explanandæ autem rei cauſa, ut omnis caligo hinc pellatur, reuertitur ad idem exemplum, inquit: Ceu modeſtiæ unum ſanè magiſtratum curam gerere, qui caueat, ne quid in ea re peccetur ſine diſcrimine ullo ab utroque ſexu & uirili & muliebri: ſiue contrà. Hunc magiſtratum dare operam, ut pueri modeſti ſint: alium uerò, ut feminæ. Cùm uirile genus oſtendere uellet, teneram tantùm illius ætatem appellauit: quia ea potiſſimùm freno & cuſtodia eget.

Et per reſpub.) Tertia quæſtio eſt: ut enim uenire in mentẽ alicui poſſet, quod iam ſignificauit, oportéatne magiſtratus diuidi, ex uarietate rerum, quas curant, aut ex perſonarum, quæ ipſos regunt: ita nunc quærit, uariatis'ne ſtatibus ciuitatis, uariatos etiam opus ſit eſſe magiſtratus: ſiue attendi minimè debeat hæc rerump. diſtinctio, ut ijdem magiſtratus in ſingulis rebuſpublicis, etſi illæ diuerſæ inter ſe ſunt, locum habeant. Quod, ut planius fit, ipſe appellatis ipſis, declarat. Ceu enim, inquit, in ſtatu multitudinis, & in dominatu paucorum: nec non ubi optimi uiri ciuitatem regunt, ſiue ubi unus regnat, utrum ijdẽ magiſtratus ſummam poteſtatem habere debeant: non tamen ex æqualibus omnino, ſimilibuſque perſonis conflati, ſed ex longè alio genere hominum conſtituti. Planum enim eſt, eoſdem in diuerſis his ſtatibus imperium non poſſe habere. Quod ipſe quoque exemplis poſitis teſtatur. Veluti enim, ait, in ſtatu optimorum, ex ciuibus inſtructis utili diſciplina illi obtinendo: in dominatu paucorum, ex diuitibus: in ſtatu multitudinis, ex liberis.

Aut ſunt quædam.) Attingit nunc alteram partem, quæ eſt, utrum deceat longè alios magiſtratus eſſe in diuerſis rebuſpublicis: nec tantum in ipſis perſonas diſtinctas eſſe, quæ magiſtratus regant, uerùm etiam magiſtratus ipſos. Reſpondet enim hoc apertè parti illi, quam ſuprà priorem poſuit. nam contrariam ſtatim explicauit, id eſt cùm dixit quærendum, an in ſingulis ſtatibus requiratur diuerſos eſſe magiſtratus. Inquit igitur nunc, idem repetens: Siue ſunt etiam uariæ ipſis, uariè & diſtincta genera magiſtratuum hunc enim eſſe debere ſenſum horum uerborum, apparet. Hoc tamen moleſtum eſt, quod perſpicitur, maculam non paruam ipſa occupaſſe, quam nullius calamo ſcripti libri ope delere potui: confugi igitur, deſtitutus illa, ad coniecturam, exiſtimauiq;, ſi pro τὰς [illegible], mutato caſu, [illegible] legatur, locum purgatũ eſſe, ſententiamq; egregiè conuenire. Articulum enim, qui antecedit accuſandi caſu, arbitror eſſe extremam ſyllabam prioris uocis, iteratam negligentia librarij, ut fit. Siue ſunt in ipſis, diuerſis ſcilicet rebuſpublicis, diſcrimina etiam magiſtratuum, ut qui congruunt uni, alteri quoque non congruant.

Eſt autem.) Quid ſui iudicij de hac quæſtione ſit, incipit aperire. Inquit enim, inueniri reſp. quaſdam, diſsimiles ſanè inter

ſe, in

ſi, in quibus non tantùm iidem magiſtratus locum habent, uerum etiam utiles illic ſunt: & contrà alias ita inter ſe diſtrepant, ut nullo modo illic cohærere poſſint. addit uerò, hoc confirmans: Hic enim, id eſt quibuſdam rebuſpublicis, mirifice cõgruit magnos eſſe magiſtratus, in alijs autem paruos. id eſt, ut arbitror, uim & auctoritatem eorũ eſſe amplam, & in alio ſtatu puſillam: magnitudinem enim & paruitatem ſignificare hic poteſtatem uel contrarium ipſius non omnino arbitror.

Nec tamen.) Etſi, quod ſtatutum eſt, ſunt magiſtratus quidam communes uarijs ſtatibus reipublicæ: adiungit tamen, inueniri alios proprios quorundam, & qui minimè ceteris congruunt. Vnum eorum eſſe dicit, quem ſuprà etiam nominauit, id eſt προβούλους uocatos. Affirmat igitur, eum magiſtratum nullo modo popularem eſſe: ſed βουλὴν peculiarem eſſe populi: qui ordo quidam eſt eorum, qui principes ſunt publici conſilij. Vnde id nomen ipſis impoſitum eſt, quomodo etiam hodie conſuetudo eſt uocare in rebuſp. popularibus eundem ordinem ſimpliciter: nam adiuncta ei uoce, quæ oſtendat numerum eorum, qui deliberant, & eum quidem paruum, uocatur etiam conſilium: exempli cauſa, octoginta uirorum, aut centum uirorum, ſed non ſimpliciter conſilium. Videtur autem nominare hic βουλὴν auctor, ordinem certum quendam ciuium: & eum quidem plurimorum, non tamen omnium, qui uerò deliberet de republica. & diſtinguere ipſum ab uniuerſo populo. Inquit enim, oportere in ſtatu multitudinis huiuſcemodi quippiam eſſe, id eſt, ut oſtendi, ordinem quendam, qui ſuſcipiat hanc curam, conſiliaq; capiat ante populum uniuerſum, de rebus publicis: non tamen, ut opinor, ita ut conſilia ipſius, deliberationeſque omnino ratæ fiant. Quid autem commodi capiatur ex hoc inſtituto declarat. Vnde perſpicitur ipſum populare eſſe. Inquit enim, id inuentum fuiſſe, ut populus liberetur illa moleſtia, nec cogatur nimis crebrò uocari: afferret enim hoc ipſi, cùm conſtet magna ex parte è pauperibus hominibus, detrimenti non parum. Hæc igitur res fecit, ut crearetur hic ordo, non ut ipſe moderaretur populum: nec ſineret eum inſolentiorem fieri, ut quidam acceperunt. neque enim plus roboris hic ordo & auctoritatis habet, quàm populus uniuerſus, ut poſſit eum coercere: nec patitur res, ut in ſtatu multitudinis magiſtratus ordoue ullus exiſtat, cuius imperium maius ſit, quàm populi totius. Nec putet aliquis, quamuis uerbo hic quoque utatur, unde nominatus eſt magiſtratus, quem προβούλους uocauit, Ariſtotelem illum prorſus intelligere: alienũ namq; eſt à ſtatu multitudinis. Nam quòd conſilium quoque, quod intelligit, προβουλεύειν, dicit, hoc mihi perſuaſit, ut crederem, non firmas omnino eſſe ſententias ipſius, expectareq; eos etiam populi iudicium, quod illa confirmet. qui populus, cùm per longiora interualla cogebatur, poterat eodem tempore plura illius ordinis uiſa ſtatutaque comprobare.

Hæc autem, ſi pauci.) Docet nunc, cùm ſit aliquo modo communis nomen horum προβούλων, & ſuperiorum illorum, quid diſcriminis uerſetur inter ipſos: nomen eorum autem longè alium eſſe amborum ſignificat, & in primis ipſos diſtinguens: qui cum paruus fuerit, eſt tamẽ ordo accommodatus dominatui paucorum. Cùm autem magnus, cadit etiam in ſtatus multitudinis. & ſi uerbo potius προβουλεύειν de ipſo uſus eſt, quàm eos hic προβούλους appellarit. quia funguntur eodẽ munere. Cùm autem adiungat προβούλους, neceſſe paucos eſſe numero, intelligit magiſtratum ita proprie uocatum. concludit igitur, hos ea de cauſa accommodatos eſſe dominantibus paucorum.

Sed ubi ambo.) Quæ ſit poteſtaſq; ſit horum προβούλων in ea republica, docet, in qua ambo hi magiſtratus ordinati ſunt, id eſt & ipſi, qui ante conſilium uiderunt, conſiliumque capiunt de publicis rebus, & conſilium ipſum. Tradit igitur, illic προβούλους conſtituens eſſe, qui aliquo modo præſint illis, à quibus conſilium conſtatum eſt, & quaſi moderentur ipſis. cuius cauſam afferens, docenſque ratione hoc fieri, inquit: Conſiliarius enim, inuſq; ille ordo popularis eſt: qui uerò tempore ipſum præcedit, fungens prius eodem munere, ordo eſt idoneus dominationis paucorum.

Frangitur autem.) Vt oſtendit minui auctoritatem conſilij (liceat mihi ita loqui rei explanandæ cauſa) ab ordine, qui ante ipſum uidet inquiritque de rebus, quæ poſtea ad illius iudicium peruenire debent: ita nunc addit, eiuſdem uim poteſtatemque conteri ac labefactari in illis ſtatibus multitudinis, in quibus populus ipſe ſimul coactus decernit ſtatuitque de omnibus rebus. Quando autem exiſtat hoc malũ, ut nerui utilis ualdè illi reip. ordinis incidantur, uel potius totus ipſe diſſoluatur, declarat & inquit, hoc uſu uenire ſolere, quando ubertas aliqua fuerit, fortunæque ciuium ualdè creuerint, ſiue cùm mercede allecti fuerint pauperes ad frequentandas conciones. Tunc enim, inquit, ſoluti curis quærendi uictus, crebrò conueniunt: cunctaque ipſi æſtimare, & aut probare aut improbare uolunt: non reſtat igitur aliquid, quod uideant, ceteri illi ciuibus, ex quibus conſtabat ſapiens ille ordo. Quare perſpicitur, uerum eſſe, quod optimus magiſter affirmat, naſci inde interitum eius ordinis, cui prius cura deliberationum mandata fuerat, & ab hoc munere obeundo uocabatur. Vetus illa tralatio ſecuta eſt exemplar, in quo erat ἀπορεῖσθαι, ut uno in excuſis & ſcriptis etiã quos uidi, legitur ... contrario penitus ſenſu. Vnde D. Thomas ita hunc locũ accepit, maximè quando ordinatur damnum uocari, ſi non uenerint. probè ſanè, quod ad ſententiam facit. Sed tamen conſtat, ueriorem eſſe receptam lectionem in VI. enim horũ librorum ita ſcriptum eſt, ubi idem tangit, ut eruditus quoq; interpres teſtatur. ... quũ tamen in loco, etſi eodem uerbo utitur, poſteriorem tantùm cauſam rationemque tangit.

Moderator autem.) Certos quoſdam magiſtratus, quibus ciuitatis ſtatibus in primis accommodati ſint: atque ita deniq; illis apti, ut nullum locum habeant in alijs ullis, oſtendit. Nominat autem duos, & qui præpoſitus erat moribus puerorum, & qui mulierum caſtitatem tuebatur. Addit tamen, ſi qui etiam alij huius generis reperiuntur, quibus mandata ſit huiuſcemodi aliqua cura. omnes igitur hos ſtatus optimorum uirorum proprios eſſe affirmat. Illi enim, cùm tales ſint, plurimum ſtudij ponunt in uita ciuium ornanda, & ab omni labe uindicanda. Cur autem non penetrent in ſtatum multitudinis hæ curæ, neque in dominatum paucorum, reſtatur. Variæ namque cauſæ inde ipſos eijciunt. Primum enim, quod in primis curant, qui talia perent illas regendas, domi teneri pauperum mulieres non poſſunt: coguntur enim domo exire ſingulis horis, empturæ ut uendituræ aliquid. Non facile autem pudicitiam tuentur feminæ, quæ conuentus hominum frequentant, & cum alienis uiris liberè loquuntur: in ſtatu uerò paucorum, in quo uiri ipſarum locupletes permittunt ſibi multa, & ipſæ molliter delicateque uiuere uolunt, nec ullis legibus frenari ſe patiuntur. *Exire* hic ualet, domo prodire: apud Demoſthenem itidem, qui multis locis eodem pacto uſus eſt hoc uerbo, ſignificat ex urbe exire & in militiã proficiſci. Hortatur enim ciues ſuos, ut hoc faciant, poſcentibus id reip. temporibus: & non mercede ſolùm conductis ſalutem ſuam & dignitatem ciuitatis committãt. Addit poſt hæc noſter doctor, putare ſe ſatis de his rebus à ſe diſputatum eſſe. quare tranſit ad alia, uel potius idem à principio repetit.

Circa conſtitutiones.) Oſtendit, poſcere nunc hanc diſciplinam, ut de ratione creandorum magiſtratuũ quæratur: quod pro uiribus ſe facturum pollicetur, nouo principio ſumto. Diſcrimina autem huius rei, & quæ uariari in ea tractanda ſolent, in tribus terminis manere dicit: qui ſunt, ſi iuncti ſimul fuerint, futuros dicit omnino, ut omnes modi ſumantur, nec ullus ipſorum relinquatur: hanc enim uiam putat eſſe certam ueritatis huius quæſtionis inueſtigandæ.

Sunt autem trium.) Incipit aperire tres hos, quos ſignificauit, terminos: non tamen reſpondet illi uoci, quę uirilis generis eſt, ſed tranſit ad neutrum commoneque. inquit enim: Trium eorum, quæ ſunt quærenda, unum eſt, qui potiſſimũ ſint, qui creant magiſtratus, primiſque antea hominibus imperium dant. alterum, ex quo genere ciuium illi creari debeant. tertium extremumque eſt modus, quomodo inquam creari debeant: nam plures uarijq; ſunt.

Vniuſcuiuſq; autem.) Cum terminos tres affirmaſſet eſſe, quibus diſcrepat inter ſe ratio omnis creandorum magiſtratuũ: adiungit nunc, ſingulos illos itidem trifariam diuidi, partibus ipſius expoſitis: quomodoque hoc fiat, incipit ſtatim aperire. inquit enim: Singulorum trium horum diſcrimina eſſe tria. ſiue enim omnes ciues coeunt ad creandos magiſtratus, ſiue certi quidam, quibus id publicè mandatum ſit. Duobus autem expoſitis diſcriminibus ex perſona eorũ, qui creant, tranſit ad eos, qui creentur, quibuſq; poteſtas committitur. Siue igitur, inquit, creant ipſos ex omni numero ciuium, ſiue ex certis quibuſdam definitiſque, qui ſcilicet diſiuncti à reliquis ſint. plures enim modi huius ſecretionis ſunt, ac nunc aliquando aliqui (ut docet) ceteribus adiunguntur, uel cenſu, uel genere, uel uirtute, uel alio quopiam, quod conueniat multis: ſeparet autem ipſos à reliquis. Quemadmodũ factum eſſe narrat Megaris, quo in ciuitate lex erat, ut crearẽtur magiſtratus ex illis tantùm, qui, cùm eiecti prius forent ex oppido, expulſique ab aduerſarijs, redierant armis, pugnaueranteque contra multitudinẽ, quæ multitudo antea illic dominabatur. Nam tempus fuiſſe, quo à populo regeretur ciuitas illa nobilis, indicans etiam auctor in libro de Arte poetarum, ubi de ortu primo comœdiæ diſſerit. Non patiebantur igitur, cùm uiciſſent, imperiũ dari, niſi hominibus ſui generis ac loci. Tranſit, hoc expoſito, ad modos rationeſque, quibus creantur: qui nunc duo, ut ſuperiorum, ita quoque huius rei appellantur. dicitq, illos eſſe, ſiue delectum ſiue ſortem.

Rurſus

Rurſus hæc.) Tertium, qui reſtabat, ſingulorum terminorum modum exponit, quo modo geminatus declarans. ſiunt igitur dicit, cum illa geminata fuerint. Intelligo enim, inquit, cùm creatio magiſtratuum duplex fuerit, ut hos quidem creent, hos alteros uerò cuncti. Eodem etiam pacto, cùm quaſi materia, ex qua creantur, & ipſa minimè ſimplex fuerit, ſed gemina, quia hi magiſtratus è cunctis ciuibus creantur, hi uerò è quibuſdam. Tertia duplicatio eſt, cùm creent quidam magiſtratus ſuffragiis delectuque, creent autem alii, ſorte.

Vniuſcuiuſque autem.) Adiungit nunc ſingulorum, quæ modò partitus eſt, diſcriminum, exiſtere modos quatuor, quos exponit. Siue enim, inquit, omnes magiſtratus ex omnibus ciuibus creabuntur ſuffragiis, ſiue omnes itidem ex omnibus ſorte. Cùm autem oſtendiſſet iam duas rationes creandorum illorum, ipſidem momentis cuſtoditisque & qui creant, & ex quibus creantur, uariato rerum modo, nunc tranſit ad modum diſtinguendum, quo uariantur, quamuis creatores & uniuerſi. non enim ſemper illa idem eſt, ſi materia eadem eſt.

Et uel ex) Quod uocat è cunctis, docet etiam diuidi. Neque enim unam tantùm rationem eſſe ſumendi ex omnibus eos, quibus imperium datur. ſic enim ducuntur inde non ſimul ex uniuerſo corpore, ſed ſeorſum à partibus certis ipſius, & quaſi membris quibuſdam: ut ipſe accuratè docet, id eſt per tribus aut pagos illos, unde Athenis uocabantur, & quaſi oppida, ut Cicero interpretatus eſt *δήμους*. Adiungit quoque phratrias, quibus etiam minoribus multo quaſi conuentibus populus Athenienſis diſtinguebatur. Erat enim phratria quarta pars tribus: quod cuſtodiebatur, ut tradit, donec res tranſiſſet, nullis ſine imperio relictis, per uniuerſos ciues. Sine addit (quæ altera ratio eſt) ſemper ex omnibus & uniuerſo confuſoque cœtu. ad extremum addit, Et hi quidem magiſtratus: illi uerò alteto, in quo continetur hi modi: ut ſcilicet diuiſione ipſorum facta, partim ipſorum creantur ex uniuerſo corpore, partim uerò ex eiuſdem diſſecto, & in ea quæ ſignificauit, membra diuiſo.

Rurſus, ſi.) Oſtendit nunc, unde oriantur reliqua ſex membra, conficiantia numerum, quem monſtrauit inueniri totius huius rationis. Quaſi igitur initio quodam nouo inuento, inquit: Rurſus ſi quidam ſint cœtus qui creent, & non cuncti, qui creandorum magiſtratuum poteſtatem habent, creabunt ipſos uel ex omnibus delectu habito, ſuffragiisque uel ex omnibus itidem ſorte, uel iterata quaſi materia, ſeruata autem ratione, quæ bipartita eſt, creati ſunt illorum ex quibuſdam, ipſos delectu, uel ex quibuſdam ſorte. Vel inquit, quod eſt tertium quaſi membrum, uel diuiſis magiſtratibus creabunt hos quidem hoc pacto, hos uero illo. quemadmodum, ne aliquis error hic naſcatur, magis explanat his uerbis: Intelligo autem, hos quidem magiſtratus ex omnibus delectu, hos uerò ſorte. Concludit autem ſtatim totam quæſtionem, dicens: Quare ex ſex modi exſtant, ſiue illis rationibus diuerſis copulandi ipſos, id eſt non appellatis ipſis neque in numerum modorum coniectis.

Harum autem duæ.) Cùm modos enumeraſſet creandorum magiſtratuum, indicat nunc, qui potiſſimum ipſorum congruunt huic, & qui illi reipublicæ. Incipit autem à ſtatibus multitudini accommodatis, & inquit. E numero horum omnium duas rationes creandorum illorum populares eſſe, cùm ſcilicet omnes ciues ex omni numero ciuium creant ipſos uel delectu, uel ſorte: ſiue utuntur ambabus his rationibus, ut partim ſcilicet magiſtratum creent ſorte, partim autem delectu. Quæ poſterior ratio, ut honeſtior eſt, moderatoque ſtatui magis conuenit: ita minùs grata minuſque accepta eſt tenuibus hominibus. nihil enim minùs illi ferunt, quàm magiſtratus creari ſpectatis meritis, ac uita hominum. uident enim planè, ſi ita res geratur, excluſum iri ab omni publico honore & imperio.

Non omnes autem.) Modum accommodatum ſtatui ciuitatis, qui communi nomine omnium rerumpublicarum Reſp. uocatus, qualis ſit nunc, oſtendit. Eum autem eſſe dicit, in quo non omnes ſimul ciues creant magiſtratus, ſed uariis temporibus anniſque: atque ipſos tamen creant ex certis quibuſdam & definitis atque id uel ſorte, uel delectu, uel ambobus: uel diuiſim, hos quidem magiſtratus creant ex omnibus, hos uerò à quibuſdam ambobus. Quam uocem, cùm iterum uſurpaſſet, obſcuritatis tollendæ cauſa declarauit. inquit igitur, Cùm ambobus dico: intelligo, ut hi quidem magiſtratus creentur ſorte, hi uerò delectu. In extremo auctor poſuit, quod concludit totam ſententiam: Omne enim inſtitutum, uariatum etiam, ut docuit, affirmat eſſe aptum reip. uocatæ, ipſe id initio ſubiecit.

Et quoſdam ex) Docet, qui modi ſint apti dominatui paucorum. Cùm igitur non omnes ciues, ſed certi quidam funguntur hoc munere, atque ordo illorum huic curæ præpoſitus, ita ut ex omni numero ciuium ipſos uocant, creantque, ipſos partim delectu, partim ſorte. Vel ex ambobus magiſtratus creent, id eſt & ex uniuerſa ciuitate, & è ſuo ordine & undecunque ipſis libeat, hoc ſtatuent, ut hos quidem magiſtratus ſorte, hos uerò delectu creent. hac inſtitutum conuenit paucis dominantibus in ciuitate ſtatuisque, quem ſuæ rationi uel libidini potius accommodatum conſtituerunt. Magis autem adhuc proprium illius dominatus, ingeniſque accommodatum ipſis eſſe dicit, ſi magiſtratus ex ambobus ducti fuerint: id eſt, & quaſi è toto corpore totius ciuitatis & è ſuo ordine. Nam ſi ex hominibus tantum ſui loci crearent ipſos, quin magis adhuc hoc commodum futurum fuerit, non eſt dubitandum: ſed nimis hoc odioſum fuiſſet reliquis, ſe penitus depelli à gubernaculis ciuitatis.

Alios uerò ex.) Oſtendit, quam rationem ſequuntur in hac re, qui conſtituunt rempublicam, propè accedentem ad ſtatum optimorum. inquit igitur: Legem hanc peculiarem eſſe ipſius, ut hi quidem magiſtratus creentur ex omni numero, & quaſi corpore ciuium: hi uerò ex certis quibuſdam ciuibus, & ordine quopiam definito, conuenit reip. propriè uocatæ, in qua imitantur conſuetudinem optimorum. Addidit autem hic & *ἀριστοκρατικῶς* (ut ſic loquar) ut aperiret quam remp. intelligat. Illa namque, quæ ita uocatur propriè nomine, ſimilitudinem quandam habet ſtatus optimorum. nam quæ ſequuntur uerba, eodem pertinent. Intelligo autem quod inquit: Vel hos quidem magiſtratus delectu, hos uerò ſorte. hæc enim quoque ratio mixta eſt, quare quadrat mixtæ huic reipublicæ & temperatæ è ſtatu multitudinis & è rep. optimorum.

Quoſdam autem.) Tangit alius modus, & quorum ſtatuum peculiares illi ſint ſignificat. Primum igitur inquit: Quoſdam certoſque creare magiſtratus è quibuſdam certiſque ciuibus, eſt accommodatum penitus uoluntati commodiſque paucorum. ſuprà autem rationem hanc reliquerat. Videtur enim loqui nunc de puris meriſque talibus, non mixtione quapiam moderatioribus redditis.

Et quoſdam.) Colligit paucis plures modos. Primum autem repetit proximum ſuperiorem, ſed tamen uariatum: & ut ipſemet indicat, non eodem modo tractatum. inquit igitur: Quoſdam uerò è quibuſdam ſorte creare ſcilicet, & creari: non tamen geſtum hoc adminiſtratumque eodem pacto & præterea quoſdam è quibuſdam ambobus, ſcilicet modis, id eſt ſiue delectu ſiue ſorte intelligendum eſt. pendet enim à ſuperiore ſententia, Eſt aptum dominatui paucorum.

Quoſdam autem.) Perſpicitur, ſuo in exemplari ita ſcriptum habuiſſe ueterem illam tralationem, cùm ab omnibus, quos uidi, libris, abſint poſtremæ duæ uoces: quare arbitrari non poſſumus, lectionem hanc omnino eſſe manca. Si igitur ſequimur eam, hic ſenſus ipſius erit: Quoſdam autem: id eſt, cùm certus numerus ciuium atque ordo ex omni corpore ciuitatis creat magiſtratus, hic modus nullo pacto eſt aptus dominatui paucorum. è ſuo enim ordine non ſolùm illi gramnes magiſtratus creari. Quare longè aliter id tractari, omnemque poteſtatem tradi in ciuitate aduerſariis ipſorum non eſſet ipſis tutum: ita enim amitterent citò dominatum illum ſuum.

E quibuſdam autem.) Hic ultimus modus eſt, ab eo expoſitus, quem proprium eſſe teſtatur ſtatus optimorum. Eſt autem, ubi omnes ciues in comitiis aut adſunt, aut adeſſe poſſunt, creantque magiſtratus ex certo quodam loco atque ordine, id eſt è probis & ſtudioſis uiris, utunturque in imperio dando ſuffragiis, & nullo modo ſorte: neque enim ſors è tanto numero hominum optimos quoſque & prudentiſſimos ſumeret. Tria igitur, ut planum factum eſt, concurrunt. Primum mandatur hæc cura non certis quibuſdam, ſed uniuerſæ multitudini: quæ tamen à definitis ciuibus, id eſt modeſtis & inſtructis ea diſciplina, quæ illic requiritur, deligat eos, quib. imperium dat. Status enim optimorum tolerare non diſplicerat multitudini, uerorum tamen talium, non ſimulatorum. nam qui ſceleſti diuitiis ſolùm dominantur in ciuitate, ſibi falſò aſciſcunt hoc nomen, uocarique uolunt optimates. Tertium, quod ſeruatur illic, eſt de quo ſuprà à me dictum eſt, ratio creandi ipſos: id eſt, ſtudiũ magnum adhibitum in illis eligendis.

Modi igitur uerum.) Vt mos ipſius eſt, repetit breui, quæ definiit, pertinentia ad creationem magiſtratuum. Quæ autem partes reſtant eiuſdam quæſtionis, nondum explicatæ, quando, loco ad id apto, expoſiturus ſit, indicat. Primũ igitur, inquit, modi creandorum magiſtratuum tot numero ſunt itaque, ut declaratum eſt, diſtincti ſunt uarietatis rebuſpublicis. deinde addit: Quæ autem conducunt utiliaque ualde ſunt quibus magiſtratibus, nec non quomodo deceat conſtitutiones ipſorum adminiſtrari, illo tempore planum erit, quo facultates magiſtratuum ipſorum, & quæ ipſis ue auctoritaſque ſingulorum ſit, nec non quot numero ipſi ſunt, cognitum erit.

Intelligo autem) Cùm uim poteſtatemque magiſtratuum appellaſſet, aperuit, quid illo nomine accipi à nobis uelit. Inquit igitur, ſe uocare poteſtatem magiſtratus uim & auctoritatem ipſius in ſtatuendo, quod rectum eſt de rebus illis, quæ curæ ipſius mandatæ ſunt, cùm ad alias minime porrigatur. Exempli cauſa, magiſtratus eſt, qui curat uectigalia publica: eſt etiam, cui mandata ſunt, quæ pertinent ad cuſtodiam ſalutemque reipublicæ, omniumque rerum, quæ partes ſunt ipſius, domina eſt. Conſtat autem, bene longè aliam uim facultatemq́; eſſe. Prior enim eſt eius, qui exercitum ducit: poſterior uerò, qui in ſua manu habet contractus forenſes. Tangit autem eadem ferè hæc munera in extremo ſexti decimi horum librorum: quo etiam in loco narrat, extare magiſtratum, qui curæ habeat, quæ pertinent ad forum, cenſuram ac conſpectus hominum, ad quem ipſorum exemple referantur, & ab iiſdem ſeduló aſſeruentur: cùm idem quoque curare debeat, ne quæ fraus in ipſis admittatur.

a κριταί τε πραγμάτων. al. κριταὶ τὸ πρᾶγμα.
b ἐκ τῶν συγκαταλεγέντων
c ἐὰν μὴ διαλυθῇ· διὰ πάντων τῶν πολιτῶν. al. πολιτειῶν, mendoſe.

CAPVT XVI.

RESTAT è tribus, ut tradam⁰, quod pertinet ad iudicia. Sumendi autem modi & horũ per idẽ quaſi fundamentũ. Manet aũt diſcrimen iudiciorũ in trib. terminis, ex quibus, de quibus, & quomodo. Dico aũt ex quibus, utrũ ex omnibus, uel è quibuſdã: de quibus uerò, quot ſint ſpecies iudiciorũ: quomodo autẽ, utrum ſorte, uel ſuffragijs. Primùm igitur diuidatur, quot ſunt ſpecies iudiciorum. Sunt aũt numero octo. unũ quidem, quod corrigit: aliud aũt, ſi aliquis iniuſtè ſe gerit in quapiã republica: tertiũ, quæcunq; ad ſtatum ciuitatis referuntur. Quartũ & imperiũ habentibus & priuatis, quæ controuerſiæ naſcũtur inter ipſos de mulctis illatis. Quintũ, de priuatis contractibus, ac magnarũ rerũ. Et præter hæc, quod pertinet ad cædem factã & lites peregrinorũ. Species igitur cędis factę, ſiue in iiſdem iudicibus, ſiue in alijs: & de ijs, quæ conſulto. Et de ijs, quæ ab inuitis admiſſæ ſunt. Et quæcunq; rei non inficiantur, controuerſia aũt eſt de iuſto. Quartũ aũt, quæcunq; reis cædis, ut redeant, intenduntur. ueluti Athenis dicitur, & curia uocata in Phreatte. Contingunt autem huiuſcemodi facta in uniuerſo tẽpore pauca, & in magnis urbibus. Iudicij aũt peregrinorũ, unũ quidẽ genus, peregrinis aduerſus peregrinos litigantib. aliud, peregrinis aduerſus urbẽ incolẽtes. Amplius aũt pręter hęc oĩa de paruis cõtractib. quęcũq; uni⁰ drachmę, & qnq; drachmarũ, aut paulo maiore pecunia (oportet .n. de his quoq; iudicium fieri) nõ cadũt aũt in multitudinẽ iudicũ. Verùm de his omittatur, & de cauſis necis, & de peregrinis. De reb. aũt ciuilib. diſſeramus: de qb. niſi rectè adminiſtrẽtur, diſcordiæ fiunt, & mutationes rerum pub. Neceſſe aũt eſt ſiue omnes

ΛΟΙΠΟΝ δὲ τῶν τριῶν τὸ δικαστικὸν εἰπεῖν. ληπτέον δὲ καὶ τούτων τοὺς τρόπους κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. ἔστι δὲ διαφορὰ τῶν δικαστηρίων ἐν τρισὶν ὅροις, ἐξ ὧν τε, καὶ περὶ ὧν, καὶ πῶς. λέγω δὲ ἐξ ὧν μὲν, πότερον ἐκ πάντων, ἢ ἐκ τινῶν· περὶ ὧν δὲ, πόσα εἴδη δικαστηρίων· τὸ δὲ πῶς, πότερον κλήρῳ, ἢ αἱρέσει. πρῶτον οὖν διαιρείσθω, πόσα εἴδη δικαστηρίων. ἔστι δὴ τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ. ἓν μὲν εὐθυντικόν· ἄλλο δὲ, εἴ τις τι τῶν κοινῶν ἀδικεῖ· ἕτερον, ὅσα εἰς τὴν πολιτείαν φέρει. Τέταρτον καὶ ἄρχουσι καὶ ἰδιώταις, ὅσα περὶ ζημιώσεων ἀμφισβητοῦσι. πέμπτον, τὸ περὶ τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων, καὶ ἐχόντων μέγεθος. καὶ παρὰ ταῦτα, τό τε φονικὸν, καὶ τὸ ξενικόν. φονικοῦ μὲν οὖν εἴδη, ἄν τ᾽ ἐν τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς, ἄν τ᾽ ἐν ἄλλοις. περί τε τῶν ἐκ προνοίας, καὶ περὶ τῶν ἀκουσίων. καὶ ὅσα μὲν ὁμολογεῖται, ἀμφισβητεῖται δὲ περὶ τοῦ δικαίου. τέταρτον δὲ ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνον, ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται· οἷον Ἀθήνησι λέγεται καὶ τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον. συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγα, καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσι. τοῦ δὲ ξενικοῦ, ἓν μὲν ξένοις πρὸς ξένους· ἄλλο, ξένοις πρὸς ἀστούς. ἔτι δὲ παρὰ πάντα ταῦτα περὶ τῶν μικρῶν συναλλαγμάτων, ὅσα δραχμιαῖα, καὶ πεντάδραχμα, καὶ μικρῷ πλείονος (δεῖ μὲν γὰρ καὶ περὶ τούτων γίνεσθαι κρίσιν) οὐκ ἐμπίπτει δὲ εἰς δικαστῶν πλῆθος. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀφείσθω, καὶ τῶν φονικῶν, καὶ τῶν ξενικῶν. περὶ δὲ τῶν πολιτικῶν, λέγωμεν· περὶ ὧν, μὴ γινομένων καλῶς, διαστάσεις γίνονται καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ κινήσεις. ἀνάγκη δ᾽ ἤτοι πάν-

RElιquum eſt ex tribus ciuitatis partibus, ut de ea, quæ rebus iudicandis præeſt, diſſeramus. Atque huius rei modi ſumendi ſunt, pro ea inſtitutione, quæ nobis propoſita eſt. Iudiciorum autem differentia tribus finibus continetur, ex quibus, de quibus, quomodo. ex quibus, hoc eſt, utrum ex omnibus, an ex quibuſdam iudices ſumantur: de quibus, quot ſint genera iudiciorum: quomodo, utrum ſorte, an ſuffragijs iudices fiant. Ac primum ſane exponamus quot ſint iudiciorum genera, ut ſit explicata iudiciorum partitio. Octo igitur ſunt iudiciorũ genera. unum eſt, quod ad repetendas rationes à magiſtratibus pertinet: alterum, quod ad delicta publica, eaq́, quæ in perſonas publicas iniuſtè cõmiſſa ſunt. tertium, quod ad peccata in reipub. ſtatũ. quartum, de cõtrouerſijs & magiſtratuum & priuatorum, cum ambigunt de mulctarum irrogationibus: quintum, de priuatis rerum magnarum contractibus, & præterea de cædibus, & de criminibus inter ſicarios, & de rebus peregrinis. Maleficiorum autem ad cædem pertinentium genera, ſiue apud eoſdem iudices res agatur, ſiue apud alios: alia ſunt ſponte & conſulto admiſſa, alia inconſultò atque inſcitè: & alia conceduntur illa quidem, & de facto conſtat inter eos qui litigãt, ſed de iure ambigitur. quartum maleficium eſt, cum crimen ijs infertur, qui ob cædem nõ uoluntariam exſulabant, ab exſulio reuocatis, ut capitis cauſam dicerent: quale dicitur Athenis eſſe etiã id iudicium, quod exercetur ᶜ in Phreattone. Sed talia hæc in omni æternitate pauca eueniunt, eaq́ in magnis ciuitatibus. Iudiciorum autem eorum, quæ ad res peregrinorum pertinent, unum genus eſt, quo peregrinus cum peregrino litigat: alterũ, quo peregrinus cum ciue. Præter hæc omnia autem ſunt & iudicia de paruis contractibus, ab una drachma uſque ad quinq́, & paulo amplius. Oportet enim etiam de his iudicari, nec quæ tamen cadunt in iudicium multitudinem. Sed de his quidem iudicijs, & de ijs quæ ad cædem pertinent, & de peregrinorum controuerſijs diſputare omittamus. de ciuilibus uero dicamus: de quibus, cum neq́ rectè, neque ordine fiunt, ſeditiones excitantur, & ex ijſdem reip. adminiſtrationum motus ac commutationes oriuntur. Neceſſe autem eſt aut:

omnes de omnib. exiſtimare, quæ diuiſa ſunt, ſuffragijs uel ſorte: uel omnes de omnib. partim ſorte, partim ſuffragijs. Vel de quibuſdam ijſdem, hos quidem ſorte, hos autem delectos. hi ſunt igitur modi quatuor numero. Totidemq; alij ſunt & qui particulatim: rurſus enim, è quibuſdam, & qui iudicant de omnibus ſuffragijs, uel è quibuſdã de omnibus ſorte: uel hæc quidem ſorte, hæc autẽ ſuffragijs: uel quædam iudicia de ijſdem rebus, è iudicib. ſorte ductis & ſuffragijs creatis. Hi igitur modi, quemadmodũ traditi ſunt, ijdẽ ſunt atq; illi, qui dicti. Amplius autem eadem copulata. Dico autem, ceu hæc quidẽ ex omnibus, hæc autem è quibuſdam, hæc autem ex ambobus: ceu, ſi eiuſdem iudicij forent hi quidem ex omnibus, hi uerò è quibuſdã, & uel ſorte uel ſuffragijs, uel ambobus. Quot igitur modis iudicia cõtingit eſſe, traditũ eſt. Horũ aũt prima quidẽ popularia ſunt, quæcunq; ex omnibus, uel de omnib. ſecunda uerò dominatus paucorũ peculiaria ſunt, quæcunque è quibuſdam de omnibus: tertia autem accõmodata optimatib & reipublicæ, quæcunque partim ex omnibus, partim è quibuſdã.

τας περὶ πάντων κρίνειν τῶν διῃρημένων, αἱρέσει ἢ κλήρῳ· ἢ πάντας περὶ πάντων τὰ μὲν κλήρῳ, τὰ δ᾽ αἱρέσει. ἢ περὶ ἐνίων τῶν αὐτῶν, τοὺς μὲν κλήρῳ, τοὺς δ᾽ αἱρετούς. οὗτοι μὲν οὖν οἱ τρόποι τέτταρες τὸν ἀριθμόν· τοσοῦτοι δ᾽ ἕτεροι καὶ οἱ κατὰ μέρος. πάλιν γὰρ ἐκ τινῶν καὶ οἱ δικάζοντες περὶ πάντων αἱρέσει, ἢ ἐκ τινῶν περὶ πάντων κλήρῳ· ἢ τὰ μὲν κλήρῳ, τὰ δ᾽ αἱρέσει, ἢ ἔνια δικαστήρια περὶ τῶν αὐτῶν ἐκ κληρωτῶν καὶ αἱρετῶν. οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερ ἐλέχθησαν, οἱ τρόποι τοῖς εἰρημένοις. ἔτι δὲ τὰ αὐτὰ συνδυαζόμενα. λέγω δ᾽, οἷον τὰ μὲν ἐκ πάντων, τὰ δ᾽ ἐκ τινῶν, τὰ δ᾽ ἐξ ἀμφοῖν· οἷον εἰ τοῦ αὐτοῦ δικαστηρίου εἶεν, οἱ μὲν ἐκ πάντων, οἱ δ᾽ ἐκ τινῶν· καὶ ἢ κλήρῳ, ἢ αἱρέσει, ἢ ἀμφοῖν. ὅσους μὲν οὖν ἐνδέχεται τρόπους εἶναι τὰ δικαστήρια, εἴρηται. τούτων δὲ τὰ μὲν πρῶτα δημοτικά, ὅσα ἐκ πάντων, ἢ περὶ πάντων. τὰ δὲ δεύτερα ὀλιγαρχικά, ὅσα ἐκ τινῶν περὶ πάντων· τὰ δὲ τρίτα, ἀριστοκρατικὰ, καὶ πολιτικὰ ὅσα τὰ μὲν ἐκ πάντων, τὰ δ᾽ ἐκ τινῶν.

aut omnes de omnibus illis, quæ ſuprà diſtinctè & particè enumerata ſunt, iudicare, uel ſuffragio uel ſorte: aut omnes de omnibus partim ſortitione, partim electione: aut de aliquibus ijſdem, [b] *alios ſortitò factos, alios ſuffragio creatos atq; electos. Sunt igitur hi modi numero quatuor. Totidem autem ſunt alteri & ij, qui ſunt ex parte. Rurſus enim aut ex quibuſdam ſumuntur, qui de rebus omnibus iudicent, electione: aut ex quibuſdam, qui de rebus omnibus iudicent, ſortitione: aut partim ſortitione, partim electione: aut nonnulla ſunt iudicum conſeſſus ijſdem de rebus ex iudicibus ſortitò factis, & ſuffragio creatis. Hi igitur modi, quemadmodum expoſiti ſunt, ijs quos ſuprà diximus, cũ ſimiles ſunt. Præterea uerò hæc eadem iudicia duplicari & copulari poſſunt. Dico autem (uerbi gratia) ſi alia quidẽ ex omnibus, alia ex aliquibus, alia ex utriſque: exempli cauſa, ſi eiuſdem iudicum conſeſſus alij ſint ex omnibus, alij ex quibuſdam: & aut ſortitione, aut electione, aut utroq;. Quot igitur modis poſſint eſſe iudicum conſeſſus, expoſitum eſt. Horum autem primi quidem ſunt populares, qui aut conſtãt ex omnibus, aut ſunt de omnibus: ſecundi ad oligarchiam pertinent, nempe qui ex quibuſdam ſumuntur, & de omnibus iudicãt: tertij ariſtocratiam & politiam attingunt, uidelicet qui partim ex omnibus, partim ex quibuſdam ſumuntur.*

COMMENTARIVS.

Reſtat è tribus.) Tria uidenda ſibi propoſuerat: quorum duo cùm iam abſoluerit, ad tertium aggreditur. Fuerunt autem illa pars reipublicæ, quæ deliberat conſiliaque capit: & de quibus modò diſputatum eſt, magiſtratus ipſi. Quam reſtare dicit, tertia eſt, quæ iudicat cauſas & controuerſias ciuium. Inquit igitur ſtatim, ut ueram uiam huius rei docendæ ineat, oportere modos captare huius rei, ordine tradendæ. Quod obtinebimus, ut narrat, ſi rationem diuiſionemq;, modò uſurpatã, utilemque huic operi inuentam, ſequamur. Omne enim diſcrimen fororum, & quo ipſa diſcrepant inter ſe, in tribus terminis ſitum eſſe affirmat: qui ſunt hi. Diuerſæ namque perſonæ nunc ſunt, ex quibus curiæ ipſæ iudiciaque conſtituuntur: lites etiam controuerſiæq; uariæ diuerſum aliquando genus iudiciorum efficiunt. Tertiũ diſcrimen, & quod uariat iudicia, eſt modus & quomodo ipſa conſtituantur. Hoc uerũ eſſe declarat ipſe, qui, quod breui nimis expoſuerat, aperuit. inquit enim: Intelligo, quod [illegible] ex quibus, utrum ex omnibus ciuibus conſtituenda ſcilicet ſint iudicia, uel ex certis quibuſdam. De quibus autem, quot ſint ſpecies iudiciorum, diſtincta inter ſe diſſimilitudine cauſarum. Quod dixi quomodo, utrum ſorte, qui iudicaturi ſunt, an ſuffragijs, deligi debeant.

Primum igitur.) Putat tertium illorum, quæ uidenda ſibi propoſuit, pertinentium ad diuiſionem iudiciorum, ſecundum mediumque prius exquirendum eſſe: quia ipſum cognitum planiorem uiam efficiet reliquorum inueſtigandorum. Inquit igitur, eſſe iudicia octo numero: de diſcrepantib. enim inter ſe rebus in uarijs curijs forìſue exiſtimari ſolere. Vnum autem primumq; genus ipſorum ponit, quod uocat εὐθυντικόν: quia propoſitum eſt rationibus accipiendis eorũ, qui munus aliquod publicum obierint: ac ſi quid illi ulla in re peccarint, corrigere id atque emendare debet. Aliud iudicij genus eſſe inquit, atque id ſecundum: quod exiſtimat, ſiquis lędit uiolatque aliquod publicum bonum. Diuerſum ab hoc, tertiũq; iudicij genus eſſe affirmat, cuius partes ſunt exiſtimare cuncta illa facta, quæ ad rempublicam ſtatũq; ipſius aliquo modo referuntur.

Quartum & imperium.) Quartum genus eſſe inquit, quod ſimul attingit & publicas perſonas & priuatas: cuius iudicij cura eſt uidere, quæ pertinent ad multas, aliquibus ob aliquam culpam irrogatas. Vt opinor autem, commune ipſum eſſe dicit & magiſtratuum & priuatorum, quia magiſtratus ipſi multas irrogant: multantur autem priuati, cùm deliquerint. Quod autem coniunxit hic, qui poteſtatem imperiumque habent, & priuatos: idem legitur apud Demoſthenem contra Ariſtocratem in lege, quæ ſe muniebat, ne poſſet facile abrogari. cuius legis hæc uerba ſunt, quæ arbitror quaſi tralaticia fuiſſe, cum ſimul ambos oportebat complecti [illegible]

Quintum, de priuatis.) Quintũ genus eſſe tradit, quod exiſtimat, ac ius dicit de priuatis ſanè cõtractibus: ijs tamen magnis. Addidit autem hoc, quia diuerſum ab hoc facit iudicium, quod ius dicit de puſillis tenuibuſque contractibus, & de minuta pecunia: quæ & ipſa, quaſi exilis, in diſceptationem uenerit.

Et præter hæc.) Duo præterea genera iudiciorum appellat, quorum unum eſt, de cæde necéq; homini illata, unde nomen inuenit, φονικὸν, appellatum eſt. eadem ratione, qua leges Draconis quædam φονικοὶ νόμοι uocatæ ſunt, quia huiuſcemodi caſus, qua pœna affici debebant, oſtendebant: qui tamen adeò aſper ac durus fuit, ut non grauibus etiã delictis grauem hanc pœnam imponeret. Alterum autem à peregrinis, quibus ius dicit, nominatum eſt: ξένοι enim externi ac peregrini uocati ſunt.

Species igitur.) Iudicium cædis ſimplex non eſſe docet: quatuor enim ſpecies ipſius extare tradit, ſiue illæ cunctæ ab ijſdem iudicibus exiſtimentur, ſiue iudices uarientur uariatis caſibus, ut ſingula genera cauſarum ſuos ac proprios iudices habeant. Neque enim hoc modo, an alio res ſiat, quicquam intereſſe putat ad numerum iudiciorum minuendum

aut augendum. Primum autem genus iudicij uult eſſe de cæde facta conſulto, cùm aliquis meditatus ueneru ad hominem occidendum, rationemque totius rei pe agendæ ſecum cogitarit: quæ uerò in primis graui pœna dignæ merito cenſentur προνοίας ualere prouidentiam meditationemque, notum eſt. Eodem nomine, id eſt ἐκ προνοίας, appellabantur hæ cædes in alia lege Athenienſium, quam recitat Demoſthenes in oratione, unde ſuperius exemplum ductum eſt. Sed etiam philoſophus in V libro de Moribus ad Nicomachum conſuetudinem ſuam porro confirmat, quod dixerat. ait enim, rectè inſtitutum eſſe, ut quæ inceſſus ira aliquis feciſſet, non exiſtimarentur geſta ἐκ προνοίας.

Et de ijs.) Secundum hoc eſt iudicij de homine interfecto genus, cùm aliquis imprudens cædem facit, necauitque eum, quem minimè uolebat. Exemplum clarum huius cædis eſt, quod narrat Herodotus in primo libro Hiſtoriarum, Adraſtus, qui iterum in hoc lapſus eſt. Cùm enim domi ſuæ fratrem inuitus necaſſet, eiectus à patre, ad Crœſum Lydiæ regem profectus eſt, ut ſe expiaret: quod cùm impetraſſet benigneque ab eo acceptus eſſet, datus eſt ab ipſo poſtea cuſtos filio eunti ad aprum, uaſtantem agrum, interficiendum in quem cùm telum iaceret, pro apro regium puerum interemit.

Et quæcunque rei.) Tertium iudicij genus eſt, cùm reus fatetur feciſſe, hominemque obtruncaſſe: non tamen ſe pœna ulla dignum eſſe contendit, quia iuſtè fecerit. Omnis igitur controuerſia eſt de iure: licuerit ne ipſi uitam illi eripere, an contra leges fecerit. M. Ciceronem ita inſtituiſſe Milonem defendere, notum eſt, quem rerdebat P. Clodium occidiſſe: utile enim id magnopere reip. fuiſſe aiebat, cùm ſeditioſus ciuis fuiſſet, & ualde periculoſus libertati.

Quartum autem.) Quartum genus cuiuſmodi fuerit, exponit. loquit igitur, ſententiam ferre iudicat hos de his cædibus, uel potius rationibus duris ac periculoſis purgandi ſe, cunctaq. huiuſcemodi facta exiſtimare: cùm ſcilicet aliquis, qui ſolum mutarint ob cædem factam, cupientes redire in patriam, ſe caputque ſuum committunt his iudicibus hac conditione: ut ſi probarint cauſam ſuam, liceat ipſis domi manere: ſin hoc non præſtitarint, ſtatim ſupplicio afficiantur. Huius generis iuſſa adiungit Athenis curiam illam, quæ ἐν Φρεαττοῖ dicebatur: cuius curiæ meminit Demoſthenes in oratione contra Ariſtocratem in ea enim diligenter commemorat plura iudiciorum genera, hoc facientia. Huius autem ipſius iudicij rationem omnem accuratè perſequitur. quod cuiuis, qui locum legerit, intelligere licet: præterquam quòd teſtatur idem Harpocration ſuo in Lexico, uerba etiam auctoris probant. Arbitratur autem, curiam hanc uocatam ita fuiſſe à Phreata quodam heroe: cuius opinionis fuiſſe quoque narrat Theophraſtum, memoriæ id prodentem in XVI libro de Legibus. apud Grammaticum tamen hunc ſcriptum non uno loco eſt, ἐν Φρεάτου δικαστήριον, non ἐν Φρεαττοῖ.

Iudicij autem.) Expoſitis quatuor generibus iudiciorum, quæ uarias rationes continent exiſtimandi de cæde aliqua facta explicat paucis, quod ſuprà cum ipſo appellauerat, uocaueratque ξενικὸν, quia peregrinis ius diceret. Diuidit autem nunc ipſum in duo genera. quorum prius eſſe dicit illud, quòd exiſtimat lites peregrinorum concertantium inter ſe: alterum autem, quod eorundem controuerſias cum ciuibus, atque ijs omnibus qui domicilia illic propria habent.

Amplius autem.) Addit nunc ſuperioribus iudicijs unum, quod deſiderabatur, explendo numero illorum octo, quæ iam ſignificarat generum. Nam quod modò, pertinens ad peregrinos, tetigit, ſeptimum illorum fuit. Inquit igitur, reſtare præter ea quæ explicuit, unum iudiciorum genus, quod exiſtimet de puſillis contractibus: de quibus tamen orta ſit lis & controuerſia. Cuiuſmodi autem intelligat, exemplis declarat: in quibus ſcilicet omnis altercatio eſt de tenui minutaque pecunia, ut de una drachma, ſiue quinque: ſiue addidit, paulo maiore ſumma. Nam requirit, ut in ciuitate ſit iudicium, quod minutas etiam has controuerſias dirimat, dicit: nec tamen debeat numerum magnum eſſe horū iudicum, qui occupantur in tam leuibus cauſis.

Verum de his.) Oſtendit, non eſſe ſuum propriumque munus ſcriptionis huius, ſubtiliter has quæſtiones perſequi. de iudicijs inquam cædis factæ, & de pertinentibus ad peregrinos: ſed oportere ſe præcipere de his, quæ referuntur ad ſtatum ciuitatis: in quibus, ſi culpa aliqua admiſſa ſit, nec recta cuncta adminiſtrata, diſcordiæ naſcuntur ſeditioneſque in ciuitate, atque interitus damnaq; reipublicæ.

Neceſſe autem eſt.) Exponit modos rationeſque uarias conſtituendi iudicia. Primùm igitur hoc facit: deinde oſtendit, qui potiſſimum modi cui reip. congruunt. Vtitur autem quaſi fundamento huius diuiſionis hoc: primumque ipſius membrum eſt, quo dicit: aut uniuerſos exiſtimare de omnibus litibus controuerſijſque, aut certos quoſdam: deinde pergit diuidere, adiungitque reliquos modos, atque inquit: Cùm omnes exiſtimant diſtingui ipſos hoc pacto, quia id faciunt aut delectu habito, aut ſorte: uel uniuerſos itidem de omnibus, uerùm partim delectu, partim ſorte. Vel inquit, quæ duæ alteræ rationes erunt, uniuerſos de quibuſdam certiſq;, qui partim delectu iudicent, partim ſorte: his ita diſtinctis, teſtatur, quos monſtrauit, quatuor numero modos eſſe.

Totidemq. alij.) Oſtendit totidem modos eſſe, ſi diuidatur alterum membrum. inquit enim: Si certi quidam exiſtimant, ſiue ſine ullo diſcrimine exiſtimant de omnibus, ſiue id faciunt ſorte de omnibus, ſiue delectu: ſiue de omnibus aliter, id eſt ſeorſum quædam ſorte, quædam uerò delectu. Quod ſi exiſtiment de quibuſdam, ſiue ſorte de ijſdem exiſtimant, ſiue delectu ſiue de quibuſdam cauſis certi quidam ſorte, nonnulli uerò alij delectu: atque ita perſpiciuntur eſſe quatuor alij modi, qui reſpōdent ſuperioribus: cùm ſcilicet diſſectum fuerit alterum duorum illorum membrum, id eſt illud, cùm certi quidā exiſtimāt. In extremo huius partis, cùm ſententia manca ſit, uidentur deſiderari hæc uerba ad implendam illam, οἱ αὐτοὶ περί: ut totus locus ita legatur, ὅσοι μὲν ἐκ παντων ἢ αἱρετοὶ ἢ κληρωτοί, ἢ οἱ αὐτοὶ περὶ τινῶν αἱρετοί.

Amplius autem.) Reſtare docet modos quoſdam, qui adhuc augent rationes traditas: ipſos autem gigni dicit, cùm ſuperiores illi iuncti copulatiq, inter ſe fuerint. ſed non contentus hoc affirmaſſe, aperuit, quod obſcurè dixerat, hoc pacto: Intelligo certè, hæc ſanè iudicia ex omnib. ciuibus: hæc autem ex certis quibuſdem, hæc uerò coniunctim ex ambobus generibus, id eſt ex uniuerſis & certis definitiſque. Exempli cauſa inquit, ſi qui participes eiuſdem iudicij curiæque ſunt, hi quidem ducti eſſent ex uniuerſis, hi uerò ex certis definitiſque: & diſtincti etiam ſint uel ſorte, uel delectu, uel ambabus his diuerſis rationibus, ut ſi ſcilicet ſumti illi ſint ex omnibus, partim eorum ſumti ſint delectu, partim uerò ſorte: ſi ex definitis certoque aliquo ordine, eodem pacto diſtincti primùm ſorte aut delectu, poſtea confuſi, ſequitur concluſio totius rationis.

Horum autem.) Docet, è numero diuerſorum, quæ monſtrauit, inſtitutorum, quæ ſingulis ſtatibus ciuitatis conueniant. Prima igitur illa, quæ tradidit popularia inſtituta, dicit eſſe, id eſt, quæ ſumunt ex uniuerſis eos, qui iudicaturi cauſas ſunt, & de omnibus illis exiſtimare ipſos uolunt. Secunda autem accommodata eſſe affirmat dominatui paucorum, quæ ſcilicet è certis quibuſdam ipſos ſumunt ſed tamen eos uolunt exiſtimare de omnibus litibus. Cùm enim hi pauci dominantur in ciuitate, non committerent iudicia multitudini: ſed aut ex ſuo ordine aut ſibi fideli uolunt ſumi, qui tantam illam poteſtatem habeant. Tertia inſtituta propria eſſe dicit ſtatus optimorum, & reip. uocatæ: quæ ſcilicet conſtituunt hæc ſanè iudicia ex uniuerſis, hæc autem ex certis quibuſdam.

a τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον, de quo Demoſthenes orat. κατ' Ἀριστοκρ.
b τοῦ μὲν ἀλλοτρίους, &c. al. ἀλλοτρ, mendoſe.

FINIS QVARTI LIBRI.

ARISTOTELIS
DE REPVBLICA
LIBER V.

CAP. I.

De alijs igirur, quæ nobis ꝓpoſueramus, fermè dictũ eſt de omnibus. è quibus aũt mutantur reſpublicę, & quot, & qualibus, & qui ſingularũ rerumpublicarũ interitus, & è quibus in quales maximè rranſeunr: adhuc autẽ conſeruationes quæ, & cómuniter & ſepararim uniuſcujuſq; ſunt. adhuc autem per quas res maximè conſeruerur unaquæque teſpublica, cóſiderandum eſt deinceps poſt iam tradita. Oportet autem primũ animo comprehendere principiũ, multas extitiſſe reſpublicas, omnibus quidem probanribus iuſtũ & proporrione ęquũ: ab hoc tamen aberrantibus, quemadmodũ dictũ eſt eriam prius. Status nãq; mulritudinis extitit, quia, qui ſimiles ſunt qualibet in re, putant ſimpliciter ſe eſſe ſimiles. quia enim liberi cũcti ſunt, ſimiliter ſimpliciter eſſe exiſtimant. Dominarus autem paucorũ, quia, qui inæquales ſunt in uno quopiam, omnino ſe eſſe inæquales arbitrantur. Cùm enim in re familiari inæquales ſint, omnino eſſe ſe inæquales exiſtimanr. Deinde hi quidem, ranquam æquales, omnium æqualium poſtulát ſe parricipes eſſe: hi uerò, ut inæquales, plus habere quęrũt. quod enim plus eſt, inęquale eſt. Cunctæ igirur reſpublicæ genus quoddam iuſti amplexantur, ſimpliciter autem affines errori ſunr. Er hanc ob cauſam, cùm contigerit, urroſq; minimè pro ſua opinione habentes, cómunicare republica, ſeditioſè agunt. Omniũ autem iuſtiſſimè ſeditionũ auctores forenr: minimè autẽ hoe faciunr, qui antecellunt uirtute. maximè enim conuenit, inæquales ſimpliciter hos ſolùm eſſe. Sunt autem nonnulli, qui, cùm genere præſtent, non exiſtimant ſe dignos æqualibus propter inæqualitatem hanc. nobiles enim eſſe uidētur, quibus adeſt maiorũ uirtus & diuiriæ. Principia igitut, ut ita loquar, hęc ſunt & fõtes ſeditionũ, unde incipiunt ſeditionib. agirari. quare duo.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ὧν προειλόμεθα, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων. ἐκ τίνων δὲ μεταβάλλουσιν αἱ πολιτεῖαι, καὶ πόσων, καὶ ποίων, καὶ τίνες ἑκάστης πολιτείας φθοραί. καὶ ἐκ ποίων εἰς ποίας μάλιστα μεθίστανται· ἔτι δὲ σωτηρίαι τίνες, καὶ κοινῇ καὶ χωρὶς ἑκάστης εἰσίν. ἔτι δὲ διὰ τίνων ἂν μάλιστα σώζοιτο τῶν πολιτειῶν ἑκάστη, σκεπτέον ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις. δεῖ δὲ πρῶτον ὑπολαβεῖν τὴν ἀρχήν, ὅτι πολλαὶ γεγένηνται πολιτεῖαι, πάντων μὲν ὁμολογούντων τὸ δίκαιον, καὶ τὸ κατ' ἀναλογίαν ἴσον· τούτου δ' ἁμαρτανόντων, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον. δῆμος μὲν γὰρ ἐγένετο, ἐκ τοῦ ἴσους ὁποιῳοῦν ὄντας οἴεσθαι ἁπλῶς ἴσους εἶναι· ὅτι γὰρ ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως, ἁπλῶς εἶναι νομίζουσιν. ὀλιγαρχία δέ, ἐκ τοῦ ἀνίσους ἕν τι ὄντας, ὅλως εἶναι ἀνίσους ὑπολαμβάνειν· κατ' οὐσίαν γὰρ ἄνισοι ὄντες, ἁπλῶς ἄνισοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. εἶτα οἱ μὲν ὡς ἴσοι ὄντες, πάντων τῶν ἴσων ἀξιοῦσι μετέχειν· οἱ δ', ὡς ἄνισοι ὄντες, πλεονεκτεῖν ζητοῦσι. τὸ γὰρ πλεῖον ἄνισον. ἔχουσι μὲν οὖν τι πᾶσαι δίκαιον, ἡμαρτημέναι δ' ἁπλῶς εἰσι. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, ὅταν μὴ κατὰ τὴν ὑπόληψιν, ἣν ἑκάτεροι τυγχάνουσιν ἔχοντες, μετέχωσι τῆς πολιτείας, στασιάζουσι. πάντων δὲ δικαιότατα μὲν ἂν στασιάζοιεν, ἥκιστα δὲ τοῦτο πράττουσιν, οἱ καὶ ἀρετὴν διαφέροντες. μάλιστα γὰρ εὔλογον ἀνίσους ἁπλῶς εἶναι τούτους μόνον. εἰσὶ δέ τινες, οἳ κατὰ γένος ὑπερέχοντες, οὐκ ἀξιοῦσι τῶν ἴσων αὑτούς, διὰ τὴν ἀνισότητα ταύτην. εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν, οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ καὶ πλοῦτος. ἀρχαὶ μὲν οὖν, ὡς εἰπεῖν, αὗται καὶ πηγαὶ τῶν στάσεών εἰσιν, ὅθεν στασιάζουσι. διὸ καὶ

De alijs igitur rebus, de quibus diſputare conſilium cępimus, ferè omnibus diximus. Quibus autem ex cauſis reip. adminiſtranda forma mutentur, & ex quàm multis & ex qualibus, & quæ ſint cuiuſq; reip. adminiſtrationis peſtes atque interitiones, & ex qualibus reip. adminiſtrãda formis in quales adminiſtrandæ formas fiat conuerſio: præterea quæ res ſint & cõmuniter omnibus & ſeorſum ſingulis ſalutares: prætereà uerò quibus maximè rebus unaquæq; reſp. conſeruari poſſit, deinceps poſt illa, quæ ſuprà dicta ſunt, conſiderandum. Primum autem exiſtimare oportet, multas initio reipub. adminiſtrandæ formas extitiſſe, cùm inter omnes quidem conueniat, id quod iuſtum, idq; quod proportione æquale eſt, eſſe ſpectandum: ſed ab hoc aberrêt, quemadmodum & prius dictum eſt. Democratia enim orta ex eo eſt, quòd qui quauis re pares eſſent, ſe ſimpliciter pares eſſe exiſtimarent. Nam quia ſimiliter liberi ſunt, ſe ſimpliciter æquales eſſe putant. Oligarchia autem ex eo nata eſt, quod qui ſunt una aliqua re inæquales & ſuperiores, ſe omnino inæquales eſſe putant. Quia enim copijs rei familiaris alios ſuperant, iccirco ſe ſimpliciter inæquales eſſe autumant: inde fit, ut illi quidem proinde ac ſi ſint æquales, omnia æqualia ſibi tribui æquũ eſſe cenſeant: hi proinde quaſi ſint inæquales, ſuperiora omnia habere ſtudeant. Nam quod ſuperat, inæquale eſt. Habent igitur omnes hæ reipub. adminiſtrandæ formæ aliquid iuris, ſed ſimpliciter prauæ ſunt. Et propter hãc cauſam cùm utriq; non pro ſua exiſtimatione ſuaq; opinione, reipub. adminiſtrationis ſunt participes, ſeditiones inter eos commouentur. Cùm autem omnium iuſtiſſimè ſeditiones excitent q. qui uirtute excellunt, tum minimè hoc faciũt. Maximè enim probabile & rationi cõſentaneum eſt, hos tantùm ſimpliciter eſſe inæquales. Sunt autem quidam, qui cum genere præſtent, dignos ſe putant nõ æqualibus, ſed pluribus & amplioribus propter hanc inæqualitatem. uidentur enim ij eſſe nobiles & generoſi, quibus maiorum uirtus & diuitiæ ſuppetunt. Principia igitur hæc ſunt ferè ſeditionum, hi fontes atq; hæ cauſæ, quib. impulſi ſeditiones concitant. Quo

re duobus modis fiunt ſeditiones. aliquando enim aduerſus rempublicam, ut ex ea quæ cõſtituta eſt, aliam inducant: ceu è ſtatu multitudinis dominatũ paucorum, uel ſtatum multitudinis e dominatu paucorũ, uel rempublicam: & ſtatum optimorum ex his, uel has ex illis. Aliquando autem non aduerſus rempublicam conſtitutam, ſed ſtatum eundem reip. amãt: per ſe tamen magis regi hunc uolunt, ceu paucorum dominatum, uel imperium unius. Amplius pugnant de maiore & minore: ceu, aut paucorum dominatum exiſtentem, ut magis intendatur, uel remittatur: uel ſtatum multitudinis exiſtentem, ut magis in poteſtate multitudinis ſit, uel minus. Similiter autẽ in cæteris rebuſpublicis, uel ut intendantur, uel remittãtur. Amplius autem ad partem aliquam mouendam reipublicæ, ceu magiſtratum aliquem conſtituere, uel tollere: quemadmodum Lacedæmone aiũt quidam Lyſandrum aggreſſum eſſe regnum diſſoluere, & Pauſaniam regem ephororum magiſtratum. Epidamni quoq; reſpub. mutata eſt quadam parte: nam pro phylarchis conſilium conſtituerunt. In Heliæam aũt neceſſe eſt adhuc accedere magiſtratus, qui ſunt in republica, cũ plebiſcito creetur magiſtratus aliquis. Peculiare autem dominatus paucorum erat, & prętor unus in hac republica. ubique enim propter inæqualitatem exoritur ſeditio, non tamẽ inæqualibus adeſt, quod proportione fit. perpetuum enim regnũ inæquale, cùm fuerit in æqualibus: omnino enim ęquale quærentes, ſeditiones mouent. Eſt autem duplex æquale: hoc quidem enim numero, hoc autem dignitate eſt. Dico autem numero, quod multitudine uel magnitudine idem eſt & æquale: dignitate autem, quod ratione: ceu ſuperant numero pari tria duo, & hæc unum: ratione autem quatuor duo, & hęc unum. ęqualis enim pars duo quatuor, & unum duorum: ambo enim dimidia. Confitentes autem ſimpliciter iuſtum eſſe, quòd è di-

καὶ αἱ μεταβολαὶ γίγνονται διχῶς. ὁτὲ μὲν γὰρ πρὸς τὴν πολιτείαν, ὅπως ἐκ τῆς καθεστηκυίας ἄλλην μεταστήσωσιν· οἷον ἐκ δημοκρατίας ὀλιγαρχίαν, ἢ δημοκρατίαν ἐξ ὀλιγαρχίας, ἢ πολιτείαν καὶ ἀριστοκρατίαν ἐκ τούτων, ἢ ταύτας ἐξ ἐκείνων. ὁτὲ δ᾽ οὐ πρὸς τὴν καθεστηκυῖαν πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν μὲν κατάστασιν προαιροῦνται τὴν αὐτήν· δι᾽ αὐτῶν δ᾽ εἶναι βούλονται ταύτην· οἷον τὴν ὀλιγαρχίαν, ἢ τὴν μοναρχίαν. ἔτι περὶ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον· οἷον ἢ ὀλιγαρχίαν οὖσαν, εἰς τὸ μᾶλλον ὀλιγαρχεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ ἧττον· ἢ δημοκρατίαν οὖσαν, εἰς τὸ μᾶλλον δημοκρατεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ ἧττον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πολιτειῶν, ἢ ἵνα ἐπιταθῶσιν, ἢ ἀνεθῶσιν. ἔτι πρὸς τὸ μέρος τι κινῆσαι τῆς πολιτείας, οἷον ἀρχήν τινα καταστῆσαι, ἢ ἀνελεῖν· ὥσπερ ἐν λακεδαίμονί φασι λύσανδρόν τινες ἐπιχειρῆσαι καταλῦσαι τὴν βασιλείαν, καὶ παυσανίαν τὸν βασιλέα τὴν ἐφορείαν. καὶ ἐν ἐπιδάμνῳ δὲ μετέβαλεν ἡ πολιτεία κατὰ μόριον. ἀντὶ γὰρ τῶν φυλάρχων, βουλὴν ἐποίησαν. εἰς δὲ τὴν ἡλιαίαν ἐπάναγκές ἐστιν ἔτι τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι βαδίζειν τὰς ἀρχάς, ὅταν ἐπιψηφίζηται ἀρχή τις. ὀλιγαρχικὸν δὲ καὶ ὁ ἄρχων ὁ εἷς ἦν ἐν τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ. πανταχοῦ γὰρ διὰ τὸ ἄνισον ἡ στάσις, οὐ μὴν τοῖς ἀνίσοις ὑπάρχει ἀνάλογον. ἀΐδιος γὰρ βασιλεία ἄνισος, ἐὰν ᾖ ἐν ἴσοις· ὅλως γὰρ τὸ ἴσον ζητοῦντες στασιάζουσιν. ἔστι δὲ διττὸν τὸ ἴσον· τὸ μὲν γὰρ ἀριθμῷ, τὸ δὲ κατ᾽ ἀξίαν ἐστί. λέγω δὲ ἀριθμῷ μέν, τὸ πλήθει ἢ μεγέθει ταυτὸν καὶ ἴσον· κατ᾽ ἀξίαν δὲ τὸ τῷ λόγῳ· οἷον ὑπερέχει κατ᾽ ἀριθμὸν μὲν ἴσον τὰ τρία τοῖν δυοῖν, καὶ ταῦτα τοῦ ἑνός· λόγῳ δὲ τέτταρα τοῖν δυοῖν, καὶ ταῦτα τοῦ ἑνός. ἴσον γὰρ μέρος τὰ δύο τῶν τεττάρων, καὶ τὸ ἓν τοῖν δυοῖν. ἄμφω γὰρ ἡμίση. ὁμολογοῦντες δὲ ἁπλῶς εἶναι

circa conuerſiones & commutationes reipub. adminiſtrationum² meritò ſiunt. Aliquando enim ipſam reip. adminiſtrandæ formã oppugnant, ut ex eo reipub. ſtatu, qui nunc eſt, aliam reip. adminiſtrandæ formam conſtituant: uerbi gratia, ex democratia oligarchiam, aut ex oligarchia democratiam, aut ex his politiam, hoc eſt ciuilem reipub. adminiſtrationem: aut ariſtocratiam, aut has ex illis. Interdum non quod præſentem reipub. ſtatum conuellere aut immutare conentur, diſsident: ſed ſtatum reip. eum quidem qui nunc eſt, omnibus alijs anteponunt: uerum ſe moderatores ciuitatis & adminiſtrationis reipub. compotes eſſe uolunt: uerbi gratia, oligarchiæ aut monarchiæ. Præterea interdum certãt de intendenda aut remittenda reip. adminiſtrandæ forma (uerbi gratia) ut, quæ reip. adminiſtratio, oligarchia eſt, ſit aut acrior & exquiſitior, aut minus acris minusq́; exquiſita oligarchia: aut, quæ democratia eſt, uel intentior uel remiſsior democratia ſiat: itemq́; de reliquis reipub. adminiſtrandæ formis id pugnat, ut uel intentæ ſint uel remiſſæ. Præterea contendunt partem aliquã reip. adminiſtrationis mouere atq; immutare (uerbi gratia) magiſtratum aliquem conſtituere, aut tollere: quẽadmodũ aiunt quidam, Lyſandrum Lacedæmone regnum tollere eſſe conatum: & Pauſaniam regem, ephororum imperium: & Dyrrachij mutata eſt reipub. adminiſtrandæ forma ex particula quadam. Nam pro tribunis plebis ſeu tribuum præfectis, quos Græci phylarchos appellãt, ſenatum fecerũt. Iam uerò in maximum illum & frequentiſsimum iudicum conſeſsum, quem Heliæam Athenienſes nominãt: neceſſe eſt etiam nunc magiſtratus ex ijs, qui in reipub. adminiſtratione uerſantur, peruenire, cum aliquis iudex in demos ſuis locũ ſuffragio ſuffìciẽdus eſt. Oligarchia autem conueniebat etiam prætor ſeu archon unus in hac reipub. adminiſtrandæ forma. ubiq; enim propter inæqualitatem ſeu iniquitatem ſeditio oritur. Eſt autem inæqualitas, & enim inæquales quidem ſunt ciues, non tamen inæqualibus tribuitur id, quod proportione ſit æquale: & cum æqualibus tribuuntur inæqualia. Regnum enim perpetuum, inæquale & iniquum ſit inter æquales. ³Omnino enim homines æquale ſeu æquum quærentes inter ſe diſsident & diſcordant. Eſt autem æquale duplex: unum numero, alterum dignitate. Aequale numero dico, quod eſt multitudine aut magnitudine idem & æquale: dignitate, quod ratione (uerbi gratia) æquali numero tria ſuperant duo, & duo unum: æquali ratione quatuor duo, & duo unum. uterq; enim numerus, qui ſuperatur, eorum numerorum qui ſuperant, dimidius eſt. Cùm inter eos autem conueniat de eo quod

è dignitate fit, diſſentiũt, quẽadmodum prius dictum eſt. hi quidem, quia cùm aliqua in re æquales extiterint, omnino æquales ſe exiſtimant eſſe: hi uerò, quia cùm in aliqua re inæquales, omnibus rebus inæqualibus ſe dignos eſſe arbitrantur. Qua de cauſa duæ maximè exiſtunt reſpublicæ, populus & dominatus paucorũ. nobilitas enim & uirtus in paucis, hæc uerò in multis. nobiles enim & probi uiri nullibi centum, pauperes autem multi multis locis. Simpliciter autem omnino per utranque æqualitatem rempublicam conſtitutam eſſe, uitio affine eſt. Manifeſtum autem hoc eſt ex eo, quod uſuuenit: nulla namque ſtabilis eſt harum rerumpublicarum. Huius uerò cauſa eſt, quòd fieri non poteſt, quin ab eo quod initio culpam in ſe continet, non incidatur ad extremum in malum aliquod. Quare oportet in his quidem uti æqualitate, quę numeris cõſtat: in his uerò illa, quæ dignitaté attẽdit. Attamé tutior eſt & magis uacuus à ſeditionib. ſtatus populi, quàm dominatus paucorum. In dominatibus enim paucorum exoriuntur duæ, ſeditio inter ipſos, & adhuc qua certant cum populo: in ſtatibus uerò multitudinis duntaxat, qua pugnãt cum dominatu paucorum. ipſi autem populo aduerſus ſemetipſum non exiſtit, quę debeat ſeditionis nomine notari. Pręterea reſpublica, quę conſtat è mediocribus, propius accedit ad populum, quàm ſtatus paucorum, quę tutiſsima eſt huiuſcemodi rerumpublicarum.

εἶναι δίκαιον, τὸ κατ' ἀξίαν διαφέροντα, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον· οἱ μὲν ὅτι ἴσοι κατά τι ἰσοι ὄντες, ὅλως ἴσοι νομίζουσιν εἶναι· οἱ δ' ὅτι ἄνισοι κατά τι ἄνισοι, πάντων ἀνίσων ἀξιοῦσιν ἑαυτούς. διὸ καὶ μάλιστα δύο γίνονται πολιτεῖαι, δῆμος καὶ ὀλιγαρχία. εὐγένεια γὰρ καὶ ἀρετὴ ἐν ὀλίγοις, ταῦτα δ' ἐν πλείοσιν. εὐγενεῖς γὰρ καὶ ἀγαθοὶ οὐδαμοῦ ἑκατόν, ἄποροι δὲ πολλοὶ πολλαχοῦ. τὸ δὲ ἁπλῶς πάντῃ καθ' ἑκατέραν τετάχθαι τὴν ἰσότητα, φαῦλον. φανερὸν δ' ἐκ τοῦ συμβαίνοντος· οὐδεμία γὰρ μόνιμος ἐκ τῶν τοιούτων πολιτειῶν. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι ἀδύνατον ἀπὸ τοῦ πρώτου, καὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ἡμαρτημένου, μὴ ἀπαντᾶν εἰς τὸ τέλος κακόν τι. διὸ δεῖ, τὰ μὲν ἀριθμητικῇ ἰσότητι χρῆσθαι· τὰ δὲ τῇ κατ' ἀξίαν. ὅμως δὲ ἀσφαλεστέρα καὶ ἀστασίαστος μᾶλλον ἡ δημοκρατία τῆς ὀλιγαρχίας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις ἐγγίγνονται δύο, ἥ τε πρὸς ἀλλήλους στάσις, καὶ ἔτι ἡ πρὸς τὸν δῆμον· ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, ἡ πρὸς ὀλιγαρχίαν μόνον. αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτόν, ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, οὐκ ἐγγίνεται τῷ δήμῳ στάσις. ἔτι δὲ ἡ ἐκ τῶν μέσων πολιτεία ἐγγυτέρω τοῦ δήμου, ἢ ἡ τῶν ὀλίγων, ἥπερ ἐστὶν ἀσφαλεστάτη τῶν τοιούτων πολιτειῶν.

eo quod iuſtũ eſt ſimpliciter, de eo quod iuſtum eſt proportione, diſsident, quemadmodũ ante dictum eſt: alij quidem, quoniã ſi aliqua re ſint æquales, exiſtimant ſe eſſe omnibus rebus æquales: alij, ſi aliqua re ſint inæquales & ſuperiores, plurib. aut maioribus ſe dignos eſſe putant. Quapropter & duæ reſpub. adminiſtrandæ formæ maximè exſiſtere ſolent, democratia & oligarchia. Generis amplitudo enim, ſeu nobilitas & uirtus in paucis cernuntur: horum b contraria autem in pluribus. Nam nobiles quidem & uiros bonos nuſquam gentium centum reperias: egentes uerò & improbos, multos multis locis. Simpliciter autem & omni ex parte ex alterutra æqualitate ordinatam & conſtitutam eſſe reſpub. adminiſtrationem, uitioſum eſt: quod ex euentu intelligere licet. Nulla enim ex talibus reſpub. adminiſtrandæ formis ad diuturnitatem ſtabilis eſt. Huius rei hæc cauſa eſt, quod fieri non poteſt, ut non ex eo quod primum & ab initio peccatum, aut minus rectè factum eſt, non erumpat ad extremum inſigne aliquod malum. Quocirca oportet partim æqualitate arithmetica, eaq́; quæ in multitudinis ac magnitudinis æqualitate conſiſtit: partim geometrica, & ea quæ eſt ex dignitate, uti. Veruntamen tutior & à ſeditionum periculo munitior democratia, quàm oligarchia eſt. Nam in oligarchijs duo mala oriri ſolent, ſeditio paucorum potentium, & inter ipſos & præterea aduerſus populum. Præterea reſpublica adminiſtrandæ forma ex mediocribus concreta, propius accedit ad democratiam, quàm ad paucorum imperium: quæ quidem mediocrium reſpub. omnium reſpub. adminiſtrandæ formarum tutiſsima eſt.

COMMENTARIVS.

De alijs igitur.) Teſtatur accuratus magiſter, ſe, quam primam ſibi propoſuit huius Operis partem abſoluiſſe ac præcepiſſe de alijs omnibus, quæ initio exiſtimauit ſe oportere inueſtigare: quæ uerò nunc, conſtitutis iam aliquo modo rebuſpublicis quærende ſibi ſint, declaret, id eſt, quæ ſint initia & quaſi ſemina immutationis rerumpublicarum. & quot numero illa ſint, quæ pariunt hoc malum: & qualia demum, nec non quot ſint ſingularum rerump. interitus: & cùm contingit illas mutari, in quales plerunque ſingulæ tranſire & quaſi migrare conſueuerunt. Præterea, inquit, quomodo conſeruentur, remediumque ipſis adhibeatur, & communiter omnibus, & ſingillatim quibuſdam rebuſpublicis. Adhuc, quæ potiſsimum remedia ipſis adhibita, uim habeant ſeruandi eas, cùm uarijs modis ipſis auxilium feratur: non tamen cunctis eodem pacto aptis ad hoc præſtandum. Theophraſtus, ut commemorat M. Cicero, ſubtiliter in primis hunc omnem locum in ſuis libris de Rep. perſecutus fuerat. cuius hæc uerba ſunt. Hoc amplius Theophraſtus, quæ eſſent in rep. inclinationes rerum, & momenta temporum.

Oportet autem.) Ut facilius cognoſcatur origo harum malorum, & interitus denique rerumpublicarum, necnon quomodo ſalus ipſis detur: affirmat, nobis notum eſſe debere quaſi ſolum ac fundamentum totius huius diſputationis, quod eſt, non omnes reſp. eſſe rectas: ſed inueniri in numero ipſarum nonnullas, quæ hac laude careant. nã quia, quibus illæ placeant, non præ ſe ferant contrarium, affirmentque ſe ſequi ius ipſum, & quod proportione æquale eſt. ſed tamen in hoc peccantibus, nec uerum abſolutumque iuſtum attingentibus: id quod ante etiam ſuperioribus libris declaratum eſſe teſtatur. Et ſi autem hoc ſupra traditum fuiſſe narrat, tamen breuiter repetit, ubi id factum ſit oſtendens. inquit enim: Status namque populi extitit ab hoc initio, quia ſcilicet, qui pares æqualeſque erant aduerſarijs, nec certa quadam in re meritò ipſis cedebant, arbitrabantur ſe ſimpliciter, omninoque eſſe æquales. quæ uerò illa res fuerit, in qua inferiores non eſſent diuitibus, & quod iniuſtè poſtularent, aperuit.

Dominatus autem.) Aperit nunc ortum dominatus paucorum, & quo bono freti ſibi uendicent imperium diuites, declarat. Quia enim, inquit, illi diſpares ſunt inæqualeſque una quapiam in re, omnino ſe cæteris, omnibus in rebus inæquales melioreſque ſe eſſe arbitrantur. Ut autem ſuperiùs fecit, ita nunc quoque explanat, quod intelligit.

Deinde hi.) Quid ſequatur ex hac falſa amborum opinione declarat. Primum autem error hic pauperum, quid moliatur, quomodoque animus ipſorum afficiat, oſtendit, inquit enim: Deinde, id eſt hac falſa opinione imbuti, hi quidem, id eſt pauperes, ut æquales penitus, ſcilicet exiſtentes, poſtulant omnia æqualia in ciuitate, ſeque oportere omnes gradus honoris adipiſci exiſtimant. Alteri autem illi, inquit, diuites ſcilicet, & inæquales exiſtentes, plus omnium bonorum obtinere conantur. Quod enim, inquit, plus eſt, inæquale eſt: quare id exiſtimant conuenire illi ſuæ inæqualitati. ſe uerò confirmaſſe (quod probare uoluit) ſignificans inquit: Omnes igitur hæ reſpublicæ continent in ſe quiddam iuſtum. Si quis tamen totam attendat, errori ac uitio affines ſunt: nec ſunt, ut uideri uolunt, integræ ac perfectæ.

Et hanc ob cauſam.) Errorem illum animorum, quem monſtrauit, fontem eſſe magnorum malorum & ſeditionis denique, unde naſcitur interitus reipublicæ, aſſeuerat. Quando enim, inquit, utrique, id eſt pauperes ac diuites, non participes fuerint reipublicæ publicorumq; bonorum, ita ut ea putent ſe eſſe exiſtimant: tunc exoriuntur in ciuitate controuerſiæ ac ſeditiones. Non poſſunt enim ferre pauperes, ſe non obtinere locum in republica, quo ſe dignos putant, cum ſe pares faciant diuitibus. Non poſſunt & diuites non contenti ſunt honoribus, quibus pauperes potiuntur, cum ſe meliores multo arbitrentur. tenentibus ipſum & ſe iudicent illo gradu hn

Omnium autem.) Indicat auctor, qui iuſtiorem cauſam haberent res nouas in ciuitate moliendi, cum ſe uident illo gradu hn narit ſpoliatos, quo ſe dignos exiſtimant ac uerè quidam exiſtimant, nec tamen hoc faciunt. hi autem ſunt, qui præſtant reliquis uirtute. Si namque ſunt ulli, qui uerè ſe meliores cæteris dicere poſſint: hi profectò ſunt. Diſpares namque ſunt, inquit, ſerque ſimpliciter: alij uerò certa quadam ratione tantùm, id eſt, aut diuitijs aut nobilitate. Virtute igitur æquitaque animi, qua præditi ſunt, non ſinit ipſos pugnare, iacturamq; faciunt ſui iuris patienter. Quòd ſi reſp. incommodi aliquid aliquando capit ex ipſorum excluſione ab honoribus, uideor non poſſe huic malo medicinam fieri ſine periculo magno ciuitatis.

Sunt autem.) Eſſe nonnullos affirmat in ciuitatibus, qui, tùm præſtent cæteris claritate generis, propter inæqualitatem eorum perantiamque hanc nullo modo iiſdem honoribus præmijſque contenti ſunt, quibus reliqui in hoc ipſis diſpares. Hos autem potiſſimum appellat, quia ab hoc genere ciuium, ualde cupido dignitatis (ſed non ſemper) ueræ crebrius in rep. diſſidiæ naſcuntur. Qui autem tales putentur, declarat: nobiles qua eſſe exiſtimari dicit, qui commendati ſunt uirtute meritisq; maiorum ſuorum ſi tamen ijdem patrimonium grande habent.

Principia igitur.) Significat ſe oſtendiſſe, quæ plerunque ſunt initia ſeditionum, & aperuiſſe fontes inteſtinarum diſcordiarum. illæ namque ab his cauſis, quas commemorauit, oriuntur. Adiungit autem, ex hic diſcordijs uerſim liter proficiſci mutationes rerumpublicarum certus enim ipſarum profectò hic eſt. Quomodo autem immutentur reſpublicæ, ſtatim declarat: modos uerò duos ſeponit, quibus illæ aut uariantur, aut aliquo pacto contaminentur: quorum tamen modorum poſterior tribus diſcrepantibus inter ſe nonnihil rationibus efficitur. ita igitur cuncti quatuor erunt. prior eorum eſt, tùm ex una rep. in alteram migrans inquit igitur Principes ſeditionum aliquando pugnare contra remp. eam, qua ciuitas regebatur, ut ipſam mutent, tùm è ſtatu populi dominatum paucorum faciant: ſiue contrà ut rapiant illam poteſtatem diuitibus, ut tradant ipſam in manus multitudinis. Ponit etiam exempla alia huius mutationis reipublicæ, dicens: Vel conſtituunt rempublicam propriè uocatam, ſiue ſtatum optimorum, factis his quæ modò appellatæ ſunt, id eſt aut ſtatu populi, aut dominatu paucorum. ſiue diſſolutis his, id eſt republica & ſtatu optimorum, traduunt ciuitatem adminiſtrandam aut multitudini aut diuitibus. Quòd aliter ipſe hunc locum accepi atque alij interpretes, profectu eſt à uarietate lectionis. Cum enim in exemplaribus olim legeretur, διὰ τὰς μεταβολὰς γίνεσθαι τῆς δυνάμεως: uidi antiquum exemplar, in quo pro δυνάμεως, ſcriptum foret δίχῶς. quam etiam lectionem perſpicitur ſecutam fuiſſe ueterem tralationem hanc igitur ueriorem duxi. Neque enim uideo, quomodo ſemper ſtatus ciuitatis iuſtè meritoq; mutari poſſit neque omnino quæritur ab auctore, æquène, an iniquè hoc fiat. Præterea qui diligenter attendet conſuetudinem ſermonis, ut opinor, uidebit ita legendum eſſe: illa namq; ὅτι μὲν, & ὅτε δὲ, hoc prorſus oſtendunt: modos inquam uerò eſſe duos, qui duobus illis, quas exponit, rationibus diſtinguuntur. Nam quòd infrà inquit τὸ, tum modum alterum monſtraret, quo idem ſtatus uariatur quo aduerbio in quarto quoque explicando eodem uſus eſt, idem arbitror ſignificare. Non enim dubium eſt, quin ita quoq; idem ſtatus ciuitatis uarietur, atq; alia reſpublica aliquo modo fiat.

Aliquando autem.) Poſteriorem modum ponit, quo & ipſo aliquo modo uariatur ſtatus ciuitatis, tùm poſt contentionem pars uictrix, forma eadem reip. ſeruata, depulſis à gubernaculis ciuitatis aduerſarijs, ipſa regit rempublicam. non pugnant igitur contra remp. eam, quam & ipſi quoque amant, ſed ſtudent ſe principes in illa eſſe. in quo autem ſtatu ciuitatis hoc contingere ſoleat, oſtendit: appellatq; dominatum paucorum, & tyrannidem. neq; enim populus, cum unus in ciuitate fit, ut ipſe regnet, alteri populo poteſtatem extorquere è manibus poteſt. Eadem ratio eſt optimorum uirorum: libenter enim hi aſciſcerent ſuum in ordinem, ſi quos alios, ſibi ſimiles, in ciuitate uiderent, capere illius optimi ſtatus. præcipuè autem hoc uſu uenire ſolet dynaſtis, qui, incenſi cupiditate dominandi, omnem uiam quærunt, quæ perducat ipſos ad ſummã poteſtatem.

Amplius pugnant.) Alius hic modus eſt, quo iiſdem narrantur nonnihil ſtatus ciuitatis: etſi ijdem permanent, quod ad ſpeciem reip. pertinet. Fit autem, cum illi aut magis aut minus tales fiant, id eſt aut aſtringuntur, aut laxantur. Qui diligenter attendet, uidebit, ut opinor, hunc & eum qui ſequitur, eſſe partes poſterioris modi. Neque enim in ipſis mutatur ſtatus ciuitatis, ita ut ex una republica fiat alia: ſed tantùm narratur aliquantum, ut in illo ipſo contigit. Variatur autem duabus his rationibus, quas docet quare perſpicitur non eſſe plenam integramq; mutationem. Exempla ipſe ponit huius quoque leuis mutationis, dicens Ceu ſi ſtatus ille dominatus paucorum eſt uariatur profectò, cùm minor fit numerus eorum, qui illic dominantur: itaque aſtringitur ac uiolentior fit, aut maior. Ita enim laxatur, inque aperitur pluribus perueniendi aditum, moderatiorem ita redditum, dominatũ. Eadem ratio eſt ſtatus multitudinis, magis enim ſuus propriusq; multitudinis ille efficitur, & minus etiam. Auctor antea quoque docuit, plures gradus inueniri horum ſtatuum. Addit autem nunc, idem uſu uenire in reliquis ſtatibus ciuitatis, ut contrahantur & laxentur. Vititur autem in extremo uerbis, quibus reſpondent hæc Latina: quibus aptè uſus eſt M. Cicero, tùm de ſua ſeueritate & indulgentia nimia Q. fratris loqueretur in corrigendo impetu bo filio, inquit enim in epiſtola quadam ad Atticum: Quidquid ego aſtrinxi, relaxat.

Amplius autem.) Tertium modum oſtendit, quo narratur reſpublica: non quia tota illa diſſoluitur, ſed quia pars tantùm ipſius quædam labefactatur. id quod duabus contrarijs rationibus fieri teſtatur: & cum aliquis nouus magiſtratus conſtituitur, & cùm uetus deletur. Exempla uerò ponens huius mutationis, primùm narrat, extitiſſe nonnullos, qui affirmarent Lyſandrum, præfectum claſsis Lacedæmoniorum, & cuius auſpicijs captæ ſunt Athenæ, habuiſſe in animo frangere uetus regnum ſue in republica, neque tamen ille fertur cogitaſſe unquam penitus extinguere hunc magiſtratum) ſed cum è duabus tantùm familijs reges legibus Lycurgi crearentur, patefacere gradum illum honoris omnibus ciuibus, qui digni illa poteſtate uiſi forent: ſuis tamen ſuſpitio poſt obitum ipſius de hac re, neque enim, dum uixit, hoc hominis, ardentis deſiderio honoris, & irati Ageſilao, peſſimum conſilium patefactum eſt. Totam rem commemorat Plutarchus in uita ipſius. Alterum uerò exemplum eiuſdem rei ſumtum eſt ab eadem republica. Pauſaniam enim regem tradit conatum fuiſſe euertere magiſtratum ephororum, tantamque ipſorum poteſtatem tollere. Diuerſo igitur hic ingenio fuit à Theopompo, qui ephoros oppoſuit regibus, exiſtimans ita firmius regnum diuturniusque futurum, cohibita ipſorum immodica poteſtate ab ephoris. Quod autem Pauſanias in animo habuit efficere, præſtitit poſtea Cleomenes rex. ipſe namque ſuſtulit magiſtratum ephororum, illis, qui tunc ipſum gerebant, interfectis, initio ſtatim fortis eius facti, quo mutatam ualde corruptamq; remp. Lycurgi, ad ueterem diſciplinam duritiamque reuocauit: cuius etiam conſilij ſui diligenter poſtera die rationem reddidit, ciuibus ad ſe uocatis.

Epidamni quoq;.) Idem etiam factum fuiſſe docet Epidamni, quæ Illyridis ciuitas poſtea uocata eſt Dyrrachium. Illic enim quoque mutata eſt reſpublica, non tota alia facta: ſed parte tantùm quadam ipſius uariata. in ea enim ciuitate, non ut phylarchi cœperunt creari: ſed ipſorum officium curaque mandata eſt ſenatui, qui ſucceſsit in eorum locum. Reip. autẽ, qua uſi ſunt Epidamnij, meminit etiam in III. horum librorum.

In Heliæam.) Heliæa fuit Athenis curia maxima, in qua de publicis rebus diſceptabatur. Iudices, è quibus conſtabat erant numero mille, uel mille & quingenti. mille illi è duobus curijs profecti, in ipſam ueniebant mille uerò & quingenti, tribus. hoc literis prodidit Harpocration in libello, quo declarauit uoces rariores decem Atticorum oratorum. Quod hic tradit Ariſtoteles (ut opinor) huiuſcemodi eſt. Docere enim uoluit, mirari neminem oportere, ſi ipſe dixit mutari remp. tam, mutato magiſtratu aliquo: rem enim haud magni momenti eſſe declarat, quod Athenis, quando magiſtratus aliquis nouus crea-

creabatur, magna illa uis ciuium cogebatur: & ipſa quidem ea delectis hominibus, & qui probati multitudini forent. cogebantur enim in eam curiam, qui magiſtratum haberet: & niſi magiſtratus ille nouus placuiſſet, ius nullum ac poteſtatem habebat ... enim ualet confirmari, & ſententia illorum plebiſcitumq́; comprobari.

Peculiare autem.) Cùm meminiſſet reip. Athenienſium, inſtitutorumque eius ciuitatis (Hèliæa nam que curia fuit illic ſingularis dignitatis) ſignificat quiddam in ea rep. adhuc reſtare quod eſt monimentum ueteris reip. illius populi: illud autem eſt ſummus magiſtratus, qui ab uno regebatur, unde nomen illi erat ἄρχων. Oſtendebat auctoritatem magnam ipſius hoc etiam, quòd qui memoriæ aliquid prodebant, tempus quo id geſtum eſſet, ſignificare uolentes, dicebant factu eſſe hoc aut illo archonte: ut inuenitur etiam M. Cicero de Epicuri obitu, quem inquit, mortuum eum eſſe archonte Pytharato, id eſt, ut apud Laertium legitur, qui idem literis mandauit in uita ipſius ... Tradit igitur, hunc magiſtratum in ea ciuitate, quæ tamen à populo regebatur, olere dominatum paucorum, ac proprium eſſe huius reipublicæ, quæ conſtituta eſt ad libidinem diuitum. quare cauſa eſſe poterat ſeditionis atque interitus eius reipublicæ. cur autem illa origo ſæpe ſit diſcordiarum, teſtatur Omnibus enim, inquit, in locis in quib. exoritur hoc malum, eius cauſa eſt inæqualitas: non tamen addit, ſi inæqualibus illa foret ſi ſeruaretur ratio dignitatiſq́; ipſorum. Poſt hoc redit ad confirmandum, quod dixerat: Perpetuum enim regnũ eſt profectò inæquale, ſi in æqualib. paribuſq́; conſtitutum fuerit. Probat uerò hoc ſententia, quam in uniuerſum ueram putat Omnes enim, inquit, cuncti, qui ſeditionis principes ſunt, æquale quærunt, quo ſe ſpoliatos iniuſta dolent, cuiuſque ſectandi deſiderio moliuntur res nouas. in uoce hac ζητοῦντες, incluſa eſt cupiditas huius rei obtinendæ. ita enim ſæpe utitur ipſa: infrà tamen, quo loco idem affirmat, propriũ huius rei nomen uſurpauit. dicit enim, ...

Eſt autem duplex.) Declarat cuiuſmodi ſit æquale, quod dixit duoq́; ipſius genera ponit, diſcrepantia inter ſe proportione, id eſt ſimilitudine rationis. Voco enim proportionem, ἀναλογίαν, appellatam à Græcis: non enim me fallit, aliter recentiores uſos hoc nomine. Imitabor igitur Græcos. nec ipſos tantùm, uerum etiam Latinos ueteres, qui hæc attigerunt. Sed ut tota res planior fiat, quæ uis ſit utriuſque nominis explicabo. Ratio igitur, eſt habitudo duarum quantitatum inter ſe: proportio uerò, mutua habitudo duarum rationum, quæ in quatuor terminis maneat neceſſe eſt. Intelligo quatuor, ſiue re ipſa ſiue cogitatione, ut medius ſcilicet ipſorum iteretur Hæc igitur proportio, ut accuratè auctor docet, uel perſpicitur in æqualitate rerum ipſarum, quæ conferuntur inter ſe, ut æquales illæ numero ſint: uel æſtimatione, cùm numero ipſæ inter ſe diſſentiſſent. ſed ſequamur ipſum, ita hæc docentem.

a Dico autem.) Dico igitur, inquit, æquale numero, quod uel multitudine, uel magnitudine, & menſura idem & æquale eſt æſtimatione uerò, quod ratione & ui illius rei æquale ac par eſt. Sed exempla quoque rei illuſtrandæ cauſa poſuit. Non enim, inquit, in magnitudine, quæ numero præſtat, tres res duabus, & eodem pacto duæ uni. Ratione uerò & æſtimatione æqualiter præſtant quatuor res duabus, & duæ uni: cùm tamen numeros diſpar ſit. Probare uerò uolens, eaſdem ipſas eſſe rationes: æqua enim pars duæ res ſunt quatuor, & una duarum. ambo enim, inquit, dimidia ſunt eorum, cum quibus conferuntur.

Conſitentes autem.) Cum duo genera proportionum, cuiuſmodi ſint oſtendiſſet alterum illorum, quod in primis rectum ac iuſtum eſſe exiſtimatur, ſignificat, cunctos probare ac uerum eſſe fateri, qui inter ſe etiam poſtea uehementer contendunt: ſed tamen ipſum longè aliter metiri atque interpretari. Alteri enim, inquit, ſi una quapiam in re tantùm æquales exiſtunt, omnibus in rebus ſe æquales eſſe arbitrantur: hi uerò ſunt pauperes ac populares. alteri autem, ſi una quadam in re inæquales melioreſque ſunt, omnibus in rebus meliores ſe, anteponendoſque cæteris exiſtimant: hæc enim norma eſt diuitum. Ita à ſe ſuprà dubio diſputatum eſſe commemorat. Intelligit autem locum huius ipſius libri, in quo quaſi fundamentum iecit eorũ, quæ expoſiturus eſſet, cùm uſque eò commemoraſſet, quæ iam confecaſſet: iiſdem etiam nunc uerbis utitur.

Qua de cauſa.) Quid naſcatur ex illis contrarijs ſententijs, quæ ab uno fonte manant, declarat. Eſt autẽ hoc quaſi corollarium quoddam. elicitur enim quod hic adiungit, planumq́; eſſe perſpicitur è ſuperiore loco, diligenter explicato. inquit igitur. Quapropter uidemus duas in primis extare reſpublicas, popularem inquam, & in qua dominantur diuites. Cur autem hæ frequentiores ſint, quæ uerò regitur à probis beneque inſtitutis uiris rarior multo, teſtatur. nobilitas enim, inquit, ac uirtus in paucis reperitur: hæc autem quæ indicaui, in pluribus, id eſt libertas & diuitiæ. Neque ipſe hic diuites appellauit, ſed tantùm illos, qui materia ſunt ſtatus multitudinis, id eſt pauperes, quo omnibus in locis magnum gregem ſui generis conſpicere dixit diuites tamen multo plures reperiri, quam probos uiros, dubiũ non eſt. εὐγενεῖς autem quos uocant, cùm coniunxerit illos cum probis uiris: uidetur accepiſſe, qui clari ipſi illuſtreſque ſunt, ob ſua honeſta facta, non qui nobiles appellantur: quia nati ſunt tantùm in ſtirpe honeſta, degenerant tamen à uirtute maiorum ſuorum.

Simpliciter autem.) Docet, ſi penitus aliquis fuerit ſecutus alterutram earum æqualitatum in conſtituenda republica, neceſſariò ipſum peccaturum, & efficere utramque remp. uitioſam. quod planè intelligere licet, huiuſcemodi eſſe ab exitu harum rerumpublicarum qui, ut narrat, ſemper eſt malus, cum ſit nulla ipſarum ſtabilis ac firma. Cauſam cũ infelicis ipſarum euentus eſſe inquit, quia fieri non poteſt, quin cùm principium alicuius rei & quaſi fundamentum imbecillum ſit atque erroris plenum, ... peruenire etiam ad extremum eius, ac finem malum atque exitioſum. Quod uerò hic ſummus doctor dixit de ui humanorum conſiliorum, idem etiam M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum protulit his uerbis. Vt malè poſuimus initia, ſic cætera ſequuntur. Necnon apud Herodotum Polymnia legati Græcorum miſſi ad Gelonem Siculum ad auxilia petenda contra Perſas, qui tamen de contrarijs initijs rerum, id eſt bonis & ſapientibus illic loquentes, hac ſententia orationem ſuam clauſerunt. In extremo huius loci, monſtrans medicinam huius mali, inquit Ariſtoteles: Vt ipſum uitetur, reſpublicaque ſiue hæc ſiue illa ſtabilior & diuturnior ſit, oportere partim uti proportione hac ipſa, quæ numerum ſpectat: partim autem quæ æſtimationem perſonarum ac dignitatem, atque ita miſcere ipſas ac temperare, ut non puræ omnino ſint. id enim breuis declarauit, quod in principio dixit, non eſſe cõſtituendas illas ſimpliciter.

Attamen tutior.) Cùm mendoſam atque imbecillam utramque remp eſſe docuiſſet: addit nunc, collatis ipſis inter ſe, ſtabiliorem eſſe magiſque uacuam ab inteſtinis diſcordijs illam, quæ regitur à multitudine, quàm eam, in qua dominãtur diuites. cuius rei cauſam hanc affert: In ſtatu enim paucorum exiſtunt ſeditiones duæ, illa inquam, qua concertant inter ſe principes dominatus de ſummo gradu: & ea, qua contendunt cum multitudine & ijs omnibus, qui ſunt expertes illius dominatus. Populares autem tantùm pugnant cum principibus, qui exturbaſq́; ipſis à gubernaculis ciuitatis, ſoli regnare uolunt. non ſolere autem populum diuidi ait, ac diſcordare ſecum. Quòd ſi aliquando etiam diſcordiæ aliquæ inter ipſos populares exoriantur, puſillæ ſunt, ac prorſus non dignæ quæ hoc nomine uocentur.

Præterea reſpub.) Alterum hoc argumentum eſt, quo idem probat. Tradit enim, remp. mediorum ciuium propinquiorem eſſe ſtatui multitudinis, quàm dominatui paucorum: quare inde etiam intelligi poſſe hanc eſſe firmiorem. Quod enim magis propinquum eſt uacuo. magna ea parte à periculis ac malis, ipſum quoque firmius ſtabiliuſque eſſe perſpicitur: remp. uerò adminiſtratam à medijs, firmiſſimam eſſe omnium harum rerumpublicarum, ipſe affirmat. hoc enim, ut certum & exploratum ponit Ariſtoteles. Quos autem μέσους ipſe uocat, appellaui hic medios. animaduerti enim Ciceronem ita aliquando locutum, ut in Philippicis, ubi inquit Idemq́; cùm a ſummis, medijs, infimis, cùm denique ab uniuerſis. Horatius tamen cũ hanc ... celebraret, mediocritatem appellauit.

a ... al. ... id eſt, duobus modis, ſeu dupliciter. b ... al. ... mendoſe.

CAPVT II.

QVia autem indagamus ex quibus rebus naſcuntur ſeditiones & mutationes in rebuſpublicis, ſumendum in uniuerſum primùm eſt principia &

ΠΕΙ δὲ σκοποῦμεν ἐκ τίνων αἵ τε στάσεις γίγνονται, καὶ αἱ μεταβολαὶ περὶ τὰς πολιτείας, ληπτέον καθόλου πρῶτον τὰς ἀρχὰς καὶ

QVoniam autem quibus è rebus ſeditiones in ciuitatibus, & commutationes reipub. adminiſtrandæ formarum oriantur, conſiderare inſtituimus, uniuersè primùm origines & cau-

pia & cauſas ipſarum: ſunt autem fermè, ut ita dicam, tres numero, quas oportet definire per ſe craſſo modo primùm. Opus eſt enim primum capere, quomodo diſpoſiti ſeditiones mouent, & quarum rerum cauſa: tertium autem, quæ initia ſunt ciuilium turbarum & ſeditionum, quas inter ſe exercent. Quòd igitur facti ipſi aliquo modo ſunt ad mutationē, cauſam in uniuerſum maximè ſtatuendum eſt, de qua iam diximus. hi namque, appetentes æqualitatem, auctores ſunt ſeditionū: ſi exiſtimarint ſe minus habere, cū æquales ſint ijs, qui plus obtinent. Hi autem inæqualitatem & exuperantiam: ſi putauerint, cùm ſint inæquales, non plus habere, ſed æquale aut minus. Hæc autem licet appetere iuſtè, licet etiam iniuſtè. Inferiores namque exiſtentes, ut æquales ſint, ſeditioſè agunt: & æquales exiſtentes, ut maiores. Quomodo igitur facti ſeditioſè agunt, dictum eſt. De quibus autē ſeditiones mouent, ſunt lucrum & honor, & contraria his. etenim ignominiam declinantes & multam, uel pro ſe uel pro amicis, ſeditionum auctores ſunt in ciuitatibus. Cauſæ autē & initia motuum, unde ipſi (ut traditū eſt) afficiuntur dicto modo, & de ijs quę dicta ſunt, cōtingit quidem ut numero ſeptem ſint: cōtingit etiam, ut plures. quorum duo quidem ſunt eadē cū his, quæ dicta ſunt, ſed non eodem pacto ob lucrum enim & honorem exacuuntur inter ſe, non ut ſibijpſis comparent (quemadmodum prius dictū eſt) ſed alios ſpectantes: hos quidem iuſte, hos uerò iniuſtè, his reb. repletos. Amplius propter cōtumeliam, propter metum, propter præſtantiam, propter contemptum, propter incrementum, quòd ſuperet dignitatem. Adhuc autem alio modo, propter coitionem humilium, propter neglectum, propter exilitatem, propter diſsimilitudinem.

τὰς αἰτίας αὐτῶν· εἰσὶ δὲ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, τρεῖς τὸν ἀριθμὸν, ἃς διοριστέον καθ' αὑτὰς τύπῳ πρῶτον. δεῖ γὰρ λαβεῖν πῶς τε ἔχοντες στασιάζουσι, καὶ τίνων ἕνεκεν· καὶ τρίτον, τίνες ἀρχαὶ γίνονται τῶν πολιτικῶν ταραχῶν, καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους στάσεων. τοῦ μὲν οὖν αὐτοὺς ἔχειν πως πρὸς τὴν μεταβολὴν, αἰτίαν καθόλου μάλιστα θετέον, περὶ ἧς ἤδη τυγχάνομεν εἰρηκότες. οἱ μὲν γὰρ ἰσότητος ἐφιέμενοι στασιάζουσιν, ἂν νομίζωσιν ἔλαττον ἔχειν, ὄντες ἴσοι τοῖς πλεονεκτοῦσιν. οἱ δὲ τῆς ἀνισότητος καὶ τῆς ὑπεροχῆς, ἂν ὑπολαμβάνωσιν ὄντες ἄνισοι, μὴ πλέον ἔχειν, ἀλλ' ἴσον ἢ ἔλαττον. τούτων δ' ἔστι μὲν ὀρέγεσθαι δικαίως, ἔστι δὲ καὶ ἀδίκως. ἐλάττους τε γὰρ ὄντες, ὅπως ἴσοι ὦσι, στασιάζουσι· καὶ ἴσοι ὄντες, ὅπως μείζους. πῶς μὲν οὖν ἔχοντες στασιάζουσιν, εἴρηται. περὶ ὧν δὲ στασιάζουσιν, ἐστὶ κέρδος καὶ τιμὴ, καὶ τἀναντία τούτοις. καὶ γὰρ ἀτιμίαν φεύγοντες καὶ ζημίαν, ἢ ὑπὲρ αὑτῶν, ἢ τῶν φίλων, στασιάζουσιν ἐν ταῖς πόλεσιν. αἱ δ' αἰτίαι καὶ ἀρχαὶ τῶν κινήσεων, ὅθεν αὐτοί τε διατίθενται τὸν εἰρημένον τρόπον, καὶ περὶ τῶν λεχθέντων, ἔστι μὲν ὡς τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ τυγχάνουσιν οὖσαι, ἔστι δ' ὡς πλείους, ὧν δύο μὲν ἐστὶ ταὐτὰ τοῖς εἰρημένοις, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως. διὰ κέρδος γὰρ, καὶ διὰ τιμὴν παροξύνονται πρὸς ἀλλήλους· οὐχ ἵνα κτήσωνται σφίσιν αὐτοῖς, ὥσπερ εἴρηται πρότερον· ἀλλ' ἑτέρους ὁρῶντες τοὺς μὲν δικαίως, τοὺς δ' ἀδίκως πλεονεκτοῦντας τούτων. ἔτι διὰ ὕβριν, διὰ φόβον, διὰ ὑπεροχὴν, διὰ καταφρόνησιν, διὰ αὔξησιν τὴν παρὰ τὸ ἀνάλογον· ἔτι δὲ ἄλλον τρόπον, δι' ἐρίθειαν, δι' ὀλιγωρίαν, διὰ μικρότητα, δι' ἀνομοιότητα.

& cauſas earum ſumere nos oportet. Sunt autem ferè numero tres, quæ primùm rudi quadam deſcriptione per ſe ſunt explicandæ. Oportet enim ſumere & quomodo affecti homines diſsideant inter ſe, & quarum rerum cauſa: & quod tertium eſt, quæ ſint principia perturbationum ciuilium & ſeditionum inter ciues ortarum. Quamobrem igitur affecti ſint ipſi quodammodo ad conuerſionem & commutationem reip. ea uniuerſè cauſa ſtatuenda eſt, de qua iam fortè diximus. Alij enim æqualitatis cupiditate inflammati, diſsident & diſcordant inter ſe, ſi ſe putent deteriore eſſe conditione, cum ſint ijs qui ſuperiora habent omnia, pares. Alij inæqualitatem & præſtantiam concupiſcentes, ſi cùm ſint inæquales & ſuperiores, exiſtiment ſe non ferre partes priores, nec plus habere, quàm alios: ſed æquale, aut etiam minus. Poteſt autem euenire, ut hæc iuſtè expetantur: poteſt uerò, & ut iniuſtè. Nam & cùm ſint inferiores, ut ſint æquales, ſeditionem concitant: & cùm æquales, ut ſint maiores. Quomodo igitur affecti diſsideant, & ſeditionem concitent, expoſitum eſt. Ea autem quorum cauſa diſsident & diſcordāt, ſunt lucrum & honos, & quæ his contraria ſunt. Nam ignominiam & mulctam ſeu damnum fugientes, quæ uel uel amicos attingat, ſeditiones in ciuitatibus commouent. Cauſæ autem & origines motuum, à quibus & ipſi hoc modo afficiuntur, & de rebus quas antè diximus, diſsident, aliquo modo ſunt numero ſeptem, aliquo modo plures: quarum duæ quidem ſunt eædem atq; eæ res, quæ à nobis commemoratæ ſunt, ſed non eodem modo. Propter lucrum enim & propter honorem inter ſe excandeſcunt ac ſæuiunt, non ut illa ſibi comparent & poſsideant, ut ante dictum eſt: ſed quod alios uideat partim iuſtè, partim iniuſte meliore eſſe cōditione, quam ſe, & bonis externis antecellere. præterea propter contumeliam, propter metum propter excellentiam, propter contemtum, propter incrementum a proportione auerſum. Præterea uero alio modo propter mercenariū iura tolerandæ gentis, propter incuriam, propter paruitatem, propter diſsimilitudinem.

COMMENTARIVS.

Quia autem indagamus.) Cùm aperuiſſet fontem exitiorum rerumpublicarum, & primam huius ingentis mali originem indicaſſet, necnon modos expoſuiſſet, quibus illa gignuntur: tradit nunc in uniuerſum initia & cauſas ipſorum, oſtendens hoc proprium ſuæ curæ eſſe atque muneris, cùm (ut ſignificatum eſt) ſibi propoſuerit uidere, unde oriuntur ſeditiones [illegible] mutationes in rebuſpublicis. Affirmat autem, principia harum deprauationum numero fermè eſſe tria, quæ primùm [illegible] guere deceat craſſo modo ſingillatim, cùm opus ſit tenere, & quomodo ſe habentes diſcordare inter ſe uehementer ciues incipiunt, & quarum rerum obtinendarum cauſa: &, quod reſtat tertium, quæ ſint initia motuum tumultuoſorumque publicorū: & harum ipſarum, quibus inter ſe contendunt, diſcordiarum.

Quod igitur facti.) Incumbit in explicationem trium horum. orditur autem à primo ſuprà à ſe poſito, dicens: Quòd nonnulli inducuntur facti ad perturbandam rempublicam, perchoc[illegible], ad hoc malum patiundum, cauſam præcipuam in uniuerſum

ſunt exiſtimandum eſt eſſe, quem ſuprà oſtendimus, & de quo nonnihil præcepimus intelligit autem, quæ inſtigat multitudinem contra diuites, qui dominari uolunt, & ſtimulat etiam diuites contra honores tenuiorum ciuium. Inquit enim, repetens quæ dixit, ſumpto principio à plebe: Partim enim ciuium, qui ſtudent æquales eſſe partim cæteris, nec pati poſſunt ſe deijci à gubernaculis; perturbant rempublicam, ſi exiſtimarint ſe minus honorum obtinere, quam par eſſe putant illis, qui plus ciborum adipiſcantur.

Hi autem inæqualitatem.) Declarat nunc, qui ijdem permiſceant remp. ex altera parte, nec indocti poſſunt ne amēt ſtatū multitudini, ingeniaque, ipſorum ac iudicia qualia ſint, patefacit. Inquit autem: Qui uerò cupidi ſunt inæqualitatis, uolunt, ante cellere cæteris, tumultuantur, ſi arbitrati fuerint, cum diſpares ſint meliores que alijs, ſe nihilo plus habere: ſed idem, quod alij minores ipſis, uel etiam minus. habere que demum ſe audent meliores, quo multo inferiores.

Hæc autem &c.) Diuiſit, quod expoſuit. Fieri enim poſſe, inquit, ut meritò ac iure bono hæc appetātur: & contra, id eſt improbè atque iniuſtè. Quid autem intelligat apertum eſt, ut ſcilicet qui pares ſunt, non deteriore loco habeantur, quàm alij quibus ſunt pares: & qui impares meliores que ſunt, honeſtiora loco habeantur, quàm minores ipſis. Non tamen nunc accurate docet, qui ſint homines iuſtè poſtulantes æqualitatem, & itidem iuſtè cupientes exuperantiam, incenſique deſiderio harum rerum &c, quæ ſint bona. propter quæ non ſine cauſa ipſi appetant honeſtiorem gradum. Sed, tantùm, inquit, eos, qui deteriores ſunt, cupere melioribus adæquari: & qui pares cæteris ſunt, ſeditiones excitare, ut ſuperiores honeſtiores que ſint, quæ ambo, ut appares, iniuſtè ſunt. Στασιάζειν igitur ualet, ſi hic ſentire eſt, minores atque inferiores uirtute & dotibus animi, non pati tractari. Poſt hanc ſententiā colligit, quid adhuc fecerit, atque inquit: Quæ prima pars fuit, ſe explicaſſe quomodo affecti perturbent rempublicam.

De quibus autem) Indicat, quod alterum eſt, quæ ſint bona malaque, propter quæ aut obtinenda, aut fugienda, non uerentur perturbare quietum ac tranquillum ſtatum ciuitatis. Illa enim eſſe, inquit, lucrum & honorem, & contraria his, id eſt damnum atque ignominiam: ſuperiora, ut adipiſcantur: hæc uero inferiora, ut uitent, à ſeque depellant. Probat autem poſtea hoc, atque inquit, inueniri multos, qui, ut remoueant à ſe ignominiam ac damnum a fortunis ſuis, permiſcent omnia: & ut à ſemetipſis, ita etiam à ſuis amicis que ſeditionis duces ſunt. Nam C. etiam Cæſar dicebat, ſe ciuile bellum mouiſſe, ut ignominiam à ſe depelleret. quod quaſi concedit M. Cicero, cùm Q. Ligarium defenderat. Relinquit autem ac falſum eſſe docet, in epiſtola quadam ad Atticum his uerbis: Atque omnia ſe facere ait dignitatis cauſa, qui nam umbram quidem τοῦ καλοῦ uidit unquam.

Cauſa autem.) Tertium, quod reſtebat, exponit, id eſt, quæ ſint cauſæ atque principia motuum animi in ciuibus: quare ſi perturbationum ui ita afficiantur, ut non metuant perturbare rempublicam: & de illis ipſis, quæ ſunt expoſita hic bonis, ſiue malis. Inquit igitur ipſa diuerſum ſui numerum conficere, hoc aut illo modo accepta. hoc enim pacto ſpectata ſeptem numero eſſe: alio autem plura: atque hoc, quia quatuor modi, quomodo expoſita ſunt, addit ſeptem hic, numerum ipſorum augeat: ſunt enim cuncti xij. primum igitur explicat cauſas, quibus reconditis in animoque manentibus, ciues prompti ac parati ſunt ad rempub. permiſcendam. Earum autem primas nominat duas illas ſupra ſignificatas, id eſt honorem ac quæſtum. non tamen ipſas eodem modo, ut ſuprà, ſumtas. nam ſuprà illi ipſi, qui tumultuabantur, cupiditate utique harum rerum capti, ut illas potirentur, perturbabant rempublicam: hi uero ſibi hæc bona parare non quærunt, ſed aſpicientes alios ipſis ornatos, commouentur: quorum nonnulli iuſtè ipſa poſſident: alij uerò iniuſtè, atque id quidàm opinio. Παροξύνονται ualet, commouentur animo, & exacuuntur.

Amplius propter.) Exponit, quæ ſint reliqua quinque, quæ addita duobus hic, quæ modò ſignificanſt, conficiant numerum eum, quem dixit. Inquit igitur, ciues commoueri animo ualde, atque ſta quoque, ut conſtituant ſeditionem propter contumeliam nihil enim minus fugerūt ſoleant homines, quàm contumeliam. Eodem pacto alterum ipſos affirmat metum & exuperantiam, cum ſcilicet uident aliquos omnis creuiſſe: ſed hæc, quomodo accipi debeant, ipſa infrà diligenter docet. quartum horum tradit contemptum. quintum ultimumque auctionem atque incrementum.

Adhuc autem.) Reſtare adhuc dicit alias nonnullas res, quæ & ipſæ cauſæ ſint originesque mutue atque peſtis rerumpublicarum: ſed alio pacto, id eſt ſine diſſenſionibus & armis. Neque enim hoc malum oritur ab iræ aut metu ipſorum, neque ab alijs perturbationibus, quas appellauit, quæ ita exacuerint ipſos, ut non dubitarint nocere reipublicæ: ſed potius proficiſcitur (ut apparebit) ab incuria & negligentia eorū, qui regunt reſp. illas, qui non ut oportebat, citò uiam obſtruunt uitijs nonnullis, paulatim irrepentibus in eas. unde tamen idem incommodum exoritur, interitusque reipublicæ: ſed hoc quanquam multo pòſt planum erit, cum accuratè explicabitur ab auctore hoc noſtro. Sunt autem quatuor nouæ cauſæ, quas ipſe exponit. Primam uerò ipſarum facit, quam uocant ἐριθείαν, id eſt cantionem ſuorum perſonarum. Secundam, cum alijs non lacientes nec putant obeſſe illud, quod poſtea cum magno publico malo ualidum detrimentoſumque eſſe experiuntur. Tertiū genus eſſe inquit exilitatem quarundam rerum, quæ, alij in oleſtæ noxiæque intelligantur eſſe quia tamen minutæ ſunt, non depelluntur à republica. Extremum eſt diſſimilitudo, cum patiuntur peruenire ad honores alienigenas, participes que fieri ciuium reipublicæ peregrinos.

CAPVT III.

EX his autem contumelia & lucrum, quam uim habent, & quomodo cauſæ ſunt, fermè apertū eſt. Quādo enim magiſtratus contumelijs priuatos uexant, & plus æquo ſe habere bonorū ſtudent, diſſidere incipiunt, & inter ſe & aduerſus reſpublicas, quæ dant ipſis poteſtatem: expletio autem illa bonorum iniuſta prouenit, aliquando quidem à rebus priuatis, aliquando autem à publicis. Perſpicuū autem eſt, & honor, & quam uim habet, & quo modo cauſa eſt ſeditionis. Etenim ipſi ignominia notati, & alios ſpectantes in honore habitos, ſeditiones mouent: hęc autem & iniuſtè fiunt, cùm pręter dignitatē aliqui, uel honorati fuerint, uel inhonorati: iuſtè uerò, qñ pro dignitate. Propter pręſtantiam

ΤΟΥ΄ΤΩΝ δὲ ὕβρεως μὲν καὶ κέρδος τίνα ἔχουσι δύναμιν, καὶ πῶς αἴτια, σχεδόν ἐστι φανερόν. ὑβριζόντων τε γὰρ τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ πλεονεκτούντων, στασιάζουσι καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὰς πολιτείας τὰς διδούσας τὴν ἐξουσίαν· ἡ δὲ πλεονεξία γίνεται, ὁτὲ μὲν ἀπὸ τῶν ἰδίων, ὁτὲ δὲ ἀπὸ τῶν κοινῶν. δῆλον δὲ καὶ ἡ τιμή, καὶ τί δύναται, καὶ πῶς αἰτία στάσεως· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀτιμαζόμενοι, καὶ ἄλλους ὁρῶντες τιμωμένους, στασιάζουσι. ταῦτα δὲ, ἀδίκως μὲν γίνεται, ὅταν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἢ τιμῶνταί τινες, ἢ ἀτιμάζωνται· δικαίως δὲ, ὅταν κατὰ τὴν ἀξίαν. δι' ὑπεροχὴν

HArum autem rerum contumelia & lucrum, quam uim habeant, & quomodo ſint ſeditionum cauſæ, propemodum apparet. Nam cum ij, qui magiſtratus gerunt, contumelioſi ſunt in priuatos, & plura atq; ampliora omnia per iniuriam & auaritiā ſibi ſumunt: ſeditionem concitant illi tum inter ſe, tum in eas reip. adminiſtrandæ formas, quæ hanc licentiam præbent ac permittunt. Iam uero plura & ampliora habendi per iniuria cupiditas, quam pleonexiam Græci nominant, interdum in res priuatorum, interdum in rem cōmunem & publicam confertur. In promtu etiam eſt & quid ualeat honos, & quomodo ſeditionis ſit cauſa. Nam & cum ipſi ignominia afficiuntur, & cum alios honorari uident, diſſident ac diſcordant. Fiunt autem hæc iniuſte, cum præter dignitatem aut honore afficiuntur, aut dedecore infamiaq; notantur: iuſte, cum ex dignitate. Propter excellentiam

ſtantiam autem, cùm aliquis fuerit poteſtate maior, uel unus, uel plures, quàm ferat ciuitas & facultas reipublicæ. exoriri enim ſolet ex huiuſcemodi rebus principatus & dynaſtia. Qua de cauſa conſueuerunt quibuſdã in ciuitatibus hos ad certũ tempus eijcere è finibus: ueluti Argis & Athenis. Atqui ſatius erat ab initio uidere, ne in urbe forent, qui tantũ cæteris anteirent, quàm cũ permiſerint exiſtere poſtea mederi. Propter metũ autẽ ſeditionẽs mouent, qui iniuſte aliquid fecerunt, timentes ne pœnas dent: & qui uidẽt ſe iniuriã accepturos. ſtudentes præuenire, antequã iniuria afficiantur. quemadmodũ in Rhodo nobiles coierunt in plebem propter lites, quæ ipſis intendebantur. Propter cõtemptũ autẽ & ſeditiones mouẽt, & inſidiantur: ueluti in dominatibus paucorum, cùm plures fuerint, qui participes nõ ſunt reipublicæ. firmiores enim putant ſe eſſe; & in ſtatibus multitudinis diuites, deſpicientes cõfuſionem illam & licentiam. Et Thebis poſt prælium in Oenophytis, cùm malè remp. adminiſtrarent, ſtatus populi fractus eſt. Et Megarenſiũ ſtatus, itidẽ popularis, ob confuſionem eãdem & licentiam, uictis popularibus. & Syracuſis, ante tyrãnidẽ Gelonis. & in Rhodo populus, antequã ſedibus pelleretur. Fiunt autem & propter incrementũ, quod exiſtit præter proportionem, mutationes rerumpublicarũ. Vt enim corpus è partibus conſtat, & oportet creſcere proportione cuſtodita, ut maneat conuenientia partium: ſi autẽ hoc non fit, interit: cùm pes quatuor cubitorũ fuerit, reliquum autem corpus duorum palmorum. quandoquẽ autem & in alius animãtis formam mutaretur, ſi non ſolùm per quãtitatem, uerumetiã per qualitatem creſceret non ſeruata proportione: ſic è partibus conſtat ciuitas, quarum ſæpè aliqua fallit uel aucta: ceu multitudo egenorum in ſtatibus multitudinis, & republica. Vſu uenit autem hoc aliquando etiã propter caſus quoſdã, ut Tarenti uicti prælio & extinctis multis nobilibus ab Iapygibus, paulò poſt bellum Medorum, ſtatus populi extitit è republica. Et Argis, interfectis a Cleomene Lacone, q erãt in Hebdoma, coacti,

δὲ ὅταν τις ᾖ τῇ δυνάμει μείζων, ἢ εἷς, ἢ πλείους, ἢ κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν δύναμιν τοῦ πολιτεύματος. γίνεσθαι γὰρ εἴωθεν ἐκ τῶν τοιούτων μοναρχία, ἢ δυναστεία. διὸ ἐνιαχοῦ εἰώθασιν ὀστρακίζειν· οἷον ἐν ἄργει καὶ ἀθήνησι. καίτοι βέλτιον ἐξ ἀρχῆς ὁρᾶν, ὅπως μὴ ἐνέσονται τοσοῦτον ὑπερέχοντες, ἢ ἐάσαντας γενέσθαι, ἰᾶσθαι ὕστερον. διὰ δὲ φόβον στασιάζουσιν οἵ τε ἠδικηκότες, δεδιότες μὴ δῶσι δίκην· καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι. ὥσπερ ἐν ῥόδῳ συνέστησαν οἱ γνώριμοι ἐπὶ τὸν δῆμον, διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας. διὰ καταφρόνησιν δὲ καὶ στασιάζουσι, καὶ ἐπιτίθενται· οἷον ἔν τε ταῖς ὀλιγαρχίαις, ὅταν πλείους ὦσιν οἱ μὴ μετέχοντες τῆς πολιτείας. κρείττους γὰρ οἴονται εἶναι, καὶ ἐν ταῖς δημοκρατίαις οἱ εὔποροι, καταφρονήσαντες τῆς ἀταξίας καὶ ἀναρχίας· οἷον καὶ ἐν θήβαις μετὰ τὴν ἐν οἰνοφύτοις μάχην, κακῶς πολιτευομένων, ἡ δημοκρατία διεφθάρη. καὶ ἡ μεγαρέων δι' ἀταξίαν καὶ ἀναρχίαν ἡττηθέντων. καὶ ἐν συρακούσαις, πρὸ τῆς γέλωνος τυραννίδος. καὶ ἐν ῥόδῳ ὁ δῆμος πρὸ τῆς ἐπαναστάσεως. γίνονται δὲ καὶ δι' αὔξησιν τὴν παρὰ τὸ ἀνάλογον μεταβολαὶ τῶν πολιτειῶν. ὥσπερ γὰρ σῶμα ἐκ μερῶν σύγκειται, καὶ δεῖ αὐξάνεσθαι ἀνάλογον, ἵνα μένῃ συμμετρία· εἰ δὲ μή, φθείρεται· ὅταν ὁ μὲν ποὺς τεττάρων πηχῶν ᾖ, τὸ δ' ἄλλο σῶμα δυοῖν σπιθαμαῖν. ἐνίοτε δὲ κἂν εἰς ἄλλου ζῴου μεταβάλλοι μορφήν, εἰ μὴ μόνον κατὰ τὸ ποσόν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποιὸν αὐξάνοιτο παρὰ τὸ ἀνάλογον· οὕτω καὶ πόλις σύγκειται ἐκ μερῶν, ὧν πολλάκις λανθάνει τι αὐξανόμενον· οἷον τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος ἐν ταῖς δημοκρατίαις καὶ πολιτείαις. συμβαίνει δ' ἐνίοτε τοῦτο καὶ διὰ τύχας· οἷον ἐν ταραντι ἡττηθέντων καὶ ἀπολομένων πολλῶν γνωρίμων ὑπὸ τῶν ἰαπύγων, μικρὸν ὕστερον τῶν μηδικῶν, δημοκρατία ἐγένετο ἐκ πολιτείας. καὶ ἐν ἄργει τῶν ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἀπολομένων ὑπὸ κλεομένους τοῦ λάκωνος, ἠναγ

lentiã porrò ſeditio oritur, cùm aliquis unus aut plures, ampliores opes maioremq́ue potentiam obtinent quàm fert ciuitas, aut reipub. adminiſtrationis poteſtas. ex talibus enim rebus monarchia aut dynaſtia naſci ſolet. Quocirca in nonnullis locis ſolent præſtantiores uiros per teſtam ad certum tempus relegare, quod Græci dicunt oſtracizein, ut Argis & Athenis. Atqui præſtat ab initio prouidere, ne uiri tam excellentes poſſint in ciuitate exſiſtere, quàm malo ex patientia & negligentia nato poſterius mederi. Propter metũ autem ſeditionem commouet & qui iniuriam fecerunt, ne dent pœnas: & qui ſuſpicantur futurum ut iniuria afficiantur, uolentes anteuertere atq́ue occupare, priuſquàm iniuſte lædatur: quemadmodum Rhodi nobiles in populum coierunt & conſpirarũt propter iudiciorum & pœnarum, quæ intentabantur, metũ. Propter contemtum autem ſeditionem excitant, & impetu facto in alios inuadũt: ut & in oligarchijs, cum plures ſunt ij, qui à reipub. adminiſtratione excluduntur (meliores enim ſe eſſe putant) & in democratijs locupletes contemta confuſione & perturbatione rerum imperijq́ue uacuitate. Huiuſmodi quiddam & Thebis accidit poſt pugnam in uineis commiſſam: quo tempore, quod reſp. male adminiſtraretur a populo, democratia funditus exſtincta atq́ue oppreſſa eſt. Etiam Megarenſium democratia cum propter eandem ordinis perturbationem & imperij uacuitatem ſuperati eſſent, deleta eſt. Syracuſis quoq́ue ante Gelonis tyrannidem: Rhodi deniq́ue opes populi ante rebellionem fracta conciderunt. Oriuntur & propter incrementum quorũdam e proportione auerſum ac remotum reſpub. adminiſtrationum commutationes. Quemadmodum enim corpus ex partibus conſtat, idq́ue oportet ex proportione creſcere, ut maneat totius & partium commenſus: ſi minus, interit, cum pes quide quatuor eſt cubitorum, reliquum uero corpus duorum palmorum. interdum uero etiam in alterius animantis figuram uertitur, ſi non ſolum ex quanto ſeu quantitate, uerum etiam ex qualitate augeatur & creſcat præter proportionem: ita & ciuitas ex partibus cõcreta & coagmentata eſt, quarum ſæpe nonnulla occulte augeſcit: quemadmodum egenorum multitudo in democratijs & politijs. Accidit autem hoc interdum & fortuito, ut Tarenti ſuperata & extincta magna parte nobilitatis ab Iapygibus, non ita multo poſt bellum Perſicum tempore, democratia ex politia facta eſt. Argis, cum ij qui erant in Hebdome, a Cleomene Lacedæmonio eſſent interfecti, a-

coacti ſunt recipere in remp. caſtellanos quoſdam. Et Athenis, cùm terra malè pugnaſſent, nobiles pauciores facti ſunt. nam in bello Laconum delectu militũ facto mutilabant. Vſu uenit autem hoc & in ſtatibus multitudinis: min⁹ aũt. plurib. enim egenis factis, uel patrimonijs auctis, mutantur in dominatus paucorũ, & dynaſtias. Mutantur autem reſpub. etiam ſine ſeditione, propter coitionès tenuium ciuium, quemadmodũ Heræę. propter hoc enim, cùm prius ſuffragijs crearent magiſtratus, ut ſorte ducerentur ſtatuère. deligebant enim humiles, ſuique loci. Et propter incuriam, cùm ſiuerint ad magiſtratus ſummę poteſtatis peruenire illos, qui non ſunt amici reipublicæ: quemadmodum Orei diſſolutus eſt dominatus paucorum, cùm Heracleodorus, unus eorum qui imperium haberent, factus eſt: qui è dominatu paucorũ, rempublicam & ſtatũ multitudinis conſtituit. Amplius ex eo, quod pro paruo habetur. Dico autem pro paruo, quia ſæpè fallit magna, quæ fit, legum migratio, cùm paruum neglexerint: ueluti Ambraciæ paruos erat cenſus. at extremũ imperium habebant homines nollius cenſus, tanquam propinquum ſit paruum nulli, uel nihil interſit inter paruũ & nullum. Quod etiá non eiuſdẽ gentis eſt, pronũ eſt ad ſeditiones, donec conſpirarit: quemadmodum enim non è qualibet multitudine fit ciuitas, ita neque in quolibet tempore. Quare quicuoq; ad hanc ætatem receperunt, qui unà ſecũ urbem conderent, uel condita iam illa ſibi aſciſcerent, maxima pars eorũ ſeditionibus uexati ſunt: ueluti Achæi unà cũ Trœzenijs Sybario condiderunt. deinde Achęi, cùm creuiſſent numero, eiecerunt Trœzenios. unde ſcelus extitit Sybaritis. & in Thurijs Sybaritę cum his, qui ſimul urbem condiderant, cùm poſtularẽt plus rerũ bonarũ habere, quia ager ſuus fuiſſet, expulſi ſunt. Et Byzãtijs, qui numero eorum aggregati fuerant imponentes, inſidijs cognitis, armis eiecti ex oppido ſunt. & Auriſſæi, cùm Chiorũ exules in ciuitatẽ recepiſsẽt, uictos eos prelio eieceRũt. Zanclęi uerò, receptis Samijs in urbẽ, exturbati & ipſi ſedib. ſuis ſunt. Et Apolloniatę Ponti Euxini,

ἠναγκάσθησαν παραδέξασθαι τῶν περιοίκων τινάς. καὶ ἐν ἀθήναις ἀτυχούντων πεζῇ, οἱ γνώριμοι ἐλάττους ἐγένοντο, διὰ τὸ ἐκ καταλόγου στρατεύεσθαι ὑπὸ τὸν λακωνικὸν πόλεμον. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς δημοκρατίαις· ἧττον δέ. πλειόνων γὰρ τῶν ἀπόρων γενομένων, ἢ τῶν οὐσιῶν αὐξανομένων μεταβάλλουσιν εἰς ὀλιγαρχίας καὶ δυναστείας. μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ ἄνευ στάσεως, διά τε τὰς ἐριθείας, ὥσπερ ἐν ἡραίᾳ. ἐξ αἱρετῶν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησαν κληρωτὰς, ὅτι ᾑροῦντο τοὺς ἐριθευομένους. καὶ δι' ὀλιγωρίαν, ὅταν ἐάσωσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς κυρίας παριέναι τοὺς μὴ τῆς πολιτείας φίλους. ὥσπερ ἐν ὠρεῷ κατελύθη ἡ ὀλιγαρχία τῶν ἀρχόντων γενομένου ἡρακλεοδώρου, ὃς ἐξ ὀλιγαρχίας πολιτείαν καὶ δημοκρατίαν κατεσκεύασεν. ἔτι διὰ τὸ παρὰ μικρόν. λέγω δὲ παρὰ μικρὸν, ὅτι πολλάκις λανθάνει μεγάλη γενομένη μετάβασις τῶν νομίμων, ὅταν παρορῶσι τὸ μικρόν· ὥσπερ ἐν ἀμβρακίᾳ μικρὸν ἦν τὸ τίμημα· τέλος δ' οὐθενὸς ἦρχον, ὡς ἐγγὺς ὂν ἢ μηθὲν διαφέρον, τοῦ μηθὲν τὸ μικρόν. στασιωτικὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ὁμόφυλον, ἕως ἂν συμπνεύσῃ. ὥσπερ γὰρ οὐδ' ἐκ τοῦ τυχόντος πλήθους πόλις γίνεται, οὕτως οὐδ' ἐν τῷ τυχόντι χρόνῳ. διὸ ὅσοι ἤδη συνοίκους ἐδέξαντο ἢ ἐποίκους, οἱ πλεῖστοι ἐστασίασαν· οἷον τροιζηνίοις ἀχαιοὶ συνῴκησαν σύβαριν. εἶτα πλείους οἱ ἀχαιοὶ γενόμενοι, ἐξέβαλον τοὺς τροιζηνίους. ὅθεν τὸ ἄγος συνέβη τοῖς συβαρίταις. καὶ ἐν θουρίοις συβαρῖται τοῖς συνοικήσασι. πλεονεκτεῖν γὰρ ἀξιοῦντες, ὡς σφετέρας τῆς χώρας, ἐξέπεσον. καὶ βυζαντίοις οἱ ἔποικοι ἐπιβουλεύοντες φωραθέντες, ἐξέπεσον διὰ μάχης. καὶ ἀντισσαῖοι τοὺς χίων φυγάδας εἰσδεξάμενοι, διὰ μάχης ἐξέβαλον. ζαγκλαῖοι δὲ σαμίους ὑποδεξάμενοι, ἐξέπεσον καὶ αὐτοί. καὶ ἀπολλωνιᾶται οἱ ἐν τῷ εὐξείνῳ πόν-

ſti, coacti ſunt Argiui nonnullos ex colonis, quos periœcos nominant, in ciuitatem recipere. & Athenis, cùm infeliciter terra pugnaſſent, nobiles pauciores facti ſunt, quia delectu habito militabant, ſub bellum Lacedæmonium. Accidit autem hoc etiam in democratijs: ſed autem minus ſæpè. pluribus enim locupletibus exorientibus, aut eorum res familiaris creſcentibus, mutantur in oligarchias, aut dynaſtias, ſeu potentatus. Mutantur porro reipub. administrandæ forma etiam ſine ſeditione propter mercenarias operas: quemadmodum in Heræa. Nam idcirco magiſtratus, qui antea ſuffragio & electione deferebantur, ſortito mandari cœpti ſunt: quia eligebant homines operis mercenarijs uitam tolerantes. Etiam propter incuriam ac negligentiam ſeditiones oriuntur, cùm eos, qui a reip. adminiſtrandæ forma alieno ſunt animo, ad ampliſſimos magiſtratus peruenire ſinunt: quemadmodum Orei ſublata & extincta oligarchia eſt, eo quod Heracleodorus in prætorum collegium cooptatus fuerat: qui ex oligarchia politiam & democratiam fecit. Præterea propter id, quod eſt parui momenti: dico autem rem parui momenti, quia ſæpe non ſentiunt homines magnam inſtitutorum reipub. mutationem fieri, cùm in re parua conniuent & negligentes ſe præbent: quemadmodum Ambraciæ cenſus erat paruus eorum, qui reip. præerãt. ad extremum autem nullius cenſus homines ad magiſtratus prouehebantur: proinde quaſi paruum cenſum habere proximum ſit, aut nihil plane differat ab eo, quod eſt nullum habere. Ad ſeditionem excitandam ualet etiam id, quod non eſt eiuſdem gentis et generis, donec conſenſerit & conſpirarit. Quemadmodum enim non ex qualibet & fortuitò oblata multitudine fit ciuitas, ſic neq; quouis tempore. Quapropter qui inquilinos aut aduenas in ciuitatem receperunt, ij ferè omnes, aut certe plurimi, ſeditionibus conflictati ſunt: exempli cauſa, cum Trœzenij Achæi Sybarim incoluerunt: deinde Achæi numero aucti Trœzenios eiecerũt. unde ſcelus Sybariticum natum eſt. Et Thurij cùm Sybaritæ populos unà ſecum habitantes, & in ciuitatem receptos iniuſte læderent, & maiorem agri, tanquam ſui, partem, ſuperioraq; adeo omnia ſibi aſſumerent, exacti ſunt. Et cum Byzantij aduenas ſibi inſidiari comperiſſent, & manifeſte quaſi in ipſo furto deprehendiſſent, eos prælio commiſſo ſuperatos exterminarunt. Et Antiſſæi Chiorum exſules in ciuitatem receptos, cum eos res nouas moliri ſenſiſſent, ſigno collato eiecerunt. Et Zanclæi, cum Samios in ciuitatem ſuam recepiſſent, ipſi ab eis uicti & expulſi ſunt. Et Apolloniatæ, qui in Ponto Euxino

Euxini, cùm colonos in urbem adduxiſſent, ſeditionibus conflictati ſunt. Et Syracuſani liberati à tyrannis, cùm aduenas & milites, qui ipſis mercede ſeruierant, ciuitate donaſſent, diſcordijs agitati ſunt, & ad pugnam deuenerunt. Et Amphipolitæ, cùm recepiſſent Chalcidenſes colonos, eiecti oppido ſunt ab his magna ipſorum ex parte. Seditionũ autẽ auctores ſunt in paucorũ dominatib. populares, ut iniurioſè tractati, quia nõ cõmunicant æqualib. rebus, cùm æquales ſint: in ſtatib. aũt multitudinis nobiles, quia cõmunicant æqualibus rebus, cũ æquales non ſint. Diſcordãt autem aliquando ciuitates etiam propter locos, quãdo ſedes nõ ſatis accommodata eſt ad unã urbem illic cõdendam: quemadmodũ Clazomenis, qui domicilia habẽt in Chytro aduerſus inſulam incolentes. & Colophonij, & Notienſes. Athenis quoq; non eodẽ modo populares ſunt, ſed magis amant ſtatum eum ciuitatis, qui habitãt Pyræeũ, quã qui Aſtu. Quẽadmodum enim in prælijs interiectiones riuorum, ualde etiam paruorum, diſtrahunt phalangas: ſic omne diſcrimen uidetur gignere diſcidiũ animorum. Maximum igitur fortaſſe diſcidium uirtus ac uitium, deinde diuitiæ & paupertas, & ſic aliud alio magis: quorum unum eſt quoque, quod dictum eſt.

νῳ πόντῳ, ἐποίκους ἐπαγαγόμενοι, ἐστασίασαν. καὶ συῤῥακούσιοι μετὰ τὰ τυραννικά, τοὺς ξένους καὶ τοὺς μισθοφόρους πολίτας ποιησάμενοι, ἐστασίασαν, καὶ εἰς μάχην ἦλθον. καὶ ἀμφιπολῖται δεξάμενοι χαλκιδέων ἀποίκους, ἐξέπεσον ὑπὸ τούτων οἱ πλεῖστοι αὐτῶν. στασιάζουσι δ' ἐν μὲν ταῖς ὀλιγαρχίαις οἱ πολλοί, ὡς ἀδικούμενοι, ὅτι οὐ μετέχουσι τῶν ἴσων, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἴσοι ὄντες· ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις οἱ γνώριμοι, ὅτι μετέχουσι τῶν ἴσων, οὐκ ἴσοι ὄντες. στασιάζουσι δὲ ἐνίοτε αἱ πόλεις καὶ διὰ τοὺς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχῃ ἡ χώρα πρὸς τὸ μίαν εἶναι πόλιν· οἷον ἐν κλαζομεναῖς οἱ ἐπὶ χύτρῳ, πρὸς τοὺς ἐν νήσῳ. καὶ κολοφώνιοι καὶ νοτιεῖς. καὶ ἀθήνησιν οὐχ ὁμοίως εἰσίν, ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικοί, οἱ τὸν πειραιᾶ οἰκοῦντες τῶν τὸ ἄστυ. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς πολέμοις αἱ διαβάσεις τῶν ὀχετῶν, καὶ τῶν πάνυ μικρῶν, διασπῶσι τὰς φάλαγγας· οὕτως ἔοικε πᾶσα διαφορὰ ποιεῖν διάστασιν. μεγίστη μὲν οὖν ἴσως διάστασις ἀρετὴ καὶ μοχθηρία, εἶτα πλοῦτος καὶ πενία, καὶ οὕτω δὴ ἑτέρα ἑτέρας μᾶλλον· ὧν μία καὶ ἡ εἰρημένη ἐστί.

xino habitant, cum aduenas quoſdam inuitaſſent, ſeditionem inter ſe concitarunt. Et Syracuſani poſt tyrannos exactos, peregrinis & mercenarijs militibus ciuibus factis, diſſenſerunt ac diſcordarunt inter ſe, & prælium commiſerunt. Et Amphipolitæ, Chalcidenſium colonis recepto, ab his eiecti ſunt eorum pleriq;. Seditiones autem concitat in oligarchijs quidem plebs & multitudo tanquam iniuriam accipiens, quod æqualium non ſit particeps, cùm ſit æqualis, quemadmodum ante dictum eſt: in democratijs uerò nobiles & clari uiri, quoniam æqualia conſequuntur, æqualibusq; præmijs ornantur, cum æquales non ſint, ſed multo ſuperiores. Seditiones etiam oriuntur interdum in ciuitatibus etiam de locis ac ſedibus, cùm ſolum ad id, ut ſit una ciuitas, non eſt accommodatum natura. ut Clazomenis inter eos, qui Chytrum incolebant, & inſulanos: & Colophone inter Colophonios & Notienſes. Quinetiam Athenis non ſimiliter ſunt omnes populares, ſed magis ſunt ij, qui in Piræo habitant, quàm qui in urbe. Quemadmodum enim in bellis ac prælijs cloacarum & foſſarum uel minimarum tranſitus ordines diſtrahunt ac diuellunt: ſic omnis diſsimilitudo ac diuerſitas, diſsidium ac diſcordiam párere uidetur. At maxima fortaſſe diſſenſio & diſcordia eſt ea, quæ eſt uirtutis cum uitio: proxima diuitiarum & paupertatis: & ita ſcilicet alia, quàm alia, maior diſſenſio eſt: quarum etiam una eſt ea, quæ à nobis dicta eſt.

COMMENTARIVS.

Ex his autem.) Incipit ſingulas has cauſas explicare, initium ducens ab illis, quæ ſæpè obſcuræ ſunt, & in pectoribus ciuiũ abditæ, cùm ita afficiant ipſos, ut indignitatem earum rerum ferre nullo modo poſsint, potiusq; ne ſecum ſtatuant permiſcere omnia, quàm ſpectaculo eſſe inimicis, & pati ut illi remp. diripiant ac necent. Primùm igitur, inquit, contumelia & quæſtus quam uim habeant in animis ferme hominum, apertum eſſe, neq; non quomodo cauſæ ſint ſeditionum. Quando enim, inquit, principes contumelioſi ſunt & auari, diſcordant pugnantque & inter ſe, & cum rebusp. ipſis: quæ ſcilicet illis poteſtatem dederunt, ut ualeant. fieri ipſa, & ludibrio habere cæteros, & ſitim illam pecuniæ extinguere. De cõtumelia, quæ recta eſſe non poteſt, ut uiolat exiſtimationem honorum, tacens: diuidit auaritiam, quam explere ipſis ait, & diripientes bona priuatorum, & remp. expilantes.

Perſpicuum autem eſt.) Pergit reliqua explicare, docetque, quomodo incitentur homines ad ſeditionem. De honore autem primum agit, affirmatque perſpicuum eſſe, quid honor ſit, & quam uim habeat in animis mortalium commouendis, & quomodo denique cauſa ſit ſeditionis: nec tamen non tangit quædam, quæ hoc magis aperiunt. Inquit enim: Etenim ipſi ſine ullo honore ſecernentes, quod genus quoddam ignominiæ eſt, alios autem honoribus refertos uidentes: ſtomachantur, auctoreſque ſeditionum ſunt. Hæc autem quæ pertinent ad honorem & ignominiam, aliquando in ciuitatibus rectè ordineque adminiſtrari, aliquando contrà ſignificat: aperitque, & quando improbè. Iniuſtè namque ea fieri narrat, cum aliqui contra dignitatem omnẽ, aut honore affecti fuerint, aut ignominia: iuſtè autem, cùm ex moribus factisq; ipſorum tractati fuerint. Indignãtur igitur meritò quoq;, cum uident aliquos improbos ſordidoſq; ornari, aut honeſtos probosq; ignominia notari.

Propter præſtantiam.) Aperit, quando ſeditio exiſtit propter exuperantiam ſupeà æquatam: dicitque id uſu uenire, cùm noua aliquis opibus maior fuerit, quàm ciuitas ferre poſsit, & quam tanti uiſque reſp. patiantur: ſiue ille, qui tantopere creuit (ut traditum eſt) unus tantum fuerit, ſiue plures. Opibus enim dixi, non intellexi diuitias: ſed poteſtatem, quæ nixa eſt & cognatorum copia, & amicorum, & clientium, & diuitijs etiam ipſis amplitudineque patrimonij. Indicat autem, non iniuſtè facere, qui reſiſtunt huic nimiæ poteſtati. cùm inde naſcatur plerunque interitus reipublicæ. neque enim præpotentes uiri contenti ſunt ſtatu illo ſuo, paresque magiſtratibus in animum inducunt ſed dominari uolunt, ſtudentque totã remp. ad ſe transferre, & aut tyranni aut reguli eſſe.

Qua de cauſa.) Hoc corollariũ eſt. tradit enim, propter periculum, quod impendet legibus ab his ac libertati, conſueſſe nonnullas ciuitates huiuſcemodi opulentos uiros relegare ad certum ſpatium temporis, quo tanta ipſorum poteſtas frangeretur. Cùm autem hoc remedium (ut in malis) non reprehendat, maluiſſet tamen optimus magiſter obſtrui aditum huic malo prius, ne irreperet in ciuitatem: aut illud ſtatim tenerum adhuc, potius quam conflatum iam, extinguere, illud hoc pacto conati. Vt apparet autem, ſuſpectum habet hoc remediũ, quia incidunt aliquando huiuſcemodi tempora, ut illi eiecti è ciuitate, poſsint ulciſci iniuriam acceptam, & creare periculum ciuitati, quæ ipſos à ſe remouit: ut factum eſſet Athenis, ni Ariſtides, unus eorum ille iuſtus uerè appellatus, non probus uir fuiſſet ac patiens ignominiæ. conſilio enim hoſtes iuuiſſet, ac uiam Xerxi aperuiſſet potiundi ea uictoria. cùm tamen contrà patriæ amor tantum apud eum ualuerit, ut quamuis iniuriam ta-

tem accepiſſet, reip. præſid fuerit in ipſius rebus aduerſis. Hoc igitur timere Ariſtotelem puto, & præterea nõ perturbari eidem arbitror, ut innocens eius ea pœna afficiatur, qua ſæpe biſsimi homines affici ſoliti ſunt. Hoc autem inſtitutũ Argiuorum & Athenienſium potiſsimum fuiſſe commemorat.

Propter metum.) Oſtendit, qui ſint illi, qui propter metum turbant quietum ſtatum reipublicæ. Duo autem contraria inter ſe ciuium genera appellat. Primos ponit, qui remp. magna aliqua in re uiolarũt, quos dicit auctores ſeditionis eſſe: quia metuunt, ne pœnas dant ſuorum ſcelerum. Secundo uero, qui intelligunt inſtare ſibi, uicinumque eſſe graue malum: conari enim hos, dicit, ultro illam iniuriam anticipando, id eſt perdendo illos, à quibus ipſi perdi debebant, niſi feſtinaſſent. Huius rationis meminit M. Cicero in primo de Officijs his uerbis: Sæpè à metu proficiſcuntur, cùm is qui alteri nocere cogitat, timet ne, niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. Idem etiam ſignificauit, cùm in prouincia conſilium dedit Ariobarzani regi, de inſidiatoribus ipſius loquens, ut pœna afficeret, quos opus eſſet: cæteros metu liberaret. Sed Plato quoque in epiſtola ad Dionis neceſſarios & ſodales, narrans Dionyſium, cùm Syracuſis rumor eſſet, ipſum ſe necaſſe, & reliquos ſocios Dionis, ueritum ne illi ob metum callidum aliquod conſilium caperẽt, blandè cunctos appellaſſe. in primis autem ſe ſolatum eſſe, ac bene ſperare iuſsiſſe. Ariſtoteles exemplo confirmat, quod præcipit, uolens, inquit, Rhodi nobiles eo iſſe contra ſtatum multitudinis, reformidantes iudicia, quo paſsim tei ſecerant. Cicero quoque in II. de Officijs tradit, Italicum bellum propter iudiciorum metum extitiſſe.

Propter contemptum.) Docet, quomodo propter contemptum exoritur ſeditio interitusque reip. eliciatur. Qui enim deſpiciunt aliquos, nec putant poſſe rempublicam, cuius principes ſunt, regere ac tueri: ſolicitantur ipſis, ſtudentque eripere manibus eorum gubernaculum. Id uſu uenire docet in dominationibus paucorum, cùm facta multi fuerint, qui expertes ſunt illius poteſtatis. ſperant enim ſe meliores fortioreſque in contentione cum illis futuros: contemnunt igitur præ ſe illos, omnino freti ac uiribus ſuis. Idem etiam malum impendere affirmat eadem de cauſa reip. multitudinis: locupletes enim illic, deſpicientes confuſionem omnium rerum & licentiam, turbant rempublicam, & deponunt eorum facta libertati. Hoc quod nunc tradit Ariſtoteles, parere exitium reipublicæ, in qua regnat multitudo: animum quoque addidit Pyrrho regi ad inuadendam Siciliam. cognorat enim illic poſt obitum Agathoclis tyranni omnia plena ſeditionum eſſe, & nullum certum ſolidumque imperium eius telluris, ſed cuncta in manu eſſe oratorum eſſentantium multitudini: quare ſperauit ſe non magno negotio potiri poſſe illa inſula, reſertæ maximis bonis. Hoc commemorauit Plutarchus in uita, quam ſcripſit, eius regis, cum aſtutum illum ſermonem, quem Cineas Theſſalus cum eo habuit, referret: in quo etiam uſus eſt grauis ſcriptor eodem uerbo, quo hic noſter doctor, appellauitque ἀναρχίαν oſtendens, in illis rebuſp. nullam auctoritatẽ habere magiſtratus, ſed cuncta temerè geri, & prauis conſilijs demagogorum adminiſtrari.

Et Thebis.) Idem etiam contigiſſe narrat Thebis, poſtquam pugnatum fuit in Oenophytis. Cùm enim malè remp. adminiſtrare cœpiſſent, ereptum fuit imperium è manibus ipſorum, diſſolutusque ſtatus illic multitudinis. Meminit huius pugnæ Plato in epitaphio, cùm fortia & honeſta facta ſuorum ciuium celebraret. poſt Xerxen enim uictum, Athenienſes Thebanos aulea armis cedocere conati fuere, contrà ſtantibus Lacedæmonijs, qui miſerãt auxilia Thebanis. pugnatum igitur fuit inter hos ancipiti Marte. Lacedæmonij tamen poſt prælium illud, relictis Thebanis, domum reuerſi ſunt, poſtea Athenienſes iterum cum Thebanis pugnantes in Oenophytis, quibus ſuperatis, quod ſtuduerant præſtiterunt. Inde factum eſt, ut reductis exulibus, uetus reſp. Thebanorum extincta ſit. Meminit huius quoque prælij ac loci Thucydides in I. libro: ſed etiam in IIII. in Oratione, qua Hippocrates dux Athenienſium hortatus eſt ſuos milites, ut pugnaturi cum Thebanis, reſponderent dignitati patriæ & gloriæ maiorum ſuorum, qui uicerunt ipſos in Oenophytis, duce Myronide, totamque Bœotiam ſuæ ditionis fecerunt.

Et Megarenſium.) Ponit aliud exemplum interitus eiuſdem ſtatus. Megaris enim quoq; tradit ſublatam fuiſſe rempublicã, quam regebat multitudo. quia facti uicti ſunt ab aduerſarijs populares, propter eadem, quæ ſuprà appellauit uitia illorum hominum: id eſt, quia incondita erat turba in ea ciuitate, & nullis legibus coercita inimici igitur ipſius animus auctus eſt ad eam opprimendam, & uires etiam non defuerunt. Idem etiam commemorat Syracuſis contigiſſe, antequam Gelon illis regnaret. Hic autem eſt Gelon ille, in quem mortuum Dionyſius peſtes factus eſſe uoluit. cùm enim conſilia hominis & facta deſideraret, uocauit eum pro γέλωνα, immutatione unius literæ (quæ bella eſt cauſa iocandi) γέλωτα Siciliæ: in quo tamen Dion, qui præſens aderat, liberè eum caſtigauit. narrat autem hoc Plutarchus in eius uita, cùm oſtenderet ſæuiſsimum tyrannum tuliſſe præter eius conſuetudinem, ferre liberũ ingenium Dionis. Eadem de cauſa adiungit, Rhodi populi ſtatũ diſſolutũ fuiſſe.

Fiunt autem.) Oſtendit mutari quoque reſpublicas propter incrementum partis alicuius, quæ ſola ſine modo creuerit, cùm cæteræ partes auctæ minimè ſint. Nam ſi cunctæ ſimul creuiſſent, nihil incommodi natum foret, nec quicquam illic contra iuſtam menſuram factum. Simili autem utitur ad hoc illuſtrandum, idemque in hac cauſa uenire docet, quæ ſine corpore eſt atque inanimis, quod in corporibus animantium. Ipſa namque ex partibus conſtructa ſunt, debentq; creſcere proportione ſeruata, ut maneat conuenientia membrorum. iuſtaque eorundem menſura cuſtodiatur: ſin, interit animal illud. Vitium autem quod intelligit, aperire uolens, prodigijque ſimile illud eſſe, monſtrare, inquit: Ceu ſi pes ſit quatuor cubitorum. reliquum uerò corpus duorum palmorum tantum. Sed magis adhuc ponens ante oculos ingentem mutationem ita factam in corporibus animantium, corrumpique penitus naturam illorum, inquit: Aliquando etiam cõtingere, ut funditus ipſius forma corrumpatur, cùm ſcilicet animal non ſolùm quantitate ipſa, uerum etiam qualitate maius fit: atque id præter proportionem, ut dictum eſt. Explicato autem hoc pacto ſimili, ad redditionem tandem uenit: Eodem pacto ciuitas iuncta eſt è partibus, quarum partium aliqua ſæpè creſcit imprudentibus nobis. fallit enim nos id malum, cùm paulatim fiet. Studio rem declarandi exemplum præterea addidit, atque inquit: Cùm numerus pauperum in ſtatibus multitudinis, & illis qui communi nomine omnium rerump. reſpublicæ uocantur: in quibus etiam multitudo non parum ualet: nec tamen tantam poteſtatem nacta eſt, quantam in republica, cui ipſa nomen dedit.

Vſu uenit autem.) Quod contingit ijs de cauſis, quas expoſuit, idem etiam uſu uenire teſtatur propter caſus aliquos atq; incommoda accepta in bello, ut reſpublica ſcilicet immutetur, quod probat multis & claris exemplis: quæ tamen exempla, cùm eas illæ magis erant notæ, maiorem lucem afferebant. interpretabor tamen ipſa, ut potero. Primum eorum ſit, quod commemorat, Tarenti, accepta magna plaga ab hoſtibus. cùm multi nobiles perijſſent, mutatam eſſe formam ciuitatis, & è rep. uocata, factum eſſe ſtatum multitudinis. populus enim occaſionem eam nactus, imperium ad ſe tranſtulit. indicat etiam, qui ſtragem eam attulerint Tarentinis: Iapygaſque eos fuiſſe tradit, qui & ipſi uicina gens Tarentinis forent, & magnam appellatam olim Græciam incolerent. Sed tempus etiam monſtrat, quo ſuperati bello ſint Tarentini: non multo enim poſt quàm Medi irruperunt in Græciam, duce Xerxe, id factum fuiſſe narrat. Fuiſſe tempus, quo Iapyges Crotonem, fortunatam urbem incolerent, ueteres hiſtoricæ memoriæ prodiderunt. Virgilium quoque ipſorum meminiſſe, notum eſt.

Et Argis.) Alterum exemplum hoc eſt mutationis reipublicæ propter incommodum magnum acceptũ in bello. Cùm enim Argis, qui remp. regebant, occidione occiſi fuiſſent à Cleomene rege Spartiatarum, coacti ſunt Argiui, ualde imminuto numero ciuium, donare ciuitate non paucos ſuos agricolas, quo facto tota alia facta eſt reſp. ipſorum. Non eſt autem hic Cleomenes ille, cuius ſuprà mentionem feci: regnauit enim Lacedæmone ante eum Cleomenes alter, quẽ puto hic intelligi ab auctore, Cleombroti filius, ut narrat Plutarchus in Agidis uita. regnauit autem poſt Ageſipolin alterum ipſius fratrem. hi duo namque è Cleombroto nati ſunt. Vixit autem, cuius res geſtæ magis notæ eodem tempore, quo Aratus Sicyonius (etſi multo iunior) & Philopœmen prætor Achæorum. Horum autem Philopœmen, cùm eam Romani in Græcia bellum gererent, non ob id cunctus laudia & dimicatis eorum. ſed in II. etiam horum librorũ hoc tetigi. Eſt autem obſcurum, quid hic ualeat illud auctoris, τῶν ἐν τῇ ἑβδόμῃ. à diuerſis ſanè interpretibus longè aliter acceptum eſt, cùm quidam ipſorum putarint tempus oſtendere, & ipſum infauſtum: alij uerò locum ego facile crederem, ordinem quendam certum in ea rep. ſignificare. Nam de notione illius uocis, ſi integra eſt, dubitari nõ poteſt: planum enim eſt, ſeptimam ſignificare. Quòd ſi mendi aliquid illic ſubeſt, ueterem hanc maculam extitiſſe apparet: quia antiqua tralatio lectionem hanc exprimit.

Et Athenis.) Tertium exemplum hoc eſt eiuſdem mali, cùm plaga accepta in bello, cauſa eſt mutationis reipublicæ.

Commemorat igitur, Athenis quoque, cùm copiæ ipſorum pedeſtres malè pugnaſſent, nobiles pauciores factos, quòd cecidiſſent ordinis ipſorum multi, amiſiſſe rempublicam. In illo enim bello, quod tunc gerebant cum Lacedæmonijs, duro admodum ac periculoſo, morem fuiſſe Athenienſium narrat, ut deligerentur milites, quanta ipſi, ut diuites clarique cogebantur aſcripti in album: quod factum non eſſet, ſi uoluntarij in militiam profecti fuiſſent.

Vſuueniunt autem.) Cùm exempla poſuiſſet reip. uocatæ ſiue dominationis paucorum, quæ tranſierint in ſtatum multitudinis: nunc contrà tradit, uerti aliquando etiam caſu aliquo, ſed diſpari tamen, ſtatum multitudinis in dominatum paucorum, ſiue in unius principatum: quod tamen rarius & infrequentius uſuuenire ceſetur. Huius à fortuna inuectæ mutationis ortum modumque ponit, cùm contigerit plures egenos fieri, uel patrimonia ualde augeri. tunc enim migrent in dominationes paucorum, & ſummas poteſtates in ciuitate ſingulorum hominũ. Duobus igitur modis contrarijs inter ſe hoc aliquando contingere ſignificat: quorum prior eſt, cùm magni numeri ciuium ualde imminutæ fortunæ ſunt, multique egeni è pauperibus facti: tunc enim pauci in ciuitate reſtant locupletes. quare dominari uolunt, ſtatumque in ciuitatem inducunt, rationibus ſuis accommodatum. Poſterior eſt, cùm magnopere creuerint patrimonia: non omnium tamen, ſed quorundam. illi enim, tantopere aucti ſuis fortunis, pati non poſſunt una ſecum remp. adminiſtrare inopes homines, quos penitus deſpiciũt. hic uidetur ſanus eſſe huius loci, ſi legimus ἀπόρων γινομένων. quã ſcripturam perſpicitur ſecuta uetus tralatio, & quam D. Thomas ſectatur. Impulit autem me, ut ueriorem hanc putarem præter antiqui illius interpretis fidem: quia, ſi legeremus εὐπόρων, ut in exemplaribus prius erat, idem prorſus diceret ſequentibus uerbis, quod his, quæ antecedunt: cùm tamen in medio ipſorum poſita ſit particula, quæ diſiungit ac ſeparat. uidetur autem abſurdũ ualde ita loqui. D. ipſius Thomæ uerba hæc ſunt, cuius ſemper auctoritas plurimum meritò apud me ualeat. Cùm enim ſint plures egeni, contingit quòd pauci ditantur & tunc augmentatis diuitijs, trãſmutant populatum in paucorum potentatus. Non ſolet autem facile uſuuenire, ut multi e pauperibus diuites fiant: magnus namque numerus egenorum minore labore tuetur ſtatum reipublicæ, quem amat.

Mutantur autem.) Adiungit nunc mutari etiam reſp. ſine diſſenſionib. publicis armiſque: atq; id pluribus modis, quos modos exponit. Primus horum eſt, quem uocat ipſe propter ἐριθείαν: cuius uocis ratio non eſt penitus obſcura, potius non ſatis apertum eſt. quomodo hoc quod tradit, contingat, cauſaque hæc rei ſit mutationis reipublicæ. ἔριθοι enim uocati ſunt, qui opus faciunt in agro, ἀντὶ μισθοῦ: nec non mulieres, quę telas texunt è lana, qua utuntur. & demũ tenues minutique artifices. uariæ enim notiones huius nominis afferuntur à ueteribus Grammaticis: nec defuerunt etiam, qui à contentionibus, quæ Græcis ſunt ἔριδες, omnes hos uocatos putarint. Homerus certè atque Heſiodus feminas humiles, & quæ ſimilem in modum uictum quærunt, ut teſtatus ſum, hoc nomine oſtenderunt. Videtur igitur Ariſtoteles admonere, mutari aliquando ſtatus ciuitatum coitione & conſenſu uoluntatum huiuſcemodi ſordidorũ hominum, qui in creandis magiſtratib. deligant ſui loci atque ordinis ciues, id eſt abiectas perſonas. Quę cauſa fuit, ut illic à ſuffragijs ad ſortem res perduceretur: ita enim contingebat aliquando honeſtos uiros peruenire ad aliquã dignitatem & imperium: contrà atque factum fuiſſet, niſi conſpiratio illa humilium perſonarum aliquo modo naturã huius rei immutaſſet. remedium enim huic malo lege adhibetur, neque neceſſarius eſt tumultus & impetus ad ipſum diſturbandum. Hoc autem pacto mutatum fuiſſe ſtatum ciuitatis narrat in urbe Arcadiæ Heræa. cum enim prius ſuffragijs delectũ, oriretur in creandis magiſtratibus, mala autem conſuetudo illuc inualuiſſet deligendi humiles homines & abiectos: relictis ſuffragijs, ad urnam ſortemque ſe contulerunt, atque ita conſpirationem illam fregerunt.

Et propter incuriam.) Explicat, quid ſit quod dixerat, mutari aliquando ſtatus ciuitatum ob incuriam, & quando principes reipublicæ accuratè ſaluti ipſius non conſulunt: ſed contrà parui ducunt, fieri quædam quæ plurimum obſunt, nec reſiſtunt atque aduerſantur ipſis, ut oportebat. negligentia enim, quæ cauſa eſt huius incommodi, manet in perſona eorum, qui ſedulò prouidere debebant, quæ detrimentoſa ipſi forent, atque eadem fugare: non in illis, quibus imperium datur, ut quidam acceperunt. inquit enim, hunc interitum naſci, quando, qui tenent remp. paſſi fuerint peruenire ad magiſtratus grandiores: & quorum decreta rata ſunt, eos qui non diligunt ſtatum eum ciuitatis. illi autemque poteſtatem nacti diſturbandi ipſum, omnia faciunt, ut ſtatum quem oderunt, euertant. Hoc factum fuiſſe narrat in oppido Eubœæ, uocato Oreo: in quo cùm fuiſſent unum eorum fieri, qui pauci gubernarẽt rempublicam, Heracleodorum quendam, toto animo ab ipſa abhorrentem, ſtudio eius factum eſt, ut ſtatus paucorum uerteretur in remp. uocatam & popularem.

Amplius ex eo.) Oſtendit quomodo mutetur ſtatus aliquis ob culpam eam, quã appellant παρὰ μικρόν: quæ culpa cõmittitur, cùm res ſatis exilis puſillaque initio ita paulatim minuitur, ut ad extremum penè nulla facta, commutet immuteturque ſtatum ciuitatis: ipſe enim aperire uoluit, quid ualeret uox illa. loquit igitur, ſæpe numero fallere nos magnam (quæ fit) migrationem legum, cùm aliquod inſtitutum nouum recipitur, maiorem tempore uim habens, quã primò putatur. Exemplum ipſe ponit huius mali, quod etiam declarat notionem huius conciſæ orationis. Narrat enim, Ambraciæ cenſum ſanè paruum fuiſſe: cùm autem minuere ipſum, demereque inde ſæpè aliquid non dubitarent, ad extremum factum eſt, ut ſine cenſu ullo perueniretur ad magiſtratus, tanquam nihil intereſſet inter paruum & nullum: aut ita uicina ipſa inter ſe forent, ut pro eodem haberi deberẽt. qui error animi cauſa fuit interitus ueteris reipublicæ. Vſus autem eſt hoc modo loquendi auctor in II. libro Naturalis auſcultationis, cùm quæ bona & quæ mala fortuna putaretur, iam oſtendiſſet. addidit enim, διὸ καὶ τὸ παρὰ μικρὸν κακὸν ἢ ἀγαθὸν λαβεῖν μέγα, ἢ εὐτυχεῖν ἢ ἀτυχεῖν ἐστίν, ὅτι ὡς ὑπάρχον λέγει ἡ διάνοια· τὸ γὰρ παρὰ μικρὸν, ὥσπερ οὐδὲν ἀπέχειν δοκεῖ. quibus uerbis ſignificare uoluit, eos qui in eum locum uenerunt, ut parum abfuerit, quin acciperent magnum malum, unde tamen euaſerint, fortunatos eſſe habitos: & cõtrà, qui bonum, quod quaſi è manibus ipſorum euolaſſe, infelices. Cuius rei rationem accuratè reddit, iiſdẽ penè uerbis, quibus hic facit. Docet enim animum ipſorum ſenſumq;, cùm iam propinqua illa forent, ſe putare iam accepiſſe quia, quod parum abeſt, ut adſit, iam adeſſe & teneri uidetur. Græcis interpretibus multum negotij exhibuit hic locus, ut à Simplicij commentarijs apparet: qui tamen ad extremum, quomodo accipi deberet, uidit. locus autem, quem habemus in manibus, ualde ſimilis illi, erudire nos potuit, ſi aliquando in eum incidiſſent.

(Quæ ſeditio non.) Affirmat etiam naſci ſeditiones in ciuitatibus, cùm ipſarum populus è diuerſo genere hominum iunctus fuerit, duæue aut plures gentes communi primùm conſilio eandem ciuitatem inhabitarint: quod malum illic graſſatur uſque quo diuerſus ille ſanguis naturaque coaluerit, temporeque, quaſi una nullaque re diſcrepans, gens facta fuerit. Facile autem controuerſias illic gigni, nec aliquem mirari oportere, cùm id contingit, declarat ſimili: Quemadmodum enim, inquit, ex qualibet multitudine non conflatur ciuitas, requiritq́ue aliquid in ea quaſi materiæ, ex quo ciuitas conſtituitur, ut ipſi ei fabricando idonea ſit: ita etiam non in quolibet tempore. tempus enim quoque menſura iuſta multum ualet, neceſſariáque eſt ad ciuitatem componendam. Reſpondet autem hoc illi, quod ſuprà poſuit, ἐὰν μὴ συμπνεύσῃ: quod uerbum primo ſanè tranſlatum fuit: frequentatum tamen poſtea eſt, mirificeque aptum ad hanc rem oſtendendam. Illo, quod ipſi reſpondet in Latino ſermone, aptè uſus eſt M. Cicero in Ligariana, cùm inquit: Quis eſt, qui horum conſenſum conſpirantem, & penè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna non nouerit?

Quare quicunque.) Confirmat exemplis, quod dixit, atque euentibus odioſis horum malorum conſiliorum, quæ exempla multa ſunt, & ipſius ætate illuſtria erant & clara. Cauſam igitur eſſe inquit, quam nunc docuit, cur omnes ferè omni tempore: qui cùm primùm urbem condiderunt, adiunxerunt ſibi alienigenas, atque ita è duabus gentibus ciuitatem conſtituerunt: ſiue poſtquam ipſi antea urbem ædificaſſent ad augendum numerum ciuium, uiſum paruum, caſúue aliquo imminutum, idẽ fecerunt, ſeditionibus & inteſtinis malis agitati ſunt. Συνοίκους uocauit priores illos, quæ certa notio eſt eius nominis: ἐποίκους autem, poſteriores. Prima duo exempla ſunt eorum, qui initio ſocietatem inter ſe inierunt urbis ædificandæ, communique animo ipſam condiderant. Primum eſt, quod narrat, Achæos unà cum Trœzenijs Sybarim, magnæ uocatæ olim Græciæ oppidum, ædificaſſe. deinde cum auctus eſſet ualde numerus Achæorum, freti illi multitudine ſua, eiecerunt armis Trœzenios. Vnde, inquit, exortum eſt Sybaritis ſcelus uocatum: quia illi affines uiolarant, ſanguineque eorum ſe contaminarant. ἄγος enim Græcis uocare conſuetudo erat hos atroces impioſque caſus, quæ ἄγη etiam publicè expiabant: ut Athenienſes quondam ἄγος κυλώνειον, quod intellexit M. Cicero, cùm inquit: Athenienſes, Cylonio ſcelere expiato, fecerunt Contumeliæ fanũ, & im-

& impudentiæ. Idem etiam uſu ueniſſe commemorat apud Thurios. Cùm enim Sybaritæ contendere armis cœpiſſent cũ illis, quos ſocios ſibi aſciuerant ad urbem eam ædificandam, uicti ſunt ab ipſis, & extrubati ex oppido. origo diſcordiæ tunc fuit, quia Sybaritæ, ſedis illius, agrorumq; prius domini: æquum eſſe cenſebant, ſe in rep. [illegible] honorum præmiorumq; obtinere, quàm quos ſibi ſocios aſciuerant ad nouam urbem condendam. Strabo commemorat, Sybarin conditam fuiſſe ab Achæis, nulla mentione facta Trœzeniorum: quæ opulenta urbs cum deleta fuiſſet a Crotoniatis, magna ex parte, immiſſo in eam flumine, eiectis reliquos ipſorum in patriam urbis [illegible] quoddam tempus manſiſſe qui etiam extincti ſint ab Athenienſibus & alijs Græcis gentibus profectis eõ, ut una cum ipſis urbem ædificarent, ſpret[illegible] ab [illegible], qui [illegible] urbem [illegible] de runt non ualde remoto loco. atque à uicino eiuſdem nominis fonte Thurios appellarunt. Di[illegible] eſt inter hos [illegible] res, quod noſter uult, paucos illos Sybaritas, qui reſtiterant, ſocios fuiſſe eorum, qui aduenerant in noua hac urbe ædificanda: poſtea autem eiectos ex oppido fuiſſe, orta diſſentione inter ipſos. Strabo autem prius eos deletos narrat. Admirabile autem eſt, uideturque repugnare iudicio noſtri doctoris, quod initio urbis Romæ in ea ciuitate factum eſt. Primum enim condiderunt eam uariæ gentes, diuerſeque (ut neceſſe eſt) hominum ingenia. deinde morem habuerunt, [illegible], inſtitutum huc ſeruarunt, non ſolùm recipere, participeſque reip. facere alienigenas, ſed etiam hoſtes, bello ſuperatos, in quorum animis uerisimile eſt reſtitiſſe ueſtigia non parua præteritarum inimicitiarum. nec tamen inter ipſos exortæ ſunt ea de cauſa diſcordiæ, peruentumque eõ unquam, ut ueteres nouos ciues eijcerent, aut noui ueteres illos & germanos exturbarent. Huius antiquæ moris, quẽ dixi, meminit apud Tacitum Claudius imp. in oratione, qua defendit ac copioſe laudauit hoc inſtitutũ, cum ageretur de ſupplendo ſenatu, nobileſque Galliæ comatæ ciuitates ius adipiſcendorum in urbe honorum peterent. Cùm hoc multo prius adnotaſſem, animaduerti poſtea idem in mentem ueniſſe C. Saluſtio: qui affirmat, incredibile memoratu eſſe, homines diſpari genere, diſſimili lingua, alios alio more uiuentes tam facile coaluiſſe.

Et Byzantij.) Hæc exempla ſunt ciuitatum, quæ receperint, ad ſupplendum numerum ciuium extinctorum, peregrinos & quaſi nouum populum. Sunt autem illa ſex. Primum eſt Byzantiorum, quib. ueteribus Byzantijs cum inſidiarentur noui facti Byzantij, cognitis illorum inſidijs, ueteres ipſos armis expulerunt. Eodem pacto Antiſſæi cum Chiorum exules ciuitate donaſſent, recepiſſentque in urbem, commiſſo poſtea cum ipſis prælio, eos eiecerunt. Zanclæos addit, cum Samios & ipſi recepiſſent, ab illis poſtea uictos expulſosq; fuiſſe. Tam puto ſignificare auctorem arbitror, cum Athenienſes [illegible] eos bello uictos, agris multarunt, ex inſulaque, miſſis eo ſuis colonis, exire coegerunt.

Et Apolloniatæ.) Hoc quartum exemplum eſt ſeditionum, natarum in republica, inter ueteres ciues & nouos, è peregrinis factos. Narrat enim, Apolloniatas, Euxini ponti (plures namque erant huius nominis urbes quæ cum dicatæ eſſent Apollini, ab illo deo uocabantur.) hos igitur commemorat, cùm ſibi colonos nouos [illegible] ciuiſſent, certaſſe cum illis poſtea cœpiſſe. Sequitur exemplum Syracuſanorum, qui (ex tyrannis exactis qui multi in ea [illegible] regnarant) cum aduenas & mercenarios milites ciuitate donaſſent, cum illis poſtea contenderunt, & armis etiam pugnarunt. Extremum exemplum ponit Amphipolitarum, qui & ipſi, cum Chalcidenſes, domo pulſos, recepiſſent, ab ipſis magna ex parte poſtea ſuperati expulſique ſunt. Dantes quoque noſter, cum uidiſſet, ac [illegible] ſuo magno malo expertus eſſet, hoc malo fuiſſe olim noſtræ ciuitati, quæ & ipſa in hoc uitium lapſa fuerat, ac mul[illegible] nouos [illegible] ordinis ſuorum uob [illegible] ciuium peruenire facile paſſa erat: ex[illegible] clamat ſemper, mixtio [illegible] tuiſſe diſcordiarum interitusque ciuitatum. quod etiam ſimul ualde apta ad rem illuſtrandam comprobauit.

Seditionum autem) Cum magnæ ſeditiones oriantur & in dominatib. paucorum, & in ſtatib. mul[illegible] qui [illegible] auctores diſcordiarum in utraque republica, paucis oſtendit. hoc enim antea aliquo modo declar[illegible] rat. [illegible] gitur: In ſtatu paucorum, ſeditiones oriri e plebe, uſque [illegible] omnibus qui experteſ ſunt illius [illegible] enim ſe accipere iniuriam, cum parib. hominibus in republica, premijs, que non fruantur, quib. fruuntur illi, qui [illegible] pares æqualeſq; arbitrantur. Eodem pacto in ſtatibus multitudinis nobilitatiq; principes ſeditionum ſunt, quia ijſdem honorib. fruuntur: & non amplioribus quàm reliqui, cum diſpares illis inæqualeſque ſint, & ſane iuſtam ambo cauſam haberent inter ſe concertandi, ſi norma, qua utuntur in ſe metiendis, boniſq, ſuis æſtimandis uera foret.

D[illegible] dant autem. Aperit alium fontem diſcordiarum, oſtenditque, cauſam eſſe aliquando huius ingentis mali ſitum ipſum, diſpoſituramque loci, quæ aliquo modo facta ſit ad diſſenſiones pariendas, cum & ipſa diſiuncta, & tanquam diſſecta ſit. Non prodit igitur hæc peſtis a uitio ipſorum primùm, erroreque aliquo animi, ut in [illegible] periore cauſa: ſed quaſi cauſam ipſis præbet diſcordandi ſedes ipſa, in qua condita eſt ciuitas. Qui igitur conduunt ciuitatem, hoc etiam initio prouidere deberent, ut cum una illa eſſe debeat, omnia declinarent, quæ apta ſunt ad eam di[illegible] de[illegible] parua enim [illegible] ſtimina ſæ[illegible] cauſa [illegible] magnarum rerum, mortaleſque [illegible] ſuminatur ad contendendum inter ſe. Ponit uerò exempla multa ſeditionum, quæ exortæ ſunt ab ho[illegible] [illegible] principi[illegible] primum eſt, quod narquit, partem quandam Clazomeniorum, illosque qui incolerent e[illegible] urbis locum, Chytrum uocatum, concertaſſe cum illis, qui domicilia haberent in [illegible] inſula, parte altera urbis eius. Eodem pacto adiungit Colophonios ſolitos diſſentire animis atque armis [illegible] à N[illegible] qui [illegible] eiſdem [illegible] bis ciues erant: uocati (ut opinor [illegible] a, quia ad Auſtrum uergentia domicilia habebant. Diſt[illegible] autem hi erant ab illis flumine, qui ponte tranſibatur. eoſdem tamen magiſtratus habebant. Quod uales etiam ad hoc declarandum oſtendenduoque, uariare animos conſiliaque hominum uarietatem locorum. narrat Athenis magis populares fuiſſe illos, qui Piræeum portum incolerent, quàm qui Athenarum partem quæ Aſty, quaſi ipſa uera urbs foret, appellabatur.

Quemadmodum enim) Vt lucem adferat ei, quod præcipit (uideri enim poterat aliquib. parum uerisimile) tantam uim habere ad animos hominum diſſociandos paruam loci uarietatem. utitur ſimili, ſumpto à re militari, in qua itidem puſilla res cauſa eſt magni ſæpe incommodi, & unde naſcatur clades totius exercitus. inquit igitur, in bello foſſas aliquas, aquarumque riuos interiectos, exilem etiam rumpere diſtrahereque phalangem. poſt quam ſententiam quaſi exclamat, di[illegible] ns: Adeò uidetur omnis differentia, minuta quoque, mulieris [illegible] diuiſionem parit quẽ res antea firmiter iunctas, & compactas inter ſe. Quod tradit hic auctor de phalange Macedonum. quæ acies cum firma [illegible] queta foret, et cum locum ſibi accommodatum nacta eſſet, non uidaretur poſſe ullo pacto labefactari: eademque in alieno loco coacta pugnare, & ubi campos non ſit nactus, & minimè interruptus amne, foſſaue, aut aggere quopiam, omniſque demum huiuſcemodi re, quæ ualeat diiungere arctum illum ordinem, ſtatim, non magno negotio diſſipatur: proditum eſt diligenter memoriæ à Polybio, poſtquam narrauit prælium, quo Romani, ſocijs Aetolis, uicerunt Philippum regem: atque id, ut doceret non fuiſſe tam admirabile, ut Græci tunc putabant, phalangas Macedonum in pugna ſuperatas fuiſſe à legionibus Romanis.

Maximum igitur.) Cùm affirmaſſet omne diſcrimen, puſillum etiam, parere in illis rebus, quas diximus, quaſi diſtantiam quãdam et diſſimilitudinem: ut doceat has res, quas dixit, etſi cunctæ uariant ac diſtinguunt, non tamen eodem pacto gignere differentiam (uoluit enim oſtendere, inueniri in ipſis gradus qui[illegible] am huius mali, quod erat[illegible]) addit nunc. Si quis diligenter quærat, cognituram eſſe maximam diſtantiam interualliumque eſſe uirtutem ac uitium, id eſt nullas ceſſere res, quæ adeò mutent animos hominum, diſcrepareque inter ſe faciant, ut hæ duæ res faciunt: poſt quas appellat, quæ propius accedunt ad hoc, diuitias ac paupertatem. concluditque ſtatim eodem pacto, uerè dici poſſe de alijs cauſis atque initijs diſcordiarum quatuor enarſatim unam eſſe inquit, quæ modò dicta eſt, id eſt ſedem ac locum, in quo urbs primo condita fuit.

a [illegible] al. [illegible], mendaſe.

CAPVT IV.

Fiunt igitur ſeditiones non de paruis, ſed a paruis: diſſident autem de magnis rebus. Maximè autem paruæ quoq;

ΓΙΓΝΟΝΤΑΙ μὲν οὖν αἱ ϛάσεις οὐ περὶ μικρῶν, ἀλλ᾽ ἐκ μικρῶν· ϛασιάζουσι δὲ περὶ μεγάλων. μάλιϛα δὲ καὶ

Oriuntur igitur ſeditione non de paruis rebus [illegible] ed ex paruis: diſſident enim, & ſe[illegible] ex[illegible] citant homines de rebus ingentis. maxime tamen

quoque uires adipiſcũtur, cùm inter principes ciuitatis ortæ fuerint: ueluti contigit Syracuſis priſcis tẽporibus. Status enim ciuitatis mutatus eſt duobus adoleſcentibus, qui in magiſtratibus erant, inter ſe contendentibus ex amatoria cauſa. Cùm enim eorum alter peregrinaretur, ſodalis ipſius quidã amores ac delitias eius ſibi cõciliauit: rurſus autẽ ille iratus ei factus, uxorem ipſius domũ ad ſe uenire impulit. unde cunctos, qui remp. regebant, diremerunt. Quapropter incipientibus ijs diſcordijs, cauere malum oportet, & componere diſcordias principum, & eorum qui poteſtatem habent in ciuitate. In principio enim naſcitur erratum: principium autem dimidiũ eſſe totius. Quapropter peccatum, quod in ipſo paruũ eſt, proportione reſpondet ad ea quæ ſunt in alijs partibus. Demum diſcordię nobilium alliciunt ad ſa oniuerſam ciuitatem: ueluti contigit Heſtiææ poſt bellum Medorũ, duobus fratribus, litigantibus inter ſe de partitione paternorum bonorum. Qui enim exiliorem habebat rem, tanquam alter non patefaceret bona relicta: neque theſaurũ inuentum à patre, ſibi admouerat populares: alter autem, cuius patrimonium erat grande, diuites. Et Delphis, cũ orta eſſet cõtrouerſia è nuptijs, origo fuit omniũ ſeditionum, quæ poſtea illic natæ ſunt. Cũ enim ſponſus ominatus eſſet quendam grauem caſum, poſtquam uenit ad uirginem, non accepta illa, abijt: hi uerò, quaſi contumelia notati, dum immolaret, ipſi in loculos pecuniam ſacram iniecerunt: poſtea, tanquam ſacrilegum occiderunt. Et prope Mitylenen è uirginibus paternorum bonorum hæredibus, orta ſeditione, principium id fuit multorum malorum: & belli, quod geſtum eſt aduerſus Athenienſes, quo in bello Paches urbem eorum cepit. Cùm enim Timophanes, unus è diuitibus, duas filias reliquiſſet: Doxauder reiectus, & non liberis ſuis ipſis impetratis, caput fuit ſeditionis: Athenienſesque exacuit, publicus hoſpes exiſtens ciuitatis. Et apud Phocenſes ex orba uirgine orta ſeditio eſt inter Mnaſean Mnaſonis patrem, & Euthyeraten Onomarchi; ſeditio hæc

αἱ μικραὶ ἰσχύουσιν, ὅταν ἐν τοῖς κυρίοις γένωνται· οἷον συνέβη καὶ ἐν Συρακούσαις ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις. μετέβαλε γὰρ ἡ πολιτεία ἐκ δυοῖν νεανίσκων στασιασάντων, ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων, περὶ ἐρωτικὴν αἰτίαν. θατέρου γὰρ ἀποδημοῦντος, ἑταῖρος ὤν τις, τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ ὑπεποιήσατο. πάλιν δ' ἐκεῖνος τούτῳ χαλεπήνας, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀνέπεισεν, ὡς αὐτὸν ἐλθεῖν. ὅθεν προσλαμβάνοντες τοὺς ἐν τῷ πολιτεύματι, διεστασίασαν πάντας. διόπερ ἀρχομένων εὐλαβεῖσθαι δεῖ τῶν τοιούτων, καὶ διαλύειν τὰς τῶν ἡγεμόνων καὶ δυναμένων στάσεις. ἐν ἀρχῇ γὰρ γίγνεται τὸ ἁμάρτημα. ἡ δ' ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός. ὥστε καὶ τὸ ἐν αὐτῇ μικρὸν ἁμάρτημα, ἀνάλογόν ἐστι πρὸς τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσιν. ὅλως δὲ αἱ τῶν γνωρίμων στάσεις συναπολαύειν ποιοῦσι καὶ τὴν ὅλην πόλιν· οἷον ἐν ἑστιαίᾳ συνέβη μετὰ τὰ μηδικά, δύο ἀδελφῶν περὶ τῆς τῶν πατρῴων νομῆς διενεχθέντων. ὁ μὲν γὰρ ἀπορώτερος, ὡς οὐκ ἀποφαίνοντος θατέρου τὴν οὐσίαν, οὐδὲ τὸν θησαυρόν, ὃν εὗρεν ὁ πατήρ, προσηγάγετο τοὺς δημοτικούς· ὁ δ' ἕτερος ἔχων οὐσίαν πολλήν, τοὺς εὐπόρους. καὶ ἐν δελφοῖς ἐκ κηδείας γενομένης διαφορᾶς, ἀρχὴ πασῶν ἐγένετο τῶν στάσεων τῶν ὕστερον. ὁ μὲν γάρ, οἰωνισάμενός τι σύμπτωμα, ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὴν νύμφην, οὐ λαβὼν ἀπῆλθεν· οἱ δ' ὡς ὑβρισθέντες, ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων θύοντος, κἄπειτα ὡς ἱερόσυλον ἀπέκτειναν. καὶ περὶ μιτυλήνην δὲ ἐξ ἐπικλήρων στάσεως γενομένης, πολλῶν ἐγένετο ἀρχὴ κακῶν, καὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀθηναίους, ἐν ᾧ πάχης ἔλαβε τὴν πόλιν αὐτῶν. τιμοφάνους γὰρ τῶν εὐπόρων τινός, καταλιπόντος δύο θυγατέρας, ὁ περιωσθεὶς καὶ οὐ λαβὼν τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ, δέξανδρος ἦρξε τῆς στάσεως· καὶ τοὺς ἀθηναίους παρώξυνε, πρόξενος ὢν τῆς πόλεως. καὶ ἐν φωκεῦσιν ἐξ ἐπικλήρου στάσεως γενομένης περὶ μνασέαν τὸν μνήσωνος πατέρα, καὶ εὐθυκράτη τὸν ὀνομάρχου· ἡ στάσις αὕτη ἀρχὴ τοῦ

men acres & ualidæ ſunt etiam paruæ, cùm in ijs, in quorum moderatione reſpub. uertitur, exſiſtũt: cuiuſmodi res olim accidit & Syracuſis. Mutata enim eſt reipub. adminiſtrandæ forma ex duobus iuuenibus magiſtratus gerentibus, cùm inter eos de re amatoria diſſenſio orta eſſet. Altero enim abſente, quidam eius ſodalis puerum, eius delicias, ad ſe pellexit. Ille autem reuerſus huic iratus, contrà eius uxorem induxit, ut ad ſe ueniret. ex quo adiunctis ſibi qui in repub. uerſabantur, omnes ciues ad ſeditionem perpulerunt. Quapropter talibus offenſionibus naſcentibus adhibenda cautio eſt: & ducum ac potentium diſcordiæ componendæ ac dirimendæ ſunt. nam in principio peccatum conſiſtit. At principium dimidium totius eſſe dicitur. Itaq; & quod peccatum in eo commiſſum, paruum & leue eſt, ijs peccatis, quæ in alijs partibus admittuntur, proportione reſpondet. Omnino autem nobilium & clarorum uirorum ſeditiones totam ciuitatem contagionibus malorum contaminatã in eandem fraudem trahũt: quale illud eſt, quod Heſtiææ accidit poſt bellum Perſarum, nato inter duos fratres de bonorum paternorum diuiſione diſſidio. Nam is, cuius res familiaris erat anguſtior, cum alter eã à patre relictam non exhiberet, neq; theſaurum, quem pater inuenerat, proferret: populares aduocauit, ſibiq; adiunxit. alter erat familiaris copijs abundans, locupletes. Et Delphis orta ex affinitate diſſenſio, fons & principium omnium quæ poſterius coorta ſunt, ſeditionum fuit. Quidã enim captato augurio & conſultis auſpicijs, neſcio quid ſiniſtri ſibi portendi auguratus: ut ad ſponſam uenit, ea repudiata diſceſſit. At puellæ propinqui tanquam contumelioſè tractati atque accepti, interea dum ille ſacrificaret, res quaſdam ſacras in eum locum, ubi ſacrificabat, occultè coniecerunt: deinde eum, ut ſacrilegum, necauerunt. Et Mitylenis nata ex puellis orbis, & patrum locupletium hæredibus ſeditio, multorum malorũ & belli cum Athenienſibus ſuſcepti, in quo Paches Athenienſium imperator urbem eorum cepit, principiũ atq; origo fuit. Nam cum Timophanes quidam, unus ex locupletibus, duas filias ſuperſtites reliquiſſet, Doxanderq;, qui eas filijs ſuis uxores popoſciſſet, repulſam tuliſſet, ſpretusq; ac reiectus fuiſſet, ſeditionis auctor ac princeps fuit: & Athenienſes ea re offenſos atq; irritatos ad bellum impulit. Et cùm apud Phocenſes ex puella patri diuiti ſuperſtite inter Mnaſeam Mneſonis patrem, & Euthyeratem Onomarchi filium ſeditio coorta eſſet: hæc ſeditio bel-

hæc origo fuit Phocenſib. ſacri belli. Mutata aũt eſt & Epidamni reſpub. è nuptialibus cauſis. Cùm.n. quidã filiã deſpondiſſet, poſtquã multauit ipſum pater eius, cui deſponſa erat, magiſtratũ gerẽs: alter ſecũ aſſumpſit expertes reip. tanquã deſpectus. Mutantur aũt & in paucorũ dominatũ, & in popularẽ ſtatũ, & in rempub. ex eo quòd laudẽ magnã conſequutus eſt: uel amplificatus magiſtratus, ſiue pars ciuitatis: ueluti Ariopagi cõſiliũ gloriam adeptum bello Medorũ, exiſtimatum eſt reddidiſſe remp. cõtentiorem. Et contrà naualis turba, cũ cauſa fuiſſet uictoriæ apud Salaminem: atq; ob hanc, imperij in claſſe propter uires maritimas, popularem ſtatum reddidit robuſtiorẽ. Et Argis nobiles laudẽ adepti in prælio apud Mantineam, quod factum eſt contra Lacedæmonios, aggreſsi ſunt diſſoluere popularem ſtatum. Et Syracuſis plebs, cùm cauſa extitiſſet uictoriæ belli, quod geſtum eſt contra Athenienſes, remp. in popularem ſtatum mutauit. Et Chalcide plebs, Phoxo tyrãno necato unà cum claris ciuibus, extemplò arripuit rempublicam. Et Ambraciæ rurſus eodem modo, cùm Periandrum tyrannum exegiſſet unà cum ijs, qui in eum conſpirarant, populus, in ſe rempub. conuertit. Demumq; oportet hoc nos minimè fallere, cũctos q publicæ poteſtatis cauſa extitêre, & priuati homines, & magiſtratus, & tribus, & omnino pars ciuitatis, & q̃libet multitudo, ſeditionẽ mouere. Vel.n. q his inuidẽt, honorẽ cõſecutis, auctores ſunt ſeditionis: uel hi, qa dignitate p̄ſtãt cęteris, nolũt manere in æquali gradu cũ ipſis. Mouẽtur aũt reſp. & cũ quæ uidẽtur cõtrariæ partes ciuitatis eſſe, pares fuerint inter ſe, ueluti diuites & plebei: media aũt pars uel parua, uel penitùs nulla. Si nãq; multũ pręſtiterit utralibet pars, ut ſit apertè firmior, reliqua recuſat periculo ſe obijcere. Quapropter q uirtute antecellunt, non ſunt auctores ſeditionũ, ut ita loquar. pauci.n. ſunt aduerſ9 multos. In uniuerſum igitur in oĩb. rebuſp. principia cauſæq; ſeditionũ & mutationũ ſe hñt hoc modo. Mouẽt autem

χὴ τοῦ ἱεροῦ πολέμου κατέστη τοῖς Φωκεῦσι. μετέβαλε δὲ καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ ἡ πολιτεία ἐκ γαμικῶν. ὑπομνηστευσάμενος γάρ τις θυγατέρα, ὡς ἐζημίωσεν αὐτὸν ὁ τοῦ ὑπομνηστευθέντος πατὴρ, γενόμενος τῶν ἀρχόντων, ἅτερος συμπαρέλαβε τοὺς ἐκτὸς τῆς πολιτείας, ὡς ἐπηρεασθείς. μεταβάλλουσι δὲ καὶ εἰς ὀλιγαρχίαν, καὶ εἰς δῆμον, καὶ εἰς πολιτείαν, ἐκ τοῦ εὐδοκιμῆσαί τι, ἢ αὐξηθῆναι· ἢ ἀρχεῖον, ἢ μόριον τῆς πόλεως· οἷον, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ εὐδοκιμήσασα ἐν τοῖς Μηδικοῖς, ἔδοξε συντονωτέραν ποιῆσαι τὴν πολιτείαν. καὶ πάλιν ὁ ναυτικὸς ὄχλος, γενόμενος αἴτιος τῆς περὶ Σαλαμῖνα νίκης· καὶ διὰ ταύτης τῆς ἡγεμονίας, διὰ τὴν κατὰ θάλατταν δύναμιν, τὴν δημοκρατίαν ἰσχυροτέραν ἐποίησε. καὶ ἐν Ἄργει οἱ γνώριμοι εὐδοκιμήσαντες, περὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους, ἐπεχείρησαν καταλύειν τὸν δῆμον. καὶ ἐν Συρακούσαις ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος τῆς νίκης τοῦ πολέμου, τοῦ πρὸς Ἀθηναίους, ἐκ πολιτείας εἰς δημοκρατίαν μετέβαλε. καὶ ἐν Χαλκίδι Φόξον τὸν τύραννον μετὰ τῶν γνωρίμων ὁ δῆμος ἀνελὼν, εὐθὺς ἀντείχετο τῆς πολιτείας. καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ πάλιν ὡσαύτως Περίανδρον συνεκβαλὼν τοῖς ἐπιθεμένοις ὁ δῆμος τὸν τύραννον, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν. καὶ ὅλως δὴ δεῖ τοῦτο μὴ λανθάνειν, ὡς οἱ δυνάμεως αἴτιοι γενόμενοι, καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀρχαὶ, καὶ φυλαὶ, καὶ ὅλως μέρος καὶ ὁποιονοῦν πλῆθος, στάσιν κινοῦσιν. ἢ γὰρ οἱ τούτοις φθονοῦντες τιμωμένοις ἄρχουσι τῆς στάσεως· ἢ οὗτοι διὰ τὴν ὑπεροχὴν, οὐ θέλουσι μένειν ἐπὶ τῶν ἴσων. κινοῦνται δ' αἱ πολιτεῖαι, καὶ ὅταν τἀναντία εἶναι δοκοῦντα μέρη τῆς πόλεως, ἰσάζῃ ἀλλήλοις, οἷον οἱ πλούσιοι καὶ ὁ δῆμος· μέσον δ' ᾖ μικρὸν, ἢ μηθὲν πάμπαν. ἂν γὰρ πολὺ ὑπερέχῃ ὁποτερονοῦν τῶν μερῶν πρὸς τὸ φανερῶς κρεῖττον, τὸ λοιπὸν οὐ θέλει κινδυνεύειν. διὸ καὶ οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες οὐ ποιοῦσι στάσιν, ὡς εἰπεῖν· ὀλίγοι γὰρ γίγνονται πρὸς πολλούς. καθόλου μὲν οὖν περὶ πάσας τὰς πολιτείας αἱ ἀρχαὶ καὶ αἰτίαι τῶν στάσεων καὶ τῶν μεταβολῶν, τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον. κινοῦσι

tio belli ſacri Phocēſibus origo fuit. Mutata eſt & Dyrrhachij reipub. adminiſtrandæ forma ex rebus nuptialibus. Cum enim quidam filiam ſuã cuidam deſpondiſſet, & ſpõſi pater iratus, quòd ille conſilium ſuum de filia mutaſſet, magiſtratumq; adeptus, ei multam irrogaſſet: ille alter tanquam iniuria & contumelia affectus, eos adiunxit ſibi, qui reipub. adminiſtratione excluſi erant. Mutatur autem reip. adminiſtrandæ forma etiam in oligarchiam, aut in democratiam, aut in politiã: ex eo quòd uel ij, qui reip. præſunt, uel aliqua pars ciuitatis præclaram exiſtimationem et gloriam facto aliquo laudabili pepererit, aut aucta ſit: quo modo ſenatus Areopagiticus optima exiſtimatione & fama parta temporibus belli Perſici uiſus eſt reipub. adminiſtrandæ formam acriorem & contentiorem effeciſſe. Et rurſus turba nautica, cum illius ad Salaminem uictoriæ, & ob uictoriam illam, totius Græciæ principatus cauſa fuiſſet: propter hanc maritimam potentiam, democratiam robuſtiorem ac ualidiorem reddidit. Et Argis uiri nobiles atq; illuſtres magna in prælio aduerſus Lacedæmonios ad Mantineam commiſſo parta gloria, conati ſunt democratiam de medio tollere. Et Syracuſis, cùm in populo cauſa uictoriæ belli cum Athenienſibus geſti conſtitiſſet, politia in democratiam mutata eſt. Et Chalcide populus Phoxo tyranno cum illuſtribus & claris uiris ſublato, continuò ſe ad politiam contulit atque applicauit. Et Ambraciæ rurſum eodem modo populus, Periandro tyranno unà cum ijs, qui cum eo iuncti in ciuitatem inuadebant, exacto, ad ſeipſum reipub. adminiſtrationem reuocauit ac redegit. Omnino igitur nemini obſcurum eſſe debet, eos, per quos ciuitatis potentia parta eſt, tum priuatos, tum magiſtratus, tum tribus, partem deniq; & multitudinẽ quamlibet, quantacunq; illa ſit, ſeditionem commouere. Nam aut qui his honorem habitum inuident, ſeditionis initium faciunt: aut hi propter excellentiã æquali ſorte contenti eſſe nolunt. Mutantur etiam reipub. adminiſtrandæ forma, cũ quæ uidentur eſſe inter ſe cõtrariæ partes, exæquantur, ut diuites & multitudo. medium autem aut nihil eſt, aut admodum & prorſus paruum. Nam ſi longè præſtet pars alterutra, cũ parte perſpicue meliore non uult altera cum periculo dimicare. Quapropter etiam qui uirtute præſtant, ſeditionem ferè non faciunt. Tales enim pauci ſiunt, cum multis comparati. Vniuerſe igitur in omnibus republicæ adminiſtrandæ formis, ſeditionum & mutationum principia & cauſæ hoc modo ſe habent. Mouent autem

autem reſpublicas aliquando quidem per uim, aliquando autem per fallaciam. Per uim quidē, uel ilico à principio, uel poſtea neceſsitatem imponētes. eſt enim fallacia duplex: aliquā do enim uſi fallacia primùm, cōcedentib. deceptis mutant rēpublicam. deinde poſterius ijs inuitis per uim retinent: ueluti dominantibus quadringētis populum deceperunt, affirmātes regem pecuniā præbiturū ad bellum, quod cum Lacedæmonijs gerebatur: cumq; mentiti eſſent, rempub. tenere conati ſunt. Aliquādo autem perſuaſis à principio, poſtea iiſdē uolentibus, & ſponte accipientibus dominantur. Simpliciter igitur in omnibus rebuſpublicis, ex ijs quæ dicta ſunt, uſu uenit fieri mutationes.

δὲ τὰς πολιτείας· ὁτὲ μὲν διὰ βίας, ὁτὲ δὲ δι' ἀπάτης. διὰ βίας μὲν ἢ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἢ ὕστερον ἀναγκάζοντες. καὶ γὰρ ἡ ἀπάτη διττή· ὁτὲ μὲν γὰρ ἐξαπατήσαντες τὸ πρῶτον, ἑκόντων μεταβάλλουσι τὴν πολιτείαν· εἶθ' ὕστερον βίᾳ κατέχουσιν ἀκόντων· οἷον ἐπὶ τῶν τετρακοσίων τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, φάσκοντες τὸν βασιλέα χρήματα παρέξειν πρὸς τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς λακεδαιμονίους· ψευσάμενοι δὲ κατέχειν ἐπειρῶντο τὴν πολιτείαν. ὁτὲ δὲ ἐξ ἀρχῆς τε πείσαντες, καὶ ὕστερον πάλιν πεισθέντων, ἑκόντων ἄρχουσιν αὐτῶν. ἁπλῶς μὲν οὖν περὶ πάσας τὰς πολιτείας, ἐκ τῶν εἰρημένων συμβέβηκε γίγνεσθαι τὰς μεταβολάς.

autem & mutant reſpub. adminiſtrandæ formas interdum ui, interdum dolo & fallacia. Vi, aut ſtatim ab initio aut poſterius uim afferentes, & neceſsitatem imponentes. Nam dolus quoq; duplex eſt. aliquando enim dolo primum uſi aduerſariorum uoluntate reſpub. adminiſtrationem commutant deinde poſterius ijs inuitis per uim retinent exempli gratia, temporibus quadringentorum uirûm, populum deceperunt, cum dicerent regem Perſarum pecuniam ad bellum cū Lacedæmonijs ſuſceptum ſuppeditaturum. cum autem ſalſam dixiſſent, reipub. adminiſtrationem penes ſe retinere conabantur. Aliquando poſteaquam ab initio fidem fecerunt ac perſuaſerunt, eis iterum poſtea [illegible] perſuadendo adductis, & libentibus imperant. Ex ijs igitur quæ dicta ſunt, intelligere licet, ſimpliciter omnes reſpub. adminiſtrandæ formas mutationibus, tanquam quibuſdam fortunæ te[illegible] [illegible] propoſitas atq; opportunas.

COMMENTARIVS.

Fiunt igitur.) Tradit, intelligi poſſe ex hac earum explicatione, factis, quæ inde nata ſunt, expoſitis, uel potius tacti[illegible] ac digito monſtratis (quib. exemplis facile alia multa diſtinguere[illegible], quæ idem probarent) contendat[illegible] [illegible] inter ſe non ſanè de paruis rebus, ſed ex paruis initijs earum magnarum rerum ac grauium malorum. Nam magna profectò ſunt, de quibus contentione inter ſe, & armis etiam caſtriſque contendunt. Hoc autem putauit, admonere oportere ad refellendum err[illegible] multorum: qui, cùm uiderent initium earum diſcordiarum puſillum eſſe, eodem pacto exiſtimant de euentib. ipſarum, [illegible] guere meſtitia ſua n[illegible]centes, quæ magnopere inter ſe diſcrepantia ſunt.

Maxime autem.) Cum docuerit è paruis initijs magna proficiſci incommoda, quando minutæ initio diſcordiæ ualde creſcunt, robuſtque magna capiunt: nunc oſtendit docetq; id fieri quando in principib. uiris illæ diſſenſiones exortæ [illegible], quod confirmat exemplo. Quod enim Syracuſis antiquitùs factum ſit, diligenter narrat, & ita apertè, ut explicatione locus n[illegible] egeat. Ὑποποιήσασθαι, ualet, conciliare ſibi. quod uerò de altero dictum eſt, ipſum, ut ulciſceretur hanc iniuriam, perſuaſiſſe uxori eius ut ad ſe domum ueniret. M. Cicero idem (ut opinor) his uerbis expreſsit, pro L. Flacco: Huius ſocrum, mulierem imbecilli conſilij, ſatis locupletem pellexit Decianus ad ſeſe: nuo tamen hic libidinis cauſa, neque amore flagrans, ſed potius auaritia. Προσλαμβάνειν, ſignificat aſciſcere ſibi ſocios aliquos ad aliquid peragendum quemadmodum non multo poſt uſus eſt eodem uerbo.

Quapropter incipientibus.) Admonet optimus magiſter, oportere citò remedium adhibere his malis. quod ſi fiat, illa non magno negotio ſedari poterunt. Remedium autem eſt (ut docet) frangere ſtatim diſſenſiones & diſcordias principum ciuitatis, & eorum omnium qui magnas opes illic habent. Vtile autem eſſe præceptum hoc ſuum oſtendit, dicens peccatum omne maneat in principio & quaſi ſeminibus earum diſcordiarum: quod ſi neglectum fuerit, inoleſcit robuſtiuſq; fit. hæc enim natura principij eſt, quod celebri etiam uoce [illegible]gnificatur, quæ principium [illegible] adiuuat eſt dimidium eſſe totius. Quod uſu reſtatur de ut magna poſſit atque principij [illegible] efficeret de uita hominū ac republica: idem affirmauit in primo libro de Cœlo, cùm oſtendaret oportere ſe uidere in explicanda ratione naturæ, an quod priſci plures phyſici dixerant, infinitum aliquod exiſteret, hoc enim ignorato, non poſſe ueritatem eius quæſtionis indagari. Inquit igitur ille, principium ui poteſtateq; maius eſſe quam magnitudine ac mole. unde quod initio paruum exileque fuit, in extremo atque exitu amplum eſſici atq; euadere. Concludens uerò [illegible] ne ratio[illegible] nem hanc, documentumque optimum eſſe docens, inquit· Admiſſam initio paruā culpam peccat[illegible] propoſitione reſpon[illegible] ere peccatis, quæ reliquis in partibus committuntur cum inde manent. Partes autem illius nego[illegible] cipiendæ ſunt, & quaſi corporis: non enim puto hic intellig[illegible] debere partes animantium, ut quidam interprete[illegible] ac[illegible] Apertum autem eſt, errare poſſe aliquos ſtatim in capite alicuius facti & cùm ad illud aggrediuntur ut etiam, ſi in[illegible] lud ac rectè adminiſtratum facit, in partib. ſi poſtea ipſius la[illegible] ac peccare.

Demum diſcordia.) Vt inquit, rem complectar paucis, ſeditiones clarorum fortunatorumq; hominum penetrant in [illegible] ſam ciuitatem, ita ut qui initio integri erant, illius que mali quaſi ſeruui, ipſum deguſtent. Cum autē pluribus exemplis hoc confirmet, primum ipſorum eſt, quod narrat in ciuitate Eubœæ uocata Heſtiæa poſt bellum Medorum, [illegible] a ut duo fratres contenderint inter ſe de hæreditate: quorum alter pauperior locupletiorem incuſabat, quòd occultaret [illegible] nas paternas theſaurumque, quem pater inuenerat. Tranſiſſe igitur ad ſe affirmat hunc tenuiorem popularesq., qui fauebant ipſi, ut uni ſui loci atque ordinis: alterum uero locupletem diuites eadem de cauſa. Diſcordiæ igitur duorum uniuerſam [illegible]nitatem ſeditionibus impleuerunt. Vetus tralatio credi poteſt in ſuo exemplari ſcriptum habuiſſe [illegible] cum red[illegible] ac cueſſumere quā tamen lectionē nullo pacto [illegible] robo, cùm recepta fidelis ſit. [illegible] enim nō tantùm de rebus bonis iucundiſq; dicitur, uerū etiā de triſtibus, ut fi[illegible] t apud Latinos nonnullos. Vſus eſt hoc uerbo Xenophon in [illegible] 1. lib. [illegible] in ſimili explicando. inquit enim: [illegible], ut fr[illegible]ctum ſenſi[illegible] et & ipſi inde capiant, ſaluteſq; [illegible] ſuis gregibus durant ex illo cane. Quod Perſarum bellum, geſtum ab ipſis [illegible] ter in [illegible] ræcia, uocent [illegible]: itemque Catullus ipſum appellauit, canens:

Cum Medi ru[illegible] ire nouum mare

Et Delphis.) Alterum exemplum, quo itidem declaratur diſcordias nobilium originem eſſe magnorum in rep. incommodorum. Narrat igitur, [illegible]ud Delphos, cum orta eſſet concertatio ex nuptijs, illam cauſam fuiſſe [illegible]mnium ſeditionum, quæ [illegible] ſtea populum [illegible] affixerunt. [illegible] ponſus enim, inquit, cùm ad uirginem primum ueniſſet [illegible] oſtentu, rel[illegible] illa ceſsit. Cognati uir[illegible] contumeliæ cauſa factum putantes, ulciſcique tantam iniuriam uolentes [illegible] cùm ille ad aram [illegible] a ret, clàm iniecerunt in eum ſacram pecuniam: deinde ipſum, ut ſacrilegum interfecerunt. Notum eſt, Aeſopum Samium [illegible] phis eadem fraude [illegible] blatum fuiſſe, cum homines [illegible] incenſuiſſent, quòd pecuniam à rege Lydorum [illegible] datam, ut ea [illegible] ret illis ignar[illegible] mis [illegible] cognitis, indignitque illo munere exiſtimatis, tribuere noluit. [illegible], qu[illegible] auctur in [illegible] [illegible], ſignificat timuiſſe ex aui ſimilia aliquod incōmodi ſponſum. ut erant ueteres [illegible] ualde [illegible]perſtitioſi in omnib[illegible] ſuis

ſuis factis huiuſcemodi ſigna diligenter obſeruabant. Quod indicat etiam hic Terentij locus, quo Phormio indocetur oſtendere, quomodo ſponſa repudiari poſsit: *Poſt illa monſtra euenerunt mihi. Introijt in ædes ater alienus canis, Anguis per impluuium decidit.* huiuſcemodi igitur aliquid fuerit neceſſe eſt, quod fecit, ut de quo hic ſermo eſt, mutarit conſilium. Simile m autē ualde huic rem fuiſſe olim ſontem in noſtra ciuitate magnarum diſcordiarum, & quæ diu remp. uexarunt, notum eſt, cùm prius ſtatus ipſius tranquillus ac quietus foret. Intelligo, cum muliebri aſtutia, & repentino amore inflammatus Buondelmōtius deſponſam ſibi uirginem repudiauit. unde non multo pòſt cædes infelicis amatoris ſecuta eſt, ortæque inter nobiles & potentes familias atroces inimicitiæ. Verùm, quia tota hæc res memoriæ diligenter prodita eſt à noſtris hiſtoricis, & à Dante etiā poeta miſerabiliter deplorata, ipſam accuratè non exponam.

Et prope Mitylenen.) Tertium exemplum hoc eſt, quo idem illuſtratur, nuptias uidelicet cauſam aliquando eſſe maximarum diſcordiarum, ne illo tempore, quo commemorat, tumultus, & belli denique diuturni ac grauis. quo in bello, geſto ab ipſis cū Atheniensibus, Paches dux Athenienſium urbem Mitylenæorum cepit. Cùm enim inquit Mitylenæus quidam, Timophanes nomine, diues homo, duas filias moriens reliquiſſet heredes ſuorum bonorum, Doxandruſque, qui filijs ſuis illas expetebat, repulſus eſſet, caput origoq; fuit ſeditionis, adiunctis ſibi ſocijs Athenienſibus, cuius publicus hoſpes ipſorum foret.

Et apud Phocenſes.) Exponit, apud Phocenſes itidem ſeditionem excitā fuiſſe eadem de cauſa inter Mnaſeam Mnaſonis patrem, & Euthycratem Onomarchi, & ipſum patrem: quæ ſeditio cauſa fuerit belli, ſacri uocati. hi enim quoque primùm contendere inter ſe cœperunt de uirgine locuplete, quæ & heres foret magni patrimonij. Bellum autem hoc illud eſt, quod ſuſcepto ſtatim commemorat Demoſthenes, ſe acceſsiſſe ad rempublicam. Sacrum autem appellatum eſt, quia geſtum eſt pecunia, dualſque Apollini dicatæ. Nominauit autem filius duorum horum, qui clari fuerunt in eo bello, & quaſi duces auctoreſque ipſius.

Mutata autem.) Quintum hoc ultimumque exemplum eſt eiuſdem rei. Narrat enim, Dyrrachij quoque remp. mutatā fuiſſe, nata diſſenſione è reb. pertinentib. ad nuptias: perſonarum uerò nomina non ponit, inter quas ortæ inimicitiæ tantum publicum malum confecerunt ſit. Narrat igitur, in ea ciuitate, cùm quidam filiam adoleſcenti deſpondiſſet, contigiſſetque ſponſi patrem, magiſtratum gerentem, filij ſocerum multare: iratum illum ipſi factum, ſocium ſibi aſciuiſſe reip. illius expertes, atque ita rempublicam non ſolùm perturbaſſe, uerum etiam totam aliam reddidiſſe. Cognoſci autem facile poteſt, eam à paucis antea rectam fuiſſe, poſtquam ita multi in ea non perueniebant ad honores, qui & deinde nacti honeſtum ortum, nō magno negotio potuerint ſtatum eius totum immutare. erat igitur ille aut dominatus paucorum, aut ſtatus optimorum.

Mutantur autem.) Docet nunc noſter doctor, è ſecundis rebus exortū aliquando interitum ueteris reipublicæ, cum contingit ipſam non tutam ſimul honorem gloriamque adipiſci, aut creſcere amplificarique, ſed tantùm ordinem quempiā ipſius aut partem. Mutari enim tunc affirmat remp. è uetere ſuo ſtatu in dominatum paucorum, aut in ſtatum multitudinis, aut in remp. communi nomine uocatam. Exempla autem multa ponit huius mutationis è bono principio natæ, & aliquando etiā utilis, quæ tamen ſemper pariunt nouitatem. Primum eorum eſt, quod narrat, curiam Areopagi Athenis, quæ laudem pluriſmam in bellis, quæ Medi Græciæ intulerunt, adepta eſt, exiſtimatam fuiſſe remp. eius ciuitatis effeciſſe contentiorem, cum habenas populi aſtrinxerit, maioremque in ea auctoritatem grauium ciuium prudentiumque eſſe uoluerit, quā antea erat. cōſtabat enim curia illa è grauibus ſapientibuſque ciuibus. Contentiorem autem dixi, quemadmodum M. Cicero contentum curſum non ſemel appellauit: ſed in IIII. quoque de Moribus ad Nicomachum magnanimum uirū non eſſe *σύντονον* ait ſuis ullis in factis. Quomodo autem potuerit tam utilis eſſe illo periculoſo bello gerendo Areopagus, apertè et alio loco Ariſtoteles, ut teſtatus eſt Plutarchus in Solone: qui narrat, cum literis prodidiſſe, cum Athenis publicæ pecuniæ non eſſent, Areopagi curiam ſingulis militantibus octo drachmas dediſſe, atque ita maximè cauſam fuiſſe, ut triremes implerentur.

Et contrà naualis.) Contrà tradit iiſdem illis temporibus, cum naualis turba cauſa extitiſſet uictoriæ, quam Græci de Medis apud Salaminem inſulam adepti fuerant: ea qua uictoria factum eſt, ut Athenienſes imperium maris adipiſcerentur, ipſique præfecti poſtea forent communis claſsis Græcorum ob eximiam uirtutem, quam in ea pugna nauali oſtendit, reddidit ſtatū proprium eius urbis popularem firmiorem: cùm ſibi conuenire exiſtimarent, tenues homines ſummam in rep. poteſtatē habere ob meritum illud & ingentem fortitudinem animorum. Vtrique igitur ſibi uendicabant imperium & auctoritatem in republica non ſine cauſa, & ad ſui generis homines gubernaculum ciuitatis trahebant. Status autem multitudinis firmior robuſtiorque ſit, cùm conteritur auctoritas principum ac prudentium uirorum.

Et Argis.) Exemplum hoc idem declarat, reip. inquam partem, quæ præclarè ſe geſſerit in aliquo munere publico, laudemque egregiam inde nacta ſit, eniti plerunque mutare rempublicam, ſibique magis accommodatam ciuitatē inducere, cùm ſpiritus ipſius ualde creuerint. Narrat igitur, Argiuos, nobiles uiros, cùm in pugna, quæ commiſſa fuit Epaminonda duce cum Lacedæmonijs apud Mantineam urbem, bene pugnaſſent. Socij enim Thebanorum erant in eo bello, auctis animis, deinde conatos eſſe gubernaculum de manibus multitudinis eripere, & ad ſe transferre: id eſt, ex illo populari ſtatu dominatum paucorum conficere. Huius pugnæ meminit M. Cicero in epiſtola ad L. Luceium, quæ pugna clara admodum eſt propter interitum ſummi illius imperatoris. elicitur autem ex uerbis auctoris, nō potuiſſe præſtare Argiuos illos, quod toto animo cupierunt.

Et Syracuſis.) Hiſtoria hæc ualde nota eſt. nam & Thucydides in VI. libro, & Plutarchus in Nicia narrant miſerum & calamitoſum euentum eius belli, quod geſſerunt in ea inſula Athenienſes cum Syracuſanis. Commemorat igitur Ariſtoteles, ex uictoria illa, cuius cauſa multitudo eius urbis extiterat, auctos magnopere fuiſſe animos plebis. Quare maiorem poteſtatem in ciuitate regenda ipſa habere uoluit, & è republica, in qua principum ſumma auctoritas erat, ad ſuam uoluntatem omnia traduxit.

Et Chalcide.) Non memini me aliquid legiſſe, quod planius reddat id, quod hic traditur ab auctore. Narrat autem ipſe, cùm Chalcide una cum manu nobilium populus ſuſtuliſſet Phoxum tyrannum, ſtatim populum incubuiſſe in rempublicam, in poteſtatemq; ſuam eam redegiſſe. nec paſſum eſſe, ut nobiles plus iuris in rep. haberēt, etſi ſolus ille ſuis uiribus inuictum illum regem non necauerat.

Et Ambraciæ.) Adiungit idem uſuueniſſe Ambraciæ: cùm enim populus Periandrum tyrannum, unà cum illis, qui in eum coniurarant, eiegiſſet, narrat ipſum omnem ad ſe poteſtatem traxiſſe: relictiſq; illis, qui principes fuerant in illā inſidiarum, ſolum clauum reip. tenere uoluiſſe.

Omninoq; oportet.) Cùm, quod ſuprà propoſuit, ſingularib. quibuſdam factis comprobaſſet: nunc totam rationem concludit, in uniuerſumque oſtendit, uerum eſſe quod dixit, affirmans non oportere nec ullo modo fallere omnes illos, qui cauſa ciuitati extitere, ut creſceret opeſque ſuas augeret ſiue priuati fuerint ſiue magiſtratus, legibuſque imperium nacti, ſiue tribus, ſiue demum pars aliqua ciuitatis, in animo ac numero ciuium, originem eſſe, initiumque diſcordiarum magnarumque in ciuitate turbarum. Cauſas autem adfert duas huius mali ac perturbationis reipublicæ. Neque enim ſemper ipſi, qui ualde iuuerunt rempublicam, auctores ſunt ſeditionum: uerùm aliquando etiam, qui ferre æquo animo non poſſunt illos ornari, inuidentque honorib. ipſorum, nec tantùm eorum beneficium honore compenſari, præmioque aliquo uidetur opus fuiſſe. Aut igitur hi ipſi, qui flagrant inuidia, capita ſeditionum fiunt: aut, qui profuerunt ualde reipublicæ. intelligentes enim ſe præſtare uirtute meritiſque ſuis erga rempublicam, non poſſunt contenti eſſe iiſdem gradibus honorum, quib. alij impares ſibi fruuntur.

Mouentur autem.) Oſtendit alterum alium fontem mali, dicitque temptari, ſtatuſque ſuos moueri reſpublicas, cùm partes ciuitatis, quæ putantur eſſe contrariæ inter ſe atque inimicæ, fuerint æquales, ac pene iiſdem uirib. præditæ: medium autem atque interiectum inter illas puſillum, aut prorſus nullum. ſignificat autem, quas intelligat partes contrarias: Ceu enim, inquit, locupletes ac populares, quorum fortunæ ſunt exiles. non ſemper tamen affirmat, has creare periculum reipublicæ: ſed tūc ſolùm, cùm deſideratur in illis pars, quæ frenet odia ipſarum, nec ſinat ipſas dimicare inter ſe. Confirmat autem documentum hoc ſuum, uerèque ſe præcepiſſe declarat, id fieri ſolum, cùm dicit: Nam cùm alterutra illarum partium, id eſt ſiue diuites ſiue pauperes longo interuallo præſtiterint aduerſarijs, tunc non ſolet naſci inter ipſas contentio aperta. Quæ namque inferior multo eſt, propter imbecillitatem ſuam metumque, deterretur à pugna. In quo autem oportet ipſam uincere ſuperareq; alteram, teſtatur, id eſt in uno quopiam ſiue plurib. eorum quæ manifeſtò firmiora ſunt, ualentq; multum ad obtinendā uictoriam: ut ſunt, exercitatio armorum, amici, cognati, clientes.

Qua-

Quapropter qui.) Hoc corollarium eſt. Apparet enim, inquit, ex iis quæ dicta ſunt, unde naſcatur, ut excellentis uirtutis uiri nunquam ſeditionib. agitent ciuitatem, aut rarò admodum hoc moliantur. Sunt enim pauci, cognoſcuntq́; ſi uirib. contendere uoluerint, facile ſe ſuperatum iri: conſcij igitur ſuæ infirmitatis, ſibi temperant ab omni concertatione cũ robuſtioribus. Non longè itidem à principio huius libri dixit, eximiæ uirtutis uiros non mouere ſeditiones: etſi, cum tãtopere præſtent cæteris, uideantur hoc facere potuiſſe: illic tamen honeſtiorem cauſam huius rei uoluit eſſe, non metum. Non enim ſinit uirtus ipſos perturbare rempublicam, æquoque animo iacturam aliquam faciunt ſuæ dignitatis. Nunc oſtendit, eoſdem, ſi cuperent etiam, id efficere non poſſe. Hoc expoſito, teſtatur ſe in uniuerſum præcepiſſe de initijs & cauſis publicarum diſcordiarum & mutationum in omni genere reipublicæ.

Mouent autem.) Aperit nunc modos, quib. utuntur, qui remp. aliquam ſtatu ſuo mouent: duoque genera ipſorum facit, uim inquam adhibitam illis, aut dolum ac fraudem. nam aſtutis etiam conſilijs, non ſolùm uirib. labefactantur reſpublicæ. Primum autem membrum ſtatim diuidit, duoque tempora eſſe docet, quib. cogi aliqui poſſint: aut enim ſtatim initio ipſius cõſtituendæ parêre ijs, quæ non probant, cogũtur: aut multo poſtea. Duo itidem genera fallaciæ inueniri ſignificat, diſtincta temporibus. aliquando enim contingere oſtendit, ut, decepti amatorib. ueteris reipublicæ, immutent primùm eam, aſſentientib. ipſis: poſtea uerò apertis dolis, ut ipſi rurſus recuſanteſque dicto ſibi audientes eſſe cogant, illique reip. obtẽperare. Vt lucem autem afferat huic rei, exemplum illuſtre ponit. inquit enim, hoc factum fuiſſe Athenis in bello Peloponneſiaco. attritis enim Athenienſib. tam longo & duro bello, & exhauſta ciuitate pecunia, ciues quidam, cupidi propriæ dominationis, polliciti ſunt multitudini, ſi pateretur illa ciuitatem gubernari à paucis, regem Perſarum præbiturum eſſe grandem pecuniam ad bellum ſuſtinendum, ſtipendiaq́; militib. diſſoluenda. poſtquam autem cogniti ſunt mendacio uſi fuiſſe, ut armiſq́; conati ſunt poteſtatem illam tueri, quam fraude ſibi compararant.

Aliquando autem.) Explicat alterum genus fraudis, cùm ſcilicet uis neceſſaria minimè eſt: quia qui ſemel perſuaſi ſunt, nec recuſarint mutari rempublicam, æquo animo patiuntur nouam illam manere non cogente dolo. Contingit igitur tunc auctores mutationis imperium habere in uolentes, eodem errore ad extremum ductos, quo primùm in fraudem tracti ſunt. Poſt hæc uerba teſtatur, ſe oſtendiſſe ſimpliciter in uniuerſumque, quomodo mutentur reſpublicæ: idq́; cognoſci facile poſſe à ſuperiore de hac re diſputatione.

CAPVT V.

PEr ſingulas autem ſpecies reip. ex his partiẽtes, quæ uſu ueniũt oportet uidere. Status igitur multitudinis maximè mutãtur ꝓpter aſſentatorũ populi improbitatẽ. partim. n. particulatim, qui rẽ familiarem amplã habẽt, criminantes, eos coire ſocietatẽ cogũt ad ſe defendẽdos (colligit enim inimiciſsimos cõmunis metus) partim aũt cõmuniter multitudinem in eos incitãtes. & hoc ita in multis factum ſi quis intueri poteſt. In Co namq; popularis ſtatus mutatus eſt, cùm illic exorti eſſẽt aſſentatores hi praui: nobiles .n. ſui generis gregem fecerũt. & in Rhodo. mercedem enim quandã populi aſſentatores inſtituerunt, nec ſinebant reddi pecuniã, quæ deberetur præfectis triremiũ: hi aũt propter lites, quæ ipſis intenderentur, coacti ſunt, conſpiratione facta, ſtatum populi diſſoluere. Diſſolutus autẽ eſt & Heracleæ ſtatus populi poſt deductã ſtatim coloniã ob aſſẽtatores. iniuriã .n. paſſi ab ipſis nobiles, urbe abibant: deinde congregati, qui eijciebantur, cũ rediiſſẽt, diſſoluerũt populi ſtatũ. Aſsimiliter etiã Megaris ſtatus populi fractꝰ eſt. aſſentatores .n. ut facultatẽ haberẽt diuidendi populo pecuniã, eiecerũt ex urbe multos nobiles, donec numerũ magnũ exulũ fecerunt: hi uerò redeũtes, cõmiſſo prælio uicerũt populũ, & paucorũ dominatũ cõſtituerũt. Cõtigit aũt idem & Cumis, quo tẽpore ciuitas populi ſtatu utebatur, quem ſtatũ diſſoluit Thraſymachus. Fermè aũt & in alijs uideret,

ΚΑΘ' ἕκαστον δὲ εἶδος πολιτείας ἐκ τούτων μεριζόντας, τὰ συμβαίνοντα δεῖ θεωρεῖν. αἱ μὲν οὖν δημοκρατίαι μάλιστα μεταβάλλουσι διὰ τὴν τῶν δημαγωγῶν ἀσέλγειαν. τὰ μὲν γὰρ ἰδίᾳ συκοφαντοῦντες τοὺς τὰς οὐσίας ἔχοντας, συστρέφουσιν αὐτοὺς (συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος) τὰ δὲ κοινῇ τὸ πλῆθος ἐπάγοντες. καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλῶν ἄν τις ἴδοι γιγνόμενον οὕτω. καὶ γὰρ ἐν κῷ ἡ δημοκρατία μετέβαλε πονηρῶν ἐγγινομένων δημαγωγῶν. οἱ γὰρ γνώριμοι συνέστησαν. καὶ ἐν ῥόδῳ. μισθοφοράν τε γὰρ οἱ δημαγωγοὶ ἐπόριζον, καὶ ἐκώλυον ἀποδιδόναι τὰ ὀφειλόμενα τοῖς τριηράρχοις· οἱ δὲ διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας ἠναγκάσθησαν συστάντες, καταλῦσαι τὸν δῆμον. κατελύθη δὲ καὶ ἐν ἡρακλείᾳ ὁ δῆμος μετὰ τὸν ἀποικισμὸν εὐθὺς διὰ τοὺς δημαγωγούς. ἀδικούμενοι γὰρ ὑπ' αὐτῶν οἱ γνώριμοι, ἐξέπιπτον. ἔπειτα ἀθροισθέντες οἱ ἐκπίπτοντες, καὶ κατελθόντες, κατέλυσαν τὸν δῆμον. παραπλησίως δὲ καὶ ἡ ἐν μεγάροις κατελύθη δημοκρατία. οἱ γὰρ δημαγωγοί, ἵνα χρήματα ἔχωσι δημεύειν, ἐξέβαλον πολλοὺς τῶν γνωρίμων, ἕως πολλοὺς ἐποίησαν τοὺς φεύγοντας· οἱ δὲ κατιόντες, ἐνίκησαν μαχόμενοι τὸν δῆμον, καὶ κατέστησαν τὴν ὀλιγαρχίαν. συνέβη δὲ ταὐτὸ καὶ περὶ κύμην ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, ἣν κατέλυσε θρασύμαχος. σχεδὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων

IN unoquoque autem reipub. adminiſtrandæ genere oportet nos ex his partientes euenta conſiderare. Democratiæ igitur mutantur maximè propter blandorum populi ductorum & leuium concionatorũ petulantiã. Nam partim locupletes priuatim calumnijs onerantes, eos coire & conſpirare faciunt (conciliat enim & coniungit uel inimiciſsimos communis metus) partim communiter multitudinem in eos incitantes. Atq; hoc in multis quis ita euenire uideat. Nam etiam in Co mutata democratia eſt, exorientibus in ea improbis populi ductoribus. nobiles enim coiuerunt. & Rhodi. ſtipendium enim militibus populares concionatores præbebant, & triremiũ præfectis nulla perſoluere uetabant. illi autem propter iudiciorum grauium (quæ ex lege, niſi nauigarent, erant ſubituri) metum, coacti ſunt coitione facta, populi potentiam euertere. Heracleæ quoq; opes populi fractæ & diſsipatæ ſunt, ſtatim poſt coloniam eò ab Athenienſibus miſſam, culpa popularium & leuium populi ductorũ. Cùm enim nobiles ab ijs iniuria afficerẽtur, exire e ciuitate coacti ſunt. deinde qui eiecti fuerant, in unum conducti & contractis copijs, in ciuitatem ab exſulio reuerſi, democratiam ſuſtulerunt. Similiter & quæ Megaris erat democratia, diſſoluta & euulſa eſt. nam populi ductores, ut bona priuatorum publicare poſſent, multos nobiles è ciuitate exterminarunt, uſq; eo donec magnum exſulum numerum fecerunt. Illi autem in ciuitatem ab exſulio reuerti cupientes, ſignis collatis populum ſuperarunt, & oligarchiam ex democratia fecerunt. Idem porrò & Cumis accidit: quæ in urbe democratiam Thraſymachus funditus deleuit. Atq; in alijs fere ciuitatibus, ſi quis animaduertere

deret, qui contemplaretur, mutationes hoc modo ſe habere. Aliquando enim, ut plebi gratificentur, iniurias ipſis inferentes, nobiles coagmentant, uel patrimonia diuidentes, uel uectigalia publica muneribus & miniſtrationibus aſsignantes: aliquando autem criminantes, ut poſsint publicare patrimonia locupletum. Aetate autem ueterum illorum, quando erat idem aſſentator & dux belli, in tyrannidem mutabantur: fermè enim plurimi antiquorum tyrannorum ex aſſentatoribus populi fiebant. Cauſa autem cur tunc quidem fierent, nunc uerò minimè, eſt: quòd tunc aſſentatores populi erant aliqui ex ijs, qui exercitum ducebant. Non enim ad id temporis erant oratores magni, hodie uerò aucta arte dicendi, eloquentes uiri aſſentantur quidem multitudini: quia tamen ignari ſunt militiæ, non imponunt libertati, præter quam ſicubi huiuſcemodi aliquid puſillum extitit. Exiſtebant autem tyrannides prius magis quàm nunc, & quia magni magiſtratus quibuſdam committebantur: quemadmodum Mileti è prytanea. multas enim & magnas res in ſua poteſtate habebat, qui hunc magiſtratum gereret. Præterea ciuitates non magnæ tunc ciuitates erant, ſed in agris populus domicilia habebat, expers ocij, occupatus in ruſticis operibus, qui populum regebant: cùm periti rerum bellicarum eſſent, uiam ſibi ad tyrannidem patefaciebant. Cuncti autem hoc faciebant, fide ſibi parta apud populum (fides autem erat inimicitiæ cum diuitibus) ceu Athenis Piſiſtratus, cùm contendiſſet cum Pediacis. Et Theagenes Megaris cùm locupletum pecora iugulaſſet, deprehenſis cuſtodibus eorum, qui paſcerent prope flumen. & Dionyſius inſimulato Daphnæo & diuitibus, dignus eſt habitus principatu, ob inimicitias has, parta ſibi fide apud plebē, quaſi popularis foret. Mutantur autem e uetere & maioribus probata populari republica, in nouiſſimam. ubi enim ſuffragijs ſanè creantur magiſtratus, non tamen ſpectatis cenſibus: eligit autem populus, qui ambiunt magiſtratus, placentes populo, rem perducunt ad hoc, ut dominetur etiā legibus

αὐτὸς ἴδοι θεωρῶν τὰς μεταβολὰς τοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον. ὁτὲ μὲν γὰρ, ἵνα χαρίζωνται, ἀδικοῦντες τοὺς γνωρίμους συνιστᾶσιν, ἢ τὰς οὐσίας ἀναδάστους ποιοῦντες, ἢ τὰς προσόδους ταῖς λειτουργίαις· ὁτὲ δὲ διαβάλλοντες, ἵν' ἔχωσι δημεύειν τὰ κτήματα τῶν πλουσίων. ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχαίων, ὅτε γένοιτο ὁ αὐτὸς δημαγωγὸς καὶ στρατηγὸς, εἰς τυραννίδα μετέβαλλον. σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀρχαίων τυράννων ἐκ δημαγωγῶν γεγόνασιν. αἴτιον δὲ τοῦ τότε μὲν γίγνεσθαι, νῦν δὲ μή· ὅτι τότε μὲν οἱ δημαγωγοὶ ἦσαν ἐκ τῶν στρατηγούντων. οὐ γάρ πω δεινοὶ ἦσαν λέγειν, νῦν δὲ τῆς ῥητορικῆς ηὐξημένης· οἱ δυνάμενοι λέγειν, δημαγωγοῦσι μὲν δι' ἀπειρίαν δὲ τῶν πολεμικῶν οὐκ ἐπιτίθενται, πλὴν εἴ που βραχύ τι γέγονε τοιοῦτον. ἐγίγνοντο δὲ τυραννίδες πρότερον μᾶλλον ἢ νῦν, καὶ διὰ τὸ μεγάλας ἀρχὰς ἐγχειρίζεσθαί τισιν· ὥσπερ ἐν Μιλήτῳ ἐκ τῆς πρυτανείας. πολλῶν γὰρ ἦν καὶ μεγάλων κύριος ὁ πρύτανις. ἔτι δὲ διὰ τὸ μὴ μεγάλας εἶναι τότε τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἰκεῖν τὸν δῆμον, ἄσχολον ὄντα πρὸς τοῖς ἔργοις, οἱ προστάται τοῦ δήμου ὅτε πολεμικοὶ γένοιντο, τυραννίδι ἐπετίθεντο. πάντες δὲ τοῦτο ἔδρων ὑπὸ τοῦ δήμου πιστευθέντες· ἡ δὲ πίστις ἦν ἡ ἀπέχθεια ἡ πρὸς τοὺς πλουσίους· οἷον Ἀθήνησί τε Πεισίστρατος, στασιάσας πρὸς τοὺς πεδιακούς. καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις τῶν εὐπόρων τὰ κτήνη ἀποσφάξας, λαβὼν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπινέμοντας. καὶ Διονύσιος κατηγορῶν Δαφναίου, καὶ τῶν πλουσίων, ἠξιώθη τῆς τυραννίδος, διὰ τὴν ἔχθραν πιστευθεὶς, ὡς δημοτικὸς ὤν. μεταβάλλουσι δὲ καὶ ἐκ τῆς πατρίας δημοκρατίας εἰς τὴν νεωτάτην. ὅπου γὰρ αἱρεταὶ μὲν αἱ ἀρχαὶ, μὴ ἀπὸ τιμημάτων δὲ· αἱρεῖται δὲ ὁ δῆμος, δημαγωγοῦντες οἱ σπουδαρχιῶντες, εἰς τοῦτο καθιστᾶσιν, ὡς κύριον εἶναι τὸν δῆμον καὶ τῶν

tere & conſiderare uelit, rerumpub. conuerſiones & mutationes hoc eodem modo fieri uidere poſsit. Interdum enim ut à populo gratiam ineant, nobilibus iniuriam inferentes, eos ad cōſenſionem & coitionē faciendam impellunt, dum aut eorum bona legibus agrarijs populo diuidunt, bonorumq́; æquationem inducunt, aut uectigalia functionibus munerum publicorum exhauriunt: interdum falſis criminibus in iudicium adducentes, & in inuidiam uocantes, ut diuitum fortunas & facultates rei familiaris publicare poſsint. Priſcis porrò temporibus cum idem populi ductor fieret & imperator, democratia in tyrannidem uertebatur. ferè enim plerique tyranni antiqui ex populi ductoribus facti ſunt. Cauſa autem quamobrē tunc quidem hoc fieret, nunc uerò non item, eſt: quod populi ductores erant ex numero eorum, qui præerant exercitui, quiq́; rem militarem adminiſtrabant. nondum enim eloquentes erant. Nunc autem arte dicendi propagata, qui dicendo ualent, populo quidem præſunt, eumq́; concionando moderantur: ſed propterea quod ſunt imperiti rerū bellicarum, non moliuntur res nouas, neq́; reſp. adminiſtrandæ formam conantur immutare, niſi ſicubi leuiter quippiam tale tentatum eſt. Exiſtebant autem tyrannides antea magis quàm nunc, & quia magna imperia certis hominibus mandabantur ac tradebantur: ut Mileti tyrannis ex prytania facta eſt. multarum enim & magnarum rerum penes prytanin poteſtas erat. & præterea quia tunc urbes non erant magnæ, ſed populus in agris commorabatur, in operibus ruſticis occupatus: iccirco populo præfecti cum eſſent uiri militares & bellicoſi, tyrannidem occupabant. Omnes autem hoc faciebant, quod ſe populus eis crediderat & commiſerat. Fidem porrò ut eis haberet populus, faciebant inimicitiæ, quas illi cum diuitibus gerebant: ut Piſiſtratus Athenis, orta diſſenſione inter eum & Pediacos, à populo fide dignus habitus eſt: & Theagenes Megaris, cum is locupletiū pecora & armenta ad flumium paſcentia deprehendiſſet, ac iugulaſſet: & Dionyſius, cum Daphnæum & cæteros locupletes accuſaret, dignus tyrannide exiſtimatus eſt, propter inimicitias cum illis ſuſceptas, fidem apud populum conſecutus, quaſi popularis eſſet. Fit autem etiā mutatio ex democratia patria & antiqua in maximè nouam & recentem. Nam quibus in locis magiſtratus per electionem deferuntur, non ex cenſibus, & populus eligendi ius habet: ibi ambitioſi homines populo aſſentantes eò rem deducunt, ut populus etiam legum

legibus populus. Remedium autem huius mali, aut ne omnino fiat, aut minus fiat, erit tribus creare magiſtratus, & non uniuerſum populum. Statuum igitur multitudinis mutationes cunctæ fermè ob has cauſas oriuntur.

τὸν νόμον. ἀκολουθεῖ δὲ τοῦ ἢ μὴ γίνεσθαι, ἢ ἧττον γίνεσθαι τοῦτο, τὸ τὰς φυλὰς φέρειν τὰς ἀρχοντας, ἀλλὰ μὴ πάντα τὸν δῆμον. τῶν μὲν οὖν δημοκρατιῶν αἱ μεταβολαὶ γίγνονται πᾶσαι σχεδὸν διὰ ταύτας τὰς αἰτίας.

legũ ſit arbiter ac dominus. Remedium autem huius incommodi, aut ne accidat, aut ut minus accidat: in eo poſitum eſt, ut magiſtratus à tribubus pronuntientur ac declarentur, non à populo uniuerſo. Democratiarum igitur mutationes fere omnes propter has cauſas fiunt.

COMMENTARIVS.

Per ſingulas.) Tradit nunc, quæ ſint cauſæ principiaque ſeditionum & mutationum rerump. in ſingulis ſtatib. ciuitatum, qui reguntur à pluribus, initium ducens à populari, poſt quem uenit ad paucorũ dominatum: ſequitur autem ipſum ſtatus optimatum, in quib. ambobus etiam quæ eadem. Inquit igitur, conſilium ſuum ordinemque, quem ſequi uelit, aperiens, oportere ſubtiliter uidere, quæ eueniunt ſingillatim, partientes ex iis, quæ communiter iam declarata ſunt. fundamentum enim horum erunt, quæ iam confuſa ſunt explicata. Συμβαίνοντα quod loquit, eodem pacto locutus eſt in IIII. libro de Ortu animantium inquit enim illic: τὰ μὲν γὰρ δὴ τὰ συμβαίνοντα τοῖς ἀρχομένοις.

Status igitur.) Cùm aliæ quoque non paucæ ſint cauſæ mutationis ſtatus multitudinis, præcipuam illarum eſſe inquit, & quæ plerunque facit ut ipſe extinguatur, improbitatem demagogorum. ij autem ſunt oratores, qui ad uoluptatẽ loquentes, ſemper defendunt, quæ uideat placere multitudini, quãuis cognoſcant illa ciuitati detrimentoſa eſſe. Expreſſit egregiè mores & ſcelera demagogorum Ariſtophanes in fabula, qua unum ipſorum, & eum quidem peſſimũ omnium & turbulentiſsimum, Cleonem exagitauit: qui ſanè multum ualuit artib. illis apud multitudinem, & ſummos gradus honoris Athenis conſequutus eſt. Nam ſtudium omne ſuum eum ponere in [illegible] ſtrum oſtendit in [illegible] rimioandis ciuibus. Quemadmodum autem callidè palparet populo, ſeque in animum ipſius inſinuaret, plurib. his uerbis idẽ ſignificantibus declarauit: θωπεύω, ὑποτρέχω, κολακεύω, ἐξαπατῶ. Non oportet autem hæc omnino ficta putare, nullamq; uim habere fidei faciendæ. Ariſtophania namque plerunque certa, quæ dicit, exiſtimata ſunt conſuetudinis illius temporis, & ſigna reipublicæ in uoluntate poſitæ multitudinis, uel potius libidine. Duob. auctor modis docet, demagogos cauſas eſſe exitij illi reipublicæ. Partim enim, inquit, ſingillatim criminantes locupletes, & nunc huic, nunc alteri ipſorum periculum iudicij creantes, cauſa ſunt, ut coeant ſimul ad commune malum declinandum. Probat autem, coire ſocietatem eos ad communem ſalutem defendendam, & quaſi globũ ſui generis facere, peruulgata uoce, qua dicitur colligere etiam inimiciſsimos communem metum. Qui enim antea flagrabant odio inter ſe, ad tempus ſaltem deponunt hoſtilem illum animum, cùm impendet omnib. idem malum quod exitium ſinguli à ſe repellere non poſſunt. Συστρέφειν ualet, manum facere quoſpiam, conſpirareque ad ſalutem ſuam tuendam, aut aliquod commodũ obtinendum. Nymphodorus, qui ſcripſit multos libros de rebus à barbaris nationibus geſtis, in XIII. illorum narrauit, Seſoſtrim regẽ Aegyptiorum, uolentem eneruare ſuos populos, cùm regionis maximæ dominus eſſet, metueretque ne tanta multitudo hominum uni parẽre recuſaret, coactaque liberum ſtatum quæreret: multa inſtituta excogitaſſe, apta ad ipſos effeminandos quæ etiam exponit. In ſuperiore igitur ſententia literis mandanda eodem uerbo, quo hic Ariſtoteles uſus eſt, inquitque: ὅπως μὴ συστραφέντες ἐπ' ἐκκλησίαν ... locus integer legitur apud interpretem Sophoclis in ſcholijs in Oedipum Coloneum. Oſtendens uerò Ariſtoteles rationem alteram, qua ijdem importunitate ſua cauſa ſunt interitus popularis reipublicæ, inquit, ipſos impellere aliquando uniuerſam plebem in fortunas locupletum, unde illi coguntur incolumitati ſuæ, ut poſſunt, prouidere. Quòd ſi in eo certamine ſuperiores fuerint, eripiunt multitudini imperium. Verum autem eſſe quod dicit, multis exemplis declarat.

In Co namque) Primum exemplum hoc eſt: quinque autem ortitur ad conſtituendum, quod uult. In Co namque inſula narrat remp. mutatam, & è populari dominatum paucorum factum, cùm improbi cœpiſſent illic eſſe auctores populi: nobiles enim, ut res ſuas in tuto ponerent, & pericula, quæ impendebant ſibi ab illis, uitarent, in interitum illius reip. conſenſerunt.

Etiam Rhodi.) Idem uſuueniſſe commemorat Rhodi. Cùm enim illic quoque reſp. eſſet in manu multitudinis, ſuaſores hi praui pecuniam publicam populo diuidebant: cumque trierarchi in ornanda claſſe, cui muneri obeundo creati fuerant, magnos ſumtus feciſſent: non ſinebant eis pecuniam diſſolui, quæ debebatur, quippe cùm in largitionibus illis abſumeretur. Quare illi, locupletes prius, propter pericula litium, quæ ipſis à creditoribus intendebantur ([illegible]e enim uocabantur in forum) coacti ſunt, conſpiratione hominum ſui generis facta, diſſoluere ſtatum eum malè adminiſtratum, ac ualde ipſis moleſtum.

Diſſolutus autem.) Tertium exemplum hoc eſt. Narrat igitur, Heracleæ quoque ſtatum multitudinis diſſolutum fuiſſe culpa eorundem aſſentatorum populi: qui ut ſibi illum conciliarent, peſsima cõſilia ipſi dabant. ſtatim enim poſt cõditam eam urbem, ſignificat cœpiſſe ipſos notis illuſtribusque ciuibus iniurias magnas facere. Quare illi, qui ſingillatim ex oppido eiecti fuerant, coagmentati, ſumtis armis cùm rediiſſent, fracto ſtatu illo, gubernaculum ciuitatis ad ſe tranſtulerunt.

Aſsimiliter etiam) [illegible] oe antiquitùs Megarenſem rep. populari, pluribus locis monſtratum eſt à noſtro auctore: nunc uerò idem oſtendit, quomodo in ea urbe poteſtas ſit erepta multitudini. inquit enim, eoſdam illos, quaſi duces uoluntatis populi, ut copiam haberent diuidendæ pecuniæ multitudini, publicatis eorum bonis, exturbaſſe è ciui[tate] multos nobiles. Paulatim igitur numerus ingens exulum factus eſt, qui cùm fretiſam uiribus ſuis reuerti armis temptaſſent ſuperatis in pugna aduerſarijs, ſtatum multitudinis diſſoluerunt, & accommodatum ſibi do[minatum] conſtituerunt.

Contigit autem.) Quintum hoc ultimumq; exemplum eſt, breuiter ſanè expoſitum, uel potius leniter tactum: quod feciſſe auctorem, poſt tot tam plenius commemorata, mirum non eſt. Inquit igitur, eodem pacto fractam fuiſſe remp. Cumæ regebatur à multitudine, cùm impuri uiri illorum oratorum culpa malè tractati in ea ciuitate nobiles locupletesque [illegible]rent: nacti namque ipſi ducem Thraſymachum, ulti ſunt iniurias eas, & ſui iuris remp. fecerunt.

Fermè autem.) Ne plus temporis abſumeret in colligendis ſimilibus factis, inquit: Si quis diligenter attenderit, facilè eum cogniturum, ubi ſtatus multitudinis diſſolutus eſt, ipſum fermè diſſolutum fuiſſe hac una de cauſa, id eſt improbitate & culpa oratorum, qui nimis placere multitudini ſtudent in conſilijs dandis: iniuſtoſque aliquo modo coguntur diuites populo inſidiari propter iniurias, quas ab ipſis accipiunt. Plures autem cauſas aſtare, quæ impellunt demagogos ad locupletes uiolandos, excitandosq; ad imperium multitudini eripiendum. Prima illarum eſt, quòd ut gratũ aliquid faciant plebi, placeantque ipſi, inferunt iniurias nobilibus. Quare coguntur diuites ſocietatem inire ad malum à ſe depellendum. Aliquando, inquit, eoſdem impellere diuites ad conſpirationem contra rempublicam ſibi odioſam ac moleſtam, ut fortunas ſuas tueantur, [quæ] diuiduntur pauperibus ab iiſdem. Intelligit autem legem agrariam & adæquationem bonorum. Contingere etiam, inquit, aliquando, ut nobiles coeant ad interitum illius ſtatus: quia uectigalia ipſorum fructusque, quos capiunt ex agris ſuis, tribuuntur opera ſtudioque eorundem pauperibus, qui munus aliquod obierint in ea republica. Vltimum tempus ponit, cùm falſis criminibus obruunt ijdem nefarij oratores diuites, ut bona ipſorum publicent.

Aetate autem.) Cùm de mutatione ſtatus popularis diſſerat, multisque exemplis probarit, uerti ipſum inferioribus temporibus ſolitum in dominatum paucorum (diuites enim auctores interitus ipſius, ereptum multitudini clauum reipublicæ, ipſi arripiebant) adiungit, apud priſcos poſt fractam democratiam, factam plerunque fuiſſe tyrannidem, cauſamque huius [uarietatis] affert. Dicit enim, uetuſtis illis temporibus unos eoſdemque ferè fuiſſe, qui gratia ualerent apud multitudinem, & qu

& qui in bello exercitus ducerent. Verum autem eſſe quod dixit, oſtendere uolens, inquit: Si quis antiquam memoriam euol uerit, inueniet rurſum eum maxime tyrannorum fuiſſe à popularibus hominibus, & qui traherent ſemper, quo uellent, multitudinem, aſſentando illi. Primùm igitur narrauit, quod factum eſſet: deinde, cur id ita fieret, expoſuit.

Cauſa autem.) Cauſam cur olim tyrannidem occuparent, qui omnibus in rebus gratificarentur multitudini, ſua uerò ætate id minime fieret, eſſe inquit, quia tunc aliqui è numero eorum qui exercitum ducebant, aſſentabantur populo, ac ſemper ipſi proponebant, quæ grata ei acceptaq; forent. Non dum enim, inquit, erant eloquentes homines, & qui facultatè dicendi magnam haberent: nec tamen putare debemus, illos ipſos duces belli omnino infantes fuiſſe, nec potuiſſe uerbis explicare ſenſum animi ſui: neque enim potuiſſent hi qui ad uoluptatem. Addit autem: Noſtra uerò ætate, cùm ars dicendi aucta ſit, qui multam eloquentia ualent, aſſentantur multitudini, inſinuantque ſe in gratiam ipſius ſuis blanditijs. Quia autem ijdem rudes ſunt artis bellicæ, non audent ſibi iniuſtum illum principatum uendicare, qui ſine diſciplina militari non facile obtinetur, nec defenditur. In extremo inquit, Præterquam, ſi hoc etiam aliquando alicubi uſu uenit, ut freti aliqui eloquẽtia solùm, arripuerint imperium: quod tamen & rarum & imbecillum eſſe affirmat.

Exiſtebãt autem.) Quærit nunc, unde fiet, ut antiquitus plures tyrannides exiſterent, quàm propinquioribus ætati ſuæ temporibus. Docet autem cauſas huius rei afferri. Peiorem earum fuiſſe, inquit, errorem ueterum illorum, qui magnos magiſtratus imperiaque mandabant ſingulis hominibus. illi enim, cùm ita ſibi uiam munitam uiderent ad imperium, arripiebant ipſum, atque iniuſtè exercebant. Hanc ipſam cauſam fuiſſe dicit, ut Mileſij amiſerint ſuas leges ac libertatem. cùm enim in ea ciuitate magiſtratus foret auctoritatis ingentis, qui uocabatur Prytania, ab uno quopiam, qui ipſum adeptus eſt, iniuſto hominum oppreſſa fuit reſpublica.

Præterea quia.) Alteram rationem aperit huius peſtis ciuitatum, crebrioresque olim fuiſſe tyrannidas ait: quia tùc urbes non erant magnæ, ut poſtea condi cœperunt. eo enim tempore narrat, plebem ſolitam degere in agris, cum domicilia illic haberet, occupatam ſemper in agro colendo atque operibus ruſticis faciendis. quare auctores plebis ducesque, cùm cognouiſſent eos eſſe militares uiros, ſolitos aſpirare ad tyrannidem. Adiungit autem, cunctos illos patefacere ſibi ſolitos iter ad opprimendas leges ſimplicitate populi, qui temerè ipſis credebat: populum autem ijdem ſibi credulum reddebant, præ ſe ferentes inimicitias aduerſus locupletes, cui ordini inſenſa ſemper eſt multitudo, cùm ipſa conſtet è pauperibus.

Ceu Athenis.) Exemplis confirmat, quod dixit, inimicitias aut ueras aut fictas cum diuitibus, comparare cupidis iniuſtæ poteſtatis hanc fidem. Tria autem ponit ualde illuſtria. primum ipſorum eſt Piſiſtrati, qui Athenis impoſuit libertati, calliddiſſimus uir ac patientiſſimus etiam iniuriarum, ut regnaret. Hunc igitur, inquit, quia aduerſabatur Pediacis, acerrimusque erat ipſorum inimicus, conciliaſſe ſibi beneuolentiam multitudinis: erat autem natio quædam Athenis hoc nomine appellata, quæ dominatum paucorum amabat. Pediacas narrat eoſdem Plutarchus in Solone, qui narrat, ut eſſet ager Athenienſium diſtinctus quinque ipſius diſcrimina forent, tot etiam extitiſſe factiones partesque ciuitatis, enim eſſet illic genus quoddam hominum maximè popularæ, qui dicebantur Diacrij. Alterum autem hi ipſi Pediæs, quod dominatu cuperet, ſibiq; gubernaculum ciuitatis uendicaret. Tertium conſtabat ex illis, qui Parali nominabantur, medium interiectum que inter ſuperiores, quodq; delectaretur rep. temperata ex illis contrarijs ſtatibus. quare impedimẽto erat ſtudijs eorum, ne ſinebat in ſuam omnino poteſtatem remp. conuertere. His igitur Pediacis repugnabat Piſiſtratus. Harpocration quoque meminit πεδιακῶν, quam partem fuiſſe tradit agri Attici, uocatam ita: quia, cùm campus eſſet, illic greges & armẽta ſolita eſſent paſci. quare eos, qui habebant magna pecuaria, potuerunt appellari πεδιακοὺς. Διακρίους itidem uocantur uocati à certo quodam loco regionis Atticæ, qui dicebatur Διακρία, ut ueteres Grammatici teſtentur. Reſpondet igitur hoc quoq; illi, quod memoriæ prodidit Plutarchus, partes has diſſentientes inter ſe magnopere in adminiſtranda republica, e uarijs ſedibus, remotis inter ſe, telluris Atticæ, nomina tres eſſe. Nam unde παράλιοι, tertiũ genus dicti ſint, nõ poteſt quempiam fallere, cùm hoc nomẽ ipſum oſtẽdat.

Et Theagenes) Alterum exemplum tyrannidis, eadem fraude occupatæ. Commemorat enim, Megaris quoque Theagenem popularem ſtatum oppreſſiſſe, cùm fidem amoremque multitudinis nactus eſſet, ſimulans ſe inimicum eſſe locupletum. Vt enim hoc probaret, obtroncauit eorum armenta, cùm inueniſſet eos apud amnem eius telluris ipſa habere. quo fortaſſe in loco, ut publico non licebat legibus paſcere. Eſt autem hic Theagenes ille, cuius meminit in primo quoque libro de Arte dicendi, cùm rationem conficiendorum exemplorum traderet. Poſtquam enim callide reddidit ille ſibi inimicos omnes, uideri uolens ſe hoc præſtitiſſe, ut gratum faceret popularibus, petijt ab illis cuſtodes corporis, quibus poſtea uſus eſt non tam ad ſalutem ſuam tuendam, quàm ad liberum ſtatum euertendum. Tertium exemplum eſt Dionyſij Syracuſani, quem dicit eadem arte patefeciſſe ſibi aditum ad iniuſtum regnum in patria. Cùm enim accuſaret Daphnæum, nec ceſſaret criminari locupletes, adeptus eſt imperium: fidem enim habuit illi, eique ſe ipſi commiſit multitudo, ut populari homini ac defenſori ſuarum utilitatum.

Mutantur autem.) Tangit nunc aliam mutationem ſtatus itidem popularis, quæ non tranſit in diuerſum penitus ſtatum & aliam ſpeciem reipublicæ: ſed in eadem manet, uariata tamen non parum à priore forma ueteréque democratia: ſunt enim gradus quidam ipſius. Vocat igitur ueterem illam πατρίαν, quia in uſu fuerat maiorum eius gentis, eratq; eadem temperatior, & minus audacter diſcedebat à legibus: in quam autem uerſa eſt, νεωτέραν, id eſt quæ cœpta eſt ultimis temporibus, ac maximè recentibus. Quaſi enim ſignificat ipſam cotidie magis ſolutam, & licentiæ plenam factam, peruenisseque tandem in eum locum, ut uerè uarietas ille tanta mutatio uocari debeat. hoc autem in primis Athenis uſu ueniſſe, memoriæ proditum eſt. Quare Iſocrates, qui uitia illius democratiæ, ſua ætate crescentis, emendare uoluit: ſcripſit librum uocatum Areopagiticum, in quo omnes neruos contendit, ut reuocaret Athenienſes ad priſcum illum ſtatum eius ciuitatis: tantaque libertate uſus eſt in reprehendendis peccatis eorum temporum, ut non ſine cauſa exiſtimatus ſit cum magno capitis ſui periculo id feciſſe. Docet autem, quibus in rebusp. popularibus exoriatur hoc malum, ut ſcilicet deteriores fiant, & amittant priſtinam integritatem. Inquit igitur, id uſu uenire, ubi magiſtratus creantur ſuffragijs, non tamen cenſibus ſpectatis, & neceſſitate ulla ijs qui deligunt, imponitæ, hos magis quàm illos probandi: ſed tota res in arbitrio ipſorum poſita eſt, & ubi populus eſt, qui creat ipſos, non uero aliquis unus aut plures. Illic enim, inquit, cupidos homines honorum obtinendorum, multitudinem ſibi omni arte conciliantes, deducere paulatim rem in hunc locum, ut ipſa omnium rerum domina ſit, & poteſtatem habeat leges abrogandi: quod niſi illa ualeret leges ueteres antiquare, & nouas ſibique accommodatas ferre, non poſſet antiquam remp. de gradu deijcere.

Remedium autem) Cùm ortum huius mutationis in peiorem partem reip. iudicaſſet, exiſtimauit etiã oportere ſe remedium eius mali ſignificare. quare inquit: Medicina, ut hoc aut nunquam fiat, aut minus ſaltem fiat, eſt, ut tribus ferant ſuffragia, deligantque magiſtratus, & non uniuerſus ſimul populus: ita enim ambitioſi homines non aſſentabuntur multitudini, cùm uidebunt non uniuerſam illam, ſed certos ſolùm quoſdam ordines poteſtatem habere deſideria ſua implendi. Poſt remedium monſtratum ſuperioris ingentis mali, colligit, quæ adhuc fecerit. affirmatq; ſe explicaſſe omnes ferme cauſas, quibus mutentur ſtatus populares.

CAPVT VI.

DOminatus autem paucorum mutatur duob. maximè modis apertiſſimis. Vno quidem, ſi iniuriã fecerint multitudini: quiuis enim auctor & præſes efficitur. maximè autem quando cõtigerit unũ aliquem ex eo dominatu ducẽ fieri: quẽ.

Αἱ δ' ὀλιγαρχίαι μεταβάλλουσι διὰ δύο μάλιστα τρόπους τοὺς φανερωτάτους. ἕνα μὲν ἐὰν ἀδικῶσι τὸ πλῆθος· πᾶς γὰρ ἱκανὸς γίνεται προστάτης. μάλιστα δ', ὅταν ἐξ αὐτῆς συμβῇ τῆς ὀλιγαρχίας γίνεσθαι τὸν ἡγεμόνα· καθά-
πε

Oligarchia autem commutantur duobus maxime modis ualde in promtu poſitis: uno quidem, ſi pauci potentes, & reipub. compotes multitudini iniuriam inferant. Quiuis enim fit hic dux idoneus ad præeundum populo: ſed tum maxime, cum acciderit, ut dux ex ipſa oligarchia exſiſtat: quẽ

N admo

admodum in Naxo Lygdamis, qui poſtea tyrannus extitit Naxiorum. Initium quoque ſeditionis, quod naſcitur ab alijs, cuntinet in ſe differentias. interdum enim ex ipſis locupletibus, qui tamen magiſtratus non gerunt, oritur diſſolutio, quando pauci admodum fuerint illi, qui ad honores perueniunt: ceu Maſsiliæ, Iſtri & Heracleæ, & in alijs ciuitatibus euenit. Qui enim participes nō ſunt magiſtratuum, mouerunt, donec communicarunt illis ſeniores primùm fratrum: poſtea rurſus iuniores (non enim imperium ſimul habent quibuſdam in locis pater & filius) alibi autem maior natu frater & iunior. Et hic quidem ciuilior facta eſt dominatio paucorum. Iſtri autem in ſtatum multitudinis euaſit: Heracleæ uerò è paucioribus ad ſexcentos peruenit. Mutata autem eſt paucorum dominatio, quæ Cnidi erat, contendentibus inter ſe nobilibus ipſis, quia pauci erant qui participes eius forent: &, ut dictum eſt, ſi pater, filium non participem fieri: neque ſi plures fratres, prętermaiorē natu. Cùm enim plebs nacta eſſet concertantes, accepto duce & auctore è nobilib⁹, ſtructisque inſidijs, pugna ſuperior fuit. infirmum enim eſt, quod diſcordijs laborat. Et Erythris in paucorum dominatu Baſilidarum antiquitùs, etſi officio fungebantur, qui clauum reipob. tenebant: tamen, quia à paucis regebatur, ſtomachans populus, mutatus eſt in rempublicam. Mouentur autem paucorū dominatus, & ſuo uitio, & propter concertationem aſſentantium ipſis. Aſſentatio autem gemina eſt. una quidem in ipſis paucis: exoritur enim aſſentator, quamuis pauci admodum fuerint: ceu, cùm Athenis triginta dominarentur. Charicles multum ualuit, qui triginta illis aſſentabatur: & cū quadringentis in ſuo arbitrio rēp. habebāt, Phrynichus eodē modo. Vel quando multitudini adulati fuerint, qui illic dominantur: ueluti Lariſſæ politophylaces. Quia enim deligebat ipſos plebs, blandiebantur illi. Et in quibuſcunque paucorum dominatibus non hi magiſtratus creant, è quibus magiſtratus ipſi conſtant; ſed magiſtratus

περ ἐν νάξῳ λύγδαμις, ὃς καὶ ἐτυράννησεν ὕστερον τῶν ναξίων. ἔχει δὲ καὶ ἡ ἐξ ἄλλων ἀρχὴ στάσεως διαφορᾶς. ὁτὲ μὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν εὐπόρων, οὐ τῶν ὄντων δὲ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, γίγνεται κατάλυσις, ὅταν ὀλίγοι σφόδρα ὦσιν οἱ ἐν ταῖς τιμαῖς· οἷον ἐν μασσαλίᾳ, καὶ ἐν ἴστρῳ, καὶ ἐν ἡρακλείᾳ, καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι συμβέβηκεν. οἱ γὰρ μὴ μετέχοντες τῶν ἀρχῶν ἐκίνουν, ἕως μετέλαβον οἱ πρεσβύτεροι πρότερον τῶν ἀδελφῶν· ὕστερον δὲ οἱ νεώτεροι πάλιν (οὐ γὰρ ἄρχουσιν, ἐνιαχοῦ μὲν ἅμα πατήρ τε καὶ υἱός) ἐνιαχοῦ δὲ ὁ πρεσβύτερος, καὶ ὁ νεώτερος ἀδελφός. καὶ ἔνθα μὲν πολιτικωτέρα ἐγένετο ὀλιγαρχία. ἐν ἴστρῳ δ᾽ εἰς δῆμον ἀπετελεύτησεν· ἐν ἡρακλείᾳ δ᾽ ἐξ ἐλαττόνων εἰς ἑξακοσίους ἦλθε. μετέβαλε δὲ καὶ ἐν κνίδῳ ἡ ὀλιγαρχία στασιασάντων τῶν γνωρίμων αὐτῶν πρὸς αὐτούς, διὰ τὸ ὀλίγους μετέχειν. καὶ καθάπερ εἴρηται, εἰ πατήρ, υἱὸν μὴ μετέχειν· μηδ᾽ εἰ πλείους ἀδελφοί, ἀλλ᾽ ἢ τὸν πρεσβύτατον. ἐπιλαβόμενος γὰρ στασιαζόντων ὁ δῆμος, καὶ λαβὼν προστάτην ἐκ τῶν γνωρίμων, ἐπιθέμενος ἐκράτησεν. ἀσθενὲς γὰρ τὸ στασιάζον. καὶ ἐν ἐρυθραῖς δὲ ἐπὶ τῆς τῶν βασιλιδῶν ὀλιγαρχίας, ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις· καίπερ καλῶς ἐπιμελουμένων τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ, ὅμως διὰ τὸ ὑπ᾽ ὀλίγων ἄρχεσθαι ἀγανακτῶν ὁ δῆμος, μετέβαλε τὴν πολιτείαν. κινοῦνται δὲ αἱ ὀλιγαρχίαι ἐξ αὐτῶν, καὶ διὰ φιλονεικίαν δημαγωγούντων. ἡ δημαγωγία δὲ διττή. ἡ μὲν ἐν αὐτοῖς ὀλίγοις. ἐγγίνεται γὰρ δημαγωγός, κἂν πάνυ ὀλίγοι ὦσιν· οἷον ἐν τοῖς τριάκοντα ἀθήνησιν, οἱ περὶ χαρικλέα ἴσχυσαν, τοὺς τριάκοντα δημαγωγοῦντες. καὶ ἐν τοῖς τετρακοσίοις οἱ περὶ φρύνιχον τὸν αὐτὸν τρόπον. ἢ ὅταν τὸν ὄχλον δημαγωγῶσιν οἱ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ ὄντες· οἷον ἐν λαρίσσῃ οἱ πολιτοφύλακες, διὰ τὸ αἱρεῖσθαι αὐτοὺς τὸν ὄχλον ἐδημαγώγουν. καὶ ἐν ὅσαις ὀλιγαρχίαις οὐχ οὗτοι αἱροῦνται τὰς ἀρχάς, ἐξ ὧν οἱ ἄρχοντές εἰσιν· ἀλλ᾽ αἱ μὲν ἀρχαὶ

admodum in Naxo Lygdamis, qui poſterius Naxiorum etiam tyrannus fuit. Habet autem & ſeditionis principium ab alijs profectum differentias quaſdam. Interdum enim ab ipſis diuitibus, non ijs tamen, qui prouecti ſunt ad magiſtratus, naſcitur oligarchiæ interitus, cum ualde pauci ſunt ij, qui honores adepti ſunt: ut Maſsiliæ, & Iſtri, & Heraclea, & in alijs urbibus accidit. Nam qui magiſtratuum participes non erant, rebus nouandis ſtuduerunt, donec ipſi etiam participes facti ſunt: fratres quidem maiores natu primi, poſteriùs uero iterum minores. non enim magiſtratum obtinent in nonnullis locis pater & filius: in quibuſdam frater natu maior, & natu minor. Atq; illic quidem reip. adminiſtratio, ciuilior facta eſt. Iſtri uerò in democratiam euaſit. At Heraclea à paucioribus potentibus ad ſexcentos translata eſt. Mutata etiam in Cnido oligarchia eſt, cùm uiri ipſi illuſtres ac nobiles ab eis diſſediſſent, propterea quod pauci reipub. adminiſtrationis participes erant: &, quemadmodum dictum eſt, ſi pater magiſtratum obtinebat, filius a magiſtratu excludebatur: &, ſi plures fratres erant, ſoli natu maximo aditus ad magiſtratus patebat. Nam cū populus eos inter ſe diſsidentes ac diſcordantes occupaſſet atque oppreßiſſet, & ex illuſtrium uirorum numero ducem cepiſſet: impetu facto eos adortus profligauit, rerumq; potitus eſt. imbecillum enim eſt id omne, quod diſcordat. Et Erythris regis Androcli poſteris oligarchiam obtinentibus, priſcis illis temporibus, quamuis ea quæ ad rempub. pertinerent, bene procurarent: indignè ferens tamen populus, quòd paucorum imperio ſubiectus eſſet, reipub. adminiſtrandæ formam mutauit. Mutantur autem oligarchiæ etiam ipſorum paucorum potentium culpa, cum propter contentionis ſtudium populo blandiuntur atque aſſentantur. Duplex autem popularis blanditia eſt: una, quæ in ipſis pauc. potentibus uertitur. Exiſtit enim blandus populi ductor, & penè dicam, aſſentator, etiamſi pauci admodum ſint quibus blandiatur: uerbi gratia, Athenis in triginta uiris Charicles ingens ac ualuit, dū triginta uiris populariter blanditur. & in quadringentis Phrynichus eodem modo. Altera, cùm turbæ & fæci populi blandiuntur & aſſentantur, pauci diuites imperium obtinentes: ut Lariſſæ ciuium cuſtodes, qui politophylaces dicuntur à Græcis: quia ipſi à plebe legebantur, populi turbam & infimam multitudinem colebant. Quod etiam fit in ijs omnibus oligarchijs, in quibus non hi legendorum magiſtratuum ius habent, ex quorum corpore aut ordine ſumuntur magiſtratus: ſed magiſt.. at m

ſtratus è cēſib. magnis ſunt, uel ſodalitatib. ſuffragijs aūt ſuis ipſos deligūt grauis armaturæ milites, uel populus. qđ Abydi uſu uenit. Et ubi iudicia nō conſtituūtur ex ijs, q rēp. in ſua poſeſtate hn̄t: placētes .n. ijs, q de litib. exiſtimaturi ſunt, mutant ſtatū reip. qđ factū eſt Heracleę, q̄ in Pōto eſt. Amplius aūt, cū quidā ad pauciores traxerint dominatū: qui .n. ipſorū æqualitati ſtudēt, cogūtur ad populi auxiliū cōfugere. Fiūt aūt paucorū dominat⁹ mutationes, & cū fortunas ſuas abſumſerint, uiuētes immoderatè. Huiuſcemodi .n. homines dant operā reb. nouis: & uel tyrānidi ipſi incūbūt, uel aliū tyrannū cōficiunt: quēadmodū Hipparin⁹ Dion. Syracuſis. & Amphipoli, q uocabat Cleotim⁹, colonos Chalcidēſiū accerſiuit: & cū ueniſſent, fecit ut ipſi cōcertarēt cū illis, q amplū patrimoniū haberēt. & in Aegina, q auctor actionis ei⁹ fuit, q̄ geſta eſt aduerſus Charetē, aggreſſus eſt rēp. mutare ꝓpter hāc cauſam. Aliquādo igiť nitūtur aliquid mouere: aliqn̄ aūt furātur publica uectigalia. unde aduerſus ipſos certāt uel hi, uel qui pugnāt cū ipſis, rēp. cōpilantibus. qđ quidē Apolloniæ uſu uenit, quę in Ponto eſt. Paucorū aūt dominat⁹ cōcors haud facilè labefactatur per ſemetipſum. ſignum huius rei eſt reſp. Pharſali: illi nāq; pauci exiſtētes, multos in ſua poteſtate hn̄t, ꝑpterea qđ rectè ſemetipſis utūtur. Diſſoluūtur autē & cū in dominatū ipſum aliū paucorū dominatū inſeruerit: hoc aūt eſt, cū omni ſtatu è paucis cōſtato maximorū magiſtratuū participes nō fuerint cuncti illi pauci, qđ aliqn̄ Elide cōtigit. cū .n. ſtatus ciuitatis ꝑ paucos adminiſtraretur, pauci admodū ordinis ſenatorū extitēre, quia perpetui erāt numero nonaginta: delectu aūt ipſorū, quo utuntur reguli: ſimiliſq; illi, quo Lacedæmone ſenatores legūtur. Mutātur aūt paucorū dominatus & tēpore belli & pacis: belli quidem, quia cùm fidem nullam habeant populo, coguntur uti militibus mercede conductis. cui enim bellum adminiſtrandum tradiderunt, hic ſæpe efficitur tyrannus, quemadmodum Corinthi Timophanes. ſi plures autem hi fuerint, ſibi ipſis diuidunt principatū: aliquādo

ἀρχαὶ ἐκ τιμημάτων μεγάλων εἰσὶν, ἢ ἑταιρειῶν· αἱροῦνται δ' οἱ ὁπλῖται, ἢ ὁ δῆμος, ὅπερ ἐν ἀβύδῳ συνέβαινε· καὶ ὅπου τὰ δικαστήρια μὴ ἐκ τοῦ πολιτεύματός ἐστι. δημαγωγοῦντες γὰρ πρὸς τὰς κρίσεις, μεταβάλλουσι τὴν πολιτείαν. ὅπερ καὶ ἐν ἡρακλείᾳ ἐγένετο, τῇ ἐν τῷ πόντῳ. ἔτι δὲ, ὅταν ἔνιοι εἰς ἐλάττους ἕλκωσι τὴν ὀλιγαρχίαν. οἱ γὰρ τὸ ἴσον ζητοῦντες, ἀναγκάζονται βοηθὸν ἐπαγαγέσθαι τὸν δῆμον. γίγνονται δὲ μεταβολαὶ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ ὅταν ἀναλώσωσι τὰ ἴδια, ζῶντες ἀσελγῶς. καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι καινοτομεῖν ζητοῦσι· καὶ ἢ τυραννίδι ἐπιτίθενται αὐτοὶ, ἢ κατασκευάζουσιν ἕτερον· ὥσπερ ὁ ἱππαρῖνος διονύσιον ἐν συρακούσαις. καὶ ἐν ἀμφιπόλει, ᾧ ὄνομα ἦν κλεότιμος, τοὺς ἐποίκους τοὺς χαλκιδέων ἤγαγε· καὶ ἐλθόντων διεστασίασεν αὐτοὺς πρὸς τοὺς εὐπόρους. καὶ αἰγίνῃ ὁ τὴν πρᾶξιν τὴν πρὸς χάρητα πράξας, ἐνεχείρησε μεταβαλεῖν τὴν πολιτείαν διὰ τοιαύτην αἰτίαν. ὁτὲ μὲν οὖν ἐπιχειροῦσί τι κινεῖν, ὁτὲ δὲ κλέπτουσι τὰ κοινά. ὅθεν πρὸς αὐτοὺς στασιάζουσιν ἢ οὗτοι, ἢ οἱ πρὸς τούτους μαχόμενοι κλέπτοντας· ὅπερ ἐν ἀπολλωνίᾳ συνέβη, τῇ ἐν τῷ πόντῳ. ὁμονοοῦσα δ' ὀλιγαρχία οὐκ εὐδιάφθορος ἐξ αὑτῆς. σημεῖον δὲ ἡ ἐν φαρσάλῳ πολιτεία· ἐκεῖνοι γὰρ ὀλίγοι ὄντες, πολλῶν κύριοί εἰσι, διὰ τὸ χρῆσθαι σφίσιν αὐτοῖς καλῶς. καταλύονται δὲ, καὶ ὅταν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ ἑτέραν ὀλιγαρχίαν ἐμποιῶσι· τοῦτο δ' ἐστὶν, ὅταν τοῦ παντὸς πολιτεύματος ὀλίγου ὄντος, τῶν μεγίστων ἀρχῶν μὴ μετέχωσιν οἱ ὀλίγοι πάντες. ὅπερ ἐν ἤλιδι συνέβη ποτὲ· τῆς πολιτείας γὰρ δι' ὀλίγων οὔσης τῶν γερόντων ὀλίγοι πάμπαν ἐγίνοντο, διὰ τὸ ἀιδίους εἶναι, ἐνενήκοντα ὄντας. τὴν δ' αἵρεσιν δυναστευτικὴν εἶναι, καὶ ὁμοίαν τῇ τῶν ἐν λακεδαίμονι γερόντων. γίγνεται δὲ μεταβολὴ τῶν ὀλιγαρχιῶν, καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν εἰρήνῃ· ἐν μὲν πολέμῳ, διὰ τὴν πρὸς τὸν δῆμον ἀπιστίαν, στρατιώταις ἀναγκαζομένων χρῆσθαι· ᾧ γὰρ ἂν ἐγχειρίσωσιν, οὗτος πολλάκις γίγνεται τύραννος. ὥσπερ ἐν κορίνθῳ τιμοφάνης. ἂν δὲ πλείους, οὗτοι αὑτοῖς περιποιοῦνται δυναστείαν· ὁτὲ δὲ

giſtratus quidem fiunt ex amplis & magnis cenſibus aut ſodalitatibus: uerùm eligunt eos aut milites leuioris armaturæ, aut populus (quod Abydi contigit) & ubi rebus iudicandis non præſunt ij, qui rempub. adminiſtrant. colentes enim populum iudiciorum gratia reip. adminiſtrandæ formam in democratiam commutant: quod & Heracleæ, quæ in Ponto eſt, accidit. Præterea cum aliqui oligarchiam ad pauciores trahūt. Nam qui æqualitatem quærunt, auxilium populi aduocare, ſibiq; aſciſcere coguntur. Fiunt autem oligarchiæ conuerſiones etiam, cùm pauci potentes, qui rempub. moderantur, rem ſuam familiarem conſumſerunt intemperanter uiuendo. Etenim tales homines rebus nouis ſtudent: & aut ipſi tyrannidem occupant, aut alium tyrannum parant: quemadmodum Hipparinus Dionyſium Syracuſis. & Amphipoli quidam, cui nomen erat Cleotimo, Chalcidenſium inquilinos in urbe adduxit: eoſq;, cum ueniſſent, locupletibus infenſos reddidit, atq; in eos incitauit. Et in Ægina is, qui negotiū illud, quod ad Charetem attinebat, geſſit, reipub. adminiſtrandæ formam mutare conatus eſt propter talem cauſam. Interdum igitur aliquid mouere & nouare conantur: interdum pecuniam publicam furantur, ex quo aut [a] hi inter ſe diſſidēt & diſcordant: aut qui hos remp. depeculantibus aduerſantur & repugnant: quod Apolloniæ accidit, eam dico, quæ eſt in Ponto. Conſentiens autem & conſpirans oligarchia non facilè ex ſeipſa interit, cuius rei indicio eſt Pharſaliorum reip. adminiſtratio. Illi enim cum pauci ſint, [b] in multos dominatum obtinent, quoniam ſeipſi bene gerunt. Iam uerò frangitur paucorum potentatus, cum in oligarchiam alteram oligarchiam inſerunt. hoc autē eſt, cum ad paucos contracta reip. adminiſtratione, ampliſsimorum magiſtratuū omnes pauci non ſunt participes. quod aliquando Elide accidit. Nam cum reſpub. à paucis ſenatoribus adminiſtraretur, pauci omnino fiebant ſenatores: & quia perpetui erant, cum eſſent nonaginta: & quia electio erat dynaſtica propria, eorumq; qui Lacedæmone ſunt, ſenatorum electioni ſimilis. Fit porrò etiam in bello & in pace oligarchiarum mutatio: in bello quidem, dum propterea quod populi fidem habent ſuſpectam, militibus externis coguntur uti. cui enim exercitum tradiderint, hic ſæpenumero tyrannus efficitur: quemadmodum Corinthi Timophanes. Quòd ſi plures fuerint, hi ſibi dynaſtiam aſciſcunt: interdum uero

hac

autem hæc metuentes, communicant rempublicam cum multitudine, quia neceſſe habent uti populo. Pacis autem tempore, quia non fidunt ſibi ipſis, committunt cuſtodiam mercede conductis, & præfecto ipſorum, qui medius & arbiter ſit: ille autem aliquando ambarum partiũ dominus fit. quod euenit Lariſſæ, cùm Aleuadæ Sami regnarunt, & Abydi, qua tempeſtate ſodalitates rempub. regebant: quarum una erat illa Iphiadæ. Gignuntur etiam ſeditiones, quia alij ab alijs extruduntur ex ijs, qui participes dominatus ſunt, & contendunt inter ſe ob matrimonia uel lites: ceu ex cauſa matrimonij, quæ prius commemoratæ ſunt, & dominatũ paucorum Eretriæ, quem equeſter ordo habebat, Diagoras fregit, accepta iniuria in matrimonio. E lite autem in iudicio exiſtimata, Heracleæ ſeditio orta eſt: & Thebis diſcordiarum fuit origo adulterium, cum animaduerſio iuſtè quidem, ſed tamen tumultuosè adminiſtrata eſſet, eorum, quæ facta ſunt Heracleæ contra Eurytionem: quæ uerò Thebis contra Archiam. laborarunt enim tantum inimici, ut ipſi uincti fuerint in foro ad cyphonem. Multæ autem, quia dominationes ipſæ ualde heriles erant, à quibuſdam ſocijs eius ſtatus, ſtomachantibus, euerſæ ſunt: ut, quæ Cnidi, & in Chio extitit paucorum dominatio. Fiunt autem & caſu quodam mutationes & uocatæ reipublicæ, & paucorum dominatuum, in quibuſcunque è cenſu deliberant & cauſas iudicant, atque alios magiſtratus obtinent. ſæpè enim cenſus, qui primùm ſtatutus fuit, accommodatus illis temporibus, ita ut pauci in dominatu participes eius forent: in republica uerò, ut medij, cùm extiterit ubertas propter pacem, uel aliam quampiã felicitatem, contingit eadem bona multo maiore pretio æſtimari, ita ut omnes omnium participes ſint: interdum quidem ſenſim & paruis acceſſionibus, & quæ fallat: interdũ autem & celerius. Dominatus igitur paucorum mutantur, ſeditionesque in ipſis oriuntur ob huiuſcemodi cauſas: ad ſummam autem & ſtatus populi & dominatus paucorum migrant inter-

ταῦτα δεδιότες, μεταδιδόασι τῷ πλήθει τῆς πολιτείας, διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι τῷ δήμῳ χρῆσθαι. ἐν δὲ τῇ εἰρήνῃ, διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους, ἐγχειρίζουσι τὴν φυλακὴν στρατιώταις καὶ ἄρχοντι μεσιδίῳ, ὃς ἐνίοτε γίνεται κύριος ἀμφοτέρων. ὅπερ συνέβη ἐν λαρίσσῃ ἐπὶ τῆς τῶν ἀλευαδῶν ἀρχῆς, τῶν περὶ σίμον. καὶ ἐν ἀβύδῳ ἐπὶ τῶν ἑταιρειῶν ὧν ἦν μία ἡ ἰφιάδου. γίνονται δὲ στάσεις καὶ ἐκ τοῦ περιωθεῖσθαι ἑτέρους ὑφ᾽ ἑτέρων, τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ αὐτῶν. καὶ καταστασιάζεσθαι κατὰ γάμους, ἢ δίκας· οἷον ἐκ γαμικῆς μὲν αἰτίας, αἱ εἰρημέναι πρότερον· καὶ τὴν ἐν ἐρετρίᾳ δὲ ὀλιγαρχίαν τὴν τῶν ἱππέων, διαγόρας δὲ κατέλυσεν ἀδικηθεὶς περὶ γάμον. ἐκ δὲ δικαστηρίου κρίσεως, ἡ ἐν ἡρακλείᾳ στάσις ἐγένετο. καὶ ἐν θήβαις ἐπ᾽ αἰτίᾳ μοιχείας. δικαίως μὲν στασιαστικῶς δὲ ποιησαμένων τὴν κόλασιν τῶν μὲν ἐν ἡρακλείᾳ, κατ᾽ εὐρυτίωνος· τῶν δ᾽ ἐν θήβαις, κατ᾽ ἀρχίου. ἐφιλονείκησαν γὰρ αὐτοὺς οἱ ἐχθροί, ὥστε δεθῆναι ἐν ἀγορᾷ ἐν τῷ κύφωνι. πολλαὶ δὲ καὶ διὰ τὸ ἄγαν δεσποτικὰς εἶναι τὰς ὀλιγαρχίας, ὑπὸ τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ τινῶν δυσχερανάντων κατελύθησαν· ὥσπερ ἡ ἐν κνίδῳ, καὶ ἡ ἐν χίῳ ὀλιγαρχία. γίγνονται δὲ ἀπὸ συμπτώματος μεταβολαί, καὶ τῆς καλουμένης πολιτείας, καὶ τῶν ὀλιγαρχιῶν ἐν ὅσαις ἀπὸ τιμήματος βουλεύουσι καὶ δικάζουσι, καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς ἄρχουσι. πολλάκις γὰρ τὸ ταχθὲν πρῶτον τίμημα πρὸς τοὺς παρόντας καιρούς, ὥστε μετέχειν, ἐν μὲν τῇ ὀλιγαρχίᾳ, ὀλίγους· ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ, τοὺς μέσους, εὐετηρίας γιγνομένης δι᾽ εἰρήνην, ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ εὐτυχίαν, συμβαίνει πολλαπλασίου γίγνεσθαι τιμήματος ἀξίας τὰς αὐτὰς κτήσεις, ὥστε πάντας πάντων μετέχειν. ὁτὲ μὲν ἐκ προσαγωγῆς, καὶ κατὰ μικρὸν γινομένης τῆς μεταβολῆς καὶ λανθανούσης· ὁτὲ δὲ καὶ θᾶττον. αἱ μὲν οὖν ὀλιγαρχίαι μεταβάλλουσι καὶ στασιάζουσι διὰ τοιαύτας αἰτίας. ὅλως δὲ καὶ αἱ δημοκρατίαι, καὶ ὀλιγαρχίαι, ἐξίσταν-

hac ueriti, cum multitudine resp. administrationem communicant, propterea quòd neceſſe habent populo uti. In pace autem, propterea quod mutuò fidem non habent, cuſtodiam corporis externis militibus & principi inter eos medio tradunt & committunt, qui fit interdum utriuſque partis dominus. Quod Lariſſæ accidit, Aleuadis Samijs principatum obtinentibus: & Abydi, ſodalitatibus iis inſtitutis: quarũ una erat ea, quæ fuit Iphiadæ. Oriuntur autem ſeditiones etiam ex eo, quòd alij ab alijs contumelioſè tractentur & uexentur, ijs ipſis qui imperium habent: & ex eo, quòd factioſè tractentur ac circumueniãtur in nuptijs, & in actionibus iudicialib. (uerbi gratia) ex cauſa nuptiali ſeditiones, quas antè diximus, tanquam ex fonte manauerunt. Oligarchiam porrò Eretrienſem, quam equites obtinebãt, Diagoras ſuſtulit ac deleuit, quòd in nuptijs iniuriam accepiſſet. Seditio uerò, quæ Heraclea exarſit, ex iudiciali ſententia orta eſt: & ea quæ Thebis, ex eo quod ob crimen adulterij pœnas iuſtas quidem illas, ſed nimis acerbas ſumpſiſſent Heracleenſes principes de Eurytione, Thebani de Archia. Contenderunt enim eius inimici, atque odio ſuo peruicerunt, ut in foro uinctus numellis aſtringeretur. Multæ denique oligarchiæ quia nimis erant ſeuæ, & dominorum in ſeruos imperij ſimiles, à quibuſdam remp. communiter adminiſtrantibus: talem ſæuitiam ægre ferentibus, fractæ & diſsipatæ ſunt: quemadmodum quæ in Cnido, & quæ in Chio erat oligarchia. Fiunt autem etiam ab euẽtu, tum eius reipub. adminiſtrationis, quæ politia appellatur: tum oligarchiarum cũ mutationes, earum omnium ſcilicet, in quibus ex cenſu in ordinem ſenatorum, & numerum iudicum aſcripti, conſultãdi & iudicandi munere funguntur, aliosque magiſtratus gerunt. Sæpenumerò enim qui primo fuit cenſus præſcriptus ac præſinitus, & ad præſentia tempora accommodatus, ut in oligarchia, pauci: in politia, medij magiſtratus obtinere poſſent: rebus proſperis, & ad uoluntatem ciuium fluentibus uel propter pacem uel propter aliam ſecundam fortunam, contingit ut eadem res familiaris facultates multo maiore cenſu ſint æſtimandæ, ita ut omnes omnium magiſtratuum ſint participes: fiatque mutatio reip. adminiſtrationis interdum occulta quadam acceſsione, & ſenſum fugiente incremento, & paulatim: interdum citius. Oligarchiæ igitur commertuntur, mutanturque, ſeditionibus iactantur ac fluctuant propter tales cauſas. Omnino autem etiam democratia & oligarchia interdum de ſuo ſtatu gra-

interdũ non in contrarias reſpublicas, ſed in eas, quæ ſunt eiuſdem generis: ceu è ſtatibus populi & dominatib. paucorum, legibus annexis: in proprios & ſolutos: atque ex his in illos.

ἐξίςανται ἐνίοτε, οὐκ εἰς τὰς ἐναντίας πολιτείας, ἀλλ' εἰς τὰς ἐν τῷ αὐτῷ γένει. οἷον ἐκ τῶν ἐννόμων δημοκρατιῶν, καὶ ὀλιγαρχιῶν. εἰς τὰς κυρίους· καὶ ἐκ τούτων, εἰς ἐκείνας.

graduq́ deturbata migrant non in contrarias reipub. adminiſtrandæ formas: ſed in eas, quæ eodem genere continentur: uerbi gratia, ex democratijs & oligarchijs uſitis ac legitimis, fiunt reip. adminiſtrationes dominantes, hoc eſt, quæ in arbitrio nutuq́ paucorũ et populi uertuntur, & ex his illæ.

COMMENTARIVS.

Dominatus autem.) Cùm tradiderit modos, quibus extinguũtur ſtatus populares: nunc aggreditur docere illos quibus franguntur dominatus paucorum. Primùm igitur inquit, temptari ipſa, & labefactari duobus plerunque modis, qui ſunt aperti maximè, atque omnibus ante pedes poſiti. Intelligit autem, cùm aut multis magniſque iniurijs afficiũt multitudinem, aut cùm ipſi illi qui dominantur, uehementer diſſentire inter ſe ac concertare cœperint. Primùm autẽ explicat priorem horum modorum, qui neſcitur ex iniurijs in multitudinẽ importatis. Quia autem mirum alicui uideri poterat, quomodo multitudo ſine auctore ac duce clauum ualeret extorquere è manibus eorum, qui ſteti opibus illic dominantur, inquit: quemlibet hominem, non opulentum etiam, nec ſingularis uirtutis, poſſe ducem eſſe idoneũ huius nouitatis, atque id propter uires magnas multitudinis. Quicunque igitur illam concitarit, erit auctor non malus tantæ mutationis. In primis tamen faſetur, hoc paruo negotio affici poſſe, cùm unus quiſpiam è numero eorum qui dominantur, ſe ducem præbuerit multitudini ad ſocios opprimendos: ut uſuueniſſe narrat in Naxo inſula. Lygdamis enim illic quidam particeps dominationis, iratus ſocijs, uel ſolus dominari uolẽs (quod poſtea ipſum feciſſe cõmemorat) dux fuit multitudinis ad dominationem paucorum diſſoluendam. Significat Saluſtius in Iugurthino, idem etiam moliri aliquando probos uiros & ſtudioſos ueræ gloriæ, qui non poſſunt ferre multitudinem conculcari à nobilibus, & contra ſui ordinis locique praua ſtudia & atroces iniurias, fauent multitudini, duceſque ſe illi præbent ad ſe uindicandam in libertatem illuſtrare ac ualde accommodatum huic rei oſtendendæ exemplum eſt T. Gracchi, claritate generis & omni laude florentis ciuis: qui cùm Romæ natus eſſet illo tempore, quo inuaſerat iam urbem cupiditas pecuniæ, ita ut nobiles omnem penè agrum occupaſſent, ſuiſq́ ſedibus excuſſent tenues homines, unde multa & magna incommoda naſcebantur, uniuerſaque reſp. peribat: remedium tanto malo adhibere uolens, communique ſaluti conſulere, à diuitum factione oppreſſus eſt. Idem etiam Spartæ factum fuiſſe conſtat. Cùm enim illic quoque, ſpretis ac conculcatis legibus Lycurgi, pauci Lacones totius agri domini facti forent, indeq́ue contigiſſet, ut ciuitas paucitate militum laboraret, ac ueterem militiæ gloriam amiſiſſet: Agis optimus adoleſcẽs, rexq́ue iuſtiſſimus, antiqua inſtituta reuocare ſtudens, ephororum fraude & inſidijs in carcerem coniectus eſt. Huiuſcemodi conſilia intellexiſſe Ariſtotelem, exiſtimandum eſt: quorum etiam hic meminiſſet (ut ueriſimile eſt) niſi ipſo iam mortuo, ſecuta uiſſent. Quòd affirmauit, quemlibet tenuem etiam hominem, & unum è multitudine, eſſe poſſe principem ſignifiumque ſeditionis, ſatis aptum, & omnia permiſcere: declarauit hoc uerum eſſe, quod Romæ factum eſt, cùm ex orto repẽtè tumultu, ereptum imperium eſt, & uita Galbæ imperatori. Auctores enim fuére illarum inſidiarum duo gregarij milites, & nullius exiſtimationis. quod Tacitus in indigniſſimo illo facto memoriæ mandando, ſignificat, ac ſtomachatur his uerbis: Suſcepêre duo manipulares imperium populi Rom. transferendum, & tranſtulerunt. Nomina etiã ipſorum poſuit, & quas curas in caſtris gererent, indicauit, humiles ſcilicet ita autẽ locutus eſt: Sed tum è libertis Onomaſtum futuro ſceleri præfecit, à quo Barbium Proculum, teſſerarium ſpeculatorem, & Veturium optionem eorundem perductos, & quæ ſequuntur. ita enim totus locus legi debet, in excuſis libris fœdum in modum deprauatus: quod teſtatur antiquiſſimum exemplar, quod ſeruatur nunc in Medicea bibliotheca, & præterea Plutarchus in uita Galbæ ipſius ille enim quoque & nomina & officia humilium harum perſonarum Latinis uerbis expreſſa poſuit. Qui in cohortibus uocarentur optiones, Nonius docuit: teſſerarij qui dicerentur, neminem fallere poteſt.

Initium quoque. Cùm dominatus paucorum incipit tentari, principio diſcordiarum ducto ab expertib. illius iuſtæ poteſtatis, affirmat philoſophus non ſemper id eodem modo geri, ſed eſſe plures diuerſaſque origines huius nouitatis: aliquando enim opera ipſorum locupletum, non tamen illorum, qui imperium habent, ſed expertium publicorum honorum fieri dicit diſſolutionem illius dominatus. quando etiam hoc contingat declarat. Cùm enim inquit pauci admodum extiterint, qui imperium illic habent: & honores ſibi ſolis tribuunt. tres autem ciuitates nominat, in quibus, cùm à paucis diuitib. regerentur, erepta eſt dominatio ipſis ac poteſtas, non à pauperibus, perpetuis aduerſarijs illius ſtatus, ſed a locupletibus amatoribus ipſius, niſi ſe læſos iure, & male tractatos putarent, illæ autem ſunt Maſſilia, Iſtrum, Heraclea, ſed alias etiam nonnullas poſſe exemplum eſſe eiuſdem rei affirmat. In omnib. autem illis narrat, diuites eos, quib. non licebat peruenire ad honores, auctores ſeditionis fuiſſe: illos enim non ceſſaſſe dicit, donec impetrauerunt, ut fratres quoque ſeniores principum illorum participes fierent dominatus: hoc enim primum fuiſſe dicit, quod aliquantulum mouit, laxauitque ſtatum illum ualde aſtrictum addit autem factum illic poſtea eſſe, ut iuniorib. quoque fratribus aditus eſſet ad imperium. Ne quis uerò non facile crederet extare dominatus tales, id eſt ita duros & anguſtos affirmat inueniri profectò aliquos, in quib. illa inſtituta ſint, ut non poſsint ſimul imperium habere pater & filius: alios autem, in quibus idem interdictum ſit ſeniori, & iuniori fratri.

Et hic quidem.) Cùm tradiderit dominatus paucorum conuelli aliquando ſtudio diuitum, expertium ipſorum: aperit nunc, in quos ſtatus illi tranſeant. Inquit igitur è uetere dominatu, duro & aſtricto nimis, fieri aliquando mitiorem, accedentemque propius ad liberum ſtatum ac iuſtum. Iſtri uerò ex illo diſſoluto conflatum fuiſſe tradit ſtatum multitudinis. Magna igitur mutatio hæc fuit, & qua nulla magis contraria priori exiſtere poſsit: cum prior modica fuerit, quippe cùm prior ſtatus uetus nomen non amiſerit. Heracleæ cùm multo minor numerus antea dominaretur, poteſtatem peruenìſſe ad ſexcentos tradit.

Mutata autem.) Nouum exemplum ponit fractæ dominationis paucorum eodem penè pacto. Cùm enim Cnidi quoque nobiles dominarentur, ortaque ſeditio eſſet inter illos quia nimis pauci participes erant imperij, atque honorũ. inſtitutum neque ſupra expoſitum, illic locum habuiſſe ſignificat, ne pater ſcilicet, filiuſque ſimul reciperetur in illum ordinem: neque itidem, ſi fratres plures forent, alium ullum, excepto maiore. Cõtrouerſantes igitur illos ita iuuari ſe uidens populus, nactuſque ducem unum è nobilibus, commiſſa pugna cum ipſis, eos uicit. Quomodò autem potuerit ipſos ſuperare in eo certamine, cùm, quamuis pauciores forent, imperium tamẽ illi haberent, docet: tradens, quidquid inteſtinis diſcordijs ſeditionibuſq. agitatur imbecillum ſemper eſſe, nec magno negotio profligari.

Et Erythris.) Narrat idem uſuueniſſe Erythris antiquitùs, quæ in Ioniæ ciuitate cùm paruus hominum numerus gubernaculum reip. teneret: etſi rectè illi tamen adminiſtrabant, tamen ſi fremente populum tam paucos in ſe imperium habere, mutaſſe ſtatum illum commemorat. Tempus autem, quo hoc factum ſit, oſtendere uolens, & quæ fuerit dominatio illa ſignificare, inquit Cùm Baſilidum genus in ea urbe dominaretur. Narrat Strabo non longè à principio XIIII. libri, Androclum Codri regis Athenarum filium, & eum quidem iuſta uxore natum (plures enim ſuſcepit è concubinis, ipſos tamen quoque claros) condidiſſe Epheſum, regnaſſeque in pluribus Aſiæ urbibus, ipſiuſque poſteros βασιλεῖς uocatos fuiſſe, qui inferiore etiam ætate monimenta quædam ueteris dignitatis retinuerunt. An hos intelligat Ariſtoteles, obſcurum eſt. nomen certè diſcrepat: cùm βασιλίδας, quaſi à rege ortum ducentes: non βασιλεῖς, tanquam ſint regnarent, ipſos appellatos dixerat.

Mouentur autem.) Tertiam cauſam aperit turbationis atque interitus huius dominatus, cùm ſcilicet hæ potentiæ paucorũ ſuo uitio diſsipantur, & non creatur ipſis periculum extrinſecus, malumue magnum datur ab inimicis ipſorum. Quomodo au-

tempeſtem illæ ſibi ipſæ pariant, declarans, inquit, cùm ſcilicet, qui aucupari ſibi gratiam in ſententijs dicendis ſtudent, ad uoluntatemque loquuntur, diſſentire inter ſe cœperint: diſcordiæ namque horum communis exitij cauſa ſunt. Semper enim principum reip. diſcordiæ muniunt uiam aduerſarijs ad ipſorum potentiam euertendam.

Aſſentatio autem.) Hæc mala conſuetudo aſſentandi non eſt, inquit, ſimplex, uerùm duo genera ipſius extant: alterum ipſorum genus eſt, cùm reperiuntur aliqui ex illis ipſis, qui reliquis principibus reip. placere ſtudent, inſinuantque ſe in ipſorum beneuolentiam blanditijs. Cum autem nouum non ſit ad aures peruenire nonnullorum, paucos etiam illos potentes habere aſſentatores, quia demagogi uocabantur, qui populo uniuerſo aſſentarentur: affirmat natos etiam aſſentatores illic, quamuis paruus numerus ſit eorum, qui totam remp. in manu habent. Quod exemplis probat, atque ijs quæ Athenis facta ſunt, cùm rerum ſummæ poteſtas in ea ciuitate multitudini. Duo autem tempora oſtendit, quibus à paucis ciuitas ea recta fuit: & cùm illic XXX. illi inſolentè regnarunt, & cùm CCCC. creati ſunt reip. conſtituendæ. inquit igitur, hoc oſtendere uolens, exiſtere etiam in paucis dominantibus ſtudium hoc prauum aſſentandi: ſignificatque in parum quoque illo numero inueniri quempiam, qui habeat artem illam. Nam unum aliquem ex ipſis, aut plures exiſtere, qui hoc faciat, non quempiam extra ipſos poſitum, intelligere auctorem perſpicitur etiam ex eo, quod ſtatim ſequitur. ut enim, ἐγγὺς τῶν λ. id eſt, illic exortus. Quòd uerò totam rem aperit, Charicles fuit unus è XXX. illis, qui iniuſtam eam potentiam Athenis nacti ſunt, cuius ſuæ ſui artificij ope tradit ipſum plurimum apud ſocios ualuiſſe. Eodem etiam pacto narrat Phrynichum, in maiore ſanè numero poſitum eiuſdem ciuitatis. qui tamen numerus & ipſe, ſi conferretur cum ingenti illa multitudine, quæ remp. eam prius gubernabat, paruus erat, ſolitum ſe gerere, cùm omni ratione ipſis gratificari ſtuderet.

Vel quando.) Oſtendit rationem aliam, qua itidem, uitio aſſentantium, interitus paratur dominatibus paucorum. Eſt autem, cùm principes ipſi & qui dominantur, plebi aſſentati fuerint, omniaque fecerint, ut amorem multitudinis ſibi concilient. Quod uiuuenisse Lariſſæ affirmat exemplo enim, quod præcipit, confirmauit. Illic igitur, inquit, πολιτοφύλακες (ita enim uocabantur in ea ciuitate, qui pauci ſummam poteſtatem habebant in republica) ſolitos aſſentari multitudini plebi, quia ipſa ſuis ſuffragijs creabat ipſos, & in altum illum hunc locum extollebat: aliter enim nullam cauſam habuiſſent potentes illi tantopere placendi multitudini, quæ illic parebat. minores enim aſſentantur ſuperioribus, eò contrà. Videtur autem ſignificare, ubi hoc contingit, creſcere ſpiritus tenuiorum.

Et in quibuſ cunq.) Idem etiam euenire narrat in omnibus illis dominatibus paucorum, in quibus non illi ipſi qui deliguntur, quibus & quibus magiſtratus mandantur, creant magiſtratus: ſed alij quidam ordines partes ſeu ciuitatis. neceſſe enim illic habent cupidi publicorum honorum, ordinem illum ſibi conciliare: quod ut obtineat, blandiuntur ipſi, & uoluntatibus ipſius ſtudij que contra proprium etiam bonum obſequuntur. Quod dixit autem, & diſcrimen eorum explicare uolens, inquit: Verùm magiſtratus creentur ſeruatis cenſibus, & ijs quidem magnis, ut aliunde, qui ad eos perueniant, duci eò poſſint ſine ſodalitijs uel ob ſuffragia quibuſdam qui autem creant ipſos, ſint ſiue grauis armaturæ milites, ſiue plebs ipſa (quod etiam Abydi factum fuiſſe exponit) neque ulterius aliquid addit, quod ualeat ad hiſtoriam ipſam explanandam: non tamen dubium eſt, quin illic, qui aſpirabant ad gradus honorum, coacti fuerint conſequi quacunque ratione poſſent beneuolentiam eorum, quam aucupabantur aſſentationibus.

Et ubi iudicia.) Idem præterea euenire tradit, ut ſcilicet aſſentatores fiant pauci illi, atque aperiant iter inimicis ad potentiam ſuum tentandam, ubi lites & controuerſias non iudicant, qui dominantur clauumque tenent ciuitatis (hos enim appellat πολίτευμα) ſed alius quidam ordo, ſiue ſeorſum uniuerſa ciuitas. Imponi enim neceſſitatem ſignificat illic principibus illis, metu iudiciorum, ut placeant illis, qui aliquando iudicant, omniaque faciant, ut habeant eos beneuolos ea cauſa & ſententiæ, cùm omnes certant inter ſe, ut uincant reliquos in amore ſibi conciliando iudicum eorum, naſcitur interitus totius reipublicæ. ipſi enim illi malum hoc pariunt ſibi ipſis quod exitio fuiſſe affirmat dominationi paucorum, quæ Heracleæ iniuſtè regnauit. Cum uerò plures eſſent Græcorum urbes, ab Hercule appellatæ, ſe intelligere teſtatur, quæ in Ponto condita fuerat.

Amplius autem.) Docet euerti etiam paucorum dominatum, cùm aliqui participes ipſius, contentiorem illam ipſum dominatum, effectis inde aliquibus, reddiderint, potentiamque ſuam inuſitatam ad pauciores redegerint. Tunc enim, inquit, eos, qui prius pares illis æqualeſque erant, ut pari poſſint ſe minus auctoritatis habere, aduerſari ipſis: & tum in contentione pares non ſint, confugere ad populum, auxilioque ipſius uti ad inimicos ſuperandos: alia uerò totum illum dominatum, occaſione arrepta, frangi. i. ἐλάττους ποιοῦντες, qui modus eſt elegans loquendi, ualet ad minorem numerum trahere principes ipſos, excluſis inde neceſſariò aliquibus.

Fiunt autem.) Affirmat naſci etiam interitum dominatus huius, cùm aliqui participes ipſius, patrimonium abſumpſerint, uiuentes ſumptuoſe atque intemperantes: ſolere enim hos dicit, rebus nouis ſtudere, atq; omnia experiri, ut ſi poſſint, tueantur ueterem illam ſuam, affluentem uoluptatib. uitam. Quòd ſi conſilia ſua praua exitū non habuerint, æquo animo ſuſtinent omne incommodum, turpius eſſe putantes priuatim cadere, quàm publicè. Hoc igitur, inquit, alterutrum horum ſtatim facere: qui aut tyrannidem ipſos occupare, ſibique iniuſtum illum principatum aſciſcere, aut aliom quempiam amicum ſibi in illius locum tradere. Ponit autem exempla tria, quib. declaratur, hanc ſæpe cauſam eſſe huius mali gignēdi. Primùm enim narrat, Hipparinum Syracuſium, magnæ auctoritatis uirum in ea ciuitate, Dionyſium iuſſit opib. perduxiſſe ad eum locum, cum ſcilicet ob immodicos ſumptus fortunæ ipſius priuatæ perditæ fuerent: creatus autem ille fuerat collega Dionyſij, cùm primùm dux exercitus delectus eſt, eidemque commiſſa tota ratio & poteſtas belli adminiſtrandi. pater autem erat Hipparinus Ariſtomaches, alterius uxoris Dionyſij.

Et Amphipoli.) Hoc alterum exemplum eſt, quo comprobatur ob rem familiarem amiſſam, quoſdam dediſſe operam dominatui labefactando, cùm amplius gradum illum honoris tueri non poſſent. inquit enim, Amphipoli eum, cui nomen erat Cleotimus, eodem conſilio colonos Chalcidenſium duxiſſe in eam urbem: quos, cùm eò uenisſent, impulit ut contenderent cum locupletibus eius ciuitatis: atque ita gubernaculum reip. ipſis eripuit, ſeque, inſtructum armis eorum, principem ciuitatis fecit. Tertium exemplum eſt Æginetæ cuiuſdam, quem nomine non appellat. illum autem indicare uolens, dicit fuiſſe eum, qui contra Charetem, ducem Athenienſium geſſit factum, ualde notum: & quod tunc nemini igitur tradit, conatum eſſe ſtatum eius ciuitatis mutare, gubernatum à locupletibus nulla alia de cauſa, niſi quia patrimonium amiſiſſet.

Aliquando igitur.) Adiungit, hos omnes qui in corporis uoluptatib. diſſipaſunt luculentas ſuas fortunas, mutationem illius uitæ non ferentes, alterutrum horum aggredi: aut ſtatum illum labefactare, quem antea amabant: aut capiſſere ærarium, & pecunias publicas domum auertere: ex quo etiam improbo facto idem incommodū naſcitur nam, ut accurate auctor narrat, aut hi ipſi ſurrs inter ſe concertant: aut pugnant cum ipſis, qui occurrere ipſorum peculatibus nituntur. ſequitur igitur hæc ſuris neceſſariò ſeditio, & à ſeditione oritur dominationis illius diſſipatio quod exemplo confirmat Apolloniæ enim, quæ in Ponto condita fuerat, hæc furta dicit originem fuiſſe interitus dominationis paucorum, quæ prius ibi uigebat.

Paucorum autem dominatus.) Cùm modò dixiſſet, dominatum paucorum frangi, cùm principes ipſius concertare inter ſe cœperint. affirmat nunc contrà, ipſum concordem & unanimem ægrè euerti, niſi extrinſecus aliquid incommodi, & aliunde inuectum periculum ipſum oppreſſerit. nullo namque pacto idem ſecurus eſt ab inſidijs & impetu multitudinis, præter quā quòd careant etiam hoſtes aliquando eundem euertunt. hoc enim profectò ualet ea ſemetipſū. Probat uerò hoc argumento ducto à conſequenti: quare notam ipſum uocat. Inquit igitur Declarat hoc reip. Pharſali oppidi. Cùm enim pauci admodum fuerent, qui ipſam tegerent, imperium tamen habebant in multos: quia omnibus in rebus ſe mutuò fouebant, nec ullus ipſorum ſocium quempiam eius dominationis lædebat. hoc enim ualet, ſalitos illos χρῆσθαι σφίσιν αὐτοῖς καλῶς.

Diſſoluuntur autem.) Ortum aliam monſtrat obitus huius dominationis, qui eſt, cùm in aliquam paucorum dominationē principatus ipſius inſeruerint aliam dominationem. quod cùm obſcurius dictum uideretur, ipſemet interpretatur, addens: Intelligo autem, cùm uniuerſus ſanè ſtatus ciuitatis eſt in manu paucorum: in eo tamen maximorum magiſtratuum participes non ſunt omnes illi pauci, ſed quidam tantùm delecti ex illis, & anguſtior adhuc numerus. Hoc uſu ſignificari uolens, inquit: Elide antiquitus id contigiſſe. cùm enim illic regeretur à paucis, pauciores adhuc ipſorum in ſenatum perueniebant, ſenatoreſque fieri poterant. atque hoc, quia perpetui erant, gradumque illum honoris, donec uiuerent, cuſtodirbant,

diebant, cùm eſſent numero nonaginta. Delectum autem eorum fuiſſe, narrat accommodatum potentiæ. paucorum, aſsimilemque illi, qui in Lacedæmone utebantur in eligendis ſenibus: ita enim in ea rep. ſenatores uocabant.

Mutantur autem) Quia quæri potuiſſet, bellóne, an pacis temporibus certium impendat dominationibus his: nunc docet mutari ipſas, diſſoluique & in bello & in pace longè alijs tamen de cauſis, ut neceſſe eſt. Primùm autem, quomodo in bello extinguantur, declarat: idq; fieri tradit, quia cùm principes illi ſe committere multitudini nullo pacto uelint, ipſiusque uiribus atque armis uti in hoſtibus propulſandis, coguntur uti mercede conductis militibus. Hos autem intelligit, quos ipſos uocant. Tunc igitur, inquit, præfectum eorum, cuius in arbitrium ſe tradiderint, ſæpenumero tyrannum emet. illamque analſam nactum Timophanem, addit, Corinthi iniuſtè regnaſſe. Quòd ſi, inquit, plures delecti ſint, quibus bellum adminiſtrandum dederint, hi ipſi ſibi principatum pariunt, ac poteſtatem illam diuidunt. quare numerus etiam præfectorum non liberat ipſos metu ac periculo. Adiungit autem, aliquando principes illos reipublicæ, hæc mala metuentes (id eſt, nullo pacto uolentes in poteſtatem ſine unius remp. uenire, ſiue plurium ſoluitorum & peregrinorum) recipiunt multitudiné ad imperium, participemque illam faciunt honorum: coguntur enim opera ipſius uti ad pericula belli depellenda. non eſt autem dubium quin ita extinguatur dominatus illa.

Pacis autem tempore.) Quomodo naſcetur interitus eiuſdem ſtatus pacis temporibus, oſtendit. Metur enim nunque tunc parit hoc malum, ſed odio earundem perſonarum. Nulli enim ſunt externi hoſtes, contra quos uiuerſi illi principes ſe munire debeant. ſed diffidunt ſibi ipſis, ſuſpectamq; ſe habent fidem ſociorum. Itaque ut ſecuro animo ſint de mutuis iniurijs, omittere illus committere cuſtodiam ſuæ dominationis militibus externis: præfectumq; præſidij illius, qui quaſi medius quidam atque arbiter inter ipſos ſit. Ipſum autem affirmat diligens doctor ſæpè ſubigere ambas illas partes, fallentem fidem, & quod prohibere armis ipſum oportebat, ſi officio fungi uoluiſſet, ne ab alterutra illarum pactum fieret, ipſum dolo moliri. quod factum fuiſſe commemorat Lariſſæ, quando Aleuadæ regnabant Sami, & Abydi, cum illic ſodalitates urgerent. Pars *comprehens.* quæ uocat, fuiſſe coitiones multorum ad ſua commoda in rep. obtinenda conſpirationis illa animorum. Ipſarum meminit etiam Plutarchus in Lyſandro, quem dicit, cùm haberet in animo euertere ueterem ſtatum Spartæ, auctorem fuiſſe multis, ut conflarent ſodalitates, & incumberent toto animo ad ea, quæ fierent in republica: atque id non uno tantum loco tangit in ea uita. Sed etiam M. Cicero in epiſtola quadam ad Q. fratrem mentionem ipſarum fecit, ut aptarum ad remp. perturbandam. inquit enim: Eo die S. C. factum eſt, ut ſodalitates centuriatique diſcederent. præterea in oratione pro L. Flacco. In libello etiam de Senectute perſpicitur, aliter tepuiſſe hoc nomen, uocaſſeq; ſodalitates, quæ reip. cauſa conſtitutæ fuerint: quo loco etiam ortũ ipſarũ exponit. Addidit aũt Ariſtoteles, cætum ſodalitatum unã quampiam extitiſſe, cuius dux & auctor erat Iphiades.

Gignuntur etiam.) Monſtrat alium ortum diſcordiarum inter principes huius iniuſtæ potentiæ: qui eſt, cùm ipſorum aliqui alios quoſpiam extrudunt ab honoribus, nec ceſſant omni re, qua poſſunt, eos uiolare. atque illos ipſos deinum manu facta offendunt, ſiue in matrimonio, ſiue in litibus forenſibus: quæ autem pertinentia ad pudicitiam contaminatam, gignunt hoc malum, & aperiunt uiam communi potentiæ diſſoluendæ, inquit ſe ſuprà expoſuiſſe quibus tamen exemplis unum addit. Nam dominatum etiam paucorum, qui conſtitutus erat Eretriæ (conſtabat autem ille ex equitibus) affirmat diſturbaſſe Diagoram, cùm læſus eſſet in matrimonio, ut priuatam illam iniuriam cum interitu communis ſtatus ulciſci non dubitarit.

Elide autem.) Exponit alterum fontem eiuſdem mali, qui eſt, quando ob ſententiam contra ſeditioſos latam, aliquis reſcinditur dominatio: & quibus in locis cauſa illa fregerit dominatum eam, indicat. Heracleæ ſeditionem excitatã fuiſſe eam ob cauſam, & præterea Thebis, cùm damnati illic quidem eſſent adulterij: iudicia quæ illa, etſi iuſta fuiſſent, turbulentè tamen & ſeditioſè ſupplicium de reis ſumtum fuiſſet. Neque enim illis, qui accepiſſent eam iniuriam, ſatis fuiſſe pœnas dediſſe adulteros: ſed ignominiam multi eorum addi uoluerunt. Nominat autem, contra quos in illis ciuitatibus pœna ſumta ſit de ceſis tumultuosè, & quæ fuerit ignominia adiuncta eorum ſupplicio cum ui. Heracleæ namque illa geſta eſſe dicit contra Eurytionem. Thebis autem contra Archiam. Studuiſſe igitur narrat inimicos ipſorum, & omnibus uiribus contendiſſe, ut in uinculis eſſent in foro: ſpectarenturque illic publicè in typhone, qui erat tormenti quoddam genus, cuius meminit Ariſtophanes in Pluto fabula.

Multa autem.) Addit aliam originem diſſolutionis horum dominatuum, quæ eſt, quando ipſi fuerint ualdè (ut loquitur) atiles, id eſt loco ſeruorum habuerint eos, qui parent ipſis: itaque imperium in ipſos exercuerint, ut erit in mancipia, quæ emerunt ære, exercere conſueuerunt. Omnes hi ſane dominatus improbi & iniuſti ſunt: hi tamen modum nullum tenentes potentia illa ſua oſtentanda, cæteriſque deprimendis. Quare ſtomachum mouent aliquibus etiam, participibus ipſorum, quibus odio ſunt tam importuni mores. hi igitur euertunt ipſos, uſi uiribus popularium. Theramenes Athenis, qui fuit unus è XXX. illis, tyrannis uocatis, cùm mitiore ingenio eſſet, nec probaret ullam in partem facinora tam iniuſta facta: ſuſpectus illis factus, à reliquis ſublatus eſt. Inueniuntur igitur aliquando in grege etiam iniuſtorum uirorum, qui omniam ſæui & iniqui ſint, ut reliqui: hos autem dare operam affirmat auctor, ut frangant tam duros & crudeles dominatus. Nam, cùm dicerit, labefactet ipſos τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι intellexit manifeſtò principes, & non ante qui iniuſtè reguntur ab ipſis. Hi namque, quoniam tenues admodum opes ſunt, ſine auctore ac duce non poſſunt ulciſci iniurias, quas quotidie accipiunt. principium igitur naſcitur à factorum aliquibus, indignè ferentibus illam ſine modo ullo iniuſtam poteſtatem.

Fiunt autem.) Addit ſuperioribus tantis interitus horum ſtatuum, naſci aliquando mutationes eorundem. nec ipſorum tantùm, uerum etiam uocatarum rerum publicarum, caſu & re, quæ fortuitò eueniat, ſine ſtudio ullo atque opera inſidiantium. Quomodo autem hoc contingat, & quibus in locis, diligenter exponit. Inquit enim, id euenire in illis ſtatibus, in quibus certius ſtatuti ſunt, ut non poſsint illic peruenire in ordinem ſenatorium: neque ad iudicandum ſumi, aut alium quempiam magiſtratum adipiſci, qui cenſum eum non habeant. Cum enim uarientur fortunæ hominum in utramque partem, ſæpenumero fit, inquit, ut qui antea expertes erant publicorum bonurum, & qui rem familiarem tenuiorem habebant, quàm lex ſtatueret: aucti fortunis ſuis ubertate agrorum, aut alia quapiam ſecunda fortuna, participes illorum fiant. Vſu uenire autem hoc dicit duobus modis. nunc quidem minutatim, & ita facta mutatione illa, ut fallat: aliàs autem tempore celerius & minore interuallo temporis. Vt autem docuit, cenſus dominationum ita grandes ſunt, ut plurimos eijciant ab honoribus publicis, ſinantque tantum ad eos peruenire paucos: in rep. uerò uocatà, tales fixi ſunt, ut recipiant patianturque peruenire ad imperia medios, id eſt, qui mediocres fortunas habent, & interiecti ſunt inter locupletes ac pauperes. Auctis igitur patrimonijs omnium, irrumpent multi in ea loca, unde prius propter anguſtias rei familiaris arcebantur. quare non erunt amplius, qui remp. regant, pauci: & qui antea pauperes erant, medij fient.

Dominatus igitur.) Teſtatur paucis, quæ modò conſfecerit, atque inquit ſe oſtendiſſe, quibus de cauſis mutentur dominatus paucorum, & qui ſint in illis tanquam ſigniferi ſeditionum: additque, poſſe hoc quoque intelligi ex ijs, quæ ſunt explicata, non ſemper & ſtatus multitudinis & dominatus paucorum migrare in contrarios ſtatus (cuiuſmodi ſunt hi ipſi, inimici inter ſe) uerum etiam aliquando in propinquos, & qui eodem genere continentur, quaſi degenerare. Exempli cauſa inquit, è popularibus, frenatis legibus, in populares itidem ſtatos: ſed ſolutos & ſui funditus iuris uel potius licentiæ, & contrà. Nam liberi etiam, & qui uincula legum contemnunt, poſſunt coerceri, & legibus aſtringi. Idem etiam uſu uenire in potentijs paucorum, apertum eſt. Sunt enim ipſæ quoq; magis ac minus iniuſtæ, & deprauari corrigiq; poſſunt quare hoc ipſe reliquit.

a ὄντι)οι κλεπτοντες, ſubintell. uox κλέπτοντες irrepſit in contextum.

b Legendum fortaſſe eſt, τῶν πολλῶν ἐλθεῖν, id eſt, in multitudinem dom. abt.

CAPVT VII.

IN ſtatib. aũt optimorũ oriũtur ſeditiones: hæ quidẽ qa pauci ſint participes honorũ, qđ traditũ eſt, turbare etiã dominatꝰ paucorũ: & quia ſtatus optimorũ aliquo modo eſt do-

ΕΝ δὲ ταῖς ἀριστοκρατίαις γίγνονται αἱ στάσεις, αἱ μὲν διὰ τὸ ὀλίγους τῶν τιμῶν μετέχειν· ὅπερ εἴρηται κινεῖν καὶ τὰς ὀλιγαρχίας, διὰ τὸ καὶ τὴν ἀριστοκρατίαν ὀλι-

IN ariſtocratijs porrò ſeditiones exſiſtunt, uel quia pauci honorum ſunt participes: quod etiam oligarchias mouere, dictum eſt, quoniam ariſtocratia quodammodo ſit oligarchia

minatus paucorũ. in ambobus
enim pauci ſunt imperiũ hñt:
nõ tñ ob eandẽ paucitatẽ: nam
ob hæc uidetur eſſe ſtatus opti
morũ paucorũ dominatus: ma
ximè aũt hoc uſu uenire neceſ-
ſe eſt, cũ multitudo cõſtiterit, è
magnos ſpiritus gerẽtibus, tã-
quã par ſit uirtute. Ceu Lacedæ
mone q uocati ſunt partheniæ:
(è ſimilib. enĩ ꝑfecti erãt) quos
cũ deprehẽdiſſent inſidiari rei-
pub. miſerũt Tarẽti cõditores.
Vel cũ aliqui ignominia affecti
fuerint, magni uiri, & nihilo in-
feriores uirtute à quibuſdã ho-
noratiorib. uelut Lyſander à re
gibus. Vel cũ aliqs magno ani-
mo ꝑditus, nõ fuerit particeps
honorũ, ueluti Cinadon, q re-
gnãte Ageſilao princeps fuit cõ
ſpirationis aduerſus Spartiatas.
Præterea cũ hi quidẽ ualde ege
ni fuerint: alij uerò abundarint:
maximè aũt in bello hoc effici-
tur. euenit aũt & hoc Lacedæ-
mone tẽpore belli Meſſeniaci.
Perſpicitur aũt & hoc è poema
te Tirtęi, qđ uocatur Eunomia:
exhauſti nãq; bonis nõnulli ꝑ-
pter bellũ, poſtularũt ut ager di
uideretur. Amplius ſi aliquis ma
gnus ſanè fuerit & facultatẽ ha
buerit opes augẽdi, ut ſolus re-
gnet: cuius animi uidetur fuiſ-
ſe Pauſanias dux in bello Medo
rũ, & Carthagine Anno. Diſſol-
uuntur aũt maximè & reſp. &
ſtatus optimorũ ob eã, quæ in
ipſa rep fit iuris deprauationẽ.
Initiũ aũt eſt, nõ permixtũ eſſe
rectè, in rep. ſtatũ populi & do-
minatũ paucorũ: in ſtatu aũt o-
ptimorũ, & hęc & uirtutẽ. maxi
mè aũt illa duo. Intelligo autẽ
duo, populũ & paucorũ domi-
natũ: hæc .n. & reſp. dãt operã,
ut miſceãt, & multæ è numero
earũ, q̃ uocãtur ſtatus optimo-
rũ. Diſcrepãt enim à uocatis re-
buſp. ſtatus optimorum hoc: &
hãc ob rẽ ſunt, hæ quidẽ ipſarũ
minus: hæ uerò magis ſtabiles:
quę nãq; magis inclinãt ad pau
corũ dominatũ, ſtatum uocant
optimorum: quę autem ad mul
titudinem, reſpublicas. Qua-
propter tutiores, quæ huiuſce-
modi ſunt alijs exiſtunt: quod
enim plus eſt, firmius eſt: ma-
gisq; cõtenti illic uiuunt, æqua
le habentes. qui aũt copiã bo-
norũ hñt, ſi reſp. tribuerit ipſis
maiores gradus, cõtumelijs cęte
ros uexare, & plus quã par ſit, rerũ bonarũ adipiſci ſtudẽt. Ad ſum
mam

ναρχίαν εἶναι πως· ἐν ἀμφοτέραις
γὰρ ὀλίγοι οἱ ἄρχοντες. οὐ μὴν τοι διὰ
ταὐτὸ ὀλίγοι, ἐπεὶ δοκεῖ γε διὰ ταῦ-
τα καὶ ἡ ἀριστοκρατία ὀλιγαρχία
εἶναι. μάλιστα δὲ τοῦτο συμβαίνειν ἀ-
ναγκαῖον, ὅταν ᾖ τὸ πλῆθος τῶν πε-
φρονηματισμένων, ὡς ὅμοιον κατ'
ἀρετήν. οἷον ἐν λακεδαίμονι οἱ λε-
γόμενοι παρθενίαι· ἐκ τῶν ὁμοίων γὰρ
ἦσαν, οὓς φωράσαντες ἐπιβουλεύ-
σαντας, ἀπέστειλαν τάραντος οἰκι-
στάς. ἢ ὅταν τινὲς ἀτιμάζωνται με-
γάλοι ὄντες, καὶ μηθενὸς ἥττους κατ'
ἀρετήν, ὑπό τινων ἐντιμοτέρων·
οἷον λύσανδρος ὑπὸ τῶν βασι-
λέων. ἢ ὅταν ἀνδρώδης τις ὤν, μὴ
μετέχῃ τῶν τιμῶν· οἷον κινάδων ὁ
τὴν ἐπ' ἀγησιλάου συστήσας ἐπίθε-
σιν ἐπὶ τοὺς σπαρτιάτας. ἔτι ὅταν
οἱ μὲν ἀπορῶσι λίαν, οἱ δ' εὐπορῶ-
σι· καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πολέμοις τοῦ-
το γίνεται. συνέβη δὲ καὶ τοῦτο ἐν λα
κεδαίμονι ὑπὸ τὸν μεσσηνιακὸν
πόλεμον. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς τυρ-
ταίου ποιήσεως, τῆς καλουμένης εὐνο-
μίας. θλιβόμενοι γάρ τινες διὰ τὸν
πόλεμον, ἠξίουν ἀνάδαστον ποιεῖν τὴν
χώραν. ἔτι ἐάν τις μέγας ᾖ, καὶ δυ-
νάμενος ἔτι μείζων εἶναι, ἵνα μο-
ναρχῇ· ὥσπερ ἐν λακεδαίμονι δο-
κεῖ παυσανίας, ὁ στρατηγήσας κατὰ
τὸν μηδικὸν πόλεμον· καὶ ἐν καρχη-
δόνι ἄννων. λύονται δὲ μάλιστα αἵ-
τε πολιτεῖαι καὶ αἱ ἀριστοκρατίαι
διὰ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ πολιτείᾳ τοῦ
δικαίου παρέκβασιν. ἀρχὴ γὰρ τὸ
μὴ μεμῖχθαι καλῶς, ἐν μὲν τῇ πο-
λιτείᾳ, δημοκρατίαν καὶ ὀλιγαρχί-
αν· ἐν δὲ τῇ ἀριστοκρατίᾳ, ταῦτά τε
καὶ τὴν ἀρετήν. μάλιστα δὲ τὰ δύο. λέ-
γω δὲ τὰ δύο, δῆμον καὶ ὀλιγαρχίαν.
ταῦτα γὰρ αἵ τε πολιτεῖαι πειρῶνται
μιγνύναι, καὶ αἱ πολλαὶ τῶν καλουμέ-
νων ἀριστοκρατιῶν. διαφέρουσι γὰρ
τῶν ὀνομαζομένων πολιτειῶν αἱ ἀρι-
στοκρατίαι τούτῳ. καὶ διὰ τοῦτ' εἰσὶν,
αἱ μὲν ἧττον, αἱ δὲ μᾶλλον μόνιμοι
αὐτῶν. τὰς γὰρ ἀποκλινούσας μᾶλλον
πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν, ἀριστοκρατίας
καλοῦσι· τὰς δὲ πρὸς τὸ πλῆθος, πο-
λιτείας. διόπερ ἀσφαλέστεραι αἱ
τοιαῦται τῶν ἑτέρων εἰσί. κρεῖττόν τε
γὰρ τὸ πλεῖον, καὶ μᾶλλον ἀγαπῶ-
σιν ἴσον ἔχοντες. οἱ δ' ἐν ταῖς εὐπο-
ρίαις, ἂν ἡ πολιτεία διδῷ
τὴν ὑπεροχήν, ὑβρίζειν ζητοῦσι
καὶ πλεονεκτεῖν. ὅλως δ' ἐφ' ὁ-

*garchia. in utraq; .n. pauci ſunt qui im
perẽt: nõ tamẽ propter eandẽ rẽ pauci.
nã uideatur ſanè propterea ariſtocra-
tia eſſe oligarchia. hoc autem maximè
euenire neceſſe eſt, cum aliquantus eſt
numerus hominum magnos ſpiritus ge
rentium, quaſi uirtute ſimilium: quales
fuerunt Lacedæmone q, qui Parthenia
dicebantur. ex ſimilibus enim orti erãt:
quos cùm manifeſto comperiſſent rei-
pub. inſidiari, eos Tarentum miſerunt
in coloniam. uel cùm aliqui à quibuſdã
honoratioribus uiri ignominia afficiun-
tur, qui ipſi magni uiri ſint, & uirtute
nemine inferiores, ut Lyſander à regi-
bus. uel cùm aliquis animo uirili ac ro-
buſto, non eſt honorum particeps: ut Ci-
nado, eum dico, qui Ageſilao regnum
obtinente, coitione facta in Spartiatas
impetum fecit. Præterea cùm alij ma-
gna egeſtate premuntur, alij ualde ſunt
locupletes & copioſi: quod maximè in
bello fieri ſolet. Accidit autem etiam
hoc Lacedæmone ſub bellum Meſſenia-
cum: idq; ex Tyrtæi poeſi, quæ Eunomia
appellatur, cognoſcere licet. Cùm enim
quidam propter bellum res familiaris
anguſtijs premerentur, poſtulabant ut
agri uiritim diuiderentur, bonorumq;
æquatio fieret. Præterea ſi quis magnus
ſit, & qui maior etiam fieri poſſit, ut u-
nus & ſolus reipub. præſit atq; impe-
ret. quemadmodum Lacedæmone uide-
tur Pauſanias, qui bello Perſico exerci-
tui præfuit: & Carthagine Hanno. Cõ-
uelluntur autem & intereunt maximè
cùm politia, tum ariſtocratia. propterea
quòd in ipſa reipub. adminiſtratio-
ne ius negligatur ac migretur. Princi-
pium autem atq; origo huius mali eſt,
quòd non bene mixta & cõſulta ſunt
in politia quidem, democratia & oli-
garchia: in ariſtocratia uerò, hæc duo
& uirtus: ſed hæc duo maximè. Duo
autem dico, populi & paucorum impe-
rium. hæc enim & politia & multæ
ex iis, quæ ariſtocratiæ dicuntur, inter
ſe miſcere conantur. nam ariſtocratiæ
à politijs, quæ nominantur, hoc diffe-
runt. Et propter hanc cauſam earum a-
liæ ſunt minus firmæ minusq; permanẽ
tes, aliæ ſtabiliores & permanentiores:
eas enim, quæ magis ad oligarchiam
inclinant ac propendent, ariſtocratias
appellant: quæ magis ad multitudinem,
politias. Quocirca tales aliarum om-
nium ſunt ſtabiliſſimæ. Nam & quod
numero ſuperat, potentius eſt: & homi-
nes cùm æqualem partem obtinent, æ-
quiore animo ſunt, magisq; præſenti
reip. ſtatu contenti. Locupletes autem ſi
reip. adminiſtrandæ forma excellentiam
largiatur, ſtudium ſuum ad contume-
lioſa facinora, & cupiditates immode-
ratas atq; iniuſtas conferunt. Omnino
in*

nam autem ad utrum inclinarit reſpublica, ad hoc ipſum migrat, ambobus, quod ſuum eſt, augentibus, ceu reſp. in populum: ſtatus optimorum in paucorum dominatū, uel in contraria: ceu ſtatus optimorū in populū. tanquam enim iniuriam accipientes, rapiunt in contrarium egentiores: reſpublicę autem in paucorum dominatum. ſolùm enim ſtabile eſt, quod ęquale eſt, pro dignitate: & habere ſingulos, quæ ſua ſunt. Contigit autem quod dictū eſt Thurijs. cū enim magiſtratus è maiore cenſu crearentur, in minorem migrauit, & in plures curias: quia autem uniuerſum agrum nobiles poſsidebant contra legem. reſp. enim uergebat ad dominatum paucorū. quare facultatem habebant plus ſibi aſciſcendi: plebs autem in bello exercitata, ualidior facta eſt cuſtodib. donec parte agri ceſſerunt, qui plus æquo eius habebant. Præterea, quia cunctæ reſpublicæ, quæ ſpeciem habēt optimatum in paucorū dominatū inclinant. magis nobiles plus æquo ſtudent obtinere: ceu Lacedęmone ad paucos patrimonia perueniunt: & licet, quodcunq; uoluerint nobilib. magis facere: & cuicunque uiſum ipſis fuerit, filias in matrimoniū dare. Qua de cauſa Locrorum ciuitas interijt ex affinitate Dionyſij. quod in ſtatu populi non extitiſſet neque in ſtatu optimorum, bene temperato. Maximè autem fallunt ſtatus optimorum, dum mutātur, quia paulatim diſſoluūtur. qđ quidem prius in uniuerſum expoſitum eſt de omnibus rebuſpublicis mutationem cauſam etiam eſſe, quod puſillum eſt. cùm enim contempſerint quippiam eorum, quæ pertinent ad rempublicam: poſt hoc & aliud, paulo maius, facilius mutant, donec omnem mouerint ornatum. Contigit autem hoc in repub. quoque Thuriorum. cùm enim lex eſſet interiecto ſpatio quinq; annorum, exercitum ducere: quidam adoleſcentes uerſati in bello, & probati cuſtodibus, cōtemptis illis, qui reipub. nauabant operam: ſperanteſque ſe paruo negotio ipſos ſuperaturos, hanc legem diſſoluere primū aggreſsi ſunt,

ut li-

ὁποτέρον ἂν ἐγκλίνῃ ἡ πολιτεία, ἐπὶ ταῦτα μεθίστανται, ἑκατέρων τὸ σφέτερον αὐξανόντων· οἷον ἡ μὲν πολιτεία, εἰς δῆμον· ἀριστοκρατία δ᾽ εἰς ὀλιγαρχίαν· ἢ εἰς τἀναντία· οἷον ἡ μὲν ἀριστοκρατία, εἰς δῆμον· ὡς ἀδικούμενοι γὰρ περισπῶσιν εἰς τοὐναντίον οἱ ἀπορώτεροι· αἱ δὲ πολιτεῖαι εἰς ὀλιγαρχίαν. μόνον γὰρ μόνιμον τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἴσον, καὶ τὸ ἔχειν τὰ αὑτῶν. συνέβη δὲ τὸ εἰρημένον ἐν Θουρίοις. διὰ μὲν γὰρ τὸ ἀπὸ πλείονος τιμήματος εἶναι τὰς ἀρχάς, εἰς ἔλαττον μετέβη, καὶ εἰς ἀρχεῖα πλείω· διὰ δὲ τὸ τὴν χώραν ὅλην τοὺς γνωρίμους συγκτήσασθαι παρὰ τὸν νόμον. ἡ γὰρ πολιτεία ὀλιγαρχικωτέρα ἦν. ὥστε ἐδύναντο πλεονεκτεῖν· ὁ δὲ δῆμος γυμνασθεὶς ἐν τῷ πολέμῳ, τῶν φρουρῶν ἐγένετο κρείττων, ἕως ἀφεῖσαν τῆς χώρας, ὅσοι πλείω ἦσαν ἔχοντες. ἔτι διὰ τὸ πάσας τὰς ἀριστοκρατικὰς πολιτείας ὀλιγαρχικὰς εἶναι, μᾶλλον πλεονεκτοῦσιν οἱ γνώριμοι· οἷον καὶ ἐν Λακεδαίμονι εἰς ὀλίγους αἱ οὐσίαι ἔρχονται· καὶ ἔξεστι ποιεῖν ὅ, τι ἂν θέλωσι τοῖς γνωρίμοις μᾶλλον· καὶ κηδεύειν, ὅτῳ θέλωσι. διὸ καὶ ἡ Λοκρῶν πόλις ἀπώλετο ἐκ τῆς πρὸς Διονύσιον κηδείας, ὃ ἐν δημοκρατίᾳ οὐκ ἂν ἐγένετο· οὐδ᾽ ἂν ἐν ἀριστοκρατίᾳ εὖ μεμιγμένῃ. μάλιστα δὲ λανθάνουσιν αἱ ἀριστοκρατίαι μεταβάλλουσαι, τῷ λύεσθαι κατὰ μικρόν, ὅπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρότερον καθόλου κατὰ πασῶν τῶν πολιτειῶν, ὅτι αἴτιον τῶν μεταβολῶν καὶ τὸ μικρόν ἐστιν. ὅταν γάρ τι προῶνται τῶν πρὸς τὴν πολιτείαν, μετὰ τοῦτο καὶ ἄλλο, μικρῷ μεῖζον, εὐχερέστερον κινοῦσιν, ἕως ἂν πάντα κινήσωσι τὸν κόσμον. συνέβη δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Θουρίων πολιτείας. νόμου γὰρ ὄντος διὰ πέντε ἐτῶν στρατηγεῖν, γενόμενοί τινες πολεμικοὶ τῶν νεωτέρων, καὶ παρὰ τῷ πλήθει τῶν φρουρῶν εὐδοκιμοῦντες, καταφρονήσαντες τῶν ἐν τοῖς πράγμασι, καὶ νομίζοντες ῥᾳδίως κατασχήσειν, τοῦτον τὸν νόμον λύειν ἐπεχείρησαν πρῶτον,

ὡς

in utramcunq; partē reip. adminiſtrandæ ratio inclinarit, in eam ſe aducitur, utraque id quod propriè ſuum eſt, amplificante atque augente (uerbi gratia) politia quidem in democratiam, ariſtocratia uerò in oligarchiam, aut in contrarium (uerbi cauſa) ariſtocratia quidem in democratiam (nam quorum res familiaris anguſtior eſt, tanquam iniuriam accipientes, rempub. trahunt in contrarium) politia uerò in oligarchiam. id enim ſolum permanens eſt & firmum, quod ex dignitate æquale eſt, & per quod ſua cuique obtinere licet. Euenit autem id quod dictum eſt, Thurijs. Nam quia magiſtratus deferebantur ex ampliore & maiore cenſu, res ad anguſtiorem & minorem redacta eſt, & ita ad plures magiſtratus. Iam uerò propterea quod nobiles totius ſoli Thurienſis agro præter legem coemerant & poſsidebant (nam eorum reipub. adminiſtrandæ ratio erat plus nimio oligarchica: atque idcirco facile poterant ſuperiora omnia habere, & immenſas atque immoderatas opes ſibi parare) populus in bello exercitatus, cuſtodijs & præſidijs eorū potentior ac ſuperior euaſit, donec ij omnes qui plura poſsidebant, agru ceſſerūt. Præterea quoniam omnes reip. adminiſtrandæ formæ ariſtocraticæ ſunt oligarchicæ, magis ſolēt & poſſunt nobiles immoderatas opes per iniuriam ſibi comparare: ut Lacedæmone res familiaris facultates ad paucos perueniunt: & nobilibus licet magis quicquid libet facere, & affinitatem cum quo uelint contrahere. Quapropter & Locrorum ciuitas interijt ex affinitate cum Dionyſio cōtracta: quod neq; in democratia contigiſſet, neq; in ariſtocratia benè mixta ac temperata. Maximè autem ariſtocratiæ latenter & occultè mutantur, ita ut non ſentiatur mutatio, quia paulatim diſſoluuntur: quod uniuerſe de omnibus reipublicæ adminiſtrandæ formis ante dictum eſt, mutationū cauſam eſſe parua negligere. Cum enim aliquid eorum, quæ ad rempub. pertinent, proijciunt ac deſerunt, poſtea etiā aliud paulo maius facilius mouent, donec omnem ordinem atque ornatum reip. conquaſſarint. Euenit porrò hoc etiam in Thuriorum reip. adminiſtratione. nam cum lex eſſet, ne quis prætor eſſet, exercitumq; præeſſet, niſi quinquennio intermiſſo: iuuenes quidam belliconſi natura, uſumq; rei militaris conſecuti, & apud cuſtodiarum præſidiorumq; multitudinem bonam exiſtimationem ac uirtutis opinionem nacti, contenti ijs qui rebus gerendis erant propoſiti: & putantes fore, ut quod habebant in animo, facilè obtinerent, eosq; qui ſibi obuiam ire conarentur, cōprimerent & coercerent: hanc legē primum ſoluere conati ſunt, quem

ut li-

ut liceret eoſdē ſine intermiſſione duces creari, cùm perſpicerent multitudinem promto animo ſe declaraturam: magiſtratus uerò, conſiliarij appellati, cùm cœpiſſent primùm fortiter aduerſari, in ſententiā eorum uenerunt: exiſtimantes illos, ſi hanc legem ſuſtuliſſent, reliquam rempublicam ſuo in ſtatu relicturos: poſtea autem impedire uolentes, cùm alia in republica conuellerentur, nihil amplius effecerunt, ſed omnis ordo reipublicæ mutatus eſt in eorum ſummam poteſtatem, qui moliri res nouas aggreſſi ſunt. Cunctæ uerò reſpublicæ diſſoluuntur, aliquando quidem à ſemet ipſis: aliquando autem extrinſecus, cùm cōtraria reſpublica uel propè fuerit: uel longè quidem, eadem tamen potens. quod factum eſt Athenienſibus & Lacedæmonijs inter ſe contendentibus. Athenienſes namque ubique dominatus paucorum: Lacones uerò populi ſtatus diſſoluebant. unde igitur mutationes rerumpublicarum, & ſeditiones naſcuntur, expoſitum fermè eſt.

ὥστ' ἐξεῖναι τοὺς αὐτοὺς συνεχῶς στρατηγεῖν, ἑωρῶντες τὸν δῆμον αὐτοὺς χειροτονήσοντα προθύμως· οἱ δ' ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι τῶν ἀρχόντων, οἱ καλούμενοι σύμβουλοι, ὁρμήσαντες τὸ πρῶτον ἐναντιοῦσθαι, συνεπείσθησαν, ὑπολαμβάνοντες τοῦτον κινήσαντας τὸν νόμον, ἐάσειν τὴν ἄλλην πολιτείαν· ὕστερον δὲ βουλόμενοι κωλύειν ἄλλων κινουμένων, οὐκέτι πλέον ἐποίουν οὐθὲν, ἀλλὰ μετέβαλεν ἡ τάξις πᾶσα τῆς πολιτείας εἰς δυναστείαν τῶν ἐπιχειρησάντων νεωτερίζειν. πᾶσαι δ' αἱ πολιτεῖαι λύονται· ὁτὲ μὲν ἐξ αὐτῶν, ὁτὲ δ' ἔξωθεν· ὅταν ἐναντία πολιτεία ᾖ, ἢ πλησίον, ἢ πόρρω μὲν ἔχουσα δὲ δύναμιν. ὅπερ συνέβαινεν ἐπ' ἀθηναίων καὶ λακεδαιμονίων. οἱ μὲν γὰρ ἀθηναῖοι πανταχοῦ τὰς ὀλιγαρχίας, οἱ δὲ λάκωνες τοὺς δήμους κατέλυον. ὅθεν μὲν οὖν αἱ μεταβολαὶ γίνονται τῶν πολιτειῶν καὶ αἱ στάσεις, εἴρηται σχεδόν.

ut liceret perpetuā præturā obtinere, exercituiq́; præeſſe, cùm populum uiderent ſibi libenter ſuffragaturum. magiſtratus autem & principes his rebus præfecti, qui ſymbuli, hoc eſt conſultatores ſeu conſiliarij dicebantur, primū aduerſari & obniti more conati: adducti ſunt poſtea, ut ab incœpto deſiſterēt & quieſcerent, exiſtimantes fore, ut ij hac lege ſublata, cæteram reſpub. adminiſtrationem ſuo loco manere ſinerēt. Poſtea uerò cùm alijs rebus in republ. tentatis, & moueri cœptis, prohibere uellent, nihil profecerunt, nihilq́; aſſecuti ſunt. ſed totus ordo reſpub. adminiſtrandæ in dynaſtiam eorum, qui res nouas moliti fuerant, mutatus eſt. Omnes autem reſpub. adminiſtrandæ formæ franguntur atque intereunt modò ex ſe, & à cauſis internis: modo extrinſecus, & à cauſis externis. a cauſis internis, cū ſeditiones excitantur: ab externis, cum uicina & propinqua eſt reſpub. adminiſtrandæ forma contraria: aut longè diſtat quidem illa, ſed eſt potens & copijs inſtructa: quod accidebat Athenienſibus & Lacedæmonijs principatum Græciæ obtinentibus. Nam Athenienſes quidem ubique oligarchias tollebant: Lacones uerò democratias. Vnde igitur reſp. adminiſtrandæ formarum mutationes & ſeditiones oriantur, fere dictum eſt.

COMMENTARIVS.

In ſtatibus autem.) Cùm explicaſſet ortus diſcordiarum & mutationum earum rerumpublicarum, in ſtatibus multitudinis & paucorum: nunc aperit fontes eorundem malorum in ſtatu optimatum, & in uocata communi omnium rerump. nomine republica. Prius autem, unde naſcatur ſeditio in ciuitate, declarat, quæ regitur ab optimis uiris: primumque meminit originis eius ſeditionis, quæ eſt ipſi communis cum dominatu paucorum. paucitas enim eorum, qui clauum tenent harum rerumpublicarum allicit aliquos ad eas labefactandas. Quod enim obeſt illi, obeſt etiam huic, paruus inquam numerus eorū, qui omnia gubernant: cùm conueniat in hoc ſtatus optimorum cum ſtatu, quem locupletes regunt, & cui ab exiguo numero nomen impoſitum eſt: non tamen eandem cauſam eſſe paucitatis in utroque ſtatu teſtatur, ſed longè aliam, diuitiæ, quæ in paucis exiſtunt, contrahunt numerum gubernantium dominatum paucorum: uirtus autem, quæ & ipſa rara & infrequens eſt, non ſinit multos participes eſſe ſtatus eius, quem ipſa regit. Paucitatem autem in optimatibus cauſam eſſe inquit, ut aliquando putetur ſtatus eorum eſſe dominatus ille iniuſtus. Vbi autem potiſſimum impendeat hoc periculum optimatibus, narrat: eſſeque inquit, ubi uniuerſus populus & multitudo eius ciuitatis magnos ſpiritus gerit, parem que ſe exiſtimat eſſe uirtute paucis illis, qui remp. regunt. non poſſunt enim, cùm tale iudicium de ſe ferant, æquo animo pati ſe repudiatos & excluſos ab honoribus. Πεφρονηματισμένοι uocantur, qui pleni ſunt animi, et putant ſe quouis pretio dignos. quod ſanè uerbum frequens eſt apud hunc auctorem.

Cm Lacedæmone.) Exemplum ponit periculi, quod creant reipublicæ magnitudine animi præditi uiri, cùm uident ſe ab honoribus exturbatos commemorat enim, quod Lacedæmone factum fuit à magna manu iuuenum, qui participes non erant reipublicæ nec tamen ſe cenſebant deteriores illis, qui remp. regerent ij erāt qui parthenij uocati illic fuêre, quia nati eſſent ex innuptis puellis. Cum enim diuturnum bellum fuiſſet inter Meſſenios & Lacedæmonios, obſiderentque hi urbem Meſſeniorum, ad cuius mœnia longum temporis ſpatium conſumpſerunt, educta ex urbe omni ferè iuuentute, ne deeſſent adoleſcentes, quorum opera uterentur in bello miſerunt partem earum copiarum domum, qui promiſcuè rem haberent cum uirginibus, ut ita quoque inde facilius liberi procrearentur. Quia igitur hi nothi non carebant, & incertis parentibus orti erant, non fuerunt poſtea recepti ad remp. adminiſtrandam: illi tamen ſanguine Lacedæmoniorum ſe natos ſcientes, nec reliquis ſe inferiores putantes, perturbare remp. uoluêre: detectis autem eorum inſidijs, miſsi ſunt Tarenti conditores in magna Græcia uocata. Dux eorum fuit Phalantus, quod Horatius etiam ſignificauit. Simile huic eſt, pareręq; & ipſum aliquid mali incommodi poterat, quod Romæ uſu uenit. Filij enim è L. Sylla proſcriptorum, qui multi erant, æquo animo non ferebāt ſe remotos eſſe à republica, carereque publicis honoribus nullam ſuam ob culpam, cùm honeſtis parentibus nati ſurēt. quare magno conſenſu animorum delere hanc maculam conabantur, recuperareque maiorum ſuorum dignitatem. Vnde cùm malè animati eſſent, ſi obtinuiſſent, quod ſtudebant, perturbaturi remp. uidebantur. Eximiam igitur laudem M. Cicero eo tempore conſul conſequutus eſt, remque incredibilem feciſſe exiſtimatus, qui eloquentia ſua remedium adhibuit huic malo: perſuaſitque illis, ut publicum bonum ſuæ cupiditati, quamuis iuſtæ, anteponerent.

Vel enim aliqui.) Affert alteram cauſam ſeditionum in ſtatu optimorum, quæ eſt, quando in eo ignominia nonnulli affecti fuerint, honeſti uiri, & nullam in partem inferiores uirtute reliquis: atque iniuriam eam acceperint ab aliquibus, maiores illic nactis honores. Ponens exemplum huius mali, quod impendet optimatibus, inquit: Cen cum Lyſander, qui præfectus fuerat claſsis Lacedæmoniorū, ab Ageſilao rege multis modis notatus fuit præcipuè quando bellum gerebat in Aſia contra Perſas non ceſſauit enim Ageſilaus auctoritatem Lyſandri omnibus in rebus conterere, inſtar iu etere gloria, quam conſecutus fuerat præteritis ſuis rebus geſtis. Cogitauit igitur Lyſander perturbare rempublicam, cuius conſilia pernicioſa expoſuit Plutarchus in uita ipſius. Non ſine cauſa igitur metuebat M. Cicero, ne Cn. Magnus quodam tempore, cùm uideret ſe ludibrio eſſe inimicis, qui multis modis dignitatem eius lædebant, aliquid maioris mali in rep. moliretur. hæc autem uerba eius ſunt in epiſtola quadam ad Atticum, cùm prius multa dixiſſet de contumelijs in eum iactis: Et timeo tam uehementer uir, tamque acer in ferro, & tam inſolens contumeliæ, ne omni animi impetu dolori & iracundiæ pareat.

Vel cùm aliquis.)Creari quoque periculum bulereip. oſtendit, cũ uir magni animi, ad publicos honores receptus non fuerit: neque enim huiuſcemodi ingenia æquo animo patiuntur ſe expertes dignitatis eius eſſe, qua ſe dignos putãt documento enim huius rei eſſe inquit, quod Lacedæmone factum eſt. illic enim non multo poſt creatum regem Ageſilaum Cinadon quidam, iuuenis & robuſtus & audax, dux fuit conſpirationis in eum regem, & principes reipublicæ quibus indicijs detectus ille cum ſocijs ſupplicio affectus eſt. totam hiſtoriam huius facti expoſuit Xenophon.

Præterea cùm in)Præterea inquit, oriri diſcordias magnas in ciuitate, quæ regitur ab optimatibus, cùm pars ciuium ualde pauperes fuerint, alia uerò copia omnium bonorum referta. Præcipue autem contingere in bello affirmat, ut tanta fiat fortunarum inæqualitas: quemadmodum Lacedæmone factum eſſe narrat in bello Meſſeniaco, quod diuturnum fuit, & rem familiarem multorum attriuit. Perſpicue affirmat uerum eſſe, quod dicit, è Tyrtęi opere, quod uocabatur *εὐνομία*: de hac enim commutatione tanta fortunarum in eo accuratè egeret poeta. Eſt autem hic Tyrtæus illius meminit Horatius in Epiſtola, qua collegit multa pręcepta de arte poetica. Adiungit autem nonnullos, quorum res familiaris eo bello ualde attrita eſſet, poſtulaſſe, ut ager diuideretur: quæ lex ubique cauſa ſemper fuit magnarum in repub. diſcordiarum.

Amplius ſi aliquis.)Hæc quinta cauſa eſt ſeditionis in eodem ſtatu, cùm quiſpiam illic magnus ſanè ciuis eſt: creſcere tamen adhuc poteſt, nec ad ſummum gradum honoris potentiæque adhuc peruenit. huiuſcemodi enim uiri, ut augeant opes dignitatemque ſuam, ac principes denique ciuitatis fiant, ſolere perturbare remp. dicit. Magnũ uerò appellat aut claritate generis aut uirtute, aut copia cognatorum & amicorum, aut diuitijs aut huiuſcemodi demum aliqua re, quæ facit ut præditus ipſa multum poſſit in ciuitate. Exemplum illuſtre ponit huius documenti Pauſaniam regem Laconum: qui cùm imperator fuiſſet ſuarum copiarum in bello contra Perſas, non contentus loco illo, quem iuſte adeptus erat, ſtuduit iniuſtè in patria dominari: detectis tamen inſidijs, & dignitatem omnem & uitam amiſit. Sed alterum etiam adiungit huic ſimile Hannonis Carthaginienſis, qui & ipſe ad principatum dolo peruenire ſtudẽs, oppreſſus fuit a ciuibus. Plutarchus in libello, quo complexus eſt multa præcepta ad remp. regendam accommodata, meminit huius Hannonis: quem tradit ciues remouiſſe à republica, quia in exercitu leonem manſuetum habebat, & ipſo ad onera portanda utebatur. exiſtimarũt enim, illum ſignum hoc ſecuti, maiora uerſare animo, quàm ciuitas libera ferre poſſet. Sed Plinius etiam idem literis prodidit, qui tamen cauſam aliam affert damnationis huius uiri.

Diſſoluuntur autem)Hoc quod adiungit, commune periculum eſt duorum ſtatuum: cauſaque idem interitus & uocatis rebuspublicis, & his ipſis ſtatibus optimatum. Tempori igitur illos in primis affirmat, quando non tuentur ac ſeruant in rep. adminiſtranda iuſtum illud quod peculiare eſt earum rerumpublicarum, ſed multa gerunt, quæ non ſunt propria ipſarum, nec ab illis merito expectabantur. Cum enim hoc contingit, & ipſæ debilitantur, & inueniunt etiam facile inſidiatores, quibus non probantur ea ſolhenta, minime reſpondentia nominibus ipſarum. hoc igitur eſt, quod uocat *παρεκβαίνειν τὸ δίκαιον*. Quod uerò inquit, *ἀρχὴ γὰρ*: uiderur poſitum *γὰρ* pro *δὴ*. Tradit enim potius rẽ nouam, quàm rationem confirmet, quod iam dixerat id eſt, aperit quæ ſit origo huius mali, ut ſcilicet migrent recta uia iuris. Principiũ igitur caputque huius oſtendit uetus, quod in quauis olim & eum primùm conſtitutæ ſunt, non ſatis bene mixtæ fuerũt temperatæque inter ſe, onde ipſæ concretæ fuerunt, id eſt in rep. uocata ſtatus multitudinis, & dominatus paucorũ: in ſtatu uerò optimorum & eadem duo, & præterea uirtus diſciplinaque illi tuendæ utilis. In primis autem affirmat, duo illa quæ docuit, probè temperata eſſe oportere in ambobus illis ſtatibus ædificandis, quæ iterum nominat: quia, ſi id non fieret, facile ipſi rimas agerent, ac poſtremùm caderent. Cauſam uerò afferens huius documenti, inquit: Hæ enim reſpub. uocatæ dant operam, ut miſceant & multi ſtatuum eorum, qui appellantur optimatum, etſi non ſunt puri ſinceriique tales.

Diſcrepant enim.)Oſtendit, quod diſcrimen uerſetur inter uocatas reſpublicas & ſtatus optimorum, diſcrepare autẽ dicit ipſas hoc: non tamen ſignificans aliquid, quod iam eraditum ſit, ſed quod intra indicare uolebat. Qua etiam de cauſa fieri inquit, ut hæ minus firmæ ſtabileſque ſint hæ uerò magis. Eſt autem illud, quod, quæ magis uergũt ad dominatum paucorum, nominari ſolere inquit ſtatus optimorum. quæ uero ad multitudinẽ, reſpublicas. Quare inquit hæ, intelligens reſp. uocatas, ſunt ſolidiores magiſque remotæ ab omni lapſione. Cuius etiam rei duas cauſas affert. prior earum eſt: Melius enim, inquit, ualidiuſq; eſt quod plus eſt, ac numero uincit. poſterior uerò, quod homines magis contenti uiuunt, cùm par eiuſ æqualeque obtinent: & ſi non omnino pares æquales que ſunt illic, quibus non libẽter cedunt. id autem apertè fit in communiore illo ſtatu. Cùm autem oſtenderit rerump. uocatarum firmitatem, ſi cõferantur cum ſtatibus optimatum, & ipſis appellatis, non tamen ueris talibus: nunc contrà monſtrat horum imbecillitatem ac uitia inquit enim: Qui abundant eorum patrimonio, ſi reſp. tribuerit illis, ut præſtent cæteris, maioremq; poteſtatem habeant in ciuitate, quàm elij, ſtudent uexare contumelia minores, ac plus æquo uelle omnium bonorum, *κερδαίνειν* enim quod inquit, ualet, incumbunt in has res, uiaſque omnes quærunt, quo expleant iniuſta illa ſua deſideria.

Ad ſummam autem)Docet, in quas reſpublicas hi duo ſtatus ſoliti ſunt immutari, ad ſummamque inquit in illas plerumque ipſos migrare, ad quas uergunt procliues que magis ſunt: & cur id maximè fiat, tradit. Eſt autem illud, quia utrique, id eſt, & qui regunt remp. uocatam, id eſt medij ciues: & qui penes dominantur, id eſt locupletes, augent partes ſuas, ſeque robuſtiores facere conantur. Remp. igitur illam migrare dicit, cùm corrumpitur, in ſtatum multitudinis: ſtatum autem optimorum, in paucorum dominatum: cum tamen hoc fieri (ut monſtrauit) ferè affirmet: aliquando tamen in contrarios ſtatus illos tranſire ſignificat, id eſt ſtatum optimorum in remp. multitudinis, & remp. uocatam in dominatum paucorum, trãſitum ſtatus optimorum in popularem fieri dicit quia iniurias crebras accipientes, tenuiores in contrarium trahunt rempublicam: ſperant enim ita ſe tutiores futuros. Reſp. uocatæ migrent in contrarium ſtatus: paulatim enim à medijs illic peruenitur ad nobiles. Cùm enim ipſi quoque cenſus ſtatutos habeant, quando illi fuerint grandiores, pergantque ipſos augere: contingit ut non pauci ea ord. ne illo eijciantur. itaque minore numero facto gubernantium rempublicam, deuenit tandẽ imperium ad paucos: ſolum autem ſtabile eſſe ac perdurare affirmat auctor, quod æquale eſt, ſeruata diligẽter dignitate hominum (non, ut quidem ſtatus æquale accipiunt) & ut hoc ipſum æquale, ita etiam firmitatem afferre inquit, licere omnibus patrimonium tueri contra impetus improborum, qui ſitim illam ſuam pecuniæ nunquam explent.

Contigit autem.) Exemplo confirmat, quod dicit, aliquando migrare ſtatus ciuitatum (cùm corrumpuntur) non in propinquos, ſed in remotos, & è regione poſitos. Hoc autem uſuueniſſe narrat Thurijs, quæ fuit ciuitas magnæ Græciæ: ſùm enim illic non poſſent peruenire ad publicos honores, niſi qui magnum cenſum haberent. res ad minorem cenſum pluresque euniæ & quaſi ſedes magiſtratuum perducta eſt, aucto ſcilicet numero, ob beneficium nouæ legis eorum qui poteſtatem haberent. Quia autem illic agrum omnem poſſidebant nobiles contra inſtituta eius loci, atque ideo neceſſariò ſtatus iniuſſus eſſet multis: ideo plebs exercitata in bello, meliorque ita facta, iniuſtam illam poteſtatem eripuit exiguo numero dominantium, ipſaq; gubernaculum reip. tenere uoluit, è ſtatu optimatum: non integro tamen illo quidem, ſed penè dominatu paucorum, ſtatus popularis eſt factus. Quomodo autem illi pauci contra legem eius loci potuerint dominari fieretotius agri, declarat. Inquit enim, remp. eam multum retinuiſſe conſuetudinis inſtitutorumque dominatus paucorum: quo in ſtatu omnia licent illis, quæ uoluntas eorum, uel potius libido fert. Explanauit etiam, quomodo nobiles diuiteſq; ſpoliati ſint imperio, cùm mos ipſorum ſit præſidio militum armiſque tueri poteſtatem ſuam. populum enim dixit, qui prius, quamuis numero uinceret, uirtute tamen bellica a cuſtodib. uincebatur, parte illa uſu exercitationeq; ſuperiorem ipſis factum coegiſſe diuites relinquere partem illam agri, quam iniquè poſſidebant.

Præterea, quia)Oſtendit aliam quandam cauſam interitus communitat harum rerumpublicarum, quæ nomen habẽt optimatum: ſunt autem ſimulatæ adumbratæque ariſtocratiæ illa uerò eſt, quæ cunctæ uitio affines ſunt, imitantũr in rebus factiſque ſuis dominatus paucorum in ipſis namque plus iuſto ſemper omnium honorum obtinent noti clarique ciues. quod in ueris ſtatibus optimorum non fieret. Probare autem uolens hoc, exemplo utitur inquit enim, Lacedæmone ad paucos ſua ætate peruenire fortunas priuatas, ac præterea in ijſdem facultatem dari nobilibus illis, ut omnia gerant, quæ libuerint ipſis, magis quàm legibus conceſſum ſit, & poſſint etiam filias collocare in matrimonium quibuſcunque commodum ipſis fuerit: unde non parua aliquando mala naſcuntur, & parantur exitia illic rebuſpublicis.

buſpublicis. Animaduertēdum autem, noſtrum doctorem maturè uidiſſe malum, quod ſtreperet ſua ætate in ciuitate Spartiatarum, & cui, niſi iter obſtructum foret, neceſſe erat ut ipſum breui remp. eam perderet. hoc enim erat, quod Lycurgus in primis, qui optimis legibus ciuitatem illam ornarat, metuebat, ne inquam cupiditas pecuniæ in pectora eorum ciuium irreperet: nam adæquaſſe eum agros etiam peculiaque ciuium ſumma ope, notum eſt. Huic igitur uitio tuto frangendo uia tunc aperta erat, quod incommodum creuit uſque ad Cleomenem regem. nam, qui ante ipſum expertus eſt reuocare ueterem rempublicam, Agis ſtatim oppreſſus eſt inſidijs aduerſariorum. Cleomenes enim hoc præſtitit maiore conſilio in hac re uſus: ſuſtulit enim Ephoros, qui eo tempore Lacedæmone tyrannidem exercebant, & reges in carcerem conijcere, atque indemnatos necare non dubitabant. Quare non poſſum non magnopere mirari, quo conſilio T. Liuius appellarit hunc tyrannum, qui tantopere patriæ legibuſque conſuluit, & ſuo ſtudio extinctam penitus rei bellicæ gloriam fortiſsimo populo reſtituit. hæc enim uerba ipſius ſunt è XXXIIII. libro ab Vrbe condita. Quo in loco Antigonus Macedonum rex cum Cleomene Lacedæmoniorũ tyranno, ſignis collatis, dimicaſſe dicebantur hoc etiam nouo exemplo noſter declarat.

Qua de cauſa.) Probat uerum eſſe quod dixit, naſci aliquando interitum reip ex illa licentia, ut ciuis contrahere affinitatem poſsit cum quolibet, peregrino etiam & periculoſo libertati. Id igitur oſtendit, malo fuiſſe ciuitati Locrenſium. nam Xenetus Locrus, clarus in primis in ea ciuitate ſua ætate, filiam Dorida in matrimonium collocauit cu Dionyſio Syracuſano, inde autem natum exitium commemorat Locrorum ciuitatis. Duas uxores habuiſſe tyrannum illum notum eſt hanc ipſam Locrenſem, & Ariſtomachem ciuem ſuam. Quomodo autem ex ijs nuptijs tantum incommodi profectum ſit, non narrat Ariſtoteles: uerisimile tamen eſt ſocerum Dionyſij, opibus tyranni illius oſum, affectum fuiſſe iniuſtũ principatum & ipſum domi poſsidere, quem Syracoſis gener teneebat. cui rem cõm reſiſterent ciues, inde exortam ſeditionem, & bellum inteſtinum excitatum. Suſpectum autem merito eſſe in libera ciuitate, qui exteram ſceminam, & opulenti uiri filiam, uxorem capit, facto etiam noſtræ memoriæ noſtri ciuis cõfirmatur. cùm enim Corſus Donatius, ſummo loco natus & florens copia cognatorum & clientum, amoreque ſummo multitudinis, (tanquam enim M. Craſſus alter, libenter patrocinium malorum ſuſcipiebat) inſimulatus eſſet ab aduerſarijs, quaſi his artibus ſtuderet dominati: poſtquam pateſactum eſt, ipſum nuptijs iunctum eſſe cum Vguccione Fagiola, (occultis priuſque fortuneco uiro & illo tempore principe Gibellinæ factionis) ſtatim peſſimum eius conſilium intellectum eſt, & plebs, quæ ipſi fauebat, mutata mente, hominem accuſabat. Cùm igitur legibus interrogatus, recuſaſſet cauſam dicere: armis in eum ſumtis, oppugnataque domo cùm ſe proripuiſſet, è fuga retractus in itinere ab equitibus, qui ipſum ceperant, iugulatus eſt. huic autem tanto malo cùm uiam non obſtruat dominatus paucorum, uetans legibus hoc fieri: adiungit, ipſum irruptorum nullo modo eſſe in ſtatum multitudinis, neque in ſtatum optimatum, uerè ac bene temperatum & conſtitutum.

Maximè autem.) Indicat crebram quandam immutationem harum rerumpublicarum, quæ dicuntur uulgò ab optimis regi, & eam quidem fallentem plurimos & obſcuram, quia paulatim fit: de ipſa autem teſtatur, ſe ſuprà locutum fuiſſe, ubi communiter de interitu omnium rerump. diſputabat. Illic enim ſe dixiſſe narrat, puſillum etiam quoddam initio exiſtimatum, cauſam eſſe mutationum: cùm ſcilicet, qui clauum eius tenent, nõ curarint aliquid propter exiguitatem, quod intelligunt alienum ab ea eſſe, & ipſum effici fuerint. Quomodo autem tam exilis res tantopere obſit, declaret dicens, eoſdem illos auctores primæ nouationis, paulo pòſt aliud quippiam paulo maius mouere, quod facilius obtinent, ac nunquam deſinere, donec uniuerſum ornatum eius reip. corruperint, hocque compactum ac munitum ſtatum conuellerint. ita igitur paulatim paratur interitus illis rebuſpublicis. Πρόϊεσαι quod inquit, ualet neglexerint, eripi ſibi è manibus paſſi ſint: neque eam diligentiam in eo defendendo, quem debebant, adhibuerint. ita quoque cepit hoc uerbum Demoſthenes in III. Olynthiaca. hæc enim illius uerba ſunt. ἐν οἷς τοῦτο . . . . . ἐλευθέροις . . . . . προεῖσθαι.

Contigit autem.) Exiſtimauit oportere ſe hoc quoque exemplo aliquo illuſtrare. inquit igitur, contigiſſe quod dixit, in rep. Thuriorum cuius etiam reip. meminit non multo ſuprà. Totam autem rem ipſe ita diligenter narrat, ut non magnopere uideatur egere declaratione. Quod legitur, διὰ πέντε ἐτῶν ϛρατηγεῖν: uidi calamo exaratum librum, in quo præterea eſt particula, qua negatur. in eo enim eſt, μὴ ϛρατηγεῖν: uetus tamen tralatio non habuit hoc in ſuo exemplari. Cicero cum idem in III. libro de Legibus exprimere uellet, inquit: Eundem magiſtratum, ut interfuerint decem anni, ne quis capito. Τοὺς ἐν τοῖς ϛρατηγοῖς uocat, qui regebant rempublicam, & quaſi cuſtodes ipſius erant. Errorem autem animi ipſorum accuratè exponit, qui primò non aduerſati ſunt ſtudio illorum adoleſcentium, ſperantes, ſi eam rem obtinuerint, finem ipſos ſuæ cupiditati facturos, nec præterea quicquam in rep. moturos: cùm tamen animi eorum aucti ſint, ſeculi aſque perturbandi rempublicam. oportet enim initijs malorum occurrere. Ipſorúmque ordinem ſtatumque prioris reip. commutaſſe ſignificat, conſtituiſſeque paucorum illorum principatum, qui auctores fuerant temptandæ reipublicæ: illos autem, quorum officium erat cauere, ne quid in rep. huiuſcemodi naſceretur, deceptique tunc fuêre, ſυμβούλους inquit uocatos. Erant autem magiſtratus ordoue aliquis in ciuitate, qui ſimul cõſulti conſilium caperent de ſumma reipublicæ, ſiue ſocij forent reliquorum magiſtratuum ad illam euandam.

Cuncta uerò reſpub.) Vt ipſemet iudicat, hoc documentum quoddam eſt commune omnium rerumpublicarum, & τοῦ καθόλου θεώρημα huius ipſius rei, de qua nunc agitur. inquit enim, cunctas omnium etiam generum reſpublicas frangi ac diſsipari, ſiue ſuo uitio intrinſecaque aliqua labe, ſiue externa ui, quæ ipſi exitium efferat, cui nullo modo poſsit. Quomodo autem hoc fiat, exponit. inquit enim hoc ipſi uſuuenire, cùm habent uicinam aliquam rempublicam natura ipſis contrariam, aut remotam etiam & longinquam: quæ ſanè reſpublicæ firmiores ſint, poteſtatemque habeant nocendi. Id uerum eſſe, crebroque patere hoc malum, declarat exemplo Atheniensium ac Lacedæmoniorum: qui cùm contrarijs rebuſpublicis uterentur, quæcunque oppida cepiſſent ut etiā reſpublicæ oppoſita ſuis, ſtatim in ipſis reſp. eas euertebant, ac ſuæ ſimilem illic conſtituebant. Athenienſes igitur dominatus paucorum diſſoluebant: Lacedæmonij autem ſtatus multitudinis. quod etiam multis locis Thucydides in hiſtoria ſua commemorauit. Demoſthenes quoque hoc uerum eſſe cognouit, &, ut ſui ciues etiam intelligerent, laborauit: qui in concione clamauit, non oportere ullo pacto credere reſpublicas tyrannidi, præſertim ſi illa in propinquo loco ſita ſit: etſi ille de inſtituto tantùm regno locutus eſt, quod acerrimum ſe ſemper aduerſarium præbet liberis populis. In extremo huius partis teſtatur auctor breui quæ fecerit, ſignificatque ſe fermè expoſuiſſe unde naſcantur cunctæ commutationes rerũpublicarum & quæ ſunt cauſæ ipſarum ſeditiones ac diſcordiæ: ſi quæ enim reſtent, quę hoc graue malum pariant, iudicio horum facile inuenientur.

a τὸ περὶ μικρόν deeſt præpoſitio περὶ in lib. uulg.

b ἐξ αὐτῶν μὲν, διὰ πέντε: hoc membrum deſideratur in lib. uulg.

CAPVT IIX.

DE incolumitate autē ſingularum rerumpublicarum & communiter & ſeparatim, ſequitur ut dicamus. Primùm igitur perſpicuum eſt, ſi quidem tenemus, quarum rerũ ui reſp. intereunt, tenere etiam nos quarum ui cõſeruantur. res

ΠΕΡΙ` δὲ σωτηρίας καὶ κοινῇ, καὶ χωρὶς ἑκάστης πολιτείας, ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν. πρῶτον μὲν οὖν δῆλον ὅτι, εἴπερ ἔχομεν, δι' ὧν φθείρονται αἱ πολιτεῖαι, ἔχομεν καὶ δι' ὧν σώζονται. τῶν

DE ſalute autem & omnium rerumpub. adminiſtrãdarum formarum communiter & uniuſcuiuſq; ſeparatim, conſequens eſt ut dicamus. Primum igitur perſpicuum eſt, ſi ea quæ ſunt per ui ciosa ac peſtifera reſpublica adminiſtrandæ formis, teneamus: ea queq; nobis eſſe nota, quæ ſunt his ſalutaria.

γὰρ

Cùm

enim contrariæ contrariorum efficientea ſunt: inreritua autē ſaluti contrarium eſt. In rebuſ publ. igitur bene remperatis, quemadmodū aliod quippiam opus eſt ſeruare, ot nihil contra inſtituta gerant: & maximè puſillū cauere. fallir enim, quæ furtim irrepit trāſgreſsio, quēadmodum rem familiarem minuri ſumptus crebrò facti. fallit enim ſumprus, quia non totus ſimul fit. Decipitur namq; animus ab ipſis, quemadmodum ratio caprioſa ſe habet, ſi ſingula pauca & omne: hoc uerò contingit, ur ſic: contingit etiam, ut non ſic ſe habeat. totū enim & omnia minimè paruū ſunt, ſed compoſita ſunt è paruis. unam igitur cuſtodiam aduerſus hoc principium oportet facere. Deinde non fidere illis, quæ regendi prauum ſuum conſilium gratia aduerſus populum ab inimicia excogitata ſunt: refellunrur enim rebus ipſis. Qualia autem dicimus rerump. aſtuta commenta, prius expoſitū eſt. Licet autem, propè oculis intueri, nōnollos ſtare non ſolùm optimorum uirorū ſtatus, uerumetiā paucorum dominatus: non quia reſp. ipſæ tutæ ſint, ſed quia qui magiſtratus illic adipiſcūtur, rectè ſe gerunt erga eos, qui extra remp. ſunt atq; eos, qui participes ipſius ſunt. Expertes reip. nulla iniuria afficiendo, & prætereа è numero ipſorū illos, qui cæterorū duces poſsēt eſſe in diſcordijs, in rēp. inducendo. in quo animaduertēdū eſt, ne cupidos honoris lædant in his rebus, quæ ignominiā adferunt: multitudinē autē in his, quæ pertinent ad lucrū. Erga ſemetipſos autē atq; eos, qui reip. participes ſunt, tractādo mutuò ſe populatiter. quod enim æquale in multitudine quærunt populares, hoc in ſimilib. non ſolū iuſtū eſt, uerūetiā utile. Quare ſi plures fuerint, qui rēp. adminiſtrant, multa conducunt inſtituta popularia: ueluti ſemeſtres magiſtratus eſſe, ut cuncti ſimiles participes ipſorū ſint. ſunt enim inſtar populi iam, qui ſimiles inter ſe ſunt. quapropter in his etiā exoriuntur ſæpè aſſentatores, ut prius dictū eſt. Deinde minus incidunt paucorū dominatus & ſtatus optimorum in dynaſtias. nō enim ſimiliter pronū eſt malitioſè agere, qui paruo tempo-

γὰρ ἐναντίων τὰ ἐναντία ποιητικά· φθορὰ δὲ σωτηρίᾳ ἐναντίον. ἐν μὲν οὖν ταῖς εὖ κεκραμέναις πολιτείαις, ὥσπερ ἄλλό τι δεῖ τηρεῖν, ὅπως μηθὲν παρανομῶσι· καὶ μάλιστα τὸ μικρὸν φυλάττειν. λανθάνει γὰρ ἐπεισδύουσα ἡ παράβασις, ὥσπερ τὰς οὐσίας αἱ μικραὶ δαπάναι δαπανῶσι, πολλάκις γινόμεναι· λανθάνει δὲ ἡ μετάβασις διὰ τὸ μὴ ἀθρόα γίγνεσθαι. παραλογίζεται γὰρ ἡ διάνοια ὑπ' αὐτῶν, ὥσπερ ὁ σοφιστικὸς λόγος, εἰ ἕκαστον μικρὸν καὶ πάντα. τοῦτο δ' ἐστὶ μὲν ὥς, ἔστι δ' ὡς οὔ· τὸ γὰρ ὅλον καὶ τὰ πάντα οὐ μικρὸν, ἀλλὰ σύγκειται ἐκ μικρῶν. μίαν μὲν οὖν φυλακὴν πρὸς ταύτην τὴν ἀρχὴν δεῖ ποιεῖσθαι. ἔπειτα μὴ πιστεύειν τοῖς σοφίσματος χάριν πρὸς τὸ πλῆθος συγκειμένοις. ἐξελέγχεται γὰρ ὑπὸ τῶν ἔργων. ποῖα δὲ λέγομεν τῶν πολιτειῶν σοφίσματα, πρότερον εἴρηται. ἔστι δ' ὁρᾶν, ὅτι ἔνιαι μένουσιν οὐ μόνον ἀριστοκρατίαι, ἀλλὰ καὶ ὀλιγαρχίαι, οὐ διὰ τὸ ἀσφαλεῖς εἶναι τὰς πολιτείας, ἀλλὰ διὰ τὸ εὖ χρῆσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς γενομένους, καὶ τοῖς ἔξω τῆς πολιτείας, καὶ τοῖς ἐν τῷ πολιτεύματι. τοὺς μὲν μὴ μετέχοντας, τῷ μὴ ἀδικεῖν, καὶ τῷ τοὺς ἡγεμονικοὺς αὐτῶν εἰσάγειν εἰς τὴν πολιτείαν· καὶ τοὺς μὲν φιλοτίμους μὴ ἀδικεῖν εἰς ἀτιμίαν, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς κέρδος. πρὸς αὐτοὺς δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας, τῷ χρῆσθαι ἀλλήλοις δημοτικῶς. ὃ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλήθους ζητοῦσιν οἱ δημοτικοὶ τὸ ἴσον, τοῦτ' ἐπὶ τῶν ὁμοίων οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ συμφέρον ἐστί. διὸ ἐὰν πλείους ὦσιν ἐν τῷ πολιτεύματι, πολλὰ συμφέρει τῶν δημοτικῶν νομοθετημάτων· οἷον τὸ ἑξαμήνους τὰς ἀρχὰς εἶναι, ἵνα πάντες οἱ ὅμοιοι μετέχωσιν. ἔστι γὰρ ὥσπερ δῆμος ἤδη οἱ ὅμοιοι. διὸ καὶ ἐν τούτοις ἐγγίγνονται δημαγωγοὶ πολλάκις, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. ἔπειθ' ἧττον εἰς δυναστείας ἐμπίπτουσιν αἱ ὀλιγαρχίαι καὶ ἀριστοκρατίαι· οὐ γὰρ ὁμοίως ῥᾴδιον κακουργῆσαι

Contrariorum enim efficientia ſunt contraria. At interitio ſeu pernicies, ſaluti contraria eſt. In reipub. igitur adminiſtrandæ formn bene temperatu, cūm uidendum ſit, ſiquid aliud, ne quid ciues contra leges faciant: tum maximè cauendum, ne id quod paruum eſt, negligatur, néue in re parua peccetur. Occultè enim ſerpit ac ſe inſinuat legum uiolandarum atq́ inſtitutorum ciuitatis negligendorum conſuetudo: quemadmodū facultates rei familiaris parui ſumtus exhauriunt, ſi ſæpe fiant. Non apparet autem commutatio, quia non profunditur uniuerſa. decipitur enim ab iis rebus mens, tanquam falſo quodam ſyllogiſmo: cuiuſmodi eſt ſophiſtica ratio, Si unumquodque paruum eſt, ergo & omnia. hoc autem eſt ut ſit uerum, eſt ut non ſit. Totum enim & omnia non ſunt parua, ſed ex paruis componuntur. Huic igitur principiò ſtatim opponenda cuſtodia & cautio eſt. Deinde iis quæ callidè & captioſe ad multitudinem fallendam comparantur, fides haberi non debet. à factis enim redarguuntur ac refelluntur. Quales autem dicamus callidas & artificioſas reip. adminiſtrationum captiones, ante dictum eſt. Præterea intelligendum eſt, nonnullas non ſolum ariſtocratias, uerumetiā oligarchias manere: non quod ſtabiles & tutæ ſint reipub. adminiſtrationes, ſed quòd ii; qui magiſtratus & imperia obtinēt, rectè ſe gerūt tum aduerſus eos, qui ſunt extra reipub. adminiſtrationem, tum aduerſus eos, qui rempub. communiter adminiſtrant: non inferenda iis, qui reipub. adminiſtrationis non ſunt participes, iniuria: iis, qui ſunt in numero priuatorum ad principatum apti, ad reipub. adminiſtrationē uocandis: iis quidē, qui ſunt honoris capiendi cupidi, nulla iniuria, quæ infamiam coniunctam habeat, afficiendis: plebe uerò & multitudine nulla, quæ lucrum imminuat, damnúmue inferat: iis, qui reipub. adminiſtrandæ ſunt participes, populariter & comiter tractandis. Quod enim in populo & multitudine quærunt populares, æquale: hoc in ſimilibus non modo iuſtū, uerum etiam utile eſt. Quocirca ſi plures rempub. adminiſtrent, multa inſtituta multaq́ leges populares ſunt utiles (qualis eſt, ſemeſtres eſſe magiſtratus) ut omnibus, qui ſimiles ſunt, ad rempub. adminiſtrandam magiſtratusq́ gerendos, pateat aditus. Similes enim iam inſtar populi ſunt. Quo fit, ut ſæpè populares oratores & aſſentatores inter hos exſiſtāt, quemadmodum ante dictum eſt. deinde hoc pacto minus in dynaſtias incidunt oligarchia & ariſtocratia. Non enim ſimiliter facilè eſt iis, qui breue

tempore imperium habent, & qui multo. nã hanc ob cauſam in dominatibus paucorũ & ſtatibus multitudinis exoriuntur tyrannides. ſiue enim maximi in utraque repub. occupant tyrannidem: hic quidem aſſentatores, hic uerò ualde potentes: ſiue qui maximos magiſtratus gerunt, cũ longo tẽpore imperiũ tenuerint. Conſeruantur autẽ reſpublicæ non ſolùm, quia procul ſunt ab his, quę interimunt: uerumetiam aliquando, quia propè ipſa ſunt. metuentes enim, magis reipub. proſpiciũt. quapropter opus eſt eos, qui curã gerũt reipublicæ, metus fingere, ut cuſtodiant, & nõ remittant, tanquam nocturnã uigiliam, reipub. cuſtodiam: & quod longinquum periculum eſt, uicinũ facere. Amplius clarorũ ciuiũ contentiones & ſeditiones legibus experiri oportet cauere: atque eos, qui extra contentionem ſunt, antequam corripiat etiam hos: quoniam, quod initio malũ exiſtit, intelligere nõ cuiuslibet eſt, ſed hominis diu uerſati in republica. Aduerſus mutationẽ autẽ, quæ fit propter cenſus è dominatu paucorum, & republica, cũ contigerit hoc, manentib. quidem iiſdẽ cenſibus: ubertate autem pecuniæ nata, prodeſt cõmunis cenſus multitudinem attendere ad præteritum hoc tẽpore, in quibus quidẽ ciuitatibus cẽſentur ſingulis annis: in his uerò, quæ maiores, per interuallum triũ uel quinque annorũ: & ſi fuerit multis partibus maior uel minor, quã prius cũ conſtituti ſunt cenſus reipublicæ, legẽ eſſe cenſus quoque intendere uel remittere. ſi modus rei familiaris ſuperarit priorem, amplificantes pro ratione acceſſionis: ſi attritus fuerit, remittentes, & minorem facientes cenſum. In dominatibus enim paucorũ & rebuſpublicis, niſi ſic fecerint: hic quidẽ paucorum dominatum, hic autem dynaſtiam fieri contingit: illo autem modo, é republica quidem, ſtatum populi: è dominatu autem paucorum, rempublicam uel populum. Cõmune autẽ eſt & in populo, & in paucorũ dominatu, & in principatu, & omni republica, neque augere ualde quempiam præter

κυριεύσωσιν ὀλίγον χρόνον ἄρχοντας καὶ πολύν. ἐπεὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις καὶ δημοκρατίαις γίγνονται τυραννίδες. ἢ γὰρ οἱ μέγιστοι ἐν ἑκατέρᾳ ἐπιτίθενται τυραννίδι· ἔνθα μὲν οἱ δημαγωγοί, ἔνθα δ' οἱ δυνάσται. ἢ οἱ τὰς μεγίστας ἔχοντες ἀρχάς, ὅταν πολὺν χρόνον ἄρχωσι. σώζονται δ' αἱ πολιτεῖαι οὐ μόνον διὰ τὸ πόρρω εἶναι τῶν διαφθειρόντων, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ διὰ τὸ ἐγγύς. φοβούμενοι γὰρ διὰ χειρῶν ἔχουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν. ὥστε δεῖ τοὺς τῆς πολιτείας φροντίζοντας, φόβους παρασκευάζειν, ἵνα φυλάττωσι, καὶ μὴ καταλύωσιν ὥσπερ νυκτερινὴν φυλακήν, τὴν τῆς πολιτείας τήρησιν, καὶ τὸ πόρρω ἐγγὺς ποιεῖν. ἔτι τὰς τῶν γνωρίμων φιλονεικίας καὶ στάσεις, καὶ διὰ τῶν νόμων πειρᾶσθαι δεῖ φυλάττειν, καὶ τοὺς ἔξω τῆς φιλονεικίας ὄντας, πρὶν παρειληφέναι καὶ αὐτούς· ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ γινόμενον κακὸν γνῶναι, οὐ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ πολιτικοῦ ἀνδρός. πρὸς δὲ τὴν διὰ τὰ τιμήματα γιγνομένην μεταβολήν, ἐξ ὀλιγαρχίας καὶ πολιτείας, ὅταν συμβαίνῃ τοῦτο, μενόντων μὲν τῶν αὐτῶν τιμημάτων· εὐπορίας δὲ νομίσματος γιγνομένης συμφέρει τοῦ τιμήματος ἐπισκοπεῖν τοῦ κοινοῦ τὸ πλῆθος πρὸς τὸ παρελθὸν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν ὅσαις μὲν πόλεσι τιμῶνται κατ' ἐνιαυτόν, ἐν δὲ ταῖς μείζοσι, διὰ τριετηρίδος, ἢ πενταετηρίδος· κἂν ᾖ πολλαπλάσιον, ἢ πολλοστημόριον τοῦ πρότερον, ἐν ᾧ αἱ τιμήσεις κατέστησαν τῆς πολιτείας, νόμον εἶναι καὶ τὰ τιμήματα ἐπιτείνειν, ἢ ἀνιέναι. ἐὰν μὲν ὑπερβάλλῃ, ἐπιτείνοντας κατὰ τὴν πολλαπλασίωσιν· ἐὰν δ' ἐλλείπῃ, ἀνιέντας καὶ ἐλάττω ποιοῦντας τὴν τίμησιν. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις καὶ ταῖς πολιτείαις, μὴ ποιούντων μὲν οὕτως, ἔνθα μὲν ὀλιγαρχίαν, ἔνθα δὲ δυναστείαν γίνεσθαι συμβαίνει· ἐκείνως δέ, ἐκ μὲν πολιτείας δημοκρατίαν, ἐκ δ' ὀλιγαρχίας πολιτείαν, ἢ δῆμον. κοινὸν δὲ καὶ ἐν δήμῳ, καὶ ὀλιγαρχίᾳ, καὶ μοναρχίᾳ, καὶ πάσῃ πολιτείᾳ, μήτ' αὐξάνειν λίαν μηθένα πα-

tempus imperant, ſumma rei detrimentum aliquod importare, factiſq; aut conſilijs improbis nocere: atque ij, qui diu. Nam propter hanc cauſam in oligarchijs & democratijs tyrãnides exſiſtunt. Aut enim qui ſunt in utraque reipub. adminiſtranda forma maximi, impetu facto tyrannidem occupant: hic quidem populares oratores & plebis aſſentatores, illic uerò dynaſtæ: aut qui maximos magiſtratus gerunt, cùm diu imperium obtinent. Seruantur autem reip. adminiſtrandæ formæ, non ſolum quòd lõgè abſint ab ijs, quæ perniciem atq; interitum afferunt: uerùm etiam interdum, quòd propinqua ſint. Dum metuunt enim, ſtatum reipub. accuratius ambabus (ut ita dicam) manibus, atq; adeò mordicus retinent. Itaq; oportet eos, quibus reipub. ſtatus curæ eſt, terrores quoſdam ciuibus opponere, ut ſibi caueant, neq; diſſoluant tanquam nocturnam uigiliam, ſic reipub. adminiſtrationis cuſtodiam: & quod longè diſtat, propè admonere ac repræſentare, & ueluti ob oculos ponere. præterea & nobilium contentiones ac diſcordias conandum eſt legibus multò antè coercere: & eos, qui à contentione ſunt immunes, priuſquam in contentionem incidant, præmunire. Nam malum à principio oriens cognoſcere, non eſt forte oblati neq; cuiuslibet hominis: ſed ad ciuitatem regendam apti & idonei uiri. Ad eam autem mutationem, quæ propter cenſus ex oligarchia & politia fieri ſolet, cum hoc euenerit, manentibus quidem ijſdem cẽſibus ad honores obtinendos præfinitis, ſed aucta re nummaria: utile eſt cenſus communis ſeu publici magnitudinem ad præteritum cenſum ſpectare, in ijs quidem ciuitatibus, in quib. quotannis ciues cenſentur, [b] quotannis: in maiorib. uerò tertio aut quinto quoq; anno: & ſi cẽſus ſit multis partibus maior, hoc eſt multiplex: aut multeſimus, hoc eſt multis partibus minor cenſu priore, ad quem cenſum æſtimationes in hac reipub. adminiſtrãda forma initiò inſtituta fuerũt: legem ferri, qua lege cenſus uel intendantur, uel remittantur, ſi præſens cenſus antiquum ſuperet, intendantur æſtimationes pro multiplicatione & incremento cenſus: ſin decreuerit, remittantur & minuantur pro decretione ac deceſſione. Nam in oligarchijs & politijs ſi hoc modo hæc non faciant, hoc eſt, ſi cenſibus minoribus factis atq; imminutis priuatorum æſtimationes ad honores petendos non remittant: accedet ut hic quidem oligarchia, illic uerò dynaſtia naſcatur: ſi altero modo non agant (hoc eſt, ſi auctis cenſibus æſtimationes non intendant) eueniet ut ex politia, democratia: ex oligarchia, politia aut democratia fiat. Commune autem præceptum eſt & in democratia, & in oligarchia, & in monarchia, & in omni deniq; reipub. adminiſtranda forma neque nimis augere quem-

ter iuſtã mẽſurã: ſed potius experiri paruos & diuturnos honores tribuere, quã breui magnos. corrũpuntur enim, & nõ omnis mortalis eſt ſecũdas res ferre. ſin aũt nullo modo, ſi crebri dati, ſimulque ſunt, demere rurſus ſimul cunctos, ſed paulatim. Et maximè quidẽ enitendũ eſt legib. ita inſtituere, ut nemo illic exoriatur, multũ præſtans potentia uel amicorũ, uel diuitiarũ: ſi non efficere ipſorũ amandationes longiores extra fines. Quia aũt & ob uitas quoque ſuas reb. nouis ſtudẽt, opꝰ eſt magiſtratũ aliquẽ inducere, qui animaduerſurus ſit eos, qui uiuunt ita, ut detrimento ſint reipublicæ: in ſtatu populi, ſtatui ipſi multitudinis: in dominatu paucorũ, dominatui. ſimiliter aũt & in unaquaq; cęterarũ rerũp. Et partẽ ciuitatis, cuius ſunt res ualde ſecundę, nũc hanc nunc illã cauere ob eaſdẽ cauſas. huius aũt mali remediũ eſt, ſemper oppoſitis partib. rẽ gerendã & magiſtratus tribuere. dico aũt opponi honeſtos uiros multitudini, & egenos copioſis: nec nõ conari, uel ſimul miſcere multitudinẽ egenorũ & copioſiorũ: uel, quod mediũ inter ipſos eſt, augere. hoc enim frangit ſeditiones, quæ proficiſcerẽtur ab inæqualitate. Maximũ aũt eſt in omni rep. & legib. & alia diſpenſatione, ſic ipſam cõſtitutã eſſe, ut nõ liceat magiſtratib. quæſtũ facere. hoc autẽ maximè in dominatib. paucorũ oportet ſeruare. nõ .n. ita indignatur uulgus, cũ obſtruitur ipſis uia ad imperiũ: quinetiã gaudent, ſi quis ſinit ipſos reb. ſuis incũbere: ut facit, ſi putant magiſtratus expilare rempublicã. tunc enim ambę res inurunt ipſi dolorẽ, ſe nõ participes eſſe honorũ, & quọd uidẹnt illos lucrari. Vno aũt modo ſolũ contingit una eſſe ſtatum multitudinis & optimarũ, ſi hoc moliretur aliquis. contingeret enim & claros ciues & populares obtinere, quę ambo uolunt. licere nãq; omnibus ad imperiũ peruenire, populare eſt: nobiles autem eſſe eos, è quibus magiſtratus creentur, propriũ optimatum. hoc autem uſu ueniet, cũ minimè licuerit è magiſtratib. quæſtum facere. egeni namq; nolent imperium habere, quia

ρὰ τὴν συμμετρίαν· ἀλλὰ μᾶλλον πειρᾶσθαι μικρὰς καὶ πολυχρονίους διδόναι τιμάς, ἢ ταχὺ μεγάλας. διαφθείρονται γὰρ, καὶ φέρειν οὐ παντὸς ἀνδρὸς εὐτυχίαν. εἰ δὲ μὴ, μή τοι γ' ἀθρόας δόντας, ἀφαιρεῖσθαι πάλιν ἀθρόας, ἀλλ' ἐκ προαγωγῆς. καὶ μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι τοῖς νόμοις οὕτως ἄγειν, ὥστε μηθένα ἐγγίγνεσθαι πολὺ ὑπερέχοντα δυνάμει, μήτε φίλων, μήτε χρημάτων. εἰ δὲ μὴ, ἀποδημητικὰς ποιεῖσθαι τὰς παραστάσεις αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ διὰ τοὺς ἰδίους βίους νεωτερίζουσι, δεῖ ἐμποιεῖν ἀρχήν τινα τὴν ἐποψομένην τοὺς ζῶντας ἀσυμφόρως πρὸς τὴν πολιτείαν. ἐν μὲν δημοκρατίᾳ, πρὸς τὴν δημοκρατίαν· ἐν δὲ ὀλιγαρχίᾳ, πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν ἑκάστῃ. καὶ τὸ εὐημεροῦν δὲ τῆς πόλεως ἀνὰ μέρος φυλάττεσθαι διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας· τούτου δ' ἄκος τὸ αἰεὶ τοῖς ἀντικειμένοις μορίοις ἐγχειρίζειν τὰς πράξεις, καὶ τὰς ἀρχάς. λέγω δ' ἀντικεῖσθαι τοὺς ἐπιεικεῖς τῷ πλήθει, καὶ τοὺς ἀπόρους τοῖς εὐπόροις. καὶ τὸ πειρᾶσθαι ἢ συμμιγνύναι τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος καὶ τὸ τῶν εὐπόρων, ἢ τὸ μέσον αὔξειν. τοῦτο γὰρ διαλύει τὰς διὰ τὴν ἀνισότητα στάσεις. μέγιστον δὲ ἐν πάσῃ πολιτείᾳ, τὸ καὶ τοῖς νόμοις, καὶ τῇ ἄλλῃ οἰκονομίᾳ, οὕτω τετάχθαι, ὥστε μὴ εἶναι τὰς ἀρχὰς κερδαίνειν. τοῦτο δὲ μάλιστα ἐν ταῖς ὀλιγαρχικαῖς δεῖ τηρεῖν. οὐ γὰρ οὕτως ἀγανακτοῦσιν εἰργόμενοι τοῦ ἄρχειν οἱ πολλοί· ἀλλὰ καὶ χαίρουσιν, ἐάν τις ἐᾷ πρὸς τοῖς ἰδίοις σχολάζειν· ὡς, ἐὰν οἴωνται τὰ κοινὰ κλέπτειν τοὺς ἄρχοντας· τότε δ' ἀμφότερα λυπεῖ, τό, τε τῶν τιμῶν μὴ μετέχειν, καὶ τὸ τῶν κερδῶν. μοναχῶς δὲ καὶ ἐνδέχεται ἅμα εἶναι δημοκρατίαν καὶ ἀριστοκρατίαν, εἰ τοῦτο κατασκευάσειέ τις. ἐνδέχοιτο γὰρ ἂν καὶ τοὺς γνωρίμους καὶ τὸ πλῆθος ἔχειν, ἃ βούλονται ἀμφοτέρους. τὸ μὲν γὰρ ἐξεῖναι πᾶσιν ἄρχειν, δημοκρατικόν· τὸ δὲ τοὺς γνωρίμους εἶναι ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀριστοκρατικόν. τοῦτο δ' ἔσται, ὅταν μὴ ᾖ κερδαίνειν ἀπὸ τῶν ἀρχῶν. οἱ γὰρ ἄποροι οὐ βουλήσονται ἄρχειν, τῷ μη-

ve quenquam præter commenſum & conuenientem modum oportere: ſed conari paruos, eoſdemq́ diuturnos honores deferre potius, quam breues & magnos: deprauantur enim hi & corrumpuntur ciues: & ſecundas res ferre, non cuiuſuis hominis eſt. Quòd ſi aliter factum ſit, non poſteaquam uniuerſos honores in unum aliquẽ effuderint, rurſum adimere uniuerſos: ſed ſenſim & paulatim: & maximè quidem conari legibus ita ciues inſtituere atque erudire, ut nemo in urbe exoriatur longe cæteris antecellens potentia, neq; amicorum, neq; pecuniarum. Sin aliter euenerit, eos peregrinari iuſſos è ciuitate ſummouere. Quoniam autẽ etiam in uita priuata res nouas quærũt, certum magiſtratum in urbe conſtituere oportet, eos qui inutiliter ad resp. adminiſtrationem uiuant, exploraturum atq; inſpecturũ: in democratia ad democratiam, in oligarchia ad oligarchiam, itemq́ in unaquaq; resp. adminiſtrandæ forma. Tum partem ciuitatis proſperitate uita, & ſecunda fortuna exultantem, & ferocientem, uiciſſim cauere propter eaſdem cauſas. Cuius mali primum remedium eſt, particulis ciuitatis contrariis rerum agendarum curam mãdare, imperiaq́ tradere. Dico autem contrarios eſſe uiros æquos & bonos uulgo, egentes locupletibus & copioſis: aliorum, conari aut commiſcere & confundere egentium multitudine cum locupletibus, aut medios augere. Hoc enim dirimit ſeditiones ex inæqualitate orientes. Maximum autem eſt in omni reſpub. adminiſtrandæ forma, eam ita & legibus & reliqua inſtitutione, cæteroque uictu domeſtica eſſe deſcriptam atque ordinatam, ut non liceat magiſtratibus è repub. quæſtum facere. atq; hoc maximè in oligarchijs obſeruãdum eſt. Non enim tam indignè fert multitudo ſe ab imperijs & magiſtratibus excludi, (quinetiã lætatur, ſi quis ſinat eam in ſuis negotijs priuatis otioſe & ſine interpellatione uerſari) quã ſi putet eos, qui reſpub. præſunt, remp. depeculari & compilare. Et tum utrumq; ei dolorem affert, neq; honorum ſe eſſe participem, neq; lucrorum. Vno autem modo contingere poteſt, ut ſit democratia ſimul & ariſtocratia, ſi quis hoc efficere ac præſtare poſſit, (fieri enim poſſit) ut & nobiles & multitudo quod uolunt utriq; habeant. Omnibus enim licere reſpub. præeſſe, & gerere magiſtratus, populare eſt, & democratiæ conuenit. Nobilibus uero magiſtratus mandari, ariſtocratiæ proprium eſt. Hoc autem erit, cum ex magiſtratibus quæſtum facere non licebit. Egentes enim magiſtratus gerere nolẽt, eo quod

nihil lucrantur, ſed potius aſſidui eſſe in ſuis artibus: locupletes autem poterunt, quia non egent, cõtenti ſuis bonis, mercede ulla publica. Quapropter uſuueniet egenis fieri copioſis, quia totos dies conterent in ſuis operibus: honeſtis autem uiris, non perpeti imperium deteriorum. Ne igitur ærarium compiletur, ſolutio publicæ pecuniæ fiat adſtantibus omnibus ciuibus: exemplaque rationum per phratrias, & ordines, tribusque deponantur. Vt uerò ſine mercede magiſtratus gerantur, honores legib. oportet ſtatutos eſſe illis, q laudem in eo munere conſecuti fuerint. Opus autem eſt in ſtatibus multitudinis locupletibus parcere, & non ſolùm agros ipſorum non diuidere: ſed neque etiam fructus, quod in quibuſdam ciuitatibus cùm fiat, fallit. melius autem eſt, eos etiam, quæ uelint obire munera, ſumptuoſa quidem, ſed minimè fructuoſa reipublicæ, cohibere: ueluti ornatus chori & ludos, quibus curſores ſibi faces tradunt: & quicunque alij huiuſcemodi ſunt. In dominatu autem paucorum fouere egenos & magiſtratus, unde capitur emolumentum, his tribuere: & ſi aliquis è locupletibus huiuſcemodi renues homines contumelia uexarit, in hos maiores pœnas ſtatutas eſſe, quàm ſi quempiam ordinis ipſorum. Et hæreditates non largitionibus tribui, ſed cognatione uenire: neque plurium, quàm unius quempiam compotem eſſe. ita enim æquabiliores erunt fortunæ, & plures egentium ad copiam bonorũ peruenient. Prodeſt autem & in ſtatu populi, & in dominatu paucorũ aliarũ rerũ, uel æqualitatē uel præſtantiā tribuere ijs, qui minus cõmunicãt repub. in populo quidē, locupletibus: in paucorũ uerò dominatu, egenis, exceptis magiſtratibus illis, qui in ſua poteſtate remp. habēt: hos autem ijs, qui ſunt compotes reipublicæ, committere oportet ſolis, uel pluribus.

τῷ μηδὲν κερδαίνειν, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἰδίοις εἶναι μᾶλλον· οἱ δὲ εὔποροι, δυνήσονται διὰ τὸ μηδενὸς προσδεῖσθαι τῶν κοινῶν. ὥστε συμβήσεται τοῖς μὲν ἀπόροις γίνεσθαι εὐπόροις, διὰ τὸ διατρίβειν πρὸς τοῖς ἔργοις· τοῖς δὲ γνωρίμοις, μὴ ἄρχεσθαι ὑπὸ τῶν τυχόντων. τοῦ μὲν οὖν μὴ κλέπτεσθαι τὰ κοινά, ἡ παράδοσις γιγνέσθω τῶν χρημάτων, παρόντων πάντων τῶν πολιτῶν· καὶ ἀντίγραφα κατὰ φρατρίας, καὶ λόχους, καὶ φυλάς, τιθέσθωσαν. τοῦ δὲ ἀκερδῶς ἄρχειν, τιμὰς εἶναι δεῖ νενομοθετημένας τοῖς εὐδοκιμοῦσι. δεῖ δὲ ἐν μὲν ταῖς δημοκρατίαις τῶν εὐπόρων φείδεσθαι. μὴ μόνον τὰς κτήσεις μὴ ποιεῖν ἀναδάστους, ἀλλὰ μηδὲ τοὺς καρπούς. ὃ ἐν ἐνίαις τῶν πολιτειῶν λανθάνει γιγνόμενον. βέλτιον δὲ καὶ βουλομένους κωλύειν λειτουργεῖν τὰς δαπανηρὰς μέν, μὴ χρησίμους δὲ λειτουργίας· οἷον, χορηγίας, καὶ λαμπαδαρχίας, καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται. ἐν δὲ ὀλιγαρχίᾳ τῶν ἀπόρων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι πολλήν, καὶ τὰς ἀρχάς, ἀφ᾽ ὧν λήμματα, τούτοις ἀπονέμειν. κἄν τις ὑβρίσῃ τῶν εὐπόρων, εἰς τούτους μείζω τὰ ἐπιτίμια εἶναι, ἢ ἂν σφῶν αὐτῶν. καὶ τὰς κληρονομίας μὴ κατὰ δόσιν εἶναι, ἀλλὰ κατὰ γένος· μηδὲ πλειόνων, ἢ μιᾶς τὸν αὐτὸν κληρονομεῖν. οὕτω γὰρ ἂν ὁμαλώτεραι αἱ οὐσίαι εἶεν, καὶ τῶν ἀπόρων εἰς εὐπορίαν ἂν καθίσαιντο πλείους. συμφέρει δὲ καὶ ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, τῶν ἄλλων, ἢ ἰσότητα, ἢ προεδρίαν νέμειν τοῖς ἧττον κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας· ἐν μὲν δήμῳ, τοῖς εὐπόροις· ἐν δ᾽ ὀλιγαρχίᾳ, τοῖς ἀπόροις. πλὴν ὅσαι ἀρχαὶ κύριαι τῆς πολιτείας· ταύτας δὲ τοῖς ἐκ τῆς πολιτείας ἐγχειρίζειν μόνοις, ἢ πλείοσι.

nullum ex ijs quæſtum facere liceat: ſed negotijs domeſticis inſeruire atque operam dare mallent. Poterunt locupletes, quia nulla pecunia publica præter domeſticam egeant. ita fiet ut egētes quidem locupletentur & diteſcãt, quia in ſuis negotijs operibusque uerſentur: nobiles uerò non ſubiugantur imperio humilium & contemptorum ciuium. Vt ne igitur ærarium compiletur, pecunia publica tradatur præſentibus ciuibus omnibus: & rationum exempla diligenter cum exemplari comparata per curias & centurias, & tribus diſtributa reponantur. Vt autem ſine quæſtu gerantur magiſtratus, ijs, quorum fides & induſtria in magiſtratu fuerit probata & ſpectata, honores oportet lege lata eſſe decretos. Iam uerò in democratijs quidē, locupletibus parcendum eſt, & non ſolum eorum fundis & prædijs, ſed etiam fructibus non diuidendis uiritim, atque ad alios transferendis: quod fit in nonnullis reſpub. adminiſtrandæ formis, neque tamen animaduertitur. Sed utilius eſt ijs, qui locupletiũ copias & opes imminuere ac decurtare uolunt, eos cogere ut muneribus publicis fungantur ſumptuoſis quidem illis, ſed minimè utilibus: ut ludorum faciendorum curationibus, & lampadum præfecturis, & alijs huiuſmodi. In oligarchia uerò egentium maxima cura habenda eſt, hisque magiſtratus quæſtuoſi mandandi ſunt. Et ſi quis è numero locupletium eos contumelioſè lædat, grauiores in illos pœnæ debent eſſe conſtitutæ, quàm ſi quis ex egentibus alterum egentem contumelia afficiat: & hæreditates non ex donatione, ſed ex gente & cognatione ad hæredes peruenire, neque idem plures hæreditates, quàm unam debet cernere. Sic enim & æquabiliores fiunt reſp. familiarium facultates: & plures egentes, copioſi et locupletes euadere queãt. Vtile autem eſt tum in democratia, tum in oligarchia ijs, qui reipub. adminiſtrationis minus ſunt participes, aliarum rerum aut æqualitatem aut primas partes dare: in democratia locupletibus, in oligarchia egentibus, ueruntamen omnia imperia, in quibus totius reipub. publica conſiſtit auctoritas ac poteſtas, hæc ſolis ijs aut pluribus ex ijs, qui rempub. adminiſtrant, committere atque in manus tradere.

COMMENTARIVS.

De incolumitate.) Cùm expoſuiſſet principia & cauſas temptationum & interitum rerumpublicarũ, ut poſsint quaſi morbi quidam uitari, ne irrumpant in ciuitatem, aut etiam clam irrepant: nunc quomodo ijſdem ſalus detur, & quæ remedia ſint contra mala illa paranda, declarat: atque id & communiter & ſeparatim: nec tamen omnino eandem uiam init, quā ceſſauit in periculis rerump. oſtendendis. primùm enim quæ cauſæ forent atque origines interitus ipſarum in uniuerſum ſignificauit: deinde ſingillatim aperuit fontes eorundem exitiorum. diſtinxit igitur illa quaſi elementa, hic uerò ipſa permiſcet ac confundit, ſimulque tradit præcepta communia, & ad omnes & ad certas quaſdam tuendas. cùm igitur ordinem, quem ſequi uult, oſtendiſſet, ac quid poſtulet hæc diſciplina: incumbit in documenta utilia tradenda huic curationi.

Primum igitur) Initium huius præceptionis eſt, quod inquit, ſatis apertum eſſe, ſi tenemus, quæ ſint illa quæ interitum afferant

runt rebuſpublicis: ut profectò teneamus, accuratè ab ipſo explicata, non poſſe nos ignorare, quæ ſalutem ipſis dent, liberéntque illis malis, quæ mala reſp. extinguunt: atque hoc, quia notum eſt contrariarum rerum, quæ ſunt contraria inter ſe eſſe eſ. ſcientia. interitus autem & ſalus ſunt manifeſtò contraria. Hæc igitur animaduerſio continet in ſe multa præcepta, ſtudiúq; nos ualde ad hæc pericula declinanda, ſi quæ admonuit, recordati fuerimus.

In rebuſpublicis) Admonet ut caueamus, quod magnopere labefactat reſpublicas probè etiam temperatas, rationeque conſtitutas: & non ſolùm eas, in quibus aliquid uitij primò fuerit, neque tamen à multis exiſtimatur tale eſſe, uimque magnam nocendi habere. quare, cùm minimè reformidetur, furtim irrepit in ipſas, ac parit id mali, quod dixi. Nam enim affirmat, ipſum depelli à rebuſp. oportere, non minus atque aliud quippiam, quod & ipſum fugandum ſit, & apertè intelligatur peſtiferum eſſe, magnitudinem huius reconditi fallacisque mali oſtendit. Eſt autem illud, ne quid illic committatur contra leges: atque hoc ipſum, quod dictum eſt, in primis caueatur, quod leue ac puſillum eſt. Cuius rei ſtatim, quia incredibile aliquibus uideri potuit, cauſam affert. fallit enim, inquit, multos hæc labes, nec perſpicitur tam cito minutaque corruptela. Eiuſdem etiam illuſtrandæ rei cauſa ſimili utitur, quod, ut notum omnibus atque exploratum illis, qui diligenter ſuam familiarem curant, cognouit multum lucis huic rei adlaturum. minutos enim ſumptus, tradit, magis patrimonium exhaurire, quàm magnos: quia crebriores ſunt, & quia non putantur id efficere poſſe, ac contemnuntur. Eodē pacto, inquit, hæc migratio à legibus inſtitutiſque optimis, quia paulatim fit, nec tota ſimul inuadit in rempublicam, magis nocet, quia deſpicitur: illi autem alteri magnæ atq; apertæ, uia ſedulò obſtrueretur.

Decipitur namq;) Tradit decipi animum hominis in illis ſumptibus exilibus exiſtimandis, rapitq; in errorē non paruum, qui putet inde naſci non poſſe magnum incommodum patrimonio. Qua etiam fallaci ratione docet uti ſolitos ſophiſtas, atque ita imponere rudibus diſſerendi: unam enim hanc eſſe aſtutarum rationum, qua utebantur [illegible] eſt. aiunt enim, ſi ſingulæ partes paruæ ſunt, & omnia etiam parua. Hoc autem adiungit diligens doctor, quod aliquo modo ſumptum, uerum eſt: aliquo uerò, minimè. Totum enim & cuncta illa ſimul iuncta coaceruataque nullo pacto parua ſunt, ſed conſtant ſolùm ex paruis: eadem autem illa diſtincta, ſeorſumque collocata, nunc ulla [illegible] ne parua ſunt. Eſt autem hoc illud, quod, ad patrimonium augendum ualde accommodatum, [illegible] præcepit [illegible]dus Si puſillum puſillo addideris, & crebrò hoc feceris, magnus breui aceruus efficietur. In extremo huius [illegible] auctor inquit hoc, quod ipſe monſtrauit, præſidium unum eſſe ad hoc malum uitandum, aditumque illic claudendum.

Deinde non fidere.) Secundum documentum, quod tradit ad reſp. tuendas accommodatum, hoc eſt admonet enim ne ſemere credamus ijs, quæ callidè finguntur à nonnullis, imponere uolentibus multitudini, ſimulantibusque ſe ut libertatem ipſius & commoda procurare, ac miriſicis eiuſdem amatoribus eſſe. Illa namque non eſſe qualia primò uidentur, affirmat declarare exitus eorum conſiliorum, ac facta denique ipſa: & eodem utilia fieri, multis exemplis detrimentoſa eſſe intelligi. quæ uerò ſint hæ fallaciæ aſtutæque conſilij, ſignificat ſe prius oſtendiſſe. intelligit autem locum, qui eſt in libro antecedente, ubi etiam monſtrauit, quibus potiſſimum in rebus hi exerceant ſuam maliciam, ſignificauitque ipſis numero quinque eſſe. neque enim pertinet id ad aſſentatores & mala, quæ naſcuntur ex ipſorum ficta beneuolentia, ut nonnulli falſo putarunt.

Licet autem.) Exponit quoddam, ualde & ipſum aptum ad uindicandas ab interitu interitúsque malis reſpublicas: & non ſolùm integras probéque conſtitutas, uerum etiam infirmas, ac uitijs affines, quæque, niſi hoc ſeruaretur, non diutius permanerent. Hoc autem, quod præcipit, ut minimè obſcurum eſt (affirmat enim, huiuſcemodi ipſum eſſe, facilè intelligi poſſe) ita ægrè cuſtoditur. Difficile eſt enim, eos qui ſummam poteſtatem habent, ſibi temperare ab iniuria: beneque agere cum illis, in quos imperium habent. hoc enim ualet τὸ χρῆσθαι quoſpiam aliquibus: id tamen, ut arduū eſt, ita mirificè utile ac fructuoſum. Diuidit autem in duo genera hominum eos, in quos comitas hæc iuſtitiaq; exercenda ſit ab ijs, qui gubernaculum reip. tenent: id eſt, in eos, qui expertes ſunt publicorum honorum, & in participes ſociosque imperij.

Expertes reipub.) Primum eſſe docet, quomodo ſe illi gerant aduerſus expertes reipublicæ, ut eos in officio retineant. Duo autem tãgit, prior eorum eſt, ut ſe abſtineant ab omni iniuria in illos: alterum autem, ut quos è numero ipſorum cognorint eſſe tales, ut duces ſe præbere poſſint reliquis ad res nouas moliendas, cùm & conſilio & auctoritate ualeant, perducant ad honores, participeſque reip. faciant. Cùm autem in primis ſuaſerit, ut nullo modo uiolent ipſos, & non omnes mortales eaſdem res eodē pacto offendant: admonet, ut cupidos honoris nullo modo lædant in ijs rebus, quæ ad dedecus ignominiámque pertinent: multitudinem autem in ijs, quæ ad quæſtum & rem familiarem referuntur. maior enim pars hominum ſectatur lucrum, auidaque pecuniæ eſt. Conatus autem ſum pluribus uerbis exprimere, quos auctor hic uocat φιλοτίμους: neque enim ſuccurrit mihi Latinum uerbum, quod oſtenderet uim notionemque Græci nominis. In primis autem huiuſcemodi uiri ſuſpecti eſſe debent ſtatibus, quos intelligit, qui natura & ſtudio idonei ſunt ad plebem concitandam, & ad deſideria, quibus flagrat, ipſam perducendam.

Erga ſemetipſos.) Docet nunc, quomodo ijdē ſe gerere debeant erga ciues ſui ordinis, & qui participes ſunt imperij. Requirit igitur, inquit, ut uiuant inter ſe populariter, & quaſi fraternè. cuius ſui conſilij rationem reddit: Quod enim, ait, in ſtatu multitudinis amant populares, totoque animo expetunt, æquale inquam. hoc enim illi iuſtum exiſtimant, non oportere ſe inferiores eſſe locupletibus, quamuis pauperes ſint: hoc in ijs rebus publicis, quas regunt ſimiles pareſque, non ſolùm eſt inquit æquum, uerum etiam utile. ualet enim multum ad poteſtatem illam tuendam, ſi mutuò ſe dilexerint, atque in omnibus rebus inter ſe conſenſerint.

Quare ſi plures) Hoc tanquam corollarium eſt. inquit enim: Et hæc eſt cauſa, cur. ſi maior fuerit numerus eorum, qui remp. regunt hoc autem dixit, quia numerus non eſt certus definitusque eorum, qui reſp. has gubernant (nunc enim amplior, nunc arctior eſt) documentum quoque hoc nullo modo conueniret ijs ſtatibus, qui à ualde paucis adminiſtrantur. Si maior igitur eorum cœtus fuerit, multa illic quædam inſtituta popularia, proſuntque ualde ad ſtatum eum conſeruandum. Unum autem eorum expoſuit, quod commodè huc transferri poteſt: eſt autem illud, ut breuia ſint interualla temporis, quibus magiſtratus ijdem gerant. Cauſa autem eſt, inquit, ut omnes qui ſimiles inter ſe ſunt, aliquando perueniant ad eoſdem honores: excluderentur enim inde non pauci, quibus aditus ad eos non eſſet, ſi prolixiora ipſa eorum forent. Probare uerò uolens, hanc legem quadrare quoque illic ait: Qui namque ſimiles inter ſe pareſq; ſunt, inſtar populi ſunt, referuntque ipſum multis in rebus nam, quin ſimiles inter ſe ſint populares homines, non eſt dubitandum. Adiungit autem in extremo, hanc etiam cauſam eſſe, cur in his ſtatibus exoriuntur aſſentatores, & qui uerba faciunt ad uoluptatem quia ſcilicet ſimilitudo eſt ipſis non parua cum populi republica, cuius reip. illi propria peſtis ſunt: indeq; primò uocati fuerunt, quod malè ſuadent multitudini.

Deinde minus.) Oſtendit fructum alium magnum, qui capitur ex illo inſtituto creandi magiſtratus ſemeſtres, uel breuioris adhuc etiam temporis. magis enim ita tuti ſtatus illi ſunt ab iniuſtis principatibus, & qui non adhibitis legibus, dominantur. Ratio huius rei eſt, quia non tam facilè libertati inſidiantur, qui paruo tempore imperium retinent ut qui magno. Nam addit, ſi rectè cogitare uoluerimus, & ueterem memoriam euoluere, hanc ob cauſam in dominatibus paucorū & ſtatibus multitudinis naſcuntur tyrannides: ſiue quia, qui opulenti ſunt, in utraque republica imponunt libertati: ſiue qui magiſtratus primores adepti ſunt, in ipſiſque longo temporis ſpatio manſerunt. Quinquennium autem C. Cæſari prorogatum, arbitrantur prudentes cauſam fuiſſe belli ciuilis: ille namque tam longo temporis ſpatio cuncta parare potuit, quæ ad libertatem opprimendam neceſſaria forent. Cùm autem loqueretur auctor de inſidiatoribus libertatis, diuiſit ipſos in duo genera hominum, quæ plerunque creârent ipſi hoc periculum: quibuſdam enim in locis, qui multùm ualent gratia apud multitudinem, quia omnibus in rebus ipſi placent, occupare dominatum inquit: in alijs uerò fortunatos homines, & qui uiribus præditi ſunt, poſſuntque exercitibus imperare.

Conſeruantur autem.) Dixerat, manere conſeruariq; reſpublicas, ſi habuerint inſidiatores remotos, & qui perdere ipſas ſtudent. Nam tyrannos finitimos magis formidoloſus eſſe rebuſpublicis, teſtatus enim eſt Demoſthenes: nunc addit idem, euiare aliquando obtineri, ſi eoſdem illos ualde uicinos, & in propinquo poſitos nactæ fuerint. Quomodo autem hoc fiat, declarat. cùm incredibile ſit. Inquit enim, qui uident propinquos eſſe, imminereque ipſis inimicos, diligentius comparant quæ ſaluti reipublicæ ſint, nec relaxant aliquid, eripiſſe ſibi è manibus [illegible], quod ualeat ad conatus eorum impetuſque reprimendos. Exponit autem documentum utile ad tuendam remp. [illegible], & quaſi corollarium quoddam ualde accommodatum huic loco, huic inculcat. Inquit enim, oportere illos, qui remp. ſaluam uolunt, fideleſque cuſtodes ipſius ſunt, me-

tus inſerere in pectora ciuium: & commiſci etiam, ſi ceſi nulli extent, ut diligentiores ſint: nec remittant, tanquam nocturnam uigiliam, cuſtodiam reipublicæ: in quo etiam gerendo affirmat, eos debere pericula, quæ longinqua ſunt, propinqua facere, id eſt omni arte adhibita monſtrare illa uicina eſſe, atque ipſis impendere. Vſus autem eſt imagine mirificè appoſita ad rem illuſtrandam, qua etiam uſus eſt M. Cicero ad ſtudium ſuum declarandum in magno periculo reipublicæ. nam inquit: Manendum mihi ſtatuebam quaſi in uigilia quadam conſulari ac ſenatoria.

Amplius claritum.) Admonet ut à rep. pellantur contentiones nobilium atque diſcordiæ, neque tantùm opera detur, cùm eam conflarint, ut citò ſedentur: uerum etiam ut legibus ita prius ipſis obſtruatur, ne aliquando eò irrepant, cùm ſint illæ pernicies reipublicæ: ac præterea ſuadet, ut ſi fortè in ciuitate hoc malum exortum ſit (quod tamen adhuc non multos etiam corripuerit) cura ponatur, ne qui uacui ab ipſo ſunt, neq; adhuc diſcordare cœperint, trahantur in eas concertationes, augeantque numerum perturbantium rempublicam. Vtilitatem autem totius huius documenti ſignificauit, & officium ſuum conſtituit, qui non præciperet ea, quæ uulgaria & nota omnibus forent, dicens ſe hoc admonuiſſe, quia non eſt cuiuslibet intelligere malum in primo ſtatim ipſius ortu: ſed cognoſcere ipſum puſillum adhuc, requirit ingenium periti hominis, & diu uerſati in republica. διὰ τῶν νόμων, quod inquit, ualet, ope legum & optimorum inſtitutorum poſſunt enim leges hoc rei uiſſe, ne ſeditiones in ciuitate exiſtant, efficere. Quod uerò hortatur eſt ut omnia fiant, ne qui extra concertationem eam ſunt, contaminentur: perſpicitur quantopere diſſenſerit à iudicio Solonis. qui uoluit, ut omnes ſe ad alterutram partem applicarent, excitata in ciuitate ſeditione: atque hoc lege cauit, pœna propoſita illis, qui otioſi eo tempore manſiſſent.

Aduerſus mutationem.) Cum ſuprà tradiderit, mutari aliquando reſp. nulla culpa hominum, ſed caſu ac uarietate temporum, quod contingit in illis rebuſpublicis, quæ cenſibus definitæ ſunt, nec ſinunt peruenire ad honores, qui fortunas eas non habent, cuiuſmodi eſt dominatus paucorum & reſp. uocata: docet quod remedium adhiberi debeat, ne hoc fiat. Stantibus igitur iiſdem cenſibus, ubertate uerò pecuniæ cæterarúmue rerum, quas pecunia metiuntur: prodeſt, inquit, diligenter uidere numerum copiamque communis quaſi peculij, conferreque cum præterito, illiuſque temporis, quo primùm ſtatutus cenſus fuerit. Verùm quia non eodem ſpatio temporis hoc fiebat in omnibus ciuitatibus Græciæ, ut ſcilicet accuratè illic uiderentur & quaſi ponderarentur patrimonia ciuium: ſed longè alijs interuallis (ut narrat) cùm ipſarum nonnullæ ſingulis annis morem haberent hoc facere, quæ ſcilicet minores ſunt: aliæ uerò interiectis duobus tribúſue annis, grandiores ſcilicet. nam Romæ ſingulis luſtris ſolita ciuium capita cenſeri, notum eſt. Si igitur fortunæ ciuium eius temporis ita uariatæ fuerint à ſuperioribus, ut ſint multo maiores aut minores, quàm fuerunt illo, cùm primum cenſus ſtatutus fuit, collatæ cum ipſis: cenſus mutare rationem eam ſequentes, atque ita aut augentes ipſos, aut minuentes: lege autem hoc iuberi, quæ cogat hoc diligenter ſeruari. Rem autem totam aperiens, inquit: Si quidem poſſeſſio bonorum aucta fuerit, ſuperaueritque non paruo interuallo ueterem poſſeſſionem, redigendum ad eandem menſuram cenſum: ſi autem contrà imminuta fuerit, remittentes iidem cenſum, minoremque ipſum efficientes. Hic locus, qui, ſi ſententiam ſpectes, non ualde obſcurus eſt: exhibuit ſanè mihi non parum negotij, & ut uideo, etiam alijs. Primùm Sepulueda arbitratur uacare τιμήματος, reijcitque hinc uocem hanc debere: quia in antecedente τιμήματι, ſatis poſitum ſit, quod ad oſtendendum ualeat, id quod illic ſequitur. Vetus quoque tralatio ipſam non exprimit: aliam tamen in exemplari ſuo eo loco habuit &, ut uidetur, τιμήματος, uertit enim Honorabilitatis, quo rudi nomine reddere ſolet id Græcum nomen. Non uideo tamen, cur tantopere debeat ſuſpecta eſſe hæc uox, immeritoque hinc fugari. quis enim non uidet, fieri poſſe ut magna uis pecuniæ aliunde in aliquam tellurem comportetur, eaque de cauſa contingere, ut fundi domuſque maioris pretij fiant? quod ego accepi, ſatisque compertum eſt, in ipſius tellure factum eſſe, ab extremis locis aducto ingenti pondere auri. Deinde uerba illa, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, non ſunt expreſſa ab eadem ueteri tralatione: quod neſcio an culpa librarij commiſſum ſit. In ijs certè, quos uidi, calamo exaratis libris, leguntur: quemadmodum ſuperius quoque illud τιμήματος. De his ſcrupulis docti uiri, & qui iudicio uident, exiſtimabunt, ut uolent.

In dominatibus.) Docet, quid mali inde naſceretur, niſi hæc ſedulò ſeruata ſint: exponitque, in quas reſp. mutatio fieret. Primùm autem, ſi fortunæ ciuium extenuatæ ſint, cenſuſq; non imminutus, de quo proximè egerat, inquit igitur: Cùm hoc contingit hic, id eſt in rep. uocata, oriri dominatum paucorum: pauciores enim multo quàm antea perueniunt ad illum cenſum: in altera autem, id eſt in dominatu paucorum, gigni principatum. cùm enim prius pauci forent, imminuto numero paucorum illorum arbitrium poteſtaſque ciuitatis peruenit ad unum, ſiue ualde paucos. Adiungit autem, illo uerò modo, id eſt ſi facultates priuatorum ualde creuerint, qui prius reſp. uocata erat, efficitur ſtatus multitudinis. magna enim ita uis hominum particeps fit publicorum honorum: non enim excluduntur inde amplius, ut antea, menſura eorum cenſuum, qui cenſus, ut prius ipſis grandes erant, ita poſtea tolerabiles modicique facti ſunt. Eodem pacto eademque de cauſa è dominatu paucorum efficitur uocata reſpublica, ſiue ſtatus multitudinis, quæ mutatio itidem tradita eſt, ea hac rep. in aliam naſcitur à fortuna & amplificatione patrimoniorum.

Commune autem eſt.) Præcipit quiddam commune omnium rerumpublicarum. quod ſi cuſtoditum fuerit, liberat ipſas multis periculis, in quæ inciderent, niſi malum hoc antea prouiſum foret, iterque illi obſtructum. Admonet igitur, ne qui regunt reſpublicas, augeant quempiam ciuem ſine modo eximijs honoribus in eum collatis, ita ut ille ſuperet magno interuallo dignitatem reliquorum. Sed quia minimè decet non præmio aliquo compenſare honeſta facta & merita ciuium, ſuadet ut potius ipſis dentur honores parui, ſed diuturni, quàm magni & ſubiti. Cauſam autẽ ſtatim adfert ſui conſilij affirmans mortales corrumpi magnitudine popularium honorum, nec facile inueniri, qui æquo animo ferant ſecundam fortunam, temperentque ſibi in rebus ualde bonis. Verùm quia in hoc aliquando peccare ſolebant ciuitates, quæ poſtea cùm erratum illud corrigere ſtudent, malum pernicioſumque remedium adhibent: admonet, ne in poſteriorem hanc culpam incidant, ut uniuerſos ſimul conentur eripere ciuibus honores eos, quos parum ſapienter in eos effuderint, ſed id faciant paulatim & interuallis quibuſdam temporum: ita enim illi minus dolebunt, quam facerent, ſi cunctis ſe ſimul præmijs ſpoliari uiderent. neque omnia permitterent, ulciſci illam iniuriam uolẽtes. Quod inquit, non cuiuslibet hominis eſſe bene uti rebus ſecundis ſententia eſt uera ac peruulgata. Legati etiam Carthaginienſium, cùm pacem peterent, uicti in II. Punico bello ipſam uſurparunt, monueruntq; P. C. ut reb. ſecundis modeſtè ac moderatè uterentur. addideruntq;, quod idem confirmat, rarò ſimul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari, & cætera eodem pertinentia. quem omnem locum eruditus ſcriptor, acceptũ à Demoſthene, in ore eorum oratorum poſuit.

Et maxime.) Quod affine proximè ſuperiori documento eſt, uel potius quæ uera tutaque illius boni obtinendi ratio, admonet, ut legib. caueatur itaque ciuitas inſtituatur, ut nullus ciuis illic exoriri poſſit qui ualde præſtet cæteris opibus ac poteſtate, quæ naſcatur à copia amicorum cognatorumque, ſiue rei familiaris abundantia. Quòd ſi fortè hoc primò prouiſum non fuerit, extiterintque illic aliqui, qui uincant cæteros omnes ijs rebus, ideoque periculoſi libertati ſint: exiſtimat oportere illos mittere, occaſione aliqua arrepta, in alias terras, in quibus uiuant, remoti à rep. ſine ignominia ulla, ſi hoc ullo pacto fieri poteſt. Hoc enim arbitror ſignificare hic potius uoluiſſe auctorem, quàm exilium: nec tamen non, ſi neceſſe fuerit, communis boni conſeruandi cauſa, huc deſcendere non eſt recuſandum, Arbitror autem, quod à uetere tragico olim rè de Alcibiade prolatum fuit. Non oportere unquam catulum leonis in ciuitate alere, multo autem minus leonem. Quòd ſi fortè hoc ſeruatum non fuerit, utile eſſe moribus ijs ingenijſque obſecundare: id eſt, nullo pacto ipſum lædere atque exaſperare, niſi quod ille aliam medicinam huic malo parandam eſſe, & non diuturnam peregrinationẽ putauit. Non enim dubium eſt, quin Athenienſes acerrimo illi iuueni periculum iudicij intendentes, irritauerint ipſum, magnaque inde incommoda acceperint. [Greek illegible], quod hic appellauit, ſignificans amandationes, uſus fuit hoc nomine in II. quoque horum librorum, ubi de mercaturæ generibus diſſeruit. Conſilium autem hoc rerumpublicarum, moremque quò prouiderant ſuæ tranquillitati, indicauit etiam C. Saluſtius, tradens Cn. Pisonem, adoleſcentem audacem & factioſum, in Hiſpaniam quæſtorem miſſum adnitente M. Craſſo. ſed tamen ſenatus prouinciam non inuitus dederit, quippe qui fœdum hominem à rep. procul eſſe uolebat.

Qu a autem.) Suadet, ut longè futuro malo citò occurratur, extinguaturque ſemen omne ipſius, antequam adoleſcat. Solũ autem ac fundamentum huius præcepti eſt, quòd ſatis multis exemplis cognitum eſt, inueniri multos, qui moliũtur aliquid in republica, quaſi impulſos & ad aliam temptandam ſtimulatos ſua uiuendi ratione, quæ aduerſatur morib. ciuitatis ut ſi

rueri

tueri uitam eam meliorem, neceſſe habeant periculi aliquid reip. creare. Non facile autem homines uitam, cui aſſueti ſunt, mutant, niſi ſeueris legib. coacti ſint. Iubet igitur in remp. inducere magiſtratũ, qui exploret ita uiuentes, ut ſuſpecti merito eſſe debeant illi ſtatui ciuitatis, qui ferre ipſos non poſsit, ut aduerſantes ſuis rationibus. Quod, ut diligenter docet, in omni genere reip. ſeruandum eſt: neque eſt proprium documentum huius aut illius, ſed commune cunctarum. Exempli cauſa, Solon uoluit, ut Athenienſes omnes artem aliquam exercerent, quia ipſorum ager tenuis macerque erat, uidebatque neminem poſſe ſuſtinere ſumtus cotidianos uectigalib. ipſorum: quare, quod hic præcipit auctor, in ea ciuitate cuſtodiebatur. erat enim magiſtratus Athenis, qui poſcebat rationem uitę à ciuibus. Neq; enim fieri poteſt, ut aliquis magnos ſumtus faciat ſine quæſtu laboreq́; aut fructu agrorum ſuorum, niſi damno priuatorum, aut praua quapiam ratione pecuniam cogat.

Et partem ciuitatis.) Quia contingit in omni ciuitate, ut ſenſim nunc hæc pars ciuium, nunc alia uigeat, cui exuperantiæ fortunarum cæterorumque bonorum, quæ communis noxa eſt, exiſtimat oportere moderari, inijcereque frenum aliquem monet, ut prouideatur etiam huic rei, deturque opera ne inde aliquid maioris incommodi naſcatur. Remedium autem erit, medicinaq́ue (ut inquit) huius mali, contrarijs partibus facultatem dare augendi & patrimonium ſuum & dignitatem, ut ipſæ ita auctæ adæquent eximium ac florentem ſtatum illius, quæ primùm ualde fortunata erat. Cùm autẽ contrarias partes dixerit, & quæ quaſi oppoſitæ inter ſe ſint: interpretatur, quid ſignificare uoluerit, affirmatque ſe intelligere contrarios honeſtos uiros multitudini, & pauperes locupletibus. Præterea inquit, utile eſſe conari aut permiſcere inter ſe, & quaſi temperare pauperum numerum magnum cum diuitibus, ſiue medios & interiectos inter illos augere. Extremi autem huius præcepti rationem explicans, inquit: Hoc enim diſſoluit ac frangit ſeditiones, quæ oriuntur propter inæqualitates monſtratas, nec ſinit illas magnum aliquod periculum atque interitum denique afferre reipublicæ. Ἀνὰ μέρος uerò, quod initiò inquit ualere mutatis uicibus. Neque enim ſemper iidem uentos ſecundos habent, ſed nunc (exempli cauſa) optimates, nunc plebs. & contingit aliquando etiam, ut qui prius florebant, amittant proſperum illum ſuum ſtatum, contraque.

Maximum autem) Præcipit, quod maximè ualere putat ad omnem reip. ſtatum tuendum, & ab interitu uindicandum, imo ſtatum etiam, ac ui maximè in primis autem conſeruat dominatum paucorum, quæ poteſtas ſua ui imbecilla eſt, atque eget præſidio magno, ut ſalutem adipiſcatur: ne dum omnino ipſi odio parto, diu incolumis maneat. Id autem, quod ſaluas ipſas præſtat, & legibus & omni diſciplina uidere ne poſsint ullo pacto, qui magiſtratum gerunt, quæſtui habere rempublicam, magnoſque inde fructus capere. Poſtquam autem affirmauit, hoc oportere ſeruari in omni republica, recto eminuit illo documento: tranſit ad certum quendam muniendum, & eum denique, quem dixi, cauſam afferens hanc ſui moniti & cõſilij. Neque enim, inquit, multitudo ita ęgrè fert ac fremit, cùm uidet ſe remotam ab honoribus publicis: quin potius gaudet, ſi quis ipſam ſinerit incumbere toto pectore in ſuas artes, nec auocarit à ſuis lucris: ut indignatur, ſi putarit magiſtratus publicam pecuniam auertere. Confirmans hoc auctor, ac uerum eſſe docens, inquit: Tunc enim dolorem capiunt ex duabus rebus iniurijſque geminis, quas intelligunt ſe accipere: & quòd ſpoliantur honoribus & fructibus etiam atque emolumentis. In epiſtola quadam ad Atticum M. Cicero, cùm oſtenderet ordines, qui omnib. uiribus reſiſtere Cæſari debuiſſent, armis remp. oppugnanti, nec eſſe bonos, nec fungi munere ſuo in alijs, inquit, quod egregiè reſpondet huic loco: An fœneratores, an agricolas, quib. optatiſsimum eſt otium, niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint: qui id nunquam, dummodo otioſi eſſent, recuſarunt. Citaui autem proximam huic ſuperiorem ſententiam in libro, qui hunc anteceſsit: tum oſtenderem (quod affirmat illic auctor) cognoſſe etiam Latinum ſcriptorem, in ciuitatib. etiam illis, in quib. ordines publici mali corruptique ſunt, inueniri tamen aliquos ſingulares bonos uiros.

Vna autem modo.) Quàm utile ſit documentum hoc, & quàm magni fructus inde capiantur declarans, addit hac una ratione effici, quod uidetur naturam harum rerum non pati, ut una eademque ratio ciuitatis regendæ exiſtimetur popularis, eademque in poteſtate optimorum ſita: ſi quis, inquam, ſtudio ſuo & artificio hoc molitus fuerit, et ſcilicet magiſtratus nullas utilitates capiant, neque legibus, neque contra leges ex labore illo ſuo. Explicans autem hoc, inquit: Ita enim continget ſimul, ut nobiles & populares habeant, quod ambo hæc genera ciuium, ordineſque maximè cupiunt. nam licere omnib. peruenire ad honores, neminemque inde paupertate excludi, populare eſt: notos autem & claros imperium habere, mihi uerum eſt optimorum. Hoc autem prorſus obtinebitur, quando ciues non poterunt ullo pacto ex magiſtratibus lucrũ facere. Reddens autem rationem huius temperamenti reipublicæ, dicit: Pauperes enim ſe ſponte ſua remouebunt à curis publicis, quia inde capere nequeunt illud, quo egent: ſed potius priuatis ſuis reb. incumbent. Locupletes uerò patebunt: contenti namque ſuis uectigalibus, libenter occupantur in rep. adminiſtranda, ſine ulla etiam mercede.

Quapropter uſu.) Aperit aliud bonum, quod capitur ex hoc inſtituto, manatque ex ita conſtituta republica. Docet enim, ambos hos contrarios inter ſe ordines adipiſci, quod maximè cupiunt: pauperes enim flagrãt deſiderio patrimonij. poterunt igitur ipſum extinguere, quia ita omnem operam ſuam ponent in pecunia quærenda. Contingit etiã notis illuſtribuſq́ue, quod & ipſi uehementer optant: non poſſunt enim pati ſe in poteſtate eſſe humilium atq; obſcurorum hominum, & remp. ab indignis illo honore (ut ipſi arbitrantur) regi. Cùm igitur compotes ambo ſint ſui deſiderij, neceſſe eſt ut in ciuitate concordia exiſtat, conſenſuſq́ue magnus animorũ, unde ſalus reipub. naſcitur. Verum autem eſſe, quod tradit auctor de moribus ingenioque nobilium uirorum, teſtatus eſt etiam C. Saluſtius, quo loco initium inimicitiarum inter Q. Metellum, & C. Marium expoſuit. cùm enim C. Marius, conſulatus petendi gratia, miſsionem ab imp. petijſſet, penè irriſus ab eo eſt. Addidit autem hæc grauis ſcriptor de proprijs animi bonis Q. Metelli, uitioq́, communi ipſi cum omnibus nobilibus. Cui quanquam uirtus, gloria atque alia optãda bonis ſuperabant: tamen inerat contemptor animus & ſuperbia, commune nobilitatis malum.

Ne igitur ærarium.) Videbat Ariſtoteles, ſe res difficiles præcepiſſe, & quas magnum negotium eſſet obtinere. Pauci enim reperiuntur, qui cùm poſſunt, publicam pecuniam non diripiant: durum eſt etiam perſuadere hominibus, ut magnos contentioneſque labores ferant ſine ulla mercede. Docet igitur, quomodo utrunque efficiantur. primùm autem, quæ ratio ſit auaritiæ frenandæ. Ne igitur, inquit, peculatus fiant, multis magniſque teſtibus uectigalia in ærarium comportentur: totamque rem accuratè exponit, quemadmodum moribus eorum temporum gerebatur, aut ſuo iudicio ipſe tractari uolebat. Eſt autem huic loco ſimilis ille M. Ciceronis pro L. Flacco, ubi inquit: Cum ciuitate mihi res eſt acerrima & conficientiſsima literarum, in qua nummus mouere nullus poteſt ſine quinque prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſarijs, qui apud illos à populo creantur. Vt autem ſine mercede quælibet ullo ſuſtineant ciues moleſtias, quas ſecum ferunt magiſtratus: exiſtimat honoribus effici poſſe, qui legibus tribuantur illis, qui bene remp. adminiſtrarint, cum laudeque munera publica obierint.

Opus autem eſt.) Documenta quædam dat, quibus conſeruari poſsint & popularis ſtatus & dominatus paucorum, ab illis rebus, quæ creant ipſis periculum, & eoſdem interimunt. Primùm igitur inquit, oportere in ſtatu multitudinis à locupletum bonis ſibi temperare: & non ſolùm agros ipſorum non diuidere (cuius rei cupiditate incenſi ſunt pauperes) uerum etiam fructus agrorũ quod multos fallere inquit, cùm fiat quibuſdam in rebuſpublicis. Clam autem hoc eſſe illic inquit, quia non animaduerſum erat tantum mali parere hunc morem, & poſſe omnia uectigalia conſumere eorum, qui ſtudijs illis tenerentur. Adiungit autem, non ſolùm oportere nullam neceſsitatem publicè imponere locupletibus ſumtus hos faciendi: ſed etiam, ſi ſponte ſua ipſi uelint in illis rebus uerſari, id prohibere, nec pati eos obire illa munera, ex quibus nulla publicè utilitas capitur: exhauriant autem patrimonia priuatorum. Aperit autem, quid intelligat ſignificetque ſe dixit inſtitutum Athenienſium, quia creabantur choragi: erant autem hi, qui in grege cantorum erudiendo ornandoque ſumtus faciebant. λαμπαδαρχίαι uerò erant ludi Vulcano dicati, quos tenentes manu facem, & dum currerent, propinquo ipſam tradentes, Athenis iuuenes exercebant. Simile inde duxit Lucretius quo loco de morte contemnenda copioſe diſputauit. Vt autẽ duas has, quas nominauit: ita cætera quæ huius generis eſſent, ſe intelligere oſtendit. M. quoque Cicero in epiſtola quadam ad Q. fratrem Milonem ualde accuſauit, qui non ſolùm fructus ſuos omnes, uerum etiam patrimonium totum diſsiparet in ludis celebrandis: nec unum ſolùm, ſed plura, atque id quidem nõ poſtulatus. Quam etiam rem tetigit, cùm ipſum in foro reum defenderet, liberalitatem ipſius ſtudiaque in plebem ferens in cœlum. Quod hic inquit auctor, melius eſſe uetari lege, ne, qui uelint etiam poſsint immoderatos hos ſumtus facere: idem Cicero, cùm diſciplinam militarem Cn. Pompeij laudaret, oſtendit, ipſum ſerua-

re ſolitum in militibus hybernandis. Non modò enim, ut ſumtum faceret in militem memini tranſferri ſolitam: ſed ne cupienti quidem cuiquam permiſſum.

In dominatu. Præcipit nunc, quid cuſtodiri oporteat, ne loco moueantur temptenturque à multitudine poteſtates paucorum. Affirmat igitur, debere, qui dominantur illic, amplecti plebem, commodaque pauperum ſedulò procurare: & magiſtratus illos, unde utilitates aliquas capiuntur, illis tribuere. Tertium autem eſſe inquit, quod & ipſum ualet ad eaſdem dominationes tuendas: ut ſi quis ex ordine locupletum, particepſque illius poteſtatis, contumelia oneret pauperem, maiore pœna afficiatur, quàm ſi ſui loci hominem læſerit. Hæc enim diligenter cuſtodita, in officio retinebũt tenues ciues: æquioreq́, ita animo ipſi patientur ſe regi à paucis, nec peruenire unquam ad publicos honores.

Et hæreditates.) Quartum hoc eſt eorum, quæ ſalutem dare putat poteſtati paucorum: legem quam uetari, ne quis teſtamento poſſit ſua bona dilargiri, cui uoluerit, inſtituereque hæredes alienos: ſed cogatur liberis patrimonium relinquere. Hoc autem ſapienter inſtitutum fuerat à Lycurgo, ac, dum manſit, uiam obſtruxit multis incommodis. Quando autem & quo occaſione ſpretum ſit, docet Plutarchus in Agide, ubi diſſerit de origine labis eiuſque illius reipublicæ. Commemorat igitur, extitiſſe in ea ciuitate quempiam, uocatum Epitadem qui cum ingenio contumax aſperque foret, idemque ualde iratus filio, factus ephorus, ultus ſoetit priuatas iniurias damno publico: legemque tulit, ut liceret patri domum atque agellum patrium, quem poſſideret, dum uiueret, cui libuiſſet dono dare, & teſtamento etiam poſt mortem relinquere. Vt ille autem, explere ſuum animum uolens, promulgauit hanc legem: ita exponit alios auaritiæ cauſa, ipſam accepiſſe ac confirmaſſe. Tangit autem Ariſtoteles poſteriorem tantùm partem, id eſt, quod pertinet ad hæredes inſtituendos, appellatque hæreditatem κατὰ δόσιν, cùm bona teſtamento relinquuntur alienis: cum uerò ſuccedunt in patrimonio liberi, κατὰ γένος. Adiungit etiam, quod eodem pertinet, oportere quoque legem eſſe, ne quis binas hæreditates capiat. cuius totius rationem reddens, duoque ex ista bona inde oriri docens, inquit: Sic enim fortunæ ciuium æquabiliores erunt, & plures qui prius egebant, rem patrimoniumq́ue habebunt.

Prodeſt autem.) Hoc commune præceptum eſt ambarum rerumpublicarum. Prodeſſe enim inquit & ſtatui multitudinis & poteſtati paucorum, ut illis qui minus uirium habent, in adminiſtratione earum ciuitatum: cætera omnia paria tribuantur, uel etiam potiora & meliora. hoc enim ualet hic προεδρίαν ipſis concedi, & honeſtiorem denique locum. Quod autem ſignificat in utroque ſtatu, aperiẽs inquit: In populari quidem ſtatu, diuitibus: in poteſtate autem paucorum, pauperibus. hoc enim facier, ut duo hi ordines, quibus contrarij ſtatus natura odioſi ſunt, minus ipſis offendantur, cùm uidebunt ſe non penitus negligi: ſed compenſari iniuriam, quam accipiunt, cùm depellantur à gubernaculo ciuitatis bonore aliquo: locupletes tamen in ſtatu multitudinis non omnino reijciuntur ab honoribus atque imperio. Athenis namque conſecuti ſunt ſummos gradus dignitatis non pauci, qui amplum patrimonium habebant, & honeſto etiam loco nati erant: ut Nicias, Pericles, Cimon, atque alij. Sed cùm ſe meliores multo exiſtiment, quàm pauperes, arbitrantur ſe iniuriam accipere: quòd in regenda republica plus auctoritatis non habent, quàm tenues ciues atque humiles. Cùm autem utile docuerit eſſe utroque in ſtatu amplecti, & honore aliquo afficere eos, qui minus participes ipſorum ſunt: admonet tamen, ne magiſtratus, qui regunt ipſas, in ſuaque manu remp. habent, committantur iiſdem. Nimis namque foret id periculoſum, cùm aduerſentur illis natura: neque ea dona tanti apud ipſos ſint, ut ualeant mutare ipſorum animos, & illis rebuſp. conciliare. Huiuſcemodi igitur omnes magiſtratus uult mandari amatoribus eorum ſtatuum, & qui ualde ipſis delectantur, aut ſolis: aut ſi aliqui etiam eorum, quos ſignificauit, recipiantur ad illos, omnino hoc ſeruare, ut plures ſint in ipſis amici, participeſq́, poteſtatum illarũ, quàm natura inlenti, ac deliniti tantùm nonnihil muneribus.

a ... al ... mendoſè.
b καὶ ... deſideratur hoc totum, καὶ ..., in libr. uulg. nam bis ab Ariſtot. poſitum eſt, hoc modo: ... καὶ ..., καὶ ..., &c.
c ... d ... libri uulg. non habent, τοῦ.
e ...) uulgò ..., mendosè. præterea deeſt uerbum ..., poſt uerbum λειτουργεῖν: quod ex v. codice reſtitui.

CAPVT IX.

Tria autem quædam habere oportet eos, qui adminiſtraturi ſunt ſummos magiſtratus. primum quidẽ amorem erga ſtatum eum reipublicæ: deinde uim & poteſtatem maximam munerum obeundorum eius magiſtratus. tertium eorum eſt uirtus ac iuſtitia in unaquaque republica, quæ faciat ad eam rempublicam. Si enim non eſt idem iuſtum, quod cuſtoditur in omnibus rebuſpublicis: neceſſe eſt ut ſint differentiæ iuſtitiæ. Eſt autẽ quæſtio, cũ minimè contigerit hæc omnia in eodẽ exiſtere, quomodo decet diuiſionẽ facere ceu ſi quis factus ſit ad ducendũ exercitum, idẽ tamen prauus, neq; beneuolus reipublicę: hic uerò iuſtus & ipſi amicus, quomodo decet delectum facere. Videtur autẽ oportere reſpicere ad duo: cuius plus in ſe habent, & cuius minus. quapropter in imperatore deligendo in uſum magis, quam in uirtutem. minus enim exercitum ducendi facultatis participãt: plus autem probitatis. in cuſtode autẽ & quæſtore

ΤΡΙ´Α δέ τινα χρὴ ἔχειν τοὺς μέλλοντας ἄρξειν τὰς κυρίας ἀρχάς. πρῶτον μὲν φιλίαν πρὸς τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν. ἔπειτα δύναμιν μεγίστην τῶν ἔργων τῆς ἀρχῆς. τρίτον δ' ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην ἐν ἑκάστῃ πολιτείᾳ τὴν πρὸς τὴν πολιτείαν. εἰ γὰρ μὴ ταυτὸν τὸ δίκαιον κατὰ πάσας τὰς πολιτείας, ἀνάγκη καὶ τῆς δικαιοσύνης εἶναι διαφοράς. ἔχει δ' ἀπορίαν, ὅταν μὴ συμβαίνῃ ταῦτα πάντα περὶ τὸν αὐτόν, πῶς χρὴ ποιεῖσθαι τὴν διαίρεσιν· οἷον εἰ στρατηγικὸς μέν τις εἴη, πονηρὸς δὲ, καὶ μὴ τῇ πολιτείᾳ φίλος· ὁ δὲ δίκαιος καὶ φίλος, πῶς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν. ἔοικε δὲ δεῖν βλέπειν εἰς δύο· τίνος πλεῖον μετέχουσι πάντες, καὶ τίνος ἔλαττον. διὸ ἐν στρατηγίᾳ μὲν, εἰς τὴν ἐμπειρίαν μᾶλλον τῆς ἀρετῆς· ἔλαττον γὰρ στρατηγίας μετέχουσι, τῆς δ' ἐπιεικείας πλεῖον. ἐν δὲ φυλακῇ

Tria autem debent habere ij, qui magiſtratum totius ciuitatis ampliſſimos, & penes quos eſt ſumma reipub. poteſtas, geſturi ſunt. primum in reipub. ſtatum beneuolentiam. deinde eius magiſtratus, quem gerunt, munerum obeundorum facultatẽ maximam: tertio loco uirtutem & iuſtitiam in unaquaq; reipub. adminiſtrandæ forma, pro cuiuſq; reip. adminiſtrandæ forma. Nam ſi non idem ius quadrat ad omnes reipub. adminiſtrandæ formas, iuſtitia quoq; differat neceſſe eſt. Habet autem res dubitationem ad explicandum difficilem, cum hæc omnia in eodem non concurrunt, qua ſit adhibenda diſtinctio: uerbi gratia, ſi quis ad ducendum quidem exercitum & rem militarem adminiſtrandam aptus ſit, ſed improbus atque erga reipub. adminiſtrandæ formam non beneuolus: alter uerò & iuſtus, & beneuolo in reipub. adminiſtrandæ formam animo, quo modo facienda ſit electio. Duo igitur uidentur eſſe intuenda: cuius rei ſoleant eſſe omnes homines magis participes, & cuius minus. Quare in imperio militari mandando peritia uſusq́; rei militaris potius, quàm uirtus ſpectari ſolet. rariores enim exſiſtunt boni imperatores, quam uiri boni. In cuſtodia uerò & quæſtura,

co:n

ſtore cõtra. maiore enim uirtute res eget, quã quantã uulgò habét: ſcientia aũt cõmunia, omnibus. Quærat aũt aliquis, ſi facultas adſit reip. adminiſtrandæ, & amor erga ipſam, quid opus eſt uirtute? efficiet enim, quæ cõducũt reip. ui duorũ horum: an quia uſu uenire poteſt, ut qui duo hæc habent, incontinentes ſint. quare quẽadmodum ſuis utilitatibus non ſeruiunt, intelligentes & ſe diligẽtes: ſic & erga cõmune ciuitatis nihil prohibet aliquos ita ſe habere. Simpliciter autẽ quæcunq; in legibus, ut conducentia dicimus reipublicæ, cuncta hæc conſeruant reſpublicas. Et quod ſæpè dictũ eſt, maximũ elementũ eſt, ſeruare ut numerus ciuiũ, qui uult remp. ſtare, potentior ſit illo, qui non uult. Præter aũt hæc omnia oportet minimè fallere, quod nũc fallit reſpublicas, quæ recta uia migrarunt, medium quod ſit. non pauca enim eorum, quæ ſpeciẽ habent populariũ, frangunt ſtatus populi: & eorũ, quæ uidentur accõmodata paucorũ dominatui, dominatũ paucorum. Hi uerò putantes hãc unã eſſe uirtutem, trahũt ad exuperantiã, neſciẽtes naſum, qui migrauit pulcerrima rectitudine uerſus aduncum uel ſimum, eſſe tamẽ adhuc pulcrum, uenuſtatẽq; retinere, quæ iuuet ſpectantes. uerùm ſi intendat aliquis adhuc magis ad exuperantiã, primùm quidẽ perdet mediocritatẽ partis: ad extremũ autem ſic efficiet, ut ne naſus quidem eſſe intelligatur propter exuperantiã aut exilitatem contrariorũ. eodẽ modo ſe res habet & de cæteris partibus. Contingit iam hoc & in alijs rebusp. Etenim paucorum dominatus & ſtatus populi fieri poteſt ut bellè ſe habeat, etſi exijt optimo gradu: ſi aũt aliquis intenderit magis ipſorũ utrũq;, primũ quidẽ deteriorẽ reddet rẽp. poſtremũ aũt, ut reſp. non ſit. Quare oportet hoc minimè ignorare, & q ſcribit leges, & qui remp. cõſtituit, qualia inſtituta popularia conſeruãt, & qualia interimunt ſtatũ populi: & qualia eadẽ, accõmodata dominatui paucorum, dominatũ ipſum. neutrũ enim ipſorũ contingit eſſe & permanere ſine diuitib. & multitudine: ſed cũ æquabilitas bonorũ facta fuerit,

λακῇ καὶ ταμιείᾳ, τοὐναντίον. πλείονος γὰρ ἀρετῆς δεῖται, ἢ ὅσην οἱ πολλοὶ ἔχουσιν· ἡ δὲ ἐπιστήμη, κοινὴ πᾶσιν. ἀπορήσειε δ' ἄν τις κἂν δύναμις ὑπάρχῃ τῆς πολιτείας, καὶ φιλίας, τί δεῖ τῆς ἀρετῆς; ποιήσει γὰρ τὰ συμφέροντα, κατὰ δύο· ἢ ὅτι ἐνδέχεται τοὺς τὰ δύο ταῦτα ἔχοντας, ἀκρατεῖς εἶναι· ὥστε καθάπερ καὶ αὑτοῖς οὐχ ὑπηρετοῦσιν εἰδότες καὶ φιλοῦντες αὑτοὺς, οὕτω καὶ πρὸς τὸ κοινὸν οὐδὲν κωλύει ἔχειν ἐνίους. ἁπλῶς δὲ ὅσα ἐν τοῖς νόμοις, ὡς συμφέροντα λέγομεν ταῖς πολιτείαις, ἅπαντα ταῦτα σώζει τὰς πολιτείας· καὶ τὸ πολλάκις εἰρημένον μέγιστον στοιχεῖον, τὸ τηρεῖν ὅπως κρεῖττον ἔσται τὸ βουλόμενον τὴν πολιτείαν πλῆθος τοῦ μὴ βουλομένου. παρὰ πάντα δὲ ταῦτα δεῖ μὴ λανθάνειν, ὃ νῦν λανθάνει τὰς παρεκβεβηκυίας πολιτείας, τὸ μέσον. πολλὰ γὰρ τῶν δοκούντων δημοτικῶν λύει τὰς δημοκρατίας, καὶ τῶν ὀλιγαρχικῶν τὰς ὀλιγαρχίας. οἱ δὲ οἰόμενοι ταύτην εἶναι μίαν ἀρετὴν, ἕλκουσιν εἰς τὴν ὑπερβολὴν, ἀγνοοῦντες ὅτι καθάπερ ῥίς ἐστι παρεκβεβηκυῖα μὲν τὴν εὐθύτητα τὴν καλλίστην, πρὸς τὸ γρυπὸν ἢ τὸ σιμὸν, ἀλλ' ὅμως ἔτι καλὴ καὶ χάριν ἔχουσα πρὸς τὴν ὄψιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐὰν ἐπιτείνῃ τις ἔτι μᾶλλον εἰς τὴν ὑπερβολὴν, πρῶτον μὲν ἀποβαλεῖ τὴν μετριότητα τοῦ μορίου, τέλος δ' οὕτως, ὥστε μηδὲ ῥῖνα ποιήσει φαίνεσθαι, διὰ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν τῶν ἐναντίων. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ τῶν ἄλλων μορίων. συμβαίνει δὴ τοῦτο καὶ περὶ τὰς ἄλλας πολιτείας. καὶ γὰρ ὀλιγαρχίαν καὶ δημοκρατίαν ἐστὶν ὡς ἔχειν ἱκανῶς, καίπερ ἐξεστηκυίας τῆς βελτίστης τάξεως· ἐὰν δέ τις ἐπιτείνῃ μᾶλλον ἑκατέραν αὐτῶν, πρῶτον μὲν χείρω ποιήσει τὴν πολιτείαν, τέλος δ' οὐδὲ πολιτείαν. διὸ δεῖ τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν τὸν νομοθέτην καὶ τὸν πολιτικὸν, ποῖα σώζει τῶν δημοτικῶν, καὶ ποῖα φθείρει τὴν δημοκρατίαν, καὶ ποῖα τῶν ὀλιγαρχικῶν τὴν ὀλιγαρχίαν. οὐδετέραν μὲν γὰρ ἐνδέχεται αὐτῶν εἶναι καὶ διαμένειν ἄνευ τῶν εὐπόρων, καὶ τοῦ πλήθους· ἀλλ' ὅταν ὁμαλότης γένηται τῆς οὐσίας,

cõtrarium. maiorem enim uirtutem requirunt, quàm quæ uulgus hominum præditum eſt. ſcientia uero omnium cõmunis eſt. Dubitare autẽ poſſis aliquis, ſi ſuppetat alicui & reipub. adminiſtrandæ facultas, & erga reipub. adminiſtrãdæ formã beneuolentia: quamobrem uirtus deſideretur. his enim duobus inſtructus, faciet quæ ſunt è repub. An quia euenire poteſt, ut, qui hæc duo habent, ſint incontinẽtes? Itaquè quemadmodum quidam, tametſi ſcientiam habeant, & ſeipſi ament ac diligant, ſibi tamen non conſulunt, nequè inſeruiunt: ita nihil uetat quominus hoc modo nonnulli erga rempub. ſint animati. Omnino uerò & uniuerſe, quæ legibus continentur, quæq́ utilia reipublicæ adminiſtrandæ formis eſſe dicimus: hæc omnia reipub. adminiſtrandæ formas conſeruãt. Et, quod ſæpe dictum eſt, maximum & primum elementum eſt, diligenter obſeruare & operam dare, ut quæ multitudo uult manere reip. ſtatum, ea plus ualeat, quàm quæ nõ uult. Sed præter hæc omnia, non eſt ignorandum, quod nunc ignoratur ab ys reip. adminiſtrandæ formis, quæ ad extrema deerrarunt, medium. Multa enim quæ popularia uidentur, democratias ſoluunt & corrumpunt: multaq́ quæ ſunt oligarchiæ conſentanea, oligarchias. Hi autem hanc unam eſſe uirtutem exiſtimantes, ad id quod eſt nimium, trahunt ignorantes: quemadmodum naſus, quamuis ab eo recto, quod pulcherrimum eſt, aliquantulum ad aduncum aut ſimum deflexerit, adhuc tamen pulcher eſt, & ad aſpectum lepidus & uenuſtus. ſed ſiquis eum intendat etiã magis ad id, quod eſt nimium: primum particulæ mediocritatem amittet: deinde ad extremum eo deducet, ut ne ſpeciem quidem naſi habeat propter nimium & parum contrariorum. Eodemq́ modo de alys particulis corporis ſe res habet: ita & de alys omnibus reipublicæ adminiſtrandæ formis ſentiendum. Etenim certè quodammodo fieri poteſt, ut oligarchia & democratia ſint tolerabiles, etiamſi diſceſſerint aliquantum ab optimo reipub. ſtatu atq; ordine. Quòd ſi quis utramq; earũ magis ac magis intendat, primum quidem reipublicæ adminiſtrandæ formam deteriorem efficiet: ad extremum uerò, ut nec reipub. adminiſtrandæ forma ſit, efficiet. Quare nõ debet hæc ignorare ſcriptor legum & uir politicus, quales res populares conſeruent, quæ lesq́ perdant democratiam: quales res oligarchiæ conuenientes, oligarchiam. Neutra enim earum poteſt ſine locupletibus & plebe conſtare neque permanere: ſed cum res familiaris fuerit æquabilitas,

fuerit, aliá neceſſe eſt eſſe hanc rempub. quare qui interimunt legibus inducentibus exuperantiá, interimunt reſpublicas. Labũtur auté & in ſtatibus populi, & paucorũ dominatibus: in ſtatibus quidé populi aſſentatores multitudinis, ubi multitudo legib. dominatur. duas enim ſemper faciunt ciuitaté, pugnantes cũ diuitibus. oportet aũt contrarium, uideri ſemper dicere ꝓ diuitibus: in paucorum auté dominatibus, pro populo ſtudioſos eorũ dominatuũ. Et iuriſiuranda cõtraria ijs quæ nunc, iurare ſtudioſos dominatus paucorũ. nũc enim in quibuſdã iurant: Et erga populũ malæ mentis ero, & quidquid mali potero ipſi procurabo. oportet auté uerſare animo & ſimulare contrarium ſignificatione hac utentes in iureiurando: Nullam faciam iniuriá populo. Maximũ autem eſt omnium, quæ dicta ſunt, ut reſpublicæ ſtent, cuius nunc cuncti nullam curam gerunt, inſtitui aptè ad eas reſpublicas. nullũ enim emolumẽtum capitur ex utiliſsimis legibus, & quę probatæ ſint iudicio cunctorũ, qui dant operam reipublicæ, niſi erunt aſſueti & inſtituti: ſi leges populares ſunt, populariter: ſi accommodatæ paucorũ dominatui, aptè ad eum dominatũ. ſi namq; eſt in uno mortali incõtinentia eſt, etiã in ciuitate. Eſt auté inſtitui ad rempublicã, minimè hoc efficere, quo lætãtur qui pauci in ciuitate dominantur, uel quib. placet ſtatus multitudinis: ſed illa, quorũ ui poterunt hi quidem tueri dominatum, hi uerò poteſtatem multitudinis. Nunc auté in dominatibus paucorũ filij eorũ, qui imperium habent, molliter uiuũt: egenorũ autem exercitati euadunt & laboribus firmati. Quapropter & uolunt magis, & ualent moliri res nouas. In ſtatibus aũt popularibus, qui maximè uidentur eſſe populares, contrariũ eius quod conducit, in uſu eſt. cauſa auté huius eſt, quòd malè definiunt libertaté. Duo namq; ſunt, quibus populi ſtatus uidetur definiri. unum eorũ eſt, ut plures in ſua manu remp. habeãt: alterum eſt, libertas. iuſtum enim, æquum eſſe uidetur: æquum autem, quodcunq; uiſum fuerit multitudini, hoc ratum eſſe. Liberum & æquum, quo·

ἄλλην ἀνάγκη εἶναι ταύτην τὴν πολιτείαν. ὥστε φθείροντες τοῖς καθ' ὑπεροχὴν νόμοις, φθείρουσι τὰς πολιτείας. ἁμαρτάνουσι δὲ καὶ ἐν ταῖς δημοκρατίαις, καὶ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις· ἐν μὲν ταῖς δημοκρατίαις οἱ δημαγωγοί, ὅπου τὸ πλῆθος κύριον τῶν νόμων· δύο γὰρ ποιοῦσιν ἀεὶ τὴν πόλιν, μαχόμενοι τοῖς εὐπόροις. δεῖ δὲ τοὐναντίον, αἰεὶ δοκεῖν λέγειν ὑπὲρ εὐπόρων· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις ὑπὲρ τοῦ δήμου τοὺς ὀλιγαρχικούς. καὶ τοὺς ὅρκους ἐναντίους ἢ νῦν ὀμνύναι τοὺς ὀλιγαρχικούς· νῦν μὲν γὰρ ἐν ἐνίαις ὀμνύουσι, καὶ τῷ δήμῳ κακόνους ἔσομαι καὶ βουλεύσω ὅ, τι ἂν ἔχω κακόν. χρὴ δὲ καὶ ὑπολαμβάνειν καὶ ὑποκρίνεσθαι τοὐναντίον, ἐπισημαινομένους ἐν τοῖς ὅρκοις, ὅτι οὐκ ἀδικήσω τὸν δῆμον. μέγιστον δὲ πάντων τῶν εἰρημένων πρὸς τὸ διαμένειν τὰς πολιτείας, οὗ νῦν ὀλιγωροῦσι πάντες, τὸ παιδεύεσθαι πρὸς τὰς πολιτείας. ὄφελος γὰρ οὐδὲν τῶν ὠφελιμωτάτων νόμων, καὶ συνδεδοξασμένων ὑπὸ πάντων τῶν πολιτευομένων, εἰ μὴ ἔσονται εἰθισμένοι καὶ πεπαιδευμένοι ἐν τῇ πολιτείᾳ· εἰ μὲν οἱ νόμοι δημοτικοί, δημοτικῶς· εἰ δ' ὀλιγαρχικοί, ὀλιγαρχικῶς. εἴπερ γάρ ἐστιν ἐφ' ἑνὸς ἀκρασία, ἔστι καὶ ἐπὶ πόλεως. ἔστι δὲ τὸ πεπαιδεῦσθαι πρὸς τὴν πολιτείαν οὐ τοῦτο, τὸ ποιεῖν οἷς χαίρουσιν οἱ ὀλιγαρχοῦντες, ἢ οἱ δημοκρατίαν βουλόμενοι, ἀλλ' οἷς δυνήσονται οἱ μὲν ὀλιγαρχεῖν, οἱ δὲ δημοκρατεῖσθαι. νῦν δ' ἐν μὲν ταῖς ὀλιγαρχίαις οἱ τῶν ἀρχόντων υἱοὶ τρυφῶσιν· οἱ δὲ τῶν ἀπόρων γίγνονται γεγυμνασμένοι καὶ πεπονηκότες. ὥστε καὶ βούλονται μᾶλλον, καὶ δύνανται νεωτερίζειν. ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις ταῖς μάλιστα εἶναι δοκούσαις δημοκρατικαῖς, τοὐναντίον τοῦ συμφέροντος καθέστηκεν. αἴτιον δὲ τούτου, ὅτι κακῶς ὁρίζονται τὸ ἐλεύθερον. δύο γάρ ἐστιν οἷς ἡ δημοκρατία δοκεῖ ὡρίσθαι· τῷ τὸ πλεῖον εἶναι κύριον, καὶ τῇ ἐλευθερίᾳ· τὸ μὲν γὰρ δίκαιον, ἴσον δοκεῖ εἶναι· ἴσον δ', ὅ, τι ἂν δόξῃ τῷ πλήθει, τοῦτ' εἶναι κύριον. ἐλεύθερον δὲ καὶ ἴσον τὸ ὅ, τι ἂν

quabrit as, alia reipub. adminiſtranda forma ſit, hac neceſſe eſt. Itaq; dum legibus ad præſtantiam & exſuperantiam accommodatis [b] delectãtur, reip. adminiſtrandæ formas euertunt. Peccant autem & in democratijs & in oligarchijs: in democratijs quidem, ubi penes multitudinem legum poteſtas eſt, blandi plebis ductores. nam dum locupletes oppugnant, ciuitatem, quæ maxime debet eſſe una, ſemper in duas partes ſcindũt ac diuidunt: [c] in oligarchijs uerò, oligarchiæ fautores. At contrà oportet in democratijs populi ductores & magiſtros ſemper pro locupletibus dicere uideri: oligarchiæ fautores in oligarchijs pro populo: atq; hos, quos dixi, oligarchiæ fautores, iuſiurandum ei, quod nunc iurant, contrarium iurare. Nunc enim in nonnullis oligarchijs ita iurant: Et in populum male animatus ero: & populo quicquid potuero mali, incogitabo. At opus eſt eos & exiſtimare, & præ ſe ferre, ac ſimulare contrarium, ſignificantes in iuriſiurandi præſcriptis uerbis, ſe nullam populo iniuriam illaturos. Omnium autem eorum quæ dicta ſunt, ad rerumpub. diuturnitatem & ſtabilitatem maximum eſt (quod nunc omnes negligũt) puerorum educationem atq; inſtitutionem, ad reipub. adminiſtrandæ formã eſſe accommodatam. legum enim uel utiliſsimarum & ab omnibus in repub. uiuentibus comprobatarum, nullus eſt uſus, niſi ciues erunt eis aſſuefacti atq; ad eas eruditi in repub. adminiſtranda, ſiquidem leges ſint populares, populariter: ſin autem oligarchiæ conuenientes, oligarchiæ cõuenienter. Nam ſi in uno incontinentia eſt, etiam in ciuitate eſt. Non eſt autem hoc eruditum eſſe ad reipublicæ adminiſtrandæ formam, ea facere, quibus lætantur pauci imperium obtinentes: aut ij, quibus democratia cordi eſt. ſed hoc, ea didiciſſe & agere poſſe, quibus poterunt illi oligarchiam obtinere, hi in democratia uiuere. Nunc autem in oligarchijs quidem, eorũ qui reip. præſunt, liberi, delicijs & luxuria diffluunt: egentium uerò filij, exercitati & laboribus aſſuefacti ſunt. Itaq; et magis & uolunt res nouas moliri, & poſſunt. In democratijs uerò ijs quæ exquiſite & accurate populi potentiam retinent, contrarium: atq; quod reipub. conducit, inſtitutum eſt. Huius rei cauſa eſt, quòd male definiunt libertatem. Duo enim ſunt, quibus democratia uidetur eſſe definita. unum, ut reip. poteſtas penes maiorem populi partem ſit: alterum, libertas. Nam quod iuſtũ eſt, id uidetur eſſe æquum ſeu æquale: æquum, ut quicquid multitudini uiſum ſit, id ratum ſit. liberũ aũt & æquum eſt,

quodcunq; uoluerit aliquis facere. Quapropter uiuit in huiuſcemodi populi ſtatibus unuſquiſq; ut uult, & ad quod libido fert, ut ait Euripides. Hoc autem eſt culpæ affine: non enim decet arbitrari, ſeruitutem eſſe uiuere ad rempublicam, uerùm ſalutem. Ex quibus igitur reſpublicæ mutantur & intereunt, & quorũ ui conſeruantur ac ſtant (ut ſimpliciter loquar) tot ſunt.

τι ἂν βούληταί τις ποιεῖν. ὥστε ζῇ ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις ἕκαστος ὡς βούλεται, καὶ εἰς ὃ χρῄζων, ὥς φησιν Εὐριπίδης. τοῦτο δ' ἐστὶ φαῦλον. οὐ γὰρ δεῖ οἴεσθαι δουλείαν εἶναι τὸ ζῆν πρὸς τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ σωτηρίαν. ἐξ ὧν μὲν οὖν αἱ πολιτεῖαι μεταβάλλουσι καὶ φθείρονται, καὶ διὰ τίνων σώζονται καὶ διαμένουσιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τοσαῦτά ἐστι.

eſt, quicquid uelit, facere. Itaque uiuit unuſquiſque in talibus democratijs ut uult, & quò libido trahit, ut ait Euripides. at hoc malum & uitioſum eſt. Non enim oportet exiſtimare ſeruitutem eſſe, uiuere ad reip. adminiſtrandæ formam accõmodatè, ſed ſalutem. Quibus igitur cauſis mutentur reip. adminiſtrandæ formæ, & quibus intereant, & quibus rebus cõſeruentur & permaneant, quòd ſimpliciter & uniuerſè dicere licet, hæ ſunt tantùm.

COMMENTARIVS.

Tria autem.) Quæ requirantur in eo qui ſummos magiſtratus fideliter rectéque regat, admonet. Tria autem numero ipſa dicit eſſe. Primum enim putat, oportere illum diligere ſtatum eius ciuitatis, ac ualde carum habere: niſi enim proclíuis ingenio moribuſque ad eum foret, facilè ab eo tuendo oſtaudoque aut præmio aliquo aut metu auocaretur. Deinde opus eſſe inquit, ut habeat uim potestatemque magnam obeundi munera propria illius magiſtratus: neque enim aliter ſuſtineret cum laude publicaque utilitate perſonam eam. Tertium, quo eundem inſtructum eſſe uult, inquit, uirtutem eſſe probitatemque: hoc enim arbitror hic ualere uirtutem, cui adiungit certam uirtutem, qua carere idem nullo pacto debet, id eſt iuſtitiam. Verùm quia non eadem iura ſunt legeſque cunctarum rerumpublicarum, & aliquando quod æquum iuſtumq; eſt in una quapiam ipſarum, non eſt iuſtum in alia, uult ipſum præditum eſſe iuſtitia ea, quæ probatur congruitque illi ipſi ſtatui. Confirmat autem hoc, ac uerum eſſe docens, addit: Si namque non idem iuſtum eſt in cunctis rebuſpublicis (ut profectò non eſt) fieri non poteſt, quin ſint differentia iuſtitiæ, pluraque ipſius genera.

Eſt autem quæſtio.) Cùm tria eſſe oſtendiſſet, quæ ab eo poſtulantur, qui magni ponderis magiſtratus in ſingulis rebuſpublicis ordine adminiſtraturus ſit (nam leuiores curæ mandari ſolent non omnino perfectis hominibus, quia pauci reperiuntur abſoluti uiri: ac ſæpe, qui ornatus eſt una quapiam aut altera uirtutum harum, caret cæteris) aperit quomodo, cùm huiuſcemodi aliquid contingit, nos in deligendo gerere debeamus. nam hæc (non parua ſanè) difficultas meritò quemlibet ſollicitat tunc, dum quærit ſecum, quomodo prodeſſe ualeat reipublicæ, deligereque eum, qui potior ſit, magiſque ad remp. iuuandam idoneus. Ipſe autem declarat, quomodo hoc uſu ueniat. inquit enim: Exempli cauſa, ſi ſit aliquis uir huius arte ducendi exercitum, idem tamen improbus homo, & minimè amicus illi ſtatui ciuitatis, quando de eligendo imperatore agitur: alius autem iuſtus & ſtudioſus illius reipublicæ, non tamẽ bellicæ diſciplinæ gnarus, quomodo deceat delectum facere, & utrum eorum illi curæ præponere.

Videtur autem oportere.) Diſſoluit hunc nodum, atque indicat, quæ ſint noſtræ partes eo tempore. Iubet igitur, ut reſpiciamus ad duo, utamurque ea quaſi norma, quam dicit, in conſilio de hac re capiendo: id eſt, ſubtiliter uideamus cuius eorum quæ in quæſtionem ueniunt, cuncti mortales magis participes natura ſunt, & cuius minus. hoc enim primùm in uniuerſum præcipit. deinde ad ſuperiorem quæſtionem redit, atque inquit: Quare in duce exercitus deligendo potius ad uſum peritiamq; eius muneris ſpectare debemus, quàm ad probitatem morumque integritatem. Ratio huius eſt, quia homines plerunque minus intelligunt artem imperatoriam, quàm facti inſtructique ſint ad probitatem. plures enim in ciuitate reperiuntur, ſine delectu ſumti, qui probi moderatiq; uiri ſint, quam ad ducendum exercitum idonei. Quare minus peccabitur, ſi cuſtodietur hæc tanquam regula quædam in duce ſumendo. in cuſtodia uerò legum ac reipublicæ, publicaque pecunia tuenda, contra nos gerere debemus. maiorem enim poſcunt curæ hæ uirtutem probitatemque, quàm illa eſt, quæ inuenitur plerunque in mortalibus: contrà autem ſcientia earum rerum, quas adminiſtrant, communis ac uulgaris eſt. neque enim requirunt ipſæ eximium ac præſtans ingenium, mediocrisque natura rebus illis rectè adminiſtrandis ſatis eſt. Huc autem facit iocus ille M. Ciceronis in caſtris Pompeianis. Cùm enim L. Domitius ordinem ducere uellet in exercitu quendam, minimè militarem hominem, affirmans eum probum uirum eſſe ac temperantem: cognoſcens Cicero illud bellum aliud requirere, inquit: Cur igitur ipſum tutorem liberis tuis non relinquis? Id autem, quod præcipit hic Ariſtoteles, diligenter cuſtodiuit C. Fabricius, cuius acutam uocẽ cõmemorat idẽ in II. libro de Oratore. tota res præclarè cognoſcetur ex uerbis Ciceronis, quæ ſunt hæc: Vt cùm C. Fabricio P. Cornelius, homo ut exiſtimabatur, auarus & furax, ſed egregiè fortis & bonus imperator, gratias ageret, quòd ſe cõſulem feciſſet, bello præſertim magno & graui: Nihil eſt, quòd mihi gratias agas, inquit, ſi malui compilari quàm uenire. minus enim malum eſt amittere partem fortunarum ſuarum, quàm accipere magnum incommodum in bello. Carolus etiam V. imperator, cùm audiſſet quendam, quem bene cognitum habebat, affinem ualde eidem culpæ, cui P. Cornelius, delectum eſſe ducem in non paruo ſanè bello: probans iudicium eorum qui id fecerant, uitium tamen eiuſdem ſimul notans, dixit eum bonum ſanè ducem exercitus eſſe, ſed carum: ut caræ res uocantur, quæ magno emuntur.

Quærat autem.) Cùm tria requiri docuiſſet ad inſtruendum eum, qui rectè ſe in magiſtratu gerere debeat, perſonamque illam honeſtè ſuſtinere. quærit nunc, an ſine damno uno quodam illorum carere poſſit, id eſt uirtute: duoque reliqua ſatis ſint ad eum ornandum, & ad illud munus obeundum perfectum reddendum. Quod igitur ipſe animo uidit, narrat in mentem alicui uenire poſſe: deinde diſſoluit hunc nodum, ita agens. An omnino numerus ille retinendus eſt, continentiaque proſus neceſſaria, ſiquidem uſu aliquando uenit, ut qui uim poteſtatemque in ſe habeant adminiſtrandi illas res, ijdemque remp. eam diligant: impotentes animi ſint, ſeque abſtinere nequeant uoluptatibus corporis rebuſque, quas ſentiunt eſſe uitio affines. confirmat autem hoc ſimili: Quemadmodum enim, inquit, huiuſcemodi homines ſibi ipſis opitulari nequeunt, etſi intelligunt ſe peccare, curamque habent ſemetipſos: ſic contingit aliquos ſe habere erga rempublicam & commune bonũ ciuitatis. quare perſpicitur, neceſſariam eſſe uirtutem, quæ frenet cupiditates. Exemplum huius rei ſatis clarum eſt, quod narrauit Tacitus in XXI. libro Annalium de Ceriali: qui cùm exercitus dux eſſet contra Ciuilem, ſociosque eius belli, propinquis acerrimis hoſtibus, nauigans cum claſſe in Rheno, non manſit noctu in prætoria naui, ut expleret libidinem ſuam. unde factum eſt, ut non paruum incommodum acciperetur: ac niſi ille ſemiſomnis & intectus, audita re, citò ſuccurriſſet, maioris multo cladis flagitium ipſius cauſa fuiſſet. Poſtulare uerò imperium, tempuſque illud omne, quo aliquis præpoſitus eſt maximæ curæ, quod admonet diligens doctor, temperantiam declarauit optimus Imp. P. Scipio honeſto facto ſummaque laude digno: cui cùm milites ex præda eximia forma uirginem detuliſſent, ſciens eum his amoribus delicijſque delectari: laudatis ipſis donum repudiauit, affirmans tempus illud non pati, ut huiuſcemodi uoluptatibus indulgeret: contrà, ſi priuatus extitiſſet, munus eorum ſibi gratiſſimum futurum fuiſſe.

Simpliciter autem.) Complectitur uno communi plura præcepta, quæ ſalutem cuncta dant rebuſpublicis, & liberant ipſas multis periculis. ſimpliciter enim inquit: Quæcunque legibus exarata promulgataque ſunt, ut condecentia rebuſpublicis. hoc enim proprium munus eſt legum, procurare quæ proſunt ciuitati, ad eamq; cuncta comportare, indeque arcere contraria. omnia hæc conſeruant rempublicam, & aliquo modo ipſi ſaluti ſunt.

Et quod ſæpe.) Loco in primis apto repetere uoluit, quod magni momenti eſſe intelligebat ad tuendas reſpublicas: etſi non fallebat ipſum, non ſemel tantùm, ſed ſæpe iam ſe id admonuiſſe. Eſt autem hoc, ſeruare, ut pars ciuium, quæ ſtudet remp. ſaluam eſſe, melior robuſtiorque ſit illa, quæ cupit ipſam frangi atque interire. Cùm enim ij, qui auerſi ſunt animo ab ea, poteſtatem

ſtatum nacti ſunt ipſam infirmandi ac totam diſſoluendi, libenter id faciunt. quin autem in manu ipſorum id facere poſitum ſit, cùm uiribus ſuperant, dubitandum non eſt: explent igitur tunc uelut deſiderium ſuum. Notat autem animaduerſionem hanc elementum, oſtendens hoc omnino, contrarium multum ualere ad remp. labefactandum, & quaſi fontem & originem ipſius exitij eſſe. Eodem autem pacto locutus eſt Iſocrates in ſuaſione ad Nicoclen de regno. cùm enim dixiſſet, oportere ipſum tutare, ut optimi uiri honores in ciuitate adipiſcerentur, reliqui uerò nullam iniuriam ab ipſis acciperent: addit, [illegible]

Præter autem hæc) Admonet ſtudioſos rerump. tuendarum, ut præter ea quæ iam præcepit, non patiantur ullo pacto, ut fallat ipſos mediocritas menſuraque iuſta illarum etiam rerum, quæ ſunt rebuſp. utiles ac ualde accommodatæ. Si namque modus non adhibitur ſit, fiunt illæ inutiles atque inde alienæ: huic autem ut ſit, tradit affines eſſe reſp. cunctas, quæ rectæ non migrarunt, & quaſi labes ſunt uerarum rerumpublicarum. Aperit autem, quod impulit ipſum, ut hoc ſedulò præciperet, affirmans multa (quæ ſanè inſtituta popularia putantur, ac profectò talia ſunt, niſi modus eorum ſeruetur) tentare ut labefactare ſtatum populi: itidemque, quæ dominationi paucorum uidantur apta, dominatum illum ipſum depeſcere ac perdere.

Hi uerò putantes) Refellit errorem eorum, qui in hac re uehementer peccant: oririque hanc culpam affirmat ab amore nimio, quo ſtatus illos proſequuntur. utrque enim modum ullum in illis (ut putant) ornandis ſtabiliendiſque ſeruent. Inquit igitur, ipſos (augentes quantum poſſunt uim & robur eorum) rem perducere ad exuperantiam ac nimium. quod in omni re nitioſum eſt. Ut autem illuſtret præceptum hoc, ponatque ante oculos ueritatem ſui conſilij, utitur ſimili, ac ſimili ualde noto, & quod omnibus hoc ſit huiuſcemodi eſſe, quale dicit, perſpicitur. Quia autem ſemper putauit, ipſum ualde aptum eſſe ad lucem adferendam: in primo quoque libro de Arte dicendi ipſo uſus. Cùm uerò à parte aliqua corporis noſtri exemplum caperet, nullam ſumere potuit, quæ integre magis ornaret hominem, ſpeciemque eius, & corrupta deprauaret. Inquit igitur, idem in hac re uſu uenire, quod euenit in hominis naſo. naſus namque, etſi ax [illegible] ex illa forma recta, quæ maximè laudatur, ita ut uergat in aduncum uel ſimum: tamen adhuc pulcher ac uenuſtus aſpectu uideri poteſt. ueruntamen ſi pergat aliquis magis ipſum trahere ad nimium, quod eſt in utraque contraria labe uali: primùm, inquit, eijcit inde rectam menſuram illius membri ad extremumque (permanens in ea praua ratione) ita commutat ipſum, ut ne naſus quidem uideatur: quia nimium in eo perſpicitur aut parum duorum illorum contrariorum. Expoſito autem accuratè hoc ſimili, idem uſu uenire dicit in cæteris partibus humani corporis, quæ & ipſæ ut naſus, idem declararent.

Contingit iam hoc.) Docet, quod uſu uenire uidimus in naribus & earum deprauatione, idem fieri in rebuſpublicis, cùm contingat & dominatum paucorum & ſtatum multitudinis bellè adhuc aliquo modo ſe habere: & ita ſunt, ut non magnopere aliquid in ipſis deſideretur: etſi planum eſt ipſos migraſſe optima conſtitutione & forma reipublicæ, ut ſemper traditum eſt. Si quis tamen, addit, utranque ipſarum magis intenderit, ſtudueritque multo plus talem reddere, naſcentur inde hæc incommoda. primum enim deteriorem reddet ſtatum eum. Quòd ſi perrexerit in ea uoluntate, nec terminum imponet conſilio illi ſuo malo: ita ad extremum ipſos deprauabit, ut reſpublicæ uideri non poſſint. Poſt ſimile autem expoſitum cùm oſtendet, cui illuſtrando ipſum attulerit, dicant: [illegible] In his uerbis arbitror mendum eſſe, importuneque huc irrepſiſſe uocem [illegible]. neque enim meminit ſupra alius ullius reipublicæ: ſuſpicor autem hoc ipſam fluxiſſe è ſuperiore uicino loco, quo uſus eſt eadem uoce rectè. Nolui autem hinc eijcere, quia in omnibus ſcriptis libris inueni, ſed etiam animaduerti à uetere tralatione expreſſam. quare ſi eſt erratum (ut iudico) unum eorum erratorum eſt, quæ antiquitus ſcripta bonorum auctorum maculaiunt.

Quare oportet. Cùm oſtenderit, modum non ſeruatum in his duobus ſtatibus augendis, ne dum reddat ipſos ac meliores reddat, potius pauletim corrumpere, ne aliquis in hac re labatur. Duobus autem generibus hominum hæc iniuria fraudi eſſe poteret, id eſt ſcriptoribus legum & ijs qui uerſantur in rep. adminiſtranda: admonet ipſos, ut perdiſcant, quænam è numero popularium inſtitutorum conſeruant ſtatum illum, aut perdunt: nec non, quæ apta dominatui paucorum, eodem pacto ipſi aut ſalutem dent, aut interitum afferant. poterunt enim, cùm hæc cognita habebunt, ſumere quæ utilia ſint: contraria autem uitare. Documenti autem huius illuſtrandi cauſa exemplum ponit, quod uitium huius rei non animaduerſæ declarat. Inquit enim, neutrum horum ſtatuum conſtare & permanere poſſe ſine diuitibus ac ſine multitudine. in dominatu enim paucorum ſunt neceſſarij locupletes (ipſi enim clauum tenent illius reipublicæ) in ſtatu uerò multitudinis pauperes: multitudo enim conſtat ex ijs, qui tenues fortunas poſſident. Quando autem, inquit, extiterit illic æqualitas rei familiaris, commutatur ſtatus, atq; alius neceſſariò redditur. Quare eddit, quæ concluſio eſt totius rationis Qui perdunt medium in utramq; partem, nec contenti ſunt mediocribus illorum inſtitutorum, ſed nimium ſequuntur: legibus ſuis extinguunt illas reſpublicas, quas firmiores reddere falſò ſe putant. Quòd autem hoc malum proficiſci à legib. inquit inutilibus, reſpondet illi, quod initio poſuit huius ipſius partis [illegible]: affirmans nullo modo oportere hoc fallere aut eum, qui primùm leges ſcribit illis rebuſpublicis, aut poſtea in ipſis ornandis muniendiſq; nouis legib. occupatus eſt. Cùm prius uerò hic legeretur accuſandi caſo, [illegible]: ſecutus fidem librorum calamo exaratorum, emendaui [illegible]. quam lectionem etiam expreſſit uetus tralatio. quod teſtari uolui, quia locus eſt obſcurior. Qui autem quæſtionis huius iudicium recordabuntur, quod eſt, [illegible], & quæ ſequuntur uidebunt hanc prorſus ueram eſſe lectionem.

Labuntur autem.) Monſtrat erratum, quod ſua ætate continebatur in utroque ſtatu, ipſoſque facile ad interitum perducebat: quomodoque idem corrigatur, oſtendit. Tota autem res in hoc manet, quòd auctores illorum conſiliorum ſimpliciter agebant, & odium ſuum in aduerſarios patefaciebant: ipſe autem aſtutè ab illis agi uult. Primùm igitur aperit peccatum, quod oriretur ſtatui multitudinis: & illi præcipuè, in quo uoluntas populi magis ualeret, quam leges. Auctores autem, inquit, mali huius eſſe aſſentatores multitudinis, qui diuiderent ciuitatem, & communionem hanc diſſociarent. unde neceſſariò naſcebatur interitus reipublicæ. Hoc uerò committebant, quia apertè pugnabant cum locupletibus, & quaſi bellum ipſis indicebant: Ariſtoteles autem cenſet contrarium fieri oportere, debereque popularesilos oratores, tectis inimicitijs cùm uerba faciunt, ſemper uideri condolere diuitibus, & commoda ipſorum procurare: contrà autem in paucorum dominatu fautores illius iniquæ poteſtatis dare operam debere, ut utilitates multitudinis defendere uideantur.

Et iurare.) Hoc arbitror proprium documentum eſſe dominatus paucorum, & non commune ipſi cum ſtatu multitudinis, in quo regendo non mos eſſet profiteri inimicitias cum diuitibus. nihil enim tangit auctor, quod hoc innuat. Tradit igitur, oportere capere iuſiurandi contraria illis, quæ eo tempore caperentur quibuſdam in ciuitatibus ab emtoribus earum poteſtatum, cùm imperium magiſtratuſque acciperent. Ponit autem genus hoc iuriſiurandi, quòd reprehendit: illeſimque quomodo emendari debeat, docet. Suadet enim, ut contrarium potius eorum præ ſe ferent. ut cùm iurant, clara uoce dicunt, ſe nullam unquam iniuriam allaturos eſſe multitudini, neque ipſam uiolaturos. [illegible] illa dicebatur, qui malè animatus eſſet erga rempublicam: quo inuecto nomine notauit ciues quoſdam ſuos etiam Demoſthenes, qui non diligerent rempublicam, nec lætarentur rebus ſecundis patriæ: ſed fauerent Macedoni.

Maximum autem.) Admonet quiddam maximè utile (ut affirmat) ad tuendas omnes reſpublicas. Commune enim documentum eſt & non proprium huius aut illius ſtatus, ut nec nulla alia quæ dedit. Antequam autem ipſum exponat, dolet neglectum eſſe ſua ætate, quare magis dedit ipſum tam ſalutare præceptum commendare, & in conſuetudinem reuocare conari. Eſt uerò illud, ut liberi inſtituantur aptè ad eas reſp. colendas, in quibus uicturi ſunt. ferens autem in cœlum ipſum, inquit, nullum emolumentum fructumque captum iri ex legibus etiam maximè utilibus, & magno conſenſu probatis ab omnibus, qui uerſantur in illis rebuſpublicis: niſi prius ciues, pueri adhuc, aſſueti fortiter illis inſtitutis, diſciplinaque ornentur propria earum rerumpublicarum. Explanans autem ſenſum animi ſui, addit: Si leges, inquam, fuerint populares, ut ipſi quoque inſtituti ſint populariter. ſi autem aptæ poteſtati paucorum, & ipſos oportet eductos eſſe accommodatè ad illam. Rationem uerò reddens huius optimi conſilij, inquit: Si namque uidemus incontinentem quempiam mortalium eſſe, quales profectò multi ſingulatim homines ſunt: idem exiſtimare debemus uſu uenire in ciuitate. Ptaum autem eſt, qui [illegible] uocentur, rationem ſanam habere, ac de rebus bonis & malis rectè exiſtimare: eoſdem tamen illos abduci à certis illis iudicijs ſpecie uoluptatum ac rerum iucundarum, cùm urgeant in ipſis motus turbidi, conſilioque infirmius factum ſit. Idem igitur euenit,

quod

quod in uno homine,in magno coetu mortalium:ut ipſi ſcilicet cuncti non permaneant in eo,quod rectum eſſe ſenſerint. aſt autem aliud,quod iubent ac uetant leges(reſpondent enim in hac ſimile legas rationi)turba uerò aa multitudo non inſtituta,motibus animorum uehementioribus. Hoc quod præcipit nunc ſapienter Ariſtoteles,uiderunt Romæ ui. init his temporibus ſacerdotes. Cùm enim intelligerent dilapſam aliquantum eſſe Chriſtianam diſciplinam ultio temporum, emendare ipſam uolentes, aperuerunt domum, in qua magna familia puerorum erudiretur, & ad antiquam uiuendi rationem propriamque Chriſtiani nominis imbueretur. Quod imitati ſunt multi graues & honeſti antiſtites in his terris,quorum moribus moderantur,cùm & ipſi huiuſcemodi probitatis ac doctrinæ ſeminaria confecerint. Inde igitur fructus magni expectari meritò poſſunt, auctore quoq; hoc ſummo doctore:ſi ratio hæc permanebit,& non ignauia caſuq; aliquo interrumpetur.

Eſt autem maximum.) Ne quis errore ullo in hac re teneretur,oſtendere uoluit,quid ipſe intelligeret,inſtitutum eſſe quempiam ad hanc ſiue illam rempublicam. Inueniri enim poterant,atque hi quidem facile, qui aliter atque oporteret, hoc acciperent: putarentque eum imbutum ſatis ad eas eſſe,qui imitaretur mores ac uitam eorum, qui in ipſis poteſtatem habent, quæcunque illa foret. Nititur igitur eos corrigere,atque inquit,non eſſe hoc quod præcipit,facere in ipſis ea,quib. uulgò capiuntur, magnopereque gaudent,qui delectantur illis rebuſpublicis. Sæpè namque hi uolunt, quæ ipſis exitio ſunt: ſed quæ gerunt; qui eas ſaluas uolunt,ſtudéntque poteſtatem illam ſuam in ipſis perpetuò conſeruare ac tueri,ſiue ſit illa dominatio paucorum,ſiue ſtatus multitudinis.

Nunc autem.) Cùm quæ ſocer oera inſtitutio indicaſſet,tradit quæ praua ac uitioſa ſit: accuſatque uitam atque inſtituta eorum,qui regerent eos ſtatus ſua ætate. Deliniti enim uoluptatibus, ac nimis ſibi indulgentes, patefaciebant ita aduerſarijs ad ſe opprimendos. Primùm igitur oſtendit,in quo magnopere peccarent locupletes in ciuitate dominantes, dicitque liberos eorum molliter delicateq; uiuere. contrà autem pauperum ſobolem exercari in armis,uerſarique in continentibus laboribus:itaque fieri,ut magis cupiant ac magis ualeant res nouas in ciuitate moliri, atque extorquere gubernaculum è manibus eneruatorum illorum atque ignauorum principum reipublicæ. Vita enim dura, in qua uerſati ſunt, addit illis animum ad inſidiandum aduerſarijs,ac uires etiam rotundam auget.

In ſtatibus autem.) Corrigit peccatum non unius hominis, ſed ciuitatum, quæ reguntur à multitudine & illarum ipſarum, quæ maximè putantur uulgò populariter gubernari,id eſt ſtatum illum populi eximiè colere. In illis enim inſtitutum quoddam manere dicit,quod repugnat utilitati ac ſaluti earum rerumpublicarum: unde etiam principium ducet hoc,quod tantoperè ipſis obeſt. aperit. Affirmat enim fontem huius mali eſſe,errorem eorum ciuium, qui perperam definiunt libertatem: quem errorem ut ipſis extorqueat,ita argumentatur,duo quæ eſſe dicit,quibus ſtatus multitudinis uidetur definiri. Illa autē ſunt,ut maior numerus ciuium ſummam illic poteſtatem habeat, & ut liberè illic uiuatur. Iuſtum enim æquale uideri eſſe: æquale uerò,quodcunque uiſum fuerit multitudini,ratum eſſe, & temptari non poſſe. Libertatem autem & æqualitatem ita accipiunt,ut liceat omnibus,quodcunque ſibi uiſum fuerit,facere. Cùm igitur tam oſtendiſſet, quomodo hi accipiant libertatem: adiungit,ſequi ex ea definitione,ut in huiuſcemodi popularibus ſtatibus ſinguli uiuant ut uolunt,& ea gerāt,quæ ipſis accommodata ſunt. Citat autem teſtem huius ſententiæ Euripidem. Locum in fabulis, quæ reſtant huius tragici, non inuenio:puto autem hoc dictum ab eo fuiſſe in una quapiam earum, quæ uetuſtate perierunt. eſt ſanè locus accommodatus huic uoci in ea,cuius index *Supplices*. in ipſa namque inducit Theſeum,regem Athenarum, refellentem contumacem orationē præconis Creontis,tyranni Thebanorum,ferre in cœlum ſummis laudibus ſtatum multitudinis:neque tamen illic hoc planè prolatum eſt,etſi uſus eſt eo loco poeta uerbo,quo hic utitur,χρῄζων. quare non abſurdè omnino putaret aliquis, auctorem uerbum illud & tanquam modum loquendi potius ſignificare uoluiſſe,uſurpatum ſæpè ab Euripide. in Iphigenia enim quoque in Tauris inquit Oreſtes: ἡμᾶς δ᾽ ὅ χρῄζεις ἄλλυται

Hoc autem.) Refellit errorem illorum, qui arbitrarentur libertatem eſſe,gerere cuncta,quæcunque ipſi libuiſſent. contrà autem ſeruitutem,non licere eidem ea ad exitum perducere. docet igitur id falſum eſſe, neque oportere ullo pacto exiſtimare ſeruitutem eſſe,omnia ſua in uita illa cuſtodire,quæ pertinent ad tuendam rempublicam, nec letum unguem unquam ab illis diſcedere,ſed eſſe potius eam appellandam ſalutem. quæ namque proſunt reipublicæ, conſeruantque ſtatum illius, proſunt etiam priuatis:ſalutemque ipſis dant. Poſt hæc paucis repetit,quæ tradidit,cū uelit de reliquo genere reip agere, quod eſt imperium unius. inquit igitur ſe oſtendiſſe cauſas mutationem rerumpublicarum,& interituum earundem & ope etiam quorum inſtitutorum eædem permaneant ac ſeruentur atque id,ſi non omnino exquiſitè, ſaltem cōmuniter, & craſſiore modo.

a ποια τοῦ ... δημοκρατικοῦ,&c. uulg.lib.habent, τῶν δημοτικῶν, mendosè.
b χρῄζοντες.lib.uulg. φθείροντες,mendosè.
a ὧν δ᾽ αὐτοῖς ὀλιγαρχίαι,εἰ ὀλιγαρχικοί. hoc totum deſideratur in lib.uulg.

CAPVT X.

RĖſtat autē differere & de unius imperio, ex quib. extinguitur,& quorū ui natura conſeruatur. Fermè aūt aſsimilia ſunt ijs,quę de rebuſp. expoſita ſunt ea; quę eueniunt circa regna & tyrānidas.regnū enim imago quędā eſt optimatū, tyrannis uerò è poſtremo dominatu paucorū cócreta eſt,&ſtatu populi. Quapropter maximè detrimentoſa eſt ijs, qui in poteſtate eius ſunt, ut quę è duobus malis rebus concreta eſt: cōtinetq; in ſe tranſgreſsiones & peccata,quę proficiſcūtur ab ambabus rebuſp. Exiſtit aūt ortus utriq; ſingulorum imperio ſtatim è contrarijs: regnū enim ad opem ferendam probis uiris contra plebem ortum eſt,cōſtituiturq; rex ex ordine proborum uirorum ob excellentiam uirtutis, ſiue actionū quæ proficiſcuntur à uirtute,ſiue ob excellentiam huiuſcemodi generis:tyrannus aūt è populo ac multitu-

ΛΕΙΠΕΤΑΙ δ᾽ ἐπελθεῖν καὶ περὶ μοναρχίας ἐξ ὧν τε φθείρεται, καὶ δι᾽ ὧν σῴζεσθαι πέφυκε. σχεδὸν δὲ παραπλήσια τοῖς εἰρημένοις περὶ τὰς πολιτείας ἐστὶ, καὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ τὰς βασιλείας, καὶ τὰς τυραννίδας. ἡ μὲν γὰρ βασιλεία κατὰ τὴν ἀριστοκρατίαν ἐστὶν, ἡ δὲ τυραννὶς ἐξ ὀλιγαρχίας τῆς ὑστάτης σύγκειται καὶ δημοκρατίας. διὸ δὴ καὶ βλαβερωτάτη τοῖς ἀρχομένοις ἐστὶν, ἅτε ἐκ δυοῖν συγκειμένη κακῶν· καὶ τὰς παρεκβάσεις, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἔχουσα, τὰς παρ᾽ ἀμφοτέρων τῶν πολιτειῶν. ὑπάρχει δ᾽ ἡ γένεσις εὐθὺς ἐναντίων ἑκατέρᾳ τῶν μοναρχιῶν· ἡ μὲν γὰρ βασιλεία, πρὸς βοήθειαν τὴν ἀπὸ τοῦ δήμου, τοῖς ἐπιεικέσι γέγονε. καὶ καθίσταται βασιλεὺς ἐκ τῶν ἐπιεικῶν καθ᾽ ὑπεροχὴν ἀρετῆς ἢ πράξεων, τῶν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ἢ καθ᾽ ὑπεροχὴν τοιούτου γένους· ὁ δὲ τύραννος ἐκ τοῦ

REliquum eſt ut etiam de monarchia diſſeramus, & quibus rebus ſoleat interire natura, & quibus conſeruari. Ferè autem ijs quæ diximus cæteris reipub. adminiſtrandæ formis euenire, ſimilia ſunt ea quæ regnis & tyrannidibus accidunt. Nam regnum quidem ariſtocratiæ congruit, tyrannis uerò ex oligarchia ultima & democratia componitur. Quapropter etiā ijs qui ſub imperio uiuunt, pernicioſiſsima eſt, utpote quæ ex duobus malis concreta ſit: & degreſsiones à recto, et peccata, quæ ab utraq; proficiſcuntur, cōtineat. Vtriuſq; autem monarchiæ ortus ultimus eſt ſtatim ex contrarijs. Regnum enim ad bonorum perfugium ac præſidium aduerſus populi iniuriam comparatum eſt: & conſtituitur rex ex uiris bonis, uel qui uirtute aut uirtutis actionibus excellat, uel qui tali genere cæteris antecellat: Tyrannus uerò ex populo & multitudine ſumitur

dine aduerſus nobiles, ut populus nullam ab ipſis iniuriam accipiat. Apertum autẽ eſt, hoc uerum eſſe ex ijs, quæ euenerunt: tyrannorum enim magna fermè pars extitit ex aſſentatoribus populi (ut ita loquar) qui criminando nobiles, fidem cõſecuti ſunt apud multitudinẽ. Hæ namq; tyrannides hoc modo conſtitutæ ſunt, auctis iam ciuitatibus: quæ uerò ante has, partim è regibus, migrantibus ex inſtitutis maiorũ, & incenſis deſiderio erilis imperij: partim autẽ è delectis ad ſummos magiſtratus. antiquitùs enim populi conſtituebant diuturna publica munera & ſacra miniſteria hæ uerò è dominatibus paucorum, deligentibus unum quempiã, in cuius arbitrio ſint maximi magiſtratus. Omnibus enim his modis facultas data eſt conficiendi paruo negotio, ſi modò uellent: quia uires iam ipſis adſunt his quidem regij imperij, his autem dignitatis: ceu Phidon Argis & alij tyranni facti ſunt, cùm prius regnarent: qui uerò in Ionia tyrannidẽ inuaſerũt, & Phalaris, ex honoribus eò peruenerunt. Panætius autẽ apud Leontinos, & Cypſelus Corinthi, & Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius Syracuſis, atq; alij eodem modo ex aſſentatoribus populi euaſere. Quemadmodũ igitur diximꝰ, regnum ordinarũ eſt more ſtatus optimorum. pro dignitate namq; eſt, uel per propriã uirtutem uel generis, uel propter beneficia collata. cuncti enim, qui beneficia contulerunt, uel uim poteſtatemq; habent in ciuitates, ſiue in gentes beneficia conferendi adepti ſunt hũc honorem: nonnulli ipſorũ aduerſantes, ne bello in ſeruitutẽ redigerentur, ueluti Codrus: alij autem, cùm in libertatem uendicarint, ueluti Cyrus. uel cùm urbium conditores extitiſſent, uel agrũ ſedesq; paraſſent: neluti Lacedæmoniorũ reges, & Macedonũ & Moloſſorũ. Requiritũ autẽ à rege, ut ſit cuſtos, prouideatq; ne locupletes aliquid iniuriæ accipiant, plebsq; non uexetur ullo genere contumeliæ. Tyrannus autẽ, ut ſæpe dictum eſt, non reſpicit ad commune bonum, niſi ſuæ propriæque utilitatis cauſa. propoſitum autem tyrannicum, uoluptas eſt: regium autem, honeſtas. Quapropter rerum, quibus mortales ſtudent præſtare, pecunia expetitur à ty-

δήμου καὶ τοῦ πλήθους ἐπὶ τοὺς γνωρίμους, ὅπως ὁ δῆμος ἀδικῆται μηδὲν ὑπ' αὐτῶν. φανερὸν δ' ἐκ τῶν συμβεβηκότων. σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν τυράννων γεγόνασιν ἐκ δημαγωγῶν (ὡς εἰπεῖν) πιστευθέντες ἐκ τοῦ διαβάλλειν τοὺς γνωρίμους. αἱ μὲν γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον κατέστησαν τῶν τυραννίδων, ἤδη τῶν πόλεων ηὐξημένων· αἱ δὲ πρὸ τούτων, ἐκ τῶν βασιλέων παρεκβαινόντων τὰ πάτρια, καὶ δεσποτικωτέρας ἀρχῆς ὀρεγομένων· αἱ δὲ ἐκ τῶν αἱρετῶν ἐπὶ τὰς κυρίας ἀρχάς. τὸ γὰρ ἀρχαῖον οἱ δῆμοι καθίστασαν πολυχρονίους τὰς δημιουργίας, καὶ τὰς θεωρίας· αἱ δὲ ἐκ ὀλιγαρχιῶν αἱρουμένων ἕνα τινὰ κύριον ἐπὶ τὰς μεγίστας ἀρχάς. πᾶσι γὰρ ὑπῆρχε τοῖς τρόποις τούτοις τὸ κατεργάζεσθαι ῥᾳδίως, εἰ μόνον βουληθεῖεν, διὰ τὸ δύναμιν προϋπάρχειν, τοῖς μὲν βασιλικῆς ἀρχῆς, τοῖς δὲ τὴν τῆς τιμῆς· οἷον Φείδων μὲν περὶ Ἄργος καὶ ἕτεροι τύραννοι κατέστησαν βασιλείας ὑπαρχούσης· οἱ δὲ περὶ τὴν Ἰωνίαν καὶ Φάλαρις, ἐκ τῶν τιμῶν. Παναίτιος δ' ἐν Λεοντίνοις, καὶ Κύψελος ἐν Κορίνθῳ, καὶ Πεισίστρατος Ἀθήνησι, καὶ Διονύσιος ἐν Συρακούσαις, καὶ ἕτεροι τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ δημαγωγίας. καθάπερ οὖν εἴπομεν, ἡ βασιλεία τέτακται κατὰ τὴν ἀριστοκρατίαν· κατ' ἀξίαν γάρ ἐστιν, ἢ κατ' ἰδίαν ἀρετήν, ἢ κατὰ γένους, ἢ κατ' εὐεργεσίας, ἢ κατὰ ταῦτά τε καὶ δύναμιν. ἅπαντες γὰρ εὐεργετήσαντες, ἢ δυνάμενοι τὰς πόλεις ἢ τὰ ἔθνη εὐεργετεῖν, ἐτύγχανον τῆς τιμῆς ταύτης. οἱ μὲν κατὰ πόλεμον κωλύσαντες δουλεύειν, ὥσπερ Κόδρος· οἱ δ' ἐλευθερώσαντες, ὥσπερ Κῦρος, ἢ κτίσαντες ἢ κτησάμενοι χώραν, ὥσπερ οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, καὶ Μακεδόνων, καὶ Μολοττῶν. βούλεται δ' ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ μὲν κεκτημένοι τὰς οὐσίας μηδὲν ἄδικον πάσχωσιν, ὁ δὲ δῆμος μὴ ὑβρίζηται μηδέν. ἡ δὲ τυραννίς, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, πρὸς οὐδὲν ἀποβλέπει κοινόν, εἰ μὴ τῆς ἰδίας ὠφελείας χάριν. ἔστι δὲ σκοπὸς τυραννικὸς μὲν τὸ ἡδύ· βασιλικὸς δὲ τὸ καλόν. διὸ καὶ τῶν πλεονεκτημάτων, τὰ μὲν χρήματα,

mitur aduerſus nobiles atq; illuſtres uiros, ne quam populus ab ijs iniuriam accipiat. atq; hoc ex euentu intelligere licet. Nam plerique omnes ferè tyrãni ex lenibus populi cuſtodibus ac ductoribus facti ſunt (ſi dicere fas eſt) fidem apud populum conſecuti, claris & illuſtribus uiris falsò criminandis & calumniandis. Aliæ enim tyrannides hoc modo conſtitutæ ſunt auctis iam ciuitatibus: aliæ ante has ex regibus morem patrium migrantibus, ac uiolantibus, & imperium plus uſto herile concupiſcentibus, extiterunt: aliæ ex ijs quibus electione adhibita ſumma auctoritatis ac poteſtatis magiſtratus mãdati fuerant. olim enim munera publica & reſp. procurationes faciebant diuturniores: aliæ ex oligarchijs unũ aliquem ſummi imperij compotem ad maximos magiſtratus per electionem promouentibus. His enim modis omnibus, tyrannidis occupandæ (ſi modò uellent) facultatem habebant: quia alijs poteſtas erat delata imperij regij, alijs honoris: (exempli gratia) Phidon Argis & alij, cùm regnum eſſet, tyranni euaſerũt. qui uerò in Ionia fuerunt, & Phalaris ex honoribus regijs ad tyrannidem aditum ſibi compararunt. Panætius autem apud Leontinos, & Cypſelus Corinthi, & Piſiſtratus Athenis, & Dionyſius Syracuſis, & alij eodem modo, ex blando populi ductu: demagogiam appellãt Græci, quàm tribunatum plebis dicere licet. Quemadmodum igitur diximus, regnum proximè ad ariſtocratiam ordine accedit. Nam aut ex dignitate eſt, aut ex uirtute uel propria uel generis, aut ex beneficijs ac meritis in ciuitatẽ, aut ex his omnibus cum potẽtia coniunctis. Omnes enim bene meriti de ciuitatibus, aut qui poterant de ciuitatibus aut gentibus bene mereri, hunc honorem conſequebantur: alij prohibito ac depulſo per bellum ſeruitutis periculo, ut Codrus: alij patria liberata, ut Cyrus: alij aut urbe condita, aut propagatis imperij finibus agroq; lati ac longinqui, ſiue prouincijs bello partis, quemadmodum Lacedæmoniorum, & Macedonũ, & Moloſſorum reges. [a] Videtur autem rex cuſtos eſſe natura, ut ij quidem qui facultates & copias habent rei familiaris, nulla iniuria afficiantur: populus uerò & multitudo nullis contumelijs uexetur. Tyrãnus porrò, quemadmodũ ſæpenumero dictum eſt, nihil cõmune ſpectat: ſed omnia priuatæ utilitatis cauſa facit. Propoſitum autem eſt tyranno quidem iucundum, regi uerò honeſtum. Quapropter & cũ eorum modorum, quibus principes ſuperiora & plura habent, quàm priuati: alter in pecunijs conſiſtat, alter in honore.

à tyrannis: quæ uerò referūtur ad honores, potius à regibus: & cuſtodia regū conſtat è ciuibus, tyrannorū autem è peregrinis. Tyrannidem aūt continere in ſe mala & ſtatus multitudinis & dominationis paucorū, perſpicuum eſt. è paucorum dominatu, quia finis ipſius ſunt diuitię: ſic enim & manere duntaxat neceſſe eſt cuſtodes corporis, & uitam tenerā mollemq;: & conſiliū non cōmittendi ſe ulla in re multitudini. Qua de cauſa etiam arma adimunt. affligere quoq; plebem, atq; eijcere ex urbe, & ſedibus ſuis exturbare, utriuſq; cōmune eſt, dominationis inquam paucorum & tyrannidis. E ſtatu autem populi, bellnm gerere cōtra nobiles, & clàm eos interimere, atq; palàm: & in exilium pellere, tanquam æmulos, & qui impedimento ſint principatui. Ab his enim inſidias naſci contingit, cùm hi uelint imperiū in ipſos habere: illi uerò ſeruire nolint. unde Periādri conſiliū ad Thraſybulum extitit, celſiorum ſpicarū ablatio: quo ſignificauit, oportere ſemper qui eminēt ſupra cęteros, ciues tollere. Quēadmodum igitur fermè dictum eſt, eadem initia exiſtimare oportet mutationum in rebuſpublicis & in poteſtatibus unius. propter iniuſtitiā enim, & metum & contemptum, multi eorū qui ſubiecti ſunt, imponunt poteſtatib. unius: atq; è genere omni iniuſtitię, maximè ob cōtumeliā. aliquādo aūt & ob expilationē bonorū. Sunt autē & fines ijdē, quēadmodū & illic, & circa tyrānidas & regna. magnitudo enim diuitiarū & honoris poſſidetur ab his, qui ſoli imperiū hñt, quarū rerū incēſi ſunt cupiditate cūcti. Inſidiarū autem quædam fiunt in corpus principum, quędam autem in principatū. Quæ igitur à contumelia proficiſcuntur, in corpus fiunt. Cùm autem multæ partes ſint contumeliæ, unaquæque ipſarum cauſa iræ extitit: magna autē fermè pars eorum, qui aliquibus iraſcuntur, ulciſcendi gratia inſidiantur, & non deſiderio ſummum locum tenendi. Veluti inſidiæ in Piſiſtrati liberos ortū habuēre à ludibrio, quo fuerat ipſis Harmodij ſoror: & à contēptu Harmodij. Harmodius enim ob iniuriā ſororis, Ariſtogiton autē ob Harmodij

τυραννικά· τὰ δ᾽ εἰς τιμὴν, βασιλικὰ μᾶλλον. καὶ φυλακὴ βασιλικὴ μὲν πολιτικὴ, τυραννικὴ δὲ διὰ ξένων. ὅτι δ᾽ ἡ τυραννὶς ἔχει κακὰ, καὶ τὰ τῆς δημοκρατίας, καὶ τὰ τῆς ὀλιγαρχίας, φανερόν. ἐκ μὲν ὀλιγαρχίας, τῷ τὸ τέλος εἶναι πλοῦτον. οὕτω γὰρ καὶ διαμένειν ἀναγκαῖον μόνως τήν τε φυλακὴν, καὶ τὴν τρυφήν. καὶ τῷ τῷ πλήθει μηδὲν πιστεύειν. διὸ καὶ τὴν παραίρεσιν ποιοῦνται τῶν ὅπλων· καὶ τὸ κακοῦν τὸν ὄχλον· καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἄστεος ἀπελαύνειν, καὶ διοικίζειν, ἀμφοτέρων κοινὸν, καὶ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ τῆς τυραννίδος. ἐκ δημοκρατίας δὲ τὸ πολεμεῖν τοῖς γνωρίμοις, καὶ διαφθείρειν λάθρα καὶ φανερῶς. καὶ φυγαδεύειν ὡς ἀντιτέχνους, καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐμποδίους. ἐκ γὰρ τούτων συμβαίνει γίγνεσθαι καὶ τὰς ἐπιβουλάς· τῶν μὲν ἄρχειν αὐτῶν βουλομένων, τῶν δὲ μὴ δουλεύειν. ὅθεν καὶ τὸ Περιάνδρου πρὸς Θρασύβουλον συμβούλευμά ἐστιν, ἡ τῶν ὑπερεχόντων σταχύων κόλουσις, ὡς δέον ἀεὶ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν πολιτῶν ἀναιρεῖν. καθάπερ οὖν σχεδὸν ἐλέχθη, τὰς αὐτὰς ἀρχὰς δεῖ νομίζειν περί τε τὰς πολιτείας εἶναι τῶν μεταβολῶν, καὶ περὶ τὰς μοναρχίας. διά τε γὰρ ἀδικίαν, καὶ διὰ φόβον, καὶ διὰ καταφρόνησιν, ἐπιτίθενται πολλοὶ τῶν ἀρχομένων ταῖς μοναρχίαις· τῆς δὲ ἀδικίας μάλιστα δι᾽ ὕβριν. ἐνίοτε δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν ἰδίων στέρησιν. ἔστι δὲ καὶ τὰ τέλη ταῦτα, καθάπερ κἀκεῖ, καὶ περὶ τὰς τυραννίδας καὶ τὰς βασιλείας. μέγεθος γὰρ ὑπάρχει πλούτου καὶ τιμῆς τοῖς μονάρχοις, ὧν ἐφίενται πάντες. τῶν δ᾽ ἐπιθέσεων, αἱ μὲν ἐπὶ τὸ σῶμα γίγνονται τῶν ἀρχόντων, αἱ δ᾽ ἐπὶ τὴν ἀρχήν. αἱ μὲν οὖν δι᾽ ὕβριν, ἐπὶ τὸ σῶμα. τῆς δ᾽ ὕβρεως οὔσης πολυμεροῦς, ἕκαστον αὐτῶν αἴτιον γίγνεται τῆς ὀργῆς· τῶν δ᾽ ὀργιζομένων σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τιμωρίας χάριν ἐπιτίθενται, ἀλλ᾽ οὐχ ὑπεροχῆς· οἷον ἡ μὲν τῶν Πεισιστρατιδῶν διὰ τὸ προπηλακίσαι μὲν τὴν Ἁρμοδίου ἀδελφὴν, ἐπηρεάσαι δ᾽ Ἁρμόδιον. ὁ μὲν γὰρ Ἁρμόδιος διὰ τὴν ἀδελφὴν, ὁ δὲ Ἀριστογείτων διὰ τὸν Ἁρμόδιον.

nore. plus habere pecuniarum, tyrānicum eſt: plus honorum, magis regium: & cuſtodia regia, ex ciuibus & ſuis conſtat. tyrannica ex peregrinis & externis. Tyrānidem porrò mala habere & ea quæ ſunt in democratia, & ea quæ in oligarchia, perſpicuū eſt. Nam quod diuitiæ ſunt ei extremum bonorū, quod intueatur & expetat, id habet ex oligarchia: ſolo enim hoc modo & cuſtodia & luxuria permaneat neceſſe eſt. & quòd multitudini nihil credat. ſecretò & ei arma adimit. Et plebem infimam uexare, & ex urbe eijcere, & ueluti ſentinam exhaurire, atq; alio ubi habitet relegare: utriuſq; commune eſt, oligarchiæ & tyrannidis. Ex democratia autem hoc mali contrahit, quod bellum gerat cum illuſtribus ac nobilibus, eoſq; & occultè & apertè de medio tollat, & in exſilium pellat, tanquam de eadem arte certantes artifices, & imperio ſuo obſtantes. Ex his enim euenire ſolet, ut etiam inſidiæ naſcantur, dum alii eorum præeſſe & imperare uolunt, alij ſeruire nolūt. ex quo fonte [b] *Periandri conſilium Thraſybulo datum manauit, ſpicarum ſupra alias eminentium mutilatio & quaſi decurtatio, proinde quaſi ciuem excellentem ſemper de medio tollere oporteat. Quemadmodum igitur ferè dictum eſt, eadem principia eademq; cauſas mutationum eſſe in alijs reipub. adminiſtrandæ formis, atque in monarchijs, exiſtimare oportet. Nam & propter iniuſtitiam & propter metū & propter contemtum, multi ex ijs qui ſub imperio ſunt, monarchias impetu facto adoriuntur: ex omnibus autem iniuriæ generibus, propter contumeliam maximè: interdum tamen etiam propter priuationem bonorum. Sunt autem iidem fines & tyrannidibus & regnis, qui & illis reſp. adminiſtrandæ formis, propoſiti. Monarchis enim magnitudo & amplitudo diuitiarum & honoris ſuppetit: quæ omnes homines concupiſcunt. Earum autem quæ fiunt in reges aut tyrannos impreſſionum: aliæ fiunt in ipſorum principum corpus & caput, aliæ in principatum. Atq; ea quidem, quæ propter contumeliam fiunt, ad corpus pertinent. Contumeliarum autem cum multa ſint genera multaq; partes, unaquæq; earum iram commouet. Iam uerò eorum qui iraſcuntur, pleriq; ferè omnes ulciſcendæ iniuriæ acceptæ gratia in alterum inuadunt, non præſtantiæ. exempli cauſa, in Piſiſtratidas impetus factus eſt propterea, quod Harmodij ſororem probro & dedecore affecerant, Harmodio ſtuprum inferre conati erāt. Nam Harmodius propter ſororem, Ariſtogiton propter Harmodium, in eos impeto*

dij cõmotus eſt. Inſidiati autẽ ſunt etiam Periandro, Ambraciotarũ tyranno: quia cùm potaret una cũ delicijs ſuis, quæſiuit ex eo, an prægnans ad huc ex ipſo foret? Philippi autem nex, allata ipſi à Pauſania, inde nata eſt quia neglexit eum contumelia uexatum eſſe ab Attalo. Et Amyntæ, uocati parui, à Derda, quia iactauerat ſe in ætatem ipſius. Et eunuchi inſidiæ poſitæ Euagoræ Cyprio: quia cuius uxorem rapuerat, filiũ ipſius interfecit, tãquã accepta contumelia. Multæ autem inſidię factę ſunt, & quia in corpus prĩcipes aliquos dedecorarũt. Quemadmodum Cratęi in Archelaũ. Semper enim moleſtè ferebat, cùm libidini ipſius ſeruiebat: quare leuior etiam cauſa ſatis ei fuit, quia nullam filiarum ipſi in matrimoniũ dedit, cum ſpopõdiſſet: ſed maiorem natu. cũ premeretur bello aduerſus Sirram & Arrabęum, dedit regi Elimeæ: iuniorem autem filio Amyntæ, putans ſic illum minime ſibi aduerſaturũ, & natum è Cleopatra. Verùm initium alienationis fuit, quòd iniquo animo ferebat, cùm morigerari homini cogebatur. Socium autem ſe præbuit coniurationis & Hellanocrates Lariſſæus eandẽ ob cauſam. poſtquam enim, utens ipſius ætate, pulſum patria non reduxit, pollicitus ſe hoc facturum: ob contumeliam & non ob amatoriam cupiditatem, exiſtimauit conſuetudinem illam extitiſſe. Python autem & Heraclides Aenij Cotyn interfecerunt, patrem ulciſcentes. Adamas autem defecit à Coty: quia, cùm puer eſſet, ab eo exectus fuiſſet, ut uexatus cõtumelia. Multi autem quoque, quia corpori ipſorum plagæ inflixæ fuêre, irati facti, quorum nonnulli necauêre: hi autem aggreſsi ſunt, ut uexati contumelia: & quoſdam etiam, qui imperia nacti erant, & regias poteſtates: ceu Mitylenæ Penthalidas Megacles interemit, diſcurrentes & cædentes obuios fuſtibus, unà cum amicis inſidiatus illis. Et poſtea Smerdes Penthilum, acceptis plagis, & ab eius uxore tractus, necauit. Coniurationis autem Archelai Decamnichus dux fuit. Primus enim concitauit, qui conſpirarunt in eum.

μόδιον. ἐπεβουλεύθη δὲ καὶ περιάνδρῳ τῷ ἐν ἀμβρακίᾳ τυράννῳ, διὰ τὸ συμπίνοντα μετὰ τῶν παιδικῶν, ἐρωτῆσαι αὐτόν, εἰ ἤδη ἐξ αὐτοῦ κυεῖ. ἡ δὲ φιλίππου ὑπὸ παυσανίου, διὰ τὸ ἐᾶσαι ὑβρισθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν περὶ ἄτταλον. καὶ ἡ ἀμύντου τοῦ μικροῦ ὑπὸ δέρδα, διὰ τὸ καυχήσασθαι εἰς τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ. καὶ ἡ τοῦ εὐνούχου εὐαγόρᾳ τῷ κυπρίῳ· διὰ γὰρ τὸ τὴν γυναῖκα παρελέσθαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀπέκτεινεν, ὡς ὑβρισμένος. πολλαὶ δ' ἐπιθέσεις γεγένηνται, καὶ διὰ τὸ εἰς τὸ σῶμα αἰσχύνειν τῶν μονάρχων τινάς· οἷον, καὶ ἡ κραταίου εἰς ἀρχέλαον. ἀεὶ γὰρ βαρέως εἶχε πρὸς τὴν ὁμιλίαν· ὥστε ἱκανὴ καὶ ἐλάττων ἐγένετο πρόφασις. διότι τῶν θυγατέρων οὐδεμίαν ἔδωκεν ὁμολογήσας αὐτῷ· ἀλλὰ τὴν μὲν προτέραν, κατεχόμενος ὑπὸ πολέμου πρὸς σίρραν καὶ ἀρράβαιον, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ τῷ τῆς ἐλιμείας· τὴν δὲ νεωτέραν τῷ υἱεῖ ἀμύντᾳ, οἰόμενος οὕτως ἂν ἐκεῖνον ἥκιστα διαφέρεσθαι, καὶ τὸν ἐκ τῆς κλεοπάτρας. ἀλλὰ τῆς γε ἀλλοτριότητος ὑπῆρχεν ἀρχή, τὸ βαρέως φέρειν πρὸς τὴν ἀφροδισιαστικὴν χάριν. συνεπέθετο δὲ καὶ ἑλλανοκράτης ὁ λαρισαῖος διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ὡς γὰρ χρώμενος αὐτοῦ τῇ ἡλικίᾳ, οὐ κατῆγεν ὑπισχόμενος· δι' ὕβριν, καὶ οὐ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, ᾤετο εἶναι τὴν γεγενημένην ὁμιλίαν. πύθων δὲ καὶ ἡρακλείδης οἱ αἴνιοι, κότυν διέφθειραν τῷ πατρὶ τιμωροῦντες. ἀδάμας δ' ἀπέστη κότυος, διὰ τὸ ἐκτμηθῆναι, παῖς ὤν, ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ὑβρισμένος. πολλοὶ δὲ καὶ διὰ τὸ εἰς τὸ σῶμα αἰκισθῆναι πληγαῖς, ὀργισθέντες οἱ μὲν διέφθειραν, οἱ δὲ ἐνεχείρησαν ὡς ὑβρισθέντες. καὶ τῶν περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ βασιλικὰς δυναστείας· οἷον ἐν μιτυλήνῃ τοὺς πενθαλίδας μεγακλῆς περιιόντας, καὶ τύπτοντας ταῖς κορύναις, ἐπιθέμενος μετὰ τῶν φίλων ἀνεῖλε. καὶ ὕστερον σμέρδης πένθιλον πληγὰς λαβών, καὶ παρὰ τῆς γυναικὸς ἐξελκυσθείς, διέφθειρε. καὶ τῆς ἀρχελάου δ' ἐπιθέσεως δεκάμνιχος ἡγεμὼν ἐγένετο, παροξύνων τοὺς ἐπιθεμένους πρῶτος.

impetum fecerunt. Inſidiati ſunt etiam Periandro Ambraciæ tyranno, propterea quod inter compotandum cum unà eſſet puer, quem ille in delitijs habebat, quæſiuiſſet ab eo, eſſetne iam ex ſe prægnans? Iam Philippo à Pauſania idcirco nex illata eſt, quia cum impunè contumelia & dedecore affectum eſſe ab Attalo paſſus eſſet: & Amyntæ, qui cognomẽto paruus dictus eſt, à Derda, quia ſe in eius ætatem puerilem glorioſe iactauiſſet: & Eunucho ab Euagora Cyprio. Nã propterea quod uxor ſibi ab illius filio adempta eſſet, eum interfecit, tanquam contumelia accepta. Multæ etiam impreſſiones factæ ſunt in quoſdam principes monarchos, propterea quòd alicui pudicitiam, corpore eius conſtuprato, eripuiſſent: ueluti gratia, à Cratæo in Archelaum. Semper enim grauiter & moleſte ferebat, illum ſecum ſtupri cauſa commiſceri. Itaque quamuis longè minor eſſet hic prætextus, leuiorq́ hæc cauſa: fuit tamen ſatis idonea & iuſta, quod nullam ſibi ex filiabus in matrimonium dediſſet, cum daturum ſe promiſiſſet. ſed maiorem natu quidem, bello, quod cum Sirra & Arrabæo gerebat, implicatus, Elimeæ regi deſpondit: minorem uerò Amyntæ filio, exiſtimans fore hoc pacto, ut ille præſertim ex Cleopatra natus, minimè à ſe diſſideret. ſed alienationis origo & principiũ fuit, quòd grauiter tuliſſet, ſe eius libidinis ad res ueneras eſſe obiectum. Vnà cum eo illum adortus eſt etiam Hellanocrates Lariſſæus propter eandem cauſam. Vbi enim ſe ab illo, cum ſuæ ætatis florem utendum fruendumque dederat, ab exſulio non reuocari uidit: cum præſertim ille ſe id facturum pollicitus eſſet, conſuetudinem illam ſecum eſſe inſtitutam, non propter cupiditatem amatoriam, ſed propter contumeliam, exiſtimauit. Iam Paro & Heraclida Aenij Cotyn interemerunt, patris iniuriam ulciſcentes. Adamas autem Cotyn reliquit, ab eóque deſciuit, tanquam cõtumelia affectus: quòd ab eo, cum puer eſſet, exſectus fuiſſet. Multi porrò etiam propterea quod corpore uerbera pertuliſſent, & malè multati eſſent, irati, alij necauerunt: alij adorti ſunt etiam eos, qui ſummos magiſtratus, & regios potentatus obtinebant, tanquam contumelia accepta: ut Mitylenis Pentalidas, qui quoquouerſum circumibant, & clauis obuium quemque cædebant, Megacles impreſſione facta cũ amicis interemit. Et poſterius Smerda plagis à Penthilo acceptis, & ab eius uxore extractus, eum necauit. Et eius impreſſioni quæ in Archelaum facta eſt, Decamnichus dux fuit, eos primus irritans & concitans, qui in eum impetum fecerunt.

cauſa

Cauſ ò

Cauſa autem iræ fuit, quòd dedit eum cædendum Euripidi poetæ. Euripides autem homini admodum ſuſcenſebat, cùm dixiſſet nonnihil in grauem odorem oris ipſius. Et alij multi ob huiuſcemodi cauſam, hi quidem interempti ſunt: hi autem inſidijs appetiti. Similiter & propter metum. una enim quædam cauſarum hæc erat, ut in rebuſpublicis, ita etiam in imperijs unius: ceu Xerxem Artabanes, ob metum criminis de Dario, tanquam ſuſpendiſſet non iubente Xerxe: ſed putabat ſibi ignoturum, tanquam non recordaretur, cùm inter cœnam mandarum eſſet. Hæ autem propter contemptum, quemadmodum Sardanapalum uiſum à ſe quidam cum mulieribus nentem, ſi uera hæc de eo prædicant, qui tanquam fabulam commemorant: ſi non autem in illo, in alio tamen hoc uerum eſſe poſſet. & Dionyſio poſteriori Dion inſidias ſtruxit, quia contemnebat, uidens ciues ſic affectos, & ipſum ſemper ebrium. Et amicorum utique quidam inſidiantur propter contemptum. quia enim fides ipſis habetur, contemnunt, ſperantes conſilium ipſorum clàm futurum. Et qui putant ſe poſſe occupare principatū, aliquo modo, quia contemnunt, adoriuntur. Vt enim poteſtatem habentes, & contemnentes periculum ob potentiam, promptè aggrediuntur, ueluti duces exercituū monarchas: ceu Cyrus Aſtyagi inſidiatus eſt, uitam ipſius deſpiciens & copias, quia copiæ deſides factæ erant, ipſeque molliter uiuebat. & Seuthes Thrax Amadoco, cuius exercitum ducebat. Hi uerò ob plura huius generis adoriuntur, ceu & contemnentes: & propter lucrum, quemadmodum Mithridates Ariobarzanem. Maximè autem hác ob cauſam adoriuntur qui ſunt ingenio audaces: honorem autem militaré adepti ſunt apud monarchas. fortitudo enim poteſtatem nacta, audacia eſt. propter quas ambas, ut nullo negotio ſuperiores futuri, inſidias moliuntur. Illorum uerò, qui ob cupiditatem honoris inſidiantur, alius modus eſt cauſæ præter expoſitos prius. Non enim, ueluti nonnulli, tyránnos adoriuntur,

αἴτιον δὲ τῆς ὀργῆς, ὅτι αὐτὸν ἐξέδωκε μαστιγῶσαι Εὐριπίδῃ τῷ ποιητῇ· ὁ δὲ Εὐριπίδης ἐχαλέπαινεν εἰπόντος τι αὐτοῦ εἰς δυσωδίαν τοῦ στόματος. καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ διὰ τοιαύτης αἰτίας· οἱ μὲν ἀνῄρεσαν, οἱ δ' ἐπεβουλεύθησαν. ὁμοίως δὲ καὶ διὰ φόβον. ἓν γάρ τι τοῦτο τῶν αἰτιῶν ἦν, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς πολιτείας καὶ τὰς μοναρχίας· οἷον, Ξέρξην Ἀρταπάνης φοβούμενος τὴν διαβολὴν τὴν περὶ Δαρεῖον, ὅτι ἐκρέμασεν οὐ κελεύσαντος Ξέρξου· ἀλλ' οἰόμενος συγγνώσεσθαι, ὡς ἀμνημονοῦντα διὰ τὸ δειπνεῖν. αἱ δὲ διὰ καταφρόνησιν, ὥσπερ Σαρδανάπαλον ἰδών τις ξαίνοντα μετὰ τῶν γυναικῶν, εἰ ἀληθῆ ταῦτα οἱ μυθολογοῦντες λέγουσιν· εἰ δὲ μὴ ἐπ' ἐκείνου, ἀλλ' ἐπ' ἄλλου γε ἂν γένοιτο ἀληθές· καὶ Διονυσίῳ τῷ ὑστέρῳ Δίων ἐπέθετο διὰ τὸ καταφρονεῖν, ὁρῶν τούς τε πολίτας οὕτως ἔχοντας, καὶ αὐτὸν ἀεὶ μεθύοντα. καὶ τῶν φίλων δέ τινες ἐπιτίθενται διὰ καταφρόνησιν. διὰ γὰρ τὸ πιστεύεσθαι, καταφρονοῦσιν ὡς λήσοντες. καὶ οἱ οἰόμενοι δύνασθαι κατασχεῖν τὴν ἀρχήν, τρόπον τινὰ διὰ τὸ καταφρονεῖν, ἐπιτίθενται· ὡς δυνάμενοι γὰρ καὶ καταφρονοῦντες τοῦ κινδύνου διὰ τὴν δύναμιν, ἐπιχειροῦσι ῥᾳδίως, ὥσπερ οἱ στρατηγοῦντες τοῖς μονάρχοις· οἷον, Κῦρος Ἀστυάγῃ. καὶ τοῦ βίου καταφρονῶν, καὶ τῆς δυνάμεως, διὰ τὸ τὴν μὲν δύναμιν ἐξηργηκέναι, αὐτὸν δὲ τρυφᾶν. καὶ Σεύθης ὁ Θρᾷξ Ἀμαδόκῳ, στρατηγὸς ὤν. οἱ δὲ καὶ διὰ πλείω τούτων ἐπιτίθενται· οἷον, καὶ καταφρονοῦντες, καὶ διὰ κέρδος, ὥσπερ Ἀριοβαρζάνῃ Μιθριδάτης. μάλιστα δὲ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐγχειροῦσιν οἱ τὴν φύσιν μὲν θρασεῖς, τιμὴν δ' ἔχοντες πολεμικὴν παρὰ τοῖς μονάρχοις. ἀνδρεία γὰρ δύναμιν ἔχουσα, θράσος ἐστί. δι' ἃς ἀμφοτέρας, ὡς ῥᾳδίως κρατήσοντες, ποιοῦνται τὰς ἐπιθέσεις. τῶν τε διὰ φιλοτιμίαν ἐπιτιθεμένων, ἕτερος τρόπος ἐστὶ τῆς αἰτίας παρὰ τοὺς εἰρημένους πρότερον. οὐ γὰρ ὥσπερ ἔνιοι, τοῖς τυράννοις ἐπιχει-

Cauſa autem iræ fuit, quòd eum tradiderat Euripidi poetæ flagellis uerberandum. Euripides autem ſuccenſebat ei, quod aliquid dixiſſet in ſuum oris fætorem. Alij deniq; multi propter talem cauſas partim de medio ſublati ſunt, partim inſidijs excepti non longe à periculo abfuerunt. Similiter autem & propter metum in monarchos inuadere ſolent. una enim quædam hæc erat ex ijs cauſis, quæ ut alijs reſpub. adminiſtrandæ formis, ita & monarchijs mutationem & interitum afferunt: exempli gratia.[a] Artabanus Xerxem adortus interemit, criminationem, quæ ad Darium pertinebat, extimeſcēs,[b] quod eum in crucem agere à Xerxe iuſſus, ei non paruiſſet: exiſtimans fore, ut ille ſibi ignoſceret,[c] tanquā oblito, propterea quod cœnabat. Alia ſunt propter contemtionem, quemadmodum quidam cū Sardanapalum inter mulieribus nentem, & telam texentem uidiſſet (ſi uera ſunt hæc, quæ a fabularum ſcriptoribus tradita ſunt) eum interemit. quod ſi in illo uerum nō eſt, at in alio eſſe poſſit. Et in Dionyſium poſteriorem Dion inuaſit, propterea quòd eū cōtemneret, cum uideret & ciues ita animatos, & ipſum ſemper ebrium. Et uero nonnulli ex amicis adoriūtur propter contemtū, nā propterea quod ſibi fides habetur, contemnunt, tanquam conſilium facinoris admittēdi occultaturi. Et qui putant fore, ut poſſint principatum occupare & obtinere, quodam modo propterea quod contemnant, impreſſionem faciunt. Nam proinde quaſi poſſint, & quia periculum contemnunt propter potentiam, facile aggrediuntur: quemadmodum qui præſunt exercitui, in eos principes, qui ſoli imperant, irruunt: exempli cauſa, Cyrus in Aſtyagem, & uitam eius contemnens, & copias: propterea quòd milites quidem otio & inertia corrupti, ipſe uero mollitia & luxuria liquefactus erat. Et Seuthes Thrax cùm eſſet imperator, in Amadocum. Alij pluribus cauſis ad facinus ſuſcipiendum impelluntur, ut qui contemnunt, & lucri ſtudio ducuntur: ut Mithridates in Ariobarzanem. Maxime autem propter hāc cauſam ad facinus ij aggrediuntur, qui cum ſint audaces & præfidentes natura, apud eos qui ſoli principatum obtinent, honorem ex ſcientia rei militaris conſecuti ſunt: Fortitudo enim poteſtatem nacta, audacia eſt: quibus ambabus rebus freti, tanquam facilè uictoria potituri, in eos inuadunt. Eorum autem, qui laudū & gloriæ ſtudio inflammati aggrediuntur ad tollendos principes, alius cauſæ modus eſt ab ijs, qui antè expoſiti ſunt. Non enim, ut nonnulli tyrānos

iunrur, aſpicientes & lucra magna & honores magnos, q ſunt apud ipſos: ſic & eorũ, qui propter cupiditatẽ honorũ inſidiãtur, unuſquiſq; ſtatuit ſecũ periculo caput obiicere: ſed illi quidem ob traditã cauſam, hi uerò quẽadmodũ aliud quodpiam eximiũ factũ, & per qđ nomen conſequerentur & clari fierent, ſuſciperent ſibi gerendũ: ſic monarchas inuadunt, nõ ſtudio parandi ſibi imperium, ſed gloriã. Veruntamen pauci admodũ numero ſunt, qui hanc ob cauſam impellantur. Oportet enim eũ in animo offirmatũ habere, nullam curã ſalutis eſſe ſibi attendendã, niſi rem confecerit. quibus comitati oportet Dionis ſententiã. nõ facile aũt eſt ipſam innatã eſſe multis. Ille nãq; cũ paucis in Dionyſiũ inuaſit, huius animi ſe eſſe prædicans, ut quocũq; progredi cũ illis ſuis copijs potuerit, ſatis ſibi eſſe exiſtimet ad partẽ aliquã eius facti obtinendã: ceu ſi cum puſillũ illius telluris occuparit, extẽplò contingat ipſum mori, hãc mortẽ eſſe ſibi plenam dignitatis. Tyrannis aũt interit uno quidem modo, ueluti unaquæq; aliarũ rerumpub. extrinſecus, ſi contraris fuerit aliqua reſp. ualidior. uelle nãq; planũ eſt, qđ aderit propter cõtrarietatẽ electionis: quę aũt uolũt, cùm poſſunt, agũt omnes. Cõtrarię aũt reſpub ſunt, populus quidẽ tyrannidi, ut ait Heſiodus: quemadmodũ figulus figulo. ſtatus enim multitudinis, poſtremus ille, tyrannis eſt. regnũ autẽ & ſtatus optimorũ propter contrarietatẽ reip. quare Lacedæmonij plurimas diſſoluerũt tyrannidas: & Syracuſani illo tẽpore, quo remp. bene adminiſtrabant. Vno aũt ſua culpa, quãdo, qui participes eius ſunt, ſeditionibus agitantur: quemadmodũ tyrannis Gelonis, & modò tyrannis Dionyſij. Gelonis quidẽ, Thraſybulo Hieronis fratre, Gelonis filio aſſentante, & ad uoluptates impellẽte, ut imperiũ ad ſe transferret. Cùm autem neceſſarij coijſſent, ne tyrãnis funditùs diſſolueretur, ſed Thraſybulus: hi facto agmine ſuorũ, ut tẽpos nacti, eiecerunt uniuerſos ipſos. Dion aũt, exercitu ducto contra Dionyſiũ, affinis exiſtẽs, adiũctoq; ſibi populo, cùm illũ eieciſſet, interfectꝰ eſt.

Cum

ἐπιχειροῦσιν, ὁρῶντες κέρδη τε μεγάλα καὶ τιμὰς μεγάλας οὔσας αὐτοῖς· αὐτοὶ καὶ τῶν διὰ φιλοτιμίαν ἐπιτιθεμένων ἕκαστος προαιρεῖται κινδυνεύειν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν· οὗτοι δ᾽ ὥσπερ κἂν ἄλλης τινὸς γινομένης πράξεως περιττῆς, καὶ δι᾽ ἣν ὀνομαστοὶ γίγνονται καὶ γνώριμοι τοῖς ἄλλοις· οὕτω καὶ τοῖς μονάρχοις ἐγχειροῦσιν, οὐ κτήσασθαι βουλόμενοι μοναρχίαν, ἀλλὰ δόξαν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐλάχιστοί γε τὸν ἀριθμόν εἰσιν, οἱ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁρμῶντες. ὑποκεῖσθαι γὰρ δεῖ τὸ τοῦ σωθῆναι μηδὲν φροντίζειν, ἂν μὴ μέλλῃ κατασχήσειν τὴν πρᾶξιν. οἷς ἀκολουθεῖν μὲν δεῖ τὴν Δίωνος ὑπόληψιν· οὐ ῥᾴδιον δ᾽ αὐτὴν ἐγγίνεσθαι πολλοῖς. ἐκεῖνος γὰρ μετ᾽ ὀλίγων ἐστράτευσεν ἐπὶ Διονύσιον, οὕτως ἔχειν φάσκων, ὡς ὅπου ἂν δυνηθῇ προελθεῖν, ἱκανὸν αὐτῷ τοσοῦτον μετασχεῖν τῆς πράξεως· οἷον, εἰ μικρὸν ἐπιβάντα τῆς γῆς εὐθὺς συμβαίη τελευτῆσαι, τοῦτον καλῶς ἔχειν αὐτῷ τὸν θάνατον. φθείρεται δ᾽ ἡ τυραννίς, ἕνα μὲν τρόπον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη πολιτειῶν, ἔξωθεν, ἐὰν ἐναντία τις ᾖ πολιτεία κρείττων. τὸ μὲν γὰρ βούλεσθαι, δῆλον ὡς ὑπάρξει διὰ τὴν ἐναντιότητα τῆς προαιρέσεως· ἃ δὲ βούλονται δυνάμενοι, πράττουσι πάντες. ἐναντίαι δ᾽ αἱ πολιτεῖαι, δῆμος μὲν τυραννίδι καθ᾽ Ἡσίοδον, ὡς κεραμεῖ κεραμεύς. καὶ γὰρ ἡ δημοκρατία ἡ τελευταία, τυραννίς ἐστι· βασιλεία δὲ καὶ ἀριστοκρατία, διὰ τὴν ἐναντιότητα τῆς πολιτείας. διὸ Λακεδαιμόνιοι πλείστας κατέλυσαν τυραννίδας, καὶ Συρακούσιοι κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἐπολιτεύοντο καλῶς. ἕνα δ᾽ ἐξ αὐτῆς, ὅταν οἱ μετέχοντες στασιάζωσιν· ὥσπερ ἡ τῶν περὶ Γέλωνα, καὶ νῦν ἡ τῶν περὶ Διονύσιον. ἡ μὲν Γέλωνος, Θρασυβούλου τοῦ Ἱέρωνος ἀδελφοῦ, τὸν υἱὸν τοῦ Γέλωνος δημαγωγοῦντος, καὶ πρὸς ἡδονὰς ὁρμῶντος, ἵν᾽ αὐτὸς ἄρχῃ. τῶν δ᾽ οἰκείων συστησάντων, ἵνα μὴ τυραννὶς ὅλως καταλυθῇ, ἀλλὰ Θρασύβουλος· οἱ δὲ συστάντες αὐτῶν, ὡς καιρὸν ἔχοντες, ἐξέβαλον ἅπαντας αὐτούς. Διονύσιον δὲ Δίων στρατεύσας, κηδεστὴς ὤν, καὶ προσλαβὼν τὸν δῆμον, ἐκεῖνον ἐκβαλὼν, διεφθάρη.

adoriuntur, quia uident eos ingentibus diuitijs, & amplis honoribus circumfluere: ita & eorum, qui propter laudis & gloriæ cupiditatem, impetum in illos faciunt, unuſquiſq; conſilium capit adeundi periculi. ſed illi quidem propter eam cauſam, quæ ante dicta eſt: hi uerò tanquam aliqua alia actione à ſe ſuſcepta egregia & præſtanti, & propter quam apud alios celebritatem & claritatem nominis ſempiternam ſibi comparabunt, ita monarchias adoriuntur: non quòd ſingularem principatum, ſeu (ut Græci nominant) monarchiam concupiſcant, ſed gloriam. Veruntamen pauciſſimi numero ſunt, quos hæc cauſa ad impreſſionem faciendam impellat. Oportet enim hoc antè eſſe poſitum, de ſalute nihil laborare, niſi re confecta: quos debet quidem Dionis exiſtimatio comitari: ſed non facilè eſt eam in multis innaſci. Ille enim cum parua manu aduerſus Dionyſium ſe contulit, cum hoc animo ſe eſſe diceret, ut quoquo progredi poſſet, eatenus actionem ſuſceptã perducere ſatis haberet: uerbi gratia, ſi ſtatim ut terram illam leuiter attigiſſet, ſibi aliquo caſu moriẽdum eſſet, hanc mortem, ut honeſtam & præclarã, ſe æquo animo laturum. Interit autem tyrannus uno quidem modo, ut & unaquæq; aliarum reſp. formarum, extrinſecus & a cauſis externis, ſi ſit aliqua aduerſaria reſpub. adminiſtrandæ forma potentior. uoluntatem enim præſto futuram perſpicuum eſt, propterea quia conſilia inter ſe contraria ſunt. Quæ autem uolunt, cùm etiam poſſunt, ea agunt omnes. Contrariæ autem ſunt reipublicæ adminiſtrandæ formæ, democratia & tyrannis, ut figulus figulo, quemadmodum inquit Heſiodus. nam democratia extrema tyrannis eſt. Quocirca plurimas tyrannidas Lacedæmonij diſſiparunt: & Syracuſani, quo tempore ſuam remp. benè adminiſtrabant. Altero uerò modo euertitur tyrannis, ex ſeipſa, cum ij, qui eius ſunt participes, inter ſe diſcordant ac diſſident: quemadmodum Gelonis tyrannis, & nunc Dionyſij. nam Gelonis quidem tyrannis eò euerſa eſt, quod Thraſibulus Hieronis frater, Gelonis filium popularium populi ductorum more blanditijs deliniebat, & ad uoluptates incitabat, ut ipſe imperaret: cum autem neceſſarij conſpiraſſent & coiuiſſent, ut ne tyrannis funditus euerteretur, ſed ſolus Thraſibulus: nonnulli ex ijs altera ex parte coitione facta, cum quam occaſionem nacti, eos omnes exegerunt. Dionyſium autem Dion, cum eſſet ei affinitate coniunctus, comparato exercitu, et populo ſibi adiuncto, [illegible] quidẽ eiecit, ſed paulo po[illegible] interfectus [illegible].

Cum

Cùm ſint autem duæ cauſæ, ob quas maximè inſidiantur tyrannidibus, odiũ & contemptus: harũ altera non poteſt abeſſe à tyrannis, odiũ ſcilicet: ex contemptu aũt multę diſſoluuntur tyrannides. Signũ autem huius eſt: plurimi enim eorũ, qui ſibi pepererunt, principatus ſeruarũt: quibus autem relicti ſunt, ſtatim (ut ita loquar) cuncti amiſerunt. cum enim uitam traducant in corporis uoluptatibus, cõtemptui eſſe incipiunt, multasq; anſas prębent inſidiatoribus. Particulam aũt quandã odij iram eſſe ſtatuere oportet: exiſtit enim aliquo modo cauſa earundẽ actionũ. Sępe autẽ magis impellit ad agendũ, quàm odium: contentius enim ferũtur in eos, quib. inſidiatur, quia non utitur ratione motus animi. Maximè autẽ contingit excandeſcentiæ parẽre ob contumeliã: & Piſiſtrati liberorum tyrannis hanc ob cauſam fracta eſt, multæq; aliæ. Verùm magis odiũ: ira namq; ſecum habet ęgritudinẽ, quare non eſt facilè ſubducere rationem: odium autem eſt ſine ægritudine. Vt autẽ ſummatim loquar, quot cauſas eſſe diximus paucorum dominatus, meri atq; ultimi, & ſtatus multitudinis poſtremi: tot & tyrãnidis ſtatuendũ eſt eſſe. ſunt enim hi ſtatus tyrannides quædam diſſectæ. Regnum autem à rebus, quæ ueniãt extrà, minimè extinguitur. quare diuturnum eſt: ab ipſo autem plurimi interitus exiſtunt. Interit autem duobus modis. Vno quidem, cùm diſſenſerint inter ſe, qui communicant ipſo: altero autem modo more tyrannorũ adminiſtrare ipſum nitentibus, cùm in ſua poteſtate plura eſſe poſtularint, atque id aduerſante lege. Nõ conſtituũtur aũt amplius regna hac ætate, ſed cùm extiterint, principatus potius ac tyrannides ſunt: quia regnum eſt imperiũ ſponte datum, & quod maiores res in ſua manu habet. Multos autem eſſe ſimiles, & nullum pręſtantem tantùm, ut adæquetur ad magnitudinem & dignitatem imperij. Quapropter ob hoc ſponte ſua non ferunt. Si autem fallacia uſus aliquis, aut ui, poteſtatẽ conſecutus fuerit, iam uidetur hoc eſſe tyrãnis. In regnis autem per genus ponere oportet cauſam interitus præter dictas,

δύο δὲ οὐσῶν αἰτιῶν, δι' ἃς μάλιστ' ἐπιτίθενται ταῖς τυραννίσι, μίσους καὶ καταφρονήσεως· θάτερον μὲν δεῖ τούτων ὑπάρχειν τοῖς τυράννοις, τὸ μῖσος. ἐκ δὲ τοῦ καταφρονεῖσθαι πολλαὶ γίνονται τῶν καταλύσεων. σημεῖον δέ· τῶν μὲν γὰρ κτησαμένων οἱ πλεῖστοι, καὶ διεφύλαξαν τὰς ἀρχάς· οἱ δὲ παραλαβόντες, εὐθὺς, ὡς εἰπεῖν, ἀπολλύασι πάντες· ἀπολαυστικῶς γὰρ ζῶντες, εὐκαταφρόνητοί τε γίγνονται, καὶ πολλοὺς καιροὺς παραδιδόασι τοῖς ἐπιτιθεμένοις. μόριον δέ τι τοῦ μίσους καὶ τὴν ὀργὴν δεῖ τιθέναι. τρόπον γάρ τινα τῶν αὐτῶν αἰτία γίνεται πράξεων. πολλάκις δὲ καὶ πρακτικώτερον τοῦ μίσους. συντονώτερον γὰρ ἐπιτίθενται, διὰ τὸ μὴ χρῆσθαι λογισμῷ τὸ πάθος. μάλιστα δὲ συμβαίνει τοῖς θυμοῖς ἀκολουθεῖν διὰ τὴν ὕβριν· δι' ἣν αἰτίαν, ἥ τε τῶν Πεισιστρατιδῶν κατελύθη τυραννὶς, καὶ πολλαὶ τῶν ἄλλων· ἀλλὰ μᾶλλον τὸ μῖσος· ἡ μὲν γὰρ ὀργὴ μετὰ λύπης πάρεστιν. ὥστε οὐ ῥᾴδιον λογίζεσθαι· ἡ δ' ἔχθρα, ἄνευ λύπης. ὡς δ' ἐν κεφαλαίοις εἰπεῖν, ὅσας αἰτίας εἰρήκαμεν τῆς τε ὀλιγαρχίας τῆς ἀκράτου καὶ τελευταίας, καὶ τῆς δημοκρατίας τῆς ἐσχάτης, τοσαύτας καὶ τῆς τυραννίδος θετέον. καὶ γὰρ αὗται τυγχάνουσιν οὖσαι διῃρημέναι τυραννίδες. βασιλεία δ' ὑπὸ μὲν τῶν ἔξωθεν ἥκιστα φθείρεται. διὸ καὶ πολυχρόνιός ἐστιν. ἐξ αὐτῆς δ' αἱ πλεῖσται φθοραὶ συμβαίνουσι. φθείρεται δὲ κατὰ δύο τρόπους. ἕνα μὲν στασιασάντων τῶν μετεχόντων τῆς βασιλείας· ἄλλον δὲ τρόπον τυραννικώτερον πειρωμένων διοικεῖν, ὅταν εἶναι κύριοι πλειόνων ἀξιῶσι καὶ παρὰ τὸν νόμον. οὐ γίγνονται δ' ἔτι βασιλεῖαι νῦν, ἀλλ' ἄνπερ γίγνωνται, μοναρχίαι καὶ τυραννίδες μᾶλλον· διὰ τὸ τὴν βασιλείαν ἑκούσιον μὲν ἀρχὴν εἶναι, μειζόνων δὲ κυρίαν. πολλοὺς δ' εἶναι τοὺς ὁμοίους, καὶ μηδένα διαφέροντα τοσοῦτον, ὥστε ἀπαρτίζειν πρὸς τὸ μέγεθος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀρχῆς. ὥστε διὰ μὲν τοῦτο, ἑκόντες οὐχ ὑπομένουσιν· ἂν δὲ δι' ἀπάτης ἄρξῃ τις ἢ βίας, ἤδη δοκεῖ τοῦτο εἶναι τυραννίς. ἐν δὲ ταῖς κατὰ γένος βασιλείαις τιθέναι δεῖ τῆς φθορᾶς αἰτίαν πρὸς ταῖς

Cum ſint autẽ cauſæ duæ, propter quas maximè ad tyrannides tollendas aggrediuntur, odium, & contemtus: horum quidem altero digni ſunt tyranni, nimirum odio: uerumtamen ex eo, quod contemnantur, multæ naſcuntur tyrannidum euerſiones. cuius rei hoc argumentum eſt. Nam plerique ex ijs, qui imperia pepererũt, etiã retinere ac tueri potuerunt: qui uero a maioribus acceperunt, ſtatim fere omnes amiſerunt. Nam dum ſibi diuoſe ac uoluptarie uiuunt: & contemti fiunt, & multas ijs, qui adoriri uolunt, occaſiones adoriendi præbent. Odij autem particulam etiam iram ponere oportet. Nam quodammodo earundem actionum cauſa efficiens eſſe ſolet. Quin ſæpenumero etiam ad agendum maiorem uim habet, quam odium. contentius enim adoriuntur, quod perturbatio rationem in conſilium non adhibeat. Maximè autem euenit, ut homines ob contumeliam iræ pareant atque obſequantur: propter quam cauſam cum Piſiſtratidarum tyrannis diſſipata fuerit, tum multæ aliæ: ſed magis propter odium. Nam ira quidem cum dolore coniuncta eſt. Itaque non eſt facile ratiocinari ira dominante. Inimicitiæ uero doloris ſunt expertes. Atque ut in ſumma dicamus, quot cauſas eſſe diximus & oligarchiæ meræ, atque ultimæ, & democratiæ extremæ euertendæ, tot etiam tyrãnidis ſtatuendæ ſunt. Etenim hæ reip. adminiſtrandæ formæ, ſunt quædam disiunctæ & diuiduæ tyrannides. Regnum autẽ minime extrinſecus quidem interit. quocirca & diuturnum eſt. intrinſecus uero & ex ſeipſo multæ ei interitiones, multaque quaſi fata imminent. Ac duobus ſane modis interit: uno modo, ſi diſcordarint inter ſe, qui ſunt regni participes & amici regum: altero, ubi reges conantur aliquãto magis, quam par ſit, tyrannice remp. adminiſtrare: & ubi poſtulant penes ſe plurium rerum, quam fas ſit, eſſe poteſtatem, & contra legem. Non exſiſtunt porrò amplius his temporibus regna: ſed ſi forte, potentiæ ſingulares, hoc eſt monarchiæ & tyrannides potius oriuntur, quia regnum eſt imperium uoluntarium, & ſummam rerum plus nimio magnarum auctoritate ac poteſtatem obtinens: multi autem ſunt ſimiles, nullusque exoritur ita cæteris antecellens, ut imperij magnitudini & dignitati ſit par & æqualis. Itaque propter hanc cauſam homines ſponte quidem ſua regnum non perferunt. Quod ſi quis dolo, aut ui imperium adipiſcatur, hoc iam uidetur tyrannis eſſe. Regnorum autem eorum, quæ ex genere ad poſteros perueniunt, interitionis hanc etiam cauſam, præter eas,

dictas,& naſci multos, qui contemni facile poſsint,& poteſtatem tyrannicam minime tenentes,ſed regium honorem, contumelioſi ſint. Facilis enim eſt diſſolutio. non uolentibus enim extemplò non eſt rex, ſed tyrannus etiā non uolentibus. Intereunt igitur imperia unius ob has & huiuſcemodi alias cauſas.

εἰρημένας, καὶ τὸ γίνεσθαι πολλοὺς εὐκαταφρονήτους, καὶ τὸ δύναμιν μὴ κεκτημένους τυραννικὴν, ἀλλὰ βασιλικὴν τιμὴν, ὑβρίζειν. ῥᾳδία γὰρ ἐγίνετο ἡ κατάλυσις· μὴ βουλομένων γὰρ εὐθὺς οὐκ ἔσται βασιλεὺς, ἀλλ' ὁ τύραννος καὶ μὴ βουλομένων. Φθείρονται μὲν οὖν αἱ μοναρχίαι διὰ ταύτας καὶ τοιαύτας ἑτέρας αἰτίας.

quas expoſuimus, ſtatuere oportet, quòd multi exurgantur contēti, & qui, cùm opibus & copijs tyrannicis nō ſint inſtructi, ſed honore regali decorati, ciues ſuos cōtumelioſè uexent. Tum enim facilis eſt regni euerſio. Nam ſi nolint, continuò non erit rex: at tyrannus, etiam ſi nolint. Intereunt igitur monarchiæ propter has & tales alias cauſas.

COMMENTARIVS.

Reſtat autem.) Cùm diſputaſſet de cauſis interitus & ſalutis rerumpublicarum, quæ reguntur à pluribus, quod reſtabat incipit ex hoc loco diſſerere de principatu unius, traditque unde & ipſe extinguatur, & quæ res eidem ſalutem dent. Primum igitur inquit, quæ uſu ueniunt ſtatui unius, id eſt regno ac tyrannidi, dicique à ſe de ipſo debent: aſsimilia eſſe illis, quæ iam expoſuit de rebuſpublicis. Cuius ſimilitudinis ipſarum cauſam affert, regnum conformatum eſſe ad imaginem ſtatus optimorum, tyrannidem uerò conſtare ex poſtremo dominatu paucorum, & ſtatu multitudinis importuniore. Quem ortum ipſius peſsimum cum monſtraſſet, elicit inde, ut planum atque apertum, ipſam eſſe maximè detrimentoſam hominibus, qui neceſsitate ſibi impoſita parent illi, iniuſtæ admodum poteſtati, ut quæ conflata eſt ex duobus grauibus malis, continetque in ſe labes ac uitia ambarum improbatarum rerumpublicarum.

Exorſit autem.) Incipere ſtatim ab ipſo ortu diſcrepare inter ſe ambos principatus hos docet, aperitque fontes ipſorum, qui ſunt è regione poſiti. Primum autem, quomodo natum ſit regnum, docet. Inquit enim, ipſum conflatum primò fuiſſe, ut auxilio eſſet locupletibus ac claris uiris contra impetus multitudinis, nec ſineret ipſos expilari: cuius rei deſiderio flagrant plerunque populares. Adiungit etiam, deligi crearique regem ex ordine honeſtorum illorum uirorum, qui uincant cæteros uirtute meritiſque ſuis, quæ facta profecta ſint à uirtute, huc etiam præſtet eiſdem: quia ortus ſit in ea familia, quæ abundet hac laude. Tyrannus autem, addit, ſumitur è grege pauperum, plebeque aduerſus conatus illuſtrium ciuium, ne populus aliquid mali ab ipſis accipiat, de quo ipſi ſemper ſoliciti ſunt.

Apertum autem eſt.) Quod narrauit de ortu tyrannorum, uerum eſſe perſpici inquit è præteritis rebus. Si quis enim ueterē memoriam euoluerit, facile hoc cogniturum eſſe affirmat, cum bona magnaque pars tyrannorum extiterint ex iis, qui ducūt populum quò uolunt ſuis aſſentationis plenis ſententijs. defenduntque ſemper, quæ grata multitudini acceptaque eſſe intelligunt, non quæ uera & utilia ciuitati ſint. Quomodo autem tam facile imponant multitudini, declarat dicens, ipſos fidem adipiſci & auctoritatem apud ipſam, criminando notos & illuſtres uiros eius ciuitatis. odiū enim inſitum animis tenuiorum aduerſus potentiores, facit ut temerè credant omnibus, qui ipſos criminātur nec metuant, ut debebāt, inſidias. Intelligens autem, non omnes hac uia aditum ſibi comparare ad iniuſtam hanc potentiam: tangit etiam rationes alias, quibus aliqui idem obtinuerunt. Nam quos ſignificauit, tyrannos euaſiſſe illo pacto dicit, cùm iam ciuitates ampliores factæ eſſent, quæ namque prius exortæ fuere tyrannides, extiterunt (ut adiungit) è regibus, non contentis legitimo imperio, cupientibusque dominari improbius. Quod cum faciunt, nec ſeruant leges pactaque, quibus creati ſunt, è regibus tyranni euadunt.

Partim autem.) Aperit duos alios modos, quibus aliqui peruenerunt ad tyrannidem. Prior eorum eſt natus ex conſuetudine ueterum illorum Græcorum, qui in ſtatu etiam multitudinis mandabant magiſtratus maiores quibuſdam, longo temporis ſpatio ipſas obtenturis. Qui namque diu poteſtates illas ſuſtinuerant, aſſueti imperio capti dignitate ipſius, experiebantur omnia, ne ipſum deponerent, atque tyranni fiebant. Alterum eſſe dicit, qui proficiſcebatur è dominatibus paucorum, idem pene qui ſuperior, & ab eodem errore manans: ipſis enim quoque deligere mos erat quempiam, quem ducem auctoremue eſſe uellent magnorum factorum, eique poteſtatem imperiumque ampliſs. traderent. Θεωροὺς uidentur hic appellare procuratores quoſdam rerum ſacrarum, cuius etiam iuncti nominis ueteres Grammatici rationem attulerunt, tradentes, ὤραν ualere aliquando φροντίδα, curamque: alterius uerò eius partis notio aperta eſt. Θεωροὶ quoque non ſolum ſpectatores uocabantur, ſed etiam qui ad rem diuinam faciendam aliquò mittebantur. Quo ſenſu cepit Athenis Stratocles, aſſentatorum maximus, auctor flagitioſæ illius ſententiæ, qua decreuit, ut legati, qui mitterentur ad Demetrium Poliorcetem, poſt recuperatas Athenienſibus ſuas leges ac rempublicam, quam amabant, non appellari debere uſitato nomine πρέσβεις, ſed θεωροί: tanquam ad Deum, non mortalem hominem mitterentur.

Omnibus enim.) Cùm duas uias monſtraſſet occupandæ tyrannidis, addit nunc, qui fecerunt iter per utramlibet earum, nullo negotio potuiſſe rem conficere, ſi modò cupidi fuiſſent: facultas enim ipſis iam aderat, uireſque, quibus iniuſtus hic locus parator ab iis, qui in hanc uoluntatem incubuerint. Quia autem non eiuſdem generis erat poteſtas illa, etſi ambabus ipſis conueniebat in facilitate ad exitum perducēdi prauum illud conſilium, exponit ipſas. Priorem autem eorum, qui prius legibus reges creati eſſent: poſteriorem uerò eorum, qui magnos gradus honoris opeſque nacti forent ſiue à multitudine, ſiue à dominantibus inuitè in ciuitate. Commemorat primùm, eos qui impulſuerunt libertati ope regni antea conceſsi. Exemplis enim confirmare uoluit, quod dixerat: nomen tamen unius tantùm ponit, qui Argis ex rege tyrannus euaſit. Phidonem enim uocatum ipſum tradit, adiungitque alios eodem pacto patefeciſſe ſibi aditum ad tyrannidem. Cum uerò in Ionia multi extiterint tyrāni, illos omnes inquit occaſionē habuiſſe inuadendæ tyrannidis magnos honores magiſtratuſque, quos à ciuibus, ornare ipſos uolentibus, conſecuti erant. Illis autem addit Phalarin, qui Agrigenti auxilio amplæ poteſtatis, quam ciues ei petenti dederant, eripuit ipſis libertatem: & Panætium, qui Leontinorum tyrannus fuit & Cypſelum, qui Corinthi: & Piſiſtratum, qui Athenis & Dionyſium, qui Syracuſis. & alios non paucos, qui eodem pacto legibus impoſuerunt, cùm ualerent gratia apud multitudinem, quam dicendo aſſentandoque adepti fuerant. multitudo autem ſtultè ipſis credebat, ac fideles ſui defenſores arbitrabatur. Multo infrà in hoc libro tyrannidis Cypſelidarum meminit Ariſtoteles: quo itidem in loco ſignificat, Cypſelum fuiſſe aſſentatorem multitudinis. Sed etiam M. Cicero in libro de Fato idem quoque in Bruto ſignificat, fuiſſe opinionem de Piſiſtrato, quòd multum ualuerit dicendo. id quod hic oſtendit auctor. nam ponit ipſum in demagogis, qui oratores profectò erant, ut tempora illa ferebant.

Quemadmodum igitur.) Confirmat ratione, quod non multo ſuprà dixerat: dein idem exemplis illuſtrat. uerba, quibus nunc oſtendit, quod probare uolt, illa ipſa ſunt, quibus antea uſus fuerat, tùm primùm id poſuit: aiti quòd προστάτου, hic τύραννον inquit. ualet autem, regnum conſtitutum eſſe imitatione ſtatus optimorum. Hoc igitur comprobans, inquit: Manat enim conformatumque eſt ea dignitate, quæ proficiſcatur à ſua illius propriaque uirtute, uel familiæ florentis talibus uiris, id eſt, conſilio ac probitate præditis. Vel inquit, ſpectantur ita, & honore hoc comparantur magna ipſius merita & beneficia, quæ contulit in eam gentem ille, cui regnum defertur. Extremum ponit eorum, quæ aliquem perducunt ad hunc honorem, cùm iam expoſitis rebus, adiunctæ ſunt opes ac facultates ualde iuuandi. neque enim tantùm honore afficiuntur, qui iam bonum aliquod magnum ſalutemque dederunt: ſed etiam qui poteſtatem habent id præſtandi. quod ipſe etiam ait, cauſas afferens eorum quæ dixit, his uerbis: Cuncti enim qui magno aliquo beneficio affecerunt ciuitates aliquas aut gentes, uel facultatem habens in eaſdem beneficia ampla conferendi, adepti ſunt hunc honorem. Adiungit autem cuiuſmodi fuerint beneficia hæc, & qua occaſione in eos collata. Siue enim, inquit, in bel

cùm

ſim non fuerint eos ſubigi opprimique ab hoſtibus, quibus ſine eorum uirtute non reſtitiſſent: quod præſtitit Codrus Athenienſibus. Siue, cùm iam iugum acerbum ſuſtinerent, liberauerint ipſos: quod fecit Cyrus qui Perſas ſuos ſeruire Medis paſſus non eſt. Siue addit, urbes condiderunt, uel ſedem nouam parauerunt. Quod beneficium ingens, dediſſe affirmat non hunc aut illum mortalem, ſed communiter reges Lacedæmoniorum, & Macedonum, & Moloſſorum: ob quæ præclara facta illi qui priuati prius erant, fortes tamen & magna uirtute præditi, regium locum acceperunt. Quomodo Codrus, rex Athenarum, à ciuibus ſuis ultimum graue malum depulerit, cauſaque fuerit, ne urbs ab hoſtibus caperetur: expoſuit diligenter Lycurgus contra Leocratem. ille inquam Lycurgus, quem M. Cicero accuſationes factitaſſe ait. mori namque uoluit pro libertate & ſalute ſuorum. Callido autem conſilio in hoc uſus eſt. coegit enim, neſcientes qui foret Peloponneſi populos, qui impetum fecerant in agrum Atticum, ſe necare: cùm oraculum ipſis ab Apolline editum eſſet, ſuccenſum omnino, ut ipſi Athenas expugnarent, ſi cauiſſent ne regem urbis interficerent.

Requiritur autem)Quod ſit officium regis declarat, & cui rei efficiendæ magno conſenſu contrariarum partium ciuitatis delectus ſit. Inquit igitur, requiri ab ipſo, ut ſit cuſtos & quaſi præſidium quoddam, ne locupletes diripiantur à multitudine, ullamque unquam ab ipſis iniuriam accipiant in fortunis ſuis ſimulque, ne tenues homines contumelia afficiantur à diuitibus, qui ſolent eſſe in illos iniurioſi: & niſi exſtat qui improbitatem eorum coerceat, ludibrio ipſos habeant. Statim autem, contrariæ muneri regum, oſtendit, quæ ſint cogitationes factaque tyrannorum quod etſi ſæpè ab ipſo traditum eſt, repetit tamen apto ualde loco. Quæcunque igitur tyrannus facit, ob ſuas aliquas utilitates emolumentaque ipſum facere teſtatur, nec quicquam aliud curare. Finem namque propoſitumque eſſe tyranni inquit, uoluptatem, & quidquid in uita iucundum eſſe poteſt: regis autem contra honeſtum, qui ſtudio ſuo commune bonum ſequatur, nec ſinit aliquid incommodi maioris neſci in ciuitate. quod cum facit rex, dignitati ſeruit: qui uerò quæ iucunda corpori ſunt, & animo deprauato procurat, ſeruus eſt uoluptatis, & ad eam cogitationes omnes ſuas directas habet. Quòd regem cuſtodem appellauit, notus eſt locus ille M. Ciceronis, qui de rege tyranno eodem pacto ſenſit in epiſtola illa, prudentiæ & optimorum præceptorum plena, ad Q. fratrem. Cum urbi cuſtodem, non tyrannum: domus hoſpitem, non expilatorem recepiſſe uideatur.

Quapropter rerum)Huc quaſi corollarium eſt, quod ducitur è propinqua ſententia, qua dixit ſectari toto animo tyrannum uoluptatem regem uerò honeſtatem. Cum igitur hoc ita ſe habeat, dubitandum non eſt, cur ſtudeat tyrannus præſtare cæteris copia patrimonij, incumbatque totus in hanc curam: quæ autem referuntur ad honores, magis expleant deſideria regum. Pecunia enim parantur corporis uoluptates: honeſtis autem facit dignitas ac gloria. Addit etiam, quod ualde diſtinguit ipſos, regum cuſtodes ciues eſſe. Illi enim intelligũt, ſalutem ſuam caram tyrannorum uerò peregrinos, quibus utuntur ſpeculatoribus, mercede cõductis. Cicero igitur pro M. Marcello cum C. Cæſari inſidias metuenti, pollicitus eſt excubias & cuſtodias ciuium Romanorum: locutus eſt de ipſo, ut de iuſto principe reipublicæ, & quaſi rege. Aſſentatus enim ipſi eſt his uerbis, ut reliqua omni [illegible] tatione fecit cum uerò obiicit M. Antonio, ipſum homines omnium gentium maximè barbaros Ityraeos cum ſagittis deducere in forum, declarauit eum tyrannum eſſe.

Tyrannidem autem.)Conſtituit nunc, quod iam dixerat, conflatam eſſe tyrannidem è ſtatu multitudinis, & è dominatu paucorum, continereque in ſe ea uitia, quæ propria ipſorum ſunt. Explicat igitur totum, hoc primumque aperit, quæ mala iniuſtaque facta tyrannis ducat ex iniuſta potẽtia paucorum. Primum uerò eorum eſt, quòd finem inquit, ipſam habere diuitias. Confidit enim ita manſuram eſſe cuſtodiam ſui corporis: neque enim aliter externi milites tyrannũ defenderent, niſi ſoluta ipſis mercede. Præterea non poſſet molliter ac delicatè uiuere tyrannus ſine magna ui auri. Alterum eſt, quòd non confidit quicquam multitudini. oſtendit etiam, ab hoc populi (quo premitur) metu naſci, quòd eripiunt arma multitudini omniumque habere initium hanc inde affirmat. metuunt enim impetus illius, cui ſe odio eſſe intelligunt. Adiungit autem alia nonnulla, quæ cõmunia utriuſque iniuſti ſtatus ſunt: id eſt, ſolere & diuites qui dominantur in ciuitate, & tyrannum plebem affligere, nec non ex oppido eijcere atque exturbare, ſedibuſque ſuis ipſam depellere. hoc enim ualet *διοικίζειν*: quo uerbo etiam uſus eſt Demoſthenes in oratione *περὶ ἀτελείας*.

E ſtatu autem.)Exponit, quæ mala ducat tyrannis ex altero illo ſtatu, ex quo concretam ipſam dixit, id eſt è ſtatu multitudinis: traditque inde eam trexiſſe, quòd ſempiternum bellum gerit cum claris & illuſtribus ciuibus, & interimit illos clàm & palàm. cum enim poteſt tyrannus occulte ipſos tollere, libenter id molitur, ne in maius odium incurrat: cum uerò non procedunt inſidiæ, apertè id facit, intelligentibus omnibus. Aliquando etiam tyrãnidem addit eoſdem in exilium agere. Cuius tam ſæui animi in ciues cauſam affert, quòd putat tyrannus inſignes uiros æmulos eſſe & riuales ſuæ potentiæ, quare ſtudet eos ab ea pellere: nec non quia arbitratur omnibus in rebus ſibi ipſos impedimento futuros. Quod etiam explicat, dicens ſolere ab hoc potiſſimum hominum genere creari pericula & inſidias iniuſtis illis regibus: quas etiam inſidias duplicem ortum habere docet. Partim enim inſidiantur tyrannis, potiri poteſtate illa uolentes: partim autem ſeruitutis iugum ferre recuſantes. unde natum fuiſſe, inquit, conſilium, quod Periãder Thraſybulo dedit de eminentioribus ſpicis in ſegete deprimendis: quaſi oporteret, ſi poteſtatem illam tueri uellet, maiores dignitatis ciues extinguere. De callido hoc conſilio in III. horum librorum auctorem egiſſe recordari debemus. Non omiſit etiam hoc Theſeus apud Euripidem in ſupplicib. fœminis, cùm accuſaret tyrannidem dicit enim, nullo pacto amplius fieri poſſe firmam ſtabilemque ciuitatem illam, è qua aliquis ſuſtulerit ſpiritus grandiores adoleſcentesque inde decerpſerit, tanquam è uerna ſegete ſpicas. Hæc igitur tragicus ille, ſed elegantioribus uerbis: qui etiam, quod fecit hic noſter dux, conſilium totum illorum aperuit de necandis prudentibus fortibuſque uiris ob metum ſuæ iniuſtæ poteſtatis. Nota omnibus eſt uox C. Salluſtij, idem tradentis. Affirmauit enim, regibus bonos quam malos ſuſpectiores eſſe. animaduertendum tamen, more Romano ipſum loqui, qui pleruNque Reges uocabant iniuſtos principes ac tyrannos.

Quemadmodum igitur.)Quod prius etiam ſe admonuiſſe teſtatur, adiungit nunc quoque, diligentius diſſerens de imperio unius, eadem eſſe initia exiſtimare nos debere mutationum horum imperiorum, quæ declarata ſunt eſſe interitus rerumpublicarum: ut enim modo ſignificatum eſt, ſingulorum hominum ſtatus conflati ſunt ex illis. quare, quæ deprauant euertuntque eas reſpublicas, deprauant etiam hos, profectos inde, iunctoſq; ex ipſis. Reperit autem initia illa & cauſas in eo, quod nunc præcepit, conſiderandum. inquit enim nonnullos multos, in poteſtate ipſorum poſitos, ad inſidiandum imperijs ſingulorum, quia ſe ab illis iniuſte tractatos arbitrantur alios autẽ, quia metuunt, ne quid maioris mali ſibi inde impendat nonnullos uerò, quia contemnunt eos nec dignos putant, quibus ipſi pareant. Cum autem dixerit quoſdam ab iniuria accepta excitari: adiungit, ex omni genere iniuriarum potiſſimum commouere animos contumeliam, quam liberi homines ferre non poſſunt: aliquando tamen euſdem irritari, quia ſpoliatos ſe dolent ſuis bonis.

Sunt autem.)Vt initia modò monſtrauit eadem eſſe mutationum monarchiarum, quæ prius declarata fuerant, eſſe perdendarum rerumpublicarum: ita nunc docet, fines eoſdem eſſe, ut aliqui impellantur iiſdem rebus ad inſidiandum tyrannis, eorumque poteſtatem frangendam, quibus commoueri eos docuit ad uariandas labefactandaſque reſpublicas. Significat igitur amplitudinem bonorum, quibus abundant, qui ſoli imperium in gentem aliquem habẽt, excitare ipſos: in primis autem diuitias & honores, quarum rerum mortales cuncti deſiderio flagrent, nec poſſunt æquo animo pati ſe illis carere, quibus uident reges ac tyrannos abundare.

Inſidiarum autem.)Non omnes, qui regibus tyranniſque inſidiantur, idem propoſitum habere docet. nonnullos enim ipſorum capiti principum uirorum inſidias ſtruere dicit: alios autem principatui ac poteſtati illi amplæ, quam nacti ſunt. Cum autem in propinqua diuiſione oſtenderit, quoſdam ob contumeliam in ſe ſuoſque iactam, tyrannis inſidiari: affirmat, hos omnes uitæ illorum moliri inſidias. Cùm autem multa genera dicat eſſe contumeliæ, cuncta illa commouere animum affirmat, cauſaſque eſſe ut iraſcamur: iratos autem aliquibus fermè omnes in eos ferri, experirique cuncta, ut ulciſcãtur iniuriam acceptam, multis exemplis cognoſci poſſe: & non ſtudere, ut conditionem ſuam augeant, ipſique florentem ſtatum illis ereptum poſſideant.

P Veluti

Velut inſidia. Conſtituit, quod modò tradidit, exemplis multis. Primùm eorum eſt, quòd commemorat impetum factum ab Harmodio & Ariſtogitone in Piſiſtrati liberos hanc ob cauſam. Sororem enim Harmodij contumelia uexarunt, eodemq; facto ſe paruì ducere Harmodium declararunt. quare Harmodius conſpirauit in ipſos ob iniuriam ſororis: Ariſtogiton autem ob læſam dignitatem Harmodij, quem amabat, deliciæ namque Ariſtogitonis erat puer Harmodius. Ludibrium illatum ipſius ſorori huiuſcemodi fuit, cùm enim ſignificatum ei fuiſſet, ut in pompam ueniret, portatura ſacrum canistrum, appellatum ab Athenienſibus canum (unde uirgines, quæ fungebantur hoc munere, canephoræ uocabantur) repudiauit ipſam Hippias, negans uocatam, addeoſque uiſam me dignam eſſe hoc honore. quod fecit, ut fratri eius dolorem inureret, qui ſpreuerat preces ipſius, nec amori potentis uiri ſeruire uoluerat. totam rem diligenter narrat Thucydides in vj. libro ſuę hiſtorię. Plato in ſermone, cuius index eſt Hipparchus, dicit politiorea uiros aliter hanc rem exponere ſolitos: qui tamen non inficiarentur ipſum ab Harmodio & Ariſtogitone interfectum, ueràm attamen aliam cauſam tantæ iræ in Hipparchum extitiſſe. nullo igitur modo hi uolebant furorem Harmodij, explosam è munere ferendi ludicrii illa cana, cauſam fuiſſe interitus tyranni: ſed aliud quiddem ualde huic documento, & ipſum confirmando accommodatum.

Inſidiæ autem.) Inſidias factas commemorat Periandro, Ambraciotarum tyranno, ob contumeliæ plenam uocem, iactam ab ipſo in puerum, quem amabat. hoc enim formoſos pueros Græcos ſolitos appellare [illegible], notum eſt, quos Latini uocabant delicias & amores. Cùm enim in conuiuio cum eo foret, quæſiuit ex ipſo, an prægnans adhuc ex ſe factus eſſet. Non aperit autem noſter, ſoluiſſe ille tunc iram ſeſe in impurum tuum & contumaciem amatorem: an alio tempore, adhibitis ſocijs, quibus conuicium illud diſplicuerit, creauerit ipſi periculum uitæ. numero certè multitudinis legitur in omnibus libris, [illegible]. In eodem autem de amore libello idem commemorat Plutarchus de importuna illa & odioſa uoce Periandri. adiungit autem, puerum ira commotum ipſum interfeciſſe.

Philippi autem.) Tertium hoc exemplum eſt inſidiarum factarum, & necis demum illatæ Philippo Macedoni, patri Alexandri, à Pauſania, nulla alia de cauſa, niſi quia ignominiam [illegible] ſuum ab Attalo effectum ultus non eſt, nec dolori ipſius ullam in partem ſatisfecit: cum tamen & Olympias uxor & Alexander filius factum illud magnopere improbarint, & cauſam iram ſiue ſtimulos admouiſſe Pauſaniæ ad iniuriam tam ulciſcendam: putâtes ipſum iram ſuam effuſurum in auctorem iniuriæ, non in eum, qui non animaduerterit in ipſum. Quantam autem uim habeat indignatio in pectoribus fortium adoleſcentũ, hinc perſpicitur: quòd Pauſanias non timuit manus afferre clariſſimo regi, in medio occurſu ciuium, & qui paucis antea diebus maximo prælio penè uniuerſam Græciam debellarat.

Et Amyntæ.) Amyntæ quoque poſitas inſidias à Derda eandem originem habuiſſe dicit. ut diſtingueret autem ab alijs Amyntam hunc, (nam Philippi quoque pater ita uocabatur) cognomen ipſius addidit: micron enim quaſi paruum eum uocatum dicit. hic igitur de flore ætatis Derdæ, e ſe decerpto, ſe contumelioſè iactauerat quam ignominiam (magis enim uoce illa tempora exiſtimationem ſuam læſam, quàm turpi facto putauit) cum pati Derdas non poſſet, ſtruxit Amyntæ inſidias: quod enim hic inquit é, ut ſuprà quoque intelligere debemus [illegible]: initio enim huius præceptionis tuquit [illegible].

Et eunuchi.) Quintum exemplum hoc eſt inſidiarum, profectarum à contumelia. Eſt ſanè locus hic ambiguus, atque id non una de cauſa: in primis autem, quia res ipſa factumque non bene cognitum eſt. Si manſiſſet in ſuperiore locutione, idem inquit, [illegible] accipere oporteret, inſidias factas fuiſſe eunucho, ita enim ſuprà locutus eſt, dicens, [illegible]. hinc namq; inſidijs appetitum [illegible], quod ſequitur, repugnat. neque enim ſcriptum eſt, [illegible] ſed dandi caſu. quare uidetur oſtendere, inſidiatorem fuiſſe eunuchum, qui interfecerit Euagoram: quia Euagoræ filius uxorem ipſi abripuerit: in quo etiam ſenſu hoc ualde moleſtum eſt. Quomodo enim hoc facere eunuchus potuit? ut utar uerbis Terentianis, uxoremque demum ducere. Eadem difficultas hic manet, ſi intelligeremus, Euagoræ uxorem raptam fuiſſe ab eunuchi filio. quomodo enim hoc habitu corporis liberos procreare potuit? Euagoram hunc [illegible] ſtudio laudatum ab Iſocrate, e uitáque ea inſula eunuchum eius tyrannum, traditum eſt. neque tamen illic quicquam narratum, quod penitus pellat tenebras ex hoc loco.

Multa autem inſidiæ.)Multas inſidias dicit factas regibus ac tyrannis, quia illi maculas fœdes inuſſerunt exiſtimationi quorundam, quæ in corpus eorum perſonáque caderent. Primùm autem ponit, quæ à libidine nefariaque Venere oritur: deinde quæ à uerberibus ac plagis. Liberi enim homines hanc etiam iniuriam non ferunt, dignitatemq; ſibi ademptam, quibus hoc contigit, ereptam putant. [illegible] nomen hic agendi habet, niſi aliquid mendi ſubeſt. putare tamen poſſet aliquis, ut frequens uſitataque nobis ipſi ſeruantur, deſiderari præpoſitionem [illegible], quæ ante [illegible] ab auctore poſita foret: cuius tamen ueſtigium nullum apparet in calamo exaratis libris, aut in uetere tralatione.

Quemadmodum Cratei.) Primum hoc exemplum eſt inſidiarum profectarum ab aliquibus, qui pati non poſſunt ſe ludibrio habitos in explenda fortunatorum hominum libidine. narrat enim, Crateum Archelao regi Macedonum, hanc ob cauſam inſidiatum fuiſſe: nunquam enim non ſtomachabatur, cùm uocabatur ad ſtuprum perpetiendum, reſtabatque ſemper in animo ipſius memoria illius turpitudinis. Refellit autem diligenter auctor opiniones quorundam, qui falſo putabant aliam originem habuiſſe impetum eius in Archelaum: docetque, alteram illam anſam quandam prætextumque fuiſſe, non ueram cauſam, quæ tamen puſilla leuiſque res in exulcerato prius animo, totq; flagitijs (à quibus natura abhorrebat) probus & generoſus adoleſcens, commoto, eam uim habuit, ut non differret amplius effundere in eum iram ueterem. Anſa autem fuit, ut commemorat Ariſtoteles, quòd fidem fefellit, pollicitus ei alteram filiarum (duas enim habebat) in uxorem dare, neque id præſtitit, ut conſuleret regno ſuo. impeditus enim ſuit periculoſo bello, ne maiorem cum eo in matrimonium collocaret: minorem uerò ita bi[illegible] ſibi animum potentis ualde Macedonis, quem, ne ſibi aduerſaretur, timebat. In extremo auctor, quod ſuprà dixerat, confirmans, inquit [illegible] cauſam fuiſſe odij, & alienati ab eo animi: quòd grauiter ferebat ſe cogi uoluptati illius turpiter ſeruire [illegible] autem ſolitos Græcos uocare, nomine minuentes culpam huiuſcemodi omnis facti, cùm morem gerebat uirgo aut puer amatori ſuo, notum eſt de cuius notione uocis diſputauit etiam ſubtiliter Plutarchus in libro, ab amore, quem ille ornet, [illegible] uocato in quo etiam commemorat idem, quod noſter de nece Archelai allata ipſi à Cratea, quem puerum amaret. Diodorus tamen magis adhuc diſcrepat ab eo, quod tradit Ariſtoteles: narrat enim in XIII. libro ſuarum hiſtoriarum, Archelaum ſanè interfectum fuiſſe à Cratea, ſed inuito & omne aliud cogitante: id eſt, in uenatu, cùm telo ferira feram [illegible]let.

Secundum autem.) Alterum hoc exemplum eſt inſidiarum, quæ ortum eundem habuerunt. narrat igitur, Hellanocratem Lariſſæum ſocium [illegible] addidiſſe, ut ſuſpicari licet. Crateæ inſidianti Archelao, eandem ob cauſam, id eſt, ob contumeliam, quam tamen exponit. Cùm enim flore ætatis illius Archelaus abuſus eſſet, pollicitusque eo tempore foret, ſe in patriam eum reſtituturum (exſulabat Lariſſa) non operam dedit poſtea, ut ille rediret. Exiſtimauit igitur Hellanocrates conſuetudinem illam ueterem ſtupri, profectam à contumelia, non ab amore, quo flagraret. Vt enim cupiditati illi, ſi qua in eo lapſa eſt, ignoſcere homines conſueuerant: ita contumeliam non ferunt. & ſanè ita quoque ſe purgauit apud Terentium Thaidi Chærea, quòd uirginem ciuem domi ipſius uiolaſſet.

Pythonis autem.)Tertium exemplum hoc eſt inſidiarum, ortum ducentium ab eadem cauſa: non tamen apparet, quomodo hi duo fratres, iniuriam patri ſuo illatam ulciſcentes, impulſi ſunt hoc facere à contumelia: niſi ſuperioris generis iniuriam uterer, quæ patrem ipſorum affecerat, addidit hi probi adoleſcentibus, & è Platonis diſciplina profecti, unde illi excitati ſint ad patrem ulciſcendum. nam Cotys hic, rex Thraciæ, primis temporibus ſui principatus fertur fuiſſe mollis, totuſque deditus corporis uoluptatibus: qui tamẽ poſtea, cum uſque ualde ſecundos ſuis in reb. habuiſſet (regnauit autem ſpatio XX[illegible] annorum) ſæuus, uel immanis potius euaſit. Meminit coniurationis in eum & cædis Demoſthenes contra Ariſtocratem pluribus locis, in quibus ſemper [illegible] eorum alter (non [illegible], ut antea hic legebatur) appellatus eſt. quare putaui hoc uerum ipſius nomen fuiſſe: cuius opinionis etiam eſt Fabius Benuolentius, uir doctus & multarum uerſatus in hiſtoria qui, cum de hac re amicè ad me ſcriberet, ſignificauit mihi, & Plutarchum in libro aduerſus Colotem Epicureum, & Laertium in uita Platonis, Pythonem & Heraclidem duobus fratres nominare. Harpocration in Lexico, qui memoriæ prodidit, & ſceleratum & crudelem admodum Cotyn fuiſſe: iudicat ſane, Demoſthenem in ea oratione mentionem ipſius feciſſe, ſed de nece & interfectoribus nihil tetigit.

Adamas autem.) Adiungit ſuperioribus hoc exemplis coniurationum natarum è contumelia & contumelia, quæ declarata ſit in explenda turpiter libidine, hoc etiam Adamantis: qui tamen non inſidiatus eſt uitæ Cotys, ſed deſciuit ab illo: quia, cùm puer

puer adhuc foret, effecit ut eo fuerat (ut credi debet) quo diutius frueretur flore corporis illius. Quòd ſi odium in illum natum eſſet à corpore alia de cauſa mutilato, nõ accommodatũ exemplũ ei, quod auctor uoluit, monſtrando fuiſſet: proinde adiungi inferioribus debuiſſet, quib. exponuntur inſidiæ profectæ è corpore ignominioſè male mulctato uerberibuſq; cæſo.

Multis autem.) Reſpondet hic locus ſuperiori, quo dixit multas inſidias factas opulentis uiris ab his, quorum corpore abuſi fuerant ad libidinem. Illi namque poſtea uncti ncalunnem aliquem, declararunt quàm odioſa ipſis pueris fuiſſet ea turpitudo: nunc autem adiungit, extitiſſe alios itidem multos, qui ſe alio pacto corpore uiolatos iniquo animo ferentes, ignominiam illam cæde ipſorum ulti ſunt, aut ſaltem uitam & regnum eiſdem eripere ſtuduere. hi igitur, quos nunc intelligit, plagis ſibi impoſitis læſi fuêre, uerberibuſque cæſi contra dignitatem. Quare, exiſtimantes illam ignominiam eſſe, omnia experti ſunt, ut maculam ſibi inuſtam delerent: nec tantum dicit inuentos, qui ea de cauſa in priuatos homines impetum fecerent, uerum etiam in principes uiros, & imperium habentes.

Vt Mitylenæ.) Confirmat exemplis id, quod dixit. Tribus autem utitur: quorum primum eſt, quòd narrat, Mitylenæ Megaclen quendam, priuatum hominem, adhibitis ſocijs coniurationis illius ſodalibus ſuis, interfeciſſe Penthalidas, principes ciuitatis, & qui illic dominabantur. fratres autem uidentur fuiſſe, qui morem haberent uagari per orbem, & baculis cædere, in quos incidiſſent, paſſim honeſtos uiros. hic igitur manu amicorum facta, ultus eſt petulantiam eorum. κορύνη genus erat clauæ, quo genere armorum qui uterentur, κορυνηφόροι uocabantur.

Et poſtea.) Addit factũ Megaclis, inferioribus temporibus Smerden interfeciſſe Penthilum dynaſten, cùm ab eo uerberibus cæſus eſſet, cui grauis in ipſum iniuriæ improbitatem uxoris eiuſdem additam fuiſſe narrat: quæ ſe eum de pedibus ipſius traxit, et que ſic quoque ſatisfacere iræ ſuæ ac furori uoluit. nam, quin hoc ualeat ἐξελκυσθῆναι, dubitare non poſſumus: ipſe enim hoc ipſo uerbo eodem pacto uſus eſt in VII. libro de Moribus ad Nicomachum.

Coniurationis autem.) Tertium hoc ultimumque exemplum eſt eorum, qui conſpirarunt in opulentos uiros, ob uerbera ab ipſis accepta. Commemorat enim, Decamnichum ducem auctoremq; fuiſſe inſidiarum, poſitarum Archelao Macedoni: cum primus ipſe commouerit alios, irritaueritque in eum. Cauſam uerò fuiſſe, exponit tantæ iræ in regem ſuum: quia ipſum Archelaus uerberandum dederat Euripidi poetæ, ut ille expleret animum ſuũ. Succenſebat enim Decamnicho Euripides, quia dixerat quiddam (quod ei magnopere doleret) in fœtorem illius oris. quantum autem ualuerit gratia Euripides apud eum regem, multis teſtimonijs ueterum ſcriptorum exploratum eſt. Significat autem Ariſtoteles, ſuperſedere ſe alijs multis exemplis, quibus facile uti potuiſſet ad eandem rem comprobandam: cùm plurimi extiterint, qui uerberati à principibus, ipſos aut necauerint, aut id efficere toto pectore contenderint.

Similiter & propter.) Adiungit explicatis exemplis inſidiarum, illas, quæ naſcuntur à metu. Metus enim impellit aliquando aliquos ut præueniant, ſeipſoſque tueri defendant cæde eorum, à quibus malum expectant: reddit enim timor hic & deſperatio ſuæ ſalutis eos audentiores. Cùm uerò iam oſtendiſſet inueniri nonnullos, qui hac de cauſa inſidiarentur rebuſpublicis, ipſaſque commutarent aut extinguerent: inquit, eandem cauſam eſſe, ut ſtatibus ſingulorum aliqui inſidias faciant. Exemplo confirmare hoc uolens, narrat Artapanem Xerxen ſuſtuliſſe, timentem criminationem: neque enim ullam alij cauſam habebat in illum. Quidam enim inſimulauerat ipſum apud eum regem, quòd Darium laqueo interemiſſet, non mandante id Xerxe ipſo, ſperaſſetque eum ſibi ueniam daturum: oblitum, mandaſſet necne, an non, quia de ea re ſermo fuerat inter pocula. Demoſthenes quoque in prima (ut nunc ipſa appellatur) Philippica, cùm oſtenderet res ſecundas eius regis non eſſe ita firmas ſtabileſque, ut multi falſo putabant: in alijs, quæ dixit labefactare ipſas poſſe, poſuit etiam hoc, quòd non paucos haberet, qui ipſum metuerent, & alios quoſpiam, qui odio proſequerentur: nec deeſſe etiam, qui eidem inuiderent, è numero quoque eorum, qui exiſtimarentur diligere hominem.

Ha autem.) Nonnullas inſidias fieri docet ob contemptum: quia uita eorum regum & ſtudia meritò deſpiciantur. Exemplum primò ponit Sardanapali regis Aſſyriorum, quem cùm quidã ſpectaſſet in coetu feminarum miniſteria, propria illarum obeuntem: deſpiciens tam tenerum molleṁque hominem, inſidiatus eſt ipſi. Non omnino autem exploratum habens, an hoc quod memoriæ proditum de Sardanapalo eſt, uerum fuerit: dubitari non poſſe inquit, quin hæc contemptio in alijs quibuſdam origo extiterit inſidiarum in ipſos: addit que ueteri illi atque incerto, exemplum recens atque ſpectatum Dionyſij poſterioris. nulla enim alia de cauſa tradit, Dionem decere firmam illam & ſolidam tyrannidem auſum, niſi quia contemneret tyrannum: uideretque Syracuſanos etiam eundem deſpicere. quare putauit ſibi ipſos auxilio futuros: quemadmodum ſanè lectum eſt, ad eam delendam, & tantam poteſtatem delicato ac luxurioſo uiro eripiendam. Nam quòd addit, Dionyſiũ ipſum ſemper ebrium eſſe ſolitum: cõmemorauit hoc etiã Plutarchus in uita Dionis, affirmãs eũ ſpatio quadraginta dierũ potaſſe.

Et amicorum.) Addit nonnullos etiam familiares principum regum ipſorum inſidiari ob contemptum, & non ſolùm alienos hac de cauſa ipſis inſidiari, qui tamen non mollitiam & ignauiam illorum deſpiciunt: ſed alio pacto contemnunt, id eſt eos non metuunt, freti conſuetudine & familiaritate ipſorum, ſperantesque inſidias ſuas clàm futuras: quia uident eos omnibus in rebus ſibi fidem habere, nec quicquam mali à ſe expectare.

Et qui putant.) Poſſe etiam coniungi cum his oſtendit eos, qui ſtruunt inſidias principibus uiris, confiſi opibus ſuis, ſperantesque ſe poſſe non magno negotio potiri principatum: & ipſos enim quoque aliquo modo contemnere affirmat. cùm enim ſe uideant poteſtatem ac uires magnas habere, parui æſtimant periculum, quod neceſſariò ſubeunt, qui inuadunt in principatus. Huius generis inſidiatores, inquit, eſſe duces exercituum, ipſorum fidei commiſſorum à regibus: quam fidem fallunt ob cupiditatem dominationis, cui ſeruiunt, adipiſcendi. Vt autem certum aliquem eorum mõſtraret, appellauit Cyrum Perſen, qui Aſtyagi Medo regnum eripuit. ille namque non ſolùm uires & poteſtatem regis contempſit, uerum etiam uitam & inſtituta: ſciebat enim copias illius otio nimio languere, & ipſum molliter delicatèque uiuere. totam rem accuratè narrat Herodotus in primo libro hiſtoriarum. In illis etiam poni debere inquit Seuthen Thracem, qui ſtruxit inſidias Amadoco regi ſuo, uſus copijs illis, quarum ducem eum delegerat Amadocus. Xenophon in IIII. libro rerum Græcarũ literis hoc mandauit. Militares copias ſocordia & incuria Imperatoris corruptas, poſuit nobis ante oculos eximiè Tacitus. ita enim de Vitellij cohortibus locutus eſt: Sed miles, plenis caſtris, & redundante multitudine, in porticibus aut delubris & urbe tota uagus, non principia noſcere, non ſeruare uigilias, neque labore firmari: per illecebras urbis (& inhoneſta dictu) corpus otio, animum libidinibus imminuebat.

Hi uero ob.) Adiungit, inueniri quoſdam, qui excitarentur ad inſidiandum principibus uiris, non uno quopiam horum ſtimulorum, ſed pluribus. exempli cauſa, & propter contemptum, & propter lucrum atque emolumentum, propoſitum ipſis, ſi effecerint, quod cupiunt. huius generis inſidiarum, quæ ſcilicet geminum fontem habeant, fuiſſe dicit inſidias illas, quas fecit Mithridates Ariobarzani.

Maxime autem.) An intelligit, cùm unitatis numero utatur, ſuperiorem proximam, iunctam è duab temperatamq; cauſam: ſiue alteram illarum tantùm, quæ componunt ipſam. Inquit igitur, adoriri armis opulentos reges maximè, qui ſunt naturæ audaces: ijdemque nacti fuerint ſummum gradum honoris in bello, beneficio eorum principum. Vt autem hoc probet, ſubtiliter diſſerit: aperitq;, quid audacia ſit, quæ requiritur, ut aliquis periculoſum hoc facinus aggrediatur. Inquit igitur, fortitudinem ornatam uiribus, audaciam eſſe ac reddere homines tales: propter ambaſq; illas, id eſt fortitudinem animi & opes, impelli eos ad inſidias faciendas. ut qui ſe ſperent paruo negotio principes illos ſuperaturos, & bona eorum in ſe conuerſuros. Intelligit autem militarem fortitudinem. illa nãque cùm uſum magnum habeat bellicorum periculorum, uidens ſe inſtructam eſſe rebus ad rem gerendam accommodatis, magno animo aggreditur omne facinus.

Horum uero.) Perſpectum erat, inuentos aliquando nonnullos, qui impetum feciſſent in iniuſtos ac ſæuos principes ob gloriam ipſorum cæde adipiſcendam. uetus enim illa Græcia maximos honores tribuebat ijs, qui tyrannos interfeciſſent. Inquit igitur noſter doctor, conſilium rationemq; horum diuerſam eſſe à ſuperioribus cauſis: quia hi non impelluntur ad eã rem ob magnas illas utilitates & gradus honoris, quos poſſident tyranni, ſed tantùm ob cupiditatem honoris. Quemadmodum enim hi homines expeterent omne aliud factum, quo nomen ac dignitatem conſequerentur: ita etiam hoc ipſum, quod eius generis eſſe arbitrantur, taleque demum, ut claros ipſos & illuſtres redditurũ ſit. neque enim incenſi ſunt deſiderio principatus, ſed laudis ac gloriæ.

Vo-

Veruntamen pauci.) Paucos admodum inueniri tradit, qui boni animi ſint, obijciantque caput tanto periculo nullâ alia de cauſa, niſi ob ſitum ingentem honoris: cuius paucitatis ipſorum cauſam affert, affirmans, fundamentum eſſe ſolum illius facti oportere eſſe contemptum mortis. neque enim alter ſaluos eſſe poſſunt, niſi perfecerint, quod uolunt. lubrica autem admodum ac periculoſa hæc facta ſunt, neque tantam uim habet deſiderium honoris in pectoribus multitudinis, quantam auiditas lucri & ſummi gradus ciuitatis. Addit autem, neceſſe eſſe ut comitetur ipſis propoſitum Dionis ac ſententia, quam difficile eſſe narrat exiſtere in multis. Vnde perſpicitur, uerum profectò eſſe, quod dixit, raros admodum inueniri, qui creent hoc periculum tyrannis. Tyranni enim prorſus ſint oportet, quibus impendat hoc malum: ex nece namque regum merorumque principum infamia potius ac dedecus, quàm bonos ac gloria caperetur. Quod autem Dionis conſilium fuerit, exponit. illum enim in animo ſuo ſtatutum habuiſſe dicit, quando cum paucis militibus Dionyſio potentiſsimo tyranno bellum intulit: ſi tàtùm partem aliquam illius facti attigerit, ſatis ſibi eſſe. id eſt, ſi, cùm pedem tantùm poſuerit cum ſuis copijs in fines ipſius, ſtatim contigerit eum mori. putabat enim ſi uoluntas ipſius ſolùm cognita fuiſſet, mortem eam ſibi honeſtam & plenam dignitatis futuram. Nõ arbitror opus eſſe me quicquam hîc addere, quod pertineat ad magnitudinem animi Dionis declarandam, & exiguitatem copiarum illius, cùm primùm expoſuit ipſas in Siciliam ad quem tamen multi ſtatim, odio illius impuri & ignaui hominis, ſe contulerunt. cuncta enim accuratè memoriæ prodita ſunt à Plutarcho in uita ipſius.

Tyrannus autem.) Tradit rationes, quibus extinguuntur imperia ſingulorum ſeparatim. Cùm uerò duo hæc ſint, tyrannis ac regnum primùm oſtendit, quibus de cauſis interit tyrannis, & peſsimo huic principatui exitium affertur. Diuidit autem cauſas ipſas in eas, quæ extrà poſitæ ſunt, atque inde irrumpunt: & in eas, quæ intus ſitæ ſunt, naſcunturque à uitijs earum. quod enim malè conſtitutum eſt, diuturnum eſſe non poteſt. Vnu igitur pacto frangi diſſoluique tyrannidem dicit, quo etiam interimuntur ſingulæ reſpublicæ: id eſt, à re poſita extra ipſas. Quod interpretatur, & quomodo fiat declarat: id eſt, ſi fuerit propinqua reſpublica aduerſa ipſi atque inimica, quæ firmior ualidiorque ſit. Docet autem accuratè, non poſſe tyrannidem ſine metu eſſe, cùm hoc ei contingit: quia dubitari non poteſt, quin in illa uoluntas nocendi non ſit, cùm ſit ipſi aduerſaria, longeque alia probet ac ſequatur. cuncti autem mortales, inquit, efficere conſueuerunt, quæ uolunt, cum poteſtatem etiam gerendorum nacti ſunt.

Contraria autem.) Qui ſtatus ciuitatum repugnent tyrannidi, infenſique ſint ipſi, declarat, cùm ab ipſis teſtatur eſſe impendere malum huic iniuſto principatui. Primum igitur affirmat, rempublicam, quæ eſt in manu multitudinis, aduerſariam tyrannidis eſſe: ea ſcilicet ratione, qua Heſiodus dixit, figulum figulo infenſum eſſe, & cæteros omnes qui eaſdem artes ſtudiaque colunt, ſimileſque inter ſe ſunt. Quod contingit, quia metuunt, ne pares illi ſibi eripiant ipſis emolumentum ac laudem, quam ſperarent ſe poſſe ſine illis æmulis facile adipiſci. Oſtendit autem, idem uſu uenire, quod opificibus, etiam ſtatui multitudinis ac tyrannidi: cùm ſtatus populi non omnis, ſed poſtremus ille ſit & ipſe iniuſtus, ac referat tyrannidem. Addit autem, regnum uerum & ſtatum optimorum pugnare cum tyrannide propter diuerſos fines. quod exemplis conſtituit in inimicitijs probandis ſtatus optimorum & tyrannidis, inquit hanc eſſe cauſam, id eſt inſitas à natura ipſis inimicitias; quòd Lacedæmonij plurimas tyrannidas ſuſtulerunt. Quod feciſſe etiam adiungit Syracuſanos eo tempore, quo remp. bene adminiſtrarunt, principibus ciuitatis, clauum ipſius tenentibus. illa enim quoque poſtea deuenit ad manus infimæ plebis, unde nati ſunt ſæuiſsimi tyranni, qui populum oppreſſerũt, diuque in ea urbe graſſati ſunt. Cur exemplum regum non poſuerit, miror. Alexander namque, diſcipulus ipſius, prodente hoc memoriæ Plutarchò in eius uita, id præſtitit, & uniuerſe generatimque præſtitit. Vt enim narrat, cùm ſtuderet ille ſibi beneuolentiam Græcorum conciliare, & quaſi de laude & gloria cum ipſis certaret, mandauit ut omnes tyrannides delerentur, ſuiſque legibus ciuitates remp. adminiſtrarent.

Vno autem ſua.) Alio modo tradit diſſolui tyrannidem ſuo uitio, & cùm cauſa interitus ipſius intus manet. quod quomodo contingat, exponit. Inquit enim id fieri, quando illi qui participes tyrannidis ſunt, nõ eiuſdem animi extiterint, ſed diſſentire inter ſe cœperint. aperiunt enim aditum morti ipſius diſcordiæ illorum. Hoc pacto diſsipatam fuiſſe olim (narrat) tyrannidem Gelonis Syracuſani, & ſua ætate Dionyſij iunioris. Gelonis principatum, id eſt tyrannidem ab eo conſtitutam (nam ipſe mortuus tunc erat) labefactatum exponit: quia Thraſybulus frater Hieronis, Gelonis filium, hæredem dominatus illius, aſſentationibus corrupit, & ad corporis uoluptates traduxit, ut ipſe pro illo dominaretur: non extincto, ſed à publicis curis remoto. Cùm id cognouiſſent cæteri propinqui adoleſcentis, coierunt, manumque popularium fecerunt: non ut tyrannis illa penitus frangeretur, ſed ut Thraſybulus, qui uicarius tyranni factus erat, poteſtate illa, dolo parta, ſpoliaretur. hoc enim conſilium ipſorum fuit. Qui autem coierant, nacti occaſionẽ eam, cunctos illos eiecerũt, ſeque in libertatem uendicarunt. Dionyſio quoque ereptam illam iniuſtam poteſtatem commemorat ob diſcordias propinquorum. nam Dion, affinis ipſius, cũ copias non magnas in eum duceret, aſſumptis popularibus hominibus, qui deſiderio libertatis flagrantes, ad eum undique confluebant, eum exegit. ipſe tamen poſtea ſcelere infideliſsimi amici interfectus eſt.

Cùm ſint autem.) Duas exiſtere cauſas, quæ præter cæteras impellunt homines ad inſidiandum tyrannis, oſtendit, *odiũ ſcilicet* & contemptum: additque, ipſarum alteri eos reſiſtere nullo pacto poſſe, ſi uolũt (ut faciunt) iniuſtè imperare. Quis enim non odio proſequatur eos, qui cogunt meliores ſibi, omnibus in rebus ſeruire: nec publicum bonum, ſed ſuum priuatum ſemper ſpectant? quod igitur inquit, *ἐπιτίθενται μὲν δι᾽ ἀμφοτέρων τῶν ἀρχῶν τῶν τυράννων*. ualet, à beſſa odium non poſſe à perſona tyrannorum. comitatur enim id ipſis neceſſariò. Quod non contingit de altera cauſa, quam ſignificauit: poſſunt enim facile præſtare ſtudio & induſtria ſua, ne deſpiciantur. Relicta priore cauſa diſſerit auctor de contemptu, affirmans multas tyrannidas extingui ob contemptum eorum iniuſtorum principum. Quod probat ab euentu illarum & exitu, quem plerunque adipiſcuntur. quare uocat ſignum argumentum hoc. loquit igitur, maiorem partem eorum, qui arte & fallacia ſua hos principatus ſibi pepererũt, ipſos inter, & donec uiuunt, tenere potuiſſe. contrà autem illos, quibus à parentibus relicti ſunt, ſtatim pleruncque amiſiſſe, uel potius ſua negligentia ac culpa ipſos corrupiſſe, & ita labefactaſſe, ut uiam patefecerint aduerſarijs ad ipſos penitus euertendos. Quomodo autem hoc commiſerint, declarat. Inquit enim, ipſos corporis uoluptatibus totos dediſſe, in contemptum uenire ſtatim, atque ita multas anſas præbere inſidiatoribus, ſeruitutis iugum à ſe depellendi. Nullum rectius exemplum afferri poteſt documento auctoris comprobando, quàm Hieronymi adoleſcentis, tyranni Syracuſanorum: qui cùm eſſet nepos Hieronis illius, qui fideliter ſocietatem Romanam ſpatio L. annorũ coluit, relictus ab eo hæres ſuæ poteſtatis, bonis artibus partæ, non multo pòſt quàm eam adeptus eſt, amiſit: ſimulque cum ipſe uitam, arrogantior ſubitò, intolerabiliorque factus, & toto corpore uolutatus in uoluptatibus: nec minus peccans in peſsimis conſilijs capiendis, atque in ſæuitia inhumana exercenda. Superbiam illius ac cætera uitia ita accuratè commemorauit T. Liuius in X[illegible]IIII. libro ab V.C. ut non oporteat aliquid addere ad ueritatem Ariſtotelicæ animaduerſionis ſignificandam.

Particulam autem.) Cum cognitum ſit, aliquando nonnullos ira commotos impetum feciſſe in tyrannos: docet exiſtimari non debere hanc cauſam penitus diuerſam eſſe ab odio, ſed potius partem ipſius: etſi dubium non eſt, quin ſi quis accuratè hæc conſideret, diſcrepent inter ſe multis modis ira & odium. Sed ſpectauit hic ſingularis doctor uim ipſorum, & quid moliantur in animis noſtris. loquit igitur, iram aliquo modo cauſam eſſe eorundem factorum, quorum cauſa eſt odium: ac ſæpe numerò etiam hortari nos & trudere ad quædam agenda multo magis, quàm faciat odium, ut ad hoc ipſum factum, de quo hîc quæritur. iratos enim dicit uehementius, & concitatiore animo ferri in eos, quos adoriuntur, quàm faciant odio illos tantùm habentes: quod fit, quia non utitur ratione hic motus animi.

Maximè autem) Planum cum ſit, non omnes, qui ſe læſos exiſtimant, quamuis iraſcantur, eodem pacto patère iracundiæ: aperit quid ſit iniuriæ genus, quod ferre nullo modo poſsint, ſed accepta illa, faciant quod animus & excandeſcentia iuſſerit: contumeliamque eam eſſe inquit, ob quam contumeliam dominatum Piſiſtratidarum Athenis fractum fuiſſe affirmat. quod ſuprà etiam, tota re plenius expoſita, ſignificauit: & ut hanc tyrannidem ea de cauſa diſſolutam, ita quoque multas alias. Addit autem, etſi iam dixit odium ſæpè magis impellere, quàm ira faciat ad agendum: tamen odium magis efficere quod gerendum ſuſcepit, quia iracundia dolorem ſecum iunctum habet. Quare difficile eſt, ipſam uti ratione ac conſilio, quo magno opus eſt ad res ad exitum perducendas: odium autem (quod tamen ipſe hic uocat ἔχθραν) quaſi inimicitias uacuum eſt à dolore. quare melius ſubducit rationem rerum agendarum.

Vt autem ſummatim.) Finem imponit oſtendendis accuratè cauſis exitij tyrannidum: adiungit tamen, quòd, ſi quæ reſtabant, aperire poſsit. Verùm pauca enim, inquit, conferem, quæ cauſæ monſtrat ſunt interitus peſsimarum rerumpublicarum, dominationis inquam paucorum, illius meræ & poſtremæ atque ultimæ itidem ſtatus multitudinis, cùm ea ad fæcem populi peruenit: eaſdem etiam putare debemus eſſe tyrannidis. Confirmauit autem iudicium ſuum, dicens: Hi nàque ſtatus ſunt, ſi ſubtiliter uim eorum naturamque attendimus, tyrannides diuiſæ in pluſes. hoc enim tantùm diſcrimen inter ipſos & tyrannidem, quòd plures dominantur in ambabus illis: etſi numerus longè alius & diſpar eſt. Tyrannus autem unus homo eſt: facta autem & conſilia paria. Conuenit enim tribus his iniuſtis poteſtatibus in hoc, quòd cunctæ ſuas tantùm utilitates ſectantur, nec curam ullam ſuſcipiunt de communi bono. Vocauit dominationem paucorum, [illegible] ut in II. quoq; horum librorum fecit, cùm puram illam talem, & minimè temperatam inſtitutis ullius reip. probæ, oſtendere uellet.

Regnum autem.) De altero genere imperij nunc diſſerit, id eſt de regno: docetque, quibus & ipſum rebus diſſoluatur. Primùm autem indicat, à quibus periculis pene uacuum ſit: affirmans, ab externis malis utriſque ipſum minimè ſolere extingui, quæ præcipuè impendent tyrannis. ut enim ipſi odio ab omnibus habentur, ita ciues diligunt reges, uitamque eorum curam habēt & cuſtodiunt: unde elicit, regiam poteſtatem diuturnam eſſe. Addit autem, quod in primis hic quæritur, culpa ſua ac uitiis eidem multis modis extingui. Animaduertendum autem, non dicere noſtrum auctorem, regnum omnino ab externis iniurijs liberum eſſe: falſum enim hoc foret. Nam Perſarum regnum ab Alexandro Macedone, & Macedonū ipſorum à Romanis regnum euerſum ac diſſolutum fuit: ſed tantùm rarò hoc & infrequenter euenire.

Interit autem.) Extingui atque interire regnum docet duobus modis utrisque ijs quidem ambobus, profectis à culpa ipſius & inteſtino malo. Prior eorum eſt, tùm grauiter diſſentire inter ſe cœperint participes ipſius. Intelligit autem fratres ac liberos eorum, qui regnant. hi namque participes amplæ illius fortunæ non ſine cauſa uocari poſſunt: degustant enim ipſi quoque plurimum eorum bonorum. Vnde apud Sophoclem Oedipus ſuſpectum habebat uxoris fratrem Creontem, tantùsque metus de inſidijs ipſius animum eius inuaſerat: ut exclamarit, nihil eſſe tutum regibus atque opulentis uitis, poſtquam, qui defendere debebant, ipſi quoque eius inſidiantur. Non poſſunt autem alio ſenſu dicti eſſe eiuſ participes regni, cùm ſoli reges imperent, nec ſocios ullos habeant ſuæ adminiſtrationis. Poſteriorem cauſam oſtendit eſſe interitus regni, cùm ipſi illi cœperint regere ciuitatem iniuſtè ac more tyrannorum. Interpretatur autem, quid ſignificare uoluerit, [illegible] dicens: affirmatque id fieri, quando non contenti poteſtate ipſis tradita augere ipſam conati fuerint, pluſque ſibi licere postulauerint, aduerſantibus etiam legibus.

Non conſtituuntur.) Narrat ſua ætate, quemadmodum antiquitùs fiebat, non fabricari ſolita noua regna: & ſi quæ imperia conſtituantur, quæ ſimilitudinem regnorum habeant, illa potius uocari debere atque eſſe principatus ac tyrannidas, quàm regna. Eius autem rei cauſam adfert, quam eſſe dicit quia regnum poteſtas eſt, quam ſponte ſua ac uolentes ſuſtinēt, qui parent: idemque arbiter eſt atque auctor maiorum rerum. Contingebat autem, eo tempore multos eſſe pares ſimileſque inter ſe uirtute ac conſilio: quod uſu non ueniebat priſcis illis temporibus, quibus unus tantùm præſtabat reliquis uiu rerum ac prudentia, ut meritò ſumma auctoritas in republica ipſi concedenda eſſet, cæteriq; omnes eidem, ut multo ſe deteriores parēre non recuſarent. Neminem igitur inueniri poſſe tunc tradit, qui tantum præſtet reliquis, cuiuſque uirtus æqualis ſit, ac reſpondeat magnitudini illius poteſtatis ac dignitatis regiæ: ut quanto ſcilicet poteſtas illa uincit conditionem priuatorum, tanto uis ipſius ac conſilium ſuperet uim atque naturam cæterorum. Quare addit, contingere ob hanc rem: quia ſcilicet non eſt iā tum interuallum inter ipſos iudicij ac ſapientiæ, ut ſponte non ferant hanc poteſtatem. Quòd ſi quis, inquit, uſus dolo ſiue ui, coegerit tales ſimileſque ſibi parēre: hic iam tyrannus erit, non rex. poteſtaſq; illa tyrannis, non regnū appellanda erit.

In regnis autem.) Non omnia regna eiuſdem generis eſſe conſtat. Sunt enim, quæ non tranſeunt ad liberos, cuiuſmodi erat regnum Laconum: ſunt etiam, quorum hæredes ſunt, qui naſcuntur è regibus, ut erat regnum Macedonum. hæc igitur regna auctor uocat [illegible], quia manent in illa ſtirpe, deferunturque filijs, cuiuſmodi illi ſint, atque inquit: Præter cauſas iam expoſitas interitus eorum regnorum, duas proprias ipſorum reſtare. quarum prior eſt, quòd naſcuntur multi in illis, diſsimiles parentibus, & qui meritò contemni debeant, ut imbecilli conſilij homines & inertes. Hoc autem uerum eſſe, & exemplis multis & teſtimonijs ueterum ſcriptorum intelligitur. Altera eſt, quòd iniurijs ſuos & ignominia afficiunt honeſtos uiros: cùm tamen præſidia firma non habeant, ut tyranni, quibus freti minore periculo id faciunt. ſeu ſpeciem tantùm ac dignitatem regiam, quæ tutos ipſos non reddit, improbè ſe gerentes. Nullum enim negotium eſt frangere atque euertere hæc regna: ſtatim enim, ut uiſum fuerit ijs, qui parebant, deleditur hic rex. Quod non contingit de tyranno, qui inuitis & recuſantibus dominatur, cùm habeat firmos cuſtodes ſuæ iniuſtæ poteſtatis. Admonet autem auctor, in extremo ſe iam tradidiſſe cauſas, quibus imperia ſingulorum extinguuntur. nam ſi quæ reſtent, quæ uim eandem habeant, ſimiles his inuenientur.

a βούλεται δ᾽ ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ. id eſt, uult autem rex cuſtos eſſe. quorum uerborum hæc ſententia eſt: Debet autem rex cuſtos eſſe. b Idem refertur ſuprà lib. 3. cap. 9. pluribus uerbis. c Artapanes.
d ὅτι αὐτὸν ἀνεσταύρωσε, κελεύσαντος, &c. al. ὅτι ἀνεσταύρωσε, ἢ κελεύσαντος, &c. id eſt, quòd eum in crucem egiſſet, Xerxis iuſſu.
e ὡς ἀμνημονοῦντα, &c. al. ὡς ἀμνημονήσαντα: id eſt, tanquam oblitus.

CAPVT XI.

Conſeruantur autē, quod planum eſt, ut in uniuerſum loquar, è contrarijs: ut autem ſingillatim, ad moderatiorem rationem perducēdo regna. quanto enim paucioꝝ rerum poteſtatem habuerint, maius temporis ſpatium neceſſe eſt manere omne imperiū. nam & ipſi minus fiunt in imperijs ſuis ſimiles dominorum, & uita moribusque pares magis: & ab his qui parent ipſis, minus inuidentur. Hanc enim ob cauſam & regnum Moloſſorum longum tempus permanſit. & Lacedæmoniorum itidem, quia initio in duas partes diuiſum fuit imperium: & rurſum Theopompus moderatè ſe geſsit, & alijs rebus, & ephororum magiſtratuum conſtituit. Cùm

Σώζονται δ᾽ ἤδηλον, ὡς ἁπλῶς μὲν εἰπεῖν, ἐκ τῶν ἐναντίων· ὡς δὲ καθ᾽ ἕκαστον, τῷ τὰς μὲν βασιλείας ἄγειν ἐπὶ τὸ μετριώτερον. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐλαττόνων ὦσι κύριοι, πλείω χρόνον ἀναγκαῖον μένειν πᾶσαν τὴν ἀρχήν. αὐτοί τε γὰρ ἧττον γίνονται δεσποτικοί, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἴσοι μᾶλλον, καὶ ὑπὸ τῶν ἀρχομένων φθονοῦνται ἧττον. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ περὶ Μολοττοὺς πολὺν χρόνον βασιλεία διέμεινε. καὶ ἡ Λακεδαιμονίων, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς τε εἰς δύο μέρη διαιρεθῆναι τὴν ἀρχήν, καὶ πάλιν Θεοπόμπου μετριάσαντος τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τὴν τῶν ἐφόρων ἀρχὴν ἐπικαταστήσαντος.

Seruantur autem ſcilicet, ut ſimpliciter quidem & uniuerſe dicam, è contrarijs: ut ſingillatim uerò, regna quidem ſi ad mediocritatem & moderationem adducantur. Quāto enim paucioꝝ rerum penes principes ſit poteſtas, tāto diutius omnis principatus maneat neceſſe eſt. nam cùm ipſi minus fiant dominorum in morem imperioſi, tum moribus efficiuntur magis ad æquitatem æqualitatemq; propenſi, tum ciuibus minus ſunt inuidioſi. Propter hanc cauſam enim & regnum Moloſſorum diu incolume permanſit: & regnum Lacedæmoniorū propterea quod imperium & ab initio in duas partes diuiſum fuerit, & iterum poſtea Theopompus cum multis alijs in rebus moderationē adhibuerit, tum in ea re, quòd Ephororū imperiū illi oppoſuerit. imminuta enim regni poteſtate, tēpus auxit.

Q Itaq;

Cùm enim dempſiſſet aliquid poteſtatis, auxit tẽpore regnũ: quare reddidit aliquo modo non minus ipſum, ſed maius. Quod quidẽ aiunt ipſum uxori reſpondiſſe, cùm dixiſſet, quomodo nõ erubeſceret, regnum relicturus liberis minus quàm à patre accepiſſet? Non ſanè, inquit. relinquo enim diuturnius. Tyrannides aũt conſeruantur duobus modis maximè cõtrarijs inter ſe: quorũ alter eſt, qui per manus traditus eſt, & quo adminiſtrant tyrannorũ plurimi imperium quod habẽt. Horum autẽ multa Periandrũ Corinthiũ ferunt conſtituiſſe: multa etiam huiuſcemodi ab imperio Perſarum licet ſumere. Sunt autẽ & quæ olim dicta ſunt, ad incolumitatẽ, quantũ effici poteſt, tyrannidis, uiros, qui excellunt, deprimere: magnoq; animo præditos interficere, & neque concœnationes permittere, neq; ſodalitatẽ, neq; diſciplinã, neq; aliud quippiã huiuſcemodi, ſed omnia cauere. Vnde ſolent exoriri duo, ſpiritus magni & fides: & neq; ludos literarũ, neq; alios cõuentus ſinere coli, in quibus honeſto otio homines fruantur. Cũctaq; moliri, è quib. maximè fieri poteſt, ut cuncti ne noti quidẽ inter ſe ſint: cognitio enim facit, ut maiorẽ fidem ſibi mutuò habeant. Et peregrinos ſemper in aperto eſſe, & uerſari circa fores. ita enim minimè clàm eſſe poterit quod agunt, & aſſueſcent humiliter ſentire: ſemper ſeruientes: & alia, quæcunq; huiuſcemodi ſunt inſtituta Perſarũ & barbarorũ, accõmodata tyrannis ſunt. cuncta enim idẽ ualẽt. Atq; eniti nõ fallere ipſos, quęcunq; aliquis dicit, aut facit illorũ qui parẽt ipſis, ſed eſſe exploratores: quales erant fœminæ, quæ Syracuſis uocabantur potagogides. Et Hieron mittebat auſcultatores, ubi aliquis eſſet congreſſus & conuentus: liberè enim loquuntur illic minus, metuẽtes huiuſcemodi homines, ac ſi liberè locuti fuerint, minus fallunt. Et criminari cõmittereq; inter ſe, & amicos cũ amicis: & plebem cũ nobilibus, & diuites cum diuitib. Et pauperes reddere, qui parẽt ipſis inſtitutum tyrannorum, & ut præſidium non alatur: & illis, occupatis in cotidiano uictu parando, otium non ſit ad inſidias

ipſis

τῆς γὰρ δυνάμεως ἀφελὼν, ηὔξησε τῷ χρόνῳ τὴν βασιλείαν. ὥστε τρόπον τινὰ ἐποίησεν οὐκ ἐλάττονα, ἀλλὰ μείζονα αὐτήν. ὅπερ καὶ πρὸς τὴν γυναῖκα ἀποκρίνασθαί φασιν αὐτὸν, εἰπούσης, εἰ μηδὲν αἰσχύνεται τὴν βασιλείαν ἐλάττω παραδιδοὺς τοῖς υἱέσιν, ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβεν, οὐ δῆτα φάναι· παραδίδωμι γὰρ πολυχρονιωτέραν. αἱ δὲ τυραννίδες σώζονται κατὰ δύο τρόπους τοὺς ἐναντιωτάτους· ὧν ἅτερός ἐστιν ὁ παραδεδομένος, καὶ καθ' ὃν διοικοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν τυράννων τὴν ἀρχήν. τούτων δὲ τὰ πολλά φασι καταστῆσαι Περίανδρον τὸν Κορίνθιον. πολλὰ δὲ καὶ παρὰ τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς ἐστι τοιαῦτα λαβεῖν. ἔστι δὲ τά τε πάλαι λεχθέντα πρὸς σωτηρίαν, ὡς οἷόν τε τῆς τυραννίδος, τὸ τοὺς ὑπερέχοντας κολούειν, καὶ τοὺς φρονηματίας ἀναιρεῖν· καὶ μήτε συσσίτια ἐᾶν, μήτε ἑταιρείαν, μήτε παιδείαν, μήτε ἄλλο μηθὲν τοιοῦτον· ἀλλὰ πάντα φυλάττειν. ὅθεν εἴωθε γίνεσθαι δύο, φρόνημά τε καὶ πίστις· καὶ μήτε σχολὰς, μήτε ἄλλους συλλόγους ἐπιτρέπειν γίνεσθαι σχολαστικούς. καὶ πάντα ποιεῖν, ἐξ ὧν ὅτι μάλιστα ἀγνῶτες ἀλλήλοις ἔσονται πάντες. ἡ γὰρ γνῶσις πίστιν ποιεῖ μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους. καὶ τὸ τοὺς ἐπιδημοῦντας ἀεὶ φανεροὺς εἶναι, καὶ διατρίβειν περὶ θύρας· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα λανθάνοιεν τί πράττουσι. καὶ φρονεῖν ἂν ἐθίζοιντο μικρὸν, ἀεὶ δουλεύοντες· καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα περσικὰ καὶ βάρβαρα, τυραννικά ἐστι. πάντα γὰρ ταὐτὸν δύναται. καὶ τὸ μὴ λανθάνειν πειρᾶσθαι, ὅσα τυγχάνει τις λέγων, ἢ πράττων τῶν ἀρχομένων, ἀλλ' εἶναι κατασκόπους οἷον, περὶ Συρακούσας αἱ ποταγωγίδες καλούμεναι. καὶ τοὺς ὠτακουστὰς ἐξέπεμπεν Ἱέρων, ὅπου τις εἴη συνουσία καὶ σύλλογος· παρρησιάζονταί τε γὰρ ἧττον, φοβούμενοι τοὺς τοιούτους, κἂν παρρησιάζωνται, λανθάνουσιν ἧττον· καὶ τὸ διαβάλλειν ἀλλήλοις, καὶ συγκρούειν· καὶ φίλους φίλοις, καὶ τὸν δῆμον τοῖς γνωρίμοις, καὶ τοὺς πλουσίους ἑαυτοῖς. καὶ τὸ πένητας ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους, τυραννικὸν, ὅπως μήτε φυλακὴ τρέφηται· καὶ πρὸς τὸ καθημέραν ὄντες, ἄσχολοι ὦσιν

ἐπι-

Itaq; id quodammodo non minus, ſed maius fecit. quod eum & uxori ſuæ reſpondiſſe ferunt, cum ab eo quæſiuiſſet obiurgãs, ecquid eum puderet regnum minus filijs tradere, quàm à patre accepiſſet? Non pudet uerò, inquit. trado enim diuturnius. Tyrannides autẽ duobus modis maximè inter ſe contrarijs ſeruantur: quorum alter eſt, is, qui traditus eſt, & quo pleriq; tyranni imperium adminiſtrant. Atq; ex his multa inſtituiſſe Periandrum Corinthium ferunt: multa etiam talia à Perſarum imperio ſumere licet. Sunt autem & ea, quæ ſuprà à nobis expoſita ſunt, ad tyrannidis, quoad eius fieri poteſt, ſalutem appoſita & utilia, præſtantium uirorum excellẽtiam imminuere, quaſiq; decurtare, & feroces magniq; ſpiritus homines de medio tollere: & neque cõuiuia publica ferre, neque ſodalitates, neque diſciplinas, neque quicquam tale: ſed illa omnia, unde duo proficiſci ſolent, ſpiritus feroces & fides, cauere: & neq; cœtus eruditos, neq; alios conuentus & conceſſus otioſos eſſe ſinere: omnia denique facere, quibus quàm maxime inter ſe ignoti omnes erunt. cognitio enim facit, ut maior ſit fides mutua: & dare operam ut ciues, qui nõ abſunt peregrè, ſemper ſint in promptu & in oculis, & uerſentur in foribus. ſic enim & minimum obſcurum fuerit, quid agant quidque moliantur. & paruis humilibuſq; ſpiritus ſumere aſſueuerint, ſemper ſeruientes & cætera quæcunque ſunt huiuſmodi, Perſica & barbara, ſunt tyrannica. Omnia enim idem ualent. Tum perficere ne ſint occulta neque obſcura quæcunque quis forte uel dicat uel agat ex ijs, qui ſub imperio ſunt: ſed præſtò ſint ſpeculatores, quales erant Syracuſis, quæ potagogidæ appellabantur, ſic dictæ, quod omnia, quæ Syracuſis agebantur, atque adeò cogitabantur, acerrime anquirebant, & tyranno referebant ac renuntiabant. Solebat etiam Hiero ſubauſcultatores quoſdam, qui à re ipſa otacuſtæ dicebantur, quòd omnibus rebus & agendis & dicendis aures admouerent, emittere, ubicunq; aliquis hominum cœtus eſſet, aut conuentus, aut congreſſus. Nam tum & minus audent liberè loqui, quod tales homines pertimeſcant, & ſi liberè loquãtur, minus occulti ſunt. Vtile etiam eſt tyranno inter ciues ſerere diſcordias, eoſq; inter ſe committere, atq; offenſos reddere & amicos amicis, & populum nobilibus, & diuites inter ſe. tum ciues pauperare tyrannicum eſt, ut neque præſidium ab ipſo alatur, ſed à ciuibus, & in negotio atque opere quotidiano occupati, nihil habeant otij reliquum ad

inſidian-

ipſis ſtruendas. Exéplũ aũt huius ſunt pyramides Aegypti, & quæ Cypſelidæ dicarũt dijs: & templũ, quod Olympio Ioui ędificarunt Piſiſtratidæ: & Polycratis opera, quę Sami ſunt. Cũcta namq; hæc ualent idẽ, otio priuare, & pauperes reddere, q ſub imperio ipſorũ ſunt. Et collatio pecuniæ: ceu Syracuſis. quinq; enim annorũ ſpatio, Dionyſio dominante, uniuerſam rem familiarem contigit collatã eſſe. Serit etiã bella tyrãnus, ut cõtinentibus curis premantur, & opera ducis egeant. Et regnũ quidẽ conſeruatur ſtudio amicorũ, tyrãnorũ aũt propriũ eſt in primis, nullam fidẽ habere amicis, ut uolentib. ſanè cunctis his aũt ſolis facultatẽ habẽtibus, ipſum delẽdi. Et illa quæ geruntur à poſtremò genere ſtatus multitudinis, accómodata tyránis cũcta ſunt: & nimia poteſtas feminarũ in domibus, ut conſilia uirorũ nota ipſis faciant: & ſeruorũ indulgentia, eadẽ de cauſa. Serui enim non inſidiantur, neq; mulieres tyrannis. Cùm autem bene cum illis agatur, beneuolos neceſſe eſt eſſe tyrannidibus & ſtatib. multitudinis. Populus .n. ſtudet eſſe monarcha. quare aſſentator apud utroſq; in pretio eſt: apud populos quidẽ q loqtur ad uoluptatẽ (hic eſt.n. aſſentator populi) apud tyrãnũ aũt qui ſe cũ ipſis humiliter gerũt. quod ꝑfectò eſt opus aſſentationis. Etenim hác ob cauſam ſtudioſa eſt improborũ hominũ tyranis: lætitia enim afficiuntur, cũ uidẽt ſibi aliquos aſſentari. Hoc autẽ facere nemo in animũ induceret, qui ſpiritũ liberũ haberet: ſed diligunt probi uiri, uel certè non adulantur: & utiles ſunt praui ad res prauas. clauꝰ enim clauo, ut in ꝓuerbio eſt. Et nullo mortali delectari, q grauis ſit & liber, peculiare tyrannorum eſt. talem enim ſe ſolùm tyrannus oportere eſſe putat. Qui autem & ipſe dignitatem tuetur, præbetque ſe liberum hominem, eripit ipſi ſummum honoris locum: & quod proprium tyrannidis eſt, quæ dominari in omni re uult. odio igitur hos habeat tanquam diſſoluẽres poteſtatem ſuam. Et uocare ad epulas externos potius quàm ciues, familiariterque cum ipſis uiuere: eorundem inſtitutum eſt, tanquam hi ſint hoſtes: hi uerò minimè aduerſentur ipſis.

Hæc

ἐπιβουλεύειν. παράδειγμα δὲ τούτου αἵ τε πυραμίδες, αἱ περὶ Αἴγυπτον, καὶ τὰ ἀναθήματα τῶν κυψελιδῶν, καὶ τοῦ ὀλυμπίου ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ τῶν πεισιστρατιδῶν· καὶ τῶν περὶ σάμον ἔργα πολυκράτεια. πάντα γὰρ ταῦτα δύναται ταυτὸν, ἀσχολίαν καὶ πενίαν τῶν ἀρχομένων. καὶ ἡ εἰσφορὰ τῶν τελῶν· οἷον ἐν συρακούσαις. ἐν πέντε γὰρ ἔτεσιν ἐπὶ διονυσίου τὴν οὐσίαν ἅπασαν εἰσενηνοχέναι συνέβαινε. ἔστι δὲ καὶ πολεμοποιὸς ὁ τύραννος, ὅπως ἄσχολοί τε ὦσι, καὶ ἡγεμόνος ἐν χρείᾳ διατελῶσιν ὄντες. καὶ ἡ μὲν βασιλεία σώζεται διὰ τῶν φίλων· τυραννικὸν δὲ τὸ μάλιστ᾽ ἀπιστεῖν τοῖς φίλοις, ὡς βουλομένων μὲν πάντων· δυναμένων δὲ μάλιστα τούτων αὐτὸν καθελεῖν. καὶ τὰ περὶ τὴν δημοκρατίαν δὲ γιγνόμενα τὴν τελευταίαν, τυραννικὰ πάντα· γυναικοκρατία περὶ τὰς οἰκίας, ἵν᾽ ἐξαγγέλλωσι κατὰ τῶν ἀνδρῶν· καὶ δούλων ἄνεσις διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. οὔτε γὰρ ἐπιβουλεύουσιν οἱ δοῦλοι, καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς τυράννοις· εὐημεροῦντάς τε ἀναγκαῖον εὔνους εἶναι καὶ ταῖς τυραννίσι, καὶ ταῖς δημοκρατίαις. καὶ γὰρ ὁ δῆμος εἶναι βούλεται μόναρχος. διὸ καὶ ὁ κόλαξ παρ᾽ ἀμφοτέροις ἔντιμος, παρὰ μὲν τοῖς δήμοις, ὁ δημαγωγός. ἔστι γὰρ ὁ δημαγωγὸς τοῦ δήμου κόλαξ· παρὰ δὲ τοῖς τυράννοις, οἱ ταπεινῶς ὁμιλοῦντες· ὅπερ ἐστὶν ἔργον κολακείας. καὶ γὰρ διὰ τοῦτο πονηρόφιλον ἡ τυραννίς· κολακευόμενοι γὰρ χαίρουσι. τοῦτο δ᾽ οὐδ᾽ ἂν εἷς ποιήσειε φρόνημα ἔχων ἐλεύθερον. ἀλλὰ φιλοῦσιν οἱ ἐπιεικεῖς, ἢ οὐ κολακεύουσι. καὶ χρήσιμοι οἱ πονηροὶ εἰς τὰ πονηρά. ἥλῳ γὰρ ὁ ἧλος, ὥσπερ ἡ παροιμία. καὶ τὸ μηδενὶ χαίρειν σεμνῷ, μηδ᾽ ἐλευθέρῳ, τυραννικόν. αὐτὸν γὰρ εἶναι μόνον ἀξιοῖ τοιοῦτον ὁ τύραννος· ὁ δ᾽ ἀντισεμνυνόμενος καὶ ἐλευθεριάζων ἀφαιρεῖται τὴν ὑπεροχὴν, καὶ τὸ δεσποτικὸν τῆς τυραννίδος. μισοῦσιν οὖν ὥσπερ καταλύοντας τὴν ἀρχήν. καὶ τὸ χρῆσθαι συσσίτοις καὶ συνημερεύειν ξενικοῖς μᾶλλον, ἢ πολιτικοῖς, τυραννικόν. ὡς τοὺς μὲν πολεμίους, τοὺς δ᾽ οὐκ ἀντιποιουμένους.

τοῦτα

inſidiandum. Huius rei exemplum præbent pyramides, quæ ſunt in Aegypto, & Cypſelidarum Coloſſi, donaq́ dijs conſecrata: & ædes Iouis Olympij à Piſiſtratidis ædificata, & opera Samia à Polycrate facta. Hæc enim omnia ad unum & idem ualent, nempe ad ciuium occupationem, & paupertatem. Eiuſdem generis eſt & tributorum collatio, uectigaliumq́ penſitatio: quemadmodum fiebat Syracuſis. Nam tyrannidem obtinente Dionyſio, eueniebat ut omnis res cuiuſque familiaris tributo conferendo, quinquennio eſſet exhauſta. Eſt etiam bellorum geſtor tyrannus, ut ſint occupati, & continenter duce egeant. Præterea regnum quidem ſtudio & opera amicorum ſeruatur: tyranni autem proprium eſt maximè amicis non credere, quaſi omnes quidem tyrannidem euertere uelint, hi autem maximè poſſint. Et quæ in extrema democratia fiunt, tyrannica ſunt omnia: mulierum potentatus in domibus, ut uirorum conſilia factaq́ enuntient: & ſeruorum remiſſius uitæ genus propter eandem cauſam. Nam neque ſerui & mulieres tyranno inſidiantur, aut quippiam mali incogitant: & cum proſpero fortunæ ſtatu fruantur, bene cupiant tyrannidibus & democratijs neceſſe eſt. Nam etiam populus in democratia, monarchi ſimilitudinem quandam gerit. Itaque etiam aſſentator apud utrumque ſummo in pretio atque honore eſt: apud populum quidem leuis populi ductor, blandiloquus concionator: (nam populi ductor, quem demagogum Græci uocant, populi aſſentator eſt) apud tyrannos uero qui humiliter & demiſſe cum eis congrediuntur & loquuntur: quod eſt aſſentationis munus. Nam etiam propter hanc cauſam, tyrannis improborum amicitia iucunda eſt: gaudent enim aſſentatione tyranni. hoc autem nemo fecerit, qui ingenuos ſpiritus gerat. ſed qui ſunt uiri boni, aut amant, aut non aſſentantur. Tum improbi ad res improbas ſunt utiles. Clauus enim clauo pellitur, ut in prouerbio eſt. Præterea nemine uiro graui & libero delectari, tyrannicum. Se enim ſolum talem eſſe poſtulat tyrannus. Qui autem grauitate & magnificentia cum tyranno certat, & libere ſe gerit, adimit excellentiam & imperium illud herile, ac domini proprium, quod habet tyrannus. Tales igitur homines oderunt, tanquam imperij ſui euerſores. Præterea peregrinos ad conuiuium & quotidianam uitæ conſuetudinem adhibere potius, quam ciues, tyrannicum eſt: tanquam hi quidem ſint hoſtes, illi uero certare de principatu nihil putent ad ſe pertinere.

Hæc

Hęc & huiuſcemodi cũcta tyrãnica ſunt, & cõſeruãt poteſtatẽ ipſorũ: nihil aũt inde prauitatis abeſt. Sũt aũt, ut ita loquar, hæc oĩa trib. formis cõtẽta. ꝓponit .n. ſibi tyrãnis tria. Vnũ eorũ eſt, ut qb. dominat̃, uerſent animo res tenues. nulli enim parui animi homo inſidiaretur. Alterum autẽ, inter ipſos nulla fides ſit: nõ euertitur .n. tyrannis, prius quã aliq̃ fidere ſibi ipſis cœperint. Qua de cauſa cũ probis uiris bellũ gerũt, ut detrimẽtoſis ſuæ poteſtati: non ſolũ q̃a ferre nõ poſſunt erile imperiũ, uerũ etiã quia fidi ſunt & ſibi ipſis & alijs: nec indicarent aut ſocios inſidiarũ, aut alios. Tertiũ autẽ eſt, ut facultate priuati ſint rerũ gerendarũ. nemo .n. attingit, q̃ fieri nõ poſſunt. quare neq; etiã tyrãnidẽ frãgere experitur, niſi facultas ſit. Ad quos igitur terminos redigũtur ſtudia tyrãnorũ, hi tres ſunt. cũcta enim redigeret aliquis inſtituti ipſorum ad hęc quaſi fundamẽta. partim .n. ne fidãt ſibijpſis, partim aũt ne ualeãt, partim ut paruos ſpiritus habeãt. unus igitur modus, unde ſalus exiſtit tyrannibus talis eſt. Alter aũt fermè ab oppoſito eorũ, quæ dicta ſunt, diligentiã adhibet. licet aũt pcipere ipſum ab interitu regnorũ. quẽadmodũ enim unus modus eſt interitus regni, efficere poteſtatẽ ꝓcliuiorẽ ad tyrannidem: ſic tyrãnidis incolumitas eſt, efficere ipſam magis ſimilẽ regno, unũ dũtaxat ſeruãtẽ, poteſtatẽ ſcilicet, ut imperiũ habeat nõ ſolũ in uolentes, uerũ etiã in nolentes. Qui .n. abijcit hoc, abijcit etiã tyrãnidẽ. Sed hoc q̃dẽ tãquã ſolũ ac fundamẽtũ manere oportet: cętera aũt partim facere, partim uideri, ſimulantẽ regiã pſonã callidè. Primũ igit̃ uideri curę habere res cõmunes neq; pecuniã abſumentẽ in largitionib. huiuſcemodi, quę offendunt animos multitudinis: cùm ab ipſis capiũt, in officinis ſuis aſsiduis, & minuta mercede accepta magnoperè laborãtibus: donent aũt meretricibus & peregrinis & ſcenicis artificib. copioſè. Atq; rationẽ reddentẽ eorũ, quę accepit, & quæ expendit: quod ſanè iam præſtiterunt nonnulli è tyrannis. ita .n. aliquis diſpẽſans res, paterfamiliãs, nõ tyrãnus eſſe uidebitur.

ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τυραννικὰ μὲν καὶ σωτήρια τῆς ἀρχῆς· οὐθὲν δ' ἐλλείπει μοχθηρίας. ἔστι δ' ὡς εἰπεῖν, πάντα ταῦτα περιειλημμένα τρισὶν εἴδεσι. στοχάζεται γὰρ ἡ τυραννὶς τριῶν. ἑνὸς μὲν τοῦ μικρὰ φρονεῖν τοὺς ἀρχομένους. οὐδενὶ γὰρ ἂν μικρόψυχος ἐπιβουλεύσειε. δευτέρου δὲ τοῦ διαπιστεῖν ἀλλήλοις. οὐ καταλύεται γὰρ πρότερον τυραννὶς, πρὶν ἢ πιστεύσωσί τινες αὑτοῖς. διὸ καὶ τοῖς ἐπιεικέσι πολεμοῦσιν, ὡς βλαβεροῖς πρὸς τὴν ἀρχήν. οὐ μόνον διὰ τὸ μὴ ἀξιοῦν ἄρχεσθαι δεσποτικῶς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστοὺς καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις εἶναι, καὶ μὴ κατηγορεῖν μήτε ἑαυτῶν, μήτε τῶν ἄλλων. τρίτον δ' ἀδυναμία τῶν πραγμάτων. οὐδεὶς γὰρ ἐπιχειρεῖ τοῖς ἀδυνάτοις. ὥστε οὐδὲ τυραννίδα καταλύειν, μὴ δυνάμεως ὑπαρχούσης. εἰς οὓς μὲν οὖν ὅρους ἀνάγεται τὰ βουλήματα τῶν τυράννων, οὗτοι τρεῖς τυγχάνουσιν ὄντες. πάντα γὰρ ἀναγάγοι τις ἂν τὰ τυραννικὰ πρὸς ταύτας τὰς ὑποθέσεις. τὰ μὲν ὅπως μὴ πιστεύωσιν ἀλλήλοις· τὰ δ' ὅπως μὴ δύνωνται· τὰ δ' ὅπως μικρὸν φρονῶσιν. ὁ μὲν οὖν εἷς τρόπος, δι' οὗ γίνεται σωτηρία ταῖς τυραννίσι, τοιοῦτός ἐστιν. ὁ δ' ἕτερος σχεδὸν ἐξ ἐναντίας ἔχει τοῖς εἰρημένοις τὴν ἐπιμέλειαν. ἔστι δὲ λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς φθορᾶς τῆς τῶν βασιλειῶν. ὥσπερ γὰρ τῆς βασιλείας εἷς τρόπος τῆς φθορᾶς τὸ ποιεῖν τὴν ἀρχὴν τυραννικωτέραν, οὕτω τῆς τυραννίδος σωτηρία ποιεῖν αὐτὴν βασιλικωτέραν, ἓν φυλάττοντα μόνον, τὴν δύναμιν. ὅπως ἄρχῃ μὴ μόνον βουλομένων, ἀλλὰ καὶ μὴ βουλομένων· προϊέμενος γὰρ καὶ τοῦτο, προΐεται καὶ τὸ τυραννεῖν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὥσπερ ὑπόθεσιν δεῖ μένειν· τὰ δ' ἄλλα, τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ δοκεῖν, ὑποκρινόμενον τὸ βασιλικὸν καλῶς· πρῶτον μὲν δοκεῖν φροντίζειν τῶν κοινῶν· μήτε δαπανῶντα δωρεὰς τοιαύτας, ἐφ' αἷς τὰ πλήθη χαλεπαίνουσιν, ὅταν ἀπ' αὐτῶν μὲν λαμβάνωσιν ἐργαζομένων, καὶ πονούντων γλίσχρως· διδῶσι δ' ἑταίραις, καὶ ξένοις, καὶ τεχνίταις ἀφθόνως. λόγον τε ἀποδιδόντα τῶν λαμβανομένων καὶ δαπανωμένων, ὅπερ ἤδη πεποιήκασί τινες τῶν τυράννων. οὕτω γὰρ ἄν τις διοικῶν, οἰκονόμος, ἀλλ' οὐ τύραννος εἶναι δό-

Hæc & talia tyrannica ſunt quidem illa, & imperio ſalutaria: ſed nullum eis improbitatis genus abeſt. Sunt autem ferè hæc omnia tribus generibus comprehenſa. Tria enim tyrannus ſibi proponit ac deſtinat: unum quidem, ut ciues, qui ſub imperio ſunt, humilem & abiectos ſpiritus gerant. Nam qui anguſto & paruo animo eſt, nulli inſidias ſtruxerit, maliúmue excogitarit. Alterum eſt, ut alter alteri non credat, ſitq́ue inter eos incerta ac ſuſpecta fides. Nõ enim prius euertitur tyrannus, quàm aliqui inter ſe fidem habeant. Idcirco & cum uiris bonis bellum gerunt, ut imperio peſtiferis ac pernicioſis: non ſolùm quod herile imperium reſpuant, ſed quia ſint & inter ſe & erga alios fideles: & quia neque ſe ipſi neque alios indicaturi aut proditure ſint. Tertium eſt, ut non habeant poteſtatem rerum agendarum. Nemo enim aggreditur ad eas res agendas, quæ effici non poßunt. ergo neque ad tyrannidem euertendam, ſi deſit agendi facultas. Ad quos igitur fines tyrannorum uoluntates reuocentur, hi ſunt tres numero. Omnia enim, quæ ſunt tyranni propria, ad hæc uelut ſigna propoſita reuocare poßit aliquis: partim ut ne ciues credant mutuò, partim ut ne quid poßint, partim ut paruos animos humilesq́ue ſpiritus gerant. Modus igitur unus, quo ſalus conſtituitur tyrannidibus, talis eſt. Alter autem, cura & diligentia fere ijs, quæ diximus, contrarius eſt: cuiúsque ex regnorum interitu ſumere ac cognoſcere licet. Quemadmodum enim regni interitionis modus unus eſt, imperium plus iuſto tyrannicum reddere: ſic tyrannidis ſalus eſt, eam facere aliquanto magis regalem, uno duntaxat ſeruato, nempe potentia, ut imperet non modò uolentibus, uerum etiam nolentibus atque inuitis. Nam hoc etiam proijciens, proijcit & tyrannidis obtinendæ facultatem. At hoc quidem, tanquam propoſitum quendam finem, manere oportet: alia uerò partim facere, partim uideri, regalem uirtutes bellè ſimulantem, ac præ ſe ferentem: primùm quidem ut reipub. curam habere uideatur, neque ſumptus faciens in eas donationes, propter quas multitudo iraſcitur & ſæuit, cùm tyrannus à ciuibus ſumat atque exigat, in opere ac labore aßiduè uerſantibus, & tenuiter parcèque uictitantibus: ſcortis autem & peregrinis, & artificibus effuſè largiatur: & rationem acceptorum & expenſorum referens: quod nonnulli iam tyranni fecerunt. ſic enim quis adminiſtrans, diſpenſator reipub. tanquam rei familiaris, & pater familiàs, non tyrannus eſſe uidebitur.

κεῖεν

bitur. Non opus eſt autem metuere, ne aliquando deſit pecunia, cùm ſit dominus ciuitatis. Sed etiam longè à domo degẽtibus tyrannis hoc prodeſſet magis, quàm relinquere pecunias, quas antea coegerint: minus enim cuſtodes tyrannidis inſidiabuntur poteſtati eorum. Sunt autem magis tyrannis peregrinantibus formidandi, qui tuentur dominatum, quàm ciues: hos namq; unà ſecũ ducũt, hi uerò uicem illorum ſubeũt. Deinde ſumptuoſa munera collationesq; opus eſt uideri eum cogentem ob reip. adminiſtrationẽ, & ſi aliquando opus fuerit, ut ſeruiant temporibus belli: demumq; ſe oſtendere cuſtodem ipſarum & quæſtorem, ut publicarum, & non ut ſuarũ ac propriarũ. Et ſpeciẽ præ ſe ferre non difficilis hominis & aſperi, ſed grauis & ſeueri. Præterea autem huiuſcemodi, ut non metuant, qui congrediuntur cũ ipſo, ſed potius uereantur. Hoc autẽ arduum eſt adipiſci, ſi fuerit contemnendus. quapropter opus eſt, ut ſi alijs uirtutib. minimè ſtuduerit, ciuili facultati dedit[9] ſit, & inſerere in animos ciuiũ huiuſcemodi de ſe opinionem. Amplius autem non ſolũ ipſum perſpici neminẽ ciuẽ contumelia uexantẽ, neq; puerũ neq; uirginẽ, ſed etiam nullũ familiariu ipſius: eodemq; pacto ſe gerere ſuas mulieres erga alias. quoniam propter feminarum etiam contumelias multæ tyrannides euerſæ ſunt. Et quod pertinet ad corporis uoluptates, contrarium facere, quàm nunc quidam è tyrannis faciunt. Non enim tantùm ſtatim à mane hoc faciunt, & continenter quidem multos dies: uerumetiam alijs uideri uolũt hoc gerentes, ut tanquam beatos & deorum uitam penè conſecutos, eos admirentur. Atqui iu primis deceret, ſe moderatè gerere in huiuſcemodi rebus: ſi autem non, intelligi cæteris ſugere ac uitare. neque enim facilè inſidijs captari poteſt, neq; cõtemptui eſſe homo ſobrius, ſed temulẽtes: neque uigil, ſed qui dormit. Contrariumq; faciundũ eſt eorũ, quę olim dicta ſunt fermè omnium: conſtruere enim & ornare ciuitatem oportet, ut tutorem exiſtentem, & non tyrannum. Adhuc autem & erga deos uideri ſemper ſtudium ponentes eximie. Minus enim

ζειν. οὐ δεῖ δὲ φοβεῖσθαι μή ποτε ἀπορήσῃ χρημάτων, κύριος ὢν τῆς πόλεως· ἀλλὰ τοῖς γ' ἐκτοπίζουσι τυράννοις ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ συμφέροι τοῦτο, μᾶλλον ἢ καταλιπεῖν, ἀθροίσαντας. ἧττον γὰρ ἂν οἱ φυλάττοντες ἐπιτιθοῖντο τοῖς πράγμασιν. εἰσὶ δὲ φοβερώτεροι τῶν τυράννων τοῖς ἀποδημοῦσιν οἱ φυλάττοντες, τῶν πολιτῶν. οἱ μὲν γὰρ συναποδημοῦσιν, οἱ δὲ ὑπομένουσιν. ἔπειτα τὰς εἰσφορὰς καὶ τὰς λειτουργίας δεῖ φαίνεσθαι τῆς τε οἰκονομίας ἕνεκα συνάγοντα, κἄν ποτε δεηθῇ, χρῆσθαι πρὸς τοὺς πολεμικοὺς καιρούς. ὅλως τε αὑτὸν παρασκευάζειν φύλακα καὶ ταμίαν ὡς κοινῶν, ἀλλὰ μὴ ὡς ἰδίων. καὶ φαίνεσθαι μὴ χαλεπὸν, ἀλλὰ σεμνόν. ἔτι δὲ τοιοῦτον, ὥστε μὴ φοβεῖσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλὰ μᾶλλον αἰδεῖσθαι. τούτου μέντοι τυγχάνειν οὐ ῥᾴδιον, ὄντα εὐκαταφρόνητον. διὸ δεῖ κἂν μὴ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐπιμέλειαν ποιῆται, ἀλλὰ τῆς πολιτικῆς, καὶ δόξαν ἐμποιεῖν περὶ αὐτοῦ τοιαύτην. ἔτι δὲ μὴ μόνον αὐτὸν φαίνεσθαι μηθένα τῶν ἀρχομένων ὑβρίζοντα, μήτε νέον, μήτε νέαν, ἀλλὰ μηδ' ἄλλον μηδένα τῶν περὶ αὐτόν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς οἰκείας ἔχειν γυναῖκας πρὸς τὰς ἄλλας· ὡς καὶ διὰ γυναικῶν ὕβρεις πολλαὶ τυραννίδες ἀπολώλασι. περί τε τὰς ἀπολαύσεις τὰς σωματικὰς τοὐναντίον ποιεῖν, ἢ νῦν τινες τῶν τυράννων ποιοῦσιν. οὐ γὰρ μόνον εὐθὺς ἕωθεν τοῦτο δρῶσι, καὶ συνεχῶς πολλὰς ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ φαίνεσθαι τοῖς ἄλλοις βούλονται ὅτι πράττοντες, ἵν' ὡς εὐδαίμονας καὶ μακαρίους θαυμάσωσιν. ἀλλὰ μάλιστα μὲν μετριάζειν τοῖς τοιούτοις· εἰ δὲ μή, τό γε φαίνεσθαι τοῖς ἄλλοις διαφεύγειν. οὔτε γὰρ εὐεπίθετος, οὔτ' εὐκαταφρόνητος ὁ νήφων, ἀλλ' ὁ μεθύων· οὐδ' ὁ ἀγρυπνῶν, ἀλλ' ὁ καθεύδων. τοὐναντίον τε ποιητέον τῶν πάλαι λεχθέντων σχεδὸν πάντων. κατασκευάζειν γὰρ καὶ κοσμεῖν τὴν πόλιν, ὡς ἐπίτροπον ὄντα, καὶ μὴ τύραννον. ἔτι δὲ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς φαίνεσθαι ἀεὶ σπουδάζοντα διαφερόντως. ἧ-

τόν τε

Non eſt porrò metuendum nequando pecunia eum deficiant, cum penes eum ciuitatis ſit poteſtas: immo uerò tyrannis in alias terrarum oras domo exeuntibus, etiam hoc utilius ſit, quam coaceruatas & congeſtas relinquere. Ita enim qui cuſtodiæ tyrannicæ præpoſiti ſunt, minus inuadant in res tyranni. Formidoloſiores enim atque horribiliores ſunt tyrannis ijs, qui peregrinantur, cuſtodes & præſidiarij milites, quàm ciues. hi enim unà cum tyrannis peregrinantur: illi in horum locum manent. Deinde tyrannum uideri oportet tributa & munerum publicorũ functiones, tum rei familiaris tuendæ gratia exigere, tum ſi quando opus ſit, ad opportunitates belli curare. Inſumma denique ſe ipſum præbere cuſtodem tanquã rerum communium & publicarum, non tanquam propriarum & priuatarum: & ſpeciem præ ſe ferre non aſperi & ſæui hominis, ſed graui & magnifici uiri: præterea talem uideri, ut qui cũ eo loquuntur & congrediuntur, eum non metuant aut horreant, ſed uereantur & pudore proſequantur. Hoc autem conſequi non eſt ei facile, qui ſit contemnendus. Quocirca oportet eũ, etiamſi alias uirtutes negligat, at certe in ſcientiæ ciuilis ſtudium diligenter incumbere: & opinionem de ſeipſo talem in animis ſuorum ingenerare atq; inſerere. Præterea non ſolum ipſum uideri in quenquam ſuorum ciuium neq; adoleſcentulũ neq; puellam contumeliam ullam edere, uerum nec in alium quenquam ſuorũ comitum: ſimiliterq; uxores eorum proprias erga alias mulieres affectas eſſe. Nam propter uxorum contumelias multa tyrannides interierunt. In uoluptatibus autem corporis conſectãdis ac perfruendis contrarium facere, atque id, quod nunc quidam tyranni faciũt. non enim ſolum ſtatim à mane & continenter per multos dies hoc agunt, ut uoluptatibus perfruantur: uerum etiam ſuarum libidinum ac uoluptatum alios homines conſcios & teſtes eſſe uolunt, ut ſint eis, tanquam beati ac fortunati, admirabiles: ſed maximè quidem in his rebus modum ſeruare ſit minus, at alijs ſua flagitia occultare, eorumq; teſtimonium & oculos fugere. Nam neque is, qui ſiccus ac ſobrius eſt, impreſſionem facientibus patet, aut dignus eſt, qui contemnatur. neque is, qui uigilat atq; excubat, ſed is, qui dormit. Contrarium denique faciendum eſt, atq; ea, quæ ſuprà dicta ſunt, ferè omnia. Vrbem enim exædificare atq; exornare debet, tanquam ſit procurator, non tyrannus. Præterea quod ad deorum cultum attinet, huius rei ſemper egregiè ſtudioſus uideri debet.

enim metuũt accipere aliquid iniuſti facti ab huiuſcemodi, ſi religioſum exiſtimauerint eſſe principem, & curam deorũ gerere. Et minus ipſi inſidiantur, ut ſocios habẽti, quiq; auxiliũ laturi ſint, deos. decet autem talem uideri citra ſuperſtitionẽ. Atque eos, qui boni ſunt aliqua in re, ſic honorare, ut non arbitrentur ſe unquam à ſuis ciuibus magis honoratum iri, ſi liberi forent. Et huiuſcemodi honores tribuere ipſum: animaduerſiones [illegible] in eos, qui deliquerint, ab alijs qui poteſtatem ciu[illegible] habeant & a curijs profici[illegible]. Communi autem cuſtodia omnis imperij unius, neminem efficere unum magnum, aut certe plures: ſeruabunt enim ſe mutuò. Quod ſi unum oportuerit magnum facere, nullo modo, qui ſit ingenio audax: huiuſcemodi enim ingenium indolesq; in omnib. fa[illegible] eſt prona ad inuadendũ. Et [illegible] cuiuſpiam poteſtatem di[illegible]ere, paulatim hoc facere, & nõ omnem ſimul ei auctoritatem eripere. Adhuc autem ab omni contumelia ſibi temperare: præter cæteras autem à duabus, à corpor[illegible] cædendis, & flore ætatis dehoneſtando. Maxime autem hanc cautionem adhibere debet in illos, qui ſunt ſtudioſi honoris. ſe namque parui duci in ſpoliatione bonorum, grauiter ferunt auari: contemptum uerò, qui ab ignominia proficiſcitur, non ferunt ambitioſi, neq; probi uiri. Quapropter ſiue huiuſcemodi [illegible] uti non oportet, ſiue uerbera uideri inflixiſſe more parentum, & minimè ob contemptum. Conſuetudines autem, quæ incurrunt in florentes [illegible], amoris cauſa, & non ob poteſtatem: demumq; quæ [illegible] habent ignominiæ, redimere maioribus honoribus. Ex [illegible], qui inſidiantur corpori uitæq; tyrannorum, hi maximè ſunt metuendi, & egent pluri ma cuſtodia, quicunq; non curant tueri uitam, ſi [illegible] patiantur. quare maximè cauere oportet eos, qui exiſtimant contumeliam [illegible], aut ſe ipſos aut eos qui curæ ipſis ſunt. Abiecta ut enim omni cogitatione [illegible], qui ira incenſi inſidiãtur: ut Heraclitus etiam ſig[illegible]cat, arduum eſſe affirmans, aduerſus iram præliari: animo namque emi. Quia autem ciuitates è duabus conſtant

τόν τι γὰρ φοβοῦνται τὸ παθεῖν τι παράνομον ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἐὰν δεισιδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα, καὶ φροντίζειν τῶν θεῶν. καὶ ἐπιβουλεύουσιν ἧττον, ὡς συμμάχους ἔχοντι καὶ τοὺς θεούς. δεῖ δὲ ἄνευ ἀβελτηρίας φαίνεσθαι τοιοῦτον. τοὺς τε ἀγαθοὺς περί τι γιγνομένους τιμᾶν οὕτως, ὥστε μὴ νομίζειν ἄν ποτε τιμηθῆναι μᾶλλον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, αὐτονόμων ὄντων. καὶ τὰς μὲν τοιαύτας τιμὰς ἀπονέμειν αὐτὸν, τὰς δὲ κολάσεις δι' ἑτέρων ἀρχόντων καὶ δικαστηρίων. κοινὴ δὲ φυλακὴ πάσης μοναρχίας, τὸ μηθένα ποιεῖν ἕνα μέγαν· ἀλλ' εἴπερ, πλείους. τηρήσουσι γὰρ ἀλλήλους. ἐὰν δ' ἄρα τινὰ δέῃ ποιῆσαι μέγαν, μή τοι τό γε ἦθος θρασύν. ἐπιθετικώτατον γὰρ τὸ τοιοῦτον ἦθος περὶ πάσας τὰς πράξεις, κἂν τῆς δυνάμεως τινὰ δοκῇ παραλύειν, ἐκ προσαγωγῆς τοῦτο δρᾶν, καὶ μὴ πᾶσαν ἄθρόον ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν. ἔτι δὲ πάσης μὲν ὕβρεως ἀπέχεσθαι· παρὰ πάσας δὲ δυοῖν, τῆς τε εἰς τὰ σώματα κολάσεως, καὶ τῆς εἰς τὴν ἡλικίαν. μάλιστα δὲ ταύτην ποιητέον τὴν εὐλάβειαν περὶ τοὺς φιλοτίμους. τὴν μὲν γὰρ εἰς τὰ χρήματα ὀλιγωρίαν οἱ φιλοχρήματοι φέρουσι βαρέως· τὴν δὲ εἰς ἀτιμίαν, οἵ τε φιλότιμοι καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τῶν ἀνθρώπων. διόπερ ἢ μὴ χρῆσθαι δεῖ τοῖς τοιούτοις, ἢ τὰς μὲν κολάσεις πατρικῶς φαίνεσθαι ποιούμενον, καὶ μὴ δι' ὀλιγωρίαν· τὰς δὲ πρὸς τὴν ἡλικίαν ὁμιλίας δι' ἐρωτικὰς αἰτίας, ἀλλὰ μὴ δι' ἐξουσίαν. ὅλως δὲ τὰς δοκούσας ἀτιμίας ἐξωνεῖσθαι μείζοσι τιμαῖς. τῶν δ' ἐπιχειρούντων ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος διαφθοράν, οὗτοι φοβερώτατοι, καὶ δέονται πλείστης φυλακῆς, ὅσοι μὴ προαιροῦνται περιποιεῖσθαι τὸ ζῆν, διαφθείραντες. διὸ μάλιστα εὐλαβεῖσθαι δεῖ τοὺς ὑβρίζεσθαι νομίζοντας, ἢ αὐτοὺς, ἢ ὧν κηδεμόνες τυγχάνουσιν. ἀφειδῶς γὰρ ἑαυτῶν ἔχουσιν οἱ διὰ θυμὸν ἐπιχειροῦντες, καθάπερ καὶ Ἡράκλειτος εἶπε, χαλεπὸν φάσκων εἶναι θυμῷ μάχεσθαι. ψυχῆς γὰρ ὠνεῖσθαι. ἐπεὶ δ' αἱ πόλεις ἐκ δύο συνεστήκασι

Nam minus timent ne quid ſibi incommodi præter l[illegible]ge[illegible] ta[illegible] imp[illegible]tetur, ſi principem religioſum [illegible], & metu deorum c[illegible]ineri, [illegible] deos curare exiſtiment. & minus ad inſi[illegible]as tyranno comparandas [illegible]e conferunt, tanquam deos habenti bello ſocietate coniunctos. Oportet tamen ſine ſtultitia & ſtupore mentis talem uideri. Præterea e[illegible], qui aliqua uirtute præſtant, talibus honoribus afficere, ut non putent ſe unquam à ciuibus, ſi ſuis legibus utantur, maiores conſecuturos: & tales quidem honores ipſum tribuere: ſupplicia uero per alios magiſtratus & per iudices co[illegible]ſtituere. Omnis porro monarchiæ cuſtodia & cautio communis eſt, ut neminem unum magnum faciat: ſed, ſi hoc demus, plures [illegible]: ſeruabunt enim & ſpeculabuntur inter ſe. Quod ſi quem forte magnum facere oporteat, at ne eum, qui ſit ingenio & moribus audax & confidens. In omnibus enim a[illegible] talia ingenia ad impreſſionem faciendam maxime ualent. Et ſi quis potentia ſpoliandus eſſe uideatur, ut hoc ſenſim & paulatim faciat, non totam ei auctoritatem uno tempore adimat. Præterea cum omni contumelia tyrannus debeat ſi[illegible] temperare, tum præter omnes duabus, & ne quẽ plagis corpori infligendis ſupplicio afficiat & excruciet, & ne eius ætate florenti contumelioſe ſtuprum inferat. Maxime autem adhibenda hæc cautio eſt in i[illegible]s, qui honoris ſtudio ducuntur. Nam pecuniæ cupidi & auari, iniuriam ſibi per contemptum quendam illatam in bonis & pecunijs, grauiter ac moleſte ferunt: honoris ſtudioſi & uiri boni, infamiam. Quare aut a tali [illegible] facto abſtinendũ eſt, aut ſupplicia quidem uideri oportet animo paterno conſtituere, non per contemptum. congreſſus uero adoleſcentium appetere propter cauſas amatorias & uene[illegible], nõ propter licentiam ac poteſtatem. ad ſummam, quæ ignominioſa [illegible] tur, maioribus honoribus r[illegible]dimere [illegible]que ex[illegible]. Eorum autem, qui p[illegible] tyranni uitam & caput petunt, [illegible] corporis interitum parant, h[illegible] ma[illegible]me horribiles & plurimam accurat[illegible] mámque cuſtodiam de[illegible]erant, q[illegible] tyranno [illegible]ſe necato non mag[illegible] rent, ut uitam ſ[illegible] retinere [illegible] ſe liceat. Quocirca y maxime ca[illegible] ſunt, qui uel [illegible], uel [illegible] tueri debent, contume[illegible] ſe lædi putant. ſibi enim minime parcunt, qui a[illegible] ira impulſi in alterum irruunt, ut ait [illegible] clitus: qui cum rationem a[illegible] quod dixiſſet, d[illegible]cile & ar[illegible] cum ira p[illegible]are, Quia quod e[illegible], emit anima, inquit. Quoniam autem ciuitates

conſtant partibus, ex hominib. pauperibus & e diuitibus: maximè quidē utraſq; exiſtimare oportet ſalutē accipere à principatu, operaq; ipſius fieri, ne mutuò ſibi iniurias faciant: & utri ipſorum firmiores extiterint, hos maximè reddere proprios ſui principatus. Quoniā ſi in rebus ipſius hoc extiterit, non neceſſe erit tyrannum ſeruos liberare, & ciuib. arma demere: ſatis enim erit altera pars poteſtati ipſius adiuncta ut firmiores ſint illis, qui inſidiātur. Superuacaneū aūt eſſet exponere ſingillatim omnia hæc. ꝓpoſitum namq; manifeſtū eſt, oportere non tyrannicum, ſed patremfamilias & regalem eſſe uideri ijs, qui in poteſtate ipſius ſunt: & non extortorem bonorum, ſed tutorē: & uitæ mediocritatem perſequi, non exuperantiam. Adhuc autem conſuetudine cōciliare ſibi claros uiros: multitudini autem blandiri. Ex his enim neceſſe erit, non ſolùm principatū eſſe honeſtiorem, & quem magis meritò æmulentur: quoniam imperium habebit in meliores, & nō humilis & demiſsi animi: & ipſum non odio haberi, neq; metui ſed etiam principatum eſſe diuturniorem. Præterea ipſum affectum eſſe moribus, ſiue ꝓbè ad uirtutem, ſiue dimidia ſui parte probum: & non prauum, ſed dimidia ſui parte prauum.

τετήκασι μορίων, ἔκ τε τῶν ἀπόρων ἀνθρώπων καὶ τῶν εὐπόρων, μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους ὑπολαμβάνειν δεῖ σώζεσθαι διὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς ἑτέρους ὑπὸ τῶν ἑτέρων ἀδικεῖσθαι μηδέν· ὁπότεροι δ' ἂν ὦσι κρείττους, τούτους ἰδίους μάλιστα ποιεῖσθαι τῆς ἀρχῆς. ὡς ἂν ὑπάρξῃ τοῦτο τοῖς πράγμασι, οὔτε δούλων ἐλευθέρωσιν ἀναγκὴ ποιεῖσθαι τὸν τύραννον, οὔτε ὅπλων παραίρεσιν. ἱκανοὶ γὰρ θάτερον μέρος πρὸς τῇ δυνάμει προστιθέμενον, ὥστε κρείττους εἶναι τῶν ἐπιτιθεμένων. περίεργον δὲ τὸ λέγειν καθέκαστον τῶν τοιούτων. ὁ γὰρ σκοπὸς φανερός, ὅτι δεῖ μὴ τυραννικὸν, ἀλλ' οἰκονόμον καὶ βασιλικὸν εἶναι φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις, καὶ μὴ σφετεριστὴν, ἀλλ' ἐπίτροπον· καὶ τὰς μετριότητας τοῦ βίου διώκειν, μὴ τὰς ὑπερβολάς. ἔτι δὲ τοὺς μὲν γνωρίμους καθομιλεῖν, τοὺς δὲ πολλοὺς δημαγωγεῖν. ἐκ γὰρ τούτων ἀναγκαῖον, οὐ μόνον τὴν ἀρχὴν εἶναι καὶ καλλίω καὶ ζηλωτοτέραν, τῷ βελτιόνων ἄρχειν, καὶ μὴ τεταπεινωμένων· μηδὲ μισούμενον καὶ φοβούμενον διατελεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν εἶναι πολυχρονιωτέραν. ἔτι δ' αὐτὸν διακεῖσθαι κατὰ τὸ ἦθος, ἤτοι καλῶς πρὸς ἀρετὴν, ἢ ἡμίχρηστον ὄντα· καὶ μὴ πονηρὸν, ἀλλ' ἡμιπόνηρον.

uitates ex duabus particulis conſtant, nempe ex egentibus & locupletibus: maxime quidem utraſque adduci oportet, ut [illegible] propter imperium tyranni ſaluos eſſe, & neutros alteris ſinere ullam iniuriam inferre: proximè uerò utri ſint potentiores, hos imperio maxime adiungere, & ſuos facere. Nam ſi res tyranni hoc modo fuerint contractæ & compoſita: neq; ſeruos neceſſe habebit tyrannus ad libertatem uocare, neq; ciues armis nudare. pars enim altera ad tyranni copias accedens ſatis erit ualida ad eos, qui impreſſionem facere conabuntur, coercēdos. ſed ſuperuacaneū eſt ſingillatim talia perſequi. In promtu eſt enim quid et principi, qui ſolus imperat, propoſitum eſſe debeat: oportere eum uideri non tyrannicum, ſed tanquam rei familiaris diſpenſatorem, & animo regali præditum erga ciues: & non omnia ſibi uendicantem, neq; facientem, ſed procurantem ac tuentem: tum in uita degenda mediocritatem & moderationem, non nimium & immoderationem conſectari. Præterea in nobiles quidem ſe affabilem, & in congreſſionibus ac ſermonibus facilem præbere, multitudinem uero populari oratione demulcere. Ex his enim imperium fit, non ſolum pulchrius, & omni ſermone prædicabilius ac fortunatius, quia melioribus imperet, & non fractis ac demiſsis, & quia non ſit perpetuò ciuibus inuiſus & horribilis: ſed etiam diuturnius ſit neceſſe eſt. Præterea ita eſſe moratum, animo affectum oportet, ut uel uirtutem ſit cō ſecutus, uel ut dimidia ex parte uir bonus: neque homo malus, ſed dimidia ex parte malus.

COMMENTARIVS.

Conſeruantur autem.) Cùm oſtenderit cauſas interitus imperiorum, quæ reguntur à ſingulis hominibus: nunc incipit docere, quomodo ijſdem ſalus detur, ut integra ipſa diu incolumiaque maneant. cumque duobus modis præcipi hoc poſſit, id eſt ſimpliciter in uniuerſumque, & ſingillatim accedendo ad ſingula genera ipſorum: generatim, inquit, ipſa conſeruari ex contrarijs rebus iis, quibus diſſoluuntur. nec tamen quæ illæ ſint, exponit. nullus enim labor eſt, ipſa inuenire ex ſuperiore explicatione eorum, quæ ipſis malum dent ac uim habeant perdendi.

Vt autem ſingulatim.) Quæ ſint remedia propria huius aut illius imperij, id eſt iuſti aut iniuſti, tradit. Primùm autem aperit, quomodo regnum conſeruetur diuturnumque fiet: deinde, quomodo tyrannis. Regna igitur accepta à maioribus manere inquit, ſi quis ipſa perducat reuocetque ad moderatiorem regendi rationem, demat que aliquid è tam plena abſolutaque ipſorum poteſtate. Cuius ſui documenti ſtatim rationem reddit, & eam quidem quæ non ſolùm profit uaru regno, ſed etiam cæteris poteſtatibus: affirmans, quanto pauciorum rerum auctores & quaſi domini fuerint, tanto longiore tempore manſuram eſſe incolumemque futuram poteſtatem illam. Quod itidem conſtituit probatque, duas cauſas afferēs huius boni: priorem ſumptam à perſona regum ipſorum, alteram ab eorum qui parent. inquit enim: Ita namque ipſi minus [illegible]iter imperabunt, ac uita moribusque magis ſimiles cæteris cùm ſint, minus inuidebitur ipſis ab ijs in quos imperium habent. Illa enim ſumma omnium rerum poteſtas, etſi radices iuſtas habet, incurrit tamen in oculos eorum qui parent, neceſſarioque gignit inuidiam.

Hanc enim ob cauſam.) Exemplis confirmat ſententiam ſuam, docens, regna quæ diu permanſerunt tal[illegible], qual[illegible] dixit extitiſſe: nullamque aliam ob cauſam regnum Moloſſorum diuturnum fuiſſe, niſi quia moderatum & legibus quibuſdam frenatum erat: & ut hoc, ita etiam regnum Spartiatarum. quod & ipſum huius generis, id eſt moderatum, fuiſſe probat. Duobus autem, remotis inter ſe, temporibus neruos ipſius modice inciſos fuiſſe, ne inſolenter exultaret, docet. Primùm enim, ſtatim ut conſtitutum fuit, duo creati ſunt reges, non unus tantum: itaque poteſtas ipſius diuiſa, & deinde inferioribus temporibus à Teopompo rege, quem narrat, temperanter moderateque ſe geſſiſſe [illegible] omnibus alijs rebus: & magiſtratum Ephororum conſtituiſſe, qui quaſi moderaretur regibus, & in officio ipſos tuceret. Cùm autem à multis tunc Theopompus exiſtimaretur eſſet ac dictus imperium minuiſſe, docet accuſare bonos exiſtimator horum factorum, id uerum non eſſe. quantum enim illa dempſit ei regno uirium & poteſtatis, tantum addidiſſe Theopompum æternitatis eidem temporis ac uetuſtatis. quare addit, Aliquo modo autem & maius fecit regnum Spartiatarum non minus, ut multi falſo putabant. id quod inquit, reſpondit rex ille æquus ac probus uxori contumaci ac muliebri ſpiritu inflatæ, quæ uirum ob id factum increpuerat. totam rem auctor diligenter & apertè narrat. Quam auidæ autem ſint imperandi mulieres, nec æquo animo patiantur eripi ſibi priſtinā poteſtatem in ciuitate, declarauit etiam Demarata, Hieronis tyranni filia, Andronodori uero uxor, quæ & ipſa turbulento admodum tempore, uitæque amborum periculoſo, dehortata eſt uirum ab honeſto & tuto conſilio: admonens ipſum uiuere

patæ ſæpe à Dionyſio tyranno uocis, qua pedibus eractum, non inſidentem equo, relinquere tyrannidem diceret oportere. factum igitur eſt, ut non multo poſt a publico conſilio ambo obtruncarentur. Idem autem ſenſit Plutarchus de nouo magiſtratu ephororum, qui diſſerit in Lycurgo ſuo contra illos qui arbitrantur ipſo redditam reip. ea languidiorem ac magis popularem. Docet enim grauis ſcriptor, ut eius factam eam eſſe contentiorem, non remiſſiorem. cùm enim magiſtratus ephororum uideretur pro populo ſtare, & eius commoda augere: auctoritatem tamẽ poteſtatemque optimatũ firmiorem robuſtioremque reddidiſſe. De hoc etiam diſſerit in utramq; partem M. Cicero in [illegible] libro de Legibus. cùm enim induxiſſet Q. fratrem in eo ſermone dicentem grauitatem optimatum cecidiſſe poteſtate ephororum, conualuiſſeque ius multitudinis id eſt, ut locutus eſt Plutarchus eo loco, quem ſuprà indicaui, [illegible] fuiſſe [illegible], atque [illegible]: ipſe aduerſatur illi, docetque contrarium factũ eſſe, his uerbis: Non eſt Quinte ita. non ius enim illud ſolùm ſuperbius populo, ſed uiolentius ut [illegible] eſt neceſſe erat: quo poſtea quàm modica & ſapiens temperatio acceſſit, conuerſa lex in omnes eſt. Plura etiam, ut opinor, Marcus dixerat in eam ſententiam: ſed locus mutilatus eſt, ac fortaſſe etiam extrema hæc pars non integra neque ſincera. Moloſſorum regnum, cùm lõgo temporis interuallo manſiſſe tradat, atque diuturnitatis illius cauſam afferat, non eſt dubium, quin intelligat regnum Epirotarum, quod obtinuit Pyrrhus, qui bellum geſſit aduerſus Romanos, à Tarentinis Samnitibusque in Italiam uocatus. de cuius regni uetuſtate & honeſta origine diſſeruit Plutarchus idemque memorauit, ueniſſe poſtea in eam tellurem Neoptolemum, Achillis filium, cum magna manu mortaliũ: qui cum Pyrrhus etiã uocaretur, putari poteſt inferiorem hunc dignitatis cauſa eodem nomine appellatum.

Tyrannides autem.) Cùm paucis oſtendiſſet, quo modo tyrannides extinguuntur, nunc quomodo eædem conſeruantur, à periculiſque multis, quæ ipſis neceſſariò imminent, defenduntur, exponit. Primùm igitur inquit, ipſis ſalutẽ dari duobus modis, inter ſe maximè oppoſitis: quos tamen ſtatim, qui ſint, non aperit. Intelligit autem, ut ijſdem Plutarchi uerbis utar, per [illegible] & [illegible] id eſt, ſi contentior fiat tyrannis, magiſque talis, & omni denique ſui parte ſimilis ſibi. contraque, ſi remiſſior ſit atque languidior. Explicat autem duriorem modum prius, uel potius aſperum ac ſæuũ. nam alter mitis ac placidus eſt, & laudari poſſet niſi finis ipſius foret dominari, atque minus inuidioſa ratione multũ illam poteſtatem tueri. Inquit igitur, eum eſſe, qui traditus eſt ipſis per manus, & acceptus à ſuperioribus, qui & ipſi ea dominati fuerint. illum autem ſequi ſolere, inquit, maiorem partem tyrannorum, eoque in tuenda dominatione ſua ipſo uti tanquam norma quadam certa. Eorum documentorum, inquit, non pauca credi uulgò excogitata fuiſſe, & in uſum adducta a Periandro Corinthio. Addit uerò, ipſis licere etiam huiuſcemodi multa inſtituta ſumere à dominatu Perſarum, quorum reges ſuperbi atque crudeles in primis erant. id quod ſignificauit etiam M. Cicero in epiſtola quadam, quam ſcripſit ad Atticum, cùm aperiret illi, qualem futuram putaret dominationem C. Cæſaris.

Sunt autem.) Exponit, quæ ſint documenta ſuprà à ſe indicata, ad tuendam tyrannidem apta. Etſi enim [illegible], inquit non tamen hic ualet, quod plerunque aduerbium hoc, id eſt antiquum tempus ac ualde remotum ab ea ætate [illegible] traditum non parum ſeiunctam à loco, in quo iterum de rebus illis diſſerit. Eodem pacto inſtà hoc ipſo in libro loquitur, ubi mitiorem rationem tradens, hortatus eſt huiuſcemodi iniuſtos principes, ut contra ſe gererent in uita, & [illegible] ſe remouerent ab his teris inſtitutis. Quod uero addit, [illegible], adiunctum ab eo fuit: quia ſciebat, quæ [illegible] præſidia adhiberentur, uix poſſe tyrannidem eſſe diuturnam, propter imbecillitatem ac uitia propria ipſius [illegible] poteſtatis. Sed his relictis, ueniamus ad hæc ipſa præcepta ſæua explicanda: quorum primum illud ipſum eſt conſilium Periandri, conformatumque ad ſententiam ipſius. Eſt autem ipſum, conterere & extenuare ciues eos, qui eminent atq; antecellunt cæteris id eſt, ſi præſtant reliq; in amplitudine patrimonij, aut exiſtimatione & dignitate, cæteriſque huiuſcemodi rebus, quaſi tondere & amputare eorum diuitias & honores. quod Periander ſimili fieri oportere docuit. Secundum eſt, interficere illos, qui magnos in ciuitate ſpiritus gerunt, de ſuiſque bonis magnificè ſentiunt: hi namque ſe quouis honoris gradu dignos arbitrantur, nec iugum ſeruitutis æquo animo ferũt. Præterea inquit, nõ permittere conuiuia, id eſt, cauere ne plures ſimul cœnent: eodemq; pacto uetare, ne ſodalitates in ciuitate inſtituantur, aut liberales artes colantur: demumq; nihil aliud huiuſcemodi concedere. Sed inquit, exturbare è ciuitate cuncta illa, quæ uim ac poteſtatem habent pariendi duo hæc: ſpiritus inquam, magnitudinemq; animi, ac fidem. Addit his, non oportere etiam eoſdem, ſi poteſtatem illam ſuã conſeruare uolunt, concedere, ut in ciuitate ſint cõuentus otioſorũ hominũ. hoc enim arbitror ualere [illegible], & non quib. datur opera ſtudijs literarum. ſuprà enim intellexit ipſos, cùm inquit, tyrãnus [illegible] non pati colloquia.

Cunctaq; molitur.) Incumbere etiã in hanc curã portere ipſos toto pectore dicit, & omnia facere, ut ciues cuncti inter ſe ignoti ſint. Quia aũt hoc difficile eſt, ac uix obtineri omnino poteſt, cùm in iiſdẽ locis uiuant: idem addidit, [illegible] id eſt, quam maximè fieri poteſt, & quantum res patitur. ſtatim autem utilitatem huius præcepti monſtrauit à contrario. Inquit enim, notio namq; ipſius & familiaritate inter ſe eſſe, gignit fidem, facitq; ut liberius aperire conſilia ſua, & cõmunicare audeant. indeq; conſenſus & conſpiratio in tyrãnos naſcitur. Plato in V. libro de Legibus, ubi de celebratione ſacrorum dierumq; feſtorum agit: adiungit, inde etiam maximum hunc fructum capi, quòd ciues, uiſentes gregatim templa deorum immortalium, beneuolentia iunguntur, ſeq; mutuò cognoſcunt. quo nullum maius bonum contingere liberæ ciuitati poteſt, quàm ipſos inter ſe notos eſſe, & familiaritate hac copulatos. intelligẽs igitur tyrãnus hanc rẽ ſibi ualde aduerſari, corrũpit ipſam, ac deprauat.

Et peregrinos.) Oſtendit hoc etiam inſtitutum tyrannicũ eſſe, & adiuuare ſinã eorũ: curare inquam, ut peregrini externique homines, qui urbem uiſunt, conſpicui ſemper ſint, frequententque fores ac domos ipſorum. Quomodo autem hoc ualeat ad poteſtatem eam tuendam aperit, addens: Ita enim, ſi in illuſtribus inquam, apertiſque locis maneant, non poterit clàm eſſe quid faciant: oculi enim omnium coniecti in eos erunt. Suſpectos autem tyranni peregrinos habent, ne ferant auxilium ciuibus ad eos opprimendos: quare non patiuntur, ut in urbem ueniant, quin ſciant: & dum illic manent, diligenter eos ſeruant. Quod ſequitur apud auctorem, durum eſt. tranſit enim ſubitò à peregrinis ad ciues, perpetuòque in poteſtate tyranni poſitos. non enim poteſt de peregrinis dictum eſſe hoc. Et ſapere uetiãt, q̃ue animo conſilia parua eſſe ueſtent, cùm perpetuò ciues ſeruiant, nec liberum ſolutumq́ue tempus ullum habeant, quo non obſeruentur: nec tamen arbitror auctorem, peregrinos dicentem, intellexiſſe ſatellites aut milites mercede conductos. [illegible] namque hi uocantur, non [illegible] hoc autem uocabulo oſtendũtur, qui negotij cauſa aut uoluptatis alienas urbes uiſunt. Quod uerò inquit, [illegible] puto ualere, quod dixi, id eſt frequenter eſſe propã domus tyrannorum. Cùm enim loquatur de moribus atque inſtitutis barbaris, in [illegible] non eſt, ſi ſumpſit etiam inde nomen hoc. qui enim de rege Perſarum literis aliquid prodidère, regiam ipſius ſignificantes, uocant ipſam [illegible]. quam conſuetudinem ſeruant adhuc, ob ſimilitudinem imperij, Turcæ: uocant enim ipſam ut notum eſt, portam. Xenophon quoque ita locutus eſt non longe à principio pædiæ Cyri. In extremo huius partis addit Ariſtoteles, hæc ipſe quæ iam expoſuit, Perſarum ac barbarorum inſtituta, conuenire tyrannis, & eſſe ualde accommodata rationi ipſorum, cùm idem ualeant ac præſtent.

Atque enim.) Præterea, inquit, dare operam oportere, ne fugiat ipſum quæcunque aliquis è numero eorum qui parent, dicit aut facit. ſed inſtituere indices & exploratores omnium illorum. quod munus obibant Syracuſis feminæ quædam uocatæ ſermone Dorico, propter illius ciuitatis, [illegible]: feminas enim fuiſſe hac ſignificat Ariſtoteles. Plutarchus tamen de ijs, qui miniſterium hoc haberent, illic loquitur ut de uiris atque id duobus locis, id eſt in Dione, & in libello [illegible]. in uita Dionis narrat, cùm ille ingreſſus eſt in urbem, à qua ſuſtulerat iugum ſeruitutis, plebem Syracuſanam impetum feciſſe in amicos tyranni, hosque ipſos impuros homines necaſſe quorum etiam ſcelerarum officium quale fuerit [illegible] narrat. In eo autem commemorando conuenit ipſi cum Ariſtotele omnibus in rebus, præterquam in ſexu: plenius tamen rem narrat. Eadem traduntur ab ipſo in eo libello, quem dixi: quo loco etiam uirili genere indices hi appellantur. quare Gulielmus Budæus in ſuis Commentarijs, collatis his duobus locis inter ſe (nam tertij è uita Dionis non meminit) cenſet apud Ariſtotelem etiam legi debere, [illegible], cunctis tribus his uocibus uariatis. quod ſane mihi credere difficile eſt. Quin autem feminæ quoque in corrupta ciuitate fungantur his turpibus officijs, dubitari non poteſt declarauit hoc C. Saluſtius, qui narrat, L. Catilinam huius generis mulieres ſibi aſciuiſſe, quarum opera uteretur non ſolum in conſilijs uirorũ ſibi prodendis: uerum etiam in uirilis audaciæ facinoribus exequendis. Infrà etiam ſolere hoc facere mulieres auctor narrat, ubi de inſtitutis tyrannorum loquitur, quas curent dominetis in domibus hac ipſa de cauſa.

Et

Et Hieron)Dionyſij fuêre, qui uſi ſunt opera feminarum in explorandis conſilijs Syracuſanorum, pater ac filius, ambo tyranni: addit nunc, Hieronem, qui in eadê urbe dominatus eſt, ſolitum & ipſum mittere exploratores eodem côſilio in ea loca, ubi conuentus aliquis eſſet ac frequentia ciuium: exponitq; quid commodi caperent ex ea diligentia omnes huiuſcemodi principes. Fiebat enim, inquit, ut Syracuſani minus liberè inter ſe loquerentur, metuentes hos tectos indices: qui quæcunq; audiſſent, nota facerent tyrannis, nec auderent rapromere quicquã, quod pertineret ad inſidias illis ſtruendas, aut ad eorum exiſtimationem uiolandam. Ac ſi forrè, inquit, tale aliquid aliquando inconſideratè edidiſſent, minus poterat fallere principes eos. Commemorat Plutarchus in ſuperiore illo libello de Curioſitate, Dareum iuniorê regem Perſarum, diffidêtem ſibi, cunctoſq; ſuſpectos habentem primûm habuiſſe ὠτακουστὰς. eodem enim nomine ipſos uocat, quo hic Ariſtoteles. Non tentû autem iuncto nomine ipſos appellarunt Græci ſcriptores, uerum etiam aliquando ſimpliciter, id eſt ὦτα. tanquam forêt hi aures regum ac tyrannorum: quæcunq; enim ſubauſcultauerant, perinde erat atq; ſi illi ipſi reges propriis auribus accepiſſent. Nero Imperator, ut memoriæ proditum eſt, utebatur opera huiuſcemodi Corycæorum nô ſolùm in capite dominatuq; ſuo tuendo, uerum etiam in leuioribus ſtudijs, quibus totus deditus erat, ab omnis ſpectaro iſi iocuria uindicandis. diſpoſiti uâq; erant, cùm carmen recitaret in theatro, multi palàm, & plures occulti, qui uultus alacritatem triſtitiamq; obſeruarent: eorû autem indicijs, qui aliqua in re peccaſſent, aut ſtatim aut mox graui pœna afficiebantur.

Et criminari)Docet, ad ſoluſtem etiam bene potêtatem tuendã ualere, criminari nunc hos nunc illos apud alteros, & quaſi ferere diſcordias inter ipſos, & cauſas inimicitiarum. id eſt clàm ſuſurrare in aures huius aut illius quempiam eſſe ſibi inimicum, compertumq; ſibi eſſe malè ipſum de eo cogitare: eodemq; poſtea munere fungi, cùm altero uidelicet ac neſeiê, cû alterum illo. Quod ſequitur, συγκρούειν, ualet, committere aliquos inter ſe, & quaſi collidere: quemadmodû Martialis locutus eſt, accuſans hoc factum in maleuolo homine. inquit enim:

Cum Iuuenale meo quid me committere tentas, Quid non audebis perfida lingua loqui?

Exponit autem auctor, in quorum pectora potiſſimum iacere ſoleant hæc ſemina diſcordiarum. admonetq; ipſius morem habere, collidere amicos cum amicis. fidem enim eorum ac mutuã beneuolentiam intelligûs ſibi eſſe periculoſam, & præterea plebem cum claris ciuibus & illuſtribus, id eſt nobilibus, ne conſentient ad eos opprimendos. eodemq; pacto locupletes cum locupletibus.

Et pauperes)Præterea inſtitutum tyrannorum eſſe tradit, eos, quibus dominantur, pauperes reddere. in cuius inſtituti expoſitione ſcrupulus nullus eſt. cauſam, quam affert eius documenti, obſcurã iudico, niſi uitium ſit in uerbis. ſi enim legitur, ut eſt in omnibus ſanè, quos uidi, libris, ὅπως μήτε φυλακὴ τρέφηται, populus nô alit cuſtodes ſuæ poteſtatis. ipſe nemq; ſuis uiribus ſtatum ſuum defendit: ſed tyrannos, ut frenet incurſus in ſe multitudinis, ſpiculatores alit. Fuit, qui ita acciperet, ne tyrannus cogetur alere cuſtodes, cùm habeat, in quos exerceat poteſtatem illam ſuam, pauperes: ſed tyrânis ſine cuſtodibus nô manet, & pauperes etiam facti, qui inuiti ipſi parent, ſecuritatem à ſe libenter depellerent, & facile poſſent, ſi non haberet cuſtodes. ut enim poeta ille inquit, *Spoliatis arma ſuperſunt.* Ipſe, ſi ueſtigium ullum reperirem huius lectionis, arbitrarer, non malè legi, pro μήτε, ſublata prima litera, ἥτε: ut diceret id facere tyrannum, ut ex bonis ipſorû, à ſe direptis, aleret cuſtodes ſui corporis. etſi enim plures ſunt rationes efficiendi eos pauperes. hæc tamen breuis eſt & magis parata. affert præterea ſecum id bonum, quod oſtendi: ualdeq; utilis eſt tyranno. alterum commodum, quod capiens ſpoliatione fortunarum ciuium eſſe dicit, quod illi, amiſſis bonis, egentes occupati eſſe in quærendis rebus uitæ ſuæ ſuorumq; neceſſarijs: nec otium habebunt conſpirandi contra eos.

Exemplum autem)Quod dixi ſolere fieri ab iniuſtis regibus ac tyrânis, declarant inquit excelſæ illæ turres, quæ in Ægypto uiſuntur. neque enim aliã ulla de cauſa ædificatæ ſunt, niſi ut infinitus ille populus premeretur, occupatuſq; teneretur in illis molibus extruendis: nec poſſet inire côſilia depellendi à ſe ſæuum iugum. præterea inquit, opere quæ conſecrata dijs immortalibus fuerunt Corinthi à Cypſelidis, idê reſtetur. Cypſelidæ autem uocati ſunt plures eiuſdê familiæ, quæ dominata eſt diu in ea nobili ciuitate, à Cypſelo, auctore illius poteſtatis, ortum ducêtes. ſed etiam, inquit, ædificatio templi Iouis Olympij, à Piſiſtrato inſtituta, filijſq; Athenis, eundem finê habuit. nec non opera Polycratis tyranni Sami, quæ diuturna & ſumptuoſa fuerant. cuncta enim hæc, inquit, idem ualêt. quod etiam coniuſionodi ſit, ipſe aperit: excogitata enim eſſe affirmat ad otium multitudini eripiendum, paupertatêq; in ciuitatem inducendam. Hoc etiam facere conſuerant copiarum Rom. duces, ne nimio otio languerent milites, atque ea de cauſa in caſtris ſeditio aliqua naſceretur. quod periculum minus metuebant uicinis hoſtibus, & tùm res gereretur.

Et collatio.)Tributa etiam, inquit, idem efficiunt: monſtrat enim hæc quoque uiam, ualde aptã ad idem præſtandû. illa autem diu multumq; uſurpata eſt noſtra hac in urbe, præſertim cum patrib. diuiſa ſnces: ſemper aomperſ, quæ regnabat, alterã hoc pacto affligebat. exemplû ipſe poſuit huius è priuato pecuniæ collationis, eadem dominante Dionyſio Syracuſis, intercuallo quinq; annorum, à ciuibus ea ratione extortum fuiſſe omne patrimonium.

Sed etiam bella)Tyrannum etiam bellum concitare dicit, ſeminaq; diſcordiarum iacere inter ſuum ac uicinos populos. cuius ſtudij ſui geminos fines habet. quorum alter idem eſt, atq; illi, quos ſuprà commemorauit. dicit enim hoc ipſum facere, ne in quos imperium habet, otioſi ſint, ſed ſemper premantur multis laboribus atq; ærumnis, quas ſecû ferunt bellici caſus: alter uerò, ut egeant opera ſua ad bellum adminiſtrandum. Non eſt igitur, quod ad poſterius hoc fecit, cômune inſtitutum ac conſuetudo omnium tyrannorum: ſed eorum tãtùm, qui è militaribus uiris ductoribuſq; exercituum impoſuerunt libertati eorum, qui ipſos delegerunt. qui namq; non ea fraude uſi, ſibi dominatum pepererunt, cùm artem eam non habeant, non poſſunt cupere bellum. Præterea uidetur loqui de illis, qui non plenã adhuc poteſtatem in ciuitate nacti ſunt, neque radices egerunt. ſed arte atq; aſtutis conſilijs tuentur opes ſuas. nam illis, qui firmû iam in ciues imperium habent, periculum non paruum impendet ab externis hoſtibus (ſoli namque poſſunt frangere eorum principatum) illis autem ſemper fauent & opitulantur, qui ſeruiunt. ut enim impotentium, quo premuntur, iugum à ceruicibus depellant, non metuunt ſe in mediam flammam conijcere. A Platone quoque traditum eſt, morem habere tyrannum, cùm bellum aliquod iam compoſitum fuerit, ſiue hoſtes, cû quibus pugnarit, fugati, noua bella ſerere, ut populus duce egeat.

Et regnum quidem.)Oſtendit, ualere etiam plurimum ad tuendam tyrannidem, nullam penitus fidem habêre amicis ac familiaribus: in quo docet ipſam diſcrepare magnopere à regno, cùm regnû conſeruetur ſtudio atque opera amicorum. tyrannis autem cunctã meritò ipſos ſuſpectos habeat, ut inſidiatores ſuæ illius poteſtatis. Non ſine cauſa uerò tyrannû hoc facere docet, dicens cognitum ei eſſe, cunctos cupere ſe de gradu deijcere: maximè autê præſtare id poſſe amicos, quia oies omnes nocendi norunt, & auctoritatem non paruam habent apud cæteros propter amicitiam illam. Iudicauit M. Cicero, Dionyſiû patrem hoc in primis ſeruaſſe de quo in alijs, hoc memoriæ prodidit loco ſatis noto. Qui cùm abundaret & æqualium familiaritatibus & côſuetudine propinquorû, haberet etiã, more Græciæ, quoſdam adoleſcentes amore coniunctos: credebat eorû nemini. Extrema quæ hic leguntur duo uerba, aperta non uidentur à recta tralatione: quod tamen neſcio, an culpa librarij cômiſſum fuerit. ſenſus certè ipſorum ad ſententiam abſoluendê neceſſarius eſt: niſi aliquis putet auctorê intelligi uoluiſſe, quod requirebatur, quia neminê fallere poteret.

Et iſta quæ.)Vt ſimilitudinem tyrannidis ac ueri regni oſtenderat, in conſeruande ſua poteſtate: ita nunc ſimilitudinem, quam tyrannis habet cum poſtremo ſtatu multitudinis, ac maxime uitioſo, declarat. loquit enim, inſtituta illius populi eadem eſſe, quæ tyrannidis. exponit autem quæ ſint hæc, conſueſſeque dicit tyrannos augere poteſtatem feminarû in priuatis domibus, deteq; operam, ut ipſæ aliquo modo illic dominentur: hocq; facere ipſos dicit, ut illæ aperiant ſibi conſilia arcanaq; uirorû. Præterea ſeruorum indulgentiam, uel potius corruptelam, eadem de cauſa ab ipſis induci in ciuitatem affirmat. diſciplina enim, qua contineri debent ſeorca relaxare ſtudio tyrannorum, reddi ipſos amiciores fideliorefq; tyrannis, quàm erit. Quia autem licentia eorum, qui ipſis parent, ſolet eſſe periculoſa tyrânnis: affirmat eos nullam cauſam habere timendi aliquid mali eis à mulieribus aut à ſeruis, quia moris non ſit aut ſeruorum aut feminarum inſidiari tyrannis. hoc enim & liberi & uiri ſoetes faciunt. Præterea ſerui indulgenter habiti, & mulieres etiam, quib. plus tribuitur, quàm conditio ipſarû ferat, neceſſariò beneuolæ ſunt & tyrannis & ſtatibus, propè accedentib. ad mores inſtitutaq; tyrannorum.

Populus enim ſtudet.)Affert cauſam, cur conueniat in inſtitutis & tyranno & populo, quem dixit: docetque id euenire, quia

re, quia populus ille cupit eſſe princeps in ciuitate, ſuaq; in poteſtate omnia habere, neclegẽ ſe ullã tenere. quod probat argumento ducto à ſigno. Hac enim de cauſa fieri, ut aſſentator in honore ſit apud ambos, apud populum, qui demagogus uocatur. is enim eſt, inquit, populi aſſentator: apud tyrannum uerò, qui demiſſe humiliterq; ſe cũ ipſis gerunt. hoc enim ait, eſt munus opuſq; proprium aſſentationis, non liberè inquã loqui, nec quod in animo habet, aperire. M. Cicero, cùm abiectũ hunc animum, & qui potentiori ſemper in omni ſermone placet ſine ulla dignitate, monſtrare uellet: uocabulo & ipſe hoc uſus eſt. inquit enim: Quod enim aliud argumentum epiſtolæ ſuit, niſi [illegible]

Etenim hanc ob.) Docet unde fiat, ut tyranni libenter in amicitiam aſciſcant improbos homines huiuſq; ipſorum uoluntatis ac ſtudij duos fontes aperit. Quorum prior eſt, quòd gaudent aſſentationibus. & cùm nacti ſunt aliquos, qui ipſis aſſentiantur, uoluptatem inde magnã capiunt. hoc autem nemo unquam, qui animum uirilem gereret, induceretur ut faceret. ſed diligũt, inquit, probi & moderati uiri, quos amore ſuo dignos putant. ea animoq; id faciũt, non ſimulant, ut aſſentatores. Quod ſequitur, Et improbi homines multum ualent, utileſq; ſunt ad facta improba adminiſtranda indicat alterã cauſam moris, quẽ habent tyranni amicos ſibi faciendi prauos uiros. Peruulgata autẽ uoce confirmauit ſententiam ſuam, ac prouerbio quodam, quo uſus etiam eſt M. Cicero, cùm remedia traderet amoris uehementioris e pectore exturbandi, liberandiq; ſe hoc ſæuo morbo inquit enim: Etiã nouo quodam amore ueterem amorem, tanquam clauum clauo eijciendũ putant. Apsè autem quoque Plutarchus in Galba, cùm oſtenderet, non tã ambitione eorum, qui appellati ſunt imperatores, quàm auaritia & intemperantia exercituum factum eſſe, ut paruo tempore quatuor gubernaculum Romani imperij tenerent: cùm milites, tanquam clauus imperatores opera illorum ipſorum eijcerent. Quòd uerò ſuprà dixit [illegible] eſſe tyrannidem, teſtatus eſt idem, qui, uſu bene cognitam ipſam habebat, Dionyſius Syracuſanus. Cùm enim quidam, familiaris ipſius, culpam maiorẽ in ſe admiſiſſet, feciſſetq; quod ualde ipſi diſplicuit: conuerſus ad eum inquit, Animaduertiſſem in te, niſi prauis uiris egeret tyrannis, ac ſine opera ipſorum ſalua diutius eſſe non poſſet.

Et nullo mortal.) Indicat alium morem tyrannorum, quos non libenter aſpicere dicit uiros graues, & qui dignitatem ſuam omnibus in rebus oſtendant, liberiq; demum uideri uelint: & ne dum gaudeant aſpectu illorum, dolorem potius inde ſentiunt. Cauſam huius animi tyrannorum eſſe inquit, quòd ſoli illi tales in ciuitate uellent eſſe. quos reliqui ſuſpiciant & admirẽtur: qui autem & ipſe ſtudet honeſtati geritq; animum uirilem & ingenuũ, contendit aliquo modo cum tyranno de dignitate, facitq; ſtudio ſuo, ne ille primũ locum in ea re teneat, atq; ita eripit tyrannidi, quod ſuum propriumq; putat, eſſe inquam reginam & ſolam poteſtatem habere: odio igitur hos proſequuntur, ut dominatum ſuum planè comminuentes. Ponit mihi in conſpectu diligens ſcriptor, &(ut opinor) etiam alijs, qui accuratè legunt, huiuſcemodi aliquam ſpeciem uiri, qualis fuit Thraſea Pætus, dominante Nerone, ut uitam hominis & mores deſcribit Tacitus. is enim, duro illo & miſero tempore ſtuduit dignitati, ac ne latum quidẽ unguem remouit ſe ab honeſtate uiaq; uirtutis. quare meritò uideri potuit, ac dici [illegible] plenuſq; honoris. ideòq; nõ ſine cauſa putari [illegible], fortunato uiro & ſummas opes adepto, cùm omnibus in rebus liberè ſe gereret, nec cederet ullam in partem [illegible] quitati eius ætatis. & hanc ſanè arbitror cauſam fuiſſe, cur ille offenderet apud imperatorem ſemper enim inſenſus ei Nero fuerat. Nam, quæ tradita ſunt exitio ipſi fuiſſe, ſatis leuia ſunt, nec tantopere animũ principis cõmouere debuerant: ſed nocuerũt ipſi, quia indicia fuerunt & notæ ſatis certæ talis ingenij atq; indolis, & quæ quaſi certare uellet de dignitate & ſummo gradu honoris cum eo, qui ſe putabat in hoc omnibus antecellere. Non ſine cauſa igitur exiſtimatus eſt & dictus Nero, cùm operam dedit, ut innocens & integer uir extingueretur, uirtutem ipſam excidere.

Et uocare.) Indicat aliud inſtitutũ eorundem. Cum enim mos fortunatorũ hominum ſit, habere ſemper aliquos, qui cum ipſis unà cibum capiant, & ſimul etiam dies totos traducant: inquit, tyrannos uti ſocijs epularum & ſermonum cotidianorum externis potius hominibus ac peregrinis, quàm ciuibus. putant enim hos eſſe hoſtes, illos uerò minimè aduerſari ſtudio ſuo cupiditatiq; dominandi: neque enim peregrini ſperare poſſunt, ſe imperio in aliena terra potituros. Teſtatus eſt poſt hunc locum diligens doctor, ſe aperuiſſe inſtituta tyrannorum, & quæ tuentur poteſtatẽ eorum iniuſtam. Quod ſi ulla fugiſſent ipſum, ſimilia illa eſſe eorũ quæ expoſuit, nec laborem ullum eſſe, his apertis, ea indagare: cùmq; antea uerbũ non feciſſet de ui naturaq; ipſorum, nunc ſimul cuiuſmodi ſint demonſtrat, peſsima ſcilicet omnia ac cõſcelerata, taliaq; demum, ut nulla improbiora iniquioraq; cogitari poſſint. inquit autẽ [illegible], ut arbitror, non [illegible]: intelligens non ſolùm ueros peregrinos & externos homines, ſed illos etiam, qui ſe illic gerunt, ut hoſpites ac peregrini: quãuis in illis locis nati ſint, nec magnopere attendunt, quid publicè fiat. eadẽ ratio eſt (niſi fallor) conſequentis uocis. [illegible] namq; uocantur, qui incumbunt in rempublicã: non enim cuncti qui [illegible] ſunt, rectè uocantur [illegible]. Hi igitur totam mentem conuerterunt ad rempublicam: quare non delectant principes tales.

Sunt autem.) Hoc quoque quod adiungit, pertinet ad ſuperiorem præceptionẽ. Cùm enim ea quæ tradidit, plura uariaq; ſint docendi cauſa, ut melius ſcilicet ipſa percipiantur, affirmat cuncta redigi ad tres formas & quaſi capita, quæ formæ diſcrepantes inter ſe ſint, ſingulæq; contineant ea quæ etſi non omnino eadẽ ſunt, rectè tamẽ poſſunt ob affinitatem referri ad ipſas. Eiſd, ut in libro III. de Arte dicendi, appellat hic capita quædã & ſpecies, quæ maneant ſanè, ſtatumq; ſuum habeant, nec eadẽ ullo pacto ſint cũ quibuſdam, habentib ſimilitudinis aliquid cum ipſis. ut docuit, irridens Licymniũ, qui in Arte dicẽdi tradenda, nõ diſſentiẽtibus inter ſe rebus, inutiliter noua nomina impoſuerat.

Vnum eorum.) Exponit, quænam ſint tria illa, quæ dixit ſemper ante oculos habere tyrannos, & in primis diligenter ſtatuere: in quibus includi contineriq; uult cuncta, quæ ſuprà narrauit: unumq; eorum ac primũ eſſe inquit, quod ſtudent, ut ij quibus dominantur, uerſent animo conſilia tenuia atq; humilia, & nihil unquam amplum cogitent. Cauſam uerò afferens huius ipſorũ ſtatæ curæ, inquit: Qui enim parui animi eſt, nulli inſidiari ſolet. res enim hæc poſtulat magnitudinem animi, uirumq;, qui nullum periculum declinet, ut ſalutem det ciuitati, ipſeq; nomen inde ac gloriam adipiſcatur. Secundum, in quod toto pectore incumbunt, eſt, quòd dant operã, ne illi, quos in poteſtate habent, aliquid fidei ſibi ipſis habeant, audeantue quicquam credere alicui, quod patefactũ, periculum ipſis creet. Quod ſequitur in hoc inſtituto, eſſe inquit, ſcire illos non frãgi cõminuiq; tyrannidem, priuſquã aliqui ſint inuenti, qui fidant ſibi ipſis, conferantq; conſilia. qui namq; ſuſpectam habens fidẽ aliquorum, nihil ipſis temerè committunt. Exemplum prioris horum documenti, uel potius amborũ, latis clarum eſt, Dionyſius pater: qui cùm crederet nihil cuiquam, filiumque etiam, puerũ adhuc, ſuſpectum haberet, domi clauſum ipſum tenebat, nec ſinebat uti cõſuetudine liberorũ hominum, metuens ne inſererent in animũ eius cogitationes ullas grandiores. Quare miſer ille, orbatus colloquijs honeſtorum uirorum, totos dies domi ſedebat, fabricans puſilla uehicula, lucernulas, ſellas ligneas, menſas, huiuſcemodiq; alia: in quibus ille, indignis ſua fortuna, ſtudijs diu uerſatus, igniculos potius uirtutis, quos à natura haberet, extingueret, quàm ullam in partem augeret. fertur enim, non malum ingenium nactus Dionyſius filius. Commemorauit omne hoc, quod expoſui, Plutarchus in uita Dionis.

Qua de cauſa) Hoc ut certũ exploratumq; eliceitur ex eo, quod modò dixit: & profectò corollariũ eſt. Inquit enim, hanc cauſam eſſe perpetui belli, quod gerunt tyranni cum probis & honeſtis uiris. intelligunt enim, eos inutiles ac detrimentoſos eſſe ſuæ dominationi, non ſolũ quia pati non poſſunt eorũ imperiũ & tã acerbum iugum: uerum etiam quia ſunt fideles ſui loci atq; ordinis hominibus, id eſt, moderatis uiris & alijs etiam quamuis tã ſpectatis moribus non ſint, nec ſoleant ullo pacto indicare, aut ſocios conſiliorũ contra ipſos initorum, aut alios, quos peſtẽ afferre uelle tyrannis cognouerunt. Hos igitur tyrannus habent inimicitiæ magnæ, quas cũ ipſis gerunt. Non ſine cauſa autẽ hoc ipſos facere, ſed iuſtas radices habere hoc odium, declarauit Theodorus, unus eorum qui in caput Hieronymi Syracuſani coniurauerant. comprehenſus enim, tortusq; traditus, nullis cruciatibus compelli potuit, ut ſocios delendæ tyrannidis indicaret: & quod magis admirabile eſt (ut his ipſis uerbis narrauit T. Liuius) Conſciorum nemo, cum diu ſocius conſilij torqueretur, aut latuit aut fugit, tantũm illis in uirtute & fide Theodori fuit fiduciæ.

Tertium autem.) Tertium eſſe inquit, quod ſedulò curant, tuendæ tyrannidi aptum, quòd omnem poteſtatẽ eripiunt ijs, quibus dominantur, rerum gerendarum: obtinent uerò id pluribus uijs, & ſpoliando ipſos amplo patrimonio, & eripiendo ijſdem dignitatem atq; auctoritatem, ſine diuitijs enim, & ſine exiſtimatione nõ facilè aliquis ſocios inueniret tam periculoſi facti.

ſed, præterea, ſi reddiderint eos ignauos atq; inertes, & qui nullũ uſum habeant rerũ. Cauſam uerò afferẽs huius documẽti, utitur theoremate πολιτικῷ. Nemo enim, inquit, eſt, qui aggrediatur ad ea, quæ ſe efficere poſſe non ſperat, quare ſi nemini hæc eorum ſit, periculũ non facit delendæ tyrãnidis, ab opib. nactus, cæteriſq; reb. omnib. quæ neceſſaria ſunt ad id moliendum.

Ad quos igitur.) Expoſitis iam tribus illis modis quos dixerat, aliiſque etiam quæ confirmatis, ut præſtitiſſe, quod pol[...] fuerat, affirmet: oſtendiſſeque terminos, ad quos referuntur uniuerſa ac ſtudia tyrannorum: εἰς enim nunc appellet, quæ ſupra ὅρους uocarat. βουλεύματα dixerat, intellexit (ut opinor) deſideria ac fines eorũ. omnis enim cura ipſorum eſt, tueri [...] tum illum ſuum. Cuncta igitur, quæ ipſis in mentem uenerunt, ad id præſtandum apte reperit, redigi ad ea [...] ta, quæ monſtrauit: & nunc quoque, non eodem tamen ordine, enumerat, ſeque in extremo ſignificat priorem iam modum conſeruandæ iniuſtæ huius poteſtatis expliciſſe.

Alter autem.) Oſtendit alterũ modum, quem dixit, qualis ſit: eumq̃, ſtatim tradit repugnare maxime ex parte rationib. iam monſtratis conſeruandæ tyrannidis, in illiſq̃, uel ſuos cures conſumere, cũ priore illo aſſignatur tyrannis, diſſoluitq;, fiat hoc uerò relaxetur, clementiorq̃, euadat. Facile eũt, breuiq; oſtendere uolens, quomodo ratio hæc perſpiciatur docet ipſam in eli[...] cognoſciq;, ex interitu regni, ac re quæ ipſum corrũpit. Vt enim, inquit, regnũ debilitatur ac frangitur, cũm poteſtas [...] recta uiolari cœperit inſtituta tyrannice atq; iniuſte, unuſq̃, hic modus eſt predandi regnũ [...] talis eſt tyrannidis, [...] ipſam ſimilẽ regno. Intelligẽs aſſit optimus doctor hoc fraudi ipſi eſſe poſſe, ſi modus in eo nullus ſeruetur [...] admonet, [...] ſolùm retineat, cætera autem omnia remittat, atq; id ut tueri poteſtatẽ ſua ualeat dominari, q̃, non ſolùm [...] iam æque en[...]mo patientibus, ſed etiã inuitis ac recuſantibus. ſi namq; addit, hoc proijceret effunderetq;, eodẽ tẽpore [...] nationis proijceret, quæ nõ manet ſine præſidio. hoc enim inquit, tanquam ſolum ac crepidinem fulturam ſtare op[...] pacto ipſam cunctis: qui uerò modus ſit tenendus in reliquis, declarat. Neque enim omnino cuncta [...] tracta [...] partim enim eorum illo modo, quo dixit ſuos gerenda, id eſt iuſtè ac regio more ſuos adminiſtrande: partim autem tantum adumbranda, & callidè ſimulanda. nam ipſe quoque ſi penitus exprimerentur, periculi aliquid tyrannidi crearent.

Primum igitur.) Primùm eorum quæ putat ſatis eſſe uideri, aſtuteq; inſerere talẽ opinionẽ de ſe in animos eorũ, qui parent tyrãno eſt: quòd ille curã gerat publicorũ ſumptuum, minime donã dans eius generis tantaq;, quib. offendat apud mul[...] dinẽ, ſtomachentẽ à ſe ſuam pecuniã in glebis ſubigendis occupata, aſſidueq; in officinis ſuis manente diſſipare autẽ po[...] illam in meretricibus atq; externis hominibus ornandis, quos libenter tyranni in familiaritatẽ recipere, ſupra ſignifica[...] ac illis, itemq; artificibus, quorũ opera utatur in ſumtib. minimè neceſſarijs: uel actoribus fabularũ, quibus etiã diſtergere [...] conſueuere. Aegrè aũt ferre ciues, cũm uident principẽ ciuitatis donare immodicè peregrinos, ſuos aũt maiores labores nul[...]lo præmio, aut ualde tenui compenſari. Declarauit et̃ Macedonis illius uox, qui cum audiſſet in extremis terris ignotũ pe[...]nè hominem ab Alexandro maxime pecunia donatum eſſe, inquit, Tandem inuenit Alexander dignum ingenti illo pondere auri, tanquã ipſi (qui domo ſecuti hominẽ fuerant, uexabanturq;, aſſiduis ac magnis laboribus & periculis) uiles ei forent. Si namq; hoc ille æquo animo nõ tulit in rege, ex præda belliq;, parta pecunia peregrinũ hominẽ ditante: quanto minus ferendum eſt in tyranno, cùm effundit, quæ extorſit pauperibus, detrudentibus genium ſuum, cùm hoc facere coguntur.

Atq; rationem.) Videri poſſe eundem oſtendit curã gerere pecuniæ publicæ, ſi rationẽ ediderit accepti atque expenſi. Quia autem exiſtimaretur hoc ualde alienum ab ingenio moribuſque tyranni: oſtendit nouum omnino non eſſe, cùm aliquando inuenti ſint tyranni, qui hoc ſeruarint. Quid autem commodi ea hoc inſtituto capiant, oſtendit: Sic enim, inquit, pecuniam publicam diſpenſans, uidebitur eſſe quaſi pater familiãs bonus, non tyrannus. Diligens enim illa cura, exiſtimatioque ipſum non plus abſumere quàm capiat, magis redolet iuſtum cuſtodem ciuitatis, quam tyrannum.

Non opus eſt.) Refellit, quod contrà quiſpiam dixiſſet, hanc minutam diligentiam, & nõ plus capere ab ijs, quas in poteſtate habet, quàm neceſſe ſit, poſſe non parum obeſſe rationi tyrannorum: quia ueniunt aliquando tempora, quibus magna pecunia egeant: quam ſi antea non coegerint, futurum eſſe ut nequeant alere defenſores ſui illius dominatus. Oſtendit igitur, eos ab hoc metu uacuos eſſe debere. neque enim fieri poſſe ut deſit illis pecunia, cùm in ſua poteſtate habeãt cũcta bona ciuium, eo quæ imperant faciant, cũ ai res poſtulat.

Sed etiam longe.) Addit, quodam tempore magis utile tyrannis eſſe, quod docuit, id eſt reliquiſſe pecuniam in manu poteſtateque dominorum, quàm eam ereptam poſſidentibus, habere domi coaceruatã: tempus autem, quod intelligat, aperit. Cùm contingit, inquam, ipſos peregrinari, longeque a ſedibus ſuis abeſſe. Ratio, quam reddit ſui iudicij, diſcrepantis à conſuetudine magnæ partis tyrannorum, eſt: quòd aſſirmet, ita cuſtodes illius grãdioris pecuniæ minus inuaſuros in locum uacuum relictum abſentia tyranni, quàm facerent ſi uti poſſent ipſe, fracta fide, ad regnum ſibi parandum. Vt conſtituat autem ſententiam ſuam, inquit, eſſe magis metuendos peregrinantibus tyrannis cuſtodes hos, quam ciues etiam, qui libenter ſe in libertatem uendicarent, ac ualent opibus. Hos enim adiungit, quos ſuſpectos habent, ſolent tyranni ſecum ducere aliquò proficiſcentes: hi autem reſtent, ut tueantur theſaurum, fidei ipſorum commiſſum.

Deinde, ut uideatur.) Præterea inquit, cùm cogit tyrannus à priuatis ciues pecuniam conferre, ſtudere debet, ut exiſtimetur id facere, cogereq; pecuniã reip. iuuandæ cauſa. hoc enim quoq; eſt unũ eorum quæ callidè ſimulare ipſos oportere tradit: at ſi quãdo res exegerit, ſumereq;, inde aliquid opus fuerit, ut ipſa ad bellũ adminiſtrãdum: demumq;, ait (ut paucis multa cõplectamur) omnia facere, ut ſpeciẽ præbeat cuſtodis eius pecuniæ, ac quaſi quæſtoris publicæ, nõ iam ipſius ac propriæ. ita enim æquiore animo ferẽt priuati ſibi partẽ eripi ſuarũ fortunarũ, ſi uidebunt ipſas publicis utilitatib. nõ tyrãni libidinib. ſeruire.

Et ſpeciem.) Valere etiam ad tuendam poteſtatem eam dixit, uideri tyrannum, non aſperum acerbumq; ie. ut in eum graue atque honoris plenum. Si namque aſperi truculentique ſpeciem retineret, odio haberetur: non tamen probat illum eſſe nimis facilem blandumq̃ue, ſed putat oportere uultu atque inceſſu retinere plurimum dignitatis. Ipſe in 1. de Arte dicendi docuit quid eſſet σεμνότης, animique hic habitus. dixit enim, eam eſſe mollem & honeſtam grauitatem: non arbitror tamen, cùm uocauit eam βαρύτητα, tepide auctorem Græcum uerbum, ut ſuprà ipſe appellauit grauitatem: ſed ut Theocritus Cupidinem uocat βαρὺν θεὸν, id eſt moleſtum, & qui inferat dolores acres mortalibus & ſane σεμνότης hæc incurrit in oculos multorum, diſpliceretque, niſi condita ſit uirtute aliqua, ſeq; ſe commendet meritis non paruis, & honeſtis factis.

Præterea autem.) Oportere quoque, putat, eundem talem uideri, ut non metuant eum, qui in eius ipſi occurrũt: ſed potius uereantur ac colant. Cùm autem intelligeret ſe poſtulare rem difficilem, & quæ plerunque non cadit in perſonam tyrannorum (ſi namque magnis uirtutib. ornati fuerint, non iniuſtè imperarent) expedijt hunc nodum, dicens, uia poſſe hoc ipſum impetrare, ſi nullius exiſtimationis ſit, ac planè contemnendus habeatur. neceſſe igitur tyranno eſſe inquit, ſi cæteris uirtutibus ſe non munierit: ſaltem ſit peritus facultatis regendæ reipublicæ, ſtudijque multum ponat in ea percipienda, atque inſerat in animos eorum, quibus dominatur, talem de ſe opinionem.

Amplius autem.) Hoc etiam curare tyrannum oportere, inquit, ut non ſolùm ipſe uideatur nullam contumeliam imponere cuipiam eorum qui ſibi parent, ſiue puero ſiue uirgini: uerum etiam dare operam, ne aliquis familiarium ipſius hoc faciat. Quàm moleſtæ uerò & odioſæ ſint contumeliæ liberis hominibus, & quot tyrannides ea de cauſa delectæ ſint, ſuprà declarauit. loquitur autem de iniurijs, quæ pudicitiam uiolant, appetunturq; ludibrij cauſa factæ, nõ amoris. Adiungit, debere eundem diligentiam adhibere, ne ſuæ mulieres, ſiue familiarium etiam, iactant conuicia ulla uerborum in cæteras feminas, aut ullo pacto contumelioſè gerant ſe aduerſus eas. Cuius iam documenti ſtatim rationem reddit, affirmans non ſolùm huiuſcemodi iniurias, profectas à uiris, uerum etiam à feminis, exitio fuiſſe multis huius generis poteſtatibus.

Et quod pertinet.) Admonet etiam quomodo ijdem ſe gerere debeant, ſi ſalui incolumeſque eſſe uolunt, in corporis uoluptatibus decerpendis, inſimulatque nonnullos ſui temporis principes uiros, ſuppreſſis eorum nominibus, qui grauiter in hac re peccarent, nec modum ullum tenerent in ipſis undique capiendis. intelligit autem conuiuia intempeſtiua & potationes, nec non ſomnum immoderatum, ut ex uerbis ipſius percipitur. Vellet igitur modicè ipſos capere has uoluptates, quæ, ut penitus ſe ab illis abſtineant, imperari non poſſe uidet: aut ſi, ut hoc faciant, ſibi imperare nequeunt, ſaltem uideri contrariam uitam colere. Quantum autem periculum ipſis creet continuatio temulentia ac ſomnus, ſignificat à contrario: oſtendẽs ſobrium ac uigilantem principem uix poſſe opprimi, deterrereque ita aduerſarios ab inſidijs ſibi faciendis. Quàm ſtulta uerò & inutilis ipſis ſit cupiditas illius gloriæ, non oportet docere: qui putant ſe beatos & fortunatos habitum iri, ſi cogniti fuerint ſe omnibus ſatiare libidinibus, ac totos dies noctesque in illis conſumere.

Con-

Contrariumq́; faciendum.) Complectitur multa, ne ſingillatim cunctus ea enumeraret, quæ ualeant ad tuendā hanc poteſtatē. Suadet enim tyranno, ut contrariū faciat omniū illorum, quæ multo ante à ſe tradita ſunt, plerunq; fieri ab ipſis improbè atq; oueè. Partim autē ſorū attingens, inquit: Cū ædificari ſacias ædes & publica tecta id eſt, thermas, baſilicas, theatra, & ea demū omnia, quæ ciuitati ſplendorē & ornatū afferunt. Quod ſi cuſtodierit, oſtendit eū in opinionē uenturū boni tutoris, non tyranni. Hoc autē Athenis Pericles feciſſe fertur, qui monimentis, multis urbē iam ornauit. quare, quamuis plurimū poſſet in ea ciuitate, rempublicamq; ſuo conſilio totam adminiſtraret, tyrannus habitus nō eſt: inuenit tamen reprehenſores nonnullos, qui ipſum inſimularent, quòd tantam pecuniam in præclara quæ condidit propylæa effudiſſet.

Adhuc autem.) Hoc quoq; tyrannum iubet ſedulò ſacere, ſpeciem inquam præbere pij hominis, & qui ferat præter cæteros, quæ pertinent ad cultum deorū. Quid uerò cōmodi capiat ea hac ſimulata cura ſtudioque, exponit. non unū autem id eſt, ſed duo. Primū enim oſtendit, ſi talis exiſtimatus fuerit ab ijs, qui ui adhibita parent ipſi, minus mali minuiſq́, iniuriarum ipſos ab eo expectaturos. Neq; enim qui uerentur deos, eorumq; conſilio credunt res humanas adminiſtrari, iniurioſi eſſe ſolent: non intelligunt [illegible] nimis creduli homines, tyrannos fingere. Alterum bonum, quod inde capiunt, eſt, quòd opinio de tyrannorū pietate, reddet eos, quibus iniuſte dominantur, timidiores ad ipſis inſidiandum, ut qui habeant deos beneuolos ac defenſores. Quia tamen in hoc quoque à principibus uiris peccari poſſet, admonet, ut id faciant cū quadam dignitate: cauantq́;, ne dum ualde pij haberi ſtudent, fiant miserè ſuperſtitioſi, abiectiq́, ipſi ſeruiant. hos enim eripere ipſis dignitatem. Vnde T. Quinctio etiā obiectum fuit ab Archidamo Aetolorum legato, ipſum in bello contra Philippū nullo unquā imperatoris officio functū eſſe, auſpicantē, immolātemq, & uota nuncupantē, ſacrificuli uatis modo, in acie uidiſſe, cùm ipſe corpus ſuū pro eo telis hoſtiū obijceret. Nō eſt autem dubiū, quin hoc pertineat ad ſuperiorē ſententiā. ualet enim [illegible] non improbitas, ſed ſtultitia quædā & nimia ſimplicitas animi: quæ, ut in alijs rebus perſpicitur, ita etiam in hac apparet. eſt autem parum apta ijs, qui dominari uolunt: impelleretq́, potius aliquos ad inſidiandum ipſis, quàm retardaret, ut ijs quibus nullum negotium eſt, imponere.

Atq; etc.) Præterea putat prodeſſe tyrannis, ſi morē habuerint eos omnes, qui ualde laudati ſunt in aliquo ſtudio arteq́, tantis honoribus afficere, ut maiores ſperare non poſſint à ciuibus liberis factis, & utentibus ſuis legibus, ſe impetraturos. qui enim cupidi honoris ſunt, diligunt eū, qui ſtimulā ſuam extinguit, contentiq́; illic uiuunt, nec quærunt uberiores auctores ſuæ dignitatis. [illegible] uocans ipſos, intelligens peritos earū rerum, & qui eximiè artes illas didiciſſent, atq, ita, ut meritò ob intelligentiam earū laudari poſſent. Vtar exemplis poetarū, qui & ipſi aliquo modo eodem pacto locuti ſunt. Apollonius in III. libro [illegible] inquit [illegible]. Sed etiā Sophocles in Oedipo tyranno, qui tamen tertia collatione uſus eſt (ita enim facit Tireſiam augurē loqui, exprobrantem regi illi diuinationem) [illegible]. Virgilius quoq; initio V. carminis paſtoralis expreſſit hunc modū loquendi.

Et honoris ea modo.) Hoc etiā tyranni ſibi debere oſtendit, ut honores illos amplos, quos modò ſignificauit, ipſe tribuat ijs, quos ornare uolt: cùm uerò pœna ſuppliciòq, quempiam afficere neceſſe erit, in eos animaduerti ab alijs magiſtratibus iudicijsq; faciat. Ratio huius documenti aperta eſt. qui enim honorati ita fuerunt, beneficiū ſe ab eo accepiſſe probitate putabunt: qui contrà pro delictis ſuis mali aliquid pœnæq, acceperint à legibus, ijsq́, quorum ſententijs damnati fuerunt.

Commune autem.) Commune autem præceptum [illegible], non huius modò iniuſtæ poteſtatis, uerum etiā principatus omnis imperijq, omnis, ut neminē unquam unum inordinatē honore atq, opibus ualde augeat. periculoſa eſt enim ſtatui nouo tanta alicuius, qui ipſi pareat, amplitudo: animi enim hominū ſpesq́; creſcunt unà cū fortunis. Quòd ſi omnino in animū inducat magnopere quempiā honeſtare princeps aliquis ciuitatis, plures ſimul amplificet. Seruabunt enim, inquit, hi ſe inuicem impedientq́; ſi natus inſidiatoris, ſiquis fortè uellet magis adhuc contra commodum ſalutemq́; monarchæ uiciendere.

Quid ſi unum.) Adiungit adhuc ſuperiori ſententiæ, ut ipſam cuſtodiret, hæc: Si res tulerit, neceſſeq; omnino ſit, unū quempiam uirum magnū efficere, augendo dignitatē ipſius atq; opes, nullo modo rectū eſt deligere, qui ſit ingenio audax. hoc ille ſi enim, inquit, natura ſacta eſt ad omnia magno animo tentanda, inconſideratèq́; capeſſenda. quare cauenda eſt principibus uiris, & nullo modo naturali ipſius propenſioni auctoritas poteſtaſq, addenda.

Etſi uiſum fuerit.) Cùm admonuiſſet principē omnem ciuitatis, ne nimis amplificaret aut dignitatem aut opes alicuius: nūc contrà docet, quomodo illæ iam grandes, eaq, de cauſa maximè ſuſpectæ, minui contereq́; debeant. neq; enim putat tutū eſſe ſimul omnē illi repulsam eripere poteſtatē, ſed iubet hoc pedetentim principē facere (trāgetur enim ita quoq; nimia illa uis & auctoritas) nec qui minutatim partem eorū ſuarum libi demi uidebit, aſtutiam principis ſubitò cognoſcet, & callidū aliquod conſilium, præcepſq; contra utilitatem eius ſalutemq́, capiet.

Adhuc autem.) Addit oportere etiam tyrannum ſe abſtinere ab omni genere contumeliæ, ſi poteſtatē illam ſuam tueri uult. nihil enim eſt, quod magis ipſi pertimeſcendū ſit & quia multæ ſpecies contumeliæ ſunt, præter cæteras admonet, ut ſibi temperet ab his duabus, ne cædat ingenuos homines, grauiterq́; animaduertat in perſonā ipſorum, & ne florenti ætati muliebret, addatq́; iniuriæ huic deſpectum & ignominiā. Cùm uerò utile tyranno eſſe putet hoc ſeruare aduerſus omnes, quos ſibi parēre cogit: in primis hortatur, ne ita exiſtimationē lædat cupidorum honoris. nam enim pecuniæ, auariq; homines, inquit, iniquo animo ferunt ſibi minui dari in fortunis ſuis: ſtudioſi autē honoris & probi uiri pati non poſſunt ignominiā ac dedecus, commouenturq́; ualde iniurijs, quæ huc referuntur. Quare adiungit, oportere, ſi nec penitus non attingere perſonam eorū in pœnis ab ijs capiendis: ſine, cùm cogetur hoc facere, paterno animo ac clementi uideri ipſos caſtigare, & ſpeciem nullā præbere deſpicientis eos. Docet poſt hoc, quomodo mederi tyrannis debeat ignominiæ impoſitæ ea corpori ob Venerem, affirmatq́, medicinā ipſius eſſe, ſi ſid. [illegible] fecerit ſe contumeliæ non ſecuſſa cauſa: nec confiſum poteſtate illa ſua, qua licet ipſi quidquid libuerit, ſed amoris: deminq; concludens totam rationē, inquit, non eſſe cunctandū tyranno, res omnes quæ ſimilitudinem aliquam habent ignominiæ eadimere, & ſibi concedi poſtulaet, maioribus honoribus, & qui deleant illas maculas, quas aliquibus inuerit ſuis fœdis factis.

Ex ijs, qui.) Cùm ſit eorum eos qui inſidiantur tyrannis, aut poteſtatē illam ipſis eripere conari, eos etiam docet, poſterioris huius generis, qui maximè ſint ipſis periculoſi, in primisq́ metuendi. Eſſe autem eos dicit, qui ſi potuerint efficere quod cupiunt, interimereq́, tyrannū, mori ſtatim non recuſant cogitationemq́, nullā ſuſcipiunt de ſalute ſua. Quis autem exoliturum eſt, quoſdā inueniri huius animi ac uoluntatis, etſi paucos admodū raroſque: indicat, qui non ſine cauſa ne tales ſint, timendi ualde ſint iubetq́, principes uiros in primis cauere illos, qui ſe arbitrantur contumeliā accepiſſe quæ ſi perſonā ipſorū non attigerit, uiolarit tamen eos, qui curæ ipſis ſunt id eſt, uxorē, ſorores, liberos, parentes, cæteros propinquos. ira enim cōmoti omnes hi ulciſci conſueuerunt iniurias illas. Qui uerò excādeſcunt, furoreq́, impulſi impetū faciunt in aliquos (ut affirmat, multiſq, exemplis perſpectū eſt) ſuo capiti ſaluti, nullā in partem proſpiciunt. Citat autē teſtem huius rei Heraclitum Ephesium, qui dixit, arduū eſſe cū animo excandeſcentiaq; pugnare: quia illa iactura uitæ perficit, quod uult. Huius uocis meminit ipſe in II. quoq; libro de Moribus ad Nicomachum: & alij etiam ſcriptores, ut Plutarchus in Mario. ualde enim celebris eſt. Pauſanias certè huius generis [illegible] cùm iratus factus eſſet Philippo Macedoni, ſibi contumeliā impoſitam negligenti: in medio uictore exercitu manus ipſi [illegible] tanrumq; regem necauit.

Quia autem.) Indicat modum, quo principatus incolumis ſeruetur, ſine remedijs aſperis & proprijs dotæ tyrannidis. Vtitur autem, quaſi ſolo huius præcepti, re plana ac perſpecta: quare initiò ponit particulam [illegible], quæ hoc declarat: cui particulæ reſpondet, quod ſtatim ſequitur poſt hoc fundamentū iactum. inquit igitur: Quia ciuitates è duabus partibus conſtant, id eſt contrarijs inter ſe duobus generibus ciuium. Interpretatur autem ipſe, quid ſignificet, addens. E pauperibus hominibus & locupletibus: in primis opera dande eſt principi ciuitatis, ut inculcet in animos eorum, ſi ullo pacto poteſt, hanc opinionem, ut ambo illi, id eſt & pauperes & diuites ſalui ſint ſtudio illius ſui principatus, nec ullam iniuriam accipient ab aduerſarijs aut hi aut illi ui ipſius atq, opera: qui ſi non intercederet, uæ eſſent inimicis. Addit huic documento, quia non ſemper pares uiribus ſunt & æquales inter ſe hi ipſi, utros cognouerit eſſe meliores firmioreſq́, illos ipſius debet ſibi maximè tyrannum conciliare, & amicos ſtudioſoſq́, omni arte reddere ſui principatus. Exponens autem utilitatem huius conſilij, inquit: Quoniam ſi hoc uiribus ipſius imperijq́, adiunctū fuerit, opus non erit aut ſeruis libertatem dare, aut ciues armis diſpoliare, quò neceſſariò aliter confugiuet. Satis enim præſidij ipſi erit in altera parte coniuncta cum poteſtate opibuſq́, pro-

prijs

piis ipsius, ut ait, ut superetque eos, qui insidiati fuerint, delereque imperium suum uoluerint. Ποιεῖσθαι ἰδίους aliquos ualet, fautores amatoresque reddere, ac suos denique propriosque facere illius rei sua homines.

Superuacaneum autem esset.) Cùm quædam iam exposuisset, quæ leniunt asperitatem tyrannidis, intelligeretque alia restare, quæ auxilio sunt diuturnitati ipsius: affirmat superuacaneum esse cuncta illa singillatim enumerare, cùm finis ipse caputque omnium illorum notum sit. qui finis est, oportere tyrannum non iniustum uideri, sed patremfamilias quendam dispensatoremque æquum publicorum bonorum, ac referre moribus atque institutis suis nõ tyrannum, sed regem: dareque operam, ut existimetur non extortor bonorum, sed tutor fidelis: persequique demum in omni uita, quæ moderata sint, mediocritatemque retineant, non quæ eximia sunt, ac magno interuallo uincant consuetudinem priuatorum. Intelligit autem sumtus, qui fiant in uestitu, famulatu, cæterisque uictu cotidiano. His namque artibus deuinxit sibi Hiero tyrannus animos suorum ciuium, ut narrauit T. Liuius. Non tantum enim sibi temperauit ab institutis insolentioribus, uerum etiam in optima seueraque disciplina suos omnes continuit: ut testatur grauis scriptor his uerbis, exponens, quantopere euecta illa superbia filij mutata sint. Nam, qui per tot annos Hieronem filiumque eius Gelonem, nec uestis habitu, nec alio ullo insigni differentes à ciuibus cæteris uidissent, & aspexêre purpuram ac diadema, ac satellites armatos, quadrigisque etiam alborum equorum ex regia procedentem, more Dionysij tyranni. Est autem exemplum huic loco, quem habemus in manibus, ualde accommodatum, cùm contrarijs moribus contrarios exitus uitæ ambo hi consecuti sint. Hiero enim suus longo temporis spatio potestatem illam retinuit, nepos autem Hieronymus breui admodum amisit.

Adhuc autem.) Admonet, quomodo idem se gerere debeat cum his, quibus dominatur, ut æquiore animo iugum ferant. quia autem duo genera ipsorum sunt, id est clari & illustres uiri, nec non tenues homines & populares: ostendit non eadem omnino arte oportere ipsum utrosque sibi conciliare, sed nobiles cõsuetudine sua & familiaritate deuincire, multitudinem autem blanditijs ac muneribus. Aperit autem statim, quæ commoda ex consilio hoc sit capturus tyrannus: non enim unum est, neque simplex. Ex his igitur, inquit, institutis, scilicet ipsius ac moribus, non solùm necessariò imperium tyranni pulchrius erit, magisque dignum quod omnes suspiciant atque admirentur: quia ita imperium habebit in meliores, & non asperitate illos parui animi & nullius existimationis redditos homines: ipsumque illum continget, non odio haberi neque timeri, sed etiam potestas eius dominatusque diuturnior erit. Extremum hoc significauit M. Cicero, cùm ueram uiam gloriæ M. Antonio aperiens, post illam indicatam addidit: Metui uerò & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Iisdem autem ferè artibus, quibus noster doctor putat tyrannos stabilire oportere dominationem suam, testatus est Tacitus sibi Octauianum imperium orbis terrarum asciuisse, ferocesque ac generosos spiritus seruitutem ferre assuefecisse. uerba prudentissimi scriptoris nota sunt.

Præterea ipsum.) Cùm ostenderit, quo artificio utatur tyrannus ad deliniendos, sibique conciliandos animos eorum, qui sibi inuiti parent: docet nunc, quomodo idem se fingere debeat, & quibus moribus se ipsum expolire, ut facilius quod dictum est, obtineat. inquit igitur, ipsum uita & moribus ita informatum esse oportere, ut bellè se habeat ad uirtutem: uel saltem, quia illud arduum ac difficile est in homine tyranno, dimidiatus bonus sit. quod ipse uno iuncto uerbo expressit. addidit autem, Et nullo modo prauus: sed si exuere penitus non potest improbitatẽ, quasi correctus aliquantũ sit, & castigatus prauos.

● ἡμίχρηστον ζῶντα. abest uox ζῶντα à uulgatis cod.

CAPVT XII.

Atqui ex omnib. rebusp. breuiore tempore manẽt dominatꝰ paucorũ, & tyrãnis: plurimo .n. tẽpore supstes fuit, q̃ Sicyone extitit tyrãnis filiorũ Orthagorę, & ipsius Orthagorę. permãsit .n. annos cẽtũ. Huius aũt causa fuit, q̃a erga eos, q in ditione ipsorũ erãt, se moderatè gerebãt, & multis in rebus legib. seruiebãt: & quia Clisthenes militaris homo fuit, nõ erat cõtemnẽdꝰ: cũctisq; studijs suis & artib. multis uirtutib. gratiosi fiebãt apud populũ. Fertur igitur Clisthenes capiti eius, qui in iudicio de uictoria parta, ipsum inde reiecerat, coronã imposuisse: nonnulliq; imaginẽ aiunt esse eius, qui ita sententiã tulit, statuã, quę collocata est in foro. Aiũt aũt & Pisistratũ paruisse aliqñ, cũ uocatꝰ esset ad causam dicendã apud Ariopagum. Secũda aũt Corinthi Cypselidarũ: etenim hęc pmansit annos 73. & mẽses sex. Cypselus nãq; tyrãnus fuit annis 30. Periãder aũt 44. Psammetichꝰ uerò Gordiæ filius annis 3. causę aũt eędẽ huius rei fuẽre. Cypselus .n. popularis homo fuit, & in dominatu illo suo sine spiculatorib. uixit. Periãder aũt tyrãnicꝰ sanè fuit, uerũ militaris homo. Tertia aũt Pisistratidarũ Athe-

Καίτοι πασῶν ὀλιγοχρονιώτεραι τῶν πολιτειῶν εἰσιν, ὀλιγαρχία καὶ τυραννίς. πλεῖστον γὰρ ἐγένετο χρόνον ἡ περὶ σικυῶνα τυραννίς, ἡ τῶν ὀρθαγόρου παίδων, καὶ αὐτοῦ ὀρθαγόρου· ἔτη δ᾽ αὕτη διέμεινεν ἑκατόν. τούτου δ᾽ αἴτιον, ὅτι τοῖς ἀρχομένοις ἐχρῶντο μετρίως, καὶ πολλὰ τοῖς νόμοις ἐδούλευον. καὶ διὰ τὸ πολεμικὸς γενέσθαι κλεισθένης, οὐκ ἦν εὐκαταφρόνητος, καὶ τὰ πολλὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἐδημαγώγουν. λέγεται γοῦν κλεισθένης τὸν ἀποκρίναντα τῆς νίκης αὐτὸν, ὡς ἐστεφάνωσεν. ἔνιοι δὲ εἰκόνα φασὶν εἶναι τοῦ κρίναντος, οὕτως τὸν ἀνδριάντα τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενον. φασὶ δὲ καὶ πεισίστρατον ὑπομεῖναί ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς ἄρειον πάγον. δευτέρα δὲ περὶ κόρινθον ἡ τῶν κυψελιδῶν. καὶ γὰρ αὕτη διετέλεσεν ἔτη τρία καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ ἓξ μῆνας. κύψελος μὲν γὰρ ἐτυράννησεν ἔτη τριάκοντα· περίανδρος δὲ τετταράκοντα καὶ τέτταρα· ψαμμήτιχος δ᾽ ὁ γορδίου τρία ἔτη. τὰ δ᾽ αἴτια ταυτὰ καὶ ταύτης. ὁ μὲν γὰρ κύψελος δημαγωγὸς ἦν, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν ἀδορυφόρητος· περίανδρος δὲ ἐγένετο μὲν τυραννικὸς, ἀλλὰ πολεμικός. τρίτη δ᾽ ἡ τῶν πεισιστρατιδῶν ἀθήνησιν

Atque ex omnibus respub. administrandæ formis minus diuturnæ sunt oligarchia & tyrannis. diutissimè enim stetit ea, quæ Sicyone fuit Orthagoræ liberorum, & ipsius Orthagoræ tyrannis. annos enim centum permansit. Cuius rei causa est, quòd sese in eos, qui sub tyrannide erant, moderatos præbebant, & magnam partem legibus seruiebant. Et propterea quod bellicosus natus erat Clisthenes, non erat contemnendus. Et multis in rebus populares erant, beneuolentiámque multitudinis colligebant diligentia, quam adhibebant in repub. bene gerenda. Dicitur enim Clisthenes eum, qui uictoriam ab ipso abiudicarat, corona donasse. Nonnulli autem statuam illam in foro sedentem, eius, qui ita iudicauit, simulacrum esse dicunt. Aiunt porrò etiam Pisistratum, cùm ad Ariopagum in ius uocatus esset, iudicium accepisse. Proximè diuturna fuit Cypselidarum tyrannis Corinthi. hæc enim firma permansit annos nonaginta tres, & sex menses. Nam Cypselus annos triginta regnauit: Periander, quatuor & quadraginta. Psammetichus Gordiæ filius, annos tres. Causa autem huius quoque sunt eadem. Nam Cypselus quidem ductor populi blandus erat, & toto imperio suo nullos custodes corporis adhibere perseuerauit: Periander uerò fuit ille quidem tyrannicus, sed tamen militaris & bellicosus. Tertia Pisistratidarum

daturb

nis: non fuit autem continens. bis enim exactus eſt Piſiſtratus, cũ iam regnare cœpiſſet. Quare ſpatio annorũ 33. dominatus eſt annos 17. filij autẽ ipſius 10. & 8. quapropter cuncti extitêre anni 35. E reliquis autem, tyrãnis Hieronis & Gelonis Syracuſis: annos aũt ne hęc quoque multos permãſit, uerùm ſimul oẽs duodeuiginti. Gelo namque 7. dominatus eſt. 8 autẽ uitã amiſit: 10. aũt Hieron: Thraſybulus autẽ undecimo menſe dominatu excidit. multæ autẽ tyrannides exiguo admodum tẽpore perdurant. Quæ igitur pertinent ad reſpublicas, necnon quæ ad imperia ſingulorũ: quorũ ui intereunt, & rurſus cõſeruãtur, ferme dictu eſt de omnibus. In rep. aũt Platonis dicitur quidem à Socrate de mutationibus rerump. non tamen dicitur rectè. Cùm autem ſit optima reſpublica & prima, nõ tradit mutationẽ ipſius propriè. inquit enim cauſam huius eſſe, quod nihil ſuo ſtatu manet, ſed quodã ambitu tẽporis mutar. Principiũ autẽ horum eſſe dicit ea, quorũ ſeſquitertius fundus quinario coniunctus, duos cõficit concentus: intelligens, qñ deſcriptionis huius numerus fuit ſolidus, tanquã natura aliquando gignat prauos homines, & qui non poſsint diſciplina corrigi. Hoc utiq; ipſum fortaſſe dicens non malè: contingit enim exiſtere quoſdam, qui inſtitui & fieri ſtudioſi uiri non poſsint. Verùm hęc quomodo propria mutatio eſſet eius, quæ ab eo dicitur, optimæ reip. magis quàm cæterarũ omnium, & cunctarum rerũ, quæ oriuntur. & tẽpore, ui cuius dicit omnia mutari, & ea quoq;, quæ non ſimul cœpta ſunt fieri, ſimul mutãtur: ceu, ſi priore die natus eſt flexionis ſolis. ſimul igitur mutabitur. Præter hęc, quã ob cauſam ex hac in Laconicã mutatur: cũctæ nãq; reſpublicæ crebri in cõtraria mutãtur, quã in eã, quæ ꝓpè eſt. Eadẽ aũt ratio eſt aliarũ mutationũ. e Laconica enim inq̃t mutatur in dominatũ paucorũ: ex hoc aũt in ſtatũ multitudinis. atqui & cõtrà mutãtur. ceu è populo in dominatũ paucorũ, & magis quàm in imperiũ unius. Ampliꝰ aũt tyrãnidis nõ dicit, neq; ſi erit mutatio:

θεύοντα· οὐκ ἐγένετο δὲ συνεχής. δὶς γὰρ ἔφυγε πεισίστρατος τυραννῶν. ὥστ' ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν ἑπτακαίδεκα ἔτη τούτων ἐτυράννευσεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ οἱ παῖδες. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. τῶν δὲ λοιπῶν, ἡ περὶ ἱέρωνα καὶ γέλωνα περὶ συρακούσας. ἔτη δ' οὐδ' αὕτη πολλὰ διέμεινεν, ἀλλὰ τὰ σύμπαντα δυοῖν δέοντα εἴκοσι. γέλων μὲν γὰρ ἑπτὰ τυραννεύσας τῷ ὀγδόῳ τὸν βίον ἐτελεύτησε· δέκα δ' ἱέρων· θρασύβουλος δὲ τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ ἐξέπεσεν. αἱ δὲ πολλαὶ τῶν τυραννίδων ὀλιγοχρόνιαι πᾶσαι γεγόνασι παντελῶς. τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς πολιτείας, καὶ τὰ περὶ τὰς μοναρχίας, ἐξ ὧν τε φθείρονται, καὶ πάλιν σώζονται, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων. ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ λέγεται μὲν περὶ τῶν μεταβολῶν ὑπὸ τοῦ σωκράτους. οὐ μέντοι λέγεται καλῶς. τῆς τε γὰρ ἀρίστης πολιτείας, καὶ πρώτης οὔσης, οὐ λέγει τὴν μεταβολὴν ἰδίως. φησὶ γὰρ αἴτιον εἶναι τὸ μὴ μένειν μηθέν, ἀλλ' ἔν τινι περιόδῳ μεταβάλλειν. ἀρχὴν δ' εἶναι τούτων, ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται, λέγων, ὅταν ὁ τοῦ διαγράμματος ἀριθμὸς τούτου γένηται στερεός, ὡς τῆς φύσεώς ποτε φυούσης φαύλους καὶ κρείττους τῆς παιδείας. τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ λέγων ἴσως οὐ κακῶς. ἐνδέχεται γὰρ εἶναί τινας, οὓς παιδευθῆναι καὶ γενέσθαι σπουδαίους ἄνδρας, ἀδύνατον. ἀλλ' αὕτη τί ἂν ἴδιος εἴη μεταβολὴ τῆς ὑπ' ἐκείνου λεγομένης ἀρίστης πολιτείας μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων πασῶν, καὶ τῶν γιγνομένων πάντων. καὶ διά γε τὸν χρόνον, δι' ὃν λέγει πάντα μεταβάλλειν, καὶ τὰ μὴ ἅμα ἀρξάμενα γίγνεσθαι, ἅμα μεταβάλλει· οἷον, εἰ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐγένετο τῆς τροπῆς. ἅμα ἄρα μεταβάλλει. πρὸς δὲ τούτοις διὰ τίν' αἰτίαν ἐκ ταύτης εἰς τὴν λακωνικὴν μεταβάλλει. πλεονάκις γὰρ εἰς τὴν ἐναντίαν μεταβάλλουσι πᾶσαι αἱ πολιτεῖαι, ἢ εἰς τὴν σύνεγγυς. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων μεταβολῶν. ἐκ γὰρ τῆς λακωνικῆς, φησί, μεταβάλλει εἰς τὴν ὀλιγαρχίαν· ἐκ δὲ ταύτης, εἰς δημοκρατίαν· εἰς τυραννίδα δὲ ἐκ δημοκρατίας. καίτοι καὶ ἀνάπαλιν μεταβάλλουσιν, οἷον ἐκ δήμου εἰς ὀλιγαρχίαν· καὶ μᾶλλον, ἢ εἰς μοναρχίαν. ἔτι δὲ τυραννίδος οὐ λέγει, οὔτ' εἰ ἔσται μεταβολή,

darum Athenis. ſed non fuit continua. Bis enim exſulauit Piſiſtratus, cum tyrannidem obtineret. Itaque ex annis tribus & triginta, decem & ſeptem tyrannidem obtinuit. decem & octo eius filij. Itaque anni omnes fuerunt quinque & triginta. Reliquarum aũt maxime diuturna fuit Hieronis & Gelonis tyrannis Syracuſis. Annos aũt ne hæc quidem ſtabilis permanſit multos. ſed anni ſunt omnino decem & octo. Nam Gelo cùm annos ſeptem tyrannidem obtinuiſſet, octauo exceſſit e uita. Hiero decem. Thraſybulus undecimo menſe exactus eſt. Multa autem tyrannides breues omnes fuerunt omnino. De reſpub. igitur adminiſtrandæ formis, & de monarchijs, quibus rebus intereant, & quibus rurſus conſeruentur, dictum fere eſt omnibus. In Platonis autem libris de Republica diſputatur quidem a Socrate de mutationibus: ſed minus rectè. Nam nec eius reipub. adminiſtranda forma, quæ optima & prima eſt, mutationem proprie exponit. Ait enim mutationis cauſam eſſe, quòd nihil maneat, ſed omnia certo quodam temporis ambitu ſpatióque mutentur. Horum autem eſſe principium ea, quorum radix [illegible] quitertia numero quinario iuncta, [illegible] concentus efficit quod futurum eſt (inquit) cum huius deſcriptæ figuræ numerus ſolidus factus fuerit, proinde quaſi natura malos homines, [illegible] nulla diſciplina ſanabiles aliquando gignat. Atque hoc quidem ipſum dicit ille fortaſſe non malè. Contingere enim poteſt, ut exſiſtant nonnulli, qui nulla inſtitutione erudiri, boni que uiri fieri queant. Sed quamobrem hæc mutatio eius reipub. adminiſtrandæ formæ, quæ ab illo dicitur optima, magis quam aliarum omnium, atque adeo rerum omnium, quæ oriuntur, propria [illegible] Tum quo temporis ſpatio dicit [illegible] mutari, etiam ea, quæ n[illegible] ri cœpta ſunt, ſimul mutant[illegible] gratia, ſi quæ pridie [illegible] ergo ſimul mutantur. Præterea quænam cauſa eſt, quare ex hac re[illegible] adminiſtrandæ forma in Laconicam fiat mutatio? Sæpius enim [illegible] reſpub. adminiſtrandæ formæ mutantur in contrarias, quàm in proximas. Eadem autem etiã aliarum mutati[illegible] ratio eſt. Ex Laconica enim [illegible] miniſtrandæ forma (inquit [illegible] chia fit conuerſio: ex hac in democrati[illegible] ex democratia in tyrannide. At [illegible] tiã in cõtrarias uertũtur: ut ex [illegible] democratia in oligarchiam, at[illegible] deo mag[illegible] in monarch[illegible] tyrannidis uero neque ſi futura eſt [illegible] dis mutatio, neque ſi futura non [illegible]

tum ro

tio: neq; ſi nó erit, quã ob cauſam id fiet: & in qualem rempublicã. Huius autẽ rei cauſa eſt, quòd non facile poterat dicere (indefinitum enim eſt) quia ut eſt ſententia illius, oportet in primã & optimã: ſic enim factus eſſet continens & circulus. Sed mutatur etiã in tyrannidem tyrannis, quemadmodũ quæ Sicyone extitit è Myronis in Cliſthenis: atq; in dominatũ paucorũ, quemadmodũ quę Chalcide Antileontis tyrannis: & in ſtatum multitudinis, quemadmodũ Gelonis tyrannis Syracuſis: & in ſtatum optimorum, quẽadmodũ tyrannis Charilai Lacedæmone & Carthagine. Et in tyrannidem mutatur è dominatu paucorum, quemadmodũ in Sicilia fermè magna pars ueterũ tyrannidũ: apud Leontinos in Panætij tyrannidem: & Gelæ in Cleandri, & Rhegij in Anaxilai: & in alijs multis ciuitatib. eodem pacto. Abſurdum autẽ eſt & arbitrari in dominatum paucorum ob hoc mutari, quòd auari ſint, & adepti magiſtratum, pecuniá cogant: & nõ, quòd multi præſtantes alijs copia rei familiaris, iuſtũ non putent participes eſſe ciuitatis: æqualiter eos, qui nihil poſſidẽt ſecum: qui rem magnam habẽt, in multisq; dominatibus paucorũ non licet rem quęrere: ſed leges illic ſunt, quę hoc uetant. Carthagine autẽ, quæ regitur à multitudine, ſunt attentiores ad rem: nec tamen adhuc reſp. mutata eſt. Abſurdũ etiam eſt dicere, in qua dominantur pauci diuites, duas ciuitates eſſe diuitũ & pauperum. cur enim ipſa magis hoc perpeſſa eſt, quàm Laconica? uel qualibet alia, ubi non omnes habent ęquales fortunas? uel non omnes eodẽ pacto ſunt probi uiri. Quãuis autem nemo pauperior factus ſit, quàm prius: nihilominus mutatur in popularẽ ſtatũ è dominatu paucorũ, ſi creuerint numero, qui egentes ſunt: & è populi ſtatu in dominatũ paucorum, ſi diuitũ nario ualidior plebe facta fuerit: & hi quidem negligẽter ſe geſſerint, hi uerò rebus mẽtem adhibuerint. Cùm multæ autem ſint cauſæ, per quas exiſtunt mutationes, non exponit, ſed unam: quòd cùm luxui dediti ſint, fœnoreque premantur, pauperes fiunt, quaſi cuncti initio diuites fuerint aut plurimi (hoc autem uanum eſt) ſed quandu principum ciuitatis nonnulli

οὔτ᾽ εἰ μὴ ἔσται, διὰ τίν᾽ αἰτίαν· καὶ εἰς ποίαν πολιτείαν. τούτου δ᾽ αἴτιον, ὅτι οὐ ῥᾳδίως ἂν εἶχε λέγειν (ἀόριστον γάρ) ἐπεὶ κατ᾽ ἐκεῖνον δεῖ εἰς τὴν πρώτην καὶ τὴν ἀρίστην. οὕτω γὰρ ἂν ἐγίγνετο συνεχὲς καὶ κύκλος. ἀλλὰ μεταβάλλει καὶ εἰς τυραννίδα τυραννίς, ὥσπερ ἡ Σικυῶνος ἐκ τῆς Μύρωνος εἰς τὴν Κλεισθένους· καὶ εἰς ὀλιγαρχίαν, ὥσπερ ἡ ἐν Χαλκίδι, ἡ Ἀντιλέοντος· καὶ εἰς δημοκρατίαν, ὥσπερ ἡ τῶν Γέλωνος ἐν Συρακούσαις· καὶ εἰς ἀριστοκρατίαν, ὥσπερ ἡ Χαριλάου ἐν Λακεδαίμονι, καὶ ἐν Καρχηδόνι. καὶ εἰς τυραννίδα μεταβάλλει ἐξ ὀλιγαρχίας, ὥσπερ ἐν Σικελίᾳ σχεδὸν αἱ πλεῖσται τῶν ἀρχαίων· ἐν Λεοντίνοις εἰς τὴν Παναιτίου τυραννίδα· καὶ ἐν Γέλᾳ εἰς τὴν Κλεάνδρου· καὶ ἐν Ῥηγίῳ εἰς τὴν Ἀναξιλάου· καὶ ἐν ἄλλαις πολλαῖς πόλεσιν ὡσαύτως. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ οἴεσθαι εἰς ὀλιγαρχίαν διὰ τοῦτο μεταβάλλειν, ὅτι φιλοχρήματοι καὶ χρηματισταὶ οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς· ἀλλ᾽ οὐχ ὅτι οἱ πολὺ ὑπερέχοντες ταῖς οὐσίαις, οὐ δίκαιον οἴονται εἶναι, ἴσον μετέχειν τῆς πόλεως τοὺς κεκτημένους μηθὲν τοῖς κεκτημένοις· ἐν πολλαῖς τε ὀλιγαρχίαις οὐκ ἔξεστι χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ νόμοι εἰσὶν οἱ κωλύοντες· ἐν Καρχηδόνι δὲ δημοκρατουμένῃ χρηματίζονται, καὶ οὔπω μεταβεβλήκασιν. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ φάναι δύο πόλεις εἶναι τὴν ὀλιγαρχικήν, πλουσίων καὶ πενήτων. τί γὰρ αὕτη μᾶλλον τῆς Λακωνικῆς πέπονθεν ἢ ὁποιασοῦν ἄλλης, οὗ μὴ πάντες κέκτηνται ἴσα, ἢ μὴ πάντες ὁμοίως εἰσὶν ἀγαθοὶ ἄνδρες. οὐδενὸς δὲ πενεστέρου γενομένου ἢ πρότερον, οὐθὲν ἧττον μεταβάλλουσιν εἰς δῆμον ἐξ ὀλιγαρχίας, ἂν γένωνται πλείους οἱ ἄποροι· καὶ ἐκ δήμου εἰς ὀλιγαρχίαν, ἐὰν κρεῖττον ᾖ τοῦ πλήθους τὸ εὔπορον. καὶ οἱ μὲν ἀμελῶσιν, οἱ δὲ προσέχωσι τὸν νοῦν. πολλῶν τε οὐσῶν αἰτιῶν, δι᾽ ὧν γίγνονται αἱ μεταβολαί, οὐ λέγει ἀλλὰ μίαν, ὅτι ἀσωτευόμενοι κατατοκιζόμενοι γίγνονται πένητες, ὡς ἐξ ἀρχῆς πλουσίων ὄντων πάντων, ἢ τῶν πλείστων (τοῦτο δ᾽ ἐστὶ ψεῦδος) ἀλλ᾽ ὅταν μὲν τῶν ἡγεμόνων τινὲς ἀπολέ-

ius rei cauſam explicat, neque in quam reſpub. adminiſtrandæ formam mutatio futura ſit, exponit. Ratio eſt, quia non facile explicare potuiſſet. Hoc enim totum incertum, minimeq́ definitum eſt. Nam illius quidem ſententia, eius commutatio in primam & optimam fieri deberet. Ita enim continuum quiddam, & orbis fieret. Verùm ſæpenumero mutatur in tyrannidem tyrannis: quemadmodum Sicyonia à Myrone ad Cliſthhenem tranſlata eſt: & in oligarchiam, ut Chalcidica, quam Antileon obtinuit: & in democratiam, quemadmodum Syracuſana Gelonis: & in ariſtocratiam, quemadmodum Charilai Lacedæmonia, & Karthaginienſis. Etiam in tyrannidem oligarchia uertitur: ut in Sicilia propemodum antiquæ plurimæ: apud Leontinos in Panætij tyrannidem, Gela in Cleandri, Rhegij in Anaxilai: & in alijs multis item ciuitatibus. Abſurdum autem etiam illud eſt, exiſtimare ideirco tyrannidem in oligarchiam mutari, quia qui imperia obtinent, pecuniæ cupidi ſunt, & pecuniæ quærendæ ſtudio ducuntur: & non quod multi facultatibus & copijs rei familiaris præſtantes non putant uerum eſſe, eos, qui nihil habent, pariter atque eos, qui bonis externis inſtructi ſunt, participes eſſe ciuitatis. Atque in multis oligarchijs non licet pecuniam quærere, ſed leges ſunt, quæ uetant. Karthagine uero, quæ ciuitas ſub populi imperio eſt, & democratia continetur: pecuniæ quærendæ ſtudent, & nondum reſpub. ſtatum mutauerunt. Iam uerò etiam hoc abſurdum eſt, dicere ciuitatem, in qua pauci imperium obtinent, ex duabus ciuitatibus conſtare: altera diuitum, altera pauperum. Quamobrem enim ei hoc accidit potius, quam Laconica, aut cuiuimodi aliq, in qua aut non ſunt pares omnium rei familiaris facultates, aut non ſunt omnes ſimiliter & peræque uiri boni? At, ut nemo fiat pauperior quam antea, nihilominus mutatur in democratiam oligarchia, ſi egentes numero aucti ſint: & in oligarchiam democratia, ſi locupletes fuerint multitudine ſuperiores ac potentiores: & alteri quidem negligant, alteri uero animum attendant & diligentiam adhibeant. Et cùm ſint multæ mutandarum rerumpub. cauſa, eas non exponit: ſed hanc unam commemorat, quia dum profuſe ac luxurioſe uiuunt, & dumque ære alieno obruuntur, & fœnore trucidantur, pauperes euadunt. quaſi uero omnes, aut etiam plurimi ab initio ſint diuites. At hoc falſum eſt. Verùm cùm aliqui ex principibus facultates rei famiu

liaris

nulli amiſerint patrimoniũ, res nouas moliuntur: quando autẽ aliꝭ quidam, nihil maioris incõmodi gignitur. Et mutantur nihilo magis ullo tempore in populum, quàm in aliam rempublicã. Amplius autẽ, & ſi horũ participes nõ fuerint, & ſi iniuriam acceperint, & ſi uexati cõtumelia fuerint, ſeditiones excitãt, & mutant reſpub. quamuis bona non perdiderint: quia licet ipſis, quod uolunt facere: cuius rei immodicam libertatẽ cauſam eſſe aiunt. Cùm ſint autem plures dominatus paucorum, & plures ſtatus multitudinis, tanquam unum ſit genus utriuſque, commemorat mutationes Socrates.

ἀπολέσωσι τὰς οὐσίας, καινοτομοῦσιν· ὅταν δὲ τῶν ἄλλων, οὐθὲν γίγνεται δεινόν. καὶ μεταβάλλουσιν οὐθὲν μᾶλλον οὐδέποτε εἰς δῆμον, ἢ εἰς ἄλλην πολιτείαν. ἔτι δέ, κἂν τιμῶν μὴ μετέχωσι, κἂν ἀδικῶνται, ἢ ὑβρίζωνται, στασιάζουσι, καὶ μεταβάλλουσι τὰς πολιτείας, κἂν μὴ καταδαπανήσωσι τὴν οὐσίαν, διὰ τὸ ἐξεῖναι ὅ,τι ἂν βούλωνται ποιεῖν. οὗ αἰτίαν τὴν ἄγαν ἐλευθερίαν εἶναί φησι. πλειόνων δ' οὐσῶν ὀλιγαρχιῶν, καὶ δημοκρατιῶν, ὡς μιᾶς οὔσης ἑκατέρας, λέγει τὰς μεταβολὰς ὁ σωκράτης.

liaris conſumſerint ac diſſipa[illegible], nouas quærunt: cum uero aliꝭ [illegible] acciderit, nihil eſt quod [illegible] metuendum: neque unquam magis commutatis ſit oligarchia in democratiam, quam in aliam reſpub. adminiſtrandæ formam. Præterea uero ſiue honorum non ſint participes, ſiue iniuria afficiantur, ſiue contumeliis uexentur, ſeditionem excitant, & reſpub. adminiſtrandæ formas mutant, etiamſi rem familiarem non conſumſerint: quia licentiam nacti ſunt, quicquid libeat, faciendi. cuius rei cauſam dicit eſſe nimiam libertatem. Cum ſint autem plures oligarchiæ & democratiæ, quaſi utraque ſit una, ita utriuſque mutationes exponit Socrates.

COMMENTARIVS.

Atqui ex omnibus.) Emendat aliquo modo, quod ſuprà dixit, ſi ſæui ſuum conſilii fuerint tyranni, poteſtatem ipſorũ longiorem futuram: nunc enim fatetur, nec longam illam eſſe poſſe, & hunc ipſum ſtatum ciuitatis, & dominatum etiam paucorum breuitate tẽporis ſuperare cæteras omnes reſpublicas. Confirmat autẽ hoc exẽplis multis. quæ namq; Sicyone tyrannis extitit filiorũ Orthagoræ, & Orthagoræ ipſius (ut narrat) longa ſanè fuit, cùm manſerit ſpatio centũ annorũ: cuius diuturnitatis ipſius cauſam fuiſſe dicit, quòd moderati erant, nullamq; acerbitatẽ exercebant in eos, quos in ſua poteſtate habebant, multiſq; in rebus legibus obtemperabant. hoc enim arbitror ualere, quod inquit, ipſos ſolitos ſeruire legibus. Addidit autẽ aliud argumentũ diuturnæ poteſtatis eorum, tradens, Cliſthenem, qui fuit unus è filiis Orthagoræ: quia militaris homo erat, haud contemnendum fuiſſe, quod ſæpè tyrannis accidit, ipſos intelligi eſſe nullius induſtriæ. Adiungit præterea, eũdẽ morem habuiſſe multis ſuis factis, ſtudiiſq; placere multitudini, blandiriq; ſenſum ipſius. Quod probat uno quopiam exẽplo, cuius auctor fuit idem Cliſthenes. commemorat enim, ipſum ornaſſe hominem, coronãq; capiti eius impoſuiſſe, qui ſententia ſua uiciſſe illum (ut ſuſpicor) in certaminibus illis Græciæ ſtatuerat: eoq; honore ſe magno animo priuerat, non cæteri iudices non auderent liberè contra dignitatem principis exiſtimare. Tangit autem hiſtoriam, quæ hoc teſtatur, indicatq; quantopere delectatus Cliſthenes eſſet huiuſmodi libertate. Nonnulli enim, inquit, affirmant imaginem eſſe eius, qui iudicauit. [illegible] eſt, [illegible], ſtatuam, quæ in foro collocata eſt.

Annis autem) Piſiſtratũ etiam, illum ueterem tyrannum Athenarum, memoriæ proditum narrat, æquo animo tuliſſe, cùm ad cauſam dicendam in Areopagum uocatus fuit: ac paruiſſe deniq; legibus eius ſenatus curiæ, ut priuatũ. Quod uerò de Piſiſtrato hic auctor commemorauit, prodidit etiam Plutarchus de Timoleonte Corinthio: qui ſanè non ſolùm tyrannus non fuit, ſed acerrimus hoſtis & extinctor omniũ, quos potuit, tyrannorum: & tamen propter ſua merita & ingentia beneficia ab ipſo in eam ciuitatem collata, aliquo modo Syracuſis regnabat. illa enim quoq;, cùm ipſi diem improbus homo Syracuſanus ſcripſiſſet, fratribus bonis, & importunitatem hominis coercere uolentibus, non paſſus eſt: dixitq; ſe ſponte ſua ſuſtinuiſſe tot tantoſq; labores, nec declinaſſe pericula aliquid alia ulla de cauſa, niſi ut liceret omni Syracuſano, qui uellet, uti legibus eius ciuitatis. Cn. etiam Scipio, de cuius innocentia & optima mente erga remp. nemo unquam dubitauit, alio animo & conſilio recuſauit cauſam dicere, nec indignitatem illam perpeti ullo pacto uoluit. quia, ut T. Liuius de illo memoriæ mandauit, maior animus & natura ipſius erat, ac maiori fortunæ aſſuetus, quam ut reus eſſe ſciret, ac ſummitteret ſe in humilitatem cauſam dicentium.

Secunda autem) Poſt iam traditã, quæ multũ & ipſa permanſit, neq; tamen longa exiſtimari debet, ſi conferatur cum iuſtis legitimiſq; rebuſpublicis, fuiſſe dicit (quæ Corinthi extitit) tyrãnis Cypſelidarũ. à Cypſelo enim, auctore huius iniuſtæ poteſtatis, poſteri ipſius, qui & ipſi in patria eodẽ pacto regnarunt, ita uocati ſunt. Cypſeli ipſius mẽtionem Cicero fecit duob. locis, id eſt in libro de Fato, & in [illegible]. Tuſculana. Strabo narrat, Cypſelum, cùm Bacchiadarum poteſtatem fregiſſet, quæ familia & diuitiis, & numero hominum & claritate ſanguinis in ea ciuitate floruit, in eorum locum dignitatemque aſcendiſſe, cuius auctoritas magna Corinthi permanſerit integra ſolidaque ad poſteros: ipſa [illegible] uocat. idem autem tradit noſter. Quæreat aliquis non ſine cauſa (ut mihi uidetur) cur auctor non meminerit Bacchiadarum, cuius familiæ tantæ opes in eadem ciuitate fuerunt, ut Strabo diligens ſcriptor narrat: præter quam quòd poteſtas illa longè maiori temporis ſpatio permanſit, [illegible] debuit collocari in his, de quibus hic agitur: fermè enim ad C. annos permanſit. Ariſtoteles hanc manſiſſe narrat ad annos LXXIII. & menſes VI. cuius temporis rationem ſubducit, indicatq; quanto ſpatio ſinguli illius familiæ principatum eum [illegible] tenuerint. Addidit poſt huius diuturnitatis ipſius cauſas, & quòd dominatum illum ſuum diu tenuerint, fuiſſe ferè eaſdem, quæ fuerunt ſuperioris tyrannidis, quas tamen exponit, inquit enim, ducem & auctorem dominationis Cypſelum fuiſſe popularem, ac ualde acceptum multitudini. Cuius rei ſignum eſſe dicit, quod ille omni ſuo principatu cuſtodibus nullis ſui capitis uſus eſt. Periandrum autem, etſi durior extitit, multumq; retinuit indolis tyrannicæ, tamen fuiſſe narrat militarem uirum, ut non facilè homini imponi temptarique poteſtas ipſius poſſet. compenſabat igitur acerbitatem ſuorum factorum bellica uirtute, detrahebatque ita inimicos, ne ſibi inſidiarentur.

Tertia autem) Tertiam, quæ diuturna & ipſa fuerit, extitiſſe dicit tyrannidem Piſiſtrati & filiorum, qui omnes Athenis iniuſtè regnarunt: auctorem tamen dominatus huius, cum ſpatio annorum XVII tyrannus fuiſſet, non continenter regnaſſe tradit. Si namque fracta non fuiſſet, poſtquam ſemel ipſam occupauit, poteſtas illius, numerus annorum duplicatus ferè eſſet: bis enim ereptam ei fuiſſe oſtendit, quam tamen ſemper recuperauit: tyrannuſque ubi [illegible] liberos ipſius annos X[illegible]. dominatos narrat, ita ut cuncti anni, quibus ea familia Athenas ſeruitute oppreſſas tenuit, extiterint XXX[illegible]. Non uideo itidem cur Ariſtoteles in longis Dionyſii tyrannidem non enumerarit, qui duo de quadraginta annos tyrãnus Syracuſanorum fuit, 5
& ſi primo & ipſe, nondum firmam, ductam illam ac ſanam in ciues poteſtatem [illegible], eidemque filium heredem mox reliquerit: quam tamen ille diu tueri non potuit, totus deditus libidinibus ac potationibus, nec uſquequaque [illegible] acrem, & induſtrium Dionem, qui ipſum regno ſpoliauit. In numero annorum, quo pacto dominatus eſt, conſentiunt inter ſe M. Cicero & Diodorus Siculus.

Et reliquum autem.) Addit ex omni numero tyrannidum, quæ non omnino breues extitère, reſtare adhuc tyrannidem Hieronis & Gelonis, qui Syracuſis regnarunt. quã ſanè & ipſam non multos annos manſiſſe ſignificat. duraſſe enim illam interuallo dicit duo de uiginti annorũ, cùm tres fuerint in eadem domo, qui diuerſis temporibus Syracuſis regnarint: cuius omnis temporis ac perſonarum rationem diligenter colligit. Ad extremũ adiungit, confirmans iudiciũ ſuum, maiorem partem tyrannidum breuẽ admodum eſſe. Quod præter cæteros ciuitatum ſtatus dixit exiguo [illegible]

nulla

xallo manera tyrannidas, libet memorata acutam uocē Dionyſij Syracuſani, appellare ſoliti Pharæum (ut puto) Alexandrum, qui Theſſalis dominatus eſt ſpatio ſolū X. menſium, irridens hominem, tragicum tyrannum. qui enim in ſcænam ueniunt, non poſſunt diutius poteſtatē tueri, & unà cum ipſo uitam etiam amittunt. Non puto autem neceſſe eſſe admonere, Hieronem hunc & Gelonem non eſſe eoſdem cū illis iiſdem nominibus appellatis, quorū meminit T. Liuius: quorumq; ipſe ſuprà luculenta exempla poſui. tempora enim quibus uixerunt, repugnant.

Quæ igitur.) Docet, ſe impleſſe quod pollicitus erat, & expoſuiſſe interitum afferentia rebuſpublicis & ſtatibus ſingulorum: & ut quæ exitio ipſis ſunt, ita etiam quæ iiſdem ſalutem dant ac liberant illi. periculus. ſermè enim cuncta hæc à ſe tradita eſſe narrat. quòd ſi ulla relicta à ſe ſunt, inuenientur eiuſdem eſſe generis, & ad hæc ipſa referri.

In repub.) Cùm docuiſſet, quomodo reſpublicæ conſeruantur, quomodoq; eædē intereunt, ac rationes multas expoſuiſſet ſalutis incolumitatiſq; ipſarū, nec non etiam corruptelæ ac mortis: locum Platonis ex VIII. libro Reipublicæ, in quo de mutatione abſolutæ illius perfectæq; reip. agitur, ut opifex ipſius putabat, examinare inſtituit, & quæ non ſatis rectè illic tradita forent, oſtendere. Primū igitur narrat, illic de mutationibus rerump. a Socrate diſputatum eſſe, ut fieri oportebat. neq; enim inſimulat Platonē, quòd hoc omiſerit: ſed reprehendit, quòd non uerè recteq; hoc præſtiterit: primumq; quod in eo nō probet, eſſe inquit, quia cùm Socrates optimæ reipublicæ, ac primæ illius mutationē afferret, non ſuam propriamq; illius depravationem monſtrauit, ſed cōmunem ipſi cum alijs rebuſpublicis. Cauſam enim eſſe dicit interitus ipſius, quòd nullū eorum, quæ apud nos ſunt, perpetuò maneret: ſed ambitu quodam circuituq; temporis uariaretur, atq; amiſſo priore ſtatu alium ſieret. Primā remp. uocauit eam, quam finxit informauitq; libris illis, qui ab ipſo Politiæ nomine uocati ſunt: alteram enim poſtea remp. fabricauit, cui ſcripſit leges, magis propinquam moribus atq; inſtitutis aliarum rerumpublicarum.

Principium autem.) Locus hic perobſcurus & perdifficilis ſemper eſt habitus, hacq; ob cauſam non ſolùm ab his, qui libros hos ante me declarandos ſusceperunt, penè ſilentio præteritus: uerū etiam à ueteribus proprijs legitimiſq; interpretibus diuiniſſimi ſcriptoris, & qui caliginem huiuſcemodi omnē, profectam à ſubtilitate quæſtionum mathematicarum, diſturbare conſueuere, uix tactus. Quare ego, conſilium eorum ſecutus, non incubui in tam durū & implicatū nodū diſſoluendum, cùm me præſtiturum, quod facere oporteret, diffiſus fuerim: neque enim ita tritas habeo rationes has numerorū, ut ſperare potuerim, quod aliquos feſellit, ita uiſurū, & planè cognitorum. Nec tamē defuit hac noſtra ætate homo peritus harū ſcientiarum, quem non terruit naufragij periculum ab hoc ſcopulo præteruehēdo: qui ſi aſſecut, quod magno animo aggreſſus eſt, & in quod multas uigilias conſumpſit, uehementer gaudeo, & ſumma laude ipſum dignum puto.

Hæc utiq; ipſum.) Non improbat ualde ſententiā Platonis hac parte, qui fecerit Socratē dicere, naturā aliquando gignere mortales, agreſtes homines & meliores diſciplina: id eſt, qui nequeant ipſa corrigi & perpoliri. Cōtingit enim, inquit, eſſe homines nonnullos, quos erudiri probuſque uiros fieri nulla alicuius cura & ſtudio queat licet. Interpretatur autem ipſe, quid ualeat illud χείρους παιδείας. neq; enim ſignificat illic χείρους, uerè meliores probioreſq;: ſed qui ingenij ſui duritia & aſperitate reſpuant omnem diſciplinā, nec patiantur ſe illa dolari. Confirmat autem, quod dixeret ſuprà non attuliſſe Socratē propriam peculiaremq; eius reip. interitum, dicens: Verùm hæc cur haberi debet ſua propriaq; mutatio illius reipublicæ, quam optimā arbitratur, magis quàm aliarum omnium rerumpublicarū: nec rerump. ſolùm, ſed etiam reliquarum rerum omniū, quæ oriuntur & occiduntur? cunctæ namq; expoſitæ ſunt huic malo.

Et tempore.) Cùm dixiſſet Socrates ui temporis, & quia hæc eſt natura ipſius, ut omnia conficiat, ipſam mutari: quare oportere ut ipſa quoq;, etſi optimè conſtituta eſt, mutetur et tranſeat in aliam deteriorē rempublicam. inquit noſter contra hæc, cauſamq; hanc refellens, euenire, ut non ſolùm uetuſta, & quæ ſimul orta ſunt, ſimul aliquando intereant: uerum etiā quæ diuerſis temporibus natæ fuēre, eodē tempore unaq; extinguantur. Declarare autē hoc uoles, aperiteq; quomodo dixerit quædam ſimul naſci, quia initiū ducant ſui ortus ab eodē tempore. utitur ſimili, tumitque illud à proprio uaroq; ortu ſolſtitium, qui hoc pacto dici poſſent, ſi eadem die orti ſint: cau, quæ antè ſa dit ſlexum ſolis ſiue ſolſtitialem ſiue brumalem, tunc etiam ipſos interituros, tum uideamus hoc inane eſſe. quare deſpiciens hoc argumentum, inquit: Neceſſe igitur erit ſimul interire.

Præterhæc.) Oſtendi præterea poteſt, inquit, ipſum peccaſſe, additq; hoc ſuperioribus ipſius erratis, quòd dixit, ex hac optima republica mutationem tranſitumq; fieri in remp. Lacedæmoniorū. neque enim ipſe cauſam huius rei aperuit, neq; hoc uerū eſſe perſpicitur, cùm ſæpius mutationes rerumpublicarum fiant in contrarias, quàm in uicinas & propinquas (qualis eſt reſp. Laconum, quam regebant optimates) huic, quam ipſe optimā putat. Quod autem ad improbandam hanc eius opinionem allatum ab eo eſt, idem ualere inquit contra migrationes cæterarum rerumpublicarū, quæ itidem ab eo dictæ ſunt tranſire in proximas: cùm tamen ſæpenumero conſtet hoc aliter fieri. Primùm autem exponit ſententiam Platonis, numeratis pluribus rebuſpublicis, in quibus ille arbitrabatur hoc fieri: deinde longè aliter aliquando id euenire affirmat. Ex Laconica igitur dicebat Plato tranſitum fieri in dominatum paucorū, ex quo in ſtatum multitudinis deueniri: quo labente, remp. cadere in manum poteſtatemq; tyranni. His autem mutationibus expoſitis, adiungit ipſe non ſolùm id, quod ab eo traditum eſt, contingere: uerum etiam aliquando contrarium, ut cùm fracta multitudinis poteſtate, pauci locupletes imperium arripiunt. quod potius fieri affirmat, quam pro multitudine dominari incipere unum, in locumq; illius ſuccedere.

Amplius autem.) Reprehendit nūc Socratē, quod non oſtendit, ſiue ut aliarum, ita quoq; tyrannidis mutatio aliqua, tranſituſq; in aliam remp. fit, ſiue non fit: totamq; quæſtionē hanc ſilentio præterijt. Si namque non migrat illa in aliam ullam, cauſam huius nouitatis uidebatur exponere debuiſſe, & cur hæc nō ſequitur naturam cæterarū rerumpublicarum. ſi uero idem facit quod cæteræ, uariaturq;, in quam poſtremū remp. migrat, aperiendum fuit. Ipſe autem, quam exiſtimat Socrati fuiſſe cauſam huius ſilentij, indicat. inquit enim eam fuiſſe, quia non facile hunc nodum diſſoluere poterat. Tyrannis namq; eſt quiddam indefinitum: de huiuſcemodi autem rebus, quæ non habent certam naturam nec terminos ullos fixos, nihil certi ſtatui poteſt. Nam ſi, inquit, conſuetudinem, quam putauit eſſe aliarum, hæc ſecuta foret, oportebat eam mutari in primā illam & optimā rempublicam: ita namq;, quod ipſe uoluit, ſeruata eſſet continuitas, ut ſingulæ in propinquam & contiguam tranſirēt, atque ita orbis ille circuituſq; fieret. Verùm hoc nō cuſtodiri, neq; ſemper eodem tenore fieri, ſed longè aliter geri uariariq; magnopere: multis exemplis intelligitur, quę ipſe colligit. Nam ex uno genere tyrannidis in aliud tranſitum fieri affirmat, ut in dominatum paucorū & in ſtatum multitudinis, non in remp. optimorū è tyrannide. Primùm igitur narrat, confirmans exemplis, quod dicit, Sicyone è tyrānide Myronis tranſitū factum fuiſſe in tyrannidem Cliſthenis. Sicyoniæ tyrannidis meminit ſuprà, Cliſthenemq;, quem unū eorum eſſe monſtrauit, qui diutiſſimè regnarunt. Cùm eadem mutatur in dominatum paucorum, exemplum poſuit, tyrannidem, quæ Chalcide uiguit, cuius auctorem nominat Antileontem quendam Probaui. t autem, eādem migrare in remp. multitudinis, auctoritate tyrannidis illius, quæ Syracuſis à Gelone poſſeſſa eſt. ſucceſſit enim illi tractæ poteſtas imperiumq; populi. Tranſitum tyrannidis in optimates declarauit facto Charilai: qui cum Lacedæmone ſuperbe regnaſſet, cauſa fuit ut in ea urbe gubernaculum traderetur in manus optimorum uirorū. Fuit autem Charilaus Polydectis, Lycurgi fratris filius. Statuo liberè aperire, quod mihi in mentem uenit, accommodatum (ut puto) ad ueritatem huius facti indagandam: etſi penitus ad cubile ipſius perducere nō poſſum. uereor enim ne alium Charilaum, qui olim in Lacedæmone regnarit, auctor intelligat. Neque enim, cuius etiam Lycurgus tutor fuit, tyrannus eſt unquam dictus, cum feratur mitis ingenio fuiſſe, atq; etiam æquo animo tuliſſe correctionem illam reipublicæ, cuius princeps fuit patruus, etſi primò metuēs, ne contra ſe arma illa ſumpta forent, in fanū ſe cōiecit: paulo tamen pòſt timore illo pulſo, ſe cum ipſis conſociauit. Præterea regiam poteſtatē retinuit, quod uſu non uenit ijs, quibus iuſtè principatus eripitur. Collegam quoq; ipſius habuit, cum tyranni ſoli dominentur. Videndum igitur, an in ea ciuitate extiterit Charilaus alter, cui hoc contigerit. quin tamen poſt impreſſionem illam, factam cōſilio Lycurgi, auctoritas magna data ſit optimis uiris, ſenatuſq; in ciuitate conſtitutus, negare non poſſum. Idem etiā uiuuenisse Carthagini Ariſtoteles commemorauit: uerum tamen uerbum addidit, quo magis rem explanaret,

Et in tyrannidem.) Omnis hic locus non parum negotij mihi exhibet. propoſitum enim eſt auctori nunc oſ[illegible] plures ac uarios ſtatus mutari poteſtatē omnis, non [illegible] in quos ſtatus migret dominatus paucorū trad[illegible] ex ipſo fieri aliquando tyrannidem. Præterea, ſi contra [illegible] præcipere eius, quod hæc uerba oſtendunt: ſupra iam [illegible] carat, tyrannidem tranſire aliquando in dominatū paucorum, atq; id exemplo confirmarat. Sed etiam tyrann[illegible] in tyrannidem mutari dixerat, exemplumq; huius mutationis poſuerat: quare nō uideo cur idē iterum nouis exemplis comprobare deberet. Hæc enim quæ hic narrantur, hoc profectò facere uidentur, declarareq; è tyrannide una tranſire in alteram tyrannidem: niſi aliquis putet in illis urbibus quas appellat, inſtitutam prius fuiſſe dominationē paucorum, de cuius in tyrannidem migratione hic nunc quærit. Sed hoc ſcrupulo indicato, qui mihi moleſtus eſt: id quod dixit (ſi unquam ipſe hoc dixit) in Sicilia factum eſſe narrat, qua in terra priſcis temporibus hoc factum ſit, plurimæq; tyrannides hunc ortum habuerint cùm uetus tyrannis, quæ dominabatur Leontinis, ſiue dominatio paucorum tranſierit in Panætij tyrannidē, & quæ Gelæ itidē in Cleandri tyrannidem: eodemq; pacto quæ Rhegij aiguit: quod tamē non Siciliæ oppidum eſt, ſed Italiæ in propinqua terra Calabrorum, in Anaxilai tyrannidē: hunc uerò ſummā poteſtatem in ea urbe obtinuiſſe, alij quoq; ſcriptores memoriæ prodiderunt.

Abſurdum autem eſt.) Exponit alia nonnulla, quæ in illa rep. parum conſideratè dicta uidebantur, & affinia eſſe magnis erroribus: aliter enim ipſa nunquā hoc odioſo nomine uocaſſet. Primum igitur (inquit) abſurdum eſſe, quod Plato fecit, putare remp. è libero ſtatu mutari in dominatum paucorū: quia ciues cupidi ſint pecuniæ, quæſtumq; inde faciant, cùm adepti ſunt magiſtratus: & non potius, quia multi iam locupletes præſtanteſq; cæteris copia patrimonij, nō æquū arbitrantur, nec pati ullo pacto poſſunt, eſſe ſibi pares in republica, obtinereq; honores (ut ipſi faciunt) eos qui nihil bonorū poſſident. Ortum autē huius dominatus monſtrauit Plato, cùm in ipſo VIII. libro induxit Socratem loquentem: diuitias enim arcamq; plenā nummorum gignere ipſum ſignificauit. τὸ ταμιεῖον ἐκεῖνο ἑκάστῳ χρυσίου πληρούμενον, & quæ ſequuntur. intra autem in aperiendis rebus quæ hoc malum pariunt, utitur ijſdem uerbis, quibus hic Ariſtoteles, ordine tantū ipſorum mutato. inquit enim ἐκ δὴ φιλονίκων καὶ φιλοτίμων ἀνδρῶν, φιλοχρηματισταὶ καὶ φιλοχρήματοι τελευτῶντες ἐγένοντο. Cum ſimili autē quantum peccatum in ea re eſſet, attendiſſet, uocauit hoc unum erratum. Vt autem planius dux noſter oſtendat non eſſe illam ueram originem huius mali, docet remediū primū ipſi adhiberi poſſe: deinde affirmat ipſum etiam non parere tantum incommodi, quantū Plato exiſtimauit. Significat igitur multas inueniri ciuitates, quæ regantur à paucis locupletibus, in quibus non liceat quæſtui habere rempublicā, nec in magiſtratibus pecuniam cogere, cùm ibi leges hoc uetent. Præterea narrat, Carthagine, quæ ciuitas regebatur à multitudine, morē fuiſſe lucrari in publicis honoribus, quippe cum eos emerent: quæ tamen, inquit, tuetur adhuc leges & libertatē ſuā, nec mutatur. quod profectò factū eſſet in tanto ſpatio tēporis, quo reſp. illa manſit, ſi uera foret ſententia Platonis.

Abſurdum etiam eſt.) Nullo etiam conſilio affirmat ab eo traditum fuiſſe, ciuitatem, in qua pauci locupletes dominantur, exiſtimari debere non unā, ſed duas eſſe ciuitates (id eſt, unā diuitum, alterā uerò pauperum) ſtatimq; aperit errorem huius opinionis, dicens, quod ab eo de ipſa prolatum eſt, cadere in omnē ciuitatem, in qua cuncti pares æqualeſq; inter ſe non ſunt aut fortunis aut probitate: ceu in remp. Laconū, quæ exiſtimata eſt à uirtute præditis gubernari, & optimis uiris. Socrates tamen Platonicus uoluerat hoc propriū eſſe illius ipſius, quam in poteſtate ſua habent locupletes. Alterū autem hoc erratum idem dixit eſſe in eodem dominatu, unde neceſſariò fieri affirmat, ut qui uiuunt illic, perpetuò ſibi inſidias moliantur, nec unquam ceſſent contraria tantopere inter ſe hominum genera dare operam, ut aduerſarij extinguantur.

Quamuis autem.) Dixerat idem mutari dominatū paucorum in ſtatum multitudinis, cùm aliqui eorum qui illic dominabantur, facti fuerint pauperiores. Quod etiam noſter reprehendit affirmans illud quoq; uſuuenire, quando plures in ea ciuitate fuerint egentes, quàm diuites: & non ſolùm quando aliqui eorū qui illic ſummam poteſtatē habebant, amiſerint patrimonium. Eodē etiam pacto è ſtatu multitudinis in dominatum paucorū tradit tranſitum fieri, ſi pars ciuitatis quæ amplū patrimonium poſſidet, firmior fuerit, robuſtiorq; quàm multitudo: & ſi ipſi pauperes (è pauperibus enim conſtat multitudo) ſegnes eſſe cœperint, in poteſtateq; illa ſua tuenda nihil diligentiæ adhibuerint: contrà autem diuites incubuerint toto pectore in eam curam, ſeq; his rebus munierint, quæ aperiant ipſis uiā ad dominatū.

Cùm multæ.) Inſimulat nunc Platonem, quòd non planè neq; abſolutè quædam tradiderit, cùm partes eius ſint, qui præcipit aliquid, cuncta cōplecti, exquiſiteq; rationes eius efficiendi omnes afferre: cùm inquit, Cùm cauſæ plures ſint, quibus fiunt mutationes rerumpublicarū, non omnes, ſed unam tantum ipſarum enumerat: quæ eſt, quod illi luxurioſe uiuentes, & ut ſeruiant ſumptibus immoderatis, fœnore pecunia ſumpta, oppreſſi ære alieno fiunt pauperes. Deſpiciens igitur hanc ſententiam, uitiumq; ipſius monſtrans, inquit: Tanquam initiò cuncti, cùm reſp. conſtituta eſt, fuerint diuites. Occurrere autem uolens ei, quod aliquis contra dicere potuiſſet, longe aliud eſſe tenue patrimonium habere, diuq; uitam illam exilem coluiſſe, & fortunis amplioribus exturbari: addit, non inſtare periculum magnum reip. ab omnibus, qui amiſerint rem familiarem, ſed ab illis tantùm eius generis, qui principes ciuitatis ſunt, auctoritatemq; multum habent apud multitudinem. Hi enim, inquit, conſueuerunt remp. perturbare, dantq; operā rebus nouis. Quando autem hoc contigerit alijs quibuſdam, nihil inde maioris incommodi impendet reipublicæ. Quod ſignificat hic noſter doctor, ſedulò ſeruare ſoliti ſunt C. Cæſarem affirmat M. Cicero, cū in animo haberet, ſi poſſet, patriæ regnum. hæc uerba ipſius ſunt è Philippica II. Habebat hoc omnino Cæſar, quem planè perditum ære alieno egentemq;, ſi eundē nequam hominem, audacemq; cognôrat, hunc in familiaritatem libentiſſimè recipiebat.

Et mutantur.) Hoc (ut arbitror) nouum argumentū eſt, ductum à ſigno, ut dicat: Si nāq; multi, exuti patrimonio, nouis rebus ſtuderent, in rempublicam, fortunæ illi ſuæ accommodatam, mutarent ueterem ſtatum ciuitatis, id eſt popularem. quod non uidemus fieri. nihilo enim magis, ut inquit, mutatur tunc in ſtatum multitudinis, quàm in alium quempiam. Non eſt igitur hæc una & uera cauſa mutationis rerumpublicarum, ut exiſtimauit ac literis prodidit Plato.

Amplius autem.) Colligit multas alias cauſas mutationis rerumpublicarum, ut idem faciat, probetq; parum uidiſſe Platonem, qui unam tantum attulit: quemadmodū ſi participes facti non fuerint publicorum eorum honorū, quibus ſe dignos putent (ſitis enim honorū ualde ſtimulat animos magnæ partis mortalium) nec non ſi iniuriam aliquam acceperint, maleq; ſe tractatos putauerint in ratione patrimonij, ſiue alia quapiā huiuſcemodi re. ſiue, inquit, ludibrio fuerint aliquibus. omnia enim temptant ingenio ſuo, ut cōtumelias à ſe propulſent. Iis igitur quoq; de cauſis, inquit, ſeditionum auctores ſunt, etſi patrimonium non effuderint: quia licet illis omnia quæ uoluerint moliri, quam licentiam omnium rerum Plato inquit naſci à nimia libertate. Si namq; illa, ut decebat, coercita legibus fuiſſet, locus hic grauis malo non extitiſſet.

Cùm ſint autem.) Peccaſſe quoq; Socratem affirmat, nec quod ſuſceperat, plenè executum fuiſſe. quod cùm ſint plures dominatus paucorum, pluresq; itidem ſtatus multitudinis, ut ipſe accuratè docuit in IIII. horum librorum: de ambobus tamen illis ita locutus fuerat, ut feciſſet, ſi una tantùm ſpecies eorum foret, cùm uarias formas & dominatus paucorū & ſtatus popularis uarijs modis mutari atq; interire contingat.

a καὶ [illegible].

FINIS QVINTI LIBRI.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA LIBER VI.

CAP. I.

QVOT igitur ſunt differentiæ, & quæ partis quę uerſatur in deliberando, & quaſi regnat in republica, & ordinis pertinentis ad magiſtratus, & iudicia, & qualia ad qualẽ cõſtituta ſunt rempublicam: adhuc autẽ de interitu & incolumitate rerumpublicarum, ex qualibus oriũtur, & quapropter quas cauſas, dictum eſt prius. Quia autẽ contigit, ut ſint plures ſpecies ſtatus multitudinis, & eodem pacto aliarum rerumpublicarũ, ſimúl que de illis, ſi quid reliquũ eſt: non eſt alienum animaduertere, & ſuũ propriũq́; atque utilem modũ ſingulis illis tribuere. Et item collectiones ipſorũ, qui dicti ſunt omnium modorum animaduertẽdi. hæc enim ſimul iuncta, præſtant ut reſp. inter ſe cõmutentur, ita ut ſtatus optimorum uergant ad dominatus paucorum, & reſpublicæ ad ſtatum multitudinis. Voco autẽ copulationes, quas oportet quidem conſiderare, nõ ſunt autem nunc conſiderata: ſi pars quæ deliberat, & quæ creat magiſtratus, conſtituta fuerit aptè ad dominatum paucorum: quæ autem uerſatur in foro iudicijsque, aptè ad ſtatum optimorum. uel, quod facit ad partem, quæ deliberat, aptè ad paucorũ dominatum: ad optimorum uerò ſtatum, quæ creat magiſtratus. Vel alio quopiam modò, ne cuncta cõſtituta ſint, quæ ſunt ſua propriaq́; reipublicæ. Qualis igitur populi ſtatus quali ciuitati congruit, eodem modo autẽ & qualis è dominatibus paucorũ quali multitudini, & reliquarum utiq; rerumpublicarum, qualis conducit quibus dictum eſt prius. Oportet tamen planum eſſe, non ſolùm qualis harum rerumpublicarum optima ſit ciuitatibus: ſed etiam quomodo decet fabricare & has & alias, perſequamur breuiter. Et primùm de populi ſtatu dicamus: ſimul enim & de oppoſita rep. perſpicuum erit.

ΠΟΣΑΙ μὲν οὖν διαφοραὶ, καὶ τίνες τοῦ τε βουλευτικοῦ καὶ κυρίου τῆς πολιτείας, καὶ τῆς περὶ τὰς ἀρχὰς τάξεως, καὶ περὶ δικαστηρίων, καὶ ποία πρὸς ποίαν συντέτακται πολιτείαν· ἔτι δὲ περὶ φθορᾶς τε καὶ σωτηρίας τῶν πολιτειῶν, ἐκ ποίων τε γίνεται καὶ διὰ τίνας αἰτίας, εἴρηται πρότερον. ἐπεὶ δὲ τετύχηκεν εἴδη πλείω δημοκρατίας ὄντα, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως πολιτειῶν, ἅμα τε περὶ ἐκείνων ἔστι λοιπὸν, οὐ χεῖρον ἐπισκέψασθαι, καὶ τὸν οἰκεῖον, καὶ τὸν συμφέροντα τρόπον ἀποδοῦναι πρὸς ἑκάστην. ἔτι δὲ καὶ τὰς συναγωγὰς αὐτῶν τῶν εἰρημένων ἐπισκεπτέον πάντων τῶν τρόπων. ταῦτα γὰρ συνδυαζόμενα, ποιεῖ τὰς πολιτείας ἐπαλλάττειν. ὥστε ἀριστοκρατίας τε ὀλιγαρχικὰς εἶναι, καὶ πολιτείας δημοκρατικωτέρας. λέγω δὲ τοὺς συνδυασμοὺς, οὓς δεῖ μὲν ἐπισκοπεῖν, οὐκ ἐσκεμμένοι δ᾽ εἰσὶ νῦν· οἷον, ἂν τὸ μὲν βουλευόμενον, καὶ τὸ περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας ὀλιγαρχικῶς ᾖ συντεταγμένον· τὰ δὲ περὶ δικαστήρια, ἀριστοκρατικῶς, ἢ ταῦτα μὲν καὶ τὸ περὶ τὸ βουλευόμενον, ὀλιγαρχικῶς· ἀριστοκρατικῶς δὲ, τὸ περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας ἢ κατ᾽ ἄλλον τινὰ τρόπον μὴ πάντα συντεθῇ τὰ τῆς πολιτείας οἰκεῖα. ποία μὲν οὖν δημοκρατία πρὸς ποίαν ἁρμόττει πόλιν, ὡσαύτως δὲ καὶ ποία τῶν ὀλιγαρχιῶν ποίῳ πλήθει, καὶ τῶν λοιπῶν δὲ πολιτειῶν, τίς συμφέρει τίσιν, εἴρηται πρότερον. ὅμως δὲ δεῖ γενέσθαι δῆλον, μὴ μόνον ποία τούτων τῶν πολιτειῶν ἀρίστη ταῖς πόλεσιν. ἀλλὰ καὶ πῶς δεῖ κατασκευάζειν, καὶ ταύτας καὶ τὰς ἄλλας, ἐπέλθωμεν συντόμως. καὶ πρῶτον περὶ δημοκρατίας εἴπωμεν. ἅμα γὰρ καὶ περὶ τῆς ἀντικειμένης πολιτείας φανερόν.

QVOT igitur, & quæ ſint eius ciuitatis partis, quæ conſultandi ius habet, & penes quam totius reipub. adminiſtrationis & magiſtratuum deſcriptionis, poteſtas eſt, differẽtiæ ac diſſimilitudines, & de iudicijs ac tribunalibus iudiciũ, & qualia eĩ. quali reipublicæ adminiſtrandæ formæ apte cohæreãt: & præterea de interitu & ſalute reſp. adminiſtrãdæ formarũ, ex qualib. rebus oriantur, & propter quas cauſas eueniãt, ante dictũ eſt. Quoniam autẽ ita accidit, ut plura ſint democratiæ, & aliarum item reip. adminiſtrandæ formarum genera, nõ inutile fuerit uno tempore eademq́; opera, & de illis, ſi quid reliquum eſt, conſiderare & modum cuiuſq; accommodatum atq; utilem tradere ac demonſtrare. Præterea & eorum omnium modorum, qui à nobis expoſiti ſunt, coniugationes conſiderandæ atq; inſpiciendæ ſunt. Nam quot modis hæc inter ſe bina copulantur, tot pariunt reip. adminiſtrandæ formæ ĩ uarietates, ita ut & ariſtocratia ad oligarchiæ ſimilitudinem prope accedãt, & politiæ ad democratiam ſint propenſiores. Copulationes autem ſeu coniugationes dico (quæ inſpiciẽda illa quidem ſunt, ſed non ſunt nunc à quoquam animaduerſæ neq; tractatæ) uerbi cauſa, ſi ea quidem ratio, quæ ad conſultationes pertinet, oligarchiæ conuenienter ſit deſcripta atq; ordinata: ea uerò, quæ in iudicijs uerſatur, ad ariſtocratiã accommodate. aut hæc quidem, & ea quæ ad conſultationes pertinet, oligarchiæ conuenienter: ea uerò, quæ in comitijs magiſtratuũ, ſiue creatione magiſtratuũ poſita eſt, ad ariſtocratiã accõmodate, aut alio aliquo modo, ne omnia quæ reipublicæ adminiſtrationis ſunt propria, compoſuiſſe & coniugaſſe uideamur. Qualis igitur democratia cum qua ciuitate apte cohæreat, itemq́; qualis oligarchia cum qua multitudine & ex reliquis reip. adminiſtrandæ formis, quæ quibus ſit utilis, dictũ quidem eſt ante ueruntamen quoniam perſpectum & cognitum eſſe debet non ſolum quænam ex his reipublicæ adminiſtrandæ formis ſit ciuitatibus optima, ſed etiam quomodo ſit conſtituenda: nos & has & alias breuiter perſequamur. Ac primum de democratia diſſeramus. ſimul enim & ea, quæ huic contraria eſt, cognoſcetur.

Hæc auté eſt, quam nominant nónulli paucorum dominatū. Sumenda auté ſunt ad hanc rationem tradendā cuncta popularia, & quæ uidentur ſtatibus populi comitari: ex his enim iunctis contingit ſpecies popularis ſtatus naſci, & plures uno eſſe populi ſtatus, & diſcrepantes. Duæ namque ſunt cauſæ, propter quas populi ſtatus plures ſunt. primùm quidé, quę dicta prius eſt, quia diuerſi ſunt populi. Eſt enim hæc quidem multitudo ex agricolis: hæc autem è tenuibus artificibus, hæc uerò ex operarijs. quarū ſi prima ad ſecundā adiungatur, & tertia rurſus ad ambas: non ſolùm diſcrepant, ut melior aut peior ſit ſtatus populi: uerumetiā, ut non ſit idem. Poſterior autem, de qua nunc dicimus: quæ namque comitantur ſtatibus populi, ac uidentur eſſe ſua propriaque huius reipublicæ, cùm iuncta ſunt, efficiūt ſtatus populi diuerſos. huic enim, pauciora: huic autem comitabuntur plura: huic uerò cuncta hæc. Prodeſt autem ſingula hęc cognoſcere ad fabricandam, quam quiſque ipſarum uoluerit, & ad emendandā: quærunt enim, qui reſpubl. conſtituunt cuncta, quæ ſua propriaq; ſunt, colligere ad propoſitum ſibi opus. peccant autem hoc facientes, quemadmodū in his, quæ ad interitus & incolumitates rerumpub. faciunt, dictum à nobis eſt prius. nunc autem initia & mores, & quæ cupiunt dicamus.

αὕτη δ' ἐστὶν, ἣν καλοῦσί τινες ὀλιγαρχίαν. ληπτέον δὲ πρὸς ταύτην τὴν μέθοδον πάντα τὰ δημοτικὰ, καὶ τὰ δοκοῦντα ταῖς δημοκρατίαις ἀκολουθεῖν· ἐκ γὰρ τούτων συντιθεμένων τὰ τῆς δημοκρατίας εἴδη γίνεσθαι συμβαίνει, καὶ πλείους δημοκρατίας μιᾶς εἶναι, καὶ διαφόρους. δύο γάρ εἰσιν αἰτίαι, δι' ἅσπερ αἱ δημοκρατίαι πλείους εἰσί. πρῶτον μὲν ἡ λεχθεῖσα πρότερον, ὅτι διάφοροι οἱ δῆμοι. γίνεται γὰρ τὸ μὲν γεωργικὸν πλῆθος, τὸ δὲ βάναυσον καὶ θητικόν. ὧν τοῦ πρώτου τῷ δευτέρῳ προσλαμβανομένου καὶ τοῦ τρίτου πάλιν τοῖς ἀμφοτέροις, οὐ μόνον διαφέρει τῷ βελτίω καὶ χείρω γίνεσθαι τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ τὴν αὐτήν. δευτέρα δὲ περὶ ἧς νῦν λέγομεν. τὰ γὰρ ταῖς δημοκρατίαις ἀκολουθοῦντα καὶ δοκοῦντα εἶναι τῆς πολιτείας οἰκεῖα ταύτης, ποιεῖ συντιθέμενα τὰς δημοκρατίας ἑτέρας· τῇ μὲν γὰρ ἐλάττω, τῇ δ' ἀκολουθήσει πλείονα, τῇ δ' ἅπαντα ταῦτα. χρήσιμον δ' ἕκαστον αὐτῶν γνωρίζειν πρός τε τὸ κατασκευάζειν, ἣν ἄν τις αὐτῶν τύχῃ βουλόμενος, καὶ πρὸς τὰς διορθώσεις· ζητοῦσι μὲν γὰρ οἱ τὰς πολιτείας καθιστάντες ἅπαντα τὰ οἰκεῖα συναγαγεῖν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν. ἁμαρτάνουσι δὲ τοῦτο ποιοῦντες, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τὰς φθορὰς καὶ τὰς σωτηρίας τῶν πολιτειῶν εἴρηται πρότερον. νυνὶ δὲ τὰ ἀξιώματα, καὶ τὰ ἤθη, καὶ ὧν ἐφίενται λέγωμεν.

Hæc autem eſt ea, quam nōnulli oligarchiam appellant. Sumenda porrò ſunt ad hanc diſputationem ratione & uia progredientem popularia omnia, & quæ uidētur democratijs eſſe adiuncta. euenit enim ut ex his compoſitis & coniunctis democratiæ genera naſcantur, pluresq́ una & diuerſæ democratiæ ſint. Duæ enim cauſæ ſunt, propter quas plures democratiæ ſunt: quarum prima quidem ea eſt, quæ antè expoſita eſt, populorum diuerſitas ac diſsimilitudo. alia enim eſt multitudo in agro colendo occupata, alia eorum hominum, qui artem illiberalem & ſordidas exercent, alia mercenariorum, & eorum qui operas ſuas mercede locant: quarum ſi prima ad ſecundam aſſumatur atq; aggregetur, & tertia rurſum ad utramq; non id ſolùm interſit, quòd democratia melior & deterior fiat; ſed quod non ſit eadem. Secunda autem cauſa eſt ea, de qua nunc loquimur. Nam quæ democratijs adiūcta ſunt, quæq́ harum reſp. adminiſtrandæ formarum propria uidentur, ea ſi alio atque alio modo componantur, diſsimilem ac diuerſas democratias faciunt. Hanc enim pauciora comitabuntur, illam plura, aliam hæc omnia. Vtile eſt autem horū unumquodque cognoſcere & ad conſtituendam, quam ex eis quis uelit, reſpub. adminiſtrandæ formam, & ad earum correctiones. Student enim ij, qui reſpub. adminiſtrandæ formas conſtituunt, omnia cuiuſque reſpub. adminiſtrationis propria, ad propoſitum finem collecta conferre. qua in re uehementer errant, quemadmodum in ijs, quæ ad interitiones & ſalutes reſp. adminiſtrandæ formarum pertinent, ante dictum eſt. Nunc autem earum poſtulata, & mores, & quæ appetant, exponamus.

COMMENTARIVS.

Quod igitur.) Cùm tradidiſſet iam non pauca eorum, quæ ſibi explicāda ſumpſeret, multumq; in hoc itinere progreſſus eſſet: aperit, quæ modò præcipera uult, repetitis prius (ut conſueuit) illis, quæ iam abſoluit, præſertim duobus proœmijs libri. Sunt autem ea, quæ nunc docere inſtituit, ex quibus principijs ſinguntur reſpublicæ. Cùm autē quædam ipſarū ſint integræ, quædā uerò maculoſæ: primùm diſſerit de rebuſp. uitioſis, deinde de optima omniū ac præſtantiſsima. quod faciet initio ſequentis libri. antea enim putauit, oportere ſe affines aliquibus culpis oſtendere. Quæ repetit à ſe tradita, & mox mē duobus propinquis libris, ſunt (ut ipſemet etiā teſtatur) quot numero diſcrimina ſunt partis eius ciuitatis, quæ deliberat de republica, principisq; & quaſi domina ipſius eſt: & cuiuſmodi etiam ipſa exiſtant, necnon quot diſcrimina ſint ordinis & inſtitutionis magiſtratuum, quomodo ſcilicet creari debeant: & quæ uis poteſtaſq; ipſorū ſit. ſed etiam de curijs iudicijsq; ſignificat ſe præcepiſſe, declaraſſeq; qualia iudicia ad quelem rempublicam, ut ipſi apta, accommodanda ſint.

Adhuc autem.) Amplius commemorat ſe de interitu & incolumitate rerump. diputaſſe, quod modò fecit in extremo libri, qui antecadit VI. hunc: quare illa monita ac documenta reſonāt nobis adhuc in auribus, ex qualibus ſcilicet initijs oriātur, & ob quæ obtinenda auctores harum mutationum incumbant in eas uoluntates.

Quia autem contigit.) Cum commemoraſſet pauit, quæ adhuc facit: nunc, quæ ſibi reſtent explicanda, oſtendit. Quia autem multo antè docuit, non unū tantùm genus eſſe ſtatus multitudinis, ſed plura, quod in alijs etiam ſtatibus eodē modo ſe habet, ut declaratum eſt: pollicetur ſe traditurum, ſi quid reliquū eſt, quod ab ipſo non dictum fuerit, quando de iiſdem præcepit: ſimulq; non alienum eſſe putat ſingulis rebuſpublicis ſuum propriumq; modum attribuere, & qui prodeſſe ipſis ualeat.

Et item collectiones.) Suas præterea partes eſſe dicit, uidere quę à ſe antea expoſita ſunt, in unū locum collecta: ſeorſum enim, diſtantibuſq; in locis tradita fuerunt, omneſq; modos illos etiā ſibi conſiderandos. Quid autem boni capiatur ex hac diligētia declarat: hæc enim, inquit, ſimul copulata, unumq; corpꝰ cum altero coniunctū, cauſa ſunt ut reſpublicæ uarienter, aliæq; quàm prius erant, uideantur: cùm ſcilicet ſuſtitutem aliquod proprium unius, alteri reip. adiunctum fuerit (hæc enim ualent ea uerba) ita ut optimatum ſtatus ſint, qui uergant ad dominationem paucorū, & communi nomine uocatæ reſpublicæ, quæ cōtineant in ſe quædā propria ſtatus multitudinis. Συναγωγὰς, quas uocauit, non putandum eſt idem ualere quod συνόδους: ualent quo nomine infra utitur. oſtendit enim ipſa quid ſignificent, cùm addat τῶν ἀρχαίων. quæ namq; diſperſa ſunt, ac remotis in locis manent, cùm coguntur, dicuntur συναχθέντα. ſtudiumq; in eo ab aliquo poſitum, appellatur συναγωγή.

Vtre

Vnos autem.) Interpretatur ipſe, quod inquit, uidendos eſſe omnes modos eorum, quæ priùs tradita ſunt indicatq́; ſe intelligere copulationes ipſorum, permixtionesq́; quas affirmat oportere ſubtiliter animaduertere, cùm adhuc ponderati non ſint. Vt autem magis aperiat, quid ſignificet, exempla quædam eorum ponit. inquit enim: Ceu ſi ciuitatis pars, quę deliberat & quæ creet magiſtratus, conſtituta fuerit ex uſu dominatus paucorum: quæ uerò ad iudicia pertinet, accommodata ſit ſtatui optimorū. Siue, inquit, hæc & præterea quæ operā ſuam ponit in deliberando, ut requirit dominatus paucorū, conſtituta fuerit ex uſu autem optimatū (quod pertinet ad comitia ſiue alio quopiā modo iuncta contextaq́; fuerint, non cuncta ſua propriaq́; eiuſdem ſtatus, ſed ſumpta e diuerſis ac diſſimilibus, concretaq́; ſimul.

Qualem igitur.) Tranſit ad ea, quæ ſingillatim explicanda reſtant, tradereq́; incipit, quomodo ſingulæ reſpublicæ fabricandæ ſint. priùs tamen repetit nonnulla, quæ tam præceperat, quibus adtexit hæc: quæ, ſi abſoluere uellet, quod ſuſceperat, erat & ipſa ducenda. inquit igitur, cùm ſint plures ſpecies ſtatus multitudinis & dominatus paucorū, ſe oſtendiſſe qualis potiſſimū ſtatus populi quali congruit ciuitati ac multitudini hominum: eodemq́; pacto ex omni numero dominatuū paucorum qui ſit quomodoq́; conſtitutus, quali multitudini, & quaſi ſtirpi, quadrat. quod itidem de reliquis rebuſpublicis uerè dici potest. Quæ namq́; ipſarum quibus ingenijs mortalium accommodata ſit, teſtatur ſe docuiſſe. quod fecit in IIII. librorū huius. Non eſſe tamen plenam perfectamq́; ſuperiorem præceptionem iudicat. e ſſet enim uerus fructus huius ſcriptionis ſit, conſtituere remp. optimam, aut ſaltem, qua nulla melior aptiorq́; illis hominibus, quibus ædificatur, fingi poſſit: reſtabat rationem tradere, quo hoc commodè fieret. Hoc igitur nunc pollicetur ſe breui declaraturum, quomodo inquam & has, quas appellauit, & cæteras omnes, deceat fabricare.

Et primum.) Oſtendit ordinem, quē ſequi uult, cauſa etiam ſui conſilij patefacta. affirmat enim, ſe de ſtatu multitudinis primùm agere uelle: quo, ipſo cognito, apertum ſimul erit, quid ſentire debeamus de cõtrario ipſi ſtatu. quis autem hic ſit, quomodoq́; ipſum quidam uocent, declarat. inquit enim, contrarium eſſe ſtatui multitudinis eum, quem uocant nonnulli dominatum paucorum.

Sumenda autem.) Vt rectè ordineq́; ratio hæc tradatur, oſtendit quæ ſint prius paranda. nã ſine his, quæ quaſi materia ſunt huius operis, nihil efficeretur. Sunt autem illa cuncta inſtituta popularia, necnon quæ comitantur his ipſis rebuſpublicis: cur ita ſui documenti, & quæ alia quæ ſignificauit, neceſſaria ſint, rationem ſtatim reddit, dicens: ex ipſis iunctis fieri ſpecies ſtatus popularis, contingereq́; ea de cauſa plures eſſe, atq́; inter ſe diſcrepantes ſtatus multitudinis.

Duæ namq́;.) Probat uerum eſſe, quod dixit, de differentijs ſtatus multitudinis, uarijsq́; formis ipſius, ordiens à cauſis huius diſſimilitudinis, quas duas eſſe affirmat. earum autem unam, multo antea explicatam, repetit: alterã uerò nouam affert. Veterem, & prius tactam, eſſe inquit: quia populi, qui in ipſis ſummam poteſtatem habent, longè alij ſunt. quod etſi tunc traditũ fuerat, accurateq́; expoſitum: tamen breui repetit. Conſtat enim, inquit, multitudo quędam ex agricolis: alia uerò ex opificibus, & ijs qui mercede accepta ſeruiunt operi ipſorum egentibus. quibus omnibus quaſi materia quadam, aliquo modo iunctis mixtisq́; inter ſe, uariatur ſtatus reipublicæ, quem regunt nõ ſolùm bonitate ac uitio: ut ſcilicet hic ſtatus melior, hic uerò deterior ſit: uerùm etiam ne ullo pacto iidem uideantur, etſi omnes à multitudine reguntur. hinc igitur partim exoritur uaria forma reip. popularis, apertoq́; eſt unus ipſius fons.

Poſterior autem.) Alteram cauſam eiuſdem rei uarietatiſq́; huius affert: quam eſſe dicit, de qua modò incœperat agere. cœperat enim iam aliquid de inſtitutis popularibus. & ijs etiam quæ comitantur ipſis. inquit igitur: Ea namq́;, quæ comitentur ijs ſtatibus, uidenturq́; ſua ac propria reip. popularis, cùm iuncta copulataq́; ſunt inter ſe, uariant has reſpublicas, redduntq́; ipſas diuerſas, etſi genus ipſum nõ mutant: in cunctis namq́; gubernaculū reip. tenet populus. Diſtinguunt, inquam, ipſas ita, ut aliæ non ſine cauſa habeantur, quia hanc pauciora ipſorum illoro conſequuntur: aliam uerò plura, & quandã etiam cuncta. paucitas igitur, aut multitudo conſequentium horum uim habet eam, quæ dicta eſt.

Prodeſt autem.) Quis fructus captatur ex perceptione horum oſtendit: erit autē ille magnus, ſi quis uti ſciuerit ipſis. inquit igitur, ualere multùm ſingula hæc nouiſſe ad fabricandam remp. eã popularem, quam aliquis cupierit: nec ſolùm ad ipſam nouam ædificandam, uerū etiam ad ueterem quampiam, aſſinem aliquibus uitijs, emendandam. In quo autem labantur ac peccent non pauci in conſtituendis rebuſpublicis his, aperit, qui uerã rationem tractandorū horum non didicerunt. ipſos enim dicit dare operam, ut cuncta quæ ſunt propria eius reipublicæ, quam conſtituere in animo habent, colligant. Quod cum faciunt, errare eos affirmat, ut à ſe iam in V. horū librorum: quo loco diſſeruit de interitu & conſeruatione rerumpublicarum, declaratum eſt. Cum tetigerit autem, quæ tunc expoſuit, nunc inquit, ſibi tradendas eſſe ſententias quaſdam ualde probatas, & mores ipſarum. nec non quæ ſint, quorum obtinendorum deſiderio inflammatæ ſunt.

CAPVT II.

SOlū igitur ac fundamentū reip. popularis eſt libertas. hoc.n. dicere cõſueuerũt, tãquã in ſola rep. hac participes ſint libertatis. hoc.n. ꝓpoſitū ſibi habere aiunt, omnē ſtatū populi. Libertatis aũt unū genꝰ eſt mutatis uicib. parêre atq; imparee: etenim iuſtū populare eſt, ęquale habere ſecundū numerū, ſed nõ ſecūdū dignitatē. Cũ ſit aũt hoc iuſtū, multitudinē neceſſe eſt ſummã poteſtatē habere: & quodcũq; uiſum fuerit plurib. hoc eſſe & finē, & hoc eſſe iuſtū. aiũt enim, oportere unũquēq; ciuiū æquū habere. Quapꝑter cõtingit in populi ſtatib. maiorē poteſtatem habere egentes, quam copioſos (plures enim ſunt) ratum aũt eſt, quod pluribus uiſum fuerit. Vnū igitur libertatis ſignū h. e. quē ſtatuũt cũcti populares reip. terminū: alterū aũt, uiuere ut uult qſq;. hoc

ΥΠΟΘΕΣΙΣ μὲν οὖν τῆς δημοκρατικῆς πολιτείας, ἐλευθερία. τοῦτο γὰρ λέγειν εἰώθασιν, ὡς ἐν μόνῃ τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ μετέχοντας ἐλευθερίας. τούτου γὰρ στοχάζεσθαί φασι πᾶσαν δημοκρατίαν. ἐλευθερίας δὲ ἓν μὲν τὸ ἐν μέρει ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν. καὶ γὰρ τὸ δίκαιον τὸ δημοτικὸν, τὸ ἴσον ἔχειν ἐστὶ κατ᾽ ἀριθμὸν, ἀλλὰ μὴ κατ᾽ ἀξίαν. τούτου δὲ ὄντος τοῦ δικαίου, τὸ πλῆθος ἀναγκαῖον εἶναι κύριον· καὶ ὅ, τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι, τοῦτ᾽ εἶναι καὶ τέλος, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸ δίκαιον. φασὶ γὰρ δεῖν ἴσον ἔχειν ἕκαστον τῶν πολιτῶν. ὥστε ἐν ταῖς δημοκρατίαις συμβαίνει κυριωτέρους εἶναι τοὺς ἀπόρους τῶν εὐπόρων (πλείους γάρ εἰσι) κύριον δὲ, τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν. ἓν μὲν οὖν τῆς ἐλευθερίας σημεῖον τοῦτο· ὃν τίθενται πάντες οἱ δημοτικοὶ τῆς πολιτείας ὅρον. ἓν δὲ τὸ ζῆν, ὡς βούλεταί τις.

Finis igitur respub. administrandæ formæ popularis propoſitus eſt libertas. hoc enim dicere conſueuerunt, proinde quaſi in hac ſola respub. administrandæ forma participes ſint libertatis. Nam democratiam omnem hoc ſpectare, ac ſibi deſtinare dicũt. Iam uero unum libertatis argumentum eſt, uiciſſim parêre atq; imperare. Etenim ius populare eſt æqualia habere numero, non dignitate. Hoc autem iure poſito ac recepto, multitudo dominetur, & compos ſit reip. & quicquid maiori parti uiſum fuerit, hoc ſit etiam extremum ſeu finis, hoc denique ius ſit neceſſe eſt. Aiunt enim unumquemque ciuium æquale habere oportere. Itaq; in democratijs euenit, ut plus auctoritatis ac poteſtatis habeant egentes, quam locupletes. Sunt enim numero plures. Ratum autem eſt, quod pluribus uiſum eſt. Hoc igitur eſt unum libertatis ſignum: quem quidem omnes populares respub. administrandæ formæ finem ponunt. Alterum eſt, uiuere ut quis uelit. hoc

hoc enim libertatis op⁹ eſſe aiunt, ſi quidem eius, qui ſeruus eſt, uiuere ut non uult. Status igitur populi, termin⁹ hic eſt ſecundus. Hinc aũt profectũ eſt, non imperari ſibi, maximè quidẽ à nemine: ſi non mutatis uicibus, & conducit hac parte ad libertatem, quę ſecundũ æquale eſt. His aũt poſitis, & huiuſce modi exiſtẽte imperio, huiuſce modi inſtituta popularia ſunt. creare magiſtratus oẽs ex omnibus, imperium habere oẽs in ſingulos, & ſingulos uiciſſim in omnes. ſorte duci magiſtratus uel cunctos, uel qui uſū nõ egent atq; art.. non à cenſu ullo cõſtare magiſtratus, uel quã minimo. Non iterũ eundẽ magiſtratum quempiã gerere, aut raro aut paucos: præter militię proprios. ut parui tẽporis magiſtrat⁹ ſint, uel cũcti, uel quos res patitur. Iudicare omnes, & ex omnibus, & de omnib. uel de plurimis & maximis, & maximè raris: ceu de rationibus ac magiſtratibus accipiẽdis, & de republica. & de priuatis cõtractibus. Concionẽ in ſua poteſtate habere cuncta: magiſtratum autẽ nullũ nihil, uel quàm pauciſsima, aut maxima rerum quaſi dominã eſſe. Magiſtratuũ maximè populare conſiliũ eſt, ubi non mercedis copia omnibus. hic enim demunt & huius quoq; magiſtratus uim ac poteſtatem. In ſemetipſum enim redigit exiſtimatiões omnes populus, cũ copiã nactus eſt mercedis, ut dictũ eſt prius in ratione tradita ante hanc. Deinde mercedẽ capere maximè quidẽ omnes, cõcionẽ, fora, magiſtratus: ſi aũt nõ magiſtratus, & fora, & conſiliũ, & cõciones, quæ ratæ ſunt, uel magiſtratuũ, quos neceſſe eſt ſimul cibum capere. Amplius, quia paucorũ dominario & genere, & diuitijs, & diſciplina definitur: popularia uidentur eſſe, quæ ſunt his oppoſita, ignobilitas, paupertas, cultus humiliũ artium. In magiſtratibus autẽ nullũ eſſe perpetuũ. Si autem aliquis relictus fuerit è uetere mutatione, & contere-re poteſtatem ipſius: & è ſuffragio delectis, ut ſorte ducantur efficere. Quæ igitũ cõmunia ſũt ſtatib. populi, hæc ſunt. Exiſtit autem è iuſto, quod cuncti fatentur eſſe populare (hoc autẽ eſt æquale, omnes habere ſecũdum numerũ) qui maximè uidetur eſſe populi,

ἔϛι γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναί φασιν, εἴπερ τοῦ δούλου ὄντος, τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται. τῆς μὲν οὖν δημοκρατίας ὅρος οὗτος δεύτερος. ἐντεῦθεν δ' ἐλήλυθε τὸ μὴ ἄρχεσθαι, μάλιστα μὲν ὑπὸ μηδενὸς· εἰ δὲ μὴ, κατὰ μέρος, καὶ συμβάλλεται ταύτῃ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τὴν κατὰ τὸ ἴσον. τούτων δ' ὑποκειμένων, καὶ τοιαύτης οὔσης τῆς ἀρχῆς, τὰ τοιαῦτα δημοτικά. τὸ αἱρεῖσθαι τὰς ἀρχὰς πάντας ἐκ πάντων. τὸ ἄρχειν πάντας μὲν ἑκάστου· ἕκαστον δ' ἐν μέρει πάντων. τὸ κληρωτὰς εἶναι τὰς ἀρχὰς, ἢ πάσας, ἢ ὅσαι μὴ ἐμπειρίας δέονται καὶ τέχνης. τὸ μὴ ἀπὸ τιμήματος μηθενὸς εἶναι τὰς ἀρχὰς, ἢ ὅτι μικροτάτου. τὸ μὴ δὶς τὸν αὐτὸν ἄρχειν μηδεμίαν, ἢ ὀλιγάκις, ἢ ὀλίγας ἔξω τῶν κατὰ πόλεμον, τὸ ὀλιγοχρονίους τὰς ἀρχὰς, ἢ πάσας, ἢ ὅσας ἐνδέχεται. τὸ δικάζειν πάντας, καὶ ἐκ πάντων, καὶ περὶ πάντων ἢ περὶ τῶν πλείστων, καὶ τῶν μεγίστων, καὶ τῶν κυριωτάτων· οἷον περὶ εὐθυνῶν, καὶ πολιτείας, καὶ τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων. τὸ τὴν ἐκκλησίαν κυρίαν εἶναι πάντων· ἀρχὴν δὲ μηδεμίαν μηθενὸς· ἢ ὅτι ὀλιγίστων, ἢ τῶν μεγίστων κυρίαν. τῶν δ' ἀρχῶν, δημοτικώτατον βουλὴ, ὅπου μὴ μισθοῦ εὐπορία πᾶσιν. ἐνταῦθα γὰρ ἀφαιροῦνται καὶ ταύτης τῆς ἀρχῆς τὴν δύναμιν. εἰς αὑτὸν γὰρ ἀνάγει τὰς κρίσεις πάσας ὁ δῆμος εὐπορῶν μισθοῦ, καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τῇ μεθόδῳ τῇ πρὸ ταύτης. ἔπειτα τὸ μισθοφορεῖν, μάλιστα μὲν πάντας, ἐκκλησίαν, δικαστήρια, ἀρχὰς· εἰ δὲ μὴ, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ δικαστήρια, καὶ βουλὴν, καὶ τὰς ἐκκλησίας, τὰς κυρίας. ἢ τῶν ἀρχῶν, ἃς ἀνάγκη συσσιτεῖν μετ' ἀλλήλων. ἔτι, ἐπειδὴ ὀλιγαρχία καὶ γένει, καὶ πλούτῳ, καὶ παιδείᾳ ὁρίζεται· τὰ δημοτικὰ δοκεῖ τἀναντία τούτων εἶναι, ἀγένεια, πενία, βαναυσία. ἔτι δὲ τῶν ἀρχῶν, τὸ μηδεμίαν ἀΐδιον εἶναι. ἐὰν δέ τις καταλειφθῇ ἐξ ἀρχαίας μεταβολῆς, τό τε περιαιρεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ ἐξ αἱρετῶν κληρωτοὺς ποιεῖν. τὰ μὲν οὖν κοινὰ ταῖς δημοκρατίαις, ταῦτ' ἐστί. συμβαίνει δ' ἐκ τοῦ δικαίου τοῦ ὁμολογουμένου εἶναι δημοκρατικοῦ· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντας κατ' ἀριθμὸν, ἡ μάλιστ' εἶναι δοκοῦσα

hoc enim libertatis minimum eſſe dicunt, ſi quidem eſt eius, qui ſeruus eſt, non uere non ut uelit. Democratiæ igitur finis hic eſt ſecundus. Hinc autem non tum eſt, parere uelle maxime quidem nemini: ſin minus hoc liceat, at uiciſſim parere. Atque hac ratione ad libertatem confert eam, quæ in æqualitate ſita eſt. His porro ſuppoſitis, & tali principio exſtante, talia popularia ſunt, omnes magiſtratus ex omnibus legere: omnes quidem unicuique imperare, ſed unumquemque uiciſſim omnibus: magiſtratus ſortito mandari aut omnes, aut quicunque uſum uel artem non requirunt: magiſtratus ex cenſu aut nullo, aut minimo mandari: a non licere eidem b ullum gerere magiſtratum, aut raro aut paucos, præter bellicos: breui tempore circumſcribi ac terminari magiſtratus aut omnes, aut quàm plurimi poſſunt. omnes rebus iudicandis præ aut ex omnibus, aut de rebus omnibus, aut de plurimis, & maximis, & maxime præderis, atque ad ſummam rem pertinentibus: uerbi cauſa, de ratione m referenda, & reſpub. adminiſtratione, & de rebus ab unoquoque cum unoquoque contractis penes concionem eſſe ſummam rerum omnium poteſtatem, penes quenquam magiſtratũ, nullam, aut quàm pauciſſimarum, aut quam minimarum, b aut non maximarum. magiſtratuum autem maximè popularis eſt ſenatus, cui conſultandi poteſtas, ubi non ſit omnibus mercedis accipiendæ copia. hic enim adimũt etiam huic magiſtratui poteſtatem: ad ipſum enim populus, cui larga merces tribuitur, omnia iudicia reuocat, quem admodum antè libro ſuperiore dict. m eſt. præterea mercedem tribui maximè quidem omnibus, concioni, iudicijs, magiſtratibus: ſin minus, magiſtratibus & iudicijs, & ſenatui, & concionibus ijs, quæ ſunt principa aut magiſtratibus, qui una cibum capere, & inter ſe conuiuari nece ſe habent. Præterea quoniam oligarchia & ge re, & diuitijs, & diſciplina definitur, pularia uidentur eſſe his contraria nrrsi ignobilitas, paupertas, artes berales & ſordidæ. Præterea nu ſe magiſtratum perpetuũ. Quod ex antiqua reſpub. adminiſtratione mutata relictus ſit, tum eius potentiam circumcidere atque imminuere: & eos magiſtratus, qui ſuffragijs creabantur, ſorte creare. Hæc igitur ſunt democratiarum communia. Iam uero ex eo iure, quod democratiæ proprium eſſe conuenit inter omnes (hoc autem eſt, ut oẽs æquale numero obtineant) e, quæ maxime democratia uidetur e, & pr

populi ſtatus & populus. Aequale enim eſt nihilo magis imperium habere egentes, quàm copioſos: neque tamen dominos rerū eſſe ſolos, ſed omnes pariter ſecundum numerū. ſic enim exiſtimarent aequalitatem in republica, & libertatem.

δημοκρατία καὶ δῆμος. ἴσον γὰρ τὸ μηθὲν μᾶλλον ἄρχειν τοὺς ἀπόρους, ἢ τοὺς εὐπόρους. μηδὲ κυρίους εἶναι μόνους, ἀλλὰ πάντας ἐξ ἴσου κατ᾽ ἀριθμόν. οὕτω γὰρ ἂν ὑπάρχειν νομίζοιεν τήν τ᾽ ἰσότητα τῇ πολιτείᾳ καὶ τὴν ἐλευθερίαν.

& populus efficiuntur & ueluti colliguntur. Aequale enim eſt nihilominus imperare tenues atque egentes, quàm copioſos & locupletes: neque penes illos ſolos ſummam eſſe rerum poteſtatem, ſed penes omnes ex aequo, pro numero, non pro dignitate. ſic enim exiſtimarint eſſe in reip. adminiſtratione aequalitatem & libertatem.

COMMENTARIVS.

Solent igitur)Cùm dixiſſet, colligere, qui reſp. conſtituunt, cuncta ſolere, quæ faciunt ad hypotheſin: quæ ſit hypotheſis, id eſt ſolum ac fundamentum reip. popularis, aperit, & quid illa poſitum ſemper ante oculos habeat: libertatem autè illud eſſe affirmat. quod comprobat peruulgata uoce, & communi omnium iudicio. creditur enim, uulgoq; fertur, in ſolo hoc ſtatu reipublicæ ciues uniuerſos eodem tenore compotes eſſe libertatis, neminemq; inde excludi cuiuſuis conditionis ſit, modò ciuis ſit: omnemq; ſtatum populi, aiunt, uulgò dirigere omnes ſuos ſenſus ad libere uiuendum, tanquam finem & ultimum ſuarum appetitionum.

Libertatis autem.)Non uno modo libertatem accipi ſignificat, ſed duobus. unam ſpeciē ipſius eſſe inquit, cùm quilibet ciuis uarijs temporibus mutatis; uicibus, nunc dicto audiens eſt magiſtratibus, ac paret. nunc in eos imperium habet, quibus prius obtemperabat. Confirmat hoc, oſtendens cuiuſmodi ſit iuſtum populare. eſſe namq; dicit illud, cum in æqualitate ponderanda numerus attenditur, nō æſtimatio, perſonæq; dignitas. æquales igitur ita ſunt pauperes locupletibus, & obſcuri illuſtribus: neq; enim aut amplitudo patrimonij, aut ſtirpis claritas uariat æqualitatem hanc. addit Ariſtoteles: Sic iuſto ditur hoc iuſtū, ſequitur multitudinē ſummam poteſtatem in rep. habere, & quodcunq; placuerit maiori parti ciuium, illud eſſe firmum, ratumq; haberi debere: & hoc demum, ut cenſetur, eſſe iuſtū. quod uerum eſſe, itaq, prorſus ſic habere declarat, uoce popularium omnium allata, quo aſſeueranter dicere inquit, oportere ſingulos ciues omnium rerum æqualitatem obtinere. Plutarchus capite 11. octaui libri Quæſtionum συμποσιακῶν, cum uocem peruulgatam Platonis examinaret in alijs, quibus accipi poſſet ſententijs, adferendis, meminit horum proportionum contrariarumq; inter ſe, quam amat multitudo probatam fuiſſe Lycurgo ſignificauit. inquit enim, ipſum proportionē arithmeticam eiecisse e ciuitate Lacedæmoniorum, quam legibus ſuis ornauit, ut popularē & acceptam infimæ plebi: comportaſſeq; eò geometricam, quæ conuenit paucis, moderatam ciuitatem regentibus, & regno legitimo. nam illa numero æquale metitur, hæc autem ratione ac dignitate: nec omnia permiſceat ac confundat, uerum ſit norma quædam certa, quæ ſecernat probos uiros ab improbis: nec utatur in hac re iugis aut ſorte, ſed uirtutis ac uitij diſcrimina tribuat ſingulis ciuibus ſemper, quod ſuū ac proprium illorū eſt. In magnis laudibus, quas tribuit Xenophon Agesilao, ornato ab ipſo ſummo ſtudio, hanc etiā ponit, quam propriam eſſe hic oſtendit doctor in populari libera ciuitate inſtituturum. narrat enim, cum, cùm potuiſſet ſummū locum in Aſia, quæ in tellure ualdæ ſecūdæ res ipſos imperare te facerent, tenere: maluiſſe domi, ut leges iubebant, nunc imperiū habere, nunc habenti obtemperare. Cum uerò iiſdem uerbis utatur politiſſimus ſcriptor in hac ſententia, quibus noſter, libuit ea hic collocare ualent autē multum ad redarguendam iniuſtitiam eorum, quibus cùm imperium datum ſit, ut reddent, extorqueri ipſum ſibi e manibus non patiuntur. ἐλόμενος ἐν τῇ πατρίδι κατὰ τοὺς νόμους καὶ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

Quapropter contingit.)Hæc eſt concluſio rationis, quæ apta eſt è ſuperioribus ſententijs. Vbi enim, inquit, recepta eſt proportio hæc, exiſtimaturq; iuſtum eſſe, quod eundē ordinē habet ciues uniuerſos, nec diſtinguit eos diſſimilitudo patrimonij: ſequitur, pauperes maiorem poteſtatem in rep. habere, quam locupletes: uincunt enim ipſos numero. Plures ipſe inquit, ſunt, qui quaſi medio quodam probat (quod iam dictum eſt) ratum illic eſſe, quod pluribus uiſum fuerit, id eſt maiori parti ciuium. Addit autem, concludens rationem has priores Vna igitur nota libertatis hæc eſt, quam omnes populares omnes figunt, quaſi terminum ſuæ reipublicæ.

Alterum autem)Altera nota eſt, inquit, indiciumq; eiuſdam rei, uiuere unūquēq; ut uult: quod profert, ſecutus iudiciū hominum, qui ea rep. delectantur. Affirmant enim, inquit, hoc eſſe proprium munus libertatis, expectariq; à ſola ipſa poſſe. Quo etiam argumento freti hoc illi affirmarent, oſtendit: à contrario enim id ſumptum eſt. Si quidā ſerui hominis eſt, uiuere quūpiam ut nollet, & ut ei commodum non eſt.

Hinc autem profectum.)Fontem aperit deſiderij illius, quo flagrant populares: quodq; ipſa dixerat primum ſignū eſſe libertatis, eir ualde gratæ proficiſci namq; hinc ait, quod recuſant parēre: optant enim uiuere, ut ipſorū libido fert: ac ſi ullo pacto poſſent, fugerent omne imperium, nec paterentur in ſe quempiam iuris aliquid habere: uerum quia hoc arduum periculoſumq; eſt, mutatis uicibus id feruot Hoc autē addidit, quod neceſſariò probant, id eſt nunc ipſos præcipere, nunc autē obtemperare, prodeſt libertati ei, quæ amat æqualitatem.

His autem poſitis.)Exponit multa, quæ propria ſunt ſtatus multitudinis, ſeruātorq; in eo diligenter, cū manet ille intra ſuos fines. eliciunt autem ipſa ex ijs, quæ iacta iam ſunt: quæq; niſi de gradu deijciantur, ſequuntur neceſſariò. inquit igitur. His ſtantibus, talisq; quaſi fundamento iacto, huiuſcemodi erunt inſtituta popularia. Explicat autē primum, quæ pertinent ad rationē creandorum magiſtratuum. oſtenditq; auctores huius muneris, & quaſi materiam ac ſegetem, ex qua confici legibus debeat. Deligere igitur uolt magiſtratus uniuerſos cunctos in hac republica, non partem aliquam ordinemq; ipſorum, eodemq; pacto ex omni numero ciuium illas creare: hoc enim primum inſtitutum ipſius enumerat. Alterum eſt, uniuerſos ciues imperium habere in unūquemq; nemin etiā nē unū in ciuitate reperiri qui aufugere ualeat imperium, pluſq; ſolus poſſit, quàm omnes: ſimulq; neminem illic exiſtere, qui adipiſci nequeat, cum tempus uenit, imperium in omnes. Addit his duobus tertium, magiſtratus ſorte duci non ſuffragijs exceptis illis, qui requirunt uſum magnum rerum, quæ curæ ipſis mandatæ ſunt, ac ſcientiam & artem requirunt. Cum uerò dicat, Siue cunctos ſiue aliquos magiſtratus: uidetur ſignificare, inueniri etiam quoſdam ſtatus populares, in quibus ſine ullo diſcrimine omnes magiſtratus ſorte ducantur. illi etiam, qui commode regi non poſſunt niſi a peritis earum rerum, qui meritò hac parte multum laborant uitioſique ſunt, cùm tanti ponderis res committant rudibus ipſarum tractandarum. Quartum inſtitutum, proprium ipſarum, eſſe inquit, magiſtratus ut nullo cenſo definito: uel ſi aliquis cenſus ſit, eſt, cuius ita minuto, ut ad ipſum facile perueniant tenues quilibet, ac publiis ſortunis inſtructi.

Non iterum eundem)Adiungit duo alia inſtituta, quæ pertinent eodem, ad patefaciendum uidelicet aditum ad magiſtratus capeſſendos multis. Prius eorum eſt quo utatur, ne cuiuis idem capiat iterum eundē magiſtratum, quicunq; ille ſit, aut raſtā iuſtitiæ, tot nullo longo tempore, & paucos admodum, exceptis ſcilicet illis, qui curant res bellicas, cùm & maximi pōderis ſint & poſtulent exquiſitam ſcientiam eius diſciplinæ. Poſterius inſtitutum eſt, ut magiſtratus breui tempore mandētur omnes, aut ij ſaltem, quos licet, nam ſunt curæ nonnullæ, quæ uix poſſunt exiguo tempore explicari.

Iudicare omnes.)Hoc quoq, ualde accommodatū eſſe tradit rationi popularium, reipublicæq, quam illi in manu habent, iudicare cauſas uniuerſos participes eius ſtatus, & ex omnibus ordinibus ipſos deligi, non ex uno quopiam certo aut altero, ſimulq; de omnibus litibus ac controuerſijs eos ſē ſententiam ferre. aut ſi non de omnibus, exiſtimare de plurimis & maximis, & ijs demum, in quibus reſpublica quaſi fundata ſit. ſeu de rationibus referendis omnis muneris publici, quod aliquis obierit: & de ſtatu ciuitatis, & de priuatis etiam contractibus.

Concionem in ſua poteſtate habere.)Multitudinem, quæ, coacta certis in locis, de republica deliberaret, uniuerſumque populum ſolitum uocari à Græcis ἐκκλησίαν, notum eſt, concionem Latini appellarunt. In ciuitatibus igitur quæ reguntur à mul-

à multitudine, inquit, oportere concionem hanc omnium rerum poteſtatem habere, & quæcunque ipſa ſtatuerit, ea rata eſſe: contrà autem magiſtratum nihil ſtatuere poſſe de re ulla, quod ſolidum omnino ratumque ſit: aut ſi aliqua etiam magiſtratibus relinquuntur, quæ poſtea non temerentur, pauca admodum illa eſſe ait. Addit autem, quod tanquam correctio eſt ſuperioris ſententiæ, illiuſque, omnium uel maximorum, quaſi dicat, aut ſi non omnium, ſaltem maximorum. Huius auctoritatis maximæ, quam haberet concio in rebuſp. Græcorum, meminit M. Cicero pro L. Flacco, qui tamen, ut ſeruiret illi cauſæ, aſperè natbis ipſas tractauit. hæc eius uerba ſunt: Græcorū uerò totæ reſpublicæ ſedentis cōcionis temeritate adminiſtrātur.

Magiſtratuum maximi) Ex omnibus magiſtratibus maximè popularem eſſe ait eum, qui uocatur Græca lingua *βουλή*. Latina conſilium: mandatur enim illi cura huc, ut prouideat ſaluti publicæ, ac procuret, quæ boni aliquid ciuitati adferant, indeque arceat contraria: hæc enim cauſa eſt, quòd conſilium appellatum fuit. Maxime autem popularem ipſum uocat, quia erat eſt communiſque ferè omnium harum rerumpublicarum: excipit tantùm illas, quæ ita abundant pecunia, itaque ampla uectigalia habent, ut poſſint mercedem dare omnibus, qui frequentarint concionem. in ualde enim copioſis locupletibuſque, ſui iuris hoc quoque uult eſſe populus, atque hæc etiam poteſtati ſuæ reſeruat: qui tamen ſine mercede non patitur ſe ab officinis ſuis uocari, relinquitque has curas ordini publico. quem nunc appellat Ariſtoteles magiſtratum. Quemadmodum enim in his ciuitatibus, inquit, eripere multitudinem uniuerſam poteſtatem reliquis magiſtratibus: ita etiam huic ipſi, qui uocatur conſilium, eamque totam ad ſe trāſferre, cùm ſe unum exiſtimat rem omnium rerum illic faciat populus. quod à ſe antea traditum fuiſſe commemorat in hac diſciplina tradenda. in IIII. autem horum librorum id fecit.

Deinde mercedem) Cùm quiddam, quod ad mercedem pertinet, quam populares capiunt ſumtum publicorum laborum tetigiſſet: addit, peculiare eius reipub. eſſe, uccepromque ualde animis eorum hominum, accipere mercedem ſui muneris cunctos, qui dant operam reipublicæ, ſuſtinentque aliquam partem ipſius, ſi id ullo pacto fieri poteſt. Nam arduum eſt hoc, ita copioſum eſſe ærarium, ut hic ſumtibus ſubſiſtere poſſit. Appellat autem omnes, qui ſeruiunt aliquo pacto reipublicæ, id eſt concionem, curias, in quibus cauſæ iudicantur, magiſtratus. Quòd ſi, inquit, pecunia non ſuppetit tanta, ut merces his omnibus ſoluatur, eam ſaltem accipere magiſtratus ac iudicia conſiliumque & quaſi ſenatum, nec carere ipſa conciones: certas quaſdam, id eſt, quæ legibus inſtitutiſque conſtitutæ ſunt atque ratæ. Hæ autem, ut uerisimile eſt, erant infrequentiores, ut magiſtratus etiam, quibus neceſſe eſt ſimul comitare. nollent enim operæ illi ſuæ comitari iniam damnum rei familiaris, ac declinarent alitum cuncta hæc munera.

Amplius quæ.) Oſtendit qui ſint fines ſtatus popularis, quibuſque quaſi notis ipſe definiri ſoleat à contrario ſtatu, quique è regione ipſi poſitus eſt: is autem eſt dominatus paucorum. contrariæ enim res ipſum metiuntur illis, quæ metiuntur dominatum paucorum. Cùm autem quæ definiunt ſtatum paucorum, hæ ſint, claritas generis, diuitiæ, diſciplina: populares contrà eſſe, inquit, ignobilitatem, paupertatem, inſcitiam bonarum artium, quæ tenues homines plerunque comitatur.

In magiſtratibus.) Quod peculiare ſit ſtatus multitudinis in magiſtratibus informandis docet. primùm autem cùm conſtituitur democratia, nouaque ædificatur, quia prius ciuitas uteretur alio ſtatu multum diſcrepāte, nullum magiſtratum perpetuum conſtituendum eſſe dicit: & quem, qui ſemel adeptus ſit, nunquam, donec uiuit, deponat. hoc enim ualde inimicum eſt uoluntati popularium, qui pares æqualeſque ſe inter ſe eſſe omnes putant: exiſtere inquā unum quempiā in ciuitate, qui tātùm cæteris emineat, imperiumque ſemper, ac ſummam poteſtate quarundam rerum habeat, cæteri autem omnes ſemper in adminiſtratione illarum ipſi pareant. addit autem: Si quis uerò magiſtratus relictus fuerit è uetere republica, manſeritque in ea, in quam ipſe migrauit (non enim loquitur nunc de republica, quæ tota noua fingitur in urbe & ipſa noua condita) qui magiſtratus ſit alienus à fine popularium, ut neceſſe eſt, cùm proprius fuerit alius reipublicæ: tradit, oportere uim eius, auctoritatemque minuere. Quare perſpicitur, non loqui ipſum de magiſtratibus perpetuis (ipſorum enim nō poteſtas, ſed tempus imperij minuendum foret) ſed alia etiam ratione ipſos illos caſtigandos eſſe docet, atque ad popularem uſum redigendos: id eſt, ſi illi ſuffragijs conſenſuque maioris partis ciuium prius creantur, ut ſorte ducantur nomina eorum, quibus manderi deberent.

Quæ igitur communia.) Admonet, ſe ad exitum perueniſſe eius, quod modò ſibi propoſuerat pauciſque complexum eſſe, quæ ſunt propria inſtituta popularis ſtatus, conueniuntque omnibus huius generis rebuſpublicis. Vnde autem naſcantur, udinagit, proficiſciſque ipſe tradit à iure illo, quod omnes conſentiunt eſſe populare. Quod ipſum etiam, etſi non multo ſuprà expoſitum in hoc ipſo libro fuerat: iterum tamen quale ſit declarat. inquit enim illud eſſe, cunctos, participes huius ſtatus, æqualitatem omnium rerum obtinere. quæ autem hoc cuſtodit, omneque ordine habet omnes ciues, eam uideri maximè affirmat rempublicam, adminiſtratam à multitudine, populumque. Nam populum conſueuerant Græci uocare rempublicam, in qua ſummam poteſtatem haberet populus. Oſtendit autem, quare illa non ſine cauſa, talis exiſtimaretur: æquale enim eſſe dicit, nihilo magis imperium illic habere, perueniréque ad magiſtratus pauperes, quàm locupletes. Quod aliquis fortaſſe expectaſſet, cùm ab illis reſp. uocetur, meliore loco pauperes, quàm diuites: neque pauperes ſolus, eiectis inde locupletibus, clauum reip. tenere, ſed omnes omnes æqualiter ciues, ſpectato numero, non dignitate perſonarum. ita enim ait, Exiſtimaret aliquis manere in rep. æqualitatem ac libertatem, ſi nullum diſcrimen inter eos foret. Non me fallit autem, Aretinum interpretem uideri aliter legiſſe, id eſt *τοὺς εὐπόρους ἢ τοὺς ἀπόρους*: qui reddidit, diuites, quàm pauperes: & ſanè in omni ciuitate, ſpecterut ipſorum uoluntas, locupletes ſe putant antepouēdos. hoc igitur, ut exiſtimare licet, ille ſecutus eſt: ipſe uerò receptam lectionem improbare auſus non ſum.

a *τὸ ἄρχειν ἀρχὴν μηδ.* abeſt uox *ἀρχὴν* à lib. uulg.

b *ἢ μὴ ἄρχειν.* deſideratur negatio à lib. uulg.

CAPVT III.

QVod ſequitur autē, quæritur quomodo æquale habebunt, utrum oportet cenſus diuidere quingentorū mille ciuibus, & ipſos mille æquum ualere ac quingenti illi. Vel non ſic conſtituere oportet æqualitatem ſecūdum hoc, ſed diuidere quidem ſic. Deinde è quingentis æquales ſumentem, & è mille, hos tanquam dominos eſſe comitiorum & iudiciorum. Vtrum igitur hæc reſpubl. iuſtiſsima eſt ſecundum populare ius: uel potius, quæ ſecundum numerum. Aiunt enim populares,

Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο, ἀπορεῖται πῶς ἕξουσι τὸ ἴσον. πότερον δεῖ τὰ τιμήματα διελεῖν χιλίοις τὰ τῶν πεντακοσίων, καὶ τοὺς χιλίους ἴσον δύνασθαι τοῖς πεντακοσίοις· ἢ οὐχ οὕτω δεῖ τιθέναι τὴν κατὰ τοῦτο ἰσότητα. ἀλλὰ διελεῖν μὲν οὕτως. ἔπειτα ἐκ τῶν πεντακοσίων ἴσους λαβόντα, καὶ ἐκ τῶν χιλίων, τούτους κυρίους εἶναι τῶν αἱρέσεων, καὶ τῶν δικαστηρίων. πότερον οὖν αὕτη ἡ πολιτεία δικαιοτάτη κατὰ τὸ δημοτικὸν δίκαιον, ἢ μᾶλλον ἡ κατὰ τὸ πλῆθος. φασὶ γὰρ οἱ δημοτικοὶ

QVaritur nunc hoc explicato, quomodo futurum ſit, ut æquale obtineant: utrum, uerbi gratia, quingentorum ciuium cenſus in mille partiendi ſint: & mille tantum poſſe debeant, quantum quingenti: an non ita ſit ſtatuenda ea, quæ ex numero eſt, æqualitas, ſed ita quidem primùm partiri oporteat. deinde cum totidem ex quingentis, quot ex mille hominibus, ſumti fuerint, penes hos ipſe poteſtatem creandorum magiſtratuum & iudiciorum. Vtrùmne igitur hæc reſp. adminiſtranda ratio, ex iure populari iuſtiſſima eſt, an ea potius, quæ ex multitudine ſeu numero ſpectatur ac ponderatur? Aiunt enim populares hemi-

hoc iuſtum eſſe, quodcunq; uiſum fuerit pluribus. Qui amãt autem paucorum dominatum, quod uiſum fuerit maiori patrimonio: è multitudine enim patrimonij aiunt oportere exiſtimare. Habent autẽ ambo inæqualitatem & iniuſtitiam. Si namq; quod pauci, tyrannis erit: etenim, ſi unus habuerit plura, quàm alij locupletes, è iure illo paucorũ dominatus, qui unus imperium habeat, dignus eſt. Si autẽ, quod plures numero, iniuſtè ſe gerent, publicãtes bona diuitũ & pauciorũ, quemadmodum dictũ eſt prius. Quę igitur eſſe poterit æqualitas, quã fatebuntur ambo. Dicũt. n. quodcũq; uiſum fuerit plurib. ciuibus, hoc oportere ratũ eſſe. Sit iam hoc, non tamẽ omnino, ſed quia duæ partes ſunt, è quibus conſtat ciuitas, diuites & pauperes: quodcunq; ambob. uiſum fuerit, uel pluribus, hoc ratum ſit: ſi autem contraria uiſa fuerint, quodcũq; plures probarint, & quorum cẽſus maior fuerit: ceu, ſi hi quidem decem, hi autem uiginti. Viſum autem eſt è diuitibus ſex, è pauperibus uerò quindecim. Acceſſerint autem pauperib. quidẽ quatuor è diuitibus, diuitib. uerò quinq; è pauperibus. utrorũ igitur cenſus ſuperauerit, connumeratis ambobus cum utriſq;, hoc ratũ ſit. Si autẽ pares coinciderint, communem eſſe hanc quęſtionem exiſtimandum eſt: quemadmodũ nunc ſi bifariam ſecta fuerit cõcio uel iudiciũ. ſiue. n. hoc ſorti committendũ, ſiue aliud quippiã huiuſcemodi faciendũ eſt. Verũm de æquo & iuſto, etſi ualde difficile inuenire ueritatẽ de ipſis: tamen faciliùs eſt adipiſci, quàm perſuadere illos, qui ualent plus habere. Semper enim quærunt æquum ac iuſtum infirmiores: qui autẽ ſunt ſuperiores, nihil curant.

τικοὶ τοῦτο δίκαιον, ὅ, τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσιν. οἱ δ' ὀλιγαρχικοί, ὅ, τι ἂν δόξῃ τῇ πλείονι οὐσίᾳ· κατὰ πλῆθος γὰρ οὐσίας φασὶ κρίνεσθαι δεῖν. ἔχει δ' ἀμφότερα ἀνισότητα καὶ ἀδικίαν. εἰ μὲν γὰρ ὅ, τι ἂν οἱ ὀλίγοι, τυραννίς· καὶ γὰρ ἐὰν εἷς ἔχῃ πλείω τῶν ἄλλων εὐπόρων, κατὰ τὸ ὀλιγαρχικὸν δίκαιον, ἄρχειν δίκαιος μόνος. εἰ δ' ὅ, τι ἂν οἱ πλείους κατ' ἀριθμόν, ἀδικήσουσι, δημεύοντες τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἐλαττόνων, καθάπερ εἴρηται πρότερον. τίς ἂν οὖν εἴη ἰσότης, ἣν ὁμολογήσουσιν ἀμφότεροι, σκεπτέον ἐξ ὧν ὁρίζονται δικαίων ἀμφότεροι· λέγουσι γὰρ ὡς ὅ, τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι τῶν πολιτῶν, τοῦτ' εἶναι δεῖ κύριον. ἔστω δὴ τοῦτο, μὴ μέντοι πάντως· ἀλλ' ἐπειδὴ δύο μέρη τετύχηκεν, ἐξ ὧν ἡ πόλις, πλούσιοι καὶ πένητες· ὅ, τι ἂν ἀμφοτέροις δόξῃ, ἢ τοῖς πλείοσι, τοῦτο κύριον ἔστω· ἐὰν δὲ τἀναντία δόξῃ, ὅ, τι ἂν οἱ πλείους, καὶ ὧν τὸ τίμημα πλεῖον· οἷον, εἰ οἱ μὲν δέκα, οἱ δὲ εἴκοσιν· ἔδοξε δὲ, τῶν μὲν πλουσίων τοῖς ἕξ, τῶν δ' ἀπορωτέρων τοῖς πεντεκαίδεκα. προσγεγένηνται, τοῖς μὲν πένησι τέτταρες τῶν πλουσίων, τοῖς δὲ πλουσίοις πέντε τῶν πενήτων. ὁποτέρων οὖν τὸ τίμημα ὑπερτείνει, συναριθμουμένων ἀμφοτέρων ἑκατέροις, τοῦτο κύριον· ἐὰν δὲ ἴσοι συμπέσωσι, κοινὴν εἶναι ταύτην νομιστέον ἀπορίαν· ὥσπερ νῦν ἐὰν δίχα ἡ ἐκκλησία γένηται, ἢ τὸ δικαστήριον· ἢ γὰρ ἀποκληρωτέον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιητέον. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ ἴσου καὶ τοῦ δικαίου, κἂν ᾖ πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν· ὅμως ῥᾷον τυχεῖν, ἢ συμπεῖσαι τοὺς δυναμένους πλεονεκτεῖν. ἀεὶ γὰρ ζητοῦσι τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον οἱ ἥττους· οἱ δὲ κρατοῦντες, οὐδὲν φροντίζουσι.

homines hoc eſſe iuſtum, quod pluribus uideatur. At ij, qui oligarchiæ ſtudent, id, quod ampliores rei familiaris facultates habentibus probatum ſit. Ex amplitudine enim & copijs rei familiaris dicũt huius rei iudicium fieri oportere. Sed habet utraq; res inæqualitatem atq; iniuſtitiam. Si enim id iuſtum ſtatuendum erit, quodcunq; paucis uiſum fuerit, tyrannis erit. Nam ſi quis unus ampliores rei familiaris facultates habeat, quàm locupletes: ex eo iure, quod oligarchiæ proprium eſt, debebit ſolus præeſſe atq; imperare. Sin quicquid pluribus numero: iniuriam diuitibus & paucioribus inferent, bonis eorũ publicandis, quemadmodum ſuprà dictum eſt. Quænam igitur ſit æqualitas, de qua utriq; conſentiant, ex ijs iuribus, quæ utriq; definiũt, uidendum. Dicunt enim quicquid maiori parti ciuium uiſum ſit, id ratum eſſe oportere. Demus ita eſſe. non omnino tamẽ. Sed quoniam fors ita tulit, ut duæ ſint partes, ex quibus conſtat ciuitas, diuites & pauperes: quod utriſq; uiſum fuerit, aut pluribus, hoc ratum eſto. ſin contrariæ ſententiæ fuerint, quod plures & ex pauperibus, & ex ijs, quorum ampliores ſunt rei familiaris facultates, probarint, id ualeat: exempli cauſa, ſunt hi quidem decem, illi uerò uiginti. Sed aliud uiſum eſt ciuibus ſex ex diuitum numero, aliud ciuibus quindecim ex pauperum multitudine. Acceſſerunt igitur ad pauperes quidẽ quindecim, diuites quatuor: ad diuites uerò ſex, pauperes quinque. utrorumcumq; igitur cenſus ſuperat alterũ, utrorumq; cenſu inter ſe comparato, & ad calculos uocato, eorũ ſententia ualere & rata eſſe debet. Quod ſi pares ab utraq; parte ſententiæ fuerint, cõmunis & ſimilis exiſtimanda hæc dubitatio eſt, atq; nunc, ſi contionis aut iudicum cõſenſus ſententiæ ab utraq; parte ſint æquales. aut enim ſorti res permittenda eſt, aut aliud tale faciendũ. Sed de æquitate quidẽ & iure, quamuis uerum inuenire difficile ſit, facilius tamen eſt ea obtinere, quàm ijs, qui ſuperiora omnia habere, & bonis externis alios ſuperare poſſunt, ut iuſtitiam colant, & retineant æquitatem, perſuadere. Semper enim æquitatem & ius quærunt imbecilliores: qui uerò opibus & uiribus ſuperiores ſunt, de ijs nihil laborant.

COMMENTARIVS.

Quod ſequitur autem.) Cùm certum ſolidumque ſit, ſtatum popularem uelle, ut ciues cuncti æqualitatem omnium rerum obtineant: reſtat uidere, quomodo hoc rectè ordineque geri debeat. duæ namque rationes uidentur eſſe, quibus hoc efficiatur. non tamen ambæ eodem pacto probandæ. Prior ipſarum eſt, quam reijcit, ut cenſus fortunæque quingentorum locupletum diuidantur mille pauperibus, qui mille poſtea eandem poteſtatem habeant, quam quingenti illi. poſt hæc ipſa ſequit: An non decet hoc pacto conſtituere æqualitatem in hac re? nec uera hæc ratio eſt huius rei, tantoperè expetitæ in hac republica tractandæ: ſed inquit, Ita ſanè diuidere non alienum eſt, retinendaque prorſus hæc diuiſio perſonarum, ut quingenti diuites pares ſint mille pauperibus. deinde numero illo quingentorum, & eodem pacto è mille, pares æqualesque ſumendi ſunt, ſtatuendumque hos dominos auctoresque creandorum magiſtratuum, & cauſarum iudicandarum: quæ ſunt duo munera, in quibus tota penè reſpublica manet. Cùm autem in omnibus libris, quos uidi, & ſcriptis & excuſis legatur

dampietur puto hanc uocem mendoſam continere, ſublataque præpoſitione, legi debere αἱρέσεων. quemadmodum etiam non multò poſt auctor locutus eſt, cùm inquit, μὴ μετέχειν τῆς αἱρέσεως τῶν ἀρχῶν. nam diuiſionibus locum hic non eſſe, ordit etiam Sepulueda ſubtiliter: qui tamen uocem hanc maculoſam eſſe non putauit, ſed aliter accipiendam hoc loco, at uulgò capi ſolet, cenſuit.

Vtrum igitur) Cùm duas rationes æqualitatis obtinendæ in republica populari oſtendiſſet, ac poſteriorem ipſarum priori antepoſuiſſet: quærit nunc, an reſpublica ita conſtituta, ſit maximè iuſta, propoſito ſibi iuſto populari, atque illo cuſtoditus ſiue potius reſp. illa, quæ reſpicit multitudinem & exuperantiam (quæ ſanè non eſt unius generis) multitudo enim, quę quaſi norma ipſius eſt, ſpectatur in perſonis, & in bonis fortunisque, ut ipſe accuratè docet.

Aiunt enim.) Exponit cuiuſmodi ſit reſpublica illa, uel reſpublicæ potiùs, quæ plus amant exuperantiam: quę tamen ambæ non tuentur populare ius, ſed altera illarum tantùm, quæ namque plus bonorum ſequitur, aliena eſt à iure illo. inquit igitur: Aiunt enim populares, iuſtum eſſe, quodcunq; uiſum fuerit pluribus ciuibus: atq; ita regnat illic numerus maior perſonarum. Contrà autem, quibus placet dominatus paucorum, iuſtum eſſe cenſent, quodcunque placuerit maiori patrimonio poſſeſſoribusque ampliorum fortunarum. Affirmant enim hi, inquit, contra iudicium populatium, oportere attendi ad exiſtimanda hac re copiam rei familiaris: & qui abundarint ipſa, dignos eſſe qui gubernaculum reip. teneant.

Habent autem ambo.) Aperit uitium utriuſque rationis: Incipit autem à poſteriore, quid incommodi naſcatur à ſententia paucorum locupletium, oſtendens. inquit enim: Continent ambo hæc inæqualitatem & iniuſtitiam, quare non ſunt apta ullo pacto bene conſtitutæ reipublicæ. Quomodo autem hoc uerum de illis ſit, declarat. inquit enim: Si namque (quod pauci illi probant) factum fuerit, naſcetur inde tyrannis. quod confirmat, dicens: Si enim unus aliquis ipſorum plus patrimonij poſſederit, quàm cæteri omnes, particeps eius dominatus ex iure illo, laudato ab ipſis, debet imperium ſolus adipiſci: id eſt commendatione diuitiarum, fit tyrannis. Priorem autem & ipſam probari non poſſe declarat, uitio ipſius detecto. inquit enim: Si uerò quòd plures numero eſſe dicunt, receptum fuerit: tantaque poteſtas ipſis commiſſa, iniuſtè illi ſe gerent, publicantes, ſibique diuidentes bona locupletium & paucorum. quod à ſe anteà ſignificatum fuiſſe commemorat: intelligit autem quartum horum librorum.

Quæ igitur eſſe.) Exploſis iam ambabus illis rationibus, quæ ſeiunctæ, magnæ culpę affines eſſe demonſtratæ ſunt: quærit, quæ nam media uia inueniri poſſit, non aliena penitus ab opinionibus iudicijsque & horum & illorum: & quæ demum æqualitas, quam probent ambo hi, tantopere inter ſe diſſentientes: diligenter uidendum eſt, retentis illis finibus, quæ ambo ipſi definiunt ac laudant quæ uerò illa ſint, repetit. dicunt enim, inquit: Quodcunque uiſum fuerit pluribus ciuibus, illud ipſum ratum eſſe debere, & quaſi regnare in ciuitate.

Sit iam hoc.) Concedatur hoc ipſis, inquit, ualeatque quod æquum putant, ambo ſcilicet illi contrarij inter ſe, & qui ſtatibus oppoſitis delectantur: non tamen omnino, ut ipſi accipiunt, ſed aliter ſumptum ac correctum. Quomodo autem accipi uelit, declarat, initio ducto à re plana, & anteà etiam expoſita. Inquit enim: Verùm quia duæ partes ſunt, ex quibus ciuitas conſtat, diuites ſcilicet ac pauperes: ratum ſit & ſolidum, quodcunq; ambabus his partibus uiſum fuerit: id eſt, cùm conſenſerint inter ſe diuites ac pauperes, & cùm ſententię ipſorum diſcrepârint, ratum ſit, quod pluribus probatum fuerit. Si uerò contraria penitus uiſa ipſis fuerint, ex illis quòd plures itidem probarint: quorumque cenſus amplior fuerit, & ſi contrà generis perſonarum numerum eſſe minorem.

Cen ſi hi quidem.) Totam rem magis explanat, & quaſi in conſpectu nobis ponit: inquit enim: Ceu, ſi hi quidem, diuites ſcilicet, decem numero extiterint: hi uerò, pauperes inquam, uiginti: uiſum autem fuerit, de quo deliberatur, è numero diuitum ſex quibuſdam: reliquorum autem pauperum que, quinque. pergens autem totam rem explicare, inquit: Et adhæſerint admotique factiot pauperibus quatuor è numero diuitum, diuitibus autem quinque è numero pauperum. Cùm igitur hoc factum fuerit, uidendum eſſe dicit, utrorum cenſus ſuperat cenſum reliquorum, non ſeparatorum, id eſt ſolorum diuitum, aut ſolorum pauperum, ſed mixtorum, id eſt, ut ſcilicet ambo hi ſint cõiuncti cum oppoſitis, id eſt & diuites cum pauperibus, & pauperes cum diuitibus. hoc, inquam, quod uiſum probatumq; fuerit hic, ratum erit.

Si autem pares.) Quid ſeruare oporteat, cùm maior fuerit cenſus aut horum aut illorum copulatorum, iam docuit: omne autem aperit, quid conſilij capiendum ſit, cùm contigerit illos eſſe æquales, non perſonis, ſed cenſibus. cùm enim hoc uſu uenit, ſublata illa, requiratur alia quaſi norma, quæ quid rectum ſit monſtret. Inquit igitur, hanc quæſtionem communem eſſe, non propriam huius, quæ fingitur hic, reipublicæ: quare remedium idem adhibendum eſſe, quod illic adhibetur. hoc enim, ut arbitror, ualet, quod inquit: Ceu nunc, ſi concio diuiſa fuerit, ſiue curia ac iudicium, tandemque ſteterint ex utraque parte. confugere enim mortis eſt ad ſortem, aut aliud huiuſcemodi quippiam, quod dirimat hanc litem: idem igitur hic faciendum.

Verùm de æquo) Videbat Ariſtoteles rationes has omnes, quas excogitauit, non eſſe omnino certas & exquiſitas (neque enim arbitror ipſum intelligere ſolum eam, quæ rem fortunæ committit) fateturque, durum admodum atque arduum eſſe in his rebus ueritatem aſpicere, & quod ab omni incommodo periculoque uacuum ſit, adipiſci. uerùm tamen putat, ut in malis hoc præſtare faciliusque eſſe ipſum inuenire, quàm poſtulare aut à locupletibus, aut à pauperibus, cùm facultatem eius rei habent, poſſuntque explere ſuas cupiditates, ne id facere uelint, æquoque contenti ſint. quare tutius eſt hoc. Confirmat autem iudicium ſuum probatque uerum eſſe quod dixit, de facilitate uia huius boni obtinendi, in uniuerſum addens. ſemper enim ſectantur optantq; quod æquum iuſtumque eſt inferiores: & ſi id impetrare potuerint, bene ſecum actum putant, contentique eo ſunt. Contrà autem, qui ſuperiores ſunt & quaſi dominantur, ipſum deſpiciunt, ſeruiuntq; ſuis libidinibus. quare frenandi ſunt ac coercendi.

a. τινὰς αὐξάνειν ἄνευ τῶν αἱρέσεων, &c. al. ἀρχαιρεσιῶν. Vulgati διαιρέσεων, mendoſe.

CAPVT IIII

CVM autem ſint quatuor ſtatus populi, optimus quidem, qui primus eſt ordine, quemadmodum dictum eſt in diſputationib. habitis ante hęc. eſt aũt & uetuſtiſsimus omniũ hic. Dico autem primum, quẽadmodum ſi quis diuideret populos: optimus enim populus eſt, qui cõſtat ex agricolis. Quapropter ſtatum populaẽ licet cõficere, ubi multitudo uiuit ex agricultura aut paſtione. Quia enim non multũ peculij habet, eſt ſine otio, ut non ſæpe liceat ipſi in cócione uerſari: quia autem

non

Δημοκρατιῶν δ᾽ οὐσῶν τεττάρων, βελτίστη μὲν ἡ πρώτη τάξει, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐλέχθη λόγοις. ἔστι δὲ καὶ ἀρχαιοτάτη πασῶν αὕτη. λέγω δὲ πρώτην, ὥσπερ ἄν τις διέλοι τοὺς δήμους· βέλτιστος γὰρ δῆμος ὁ γεωργικός ἐστιν, ὥστε καὶ ποιεῖν ἐνδέχεται δημοκρατίαν, ὅπου ζῇ τὸ πλῆθος ἀπὸ γεωργίας, ἢ νομῆς. διὰ μὲν γὰρ τὸ μὴ πολλὴν οὐσίαν ἔχειν, ἄσχολος, ὥστε μὴ πολλάκις ἐκκλησιάζειν· διὰ δὲ τὸ μὴ ἔ-

CVM ſint autẽ democratiæ quatuor, optima quidem eſt ea, quæ eſt ordine prima, quemadmodũ ſuperioribus libris expoſitum eſt. Et uerò hæc eadem omnium eſt etiam antiquiſsima. Primam autem appello, ut ſi quis populorum diuiſionem faciat. Optimus enim populus eſt is, qui in agri colendi ſtudio uerſatur. Itaq; licet etiam democratiam unam facere, in qua uiuit multitudo ex agricultura, aut ex pecorum paſtione. Nam propterea quòd non habet admodum copioſam neq; amplam rem familiarem, occupata eſt, ita ut non eat in concionem frequens. Quòd uerò caret

rebus

non habent res ad uictum neceſſarias, aſsidui ſunt in operib. & rem alienam nõ cupiunt: ſed iucũdius eſt illis opera ſua moliri, quàm ciuitati nauare operam atq; imperium habere, ubi quęſtus nõ fuerint magni è cura reipub. multitudo enim magis appetit lucrũ, quàm honorem. Signum autẽ huius rei eſt: antiquas enim tyrannidas tolerabant, & paucorũ dominatus ferunt, ſi quis ipſos operib. ſuis incũbere ſiuerit, & non abſtulerit aliquid: celeriter.n. hi quidẽ ipſorum diteſcunt, hi autẽ non egent. Amplius autem eorũ poteſtatis eſſe deligere et corrigere magiſtratus, explet id, quo egent, ſi qua cupiditate honoris tenentur: quia apud quoſdã populos, quamuis participes non fuerint deligendorũ magiſtratuum, ſed quidã ipſorũ, delecti ex omnib. per partem (quemadmodũ Mantineæ fit) deliberationes autẽ in ſua poteſtate habeãt: ſatis hoc eſt multitudini, & oportet exiſtimare hanc eſſe formã quandam ſtatus populi, quemadmodũ Mantineę quõdam fuit. Quare cõducit iam etiam ſtatui populi, qui prius dictus eſt, & adeſſe illi ſolet, deligere quidẽ magiſtratus & corrigere, & cauſas iudicare omnes: gerere aũt maximos magiſtratus delectos uiros, & è cenſib. maiores à maiorib. ſiue à cẽſib. quidem nullũ, ſed eos qui uim & poteſtatẽ habeãt. Neceſſe eſt autẽ, eos qui ſic remp. adminiſtrant, regere eam rectè: magiſtratus .n. ſemper per optimos uiros gerẽtur populo uolente, & probis hominib. nõ inuidente: & probi uiri, nobileſq; hoc ordine cõtenti eſſe debebunt. nõ ſeruient.n. imperio deteriorũ, & imperio utẽtur iuſtè, quia alij in ſua poteſtate habẽt correctiones magiſtratuũ. Pendére .n. aliũde, & nõ omne licere homini facere, quod uiſum fuerit, prodeſt: poteſtas .n. efficiendi quodcunq; uoluerit aliquis, nõ ualet coercere id uitij, quod in ſigulis hominib. exiſtit. Quare neceſſe eſt uſu uenire, quod eſt maximè utile rebuſpub. imperium habere honeſtos uiros, uacuos à culpis, nulla iactura facta ſui iuris à multitudine. Eſſe igitur hunc omniũ populi ſtatuũ optimũ, perſpicuum eſt: & quã ob cauſam, quia inquã populus eſt qualis. Ad efficiendũ aũt populũ agriculturæ deditũ, q̃dã leges apud multos antiquitus cõſtituentes

χειν τἀναγκαῖα πρὸς τοῖς ἔργοις διατρίβουσι, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλ' ἥδιον τὸ ἐργάζεσθαι τοῦ πολιτεύεσθαι, καὶ ἄρχειν, ὅπου ἂν μὴ ᾖ λήμματα μεγάλα ἀπὸ τῶν ἀρχῶν· οἱ γὰρ πολλοὶ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ κέρδους, ἢ τῆς τιμῆς. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ τὰς ἀρχαίας τυραννίδας ὑπέμενον, καὶ τὰς ὀλιγαρχίας ὑπομένουσιν, ἐάν τις αὐτοὺς ἐργάζεσθαι μὴ κωλύῃ, μηδ' ἀφαιρῆται μηθέν· ταχέως γὰρ οἱ μὲν πλουτοῦσιν αὐτῶν, οἱ δ' οὐκ ἀποροῦσιν. ἔτι δὲ τὸ κυρίους εἶναι τοῦ ἑλέσθαι, καὶ εὐθύνειν, ἀναπληροῖ τὴν ἔνδειαν, εἴ τι φιλοτιμίας ἔχουσιν· ἐπεὶ παρ' ἐνίοις δήμοις, κἂν μὴ μετέχωσι τῆς αἱρέσεως τῶν ἀρχῶν, ἀλλά τινες αἱρετοὶ κατὰ μέρος ἐκ πάντων (ὥσπερ ἐν μαντινείᾳ) τοῦ δὲ βουλεύεσθαι κύριοι ὦσιν, ἱκανῶς ἔχει τοῖς πολλοῖς. καὶ δεῖ νομίζειν καὶ τοῦτ' εἶναι σχῆμά τι δημοκρατίας, ὥσπερ ἐν μαντινείᾳ ποτ' ἦν. διὸ δὴ καὶ συμφέρον ἐστὶ τῇ πρότερον ῥηθείσῃ δημοκρατίᾳ, καὶ ὑπάρχειν εἴωθεν, αἱρεῖσθαι μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ εὐθύνειν καὶ δικάζειν πάντας, ἄρχειν δὲ τὰς μεγίστας αἱρετοὺς, καὶ ἀπὸ τιμημάτων, τὰς μείζους ἀπὸ μειζόνων. ἢ καὶ ἀπὸ τιμημάτων μὲν μηδεμίαν, ἀλλὰ τοὺς δυναμένους. ἀνάγκη δὲ πολιτευομένους οὕτω, πολιτεύεσθαι καλῶς· αἵ τε γὰρ ἀρχαὶ ἀεὶ διὰ τῶν βελτίστων ἔσονται τοῦ δήμου βουλομένου, καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν οὐ φθονοῦντος· καὶ τοῖς ἐπιεικέσι καὶ γνωρίμοις ἀρκοῦσαν εἶναι ταύτην τὴν τάξιν· ἄρξονται γὰρ οὐχ ὑπ' ἄλλων χειρόνων· καὶ ἄρξουσι δικαίως, διὰ τὸ τῶν εὐθυνῶν εἶναι κυρίους ἑτέρους. τὸ γὰρ ἐπανακρέμασθαι, καὶ μὴ πᾶν ἐξεῖναι ποιεῖν, ὅ,τι ἂν δόξῃ, συμφέρον ἐστί· ἡ γὰρ ἐξουσία τοῦ πράττειν, ὅ,τι ἂν ἐθέλῃ τις, οὐ δύναται φυλάττειν, τὸ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, φαῦλον. ὥστε ἀναγκαῖον συμβαίνειν, ὅπερ ἐστὶν ὠφελιμώτατον ἐν ταῖς πολιτείαις ἄρχειν τοὺς ἐπιεικεῖς ἀναμαρτήτους ὄντας, μηδὲν ἐλαττουμένου τοῦ πλήθους. ὅτι μὲν οὖν αὕτη τῶν δημοκρατιῶν ἀρίστη, φανερόν· καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, ὅτι διὰ τὸ ποιόν τινα εἶναι τὸν δῆμον. πρὸς δὲ τὸ κατασκευάζειν γεωργὸν τὸν δῆμον, τῶν τε νόμων τινὲς τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς κειμένων τὸ ἀρχαῖον,

rebus ad uictum neceſſarijs, in opere faciendo aſsiduè uerſatur, neq; alienum appetit: ſed iucundius ei eſt agrum colere, & opus ruſticum facere, quàm rempub. adminiſtrare, & magiſtratũ gerere, ubi non datur magnos admodum, neq; uberes quæſtus ex magiſtratibus facere. uulgus enim lucri cupidius eſt, quàm honoris. cuius rei hoc argumentum eſt, quod & olim antiquas tyrannidas æquo animo perferebãt, et nunc oligarchias perferunt, ſi modò quis eos non prohibeat ab opere faciendo, neq; quicquam eis adimat. citò enim alij quidem eorũ abundant, alij autem non egent. Præterea uerò penes eos poteſtatem eſſe creandorũ ſuffragijs ſuis magiſtratuum, & rationum à magiſtratib. repetundarum, hæc eorũ honoris egeſtatem ac ſitim explẽt, ſi qua eius rei cupiditate flagrant. Nam apud nonnullos populos etiamſi non habeant uniuerſi ius mandandorum magiſtratuum, ſed aliqui ex eis omnibus uiciſſim lecti, ut Mantineæ: ſi modò penes eam conſultandi ſit poteſtas, hoc uno eſt contenta multitudo. Atq; hanc figuram quandam eſſe democratiæ oportet exiſtimare. Quapropter & utile eſt ei democratiæ, quæ antea expoſita eſt: & ſolet hoc in ea ſeruari, ut omnes quidẽ ciues & magiſtratus eligant, & rationes à magiſtratibus repoſcant, & rebus iudicandis præſint: ſed aliqui ſelecti, & ex cenſibus, maximos magiſtratus gerant, & ut quiſq; erit maximus, ita ex maximo: aut nullũ ex cenſu, ſed qui poſſunt, quiq; facultatem habent, ij gerant. Qui autem ita remp. adminiſtrant, cùm eos bene & præclarè adminiſtrare neceſſe eſt: (nam ita magiſtratus ſemper ab optimis gerentur & populo uolente ac lubente, & uiris bonis non inuidente:) tum homines frugi, uiriq; illuſtres neceſſariò hac reipublicæ deſcriptione atque ordine erunt contenti. Nam nec à aliorum deteriorum imperio parebunt, et iuſtè imperabunt: quia penes alios rationum repoſcendarum ſit poteſtas. Pendére enim ex aliorum iudicio atque auctoritate, & quicquid uelit quis, facere non licere, utile eſt. Nam quidlibet agendi licentia ac poteſtas, id, quod in unoquoq; homine mali ineſt, uitare non poteſt. Itaq; neceſſariò id euenit, quod eſt omnibus reip. adminiſtrandæ formis utiliſsimum, ut uiri boni reip. præſint, tuti à periculo peccandi, & ſine imminutione uirium aut commodorum multitudinis. Hanc igitur democratiarum eſſe optimam, & propter quam cauſam perſpicuũ eſt: nempe quia populus certo quodammodo affectus, & bene conformatus eſt. Ad populum autem agriculturæ ſtudioſum reddendũ legũ quædam ex ijs, quæ apud populos olim poſitæ

tes hunc ſtatum, utiles cunctæ ſunt: ſiue omnino non licere plus telluris menſura quadam poſsidere, ſiue ab aliquo loco uerſus urbem & ciuitatem. Erat aūt antiquitus multis in ciuitatibus legib. definitum, ne licere quidem uendere primos agellos ſorte aſsignatos. Valet aūt huioſcemodi quiddā & lex quā Oxyli dicunt eſſe, nō licere fœnori addicere partē quādam agri eius, quē quiſq; poſsidet. Nunc aūt oportet corrigere lege etiā Aphytalorū ad id enim, quod dico, utilis eſt. illi namq; etſi ſunt multi, poſsidēt aūt puſillum agrū: tamen cuncti agriculturæ incumbūt. cēſentur n. nō totas poſſeſsiones, ſed per partes tantas diuidētes, ut poſſint etiam ſuperare cenſib. pauperes. Poſt multitudinē cōſtantem ex agricolis, optimus populus eſt, ubi paſtores ſunt, & uiuunt è pecorib. (multa.n.habet aſsimilia agriculturæ) & ad belli munera maximè hi habitib. exercitati ſunt, & corporib. idonei: uimq; habent ſub dio noctu degendi. Cunctę aūt aliæ multitudines, è quib. reliqui populares ſtatus conſtant, multò deteriores ſunt his (uita enim iners) & nullum opus cum uirtute illorū, quæ tractat multitudo tenuium opificum & forenſium hominum & operariorū. Amplius autē, quia aſsiduum eſt in foro & urbe omne huiuſcemodi genus hominum, ut ita loquar, facilè colit conciones: ruſtici autē homines, quia ſparſi diſſeminatiq; ſunt per agrum, neque conueniunt, neq; eodem pacto delectantur hoc conuentu. Vbi autē contingit regionem huiuſcemodi poſituram habere, ut ager multum ab urbe ſeiunctus ſit: nullum negotium eſt, ſtatum popularem efficere bonum, & rempublicam. cogitur enim multitudo in agris manſiones facere. Quapropter oportet, ſi turba forenſis fuerit, in populi ſtatibus nō ſine illa, quæ degit in agro, conciones facere. Quomodo igitur decet conſtruere optimum & primum populi ſtatum, traditum eſt. Planum autem eſt, quomodo etiam alios: ſeruato enim ordine opus eſt inde migrare, & ſemper deteriorem multitudinem ſemouere. Extremum autem, quia cuncti ipſo communicant: neque omnis ciuitatis

χρήσιμοι πάντες· ἢ τὸ ὅλως μὴ ἐξεῖναι κεκτῆσθαι πλείω γῆν μέτρου τινὸς, ἢ ἀπό τινος τόπου πρὸς τὸ ἄστυ, καὶ τὴν πόλιν. ἦν δὲ τό γε ἀρχαῖον ἐν πολλαῖς πόλεσι νενομοθετημένον, μηδὲ πωλεῖν ἐξεῖναι τοὺς πρώτους κλήρους. ἔστι δὲ καὶ ὃν λέγουσιν Ὀξύλου νόμον εἶναι, τοιοῦτόν τι δυνάμενος, τὸ μὴ δανείζειν εἰς τι μέρος τῆς ὑπαρχούσης ἑκάστῳ γῆς. νῦν δὲ δεῖ διορθοῦν καὶ τῷ Ἀφυταίων νόμῳ· πρὸς γὰρ ὃ λέγομέν ἐστι χρήσιμος. ἐκεῖνοι γὰρ, καίπερ ὄντες πολλοὶ, κεκτημένοι δὲ γῆν ὀλίγην, ὅμως πάντες γεωργοῦσι· τιμῶνται γὰρ οὐχ ὅλας τὰς κτήσεις, ἀλλὰ κατὰ τηλικαῦτα μόρια διαιροῦντες, ὥστ' ἔχειν ὑπερβάλλειν ταῖς τιμήσεσι καὶ τοὺς πένητας. μετὰ δὲ τὸ γεωργικὸν πλῆθος, βέλτιστος δῆμός ἐστιν, ὅπου νομεῖς εἰσὶ, καὶ ζῶσιν ἀπὸ βοσκημάτων (πολλὰ γὰρ ἔχει τῇ γεωργίᾳ παραπλησίως) καὶ τὰ πρὸς τὰς πολεμικὰς πράξεις, μάλισθ' οὗτοι γεγυμνασμένοι τὰς ἕξεις, καὶ χρήσιμοι τὰ σώματα, καὶ δυνάμενοι θυραυλεῖν. τὰ δ' ἄλλα πλήθη πάντα σχεδὸν, ἐξ ὧν αἱ λοιπαὶ δημοκρατίαι συνεστᾶσι, πολλῷ φαυλότερα τούτων (ὁ γὰρ βίος φαῦλος) καὶ οὐδὲν ἔργον μετ' ἀρετῆς, ὧν μεταχειρίζεται τὸ πλῆθος, τό, τε τῶν βαναύσων, καὶ τὸ τῶν ἀγοραίων ἀνθρώπων, καὶ τὸ θητικόν. ἔτι δὲ διὰ τὸ περὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ ἄστυ κυλινδεῖσθαι, πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος, ὡς εἰπεῖν, ῥᾳδίως ἐκκλησιάζει· οἱ δὲ γεωργοῦντες, διὰ τὸ διεσπάρθαι κατὰ τὴν χώραν, οὔτ' ἀπαντῶσιν, οὔθ' ὁμοίως δέονται τῆς συνόδου ταύτης. ὅπου δὲ καὶ συμβαίνει τὴν χώραν τὴν θέσιν ἔχειν τοιαύτην, ὥστε τὴν χώραν πολὺ τῆς πόλεως ἀπηρτῆσθαι, ῥᾴδιον καὶ δημοκρατίαν ποιεῖσθαι χρηστὴν, καὶ πολιτείαν. ἀναγκάζεται γὰρ τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ποιεῖσθαι τὰς ἀποικίας. ὥστε δεῖ, κἂν ἀγοραῖος ὄχλος ᾖ, μὴ ποιεῖν ἐν ταῖς δημοκρατικαῖς ἐκκλησίας, ἄνευ τοῦ κατὰ τὴν χώραν πλήθους. πῶς μὲν οὖν δεῖ κατασκευάζειν τὴν βελτίστην καὶ πρώτην δημοκρατίαν, εἴρηται. φανερὸν δὲ καὶ πῶς τὰς ἄλλας. ἑπομένως γὰρ δεῖ παρεκβαίνειν, καὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ πλῆθος χωρίζειν. τὴν δὲ τελευταίαν, διὰ τὸ πάντας κοινωνεῖν, οὔτε πάσης ἐστὶ

τῆς

ſtæ ſunt, omnes adiuuent & conferāt, aut ne omnino liceat maiorem agri modum, quàm à lege præfinitum ſit, poſsidere, aut ne liceat uſque à certo loco ad oppidum & ad urbem: & in multis ciuitatibus lege conſtitutum erat, ne cui liceret poſſeſsiones antiquas, quæ prima ſorte obtigiſſent, uendere. Eſt & ea, quam Oxyli legem eſſe dicunt, talem quandam uim habens, ut nequis pecuniam alteri mutuam daret parte aliqua agri, ſeu fundi, quem quiſq; haberet, ab eo pignori accepta. Nunc autem etiam Aphytæorum lege hæc omnia dirigere nos oportet. eſt enim ad id, quod dicimus, utilis. Nam illi, quamuis & multi ſint, & agrum anguſtum habeāt, omnes tamen ſunt agricolæ. nō enim cenſentur totas poſſeſsiones neq; fundos integros in cenſum referunt, ſed in tot particulas diuidunt, ut etiam pauperes, cenſibus diuites ſuperare poſsint. Secundum eam multitudinem quæ ex agricolis conſtat, populus ille eſt optimus, in quo ſunt paſtores, & qui ex re pecuaria uitam tolerant. Multa enim habet agriculturæ ſimilia res pecuaria. & quòd ad militares & bellicas actiones attinet, hi ſunt maximè exercitati, & tali corporis habitu, ut magno uſui eſſe reipub. & noctū ſub dio degere facile poſsint. aliæ autem ferè omnes, ex quibus cæteræ democratiæ conſtant, multitudines, multo ſunt his deteriores. uita enim earum ignaua & uitioſa eſt, nullumq; ex iis muneribus, quæ tractat ſordidorum atq; illiberalium opificum, & forenſium hominum, (eos dico qui cauponariā faciūt) & mercenariorum multitudo cum uirtute cōiunctum eſt. Præterea uerò quia tale hoc ferè omne hominum genus in foro uoluitur, atque in urbe perpetuò reſidet, facile conciones frequentat. Aratores uerò & agricolæ, quia ſunt per agros diſperſi: neq; ad tempus concionibus occurrere poſſunt, neq; tali conuentu ſimiliter egent. Vbi igitur contigit ut talis ſit regionis ſitus, ut agri longè ab urbe remoti ſint, ibi probam democratiam, & bonam reipub. adminiſtrandæ formam efficere facile eſt: neceſſe enim habet multitudo in agris, quaſi in colonijs, habitare. Itaq; in democratijs etiā ſi ſit magna turba forenſis, ſeu tabernaria & urbana, non eſt tamen populus cogendus neque concio aduocanda ſine multitudine agreſti & ruſtica. Quomodo igitur ſit cōſtituenda optima & prima democratia, dictum eſt. Non eſt autē obſcurū quomodo ſint et cæteræ. nā proximè et ſimiliter diſcedere ac degredi oportet ab ea, quæ ordine prior eſt, & ſemper deteriorē multitudinē ſecernere ac ſeparare. Vltimā aūt democratiā propterea quòd ciues omnes reip. adminiſtra-

ſtra-

tatis eſt perpeti, neque ipſum facilè eſt permanere, niſi legibus & moribus rectè fuerit informatus. Quæ autem perdere contingit & hanc & cæteras reſpublicas, dicta ſunt fermè prius maxima ex parte. Ad conſtituendum autem hunc populi ſtatum, & populum efficiendum ualidum, conſuerunt principes ipſius quamplurimos aſciſcere, & ciues facere non ſolùm legitimos, uerùm etiã uothos, & qui ex utrolibet ciue nati ſint. Dico autem patre uel matre: omne enim hoc idoneũ eſt huiuſcemodi populo magis. Conſuerunt igitur aſſentatores populi ſic conſtruere, uerũtamẽ decet aſciſcere, donec ſuperet plebs nobiles & medios, & nõ ultra hoc progredi. Nã ſi ſine modo numero uicerint ipſos, & remp. reddunt cõfuſiorem, & nobiles magis exacuunt, ut ęgrè ferant ſe regi ab ea multitudine. quæ res Cyrenæ cauſa ſeditionis fuit. paucũ enim, alſine culpæ, non aſpicitur: multum autem factum, ante oculos magis eſt. Amplius autem & huiuſcemodi conſulta proſunt huiuſcemodi populi ſtatui, quibus Cliſthenes Athenis uſus eſt, augere uolẽs populi potentiam: & Cyrenæ, qui ſtatum multitudinis conſtituere. tribus enim aliæ cõficiendæ ſunt plures, & conuentus per priuata ſacra in pauca & communia redigendi ſunt: & cuncta uafrè facienda, ut quammaximè fieri poteſt, commiſceantur omnes inter ſe, conſuetudines autem priores dirimantur. Amplius autem & tyrannica conſulta uidentur cuncta popularia. Dico autem ceu & licentia ſeruorum (hæc autem foret quodam tenus utilis) & fœminarum, & puerorum: & ſinere ut uiuat unuſquiſque ut uult. Multi enim erunt, qui huiuſcemodi reipublicæ opitulentur. iucundius enim eſt multis uiuere ſolutè, quàm temperanter.

πόλεως φέρειν, οὐ ῥάδιον διαμένειν μὴ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἔθεσιν εὖ συγκειμένην. ἃ δὲ φθείρειν συμβαίνει καὶ ταύτην καὶ τὰς ἄλλας πολιτείας, εἴρηται πρότερον τὰ πλεῖστα σχεδόν. πρὸς δὲ τὸ καθιστάναι ταύτην τὴν δημοκρατίαν, καὶ τὸν δῆμον ποιεῖν ἰσχυρὸν, εἰώθασιν οἱ προεστῶτες τῷ προσλαμβάνειν ὡς πλείστους, καὶ ποιεῖν πολίτας, μὴ μόνον τοὺς γνησίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς νόθους καὶ τοὺς ἐξ ὁποτερουοῦν πολίτου. λέγω δὲ, οἷον πατρὸς ἢ μητρός· ἅπαν γὰρ οἰκεῖον τοῦτο τῷ τοιούτῳ δήμῳ μᾶλλον. εἰώθασι μὲν οὖν οἱ δημαγωγοὶ κατασκευάζειν οὕτω. δεῖ μὲν τοι προσλαμβάνειν, μέχρις ἂν ὑπερτείνῃ τὸ πλῆθος τῶν γνωρίμων καὶ τῶν μέσων, καὶ τούτου μὴ πέρα προβαίνειν· ὑπερβάλλοντες γὰρ ἀτακτοτέραν τε ποιοῦσι τὴν πολιτείαν. καὶ τοὺς γνωρίμους πρὸς τὸ χαλεπῶς ὑπομένειν τὴν δημοκρατίαν, παροξύνουσι μᾶλλον, ὅπερ συνέβη τῆς στάσεως αἴτιον γενέσθαι περὶ Κυρήνην. ὀλίγον μὲν γὰρ πονηρὸν παρορᾶται· πολὺ δὲ γινόμενον, ἐν ὀφθαλμοῖς μᾶλλόν ἐστιν. ἔτι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα κατασκευάσματα χρήσιμα πρὸς τὴν δημοκρατίαν τὴν τοιαύτην, οἷς Κλεισθένης τε Ἀθήνησιν ἐχρήσατο, βουλόμενος αὐξῆσαι τὴν δημοκρατίαν, καὶ περὶ Κυρήνην οἱ τὸν δῆμον καθιστάντες· φυλαί τε γὰρ ἕτεραι ποιητέαι πλείους, καὶ φρατρίαι· καὶ τὰ τῶν ἰδίων ἱερῶν συνακτέον εἰς ὀλίγα καὶ κοινά· καὶ πάντα σοφιστέον, ὅπως ἂν ὅτι μάλιστα ἀναμιχθῶσι πάντες ἀλλήλοις, αἱ δὲ συνήθειαι διαζευχθῶσιν αἱ πρότερον. ἔτι δὲ καὶ τὰ τυραννικὰ κατασκευάσματα δημοτικὰ δοκεῖ πάντα. λέγω δὲ, οἷον ἀναρχία τε δούλων (αὕτη δ' ἂν εἴη μέχρι τοῦ συμφέρουσα) καὶ γυναικῶν, καὶ παίδων. καὶ τὸ ζῆν ὅπως τις βούλεται, παρορᾶν. πολὺ γὰρ ἔσται τὸ τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ βοηθοῦν· ἥδιον γὰρ τοῖς πολλοῖς τὸ ζῆν ἀτάκτως, ἢ τὸ σωφρόνως.

ſtrationis ſint participes, neq; eũ uſum ciuitatis eſt ferre, neq; facile eſt manere, niſi legibus & inſtitutis benè ſit conſtituta. Quæ res porrò & hanc & cæteras reipublicæ adminiſtrandæ formas perdere atq; euertere ſoleant, expoſitæ ſunt ferè antea plurimæ. Ad conſtituendam autem hanc democratiam & populum firmum ac robuſtum reddendum, ſolent ij, qui muneribus publicis præpoſiti ſunt, quàm plurimos ad eum aſſumere atq; aggregare, non ſolùm germanos ciues, & ex iuſtis nuptijs procreatos: uerùm etiam ex non iuſto concubitu natos, & qui ex alterutro parente duntaxat ciues ſunt, hoc eſt, uerbi cauſa, ex patre & matre. Omne enim genus hoc hominum ad talem populũ talemq; democratiam magis accommodatũ eſt. Solent igitur leues & blandi populi ductores hæc excogitare & machinari: ſed oportet aſſumere uſq; eò, dum multitudo nobiles & medios ſuperet, & ultra hunc finem non progredi. Nam ſi modum ſuperent, cùm reipublicæ adminiſtrandæ formam faciunt inordinatam & perturbatam, tum nobiles eò magis irritant & incendunt, ut democratiam grauate atq; iniquo animo ferant: ex quo Cyrenis caſu quodam ſeditio manauit. Nam puſillum malum non attenditur, neq; cernitur: auctum autem & propagatum in oculos incurrit. Præterea talia commenta atq; inuenta, quibus Cliſthenes Athenis uſus eſt, cùm democratiam amplificare atq; augere uellet, & ij, qui democratiam cõſtituerunt Cyrenis, ad talem democratiã utilia [b] ſunt. Nam & aliæ tribus faciendæ ſunt, & quæ in urbe inſunt, multiplicandæ & ſodalitates: & quæ ad ſacra priuata pertinent in pauca & communia contrahenda ſunt: omnia deniq; artificia adhibenda ſunt, ut quàm maximè omnes inter ſe permiſceantur: priſtinæ autẽ conſuetudines dirimantur ac diſtrahantur. Præterea uerò & commenta tyrannica popularia uidentur omnia: hoc eſt, uerbi gratia, ſeruorũ licentia nullo magiſtratu cõſtituto, qui eos coerceat (hæc autem uſq; ad aliquem finem utilis fuerit) & mulierum & puerorum: & ſinere unumquemq;, ut uelit, uiuere. Multi enim erunt, qui tali reipub. opitulentur. Iucundius enim eſt multitudini, intemperanter et inordinatè, quàm temperanter et modeſtè uiuere.

COMMENTARIVS.

Cum autem ſint.] Cùm docuiſſet, quæ ſint propria popularis ſtatus, manens in explicatione ipſius: tradit nunc ex quibus [il]lum hominibus, & quomodo conſtatus ſit. Reperit autem primo, quot ſpecies ſtatus huius inueniantur: & declarat, quæ ſit cæteris anteponenda. inquit enim: Cùm ſint quatuor genera reipublicæ eius, quam regit multitudo: optima omnium eſt, quæ prima eſt ordine. Indicat igitur his uerbis, cùm eas enumerauit, quid ſecutus ſue[r]it: primamq; ue ſe appellaſſe oſtendit, quæ bonitate præſtaret cæteris eiuſdem generis. Quemadmodum autem in hac re ſpectanda, ordineque, illa primum gra-

dum obtineret: ita eandem tempore uetuſtiſsimam fuiſſe inquit, inuentamque & frequentatam ante cæteras, quia conſtaret ex agricolis, cui ſtudio priſcis temporibus dediti erant multi mortales: ſiue è paſtoribus, quos Dicæarchus, et commemorat M. Varro non longè à principio primi libri de Re ruſtica, cùm Græciæ uitam, qualis ab initio fuerit, aperiret, putauit antiquiores adhuc eſſe agricolis: quia ſuperioribus temporibus fuiſſe dicit, cùm homines paſtoritiam uitam agerent, neque ſcirent etiam arare terram, & cæteris muneribus proprijs eius ſtudij fungi.

Dico autem.) Cur tantum tribuerit reipublicæ, quam regunt agricolæ, fecerit que eam primam, ſignificat. Dicit enim, ſe primum gradum ei conceſsiſſe, quia qui ipſam adminiſtrant, digni ſunt qui cæteris anteponantur. Idem enim, inquit, eſt ac ſi gereret, ſi quis uellet populos ipſos diuidere atque æſtimare. Optimus enim populus eſt (quod ad hanc rem pertinet) qui in agro colendo occupatus eſt. Vt igitur ipſe melior cæteris populis eſt, ita quoque reſpub. quæ in poteſtate ipſorum eſt, melior eſt rebuſpublicis, quæ reguntur à cæteris populis.

Quapropter ſtatim.) Hoc profectò corollarium eſt. Cùm enim oſtenderit idoneam in primis materiam eſſe reipublicæ popularis informandæ, agricolas: addit, dubitandum non eſſe, quin commodè conſtituatur ſtatus popularis, ubi multitudo aut, plebs que ex agricultura, ſiue paſtione. magni enim quoque fructus capiuntur ex pecore, multique ſunt certis in locis, qui artem hanc habent.

Quarum autem.) Conſtituit quod dicerat, agreſtes optimam materiam eſſe condendæ reipublicæ popularis, explicatis bonis, quæ in eo genere hominum uitaque exiſtunt: plura enim illic inueniuntur quæ adiuuant hoc rarum opus. Primum eorum eſt, quòd tradit agricolas neque fortunas habere, ut nequeant amplecti otium, atque ita ſæpe in concionibus uerſari, cogereque concilium ſuæ nationis hominum. Alterum eſt quòd cùm paratas non habeant res ad uitam neceſſarias, coguntur aſsidui eſſe in operibus ſuis, unde capiunt fructus non paruos: & cùm uiuant in agris ſparſi ac diſſeminati, quæſtum certum ſequentes, tenentur ipſo, nō appetunt aliena bona: ſed libentius, maioreque cum uoluptate uerſantur in laboribus ſuis, quàm in republica adminiſtranda & imperio etiam habendo. Hanc enim naturam eſſe multitudinis affirmat, ut potius auida ſit quæſtus, attentiorque ad rem familiarem, quàm ſtudioſa honoris. excepit ciuitates illas, in quibus, qui magiſtratus gererent, inde caperent magna præmia. uel potius facultatē nacti eſſent egredi grandem pecuniam, euadereque gratiſ . . . itaque demum remp. habentes. ut Plutarchus memoriæ prodidit de Stratocle & Dromoclide, qui tribunal ſuggeſtumque, auream meſſem ea de cauſa iocantes uocabant, ſe mutuò ad ipſum inuitantes.

Signum autem.) Probare uolens plebem magis lucrum ſectari, quàm honorem, argumentatur à conſequentibus: unde et poſteriora ſigna ipſa uocat, quia indicant rem tectam & obſcuram. Aperire hoc inquit, quod de antiquis illis Græcis memoriæ proditum eſt, ipſos æquo animo toleraſſe tyrannidas, uixiſſeque contentos ſub iniuſtè regnantibus: & præterea ſua ætate adhuc, inferioribusque temporibus, inueniri, qui non recuſent ſe regi à paucis diuitibus nec detrectent iugum eorum, ſi ſinant ipſos in agris artibusque illis ſuis uerſari, nec eripiat, quod tot rusticis laboribus quæſierunt. Cauſam autem affert huius ipſorum animi, dicens, partim illorum ita breui locupletari: reliquos autem, qui non tantùm quæſtus inde faciant, ſaltem non egere. Vt autem patienter ferunt publicas etiam iniurias, ne auocentur à ſuis operibus: ita nihil tam inimicum ipſis odioſumque eſt, quàm abduci ab agris ſuis, ad aliaque munera transferri. Valet ad comprobandum, quod affirmat hic auctor, peperit ſcilicet ruſticum genus hominum facile dominationem: quod literis mandatum eſt, eos illos uiros, qui deuictis Athenienſibus impoſiti ſunt à Lacedæmonijs, ciuitati eorum gubernandæ operam dediſſe, conſulentes utilitatibus ſuis, ut abſtractos à mari compellerent Athenienſes ad agrum colendum. ſciebant enim æquiore animo laturos eos dominatum ſuum, ſi ad quietiorem uitam & ſeiunctam ab omni cogitatione grandioris fortunæ, traducti forent.

Amplius autem.) Additum eſt hoc, ad declarandum non magnum negocium eſſe in officio retinere tenues homines, plebemque in illis etiam ciuitatibus, quarum ipſa gubernaculum non tenet, ſi duo tantùm munera publica in manu ipſius relinquantur, quæ nominat: ualereque non parum putat ad explendam eorum cupiditatem, ſi ullam in pectoribus ſuis habent honoris. Hoc autem confirmat, narrans inueniri democratias quaſdam, apud quas, etſi participes non ſunt uniuerſi plebeij homines comitiorum, nec creant ſuis ſuffragijs magiſtratus, ſed quidam tantùm deligi ex omnibus mutatis uicibus, tantumque ipſi deliberationum principes auctoreſque extiterint, ſatis ipſis eſt, nec quicquam aliud captant. hoc ſeruandi autem legem inſtitutumque fuiſſe narrat Mantineæ. Addit in extremo, putare, non debere morem hunc inſtitutumque relinquendi tantùm alterum eorum munerum multitudini, eſſe formam quandam reipub. . . . cùm ſcrepet à conſuetudine reliquarum talium rerumpublicarum: ut in ea ciuitate, quam appellauit, olim factum fuiſſe . . .

Quare conducit.) Corollarium hoc eſt, ualetque ad confirmandum, quod dicit, cùm rationi etiam nouam inſtitutumque hominum conuenire oſtendat. inquit enim: Quare prodeſt reipublicæ popularis prius traditæ, id eſt, quæ plebem habet uniuerſumque populum occupatum in agro colendo: & ſani ſeruari ſolet, nec nequam ab ea timendum eſt, creare magiſtratus, & accipere quas uocant *εὐθύνας*, cauſaque exiſtimare ciues omnes. Magiſtratus autem maximos gerere magiſtratus delectos, non ſorte creatos, in eaque re ſpectandos eſſe cenſus, maioreſque magiſtratus maioribus cenſibus committendos. hæc eſt una ratio, quam eandem ipſi ſtatui putat. altera, quam ſtatim tangit, eſt, ut neglectis cenſibus, in nulloque honore habitis diuitijs, attendatur uirtus eiuſque ac poteſtas eorum munerum adminiſtrandorum, quæ commiſſa ſunt illis magiſtratui. itaque enim, rationē hanc alterā oſtendēs: Siue nullo magiſtratu alicui cōmiſſo ratione cenſus, ſed ſolos creandos, qui poſsint. Non me fugit, extitiſſe qui extremum hoc, ſecus atque ego fecerim, acceperint: putauerintque ualere per poſſunt, id eſt, qui tantum rei familiaris habeant, ut poſsint ſeruire reipub. neque anguſtijs magnis patrimonij inde arceantur.

Neceſſe autem eſt.) Laudat conſtitutionem huius reipublicæ, breuis explicatis, quæ ex ſingulis ipſius inſtitutis oriuntur. Primum eorum eſt, quod narrat, ita magiſtratus in manu ſemper futuros nobilium proborumque uirorum, atque . . . & non inuita: neque illis inuidente, ut contingit in alijs ſtatibus. Præterea tradit, moderatis illis honeſtis . . . formam reip. acceptam fore, contentosque omnino eos futuros ipſa: quia . . . parere illis coguntur deterioribus . . . contingit, eſt illis ualde moleſtum & odioſum. Addit aliud bonum ita conſtitutæ ciuitatis, quod pertinet ad . . . retinandos, & ab iniurijs coercendos. inquit enim . . . quoque . . . hi in magiſtratibus illis ſuis rectè . . . in ea repub. alij, non ipſi, domini ſunt curæ, contingunt que ſæpe ubi facta . . . qui publicam aliquod . . . de ubere. quare ſi peccatent, non poſſent ſperare facile eos ſibi ignoturos: ut laterent, ſi ſui ordinis hominis eſſent. . . . igitur hic libidini eorum occurret.

Pendere enim.) Reddit rationem, cur id quod modò dixit, tantopere proſit, id eſt, non illos ipſos, ſed alios . . . delictorum corrigendorum. loquitur enim, aptos ipſos eſſe, & quaſi pendere ab alijs, qui poteſtatis aliquid in . . . habeant, & non omnia licere ipſis facere, quæ uiſa fuerint, utile eſt reipublicæ. Sed cur etiam hunc ipſum fructum ferat . . . aperit, à contrario argumentans. Facultas enim, inquit, efficiendi omne illud, quod aliquis uoluerit, non poteſt compeſcereque prauum illud ac uitioſum, quod in animis mortalium exiſtit, hortaturque ad iniurias. T. Liuius . . . monans quæ adferrent illi, qui non probabant factum P. Scipionis, quam cauſam dicere noluit: in alijs etiam hoc ponit, quod mirificè congruit ſententiæ huic noſtri doctoris. Quid autem ruri quiquam, ne dum ſummam remp. permitti, tio non ſit addenda? *Ἐπανακρέμασθαι* hic uim eam habet, quam . . . pendere enim illos animo, non corpora ſignificat, ſed ipſemet uerbis quæ ſequuntur, aperit rationem huius uerbi tranſlati.

Quare neceſſe eſt.) Hæc . . . quod adiungit, concluſio eſt: Quaſi enim, inquit ſi hæc quæ monui, ſeruata fuerint, inde . . . fecit naſcetur, quod maximè utile reipublicæ: nec poteſt ullo pacto non ingerere, quin fiat. . . . illud, ut nobiles moderati uiri clauem reipub. teneant, qui ab omni culpa uacui ſint, nec tamen aliquid incommodi capiat multitudo ex imperio ipſorum, neque ipſius deterius fiat.

. . . ſtur) Concluſit nunc, quod primum propoſuit: & eſt hoc quaſi peroratio quædam, qua declarat, quæ . . . certe. . . eſt igitur, inquit, hanc, quam monſtraui, popularem rempublicam, optimam . . . rerumpublicarum: nec non apertum eſt, qua de cauſa ipſa potiſsimum optima haberi debeat. Illa autem eſt, quæ . . .

quæ

qui ipſam regit, bene inſtitutus eſt, iiſque moribus ac ſenſibus præditus, quos maximè reſpub. illa, ut ſummum laudem conſequatur, requirit.

Ad efficiendum autem) Cùm antepoſuerit cæteris ſtatibus multitudinis hunc, qui conſtat ex agricolis: quomodo efficiatur, ut populus deditus ſit huic arti, indaſque uictum quærat, declarat. Qui enim legibus ornant ciuitatem, impellunt multitudinem ad illud ipſum ſtudium, quod probarunt. Inquit igitur, ualere ad hoc leges nonnullas, quæ antiquis temporibus apud multas gentes latæ ſunt: illas enim omnes hoc præſtare affirmat. Cùm uerò quatuor appellet, prima earum eſt, quæ uetabat plus telluris poſsidere certa quadam menſura, & ea quidem puſilla: ut Romæ antiquitus, poſt reges exactos lex de VII. iugeribus. Atque hoc, inquit Ariſtoteles, ſiue omnino, & in qualibet parte finium ciuitatis, ſiue ex certo quodam loco ac ſpatio urbem uerſus. Sequitur autem aliquo modo, ſi agri magna copia non poſsideatur ab uno, ut plures participes ipſorum ſint, qui etiam ſuo labore eoſdem colant. Memoriæ quoque proditum eſt à Plutarcho in uita Themiſtoclis (unde ſuperiorem quoque animaduerſionem ſumpſi) priſcos illos reges Athenienſium ſtuduiſſe, ut populum auellerent à mari, aſſueſacerentque uiuere minimè nauigantes, ſed agrum diligenter colentes: in quo etiam conſilio ſuo conſtituendo uſos eos fuiſſe narrat uetere fabula, qua traditum eſt, cùm contenderent inter ſe Neptunus ac Pallas de nomine tutelaque urbis: deam, monſtrata iudicibus eius controuerſiæ moria, ſacra olea, uiciſſe aduerſarium. Nam Themiſtoclem contrà prouiſo periculo magno, quod à Perſis impenderet ciuitati, hortatum magnopere fuiſſe, ut claſſem ædificarent, ſeque a triremibus exercerent, notum eſt (unde ſanè clariſsima illa uictoria parta eſt) ciues tamen pro colonis aratoribusque nautæ, celeuſtæ & gubernatores redditi ſunt, reſpublicaque erepta è manibus optimatum, tradita que tota nauticæ turbæ inconditæ ac ſeditioſæ. [illegible] autem inquit, & [illegible]: diſtinguens aſtu à ciuitate, ut opinor, quia ciuitates ſunt etiam ſine oppidis ac mœnibus, quod ualet ἄστυ. et cùm Terentius inquit, *[illegible]* & Marcus Cicero de Legibus: Vt noſtri Attici priuſquam Theſeus eos demigrare ex agris, & in aſtu (quod appellatur) omnes ſe conferre iuſsit.

Erat autem) Hæc altera lex eſt, quæ idem præſtabat, ut omnes ſcilicet ciues agellum haberent, in eoque colendo ſtudij aliquid ponerent. Erat enim, inquit, priſcis temporibus legibus ſtatutum in plurimis ciuitatibus, ne quis poſſet uendere agellum, ſorte ipſi à maioribus eius olim conceſſum: quæ cauſa erat, ut hoc ipſos agros κλήρους uocarent.

Tales autem huiuſcemodi.) Legem præterea quandam ſacit tunc notam, cuius tamen auctor non omnino certus fuerit, quamuis multi inuenirentur, qui dicerent, eam Oxyli ueteris Elidis regis eſſe: eandem uim habere affirmat, ſimileque aliquid efficere poſſe, id eſt, ut ciues agro colendo incumberent, artemque eam haberent. Vetabat autem illa uniuerſum agrum pignori opponere, uolebatque ut dominus certam quandam partem ipſius liberam ſolutamque ab omni fœnus e haberet. Huius Oxyli meminit Pauſanias in priore libro Eliacorum, totamque ipſius hiſtoriam (ut eſt in omnes antiqua memoria accuratus) diligenter narrauit, quomodo ſcilicet illi ob magnum beneficium in Dorienſes collatum, amplo fertilique agro donatus ſit: quibusque iiſdem parentibus ortus, & quos liberos procrearit, quomodoque in ea terra regnarit, regnumque ſuum quondam amiſerit. Eadem ferè, breuius tamen, commemorantur à Strabone in VIII. libro.

Nunc autem oportet.) Ponit quartam poſtremamque rationem, qua idem efficeretur: ita autem loquitur, ut uideatur oſtendere, ipſam accommodatam eſſe corrigendo potius errori, remedioque adhibendo, accepto iam malo, quàm uiam ipſi, ne irrumpat, obſtruendo. inquit enim, ut accipi debere puto: Nunc autem (id eſt, poſtquam hoc malum irrepſit in ciuitatem) oportet ipſum emendare, lege etiam inſtitutoque aphytæorum, cùm hæc lex ipſorum ualeat ad hoc idem. præſtetque quod dico quæ uerò fuerit lex eorum, exponit. Illi enim, inquit, intelligens, quos aphytæos uocauit, etſi multi ſunt, & agrum ſolumque puſillum poſsideant, cuncti tamen agricolæ ſunt. Quomodo hoc obtinerent, ſignificat dicens: Conſtituunt enim cenſus, non in uniuerſas totasque poſſeſsiones, ſed in partes ipſarum minutas: quæ tamen, etſi exiles ſunt, tantum quantitatis habeant, ut ſuperent cenſibus pauperes, & exutos penitus patrimonio. hac enim de cauſa ſinguli exiguam illam partem telluris tribuebant, ne pares omnino forent pauperibus, & (ut opinor) expertibus ciuitatis. Qui fuerint autem hi, quos ἀφυταίους uocat, planè mihi cognitum non eſt: nec tamen puto ſignificari ab auctore hoc uerbo populum aliquem, ut nonnulli fecerunt, cum quibus in hac minimè ſentio, præſertim cùm lateant ſa nomen hoc, ut gentis alicuius, nullibi reperiſſe, temptentque conſtituere lectionem: ſed potius ordinem quendam hominum, quibus conueniret aliquo modo in hoc ipſo, quod narrat. Quin autem φυταλιαὶ à Græcis uocati ſint horti, & agrorum partes, ſummo ſtudio conſitæ arboribus, dubium non eſt. Vnde à contrario ἀφυτάλους appellari potuère, qui carerent huiuſcemodi agris: id eſt, ualde ſuſtis propter minutam & exilem partem ſuæ telluris que, quam poſsiderent. in nomen tamen hoc, ita iunctum, nuſquam inueni.

Poſt multitudinem.) Statum multitudinis, qui poſt iam traditum, meritò laudetur, ſecundumque locum bonitatis obtineat eſſe dicit, qui conſtat è paſtoribus, iiſque qui è pecore uiuunt. Conſtituens uerò hoc, affirmat uitam horum atque artem, multa habere paria ſimiliaque ſtudio colendi agros. Rectè autem multa, inquit, & non omnia: neque enim pecuarij tot tantisque laboribus premuntur, quot agricolæ. Illi enim nunquam fere ceſſant ab operibus ſuis, paſtores autem ſæpè ſedent ac requieſcunt. Addit autem, uitam paſtoritiam militari multis in rebus ſimilem eſſe, in primisque ipſos in factis bellicis animos uerſatos exercitatosque habere. nam quod ἕξεις inquit, arbitror ipſum intellexiſſe habitus animorum: quod ut magis credam, facit, quia ſtatim corpora nominat. ſequitur enim, eoſdem corporibus aptos eſſe ad eadem illa munera obeunda, militaria ſcilicet. Adiungit etiam, quæ cauſa eius declaratio eſt eius quod proximè dixit: unum certè eorum munerum eſt, ipſos uim & poteſtatem habere dormiendi ſub dio. hoc enim ualet θυραυλεῖν: nam in quinto libro de Ortu animantium uitam beluarum, quæ bolus noctu in ſyluis degunt, θυραυλεῖν uocauit. inquit enim, cùm de piloſum duritie diſputaret: [illegible]. Virgilium etiam, cùm paſtorum uitam qualis foret, oſtenderet, cùm præſertim paſcua mutant: ut rem poneret ante oculos, ſimilem militum Romanorum omnes nouerunt.

Cumila autem aliæ.) Cùm tradidiſſet, ex quo plebe, quaſi materia quadam, ædificantur meliores reſpublicæ populares: nunc contrà ſignificat, quæ multitudines hominum (requiritur enim huic operi moliendo numerus ingens mortalium) multo minus aptæ ſint conſtituendæ reipublicæ populari, quæ magnis uitijs affinis non ſit. Reijcit igitur omnem aliam ferè plebem, ut multo deteriorem, cùm uita illarum ipſorum opificum ſit ignaua, & nullum opus adminiſtrat, uirtutis proprium. Videtur autem intelligere bellicam ſortitudinem, & unde grandiores fructus perueniunt ad ciuitatem. Aperit autem, quas præcipuè inutiles huic operi efficiendo homines putet: appellatque opifices mechanicos, ac ſordidos, & turbam etiam forenſem, & eos qui uendentes aliquid, illic aſsidui manent: quemadmodum etiam multitudinem hominum tenuiorum ac penè ſeruorum, qui cotidie accepta mercede ſeipſos alicui addicunt. Non puto autem auctorem intelligere eos, qui ſeruirent aratoribus in agro colendo, aut qui in aliqua dura arte tractanda operam ſuam locarent: hi namque nullo modo deſides haberi poſſunt, ſed pares illis ſunt habendi. Huic uerò toto loco illuſtrando accommodatum eſt ualde teſtimonium illud Marci Varronis è principio ſecundi libri de Re ruſtica. ita enim ſcripſit, ornans opus artemque, quam in manibus habebat: Viri magni, noſtri maiores non ſine cauſa præponebant ruſticos Romanos urbanis. Vt ruri enim, qui in uilla uiuunt, ignauiores, quàm qui in agro uerſantur in aliquo opere faciendo: ſic qui in oppido ſederent, quàm qui rura colerent, deſidioſos putabant.

Amplius autem, quia.) Oſtenderat iam cæteras plebis ſpecies agricolarum & paſtorum, orbas eſſe à nonnullis bonis, quæ requiruntur in bene inſtituta ciuitate, profuntque ualde ſtudio militari: nunc addit, eaſdem illas pronas eſſe ad quæ iam uitia, quæ mirificè obſunt reipublicæ: hoc enim nunc ſignificat nouo hoc argumento. inquit igitur. Præterea quia hi homines aſsidui ſunt in foro rerum uenalium, nec pedem ferè unquam ex urbe efferunt, libenter conueniunt in iiſdem locis, coetusque ſui generis faciunt: contrà autem agricolæ, qui ſparſi diſſeminatique uiuunt in agris ac remotis ab urbe locis, non tam facile congrediuntur, neque tantopere egent his conuentibus, ad perturbandam rempub. aptis.

Vt tamen.) Situm quoque ac loci poſituram declarat multum adiumenti ad hanc rem afferre. Vbi igitur, inquit, contingit eam regionemque, in qua condita eſt urbs, huiuſcemodi eſſe, ut agrum habeat ualde remotum ſeiunctumque ab oppido: nullum negotium eſt illic conſtituere ſtatum popularem bonum, rempublicamque, demum, quæ meritò probetur: niſi potamus intellexiſſe

auctorem non ſolùm ſtatum, qui regatur à multitudine, in ea ciuitate ædificari commodè poſſe: uerùm etiam rempublicam illam, quæ communi nomine omnium rerumpub. Reſpublica uocata eſt: atque hoc, quia addidit, cum iam democratiam appellaſſet, ἢ πολιτείαν. Animaduertendum etiam, cùm iterum idem hoc uocabulum χώραν hic uſurpet, non eodem pacto ambobus locis auctorem ipſum capere. priore enim loco ualet regionem ſedemque omnem, poſteriore uerò agrum, qui colitur atque aratur. Vnde etiam commoditas hæc naſcatur, declarat: aperitq;, quæ ſit origo huius boni, in extremo dicens: Coguntur enim domicilia ſibi ſtruere in illis longinquis agris. nequa enim poſſent, ſi domus in oppido haberent, operibus faciendis manè præſtò eſſe, ac ueſperè in urbem reuerti.

Quapropter oportet.) Cùm patefactum ſit quanta utilitas capiatur à loco: uetat enim quem monſtrauit, crebras conciones fieri. Colunt namque in remotis agris uiuentes, non occurrent frequentibus concionibus. admonet, ut ſi in urbe etiam ſit magna turba forenſis, quæ ſiue plebe ruſtica iuſtum numerum conficeret, non ſinatur tamen ſine multitudine agricolarum cogi, deliberarique aliquid de republica (ita enim neceſſariò raræ conciones fient) quod ualde accommodatum eſt probato ſtatui multitudinis. Si uerò ſola urbana plebs fungeretur illo munere, crebrò illi rei operam daret, cuius ualde cupida eſt: perindeque aliquo modo eſſet, atque ſi erepta poteſtas foret ruſticis ciuibus deliberandi. Non eſt autem dubium, quin loquatur hic auctor de bono, quod capitur ex infrequentioribus concionibus: ſed tamen ruſtici coniuncti cum urbanis, meliue etiam conſilia capient de repub. ut genus hominum moderatius.

Quomodo igitur) Teſtatus ſe iam partem eius, quod ſibi faciendum propoſuit, abſoluiſſe, & eam quidem meliorem: indicatque, quæ ratio ſit cæterarum conficiendarum minus integrarum. Inquit igitur, ſe oſtendiſſe, quo pacto oporteat optimam rempublicam popularem conſtituere, & quæ prima inter eas eſt: id eſt, primum gradum bonitatis obtinet. Adiungit autem, perſpicuum etiam eſſe, quomodo alias & conſtruere, & quaſi ædificare oporteat. Non dubium enim eſt, quin illæ ſint πα-ρεκβάσεις, rectaque regione migrarint. Opus eſt igitur, inquit, diſcedere ab illa uera conſequenter & per gradus, & non à prima ad tertiam quartamúe tranſilire: ſed ad eam, quæ ipſi hæret, minùſque uitioſa eſt. quod fiet, ut aperit, ſi ſemper deterior multitudo turbaque inde arcebitur. nam moderatiorem plebem gignere meliorem eius generis ſtatum, iam declarauit.

Extremum autem.) Vt primam celebrauit, ita nunc poſtremam uituperat: talemque eam eſſe affirmat, ut nonnullæ ciuitates inueniantur, quæ ipſam perpeti nullo modo ualeant: atque id, quia in ea cuncti, qui illic uiuunt, participes honorum ſunt, ac munerum omnium publicorum. Malè autem agitur cum ea ciuitate, in qua perditi homines & fex etiam populi peruenit ad imperium. Oportet enim eam eijci à gubernaculo reipublicæ ut imperitam ac ſeditioſam. Duo uerò eius maxima uitia oſtendit. Prius eorum eſt, quòd dictum eſt, eam intolerabilem eſſe multis ciuibus: alterius, quòd fragilis eſt, nec poteſt diutius conſeruari, niſi legibus inſtitutiſque bene iuncta temperataque fuerit, atque ita ab interitu propinqua indicata. Adiungit in extremo huius partis, opus non eſſe ut commemoret nunc, quæ ſit ratio huic ſtatui ciuitatis propria ad id malum accipiendum, & cæteris etiam magis remotis ab ea re. quia illa tradita ſuprà ſint, ſi non omnia, magna tamen ex parte, quæque maiorem uim haberent nocendi.

Ad conſtituendum) Cùm uitia huius popularis poſtremi ſtatus aperuerit: ſignificat, quæ uia ratioque ſit conſtituendi ipſum, & quantum infirmitas eius patitur, uires illi addendi: refert enim, quid ſemper fecerint amatores ipſius. Curaſſe igitur, inquit, principes huius ſtatus recipere quamplurimos in eum, augereque undique multos ad communionem illius reipublicæ, quos donant ciuitate: non ſolumque eos, qui iuſtis legitimiſque tædis nati ſint, uerùm etiam ſpurios, quique ex altero tantùm parente ciues ſint: id eſt, ſiue patre, ſiue matre, ſiue contra. ipſemet enim interpretatus eſt ſignum ſuperiorum ſuorum uerborum. Obſtrui autem aditum ſolitum Athenis ad honores his partubus, ex illo etiam Comici perſpicitur: *Adeò demum ex peregrina.* Omne autem addit huiuſcemodi inſtitutum magis idoneum eſt, quadratque magis huic ſtatui multitudinis, qui roboris multum inde accipit: quàm alij ulli, qui non ita imbecillus ſit, ut oporteat ipſum confugere ad hæc præſidia, culpæ affinia, ac dedecori.

Conſtituunt igitur.) Quid uitij ſit in inſtituto, quod expoſuit, declarat, niſi modus adhibitus fuerit: illoſque etiam ipſos, qui omni ratione ſtudent illi reipub. conſulere, in periculum ipſum adducere demonſtrat. Hæc igitur eſt, inquit, uſitata ratio popularium hominum, & qui auctoritatis plurimum habent apud multitudinem. uocat enim nunc δημαγωγούς, quos paulo ſuprà diſtinctis nominibus, appellauit προεστῶτας τοῦ δήμου: hoc pactoque illi primum conſtituunt ſtatum eum, totum poſitum in arbitrio multitudinis: & deinde, cùm opus eſſe putant, eundem corroborant. Non eſt igitur, inquit, alienum, ſumere nouos aliquos, & addere ueteribus ciuibus: atque id facere, uſquequò ſuperet multitudo ignobilis nobiles & medios etiam, interiectoſque inter ſe, & notos ac claros, neque tamen tranſire terminum hunc, ulteriuſque progredi. Cum enim aſcripti illi longo interuallo uincunt, reddunt rempubl. perturbationem, uacuamque à uero ordine. Cui mala addetur, quòd hæc res mouet ſtomachum nobilibus, exacuitque ita illos, ut perpeti amplius nequeant ſtatum multitudinis, cui nunquam amici ſunt. Exemplo autem iudicium ſuum confirmat. narrat enim, hoc immoderatè factum, Cyrenæ cauſam fuiſſe domeſticarum diſcordiarum, natamque inde ſeditionem. Addere etiam uoluit, ut magis ſententiam ſuam confirmaret, deterreretque ab eo facto argumentum: rationeque id fieri docuit. Minima enim, inquit, & exilis uitij aliquid in ſe continens, cùm fallat homines, negligitur, nec obeſſe putatur: eadem autem ſi creuerit ampliatque facta fuerit, ante oculos omnium magis obuerſatur. *Horatius* uox improbum mortalem plerunque ualet: hic malum, & quod uim nocendi habeat, oſtendit.

Amplius autem. Præterea, inquit, ualent ad hoc conſilium finemque inſtituta illa, quibus Athenis uſus fuit Cliſthenes, cùm poſt recuperatam rempublicam, uires addere uoluit ſtatui multitudinis, cæteraque omnia eius generis. Antequam autem, quæ nam ſint illa indicet, ponit exemplum alterum loci, ubi illa eadem recepta ſint: Cyrenis enim, inquit, illos, qui primi ſtatum multitudinis in ea urbe conſtituere, eadem uſurpaſſe. Noue igitur tribus, inquit, faciendas, & eas quidem quamplurimas capit ciuitas, & ut tribus, quas Phylas Græci uocabant: ita etiam phratrias, qui ſunt conuentus minores ac partes tribuum: eodemque pacto, quæ pertinent ad priuata gentilitiaque ſacra, ad pauca publicaque eſſe redigenda exiſtimat: demumque omnia callidè excogitanda tentandaque putat, ut ciues, quantum maxime fieri poteſt, permiſceantur inter ſe, ueteresque ſodalitates ac conſiliones diſſipentur.

Amplius autem & tyrannicum.) Addit ijs, quæ iam protulerat, inſtituta tyrannorum, quæ ipſi ad ſalutem dominationis ſuam tuendam apta inuenerunt, & quaſi fabricarunt, accommodata etiam uideri ſtatui multitudinis. Videri autem, inquit, quia non omnino, niſi moderata illa ſint, ipſa probat ac poſſe putat illum eorum ſtatum, alijs quoq; de cauſis uitiorum ac licentia plenum magis deprauare. quæ uerò hæc ſint exponens, inquit, Ceu licentia ſeruorum quam ſanè, ſi modica ſit, fructus ferre non negat: adferunt enim ipſi quoque præſidij aliquid huic ſtatui multitudinis. Deſcripſit autem egregiè Marcus Cicero pro Cælio hanc ſeruorum libertatem, & quaſi ante oculos poſuit, cùm oſtenderet, ualde fideles eſſe illos ijs domibus, quarum diſciplina minimè dura ſeueraque eſt, cùm & ipſi illic deguſtent non parum illarum uoluptatum, in quibus domini toto corpore uolutantur, gaudeantque relaxata ualde eſſe uincula ſuæ ſeruitutis. Affirmat igitur illic, ſeruos non eſſe ſeruos quia amare coguntur eas domos. quod uſu etiam uenire in ijs rebuſpublicis intelligens Ariſtoteles, tradit non inutilem eam perſtitue eſſe. Adiungit etiam, prodeſſe allicereque ad eum ſtatum amandum & fœminarum & puerorum eandem licentiam: demumque permittere, ut omnes illic uiuant, ut ipſis libido fert, nec reuocare ipſos ad ullas leges. Concludit autem, fore prorſus, ut ſtatus ille, in quo patefacta eſt ſua omnibus flagitijs, habeat multos amatores acerrimoſque ſui defenſores: atque id quia multitudo magis delectatur uita ſoluta quam moderata. qui enim hanc ſequuntur, pauci ſunt.

a Mendoſe legitur in libr. uulg. ἐν τοῖς δημαγωγικαῖς ἐκκλησίαις. legendum autem eſt, ἐν ταῖς δημαγωγικαῖς ἐκκλησίαις ὥστε τοῦ, &c.

b Legendum eſt, φανερὸν τι γὰρ ἕτερον πολίτην ποιεῖ, καὶ ἐν ἐννομωτέροις πολίτην ποιεῖ, καὶ φ. Nam in libr. uulg. deſideratur hoc totum, ἐν ἐννομωτέροις πολίτην.

CAPVT V.

EST autem legiſlatoris officium, & eorū qui coagmentare uolunt huiuſcemodi quādā remp. nō fabricare maximū opus: neq; ſolū unū, ſed magis uidere ut cōſeruetur. unū.n. uel duos, uel tres dies, manere haud difficile eſt illos etiā, qui uerſant in rep. quoquomodo. Quare oportet, de quib prius animaduerſum eſt, q̃ incolumitates & interitus rerūp. ex his eniti ponere ipſas in tuto: cauentes quidē, quę perimunt, figentes autē huiuſcemodi leges, & no ſcriptas & ſcriptas, q̃ amplexantur maximè ea, q̃ conſeruāt reſp. Et nō arbitrari hoc eſſe populare, ſiue accommodatū paucorū dominatui: q̃d efficiet, ut ciuitas, quàm maximè fieri poteſt ſit in poteſtate populi aut paucorū: ſed quod plurimo tēpore. Qui aūt nunc ſunt fautores populi, gratificantes populis, multa publicabāt p occaſionē iudiciorū. Quare oportet cōtra hęc cōparare p̄ſidia eos, qui remp. ſaluam uolunt, legē figentes, nihil eſſe publicū è bonis damnatorū, & quæ referuntur ad ærarium, ſed ſacrū (qui.n. iniuſtè ſe gerunt, nihilominus malū cauebunt) multabuntur.n. eodē pacto. fæx aūt populi minus reos damnabit, captura nihil earū pœnarū. Amplius aūt cauſas publicas quàm paucis. ſemper facere, magnis pœnis propoſitis, abſterrētes eos, q temere aliqb. iudicij periculū creant: neq; .n. plebeios, ſed nobiles more habent in iudiciū uocare. Oportet aūt etiā reip. cunctos ciues maximè beneuolos eſſe: ſin, nō utiq; hoſtes ipſi reddere, qui ſummas opes habēt. Quia aūt nouiſſimi populi ſtatus multorū hominū ſunt, & arduū eſt colere conciones ſine mercede: hoc aūt ubi uectigalia nō ſunt, hoſtile eſt nobilib. a tributis.n. & publicatione bonorū neceſſe eſt prouenire ac iudicijs improbis: quę res multos iam populares ſtatus euertunt. Vbi igitur uectigalia nō ſunt, oportet paucas facere cōciones, & iudicia de multis qdē rebus, q̃ tū paucis dieb. fiāt. Hoc.n. ualet qdē, & ad id, ne diuites metuāt ſumtus, ſi merces opę poſitę in iudicādis litib. nō dēt copioſis: egētes aūt taceāt. Valet

ἜΣΤΙ δ' ἔργον τοῦ νομοθέτου καὶ τῶν βουλομένων συνιστάναι τινὰ τοιαύτην πολιτείαν, οὐ τὸ καταστῆσαι μέγιστον ἔργον, οὐδὲ μόνον ἕν, ἀλλ' ὅπως σώζηται μᾶλλον· μίαν γὰρ, ἢ δύο, ἢ τρεῖς ἡμέρας οὐ χαλεπὸν μεῖναι, πολιτευομένους ὁπωσοῦν. διὸ δεῖ περὶ ὧν τεθεώρηται πρότερον, τίνες σωτηρίαι καὶ φθοραὶ τῶν πολιτειῶν, ἐκ τούτων πειρᾶσθαι κατασκευάζειν τὴν ἀσφάλειαν· εὐλαβουμένους μὲν τὰ φθείροντα, τιθεμένους δὲ τοιούτους νόμους καὶ τοὺς ἀγράφους, καὶ τοὺς γεγραμμένους, οἳ περιλήψονται μάλιστα τὰ σώζοντα τὰς πολιτείας. καὶ μὴ νομίζειν τοῦτ' εἶναι δημοτικὸν, μηδ' ὀλιγαρχικὸν, ὃ ποιήσει τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα δημοκρατεῖσθαι, ἢ ὀλιγαρχεῖσθαι· ἀλλ' ὅ πλεῖστον χρόνον. οἱ δὲ νῦν δημαγωγοὶ, χαριζόμενοι τοῖς δήμοις, πολλὰ δημεύουσι διὰ τῶν δικαστηρίων. διὸ δεῖ πρὸς ταῦτα ἀντιπράττειν τοὺς κηδομένους τῆς πολιτείας, νομοθετοῦντας μηδὲν εἶναι δημόσιον τῶν καταδικαζομένων καὶ φερόντων πρὸς τὸ κοινὸν, ἀλλ' ἱερόν (οἱ μὲν γὰρ ἀδικοῦντες οὐδὲν ἧττον εὐλαβεῖς ἔσονται) ζημιώσονται γὰρ ὁμοίως. ὁ δ' ὄχλος ἧττον καταψηφιεῖται τῶν κρινομένων, λήψεσθαι μηθὲν μέλλων. ἔτι δὲ τὰς γινομένας δημοσίας δίκας, ὡς ὀλιγίστας ἀεὶ ποιεῖν, μεγάλοις ἐπιζημίοις τοὺς εἰκῆ γραφομένους κωλύοντας· οὐ γὰρ τοὺς δημοτικοὺς, ἀλλὰ τοὺς γνωρίμους εἰώθασιν εἰσάγειν. δεῖ δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ πάντας, μάλιστα μὲν εὔνους εἶναι τοὺς πολίτας· εἰ δὲ μὴ, μή τοι γε ὡς πολεμίους νομίζειν τοὺς κυρίους. ἐπεὶ δ' αἱ τελευταῖαι δημοκρατίαι πολυάνθρωποί τέ εἰσι, καὶ χαλεπὸν ἐκκλησιάζειν ἀμίσθους· τοῦτο δ' ὅπου προσόδους μὴ τυγχάνουσιν ἔχειν, πολέμιον τοῖς γνωρίμοις· ἀπό τε γὰρ εἰσφορᾶς καὶ δημεύσεως ἀναγκαῖον γίνεσθαι καὶ δικαστηρίων φαύλων, ἃ πολλὰς ἤδη δημοκρατίας ἀνέτρεψεν. ὅπου μὲν οὖν πρόσοδοι μὴ τυγχάνουσιν οὖσαι, δεῖ ποιεῖν ὀλίγας ἐκκλησίας, καὶ δικαστήρια πολλῶν μὲν, ὀλίγας δ' ἡμέρας· τοῦτο γὰρ φέρει μὲν καὶ πρὸς τὸ μὴ φοβεῖσθαι τοὺς πλουσίους τὰς δαπάνας, ἐὰν οἱ μὲν εὔποροι μὴ λαμβάνωσι δικαστικὸν, οἱ δ' ἄποροι φέρει

EST autem Scriptoris legum, & eorum, qui talem aliquā remp. adminiſtrandæ formam conſtituere uolūt, magnum opus, non eam conſtituiſſe, neque hoc unum ſolū eorum opus, ſed potius ut conſeruetur, uidere. nā eos diem unū, uel duos, uel tres manere, qui quauis reip. adminiſtratione utantur, nō difficile eſt. Quapropter quibus de rebus antè cognouimus ac diſputauimus, nēpe quæ res reipub. adminiſtrandæ formis ſint ſalutares, quæ peſtiferæ, ex his reb. oportet incolumitatem ac ſtabilitatem ſtudere comparare, ijs quidem, quæ interitum afferunt, uitatis: legibus uerò huiuſmodi et non ſcriptis & ſcriptis poſitis, quæ maximè complectentur res ciuitatibus et reipub. adminiſtrandæ formis ſalutares: neq; exiſtimare hoc eſſe populare, aut oligarchiæ proprium, quod maximè faciet, ut ciuitas populi aut paucorum imperio pareat, ſed quod ut diutiſſime pareat. At blandi iſti, qui nunc ſunt, populi ductores, & tribuni plebis, à populis gratiam mire ſtudentes, multa iudicijs publicant. Quapropter oportet eos, qui reip. curam gerūt, his obuiam ire, & contrarias actiones opponere, hoc lege ſancito, ne quid eorum, qui damnantur, et ad cōmune pertinent populi fiat, ſed conſecretur. Nam ita & ij, qui iniuſta facinora facient, nihilominus ſibi à peccando cauebunt: (æquè enim multabuntur:) & multitudo agreſtis atque impolita minus erit ad reos condēnandos facilis ac propenſa, utpote nihil lucrifactura. Præterea facere ut iudicia publica ſemper ſint pauciſſima et rariſſima, maximis pœnis in eos, qui falsò & temere alterum accuſabunt, conſtitutis. non enim humiles et populares homines, ſed nobiles & illuſtres uiros criminari, atq; in iudicium uocare ſolent. Oportet autem ciues omnes maximè quidē beneuolentiam in remp. cōferre: ſin minus, at certè eos, penes quos ſumma eſt poteſtas, hoſtium loco non ducere. Sed quoniā poſtremæ democratiæ hominū frequentia ac multitudine ſunt celebres, & cōciones frequētare, non accepta mercede, difficile eſt: (quod quidem ubi nulla ſunt publica uectigalia, nobilib. eſt inimicum atq; infeſtum: ex tributo.n. & publicatione bonorum, & iudicijs iniquis res conſumantur neceſſe eſt: quæ multas iam democratias euerterūt) ubi igitur uectigalia fortè non ſunt, conciones debent eſſe rariores: & iudicia multis quidem de rebus, ſed paucos dies. Hoc enim etiā ad hoc cōfert, ut ne diuites ſumptus extimeſcant, ſi locupletes quidem non accipiant iudicandi mercedem, egentes uerò accipiāt. Valet

Valet autem & ad illud, ut cauſæ exiſtimentur multò melius. copioſi .n. nolũt multos dies à proprijs rebus abeſſe: breue aũt tẽpus nõ recuſant. Vbi aũt ſunt uectigalia, nõ facere, quod nũc populares faciunt. Quæ namq; ſuperſunt, diuidũt: ſumũt autẽ ſimul, & rurſus egent ijſdẽ: perforatum enim eſt dolium mendicis huiuſcemodi auxiliũ. Sed decet uerè popularẽ uidere, ne plebs ualde prematur egeſtate: hoc enim cauſa eſt, ut ſtatus populi ſit prauus. Danda igitur opera, ut diuturna ſit ubertas. Quia aũt prodeſt hoc etiam copioſis ijs, quæ à uectigalib. proueniũt congeſtis, confertim ipſa tribuere oportet egẽtibus: maximè quidẽ, ſi quis poteſt tantum cogere, quantũ ad agellũ emendum ſatis eſt. Si aũt non, quod ad anſam quandã mercaturæ, uel culturæ agri accõmodatũ ſit. Et ſi non cũctis hoc tribui poteſt, ſaltem per tribus, & partem aliquam aliam uiciſsim tribuere: in hoc aũt ad neceſſarios cõgreſſus cõferre diuites mercedẽ, ſolutos à munerib. ſuperuacaneis. Huiuſcemodi aũt quodã modo Carthaginienſes remp. adminiſtrantes, amicũ habent populum: ſemper enim aliquos mittentes è populo ad oppida ſuę ditionis gubernanda, reddunt ipſos copioſos. Eſt aũt elegantiũ, ſapientium nobilium, ut diuidẽtes inter ſe egentes, & anſas ipſis dantes, cõuertant ad opera molienda. Bellè aũt ſe habet imitari etiam inſtituta Tarentinorũ: illi enim cõmunia bona ſua, quod ad uſum pertinet, facientes cũ egentib. beneuolẽ ſibi comparant multitudinem. Amplius aũt magiſtratus omnes fecerunt duplices: hos quidem ſuffragijs delectos, hos uerò ſorte ductos, ut populus particeps ſit: ſuffragijs aũt creatos, ut melius remp. gubernẽt. Licet aũt hoc facere, & eiuſdẽ magiſtratus partientes: hoc quidẽ ſorte ductos creare, hos aũt ſuffragijs. Quomodo igitur decet ſtatus populi fabricare, dictum eſt.

φέρει δὲ καὶ πρὸς τὸ κρίνεσθαι τὰς δίκας πολὺ βέλτιον· οἱ γὰρ εὔποροι, πολλὰς μὲν ἡμέρας οὐκ ἐθέλουσιν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀπεῖναι· βραχὺν δὲ χρόνον ἐθέλουσιν. ὅπου δ' εἰσὶ πρόσοδοι, μὴ ποιεῖν ὃ νῦν οἱ δημαγωγοὶ ποιοῦσι· τὰ γὰρ περιόντα νέμουσι· λαμβάνουσι δὲ ἅμα, καὶ πάλιν δέονται τῶν αὐτῶν· ὁ τετρημένος γάρ ἐστι πίθος ἡ τοιαύτη βοήθεια τοῖς ἀπόροις. ἀλλὰ δεῖ τὸν ἀληθινῶς δημοτικὸν, ὁρᾶν ὅπως τὸ πλῆθος μὴ λίαν ἄπορον ᾖ· τοῦτο γὰρ αἴτιον τοῦ μοχθηρὰν εἶναι τὴν δημοκρατίαν· τεχναστέον οὖν ὅπως ἂν εὐπορία γένοιτο χρόνιος. ἐπεὶ δὲ συμφέρει τοῦτο καὶ τοῖς εὐπόροις, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν προσόδων γινόμενα συναθροίζοντας, ἀθρόα χρὴ διανέμειν τοῖς ἀπόροις· μάλιστα μὲν εἴ τις δύναται τοσοῦτον ἀθροίζων, ὅσον εἰς γηδίου κτῆσιν· εἰ δὲ μὴ, πρὸς ἀφορμὴν ἐμπορίας καὶ γεωργίας. καὶ εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλὰς, ἤ τι μέρος ἕτερον ἐν μέρει διανέμειν· ἐν δὲ τούτῳ πρὸς τὰς ἀναγκαίας συνόδους τοὺς εὐπόρους εἰσφέρειν τὸν μισθὸν, ἀφειμένους τῶν ματαίων λειτουργιῶν. τοιοῦτον δέ τινα τρόπον Καρχηδόνιοι πολιτευόμενοι, φίλον κέκτηνται τὸν δῆμον· ἀεὶ γὰρ τινὰς ἐκπέμποντες τοῦ δήμου πρὸς τὰς περιοικίδας, ποιοῦσιν εὐπόρους. χαριέντων δ' ἐστὶ καὶ νοῦν ἐχόντων γνωρίμων, καὶ διαλαμβάνοντας τοὺς ἀπόρους, ἀφορμὰς μὲν διδόντας, τρέπειν ἐπ' ἐργασίας. καλῶς δ' ἔχει μιμεῖσθαι καὶ τὰ Ταραντίνων· ἐκεῖνοι γὰρ κοινὰ ποιοῦντες τὰ κτήματα τοῖς ἀπόροις ἐπὶ τὴν χρῆσιν, εὔνουν παρασκευάζουσι τὸ πλῆθος. ἔτι δὲ τὰς ἀρχὰς πάσας ἐποίησαν διττάς· τὰς μὲν αἱρετὰς, τὰς δὲ κληρωτάς. τὰς μὲν κληρωτὰς, ὅπως ὁ δῆμος αὐτῶν μετέχῃ· τὰς δ' αἱρετὰς, ἵνα πολιτεύωνται βέλτιον. ἔστι δὲ τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς μερίζοντας· τοὺς μὲν κληρωτοὺς, τοὺς δ' αἱρετούς. πῶς μὲν οὖν δεῖ τὰς δημοκρατίας κατασκευάζειν, εἴρηται.

Valet etiam ad hoc, ut res in iudiciũ deductæ melius iudicentur: locupletes enim multos dies à ſuis negotijs familiaribus abeſſe nolunt: breue tempus nõ nolunt. Vbi autem uectigalia ſunt, faciendum non eſt, quod faciunt nunc tribuni plebis, ſeu leues populi ductores. Nam quæ facta ſumptibus neceſſarijs ſuperant, populo diuidunt: ille autem ſimul & accipit, & rurſus eget iiſdẽ. eſt enim dolium pertuſum talis ad auxilium egentibus ferendum comparata largitio. Sed oportet eum, qui uere popularis eſt, ne multitudo ſit nimis egẽs, prouidere. hæc enim cauſa eſt, quare uitioſa ſit democratia. Excogitandum igitur aliquod artificiũ eſt, ut diuturna ſit copia rei familiaris. Quoniam autem hoc etiam diuitibus conducit, ea, quæ ex uectigalibus efficiuntur, oportet in unum congerenteis & coaceruãteis egentibus uniuerſa diuidere, maximè quidem ſi quis tantũ coaceruare poſsit, quantum ſatis ſit ad paruum agelli modum comparandum: ſin minus, [b] ut habeant facultatem & adiumenta mercaturæ faciendæ, atq; agriculturæ. Quòd ſi non poſsit fieri ut omnibus, ſaltem tributim, aut curiatim, aut per aliquam aliam ciuitatis partem uiciſsim diuidere. Atq; interea locupletes ad neceſſarios conuentus mercedem conferre debebũt, ab manibus ſumptuoſorum munerum functionibus liberi ac ſoluti. Tali autem quodammodo Carthagienſes rempublicam adminiſtrantes populi erga ſe beneuolentiam collegerunt. Semper enim cùm aliquos de plebe ad urbes circumpoſitas dimittũt, eos collocupletãt. Eſt autem hoc quoq; humanitate politorum & uenuſtorum, & cordatorum nobilium, egentibus inter ſe diſtributis ſuppeditare eis adiumẽta rei faciendæ, eosq; ad opus faciendum cohortari & excitare. Præclarum uerò eſt etiam Tarentinorum conſilia imitari. Illi enim iumentis & poſſeſsionibus cum egentibus ad uſum communicatis, multitudinis beneuolentiam ſibi comparant. Præterea magiſtratuum omniũ duo genera fecerunt, ut alij ſuffragio ſeu electione, alij ſortitione mandentur: ſortitione, ut plebs eorum ſit particeps: ſuffragio, ut melius ſua reſpublica adminiſtretur. Licet autem hoc facere etiam in eodem magiſtratu, partitione ita facta, ut alij cum ſortitione obtineãt, alij ſuffragio. Quomodo igitur democratiæ conſtituendæ ſint, expoſitum eſt.

COMMENTARIVS.

Eſt autem legulatoris.) Inſimulat quoſdam & legum ſcriptores, & fabros etiam conditoresque huiuſcemodi rerumpublicarum, qui ponebant omne ſuum ſtudium in augenda & ampla undique reddenda illa ſua republica, & in ea tantùm re omnes ſuos neruos contendebat, non ſuſcipientes aliquid curæ de uita & diuturnitate ipſius: cùm (ut oſtendi) hoc quoque fuerit officium ipſorum, magisque oportuerit eos in hoc laborare. nam quamuis reſpublica, infirma etiam ac uitioſa,

tioſa, breui ſpatio temporis manet: non tamen ipſe rempub. uppellauit, Sed homines, inquit, qui prauam rationem in illa regenda ſequerentur, ac multis modis peccarent. eodemq; pacto cùm exiguum tempus oſtendere uellet, certum quoddam ac definitum nominauit: quamuis ipſum illud minimè intelligeret, id eſt duos trésúe dies.]

Quare oportet) Admonet hoc, ut incidans in hanc culpam, quam reprehendit, conſtituantque rempublicam caducam ac fragilem, ut ipſi, quam condunt, in primis firmitatem comparent: quomodoque hoc obtineant, docet. Oportere enim, inquit, eos cauere, indeque amoliri cuncta, quæ perdere ipſam ualeant: contraque leges ferre, quæ complectantur, quæ ſalutem reipublicæ illi dent: cumque duorum generum leges ſint, & quæ literis proditæ ſunt, & quæ nullis ſcriptis continentur: ambo hæc genera colligenda eſſe ab illis, affirmat. Nam & à ſcriptis legibus, & à non ſcriptis magna ad hoc opus efficiendum præſidia capiuntur: ſe uerò de hac omni re antea diligenter diſputaſſe teſtatur, ut non poſſint obſcura eſſe, quæ conſeruant reſpublicas, & quæ extinguunt. feciſſe autem hoc ipſum in quinto horum librorum, notum eſt.

Et non arbitrari.) Hoc quoque quod nunc adiungit, ualet ad eripiendum errorem magnum ex animis illorum, qui falsò putabant, cuncta inſtituta eſſe utilia ſtatui multitudinis & dominationi paucorum, quæ uires augebant eorum ſtatuum, faciebantque ut illi magis cuncta ad arbitrium ſuum referrent, ſuique iuris eſſe cenſerent: illa enim ipſe tradit uerè popularia eſſe, & eodem pacto propria ſtatus paucorum, quæ faciunt ut longiore tempore ſtatus hi maneant. Sed de hoc etiam prius ab ipſo diſputatum eſt: diuturnitas enim in primis ſpectanda eſt, quæ illa ratione, quam non probat, ſæpe frangitur ac diſſipatur.

Qui autem nunc.) Cùm oſtendiſſet errare quoſdam, qui uidentur iuuare ſtatus populares, & illos etiam, in quibus diuites dominantur, reddereque ipſos magis tales: cùm tamen, ſi quis uerè exiſtimet, res aliter ſe habeat: tangit nonnulla eius generis, & quomodo ipſa uitari debeant docet: occurritque damnum his omnibus malis. Primùm igitur reprehendit, quòd rebus addere falsò putabatur ſtatui multitudinis, quia commoda populatium & utilitates procurabat, cùm illi fructus caperentur ex re, quæ origo ipſi ſineret exitij. inquit igitur: Qui nunc aucupantur gratiam multitudinis, ſtudentque in omnibus rebus ipſi placere, conſueuerunt bonam magnamque partem multarum, quibus in iudicijs ſontes puniuntur, publicare diuidereque multitudini. Quare, inquit, oportet hoc ſtudio ipſorum ſedulò reſiſtere, quibus curæ eſt reſpublica, uoluntque ipſam ſaluam eſſe. Quomodo autem id efficiatur, declarat. quo etiam è conſilio remedio quoque incommodi perſpicitur, cuiuſmodi malum fuerit, quod ex prauo illo inſtituto naſceretur. Occurrere igitur, inquit, illis oportet, legem ferendo, ne bona damnatorum diuidantur multitudini: nec illa pecunia in ærarium uertatur eorum, qui legibus damnati ſint, ſed omnem illam ſacram eſſe: ita enim inquit, lmprobi homines ſibi temperabunt ab iniuria facienda. non minus enim ſontes multabuntur, atque fieret, ſi pecunia, qua multantur, publica foret, ipſiſque diuidi deberet: & plebs tum conditaque turba minus prona erit ad reos omnes multandos, ſi nihil ad ſe peruenturum ſentiet illius pecuniæ. Notum etiam eſt, magiſtratus eos, quibus tribuitur pars aliqua multarum, duriores eſſe, ac uix poſſe illos inde allici (auaritia enim non ſinit eos uerè de cauſis exiſtimare) quiq; hoc primum inſtituêre, uoluerunt, mercedula illa captos iudices uſpectus de reis exiſtimare: aut non uidesunt, quantum poſſit auaritia in animis hominum labefactandis.

Amplius autem cauſas) Hoc quoque, quod nunc præcipit, ualet ad conſeruandas reſpublicas populares. Suadet enim ueris amatoribus ipſarum, ut ab illis depellant, quod ipſis ſæpe interitum adfert (id eſt, crebras cauſas publicas) conſuetudinemque creandi periculum iudicij aliquibus temerè ac ſine iuſta cauſa. nam cauſæ priuatæ nullum huiuſcemodi malum gignunt, quamuis frequentes ſint. Monſtrat autem, quomodo hoc obtineatur. iubet enim magnis grauibusque pœnis deterreri homines à falſis accuſationibus: urget id potiſſimum, quia delatores conſueuerunt uocare in iudicium, perſequique non tenues eiues, uiloſque è multitudine, ſed claros & illuſtres, à quibus iuuis, reipublicæ proficiſcuntur incommoda non parua. Quod ſignificat, addens oportere, qui rempublicam ſaluam uolunt, dare operam, ut cuncti ciues bene animati ſint erga ipſam. quod ſi impetrari non poteſt, ſaltem ne principes atri opulentique infenſi illi ſint. Confirmat aliquo modo ſententiam ſummi doctoris, qua dixit, intendi lites non popularibus obſcuriſque hominibus, ſed notis diuitibuſque: non illa Phormionis Terentiani, qui inquit,

Aliis aliunde eſt periculum, unde aliquid abradi poteſt,
Mihi ſciunt nihil eſſe.

Quæ autem nouiſſimi) Documentum quoque hoc eſt aptum ad tuendos eaſdem ſtatus, periculiſque, quæ ipſis impendent, liberandos antequam autem capiant remedia horum malorum, aperit fontem ipſorum. inquit igitur: Quia populares ſtatus poſtremi propinquique noſtræ huic ætati uim magnam mortalium continent: & præterea quia arduum eſt colere conciones, frequentesque illic cogi tenues homines ſine mercede: hoc autem ipſum, mercedem, inquam, dare tantæ multitudini, ubi uectigalia non ſunt publicique magni redditus, odioſum eſt, inimicumque diuitibus. Neceſſe enim eſt, inquit, pecunia hac ducatur ab illis, & eorum opimis patrimonijs. Tres autem rationes appellat exterquendæ à locupletibus pecuniæ: quarum prima eſt, cùm è priuato in publicum conferre coguntur. ſecunda, cùm cogitur pecunia è publicatione bonorum eorundem. tertia, cùm iudicia deteriùs adminiſtrantur. Puto autem intelligi debere, quod ipſe ſuprà reprehendit, cùm multæ eorum qui legibus damnati fuerint, ad ærarium deferuntur. Ponens uerò ante oculos, quantopere hoc cauendum ſit, addit: Quæ conſilia ſcilicet mala inſtitutaque multas iam euertunt reſpublicas. Inquitur autem de rebuſpub. tanquam de nauibus, quæ inſcitia malorum gubernatorum euertuntur.

Vbi igitur uectigalia) Monſtrat unam uiam uitandorum horum periculorum, à principioque aditum ipſis obſtruendorum, ne in ciuitatem irrumpant. Vbi igitur, inquit, uectigalia magna non ſunt, nec poſſunt ſolui mercedes coeuntibus concionas ſine odio locupletium, perniciequé fortunarum ipſorum: oportet paucas conciones inſtituere, iudiciaque itidem pauca: in quibus tamen multæ lites tractentur, æquaque diſceptentur, id eſt interuallo eædem paucorum dierum abſoluantur. Quæ uerò bona naſcantur ex hac lege, declarat, dum autem exponit. Primùm eorum eſt, quòd ita locupletes non reformidabunt ſumptus publicos: ſi, qui patrimonium habent, non capient mercedem ſuæ operæ, poſitæ in cauſis iudicandis, ſed pauperes tantùm. Alterum autem, quòd cauſæ melius iudicabuntur, ſi rara ſcilicet uiq; infrequentia iudicia fiant: quia diuites præſto ipſis erunt, quod non contingeret, ſi crebra forent. neq; enim illi in rem intentibus pluribus diebus abeſſe uolunt à cura rerum ſuarum, breui autem ſpatio temporis ſe inde abduci æquo animo patiuntur.

Vbi autem ſunt.) Reſpondet hoc ſuperiori parti, quo docuit, quid conſilij capiendum ſit ad hanc rem ordine gerendam in ea ciuitate, cuius nulla ſunt uectigalia: contrà enim, inquit, ubi ſunt publici redditus magni, nullo modo committere decet, quòd hac ætate faciunt fautores multitudinis, neque ſequi conſuetudinem illorum. Illi namque diuidunt multitudini, quicquid ſupereſt neceſſarijs ſumptibus: qui autem tenui hac pecunia ſubleuantur, non multò poſt eſuriunt (neque enim ſatis eſt egeſtati eorum explendæ minuta hæc largitio) eodemque facto uectigalia, quæ duris temporibus reipublicæ opportuna forent, diſſipantur. Cùm autem iam oſtendiſſet peſſimum horum conſilium, qui, ut aucupentur amorem multitudinis, diuidunt ipſi pecuniam publicam: ſacerè accuſauit auaritiam eorundem, dicens, Simulque capiunt. eſt enim profectò hæc uox huc inculcata ad eos undique uituperandos. Nam oratores ſultos aiguè diuidere pecuniam populo, ſibi autem largiter ſumere: urbana uoce ſimilique ualde ad rem illuſtrandam apta, ſignificauit Demosthenes: ut memoriæ prodidit noſter hic author in quarto libro de Arte dicendi, ubi exempla multa lepidarum urbanarumq; uocum poſuit. Vae autem pertuſarum, prouerbium eſſe, omnes norunt: cuius meminit etiam Plato in Gorgia, cùm & ipſe impleri non poſſe ſatiariq;, de quo loquebatur, declararet. Idem etiam intellexiſſe Lucretium, apertum eſt, cùm cecinit:

Hoc ut opinor, id eſt æuo florente puellas, *Quod memorant laticem pertuſum congerere in uas,*
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.

Huic autem, quod admonui, Ariſtotelem huc reſpexiſſe, dum reprehenderet falſos amatores multitudinis, aptum ad eos auaritiæ inſimulandos: par eſt aliquo modo illud M. Tullij pro M. Marcello breuiter & ipſum prolatum: & maximè in me ipſo. etſi inculcatum eſt ad ornandum C. Cæſarem, manſuetudinemq; illius magis oſtendendam: non ut hoc ad improbos illos ciues uulnerandos. totus locus hic eſt. Intellectum enim eſt, mihi quidem in multis: & maximè in me ipſo, ſed paulò antè omnibus. & quæ ſequuntur.

Sed decet ueré.) Quod officium ſit eorum, qui uerè populares ſunt, non uerbatenus, exponit, cuiuſmodi eſſe teſtatur ſuperiores illos. Debere igitur, dicit, ſtudioſum multitudinis uidere, ne ipſa ualdè egeat: incumbereque toto animo in hanc

curam

curent, ne nimis tenues fortunæ ipſi efficiantur. neque enim facile eſt, poſtquam multi exinaniti ſunt, conſenueruntque mendicitatis fecti, depellere ab ipſis miſeram illam conditionem. Cur autem tantopere huic rei accurrendum ſit, aperit, quid mali inde naſcatur ſignificans. Eſt autem illud, quia ita reipublica corrumpitur: nec poteſt ullo pacto uirtutem colere ciuitas, quæ tam egentes ciues habet. Hortatur igitur principes & qui amant rempublicam, ut omnia moliantur ad tuendam ubertatem in ciuitate idonea, nec ſtudeant, ut breui tantùm tempore ciues abundent, longo uerò eſuriant: ut uſu ueniebat ex conſilio, quod reprehendit. Inueniri autem in rebuſpublicis non paucos, qui, cùm ſe dicant eſſe populares defenſoreſque utilitatum multitudinis, nullam partem huius laudis attingunt, exploratum eſt: ſi popularem hominem capimus, ut capi debere ſignificat Ariſtoteles. in quo etiam M. Cicero ioeatus eſt, cùm in defenſione P. Seſtij L. Gellium, nouorum hominem, multis contumelijs necaret, qui ſe talem profitebatur. inquit igitur: Eſt enim homo iſte populo Rom. deditus, nihil uidi magis: qui, cùm eius adoleſcentia in amplisſimis honoribus ſummi uiri L. Philippi uitrici florere potuiſſet, uſque eò non fuit popularis, ut bona ſolus comeſſet.

Quæ autem.) Quæ uerior ſit liberalitas docet, undeq; maior fructus capiatur: atque id, quia eſt utile reipublicæ, obſtat aditum mendicitati: & præterea prodeſt locupletibus hoc inſtitutum, non tantùm pauperibus, qui ita iuuantur. Prodeſt autem, quia non coguntur cùm damno ſuarum fortunarum opitulari penuriæ tenuiorum. Suadet igitur, ut uectigalia, quæ ſuperſunt, diuidantur ſanè pauperibus, ſed non eodem modo, quo antea, ea de cauſa, quam dixit: uerùm conferantur, cùm paulatim coacta fuerint, quæ abundant, & quaſi aceruus quidam ex ipſis factus, ac tanta denique pecunia collecta (ſi hoc effici poteſt) ut agellum ipſa ſinguli pauperes emant. Quòd ſi ad ſummam hanc peruenire non poteſt, ſaltè ut plebs petat ipſa, quod aliquid ualeat ad domum inſtruendam, aut ſtudium agri colendi ornandum. Cauſas, quas ordere mihi licuit, & ſcripti & excuſi libri legunt, *ἀφορμὰς* uetus tamen ipſe translator perſpicitur ſuo in exemplari ſcriptum habuiſſe, *ἐμπορίας.* uertit enim, Negotiationis: quod ſecutos etiam apparet Aretinum & Sepulvedam, qui reddiderunt Mercaturam: & ſanè mihi magis conuenire uidetur huic loco ſententiæ huius uerbi. quomodo enim tam minuta pecunia ſubitò perducere poteſt à mendicitate ad copiam bonorum & ubertatem, cùm contrà pauperes non pauci ſoleant, ſi induſtrij ſunt, non magna ui nummorum tenuem mercaturam exercere, atque inde non contemnendos quæſtos facere, crebrò commeantes uales illas eſcas. cui mittenda plerunq; ſe dant noſtri famuli, poſtquam à mercedula ſua aliquot annorum coegeſta, peculium modicum confecerunt. Nam quod *γεωργία* dixit *ἀγροὺς γεωργικούς*, ſimile eſt hoc Terentianum illud: *Agelli ſi hic ſub urbe paululum, quod locitas foras, Hunc demus, qui fruatur.* Venerat mihi olim in mentem, rectius factuos dominos prædiorum, qui poſſunt, ſi ſuis agricolis in ipſis alendis tantum opis ferrent, ut non abſumpto omni peculio, deſerere opera ruſtica cogerentur, potiùsque mendicare potius, quàm poſtea ipſi ad mendicitatem perducti, quod edere debe, aut nummulos paucos dilargiri: quia genus hoc hominum, ſimul ſemel ſeductum eſt ſuis illis tenuibus bonis, nunquam ad ſtudium ſuum reuertitur: præterquam quòd ita efficiunt hyeme, & frigore etiam premuntur, ut pauci euadant. Adiungi poteſt, quòd inertiores fiunt, maluntque reliquo tempore miſeriam illam otiam colere, quàm ad laborem ferendum, qui magnus eſt in glebis ſubigendis, redire. Neque tamen ullam in partem reprehendo eos, qui humaniter hac utuntur: ſed totiùm quam meliorem ſubleuandi ipſos rationem utramq; eſſe putem, ſecutus iudicium doctoris noſtri oſtendo. nam hoc quoque, etſi minor res eſt, ad ſe intereſt reipublicæ tueri conditionem illorum, qui tantopere nobis utiles ſunt, & in continuatibus laboribus ætatem degunt, commodis noſtris ſeruientes.

Etſi non cumulus.) Alterum hoc eſt, quò deſcendit, ſi primum illud non obtineatur, ne tanta ſcilicet pecunia uno tempore tenuibus detur, ut emant agellum: prius enim fuit, quod modò expoſui. Vt autem minus illic, quod paraodum fuit, quia minor pecunia ſuppetebat: ita hic illos, quibus diuidenda eſt, quia tanta ea non erat, ut per capita diſtribueretur. Velit igitur, ut tributim diuidatur: uel ſi etiam opus ſit, per minores partitiones ciuitatis, quales Athenis erant phratriæ: quarum unaquæque tertia pars erat tribus. uel etiam minutiora quaſi membra.

In hoc autem.) Quæ commoda in pauperes conferenda uique ad hunc locum docuit, è publico (ut opinor) uectigalibuſq; ciuitatis, ſine damno ullo locupletium ... ſciebantur: nunc uerò tradere uidetur, quæ ducuntur ex eorum bonis, offendunt que animos diuitum. Quæ enim ... illa onere eſſe uult, & rebus neceſſarijs temporibusque ſeruari: non quemadmodum tunc fiebat, ſeruire ludis ac ſpectaculis, unde uerus nullus fructus à ciuitate capiebatur. ex bonis autem diuitum ſumi aliquid, quod inſtruere conuenit, quos dicit, neceſſarios. quia ſine illis adminiſtrari reſpublica non poſſet, æquiore animo ab ipſis ferendum erat.

Huiuſcemodi autem.) Confirmat, quod præcepit exemplo. Commemorat enim, Carthaginenſes, indulgentes multitudini, ſubleuanteſq; ac tenuitatem ipſius, amicam ſibi beneuolamque illam reddere, quæ aliter infenſa diuitibus, clauumque reipublicæ tenentibus fuiſſet, ut natura plebis eſt. Vigebat autem ætate noſtri doctoris reſpub. ille, opulentaq; admodum erat, non tamen eadem illic omnino diuitum ... ue ciuitate liberalitas erat erga pauperes ciues, cum hæc, quam tradit hoc loco Ariſtoteles: ut ipſi noſtri etiam indicet, qui inquit, *τινὰς ἀεὶ τῶν*, non *ὄντων*. ſed res etiam ipſa expoſita hoc declarat: neque enim principes Carthaginienſium partem aliquam publicorum ſiue priuatorum ſuarum fortunarum plebem iuuabant, ſed pauperibus ciuibus poteſtatem faciebant cogendæ pecuniæ patrimonijque conſtituendi, mittentes ipſos ad populos regendos, qui parebant eorum imperio, unde ipſi poſtea locupletes domum redibant. Hannibal quoque, ſuis domi clarus, fertur fuiſſe popularis, & cùm eis poſcebat, non neceſſe eſt principum eius ciuitatis animos offendere, ut plebem ſubleuaret. Duo magna indicia huius ipſius uoluntatis commemorat T. Liuius: quorum alterum eſt, quòd narrat, uectigalia publica dilapſa tunc fuiſſe, partim negligentia, partim raptione & furtis principum quorundam & magiſtratuum ... publico malo ille non ſine proprijs ſimultatibus remedium inuenit. Principes enim ipſi iram, ob ereptam ſibi e faucibus pecuniam, ſtuduerunt ut periculum haberet aut mortis, aut exilij crearetur à Romanis, neq; enim ferunt, qui diuidere ſi publicam pecuniam aſſueti ſunt, facultatem eius prædæ ſibi eripi. Incidit etiam in idem malum Athenis Ephialtes, qui ... reddidit ſibi inimicos eadem de cauſa partem magnam principum ciuitatis. cum ſedulò poſceret rationem ab ipſis rerum publicè adminiſtratarum, perſequereturque iudicijs aſperè omnes, qui populum offendiſſent. quare ab inimicis ſtructis ipſi inſidijs clàm ſublatus eſt. Ariſtotelem hunc exitum Ephialtis tuliſſe memoriæ prodidit, teſtante hoc Plutarcho.

Eſt autem elegantum.) Hoc facit ad Carthaginenſium conſilium laudandum, & cæteros claros in ciuitatibus uiros excitandum ad eos imitandos. Dicit enim, officium eſſe politicorum hominum nobilium, qui ſapientes ſunt, fouere pauperes, adminiculique ipſis aliquid dare: atque ita illos inſtructos ad agrum colendum, artemue aliquam exercendam conuertere. quod ſine ope locupletium, carentes omnibus bonis tenues ciues commode præſtare non poterant. Hoc uere ſecit Philippus Horatianus (ni errer putatis in epiſtola quadam) Vulterio Menæ: niſi quod ludendi cauſa, non uere iuuandi hominem, tenuitatemque ipſius ſubleuandi, id fecit. nam, quòd hortatur locupletes Ariſtoteles, qui in manu ſua rempub. habeant, iubetque ipſos *ἀφορμὰς διδόναι* pauperibus, *τρέπειν* ipſos *ἐπ' ἐργασίαν* uelet profectò, quod ille inquit,

Dum ſeptem donat ſeſtertia, mutua ſeptem Promittit: perſuadet uti mercetur agellum.

Belle autem.) Alterum hoc exemplum eſt, quo conſilium ſuum confirmat. rectè namque facturos, qui rempub. regunt, dicit, ſi induxerint in animum imitari modos inſtitutaque Tarentinorum. illi enim quoque amicam plebem habebant, beneficijsque in ipſam collatis, animum eius ſibi deuinciebant. Duas autem rationes exponit, quibus hoc quod ualde arduum eſt, obtinerent. Prius eorum eſt, quòd prædia ſua cæteraq; bona, communia eſſe ſecum patiebantur ex plebe hominibus, quod ad uſum pertinet: mancipium enim ſibi reſeruabant. quare & ſeruus, & ueſtimenta, & quæ diuitum conceſſum illic erat uti pauperibus, perinde atque ipſi ea emiſſent, pecuniaq; ſua ſibi paraſſent. Cimon etiam Athenis eodem pacto liberalis erat erga Laciadas, tribules ſuos, ſi non omnes Athenienſes.

Amplius autem.) Alterum hoc fuit eorundem inſtitutum, quod ſimul & conciliandis animis pauperum locupletibus, & reipublicæ bene adminiſtrandæ accommodatum erat. Inquit igitur, ipſos diuiſiſſe cunctos magiſtratus ita, ut quidam ipſorum ſuffragijs crearentur, quidam uerò ſorte ducerentur. illi, in quibus ſors dominabatur, perueniebant crebrò ad tenues obſcuroſque ciues, quibus hominibus imperium nunquam ſuffragijs datum foret: qui deligebantur ſemper ad prudentiores ac meliores. neque enim magno conſenſu reipublicæ gubernandæ præponuntur minimè probati & ſpectati ciues. Addit auctor, eadem hoc impetrare poſſe alio pacto, quæ illi diuiſione magiſtratuum adipiſci conabantur, ut ſcilicet non certam-

ri tantùm magiſtratus facere docerentur, atq; ita concederentur plebi: ſed cuncti, non tota tamen, ſed dimidiati, aut ex alia minori parte, prout ſorti miſſum fuiſſet, cùm per ipſorum ſuffragia crearetur. Ita enim quoq; cogebantur ſtatum illum ciuitatis amare pauperes, cuius honorũ ipſi etiam participes forent, nec paterent ſecile reſp. nocere: anerceb entur enim eorum praue deſiderie auctoritate clarorum ciuium, eorũdem magiſtratuum ſociorum, qui etiam uſu rerũ & conſilio ſuo maiore auctores erant minus peritis meliorum deliberationũ. In extremo (ut ſolet) teſtatur ſe abſoluiſſe quod ſibi explicandum propoſuerat id eſt, docuiſſe, quomodo decet populares ſtatus fabricare.

a In libr. uulg. uox [illegible] poſt uerbum [illegible], ſuperuacanea eſt, atq; iccirco delenda.

b Legendum, [illegible]. nam libr. uulg. mendoſe habent, [illegible].

CAPVT VI.

FErmè aũt & quomodo decet, quæ ad paucorum dominatus faciunt, manifeſtũ eſt: è contrarijs enim oportet colligere ſingulos paucorum dominatus ad contrarium ſtatum populi referentem. Bene temperatarum maximè paucorũ dominatum, & primum: hic autẽ eſt, qui propè uocatam rempublicam eſt, quam decet cenſus diuidere, hos quidẽ minores, hos autem maiores efficiẽtes. Minores quidem, unde neceſſariorum magiſtratuum communicabunt: maiores autem, unde magis ratorum: atq; ei qui peruenit ad cenſum, licere participi eſſe reipublicæ, tantum inducente populo numerũ per cenſum, cum quo firmiores erunt illis, q participes nõ ſunt. Semper autẽ oportet aſciſcere è meliore populo ſocios reipublicæ: pariter autem & continentem paucorum dominatum intendentes paruum oportet fabricare. Illi autem qui oppoſitus eſt poſtremo ſtatui populari, quiq; eſt maximè uiolentus & tyrannicus paucorum dominatũm: quanto peſsimus eſt, tanto plurima eget cuſtodia. Quemadmodum enim corpora bene conſtituta ad ualetudinẽ, & naues bene inſtructæ nautis ad nauigandum, plura errata ſuſtinent, ut non pereant ſuo uitio: quę autem corpora ualetudinaria ſunt, & naues parum firmæ, quæq; nactæ ſunt malos nautas, ne puſilla quidem ferre poſſunt errata: ſic & rerumpublicarum peſsimæ plurima egent cuſtodia. Status igitur populi omnino multitudo hominum conſeruat. hoc enim opponitur iuſto, quod dignitate conſtat: paucorum autem dominatum perſpicuum eſt contrà oportere ſalutem adipiſci à modeſtia.

ΣΧΕΔΟ`Ν δὲ καὶ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας πῶς δεῖ, φανερὸν ἐκ τούτων. ἐκ τῶν ἐναντίων γὰρ δεῖ συνάγειν ἑκάστην ὀλιγαρχίαν πρὸς τὴν ἐναντίαν δημοκρατίαν ἀναλογιζόμενον. τὴν μὲν εὔκρατον μάλιστα τῶν ὀλιγαρχιῶν καὶ πρώτην· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ σύνεγγυς τῇ καλουμένῃ πολιτείᾳ, ᾗ δεῖ τὰ τιμήματα διαιρεῖν, τὰ μὲν ἐλάττω, τὰ δὲ μείζω ποιοῦντας. ἐλάττω μὲν ἀφ' ὧν τῶν ἀναγκαίων μεθέξουσιν ἀρχῶν, μείζω δ' ἀφ' ὧν τῶν κυριωτέρων. τῷ τε κτωμένῳ τὸ τίμημα μετέχειν ἐξεῖναι τῆς πολιτείας. τοσοῦτον εἰσαγομένους τοῦ δήμου πλῆθος διὰ τοῦ τιμήματος, μεθ' οὗ κρείττονες ἔσονται τῶν μὴ μετεχόντων. ἀεὶ δὲ δεῖ περιλαμβάνειν ἐκ τοῦ βελτίονος δήμου τοὺς κοινωνοὺς. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν ἐπιτείνοντας δεῖ μικρὸν κατασκευάζειν. τῇ δ' ἀντικειμένῃ τῇ τελευταίᾳ δημοκρατίᾳ, τῇ δυναστικωτάτῃ καὶ τυραννικωτάτῃ τῶν ὀλιγαρχιῶν· ὅσῳπερ χειρίστη, τοσούτῳ δεῖ πλείονος φυλακῆς. ὥσπερ γὰρ τὰ μὲν σώματα εὖ διακείμενα πρὸς ὑγίειαν, καὶ πλοῖα τὰ πρὸς ναυτιλίαν καλῶς ἔχοντα τοῖς πλωτῆρσιν, ἐπιδέχεται πλείους ἁμαρτίας, ὥστε μὴ φθείρεσθαι δι' αὐτάς· τὰ δὲ νοσερῶς ἔχοντα τῶν σωμάτων, καὶ τὰ τῶν πλοίων ἐκλελυμένα, καὶ πλωτήρων τετυχηκότα φαύλων, οὐδὲ τὰς μικρὰς δύναται φέρειν ἁμαρτίας· οὕτω καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ χείρισται πλείστης δέονται φυλακῆς. τὰς μὲν οὖν δημοκρατίας ὅλως ἡ πολυανθρωπία σώζει. τοῦτο γὰρ ἀντίκειται πρὸς τὸ δίκαιον τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν· τὴν δ' ὀλιγαρχίαν, δῆλον ὅτι τοὐναντίον ὑπὸ τῆς εὐταξίας δεῖ τυγχάνειν τῆς σωτηρίας.

QVomodo autem etiam oligarchiæ conſtituendæ ſint, ex his ferè intelligere licet. Oportet enim ex contrarijs colligere, unaquaq; oligarchia ad contrariam democratiam ſpectata & relata: ea quidem, quæ oligarchiarum temperatiſsima & prima eſt, [a] *ad optimam democratiam & primam. hæc autem eſt ea, quæ ei reipub. adminiſtrandæ formæ, quæ communi nomine ſic appellatur, finitima eſt:* [b] *in qua cenſus ita diuidendi ac diſtinguendi ſunt, ut alij minores fiant, alij maiores. minores, ex quibus ciues neceſſarios magiſtratus obtinebunt: maiores, ex quibus ampliores, & maiorum rerum in ciuitate compotes: & ei, qui cenſum habet, licere oportet ad rempub. adminiſtrandam accedere, tanta populi multitudine per cenſum ad reſpub adminiſtrationem introducta, ut ea recepta potentiores ac ſuperiores ſint ijs, qui reſpub. adminiſtrationis ſunt participes, quàm qui non ſunt. Semper autem ex meliore populo reipub. adminiſtrandæ ſocij aſſumendi ſunt. Atque oligarchiam huic primæ proximam oportet paulum intendendo ſimiliter conſtituere. Ea autem, quæ democratiæ ultimæ contraria eſt oligarchia, quæq́; dynaſtarum potentatus & tyrannidi ſimillima & maximè finitima eſt: quãto eſt peſſima, tanto maximam & plurimam cautionem cuſtodiamq́; deſiderat. Quemadmodum enim corpora bene conſtituta, & ad bonam ualetudinem probè conformata: & nauigia ad nauigationem apposita & opportuna, bonisq́; nautis inſtructa, plura peccata recipiunt ſine interitionis periculo per ſe: corpora uerò morboſa, & nauigia fatiſcentia, & malos nautas conſecuta, nè parua quidem errata ferre poſſunt: ita & eæ reipublicæ adminiſtrandæ formæ, quæ deterrimæ ſunt, plurimam cautionem requirunt. Vniuersè igitur democratias hominum ubertas & copia tuetur & conſeruat. hoc enim ei iuri, quod ex dignitate eſt, opponitur: oligarchiæ uerò contrà perſpicuum eſt in rectis ordinis deſcriptione bonáque ordinatione ſalutem eſſe poſitam.*

COMMENTARIVS.

Fermè autem.) Cùm tradidiſſet rationes condendarum rerumpublicarũ, quæ à multitudine reguntur, oporteretq; oſtendere, quomodo deceret conformare eas, in quibus pauci diuites dominentur: inquit, perſpicuum fermè eſſe ex ijs quæ iam explicata ſunt, quomodo ipſas quoq, fabricare conueniat, cùm è regione poſitæ hæ reſpublicæ inter ſe ſint,

& ut communiter hæ reſpublicæ illi: ita ſingillatim unaquæq; barum ei quæ à multitudine adminiſtrata, proportione reſpondet ipſi. Nam quod debere affirmat, eos qui ſuſcipiunt hanc curam, συνάγειν, id eſt colligere & componere ipſas ex illis: apte eo uerbo uſus eſt. multa enim ſunt contrarij ſtatus, ex quorum contrarijs reſpondentibus illis (ut docuit) fingendæ ſunt reſpublicæ paucorũ, cùm ipſa coacta fuerint, & in unũ quaſi corpus collata. Ἀναλογιζόμενον, quod inquit, uidetur oſtendere modum, quẽ ſeruare debet, qui fungitur hoc munere. ſimilitudinem enim ſequi illum debere, hoc uerbo declarat, ac uidere hoc pacto, quid contrario ſtatui cõueniat. In II. libro de Cœlo, quo loco tradit, quod placeret Pythagoreis, uideri quoq; alijs multis poſſe, ſequentibus rationem quandã atq; argumentum, non ſpectantibus, quæ apparent, ignem, non terram ſitam eſſe in medio ſummæ: ualet idem hoc uerbum, rationem ducere atque æſtimare. ita autẽ locutus eſt, cũ argumẽtũ id expoſuiſſet: ἔτι δὲ πολλοῖς ἂν ἑτέροις συνδόξειε, μὴ δεῖν τῇ γῇ τὴν τοῦ μέσου χώραν ἀποδιδόναι, τὸ πιστὸν οὐκ ἐκ τῶν φαινομένων ἀθροῦσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τῶν λόγων ἀναλογιζόμενοι, ... τὰ μετὰ πάσης τῆς σφαίρας ...

Bene temperatum.) Docet, quomodo conſtituenda ſit maximè temperata moderataq; reſpublica paucorũ, & quæ merito principem locum in illis obtineat. Antequam autem tradat, ex quibus componatur, aperit bonitatẽ ipſius: eſſeq; ipſam dicit, quæ propinqua uicinaq; eſt admodum ſtatui illi ciuitatis, qui communi nomine omnium rerumpublicarũ Reſp. appellatur, cum ſtatuq; multitudinis ſimilitudinẽ multam habet: non omnino tamen, ſed cum meliore tantùm atque abſolutiore. quare proportione uult hunc paucorũ ſtatum ipſi reſpondere: etſi primò ipſos omnes conformandos eſſe dixerat ex inſtitutis, acceptiſq; popularibus rebuſpublicis, proportioneq; ipſis reſpondentibus. Primũ autem quod ponit, eſt, cùm iam incœpiſſet hunc præter cæteros probatũ ſtatũ paucorum ædificare: quòd ipſi fingendi opus eſſe inquit, cẽſus ciuium diuidere, partimq; ipſorum maiores, partim minores facere. id eſt, diſtinguere ita illos, & ſeorſum ponere, atque ex minoribus cenſibus creare magiſtratus tenuiores, quos ipſe neceſſarios uocat: quia ſine illis curis, etſi humiles ſunt, ciuitas non manet. non enim aliã ullam laudẽ in ſe habent. Maiores autem cenſus eſſe dicit, ex quibus id eſt commendatione quorũ, qui eos poſſederint, participes erunt magiſtratuum grauiorum, quorũq; iudicia ſiunt magis rata. Hoc unũ iam eſt, primumq; eorũ quæ ſumi uult ex contraria republica, ad conſtituendam hanc ipſam, quam quomodo fingi debeat, oſtendit. Alterum eſt, quod nunc adiungit, uultq; itidẽ transferri inde huc: quòd legem figi iubet, ut quicunq; peruenerit ad eũ cenſum, aucto aliqua ratione patrimonio, poſsit, ſi uelit, particeps eſſe publicorũ honorum, neq; præterea neceſſe ipſi ſit comprobari ſententijs ueterum ciuium. Hortatur autem paucos illos, qui illic dominantur, ut inducant in ſuum ordinem ac locum totè plebe popularibuſq; hominibus, ut cùm ipſi meliores firmioreſq; ſint illis, qui eius dominatus participes non ſunt, ſed lege inde eijciuntur: ne nimium delectati poteſtate illa ſua, tot inde exturbent, ut ipſam diutius tueri non ualeant. qui enim expertes ſunt eius, inimici ipſorũ ſunt, & inſidiantur toto animo illis. Addit autem, quod ad eoſdem erudiendos & ipſum pertinet, ut poſtquam ſumere coguntur è populo aliquos, ſuoq; ordini adiungere: accipiãt ipſos è meliore populo, deligantq; politiores. ita enim ſocijs ſui muneris utentur elegantioribus uiris.

Pariter autem) Oſtendit, quæ ratio ſit cæterarum dominationũ ſtabiliendarum: neq; tamen ſingillatim cunctas attingit, ſed unum tantùm præcipit, quod in ipſis ædificandis ſeruandum ſit. Fit autem illud, ut contendãtur, magiſq; aleſcant. erunt igitur omnes deteriores prima, quæ expoſita eſt. quantoq; magis ab ea diſtabunt, tanto peiores erunt. Cùm enim hic ſtatus ſemper uitioſus ſit, quanto magis uis eius naturaq; augetur: tanto magis creſcit uitium. ſecũdus igitur primo peior eſt, tertius ſecundo. eademq; ratio illius qui ſequitur, id eſt quarti, eſt. contenduntur autẽ omnes, cùm numerus dominantium minuitur, cenſuſq; creſcit quæ cẽſus amplificatio cauſa eſt, ut participes dominatus pauciores fiant. aliqui enim, qui antea tantum patrimonij habebant ut illic peruenirent ad honores, aucto cenſu & quaſi mutata aſtrictaq; quaſi regula ipſius, inde excluduntur. Cùm modum igitur omnium condendorum aperuiſſet, in quarto ultimoq; perpendẽdo manet, qui peſsimus eſt omniũ: quod in primo fecerat, duob. qui in medio ſunt, relictis.

Illi autem.) Quartum dominatũ (is enim eſt, qui opponitur poſtremæ reip. populari) egere dicit maiore præſidio, nec poſſe diu ſaluum & incolumem eſſe, niſi diligẽter cuſtodiatur: aperit autem uitium ipſius, notatq;, antequã abſoluat, quod de illo præcipere uult. non potuit enim magis ipſum infamare, quàm fecit, dicens ipſum maximè imitari mores & inſtituta dynaſtarum ac tyrannorum: quos notum eſt, omnia ad poteſtatẽ ſuam reuocare. Dynaſtæ namq; uocantur, qui ſummam poteſtatẽ in aliqua ciuitate genteq; habent, principeſq; demũ illic uiri ſunt, δυναστείας; ipſos & principatus, ut ipſe hoc uerbo uſus eſt in principio octaui libri de Moribus ad Nicomachum: tyrannorũ tamen nomẽ magis odioſum eſt magiſq; iniuſtum imperium ſignificat.

Quemadmodum enim.) Vtitur duobus ſimilibus ad conſtituendum atq; illuſtrandũ, quod dixit: quorum prius ductum eſt à natura, poſterius uerò ab arte itaq; ponunt egregiè rem ante oculos. Inquit igitur, Vt corpora firma beneq; cõſtituta ad tuendam ualetudinem. & nauigia, quæ belle ſe habent ad curſum faciendum, inſtructaq; ſunt nautis, ſuſtinent plura errata, reſiſtuntq; illis, ne corrumpantur impetu ipſorũ contra autem, quæ prona ſunt ad morbos corpora, & nauigia itidẽ diſſoluta, & quæ malos nautas nacta ſunt, ne puſilla quidẽ peccata ferunt: eodem pacto reſpublicæ peſsimæ, quæq; aſſines ſunt maximis culpis, plurimum ſtudium diligentiamq; requirunt, ut ſtatum illum imbecillum diutius tueantur.

Statim igitur) Indicat, quæ ſint remedia idonea his malis propulſandis: præcipitq; in uniuerſum de ambobus hic, contrarijs inter ſe, ſtatibus Status igitur populares affirmat, multitudinem ciuiũ tueri, augeriq; debere numerũ eorũ qui roboris aliquid ipſis afferre poſſunt. hoc enim ipſum tradit, ualere multũ contra ius eorum, qui arbitrantur ſpectari oportere in honoribus mandandis dignitatem, fretiq; illa ſe potiſsimum debere putant clauum reip. tenere. Dubiũ autem non eſſe dicit, quin contra dominatus paucorũ expectare debeat ſalutẽ diuturnitatemq; à modeſtia. Si namq; ſibi temperauerint, qui ſummum illic poteſtatem habent, nec abuti imperio uoluerint: poſſe & ipſos dominatum illũ ſuum, alioqui infirmum & fragilem, prorogare.

a ... τῶν βελτιόνων ... ἀγαθῶν. hoc totum deſideratur in libr. uulg.
b ἐν ἧ ... præpoſitio ἐν deſideratur in lib. uulgatis.

CAPVT VII.

QVia autem quatuor quidem ſunt partes maxime multitudinis, agricolæ, opifices, forenſes, operarij: quatuor autem & quæ ſeruiunt bello, equites, grauis armaturæ milites, leuis armaturæ, nautæ. Vbi quidem contigit agrũ equis accommodatum eſſe, hic quidem natura aliquo modo factum eſt, ut conſtituatur ualidus paucorum dominatus (incolumitas enim perueniet ad eos, qui illic habitant, ab hoc præſidio) alere enim equos, proprium eſt eorũ, qui ampla patri-

Ἐπεὶ δὲ τέτταρα μέν ἐστι μέρη μάλιστα τοῦ πλήθους, γεωργικὸν, βάναυσον, ἀγοραῖον, θητικόν· τέτταρα δὲ τὰ χρήσιμα πρὸς πόλεμον, ἱππικὸν, ὁπλιτικὸν, ψιλὸν, ναυτικόν. ὅπου μὲν συμβέβηκε τὴν χώραν εἶναι ἱππάσιμον, ἐνταῦθα μὲν εὐφυῶς ἔχει κατασκευάζειν τὴν ὀλιγαρχίαν ἰσχυράν (ἡ γὰρ σωτηρία τοῖς οἰκοῦσι διὰ ταύτης ἐστὶ τῆς δυνάμεως) αἱ δ' ἱπποτροφίαι τῶν μακρὰς οὐσίας

QVoniam autem quatuor ſunt imprimis multitudinis partes, agricolarum, eorum qui artes ſordidas & illiberales tractant, eorum qui mercaturam & cauponariam faciunt, mercenariorum; quatuor autem ad bellum utiles, equitum, peditum grauioris armaturæ, peditum leuioris ſeu ferentariorum, militum claſſicorum & nauticarum. quo in loco contigit ut regionis ſolum ad equitandum aptum ſit, hic natura fert ut poſsit conſtitui oligarchia ualida ac robuſta. Nam cùm ſalus ijs qui urbem incolunt, ex his copijs comparatur: tum equorum alendorum facultas, eorum propria eſt, qui amplas diuitias

patrimonia habent: ubi autem grauis armaturę pedites, proximũ paucorum dominatum. genus enim hoc militię peculiare magis eſt copioſorũ hominũ, quàm egentium. leuis autẽ copia & naualis penitùs cógruit ſtatui multitudinis. Nunc igitur, ubi talis magna multitudo eſt, cùm diſcordarint, ſæpè deterius pugnãt. Decet autẽ aduerſus hoc capere remedium à belli ducibus, qui ad equeſtrẽ uim ac poteſtatem, & graues pedites iungũt, quæ congruit, leuis armaturæ copiam. hac autẽ ratione ſuperant populi in ſeditionibus copioſos. leues enim exiſtentes aduerſus equeſtrem & graué copiam facilè pugnãt. Ex his igitur hanc copiam conſtituere, contra ſemetipſos eſt conſtituere. Oportet autem diuiſa ætate, & his quidem ſenibus, his autem adoleſcentibus adhuc, adoleſcentes filios ſuos docere leuia & tenuia munera: delectos autem è pueris, athletas ipſos eſſe operum. Poteſtatem autem multitudini facere perueniendi ad honores, ſiue quemadmodũ dictũ eſt prius, poſsidẽtibus cenſum: ſiue, quẽadmodum apud Thebanos, ijs qui ſe abſtinuerint ad certũ tẽpus à ſordidis operibus: ſiue, ut Maſsiliæ fit, exiſtimatione facta hominum, qui digni ſint, ſiue ciues fuerint, ſiue extrà poſiti. Ad hucautẽ & magiſtratibus maximè ratis, quos decet compotes reipublicæ obtinere, opus eſt munera quædam obeunda iniungere, ut ſponte ſua populus non ſit eorum particeps, & ueniam det imperia illa habentibus, ut mercedem magnã ſoluentibus eius poteſtatis. Congruit aũt, ut magiſtratus ineuntes faciant magnifica ſacrificia, & fabricẽt aliquid publicorum operũ, ut eorũ quæ faciũt ad epulas particeps populus, & urbẽ aſpiciens ornatã, & donis in fanis poſitis, & ędificijs, libẽter uideat tẽp. ſtantẽ. cõtinget aũt & nobilibus monimẽta extare ſumtuũ. Sed hoc hodie minimè faciũt cõpotes paucorũ dominatuũ, uerũ cõtrariũ: nõ minus .n. captant q̃ſtũ, quã honorẽ, ut bellè liceat hos uocare ſtatꝰ populi puſillos. Qũo igitũ decet cõſtituere ſtatꝰ populi & dõinatꝰ paucorũ, definitũ ſit hoc modo.

κεκτημένων ἐστίν· ὅπου δ' ὁπλίτην, τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν. τὸ γὰρ ὁπλιτικὸν τῶν εὐπόρων ἐστὶ μᾶλλον, ἢ τῶν ἀπόρων. ἡ δὲ ψιλὴ δύναμις, καὶ ναυτικὴ, δημοκρατικὴ πάμπαν. νῦν μὲν οὖν ὅπου τοιοῦτον πολὺ πλῆθός ἐστιν, ὅταν διαστῶσι, πολλάκις ἀγωνίζονται χεῖρον. δεῖ δὲ πρὸς τοῦτο φάρμακον παρὰ τῶν πολεμικῶν λαμβάνειν στρατηγῶν, οἳ συνδυάζουσι πρὸς τὴν ἱππικὴν δύναμιν καὶ τὴν ὁπλιτικὴν, τὴν ἁρμόττουσαν τῶν ψιλῶν. ταύτῃ δ' ἐπικρατοῦσιν ἐν ταῖς διαστάσεσιν οἱ δῆμοι τῶν εὐπόρων· ψιλοὶ γὰρ ὄντες πρὸς ἱππικὴν καὶ ὁπλιτικὴν ἀγωνίζονται ῥᾳδίως. τὸ μὲν οὖν ἐκ τούτων καθιστάναι ταύτην τὴν δύναμιν ἐφ' ἑαυτούς ἐστι καθιστάναι. δεῖ δὲ διῃρημένης τῆς ἡλικίας, καὶ τῶν μὲν ὄντων πρεσβυτέρων, τῶν δὲ νέων, ἔτι μὲν ὄντας νέους τοὺς αὐτῶν υἱεῖς διδάσκεσθαι τὰς κούφας καὶ τὰς ψιλὰς ἐργασίας· ἐκκεκριμένους δ' ἐκ παίδων, ἀθλητὰς εἶναι αὐτοὺς τῶν ἔργων. τὴν δὲ μετάδοσιν γίνεσθαι τῷ πλήθει τοῦ πολιτεύματος, ἤτοι καθάπερ εἴρηται πρότερον, τοῖς τὸ τίμημα κτωμένοις· ἢ καθάπερ θηβαίοις, ἀποσχομένοις χρόνον τινὰ τῶν βαναύσων ἔργων· ἢ καθάπερ ἐν μασσαλίᾳ, κρίσιν ποιουμένους τῶν ἀξίων, τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι, καὶ τῶν ἔξωθεν. ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἀρχαῖς ταῖς κυριωτάταις, ἃς δεῖ τοὺς ἐν τῇ πολιτείᾳ κατέχειν, δεῖ προσκεῖσθαι λειτουργίας, ἵν' ἑκὼν ὁ δῆμος μὴ μετέχῃ. καὶ συγγνώμην ἔχῃ τοῖς ἄρχουσιν, ὡς μισθὸν πολὺν διδοῦσι τῆς ἀρχῆς. ἁρμόττει δὲ θυσίας τε εἰσιόντας ποιεῖσθαι μεγαλοπρεπεῖς· καὶ κατασκευάζειν τι τῶν κοινῶν, ἵνα τῶν περὶ τὰς ἑστιάσεις μετέχων ὁ δῆμος, καὶ τὴν πόλιν ὁρῶν κοσμουμένην, τὰ μὲν ἀναθήμασι, τὰ δὲ οἰκοδομήμασιν, ἄσμενος ὁρᾷ μένουσαν τὴν πολιτείαν. συμβήσεται δὲ καὶ τοῖς γνωρίμοις εἶναι μνημεῖα τῆς δαπάνης. ἀλλὰ τοῦτο νῦν οἱ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας οὐ ποιοῦσιν, ἀλλὰ τοὐναντίον· τὰ λήμματα γὰρ ζητοῦσιν οὐχ ἧττον, ἢ τὴν τιμήν. διόπερ εὖ ἔχει λέγειν ταύτας εἶναι δημοκρατίας μικράς. πῶς μὲν οὖν χρὴ καθιστάναι τὰς δημοκρατίας καὶ τὰς ὀλιγαρχίας, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

*diuitias magnasq́ poſſeſsiones habent. Vbi * uerò regio ad pedites grauioris armaturæ accõmodata eſt, proxima in eo loco oligarchia conſtitui debet. Nam peditatus grauioris armaturæ locupletium eſt magis, quàm egentium. Pedites autẽ leuioris armaturæ, & nautici milites, omnino democratiæ conueniũt. Nunc igitur quib. in locis talis multitudo magna eſt, cum ſeparatim & ſeorſum ab alijs pugnãt, deterius pugnant. Verùm huic incõmodo remediũ ab imperatorib. rei militaris peritis ſumendũ eſt, qui cum equitatu & grauioris armaturæ peditibus aptum & conuenientem peditum leuioris armaturæ numerum coniungunt. Atq́ hac ratione in ſeditionibus populares & plebij locupletibus ſuperiores diſcedunt. Nã quia ſunt expediti, cum equitatu & peditatu grauioris armaturæ facile pugnant. Has igitur copias ex his comparare, in ſeipſos eſt comparare. Oportetq́ autem, cum ætas non ſit ſimplex, ſed in aliquot partes diuiſa, alijq́ ſint ætate grandiores, alij iuuenes patres interea dum etiamnum ſunt iuuenes, & uiribus integris, filios ſuos ad leues & expeditas pugnas erudire: poſteaquam autem hi è pueris exceſſerint, tum ipſos eſſe militarium operum opifices & athletas. Communicari autem cum multitudine reipub. adminiſtratio debet, aut (quemadmodum antea dictum eſt) cum ijs, qui cenſi ſunt: aut, quo modo Thebani faciunt, cùm ijs, qui aliquandiu ſe ab illiberalibus artibus abſtinuerint: aut, quemadmodum fit Maſsiliæ, iudicio facto de ijs, qui digni ſunt: tum ex eorum numero, qui in repub. adminiſtranda uerſantur, tum ex ijs, qui à reipub. muneribus excluſi ſunt. Præterea magiſtratibus ijs, penes quos maximarũ rerum eſt poteſtas, quosq́ gerere debent ij, qui in repub. uerſantur, impoſita eſſe debent ſumtuoſorum munerum functiones: ut populus ſua ſponte & libentiſsime reip. adminiſtrationis ſit expers: & ijs, qui magiſtratus gerunt, ignoſcat tanquam imperij ſui magnam mercedem perſoluant. Conuenit autem & eos ineunt magiſtratus, ſacrificia magnifica facere, & in opus aliquod publicum ædificandum pecuniam inſumere: ut populus epulis illis opiparis acceptus, & urbem partim ſtatuis ac tẽplis, partim præclaris ædificijs exornatam aſpiciens, reipub. adminiſtrandæ formam libenter uideat ſtantem ac permanentem. Huc accedit, quod nobilibus ſua impenſa extabunt monumẽta. Verùm tantum abeſt, ut ij qui oligarchias obtinẽt, hoc faciant, ut etiã contrarijs ſtudijs ſaltemq́ delectentur. Quæſtũ enim & emolumentũ cõſectãtur nõ minus, quã honorẽ ac dignitatẽ. Quapropter par eſt has oligarchias, paruas democratias appellare. Quo modo igitur democratia & oligarchia conſtituendæ ſint; ita ſit à nobis definitum atq́ explicatum.*

Quia autem quatuor.) Tradit nunc ſeorſum, quomodo ſingulis ſtatus conſeruentur. Vt autē facilius extruat, quod uult, utitur duobus quaſi fundamentis. quorū prius eſt, diuiſio multitudinis, ex qua ciuitas conſtat: alterum autem, partitio earum, qui utiles bello ſunt, poſſuntq́; nauare operā reipublicæ, ad pericula armis depellenda: quę genera militum reſpondere numero oſtendit partibus multitudinis ac plebis. ut enim illa quatuor ſunt, ita hęc quoq; eundem numerum conſtituunt. Primùm igitur affirmat, quatuor eſſe partes primarias plebis. nam quæ reſtant tenuiores, ad hæc reducuntur, tanquā ad capita quædam. Plebis genera appellat agricolarū turbā & opificū, & quæ foro rerum uenaliū colit: quartam uerò, quæ conſtat ex hominibus, qui mercede ſeruiunt. Quæ ad bellum apta ſunt, eſſe dicit equitatum, grauis armaturæ milites, & tenuis, & naualē turbam. Adiungit autem, his enumeratis, ubi regio eſt apta equis, illic commodè poſſe conſtitui dominatū paucorum: eandemq́; eam natura factam eſſe non modò ad hanc remp. recipiēdam, ſed etiam ad firmam eam ſtabilemq́; reddendā: atq; id quia ueſpiunt ſalutem defendūturq́;, qui illic uiuunt, ab equitibus. Non poſſunt autem alere equos, qui diuites non ſunt, quare æquo animo patiuntur cæteri eos illic remp. adminiſtrare, à quibus ſalutem accipiunt: & illi, cùm in ipſorum manu robur belli ſit, facile poteſtatem illam ſuam tuentur. Vbi autem inquit, belli robur eſt in grauis armaturæ militibus, illic conſtituitur ſecundum genus paucorū dominatus: quia in illo genere armorum parando non contemnendos ſumptus faciendus eſt, etſi tanta pecunia in ea re neceſſaria nō eſt, quanta in equis alendis, qui cotidiano ſumptu egent. quare gubernaculum reip. illic quoque potius tenent diuites, quàm pauperes. Monſtrauit etiam cui generi reipublicæ apta ſit tenuis armatura & naualis turba, penitusque ipſam ſegetem ac materiam eſſe dixit ſtatus popularis. Omnino autem, inquit, penitusq́;, quia fieri poteſt (quod ὅλως ſignificauit) ut ciuibus, qui grauiarmorū genere utantur, cōſtituatur reſp. popularis: etſi potius illic ad ſe uocēt imperiū diuites, cū minore negotio parēt ea arma. Quod nominauit *χώραν ἱππάσιμον*, id eſt agrū campeſtrem, notum eſt Socratem apud Platonem, cùm quæſitum ex eo ſuiſſet, cur uellet deambulare, reſpondiſſe, uocare ſe ad eam rem, parit e ſſe atq; equum in planum ſuum campumq́; inuitare. neq; enim minus ipſi delectabatur ambulatione, quàm equi faciant pariter: militiam autē equeſtrem alienā eſſe à montibus atque locis aſperis, idq; non una de cauſa, ſignificauit etiam Nicolaus ſuperiore ætate, dux magnus belli, corpore [illegible] ualde paruus. unde cognomen inuenit, eum rogaſſet eum Puppij com. s, ut maneret apud ſe cum ſua copia, quæ tota conſtabat ex equitibus, ut mos erat bellandi ea tempeſtate. metuebat enim ne relictus (quod et contigit) præda, ſtatim fieret noſtri populi. Reſpondit igitur, ſuos equos non paſci lapidibus. duæ namq́; res remouent equitum turmas a montibus & quia uſum magnum nullum illi eque ferunt, & quia pabulum herbarum montes gignunt. quod fecit etiam, ut Telemachus puer repudiaret id donum Menelai.

Nunc igitur.) Propoſitū auctoris eſt ornare hoc loco dominatus paucorū, tradareq́;, quomodo firmiores ac diuturniores ſint. Vbi igitur ſit magna copiaq́; ciuium eſt, qui utantur leui armatura, illic commodè inſtitui ſtatum popularem, iam ſignificauit: nunc autem docet, dominatum paucorū ægrè poſſe defendi, ubi huiuſcemodi copia eſt, periculoſamq́; eam ualde eſſe ſtatui ac poteſtati. quomodo tamen efficiatur, ut ſalua incolumiſq; ipſa ſit, aperit. Primùm autē de malo, quod impendet ipſi, periculoque loquitur, ut res ſua ætate tractabatur. Illud autem eſt, quòd quādo naſcebatur diſcordia inter ipſam atque equites pediteſq; grauis armaturæ, remp. gubernantes, ueniunturq́; erat ad manus. illi patres, qui dominabantur, malè pugnabant, inferioreſq; ſæpè erant: in ea concertatione quare ſtatim poteſtatem ſuam amittebant. debere autem expectari accipiq; remedium huius incommodi à peritis belli ducibus, unde parum attendentibus utrium hoc exoriebatur. Illos enim ſolere, inquit, ad equeſtrem copiam & grauem armaturam adplicare numerum militum leuium, qui congruat illis, belli cæque diſciplinæ reſpondeat. Quo ex inſtituto fiebat, ut ſūm dum populi cum locupletibus armis contendebant, ipſa multitudo uinceret. Exponit autem, quomodo fieret ut equites & tecti armis, ab nudis pene & inermibus ſuperarentur. Leues enim, inquit, & expediti cùm ſint, aduerſuſ equeſtrem aciem & pedeſtrem grauem facile pugnant, & non magno labore ipſos uincūt. Addit autē, omni hoc periculo ante oculos poſito Ex his igitur hominibus, id eſt pauperibus ac popularibus, locupletes & qui dominantur in ciuitate, conſtituere hanc copiam leuiorum militum. nihil aliud eſt, niſi inimicos ſuos armare, inſtruereq; eos, qui ſibi, firmiores facti, magis aduerſarii ſint. Deterret igitur ab hoc conſilio diuites, ſuadetq́; alia cogitare: aut minorem multo numerum leuiorum hominum plebeiorumq́; in armis exercere, ne inde ipſis tantum periculi, poteſtatiq́; eorum impendeat.

Oportet autem diuiſa.) Hue ualet ad firmandas dominationes paucorum ſtabilioreſq; reddendas, auctis uirtute ipſorum, qui poteſtatem illam habent, non extenuatis atteritiſq; uiribus aduerſariorū. Requirit igitur in ea oportere, inquit, ut ætas eorum, qui participes ſunt eius, diuidatur, diſtinguanturq́;, ſenes ab adoleſcentibus nec tamen oſtendit, quibus muneribus aut ab aliis cuſtodiantur. An igitur uult grauioris ætatis ciues equeſtrem militiam exercere, & grauem armaturam et illis fieri: libertos autē ipſorum pedeſtriè culera. quos etiam, cùm in tenera illa adhuc ætate ſunt, perdiſcere uult leuia ac propria tenuis armaturæ munera & miniſteria. quod etiam me impellit, ut facilius credam ubire omnino uelle auctorem hoc militareque in dominatib. paucorum ſtratos eorum, qui illic dominantur, ne committant eum tantu ſuo periculo eam militiæ partem multitudini. In extremo, inquit, ipſos illos adoleſcentes delectos, & in his m oribus diu exercitatos, futuros prorſus eſſe operum illorū athletas: id eſt, ualde peritos & optimus quaſi magiſtros. hoc enim ualet hic athletas, ut apud al os etiā optimos auctores. nam M. quoq; Varro uocauit *κτηνοτρόφους* pecuarios athletas: eodēq́; pacto Dionyſius Halicarnaſſeus in arte, quā ſcripſit, locutus eſt de oratoribus. ſignificauit autem translato hoc uerbo, qui primum locū in illis tenuerunt. Sed etiam Plato in VIII. libro de R. publica, non longe à principio: hanc tamen è tranſlatione imaginem ſecit. uerba ipſius ſunt. *ὥσπερ δὴ ἀθλητὰς τε πολέμου καὶ φύλακας.*

Poteſtatem autem.) Valere etiam ad paucorū dominatum tuendum inſtitutum recipiendi in ipſum aliquos, apertum eſt aſſerere eum, qui ipſius expertes ſunt aditum ſibi perueniendi ad honores perpetuo clauſum uidentes, non poſſunt illum ſtatum diligere, & inſidiantur ipſi frequenter. quomodo igitur rectè hoc efficiatur docet, expoſitis pluribus modis diuerſorum populorum. Primum igitur repetit, quod antea expoſuerat, ut qui aucto patrimonio peruenirent ad cenſum, legibus ſtatutū, participes eius dominatus eſſent: deinde cōmemorat rationem, quā ſequebantur Thebani, cum augere numerum ciuium uolebant. tradit enim, eos ſolitos ciuitatem dare illis, qui ſe abſtinuiſſent ad certū ſpatium temporis à tenuibus ſordidiſq; miniſteriis. Alterū exemplum eſt Maſſilienſium, quos narrat ſolitos diligenter exiſtimare de uita ac moribus eorum, qui participes reip. eſſent, & eorum etiā qui expertes: atq; ita delectum habere, ut deteriores inde eijcerent, & meliores extra ipſam poſitos, in eū ordinem reciperent. Maſſiliam autem Galliæ urbem à Græcis, e Phocide profectis, conditam, ipſum intelligere apertum eſt: quæ reſp. florebat multis & magnis uirtutibus.

Adhuc autem.) Hoc quoq; prodeſt dominatibus paucorū, ſalutemq́; illis dat: nō ſinit enim eos, qui poteſtatem in ipſis habent, inuidia flagrare, facitq́; ut populares æquiore animo careant honoribus. Inquit igitur, oportere munera quædā ſumptuoſa iniungere primoribus magiſtratibus, quoſq́; obtinere tantùm debent participes dominatus: atq; hoc conſilio, ut multitudo facilius patiatur ſe orbari publicis honoribus, ueniamq́; det gradus illos ſuſtinentibus, tanquam emētibus ipſos, & magna mercede ſibi parantibus.

Congruit autem.) Cuius maximè generis uelit eſſe munera illa ſignificat, affirmatq́; conuenire in primis & quaſi quadrare, ut ineuntes magiſtratus rem diuinam faciant, & hoſtias immolent, ædificentq́; aliquid publicè, ut populus particeps epulorum illorum, aſpiciensq́; ciuitatē ornari partim donis rebuſq́; dijs immortalibus dicatis partim publicis operibus (ut baſilicis, thermis, theatris) amet rempublicam, unde hic ſplendor amplitudoq́; proficiſcitur. Addit, ne pigriores accedant ad eos magiſtratus, qui ſecum ferunt damna rei familiaris, capturos inde quoq; eos nobiles & illuſtres eius fructum non paruum manebunt enim monumenta ſumptuū illorum, quæ poſteris magnificentiam eorum declarēt. Quod uerò exiſtimat præter honorem habitum dijs immortalibus, naſci etiā hic boni è uictimis illis immolatis, ut populus acceptus ad eas epulas, magis diligat rempublicam atentē his moribus atq; inſtitutis. notū eſt hoc etiam Romæ fieri ſolitū, conſuetudinemq́; fuiſſe, ut candidati prandia darent: quod etſi lege uetabatur, tamen perſpicitur moris fuiſſe. Vt autem epulis ac menſis non uidebatur ſatis rectum, ut darentur magiſtratus. ita poſtquam imperiū iam acceptum eſſet, qui imperium iam accepiſſent, uti hac liberali

cate

tate(quod ſuadet noſter doctor)non uidetur magnopere reprehendi poſſe, præſertim cùm iunctum eſſet cum honore deorum immortalium.

Sed hoc hodie.) Inſimulat hic ætatis ſuæ principes ciuitatum illos, qui freti diuitijs, pauci in ciuitate dominabantur ipſosq; dicit magnopere in hac re peccare, & ne dum de ſuo aliquid ad ornatũ publicum conferant, & honora quæ ſibi uſurpaſſent, contenti forent: potius non minus quæſtum in rep gubernanda, quàm honorẽ captare. Quare inquit, dominationes iſtius illæ paucorum, ſtatus populares puſilli appellari poſſunt, quàm ſtatus paucorum. nomen enim tantùm ſeruarunt, mores autem & inſtituta ſua propriaq; abiecerunt, & aliena ſibi aſciuerunt: & illa quidem meritò improbata. Poſt hæc oſtatur, ſe abſoluiſſe partem, quam explicandam ſuſceperat: quomodoque decet & populares ſtatus & dominatus paucorum conſtituere, oſtendiſſe.

a Legendum uidetur, ὅσα δ' ὁμοίως, τὴν ἴχος. eam uolgati lib. habẽt, ὁμοίαν τὴν, mendoſè opinor. refertur enim ad uocẽ χώραν.

CAPVT IIX.

SEquitur quæ tradita ſunt, ut diſtinguantur rectè ea, quę pertinent ad magiſtratus: quot ſint, & qui, & quarũ rerũ, quemadmodũ dictum eſt etiá prius. Sine magiſtratibus enim neceſſarijs fieri non poteſt ut ciuitas ſit: ſine ijs aũt, qui faciũt ad modeſtiam & ornatum, fieri non poteſt ut bene illic uiuatur. Amplius aũt in paruis pauciores magiſtratus eſſe, in magnis aũt plures, ut prius dictũ eſt. Quales igitur decet in unũ redigere, & quales partiri, opus eſt minimè fallere. Primùm igitur cura ſtudiũq; neceſſariorũ, quæ circa forum eſt, cui muneri opus eſt aliquẽ magiſtratum propoſitũ eſſe, attendentẽ quæ faciunt ad cõmercia & ornatũ. neceſſe namq; fermè eſt omnibus ciuitatibus quædã emere, quædã uendere, ad neceſſariũ uſum, quo inter ſe tenentur: & hoc eſt, quod in primis requiritur ad bene uiuendum, cuius gratia uidentur in unam remp. confluxiſſe. Alia autẽ cura eſt, quæ hęret huic ac uicina eſt, rerum urbanarum, cùm publicarũ, tum priuatarum, ut elegãtia in urbe ſit, & labentiũ ędificiorum ac uiarum incolumitas atque inſtauratio, & finium agrorum, ut nullæ lites inter ciues exoriantur: & quæcũq; alia huius curæ ſimilia his ſunt. Vocãt aũt pleriq; huiuſcemodi magiſtratũ aſtynomiam: habet autẽ partes numero plures, quorum alios alijs muneribus præficiũt in ciuitatibus amplioribus: ceu mœnibus ędificãdis pręfectos, & curatores fontium, & portarum cuſtodes. Alia autem neceſſaria & ipſa, & ſimilis huic: de ijſdẽ enim rebus, uerùm in agro, & circa ea quæ ſunt extra urbem. Vocant autem huiuſcemodi præſides, hi quidem præfectos agrorum, hi uerò ſyluarũ cuſtodes. Hæ igitur curæ ſtudiaq; ſunt horum tria. Alius autem magiſtratus eſt, ad quẽ ue-ctigalia

ἈΚΟ'ΛΟΥΘΟΝ δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ, τὸ διῃρῆσθαι καλῶς τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς, πόσαι, καὶ τίνες, καὶ τίνων, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον· τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀρχῶν χωρὶς, ἀδύνατον εἶναι πόλιν· τῶν δὲ πρὸς εὐταξίαν καὶ κόσμον, ἀδύνατον οἰκεῖσθαι καλῶς. ἔτι δ' ἀναγκαῖον, ἐν μὲν ταῖς μικραῖς, ἐλάττους εἶναι τὰς ἀρχὰς· ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις, πλείους, ὥσπερ τυγχάνει πρότερον εἰρημένον. ποίας οὖν ἁρμόττει συνάγειν, καὶ ποίας χωρίζειν, δεῖ μὴ λανθάνειν. πρῶτον μὲν οὖν ἐπιμέλεια τῶν ἀναγκαίων ἡ περὶ τὴν ἀγορὰν, ἐφ' ᾗ δεῖ τινα ἀρχὴν εἶναι τὴν ἐφορῶσαν περί τε τὰ συμβόλαια καὶ τὴν εὐκοσμίαν. σχεδὸν γὰρ ἀναγκαῖον πάσαις ταῖς πόλεσι, τὰ μὲν ὠνεῖσθαι, τὰ δὲ πωλεῖν πρὸς τὴν ἀλλήλων ἀναγκαίαν χρείαν. καὶ τοῦτ' ἐστιν ὑπογυιότατον πρὸς αὐτάρκειαν, δι' ἣν δοκοῦσιν εἰς μίαν πολιτείαν συνελθεῖν. ἑτέρα δὲ ἐπιμέλεια ταύτης ἐχομένη καὶ σύνεγγυς, ἡ τῶν περὶ τὸ ἄστυ δημοσίων καὶ ἰδίων, ὅπως εὐκοσμία ᾖ, καὶ τῶν πιπτόντων οἰκοδομημάτων καὶ ὁδῶν σωτηρία καὶ διόρθωσις. καὶ τῶν ὁρίων τῶν πρὸς ἀλλήλους, ὅπως ἀνεγκλήτως ἔχωσι· καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα τῆς ἐπιμελείας ὁμοιότροπα. καλοῦσι δ' ἀστυνομίαν οἱ πλεῖστοι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν· ἔχει δὲ μόρια πλείω τὸν ἀριθμὸν· ὧν ἑτέρους ἐφ' ἕτερα καθιστᾶσιν ἐν ταῖς πολυανθρωποτέραις πόλεσιν· οἷον, τειχοποιοὺς, καὶ κρηνῶν ἐπιμελητὰς, καὶ λιμένων φύλακας. ἄλλη δ' ἀναγκαία τε καὶ παραπλησία ταύτῃ· περὶ τῶν αὐτῶν μὲν γὰρ, ἀλλὰ περὶ τὴν χώραν ἐστὶ, καὶ τὰ περὶ τὰ ἔξω τοῦ ἄστεος. καλοῦσι δὲ τοὺς ἄρχοντας τούτους, οἱ μὲν ἀγρονόμους, οἱ δ' ὑλωρούς. αὗται μὲν οὖν ἐπιμέλειαί εἰσι τούτων τρεῖς. ἄλλη δ' ἀρχὴ, πρὸς ἣν

Iis autem quæ dicta ſunt, conſequens & connexa magiſtratuum partitio eſt, quot, & qui, & quarum rerum ſint, quemadmodum & antea dictum eſt. Nam ut ſine magiſtratibus neceſſarijs ciuitas conſtare nequit: ita ſine iis, qui ad recti ordinis deſcriptionẽ (quam eutaxiam appellant Græci) & modeſtiam inſtitutionemq; ciuium pertinẽt, urbs præclarè habitari non poteſt. Neceſſe autem eſt, in paruis quidem ciuitatibus pauciores eſſe magiſtratus: in magnis autem plures, quemadmodum ante dictum eſt. Quales igitur magiſtratus aptè poſſint una cohærere, & in unum conduci: & quales ſint ſecernendi ac ſeiungendi, ignorare non oportet. Primum igitur cura rerum neceſſariarum in foro haberi debet, cui curæ magiſtratus aliquis præficiendus eſt, qui ſpectans commerciorum & rerum contrahendarum rationem, det operam ut in eis conſeruetur ordo, modus & fides. Neceſſe enim fere eſt ciuitates omnes alia emere, alia uendere, ad uſus uitæ mutuos & neceſſarios. Atq; hoc ad copiam bonis omnibus cumulatam atq; inſtructam, nihil externum requirentem proximè accedit, propter quam in unam ciuitatis adminiſtrandæ formam uidentur homines conueniſſe. Altera autem cura hanc deinceps ſubſequens, eiq; proxima, eſt rerum urbanarum tum publicarum, tum priuatarum, ut ſit in eis moderatio, & ordo pulcher ac decorus ſeruetur, utiq; ædificia & ſarta tecta conſeruentur, & labentia reparentur, uiæq; muniantur, & corrupta reficiantur: neue ſit ulla de finibus inter ciues controuerſia aut querela, & quæcunque alia ad huiuſmodi procurationem pertinent. Appellant autem plerique talem magiſtratum apud Græcos aſtynomiam, apud Romanos ædilitatem maiorem, quæ plures numero partes habet: atq; horum alios alijs rebus præponunt in urbibus celebrioribus, & maiorem ciuiũ numerum continentibus: uerbi cauſa, muris reficiẽdis præfectos, fontium curatores, portuum cuſtodes. Alia eſt & neceſſaria, & huic ſimilis: eaſdem enim res procurat, ſed quæ ſunt in agris & regionis ſolo, quæq; extra urbem. nominant autem hos magiſtratus alij agrorum curatores, alij ſyluarum ſeu nemorum cuſtodes. Hæ igitur ſunt tres rerum neceſſariarum curationes & præfecturæ. Alius eſt magiſtratus, ad quem reipublica uectigalia re-

ctigalia publica referuntur, à quibus, cuſtodientibus ipſa, partiuntur ad ſingulas diſpenſationes. Vocant autem receptores hos, & quæſtores. Alius aũt magiſtratus, apud quẽ deſcribi oportet & priuatos contractus, & exiſtimationes cauſarum, factas à curijs: apud eoſdem autẽ hos & notationes litiũ fieri oportet, & importationes. Quibuſdam aũt in locis diuidũt & hunc in plures. Eſt autem unus princeps horũ omniũ. Vocãtur autẽ hieromnemones, & epiſtatæ, & mnemones: & alijs nominibus, quæ ſunt propinqua his. Poſt hunc autẽ continens quidẽ, maximè uerò neceſſarius ferme & moleſtiſsimus magiſtratuũ eſt, qui uerſatur in his, quæ geri debent de damnatis, & ijs q rei facti ſunt, & cui mãdata eſt cura carcere clauſorũ. moleſtus igitur eſt, quia multũ odij in ſe continet. quare ubi nõ licet magnum quæſtũ facere, non ſuſcipiunt hanc curam. neq; ſi ſuſceperint, inducunt in animũ efficere, quæ leges iubent. Neceſſarius aũt eſt, quia nullum fructũ ferret, iudicari cauſas iuſtè, niſi hæ finem ſuũ conſequerentur. Quapropter, ſi iudicijs cauſarũ non factis, minimè maneret ſocietas humana: & factis etiã ad exitum non perductis. Quam ob cauſam ſatius eſt, non unum eſſe hunc magiſtratũ, ſed alios ab alijs curijs: & quæ faciũt ad propoſitiones relatorũ in acta, pariter oportet diuidere. Adhuc autem quędam geri & magiſtratus alios, & cauſarum iuuenum potius è iuuenibus cõſtantes magiſtratus. Et eas, quę ſunt rerum inſtantium, cùm alius condemnarit, alium eſſe qui gerat: ceu aſtynomos, quæ iudicatæ fuerint ab agoranomis: quæ autem ab his, alios. quanto enim minus odium excitarit, in his quæ geruntur: tanto magis conſequentur finem facta ipſa. Eoſdem igitur eſſe, qui condemnarint, & qui faciunt, odium continet in ſe duplex: de omnibus autem eoſdem, reddit illos hoſtes omnibus. Multis autem locis diuiſus eſt magiſtratus, qui cuſtodit ab eo, qui gerit: ceu Athenis uocatorum undecim. Quare ſatius eſt hunc etiam ſeparare, & callidum conſilium excogitare circa

αἱ πρόσοδοι τῶν κοινῶν ἀναφέρονται, παρ' ὧν φυλαττόντων μερίζονται πρὸς ἑκάστην διοίκησιν· καλοῦσι δ' ἀποδέκτας τούτους, καὶ ταμίας. ἑτέρα δ' ἀρχὴ, πρὸς ἣν ἀναγράφεσθαι δεῖ τά τε ἴδια συμβόλαια, καὶ τὰς κρίσεις ἐκ τῶν δικαστηρίων. παρὰ δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ τὰς γραφὰς τῶν δικῶν γίνεσθαι δεῖ, καὶ τὰς εἰσαγωγάς. ἐνιαχοῦ μὲν οὖν μερίζουσι καὶ ταύτην εἰς πλείους. ἔστι δὲ μία κυρία τούτων πάντων. καλοῦνται δὲ ἱερομνήμονες, καὶ ἐπιστάται, καὶ μνήμονες· καὶ τούτοις ἄλλα ὀνόματα σύνεγγυς. μετὰ δὲ ταύτην ἐχομένη μὲν, ἀναγκαιοτάτη δὲ σχεδὸν καὶ χαλεπωτάτη τῶν ἀρχῶν ἐστιν, ἡ περὶ τὰς πράξεις τῶν καταδικασθέντων, καὶ τῶν προτιθεμένων κατὰ τὰς ἐγγραφάς· καὶ περὶ τὰς φυλακὰς τῶν σωμάτων. χαλεπὴ μὲν οὖν ἐστι διὰ τὸ πολλὴν ἔχειν ἀπέχθειαν. ὥστε ὅπου μὴ μεγάλα ἐστὶ κερδαίνειν, οὔτ' ἄρχειν ὑπομένουσιν αὐτήν· οὔθ' ὑπομείναντες, ἐθέλουσι πράττειν κατὰ τοὺς νόμους. ἀναγκαία δ' ἐστὶν, ὅτι οὐδὲν ὄφελος γίνεσθαι μὲν δίκας περὶ τῶν δικαίων· ταύτας δὲ μὴ λαμβάνειν τέλος. ὥστ' εἰ μὴ γιγνομένων, κοινωνεῖν ἀδύνατον ἀλλήλοις, καὶ πράξεων μὴ γιγνομένων. διὸ βέλτιον μὴ μίαν εἶναι ταύτην τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἄλλους ἐξ ἄλλων δικαστηρίων. καὶ περὶ τὰς προθέσεις τῶν ἀναγεγραμμένων ὡσαύτως πειρᾶσθαι διαιρεῖν. ἔτι δ' ἔνια πράττεσθαι καὶ τὰς ἀρχὰς τάς τε ἄλλας καὶ τὰς τῶν νέων μᾶλλον τὰς νέας. καὶ τὰς τῶν ἐνεστώτων, ἑτέρας καταδικασάσης, ἑτέραν εἶναι τὴν πραττομένην· οἷον, ἀστυνόμους τὰς παρὰ τῶν ἀγορανόμων· τὰς δὲ παρὰ τούτων ἑτέρους. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐλάττων ἀπέχθεια ἐνῇ τοῖς πραττομένοις, τοσούτῳ μᾶλλον λήψονται τέλος αἱ πράξεις. τὸ μὲν οὖν τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοὺς καταδικάσαντας καὶ πραττομένους, ἀπέχθειαν ἔχει διπλῆν· τὸ δὲ περὶ πάντων τοὺς αὐτοὺς, πολεμίους πᾶσι. πολλαχοῦ δὲ διῄρηται καὶ ἡ φυλάττουσα πρὸς τὴν πραττομένην· οἷον, Ἀθήνησι τῶν ἕνδεκα καλουμένων. διὸ βέλτιον καὶ ταύτην χωρίζειν, καὶ τὸ σόφισμα ζητεῖν καὶ περὶ

ferendæ ſunt, eorũ qui pecuniam publicã à ſe cuſtoditã & ſeruatã ad unamquamq; reſp. adminiſtrationem depromunt ac diſtribuunt: hos autem coactores & quæſtores appellant. Alius eſt, apud quem pacta priuata & ſententiæ iudiciales perſcribi debẽt. apud eoſdem poſtulationes, & litium perſcriptiones, & accuſationum introductiones fieri oportet. In nonnullis igitur locis etiam hunc magiſtratum in plures diuidunt: quorum tamen unus eſt, cuius eſt ſumma in omnes auctoritas ac poteſtas. Vocantur autem hi ſacrorum commentariorum ſcriptores ſeu cuſtodes, & tabulis publicis præfecti, & commentarienſes ſeu actuarij, & alijs nominibus ſimilibus. Hunc deinceps ſequitur, qui idem & maximè omnium magiſtratuum neceſſarius eſt & difficillimus: cuius eſt pœnas à damnatis expetere, & multas[a] à multatis exigere atque efflagitare, & corpora eorum in carcerem & uincula conijcere, acerrimiſque cuſtodijs aſſeruare. Difficilis autẽ eſt, quia maximè odioſus atque inuiſus eſt. Itaq; ubi magnos quæſtus ex hoc magiſtratu facere non eſt, neque eum capere animum inducere quiuis: neque cùm ceperunt, eum adminiſtrare ex legis præſcripto uolunt, uerumtamen neceſſarius eſt, quoniam lites de rebus iniuſtis intentæ, ſunt inutiles atque inanes, niſi res iudicata ad exitum perducantur.[b] Itaque ſi iudiciorum uſu ſublato ſocietas hominum conſtare non poteſt: ergo neque ſi res iudicata infirmentur, aut iudicata non ſoluantur ab ijs, qui damnati ſunt. Quare præſtat hunc magiſtratum non eſſe unum, ſed alios ex alijs iudicijs ac ſubſellijs ſumi.[c] Atque in multationibus eorum, qui in tabulas publicas relati ſunt, eandem diuiſionem adhibere conandum eſt. Præterea uerò & multas nonnullas à magiſtratibus oportet exigi, cùm alias ab alijs, tum eas, quas noui magiſtratus irrogarunt, à nouis:[d] & eas, quæ ab inſtantibus & ueteribus irrogatæ ſunt, cùm alius condemnarit, alium eſſe qui exigat: exẽpli cauſa, eas, quas annonæ præfecti ſeu ædiles minores irrogarunt, ædiles maiores efflagitare: eas, quæ ab his irrogatæ ſunt, alios. Quanto enim minore in odio fuerint ij qui exigunt, tanto facilius ac citius exactiones finem ſuum obtinebunt. Eoſdem igitur eſſe, qui damnarint, & qui multam exigant, odium duplex habet: eoſdem uero de rebus omnibus ſtatuere,[e] reddit omnibus inuiſos. Multis autem in locis diuiſus ac diſtinctus eſt magiſtratus carceris cuſtodiæq; reorum præfectus, ab eo qui multas flagitat: uerbi gratia, Athenis eorum, qui Vndecim uiri dicuntur. Quocirca præſtat etiam hunc ſeparare, & commentum aliquod callidum etiam in hoc

circa húc quoq;: neceſſarius enim eſt nó minus, quàm qui dictus eſt. Vſu enim uenit, probos uiros huoc maximè magiſtratū fugere: improbis autem tutum noo eſt, in poteſtatem tradere. ipſi enim potius egent cuſtodia, quam ualeant alios cuſtodire. Quare opus eſt, non unū diſtinctum ab alijs, magiſtratū eſſe ſuper his: neq; cootinenter eūdem, ſed iuuenū, ubi aliquis adoleſceotium uel ciuitatis cuſtodū eſt ordo. Et magiſtratuū oportet per uices alios ſuſcipere hanc curam. hos igitur magiſtratus, ut maximè neceſſarios, primos ponere debemus. Poſt hos autem neceſſarios quidem nihilominus, in maiore autem dignitate conſtitutos: egent enim uſu & fide multa. Huiuſcemodi autem ſunt, quibus mandata eſt cuſtodia urbis, & quicunq; præpoſiti ſunt uſibus bellicis. Decet autē & pace & bello portarum & murorum cuſtodiæ pariter curatores eſſe: quique ciuium perſcrutationis & cooſtructionis curam habeant. Hic igitur ſuper his omnib. magiſtratus plures ſunt, hic autem pauciores: ceu in paruis ciuitatibus, uous de omnib. ſtatuit. uocant autem exercituum duces & belli principes huiuſcemodi præfectos. Amplius autem, ſi fuerint equites, oel pedites leues, uel ſagittarij, uel turba naualis: & in his ſingulis aliquando conſtituuntur magiſtratus, qui oocantur nauium, & equitum, & ordinum præfecturæ: & particulatim ſub his triremium præfecturæ, & poſitorum in inſidijs, militum ductus, & tribuum præfecturæ: & quæcunq; horum ſunt partes. In uniuerſum autē, unū quoddam horum eſt genus curæ rerum bellicarum. quod facit igitur ad hunc magiſtratum, ſe habet hoc modo. Quia autem aliqui magiſtratus, ſi non cuncti, gerunt multas res communes: neceſſe eſt alium extare, qui rationes accepturus ſit, & delicta correcturus, ipſum quidem nihil aliud gerentem. uocant aotem hos hi quidē correctores, alij aotem ratiocinatores: hi uerò exquiſitores, nonnulli aduocatos. Præter omnes autē hos magiſtratus, exiſtit, qui maximè quaſi dominus eſt omniū rerum: idem enim ſæpe finē habet, & aditum,

περὶ ταύτην· ἀναγκαία μὲν γάρ ἐστιν οὐχ ἧττον τῆς εἰρημένης. συμβαίνει δὲ τοὺς μὲν ἐπιεικεῖς φεύγειν μάλιστα ταύτην τὴν ἀρχήν, τοὺς δὲ μοχθηροὺς οὐκ ἀσφαλὲς ποιεῖν κυρίους. αὐτοὶ γὰρ δέονται φυλακῆς μᾶλλον ἢ φυλάττειν ἄλλους δύνανται. διὸ δεῖ μὴ μίαν ἀποτεταγμένην ἀρχὴν εἶναι πρὸς αὐτοῖς· μὴ δὲ συνεχῶς τὴν αὐτήν, ἀλλὰ τῶν τε νέων, ὅπου τις ἐφήβων ἢ φρουρῶν ἐστι τάξις. καὶ τῶν ἀρχῶν δὲ κατὰ μέρη ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν ἑτέρους. ταύτας μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς ὡς ἀναγκαιοτάτας θετέον εἶναι πρώτας. μετὰ δὲ ταύτας, τὰς ἀναγκαίας μὲν οὐδὲν ἧττον, ἐν σχήματι δὲ μείζονι τεταγμένας· καὶ γὰρ ἐμπειρίας καὶ πίστεως δέονται πολλῆς. τοιαῦται δ' εἶεν ἂν αἵ τε περὶ τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, καὶ ὅσαι τέτακται πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας. δεῖ δὲ καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν πολέμῳ, πυλῶν τε, καὶ τειχῶν φυλακῆς ὁμοίως ἐπιμελητὰς εἶναι, καὶ ἐξετάσεως, καὶ συντάξεως τῶν πολιτῶν. ἔνθα μὲν οὖν ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἀρχαὶ πλείους εἰσίν, ἔνθα δ' ἐλάττους εἰσί, ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσι μία περὶ πάντων. καλοῦσι δὲ στρατηγοὺς καὶ πολεμάρχους τοὺς τοιούτους. ἔτι δὲ κἂν ὦσιν ἱππεῖς, ἢ ψιλοί, ἢ τοξόται, ἢ ναυτικόν· καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστων ἐνίοτε καθίστανται ἀρχαί, αἳ καλοῦνται ναυαρχίαι, καὶ ἱππαρχίαι, καὶ ταξιαρχίαι. καὶ κατὰ μέρος δὲ αἱ ὑπὸ ταύτας τριηραρχίαι, καὶ λοχαγίαι, καὶ φυλαρχίαι, καὶ ὅσα τούτων μόρια. τὸ δὲ πᾶν ἕν τι τούτων ἐστὶν εἶδος ἐπιμελείας πολεμικῶν. περὶ μὲν οὖν ταύτην τὴν ἀρχὴν ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον. ἐπεὶ δὲ ἔνιαι τῶν ἀρχῶν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι διαχειρίζουσι πολλὰ τῶν κοινῶν, ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι τὴν ληψομένην λογισμόν, καὶ προσευθυνοῦσαν αὐτὴν μηθὲν διαχειρίζουσαν ἕτερον. καλοῦσι δὲ τούτους, οἱ μὲν εὐθύνους, οἱ δὲ λογιστάς· οἱ δὲ ἐξεταστάς, οἱ δὲ συνηγόρους. παρὰ πάσας δὲ ταύτας τὰς ἀρχὰς ἡ μάλιστα κυρία πάντων ἐστίν· ἡ γὰρ αὐτὴ πολλάκις ἔχει τὸ τέλος καὶ τὴν

εἰσφο-

in hoc excogitare. nihilo enim minus neceſſarius eſt, quam qui proximè commemoratus eſt. Euenit autem ut uiri boni hunc magiſtratum maximè fugiant: at improbis hāc permittere poteſtatem non eſt tutum. ipſi enim cuſtodia egent potius, quàm alios cuſtodire poſſunt. Quapropter non oportet unum certum huic negotio præpoſitum eſſe magiſtratum, neq; continenter & perpetuò eundem gerere: ſed & ex iuuenibus, ubi aliquis eſt puberum & præſidiariorum militum ordo: & ex magiſtratibus alios atq; alios ſumi, qui uiciſſim hanc prouinciā gerāt. Hi igitur magiſtratus ut maximè omniū neceſſarij, primi ſtatuendi ſunt. ſequuntur deinceps nō minus illi quidem neceſſarij, ſed in maiore ſplendore collocati, ſpeciemq; magni illuſtrem præ ſe ferentes. nam multum uſum magnamq; fidem deſiderant. Tales autem fuerint & ij, ad quos urbis cuſtodia pertinet: & ij, qui ad uſus rerum bellicarum inſtituuntur atq; ordinantur. Oportet autem tum in pace, tum in bello peræque portarum & murorum cuſtodiæ præfectos, & ciuibus inquiſitione habita probandis, atque ordine deſcribendis curatores eſſe. alibi enim plures ſunt ad hæc omnia munera adminiſtranda creati magiſtratus, alibi pauciores: uerbi gratia, in paruis ciuitatibus magiſtratus unus omnibus negotijs gerendis præponitur. Tales autem appellant Græci ſtrategos & polemarchos, hoc eſt, duces exercitus ſeu imperatores, & belli principes. Præterea uerò ſi ſint equites aut pedites leuioris armaturæ, aut ſagittarij, aut nautici ſeu claſſiarij milites: etiam his ſingulis interdum conſtituuntur magiſtratus, qui appellantur claſſis præfectura, & equitum magiſteria, & ordinū ſeu legionū præfectura: & uiciſſim his ſubiectæ ſunt triremium præfecturæ, & decurionatus, & centurionatus, & tribunatus militares, & quæ ſunt ſimiles harum præfecturarum partes. Vniuerſum autem harū partium unum quoddam genus eſt, rerum bellicarum curatio ſeu adminiſtratio. Quod igitur ad hunc magiſtratū pertinet, ita ſe res habet. Quoniam autem ſi non omnes, at certè nonnulli magiſtratus multa negotia totius ciuitatis & populi communia tractant: alium eſſe neceſſe eſt, qui rationes ab illis repetat, & præterea iudicio rationū referendarū ſubiectos corrigat & caſtiget, nihilq; aliud tractet. Appellāt porrò hos alij correctores ceu cenſores, alij ratiocinatores, alij inquiſitores ſeu probatores, alij patronos ſeu cognitores. Eſt & alius præter hoc omnes magiſtratus, cuius grauiſſima eſt omniū auctoritas, maximaq; poteſtas. Idē n. ſæpenumero et uectigalis curationem

aditum, qui ante multitudinem nauat operam ſuam, ubi populus in ſua manu res habet: oportet enim eſſe, qui in unum conuocet ordinem, in ſua poteſtate habentem rempublicam. Vocatur autem hic quidem, præconſultores, quia prius conſultant: ubi autem multitudo eſt, conſilium potius. Magiſtratus igitur, qui proprij reipublicæ ſunt, fermè huiuſcemodi quidam ſunt. Alia autem curæ ſpecies, quæ pertinet ad deos, ueluti ſacerdotes & curatores rerum, quæ pertinent ad ædes ſacras: ut conſeruentur ſtantia, & inſtaurentur ædificia collabentia: & eodem pacto cætera, quæ referuntur ad deos. Contingit autem curam hanc quibuſdam in locis eſſe unam, ueluti in paruis ciuitatibus: in quibuſdam autem multas & ſeparatas à muneribus ſacerdotum: ceu fanorum fabros & cuſtodes, & quæſtores ſacratum pecuniarum. Sequitur autem hanc cura definita ad communia omnia ſacra, quæ minimè ſacerdotibus tribuit lex, ſed à communi Veſta nacta ſunt honorem. Vocant autem hos hi quidem archontas, hi autē reges, hi uerò prytanis. Neceſſariæ igitur curæ ſunt de his rebus, ut ſummatim repetamus, quæ ad res diuinas, & ad bellicas, & uectigalia, & ad ſumptus qui fiunt, & ad forum, & ad urbem, & portus, & agrum. Adhuc autem & ad curias, & contractuum exemplaria, & actiones, & cuſtodias, & ratiocinationes, exquiſitiones, nec non ad correctiones magiſtratuum: & demum quæ ad id, quod deliberat de rebus communibus. Seorſum autem ciuitatibus, quæ magis ocio fruuntur, quarúmque res ſunt magis ſecundæ: iiſdem autem ſollicitis de honeſtare, inſunt magiſtratus, & qui regat mulieres, & qui cuſtos ſit legum, & qui pueros coerceat, & qui curet ipſos exercendos. Additur autem his cura, quæ ſuſcipitur de gymnicis certaminibus. & proprijs Liberi patris: & ſi qua alia contingit huiuſcemodi fieri ſpectacula. Horum autem magiſtratuum nonnulli apertè non ſunt populares, ueluti præfectura mulierum & puerorum. Neceſſe enim habent

εἰσφοραὶ, ἢ προκάθηται τοῦ πλήθους, ὅπου κύριός ἐστιν ὁ δῆμος· δεῖ γὰρ εἶναι τὸ συνάγον τὸ κύριον τῆς πολιτείας. καλεῖται δὲ, ἔνθα μὲν πρόβουλοι, διὰ τὸ προβουλεύειν· ὅπου δὲ τὸ πλῆθός ἐστι, βουλὴ μᾶλλον. αἱ μὲν οὖν πολιτικαὶ τῶν ἀρχῶν, σχεδὸν τοσαῦταί τινές εἰσιν. ἄλλο δὲ εἶδος ἐπιμελείας ἡ περὶ τοὺς θεούς· οἷον, ἱερεῖς καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ τοῦ σώζεσθαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἀνορθοῦσθαι τὰ πίπτοντα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τέτακται πρὸς τοὺς θεούς. συμβαίνει δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην ἐνιαχοῦ μὲν εἶναι μίαν· οἷον, ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσιν· ἐνιαχοῦ δὲ πολλὰς καὶ κεχωρισμένας τῆς ἱερωσύνης· οἷον, ἱεροποιοὺς, καὶ ναοφύλακας, καὶ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων. ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας, ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν. καλοῦσι δὲ οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις. αἱ μὲν οὖν ἀναγκαῖαι ἐπιμέλειαι εἰσὶ περὶ τούτων, ὡς εἰπεῖν συγκεφαλαιωσαμένους, περί τε τὰ δαιμόνια, καὶ τὰ πολεμικὰ, καὶ περὶ τὰς προσόδους, καὶ περὶ τὰ ἀναλισκόμενα, καὶ περὶ ἀγορὰν, καὶ περὶ τὸ ἄστυ καὶ λιμένας, καὶ τὴν χώραν. ἔτι τὰ περὶ τὰ δικαστήρια· καὶ συναλλαγμάτων ἀναγραφὰς, καὶ πράξεις, καὶ φυλακὰς, καὶ ἐπιλογισμούς τε καὶ ἐξετάσεις, καὶ πρὸς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων· καὶ τέλος αἱ περὶ τὸ βουλευόμενον εἰσὶ τῶν κοινῶν. ἴδια δὲ ταῖς σχολαστικωτέραις, καὶ μᾶλλον εὐημερούσαις πόλεσιν· ἔτι δὲ φροντιζούσαις εὐκοσμίας, γυναικονομία, νομοφυλακία, παιδονομία, γυμνασιαρχία. πρὸς δὲ τούτοις περὶ ἀγῶνας ἐπιμέλεια γυμνικοὺς καὶ διονυσιακοὺς, κἂν εἴ τινας ἑτέρας συμβαίνει τοιαύτας γίνεσθαι θεωρίας. τούτων δ᾽ ἔνιαι φανερῶς εἰσὶν οὐ δημοτικαὶ τῶν ἀρχῶν· οἷον, γυναικονομία καὶ παιδονομία. τοῖς γὰρ ἀπόροις

nem, & tribunatū plebis, hoc eſt ephoratum, obtinet: qui præeſt populo in iis ciuitatibus, in quibus penes populū ſumma eſt rerum poteſtas. Oportet enim aliquē magiſtratū eſſe, qui habeat ius conuocandæ eius ciuiū partis, penes quam ſumma reip. eſt poteſtas. Vocantur aūt alibi quidē à Græcis probuli, à Romanis (ſi placet) prouiſores ſeu præcōſultatores, quia prouideāt et antè cōſultēt. ubi autē multitudo dominatur, ſenatus potius, ſeu conſiliū publicū appellatur. ciuiles igitur magiſtratus tot ferè numero ſunt. Aliud porrò curationis genus eſt, quæ in cæremoniis & deorū cultu uerſatur: uerbi gratia, ſacerdotum & eorū, quorum eſt quæ ad res ſacras pertinēt, curare, adeo ſacras ſartas tectas cōſeruare, ruinaſque & labentes reficere atq; excitare, & alia ſimilia, quæ ad religiones deorum inſtituta ſunt, adminiſtrare. Euenit aūt ut hæc curatio alicubi ſit una, ut in paruis ciuitatibus: alicubi uerò multæ, & à ſacerdotio ſeparatæ (uerbi gratia) in quibus ſunt ſacrifici, & templorum cuſtodes, ſeu æditui, & ſacrarū pecuniarum cuſtodes. Huic proxima ea curatio eſt, quæ ad ſacrificia publica excepta & reſeruata eſt: ea dico, quæ non ſacerdotibus a lege aſſignātur, ſed iis, qui nunc honorem à cōmuni ciuitatis foco & totius urbis lare conſequuntur. Appellant autem hos alii principes ſeu prætores, alii reges ſacrorum, alii prytanes. Neceſſariæ igitur curationes, ut eorū quæ diximus, ſummam faciamus, in his rebus uerſantur: in diuinis, in bellicis, in uectigalibus, in ſumtibus, in annona, & rebus uenalibus, in rebus urbanis, in portubus, in agro & ſolo regionis: præterea in rebus iudicialibus, in rerū contractarū perſcriptionibus, in multarū exactionibus, rerúmue iudicatarum executionibus, in cuſtodiis, in rationibus ſubducendis, in ciuium probationibus, atq; in mores eorum inquiſitionibus, in rationib. ab iis qui magiſtratu defuncti ſunt, repoſcendis. Poſtremo ii magiſtratus, qui conſilio publico præſunt, in num. rerū communium referendi ſunt. Propria autem eſt ciuitatum otioſiorum & pacatiorum, & rebus proſperis magis florentium, & præterea uerò elegantis ornatus & pulchri ac decori ordinis curam aliquā habētium, mulierum diſciplina, legum cuſtodia, puerorum inſtitutio ac moderatio; gymnaſiorum præfectura, præterea ludorum gymnicorum & Dionyſiacorum curatio, & ſi qua forte alia huius generis inſtituantur ſpectacula. Horum autem magiſtratuum n. nullos in promtu eſt non eſſe populares: ut mulierum & liberorum inſtitutionem ac diſciplinam. Egentes enim neceſſe

habent egentes uti mulieribus & pueris, tanquam famulis, quia carent ſeruis. Cùm autem ſint tres magiſtratus, per quos creant quidam magiſtratus ſummæ poteſtatis, cuſtodes legum, præconſultores, cõſilium: cuſtodes legum congruunt optimatibus, præconſultores paucorum dominatui, conſilium ſtatui multitudinis. De magiſtratibus igitur, ut craſſo modo, fermè dictum eſt de omnibus.

ἀπόροις ἀνάγκη χρῆσθαι καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶν, ὥσπερ ἀκολούθοις διὰ τὴν ἀδουλίαν. τριῶν δ' οὐσῶν ἀρχῶν, καθ' ἃς αἱροῦνταί τινες ἀρχὰς τὰς κυρίας, νομοφυλάκων, προβούλων, βουλῆς· οἱ μὲν νομοφύλακες ἀριστοκρατικὸν, ὀλιγαρχικὸν δ' οἱ πρόβουλοι, βουλὴ δὲ δημοτικόν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχῶν, ὡς ἐν τύπῳ, σχεδὸν εἴρηται περὶ πασῶν.

neceſſe habẽt uti uxoribus & liberis, tanquam pediſſequis ac miniſtris, quia ſeruis careant. Cum ſint autem tres magiſtratus, ex quorum ratione quidam magiſtratus ampliſsimos ſummaq́ auctoritate ac poteſtate præditos ſuffragio creant, legum cuſtodes, prouiſores seu præconſultatores, ſenatores ſeu conſilij publici participes: legum cuſtodes ad ariſtocratiam pertinent, præconſultatores ad oligarchiam, ſenatus ad democratiam. De magiſtratibus igitur fere omnibus ueluti rudi quadã informata imagine à nobis explicatum eſt.

COMMENTARIVS.

Sequitur quæ tradita.) Cùm iam tradidiſſet, ex quibus informentur reſpublicæ, quæ rectæ non ſunt, & quæ recta ſit ipſarum conſtituendarum: incipit nunc diſſerere de magis integris atque ipſi probatis, uerum ordinem huius diſciplinæ hoc loqui [illegible] ſignificans. Primùm igitur in illis affirmat, oportere uidere, quæ pertineant ad magiſtratus (ij enim ſunt [illegible] publicarum) ſtatuereque, quot numero illi eſſe debeant & qui demum quæque curare, ipſorum [illegible] diligentiaq́, [illegible] quæ ſanè antea etiam tacitè à ſe fuiſſe monſtrat, ut in extremo quarto: ſed non perfectè neque exquiſitè. hoc [illegible] dum ſedulò eſſe confirmans, inquit. Quæ namque careat neceſſarijs magiſtratibus, non dignam [illegible] quæ appelletur [illegible] quæ autem (etſi illis deſtituta non eſt) uacua tamen eſt ab ijs magiſtratibus, qui faciunt ad modeſtiam inducendam [illegible] fieri non poteſt ut bellè habitetur, & honeſtam atque beatam uitam afferat ciuibus.

Amplius autem.) Hoc alterum argumentum eſt, quo probat oportere diligenter attendi quæſtionem hanc de magiſtratibus: neque enim in omni ciuitate idem numerus ipſorum requiritur. Quis enim dubitet, quin in paruis ciuitatibus pauciores magiſtratus ſatis ſint, in magnis uerò plures neceſſarij? Illic enim plures controuerſiæ inter ciues ualeant, multiq́, pluribus improbis factis atque maleficijs occurrendum: illic autem & minora & pauciora incommoda periculaque exiſtunt, quibus remedium adhibere oporteat ſed de hoc etiam à ſe prius dictum eſſe commemorat. Adiungit autem, cùm huc [illegible] di ſit, ſui officij eſſe hæc explicare: neque enim debere [illegible] fallere illos, qui reſp. conſtituunt [illegible] que, quales magiſtratus decet cogere & è duobus pluribuſque unum facere, in puſillis ſcilicet ciuitatibus: contraque, quos diuidere, & ex unis plures reddere, cùm unus aliquis magiſtratus tot curis ſuſtinendis par non ſit propter multitudinem cauſarum. hoc autem fieri opus eſſe in amplis grandibuſque urbibus, apertum eſt.

Primùm igitur) Primum magiſtratum putat conſtitui debere, qui ſtudio ac diligentia ſua uideat, ne quid in foro rerum uenalium improbè fiat: quod ſi aliqua culpa illic admiſſa fuerit, malitioſeque geſtum, corrigat id [illegible] factum. Hoc autem munus, etſi non omnino honeſtum eſt, quæ cauſa fuit ut neceſſarium uocaret: tamen quia, ut iudicat, ſine uenditione atque emptione ciuitas manere non poteſt, ideo ipſum primo loco poſuit. Eſſe igitur oportere, inquit, magiſtratum, qui hanc curã ſuſcipiat, attendatque diligenter contractus huius generis, qui fiunt, detque operam ut omnia illic rectè uendantur geranturque. nullam enim [illegible] hominum multitudinem inueniri dicit, quanta in omni ciuitate eſt, cui neceſſe non ſit emere aliquid ac uendere, ut ſinguli qui illic uiuunt, parent facilè res ad uitam neceſſarias. Fermè autem, quod addidit, arbitror ipſum putaſſe dediſſe, ut cautè loqueretur, ut [illegible] omnem concertationem, quam quod uerè hoc fieri poſſe putaret. Non exiſtimo etiam pertinere, quod inquit [illegible], ad ædificia propria eius loci, [illegible] aliquem [illegible]: neque etiam ad purgationem uiarum, ſed ad mores [illegible] eorum qui uerſantur illic, ementes aut uendentes aliquid, ne fallacia ulla doloue utantur. Ut autem probet, quod præcipit, curamque hanc in primis ſequutam oſtendat: inquit, hoc eſſe maximè aptum ad [illegible] tendam [illegible] facultatemq́ue, ut qui illic uiuunt, prompta omnia habeant, contentique rebus illis ſint: ob quod [illegible] dum obtinendum, [illegible] mortales multi, relictis ſuis ueteribus ſedibus, in unum locum confluxiſſe, ijſdemque legibus ſe aſtrinxiſſe.

Alia autem. Aliam curam eſſe inquit, quæ ſequitur ordine ſuperiorem, uicinaque ipſi eſt, requirés & ipſa præfectos aliquos ac magiſtratum: illa inquam, quæ propè eſt publicis priuatiſque ædificijs, ut iuſtus ornatus in illis ſit: eodemque pacto uidet, ut quæ ruinas agunt labunturq́, firmentur atque inſtaurentur ſimulque ut uiæ publicæ conſeruentur, nec impedimenti aliquid accipiant: eadem que, quod ad ſpeciem urbis pertinet, ſplendoremque, dirigantur: nec non etiam terminos agrorum mandari huic magiſtratui uult, ut ne [illegible] inter priuatos hac de cauſa exoriantur. addidit etiam reliqua ſimilia his, quæcunque illa ſint: neque enim omnia complecti potuit, eiuſdem curæ ſtudijque propria.

Vocant autem) Quo nomine uocaretur hic magiſtratus, oſtendit, maioremque partem Græcarum ciuitatum tradit appellare ipſam ſuis [illegible] quod quaſi lex quædam foret earum, quæ ad ſtatum urbis pertinerent. Romæ huiuſcemodi magiſtratus ædilitas notabatur. Adiungit autem [illegible] ipſum in ciuitatibus magnis, cùm plures partes ipſius ſint, atque officia non omnino eadem: neque enim unus idemque par eſſet tot tantiſque curis ſuſtinendis. ipſas igitur illas numeroſas ciuitates tradit, morem habuiſſe ſingulis his muneribus obeundis certos quoſdam proponere. ſeparatimque narrat ipſa uocare hos, iuncto nomine, [illegible], quòd muros ciuitatis ædificandos aut reficiendos curent: alios uerò curatores pontium & aquæductuum, qui in oppidum aquam inferrent, quæ res requirit plurimum ſtudij ac diligentiæ. Huiuſcemodi erant Romæ curatores uiarum, ceu Flaminiæ, Caſsiæ, Appiæ, Aemiliæ: qui tamen non urbanas uias, ſed extra urbem uias, ne quid detrimenti caperent, animaduertebant. Addit his et ſtudios portuum. quos uidetur Terentius intellexiſſe, cum in Chærea ita loquentem Parmenonem induxit: *At nos quid ex Piræo abierit nam ibi cuſtos nunc publice eſt.* & in alio loco Lachetem, ipſius patrem admirantem, quod munus illud reliquiſſet: *An mafla uenis!*

Alia autem.) Aliam curam ſuperioribus duabus addit, quæ ſanè, ut inquit, omitti non debet, cùm & neceſſaria prorſus ſit, & propinqua ualde ſimilis: diſcrimen tantùm hoc inter hanc & eam uerſari dicit, quòd qua domi in urbeque illa curat, hæc in agro, cùm reget, quæ illius generis extra urbem fiunt. Non uno autem & eodem nomine cunctos magiſtratum hunc & curatores earum rerum uocare ſolitos docet. cùm quidam ab agris ipſos nominarent ἀγρονόμους, ex parte hac eius curæ alij uerò à ſyluis, quarum & cædendarum & defendendarum curam gererent, ὑλωρούς. eam magni reip. intereſſe, quid uel ſyluis fiat: nec poſſe ſine magno damno rem hanc negligi, apertum eſt, cùm Romæ etiam ipſarum conſulibus commiſſa foret. quod ſignificaſſe creditur Virgilius, cùm in paſtorali carmine dixit: *Si canimus ſyluas, ſyluæ ſint Conſule dignæ.* has autem, quas nominauit adhuc curas, numero tres eſſe inquit.

Alium autem.) Magiſtratum alium eſſe oſtendit, ad quem uectigalia ciuitatis referuntur, quæ pecunia publica, diligenter ab ipſo cuſtodita, poſtea diſpenſatur ad ſingulos uſus ciuitatis. Vocari autem ſolitos ciues, qui hanc curam ſuſtinerent, inquit, ab accipienda illa pecunia, ἀποδέκτας, hoc ab eadem diuidenda, ταμίας. uno enim opera ipſorum continebatur et [illegible] muneribus. Accipere namque & [illegible] publica ſoluere, quibus mandatum eſſet, debebant. Romæ appellari ſolitam curam hanc ærarium uel fiſcum, notum eſt: unde quod penè exprimit uerba hæc, [illegible] illud à Cicerone dictũ eſt de rationibus a L. Piſone relatis. Ita enim ſunt perſcriptæ ſcitè at literate ut ſcriba ad ærarium qui eas retulit [illegible] quæ ſequuntur. Quod pertinet ad rationem prioris horum nominis, id eſt ἀποδεκτῶν notum eſt, equites Hieroſolymitanos uocare & ipſos, quos mittunt in urbes, terraſque ad ſua uectigalia recipienda, quaſi expreſſo hoc nomine, receptores: quod honeſtius eſt, quàm ſi ipſos exactores uocaſſent, tanquam à uolentibus, ſponteque dantibus: non ab inuitis atque coactis, debitam ſibi pecuniam accipiant.

Alium

Alius autem.) Alium magiſtratum eſſe uult, apud quem tradit oportere perſcriptos referri priuatos contractus & iudicia facta de cauſis à magiſtratibus, ut diligenter illic cuſtodiantur, & cùm uſus ipſorum uenerit, ſeculè inueniantur. eſt uero magiſtratus hic ualde neceſſarius. Puto autem intelligere ipſum, quem Romæ tabularium uocabant: cuius meminit M. Cicero pro A. Licinio. hodie autem appellant Græca uoce, ſed contaminate, archiuū, cum archiom uocari debeat, ut eſt in XL. III. Pandectarum, tit. de pœnis, l. i X. In noſtra enim ciuitate, quæ aliàs utilibus exquiſitiſque legibus inſtructa eſt, deſiderabatur hæc cura. Quare non parua inde incommoda naſcebantur, cùm priuatim & contractus uiuorum, & teſtaméta mortuorum aſſeruarentur, ſiue fraude ſiue negligentia eorum, in quorum manus ea ſcripta peruenerant: remedium huic graui malo adhibuit Coſmus Medices, magnus Etruriæ dux, inuento & ornato amplo loco, in quo tutò haberentur: & nouo magiſtratu creato, qui curæ omnia haberet: & miniſtris idoneis fidelibuſque ad ea quæ res requireret, facilè expedienda, paratis. Addit autem, ad eoſdem hos, curam ſuperiorem ſuſtinentes, prætereà referri nomina eorum, quibus lites intenderétur, cauſarumq; ipſarū tituli. [illegible] ualet, deferre nomen alicuius: indeq; [illegible], appellatæ ſunt litium & cauſarum aditus atque initia.

Quibuſdam autem.) Ipſemet in hac cura explicanda indicauit plures partes ipſius eſſe. quare nunc addit: Quibuſdam in locis, in ciuitatibus ſcilicet amplis & numeroſis, diuidi hunc magiſtratum in plures, ſinguliſque partem aliquam eius muneris, non omnino ſimplicis, aſſignari: cùm tamen una eademque uis ac poteſtas aliquo modo foret domina earum omnium, legitimumque ius haberet in cunctas. Sed partiendi laboris cauſa, & ut accuratiùs omne illud negotium adminiſtraretur, diuiſum illic erat in plures partes. Admonuit etiam, quomodo hi homines ſua ætate in Græcia uocarentur: appellatoſque illos eſſe & [illegible] & [illegible], & [illegible] uocatos eos, quòd memoriam rerum literis mandatarum, cuſtodirent. cui ſemen nominis, ſignificandi memoriam, iuncta eſſet particula, quæ ſacras aut perſonas aut res oſtendit. Alterum nomen [illegible], ſimpliciter ualet præſides auctoreſque. tertium, quod idem eſt, quod poſterius in iuncto illo poſitum, memoriam tantùm notat, quam ipſi tuerentur ac colerent. ſeſtace adhuc alia nomina teſtatur, quæ non attigit.

Poſt hunc) Sequi magiſtratum ſuperiorem, inquit alium, quem maximè neceſſarium eſſe dicit, nec poſſe ullo pacto ſine illo rectè remp. adminiſtrari: eundē tamen moleſtum maximè, difficilemq; eſſe fatetur, ſuperareq; in hoc ipſo uim cæterorum omnium magiſtratuum. Eſſe autem hunc dicit, cui curæ ſunt ea quæ geri debent in illos, qui à iudicibus cōdemnati ſunt: pœnaq; affici debēt, legibus aut arbitrio eorum definita, id eſt aut exigi multá ab ipſis aut eiectos illos agi è ciuitate finibuſq; aut capite plecti, aliq; demū quopiam ſupplicio affici. cuncta enim hæc munera incurrunt in oculos animoſq; eorū, qui mala recipiunt: nec ipſorū tantùm, uerum etiam cognatorum & affinium, pariuntq; ſæpè adminiſtrantibus ipſa pericula non parū. quare non ſinè cauſa declinantur. Quemadmodū autem ſupplicia ſumpta ab ipſis, ita etiam initia harū cauſarū odioſa eſſe affirmat, inuiſoſq; reddere, qui huiuſcemodi aliquid attingunt. cuius generis ſunt ſcribæ, & qui nomina notant in tabulis publicis eorum quibus hæ graues lites intenduntur. Hos enim oſtendere uidetur, cum inquit, [illegible]: ut opinor enim, hoc ualét hoc ipſo in loco [illegible]. nec enim me fallit, [illegible] etiam ſignificare, profiteri liberos, & in ordinem ſuum conijcere, ut [illegible], & [illegible]. quod etiam [illegible] dicere moris erat. ambobus enim his uerbis utitur in eadem re oſtendenda Demoſthenes in Bœotum.

Moleſtus igitur.) Probat, ſe meritò uocaſſe hunc magiſtratū difficilem ac neceſſarium: rationemq; reddit ſui iudicij. Primùm autem oſtendit, cur difficilem eſſe dixerit. neq. enim ita ipſum uocauit, quia negotij magni ſit res eas moliri: ſed quia odioſæ illæ ſunt, inimicitiarumq; plurimum pariunt ei qui ipſas adminiſtrarit. quare inquit: Vbi non magna emolumēta præmiaq; propoſita ſunt, non inueniuntur, qui curam hanc ſuſcipere uelint. aut demum, ſi paſſi ſint ſibi onus illud imponi, inducāt in animum rectè ordineq; id agere, & quæ leges iubent, ſeuerè efficere.

Neceſſarius autem) Nunc affert cauſam, cur eundem magiſtratum neceſſarium appellarit: conſtituitq; hoc, incommodo mōſtrato, quod naſceretur, ſi cura hæc non extaret, aut munere ſuo nō fungeretur. Inquit igitur, nullum fructū ciuitati ferre, cauſas iniuſtè cactè iudicari: niſi ſententiæ latæ exiſtimationeſq; de ipſis factæ, exitum haberent, gererenturq; ea, quæ iudices ſtatuiſſent. quare inquit: Si ſocietas ciuium dirimitur iudicijs non factis, neceſſe eſt etiam eiuſdem interitum oriri, ſi illa negligāntur: ut profectò fieret, ſi finem ipſa non adipiſcerentur.

Quam ob cauſam.) Curam hanc omitti non poſſe, iam declarauit, cùm tamen ipſa malum ſecum ferat, atq; id quidem nō paruum. durum eſt enim, oſtendere apud ſuos, quod remedium ipſi adhiberi debeat: quomodoq; id incōmodum declinari, oſtendit. Eſt autem illud, ſi magiſtratus hic curaq; diuidatur. eodem enim tempore diuidatur in plures, minuetur; odium. quare non ita arduum periculoſumq; erit, ut iudicia ſcilicet grauia huius magiſtratus peragantur ab hac parte huius curæ aliud autem ab alia. Eodemq; pacto, inquit, quæ pertinent ad propoſitiones relatorum in acta eodem modo diuidere, nec pati cuncta illa uni magiſtratui curæq; committi. Videndum autem eſt, an ſubeat hæc quoque diuidi eadem de cauſa, ut ſcilicet odium periculumq; conteratur: quod tamē mihi uerisſimile non eſt. neque enim facta hęc, ſi [illegible] ſunt, quæ putantur, huius generis ſunt, atque efficiunt hoc, odiūq; ingens gignunt. ſed potius, ut mouetur labor eorum, quibus mandata ſunt, accuratiuſq; omnia planiuſq; proponantur, ac breuiore etiam interuallo temporis gerantur. Aduerſari tamen uidetur huic ſententiæ, quod ſtatim cedit ad explicanda ea, quæ pertinent ad pœnas capiendas ab hominibus, qui maiorem aliquam culpam admiſerunt, ita ut capi in iudicium, & ſeruari in cuſtodia: etſi conuicti fuerint, ultimo ſupplicio affici debeāt. Hanc ſuſpicionem adiuuare uidetur, quod appellauit hic [illegible]: quemadmodum ſuprà locutus eſt, dicens [illegible] de illis, quibus dicæ iniuriarum ſcriptæ ſunt.

Et ea, quæ) Videndū accuratè, quid referat articulus, qui hic poſitus eſt, [illegible] an [illegible]: ſiue potius [illegible]: ut ſenſus ſit, prætereà cauſas de rebus præſentibus, & illius ipſius temporis, ita agere, ut ſi magiſtratus aliquis condemnarit, non idem, ſed alius quiſpiam ſit, qui efficiat & exequatur: ceu inquit uocatos Aſtynomos exequi, quæ acceperint ab agoranomis, ab illiſque decreta fuerint: itidemq; quæ ab his, aſtynomis ſcilicet, fuerint deliberata, aliū quempiam magiſtratum. Quāto minor enim odij extiterit in rebus efficiendis, tanto magis illæ exitum habebunt, peragenturq; quæ à magiſtratibus ſtatuta fuerint. ut enim patefactum eſt, metus odij ſuſcipiēdi, inimicitiarumq; ſibi creandarū reddit homines pigriores ad ea, quæ triſtitia ſunt & aſpera peragenda. ſi deriuabitur igitur in plures hoc malum, minus cauendum, minoſq; periculoſum erit.

Eoſdem igitur eſſe.) Confirmat iudicium ſuum, docetq; quid incommodi naſcatur in ciuitate, ſi aliter res adminiſtrata fuerit: non ſimplex autem ipſum eſt, ut declarat, ſed geminum. inquit igitur: Vnos & eoſdem eſſe, qui condemnent & peragant, duplex odium in ſe continet: quomodo uerò utrumq; gignatur, apertum eſt. De omnibus autem cauſis eoſdem homines ſtatuere, & non diuidere ipſas in plures uarioſq; ciues, eſt inimicos ipſos reddere omnibus mortalibus, qui illic uiuunt.

Multis autem locis.) Commemorat, quod ualet ad iudicium ſuum confirmandum, qui cenſet, declinandæ inuidiæ cauſa diuidendas eſſe has curas, multis in locis magiſtratum eū, qui cuſtodit ſontes, ſeparatum eſſe ab eo qui perficit exequiturq; decreta magiſtratuum. unum autē eorum nominat. Athenis namq; quos XI. uiri uocabātur, diſtincti erant à cuſtodibus carceris: ij autem erant, qui, quod faciendū erat, efficiebant. Huius magiſtratus meminit Plato in Phædōne, narrans eos miſiſſe miniſtrum publicū, qui Socrati cicutam præberet. Quare putat Ariſtoteles, ſatius eſſe hunc etiam magiſtratum diſtinguere, calliditámq; demum aliquā rationem inuenire, qua extenuetur odium ipſius, ut ſuperiorum. nam ſine eo non poſſe remp. manere: non minuſq; ipſum, quàm ſuperius tradit, neceſſarium eſſe, apertum eſt. Romæ magiſtratus hic minori numero hominū mādabatur. triumuiri enim capitales appellabantur, qui hanc curā ſuſcipiebant. ipſorum mentionem fecit Salluſtius de coniuratione Catilinæ his uerbis: Triumuiros, quæ ad ſupplicium poſtulabat, parare iubet.

Viſu enim uenit) Primū exponit, quid difficultatis committetur huic magiſtratui. probos enim ac moderatos uiros, quibus tutò hæc cura committeretur, tradit toto animo ab ipſo abhorrere, nec pati ſibi iniungi hoc munus. improbis autem tutum non eſſe rem tanti ponderis committere, ſacerq; illos dominos aliquo modo publicarum ſententiarum eiq; legū, cùm ipſi magis egeant cuſtodia, quàm poſſint aliquos cuſtodire. Hoc quoq; acutè dixit M. Cicero in Cecilium in diuinatione, cùm ipſum ut furem, inſimularat: Cuſtodem, inquit, Tullio me apponite: quid? mihi quam multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero.

Quare opus eſt.) Duobus modis ſignificat poſſe conteri odium horum miniſteriorum, ſi non unus inquam certus definituſq; magiſtratus fuerit, qui cuncta hęc curet: neq; continenter ijſdem, qui ſemel huiuſcemodi aliquid geſſerint, illud munus obire debeant, ſed mutentur perſonæ horum miniſteriorum. Quod facile, ut teſtatur, obtinebitur, ubi inſtitutus eſt ordo a-

liquis

iquis ephebORUM aut cuſtodum urbis. Cùm enim illi multi ſint, magnumq́; numerum ſui generis conſtituant, poterunt inde ſumi ſemper aliqui mutatis uicibus, qui operam nauent reipublicæ, legibuſq́; cogantur ſuſtinere hoc munus. Id quo igitur ciuitate hoc ſeruabitur, nullam notam inurent hæc miniſteria ijs, qui functi hæc fuerint, nec contra ipſos odium excitabitur. Cùm autem ſuperiora præcepiſſet, addidit ſe abſoluiſſe, quæ pertinebant ad magiſtratus maximè neceſſarios, & huius quidam generis primos.

Poſt hos autem.) Poſt explicatos, quos tradidit, magiſtratos, dicit reſtare quoſdam ſimiles ipſis, quod ad neceſſariorum ipſorum uſum facit: ſuperiores tamen dignitate, quiq́; ſpeciem aliquam habeant. Nam illi tenues admodum fuerunt atq; obſcuri, etſi ciuitas ipſis carere non poterat. egere autem affirmat hoc uſu & fide multa, nec poſſe rectè ſuſtineri hæc munera, niſi ab hominibus peritis & probis. Cuiuſmodi autem intelligat, aperit, nonnullis ipſorum appellatis. huius enim generis magiſtratū eſſe inquit, eum, cui commiſſa eſt cuſtodia urbis, quiq́; tueri ipſam debet ab externis & domeſticis etiam hoſtibus: nec non eū omnem, cui curæ ſunt res bellicæ. Occurrit autem illi, quod aliquis fortaſſe dixiſſet, poſſe ſine damno ciuitatē carere quodam tēpore hoc magiſtratu: quia tranquillo ſtatu ipſius pacatq́;, opus non eſt hominibus, qui curent res belli proprias. quod ipſe uerum non eſſe putet, dicens, non minus pace quàm bello requiri operam eorum, qui cuſtodiant & portas urbis & muros, omniaq́; hæc diligenter curent: non tamen, etſi ὁμοίως inquit, ſ porterent hoc fieri contrarijs inter ſe temporibus, exiſtimandū eſt ſenſiſſe illum, eandem omnino diligentiam adhibendam eſſe in his muneribus obeundis pace, quæ bello: ſed ſignificare ſolum, nullo tempore eſſe hoc dimittendū, ſpretumq́;, poſſe magna pericola libertati creare. Ut autem neceſſe putat eſſe hoc, magiſtratū aliquem curare: ita eundem ſedulò uidere & ſcrutari miſſiliæ idoneos ciues, & ipſos deſcribere, ut cum uſus uenerit, præſtò ſint reipublicæ, & communi ſaluti prouideant. delectum autem militum arbitror poſtremis uerbis intelligere.

Hic igitur.) Non cuſtodiri idē de bellicis magiſtratibus omnibus in locis tradit, ſed magnopere uariari tā in paruis & magnis ciuitatibus. in quibuſdam enim, & ijs quidem amplis, omnibus his curis muneribuſq́; plures præpoſitos eſſe magiſtratus, qui ſingulas partes attendant, in alijs uerò pauciores: ceu inquit, paruis in oppidis unus idemq́; magiſtratus ſuſcipit has omnes, diuerſas inter ſe curas, parq́; eſt ipſis ſuſtinendis. Quibus etiam nominibus Græci uocare ſolerent hæc imperia, commemorat στρατηγοὺς enim, id eſt duces in bello, & πολεμάρχους, quòd imperiū habeant in eas res, appellatos eos inquit. præterea addit: Si diſtinctæ fuerint copiæ illæ, ut partim ipſarum ſint equites, partim leuis armaturæ milites, partim toxotæ, ita uocati, quia maniis arcubus, aut etiam nauales copiæ aliquando ſinguli his proprios quoſdam certoſq́; magiſtratus imponi ſolitos eſſe, qui partes illas curent, nec imperium habeant in reliquas: ut primi illis duobus contingebat, qui uniuerſum exercitum regebant. Morem autem fuiſſe narrat, his nominibus uocandi hæc diſtincta ſeparataq́; imperia, id eſt ναυαρχίας, & ἱππαρχίας, & ταξιαρχίας, poſteriore parte iunctorum horum nominum ſemper eadem ſeruata, quæ poteſtatem imperiumq́; ſignificat: priore uerò mutata, ut mutata foret ratio militiæ. nam Lyſandrum Lacedæmonium, ναύαρχον à Plutarcho uocatum, præfectum claſsis appellaſſe Ciceronem, conſtat. Quomodo etiam uocarentur curæ quædam imperiaq́; minora his, & quæ parerent ſuperioribus, oſtendit. Tria autem tantùm nominat, quamuis (ut teſtatur) plura illa forent, id eſt τριηραρχίας, & λοχαγίας, & φυλαρχίας nam trierarchas præfectos ſingularum triremium uocari ſolitos, notum eſt. eadem ratio eſt reliquorum duorum nominum. Qui autem in bello uocarentur λόχοι, nemo nem fallit. milites enim in inſidijs poſiti, ita uocati ſunt: reliquas omnes partes eiuſdem generis eſſe inquit, & obtemperare ſuperioribus illis. Quòd ſi relictis partibus rurſū aliquis conſideret, eſſe omnes illas, inquit, ſpeciem eiuſdem curæ, id eſt adminiſtrantis & gubernantis res bellicas. De hoc autē magiſtratu putat à ſe ſatis diſputatum eſſe, prorſuſq́; rem ſe habere affirmat, ut oſtendit.

Quia autem aliqui.) Docet, egere rempublicam quodā magiſtratu, qui corrigat peccata aliorum magiſtratuum. eo adminiſtrā de rep. commiſſa: non ſolum qui publicam pecuniā auerterint, ſed etiam qui improbè ſe in alio quopiam facto geſſerint. iacit autem primum fundamentum huius documenti, dicens. Quia magiſtratus quidam, etſi non omnes, curant multas communes res, non quoſdam totos occupatos eſſe in litibus controuerſijſq́; priuatorum hominum, & nihil attingere, quod ad remp. pertineat. apertum eſt: neceſſe eſt alium magiſtratū in ciuitate eſſe, qui rationem accipiat ab illis omnium factorum, & emendet, quæcunq́; illi geſſerint improbè, ſolutum ipſum liberumq́; ab omnibus alijs curis. Quomodo autē in Græcia uocarent huiuſcemodi magiſtratum, oſtendit: quatuorq́; diuerſis nominibus ipſos nominatos ſignificat, ut opinor, à diſcrepantibus muneribus, quæ obirent, dum opus ſuum explerent. Primum nomen declarat ſtudium eorū in dirigendis quaſi torno à ſe factis aliorum poſitum. ſecundum, rationis tenendæ ualet: tertium, diligentiam ipſorum monſtrat in exquirendis perſcrutandiſq́; magiſtratuum peccatis: quartum, ualet patronos & aduocatos. quòd ipſi fortaſſe defenderent cauſam eorum, qui ſe iniuriam accepiſſe à magiſtratibus affirmarent.

Præter omnes.) Præter omnes, quos commemorauit magiſtratos, extare alium tradit, qui poteſtatē habet in cunctos, & quaſi dominus ipſorum eſt. Quod uerum eſſe oſtendere uolens, ſummam inquam eſſe auctoritatem ipſius, inquit, cum ille penè mero habere finem, & quaſi extremū omnium rerum, nec non etiam principium & aditū. εἰσφορὰν enim, quo nomine auctor uſus eſt, alterū hoc ualere arbitror, de magiſtratuq́; hoc dici: quia ipſe proponit & quaſi obijcit, de quibus deliberari debeat. τέλος autem, quod prius dixit, habere: quia confirmat & rata reddit ſententia ſua ea, de quibus conſiliū cogitur. Hūc autē magiſtratum, inquit, in illis locis, in quibus dominatur multitudo, ante ipſum (quod facere debet) moliri, cùm opus ſit. monere in rep. magiſtratū, cuius officium ſit cogere multitudinem, tempuſq́; intelligat, quo facere hoc oporteat. neq; enim ſine cauſa debet exhiberi moleſtia tanta multitudini. illa uerò eſt, quæ in ſua manu habet rempublicam. addit, ut ſuprà ſemper fecit, quomodo uocetur hic magiſtratus, affirmatq́; appellari ipſum non ubiq; eodem nomine: uerum ab re, quam gerit, & quæ propria eſt ſui muneris, alicubi προβούλους. ſolet enim ille, antequam proponatur, de quo deliberari debet, uidere diligenter, an id facere utile ſit: ubi autē multitudo domina eſt, & huius quoq́; rei ſoō ius eſſe uult, dicit appellari potius βουλὴν indicans ipſum in aliquibus locis retinere ſuperius nomen, ſed tamē in pluribus amittere ipſum, & ut docuit, appellari. Trāſit poſt hunc locum ad aliud genus curæ, oſtendens prius à ſe tradita, quæ ad profanos magiſtratus pertinebant.

Alia autem.) Reſtare oſtendit aliam partem publicarum curarum, quæ ut ſuperiores fuēre, profana non eſt, diuina facit: illa curam in bene inſtituta ciuitate accuratè in primis tractanda. Cuiuſmodi autem hæ curæ ſint, paucis expoſitis, declarat: primumq́; nominat ſacerdotes, qui rem diuinam faciant. deinde curatores eorum, quæ faciunt ad ædes ſacras fanaq́;, qui uidere debeant, ut quæ iam ædificata ſunt manentq́;, conſeruentur, & ab omni periculo ruinæ uindicentur: quæ uerò labentur, firmentur & inſtaurentur. ipſe de his, quæ rimas agunt, ædificijs inſtaurandis loquens, uerbo ἀνορθοῦσθαι uſus eſt: quo etiam uſus fuit Iſocrates in libro, quem miſit ad Philippum, Cononē Athenienſium laudans: qui ſua uirtute, cùm fregiſſet opes Lacedæmoniorum, cauſa fuit ut muri patriæ reficerentur, diruti euerſiq́; ab illis, cùm Athenas ceperunt. Qui putaret, quod ſuprà poſitum eſt, ἱερὰ, illic ualere res omnes ſacras, & non ſolùm templa, id eſt diuini cultus inſtrumenta, ut ueſtes, uaſa & cætera: exiſtimare poſſet, quod infrà eſt, ἱεροφύλακα, ſignificare hæc ipſa, & quaſi fortunas & peculium ſacrum. non enim dubiū eſt, quin, cùm de rebus profanis ſermo eſt, χρήματα uocentur patrimonia & res familiaris. Adiunxit autem, curatores hos ſuſcipere curam debere cæterorum omnium, quæcunq́; referuntur ad deos immortales.

Contingit autem.) Curam hanc, pertinentē ad deos, æqualem non eſſe omnibus in locis tradit: ſed uariari, uariatis oppidis & amplitudine ipſorū, quippe cùm in paruis urbibus una curatorum ſit, ad quam cuncta quæ ſint huius generis, referantur. in alijs uerò locis uſu uenit has curas eſſe multas & ſemotas à proprio munere ſacerdotum. Appellat autem diuerſos ipſius ordines, treſq́; ponit, quorum primi uocarentur ἱεροποιοὶ: ita iuncto nomine appellati, quia ædes ſacras & fana ædificarent. Secundos nominat ναοφύλακας, id eſt cuſtodes ſacrorum, & ut Latini ipſos uocabant, ædituos. tertios, quæſtores & diſpenſatores ſacrarum pecuniarum.

Sequitur autem.) Sequi, quam modò explicuit, curam dicit, propinquamq́; eſſe illi, curā aliam: cuius officiū eſt regere & adminiſtrare cuncta publica ſacrificia, quæ lege commiſſa non ſunt ſacerdotibus. ipſa namq́;, ut lex ſtatuit, ſacerdotibus relinquuntur, propriaq́; ipſorum ſunt. Contingit autē ciuitatem immolare hoſtias aliquando pluribus ob cauſas, ceu ob rem bene geſtam in bello, uictoriamq́; partam contra hoſtes: quæ ſacrificia, ut apparet, mandabantur profanis perſonis, accipientibus hunc honorem (ut narrat) à communi Veſta. erant enim priuatæ quoq; Veſtæ, in ſingulisq́; domibus ſui ac lares familiares, quibus rem diuinā facerent, qui illic habitarēt. Vt igitur diſtingueret ab his Veſtam, quam intelligit, publicam ipſam uocat. Vnde licet arbitrari, ciuitatem, quæ eſſet tanquam ampla quædam domus, habuiſſe & ipſam moribus inſtitutiſq́;, ueterū illorum

rum ſuum focum ac lares familiares. Honorem autem uocat, curam hanc & munus: quia dignitatis erat, ornabatq; perſonã eorum, qui ipſam ſuſtinebant. Verijs autem nominibus diuerſis in locis hos uocatos oſtendit, cùm quidam appellarent ipſos ab imperio, quod habebant in has res, ἄρχοντας: alij reges, ut Romæ quoq; rex ſacrorũ uocabatur. nec deeſſent etiam qui appellarent ipſos πρυτάνεις, quaſi adminiſtratores & curatores earum rerum.

Neceſſaria igitur.) Cùm expoſuiſſet magiſtratus, quos putauit neceſſarios eſſe in ciuitate, quia ſine illis commodè ciuitaſq; illic uiui non poſſet, repetit nunc eos, paucisq; in memoriã redigit, ἐπιμελητὰς autem ipſos, ut ſæpe quoq; fecerat ſuprà, uocat à cura, quã ſuſcipiunt emendandæ atque ornandæ ciuitatis. Eſſe igitur, inquit, illos hoc ferè & in his rebus, quas nominat, diligẽtiam adhibere. Primũ autem nominat nunc, quem poſtremũ prius attigit, id eſt, qui curaret res diuinas, ac uideret quæ ad deos rectè colendos pertinent: deinde illum, qui res bellicas regeret: eodem quo pacto cæteros omnes & qui uectigalia ſuæ curæ mandata haberet, qui que itidem publicorum ſumptuũ rationem duceret: necnon qui, quæ in foro rerum uenalium fierent, ut ordine ſine fraudeque gererentur, operam daret. Addit etiam his, quæ ad urbem, portus, agrum regionemq; pertinebant, quæ cuncta, ut ſuprà ſignificatum eſt, ſuos curatores magiſtratuſque habebant.

Adhuc autem.) Præterea commemorat ſe tradidiſſe magiſtratum, qui curaret, quæ pertinerent ad iudicia cauſaſq; forenſes & contractus, qui fierent inter ciues, ne quis dolus in ipſis adhiberetur: nec non illum etiam, qui uideret, ut tabulæ ſcriptáque publica ac priuata fideliter aſſeruarentur, & ſententiæ magiſtratuum exitum haberent, ac fierent quæ decreuerant, ſunteſque in oculis haberentur: quique etiam perſpiceret, ut rationes omnium rerũ diligenter ſubducerentur, & perſcrutatius res accuratè fierent: nec non illum, cuius officium foret rationes accipere ab his, qui publicum aliquod negotium adminiſtraſſent, rerum ab ipſis geſtarum.

Seorſum autem.) Repetit etiam, ſe ſuprà tradidiſſe curas nonnullas, quæ communes non ſunt omnium ciuitatum, ſed propriæ illarum, quæ beatiores putantur. Has enim intellexit, cùm dixit eas eſſe tales, ut magis ipſis otio frui liceat, & habeant uelut omnium rerum uentos ſecundos: nec tantùm hoc bono præditæ ſint, uerùm etiam ſtudeant modeſtiæ, laborentque quantum poſſunt, ut in ciuitate modicè temperateque uiuatur. Quatuor autem magiſtratus appellat, qui curam hanc ſuſciperent, & diuerſos ſexus aut ætates regerent. Primus γυναικονομία uocetur, qui continentiæ muliebri prouidebat, frenabatque ipſas. Secundus itidem curabat, ut leges, quæ & hæc & cæteras partes ciuitatis coercebant, cuſtodirentur, à quo munere nomen ipſi impoſitum erat. Tertius puerilem teneramq; ætatem regebat, & ut rectè inſtitueretur, operam dabat. Vltimus procurabat, ne quid flagitij admitteretur in illis lucis ſedibuſque, ubi adoleſcentes publicè corpus exercebant, & militaribus laboribus præparabant, omniaque demum illic rectè & ordine fierent. unde appellabatur γυμνασιαρχία. Quibuſdam in locis ſeuerè admodum hoc imperium adminiſtrari ſolitum, ſignificauit Plutarchus in Erotico, adoleſcenteſque illic doris legibus in officio contineri.

Additur autem.) Reſtare adhuc oſtendit, addiſque debere quatuor iam expoſitis, curam magiſtratumque quendam, proprium & ipſum fortunarum ciuitatum. nam tenues puſillæque non capiuntur his oblectationibus: qui uideret, ut quæ ad certamina gymnica ludoſque Liberi patris pertinebãt, ordine fierent. Ἀγῶνας διονυσιακοὺς dicẽs, intellexit tragœdias. hæ namque fabulæ illi deo dicatæ erant. Præterea inquit, ſi ulla alia ſpectacula huiuſcemodi in ciuitate ſunt, quos ſpectare populus ſolet: ut erant Romæ gladiatores, funambuli, uenationes, cæteraque huius generis.

Horum autem.) Cùm peculiares quarundam ciuitatum affirmaſſet eſſe magiſtratus, quos modò appellauit: duos ipſorum tradit manifeſtò non habere locum in illis, quæ reguntur à multitudine: id eſt, qui longè proſpicit muliebri modeſtiæ ac pudicitiæ, & qui pueros regit, & lubricæ illius ætatis diſciplinæ præeſt. Cùm enim pauperes clauum harum ciuitatum teneant, non patiuntur ſibi eripi uſus domeſticos & uxorum & liberorum coguntur enim propter paupertatem, ut frequenter opera illorum ſuis in miniſterijs, habeantque eos loco famulorum, cùm ſine ſerui ſint: feminæ autem, quę ſæpè domo prodeunt, res empturæ aut uendituræ, non facilè caſtitatem tuentur: puerique non poſſunt erudiri, diſciplinamque accipere publicè præbitam, ſi coguntur adminiſtrare, quæ ad uitam opus ſunt parentibus.

Cum autem ſint.) Cùm plures ſint rationes creandorum magiſtratuum primorum, uarijſque ordinibus curam hanc imponere mos ſit in diuerſis generibus reipublicæ, docet, quibus potiſſimum in ipſis hoc facere maximè quadret, atque inquit: cùm tres prius ordines appellaſſet, id eſt cuſtodes legum, præconſultatores, conſilium, cuſtodes legum: hoc præſtare ſtatui optimorum, accommodatum eſſe: dominatui uerò paucorum, præconſultatores: fungi uerò hoc munere conſilium illic uocatum, proprium eſſe reip. popularis. Poſt quod, extremum huius libri documentum, inquit, fermè à ſe traditum eſſe, quod pertinebat ad cunctos magiſtratus: ſi non exquiſitè, ita tamen, ut ſatis huic diſciplinæ uideri poſſit.

a καὶ τῶν ἀναγκαζόντων al καὶ τῶν ἀναγκαζομένων, minus rectè.
b ὅσοι ἂν μὴ χειρομενοι, &c. ſubintel δέοι.
c καὶ περὶ τοὺς ἀναγκαίους τῶν, &c. uulg. libr. habent, καὶ περὶ τοὺς ἀναγκαίως, mendosè.
d καὶ τοὺς τῶν ἐπιχωρίων al καὶ τοὺς τῶν ἐπιτόπων, &c.
e πολεμικῶν πᾶσαν τοιῶν uerbum τοιῶν deſideratur in lib. uulg.
f ἐπιμελεῖσθαι πολεμικῶν, mendosè in libris uolg. ἐπιμελείας.

FINIS SEXTI LIBRI.

ARISTOTELIS DE REPVBLICA

LIBER VII.

CAP. I.

QVI de optima rep. ut decet, quærere debet, neceſſe haber ſtatuere primum, quæ uita maximè eſt expetenda. Si náq; hoc incertú fuerit, & optimã etiá remp. incertã eſſe neceſſe eſt. optimè enim tẽ gerere cõuenit eos, qui optima rep. utũtur, pro rebus, quib. inſtructi ſunt, niſi aliquid exiſtat prẽter rationẽ. quare oportet primùm exploratú eſſe, quę uita ſit omnibus (ut ita loquar) maximè expetẽda: deinde utrũ cõmuniter uel ſeparatim ea dẽ, uel diuerſa. Cùm igit arbitremur multa à nobis dicta eſſe, quę ſatis haberi poſsint in diſputationib. etiá exotericis de optima uita, & nũc utendú eſt ipſis: certè enim aduerſus unã diuiſionẽ, nemo unquá controuerſaretur. quòd cú tres partes ſint bonorũ, q̃ ſunt ſcilicet extra nos, & quæ in corpore, & q̃ in animo, cũcta hęc nõ adeſſe opus ſit beatis uiris. Nemo .n. diceret beatũ eũ, q nullá partẽ haberet in ſe fortitudinis: neq; tẽperantiæ, neq; iuſtitiæ, neq; prudẽtię, ſed metueret pteruolátes muſcas: nec abſtineret ſe à quopiá eorũ q̃ poſtrema ſunt, ſi cupiditas inuaſiſſet edẽdi aut bibẽdi, atq; ob quadrantẽ interimat cariſsimos ſibi amicos: eodẽq; pacto in his, q̃ faciũt ad ſenſum animi, adeò demẽs ſit, & falſis opinionibus teneatur, ut planè puer ſit, uel inſanus. Verùm hæc quidem dicta aliquo modo omnes concederent: diſcrepant autem quanto & exuperantijs. Virtutis enim habere quantulumcunque ſatis eſſe arbitrantur: diuitiarum autem, & pecuniæ, & potentiæ, & gloriæ, & huiuſcemodi omnium rerum, ſine termino ullo quærunt ubertatem. Nos autẽ dicemus ipſis, facilè quidem eſſe de his factis etiam certiores fieri, uidentes homines quærere & tueri, non uirtutes bonis extra nos poſitis, uerùm illa ope harum: & beatè uiuere, ſiue in uoluptate po-

ΠΕΡΙ͂ πολιτείας ἀρίστης τὸν μέλλοντα ποιήσασθαι τὴν προσήκουσαν ζήτησιν, ἀνάγκη διορίσασθαι πρῶτον, τίς αἱρετώτατος βίος. ἀδήλου γὰρ ὄντος τούτου, καὶ τὴν ἀρίστην ἀναγκαῖον ἄδηλον εἶναι πολιτείαν· ἄριστα γὰρ πράττειν προσήκει τοὺς ἄριστα πολιτευομένους ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, ἐὰν μή τι γίγνηται παράλογον. διὸ δεῖ πρῶτον ὁμολογεῖσθαι τίς ὁ πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, αἱρετώτατος βίος· μετὰ δὲ τοῦτο, πότερον κοινῇ καὶ χωρὶς ὁ αὐτὸς, ἢ ἕτερος. νομίσαντες οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς· ὡς ἀληθῶς γὰρ πρός γε μίαν διαίρεσιν οὐδεὶς ἀμφισβητήσειεν ἂν ὡς οὐ τριῶν οὐσῶν μερίδων, τῶν τε ἐκτὸς, καὶ τῶν ἐν σώματι, καὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ, πάντα ταῦτα ὑπάρχειν τοῖς μακαρίοις δεῖ. οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη μακάριον, τὸν μηθὲν μόριον ἔχοντα ἀνδρείας, μηδὲ σωφροσύνης, μηδὲ δικαιοσύνης, μηδὲ φρονήσεως, ἀλλὰ δεδιότα μὲν τὰς παραπετομένας μυίας· ἀπεχόμενον δὲ μηθενὸς, ἂν ἐπιθυμήσῃ τοῦ φαγεῖν ἢ πιεῖν, τῶν ἐσχάτων· ἕνεκα δὲ τεταρτημορίου διαφθείροντα τοὺς φιλτάτους φίλους. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν διάνοιαν οὕτως ἄφρονα καὶ διεψευσμένον, ὥσπερ τι παιδίον, ἢ μαινόμενον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν λεγόμενα, ὥσπερ πάντες ἂν συγχωρήσειαν· διαφέρονται δ' ἐν τῷ ποσῷ, καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς. τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς ἔχειν ἱκανὸν νομίζουσιν ὁποσονοῦν· πλούτου δὲ καὶ χρημάτων, καὶ δυνάμεως, καὶ δόξης, καὶ πάντων τῶν τοιούτων εἰς ἄπειρον ζητοῦσι τὴν ὑπερβολήν. ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς ἐροῦμεν, ὅτι ῥᾴδιόν μὲν περὶ τούτων καὶ διὰ τῶν ἔργων διαλαμβάνειν τὴν πίστιν, ὁρῶντας ὅτι κτῶνται καὶ φυλάττουσιν οὐ τὰς ἀρετὰς τοῖς ἐκτὸς, ἀλλ' ἐκεῖνα ταύταις· καὶ τὸ ζῆν εὐδαιμόνως, εἴτ' ἐν τῷ χαί-

ρειν

CVM qui de optima reip. adminiſtranda forma cõuenienter quæſiturus & commentaturus eſt, primum quænam uita maximè ſit optabilis atq; expetenda, definitè cognouerit neceſſe eſt. Nam ſi hoc obſcurum & incognitum ſit, etiam optima reip. adminiſtranda forma obſcura & incognita neceſſariò futura eſt. Optimas enim res agere, optimeq; res ſuas gerere conuenit eos, qui optima reipub. adminiſtratione utuntur, ex ijs, quæ eis ſuppetunt, niſi ſi quid præter omnium opinionem & rationem accedat. Quocirca oportet hoc primũ inter nos conſtare & conuenire, quænam ſit omnibus, paucißimis exceptis, optatißima & maxime expetenda uita: deinde utrùm cum alijs communiter & ſeparatim eadem ſit, an alia. Cùm exiſtimemus igitur multa de uita optima in ijs libris, quos exotericos, id eſt quaſi externos appellare conſueuimus, ſatis ad rem accommodatè dici, etiam nunc ijs utendũ nobis eſt. Nemo enim profectò, quod ad unam quidem diuiſionem attinet, in controuerſiam uocarit, quin, cùm tria ſint bonorum genera, externa, ea quæ ſunt in corpore, ea quæ in animo, hæc omnia beatis ſuppetere oporteat. Nemo enim beatum dixerit eum, in quo neq; fortitudinis, neque temperantiæ, neque iuſtitiæ particula inſit ulla: ſed qui muſcas circumuolitanteis metuat, & cùm eſuriat aut ſitiat, nulla re ſibi temperet etiam deterrima atque extrema, amicos carißimos atque intimos ob quadrãtem interimat: ſimiliterq; in ijs, quæ ad mentem attinent, æquè ſit imprudens & excors, pariq; mentis errore afficiatur, atque puer aliquis aut inſanus. Hæc igitur quæ ita dicuntur, omnes, [a] ut diximus, uno ore conceſſerint: ſed de quanto & excellentia immoderata ambigunt. Virtutis enim quantulumcunque habeant, ſatis ſe habere exiſtimant. Diuitiarum uerò & pecuniæ, & potentiæ, & gloriæ, & talium omnium rerum cupiditati nullum modum ſtatuunt, nullum finem imponunt. Nos autem eis reſpondebimus, facilè quidem eſſe his de rebus etiã [b] ex factis argumenta ad fidem faciendam ſumere, cùm uideamus, eos parare & retinere non uirtutes bonis externis, ſed bona externa uirtutibus: & beatè uiuendi facultatem, ſiue ea homini-

V bus

ſitũ eſt hominibus, ſiue in uirtute, ſiue in utriſq;, magis cadere in illos, qui morib. & cõſilio inſtructi ſunt eximiè: in poſſeſsione aũt bonorũ extra nos poſitorũ, ad mediocritatẽ puenerũt, quã illis, q ipſa quidẽ poſsidẽt plura, quã uſui ſunt: in his autẽ deficiũt. Sed etiã ratione attendentibus paruo negotio idem perſpicitur. bona enim, q̃ ſunt extra nos, terminũ hñt, tanquã inſtrumẽtũ quoddã: omne aũt uſui ſeruit, quorũ exuperantiã, uel obeſſe neceſſe eſt uel nihil pdeſſe ijs, qui poſsidet. Singula aũt animi bona, quãto maiora fuerint, tãto maiores fructus ferunt: ſi decet in his laudandis adiungere non ſolũ honeſtatẽ, uerũ etiã utilitatẽ. Omnino aũt pſpicuũ eſt, nos dicturos comitari optimã diſpoſitionẽ ſingularũ rerũ inter ſe pro exuperãtia, quã quidẽ diſtantiã nactæ ſunt: quarũ rerũ dicimus eſſe affectus hos. Quapropter ſi animꝰ eſt reb. à nobis poſſeſsis, & corpore, maiore honore dignũ & ſimpliciter & uobis, neceſſe eſt optimã diſpoſitionẽ ſingulorũ horũ pportione ad hæc ſe habere. Amplius autẽ propter animũ hęc ſunt natura expetẽda: & ita ſanè decet oĩs expetere, qui ſapiũt, ſed nõ illarũ cauſa animũ. Singulis igitur hominib. tantũ uitæ beatæ cõtingere, quantũ uirtutis, & prudẽtię, & factorũ ex præceptis harum, extra omnẽ cõtrouerſiã nobis ſit utentib. Deo teſte, qui beatꝰ ſanè eſt: non tñ ui ullius bonorũ illorũ, quæ ſunt poſita extra ſe, ſed ipſe per ſemet ipſum, & quia natura talis eſt. Nam ſecũdam fortunã à beatitudine ob hæc neceſſe eſt diuerſam eſſe. bonorũ enim quę ſunt extra animũ, cauſa, & caſus, & fortuna: iuſtus autem nemo, neque temperans à fortuna genitus eſt, neque propter fortunã factus. Aptum autem eſt ad hoc, & iiſdẽ rationibus cõſtituitur & ciuitatem beatã eſſe, quæ optima eſt, & bene rem gerit: fieri autẽ nõ poteſt, ut bene rem gerant, qui non honeſtè agunt. Nullum autem honeſtũ opus, neq; hominis, neque ciuitatis eſt abſque uirtute & prudentia. Fortitudo autem ciuitatis & iuſtitia & prudentia eandem uim habet & formam: quorum participes

ῥᾷον ἐστὶν, εἴτ' ἐν ἀρετῇ τοῖς ἀνθρώποις, εἴτ' ἐν ἀμφοῖν, ὅτι μᾶλλον ὑπάρχει τοῖς τὸ ἦθος μὲν καὶ τὴν διάνοιαν κεκοσμημένοις εἰς ὑπερβολὴν, περὶ δὲ τὴν ἔξω κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν μετριάζουσιν, ἢ τοῖς ἐκεῖνα μὲν κεκτημένοις πλείω τῶν χρησίμων, ἐν δὲ τούτοις ἐλλείπουσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λόγον σκοπουμένοις εὐσύνοπτόν ἐστι. τὰ μὲν γὰρ ἐκτὸς ἔχει πέρας, ὥσπερ ὄργανόν τι· πᾶν δὲ τὸ χρήσιμόν ἐστιν, ὧν τὴν ὑπερβολὴν, ἢ βλάπτειν ἀναγκαῖον, ἢ μηθὲν ὄφελος εἶναι αὐτῶν τοῖς ἔχουσι. τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἕκαστον ἀγαθῶν, ὅσῳπερ ἂν ὑπερβάλλῃ, τοσούτῳ μᾶλλον χρήσιμον εἶναι· εἰ δεῖ καὶ τούτοις ἐπιλέγειν, μὴ μόνον τὸ καλὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ χρήσιμον. ὅλως τε δῆλον, ὡς ἀκολουθεῖν φήσομεν τὴν διάθεσιν τὴν ἀρίστην ἑκάστου πράγματος πρὸς ἄλληλα, κατὰ τὴν ὑπεροχὴν, ἥνπερ εἴληφε διάστασιν. ὧν φαμὲν αὐτὰς εἶναι διαθέσεις ταύτας. ὥστ' εἴπερ ἐστὶν ἡ ψυχὴ, καὶ τῆς κτήσεως, καὶ τοῦ σώματος τιμιώτερον, καὶ ἁπλῶς, καὶ ἡμῖν· ἀνάγκη καὶ τὴν διάθεσιν τὴν ἀρίστην ἑκάστου, ἀνάλογον τούτων ἔχειν. ἔτι δὲ τῆς ψυχῆς ἕνεκεν ταῦτα πέφυκεν αἱρετά· καὶ δεῖ πάντας αἱρεῖσθαι τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἕνεκεν τὴν ψυχήν. ὅτι μὲν οὖν ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσονπερ ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ τοῦ πράττειν κατ' ταύτας, ἔστω συνωμολογημένον ἡμῖν, μάρτυρι τῷ θεῷ χρωμένοις, ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος· δι' οὐθὲν δὲ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ δι' αὐτὸν αὐτὸς, καὶ τῷ ποιός τις εἶναι τὴν φύσιν. ἐπεὶ καὶ τὴν εὐτυχίαν τῆς εὐδαιμονίας διὰ ταῦτ' ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι. τῶν μὲν γὰρ ἐκτὸς ἀγαθῶν τῆς ψυχῆς αἴτιον, ταὐτόματον, καὶ ἡ τύχη· δίκαιος δ' οὐδεὶς, οὐδὲ σώφρων ἀπὸ τύχης, οὐδὲ διὰ τὴν τύχην ἐστίν. ἐχόμενον δ' ἐστὶ καὶ τῶν αὐτῶν λόγων δεόμενον, καὶ πόλιν εὐδαίμονα τὴν ἀρίστην εἶναι, καὶ πράττουσαν καλῶς. ἀδύνατον δὲ καλῶς πράττειν τοῖς μὴ τὰ καλὰ πράττουσιν. οὐθὲν δὲ καλὸν ἔργον, οὔτ' ἀνδρὸς, οὔτε πόλεως χωρὶς ἀρετῆς καὶ φρονήσεως. ἀνδρεία δὲ πόλεως καὶ δικαιοσύνη, καὶ φρόνησις, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν καὶ μορφὴν· ὧν μετε-

bus poſita ſit in uoluptate, ſiue in uirtute, ſiue in utroque, datam eſſe maiorem ijs, qui morum quidem & mentis uirtutibus egregiè & ſupra modum ſunt exornati, bonorum autem externorũ copijs mediocriter inſtructi: quàm ijs, qui, cùm multo plura bona externa habeant ſuperuacanea, quàm ad uictum cultùmque utilia, à uirtutibus ſint inopes ac uacui: uerumtamen etiam ijs, qui hanc quæſtionem ad rationem ſpectare atque exigere uolunt, facilè ueritas patebit. Nam bona externa, tanquam inſtrumentum quoddam, extremum habent. Quicquid autem utile eſt, in ijs rebus conſiſtit, quarum nimium neceſſariò aut obeſt ijs qui habent, aut nihil prodeſt. At unumquodque eorum bonorum, quæ in animo inſunt, quo maius & uberius eſt, hoc utilius eſt: ſi hæc bona non ſolum honeſta, ſed etiam utilia quaſi cognomento quodam ſunt appellanda. In ſumma autem, perſpicuum eſt, nos eſſe dicturos, optimarum cuiuſq; rei affectionum talem comparationem & proportionem inter ſe futuram, qualis excellentia & differentia ijs rebus contigit, quarum rerũ has affectiones eſſe dicimus. Quare ſi animus & bonorum externorum poſſeſsione, & corpore carius ac præſtabilius quiddam eſt tum ſimpliciter, tum nobis: etiam optima cuiuſque horum affectio eandem proportionem & comparationem inter ſe habeat neceſſe eſt. Præterea propter animum hæc ſunt optabilia & expetẽda natura: & omnes bene ſana mente homines ea expetere propter animum debent, & non animum propter illa. Tantum igitur ad unumquemque felicitatis peruenire, quantum cuique uirtutis & prudentiæ, & actionum his conſentanearum contigit, conueniat inter nos, Dei teſtimonio utentes: qui quamuis fortunatus & beatus ſit, non tamen propter unum bonum externum beatus eſt, ſed ipſe propter ſe, & quia ſit cuiuſdam modi natura. Nam etiam propter hanc cauſam ſecunda ſeu proſpera fortuna à beatitudine neceſſario differt. Bonorum enim, quæ extra animum ſunt, ca ſus & fortuna, cauſa ſunt efficientes: iuſtus uerò aut temperans nullus eſt a fortuna, neque propter fortunam. Conſequens autem eſt, & eaſdem rationes deſiderat, ciuitatem optimam, ſuaq; negotia præclare gerentem, eſſe etiam beatiſsimam. Fieri porrò non poteſt ut q negotium ſuum præclare gerant, qui res honeſtas & præclaras non agant. At nulla præclara actio neque uiri neque ciuitatis ſine uirtute & prudentia eſt. Fortitudo autem & iuſtitia & prudentia ciuitatis eandem uim & ſpeciem habent, atque illæ quas unuſquiſque mortal

pes ſinguli mortales dicuntur iuſti & prudentes, & temperãtes. Sed enim hęc hactenus ſint uerbis more proœmij expoſita: neque enim non attingere ipſa rectum fuit. neque cunctas perſequi rationes ſuas propriasq; licet: alius enim ſunt hæc quæſtionis. nunc enim tantùm poſitũ ſit uitam optimam & ſeorſum ſingulis mortalibus, & cõmuniter ciuitatibus eſſe, quę cum uirtute eſt inſtructa uſque eò, ut particeps eſſe poſsit actionum, quę à uirtute proficiſcũtur. aduerſus autem diſſentientes, cũ hoc facere omiſerimus in præſenti pręceptione, diſputandum poſtea, ſi quis forte noſtris argumẽtis perſuaſus non eſt.

χῶν ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων λέγεται δίκαιος, καὶ φρόνιμος, καὶ σώφρων. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἔσω πεφροιμιασμένα τῷ λόγῳ. οὔτε γὰρ μὴ θιγγάνειν αὐτῶν δυνατόν. οὔτε πάντας τοὺς οἰκείους ἐπεξελθεῖν ἐνδέχεται λόγους. ἑτέρας γάρ ἐστιν ἔργον σχολῆς ταῦτα. νῦν δ' ὑποκείσθω τοσοῦτον, ὅτι βίος μὲν ἄριστος, καὶ χωρὶς ἑκάστου, καὶ κοινῇ ταῖς πόλεσιν, ὁ μετὰ ἀρετῆς κεχορηγημένης ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μετέχειν τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων. πρὸς δὲ τοὺς ἀμφισβητοῦντας, ἐάσαντας ἐπὶ τῆς νῦν μεθόδου διασκεπτέον ὕστερον, εἴ τις τοῖς εἰρημένοις τυγχάνει μὴ πειθόμενος.

mortalium conſecutus, iuſtus & prudens & temperans appellatur. Sed hactenus hæc inſtar proœmij ei diſputationi, quam habituri ſumus, propoſita ſint. [d] *Nam neque ea prætermittere ſane nobis fuit, neque ut omnes rationes huius ſermonis proprias perſequeremur, rerum natura tulit. Sunt enim hæc alius quæſtionis & loci. Nunc autem hoc poſitum ſit, uitam optimam, & ſeparatim cuiuſque & communiter ciuitatum eſſe eam, quæ uirtuti conſentanea eſt, tanta bonorum copia inſtructa, ut particeps eſſe poſſit cõgruentium uirtuti actionum. Iis autem, qui hæc in controuerſiam uocant, omiſſis, nunc in hac, quam ratione & uia ſuſcepimus diſputatione, poſterius uidendum erit, quid reſpondeamus, ſi quis fortè iis quæ dicta ſunt, non aſſentiatur.*

COMMENTARIVS.

Qui de optima.) Propoſitum auctoris nunc eſt, præcipere de optimo ſtatu ciuitatis, & qui uincat cæteros omnes, poſt primum illum, maximè ipſi probatum, qui Regnum uerè uocatur, & non nomen ſolum ipſius ſibi iniuſtè uendicat. Vt igitur conſtituat ordinem, quem ſequi cogitatio hac parte tradenda, exponit nonnulla, quæ antecedunt hanc diſputationem, & ſine quibus non ſatis commodè rectèque explicaret, quod uult. eſt autem hoc, uidere, quæ ſit uita homini maximè expetenda. Si namque, inquit, obſcurum incertumque hoc erit, neceſſe eſt optimam etiam remp. incertam eſſe. probabile namque eſt, expectari que merito poteſt, eos maximè beatam uitam acturos, qui optima rep. uſi fuerint, pro ratione eorum bonorum, quibus inſtructi ſint. maior enim aut minor copia eorum, aut augere poteſt, aut minuere uitam eorum beatam. Intelligens autem ſapiens uir, quàm ſint dubiæ lubricæque res humanæ: excipere caſus hos uoluit, atque addidit, Niſi aliquid aduerſum præter ſpem rationemque contigerit. talis autem profectò eſt, cùm maleſica bona pariunt aliquo modo ingens malum. Addidit autem rationem, concludens, quare opus eſt primùm hoc tenere, compertumque habere, quæ ſit maximè expetẽda uita, & meritò cæteris omnibus anteponenda: deinde utrum eadem ipſa ſit, nec uarietur, ſi communis totius ciuitatis ſit, & ita capiatur, ſi omnes ciues, ſeorſumque poſiti, ut putentur res aliæ eſſe, quæ ciuitatem aliquam beatam reddunt, & quæ unum aliquem mortalem.

Cùm igitur.) Vtitur diuiſione bonorum, huic rei explorandæ apta, quam tradidit in libris communibus, & quorum ſententiæ non omnino exquiſitæ forent: quare muniit ſibi primùm uiam ad hanc rem, conſtituitque hæc quaſi fundamẽta quædam, ne parum firma putentur. inquit igitur: Cùm arbitremur à nobis multa dicta eſſe de optima uita, ſi non ſubtiliter ac perfectè, ſaltem ita, ut illis rebus oſtendendis ea apta uideri poſſint: in diſputationibus etiam exotericis, utemur nunc quoque ipſis. Nam profectò, inquit, uel diuiſioni illic factæ nemo repugnaret, conuellereque eam conaretur. Quod cùm tres ſint partes generaque bonorum, externa ſcilicet, & corporis & animi: cuncta hæc in uita beata inuenirentur, nec poſſet uerè beatus uocari, qui quopiam horum careret, orbatuſque penitus eſſet parte aliqua ipſorum. Hinc licet intelligere quantopere diſſentiret auctor à ſententia, quam poſtea arripuerunt Stoici, qui aiebant, uirtutem ſolam efficere hominem beatum: nec labefactari ipſam ullis, quamuis magnis aut corporis, aut extra ipſum poſitis, incommodis ac malis.

Nemo enim.) Incipit probare, quod uult à potioribus bonis, id eſt bonis animi ac uirtutibus, & eis quæ morum ſunt & quæ rationis, nonnullis ipſarum appellatis. Nemo enim, inquit, appellaret eum beatum, qui nullam partem in ſe haberet fortitudinis: nec reliquarum trium, quas nominat uirtutum. Significare autem uolens penitus ipſis orbatum, contrarium ponit animi eorum, qui ornati ſunt his præclaris uirtutibus: primumque fingit qualis ſit, qui penitus uacuus ſit à fortitudine: atque id prouerbio, quod in ore omnium erat. de formidoloſo enim homine uulgò dicebatur, metuere illum prætervolantes muſcas. intemperantem autem deſcribens, inquit, Qui ſe abſtinere nequeat, ſi fortè cupidus cibi aut potus ſit, ab ullo quopiam eorum, quæ tùm ſatiare famem aut ſitim ſuam ualeant: ſunt tamen poſtrema eius generis, ac ſpurciſsima. ἔσχατα enim quod ipſa uocauit, ſignificare uoluit ad alia prius omnia, quàm ad illa deſcendendum homini eſſe, ob ipſorum turpitudinem ac ſcelus. M. autem Cicero eodem pacto pro L. Muræna cepit Latinum uerbum, quod huic reſpondet. Cùm enim Ser. Sulpitium, accuſatorem rei reprehenderet, qui ſaltatorem Murænam uocauerat, inquit: Tu mihi arripis id, quod neceſſe eſt omnium uitiorum eſſe poſtremum: relinquis ea, quibus remotis, hoc uitium omnino eſſe non poteſt. Intelligere autem philoſophum uentris ac gutturis uitia, quæ immanitatis ſunt, ac uim naturamque beluæ potius referunt, quàm hominis, conſtat: quorum exempla quædam poſuit in VII. libro de Moribus ad Nicomachum. Non poſuit autem exemplum intemperantiæ in altera parte huius uitij, id eſt Veneris ipſius. non tamen nos fallit, ad quæ nos cõferre nullo pacto debemus, ut expleamus hoc deſiderium naturæ. Quod ad iuſtitiam uiolandam pertinet, indicandumque maximè iniuſtum hominẽ, dixit, Qui ob tenuem admodum, minutamque pecuniam non timeat perdere cariſsimos amicos, acceptaque parua mercede, ſalutem eorum prodat. nam illi, qui ob maximum lucrum in hanc culpam incideret, uidetur magis ignoſcendum eſſe: nec declarat, id factum ita pronum paratumque ad iniuſtitiam exercendam. Hoc autem confirmat ſententia Eteoclis Euripidei, quam tantopere laudabat C. Cæſar, & re etiam ipſa factoque expreſsit. Oſtendere uerò uolens Ariſtoteles, uacuum funditus à prudentia & imbecilli admodum conſilij, inquit. Qui ita inſipiens ſit, ut in omnium rerum æſtimatione decipiatur, tanquam puer aut inſanus.

Verùm hæc quidem.) Oſtendit non facilè inueniri quempiam poſſe, qui non concedat uera eſſe, quæ modò dixit: magnopere enquam pertinere ad uitam beatam, uel neceſſaria potius illic eſſe ea bona, quæ tradidit, id eſt animi, corporis & extra hominem poſita: in quo autem diſſentiant è iudicio doctorum uirorum imperiti, declarat. Inquit enim, eos diſtrepare à ſententia ſapientium, in quantitate earum rerum, & in copia exuperantiaque quarundam eius generis. ſatis enim, inquit, eſſe putãt uirtutis particulam poſsidere, uel umbram potius ipſius: contrà autem diuitiarum & nummorum, & opum, id eſt imperij, poteſtatis & gloriæ, omniumque deinde huiuſcemodi rerum ubertatem & copiam infinitam, tùm terminum nullum ipſarum expetendarum habeant. Eiuſdem autem animi, cuius hi, quos accuſat hic Ariſtoteles, fuit Neoptolemus Ennianus, ut commemorat M. Cicero. ipſe enim quoque philoſophandum ſibi ait neceſſe eſſe, ſed paucis: nam omnino haud placere. Vt igitur peccatum illius confutauit diligenter Latinus ſcriptor, & orator magnum: ita hic noſter doctor multis modis eos magnopere labi ſignificat.

Nos autem dicemus.) Refellit opinionē falſumq́; iudiciū horum, & declarat quantopere fallantur: cùm præſertim ueritatem harū rerum non ratio ſolùm argumentaq́; aperiant, ſed res ipſa naturaq́;, earum rerū diligēter ſpectata, uel leuiter etiam animaduerſa. potuiſſe enim illos nullo negotio uidere affirmat, minimè parari cuſtodiriq́; uirtutes auxilio bonorū externorum: ſed contrà illa his. Virtutes enim multū ualent ad bona, extra hominem poſita, adipiſcenda. hoc igitur primùm eſt, quod admonere ipſos debuit ad aliter de his rebus ſentiendum. Alterū uerò eſt, quòd uita beata magis comitatur illos, qui moribus rationeq́; eximiè ornati fuerint, munitumq́; ualde pectus habuerint his animi dotibus, iidemq́; mediocres fortunas habuerint: quàm illis, qui plus poſſident eorum bonorum, quàm neceſſe ſit, penuria autē animi bonorū laborant. Cùm auctor hic de uita beata loqueretur, intelligeretq́; uarias ſententias de illa eſſe, *ἐν τοῖς ἠθικοῖς* hoc etiā attigit, treſq́; opiniones cōmemorauit: quarū prima in ſola uoluptate lætitiaq́; poſitam illam putabat, ſecunda in uirtute, tertia in ambobus his iunctis. uerum igitur ſolidumq́; gaudium arbitratur capere ex uita, qui participes ſunt uirtutū utriuſq́; generis: & illā eſſe uitam, quæ prorſus beata dicenda eſſet. nam de altera dubitandū non erat. quomodo enim poterant exiſtimare diuitias ubertatemq́; fortunæ bonorū efficere uitam beatam, qui in uirtute conſtitutam illam iudicabant?

Sed etiam.) Cùm affirmaſſet ueritatē huius quæſtionis cognoſci poſſe, ſpectatis tantùm rebus, quæ inde proficiſcuntur ac fiunt, quæ manifeſtò id oſtendūt, nullumq́; ſcrupulū in animis noſtris relinquūt: adiungit nunc, intelligi tamen idem, perſpiciq́; facilè ita ſe habere argumentis, ex ui naturaq́; earū rerum ductis. bona enim externa terminū habere inquit, ut quę inſtrumentorū inſtar ſint. Omnē autem rem talem uſibus hominū ſeruire addit, quarum quaſi inſtrumētorum nimium & exuperantiā neceſſariò ſiue nocere inquit, ſiue nihil iuuare eos, qui utātur ipſis. Cùm igitur hoc huiuſcemodi ſit in propriè appellatis inſtrumētis: quis enim non intelligit fabrū materiariū uti non poſſe ſecura aut malleo, quæ iuſtā menſurā excedant, impedireq́; nimiā magnitudinem eorum inſtrumentorū opera eius opificis? idē igitur exiſtimari debet de his bonis, quæ ſimilitudinem inſtrumentorū habent, cùm contrà in animi bonis nihil unquam nimiū inueniatur: & quantò maiora illa fuerint, modumq́; cotidianarū cōmuniumq́; uirtutum ſuperarint, tantò maiores fructus ferant. In extremo autem addidit, aliquo modo corrigens, quod dixerat ualetq́; ad nobilitatē uirtutū oſtendendā, ſi opus eſt de his uerbis facere, non ſolùm ut rebus honeſtis, uerum etiā ut utilibus, cùm tanto interuallo uincat honeſtas utilitatem in uirtutibus, ut parui profectò illa ducenda ſit.

Omnino autem.) Hoc alterum argumentum eſt, quo idem probat, eandem rationem habere ponens ſingularum rerū præſtantiam inter ſe, quā habent res inter ſe collatæ, quarum illæ præſtantiæ perfectioneſq́; ſunt: quantūq́; interuallum ſit inter eas exuperantias, tantum etiā exiſtat inter pondus earum rerum. Quod, quaſi ſolum ac firmamentū ſuæ rationis, ita ſtabile eſſe putat, ut labefactari non poſſit, planeq́; certum ſit: transferens autē ipſum ad id, quod habet in manibus, inquit. Quare ſi animus hominis maioris pretij eſt, quàm res familiaris & corpus, & ſimpliciter acceptus, ſine ulla cogitatione bonorum, quæ inde accipimus, & ad nos quoq; relatus: neceſſe eſt optimū ſtatum illius eandem uim habere ad ſtatū optimū & patrimonij & corporis, ac proportione hæc ſibi reſpondere. Quod ad uerba pertinet, quæ non ita plana ſunt, *εἴπερ ὥς φαμεν*: ualet, ſi fortè quæſitū ex nobis fuerit: & ſi ſenſum animi noſtri aperire de hac re uoluerimus, non eſt dubiū, quin ita reſponſuri ſimus. *Πρὸς ἄλληλα* uerò inquit, non *πρὸς ἄλληλας*, reſpondens proximo uicino uerbo *πραγμάτων*, non illi, quod remotius erat, *διαθέσεων*. quod ſi feciſſet, dilucidior fuiſſet oratio. Hinc *ὧνπερ διαστάσεων, ἂν φαμεν*: intelligendū eſt *πραγμάτων, ὧν* ſcilicet *πραγμάτων*, nos dicimus ea eſſe ſpatia & interualla.

Amplius autem.) Hoc tertium argumentū eſt, quo probat anteponenda eſſe bona animi bonis corporis atq; externis. Inquit igitur, natura tulit, & ſanè ſic facere oportet cunctos, qui habent aliquid ſapientiæ, ut bona hæc expetantur, charaq́; nobis ſint propter animum, non contrà ut animū diligamus, ornemuſq́;, ut maiorē copiam cogere poſſimus fortunæ bonorum. nec mouere nos debet, quòd uidemus plurimos mortales incumbere toto animo in illa paranda ac tuenda, nullā autē aut puſillam admodū curam ponere in cultu ornatuq́; animi. ſequi enim debemus iudicium inſtitutumq́; doctorum hominum & prudentium.

Singulis igitur.) Hæc eſt concluſio, ſanè orta è ſuperioribus rationibus: cui tamen tanquam cumulum, addit quædam quæ & ipſa idem conſtituunt, magiſq́; declarant. inquit autem: Vnicuiq; igitur homini tantū contingere uitæ beatæ, quantū contigit uirtutis ac prudentiæ, & factorū inde proficiſcentium, ſit nobis exploratum, unoq́; animo cuncti de hoc eodem pacto ſentiamus. Quòd ſi oculos ad Deum conuerterimus, perſpexerimuſq́; uitā ipſius, planius hoc uerum eſſe cognoſcemus, qui undiq; beatus eſt: nec tamen talis ob copiā bonorum externorum, quæ non cadunt in perſonā ipſius, uiliaq́; admodū ſunt, ſi cum bonis cœleſtibus cōferantur: ſed propter ſe & propria ſua bona, quę manent in natura ipſius, non aliunde ueniunt. Nā quòd inquit, poſſe nos hoc uidere, utentes Deū teſte: nō intellexit, debere nos adhibere ipſum teſtem, & quaſi inuocare, ut hoc confirmet: ſed uti illo, tanquam ſigno quodam certo, & exemplo huius rei claro atque illuſtri.

Nam ſecundum.) Hoc alterū eorum eſt, quibus illuſtrauit, quod iam confecerat, inquit enim: Et ſanè fortunatā uitam à beata ob hæc neceſſe eſt diuerſam eſſe: bonorum enim, quæ extra animum ſunt, cauſa eſt caſus ac fortuna. uidemus enim cotidie peruenire hæc bona ad indignos, quod minimè uſuueniret, ſi uirtute ſola illa pararentur. contrà autem, ut addit, iuſtus nullus aut temperans temerè, beneficioq́; fortunæ factus eſt. Videtur autē aduerſari hoc illi, quod nō multò ſuprà inquit, Quæri cuſtodiriq́; bona externa uirtute: cùm contrà hic cauſam eorum eſſe affirmet caſum ac fortunā, in poteſtateq́; horū ſita ipſa uelit. quare arbitror illic abuſum auctorem nomine uirtutis, ut multis alijs locis fecit, ſecutumq́; conſuetudinē ſermonis, quæ appellat uirtutē: quod aptius ſedulitas induſtriaq́; uocaretur. Nam rerum etiā animi ſenſuſq́; expertiū, *ἀρετὴ* aliquando dicta eſt ut telluris, quę fert magnos fructus, fœcundaq́; eſt, ſed etiā locutionis: hic autem propriè locutum, intellexiſſeq́; ueras uirtutes: quæ ſanè maxima ex parte uitam beatā conficiunt, ut ipſe cenſet: ut Stoici uerò, ſolæ.

Optimam autem.) Cùm oſtendiſſet, quæ ſint ea, quæ faciūt homines uerè beatos: addit nunc, eadem illa reddere ciuitatē beatam, quod propoſitū ipſi fuerat declarare. Primùm igitur indicat ordinē harum rerū, iiſdemq́; argumentis teſtatur comprobari utrumq;. inquit igitur, Sequitur ſuperiorem præceptionem, iiſdemq́; rationibus confirmatur ciuitatē beatam eſſe, quæ optima eſt, beneq́; atq; honeſte rem gerit. Addit autem, ad comprobandū quod uult aptū, refellendumq́; errorē idiotarum, qui putant ciuitatem beatam eſſe, quæ habet uentos ſecundos ſuis omnibus in rebus: fieri non poſſe, ut ij beati ſint, qui non gerunt ea, quæ honeſta ſunt. Cui adiungit, nullum factū eſſe honeſtum, ſiue hominis, ſiue ciuitatis, quod uacuū ſit à uirtute atq; prudentia. Virtutem autē dicens, intelligit poſitam in moribus: nec unā tantum, ſed omnes. nam prudentia eſt alterius generis uirtus, & una earum, quæ rationis ſunt: neque tamen hanc ſolā intelligere debemus, ſed cæteras quoq; eiuſdē loci atq; ordinis. Quia autem opinari aliquis potuiſſet, aliam eſſe fortitudinem ciuitatis à fortitudine unius hominis, & eodem pacto reliquas uirtutes, quæ ornant uniuerſam ciuitatem, diuerſas eſſe ab illis, quæ perpoliunt ſingulos mortales: idea falſum hoc eſſe in extremo huius rationis oſtendit, docuitq́;, utraſq́; habere eandem uim & naturam. Nam, cùm dixiſſet publicas & cōmunes totius ciuitatis habere poteſtatem eandem, quam habent poſitæ ſingulis in ciuibus, quod addidit poſt *δύναμιν* (quæ uox manifeſtò ualet uim & poteſtatem) *καὶ μορφὴν*: opinor ipſum ſignificare uoluiſſe *εἶδος*. Neq; enim effigies & imago locū hic habent. Puto etiā ſumi debere iterum extrinſecus ad implendam ſententiā, *ἀνθρώπους*: ut ſignificet, quas dixit, uirtutes habere uim & naturam eandē, quam habent illæ, quarum participes qui ſunt, appellantur homines iuſti, temperantes, prudentes.

Sed enim hæc.) Purgat ſe, quòd hæc planius non perſequatur, abſoluatq́; modò totam hanc quæſtionem: uel potius conſilium ſuum conſtituit, qui mediam quandā uiam ſecutus fuerit, neq́; omnino neglexerit hunc ſcrupulū, neq; funditus ipſum euulſerit: unde ea, quæ dicta ſunt de quæſtione hac, inchoata inquit à ſe, & nō perfecta, ſed tanquā procemij uim habere. Non igitur ſe cōmittere putauiſſe cōmemorat, ut non leuiter ipſam attingeret, neq́; cunctas, quæ propriæ ipſius ſunt, rationes debuiſſe explanare. Nā hæc exquiſitè tractata, requirere maius otiū affirmat, propriaq́; eſſe alterius diſputationis: nunc autem, inquit, quaſi firmū ſolidumq́; à nobis recipiatur, uitā optimam & ſeorſum ſingulorum ciuiū, & communiter ciuitatū eſſe, quę coniunctā habeat uirtutē: & eam quidem non nudam neq; ſpoliatam fortunæ

ritum bonis, ſed inſtructam illic tantùm, ut particeps eſſe ualeat factorum, quæ à uirtute proficiſcuntur, quæ ſæpè exitum non habent ſine pecunia, opibus, amicis ac cæteris fortunæ bonis, aut partibus aliquibus ipſorum. Κεχορηγημένην autem uirtutem uocauit, uerbo tranſlato à theatro gregeque cantorum in fabulis ornatam, ut dixi: quemadmodum in X. libro de Moribus ad Nicomachum locutus eſt, ſententiam Solonis laudans, qui etiam uidetur exiſtimaſſe neceſſarium eſſe ad uitam beatam modum quendam horum bonorum. Cum autem putaret fieri poſſe, ut aliqui à ſe diſſentirent, ſi qui unquam huiuſcemodi extiterint, quibus argumentis hi fidem non fecerunt: pollicetur, ſe alio tempore contra eorũ ſententiã accuratè diſputaturũ.

a ὥσπερ κεχορηγημένην. uerbum κεχορηγημένην deſideratur in uulgatis libris.
b διὰ τῶν ἔργων λαμβάνειν τὴν πίστιν. lib. uulgati habent, διαλαμβάνειν, &c.
c Vet cod. habet, ὥσπερ ἔλαχε, &c. lib. uulg. ἔλαβε, mendoſe ᾗ περ ἔλαχε autem, id eſt quam ſortitæ ſunt.
d Vetus codex habet, ὅτι γὰρ μὴ θιγγάνειν αὐτῶν, &c. id eſt, neque enim ea non attingere fas nõ fuit, &c. quam ſententiam alijs uerbis expreßimus. Vulgati autem habent, μὴ τυγχάνειν, minus rectè.

CAPVT II.

VTrũ aũt beatitudinẽ eandem eſſe dicendum ſit uniuſcuiuſq; hominis & ciuitatis, uel non eandẽ, reſtat nobis dicere. Perſpicuũ aũt hoc etiã: cunctis enim faterẽtur eandem eſſe. Quicunq; enim in diuitijs bene uiuere ponunt (de uno mortali loquentes) hi & ciuitatẽ totã, ſi fuerit diues, beatam prædicant: quicunq; autem tyrannorũ uitã maximè ſuſpiciunt, hi etiã ciuitatẽ plurimis imperantẽ beatiſsimã eſſe affirmarent. Si quis uerò unũ hominẽ propter uirtutem probat, is & ciuitatẽ beatiorẽ eſſe diceret, quæ ſtudioſior eſt. Sed hęc duo iam ſunt, quę conſiderationem requirũt. Vnũ quidẽ eorũ, utrũ magis expetenda uita, quę uerſatur in repub. adminiſtrãda & cõmunione ciuitatis, uel potius quę in urbe, quaſi peregrinatur, & remota eſt à ciuili ſocietate. Amplius autẽ, quam rep. ponere debemus, & qualis ordo ciuitatis optimus: ſiue cunctis expetendum ſit cõmunicare ciuitate, ſiue quibuſdã quidẽ minimè: plurimis tamen. Quia aũt ciuilis animi & contemplationis hoc eſt officiũ, ſed non quod expetẽdũ eſt ſingulis hominibus: nos utiq; hanc nunc ſuſcepimus conſiderationem. illud quidẽ foret alienũ à ꝓpoſito, hoc aũt propriũ opus huius præceptionis. Conſtat igitur neceſſarium eſſe remp. hanc eſſe optimam, per quẽ ordinẽ unuſquiſq; bene rẽ gereret, & beatè uiueret. Quæritur autem ab ipſis, qui aſſentiũtur, uitã ſectantẽ uirtutẽ eſſe maximè expetendã, utrũ, quæ uerſatur in rep. adminiſtrãda, & reb. agẽdis ſit expetẽda, uel potius quæ libera ſolutaq; ſit ab omnib. reb. extra ipſum poſitis: cuiuſmodi eſt uita tota dedita cõtẽplationi, quã ſolã quidã dicũt eſſe ꝓpriam philoſophorũ. Fermè enim has duas uitas homines eximiè cupidi honoris, tendentis ad uirtutẽ, perſpiciũtur ꝓbaſſe & ſupe-

rioris

ΠΟ'ΤΕΡΟΝ δὲ τὴν εὐδαιμονίαν τὴν αὐτὴν εἶναι φατέον, ἑνός τε ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων καὶ πόλεως, ἢ μὴ τὴν αὐτὴν, λοιπόν ἐστιν εἰπεῖν. φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο· πάντες γὰρ ἂν ὁμολογήσειαν εἶναι τὴν αὐτήν. ὅσοι γὰρ ἐν πλούτῳ τὸ ζῆν εὖ τιθέασιν ἐφ' ἑνὸς, οὗτοι καὶ τὴν πόλιν ὅλην, ἐὰν ᾖ πλουσία, μακαρίζουσιν. ὅσοι τε τὸν τυραννικὸν βίον μάλιστα τιμῶσιν, οὗτοι καὶ πόλιν τὴν πλείστων ἄρχουσαν, εὐδαιμονεστάτην ἂν εἶναι φαῖεν. εἴτε τις τὸν ἕνα δι' ἀρετὴν ἀποδέχεται, καὶ πόλιν εὐδαιμονεστέραν φήσει τὴν σπουδαιοτέραν. ἀλλὰ ταῦτ' ἤδη δύο ἐστὶν, ἃ δεῖται σκέψεως. ἓν μὲν, πότερος αἱρετώτερος βίος, ὁ διὰ τοῦ συμπολιτεύεσθαι καὶ κοινωνεῖν πόλεως, ἢ μᾶλλον ὁ ξενικὸς καὶ τῆς πολιτικῆς κοινωνίας ἀπολελυμένος. ἔτι δὲ τίνα πολιτείαν θετέον, καὶ ποίαν διάθεσιν πόλεως ἀρίστην· εἴτε πᾶσιν ὄντος αἱρετοῦ κοινωνεῖν πόλεως· εἴτε καὶ τισὶ μὲν μὴ, τοῖς δὲ πλείστοις. ἐπεὶ δὲ τῆς πολιτικῆς διανοίας καὶ θεωρίας τοῦτ' ἐστὶν ἔργον, ἀλλ' οὐ τὸ περὶ ἕκαστον αἱρετὸν, ἡμεῖς δὲ ταύτην προῃρήμεθα νῦν τὴν σκέψιν· ἐκεῖνο μὲν πάρεργον ἂν εἴη, τοῦτο δὲ ἔργον τῆς μεθόδου ταύτης. ὅτι μὲν οὖν ἀναγκαῖον εἶναι πολιτείαν ἀρίστην ταύτην· καθ' ἣν τάξιν, κἂν ὁστισοῦν ἄριστα πράττοι καὶ ζῴη μακαρίως, φανερόν ἐστιν. ἀμφισβητεῖται δὲ παρ' αὐτῶν τῶν ὁμολογούντων τὸν μετ' ἀρετῆς βίον αἱρετώτατον, πότερον ὁ πολιτικὸς καὶ πρακτικὸς βίος αἱρετὸς, ἢ μᾶλλον ὁ πάντων τῶν ἐκτὸς ἀπολελυμένος· οἷον, θεωρητικός τις, ὃν μόνον τινές φασιν εἶναι φιλόσοφον. σχεδὸν γὰρ τούτους τοὺς δύο βίους τῶν ἀνθρώπων οἱ φιλοτιμότατοι πρὸς ἀρετὴν φαίνονται προαιρούμενοι, καὶ τῶν προ-

VTrùm autem beatitudo ſit eadem dicenda uniuſcuiuſque hominis atque ciuitatis, nécne, reliquum eſt ut explicemus. At etiam hoc in promptu eſt. omnes enim eandem eſſe uno ore conceßerint. Nam quicunque in diuitijs bene uiuere de uno homine ponunt, hi etiam ciuitatem, ſi ſit locuples & copioſa, beatam prædicant. & quicunq; uita tyrannicã cæteris omnib. anteponũt, hi etiã ciuitatẽ plurimis imperante, beatißimã pronuntiarint: & ſi quis unũ aliquẽ uirtutis nomine maxime admiratur & probat, hic & ciuitate, quæ erit uirtute ornatior, eã dixerit eſſe beatiorem. Sed hæc iam ſunt duo, quæ cõſiderationis indigent: unũ, utra uita ſit magis expeteda, ea quæ in cõmunione reip. adminiſtrationis & ciuitatis traducatur, an potius peregrina propria & à ciuili ſocietate ſegregata ac ſoluta: alterum, quæ reipub. adminiſtrandæ forma, & quæ ciuitatis affectio ſiue ordinatio, ſiue (ut ita dicam) diſpoſitio, optima ſit locanda, ſiue omnibus optabile ſit & expetendum, in ciuili ſocietate uerſari: ſiue aliquibus quidem minime, ſed pleriſque etiam. Quoniam autem cogitationis & cognitionis ciuilis hoc munus eſt, non quid cuique rei ſit expetendum, uidere: nos porrò hanc diſputationem nunc inſtituimus ac ſuſcepimus, illud quidem alienum à noſtro inſtituto fuerit, hoc uerò proprium munus huius à nobis uiæ & rationis ſuſceptæ inſtitutionis. Hanc igitur neceſſariò eſſe optimam reipub. adminiſtrandæ formam, [c] ex cuius ordinatione quiuis optimas agat & beatè uiuat, perſpicuum eſt. Ambigitur autem ab ijs ipſis, qui concedunt uitam cum uirtute coniunctam, eſſe maximè expetendam, utrum uita ciuilis, & ad agendum expedita, ſit optabilis & ſumenda, an ea potius, quæ ab omnibus rebus externis ſegregata eſt ac ſoluta: uerbi cauſa, ea, quæ in contemplatione & cognitione rerum conſumitur: quam ſolam quidam dicunt eſſe philoſopho dignam. Ferè enim hæc duo uitæ genera, homines laudis & gloriæ uirtute partæ cupidißimi, alijs anteferre reperiuntur, & qui olim uixe-

rioris ætatis, & noſtræ: dico aũt duas, quæ uerſatur in republica, & quæ incumbit cognitioni rerum. Refert autem non parũ, utro modo ueritas ſe habeat. neceſſe enim eſt eũ, qui ſapit ad meliorẽ finem ſe cõponere, & priuatim quemlibet hominẽ, & publicè ciuitatẽ. Arbitrãtur aũt hi quidẽ in uicinos imperium habere, eriliter tractatũ iniuſtitiã quandam maximam in ſe continere: ciuiliter aũt, iniuſti ſanè nihil habere: impedimẽto tamen eſſe uitæ iucundæ, & ſuæ ſecuritati. His aũt tanquam è regione conſtituti alij aduerſantur: ſolũ enim uiri uitã eſſe exiſtimant, quæ occupatur in agẽdo & ciuitati ſeruit. In ſingulis enim uirtutib. nõ anſas dari magis agendi priuatis hominibus, quàm illis, qui reſpub. gerũt & ciuitati nauant operam. Hi igitur ſic exiſtimãt: hi uerò erilẽ & tyrannicũ modũ reipublicæ ſolùm eſſe beatũ aiunt. Apud nonnullos aũt etiam reipublicæ hic terminus legũ eſt, ut dominentur uicinis. Quare cũ plurima inſtituta (ut ita loquar) in uſum uenerint, apud plurimos tamẽ, ſicubi quippiã leges ad unũ ſpectant, in ditionẽ ſuã redigere cuncti propoſitũ hñt: quemadmodũ Lacedæmone & in Creta, ad bella gerenda ordinata fermè eſt diſciplina & legum multitudo. Præterea in omnibus gentibus, quæ uim habent ſubigendi aliquoa, huiuſcemodi poteſtas honorem cõſecuta eſt: ut in Scythis, Perſis, Thracib. & Gallis. Apud quoſdam aũt & leges quædam ſunt exacuentes ad hanc uirtutem, quemadmodũ Carthagine aiũt capere ornatum ab annulis pro expeditionibus, quaa aliquis obierit. Erat autẽ quondam & in Macedonia, qui nullum hoſtem interfeciſſet, iunctum eſſe capiſtro. Apud Scythas autẽ nõ licebat feſto quodam die bibere è poculo, quod circũferebatur, qui neminẽ hoſtẽ necaſſet. Apud Iberos aũt, gẽtẽ bellicoſam, tot numero columellas figũt circa ſepulcrũ, quot obtruncauerit ex hoſtib. Et alia iã apud alios ſunt huiuſcemodi multa, partim legib. recepta, partĩ morib. Atqui uideatur ualde abſurdũ fortaſſe eſſe illis, q cogitare uolũt, ſi hoc eſt officiũ ciuilis uiri, uim

προτέρων, καὶ τῶν νῦν· λέγω δὲ δύο, τόν τε πολιτικὸν καὶ τὸν φιλόσοφον. διαφέρει δὲ οὐ μικρὸν ποτέρως ἔχει τὸ ἀληθές. ἀνάγκη γὰρ τόν γε εὖ φρονοῦντα πρὸς τὸν βελτίω σκοπὸν συντάττεσθαι, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον, καὶ κοινῇ τὴν πολιτείαν. νομίζουσι δ' οἱ μὲν τὸ τῶν πέλας ἄρχειν, δεσποτικῶς μὲν γιγνόμενον, μετ' ἀδικίας τινὸς εἶναι τῆς μεγίστης· πολιτικῶς δὲ, τὸ μὲν ἄδικον οὐκ ἔχειν ἐμπόδιον δὲ ἔχειν τῇ περὶ αὐτὸν εὐημερίᾳ. τούτων δ' ὥσπερ ἐξ ἐναντίας ἕτεροι τυγχάνουσι δοξάζοντες. μόνον γὰρ ἀνδρὸς τὸν πρακτικὸν εἶναι βίον καὶ πολιτικόν. ἐφ' ἑκάστης γὰρ ἀρετῆς οὐκ εἶναι πράξεις μᾶλλον τοῖς ἰδιώταις, ἢ τοῖς τὰ κοινὰ πράττουσι καὶ πολιτευομένοις. οἱ μὲν οὖν οὕτως ὑπολαμβάνουσιν· οἱ δὲ τὸν δεσποτικὸν καὶ τυραννικὸν τρόπον τῆς πολιτείας εἶναι μόνον εὐδαίμονα φασί. παρ' ἐνίοις δὲ καὶ τῆς πολιτείας οὗτος ὅρος τῶν νόμων, ὅπως δεσπόζωσι τῶν πέλας. διὸ καὶ τῶν πλείστων νομίμων χύδην, ὡς εἰπεῖν, κειμένων παρὰ τοῖς πλείστοις, ὅμως εἴ πού τι πρὸς ἓν οἱ νόμοι βλέπουσι, τοῦ κρατεῖν στοχάζονται πάντες· ὥσπερ ἐν λακεδαίμονι καὶ κρήτῃ πρὸς τοὺς πολέμους συντέτακται σχεδὸν, ἥ τε παιδεία, καὶ τὸ τῶν νόμων πλῆθος. ἔτι δ' ἐν τοῖς ἔθνεσι πᾶσι, τοῖς δυναμένοις πλεονεκτεῖν, ἡ τοιαύτη τετίμηται δύναμις· οἷον, ἐν σκύθαις, καὶ πέρσαις, καὶ θρᾳξὶ, καὶ κελτοῖς. ἐν ἐνίοις γὰρ καὶ νόμοι τινές εἰσι παροξύνοντες πρὸς τὴν ἀρετὴν ταύτην, καθάπερ ἐν καρχηδόνι φασὶ τὸν ἐκ τῶν κρίκων κόσμον λαμβάνειν, ὅσας ἂν στρατεύσωνται στρατείας. ἦν δέ ποτε καὶ περὶ μακεδονίαν νόμος, τὸν μηδένα ἀπεκτακότα πολέμιον ἄνδρα, περιεζῶσθαι τὴν φορβειάν. ἐν δὲ σκύθαις οὐκ ἐξῆν πίνειν ἐν ἑορτῇ τινὶ σκύφον περιφερόμενον, τῷ μηδένα ἀπεκτακότι πολέμιον. ἐν δὲ τοῖς ἴβηρσιν, ἔθνει πολεμικῷ, τοσούτους τὸν ἀριθμὸν ὀβελίσκους καταπηγνύουσι περὶ τὸν τάφον, ὅσους ἂν διαφθείρῃ τῶν πολεμίων. καὶ ἕτερα δὴ παρ' ἑτέροις ἐστὶ τοιαῦτα πολλὰ· τὰ μὲν νόμοις κατειλημμένα, τὰ δὲ ἔθεσι. καί τοι δόξειεν ἂν ἄγαν ἄτοπον ἴσως εἶναι τοῖς βουλομένοις ἐπισκοπεῖν, εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἔργον τοῦ πολιτικοῦ,

runt, & qui nunc ſunt. Duo autem dico, ciuile, & philoſophicum. Magni porrò refert, utrum ſit uerum. Neceſſe enim eſt eum, qui prudentia ualet, & priuatim ſingularem hominem, & communiter reſpub. adminiſtrandæ formam, ita ſe componere & parare, ut eum uitæ finem, qui ſit melior, ſibi proponat. Exiſtimant autem alij quidem, finitimis imperare, ſi hoc dominorum in morem, & imperioſè fiat, cum iniuſtitia maxima eſſe coniunctum: ſin ciuiliter, iniuſtitia hoc quidem uacare, ſed impedimento eſſe uitæ tranquillitati & proſperitati. Alij cum his pugnantes aliter opinantur. Solam enim uiri eſſe propriam uitam in actione poſitam, & ciuilem. Nam quæ cuiuſque uirtutis ſunt actiones, non magis ad priuatos, quàm ad eos, qui rempub. gerunt, & in repub. uerſantur, pertinere. Sic igitur quidam exiſtimant: alij uerò ſolam reipublicæ adminiſtrandæ rationem herilem, & domino conuenientem & tyrannicam, beatam eſſe dicunt. Quin apud nonnullos, & in republica adminiſtratione hic legibus finis propoſitus eſt, ut finitimis dominarè. Quapropter quamuis plurimæ leges apud pleroſque ſparſim & confusè, ut ita dicam, latæ ſint, ſicubi tamen leges ad aliquid unum ſpectant, hoc petunt ac deſtinant, ut imperium obtineant: quemadmodum Lacedæmone, & in Creta tum diſciplina, tum legum multitudo ad rem militarem compoſita & comparata eſt. Præterea in ijs gentibus, quæ plura obtinere, & ſuperiora habere poſſunt, huiuſmodi potentia plurimi fit, in ſummóque honore eſt: ut apud Scythas, & Perſas, & Thraces, & Celtas. Apud quaſdam enim nationes etiam leges extant, quæ ad hanc uirtutem excitant, quemadmodum Karthagine aiunt annulorum ornatum ita quemque capere, ut plurimas militias tolerarit. Quin lex erat hæc quondam in Macedonia, ut qui nullum hoſtem occidiſſet, capiſtro cingeretur. Apud Scythas autem ei, qui hoſtem neminem interfeciſſet, ex eo ſcypho, qui circumferebatur, die quodam feſto, bibere non licebat. Apud Hiſpanos, gentem bellicoſam, tot numero ueruculæ (obeliſcos appellant) circum ſepulcrum defigunt, quot quiſque hoſtes interemerit: aliáque multa apud alios talia partim legibus comprehenſa, partim inſtitutis & conſuetudine recepta ſunt. Atqui uideri fortaſſe poſſit dictu abſurdum ijs, qui rem accuratè conſiderare uelint, munus eſſe uiri ad rempub.

uim & poteſtatē habere uidēdi, ut imperiū habeat in uicinos, & dominetur ipſis & uolentibus & nolentibus. Quomodo enim foret hoc ciuilis hominis aut ſcriptoris legū proprium, quod ne legibus quidem conſtat? non eſt aūt ſecūdum leges non ſolùm iuſtè, uerumetiā iniuſtè imperare: licet uerò ſubigere etiā iniuſtè. Quinetiam ne in alijs quidē ſcientijs hoc fieri uidemus. neq; enim medici, neque gubernatoris officium eſt, oel perſuadere, uel cogere: huius quidem ægrotos, huius uerò nautas. Verùm uidentur multi erilem poteſtatē, ciuilem putare eſſe: & quod ſibi ipſis ſinguli inficiantur eſſe iuſtū aut utile, hoc non erubeſcunt in alios exercētes. Ipſi nāq; in ſemetipſos iuſtè imperare q̄rūt, in alios autem nullam curā de rebus iuſtis ſuſcipiunt. Abſurdum autē eſt, ſi non natura hoc quidem eriliter dominās eſt, hoc autem non eriliter. Quapropter ſi quidem ſe habet hoc modo, nō decet experiri omnib. eriliter imperare: ſed illis qui ſunt materia huius dominatus: quemadmodum neq; uenari ad ueſcendū aut immolandū homines, ſed qood eſt captādum ad hoc. eſt autem captandum, quod utiq; ferum fuerit animal, idēq; humano cibo accōmodatum. Atqui eſſet etiā per ſe una ciuitas beata, quæ ſcilicet bene adminiſtratur: ſi quidem cōtingit ciuitatē habitari alicubi per ſe, bonis legibus utentem, cuius reip. ordo non ad bellum, neq; ad hoſtes ſubigēdos referatur. nihil enim huiuſcemodi ſit. Planū igitur eſt, omnia ſtudia, quæ ad bellum faciunt, honeſta quidem eſſe ſtatui debere: non tamē ut finem omniū altiſsimū, ſed illius gratia hæc. Scriptoris autem legum ſtudioſi officium eſt, uidere cioitatē & genus hominum, & omnem aliam cōmunionem, uita bona quomodo cōmunicabunt: & beatitudine, quæ cadit in ipſos. diſcrepabūt ſanè inter ſe quædam inſtituta lata. Et hoc facultatis ferēdi leges proprium eſt uidere, ſi aliqui fuerint uicini, qualia aduerſus quales exereenda ſint: uel qoomodo in his, quę ad officia pertinēt, ſingulis utendū ſit. Sed hoc quidē poſtea etiā adipiſci poterit debitā ſibi animaduerſionem, ad quem finem oportet optimam rempub. contendere.

τὸ διεσκέφθαι θεωρεῖν, ὅπως ἄρχῃ καὶ δεσπόζῃ τῶν πλησίον, καὶ βουλομένων, καὶ μὴ βουλομένων. πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦτο πολιτικὸν, ἢ νομοθετικὸν, ὅγε μὴ δὲ νόμιμόν ἐστιν. οὐ νόμιμον δὲ, τὸ μὴ μόνον δικαίως, ἀλλὰ καὶ ἀδίκως ἄρχειν· κρατεῖν δὲ ἐστὶ καὶ μὴ δικαίως. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις τοῦτο ὁρῶμεν· οὔτε γὰρ τοῦ ἰατροῦ, οὔτε τοῦ κυβερνήτου ἔργον ἐστὶ, τὸ ἢ πεῖσαι, ἢ βιάσασθαι· τοῦ μὲν τοὺς θεραπευομένους, τοῦ δὲ τοὺς πλωτῆρας. ἀλλ' ἐοίκασιν οἱ πολλοὶ τὴν δεσποτικὴν, πολιτικὴν οἴεσθαι εἶναι· καὶ ὅπερ αὐτοῖς ἕκαστοι οὔ φασιν εἶναι δίκαιον, οὐδὲ συμφέρον, τοῦτ' οὐκ αἰσχύνονται πρὸς τοὺς ἄλλους ἀσκοῦντες. αὐτοὶ μὲν γὰρ παρ' αὑτοῖς τὸ δικαίως ἄρχειν ζητοῦσι· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους οὐδὲν μέλει τῶν δικαίων. ἄτοπον δὲ εἰ μὴ φύσει, τὸ μὲν δεσποζόν ἐστι, τὸ δὲ οὐ δεσποζόν. ὥστε εἴπερ ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον, οὐ δεῖ πάντων πειρᾶσθαι δεσπόζειν, ἀλλὰ τῶν δεσποτῶν· ὥσπερ οὐδὲ θηρεύειν ἐπὶ θοίνην ἢ θυσίαν ἀνθρώπους, ἀλλὰ τὸ πρὸς τοῦτο θηρευτόν. ἔστι δὲ θηρευτὸν, ὃ ἂν ἄγριον ᾖ, ἐδεστὸν ζῶον. ἀλλὰ μὴν εἴη γ' ἂν καὶ καθ' ἑαυτὴν μία πόλις εὐδαίμων, ἣ πολιτεύεται δηλονότι καλῶς. εἴπερ ἐνδέχεται πόλιν οἰκεῖσθαί που καθ' ἑαυτὴν, νόμοις χρωμένην σπουδαίοις, ἧς τῆς πολιτείας ἡ σύνταξις οὐ πρὸς πόλεμον, οὐδὲ πρὸς τὸ κρατεῖν ἔσται τῶν πολεμίων. μηθὲν γὰρ ὑπαρχέτω τοιοῦτον. δῆλον ἄρα ὅτι πάσας τὰς πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιμελείας, καλὰς μὲν θετέον· οὐχ ὡς τέλος δὲ πάντων ἀκρότατον, ἀλλ' ἐκείνου χάριν ταύτας. τοῦ δὲ νομοθέτου τοῦ σπουδαίου ἐστὶ, τὸ θεάσασθαι πόλιν, καὶ γένος ἀνθρώπων, καὶ πᾶσαν ἄλλην κοινωνίαν ζωῆς ἀγαθῆς πῶς μεθέξουσι· καὶ τῆς ἐνδεχομένης αὐτοῖς εὐδαιμονίας. διοίσει μέντοι τῶν τιθεμένων ἔνια νομίμων. καὶ τοῦτο τῆς νομοθετικῆς ἐστιν ἰδεῖν. ἐάν τινες ὑπάρχωσι γειτνιῶντες, ποῖα πρὸς ποίους ἀσκητέον, ἢ πῶς τοῖς καθήκουσι πρὸς ἑκάστους χρηστέον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν κἂν ὕστερον τύχοι τῆς προσηκούσης σκέψεως, πρὸς τί τέλος δεῖ τὴν ἀρίστην πολιτείαν συντείνειν.

pub. adminiſtrandam apti, & ſcientia ciuili inſtructi, perſpicere atque intelligere poſſe, quomodo finitimis imperet, uelint nolint. Nam qui poſſit hoc aut ſocietati ciuili, aut latoris legum officio conuenire, quod ne legitimum quidem eſt? Legitimum autem non eſt[b] non ſolum iuſte, uerum etiam iniuſte imperare. fieri autem poteſt, ut quis alios ſubigat ac ſuperet etiam iniuſtè. Atqui nec in cæteris ſcientijs hoc fieri uidemus. Nam neq; medici, neque gubernatoris munus eſt aut perſuadere, aut inferre uim: illius quidem ijs qui curantur, huius uerò nautis & uectoribus. Sed multi rationem in ſeruos dominandi, ſcientiam ciuilem eſſe uidentur exiſtimare, & quod in ſe neque iuſtum neque utile eſſe dicunt, hoc non pudet ipſos in alios exercere. Ipſi enim ut ſibi iuſtè imperetur, poſtulant: aduerſus alios uero iura non ſunt eis curæ. Abſurdum autem eſt non eſſe natura id, quod in alterum dominatur, & id, quod non dominatur. Quare ſi ita ſe res habet, non in omnes oportet conari dominari, [c] ſed in eos, qui aptè ſunt ad domini imperium ſubeundum, natura: quemadmodum neque ad epulas aut ſacrificium homines uenari, ſed id, quod uenando capiari debet. Capiari autem uenando debet id, quod ſit ferum, animal edule. Veruntamen poſsit eſſe etiam per ſe ciuitas una beata, nempe ea, quæ bene adminiſtratur: ſi quidem fieri poteſt, ut ciuitas ſedes ſuas alicubi ſeorſum & per ſe collocarit, bonis legibus utens, cuius reipub. adminiſtrationis deſcriptio atque ordinatio, non ad bellum neq; ad uictoriam ab hoſtibus reportandam referatur. Fingamus enim nihil eſſe tale. Perſpicuum igitur eſt omnia ciuitatis ſtudia, omneisque curas, quæ ad bellum conferuntur, eſſe has quidem præclaras habendas, uerùm non ut ſummum rerum omnium finem, ſed has illius gratia. Eſt autem boni legum ſcriptoris diligenter conſiderare & uidere, quomodo ciuitas, & genus hominum, & omnes aliæ ſocietates, uita cum uirtute coniuncta, & beatitudinis ſibi conuenientis, & in ſe cadentis participes eſſe poſſint. Different porrò inter ſe nonnullæ leges ſcriptæ ab inſtituto & more. Atq; hoc munus eſt ſcientiæ legum ſcribendarum, uidere, ſi qui forte ſint finitimi, qualia ſtudia aduerſus quales ſint exercenda atq; excolenda, aut quomodo officia in ſingulos ſeruanda. Sed hæc quidem quæſtio, ad quem finem optimam reip. adminiſtrandæ formam contendere oporteat, etiam poſterius, ita ut res poſtulat, diſputari atq; explicari poterit.

COMMENTARIVS.

Utrum autem.) Cùm iam declaraſſet, quæ ſit optima uita unius hominis & uniuerſæ ciuitatis: quæri poſſe ab aliquo ſignificat, an eadem hæc ſit, ut quæ res efficiunt unum quempiam mortalem beatum, eædem beatam reddant totam ciuitatem, ſiue ſit alia quæpiam, ac diuerſa & longè alijs rebus in ſingulis ciuibus, & in communione ipſorū efficiatur. Nõ eſſe autem arduū affirmat hoc uidere, neque hunc ſcrupulū ualde moleſtum eſſe: quod probat, conſenſu magno mortalium de hac re & communi opinione de ipſa. non facile enim credi poteſt, uniuerſos homines errare, in re præſertim, quæ ante oculos ſita eſt. inquit igitur: Quicunque enim bene beateq; uiuere unius hominis poſitum putant in diuitijs, ij uniuerſam ciuitatem beatam dicerent, ſi diues foret ac referta omnibus copijs. Quicunq; uerò, inquit, tyranni uitam laudaret, ac beatam iudicaret, is ciuitatē eam maximè beatam diceret, quæ dominatur iniuſtè multis ciuitatibus, in imperioq; illo ſuo exercendo utilitatibus tãtùm ſuis proſpicit. eodemque pacto addit, qui unū probaret, ut uirtute præditum, in primisq; illum ſuſpiceret: is etiam ciuitatem beatiſſimã arbitraretur, quæ uirtutē coleret, maximeq; ſtudioſa foret. eſt autem hoc argumenti genus inductio. Quis enim dubitat, quin, qui beatum exiſtimet hominē eum, qui expletus ſit maximis corporis uoluptatibus: is etiã uocaturus ſit beatam ciuitatem, quæ iucundè uiuat. eadem ratio cæterorum omnium eſt.

Sed hæc duo.) Sed uenit iam tempus, inquit, duorū uidendorum, quæ ſunt diligenter animaduertenda, requiruntq; multam operã noſtram. quorum unum eſt, utrum magis expetenda ſit uita occupata in rep. regenda, & quæ particeps ſit publicorum conſiliorum: uel potius, quæ imitatur conſuetudinem hoſpitū ac peregrinorum, qui non debent in aliena urbe eſſe curioſi, neq; ullam partem attingere publicorū factorum, ſolutaq; demum eſt ac diiuncta à communione ciuiū. Alterum autem, quã potiſſimum remp. probare debeamus, & quem ſtatum ciuitatis optimū eſſe arbitrari, utra ſuperiorum opinionum recipiatur ſiue illa, quæ iudicat omnibus bonum & expetendū eſſe uerſari in republica: ſiue illa, quæ quibuſdam nullo modo cenſet id expetendum, etſi à maiore parte ciuium id non alienum putat.

Quia autem.) Hoc facit ad priorem nodum diſſoluendum. docet enim, ſuſcepti muneris non eſſe quærere, quod expetendū ſit ſingulis hominibus: ſed quod uniuerſæ ciuitati, ita argumentans. Quia autem ciuilis mentis & cogitationis eius, talis proprium eſt hoc, uidere ſcilicet ſubtiliter, quod conueniat omnibus ciuibus, ſeu maximæ parti ipſorum: non autem illud, quod ſeorſum quibuſdam aptū & accommodatum eſt. Nos autem, addit (quæ altera propoſitio eſt) ſumpſimus hoc tempore nobis hoc opus faciendum, & hoc ſedulò uidere ſtudemus: illud profectò alienum eſt, & extra propoſitum noſtrum, hoc uerò proprium huius muneris & ſuſcepti negotij. ipſe inquit, μεθόδου ταύτης, id eſt diſciplinæ & artis ciuilis. redditio autem illius ἐπεί, quod initiò poſuit, eſt ἐκεῖνο μὲν πάρεργον: quare tacitè olim hinc ſuſtuli δέ, quod irrepſerat in cuſoſos libros ante meam editionem

Conſtat igitur.) Non eſt igitur dubitandum, inquit, quin optima reſp. ſit hæc, quæ colit leges & inſtituta. hoc enim intellexit, cùm inquit τάξιν, id eſt ordinē harū rerum, quibus legibus & inſtitutis efficitur etiam, ut unuſquiſq; mortalis optimè rem gerat ac beatè uiuat. hoc enim elicitur, planeq; huiuſcemodi eſſe affirmat, ex ijs quæ ſupra poſita ſunt.

Quæritur autem.) Tangit quæſtionem perobſcuram, & de qua etiam inter ſe diſſenſerunt uehementer non pauci graues & docti uiri, uita ſcilicet magis expetenda uita ſitne ea, quæ uerſatur in rebus agendis, & in rep. adminiſtranda ſiue quæ conſumit omnes ſuas curas in contemplatione rerū maximarum. Nam quòd inquit, longe aliter de hac re ſenſiſſe quoſdam etiã è grege eorum, qui collocarent uitã maximè expetendã in uirtute: ſignificare uoluit, extitiſſe etiam nonnullos, quorum ſententiæ de hoc diuerſæ forent, qui non putarent uirtutē efficere uitam beatã: cuiuſmodi fuit ætate, quę ſecuta eſt, Epicurus. ille enim, cum beatam uitã exiſtimaret eſſe, quæ referta eſt uoluptate, non putauit oportere ſapientē accedere ad rempublicã. Eſt igitur, inquit optimus magiſter, controuerſia etiã inter hos, qui fatentur uitam eſſe maximè expetendã, quæ uirtutem colit: nec ſolùm ipſam ſociam conſiliorū ſuorum, ſed etiam ducem habet, utrū uita occupata in rep. regenda & rebus agendis ſit expetenda, uel potius, quæ remota eſt à ſtudijs ambitionis, otiumq; ac tranquillitatem amplexatur: quam uitam quidã ſolū putant eſſe propriam ſapientis, atq; illo dignam. philoſophon autem hic ualet id, quod dicere conſueuerunt philoſophicam. nõ enim uſurpatur tantùm de hominibus hoc nomen, uerū etiã de rebus animi expertibus. & ſanè cepit ipſum hic auctor eodē pacto alibi, & M. etiam Cicero: quod ego alijs locis admonui. Addit autē, duarum fermè harum uitarū alteram ſecutos fuiſſe cunctos mortales, qui maximè cupidi ſunt honoris: uiri tamen, & non inanis ac falſi: hunc enim arbitror ipſum intelligere, cùm uocarit eum μετ' ἀρετῆς, id eſt iunctum cũ uirtute, nec uacuū ab ipſa. quod ſcilicet uerū eſſe perſpici poteſt, propoſitis ſibi (ut ait) & ſuperioris ætatis & recentis exemplis. Ne reſtaret autem dubij aliquid in animo cuiuſquam, aperit, quos ſignificet. Verum autē eſſe, quod inquit de diſſenſione in hac re doctorū uirorum, perſpicitur: quia poſt ipſum Dicæarchus & Theophraſtus & ipſi diuerſas opiniones ſecuti ſunt. id quod commemorauit etiam M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum.

Refert autem.) Non parui momenti eſſe quæſtionē hanc affirmat, uerumq; in hac re perſpectum referre multum ad uitam beatam tradit. Quod probat, dicens, neceſſe eſſe ut qui ſapit, conſilioq; in rebus ſuis utitur mature, ſe ad meliorē finem applicet, dirigatq; eò curſum uitæ ſuæ. neque ſolùm hoc faciant ſeorſum ſinguli ciues, uerum etiã communiter uniuerſa ciuitas. lõgè enim alij mores & inſtituta ſunt, quæ perducunt ad hos contrarios fines.

Arbitrantur autem.) Diſſerit contra ambas has opiniones. primùm aduerſus uitã, quæ delectatur imperio, conſtituens ſecuram uitam ac liberam publicis negotijs. inquit igitur: Arbitrantur hi quidē imperium habere in finitimas urbes, atq; id exercere ea ratione, qua heri ſeruis ſuis imperant, cõtinere in ſe iniuſtitiã multam: cùm uerò idem modicè ciuiliterq; adminiſtratur, uacuum ſanè eſſe ab illa culpa: neque accuſari ullo pacto poſſe ut iniuſtū, ſed tamen impedimēto eſſe ac repugnare uitæ quietæ & tranquillę. quod indicauit etiã M. Cicero illo loco, quem indicaui ſuprà. cùm enim Theophraſti ſententiam exponeret, inquit Reſpicio nunc ad hanc familiam, quæ mihi non modò ut requieſcam, permittit: ſed reprehendit, quod non ſemper quierim. Cùm igitur imperium duobus modis, contrarijs inter ſe, tractetur: ducit, diſtincto illo atq; diuiſo, utro modo adminiſtretur, eſſe moleſtū & continere in ſe non paruum malum: quæ tamen inter ſe comparanda non ſunt, ſed tamen illi, qui uitam ſecuram amat, & uacuã à periculis, odioſum eſt implicari uitijs illis, & capiti ipſius impendere ſemper graues aliquos caſus. ἀπολελυμένον igitur hic uocat, uitam liberam his malis.

Hi autem tanquam.) Docet, non deeſſe qui de hac re longè aliter ſentiant: & aliquo modo oppoſiti ſint ſuperioribus, affirmantes ſolam propriamque hominis uitã eſſe, quæ uerſatur in agendo & rep. gubernanda. Quã ſententiam ſuam conſtituũt hoc argumento: aiunt enim, nullã extare uirtutem, quã melius colere non queant, qui in rep. uerſantur, quàm qui domi otioſi ſedent, atq; inde pariendi facta honeſta facultatē maiorem non habeãt. Vt enim fortitudo & liberalitas omittatur, quę ſine dubio uirtutes maiores fructus ferunt, & illuſtriores in perſonis claris & publicis. Temperantia etiam, quæ magis conuenire priuato homini exiſtimaretur, Cn. Scipioni maximã laudem attulit, & Romano imperio opes, cùm ſpectatæ formæ uirginem captiuam, deductam ad ſe à militibus, intactam parentibus reddidit.

Hi igitur ſic.) Refellit aliquo modo ſententiã proximam, quæ iuſtū imperium probabat. inuenire enim tradit quoſdã accuſantes ipſam, & inanē prorſus putantes, qui dicerent ciuile ſolū & tyrannicum imperiū efficere uitam beatam ac ſtultè facere omnes illos, qui cùm regerent aliquos, ſedulò curarent eorum cõmoda, & non ſuis potius utilitatibus prouiderent. Quam opinionē confirmans, ait, extare quoſdam populos, qui hunc terminum habeant ſuarū legum, propoſueruntque demum ſibi dominari uicinis gentibus ac ciuitatibus. quare inquit: Cum plurimæ leges ſcriptæ ſint ſiue ſumma cura, uel potius inconſideratè (ut ita exprimam, quod ipſe inquit χύδην: quam tamen uocem ſtatim à ſe editam caſtigauit, moderatuſq; illam eſt) tamen inquit, ſi cubi ad unum quempiam finem leges reſpiciant, illic dominari & ſubigere alienos omnem ciuitatem ſibi proponunt. Appellat autem certos quoſdam populos, qui ante oculos hoc ſemper haberent, & omnes neruos in eo contenderent. inquit enim. Vt factum Lacedæmone uidemus, & in Creta. illic enim fermè diſciplina omnis ac leges, uniuerſaq; inſtitutio eorum multitudo referuntur ad bellum, in quo qui præſtant cæteris, non magno negotio ſuæ ditionis ipſos faciunt. Verè etiã numeraretur ciuitas Romana in illis populis, qui laudem bellicam & ſummam poteſtatem ope armorum ſibi propoſuerũt. quod princeps etiam Latinorum poetarum ſignificauit, cum cecinit:

Tu regere imperio populos Romane memento, Hæ tibi erunt artes.—

Præ-

Præterea in omnibus.)More gentium cupidatum imperij idem declarat, quæ cocti facilè intelliguntur in honore pretioq; magno habuiſſe diſciplinam militarem nulla alia de cauſa, niſi ut explerent ſitim illam ſuam dominandi. hæc enim uia certa eſt, quæ perducit ad imperium. Appellat autem quatuor populos bellicoſos, & illos quidem barbaros: quos ſignificare ſolet hac uoce ἔθνη, reſpondente Latino uerbo, gentes.

Apud quaſdam.) Addit, nonnullis etiam in gentibus legibus exacui excitarique homines ad fortitudinem militarem, auxilio cuius obtinuerunt imperium. Primùm autem oſtendit, hoc Carthagine factum eſſe, quæ reſp. latum imperium habuit, & plures terras ſubegit. Commemorat igitur urnarum anulorum apud illos hunc fuiſſe habuiſſe, cùm lex eſſet, ut quos quiſq; expeditiones feciſſet, tot geſtaret anulos in digitis. Fuiſſe etiam narrat olim legem apud Macedonas, ut qui nullum hoſtem in bello interfeciſſet, pro cingulo capiſtro cinctus foret: quod erat ignominiæ genus. Proditum etiam memoriæ eſt, legem fuiſſe in eadem gente, ut qui aprum extra retia non confeciſſet, in conuiuio nô accumberet: ſed (quod minus honeſtum erat) ſederet, ut apud eos, mutatis moribus, eſſet. ad menſam cibum ſumentem ſtare. quod in pueris cuſtodiunt. Venatum autem, rudimentum quoddam militaris uirtutis eſſe omnes nouerunt. adiungit Ariſtoteles, apud Scythas uetitum eſſe bibere è poculo, quod circumferebatur feſto quodam die, omni illi qui hoſtem non occidiſſet. Præterea narrat, apud Iberos (quam gentem bellicoſam appellat) morê fuiſſe tot numero columellas adfigere ſepulchro mortui, quos ille interfeciſſet hoſtes. In extremo addidit, ſe alia multa huiuſcemodi colligere potuiſſe, quæ uim eandem habent apud uarias gêtes legibus ac moribus conſtituta. Quis autem neſcit, Romanos in primis, ut iuuenes incenderent ad pericula in bello adeunda, multa huiuſcemodi excogitaſſe: huius enim generis erant coronæ illæ multiplices, & haſtæ puræ nam plurimum etiam uirium habuiſſe ad eandem rem laudationes mortuorum, in quibus celebrare conſuerant, quæ illi fortiter in bello feciſſent: expoſuit etiam Polybius, ubi diſputauit in libro de Rebuſpublicis ac uarijs ſtatibus ciuitatum.

Atqui uidetur.) Argumentis pluribus probat, hoc nullo modo uerum eſſe. quorum primum huiuſcemodi eſt. Oſtendit enim non uideri munus eius qui ſuſceperit curam ordinandæ reipublicæ, uidere quomodo ciuitas, quam legibus ornat, ualeat imperium habere in propinquos populos, atque illis dominari, & æquo animo imperium accipientibus & inuitis, ſeruireque recuſantibus. hoc uerò alienum eſſe ab officio ipſius, docet his uerbis: Quomodo enim poteſt hoc conuenire autem qui ſtatum in ciuitatem inducat laude dignum aut ſcribat leges utiles eidem, quod ne legibus quidem conſtet, ipſiſue ullam pacem reſpondentem certè legitimum non uocaretur, quod non ſolùm iuſtè, uerum etiam iniuſtè adminiſtratur. at hoc ipſum, de quo quærimus, imperium habere ſine dubio omnque poteſt aliquis ſua in poteſtate quoſpiam habere etiam iniuſte.

Quinetiam ne in alijs.) Conſtituit idem ſimili artium, occupatarum in agendo: quas tamen uocat ἐπιστήμας, id eſt ſcientias. illarum enim officium eſſe docet, minimè uim adhibere ac cogere: ſed perſuadere hortarique id accipere, quod ipſis accommodatum ſalutareque eſſe intelligunt. Appellat autem medicum & gubernatorem, quorum nautar eo pacto ſe gerit. Neque enim medicus, ſi non poteſt ægroto, quem curat, fidem facere, ut patiatur ſe illo modo curari, inuitum ipſum ſibi parêre cogit: eadem ratio eſt gubernatoris, qui etiam oratione utitur, nititurque ita ad ſuum conſilium perducere, quos in nauim recepit, & in alias terras ſaluos ſe perducturum pollicitus eſt. Monſtrat autem ſummus doctor, ac ualde liber in illis accuſandis, quos refellit, fontem huius erroris, & in quo demum labantur: quod eſt, quia multi mortales nequeunt, aut nolût, diſtinguere imperium erile à ciuili, falſoque putant eandem rationem eſſe ineundi in officio ſeruos & ciues: & quod geſtum adminiſtratumque contra ſe ſinguli iuſtum eſſe utileque negarent, idem à ſe fieri perficiſcique in alios non uerecundantur. Ipſi namque à quærunt poſtulantque iuſtum imperium in ſe: cùm uerò ad alios ab ipſis manat, ſuaque demum nihil intereſſe uident, quid illis fiat: negligunt ipſum, nullamque in partem ſolliciti de illo ſunt. quàm autem hoc improbum uitioſumque putet, indicat dicens, illos non erubeſcere, cùm hoc facerât. ſaltem enim oportebat eos ſignum aliquod pudoris edere. Quod autem extremis his uerbis ſignificauit auctor, aptum magnopere ad infamandos poſtremos hos homines: damnamus nos quoque peruulgata uoce, & quæ uim habet prouerbij, cùm huiuſcemodi aliquos iniquos mortales notare uolumus: dicimus enim, eos amare iuſtitiam alienæ domui, à ſua uerò longè depellere.

Abſurdum autem.) Scitè loquit ſentiret, qui non putaret extare quiddam, quod natura domiretur, erileque imperium in ſe bono exerceat: eodemque pacto contrarium, quod minimè à natura tale factum ſit, ut id poſſit ſine culpa efficere. Quare inquit, Si res hoc pacto ſe habet, ſuntque hæc definita & certa, nec poſſunt labefactari, niſi à natura diſcedamus, rationeque ipſa: nullo modo decet ſine ullo diſcrimine, cunctis omnibus dominari, ſed illis tantùm, qui quaſi ſeges ſunt ac materia huius imperij, ac queunt perpeti iugum ſeruitutis. Vt autem magis illuſtret, ponatque ante oculos, quod oſtendere uult, ſimili utitur. inquit enim Non alites atque non rectum eſt captare in uenatu homines, ut carnibus ipſorum menſam inſtruas, aut eoſdem immoles ad aras deorum: uerùm quod à natura huic rei aptum procreatum eſt. cuiuſmodi autem id ſit, declarat. Eſt enim, inquit, uenationis materia, quod ferum animal eſt, idemque cibus idoneus hominis. Non poterit igitur dici uenari, ſi ſequimur definitionem hanc, qui captat uulpes, lupos, urſos, leones (neque enim carnibus harum animantium utimur) ſed qui lepores, capros, ceruos, apros. nec tamen deſunt, qui carnibus etiam harum beluarum oeſcantur, ut nonnulli eorum, qui in ipſis capiendis ſtudium ponunt. quod memoriæ prodidit etiam Galenus in libello de Atra bile. ἐδωδή igitur uocat, quod alere poteſt humanum corpus, nec detrimenti aliquid importat comeſum.

Atqui eſſet.) Huc itidem argumentum eſt, quo redarguit opinionem eorum, qui putabant, optimum ſtatum ciuitatis eſſe, qui propoſuiſſet ſibi ſubigere uicinas gentes: omniaque ſua conſilia dirigit ad hanc dominationem. loquit enim, ponens conditiones quaſdam: fingit autem quædam, ut hoc conficiat. Fieri etiam uidetur poſſe, ut ciuitas una beata ſit propter ſua propriaque bona, minimè inſtructa commodis extrinſecus acceptis, & cum damno aliorum paratis, quæ ſcilicet ſtatum ſuum probè regat: atque hoc, ſi contingit, urbem condi ſeiunctam ab alijs, eandemque inſtitutis ac legibus rectis utentem, cuius etiam forma omnis utdnque minimè ad bellum referatur, neque ad ſuperandos hoſtes. Ponamus enim, inquit, nihil in ipſa huiuſcemodi inueniri, quod huic rei efficiendæ paratum ſit. Videtur autem oſtendere ſtatum ciuitatis parem ſimilemque ei, qui fuit Romæ Numa regnante: etſi omni illo tempore quietam urbem reddidit non locos longinquitas eorum, qui turbare poſſent, ſed pietas regis: perſpectumque uicinis populis eſſe, eum remotum toto animo ab omni iniuria. niſi enim ſi diſſent hi mores moribuſque optimi ac ſanctiſſimi regis, non paſſi eſſent tam diuturna pace frui populum, quem ob multa incommoda ab ipſo accepta in bello, magno odio proſequebantur: neq; etiam res & fortunæ ipſorum ita fractæ & attritæ erant, ut nacti occaſionem talem, non ulciſci ualeret ueteres iniurias, efficereque ut immutatis poſtea inſtitutis ciuitatis, diuerſoque ingenio regis, facilè ſibi noceretur. Quod contingit ſtatim, ut Tullus regnauit, uam quanta in eo ſit religionis, & quantam ſecuritatem illa afferat mortalibus, declarat: quod cùm Romam nuncius ueniſſet, qui affirmaret armatos hoſtes appropinquare, contempſiſſe periculum illud Numa: ridenſque fertur dixiſſe, Ego autem rei diuinæ incumbo. adeò fidebat dijs immortalibus, ſpemque ſuam omnem in ipſis collocatam habebat. eodem pacto illi reuerentes hominem, & tanquam Deum ipſum ſuſpicientes, ſibi ab eo uiolando, ijſque quos regebat, temperabant.

Planum igitur eſt.) Putat ſe iam oſtendiſſe, quod uolebat: quare concludit rationem totam, ac mediam quandam uiam tenet. Neque enim omnino improbat ſtudia belli, inutiliaque eſſe arbitratur: nec tamen tantum in ipſis poſitû exiſtimat, quam cum nonnulli falſo crederent, qui ſola illa colebant, finemque reliquorum omnium factorum eſſe rebantur. Non eſt igitur, inquit dubium, quin omnes curæ exercitationeſque, quæ referuntur ad bellum, diſciplinamque militarem ornant, ſint honeſtæ laudeque dignæ: nec tamen tantum in ipſis eſſe putandum, ut haberi debeant finis ultimus omnium publicorum conſiliorum, & quò reliqui omnes referantur: ſed contrà ſtudia belli ad illum ipſum uerum finem referri debent, & eum, ut pure, indicare. finis enim ciuitatis eſt ſecuritas & tranquillitas uitæ, non continens perpetuumque bellum, nec pericula malaque, quæ neceſſariò ipſi hærent: ſed bellum geritur, ut pace aliquando fruamur, & honeſto otio. Admonet etiam, quæ partes ſint eius qui legibus ornandam ciuitatem ſuſceperit, atque id munus obire rectè uelit. Debere enim ipſum, inquit, accurate urbem uidere, ſitumque ipſius, & copiam contemplari: nec non naturam moreſque hominum, qui illic uiuunt: quemadmodum etiam reliquam omnem communionem ipſorum, quo pacto illi bene uiuere poſſint, participeſque fieri beatitudinis eius, quæ in ipſos cadit. Neque enim omnis ſedes, neque omne ingenium hominum recipit integram abſolutamque uitam beatam. beneque cum ipſo agitur, cùm obtinet opera ſtudioque ſcriptoris legum eam, quæ melior plenioſque in ipſum peruenire

uenire poteſt. Teſteri etiam uoluit, ut quis poſtea, cum hoc uidebit, miretur, fieri poſſe, ut ſi non omnes, quædam tamen leges diſcrepantes inter ſe ſint, quæ ſcilicet hanc aut illam ciuitatem inſtituant: uariatis enim moribus, natu aliqua ciuium, leges etiam uariari neceſſe eſt.

Et hoc facultatem) Addit ſuperioribus monitis, quibus ornauit legum ſcriptorem, oportere etiam illum (*nomotheten enim* profectò intellexit, cùm loquit, *eum* poteſtatemque ſcribendi leges) ſedulò uidere, ſi fortè ciuitas uicinos populos aliquos habeat, quomodo ſe cum ipſis gerere debeat, qualiaque ſtudia colere erga hos & illos. non enim eodem loco cuncti, diſſimiles etiam inter ſe, habendi ſunt. Exempli cauſa, ſi uicini ſint bellicoſi cupidique imperij, ut poſſit impetus eorum declinare, fortunasque ſuas ac libertatem tueri, & ipſa debeat corpora ſuorum ciuium ad militares labores ducere, cauereque, ne aliqua in re apud eam gentem offendat: uel potius ipſam ſibi amicam ſociamque reddat, cæteraque, demum huiuſcemodi. poſterius enim quod inquit, *ὅπως τοῖς πρὸς ἑκάστους χρηστέον*, alterum hoc ſignificare puto. *προσήκοντα* enim, ſunt officia. Verùm ſequitur apud auctorem, hoc quod non tenginius, poſt aptiora ſuoque loco nanciſcetur ſuam animaduerſionem diligentémque diſputationem: ad quem ſcilicet finem docet optimum ſtatum ciuitatis dirigi, ac ſcopum denique illum omni ſuo in curſu habere.

a Legendum, *πρὸς οὓς πῶς*. nam libri uulgati habent, *πρὸς οὓς πῶς*, &c.
b Videtur legendum, *μὴ μόνον δικαίως, ἀλλὰ καὶ ἀδίκως ἄρχειν*. id eſt. Non ſolùm iuſtis, uerumetiam iniuſtè imperare.
c *ἀλλὰ τῶν διαιτητῶν*. nam uulg. libri habent, *διαιτητῶν*. mendoſè. ſic lib. 3. cap. ult.

CAPVT III.

ADuerſus aũt eos, qui fatẽtur uitã, quę cũ uirtute geritur, eſſe maximè expetendã, diſſentiũt aũt de uſu ipſius, diſſerendũ nobis eſt cõtra utroſq; ipſos. Hi nãq; improbãt ciuilia imperia, exiſtimãtes liberi hominis uitã diuerſam eſſe ab eius, qui nauet operam reip. atq; unã omniũ maximè expetẽdã: hi uerò hanc optimã. Fieri autẽ nõ poteſt, ut qui nihil gerat, bene rem gerat: bonã aũt actionẽ & beatitudinẽ, idem eſſe: quoniam partim utriq; dicũt rectè, partim nõ rectè. hi quidẽ quoniã liberi hominis uita erili melior eſt (hoc enim uerum eſt) nihil enim amplitudinis cõtinet in ſe, uti ſeruo, qua ratione ſeruus eſt. Mandare nãq;, quod facto opus ſit in reb. neceſſarijs, nullã partẽ obtinet dignitatis. Arbitrari aũt omne imperiũ eſſe dominatũ, nõ rectũ eſt. nõ minus .n. diſtat imperiũ liberorũ ab imperio ſeruorũ, quã ipſum natura liberum à natura ſeruo. explicatum aũt eſt de ipſis ſatis in primis diſputationibus. Magis uerò laudare uitam remotã à rebus agendis, quàm occupatam in ipſis, minimè uerũ eſt: beatitudo enim actio eſt. Præterea multarũ & honeſtarum rerum finem habent iuſtorum atque temperantium uirorum actiones. Atqui fortaſſe exiſtimaret aliquis, cùm hęc ita definita ſint, dominari omnib. optimũ eſſe. ſic enim plurimas & pulcerrimas actiones in manu ſua haberet. Quapropter non oporteret eum, qui facultatem habet imperandi, cedere propinquo, ſed eripere potiꝰ: & neq; partẽ liberorum, neq; liberos patris: neq; omnino amicũ amici rationẽ ullam ducere, neq; de hoc cogitationẽ ullã ſuſcipere. qđ .n. optimũ eſt, id maximè expetẽdum:

ΠΡΟ'Σ δὲ τοὺς ὁμολογοῦντας μὲν τὸν μετ' ἀρετῆς εἶναι βίον αἱρετώτατον, διαφερομένους δὲ περὶ τῆς χρήσεως αὐτοῦ, λεκτέον ἡμῖν πρὸς ἀμφοτέρους αὐτούς. οἱ μὲν γὰρ ἀποδοκιμάζουσι τὰς πολιτικὰς ἀρχάς, νομίζοντες τόν τε τοῦ ἐλευθέρου βίον ἕτερον τινὰ εἶναι τοῦ πολιτικοῦ, καὶ πάντων αἱρετώτατον· οἱ δὲ τοῦτον ἄριστον. ἀδύνατον γὰρ τὸν μηθὲν πράττοντα πράττειν εὖ· τὴν δ' εὐπραγίαν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι ταὐτ', ὅτι τὰ μὲν ἀμφότεροι λέγουσιν ὀρθῶς, τὰ δ' οὐκ ὀρθῶς. οἱ μὲν ὅτι ὁ τοῦ ἐλευθέρου βίος τοῦ δεσποτικοῦ ἀμείνων (τοῦτο γὰρ ἀληθές) οὐθὲν γὰρ τῷ γε δούλῳ, ᾗ δοῦλος, χρῆσθαι σεμνόν. ἡ γὰρ ἐπίταξις, ἡ περὶ τῶν ἀναγκαίων, οὐδενὸς μετέχει τῶν καλῶν. τὸ μέντοι νομίζειν πᾶσαν ἀρχὴν εἶναι δεσποτικήν, οὐκ ὀρθόν. οὐ γὰρ ἔλαττον διέστηκεν ἡ τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴ τῆς τῶν δούλων, ἢ αὐτὸ φύσει ἐλεύθερον τοῦ φύσει δούλου. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἱκανῶς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. τὸ δὲ μᾶλλον ἐπαινεῖν τὸ ἀπρακτεῖν τοῦ πράττειν, οὐκ ἀληθές. ἡ γὰρ εὐδαιμονία πρᾶξίς ἐστιν. ἔτι δὲ πολλῶν καὶ καλῶν τέλος ἔχουσιν αἱ τῶν δικαίων καὶ σωφρόνων πράξεις. καίτοι τάχ' ἂν ὑπολάβοι τις τούτων οὕτω διωρισμένων, ὅτι τὸ κύριον εἶναι πάντων ἄριστον. οὕτω γὰρ ἂν πλείστων καὶ καλλίστων κύριος εἴη πράξεων. ὥστε οὐ δεῖ τὸν δυνάμενον ἄρχειν παριέναι τῷ πλησίον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ μήτε πατέρα παίδων μήτε παῖδας πατρὸς, μήθ' ὅλως φίλον φίλου μηθένα ὑπολογίζειν· μηδὲ πρὸς τοῦτο φροντίζειν. τὸ γὰρ ἄριστον αἱρετώτατον·

IN eos autem utroſque, qui uno quidem ore conſentiunt, uitam cum uirtute coniunctam eſſe maxime expetendam, de eius uero uſu diſſentiunt, nobis nunc dicendum eſt. Alteri enim ciuiles magiſtratus improbant, exiſtimantes hominis liberi uitam aliam quandam eſſe à uita ciuili, & maxime omnium eſſe optabilem atq; expetendam: alteri hanc eſſe optimam arbitrantur. fieri enim poſſe, ut qui nihil agit, negotia ſua præclarè gerat. Præclaram autem negotij geſtionem, ſeu bonam actionem, & beatitudinem, idem eſſe. Dicimus igitur utroſque partim rectè dicere, partim non rectè: illos quòd aiunt hominis liberi uitam ea uita, quæ domini imperium in ſeruos exercet, eſſe meliorem. Hoc enim uerum eſt. ſeruo enim, qua ratione ſeruus eſt, uti, nihil habet gloriatione dignum. nam de rebus ad uſum quotidianæ uitæ neceſſarijs præcipere, & negotium dare, nihil habet pulcrum aut præclarum. Exiſtimare autem omne imperium, eſſe domini in ſeruos imperium ſeu dominatum, errare eſt. Nam minus enim differt imperium in liberos ab imperio domini in ſeruos, quam id quod liberum eſt natura, ab eo quod [illegible] eſt natura. qua de re libris ſuperioribus cumulate à nobis explicatum eſt. Vitam autem otioſam & ab actione torpentem, magis eſſe laudandam, quam actionem, non eſt uerum. Beatitudo enim, actio eſt. Præterea uero multarum & honeſtarum rerum finem continent iuſtorum & temperantium uirorum actiones. Atqui exiſtimare forſitan poſſit aliquis his ita definitis, ſummam in omnes habere poteſtatem, eſſe optimam. Ita enim plurimarum & honeſtiſſimarum actionum penes eum fore poteſtatem. Itaque eum, qui poſſit imperium obtinere, id alteri concedere non oportere, ſed potius adimere. & neque patrem liberorum, neque liberos patris, neque denique amicum amici rationem habere debere, neque hac de re laborare. quod enim eſt optimum, id eſſe maxime expetendum atq; optãdum.

rem

dū: bene aūt rem gerere, optimum eſt. Hoc igitur uerè fortaſſe dicunt, ſi aderit deſpoliantibus alios, ac uim afferentibus, quod omnium rerū quæ ſunt, maximè expetendum eſt: ſed fortaſſe non poteſt adeſſe, ſed ſupponitur hoc. neq; enim amplius honeſtas actiones contingit eſſe, niſi illi, qui tantum præſtet, quantum uir mulieri, uel pater liberis, uel erus ſeruis. Quapropter, qui uia migrarit, nullum tantum bonum poſtea efficere poterit, quantum iam culpæ admiſit, digrediens à uirtute. Similibus enim honeſtum & iuſtum in parte. hoc namque æquale & ſimile: non æquale autem æqualibus, & non ſimile ſimilibus præter naturam eſt: nihil autem præter naturam, eſt honeſtum. Quapropter ſi alius quiſpiam melior extiterit uirtute & facultate agendi res optimas, hunc ſequi honeſtum eſt, & huic obtemperare iuſtū. Oportet autem non ſolùm uirtutem, uerumetiam facultatē adeſſe, per quam erit aptus ad agendum. Sed ſi hæc dicuntur rectè, & beatitudinem ponendum eſt eſſe bonam actionem, & communiter omnis ciuitatis, & ſingillatim optima uita, quæ in agendo uerſatur. Sed uitam actiuam non eſt neceſſe ad alios referri, ut quidā arbitrantur: neque cogitationes eſſe ſolas has actiuas, quæ gratia proficiſcentium inde fiunt ex agendo: ſed multo magis, quę finem in ſe continent, & quę ſua cauſa fiunt contemplationes & cōſiderationes. Bona namq; actio finis: quare & actio quædā, maximè autem & agere dicimus, & dominos eſſe exteriorum actionū, qui ſunt architecti. Atqui neque neceſſe eſt nihil agere ciuitates per ſe ſitas, & quæ ita uiuere elegerūt. Contingit enim per partes & hoc euenire. Multæ namque ſont cōmuniones inter ſe partibus ciuitatis. Simili autem modo ſe hoc habet & de unoquoque homine. quomodo enim Deus ſe bene haberet, & totus mundus, quibus non adſunt exteriores actiones præter ſuas & [illegible] ipſorū. Eandē igitur uitam [illegible] eſſe optimā uniuiq; homini, & cōmuniter ciuitatib. & hominibus, perſpicuū eſt.

τον, τὸ δ' εὖ πράττειν ἄριστον. ταῦτα μὲν οὖν ἀληθῶς ἴσως λέγουσιν, εἴπερ ὑπάρξει τοῖς ἀποστεροῦσι καὶ βιαζομένοις, τὸ τῶν ὄντων αἱρετώτατον. ἀλλ' ἴσως οὐχ οἷόν τε ὑπάρχειν, ἀλλ' ὑποτίθενται τοῦτο ψεῦδος. οὐ γὰρ ἔτι καλὰς τὰς πράξεις ἐνδέχεται εἶναι τῷ μὴ διαφέροντι τοσοῦτον, ὅσον ἀνὴρ γυναικὸς, ἢ πατὴρ τέκνων, ἢ δεσπότης δούλων. ὥστε ὁ παραβαίνων, οὐθὲν ἂν τηλικοῦτον κατορθώσειεν ὕστερον, ὅσον ἤδη παρεκβέβηκε τῆς ἀρετῆς. τοῖς γὰρ ὁμοίοις τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῷ μέρει. τοῦτο γὰρ ἴσον καὶ ὅμοιον. τὸ δὲ μὴ ἴσον τοῖς ἴσοις, καὶ τὸ μὴ ὅμοιον τοῖς ὁμοίοις, παρὰ φύσιν. οὐδὲν δὲ τῶν παρὰ φύσιν καλόν. διὸ κἂν ἄλλος τις ᾖ κρείττων κατ' ἀρετὴν καὶ κατὰ δύναμιν τὴν πρακτικὴν τῶν ἀρίστων, τούτῳ καλὸν ἀκολουθεῖν, καὶ τούτῳ πείθεσθαι δίκαιον. δεῖ δ' οὐ μόνον ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ὑπάρχειν, καθ' ἣν ἔσται πρακτικός. ἀλλ' εἰ ταῦτα λέγεται καλῶς, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν εὐπραγίαν θετέον, καὶ κοινῇ πάσης πόλεως ἂν εἴη καὶ καθ' ἕκαστον, ἄριστος βίος ὁ πρακτικός. ἀλλὰ τὸν πρακτικὸν οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς ἑτέρους, καθάπερ οἴονταί τινες· οὐδὲ τὰς διανοίας εἶναι μόνας ταύτας πρακτικὰς, τὰς τῶν ἀποβαινόντων χάριν γιγνομένας ἐκ τοῦ πράττειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰς αὐτοτελεῖς, καὶ τὰς αὑτῶν ἕνεκεν θεωρίας, καὶ διανοήσεις. ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος· ὥστε καὶ πρᾶξίς τις. μάλιστα δὲ καὶ πράττειν λέγομεν, καὶ κυρίως τῶν ἐξωτερικῶν πράξεων, τοὺς ταῖς διανοίαις ἀρχιτέκτονας. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀπρακτεῖν ἀναγκαῖον τὰς καθ' αὑτὰς πόλεις ἱδρυμένας, καὶ ζῆν οὕτω προῃρημένας· ἐνδέχεται γὰρ κατὰ μέρη καὶ τοῦτο συμβαίνειν. πολλαὶ γὰρ κοινωνίαι πρὸς ἄλληλα τοῖς μέρεσι τῆς πόλεώς εἰσιν. ὁμοίως δὲ τοῦτο ὑπάρχει καὶ καθ' ἑνὸς ὁτουοῦν τῶν ἀνθρώπων. σχολῇ γὰρ ἂν ὁ θεὸς ἔχοι καλῶς, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, οἷς οὐκ εἰσὶν ἐξωτερικαὶ πράξεις παρὰ τὰς οἰκείας τὰς αὐτῶν. ὅτι μὲν οὖν τὸν αὐτὸν βίον ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ἄριστον, ἑκάστῳ τε τῶν ἀνθρώπων, καὶ κοινῇ ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς ἀνθρώποις, φανερόν ἐστιν.

rem autem ſuam bene gerere, eſſe optimum. Hoc igitur fortaſſe uere dicunt, ſi quidem futurum eſt, ut qui alterum ſpoliant, quiq́; alteri uim inferunt, rei omnium, quæ ſunt, maximopere expetendæ ſint compotes. Sed fieri fortaſſe non poteſt ut ſint. & hoc falſum ſupponunt. non enim iam fieri poteſt, ut ſint honeſtæ actiones ei, qui non tanto cæteris antecellat, quanto uir mulieri, aut pater liberis, aut dominus ſeruis. Itaque qui æqualitatē ab initio migrat, nullam tantam actionem poſterum recte effecerit, quantum iam à uirtute deſ[illegible] ac degrauit. Similibus enim honeſtum & iuſtum in eo poſita ſunt, ut pro ſua quiſque parte imperet. hoc enim æquale & ſimile eſt. quod uero æquale non eſt æqualibus, & quod ſimile non eſt ſimilibus, à natura alienum eſt. Nihil autem eorum quæ à natura aliena ſunt, honeſtum eſt. Quare ſi quis alius ſit uirtute & poteſtate agendarū rerū optimarū cæteris præſtans, huic obſequi eſt pulchrum atq; honeſtum, huic parere iuſtum. Oportet autem non ſolum uirtutē, uerum etiam poteſtatem ac facultatem in eo ineſſe, ex qua aptus futurus eſt ad agendum. At ſi hæc præclare dicūtur, & ſi beatitudo bona actio ſtatuenda eſt: ergo & communiter omnis ciuitatis, & ſingillatim cuiuſq; hominis ea uita fuerit optima, quæ ſit ad agendum apta. Sed hominem ad actionem aptum, non eſt neceſſe ad alios ſpectare, aliorūq́; arbitratu ac nutu uiuere, ut quidam putant: neq; has ſolas cogitationes eſſe ad agendum aptas, quæ euentorum gratia ſuſcipiuntur, ex agendo naſcentes: ſed multo magis eas, quæ ſunt per ſe perfectæ, & ſua ipſarum cauſa ſuſceptæ contemplationes, & mentis agitationes. Nam bona actio, finis eſt. ergo & actio aliqua. Maxime autem eos dicimus agere, & externarum actionum dominos & compotes eſſe, qui mente & cogitatione opificibus quod agant, præcipiunt atque præſcribunt. Iam uerò neque eas ciuitates otio & ceſſatione torpere neceſſe eſt, quæ per ſe & ſeparatim ab alijs ſitæ ſunt, quæq́; ita uiuendi conſilium ceperunt. Fieri enim poteſt, ut eis etiam actionis uſus in partibus eueniat. Nam multæ communicationes inter ſe partibus ciuitatis intercedunt. Atque hoc in quouis homine ſimiliter ineſt. nam niſi ita eſſet, parum pulchrè eſſet Deo & toti mundo, quibus non ſunt externæ actiones, neque ulla aliæ, præter quàm eorum propriæ. Eandem igitur uitam optimā eſſe oportere, & ſingillatim uniuſcuiuſq; hominis, & communiter generatimq́; ciuitatibus atq; omnibus hominibus, perſpicuum eſt.

COMMENTARIVS.

Aduerſus autem eos.) Incumbit in hanc curam, ſtudetq́; diſſoluere nodos, quos iam monſtrauit. Duo autem illi fuere, quorum priore ſoluto, ſtatim perſpicitur ratio poſterioris ſcrupuli euellendi. Si namq; cognitũ fuerit, quæ ſit optima priuati hominis uita: non ualde obſcurum erit, quæ ſit optima reipublicæ. Inquit igitur, aduerſus eos qui aſſentiuntur, uitam, quæ tanquã ducem ſequitur uirtutem, maximè expetendam eſſe: repugnant tamen & aduerſantur de uſu ipſius (contenti namq; ſunt habitu poteſtateq́; uirtutis) agere debemus: neq; contra hos ſolùm, uerũ etiam contra alteros illos diſputare. Antequam uerò in eos ueniat, quæ ſibi dicenda aduerſus eos putat, rationes eorum repetit, aitq;: Hi omnes quæ ipſorũ improbant, à ſeq; repellunt publicos honores et magiſtratus, iudiciũ hoc ſequentes, in quo eſt error. arbitrantur enim, uitam ſolutam liberamq́;, aliam eſſe à uita, quam ducit, qui uerſatur in republica, eſſeq́; illã maximè expetandam: hi autem contrà, hanc, quæ uerſatur in republica, optimè iudicant. quam ſententiã ſuam conſtituunt hoc pacto. Dicunt enim, fieri non poſſe, ut qui nihil agit in uita, bene agat, ideoq́; compotẽ eſſe non poſſe uitæ beatæ: putant enim, bene agere & beatè uiuere, unum atq; idem eſſe, nullaq; re inter ſe differre.

Quoniam partim) Commune illorũ eſſe inquit, ut in uno rectè ſentiant, in altero labantur & exponit, quæ ambo probè dicerent, ac ſine ullo errore, & in quibus itidem peccarent. Primũ autem, in quo alteri ipſorum uerum uiderent. inquit enim: Hi quidem dicunt uitam liberam meliorem eſſe erili, id eſt ea, quæ alitur tanquã ero paret ac ſeruit. quã ſententiam probat, ueramq́; ſe putare oſtendit cauſam etiam afferens ſui iudicij: nulla enim in re poteſt aliquis ſatis uti, ut miniſterium illud eius habeat in ſe dignitatem ullam niſi uelit transferre ſeruũ ad munera, quæ non ſunt propria conditionis ipſius, ſed certa quaſi ſeruorum. Conſtituere autem uoluit ſententiã, quam ſumpſit ad confirmandũ, quod uolebat & addidit: Imperium enim omne, iuſſumq́; de rebus neceſſarijs utilibuſq́;, quales ſunt, quæ conueniunt mancipio, caduntq́; in perſonam ſerui nullam partem in ſe habet dignitatis atq; honoris.

Arbitrari autem) Aperit nunc, in quo ijdem laberentur, ac errarunt parum. inquit enim: Arbitrari autẽ quidam omne imperium eſſe dominatũ, referreq́; erilẽ poteſtatem rectũ uerumq́; non eſt. quod confirmat diſtinctione imperiorum, affirmans non minore eſſe diſcrimen inter imperiũ liberorum hominum ac ſeruorũ, quàm ſit inter liberum natura uirũ, & ſeruum itidem natura. Quantũ autem interuallum inter hos ſit, oſtendit, non oportere ſe nunc tradare, cũ antea declaratum hoc ſit: & ita quidẽ explicatũ, ut addi nihil debeat diſputationi illi, quod huic loco ac tempori accõmodatũ ſit. quem autem locũ intelligat, notum eſt. ἐξωτερικοὺς igitur λόγους, appellauit diſputationes eas accuratas.

Magis uerò) Refellit alterum errorẽ eorundem, nulloq́; modo uerũ eſſe, ſapienterq́; factum affirmat, quod illi committebant, qui magis laudabant otium atq; inertiam, quam uitam occupatã in rep. adminiſtranda: inquit, ut magis peccatũ eorum detegatur, ipſum negat probaſſe nihil penitus agere in uita, quàm agere aliquid. quod quã falſum ſit, declarat: Quia uita beata eſt actio, quare perſpicitur, compotes eius eſſe non poſſe, qui uacui ſunt ab omni facto. Addit autem huic alterũ argumentũ, quod huiuſcemodi eſt. Facta iuſtorũ & temperantium uirorũ continere in ſe finem multarũ & honeſtarũ rerum. quod, ut opinor, ualet, homines illos, qui uerè iuſti temperanteſq́; ſunt, cùm gerunt aliquid in uita, propriũ ſuarum illarũ uirtutum, & quod inde profectum ſit, habere continereq́; in ſe finem & terminum multarũ honeſtarumq́; rerum. multa enim in uita fiant ab aliquo neceſſe eſt, non ſine labore aliquo ac moleſtia, antequam particeps uirtutis fiat: quarum omniũ terminus earumq́; eſt uirtus ipſa iam parta factaq́;, quæ inde naſcuntur: qui autem ad ultimũ finemq́; ueniunt ſuorũ laborum, merito gaudent. quod non poteſt alienum eſſe ab ulla uirtute factiſq́; proprijs ipſius. quamuis autem duas tantùm uirtutes appellarit, cæteras tamen ipſum intelligere prorſus arbitror.

Atqui fortaſſe.) Affert quiddã, quod excogitatũ ab aliquo, uideri poſſet aduerſari ſuperiori ſententiæ, & illud quod iam firmatũ erat, frangere: ſtatimq́; ipſum redarguit, oſtendens, in quo uitiũ ſit. inquit igitur: Cùm hæc ita definita & quaſi ſtabilita ſint, uitam inquam beatã eſſe actionem, non ceſſationẽ ab omni opere: ſuſpicaretur aliquis dominũ eſſe publicorũ conſiliorũ, ſuaq́; in poteſtate remp. habere, optimũ eſſe, tractus in hanc ſententiam his rationibus. ita enim plurimorum & pulcherrimorum factorum dominus atq; auctor erit. nihil enim eſt, quod efficere non ualeãt, qui poteſtatem omnium rerũ nacti ſunt. Quare inquit, non debet, qui facultatem habet imperij adipiſcendi, aliquid omittere, aptum ad ipſum obtinendũ neq; cedere proximo, patiq́; ut alter ad imperium perueniat: ſed potius eripere ipſi, ſi aliqua ratione ſummã illam poteſtatẽ conſequutus erit, atq; omnia denique officia negligere, ut imperio potiatur. Quorum partim appellat. dicens, non oportere patrẽ in ulla ratione ullam ducere liberorum, neq; liberos parentis. & eodẽ pacto contra honorẽ commodaq́; amicorum amicos omnia moliri, neq; metuere aliquid huiuſcemodi uiolare ſecutos hoc iudicium, quod maximè expetendum ſit, & omnibus uiribus parandum, quod optimum eſt: bene autem rem gerere, optimum eſſe.

Hoc igitur uerè.) Docet, nihil ualere ad infirmandum, quod iã conſtitutum erat, argumentũ ipſorũ: atq; id, quia uterentur falſo quodam principio, tanquã uero ac certo. niſi autem hoc fuiſſet, non negat quin ſententia eorum probari debuerit. inquit igitur: Hoc uerè fortaſſe dicunt, ſi, quod aiunt, effici poteſt, ut ſcilicet id quod maximè expetendum eſt, perueniat ad illos, qui ui ac dolo in eo parando utũtur, ſpoliantq́; ipſo aliquos, ac ſibi iniuſtè uendicant. quare addit, Hoc exitũ non habet: falſumq́; ab ipſis ponitur, non ullã in partem probatur. neq; enim poſſunt facta, quæ tali ab imperio proficiſcuntur, quod iniuſtum ſcilicet ac uiolentum ſit, honeſta eſſe: niſi illi ipſi, qui uim adhibuerunt, tantum præſtant ijs, quos cogunt ſibi ſeruire: quantũ uir feminæ præſtat, aut pater liberis, aut erus ſeruo. quæ ſunt tria genera imperij, iuſta ſanè ſed tamen non paria inter ſe. Cùm autem hoc non contingit, nihil hunc expectari poteſt ea ratione incœptis. inquit enim, hoc ſignificare uolens: Quare qui initiò improbè facit, rectaq́; uia digreditur, nihil conſequentibus temporibus geret tã rectè, ut ueterẽ corrigat culpam, tam propeq́; accedat poſtea ad uirtutem, quantum prius inde migrauit. Aptum autẽ ualde hoc eſt ad refellendam uocẽ notam Iaſonis Theſſali, ac fortaſſe hoc conſilio ſummo doctore prolata eſt, ut uanitas ipſius intelligeretur, qui aiebat, oportere quædã in uita iniuſtè facere, ne multa poſtea ope ipſorum rectè iuſteq́; gererentur. auctoritas autẽ tanti uiri, ne moribus obeſſet, confutanda fuit. Cùm uerò prius hic legeretur, ἀλλ' ὑποτίθενται τοῦτο ψεῦδος delent aliqui eam uocem ut otioſam, ſecuti auctoritatẽ ueteris tralationis, ac ueritatem ipſam, ſi quis acutè rem ſpectet. ὑποτίθεσθαι enim ualet, id quod dubium & incertum eſt, tanquã firmum & exploratum ſtatuere, atq; ipſo uti ut aperto: in quam culpã illi manifeſtò incidebant. ſed etiam D. Thomas perſpicitur ita locũ accepiſſe. Neq; enim ſolùm non agnoſcit id nomen, ſed etiã explicat uim ac notionẽ uerbi, dicens: Ipſi tamen hoc ſupponunt, tanquã per ſe manifeſtũ. Quin autẽ ita multis locis loquatur philoſophus, non dubium eſt, ut infrà, ubi inquit διὸ δεῖ πολλὰ ὑποτίθεσθαι καθάπερ εὐχομένους, & quæ ſequuntur.

Similibus enim.) Oſtendit quàm improbè faciant, qui dominari uolunt, cùm tales non ſint, quales indicauit: nec uirtute multum præſtent ijs, in quos imperium exercere quærunt, ſed potius pares ipſis ſint. inquit enim, ijs qui ſimiles inter ſe ſunt, quod honeſtum ac iuſtũ eſt ſine diſcrimine ullo tribui debere mutuis uicibus, & ita deniq;, ut nulli ipſorũ expertes perpetuò ſint ipſius: ſed nunc hi, nunc illi imperium habeant. quod autem addit, Minimè æquale æqualibus, neq; ſimile ſimilibus tribuitur: aduerſatur naturæ. unde ſequitur, ipſum honeſtum eſſe non poſſe: quia nihil quod cõtra naturam eſt, honeſtum eſt.

Quapropter ſi alius) Adeò exiſtimat alienum importunumq́; eſſe priuare cæteros ſua parte honoris: itaq; iudicat, oportere omnes qui pares inter ſe ſint, æqualiter aliquando ad imperium peruenire, ſuumq́; ius obtinere: at uelit etiam, ſi fortè ſit aliquis in illis melior longo interuallo uirtute & facultate remp. adminiſtrandi, ipſi perpetuum imperium dari. hoc enim inculcauit nunc huc, tanquam corollarium. eſt enim profectò documentũ hoc in alienum locum inſertum. neque enim quærit nunc de regno. Quia autem magni momenti eſt uniuerſam rempublicam uni regendã tradere, præſertim ubi ſunt multi apti ad hoc munus obeundum: aperit accuratè, quid in illo requirat, & quibus dotibus inſtructum eſſe uelit. Neque enim probitatem ſatis eſſe putat, ſed continuò tam cum ea opus eſſe cenſet uim poteſtatemq́; agendi ea, quæ ſint optima reipublicæ: quibus animi partibus, eximijſq́; bonis hic ipſe præſtet magnoperè (ut dictum

dictum eſt) cæteris omnibus: qui, ſi inuentus fuerit, huic ipſi obtẽperandum exiſtimet, auctoritatemq; eius ſequẽdum.

Sed ſi hæc) Concludit primùm rationem omnem, dubitari non poſſe docens, quin uita optima ſit, quæ uerſatur in agendo: ſi ea quæ à ſe ſuperà dicta ſunt, uerè dicta ſunt, nec uitij aliquid in ſe continent. Repetit autem breui, quænã ſint illa, quæ fundamenti inſtar ſunt: ac niſi labefactentur, patefaciunt ueritatem huius quæſtionis. Eſt autem illud, uitam beatã eſſe actionem explecam refertamq; ueris bonis, quam uocat εὐπραγίαν: & illam quidem communiter totius ciuitatis, & ſeorſum ſingulorum ciuium. Statim autem ut hoc teſtatus eſt, intelligens inueniri quoſdam, qui cum ſecum facere uideantur, diſſentiunt tamen aliqua parte: confutat errorem eorum, ſignificatque ſe non ita accipere uitam in agendo poſitam, ut illi faciebant. ipſi enim exiſtimabant, ſolam uitam eſſe talem, quæ ad alios referretur: quæ uerò ſibi ornandæ ſtuderet, non putabant poſſe uocari rebus agendis deditã. Quemadmodum ijdem cenſebãt, quod adiungit, ſolas cogitationes eſſe dignas, quæ uocarentur πρακτικὰς, quæ ſuſciperentur ob ea conſequenda, quæ naſcerentur ex illis factis ac ſtudio earum rerũ gerendarum: uerum etiã, quæ perfectæ forent in ſemet, ac finem haberent eos ipſos expolire ac meliores facere, qui uerſarentur in ipſis ſtudioſe uidendis ac cogitandis. Probat autem uerum eſſe, quod dicit, has inquam quoque debere πρακτικὰς putari: quia ſine dubio perfecta actio quædam eſt, quã ſuſcitat committetur integritas & abſolutio illius operis uſus autem quaſi conſenſu omnium, inquit: In primis autem agere eos dicimus, qui non ſunt miniſtri & quaſi fabri, ſed auctores & duces factorum extra illos ipſos etiam poſitorum.

Atqui neq;) Putabant illi, quos malè ſenſiſſe oſtendit, ciuitatem conditam in ſolo ac remoto loco, & quæ uitam colleret, uacuam à negotijs externis, penitus orbatam eſſe facultate agendi: quia non haberet gentem ullam uicinam, cũ qua de re aliqua aut litigaret, aut conſentiret. Negat igitur optimus magiſter hoc uerum eſſe, quia fieri poſſit, ut ipſa ſecum ſuiſq; in partibus hoc faciat. Multæ enim, inquit, communiones ſunt partibus ciuitatis inter ſe. Adiungit autem, idem contingere non ſolum in cœtu magno hominum, uerum etiam in ſingulis mortalibus. quod probat argumento à maiore, exemplisq; ualde illuſtribus: Quomodo enim, inquit, Deus bellè ſe haberet ac beatus undique foret, qui gaudet ſuis proprijſq; bonis: & ut Deus, ita etiã mundus ipſe, in quibus nullæ exiſtunt extrinſecæ actiones, & quæ ad poſitos extra ſe referantur, ſed ſuæ tantùm propriæq;. Σχολῇ quod inquit, & quæ ſequuntur: elegans oratio eſt, propriaque, ut arbitror, ſermonis Attici. in exemplo eiuſdem argumentationis, quod poſui in 11. libro de Arte dicendi; idem quaſi aduerbium eſt. inquit enim: ἃ μηδ᾽ ἂν εἰ ſχολῇ ποιοῦντες ἠδυνάμεθα, ταῦτα σχολῇ ἡμῖν πράττειν. quæ autem lentè nimis tardeque adminiſtrantur, eius generis plerunque ſunt, quod effici non poteſt.

Eandem igitur) Planum iam factum eſſe inquit, unam eandemque uitam optimam eſſe uniuſcuiuſque hominis ac totius ciuitatis, id eſt, quæ beat ſingulos ciues ſeorſum, & quæ uniuerſam ſimul ciuitatem: neque longè aliam eſſe rationem uiuendi, quæ ornat ac perficit unum mortalem, & gregem maximum hominum, eodem loco uiuẽtium, atq; eaſdem leges colentium. eſt igitur hæc concluſio ſuperioris quæſtionis.

CAPVT IIII.

QVia autem exordij uim habuêre, quæ modò de ipſis dicta ſunt, & de his quæ faciunt ad cæteras reſpublicas, à nobis prius diſputatum eſt: initium reliquorum erit primùm dicere, qualia oportet fundamẽta eſſe ciuitatis conſtituendæ, quæ uoto reſpondeat. neq; enim fieri poteſt, ut reſpublica ſit optima ſine moderata copia rerũ. Quare opus eſt antea multa poni tanquã optata: eſſe tamen nihil horum tale, ut effici non poſsit. Intelligo autẽ, ceu de numero ciuium, & magnitudine agri. Quemadmodum enim & alijs opificibus, ueluti textori & fabro nauali, oportet materiam paratã eſſe ad opus faciendum idoneam. Quanto enim ipſa melius comparata fuerit, neceſſe eſt, quod efficitur ab arte, pulchrius eſſe. ſic & politico & ſcriptori legum, opus eſt ſuam propriamque materiã adeſſe, quæ ſit accommodata. Eſt autem ciuilis copiæ primùm numerus hominũ, quot & quales natura ipſi adeſſe oportet: & de agro eodem pacto, quantum eſſe, & qualem hunc. Putant igitur plurimi conuenire, magnam eſſe ciuitatem, quæ beata futura ſit. Si autem hoc uerum eſt, ignorant qualis magna, & qualis parua ciuitas ſit: è numeri enim multitudine eorum qui illic habitant, exiſtimant magnam. Decet aũt potius non ad multitudinem,

ΕΠΕΙ δὲ πεφροιμίασαι τὰ νῦν εἰρημένα περὶ αὐτῶν, καὶ περὶ τὰς ἄλλας πολιτείας ἡμῖν τεθεώρηται πρότερον, ἀρχὴ τῶν λοιπῶν εἰπεῖν πρῶτον, ποίας τινὰς δεῖ τὰς ὑποθέσεις εἶναι περὶ τῆς μελλούσης κατ᾽ εὐχὴν συνεστάναι πόλεως. οὐ γὰρ οἷόν τε πολιτείαν γενέσθαι τὴν ἀρίστην ἄνευ συμμέτρου χορηγίας. διὸ δεῖ πολλὰ προϋποτεθεῖσθαι καθάπερ εὐχομένους· εἶναι μέν τοι μηθὲν τούτων ἀδύνατον. λέγω δὲ, οἷον περί τε πλῆθος πολιτῶν, καὶ χώρας. ὥσπερ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς· οἷον, ὑφάντῃ καὶ ναυπηγῷ δεῖ τὴν ὕλην ὑπάρχειν, ἐπιτηδείαν οὖσαν πρὸς τὴν ἐργασίαν. ὅσῳ γὰρ ἂν αὕτη τυγχάνῃ παρεσκευασμένη βέλτιον, ἀνάγκη καὶ τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τῆς τέχνης εἶναι κάλλιον· οὕτω καὶ τῷ πολιτικῷ, καὶ τῷ νομοθέτῃ δεῖ τὴν οἰκείαν ὕλην ὑπάρχειν, ἐπιτηδείως ἔχουσαν. ἔστι δὲ πολιτικῆς χορηγίας πρῶτον, τὸ, τε πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, πόσους τε καὶ ποίους τινὰς ὑπάρχειν δεῖ φύσει· καὶ κατὰ τὴν χώραν ὡσαύτως, ὅσην τε εἶναι, καὶ ποίαν τινὰ ταύτην. οἴονται μὲν οὖν οἱ πλεῖστοι προσήκειν μεγάλην εἶναι τὴν εὐδαίμονα πόλιν. εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἀληθὲς, ἀγνοοῦσι ποία μεγάλη καὶ ποία μικρὰ πόλις. κατ᾽ ἀριθμοῦ γὰρ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων κρίνουσι τὴν μεγάλην. δεῖ δὲ μᾶλλον μὴ εἰς τὸ πλῆ

QVoniam autem ea, quæ nunc expoſuimus, procœmij loco de ijs dicta ſunt, quoniamq; de alijs reipublicæ adminiſtrandæ formis ſuprà à nobis diſputatũ & conſideratũ eſt, initiũ de reliquis rebus dicendi hinc capiendũ, ut exponamus primum qualia quæſi fundamenta debeant eſſe eius, quæ ex animi noſtri ſententia conſtatura ſit, ciuitatis: Non enim fieri poteſt, ut optima exſiſtat reip. adminiſtrandæ forma ſine conuenienti rerũ ad uitæ cultũ neceſſariarum ſupellectile & copia. Quocirca multa a nobis ante fundamenta poſita ſint oportet, quaſi optantibus: nihil tamen harum tale ſit, ut fieri aut contingere nõ poſſit: ea dico, quæ ad ciuium numerũ, & terræ agriq; modũ, & regionis naturã pertinent. Quemadmodum enim alijs quoq; opificibus, ut textori & nauiũ fabro, materiã ad ea opera, quæ efficere uolunt, idoneam ſuppetere oportet (quãto enim ea fuerit cõpoſitior & paratior, tãto opus, quod ab arte efficietur, pulchrius ſit neceſſe eſt) ſic etiã eis, qui in rep. adminiſtranda uerſantur, & legum ſcriptori, materiam propriã ſuppetere oportet, appoſitã atq; opportunã. Hæc igitur eſt prima ciuilis ſupellex & copia, qua inſtructa debet eſſe ciuitas, hominum multitudo, ut, quot & quales eſſe debeant natura, intelligat: idemq; de regione loci ſentiendum, ut ſciat quãtã hanc eſſe, & qualẽ oporteat. Pleriq; igitur beatã ciuitatem exiſtimant, magnã eſſe cõuenire. Quod ſi demus hoc uerum eſſe, qualis tamen ſit magna, qualis parua ciuitas, uidetur ignorare. Numero enim habitatorum metiuntur magnitudinem ciuitatis, uerum oportet potius non numerum &

tudinē, ſed ad poteſtatē reſpicere: eſt enim quoddā ciuitatis opus. Quare, quæ ualet hoc maximè moliri, hanc putandū eſt eſſe maximā: ceu Hippocratem non hominem, ſed medicū eſſe maiorem diceret aliquis, quàm eum, qui præſtet magnitudine corporis. Veruntamen etſi decet etiā ad multitudinem reſpicientes, non è qualibet multitudine hoc putandum eſt. Neceſſe namq; fortaſſe in ciuitatibus adeſſe & ſeruorum multorum numerum, & inquilinorum & peregrinorum: ſed quicunq; ciuitatis ſunt pars, & è quib. conſtat ciuitas ſuis proprijsq; partibus: horum enim exuperātia multitudinis magnæ ciuitatis indiciū. è qua enim minuti artifices prodeunt multi numero, milites autem pauci: hanc impoſsibile eſt eſſe magnam. non enim idē eſt magna ciuitas, & multorum hominū. Quinetiā & hoc ex operibus quoq; manifeſtum eſt, difficile eſſe. Fortaſſe autem impoſsibile, bonis legibus uti, ualde numeroſam: earū certè, quæ uidentur bene adminiſtrari, nulla uidemus eſſe remiſſam uerſus multitudinem. Hoc autem perſpicuum eſt per aſſenſionem etiā, quæ ducitur à rationibus: lex enim ordo quidam eſt: & bonam legum inſtitutionem, neceſſe eſt bonā ordinationē eſſe. Numerus autē ualde exuperans, non poteſt obtinere ordinem: diuinæ nāq; poteſtatis hoc iam opus eſt, quæ ſanè uniuerſum hoc continet. Nam pulchrum in multitudine & magnitudine ſolet naſci. quare & ciuitas, cuius cum magnitudine dictus terminus exiſtit, hanc eſſe pulcherrimā neceſſe eſt. Sed eſt quædā etiā ciuitatibus magnitudinis mēſura, quēadmodū aliarum rerū omniū, animalium, ſtirpium, inſtrumētorum. Etenim unumquodque horū, neq; ualde parū, neq; magnitudine exuperans, habebit ſuam uim ac poteſtatem: ſed aliquando quidem funditùs orbatum erit natura, aliquādo autē malè ſe habebit: ueluti nauigiū unius palmi, non erit nauigiū omnino, neq; duorū ſtadiorum. Ad magnitudinem autem quandam cùm uenerit, aliquando quidem ob exiguitatem, praua efficiet nauigationem: aliquando autē, ob exuperantiam. Simili aut modo & ciuitas, hæc quidem

θος, εἰς δὲ δύναμιν ἀποβλέπειν· ἔστι γάρ τι καὶ πόλεως ἔργον. ὥστε τὴν δυναμένην τοῦτο μάλιστ' ἀποτελεῖν, ταύτην οἰητέον εἶναι μεγίστην· οἷον, ἱπποκράτην, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἰατρὸν, εἶναι μείζω φήσειεν ἄν τις τοῦ διαφέροντος κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος. οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν εἰ δεῖ κρίνειν πρὸς τὸ πλῆθος ἀποβλέποντας, οὐ κατὰ τὸ τυχὸν πλῆθος τοῦτο οἰητέον. ἀναγκαῖον γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἴσως ὑπάρχειν καὶ δούλων ἀριθμὸν πολλῶν, καὶ μετοίκων, καὶ ξένων· ἀλλ' ὅσοι πόλεώς εἰσι μέρος, καὶ ἐξ ὧν συνίσταται πόλις οἰκείων μορίων· ἡ γὰρ τούτων ὑπεροχὴ τοῦ πλήθους μεγάλης πόλεως σημεῖον. ἐξ ἧς δὲ βάναυσοι μὲν ἐξέρχονται πολλοὶ τὸν ἀριθμὸν, ὁπλῖται δὲ ὀλίγοι, ταύτην ἀδύνατον εἶναι μεγάλην· οὐ γὰρ ταὐτὸν μεγάλη τε πόλις καὶ πολυάνθρωπος. ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτό γε ἐκ τῶν ἔργων φανερὸν, ὅτι χαλεπόν. ἴσως δὲ ἀδύνατον εὐνομεῖσθαι τὴν λίαν πολυάνθρωπον. τῶν γοῦν δοκουσῶν πολιτεύεσθαι καλῶς, οὐδεμίαν ὁρῶμεν οὖσαν ἀνειμένην πρὸς τὸ πλῆθος. τοῦτο δὲ δῆλον καὶ διὰ τῆς τῶν λόγων πίστεως· ὅ τε γὰρ νόμος τάξις τίς ἐστι, καὶ τὴν εὐνομίαν ἀναγκαῖον εὐταξίαν εἶναι. ὁ δὲ λίαν ὑπερβάλλων ἀριθμὸς, οὐ δύναται μετέχειν τάξεως· θείας γὰρ δὴ τοῦτο δυνάμεως ἔργον, ἥτις καὶ τόδε συνέχει τὸ πᾶν. ἐπεὶ τό γε καλὸν ἐν πλήθει καὶ μεγέθει εἴωθε γίνεσθαι. διὸ καὶ πόλιν, ἧς μετὰ μεγέθους ὁ λεχθεὶς ὅρος ὑπάρχει, ταύτην εἶναι καλλίστην ἀναγκαῖον· ἀλλ' ἔστι τι καὶ πόλεσι μεγέθους μέτρον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων πάντων, ζώων, φυτῶν, ὀργάνων. καὶ γὰρ τούτων ἕκαστον, οὔτε λίαν μικρὸν, οὔτε κατὰ μέγεθος ὑπερβάλλον ἕξει τὴν αὑτοῦ δύναμιν· ἀλλ' ὁτὲ μὲν ὅλως ἐστερημένον ἔσται τῆς φύσεως, ὁτὲ δὲ φαύλως ἔχον· οἷον, πλοῖον σπιθαμιαῖον μὲν, οὐκ ἔσται πλοῖον ὅλως, οὐδὲ δυοῖν σταδίοιν. εἰς δέ τι μέγεθος ἐλθὸν, ὁτὲ μὲν διὰ σμικρότητα φαύλην ποιήσει τὴν ναυτιλίαν, ὁτὲ δὲ διὰ τὴν ὑπερβολήν. ὁμοίως δὲ καὶ πόλις, ἡ μὲν ἐξ ὀλίγων λίαν, οὐκ

multitudinem, ſed potentiam intueri. eſt enim aliquod & ciuitatis opus. quare qua hoc efficere maximè poteſt, hāc exiſtimare oportet eſſe maximā: quemadmodum Hippocratem non hominem, ſed medicum quis eo maiorem dixerit, qui illū corporis magnitudine ſuperat. Veruntamen ſi iudicium huius rei ex multitudine facere oportet, nō ex quauis multitudine tamen exiſtimandum eſt id fieri oportere (neceſſe enim fortaſſe eſt in ciuitatibus eſſe & multorum ſeruorum numerum, & inquilinorum & peregrinorum) ſed ex illorum hominum multitudine, qui ſunt pars ciuitatis, & ex quibus, tanquam proprijs partibus, conſtat ciuitas. horum enim multitudo uſitatum communem numerum exſuperans, magnam ciuitatem eſſe arguit ac declarat: ex qua uerò ciuitate multi illiberales & ſordidi prodeunt artifices, pauci milites armati, hæc non poteſt eſſe magna ciuitas. non enim idem ſunt magna & frequens hominibus ciuitas. Atqui etiam hoc ex factis & euentu apparet, difficile eſſe, fortaſſe uerò nec fieri quidem poſſe, ut ciuitas nimium frequens hominibus bene legibus regatur. earū quidem certè, quæ præclarè adminiſtrari uidentur, nullam uidemus ad quantamuis multitudinem reſpiciēdam eſſe remiſſam, effuſam ac diſſolutam. Hoc autem etiam rationibus demonſtrari & confirmari poteſt. nam & lex, ordo quidam eſt: & bona legum inſtitutio, bona quædam ordinatio eſt. at numerus ualde modum ſuperās, non poteſt ordinis eſſe particeps. hoc enim diuinæ poteſtatis opus eſt, qua & hoc uniuerſum moderatur & continet. Quoniam igitur pulchritudo in multitudine & magnitudine cōſiſtere ſolet, cui ciuitati is eſt, quē dixi, cum magnitudine coniunctus multitudinis terminus, hæc ciuitas pulcherrima ſit neceſſe eſt. Præterea uerò aliquis eſt etiam ciuitatibus magnitudinis modus, quemadmodum & aliarum rerum omnium animantium, plantarum ſeu arborum, inſtrumentorum ulla magnitudo eſt. etenim unumquodq; horum neq; ſi nimis puſillum ſit, neque ſi magnitudine modum ſuperet, poteſtatem aut uim ſuam incolumem conſeruabit: ſed interdum natura ſua prorſus orbatum erit, aliàs nullam utilitatem afferet. exempli cauſa, nauigium palmi quidem unius longitudinem non ſuperans, aut uſque ad duorum ſtadiorum longitudinem porrectum, non erit omnino nauigium: ad quandam uero magnitudinem progreſſum, modò propter paruitatem, nauigationem incommodam reddet, modo propter magnitudinem immoderatam atque immenſam. Similiter uerò & ciuitas ea quidem, quæ ex nimis pauca

quidem ex ualde paucis non contenta ſuis partibus erit: ciuitas autem quiddam expletũ eſt: hæc autem è ualde multis, quod facit ad res neceſſarias, ſatis earum nacta eſt, tanquam gens, non ciuitas. Rempublicã enim non facilè eſt adeſſe. Quis enim dux ualde exuperantis multitudinis erit, uel quis præco, niſi ſit Stentori ſimilis? Quate primam eſſe ciuitatẽ neceſſe eſt, quæ conſtat ex tanta multitudine, quæ prima multitudo contenta eſt rebus ſuis ad bene uiuendum, ſecundùm communionem ciuilem. Contingit autem, & eam quæ ſuperat hãc multitudinem, maiorem eſſe ciuitatem: ſed hoc non eſt, ut diximus, indefinitum. Quis autem terminus eſt exuperantiæ, uidere facilè eſt ex operibus: ſunt enim actiones ciuitatis his quidem imperium habentibus, his autem imperio parentibus. imperantis autem edictum, & exiſtimatio eſt opus. Ad exiſtimãdum autem de rebus iuſtis, & ad mandandum magiſtratus pro dignitate, neceſſe eſt, ut ciues inter ſe noti ſint, quales ſunt. Quoniam ubi hoc non uſu uenit, neceſſe eſt perperam tractari, quæ pertinent ad magiſtratus & exiſtimationes: in ambabus enim his rebus non iuſtum eſt ſubitò de quopiam ſtatuere, quod in ualde magna hominum multitudinẽ exiſtit apertè. Præterea peregrinis & inquilinis facilè eſt obrepere ad rempub. neque enim arduũ eſt fallere, propter exuperantiã multitudinis. Perſpicuum igitur hunc eſſe ciuitatis terminum optimum, maxima multitudinis exuperantia, opportunis uitę rebus inſtructa, quę nõ magnò negotio cernatur. De magnitudine igitur ciuitatis definitum ſit hoc modo.

οὐκ αὐτάρκης. ἡ δὲ πόλις, αὐτάρκης· ἡ δὲ ἐκ πολλῶν ἄγαν, ἐν μὲν τοῖς ἀναγκαίοις αὐτάρκης ὥσπερ ἔθνος, ἀλλ' οὐ πόλις· πολιτείαν γὰρ οὐ ῥᾴδιον ὑπάρχειν. τίς γὰρ στρατηγὸς ἔσται τοῦ λίαν ὑπερβάλλοντος πλήθους, ἢ τίς κῆρυξ μὴ Στεντόρειος; διὸ πρώτην μὲν εἶναι πόλιν ἀναγκαῖον τὴν ἐκ τοσούτου πλήθους, ὃ πρῶτον πλῆθος αὔταρκες πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἐστι, κατὰ τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν. ἐνδέχεται δὲ καὶ τὴν ταύτης ὑπερβάλλουσαν κατὰ πλῆθος, εἶναι μείζω πόλιν· ἀλλὰ τοῦτ' οὐκ ἔστιν, ὥσπερ εἴπομεν, ἀόριστον. τίς δ' ἐστὶν ὁ τῆς ὑπερβολῆς ὅρος, ἐκ τῶν ἔργων ἰδεῖν ῥᾴδιον· εἰσὶ γὰρ αἱ πράξεις τῆς πόλεως, τῶν μὲν ἀρχόντων, τῶν δ' ἀρχομένων. ἄρχοντος δ' ἐπίταξις καὶ κρίσις ἔργον. πρὸς δὲ τὸ κρίνειν περὶ τῶν δικαίων, καὶ πρὸς τὸ τὰς ἀρχὰς διανέμειν κατ' ἀξίαν ἀναγκαῖον γνωρίζειν ἀλλήλους, ποῖοί τινες εἰσὶ, τοὺς πολίτας. ὡς ὅπου τοῦτο μὴ συμβαίνει γίγνεσθαι, φαύλως ἀνάγκη γίγνεσθαι τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς κρίσεις· περὶ ἀμφότερα γὰρ οὐ δίκαιον αὐτοσχεδιάζειν, ὅπερ ἐν τῇ πολυανθρωπίᾳ τῇ λίαν ὑπάρχει φανερῶς. ἔτι δὲ ξένοις καὶ μετοίκοις ῥᾴδιον μεταλαμβάνειν τῆς πολιτείας. οὐ γὰρ χαλεπὸν τὸ λανθάνειν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλήθους. δῆλον τοίνυν ὡς οὗτός ἐστι πόλεως ὅρος ἄριστος, ἡ μεγίστη τοῦ πλήθους ὑπερβολὴ, πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς εὐσύνοπτος. περὶ μὲν οὖν μεγέθους πόλεως διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

paucis conſtabit, nõ erit ſuis ipſa bonis opibusq́ contenta: at ciuitas quiddam eſt ſuis opibus pollens, ſuisq́ bonis contentum: quæ uerò ex nimium multis erit illa quidem rebus neceſſarijs ſic inſtructa, ſuisq́ bonis ita contenta, ut gens, ſed non ut ciuitas. reipub. enim adminiſtrationem in ea ineſſe haud facilè eſt. quis enim aut imperator multitudinis per quàm immenſa futurus eſt, aut præco, niſi Stentoreus? Quare primam quidem eam ciuitatem eſſe neceſſe eſt, quæ ex tanta multitudine conſtet, quæ cùm ſit prima multitudo, ſuis bonis contenta ſit ad benè uiuendum in communicatione ciuili. Fieri autem poteſt, ut etiam ea ciuitas, quæ hanc multitudine ſuperat, maior ſit ciuitas: ſed hoc non eſt, ut diximus, interminatum neq́ infinitum. quis enim ſic exuperantiæ et immoderationis modus ac terminus, ex operibus & factis uidere facile eſt. ſunt enim ciuitatis actiones, & eorum qui imperant, & eorum qui parent imperio. Eius porrò qui imperat, opus ac munus eſt, præceptio & iudicatio. Ad iudicium autem de rebus iuſtis faciendum, & ad magiſtratus pro meritis ac dignitate diſtribuendos, ciues cognoſcat oportet, qui inter ſe differãt & quales ſint. nam ubi hoc fieri rerum natura nõ patitur, quæ ad magiſtratus & iudicia pertinent, minus rectè adminiſtrentur neceſſe eſt. In utriſq́ enim iniuſtum eſt aliquid agere negligenter & inconſiderate: quod in nimis frequenti hominum multitudine perſpicuè ineſt. Præterea uerò peregrinis & inquilinis facile eſt ad reip. adminiſtrationem peruenire. Ignorari enim & fallere difficile non eſt propter multitudinis exuperantiam & immenſitatem. Apparet igitur hunc eſſe ciuitatis finem & terminum optimum, maximam multitudinis exſuperantiam, eo conſtitutam, ut rebus ad uictum cultumque uitæ neceſſarijs inſtructa, & ſuis ipſa bonis contẽta ſit, quæ ſit oculis omnium propoſita: hoc eſt, quæ facile conſpici, & cognoſci poſſit. De magnitudine igitur ciuitatis, hoc modo ſit explicatum.

COMMENTARIVS.

Quia autem.) Cùm iam explicaſſet, quæ ſibi quærenda fuerant de ciuitatibus uarijsq́; ſtatibus ipſarum, pertinẽtia ad finem earundem: nunc proponit, ſibi uidere, quæ propria materiæ ſunt, indeque perficiuntur, ualde & ipſa apta ad illas ornandas, melioreſque faciendas. Repetens igitur paucis, quid adhuc fecerit, indicat quæ ſequantur ordinemque uerum huius diſciplinæ. Redditio autem illius ἐπεὶ, quo hic utitur, eſt, quod non multo pòſt ſequitur, ἀρχὴ τῶν λοιπῶν; Quib. uerbis monſtrat, initium quod ſit reliquæ præceptionis. hinc enim arbitratur principium eius duci oportere, id eſt ab inueſtigatione eorum quæ futura ſint quaſi fundamenta ciuitatis, quæ conſtituenda eſt ex ſententia: & ita denique, ut integrior nulla abſolutiorque optari debeat, uotiſq́; a dijs immortalib. etiam peti. Primùm igitur oſtendit, requiri ut inſtructa ſit rebus ad bene uiuendum neceſſarijs. Quod probat à contrario, affirmans fieri non poſſe, ut optima reſp. cõſtituatur ſine iuſta moderataque copia bonorum neque enim ubertatem eorum infinitamque copiam neceſſariam putat. illa namque potius impediret, quàm iuuaret uitam beatam.

Quare opus.) Vt igitur hoc præſtare poſsimus, inquit, opus eſt multa prius à nobis poni, & quaſi firma ſolidaque figi, quibus conſtruamus hoc pulcerrimum ædificiũ quæ ſanè huiuſcemodi ſunt, ut optare potius illa uelimus, quàm ipſi aliunde ſumere: neq́ enim noſtri arbitrij ſunt. Cùm igitur ipſa quaſi optanda expetenda ſint, uidendũ tamẽ nobis eſt, inquit, ne deligamus aliquid è numero eorũ, quę non poſſunt effici. Quod ſignificare uolo, eſt inquit de numero ciuium, qui idoneus eſſe debet: nam nimis magnus, & nimis itidem paruus aduerſaretur huic operi, & de regione terraque, ubi urbs condenda ſit.

X : Inſigni

magni enim hoc quoque refert ad ciuitatem beatam efficiendam, ſedes inquam ac locus ipſe, ubi ea condita ſit. Quis enim neſcit, Alexandrum Macedonem contempſiſſe conſilium architecti illius magni, qui ſuaſerat ipſi, ut urbem ædificaret in Athone monte: attenderat enim illa tantùm ſpeciē eximiam eius formæ, utilitati autem non prouiderat. Et eodē pacto Chalcedonios à Pythia cæcos uocatos, quibus cùm liceret ſumere locum opportuniſſimum urbi condendæ, feraciſſimūq́, maximis bonis: relicto illo, à regione poſitum, incommodum ualde ſpoliatumq́, magnis fructibus, delegerunt: quorum maximū errorem ipſorum patefecerunt magis, qui plus uidentes, illic Byzantium condiderunt.

Quemadmodum enim.) Cùm oſtendiſſet, ut optima reſp. conſtituatur aliquo in loco, oportere copiam mediocrem illic eſſe eorum quæ requiruntur ad eam fingēdam: probat nunc id, uerumq́, eſſe oſtendit ſimili artium earum, quę fabricant aliquid: quibus artibus apparet, planumq́; eſt omnibus, neceſſariam eſſe materiam accommodatam inſic, & eam quidem idoneam ad opus proprium ipſarū efficiendum. Appellat autem, exempla ponere uolens, textorem & fabrū naualem, quibus opificibus ſuam cuique materiam paratam eſſe neceſſe eſt: quæ etiā quanto melior integriorq́, fuerit, multo ſtudio in ea deligenda poſito, tanto pulchrius abſolutiusq́, opus eius artis futurū affirmat. Exempli cauſa, ſtatua politior perfectiorque fiet ex Attico Parioq́; marmore, quàm è rudi aliquo lapide. Quod igitur contingit in his artibus opificibusque ipſarum, idem etiam uiuere nunc narrat illi, qui ſuſceperit remp. ædificandam, & ei etiam, qui legibus eandem inſtituendam. Non enim eſt omnino idem officium amborum horum, etſi conuenit ipſis inter ſe in materia idonea requirenda, ſuaq́; ac propria illorum ſtudiorem. In oſtendendo autem conditore urbis, utitur uerbo proprio fabrorum atq; opificum: facitq́; ipſum eorum unum. nam conditores urbium κτίσται, uel οἰκισταὶ propriè appellantur. Sed Plato quoq, Deum ipſum, mundi conditorem, eadem tranſlata uoce, quaſi fabrum quendam, δημιουργὸν κόσμου uocauit.

Eſſe autem crudis.) Illius opſius, quam ſignificauit, copiæ & apparatus, primum eſſe inquit numerū hominum, è quibus ciuitas coagmentari debeat: quot numero requirantur, & quales natura ac moribus. Minor enim labor eſt inſtruere atque perpolire eos, qui ingenium à natura nacti ſunt, factum ad uirtutem accipiendam, quàm agreſtes ac duros: eodem etiam pacto, inquit, opus eſſe uidere, quæ ad locum ſedemq́; pertinent, & quanta illa ſit & qualis: multa enim quoque inde ducuntur, quæ magni momenti ſint ad inſtituta narranda. Neque enim omnis ſedes ciuitatis requirit eandem diſciplinam, neque omnis ager eundem numerum hominum alit, niſi propinquum habeat mare, ut orantur frumento nauibus importato.

Putant igitur.) Adfert opinionem quorundam, & eorum quidem plurimorum. qui, cùm differerent de his, quæ beatam ciuitatem facerent, in primis arbitrabantur, requiri magnitudinem in illa. atque ipſam refellit hoc pacto. Si enim, inquit, hi non omnino falſo ſentiunt, & ſi aliquam uim habet ad hanc rem magnitudo, planè neſciunt omnes, quæ ciuitas uerè magna uocanda ſit, & quæ parua. Quis enim non uidet, amplitudinem ciuitatis numerumque ciuium grandiorem hoc præſtare non poſſe, nec tantam poteſtatem habere, ut efficiat ciuitatem beatam: illi autem è numero eorum qui uiuerent illic, ipſam magnam exiſtimabant.

Decet autem.) Aperit errorem eorum, & quæ cauſa fuerit ipſis peccandi declarat. Cùm enim duæ res ſint, quæ ciuitatem aliquam magnam reddere uideantur. numerus inquam eorum, qui domicilia illic habeāt, & poteſtas roburq́; ipſius: deret potius attendere uires opeſque ciuitatis, quā omnium copiamq́, ciuium. Confirmare uerò hoc uolens, inquit: Eſt enim profectò munus quoddam opuſq́; ciuitatis, quod munus ab ipſa expectatur, ut ſinguli opifices opera ſua conficere debeat. Quare addit, ciuitatem eam, quæ ualuerit hoc eximiè moliri atque abſoluere, illam putandam eſſe maximā. Exemplo autem unius artis hoc illuſtrat, & eius quidem poſitæ in agendo: unde propius accedit ad hanc, quæ in moribus eſt. inquit enim: Ceu Hippocratem, magnum uocantes, non hominem maiorem eſſe intelligimus illo, qui ſuperat ipſum magnitudine corporis: ſed medicum eſſe maiorem, etſi ſimpliciter ipſum maiorem dicimus.

Veruntamen etſi.) Quòd ſi etiam in exiſtimanda ciuitate magna deceret multitudinem reſpicere, ipſaq́; uti tanquam norma quadam huius rei: non tamen iudicium tale de ipſa faciendum foret, propoſita ſibi qualibet multitudine. nam in ciuitat. hunc uincti ſunt & ſerui, & hi quidem ſui generis numerus non paruus, & præterea inquilini & hoſpites: qui, etſi ciuitatem refercuint, non tamen eam magnam reddunt. illi enim (ut adiungit) hoc præſtant, qui ciuitatis pars ſunt, & ex quibus ciuitas ſuis propriiſque partibus & quaſi membris conſtat. Vbertas enim exuperantiaq́, multitudinis horum, id eſt, qui uerè dicantur partes ciuitatis, ſignum eſt magnæ ciuitatis. Vt autem planius hoc demonſtret, atq; ante oculos ponat (contrarium enim hoc maximè efficere poteſt) ait: Ciuitas autē illa, ex qua multi numero tenues ſordidiq́, artifices prodeunt, milites uerò pauci admodum: non uidetur ullo pacto uocanda magna. Longè enim inquit, aliæ res ſunt, ciuitas magna, & in qua exiſtat ingens hominum numerus. homines enim illi quoque ſunt, quos ſupra inde excluſit: id eſt, ſerui, inquilini & hoſpites. idem etiam antea ſignificarat, cùm dixit, τῶν ἐνοικούντων. hi enim quoq; in ciuitate degunt, complexuſq́; eſt illo nomine hos quoq;.

Quinetiam & hoc.) Oſtendit hoc, de quo diſſerit, tale eſſe, quale dicit ex factis etiam ipſis euentiſq́, rerum perſpici, arduū inquam eſſe uel potius tale, ut effici non poſſit, ciuitatem, in qua ualde magna eſt hominum multitudo ac turba, obtemperare legibus. inquit igitur, à contrario argumento ducto: Videmus enim nullam ciuitatem è numero earum, quæ exiſtimantur bene legibus inſtitutæ eſſe, atq; illis parēre, remiſſam eſſe, omiſſq́; ſolutā: quod ad numerum ciuium pertinet. Vnde intelligere licet, contrariam huic, & quę abundet infinita copia hominum, frenari legibus, coercerique, uix poſſe. ἀνειμένην ualet, remiſſam ac relaxatam: ut Cicero etiam locutus eſt, cùm fratrem accuſaret in epiſtola quadam ad Atticum, quòd nimis filio indulgeret, prauo ingenij pueri: Quicquid, inquit, ego aſtrinxi, relaxat.

Hoc autem perſpicuum.) Probationis etiam genus quoddam ſuperius fuit: perſuaſiq́; ſumus ita ſentire, ſpectato exitu ciuitatum illarum, quæ populum nimis magnum habent, quarum nulla corrigi cohiberiq́; poteſt: non tamen ſubtili oratione id probatum fuit, ſed penè luminibus ſenſuique oculorum obiectum. Hæc autem probatio, qua nunc utitur, ratione argumentoque nititur. inquit igitur: Lex ſpecies quædam ordinis eſt. quare bona inſtitutio legeſq́; bonæ eſſe non poſſunt, ubi ordo bonus laudatuſq́; non eſt. Addit autem, ut concludat quod uult: Numerus uerò nimia magnus, & qui iuſtum modum longè ſuperet, non poteſt particeps eſſe ordinis. Conſtituit autem hoc illuſtri exemplo, & quod omnem ſcrupulum euellit. necſſariam enim eſſe affirmat huic rei conficiendæ, tantæq́; multitudini moderandæ, diuinam poteſtatem propriumq́, hoc ipſius munus eſſe, non imbecillæ naturæ facultatiq́, mortalis: quæ quidem diuina uis ac poteſtas regit uniuerſum hunc ornatum rerum. quare dubitandum non eſt, quin etiam modum illa inuentura ſit huic rei, arduæ mortali ingenio, efficiendæ.

Nam pulcrum.) Cōcedit auctor, requiri multitudinem in ciuitate, fateturq́, ipſam illic neceſſariam: idem tamen retinet ſuū illud, quod dixerat, terminum quendam in ea poſtulari, aliterque non poſſe ipſam probari. Cùm autem & in IIII. libro de Moribus ad Nicomachum, & in primo de Arte poetarum dixerit, Vt pulchrum aliquod corpus ſit, magnitudinem in eo requiri: addit nunc illi ſententiæ multitudinem, quam & ipſam non minus neceſſariam eſſe uult in re, quam conſtituit quantitas numerorum, coniungitq́, ambas has res, è quibus conſtet omnis res formoſa. Ab eo autem quod in uniuerſum tale eſt, cedere ad id, quod in manib. habet, affirmat ea de cauſa ciuitatem etiam quæ magnitudinem coniunctam habet cum eo termino, quem indicauit, & quaſi norma quadam eius rei fieri non poſſe, quin pulcerrima ſit, in eoq́, bonū abſoluta.

Sed eſt quædam.) Conſtituit, quod uſuuenire diāt, extare menſuram quandam in ciuitatib. magnitudinis, quam migrare nō oporteat. Vtitur autem ſimilibus, ductis à natura & arte quoque, nec non uſibus hominum. Inquit enim, uerum hoc eſſe, cognoſci poſſe ſpectatis animantibus, & iis omnibus quæ oriuntur è terra, & inſtrumentis etiam ipſis: quæ omnia, neque ualde parua, neq; præter modum magna, uim ac poteſtatem ſuam tuebuntur. Duo autem mala inde naſci tradit, ſi peccatum fuerit ualde in utramuis partem, ſiue magnitudine nimia, ſiue exiguitate. Aliquando enim, inquit, inutiles penitus res illæ eſſe, nec poterunt fructum ullum ferre mortalibus. Pertinet autem hoc ad id, quod tertium appellauit, uocauitque inſtrumentōr aliquando autem ſuo ac proprio munere fungi commodè non poterit. exemplum autem utriuſq́; uitij ponens, inquit: Ceu nauigium unius palmi, id eſt minutum admodum ac puſillum, non erit omnino nauigium: eodem pacto ſi fuerit duorum ſtadiorum. magnitudo enim tunc, quæ modum omnem ſuperat, uſum ipſius impediet, nec ſinet curſum facere. Si uerò, addit, ad aliquam magnitudinem peruenerit, quæ non tam abſurda ſit, eadem tamen uitioſa & incommoda: nunc propter exiguitatem malè nauigabit, nunc uerò propter granditatem. utræque enim contrariæ res impediunt corrumpuntq́; aliquantum uerum uſum ipſius. Declarant hoc altera ex parte, inſtrumenta Demetrij regis, capiendis urbibus fabricata, unde nomen ipſi impoſitum fuerat, quę præ magnitudine ſua uix poterant loco moueri: & ut paruum ſpatium loci conficerent ducenteque,

tutque,

turque, quò oportebat, magnum interuallum temporis requirebant. Eandem culpam in ſe ſuſtinebant ingentes naues, quæ memoriæ proditæ ſunt, maximis ſumtibus extructæ fuiſſe à Philopatore & Hierone Siculo. illæ namque curſum ægrè faciebant, nec portus ullos, qui ipſas caperent, inueniebant (potius enim magnificentiæ, quàm nauigationi ſeruiebant) quæ cuncta, niſi fato iam functo noſtro ductore facta eſſent, uſus ipſorum exemplo, ad id quod uolebat demonſtrandū, ut uerisimile eſt, fuiſſet. nam Philopator fluuiatilem nauim, thalamegum uocatam, conſtruendā curauit: cuius longitudo, ſi non duorum ſtadiorum eſſet, dimidiatum tamen ſtadium impleret. Explanatū ſimili reuertitur ad id, cui declarando ipſum adhibitum fuit.

Simili autem modo.) Id eſt, eodem pacto ciuitas, conſtans è ualde paucis ciuibus, non cuncta quæ ipſi requiruntur, in ſe poſita habet: contenta autem ſuis rebus ciuitas eſſe debet, itaq; inſtructa, ut bene uiuere poſsit. Cōtra autem, inquit, quæ è ualde multis, iuſtumque numerum prætereuntibus, erit profectò neceſſarijs rebus ſatis ornata atque expleta. In tanta enim multitudine mortalium uix fieri poteſt, ut non exiſtant, qui induſtria ſtudioque ſuo parent, quæ deſiderantur: ſed tamen ut gent, non ut ciuitas. Cauſam huius rei eſſe inquit, quia illic remp. conſtitui, legibuſque teneri ab uno homini regi difficile admodum eſt. Probat autem hoc ſimili: Exercitum enim ingentem copiaſque iuſtam menſuram longo interuallo ſuperantes, nullum imperatorem poſſe utiliter ducere affirmat: & cum perſona munuſq; præconis illic requiratur, nullum inueniri poſſe affirmet, cuius uox ad aures tantæ multitudinis perueniat, niſi plane ſit talis, qualem Homerus finxit Stentorem illum ſuum.

Quare primam.) Monſtrat, ut poteſt, quis terminus eſt magnitudinis ciuitatis, id eſt, numeri ueri ciuiū: eiuſq; hoc affirmat ex ijs, quæ poſita ſuprà ſunt: quę ſi rata ſunt, ut eſſe debēt, neceſſe eſſe, inquit, primā ciuitatē, id eſt, quę perfectiſsima ſit, è præceptiſq; huius diſciplinæ conformata, conſtare è multitudine, quæ multitudo prima cōcenta ſit: ipſa ſit ad bene uiuendum, propoſita ſibi ciuili ſocietate officijſque ipſius diligenter ſeruatis. Primam autem uocat hanc, quia cæteræ quæ ad hunc finem non perueneruntur, ut habeant tantam uim ciuium, & ſtudio operaque ipſorum prompta ſemper ac parata habeant, quæ tuendæ huic communioni neceſſaria ſunt. non poſſunt enim ciuitates appellari.

Contingit autem.) Oſtendit, quamuis hanc maximè multitudinem, quam docuit, dignam putet quæ uocetur ciuitas: eā tamen quoque quæ numero uincit hanc, aliquo modo & ipſam appellari ciuitatem poſſe, ſed non primam. Quæ namque accedit, dignam magis exiſtimat, quæ uocetur ciuitas. Vt autem concedit numero finem aliquanto, non eijci penitus è grege ciuitatum ita affirmat, ſi numerus ipſius ualde creuerit, nec modus ullus in eo ſeruatus fuerit, non poſſe amplius ipſum ciuitatem appellari, ut ſupra quoque ſignificauit. quia hæc res habet terminum ac finem quendam, qui non debet migrari. Admonet autem, eum qui ſcire uelit, ne peccet in hac re, ubi finis hic ſit, & quantum ſine damno creſcat ciuitas: ut uideat munera propria ciuitatis, quæque gerenda ſunt ab ipſa. plura enim maioraque opera maiorem numerum poſtulant ciuium, ut effici abſoluique poſsint. Quia autem nouum alicui, inauditumque eſſe potuit, ciuitatem agere aliquid, ut hominem: eripit ipſi hunc errorem, docetque extare etiam quædam facta ciuitatū, atque ea diuiſa, ut ſunt etiam diſtinctæ perſonæ ciuium: quorum quidam ad certum ſanè tempus imperium habent, quidam uerò illis parent. Statim autem monſtrauit, quæ ſint facta ciuis magiſtratum gerentis, duoque illa eſſe affirmat, in quibus ipſe uerſari ſtudioſe debet. Prius eorum nominat, præcipere ac mandare priuatis, quid facto opus ſit: alterum autem, exiſtimare ponderareque ingenia ac merita ciuium.

Ad exiſtimandum.) Vt rectè ualeant ciues obire poſterius hoc munus, id eſt exiſtimare iuſtè uereque: tradit neceſſe eſſe, ut ſe mutuò cognoſcant. Cùm autem duobus temporibus requiratur fidelis exiſtimatio, & cùm lites iudicandæ ſunt. Sententiam enim ferre, iudicareque cauſas, eſt exiſtimare, & cum creandi ſunt magiſtratus, curæque publicæ aliquibus committendæ. tunc enim quoque opus eſt exiſtimare de moribus prudentiaque ipſorum: neutrum horum commodè fieri poteſt ſine cognitione, quam dicit. neque enim ſimplex cognitio ſatis eſt. Quod ſignificauit, cum dixit, oportere ipſos cognoſci *ποῖοί τινές εἰσι.* id eſt, uita & moribus quales, inſtructique donum ita, ut ſuſtinere ualeant idonei. Confirmat hoc à contrario, dicens, in ciuitate illa, in qua bene ciues cogniti inter ſe nō ſint, neceſſario perperam adminiſtrari, quæ pertinent ad comitia & forum litium iudicandarum. Hoc autem uſuuenire illic, quia rectum non eſt, neque reip. utile, illa monſtra negligenter temereque adminiſtrari: ac quidquid in mentem ſubit uenit hominibus, præpoſitis his curis, ab ipſis fieri. Quod malum neceſſariò naſci affirmet in ciuitate, quæ ſine modo abundat ciuibus. planum enim unicuique eſt, non poſſe in tanta multitudine ciues omnes inter ſe notos ſpectatoſque eſſe.

Præterea peregrini.) Aperit aliud uitium, quod oritur in ingenti ciuium multitudine. eſt autem hoc, quod uſurpaor ſibi illic ius ciuium multi, qui non ſunt ciues uerè ſuorū. quorum dolus ipſorum in tanta turba non facile deprehendetur. Quanta uerò inde, & quam magna incommoda naſcantur, nullum negotium eſt uidere, cum ſcilicet peregrini homines aut inquilini de rep. deliberant, & publicos honores in ciuitate aliena contra leges adipiſcūtur. Hoc autē uerum eſſe, quod dicit, fallere inquam ipſos facile poſſe: inde etiam perſpicitur, quando aliquando Athenis, quæ ciuitas hoc malo laborabat, uno tempore magnus numerus falſorum ciuium è ciuitate eiecti ſunt, uel potius graui pœna affecti. id eſt, pauciores paulo quinque milibus, qui cuncti legibus damnati uenditi fuere, quod memoriæ prodidit Plutarchus in extremo uitæ Periclis, cùm in rep. permanſerunt, probata cauſa ſua, XIIII. milia ciuium, & XL. numero.

Perſpicuum igitur.) Oſtendit ſe præſtitiſſe, quod ſtuduit, indicaſſeque, quis ſit optimus terminus ciuitatis. quem ſcilicet finem non oporteret tranſire, ſi quis uellet ciuitatem conſtituere, quę ſuis proprijſq; bonis contenta eſſet, facileque ſtatum ſuum legeſque tueretur. Eſſe namque illum affirmat, maximam ciuium multitudinem, ut ita paret, quæ ad bene uiuendum requiruntur. Quanto maior igitur fuerit numerus ipſorum, tanto minore negotio illa expedientur. Curandum tamen eſſe adiungit, ut partes ipſius omnes ſimul cerni poſsint. quod in immenſa magnitudine non contingeret. Dum enim aliquis occupatus foret in prima parte ſpectanda, extremam ualde inde remotam aſpicere non ualeret. Vſus autem eſt doctiſsimus magiſter eadem quaſi norma, cùm de magnitudine tragœdiæ in libro primo de Arte poetarum diſputaret. Laudat enim illam quoque, cùm maxima eſt: ita tamen maxima, ut quaſi cerni ſimul tota poſsit. eodem enim uerbo illic quoque uſus eſt, remouetque inde immodicam ipſius longitudinem. Addidit etiam hic, in extremo de magnitudine ciuitatis ſe putare, quæ tradidit ſatis exiſtimari debere.

CAPVT V.

Similiter autē ſe habent, & quæ de agro: de eo namque qualem deceat, non eſt dubium, quin illum, quo maximè contenti eſſe debeāt, unuſquiſque laudaret. Huiuſcemodi autem neceſſe eſt, eſſe omnium rerum feracē: omnia enim adeſſe, & nulla re egere, contentos homines reddit. Multitudine autem & magnitudine tantā, ut poſsint, qui illic habitant, uiuere in ocio, liberaliter ſimul & tem-

ΠΑΡΑΠΛΗΣΙΩΣ δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν ἔχει. περὶ μὲν γὰρ τοῦ ποίαν τινά, δῆλον ὅτι τὴν αὐταρκεστάτην πᾶς τις ἂν ἐπαινέσειε. τοιαύτην δὲ ἀναγκαῖον εἶναι τὴν παντοφόρον· τὸ γὰρ πάντα ὑπάρχειν καὶ δεῖσθαι μηθενὸς, αὔταρκες. πλήθει δὲ καὶ μεγέθει τοσαύτην, ὥστε δύνασθαι τοὺς οἰκοῦντας ζῆν σχολάζοντας, ἐλευθερίως ἅμα καὶ σωφρο-

Similiter autem & de agri natura ſe res habet. Nam quod ad illud attinet, qualis eſſe debeat, nimirum omnes eum laudauerint, qui ſit rerū omnium copia refertus atq; inſtructus, ſuiq; ipſe bonis contentus: talis autem ſit neceſſe eſt, qui ſit omniū rerū ferax: omnibus enim rebus abundare, & nulla egere, hoc eſt ſuis ipſum bonis contentum eſſe, omniumq; rerum copia refertum atque inſtructum eſſe. Multitudine autem & magnitudine talis, ut qui in eo habitent, poſsint uiuere, ab omni opere uacantes, liberaliter ſimul &

& temperanter. Hunc autem finem, rectè ne, ſiue non rectè dicimus, poſtea exquiſitius conſiderandum eſt, quando omnino de poſſeſsione bonorum & copia patrimonij contigerit mentionem facere, qualiter, & quomodo ſe habere oporteat ad uſum ipſum. Multæ namq; circa conſiderationē hanc ſunt controuerſiæ, ob ſtudium eorum, qui trahunt ad utramque uitæ exuperantiam: hi quidem ad exilitatem, hi autem ad luxum. Formam autem regionis non eſt arduum dicere. Decet autem in quibuſdam conſiliū ſequi illorum, qui periti ſunt artis imperatoriæ: oportere quidem eam hoſtibus difficilē eſſe ad irrumpendum, ipſis autē promptam ad exeundum. Adhuc autem, quemadmodum multitudinem hominum affirmauimus oportere facilem eſſe perſpectu, ita & regionem. Perſpectu autem facilem eſſe, perinde eſt atque eandem talem eſſe, ut paruo negotio ipſi auxiliū ferri poſsit. Poſituram autem urbis, ſi oportet condere illam ex ſententia, ad mare conuenit ſitam eſſe rectè, & ad agrū. Vnus quidem finis eſt, qui dictus eſt: oportet enim ad auxilia mittenda cōmunem eſſe omnibus locis: reliquus autem, ad exportationes fructuum, qui ibi naſcuntur. Adhue autem materiæ lignorum, & ſi quam aliam rem, opera hominum factam, regio poſsidet, ut ſit facilis exportatu.

σωφρόνως. τοῦτον δὲ τὸν ὅρον, εἰ καλῶς ἢ μὴ καλῶς λέγομεν, ὕστερον ἐπισκεπτέον ἀκριβέστερον, ὅταν ὅλως περὶ κτήσεως καὶ τῆς περὶ τὴν οὐσίαν εὐπορίας συμβαίνῃ ποιεῖσθαι μνείας, πῶς δεῖ καὶ τίνα τρόπον ἔχειν πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτήν. πολλαὶ γὰρ περὶ τὴν σκέψιν ταύτην εἰσὶν ἀμφισβητήσεις, διὰ τοὺς ἕλκοντας ἐφ' ἑκατέραν τοῦ βίου τὴν ὑπερβολὴν, τοὺς μὲν ἐπὶ τὴν γλισχρότητα, τοὺς δὲ ἐπὶ τὴν τρυφήν. τὸ δ' εἶδος τῆς χώρας οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν. δεῖ δ' ἔνια πείθεσθαι καὶ τοῖς περὶ τὴν στρατηγίαν ἐμπείροις· ὅτι χρὴ μὲν τοῖς πολεμίοις εἶναι δυσέμβολον, αὐτοῖς δ' εὐέξοδον. ἔτι δ' ὥσπερ τὸ πλῆθος τὸ τῶν ἀνθρώπων εὐσύνοπτον ἔφαμεν εἶναι δεῖν, οὕτω καὶ τὴν χώραν. τὸ δ' εὐσύνοπτον, τὸ εὐβοήθητον εἶναι τὴν χώραν ἐστί. τῆς δὲ πόλεως τὴν θέσιν, εἰ χρὴ ποιεῖν κατ' εὐχὴν, πρός τε τὴν θάλατταν προσήκει κεῖσθαι καλῶς, πρός τε τὴν χώραν. εἷς μὲν ὁ λεχθεὶς ὅρος. δεῖ γὰρ πρὸς τὰς ἐκβοηθείας κοινὴν εἶναι τῶν τόπων ἁπάντων· ὁ δὲ λοιπὸς, πρὸς τὰς τῶν γιγνομένων καρπῶν παραπομπάς. ἔτι δὲ τῆς περὶ ξύλα ὕλης, κἂν εἴ τινα ἄλλην ἐργασίαν ἡ χώρα τυγχάνει κεκτημένη τοιαύτην, εὐπαρακόμιστον.

temperanter. Hunc autem terminū recténe, an ſecus conſtituamus, poſterius erit accuratius conſiderandum, cum uniuerſè de rerum partarum aut relictarum poſſeßione, & totius rei familiaris copijs ac facultatibus mentionis faciendæ locus erit, quo pacto & quo modo erga uſum ipſum affectum eſſe oporteat. Multæ enim in hac quæſtione uerſantur diſſenſiones & controuerſiæ, propter eos, qui eum in utramq; uitæ degendæ immoderationem trahunt: hi ad nimiam parſimoniam, illi ad luxuriam & profuſionem. Genus aūt agri quodnam eſſe debeat, nō eſt hoc quidem difficile exponere: ſed nōnulla ſunt, in quibus etiam rei militaris peritis ſit habenda fides, qui aiunt eum eſſe debere hoſtibus quidem ad incurſionē faciendam difficilem & impeditū: ipſis autem ad educendum exercitum facilem & expeditū. præterea uerò quemadmodum hominum multitudinem eiuſmodi eſſe oportere diximus, quæ facilè cōſpici & cognoſci poßit, quaq; omniū oculis expoſita ſit: ſic & agrū cenſemus. agrum autem eſſe oculis omnium propoſitū, eſt eſſe eiuſmodi, ut ei facile ſubueniri ac ſuccurri poßit. Iam uerò quod ad urbis ſitum attinet, ſi liceat optare, & à mari commode ſitam eſſe conuenit, & ab agro. Atq; huius quidem rei una ratio eſt, quæ expoſita eſt. oportet enim omnium locorum eſſe communem, ut ei undiq; ſubueniri poßit. altera eſt, ut fructus, qui e terra naſcuntur, ad eam ſupportari poßint: præterea ut lignorū materia, & ſi quid tale aliud ad operum effectiones ager efferat, id facilè ſubuehi queat.

COMMENTARIVS.

Similiter autem) Cùm explicaſſet, quæ tradenda erant, pertinentia ad magnitudinem ciuitatis: aggreditur ad ea, quæ uidenda reſtabant de regione ſedeque ipſius: hæc enim quoque magni momenti ſunt ad eam explendam, omnibúſque rebus ornandam. Inquit igitur, hæc aſsimilia ſuperioribus eſſe. Cùm enim quæretur qualem potiſsimum ipſum eſſe deceat, non eſſe dubium inquit, quin omnes laudaturi ſint eum agrum, qui maximè contentus ſuis proprijſque bonis ſit. Declarare autem uoluit, qui potiſsimum ager talis ſit, dignuſque qui meritò uocetur *αὐτάρκης*, nec egeat rebus importatis. Huiuſcemodi igitur neceſſariò eſſe, inquit, regionem eam, quæ fert omnia humanæ uitæ accommodata. Quod ſtatim ratione confirmat, aperiens uim notionemque huius nominis *αὐτάρκης*. Inquit enim, cuncta namque prumpta paratáque illic eſſe, nec ullam rem deſiderari: ualet contentum eſſe ſuis bonis, omniaq; in ſe poſita habere.

Multitudine autem) Aperit, quod pertinet ad menſuram telluris, cuiuſmodi ſit: quæ ſanè menſura non eſt certa neque definita: creſcit enim aut minuitur pro numero & multitudine hominum, qui illic uiuunt. Cùm autem ſuprà ſibi ſolum quærendum oſtendiſſet de magnitudine regionis: addit nunc multitudinem, reſpiciens, ut arbitror, uarietatem telluris. cùm enim oportere illam eſſe, dixiſſet, omnium fructuum altricem, idem terræ genus non omnem rem plerunque fert. Significare igitur uoluit, debere in ea eſſe & ſegetes, & prata, & ſyluas, & cætera quæ omne genus fructus ferant, quibus abundare rebus ad uitam neceſſarijs ciuitas ualeat. Finem igitur & terminum eius hunc eſſe uult, ut qui illic habitant, uiuere poſsint otioſi, id eſt, uacui à ſeruilibus miniſterijs. neque enim omne otium laudat, ſed honeſtum, & quod conuenit ingenuis hominibus. Sed ipſemet declarat, quale intelligat, probatque eorum uitam, finéſque ipſius monſtrat. nam & liberaliter & temperatè ſimul uiuere illos uult, duaſque res quæ contrariæ inter ſe uidentur, coniungi. Quem terminum huius rei rectène, an perperam fixerit, dicit ſe infrà declaraturum, accuratè tota hac quæſtione ponderata: ubi de poſſeſsionibus publicis iiſque omnibus quæ faciunt ad copiam bonorum, diſputabit. Ille enim locus proprius eſt huius animaduerſionis: in quo ſubtiliter quæretur, quomodo hoc quaſi patrimonium ciuitatis paretur, & quæ uera ratio utendi ipſo ſit. Nam requirere hanc rem accuratam diſputationē indicat, quòd multæ ſint de ea diſceptationes, ac ualde diuerſæ ſententiæ: cuius controuerſiæ cauſa ſunt diuerſa hominum ingenia, ac magnopere inter ſe diſcrepantia, quæ trahunt rem ad utramque contrariam uitæ rationem: & ambas quidem exuperantes, nec modum ullum tenentes. Quæ autem illæ ſint, declarat. alteram enim ipſarum uocat uictum anguſtum & minutum: alteram autem, delicatam ac mollem.

Formam autem. Quia magni momenti eſt ad ſalutem ciuitati dandam, finéſque imperij augēdos, cuiuſmodi ſit regio, id eſt, planane an montuoſa & aſpera: inquit, formam ipſius oſtendere difficile non eſſe, & qui hoc quærere uoluerit, non magno negocio, quæ opus ſint, inuenturum: addit etiam, partim horum eſſe, in quibus ſequendum conſilium ſit peritorū bellicæ diſciplinæ. Exempli cauſa, quod oporteat aditus ipſius difficiles eſſe hoſtibus, atque iis qui in fines eū exerci-

exercitu irrumpere conarentur: contrà autem, ſi commodũ fuerit ciuitati, exire è ſuis finibus ad bellum alij genti inferendum, facultatem magnam ei dare illius rei poſituram locorum. Infrà etiã hoc ipſo libro, ubi tradit quatuor attendenda eſſe in idoneo loco urbi condendæ ſumendo, ſecundum eorum ponit documentũ hoc: ubi etiã altero duorũ horum nominũ iunctorum eodem utitur, cùm alterum immutarit, ac pro δυσέμβολον, duo uſurparit. dixit enim, oportere illam eſſe δυσπρόσοδον, & δυσπερίληπτον. Transfert etiam huc præceptum, quo moderatus eſt ſuprà numerum ciuium: uerbumque idem uſurpat, quo uſus iam fuerat in eo, qui aptus eſt oſtendendo. Inquit enim, ut dixerat, multitudinẽ eſſe talem, ut facile conſpiceretur: ita etiam regionem ipſam. neque enim probat eam, quæ partes ſuas & quaſi membra ita remota ſeiunctaq; haberet, ut eiuſdem corporis partes eſſe nequeant exiſtimari. Ne autem error aliquis naſceretur in hac uoce repetita, declarauit quomodo eam capi uelit: dixitque, ſe intelligere εὐβοήθητον, cuius partes ſibi auxilio eſſe poſſent, cùm res poſceret, periculumque aliquod inſtaret. nam ſuam propriamque notionem huius nominis luminum eſſe, aſpectatiuiſq;, apertum eſt. Conſilium, quod dedit T. Flamininus Achæis, cupientibus ſibi poſt uictum Philippũ Macedonem tribui Zacynthum, huic aptum eſt. docuit enim, accõmodatã ipſis non eſſe ullo pacto poſſeſſionem eius inſulæ, quia ſeiuncta foret ab ipſorum finibus, nec facile eam tueri poſſent ab impetu aduerſariorum: in quo etiam uſus eſt ſimili eleganti, mirificeq; apto ad rem demonſtrandã, erroremq; eũ ex animis ipſorũ euellendũ.

Poſituram autem)Oſtendit, quem locum in primis idoneũ putet urbi condendæ: uelletq;, ſi res pateretur, eligi opportunum uicinumq; mari, & qui regioni, partibuſq; ipſius conueniret. Exponit autem commoda multa magnaque, quæ capiuntur è propinquitate maris. Finem igitur unum eſſe dicit, atq; eum quidem primum, qui modò dictus eſt: illum tamen repetit, potius quam ſumit, exiſtimans oportere ciuitatẽ poſitam eſſe in ſede, apta ad auxilia undique accipienda: ita enim ipſam minore labore fortunas & libertatem ſuam defenſuram. Alterum terminum eſſe inquit, qui & ipſe requirit hanc poſituram, in primiſq; uicinitatem maris, ut fructus agrorũ, qui illic abundant, facile in alias terras mittantur. Adiungit etiam, quemadmodum ille fructus, id eſt frumentũ, uinum, oleũ: ita etiã ligna hoc pacto, quæ ſuperſint, facile exportari poſſe, & præterea merces omnes, operaſq; artium aliquarum, quas colat regio. ita enim ſine ſumptu magno uectorarum cuncta mittentur in ea loca, in quibus carè ueneunt. Quod uerò præcipit auctor, uerèq; dicit commodum præſtare mare: notum eſt, in ſe quoque aliqua ex parte habere fluuios magnos, & in quibus currant facilè maiora nauigia: quo bono præditæ ſunt multæ ciuitates Galliarum.

CAPVT VI.

DE cõmunione autem cũ mari, utrum ſit utilis ciuitatibus, bonis legibus inſtructis, uel detrimentoſa; exiſtunt multæ controuerſiæ. Frequentare enim ea loca peregrinos quoſdam, in alijs moribus educatos, minimè conducere aiũt ad leges utiles eius loci, & magnum numerum hominũ. naſci namq; ipſum, quia utuntur mari, mittentes aliò, & recipientes mercatorũ multitudinẽ: qui nimis magnus numerus aduerſatur reip. bene adminiſtrandæ. Præſtare igitur, ſi hæc non contingunt, & ad tutò illic uiuendum, & ad copiam rerum neceſſariarum; urbem & regionem participẽ eſſe maris, non eſt obſcurũ. Nam & ad facilius ferendum incurſum hoſtiũ, opus eſt ambabus partibus auxilia uenire poſſe illis, qui è periculo ſunt eripiendi, id eſt terra & mari: & ad incõmoda importanda inuadentibus, ſi non utrinq;, ſaltem ex altera parte facultas erit, ſi ambabus communicabunt: & quæcũq; non ſunt apud eos, accipere hæc. quæq; ſuperſunt, illic naſcentiũ, aliò mittere, eſt profectò una rerum neceſſariarum. Sibi enim ipſi oportet mercatura prouidere, non alijs ciuitatem. Qui autem apud ſe forum inſtituũt omnibus gentibus, hi uectigalium cauſa hæc faciunt. Quòd ſi non oportet ciuitatem tanta cupiditate teneri rei quærẽdæ, neq; mercatũ etiã talẽ apud ſe habere. Quia aũt & nunc uidemus multis & regionibus & ciuitatibus

ΠΕΡΙ δὲ τῆς πρὸς τὴν θάλατταν κοινωνίας, πότερον ὠφέλιμος ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν, ἢ βλαβερὰ, πολλὰ τυγχάνουσιν ἀμφισβητοῦντες. τὸ γὰρ ἐπιξενοῦσθαί τινας ἐν ἄλλοις τεθραμμένους νόμοις, ἀσύμφορον εἶναί φασι πρὸς τὴν εὐνομίαν, καὶ τὴν πολυανθρωπίαν. γίνεσθαι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ χρῆσθαι τῇ θαλάσσῃ, διαπέμποντας καὶ δεχομένους ἐμπόρων πλῆθος, ὑπεναντίαν δ᾽ εἶναι πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι καλῶς. ὅτι μὲν οὖν εἰ ταῦτα μὴ συμβαίνει, βέλτιον καὶ πρὸς ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς εὐπορίαν τῶν ἀναγκαίων μετέχειν τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν τῆς θαλάττης, οὐκ ἄδηλον. καὶ γὰρ πρὸς τὸ ῥᾷον φέρειν τοὺς πολεμίους, εὐβοηθήτους εἶναι δεῖ κατ᾽ ἀμφότερα τοὺς σωθησομένους, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν· καὶ πρὸς τὸ βλάψαι τοὺς ἐπιτιθεμένους, εἰ μὴ κατ᾽ ἄμφω δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ θάτερον ὑπάρξει μᾶλλον, ἀμφοτέρων μετέχουσιν. ὅσα τ᾽ ἂν μὴ τυγχάνῃ παρ᾽ αὐτοῖς ὄντα, δέξασθαι ταῦτα, καὶ τὰ πλεονάζοντα τῶν γιγνομένων ἐκπέμψασθαι τῶν ἀναγκαίων ἐστίν. αὑτῇ γὰρ ἐμπορικὴν, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς ἄλλοις δεῖ εἶναι τὴν πόλιν. οἱ δὲ παρέχοντες σφᾶς αὐτοὺς πᾶσιν ἀγορὰν, προσόδου χάριν ταῦτα πράττουσιν. ἣν δὲ μὴ δεῖ πόλιν τοιαύτης μετέχειν πλεονεξίας, οὐδ᾽ ἐμπόριον δεῖ κεκτῆσθαι τοιοῦτον. ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν ὁρῶμεν πολλαῖς ὑπάρχον καὶ χώραις καὶ πόλε-

DE maris autem communione, & nauigationis uſu, utrùm ciuitatibus, quæ bonis legibus reguntur, proſit an noceat, magna controuerſia eſt. Nam aliquos in alijs legibus educatos ac peregrinos in urbe uerſari, inutile dicunt eſſe tum ad bonam legum inſtitutionem, tum propterea quòd parit nimiam hominum multitudinem. naſci enim ex uſu maris, & commercio rerum maritimarum, mercibus exportandis & importandis, mercatorum turbam: hominum autem multitudinem immoderatam, quo minus reſp. bene adminiſtretur, aduerſari. Vtile igitur eſſe, ſi hæc incommoda non eueniant, tum ad ſtabilitatem & incolumitatem ciuitatis ab omni iniuria & periculo tutam, tum ad facultatem & copiam rerum neceſſariarum, urbi & agro aliquod eſſe cum mari commercium, non eſt obſcurum. Nam & ad hoſtium incurſionem facilius ſuſtinendam, oportet eis, qui ſalui eſſe uolunt, utrinque terra & mari auxilium ferri poſſe: & ut hoſtibus inuadentibus detrimentum inferre queant, ſi ex utraque parte id non poterit fieri, at ex altera magis licebit, cùm utriuſque erit eis communitas & cõſortio: præterea & quæ apud eos forte non ſunt, hæc ab alijs accipere, & quæ ſuperant, ea ad alios exportare neceſſe eſt: ſibi enim, non alijs ciuitas facere mercaturã debet. Qui autem omnibus apud ſe mercatum præbent ac proponunt, ij conciliandæ pecuniæ gratia hæc agũt. Quod ſi nõ oportet ciuitatem tanta ſuperuacanearum & immenſarum diuitiarum cupiditate ardere, ne mercatum quidem talem debet habere apud ſe inſtitutum. Quoniam autem etiam nunc multis & regionibus &

adeſſe naualia & portus, opportunè ſitos ad ciuitatẽ, ut neque eandem urbẽ colant, neq; ualde remoti ſint, ſed mœnibus ſit mari, & huiuſcemodi alijs operibus, manifeſtũ eſt: ſi res fert, ut aliquid boni exiſtat ex communione ipſorum, aderit ciuitati hoc bonum: ſi autẽ aliquid detrimenti, cauere ipſum facile eſt legibus, oſtendẽtes & definientes, quos non oportet, ac quos permiſceri oportet inter ſe. De poteſtate autẽ nauali optimũ eſſe, paratã eſſe illam uſque ad aliquem numerũ, nõ eſt obſcurum. Non enim ſolùm ſibi ipſis, uerumetiã uicinis quibuſdã formidoloſos eſſe oportet, & poſſe etiã auxiliom ferre, ut terra, ita quoq; mari. De numeró autẽ iam & magnitudine poteſtatis huius conſiderandũ eſt pro uita ciuitatis. Si namq; ſtudioſam imperandi uitam & ciuilem uiuet, neceſſe eſt & hác potentiam adeſſe, reſpondentem ad res gerendas. Multitudinem autẽ hominũ, quæ proficiſcitur è turba nauali, minimè neceſſe eſt adeſſe ciuitatibus: nullã enim partem ipſos oportet eſſe ciuitatis. Genus enim uectorum, liberum. & itidẽ eorum, qui ſolent terra pugnare. quod illic ſummam poteſtatẽ habet, & princeps eſt nauigationis. Vbi autẽ eſt numerus magnus caſtellanorum & agricolarũ, illic neceſſe eſt copiã etiã eſſe nautarũ. Videmus aũt hoc nunc etiam adeſſe quibuſdam, ueluti ciuitati Heracleotarum: multas enim implẽt triremes, cùm tamen habeant urbem magnitudine alijs concinniorem. De regione igitur, & portubus, & urbibus, & mari, & de nautica poteſtate, ſit explicatũ hoc modo: de multitudine autẽ ciuili, quem terminum ipſum habere opus eſt, prius diſſeruimus.

σιν, ἐπίνεια καὶ λιμένας, εὐφυῶς κείμενα πρὸς τὴν πόλιν. ὥστε μήτε τὸ αὐτὸ νέμειν ἄστυ, μήτε πόῤῥω λίαν, ἀλλὰ κρατεῖσθαι τείχεσι καὶ τοιούτοις ἄλλοις ἐρύμασι, φανερὸν, ὡς εἰ μὲν ἀγαθόν τι συμβαίνει γίγνεσθαι διὰ τῆς κοινωνίας αὐτῶν, ὑπάρξει τῇ πόλει τοῦτο τὸ ἀγαθόν· εἰ δέ τι βλαβερὸν, φυλάξασθαι ῥάδιον τοῖς νόμοις, φράζοντας καὶ διορίζοντας, τίνας οὐ δεῖ, καὶ τίνας ἐπιμίσγεσθαι δεῖ πρὸς ἀλλήλους. περὶ δὲ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, ὅτι μὲν βέλτιστον ὑπάρχειν μέχρι τινος πλήθους, οὐκ ἄδηλον. οὐ γὰρ μόνον αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τῶν πλησίον τισὶ δεῖ καὶ φοβέρους εἶναι καὶ δύνασθαι βοηθεῖν, ὥσπερ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν. περὶ δὲ πλήθους ἤδη καὶ μεγέθους τῆς δυνάμεως ταύτης πρὸς τὸν βίον ἐπισκεπτέον τῆς πόλεως. εἰ μὲν γὰρ ἡγεμονικὸν καὶ πολιτικὸν ζήσεται βίον, ἀναγκαῖον καὶ ταύτην τὴν δύναμιν ὑπάρχειν πρὸς τὰς πράξεις σύμμετρον. τὴν δὲ πολυανθρωπίαν τὴν γιγνομένην περὶ τὸν ναυτικὸν ὄχλον, οὐκ ἀναγκαῖον ὑπάρχειν ταῖς πόλεσι. οὐθὲν γὰρ αὐτοὺς μέρος εἶναι δεῖ τῆς πόλεως. τὸ μὲν γὰρ ἐπιβατικὸν, ἐλεύθερον καὶ τῶν πεζευόντων ἐστίν. ὃ κύριόν ἐστι, καὶ κρατεῖ τῆς ναυτιλίας. πλήθους δὲ ὑπάρχοντος περιοίκων, καὶ τῶν τὴν χώραν γεωργούντων, ἀφθονίαν ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ναυτῶν. ὁρῶμεν δὲ καὶ τοῦτο καὶ νῦν ὑπάρχον τισὶν, οἷον τῇ πόλει τῶν ἡρακλεωτῶν. πολλὰς γὰρ ἐκπληροῦσι τριήρεις, κεκτημένοι τῷ μεγέθει πόλιν ἑτέρων ἐμμελεστέραν. περὶ μὲν οὖν χώρας, καὶ λιμένων, καὶ πόλεων, καὶ θαλάττης, καὶ περὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, ἔστω διωρισμένα τὸν τρόπον τοῦτον. περὶ δὲ τοῦ πολιτικοῦ πλήθους, τίνα μὲν ὅρον ὑπάρχειν χρὴ, πρότερον εἴπομεν.

urbibus naualia & portus eſſe iudicamus, ita apte & opportunè ſitos ciuitati, ut neque idem oppidum occupent, neque admodum longe diſtent, ſed mœnibus communibus & alijs munimentis ac propugnaculis contineantur: in promptu eſt, ſi quid fortè emolumenti ex hac communione proficiſci poteſt, hoc ad ciuitatem eſſe peruenturum: ſin aliquid detrimenti, id facilè uitari poſſe legibus, ubi pronuntiarint & definierint quos non oporteat, & quos oporteat inter ſe commiſceri. Claſſem autem, & copias nauales utiliſſimum eſſe, habere uſque ad aliquam multitudinem ac magnitudinem, non eſt obſcurum. Non enim ſibi ſolum, ſed etiam finitimis nonnullis opitulari poſſe, & formidoloſos eſſe oportet, quemadmodum terra, ita & mari. Quod autem ad multitudinem & magnitudinem harum copiarum attinet, ad id uitæ genus quod ſequitur ciuitas, huius rei iudicium referendum eſt. Nam ſi uitam principatus conuenientem ſimul & ciuilem colet, neceſſe erit etiam has copias ei ſuppetere, quæ ad res gerendas, magnitudini ciuitatis rerumque gerendarum congruant. Ingens autem hominum multitudo, quæ uerſatur in negotio & inſtrumento nautico, ciuitatibus neceſſaria non eſt. Nulla enim in parte ciuitatis numerari debẽt. Nam uectores quidem, qui naue conſcendunt ut depugnent, liberi ſunt, & è numero peditum: habentq́ in illos poteſtatem: & in tota nauigatione dominantur, & principatum tenẽt. Cùm ſit autem accolarũ & eorum qui agrum colunt, multitudo etiam nautarum & nauiculariorum magna ſit copia & frequentia neceſſe eſt. Atq; hoc etiam nunc apud nonnullos uſu receptum eſſe uidemus: exempli cauſa, in Heracleotarum ciuitate, multas enim triremes inſtruunt, quamuis urbem habeant alijs minorem. De agri igitur, ſiue regionis, & terræ natura, & portubus, & urbibus, & mari & copijs naualibus ita ſit explicatum. De ciuium uero multitudine, quis modus ei ſit conſtituendus, antea diximus.

COMMENTARIVS.

De communione.) Cùm laudaſſet in ſumenda ſede nouæ ciuitati, uicinitatẽ maris, uideret autem non deeſſe, qui de hac re longè aliter ſentirent: quærit diligenter, utrum propinquitas hæc plus in ſe boni, aut mali habeat. neque enim argumenta aduerſariorum contemnenda erant. Primum igitur quæſtionem hanc proponit, atque inquit utrum autem communio cum mari ciuitatibus bene inſtitutis, utilis ſit (nam quid profit multum illis quæ diuitias & ubertatẽ omnium rerum ſibi propoſuerunt, non ualde autem ſollicitæ ſunt de moribus & integritate uitæ ſuorum ciuium, dubitari non poteſt) an contrà detrimentoſa quidam, inquit, ambigunt, afferuntq; multa aduerſus ſuperiorem ſententiã. Dicæarchus etiam non probauit conſilium Græcorum, ut memoriæ prodidit M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum, quòd mare tam ſecuti eſſent incertum tamen, an generatim ita ille ſenſerit de omni terra, ſiue de Peloponneſo tantùm, de quo tunc ſermo erat (ipſius enim ciuitates omnes maritimas eſſe Dicæarchus tabulis ſuis notauerat) nec præterea elicitur ex uerbis Ciceronis, quæ cauſa impulerit eum ut in eo tantopere Græcos ſuos reprehenderet.

Frequentare enim. Exponit duo, quæ afferebant illi, quibus non probatur propinquitas maris. Prius eorum, eſt labes & deprauatio morum: alterũ aũt, turba hominũ, quæ confluit in urbẽ talẽ. Inquit igitur, frequentare ſemper aduenas aliquos urbẽ, propinquã mari, domiciliaq; illic ſibi ponere eductos in alijs moribus, inutile hi eſſe aiũt ad leges proprias illius loci tuendas, quæ probæ ſunt: cùm ſupeà ſignificarit ſe de ciuitate loqui, optimis legibus inſtructa. Accedit huic malo,

malo, inquit, omnis magna uis ac multitudo mortalium, quæ cogitur in ea. crescit enim illa facilè in eo loco, cùm omnia e mari, multaque inde parent sibi ad uitam necessaria, ac rem occasione illa faciant: atque etiam, quia recipit mercatores, ac ſimul peregrinos multos. quæ omnia adducſantur, impedimentoque, magno ſunt ad bene remp. administrandam.

Præſtare igitur) Confirmat, quod dixit, tueturque ſententiam ſuam: nec tamen omnino deſpicit argumenta illorum, qui aliter de hoc ſentiebant: eaque ſi ſunt, quæ ipſi apponunt, momenti alicuius eſſe fatetur. Poſtremum tamen, quomodo declinentur declarat, ut bona ſcilicet illa ſua retineantur, mala autem minuantur, ſi non penitus extinguantur. Primum igitur non eſſe dubium affirmat, quin ſi ea quæ dicta erant, non impedirent: melior poſitura illa futura ſit, & ad ciuitatem tutam præſtandam, magiſque uacuam ab omni externo periculo reddendam, & ad copiam rerum uitæ neceſſariarũ: ſi nunquam & urbs ipſa & regio ſit propinqua mari.

Nam & ad faciam.) Explicat ſui iudicij bona, certaq; illa eſſe & magna oſtendit: ita autem conteritur uis atq; impetus aduerſariorum. Nam cùm tantum ſtudij ponat auctor in ſuis argumentis illuſtrandis, perſpicitur ipſa magnopere amare, & prorſus retinere uelle. Inquit igitur, populos, qui conſeruari debeant, atque è manibus hoſtium, factos eſſe debere ad auxilia ex utroque loco accipienda: quæ ambo loca, quæ ſignificat aperit, oſtendens ſe intelligere & mare & terram: ita enim futurum eſſe, ut facilius ſuſtineant inimicos. Contingit enim aliquando, ut altera harum uiarum clauſa ſit ijs, qui auxilium ipſis ferre uelint: tunc autem præda hoſtium reſtarent: præterea iſta ijdem eadem de cauſa detrimenta afficere facilius poterũt ſibi inſidiantibus. Quòd ſi non licuerit ipſis utraque uia incommoda inimicis impoſtare, altera ſaltem expedita erit, ſi ambo hæc loca facultatem ipſis dabunt huius rei præſtandę. Tangit autem poſt hæc alterum bonum, quod prædicauit, pertinet autem id ad facilem importationem eorum, quæ illis deſiderantur. Nulla enim terra exiſtit, quæ omnibus rebus, uitæ humanæ accommodatis, abundet: & eodem pactu ad exportationem eorum, quæ illic nata, ſuperſunt. hoc enim quoque unum eorum quæ neceſſaria ſunt, habendum putat: pecunia enim ita non deerit rebus aduenticijs emendis.

Sibi enim ipſi oportet.) Cùm noſtremis uerbis quaſi patefeciſſet rem mercaturæ, quam inſignem, & ut artem tractatam, minimè probat: quomodo recipi uelit ſententiam ſuam declarat, oſtendiſque ſe laudare ciuitatem, quæ ipſam recipit uſque ad terminum aliquem: id eſt, donec paret quæ ſibi neceſſaria ſunt, atque exoneret quæ ſuperſunt. Volt enim ipſam ſibi tantùm, utilitatibuſque ſuis, auxilio huius artis, ſeruire, non commodis aliarum ciuitatum ac lucorum: quoniam ita pecuniam quærat, ac non paruam quidem ſæpe. Contrà autem, inquit, qui patiuntur in urbe ſua forum mercaturæque rerum uenalium exerceri, & omnes ea omnibus terris cum mercibus atque oneribus eò commeare, lucri cauſa, uectigaliumque hoc faciunt. & non ſtudent, ut illic bene beateque uiuatur, cui fini tantæ diuitiæ accommodatæ non ſunt. hoc enim addit, dicens: Quòd ſi ciuitatem minimè oportet, nec bonum ipſi eſt, refertam eſſe tantis diuitijs: non etiam rectũ eſt, mercatum ipſam habere omnium rerum, & è republica bene inſtituta forum fieri.

Quia autem & nunc.) Erudire nos etiam poſſe, admoneretque, ut hæc faciamus, id eſt, ut bona, quæ è mari capiuntur, decerpamus, nec patiamur errore magno animi nos ipſis carere, uitemus tamen mala, quæ inde manant: conſuetudinem nonnullarum ciuitatum, quæ cùm mari propinquæ ſint, non tamen in littore conditæ, naualia & portus habent diſtinctos ab urbe muris & aggeribus quibuſdam. ita enim ſi imitati fuerimus ipſas, conſiliumque earum ſecuti, quidquid boni capitur è mari, uicinitateque ipſius, illud obtinebimus. Quòd ſi inde mali aliquid proficiſci poteſt, penetrareque in rempublicam, arcebimus ipſum, aditumque ipſi obſtruemus non mœnibus aut molibus, ſed legibus paruo negotio ſignificantes, definienteſque, quos minimè oportet frequentare urbem, permiſcerique cum ciuibus: & quibus hoc liceat, non talibus, ut noceant ſuis moribus reipublicæ, & inſtituta ipſius optima deprauent.

De poteſtate autem naualí.) Quærit de claſſe ædificanda uiribuſque naualibus, quid conſilij capere ciuitas debeat. nam putat prorſus ipſam maximè accommodatam eſſe, & rebus ſuis tuendis, & uicinis in metu continendis, ne audeant aliquid periculi incommodique afferre ciuitati, ſoluti eo metu. Temperabunt enim ſibi magis ab iniuria inferenda, ſi cognouerint, quibus infenſi ſunt, poſſe ſibi ipſis & terra & mari præſidio eſſe: ueruntamen exiſtimat ſapienter magiſter, uires has maritimas oportere eſſe definitas, iuſtumque terminum habere: aliter enim mali aliquid parerent. Turba enim nautica, ſi ne qua claſſis non inſtruitur, periculoſa eſt publicæ quieti. Addit etiam, requiri ab honeſta ciuitate, ut auxilium ferat uicinis populis ſocijſque bello oppreſſis.

De numero autem.) Cùm oſtendiſſet, terminum oportere habere naualem apparatum: addit nunc, non poſſe definiri claſſem hanc, niſi prius cognoſcatur ſtudium finiſque ciuitatis. aliæ namque uitæ ciuitatum propoſitaque longe aliam claſſem requirunt, id eſt maiorem aut minorem: cum tamen cunctæ, ut exiſtimat, aliquid uirium maritimarum debeant habere, ſalutis ſuæ ſaltem libertatiſque tuendæ cauſa. Ciuitatem igitur, quæ delectatur imperio, uitamque colit occupatam in ſubigendis regendiſque populis: opus eſt omnino, ut habeat uim poteſtatemque, quæ reſpondeat conſilijs ac factis ipſius. niſi enim par eſſet claſſis propoſito finique illius, ad exitum nunquam perduceret ſuos conatus. Quia tamen non paria ſunt facta, ſed hæc minora, illa uerò maiora: eodem pacto claſſis etiam menſuram eorum conuenire debet.

Multitudinem autem.)Quia claſſis, ut inſtructa ornataque ſit, requirit ingentem numerum mortalium (aliter enim non conſtat turba naualis) oſtendit euiuſmodi eſſe debeat, tantamque illam eſſe, & non unius generis oportere ſignificat. Primùm igitur, inquit, neceſſe non eſſe, ut illa propria ſit ciuitatis (remiges enim ſæpè mercede conducebantur à Græcis) neque ſanè probat, ut ipſi pars ſint ciuitatis. Nam genus illud omne, quod uocabant ἐπιβάτας: quia pugnandi cauſa in naues aſcendebant, & in hoc ſolum operam claſſi nauabant, liberum ingenuumque eſſe affirmat, & ex illo genere militum, qui etiam in terra pugnare ſoliti erant. quod ſanè genus in claſſe ſummam poteſtatem habet, & aliquo modo illic dominatur, imperióque regit remiges & cæteros nautas, qui ſine illis forent importuniores.

Vbi autem uil.) Docet unde ſumatur uis hominum, qui minora hæc munera in claſſe ſuſtinent, & nautarum denique: dicitque deeſſe illos nullo modo poſſe, cùm multitudo caſtellanorum, & qui domicilia habent in agro, & agricolarum etiam ipſorum illic ſit. ex ipſis namque ſuppetet copia nautarum. Iudicium autem ſuum confirmat exemplis, affirmans aecum eſſe, quod inquit, intelligi poſſe, ſpectatis inſtitutis quarundam ciuitatum ætatis ſuæ. Vnam autem ipſarum appellat, id eſt Heracleotarum, qui multas triremes ex genere hominum implebant, cùm haberent, ut narrat, ciuitatem multo quàm alij minorem: elegantem tamen illam & concinnam. Aptè autem proprieque locutus eſt de turba nauali ac remigibus, tradens Heracleotas ſolitos implere triremes. Vocabant enim Græci à ſuo uerbo, quod huic reſpondet, ducta uoce, remiges πληρώματα. uiliore autem adhuc nomine hodie appellant uniuerſam hanc turbam, qui utuntur uoluntarijs, quos Romani honeſta uoce ſocios nauales uocabant: cùm uos præterea ſit, aut damnatis ob grauem aliquam culpam, ſiue captiuis hominibus ad hoc durum miniſterium, triremeſque agendas.

De regione igitur.) Teſtatur ſe abſoluiſſe, quod explicandum ſuſceperat, ſi non exquiſitè, quod tamen ſatis huic tempori ſcriptionique uideri poſſit, præcepiſſeque de forma regionis, ubi condere oportet: nec non de portubus, & urbe ipſa, & præterea de claſſe ac uiribus naualibus. nam roboris multum dignitatiſque claſſem afferre exiſtimauit: quã tamen non omnes eodem pacto agere ciuitates confeſſus eſt.

a [illegible]. al. [illegible], concinniorem.

CAPVT VII.

QVales autem ipſos natura eſſe oporteat, nunc tradamus. Fermè autem perciperet hoc, qui reſpexerit ad Græcorum ciuitates omnibus probatas, & ad uniuerſam tellurem,

ΠΟΙΟΥΣ δέ τινας τὴν φύσιν εἶναι δεῖ, νῦν λέγωμεν. σχεδὸν δὴ καταμάθοι τις τοῦτό γε, βλέψας ἐπί τε τὰς πόλεις τὰς εὐδοκιμούσας τῶν Ἑλλήνων, καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν οἰ-

QValis autem natura aut ingenio præditos eſſe ciues oporteat, nunc exponamus. Atq; hoc ſanè propemodum quis intelligat, ſi & ciuitates Græcorũ fama gloriaq; præſtantes, & uniuerſum orbem terrarũ, qui inco-

lurẽ, ut gẽtib. diſtincta eſt. Gentes .n. q̃ degũt in frigidis locis, & q̃ Europã incolũt, animi q̃dẽ plenę ſunt, ingenij aũt & artis dotib. nõ tã refertę. Quare libertę quidẽ magis ſeruãtur: expertes autẽ ſunt uitæ ciuilis, neq; uim & poteſtatẽ hñt parãdi ſibi imperiũ uicinorũ. Quę uerò Aſiæ loca habitãt, ingenio ualẽt, & artib. colẽdis factę ſunt: animi aũt inopes. Quare parẽre nõ recuſant, & ſeruiũt ꝑpetuò. Genus aũt Grȩcorũ, quẽadmodũ ſitũ eſt in medio horũ locorũ, ſic cõmunicat ambab. illis naturis: nã & animo prȩditũ eſt, & ingenio ualet. quare liberũ permanet, atq; optimè rẽp. adminiſtrat: factũq; ad imperiũ adipiſcendũ cunctarũ gentiũ, ſi ab una rep. regeretur. Idẽ aũt diſcrimen exiſtit Grȩcorũ populorũ inter ſe: hi nãq; naturã hñt unimembrẽ, hi uerò bene tẽperati ſunt ad ambas poteſtates has. Perſpicuũ igitur, oportere ingenioſos eſſe & ꝓcliues ad irã natura, q ſe debent parare faciles ſcriptori legũ ad uirtutẽ. Qđ .n. quidã aiunt, oportere ineſſe cuſtodib. promtos illos eſſe ad diligẽdos ſibi notos, aduerſus autẽ ignotos, agreſtes ac feros: animus eſt, qui gignit benignitatẽ. hęc .n. eſt uis & poteſtas animę, qua diligimꝰ. Signũ aũt eſt: aduerſus enim familiares & amicos animus excitatur magis quàm aduerſus ignotos, cũ exiſtimarit ſe deſpici. Quare Archilochꝰ etiã, ut decebat, increpãs amicos, uerba ſua dirigit ad animũ: Non enim ab amicis ſuffocabare. Et qđ imperiũ utiq; habet, & qđ liberũ eſt, ab hac poteſtate ortũ, adeſt omnibus. factꝰ enim ad imperandũ & inuictos eſt animus. Nõ belle aũt ſe habet dicere, difficiles eſſe aduerſus ignotos: aduerſus nemině .n. oportet eſſe talẽ. Neq; qui magnamini ſunt natura, agreſtes ſunt, niſi aduerſus eos, q faciũt iniuriã. ita aũt magis aduerſus familiares afficiũtur (qđ prius à nobis dictũ eſt) ſi exiſtimarint ſe iniuriã accipere. atq; hoc ratiõe cõtingit: à quib. enim deberi ſibi beneficiũ putãt, prȩter malũ quod datur, beneficio etiã ſe priuari exiſtimãt. Vnde dictũ eſt, Difficilia enim bella fratrũ: &, Qui ſine modo amarũt, ijdem ſine modo etiã odio hñt.

χουμένην, ὡς διῄρηνται τοῖς ἔθνεσι. τὰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις ἔθνη, καὶ τὰ περὶ τὴν Εὐρώπην, θυμοῦ μέν ἐστι πλήρη, διανοίας δὲ ἐνδεέστερα καὶ τέχνης. διόπερ ἐλεύθερα μὲν διατελεῖ μᾶλλον, ἀπολίτευτα δὲ, καὶ τῶν πλησίον ἄρχειν οὐ δυνάμενα. τὰ δὲ περὶ τὴν Ἀσίαν, διανοητικὰ μὲν καὶ τεχνικὰ τὴν ψυχήν· ἄθυμα δέ. διόπερ ἀρχόμενα καὶ δουλεύοντα διατελεῖ. τὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων γένος ὥσπερ μεσεύει κατὰ τοὺς τόπους, οὕτως ἀμφοῖν μετέχει· καὶ γὰρ ἔνθυμον καὶ διανοητικόν ἐστι. διόπερ ἐλεύθερόν τε διατελεῖ, καὶ βέλτιστα πολιτευόμενον· καὶ δυνάμενον ἄρχειν πάντων, μιᾶς τυγχάνον πολιτείας. τὴν αὐτὴν δ᾽ ἔχει διαφορὰν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη πρὸς ἄλληλα. τὰ μὲν γὰρ ἔχει τὴν φύσιν μονόκωλον, τὰ δὲ εὖ τε κέκραται πρὸς ἀμφοτέρας τὰς δυνάμεις ταύτας. φανερὸν τοίνυν, ὅτι δεῖ διανοητικούς τε εἶναι καὶ θυμοειδεῖς τὴν φύσιν, τοὺς μέλλοντας εὐαγώγους ἔσεσθαι τῷ νομοθέτῃ πρὸς τὴν ἀρετήν. ὅπερ γάρ φασί τινες δεῖν ὑπάρχειν τοῖς φύλαξι, τὸ φιλητικοὺς μὲν εἶναι τῶν γνωρίμων, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας ἀγρίους, ὁ θυμός ἐστιν, ὁ ποιῶν τὸ φιλητικόν· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις, ᾗ φιλοῦμεν. σημεῖον δέ· πρὸς γὰρ τοὺς συνήθεις καὶ φίλους ὁ θυμὸς αἴρεται μᾶλλον, ἢ πρὸς τοὺς ἀγνῶτας, ὀλιγωρεῖσθαι νομίσας. διὸ καὶ Ἀρχίλοχος προσηκόντως τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν, διαλέγεται πρὸς τὸν θυμόν· οὐ γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεο. καὶ τὸ ἄρχον δὲ καὶ τὸ ἐλεύθερον ἀπὸ τῆς δυνάμεως ταύτης ὑπάρχει πᾶσιν· ἀρχικὸν γὰρ καὶ ἀήττητον ὁ θυμός. οὐ καλῶς δ᾽ ἔχει λέγειν χαλεποὺς εἶναι πρὸς τοὺς ἀγνῶτας· πρὸς οὐδένα γὰρ εἶναι χρὴ τοιοῦτον. οὐδέ εἰσιν οἱ μεγαλόψυχοι τὴν φύσιν ἄγριοι, πλὴν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. τοῦτο δὲ μᾶλλον ἔτι πρὸς τοὺς συνήθεις πάσχουσιν, ὅπερ εἴρηται πρότερον, ἂν ἀδικεῖσθαι νομίσωσι. καὶ τοῦτο συμβαίνει κατὰ λόγον· παρ᾽ οἷς γὰρ ὀφείλεσθαι δεῖν τὴν εὐεργεσίαν ὑπολαμβάνουσι, πρὸς τῇ βλάβῃ, καὶ ταύτης ἀποστερεῖσθαι νομίζουσιν. ὅθεν εἴρηται, Χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν· καί, Οἱ, τοι πέρα στέρξαντες, οἱ δὲ καὶ πέρα μισοῦσι.

περὶ

incolitur, ut à diuerſis ac uarijs gentibus occupatus eſt, inſpiciat. Quæ enim gentes in locis frigidis, quæq; in Europa habitant, animi quidem & ardoris plena ſunt, cogitationis uerò & artis aliquanto inaniores. Quocirca libertatem quidem magis retinere ſolent, remp. uerò ſuas minus bene adminiſtrare, nec finitimis imperare poſſunt. Quæ autem Aſiam incolunt, mente ſunt illæ quidẽ in cogitando, & in actibus inueniendis ſollertes & ingenioſæ, ſed nullius animi. quocirca perpetuò parent ac ſeruiunt. Porrò autem Græcorum natio, quemadmodum quòd ad loca attinet, media interiecta eſt, ita & ambarum illarum eſt particeps. Nam & ferox atque animoſa, & ſolers atque ingenioſa eſt. quapropter & ſemper in libertate uiuit, & perpetuo rempub. ſuam optime adminiſtrat: & omnibus imperare poſſit, ſi unam reip. adminiſtrandæ formam conſequatur. Eodem autẽ modo inter ſe differunt Græcorum nationes. Aliæ enim ingenio præditæ ſunt mero & ſimplici: aliæ ad hanc utranq; uim bene tẽperatæ. Perſpicuum igitur eſt, eos homines, qui ſcriptori legum ad uirtutem flexibiles ac tractabiles futuri ſunt: & acri ad cogitandum ingenio, & magno ferociq; ad audendum animo eſſe debere. nã id, quod aiunt quidam, in cuſtodibus ineſſe oportere, ut ſint notis quidem beneuoli & amicis, ignotis uerò inimici atque infeſti, ardor animi eſt, qui uim amandi & beneuolendi gignit. Hæc enim eſt animæ poteſtas, qua amamus. cuius rei argumentum eſt, quod in familiares & amicos ardor & excandeſcentia animi concitatur magis, quàm in ignotos, ſi quis ſe ab illis neglectum aut paruifactum putet. Quapropter conuenienter et meritò Archilochus de amicis querens, cum hac animi parte loquitur hoc modo: Nónne appetebant ungulam amici ipſi tuam? Tum imperandi & libertatis amor ab hac in omnibus attributus eſt. imperioſum enim & inuictum quiddam animi excãdeſcentia eſt. Neq; uero rectè dictum eſt a quibuſdã, ſæuos atq; aſperos in ignotos eſſe oportere. in neminẽ enim talem oportet eſſe neq; magnanimi uiri, feri & aſperi ſunt natura, niſi in eos, qui faciunt iniuria. Sic autem in familiares & notos aſficiuntur magis, quàm in ignotos, quod paulò antè dictum eſt, ſi ſe ab illis iniuria affectos eſſe putẽt. Atq; hoc nõ temere euenit. quos enim ſibi beneficiũ debere exiſtimant, ab ijs ſe præter detrimentum, quod ſibi infertur, etiã hoc fraudari arbitrantur. ex quo illud dictũ eſt, Nam bella fratrũ ſæua, pugnaq; aſpera. &, Qui ualde amarunt, odia gerunt acerrima.

De his igitur, qui participes ſunt reipublicæ, quot oportet eſſe, qualesq́; natura: adhuc autem & agrum quãtum & qualem, fermè explicatum eſt. non enim eãdem exquiſitam rationem decet quærere in illis, quę rationibus conficiuntur, & ijs quæ ſenſu percipiuntur.

περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτευομένων πόσους τε ὑπάρχειν δεῖ, καὶ ποίους τινὰς τὴν φύσιν· ἔτι δὲ τὴν χώραν πόσην τέ τινα, καὶ ποίαν τινά, διώρισται σχεδόν. οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν ἀκρίβειαν δεῖ ζητεῖν διά τε τῶν λόγων, καὶ τῶν γιγνομένων διὰ τῆς αἰσθήσεως.

rima. De ijs igitur, qui in ciuili ſocietate uiuunt, quàm multos, & quali ingenio præditos eſſe oporteat: & præterea quantus ager, & qualis eſſe debeat, ferè definitum atque explicatum eſt. non enim eadem in ijs, quæ diſputantur & dicuntur, atque in ijs, quæ fiunt, & ſub ſenſum cadunt, ſubtilitas poſtulanda eſt.

COMMENTARIVS.

Quales autem) Cùm de numero triremium, magnitudineque claſsis diſputaſſet, undeque peterentur remiges oſtendiſſet (neque enim probat eos, qui funguntur hoc munere, reip. participes eſſe) uniuſſa tempus ſignificat, ut tradat, qui numerus ciuium eſſe debeat, & quibus moribus qualique ingenio præditi ipſi ſint. Quorum tamen duorum documentorum alterum iam, ut narrat, explanarat: hoc autem quod reſtabat dicendum, poſſe etiam cognoſci affirmat non magno labore ab eo, qui diligenter perſpexerit inſtituta Græcarum illarum ciuitatum, quæ ſpectatæ ſunt, & laudem plurimam conſecutæ apud prudentes uiros: neq; harum tantum, uerum etiam conſuetudinem reliquarum omnium attenderit, quę in uniuerſo orbe conditæ ſunt, ut ſunt illæ uarijs populis nationibuſque diſtinctæ. à moribus enim quoque legibuſque barbararum gentium utilitatis aliquid ad hanc rem ſumetur.

Gentes enim) Paucis expoſuit, quæ neceſſaria huic diſputationi ſunt. inquit enim: Gentes, quæ terræ partes incolunt frigidas & loca Europæ, intelligit autem, quæ uergũt ad Septentrionem Europæ partes, ſunt iracundæ, & animi ſpirituſque plenæ: eædem autem non multum ingenio & artificio ualent, deſideratur que potius in natura ipſarum acumen & calliditas. Quare, inquit, liberæ ſuiq; iuris ferè ſunt, nec facile poſſunt dictu audientes eſſe alienis imperijs, nec tamẽ idoneæ ad remp. conſtituendam & adminiſtrandam: quia hæc cura requirit conſilium & prudentiam, à qua ipſæ non paruam in partem deſtitutæ eſſe affirmantur: eodemq; pacto, inquit, illæ, atque eadem de cauſa uim poteſtatemque non habere regendi uicinos populos imperio. Ita autem exiſtimauit Ariſtoteles de his nationibus, ut ipſæ ſua ætate erant, & ut cœlum ipſum eas fingebat, & ſanè omni tempore uſuenit ac fingit: ſtudium tamen et diligentia adhibita immutat non parum regionis naturam, & cœli ipſius propenſionem, quod etiam ſanctiſsimus uir Socrates de ſe prædicauit, cùm à Zopyro, ut libidinoſus tarduſq; inſimularetur foret. Hoc autem uerum eſſe perſpicitur, ſi quis uitam ac mores Germanorũ animaduerterit: qui manifeſtò uoſ ſunt eorum populorum, quos hic optimus auctor intelligit, & in tellure uiuunt, qualem deſcribit: in ea tamen plures liberæ ciuitates ſunt ac reſpublicæ, quàm in reliqua omni terra, quam cognouimus quas etiam legibus & diſciplina inſtructas fide atque ſapienterque gubernant. Idem autem, quod hic noſter, iudicium facit Plato de natura earundem gentium in IIII. libro de Republica: quo loco tradit, à uita moribuſque ſingulorũ eorum hominum proficiſci, ut totæ nationes exiſtimentur huius aut illius ingenij eſſe. appellat enim Thracas & Scythas, & cunctas denique nationes, quæ ad ſuperiorem locum uergũt, & iracundas animique plenas eſſe narrat. ſed ad Ariſtotelem redeamus. Contrà autem, inquit, gentes, quæ Aſiam incolunt, quæ tellus ad ortum ſolis expoſita eſt, ingenio ualent, uidentq; animo ſolertia ad commoda ipſorum artesq; eximiè creſcant, factæ ad hoc natura: eædem uerò ſunt animi fortitudineque expertes. quare cedit. Tolerant imperia facile, dura etiam & iniuſta: nec recuſant ſeruire, quod etiam de Perſis, incolentibus eam regionem, M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum teſtatus eſt.

Genus autem) Affirmat, Græcos moribus & animi partibus, quaſi temperatum hominum genus eſſe ex ingenijs diſsimilibus contrarijſque inter ſe gentium illarum, quas ſignificauit: & mediam quandam naturam habere, quemadmodum etiam medium locum ſedemque inter ipſas tenet. Explicat autem, quod indicat uir diligenter. Eſſe namque, inquit, Græcorum genus præditum animo, ac tendere ſe eaque cùm oportet idemq; cogitare ſubtiliter de rebus, uidereque quod in ipſis boni eſt ac mali. Quare inquit liberum uiuit, ac ſui que ſuis legibus, atque optimè omnium remp. adminiſtrat. hoc enim profectò uelit, quod eſt in omnibus, quos uidi libris, καὶ βέλτιστα πολιτευόμενον. indicio tamen ueteris tralationis cognoſcitur, fuiſſe ullos libros, in quibus pro βέλτιστα, ſcriptum foret μάλιστα: quæ lectio repudiari penitus non debet, cùm oſtendat, quod uerum illa ætate erat, in Græcia plures quàm in omnibus alijs terris extitiſſe reſpublicas, cùm in primis ea natio libertatem coleret, ac iugum ſeruitutis excutaret. In libro autem III. de Partibus animantium, ubi in excuſis eſt μάλιστα, contrà in calamo exarato, & illo quidem uetuſto, legitur κάλλιστα quod admonuiſſe uolui, ut intelligeretur, quàm facile duæ uoces hæ propter ſimilitudinem inter ſe commutentur. Omnis autem locus hic eſt: eorum enim ponam, cùm putem integriorem etiam elijs partibus illic eſſe, quàm in peruulgatis exemplaribus. diſſerès igitur auctor de colli fiſtula, per quam trenſit ſpiritus, inquit. καὶ κάλλιστα οὕτως ... τὴν ... καὶ ...

Factumq; ad imperium.) Præclarum iudiciũ facit de ſuis Græcis auctor: exiſtimat enim ipſos, ſi unius animi fuerint, eandemque demum remp. coluerint, potiri poſſe imperio orbis terrarum. inimicitiæ autem eorum contentionesque de ſummo loco, uetuerunt, ne tantam poteſtatem gloriamq; adipiſcerentur: præcipuè autem aduerſata ſunt huic ſint odia Athenienſium & Lacedæmoniorum, quibus inter ſe flagrarunt, & atrocia diuturnaque bella geſſerunt. hi namque duo potentiſsimi florẽtiſsimiq; populi, cupidi imperij, ſecũ trahebant uires reliquarum Græciæ ciuitatum. Declarat, quod hic affirmat Ariſtoteles, uerum eſſe, conatus Athenienſium, qui ſoli ſtuduerunt Siciliam ſui iuris facere: & ſi hoſtes Peloponneſios habebant, qua deuicte, ut literis proditum eſt, uicinã Italiæ tellurẽ ſubigere, & poſtea in Africa contra Carthaginienſes bellũ gerere cogitabãt.

Idem autem diſcrimen.) Idem, quod oſtendit inueniri diſcrimen in natura ingenioque barbararum gentium, longiſque ſpatijs terrarum inter ſe diſtantibus, tradit exiſtere etiam in indole moribuſque Græcorum ipſorum: eorum gentes exiſtimat populos quoſdam naturam habere altera tantùm eorum ornatam, ut ſcilicet aut animi tantum fortitudineque pleni ſint, aut ingenij ac conſilij: cùm alij bellè temperati exiſtant ad ambas animi poteſtates, alacritatemq́; ſapientia, nec ullam in partem timidi ſint. Μονόκωλοι propriè appellari, quod uno tantùm membro conſtet, ceu crure, apertum eſt. quare μονοφυεῖς, ab auctore hoc iunctum nomen nunc uſurpatum fuit. Populi autem Græci, ſimiles ingenio barbaris nationibus, eodemque pacto ut illæ, diſtincti inter ſe non tam (ut opinor) tales erant ob uicinitatem eorum, & quia ſub eodem penè cœlo, quo illæ uiuerent, quàm propter uim naturamque ſui ac proprij cœli, quod fingebat eos, cuiuſmodi erant. Thebani enim, cæteriq; Bœotij tardi putabantur, qui tamen in gremio Græciæ ſedes habebant. Arcades uerò aſperi ac duri, etſi ambo ſub cœlo uiuerent, quod pareret incolas tales.

Perſpicuum igitur) Eliss inquit, & planè cognoſci ex his quæ dicta ſunt oportere, ualere ingenio, nec non procliues ad iram eſſe natura, qui materie ſatis apta ſint ad uirtutem accipiendam: ſicque faciles præbitori ſint ſapienti cuiquam, optimis legibus ciuitatem tenenti, ad parendum iudicio ipſius atque inſtitutis. νομοθέτην enim appellat, qui perſuaderet ſe ſinunt, perducique non magno labore ad eam uitam, quam ille probarit, mutatis etiam, ſi oporteat, moribus ac ſtudijs.

Quid enim quidam.) Diſſerit contra iudicium Platonis ſtudetque refellere opinionem ipſius, qui, de cuſtodibus ſuæ reip. loquens, affirmauit oportere illos eſſe duros aſperoſque ignotis atque alienis hominibus: ipſe ἀγρίους inquit, id eſt feros & agreſtes, dulces huc à natura tantum, qui cuſtodes fideles futuri ſint domus fortunarumq; domini. Non probat igitur hoc, primumque oſtendit ſe, quod erudit illos, idoneaſque ei muneri obeundo reddit, complexum eſſe uno ſuo uerbo, iuncto tantẽ, id eſt cùm præcipit illis eſſe θυμοειδεῖς: animum enim eſſe, qui efficit homines pronos ad diligendum quod accuratè docet. Hæc .n. eſt, inquit, animi uis ac poteſtas, qua diligimus. Animũ cũ tamẽ dicit, ita accipio nomẽ hoc, ut Horat. uidetur cepiſſe, cũ inquit. *animũ rege, qui niſi paret, Imperat:* id eſt, uim quendã animi, quę urget, et facile cõmouetur, cũ ſuſpicatur ſe deſpectũ. neque enim me fallit, quo id eſt omnibus notum, animum etiam ipſis generis ſignificare τὴν ψυχήν. Cùm uerò apertè hic tradat,

dat hanc animæ uim eſſe, qua diligimus. in II. tamen libro Topicorum, & in IIII. uidetur diſſentire à ſemetipſo, cùm etſi illic ſedem ac domicilium animi eſſe partem illam, qua cupimus, incenſiq; ſumus deſiderio alicuius rei iucundæ: etſi eo in loco non diſſerens de natura ipſius, ut hic facit, id protulit, ſed exempli loco. nec tamen ſcrupulum hunc contemno, ſat lectè poſſe euelli puto. inquit igitur priore loco, Cauſi odium, dixit aliquis, comitari iracundiam. foret odium in animi parte, quæ θυμοειδὴς uocata eſt. non enim illi eſt iracundia. Conſiderandum igitur, ſi contrarium ipſius eſt in ea, quæ uocatur eodem nomine. ſi namque hoc uerum non eſt (in ea enim, quæ appellatur ἐπιθυμητικὸν, eſt amicitia) non comitatur igitur odium iracundiam. Idem quoque tradidit in poſteriore, etſi illic de alia re quæſtio eſt: id eſt, ſi amicitia uel actio, qua diligimus (ut interpretatur Alexander) eſt uoluntas. Cùm tradiderit autem hic animum, id eſt habitum animæ pronum ad iram, impellere nos ad diligendum: uidendum eſt, an, quod apud Comicum eſt, amantium iras integrationem amoris eſſe, huc pertineat: ut quæ rea hoc parit, eadem etiam augeat: præſertim cùm Plutarchus in libro, cuius index eſt ἐρωτικός, idem affirmet, ueſimili etiam illuſtret. uelut enim inquit, Sol è nubibus prodiens, & poſt caliginem feruentior eſt: ita amor, cum iracundia & zelotypia reconciliatis delitijs iucundior atque acrior.

Signum autem eſt.) Ducto à ſigno argumento, id confirmat. Animus enim, inquit, atque excandeſcentia excitatur magis aduerſus familiares & amicos, quàm aduerſus ignotos, cùm aliquis putauit ſe neglectum & nullius exiſtimationis habitum. Vtitur etiam teſtimonio Archilochi, qui perſpicitur de eadem re eodem pacto exiſtimaſſe: laudatq; iudicium eius, ut alijs etiam locis fecit. Moleſtum autem ualde eſt in exemplo, paucis uerbis ipſum expoſitum fuiſſe, neque omnino certis ac planis. Cùm autem ita breue aliquid à ueteribus ſcriptoribus adponitur, nec cognitum eſt, quod antecedebat, aut ſequebatur: uix poteſt aliquid de illo affirmari. Nam cùm in Aldino exemplari legeretur, ἀπάγχου, tertia huius uerbi litera commutata: uidi calamo exaratum librum, qui habet ἀπαγχεο. quam lectionem expreſſit uetus tralatio, nec tamen non alium contrà nactus ſum, in quo eſt itidem, ἀπαγχεο: cui lectioni, niſi obſtaret uetuſtas, prorſus aſſentirer, ut ab ἄγχω factum conformata ſit hæc uox, pro ἀπάγχου: & tempore & perſona & licentia crebra apud poetas. Si enim ita legatur, notio eſt ſatis aperta. Hunc autem, tamen deditum explendæ iracundiæ, non uno loco ſolùm orationem ſuam direxiſſe ad excandeſcentiam. perſpicitur quia apud Stobæum plures iambi leguntur, quorum hoc initium eſt, Θυμὲ, θυμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε ipſis autem inſtruit animum, doceique quomodo ſe gerere debeat. & cùm uicit aduerſarios, & cùm uictus ſuperatusque eſt in pugna contra illos quorum uerſiuum primos citatur etiam à Dionyſio Halicarnaſſeo in libro, quem ſcripſit de iungendis nominibus. Sed in alijs etiam uſurpauit uerba duo, eodem pacto conformata, cùm & ἀγάλλεο & ὀρέγεο dixit: ut ἀλείφεο legitur in uerſu eiuſdem, quo eluſus fuit in Elpiniten à Pericle, cùm eam corriperet. quòd cùm uetula iam foret, ſtultè ſperaret ſe poſſe impetrare, quæ puellæ petunt ab amatoribus. Integrum carmen eſt, οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο. in quo uideor mihi debere notare unne eiuſdem modi eſſe ἀπαγχεο & ἠλείφεο, cuius ἀγάλλεο & ὀρέγεο priora enim illa duo ſunt ſecundæ perſonæ, temporis imperfecti, modi indicandi: poſteriora autem imperandi. conuenit enim ambobus in hoc. Quod autem de animo hæc dixit, illum αἴρεσθαι, id eſt extolli atque excitari: eodem uerbo uſus eſt Sophocles in Oedipo adhuc regnante, ubi de ipſo ita inducit Iocaſtam loquentem, ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους.

Et quod imperium.) Addit ſuperiori alterum argumentum, quo idem probet, illos inquam qui uocantur θυμοειδεῖς, mirificè aptos eſſe ad remp. adminiſtrandam, poſſeq; non magno negotio inſtitui ad publicam dignitatem defendendam inquiens igitur Et quod in homine eſt factum ad imperium ſuſtinendum, & libertatem tuendam, proficiſcitur ab hac poteſtate, atcepiumque ipſi referri debet: animus enim, unde illi θυμοειδεῖς inuecto nomine uocati ſunt, uim illam habet, nec patitur ſe uinci, & in contentione ulla ſuperari. Vt igitur ſententiam Platonis non probat, ita ſedulò ſuam conſtituit: oſtenditque quales debeant eſſe, qui clauum reip. tenent, demonſtrat.

Non bene autem) Refellit alteram partem ſententiæ Platonis, qua ille iudicauit, oportere cuſtodes reipublicæ, quique ipſam conſilio ſuo ac uiribus gubernarent, eſſe ignotis aſperos ac moleſtos. inquit enim, non rectè id dictum fuiſſe. neque decere quempiam talem eſſe cùm ullam, qui cæteros præ ſe contemnere poſſent, cum ſummis bonis præditi ſint, magnanimi inquam uiri, talia minimè ſint natura, id eſt feri & agreſtes. tantum enim perſonam illam induunt contra improbos ac facinoroſos mortales, uel potius ipſis perpetuò infenſi ſunt. adiungit autem de magnanimis Ita multo magis illos affici animo, ſi ſenſerint ſe deſpici à familiaribus. quod prius ceſſatum ſe narraſſe de omni genere hominum. laudat autem hoc, meritoque fieri ab illis dicit, à quibus enim ornari ſe expectabant, cùm ab illis læduntur, & detrimenti aliquid capiunt: non tantum ſe malum accipere cogitant, ſed etiam arbitrantur bono priuari. quod ſibi deberi non ſine cauſa putabant. Animaduertendum autem, putare optimum auctorem, magnanimos uiros iure optimo quibuſdam iraſci, nec impedire magnitudinem illam animi, uel potius contubernium omnium uirtutum, quin graues iuſtaſque pœnas capiant ab inimicis: ijſque omnibus, qui ipſos magna iniurija affecerint. Medea etiam apud Euripidem hoc probat: & honeſti uiri, laudiſque ueræ cupidi, officium eſſe dicit: grauem inquam ac ualde moleſtum eſſe inimicis, beneuolum autem placidumque amicis.

Vnde dictum eſt.) Confirmat idem peruagatis duabus uocibus, ac prouerbijs denique: quorum alterum erat, ſæuum eſſe bellum fratrum, ſanarique uix poſſe inimicitias exortas inter ipſos. quod certum & exploratum eſſe, exemplis comprobare neceſſe non eſt. ita multa occurrunt & uetera & recentia. Nec tamen alienum eſt admonere, idem etiam affirmaſſe grauem rerum ſcriptorem Tacitum, cùm de duorum germanorum atrocibus inimicitijs, quorum unus imperium Rom. pro uiribus fouebat: alter pro libertate ſuorum magno animo pugnabat, in XX. libro loqueretur, Præerat Iulius Briganticus ſorore Ciuilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia ſunt, inuiſus auunculo, infenſuſque: alterum uerò, qui uehementer, & quaſi præter modum dilexerunt, acerbè quoque ac ſine modo odiſſe conſuerunt.

De his igitur.) Repetit paucis, quæ modò explicuit: dicitque ſe putare de ipſis commodè à ſe diſputatum eſſe, quia hæc non poſtulant maiorem curam: inſcitéque eum facturum affirmat, qui de huiuſcemodi rebus expectat exquiſitiorem doctrinam. non enim omnia eodem pacto tractanda ſunt. Quæ namque rationi argumentiſque ſolis nituntur, requirunt ſubtiliorem animaduerſionem (neque enim ſenſu illa poſtea adiuuantur) quæ autem ſenſu percipiuntur, non egent tam exquiſita diligentia: quod enim non implerit ſtudium præcipientis, efficit abſoluitque ſenſus ipſe. Si quid igitur deſiderabit hic à quopiam, accipiet ipſum, planéque cognoſcet, cùm uidebit, aut aliquo alio ſenſu notabit.

CAPVT IIX.

QVia aũt, quẽadmodũ aliarũ rerũ, q̃ natura cõſtãt, non hæ ſunt partes totius coagmẽtatiõis, ſine qb. totũ nullo modo eſſet: manifeſtũ eſt, neq; ciuitatis partes poni oportere, q̃cũq; ciuitatib. neceſſe eſt ineſſe: neq; ullius alius cõmuniõis, ex qua unũ qđpiã gen9. Vnũ .n. qđdã & cõmune oportet eſſe, & idẽ cõmunicãtib. ſiue æquali, ſiue inæquali cõmunicabunt: ceu ſiue cib9 hic eſt, ſiue mẽſura agri, ſiue alia q̃piã huiuſc. rerũ. Quan-

ΕΠΕΙ δ', ὥσπερ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν συνεστώτων, οὐ ταῦτά ἐστι μόρια τῆς ὅλης συστάσεως, ὧν ἄνευ τὸ ὅλον οὐκ ἂν εἴη, δῆλον ὡς οὐδὲ πόλεως μέρη θετέον, ὅσα ταῖς πόλεσιν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, οὐδ' ἄλλης κοινωνίας οὐδεμιᾶς, ἐξ ἧς ἕν τι τὸ γένος. ἓν γάρ τι καὶ κοινὸν εἶναι δεῖ καὶ ταὐτὸ τοῖς κοινωνοῖς, ἄν τε ἴσον, ἄν τε ἄνισον μεταλαμβάνωσι· οἷον, εἴτε τροφὴ τοῦτό ἐστιν, εἴτε χώρας πλῆθος, εἴτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων ἐστίν.

QVoniam autẽ, quemadmodum in alijs, quæ natura conſtant, non continuo ſunt hæ totius concretionis partes, ſine quibus totum eſſe nõ poſſit: ſic in promtu eſt, neq; in ciuitatis partibus eſſe ea numeranda, quæ ciuitatibus non deeſſe debent, neq; in alius ullius ſocietatis, ex qua unum quoddam genus fiat. unum enim quoddam, & commune, & idem ſocijs ſit oportet ſiue æqualiter ſiue inæqualiter iſtius ſint participes, ſiue hoc ſit uerbi cauſa, alimentum, ſiue agri longitudo & latitudo, ſiue quid aliud tale.

At

Quando aũt fuerit hoc quidem huius gratia, hoc aũt cuius gratia, nihil in his cómune eſt: niſi huic quidem facere, huic aũt ſumere: intelligo autẽ & inſtrumento omni ad opus, quod efficitur, & opificibus: domui.n. ad fabrum nihil eſt, quod efficitur commune, ſed eſt gratia domus fabrorum ars. Quare opus eſt ciuitatib. poſſeſsione bonorũ: poſſeſsio aũt nulla pars eſt ciuitatis. Multæ aũt partes bonorum ſunt animales. Ciuitas uerò communio quędam eſt ſimilium, gratia aũt uitæ, quantũ res patitur, optimæ. Quia autẽ beatitudo eſt optimũ: hæc aũt uirtutis actio eſt, & uſus quidã perfectus. contigit autẽ ſic, ut hos qdẽ uſu ueniat participes eſſe ipſius, hos aũt paulũ quiddã, uel nihil: planũ eſt, hoc cauſam eſſe, q̃ ſunt ſpecies ciuitatis, & diſcrimina, & reſpub. plures. alio.n. modo, & per alia, ſinguli hoc indagãtes, & uitas diuerſas faciunt, & reſpublicas. Adhuc aũt conſiderandum eſt, quot hęc ſunt, ſine quib. ciuitas nullo pacto eſſet: etenim quas dicimus eſſe partes ciuitatis, in his foret neceſſarium ineſſe. Sumendus ergo eſt numerus operũ: ex his.n. perſpicuum erit. Primũ igitur adeſſe oportet alimẽtum, deinde artes: multis.n. inſtrumẽtis eget uita. tertium aũt arma: q cõmunicant.n. ipſa, neceſſe eſt & in ſeipſis habere arma, & ad imperiũ, ꝓpter eos q parére nolũt: & aduerſus eos, q extrinſecꝰ iniuriã facere aggrediũt. Adhuc pecuniæ aliquã copiã ut habeãt, & ad uſus ꝓprios ſuosq́; & ad bellicos. Quintum aũt & primũ, curam, q̃ refertur ad naturã diuinam, quã uocant ſacerdotiũ. Sextum aũt numero & omniũ maximẽ neceſſariũ exiſtimationẽ de reb. utilib. ac iuſtis inter ſe. Opera igitur hæc ſunt, qb. eget omnis ciuitas, ut ita loquar. ciuitas.n. multitudo eſt, non quælibet, ſed q̃ paratas habeat res ad uitã neceſſarias, ut affirmamꝰ. Si aũt quippiã horum deſideretur, fieri nõ poteſt ut ſimpliciter cõmunio hęc cõtenta ſuis reb. ſit. Neceſſe igitur eſt per operationes has coagmẽtatam eſſe ciuitatem. Opus ergo eſt, agricolarum eſſe multitudinem, qui parent cibaria, & opifices, & milites, & locupletes, & ſacerdotes, & exiſtimatores rerũ neceſſariarum, & utilium.

ὅταν δ᾽ ᾖ τὸ μὲν τούτου ἕνεκεν, τὸ δ᾽ οὗ ἕνεκεν, οὐθὲν ἐν γε τούτοις κοινὸν ἀλλ᾽ ἢ τῷ μὲν ποιῆσαι, τῷ δὲ λαβεῖν. λέγω δ᾽ οἷον ὀργάνῳ τε παντὶ πρὸς τὸ γιγνόμενον ἔργον, καὶ τοῖς δημιουργοῖς· οἰκίᾳ γὰρ πρὸς οἰκοδόμον, οὐθέν ἐστιν ὃ γίνεται κοινόν, ἀλλ᾽ ἔστι τῆς οἰκίας χάριν ἡ τῶν οἰκοδόμων τέχνη. διὸ κτήσεως μὲν δεῖ ταῖς πόλεσιν· οὐδὲν δ᾽ ἐστὶν ἡ κτῆσις μέρος τῆς πόλεως. πολλὰ δ᾽ ἔμψυχα μέρη τῆς κτήσεως ἐστίν. ἡ δὲ πόλις κοινωνία τίς ἐστι τῶν ὁμοίων, ἕνεκεν δὲ ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης. ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶν εὐδαιμονία τὸ ἄριστον· αὕτη δὲ ἀρετῆς ἐνέργεια καὶ χρῆσις τις τέλειος· συμβέβηκε δ᾽ οὕτως, ὥστε τοὺς μὲν ἐνδέχεσθαι μετέχειν αὐτῆς, τοὺς δὲ μικρὸν ἢ μηδέν· δῆλον ὡς τοῦτ᾽ αἴτιον τοῦ γίνεσθαι πόλεως εἴδη καὶ διαφορὰς, καὶ πολιτείας πλείους· ἄλλον γὰρ τρόπον καὶ δι᾽ ἄλλων, ἕκαστοι τοῦτο θηρεύοντες, τούς τε βίους ἑτέρους ποιοῦνται καὶ τὰς πολιτείας. ἐπισκεπτέον δὲ καὶ πόσα ταῦτ᾽ ἐστίν, ὧν ἄνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη· καὶ γὰρ ἃ λέγομεν εἶναι μέρη πόλεως, ἐν τούτοις ἂν εἴη ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. ληπτέον τοίνυν τῶν ἔργων τὸν ἀριθμόν· ἐκ τούτων γὰρ ἔσται δῆλον. πρῶτον μὲν οὖν ὑπάρχειν δεῖ τροφὴν, ἔπειτα τέχνας· πολλῶν γὰρ ὀργάνων δεῖται τὸ ζῆν. τρίτον δὲ ὅπλα· τοὺς γὰρ κοινωνοῦντας ἀναγκαῖον καὶ ἐν αὑτοῖς ἔχειν ὅπλα, πρός τε τὴν ἀρχὴν, τῶν ἀπειθούντων χάριν, καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἀδικεῖν ἐπιχειροῦντας. ἔτι χρημάτων τινὰ εὐπορίαν, ὅπως ἔχωσι καὶ πρὸς τὰς καθ᾽ αὑτοὺς χρείας, καὶ πρὸς τὰς πολεμικάς. πέμπτον δὲ καὶ πρῶτον, τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν, ἣν καλοῦσιν ἱερατείαν. ἕκτον δὲ τὸν ἀριθμὸν, καὶ πάντων ἀναγκαιότατον, κρίσιν περὶ τῶν συμφερόντων καὶ τῶν δικαίων, τῶν πρὸς ἀλλήλους. τὰ μὲν οὖν ἔργα ταῦτ᾽ ἐστίν, ὧν δεῖται πᾶσα πόλις, ὡς εἰπεῖν. ἡ γὰρ πόλις πλῆθός ἐστιν οὐ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ πρὸς ζωὴν αὔταρκες, ὥς φαμεν. ἐὰν δέ τι τυγχάνῃ τούτων ἐκλεῖπον, ἀδύνατον ἁπλῶς αὐτάρκη τὴν κοινωνίαν εἶναι ταύτην. ἀνάγκη τοίνυν κατὰ τὰς ἐργασίας ταύτας συνεστάναι πόλιν· δεῖ ἄρα γεωργῶν τ᾽ εἶναι πλῆθος, οἳ παρασκευάσουσι τὴν τροφὴν, καὶ τεχνίτας, καὶ τὸ μάχιμον, καὶ τὸ εὔπορον, καὶ ἱερεῖς, καὶ κριτὰς τῶν ἀναγκαίων καὶ συμφερόντων.

At cum duarum rerum hæc eſt illius gratia: illa autem, cuius gratia. nihil eſt in his rebus cõmune, niſi quòd hæc faciat, illa accipiat: exempli cauſa, nulli nec inſtrumento, nec opifici cum opere, quod efficitur, quicquam eſt cõmune. domui enim nihil eſt cum fabro aut architecto commune: ſed architectura & ars fabrorum domus gratia comparata eſt. Quãdo igitur hæc ita ſunt, quamuis bonorũ partorum ſeu relictorũ poſſeſsione ciuitatibus opus ſit, bonorum poſſeſsio tamen ciuitatis nulla pars eſt. Atqui multæ animatæ partes ſunt ciuitatis. Ciuitas autem ſocietas quædam ſimiliũ eſt, uitæ, quoad eius fieri poteſt, optimæ gratia conſtituta. Sed quoniam ſummum bonum eſt beatitudo: beatitudo aũt uirtutis operis functio, & uſus quidã perfectus eſt: resq́; ita cadit, ut alij poſsint eius eſſe participes & compotes, alij parum aut nihil: hæc uidelicet cauſa eſt, quamobrem ciuitatum & rerump. plura & diſsimilis genera extiterint. Nam dum alij alijs modis alijsq́; uijs ac rationibus ſinguli hoc aucupantur atq́; inueſtigãt: & uitæ genera diuerſa efficiunt, & reipublicæ adminiſtrandæ formas diſsimiles. Quàm multæ autem hæ res ſint numero, ſine quibus ciuitas eſſe non queat, uidendũ eſt. Nã quas ciuitatis parteis eſſe dicimus eæ in his reb. inſint neceſſe eſt. Ergo operum numerus ſumendus eſt, ex his enim intelligere licebit. Primum igitur uictus ſeu alimentum ſuppetere debet: deinde artes. multis enim inſtrumentis opus eſt ad uitam degendam: tertio loco arma. eos enim, qui ſocietatem ciuilem coierunt, armis inſtructos eſſe neceſſe eſt, & aduerſus eos, qui imperium reſpuunt, legibusq́; parère nolunt, & aduerſus externos iniuriam facere conanteis. deinde aliqua pecuniæ uis et copia tum ad uſum domeſticum atq; urbanum, tum ad ſumtum rei militaris. quintum eſt id, quod primo loco ponendum fuit, rerum diuinarum & cæremoniarum curatio, quam ſacerdotium appellant. poſtremum eſt & ſextum, omniumq́; maximè neceſſarium, iudicium de rebus utilibus & de rebus iuſtis, quæ ciuibus inter ipſos intercedunt. Hæ ſunt res, hæcq́; opera, quæ omni ciuitati opus ſunt, quæ quidem relatu digna ſint. Ciuitas enim multitudo eſt non fortè oblata, ſed ad uitã degendam ſuis ipſa bonis cõtenta, ut dicimus. Quòd ſi quid borũ fortè deſit, fieri non poteſt abſolutè, ut hæc ſocietas ſuis ipſa bonis ſit cõtenta. In borũ igitur operũ effectionib. cõſiſtere ciuitatẽ neceſſe eſt. Oportet ergo & agricolarũ eſſe multitudinẽ, qui alimentũ uictumq́; præbeãt, & artifices, et uiros militares, et locupletes, & ſacerdotes, & iudices, qui de reb. iuſtis ac utilib. ſtatuãt.

COMMENTARIVS.

Quia autem.) Oſtendit, exiſtimari non debere partes ciuitatis cuncta, quæ requiruntur ad conſtitutionem illius. ſunt [illegible] quædam, ſine quibus ipſa manere nullo pacto poteſt, quæ tamen partes uocandæ non ſunt. Declarat autem hoc ſimili [illegible] pro à rebus naturalibus. omnia enim in illis, quod ſatis apertum eſt, planiusq; intelligitur. [illegible] omnia quæ ſeruiunt [illegible] earum, perficiuntque res eas, partes ipſarum eſſe uerè creduntur. Idem igitur uſu uenire affirmat in ciuitate, & in omni alia communione, ex qua conficitur unum genus, & quaſi unum corpus.

Vnum enim.) Non loquitur communione ſolùm illa, quæ uocatur ciuitas: ſed de omni communione, in qua tradit, unum quidpiam oportere eſſe, quod commune ſit omnium illorum, qui partes ſunt eius communionis, ſiue æqualiter, ſiue [illegible] qualiter participes illius ſint, ut quidam ipſorum maiorem eius partem accipiant in diuiſione eius boni: quidam uerò mi norem. Neque uerò neceſſe eſt, omnes qui ſocij ſunt eiuſdem operis, æqua parte fructus, qui inde capitur, frui: niſi perſonæ ipſorum pares ſint, & labores etiam æquales. Explicat autem quale ſit illud, quod intelligit, atque inquit: Ceu frumentum, aut aliquæ aliæ, quib. homines ueſcuntur, ſiue ager ſit, ſiue aliud quippiã è genere borum, quæ utilia uitæ hominũ ſint.

Quando autem.) Aperit nunc, quando nihil commune inter aliquos exiſtit: cauſamque huius affert, ut eripiat errorem animi aliquibus, qui in hoc peccarent. Quando igitur, inquit, eorum qui falsò putarentur commune aliquid habere, unum fuerit eius generis, quod alius cauſa laborat ſeruitque illi: alterum uerò, cuius cauſa conficitur opus, nihil profectò commune inter hæc eſſe poteſt, niſi aliquis ita accipiat arbitraturque conuenire ipſis aliquo modo: quia ipſorum alterum molitur fabricatque id opus: alterum uerò ſumit ipſum, atque eo utitur. Explicat autem magis quod ſignificare uult, atque exemplum eius ponit: inquit enim: Ceu omni inſtrumento nego aliquid commune eſſe cum opere, quod efficit, & opificibus ipſis. Exempli cauſa, domui cum fabro, qui ipſam ædificauit (nihil enim commune eſt his) uerùm omnis ars ſtudiumque fabri refertur ad domum. quare addit, ut propius accedat ad ea, quæ in manibus habet concluditq; quod uult, opus [illegible] eſt bonis: nec manet illa, niſi poſsideat, quæ neceſſaria ſunt: non tamen poſſeſsio ipſorum, eſt pars aliqua ciuitatis. N[illegible] autem dubium, quin multæ res anima præditæ, partes ſint patrimonij, numerenturque in bonis [illegible] pecora, iumenta [illegible]. Ciuitas uerò, inquit, eſt communio ſimilium quod, ut patefactum eſt, uſu non uenit in ſuperioribus rebus quæ communio inuenta eſt uitæ optimæ cauſa, ſi non perfectæ atq; abſolutæ, quantum materia illa patitur.

Quia autem beatitudo) Propoſitum auctori eſt oſtendere, quæ requiruntur ad ciuitatem conſtituendam. Pr[illegible] igitur [illegible] clarat, unde exiſtat uarietas diſsimilitudoq; rerumpublicarum: quæ plurium proficiſci ut à diſsimilitudine [illegible] populi cuncti unum eundemq; finem ſibi propoſuerunt in ordinando ſtatu ciuitatis: ſed ſæpe longè alium [illegible] quit igitur, ſumptis quibuſdam ſatis planis. Quia autem uita beata eſt quoddam optimum: hæc uerò, uita inq[illegible] eſt actio uirtutis, & uſus quidam ipſius integer ac perfectus, & quo melior abſolutiorque nullus inuenitur: con[illegible] uitiis & imbecillitate ingeniorum humanorum, ut hi eſſe queant participes ipſius: hi autem puſillum eius attingan[illegible] uitus inde deijciantur. Poſt hæc iam expoſita redditionem adfert, concluditque ſententiam, perſpicuum eſſe affirm[illegible] cauſam eſſe, cur extitant ſpecies ciuitatis & diſcrimina inter ipſas, eodemq; pacto reſpub. plures. alia namq; uia & [illegible] culoſq; diuerſarum rerum ſinguli mortales hæc uenantur & adipiſci ſtudentes, uitas longè alias effecerũt, & reſp [illegible].

Alius autem) Inueſtigat ſanè auctor, quæ ſint partes ciuitatis: ut autem ipſas inueniat, enumerat illa, ſine [illegible] conſtare non poteſt. intelligit enim in ipſis profectò exiſtere, quæ ſedulò quærit, etſi non omnia, quæ neceſſaria [illegible] ſtatu eſt, partes ipſius ſunt: ita tamen facilius inueniuntur. Inquit igitur, illa ſumenda eſſe à factis quorum operum ipſorum numero deprehenſum futurum prorſus, ut pateant affirmat. Non ſine cauſa ſuſpicaretur aliquis, facorus indicium ueteris tralationis, defeciſſe in Græco exemplari unum aut alterum uerbum ante [illegible], ſic enim in ipſa nunc legitur quæ quamuis rudis, fidelis tamen eſſe ſolet. Propriè à quo, uel ut in alio, ſcripto itidem, Propriè quod.

Primùm igitur.) Exponit, quæ neceſſaria indicat ciuitati: ſunt autem illa numero ſex. Primum eorum nominat alimentum, ſine quo uiui non poteſt, ſi nullum ſit: ſi uerò deficit comparetur, ægrè miſereque. Deinde artes exiſtimat eſſe neceſſarias: in primis autem quæ moliendis operibus incumbunt, qualis eſt ars fabrorum materiariorum, & eorum qui domos cõſtruunt, textorum, & cæterorum his ſimilium, hoc autem uerum eſſe declarat, dicens: Multis enim inſtrumẽtis eget uita hominũ, quæ commoda auxiliaque ſine artibus non obtinentur. Non enim intelligit ſolùm nunc inſtrumenta, quibus artes utuntur ad opera ſua conficienda: ſed etiam quæ ſimilitudinem aliquam eorum habent, quia multum ualent ad bene beateq; uiuendum. Tertium commemorat arma, complectens [illegible] uerbo, quibus plagas infligimus, & quibus ſalutem noſtram noſtraq; tuemur: quæ neceſſaria eſſe tradit ad imperium retinendum, cui periculum creatur (ut narrat) à domeſticis & ab externis hoſtibus reipublicæ. Magiſtratus enim egent armis ad retinendos in officio improbos ciues, qui recuſant parere legibus: ſimulque copijs aliquibus indiget ciuitas ad impetum hoſtium coercendum, qui facilè ciuitatem ſpoliatam armis incurrerẽt. Præterea pecuniæ uim aliquam & copiam (hoc enim quartum eſt) cuius etiam ſumptuum uſum eſſe tradit. ſine pecunia namque non poteſt ciuitas adminiſtrari. Sumptus enim tranquillis quoque temporibus certi quidam neceſſarij ſunt, ſed res quoque bellicæ, & multo etiam magis requiruntur: unde nerui articuliq; belli à quibuſdã idcirco pecuniæ uocatæ ſunt [illegible] tum, & quod antecedit reliqua, cultum deorum eſſe dicit: quæ res uincit reliquas, quia refertur ad deos, capitq; hunc gradum honoris à perſonis quas curat. Quomodo etiam munus illud uocare ſoli Græci ſoliti ſint, oſtendit. inquit enim, [illegible], curam hanc ab illis appellari. Sextum numero eſſe inquit, quod maximè neceſſarium eſſe affirmat reipub. ſcilicet [illegible] & concordiæ ciuium exiſtimationem, iudiciumq; prudentiorum, quæ prodeſſe queunt ciuitati [illegible] à probis, contracta autem repudientur ſimulq; ut cauſæ ciuium litesq; æqualiter iuſtèq; iudicentur. ſignificare enim uidetur iſtorum [illegible], in qua de rebus publicis deliberetur, & non forum & curiam.

Opera igitur) Expoſitis ſuperioribus affirmat, quæ enumerauit ea eſſe, quibus eget omnis ciuitas. intelligens etiam ſe de rebus agere, de quibus nihil certi exquiſitique tradi poſſet. uariantur enim illæ nonnihil, mutatis locis atque [illegible] populorum: addidit, ut ſe uindicet ab omni reprehenſione, liceat mihi ita loqui, & eorum numerum in rebus non [illegible] certis ponere. contingit enim, ut ciuitas aliqua ſit, quæ horum aliquo non indigeat: inueniretur etiam, quæ unoquopiam aut altero præterea egeat. Conſtituit autem quod dixit, probatque ea neceſſaria eſſe, redigens nobis in memoriam, quod antea dictum eſt, id eſt, quæ ſit uis rationque huius rei, & quæ uerè uocetur ciuitas. neque enim quamlibet multitudinem ciuitatem eſſe dicit, ſed certam quandam & præditam ijs bonis, quibus maximè contenta ſit ac commodè uiuat. Qu[illegible] horum quippiam deſideratur, fieri non poſſe, inquit, ut ſimpliciter hæc communio abſoluta expletaque ſit. exempli cauſa, ſi penuria frumenti illic fuerit, eodemque pacto inopia pecuniæ publicæ, nullumq; artium, ſiue aliud quippiam numero eorum, quæ ſuprà appellata ſunt. [illegible], quod inquit, non uaim, ut uerè dicam, ſicut interpres quidam accepit: ſed contrà contexit, & quaſi leuiter emendat quod dixerat, ciuitatem omnem. ſunt enim è numero harum rerum, & quaſi operum artium, quæ [illegible] talleant, nonnulla, quibus non omnino egent ciuitates, ſed ſine illis manent. quod autem infrà addit, [illegible] id ſignificat planè: & hunc ſeorſum illius eſſe, iudiciumque teſtatur.

Ne eſſe igitur) Concludit rationem, affirmans ex his quæ modò dicta ſunt, cognoſci ui ſtudioſum, officinaremque appellatarum conſtare ciuitatem, ac u[illegible] poſſe ſine ipſis manere. unde perſpicitur, oportere illic e[illegible], qui ea mol[illegible] induſtria ſua, ac fabricent: id eſt agricolas, opifices & cæteros, quos enumerauit, ne cogatur illa ſemper aliunde petere magno cum labore ac ſumptu: nec prompta ea unquam habere.

u [illegible] al. [illegible] id eſt de rebus neceſſarijs & utilibus.

CAPVT IX.

His aũt reb. explicatis, reliquum eſt conſiderare: utrum omnes deceat omnib. his com-

Διωρισμένων δὲ τούτων λοιπὸν σκέψασθαι, πότερον πᾶσι κοινωνητέον πάντων τού-

HIS autem deciſis ac definitis, reliquum eſt, ut uideamus utrum hæc omnia debeant omnium [illegible]

commnnicare. contingit. n. eoſdem omnes eſſe & agricolas & opifices, & qui deliberēt & qui iudicent, ſiue ſingulis munerib. expoſitis alios proponendum ſit: ſiue hæc quidē propria, hæc autem communia omnium neceſſariò ſunt. Non in omni autē hoc repub. (quemadmodum enim diximus) contingit & omnes omnib. cōmunicare: & non omnes omnibus, ſed quoſdam ipſorū. Hæc enim reddunt reſpublicas diuerſas. In ſtatibus enim multitudinis participes ſunt omnes omnium, in dominatib. autem paucorū, contrà. Quia aūt propoſitum nobis eſt quærere de optima repub. hæc autem eſt, per quam ciuitas eſſe poſſet maximè beata, beatitudinem aūt ſine uirtute impoſsibile eſſe obtineri, dictum eſt à oobis prius: manifeſtū eſt in ciuitate, quæ pulcherrimè remp. adminiſtret, & quę iuſtos uiros habet ſimpliciter, ſed nō ad ſuppoſitionem, neq; uitam artificum humilium, neq; forenſem oportere ciues uiuere: ignobilis enim eſt hniuſcemodi uita, & ad uirtutē ſubcontraria. neq; oportet agricolas eſſe: opus enim eſt otio & ad uirtutem gignēdam, & ad actiones ciuiles obeundas. Quia autē & quod militiæ ſeruit, & quod deliberat de his quę conducūt, & quod exiſtimat de reb. iuſtis exiſtit, & partes hæ ciuitatis perſpiciuntur maximè eſſe, utrū diuerſa & hęc ponendum, uel iiſdem tribuendum eſt ambo? Perſpicuum aūt & hoc, aliquo modo iiſdem, aliquo autē & diuerſis. qua enim alius uiriditatis utrūque horum operum eſt, & hoc quidem eget prudentia, hoc autem corporis uiribus diuerſis: qua uerò unum eorum eſt, quæ fieri non poſſunt, ut qui ualent uim adhibere ac reſiſtere, hi ferant perpetuò ſibi imperari, hac utique eoſdem. Qui enim in ſua manu habent arma, in eorundem arbitrio eſt maneat, an non maneat reſpublica. Reſtat igitur ambobus, ipſis tribuere rempublieam hanc: non autem ſimul, ſed ut narura fert, robur enim in iunioribus, prudentia autem in ſenioribus. Sic igitur ambobus aſsignare utile ac iuſtnm eſſe uidetur: habet enim diuiſio hæc, quod ex dignitate eſt. Quin etiam & poſſeſſiones bonorum opus eſt in his extare: neceſſe enim eſt diuitias ciuibus adeſſe: Ciues autem hi:

τῶν. ἐνδέχεται γὰρ τοὺς αὐτοὺς ἅπαντας εἶναι καὶ γεωργοὺς καὶ τεχνίτας, καὶ τοὺς βουλευομένους καὶ δικάζοντας, ἢ καθ' ἕκαστον ἔργον τῶν εἰρημένων ἄλλους ὑποθετέον. ἢ τὰ μὲν ἴδια, τὰ δὲ κοινὰ τούτων ἐξ ἀνάγκης ἐστίν. οὐκ ἐν πάσῃ δὲ τοῦτο πολιτείᾳ (καθάπερ γὰρ εἴπομεν) ἐνδέχεται καὶ πάντας κοινωνεῖν πάντων, καὶ μὴ πάντας πάντων, ἀλλὰ τινὰς τινῶν. ταῦτα γὰρ καὶ ποιεῖ τὰς πολιτείας ἑτέρας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς δημοκρατίαις μετέχουσι πάντες πάντων· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, τοὐναντίον. ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν σκοποῦντες περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας· αὕτη δ' ἐστὶ, καθ' ἣν ἡ πόλις ἂν εἴη μάλιστ' εὐδαίμων, τὴν δὲ εὐδαιμονίαν ὅτι χωρὶς ἀρετῆς ἀδύνατον ὑπάρχειν, εἴρηται πρότερον, φανερὸν ὡς ἐν τῇ κάλλιστα πολιτευομένῃ πόλει, καὶ τῇ κεκτημένῃ δικαίους ἄνδρας ἁπλῶς, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, οὔτε βάναυσον βίον, οὔτ' ἀγοραῖον δεῖ ζῆν τοὺς πολίτας· ἀγεννὴς γὰρ ὁ τοιοῦτος βίος, καὶ πρὸς ἀρετὴν ὑπεναντίος, οὐδὲ δὴ γεωργοὺς εἶναι· δεῖ γὰρ σχολῆς καὶ πρὸς τὴν γένεσιν τῆς ἀρετῆς, καὶ πρὸς τὰς πράξεις τὰς πολιτικάς. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ πολεμικὸν, καὶ τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν συμφερόντων, καὶ κρῖνον περὶ τῶν δικαίων ἐνυπάρχει, καὶ μέρη φαίνεται τῆς πόλεως μάλιστα ὄντα, πότερον ἕτερα καὶ ταῦτα θετέον, ἢ τοῖς αὐτοῖς ἀποδοτέον ἄμφω; φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο· διότι τρόπον μέν τινα τοῖς αὐτοῖς, τρόπον δέ τινα καὶ ἑτέροις· ᾗ μὲν γὰρ ἑτέρας ἀκμῆς ἑκάτερον τῶν ἔργων, καὶ τὸ μὲν δεῖται φρονήσεως, τὸ δὲ δυνάμεως, ἑτέροις· ᾗ δὲ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ τοὺς δυναμένους βιάζεσθαι καὶ κωλύειν, τούτους ὑπομένειν ἀρχομένους ἀεὶ, ταύτῃ δὲ τοῖς αὐτοῖς. οἱ γὰρ τῶν ὅπλων κύριοι, καὶ μένειν, καὶ μὴ μένειν κύριοι τὴν πολιτείαν. λείπεται τοίνυν τοῖς αὐτοῖς μὲν ἀμφοτέροις ἀποδιδόναι τὴν πολιτείαν ταύτην· μὴ ἅμα δὲ, ἀλλ' ὥσπερ πέφυκεν, ἡ μὲν δύναμις ἐν νεωτέροις, ἡ δὲ φρόνησις ἐν πρεσβυτέροις ἐστίν. οὐκοῦν οὕτως ἀμφοῖν νενεμῆσθαι συμφέρει καὶ δίκαιον εἶναι· ἔχει γὰρ αὕτη ἡ διαίρεσις τὸ κατ' ἀξίαν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς κτήσεις δεῖ εἶναι περὶ τούτους· ἀναγκαῖον γὰρ εὐπορίαν ὑπάρχειν τοῖς πολί-

nia: (fieri enim poteſt, ut iidem omnes ſint & aratores, & artifices, & conſultatores, & iudices) an unicuiq; operi et muneri, quod à nobis commemoratum eſt, alij atq; alij præficiendi ſint, an quædam ex his propria, quædam neceſſariò ſint communia. Non in omni autē reip. adminiſtrandæ forma hoc locum habet. nam, quemadmodum diximus, fieri poteſt, ut & cum omnibus omnia communicentur, & non omnia cum omnibus, ſed quædam cum quibuſdam. Hæc enim diſsimiles reipubl. adminiſtrandæ formas gignunt. In democratijs enim omnes omnium ſunt participes in oligarchijs contrà. Quoniam autem ſors ita tulit, ut de optima reipub. adminiſtrandæ forma cōſideraremus: hæc autem eſt, ex qua ciuitas maximè fortunata et beata eſſe poſsit: at beatitudinem ſine uirtute conſtare non poſſe, antè dictum eſt. perſpicuum eſt in ea ciuitate, quæ optimè regitur rectiſsimeq; adminiſtratur, quæq; uiros poſsidet ſimpliciter & abſolute, nō ex conditione iuſtos ciueis, neque illiberalem et ſordidam, neq; cauponariam & tabernariam uitā degere oportere. humilis enim minimeq; generoſa talis uita eſt, & uirtuti aduerſaria. neque uerò agricolas eſſe: otio enim opus eſt tum ad uirtutis ortum, tum ad actiones ciuileis. Quoniam autem ineſt in ciuitate & genus hominum militare, et id quod partim de utilibus deliberat, partim de iuſtis diſceptat & iudicat, quæ duo genera ciuitatis partes in primis uidentur eſſe: utrum etiam hæc munera diuerſis habēda ſūt, an iiſdē utraq; aſsignāda & mandanda ſunt? Atqui hoc quoq; perſpicuū eſt, quāobrē quodā modo iiſdē, quodā modo diuerſis ſint mandanda: Nā qua ratione utrūq; munus ad aliud tempus ætatis accommodatum eſt, & alterum prudentia, alterum uirib. corporis eget, alijs mandari debent: qua ratione uerò fieri nō poteſt, ut qui uim afferre & prohibere poſſunt, hi ſemper ſe ſub imperio eſſe æquo animo ferāt, hac ratione iiſdem. nam penes quos armorū eſt arbitrium & poteſtas, eorundem arbitratu manet & non manet reip. adminiſtrandæ forma. Reliquū igitur eſt, ut iiſdem quidem hæc utraq; reip. adminiſtrandæ pars ſit mandanda, uerùm nō uno tempore, ſed quemadmodū uires corporis in iuuenibus, prudētia in ſenib. ſolet ineſſe natura: ſic ambob. diſtribui & utile & iuſtū eſt. habet enim hæc diuiſio ac diſtributio rationem dignitatis. Iam uerò etiam hos bona poſsidere oportet. Ciuibus enim facultates & copiæ rei familiaris ſuppetant neceſſe eſt. at bi

opifices enim tenues non ſunt participes ciuitatis, neq; aliud ullum genus, quod non obit opus uirtutis. Hoc autem manifeſtum eſt è ſuppoſitione: uitá enim beatam ducere, neceſſe eſt cum uirtute adeſſe, beatam autem ciuitatem nó ad partem aliquam ipſius reſpicientes decet dicere, ſed ad omnes ciues. Manifeſtum auté eſt, oportere prædia eſſe horú, ſiquidem neceſſe eſt eſſe agricolas, ſeruos, uel barbaros, uel pauperculos, qui ſedes habent in agro. Reliquum aút eſt è numero eorum, qui dicti ſunt ſacerdorú genus: apertus autem eſt horum ordo. Neq; enim agricola neque tenuis opifex, ſacerdos conſtituendus eſt: à ciuibus enim decet coli deos. Quia autem ciuium genus diuiſum eſt in duas partes, hoc eſt in illud, quod arma geſtat: & alterum, quod adhibetur ad deliberationes. decet autem cultum tribuere dijs, & requieté capere in illis colendis eos, qui per ætatem defecerút, hos aſsignare oportet ſacerdotijs. Sine quib. igitur ciuitas nó conſtat, & quot partes ſunt ciuitatis, dictú eſt: agricolæ namque & artifices, & omne genus mercenariorum neceſſario adſunt ciuitatibus: partes autem ciuitatis ſunt, quód arma geſtat & deliberat. & diſtinctum eſt unumquodq; horum: hoc quidem ſemper, hoc aut per uices.

ταις. πολῖται δὲ οὗτοι· τὸ γὰρ βάναυσον οὐ μετέχει τῆς πόλεως, οὐδ' ἄλλο οὐθὲν γένος, ὃ μὴ τῆς ἀρετῆς δημιουργόν ἐστι. τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῆς ὑποθέσεως· τὸ μὲν γὰρ εὐδαιμονεῖν, ἀναγκαῖον ὑπάρχειν μετὰ τῆς ἀρετῆς· εὐδαίμονα δὲ πόλιν οὐκ εἰς μέρος τι βλέψαντας δεῖ λέγειν αὐτῆς, ἀλλ' εἰς πάντας τοὺς πολίτας. φανερὸν δὲ, καὶ ὅτι δεῖ τὰς κτήσεις εἶναι τούτων, εἴπερ ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς γεωργοὺς, δούλους, ἢ βαρβάρους, ἢ περιοίκους. λοιπὸν δὲ ἐκ τῶν καταριθμηθέντων τὸ τῶν ἱερέων γένος. φανερὰ δὲ καὶ ἡ τούτων τάξις· οὔτε γὰρ γεωργὸν, οὔτε βάναυσον ἱερέα καταστατέον· ὑπὸ γὰρ τῶν πολιτῶν πρέπει τιμᾶσθαι τοὺς θεούς. ἐπεὶ δὲ διῄρηται τὸ πολιτικὸν εἰς δύο μέρη, τουτέστι τό, τε ὁπλιτικὸν καὶ τὸ βουλευτικόν· πρέπει δὲ τήν τε θεραπείαν ἀποδιδόναι τοῖς θεοῖς, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν ἔχειν περὶ αὐτοὺς τοὺς διὰ τὸν χρόνον ἀπειρηκότας, τούτους ἂν εἴη ταῖς ἱερωσύναις ἀποδοτέον. ὧν μὲν τοίνυν ἄνευ πόλις οὐ συνίσταται, καὶ ὅσα μέρη πόλεως, εἴρηται· γεωργοὶ μὲν γὰρ, καὶ τεχνῖται, καὶ πᾶν τὸ θητικὸν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν ταῖς πόλεσι· μέρη δὲ τῆς πόλεως τό, τε ὁπλιτικὸν καὶ βουλευτικόν. καὶ κεχώρισται δὴ τούτων ἕκαστον, τὸ μὲν ἀεὶ, τὸ δὲ κατὰ μέρος.

bi ſunt ciues. nam id genus hominum, quod artes illiberales & ſordidas exercet, non eſt particeps ciuitatis, neque ullum aliud, quod non eſt uirtutis opifex. hoc autem eo quod poſitum eſt, & ex cōditione dicta in promptu eſt. Nam uita beata cum uirtute coniuncta ſit oportet neceſſe eſt. Beata autem dicenda ciuitas eſt, non parte aliqua ſpectata ciuitatis, ſed omnibus ciuibus. perſpicuum autem etiam ex eo eſt, ciues copioſos et locupletes eſſe oportere, quód neceſſe eſt agricolas eſſe aut ſeruos, aut barbaros, aut accolas, et quaſi glebæ addictos, quod genus hominum Periœcos [illegible] uocant. Reliquum eſt ex ijs, quos ſup[illegible] enumerauimus, ſacerdotum genus. Atq; horum quidem deſcriptio & ordinatio non obſcura eſt. nam neq; agricola, neq; illiberalis & ſordidus artifex ſacerdos inſtituendus eſt. à ciuibus enim deos coli decet. Quoniam autem ciuilis multitudo in duas partes diſtributa eſt hoc eſt in milites grauioris armaturæ & ſenatores, decet autem & dijs immortalibus cultum tribuere, et ætate grandibus temporisq; ſpatio defeſſis requieſcendi licentiam dari. his uidentur ſacerdotia eſſe deferenda. Sine quibus igitur rebus ciuitas conſtare non poſſit, & quot ſint partes ciuitatis, dictum eſt. Nam agricolæ quidem & opifices, & omnis mercenariorum hominū turba ciuitati ſuppetat neceſſe eſt: ſed partes ſunt ciuitatis grauioris armaturæ milites & ſenatores. & ſingula hæc genera ita ſeparata ac diſtincta ſunt, ut alia ſemper, alia uiciſſim & à certo tempore ſuo munere fungantur.

COMMENTARIVS.

His autem rebus.) Significarat ſe non poſſe tradere commodè, quæ ſint partes ciuitatis, niſi prius docuiſſet quæ neceſſaria ipſi ſunt: quibus iam expoſitis, incipit ordiri illa ipſa, ſumitque adhuc quædam, quæ hanc præceptionem adiuuant. Inq[illegible] enim, rem dignam quæſtione eſſe, utrum omnes, qui illic uiuunt, participes omnium eorum munerum eſſe debeant [illegible] nim quinq; adminiſtrari remp. poſſe teſtatur) quia fieri poſſe inquit, ut ijdem omnes diuerſa illa munera obeant, ſint[illegible] agricolæ & opifices, & deliberent de republica, & cauſas iudicent: an contrà, inquit, ſingulis enumeratis operibus d[illegible] tribuere opus eſt, qui illa exerceant: ſiue, quod tertium quoddam eſt, ſunt illa diuidenda atque hæc munera prop[illegible] q[illegible] modam, hæc uerò communia omnium neceſſe eſt eſſe.

Nouum enim.) Hoc quod proximè dixit, quædam ſcilicet munera propria eſſe quorundam, quædam uerò co[illegible] muni omnium: non uim nouitatis, locumque habere in omni republica, inquit. Declarat enim iam, hunc ordinem propri[illegible] eſſe optimæ reipublicæ: non uero noſtre autem id ſignificat, quia contingit in quadam republica omnes participes eſſe omnium, nec quempiam excludi ab honoribus publicis. in diuiſione enim rerump. hoc docuerat, & in alia quadam, q[illegible] oſdam tantùm certos ac definitos quorundam. quam rem hic cauſam eſſe inquit, ut reipublicæ longè aliæ ac diuerſæ ſint. Verum autem hoc eſſe admonet, tanquam exemplis poſitis, redigensq; nobis in memoriam, quæ iam monſtrauit inquit enim: In ſtatibus namq; multitudinis omnes omnium participes ſunt, ſine diſcrimine ullo: in dominatibus autem paucorum contrà. diſtinguuntur enim in illis officia diſtinctione ordinum.

Quia autem.) Elicit è uita hominum, qui regere debent ciuitatem, quam fingit, artes nonnullas, nullam in partem ipſius ſini eius reipublicæ, & quæ contaminarent ipſam. Primùm autem illos eſſe non uult opifices tenues ac ſordidos, quos uocat *βαναύσους*, niſi potius putamus ualere hoc nomen eos, qui duras artes & fabriles exercent: neque tales probat [illegible] uale [illegible] qui forum rerum uenalium premunt, indignam uitam ducunt. Deinde remouet ab ipſa artem agricolarum, qui [illegible] cientes uiuunt, redditis diligenter rationibus ſui conſilij. Sumit autem quædam, ut hæc conſtituat, ſatis aperta certa[illegible] titurque ipſis quaſi fundamentis. inquit igitur: Quia quærimus de optima republica, & præſtantiſſima omnium: h[illegible] autem eſt, in qua maximè bene beateque uiuitur. Non poſſe autem manere uitam beatam ſine uirtute à nobis ante [illegible] eſt, planum apertumque eſt (hæc autem eſt redditio ſententiarum, quas poſuit) in ciuitate, quæ rem [illegible] am communem [illegible] beatiſsimè regat, quæque ciues habeat iuſtos, non poſſe locum habere artes eas, quas infrà appellat. Verumtamen antequ[illegible] eas enumeret, cùm iuſtos uiros nominaret, intelligeretque ipſos non uno ſolùm modo capi poſſe, quomodo eos accipi uelit ſignificat. Sunt enim iuſti uiri [illegible], qui ſeruiunt fideliter ſuæ reipublicæ, cuiuſmodi illa ſit [illegible] præceptaque eius cuſtodiunt: uerius tamen ita uocantur, qui in optima republica ita ſe gerunt, legesque eius ſeruant. hi igitur ſimpliciter iuſti ſunt: ſunt enim ornati uirtute ipſa. Alteri quaſi ex pacto ac conuento iuſti uocantur: niſi enim referrentur ad leges in [illegible] taque eius ciuitatis, uerùm ſecreti in ſimplicitateque ſpectarentur, tales nullo pacto dicerentur. hoc igitur auctor ſignificare uoluit, erroris tollendi cauſa. De artibus autem aut humilibus nimis, corpusque uitiantibus, aut aſsiduam operam re[illegible] rentibus, laboresque continuos, quas depellit ab ea republica, dictum iam a me eſt. Cauſæ, propter quas artes hac[illegible] les & operoſas repudiet, eſſe dicit: quia uita occupata in miniſterijs uilibus eſt ignobilis, ac uirtuti contraria, quæ [illegible] debet

debet in rebus plenis dignitatis: uita uerò ruſticorum impedit ortum uirtutis & uſum eiuſdem. opus enim eſſe dicit otio, honeſto ſcilicet, ac requiete à moleſtis ſecularibusque curis, ut paretur primum, deinde exerceatur uirtus. Qui enim coguntur uictus parandi cauſa aſſidui eſſe in agro, ruſticisq́; operibus: naq; ſe erudire poſſunt, naq; nauare operam reipublicæ.

Quia autem.) Quærit è numero eorum, quæ dixit, quæ nam eædem perſonæ aliquo modo educatur, & quę minimè eadem in uidem uitæ, uet ualeant aptè ab iiſdem adminiſtrari, diſſoluitq́; infrà hunc nodū. Primùm igitur declarat ordinem ciuium, qui rem bellicam curat: neque hunc ſolùm, uerum etiam qui deliberat de republica, quiq́, cauſas liteſque forenſes diiudicat poſſe ex iiſdem hominibus aliquo modo conſtare, alia uerò ratione è diuerſis ac diſſimilibus. Rem autē hanc quæſtione dignam non debere ullo pacto dubiam incertamque relinqui oſtendit quia, ut teſtatur, perſpicuum eſt hae eſſe maximè partes ciuitatis. Quid autem ſentire nos oporteat de partibus tanti momenti, exploratum eſſe debet.

Perſpicuum autem.) Satis apertum hoc etiam eſſe affirmat, neq, perdifficilem habendam quæſtionem hanc. Quæ namq, contraria uidentur, non eſſe omnino talia ſignificat: exiſtit enim ratio, qua concilientur, ut accuratè docet, aliquo igitur modo committuntur diuerſa illa munera iiſdem hominibus. aliquo autē alijs ac diſcrepantibus. Qua ratione enim, inquit, utrumq; opus miniſteriumq́; requirit alium ſtatum hominis ac uiriditatem, longè alijs ac diuerſis tribuuntur: non enim commodè conſilia capiuntur de magnis rebus ab adoleſcentibus, quæ ætas idonea eſt armis tractandis. Egere igitur, dicit, officium ſenatorium & omnium aliorum, qui ſtatuunt de magnis rebus, prudentia: militare autem bellicumq́, uiribus corporis ac robore. Ambo autem hæc munera propria eſſe ſui ſtatus, inquit: quia conſilia recta non dantur, niſi à peritis multarum rerum ac ſenibus. hæc enim eſt uiriditas floſq́; conſiliorum. Ita autem locutus eſt, quia iuuenes etiam ſententiam dicere poſſunt: ſed hæc ætas ea nō eſt, à qua illa nunc expectantur. Declarat hoc uerū eſſe teſtimonium Neuij, quod citauit etiam M. Cicero, cùm ornaret ſenectutem. Prouenichant oratores noui, ſtulti, adoleſcentuli: quæ uerò ſtatim ipſe addidit, mirificè conueniunt ſententiæ noſtri doctoris in iudicio, quod facit de utraq; contrariè utet ſe ætate. Temeritas eſt, uidelicet florentis ætatis: prudentia, ſenectutis Eodem pacto etiam qui uergerent ad ſenectutem, in militiam proficiſcerentur: ſed id munus certè ab illis non adminiſtratur. Exponit poſt hæc accuratè, quomodo dicantur peruenire ad eoſdem eadem munera: & quaſi nos cogi affirmat hæc facere, neceſſitatemq́; nobis eius rei impoui. Unum igitur tradit eſſe eorum, quæ effici non poſſunt, illos qui uim adhibere queunt, & cùm in animum inducunt depellere à ſe illam ignominiam, uelle perpetuò parere ſtultumq́, eſſe putare, ipſos contentos ea conditione fore, cùm in manu ſua imperium habeant. Hac igitur ratione, inquit iiſdem concedi rer hæc cura. Probat autem uerum eſſe, declaratq́;, quod obſcurius dixerat, his uerbis: Qui namq, in ſua poteſtate arma habet, & tanquam ipſarum domini ſunt: iidem etiam reip. domini ſunt, ualentque cùm libuit ipſis, eam & tueri & euertere.

Reſtat igitur.) Hæc eſt concluſio totius rationis, ratioque ſatis bona componendi hanc litem Reſtat enim, inquit, & hue omnium confugere debemus: reſtat, inquam, ambobus his impertiri hoc munus, poteſtatemq́, ipſis facere deliberandi de republica. hoc enim arbitror hic ualere πολιτείαν, id eſt hanc curam in republica: etſi alteri ipſorum uidentur ei officio præſtando inſtandi tempore, magis idonei eſſe, alteri uerò inde alieni. Quare, inquit, non ſimul autem utriſque, ſed diuerſis temporibus, ſequique debemus in hoc naturam ipſam, quæ iuuenibus uires corporis ac robur dedit, prudentiam autē conſiliumq́; ſenibus. Ambabus igitur addit his ætatibus, ut monſtratum eſt, tribuenda hæc munera ſunt, itaque nos facere, conducit ciuitati, quia non creatur ipſi periculum, nec perturbatur ſtatus ipſius, ut fieret, ſi inde arcerentur penitus iuuenes: ac iuſtū profectò eſt, & ſanè, inquit, hæc diuiſio horum munerum ſeruata dignitate perſonarum adminiſtrata eſt.

Quinetiam &c.) Adiungit, oportere ut hi domini ſint agrorum, quos tamen ipſi nō colant. neque enim probat ciues in tam uili opere occupari, ſed tantùm uult eos poſſeſſores eorum eſſe, fructuſq́, inde capere, ut uerſentur ſine moleſtia in ſuo honeſtiore munere. Quòd igitur, inquit, poſcere publicam utilitatem, ut agri ſint περὶ τούτους, uidetur hoc ualere. Cauſam uerò quam adfert huius rei, eſſe dicit, quia neceſſe eſt ciues abundare: illique, quos ſignificauit, ſunt ciues. Nam opifices humiles non uult numerum ciuium implere: neq;, ut teſtatur, aliud ullum genus hominum, quamuis illic uiuat, quod non colat exerceatque uirtutem, opuſque aliquod faciat, quod ipſam pariat. Hoc autem uerum eſſe, itaq; proſſus ſe habere, affirmat perſpici poſſe ex ſolo, & quaſi fundamento huius diſputationis quod eſt, non poſſe uitam beatam manere ſine uirtute, nec ſpectandam ciuitatis beatitudinem ex parte ipſius tali exiſtimarique ipſam beatam, ſi partē ſolùm ciuium habeat uirtutis cultricem reliquos uerò inde alienos, & omnia alia magis quam uirtutem curantes: eam quin agri horum eſſe debeant, dubitari non poſſe inquit: cùm eos, qui in ipſis colendis uerſantur, neceſſe ſit eſſe aut ſeruos homines mancipiaque, aut barbaros, aut genus quoddam paupereulorum, qui cum ſua familia eos colendos ſuſceperint: quales (ut opinor) ſunt noſtri agricolæ, hos enim uidetur περιοίκους uocare.

Reliquum autem eſt.) Reſtabat è partibus ciuitatis expoſitis uidere, quibus mandanda foret cura rerū diuinarum. quæ propria eſt eorum, qui ſacerdotes uocantur. Quid igitur conſilij de his capiendum ſit tradit, exiſtimatque deligi debere non omnino eoſdem cum ſuperioribus, neq, penitus diuerſos. Primùm autem repudiat illos, quos iam ex ordine gregeque ciuium eiecerat: neq; enim idoneos putat miniſtros deorum, quibus ipſe committere noluit munus ullum publicum. ij autem ſunt agricolæ & opifices ſeruus. Hoc autem ita uerum eſſe exploratumque arbitratur, ut accuratè de ipſo non diſſerat. Nam ordinem ſacerdotum curatorumque rerum ſacrarum neceſſarium eſſe cenſet, cùm oporteat (ut teſtatur) deos immortales honorari à ciuibus. Iudicium autem ſuum aperiens de hac re, orditur ab his, quæ iam conſtituerat, utiturque ipſis tanquam fundamento quodam: cui tamen addidit, quod requirebatur ad rationem totam concludendam. inquit enim: Quia diuiſa eſt ea, augmentatio corpuſque ciuium in duas partes & ordines, id eſt, in eum qui tractat arma, & in eum qui deliberat de re omni publica: & quia decet debitum cultum tribuere dijs, ac non requietem capere, ceſſareq́; aliquando à laboribus: eos qui propter longam ætatem pares amplius illis ſuſtinendis non ſunt, hos uidetur oportere ſacris exercendis aſſignare. ita enim hi omni tempore nauabunt operam rei, & illis muneribus publicis obeundis incumbant, quæ eam, quòd potest ætas omnemq; æque perpeti, & cum dignitate tractare.

Sine quibus) Repetit paucis, quæ proximè probauit, reſtatorq́ue ſe oſtendiſſe quæ ſunt illa, ſine quibus ciuitas non conſtituitur: in qua enim deſideratur unum aut plura eorum, non eſt exiſtimanda illa plenè integraque ciuitas. Præterea, inquit, declaratum eſt, quæ ſunt uerę partes ciuitatis (ipſas enim iterum appellat) agricolas enim & opifices minutos, inquit, illic requiri, nec poſſe ullo pacto carere ipſis ciuitatem. & tanorum etiam hominum genus, quod mancipiorum ſimile eſt. nō tamen hoc eſſe habendas partes ciuitatis, ſed alteros illos, quos monſtrauit, id eſt ordinem militarem, & qui conſultat de rebus publicis. Adiungit autem hos, quos poſtremos appellauit, diſtinctos eſſe à ſuperioribus, omnia que de mum hæc genera inter ſe. Agricolæ namque & opifices perpetuò ſtudia illa ſua exercent quæ colunt, nec ex uno in aliud genus tranſeunt. Milites uerò conſultoreſque, nec non ſacerdotes mutantur ſiuntque alij. ut enim ſignificauit, uariatis ætatibus uariantur eorum officia: ſemperq́ue reipub. ſeruiunt in eo, quod optimè præſtare ualent.

CAPVT X.

Videtur autem non nunc, neque nuper, hoc eſſe cognitū his, qui ſubtiliter quærūt de repub. oportere diuidi ſeorſum per genera ciuitatē: & militarem copiā diuerſam eſſe ab agricolis. & in Aegypto enim res ſe habet hoc pacto uſque ad hoc tempus, & quæ in Creta ſunt. Quæ igitur in Aegypto ſeſo-

ΕΟΙΚΕ δ' οὐ νῦν, οὐδὲ νεωσὶ τοῦτ' εἶναι γνώριμον τοῖς περὶ πολιτείας φιλοσοφοῦσιν, ὅτι δεῖ διῃρῆσθαι χωρὶς κατὰ γένη τὴν πόλιν, καὶ τό, τε μάχιμον ἕτερον εἶναι, καὶ τὸ γεωργοῦν· ἐν αἰγύπτῳ τε γὰρ ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον ἔτι καὶ νῦν· τά τε περὶ τὴν κρήτην. τὰ μὲν οὖν περὶ αἴγυπτον

Videtur autem nō nunc primùm, neque nuper eſſe cognitum iis, qui de reipub. adminiſtrandæ ratione ſtudioſè cōmentantur & philoſophantur, ſeorſum diſtinctam ac diſtributā per genera eſſe ciuitatem oportere, & alterum genus militare, alterum, quod in agro colendo uerſetur, eſſe debere. nā & in Aegypto etiā uſq; ad hodiernū diem hoc inſtitutū uiget, et in Creta, cū Seſo-

ſtris

ſeruantur, ut affirmãt, Seſoſtrin auctorem habent, qui hoc lege ſanxit: quæ uerò in Creta, Minoem. Antiquus aũt uidetur eſſe & cõmunium cœnarũ ordo, quę in Creta extitêre circiter regnũ Minois: quę uerò in Italia, multò uetuſtiora fuêre his aiũt enim diſerti uiri illarũ gentiũ, Italum quendã fuiſſe regẽ Oenotrię, à quo mutato nomine, Italos eos pro Oenotrijs uocatos eſſe, atq; orã hãc Europę adeptã nomẽ Italiæ, quæcunq; intra ſinũ Scylleticũ eſt & Lameticũ: diſtant aũt hæc loca inter ſe itinere dimidiati diei. Hunc autẽ tradũt, cùm paſtores forẽt, Oenotros reddidiſſe agricolas, & leges alias ipſis tuliſſe, & cõmunes cœnas primùm inſtituiſſe. Quare & nunc etiã nõnulli, qui ab eo ortũ ducũt, utuntur cõcœnationib. & legib. quibuſdam. Habitabãt aũt partem, quę uerſus Tyrrheniã eſt, Opici, & prius & nunc appellati cognomine Auſones: quæ uerò eſt uerſus Iapygiã & Ioniũ Chones, uocatã Syrtim. erant aũt & Chones genere Oenotri. ordo igitur cõmuniũ cœnarũ hinc ortus eſt primùm: ſecretio aũt per genera ciuium multitudinis ab Ægypto profecta eſt: ualde.n. ſuperat tẽporib. regnum Minois, quod à Seſoſtre profectũ eſt. Fermè aũt & alia exiſtimare oportet inuẽta ſępe in multo tẽpore, potius aũt infinitè: res namq; uitæ neceſſarias uſum ipſum docere uerisimile eſt: quæ uerò ad ſplendorẽ & ubertatẽ faciũt, his iam partis, uerisimile eſt augmentũ capere. Quapropter & quæ ad reſp. pertinẽt, arbitrari oportet eodem pacto ſe habere. Eſſe autem cuncta antiqua, declarant quæ in Ægypto ſunt: hi.n. antiquiſſimi uidentur eſſe, conſecuti autem ſunt legem & ordinem ciuilẽ. Quare oportet his, quæ tradita ſunt, ita ut ſatis eſſe poſsint, uti: quę uerò ſunt omiſſa, eniti quærere. Oportere igitur agrum eſſe eorum, qui arma tenẽt, & qui participes ſunt reipublicæ, dictum eſt prius: & eos, qui agrum colunt, diuerſos ab ipſis eſſe oportere, & quanrum qualemq; agrum eſſe conuenit. De diſtributione uerò & cultoribus agrorum, quos qualeſue oportet eſſe, dicendum eſt primùm, quia neque com-

τρίου σεσώστριος, ὥς φασιν, οὕτω νομοθετήσαντος· μίνω δὲ τὰ περὶ κρήτην. ἀρχαία δ' ἔοικεν εἶναι καὶ τῶν συσσιτίων ἡ τάξις· τὰ μὲν περὶ κρήτην γενόμενα περὶ τὴν μίνω βασιλείαν, τὰ δὲ περὶ τὴν ἰταλίαν πολλῷ παλαιότερα τούτων. φασὶ γὰρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων, ἰταλόν τινα γενέσθαι βασιλέα τῆς οἰνωτρίας. ἀφ' οὗ τό τε ὄνομα μεταβαλόντας, ἰταλοὺς ἀντ' οἰνωτρῶν κληθῆναι· καὶ τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς εὐρώπης, ἰταλίαν τοὔνομα λαβεῖν. ὅση τετύχηκεν ἐντὸς οὖσα τοῦ κόλπου τοῦ σκυλλητικοῦ, καὶ τοῦ λαμητικοῦ· ἀπέχει γὰρ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ὁδὸν ἡμισείας ἡμέρας. τοῦτον δὴ λέγουσι τὸν ἰταλὸν, νομάδας τοὺς οἰνωτροὺς ὄντας, ποιῆσαι γεωργούς· καὶ νόμους ἄλλους τε αὐτοῖς θέσθαι, καὶ τὰ συσσίτια καταστῆσαι πρῶτον. διὸ καὶ νῦν ἔτι τῶν ἀπ' ἐκείνου τινὲς χρῶνται τοῖς συσσιτίοις, καὶ τῶν νόμων ἐνίοις. ᾤκουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν τυρρηνίαν ὀπικοὶ, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν αὔσονες. τὸ δὲ πρὸς τὴν ἰαπυγίαν καὶ τὸν ἰόνιον χῶνες, τὴν καλουμένην συρτιν. ἦσαν δὲ καὶ οἱ χῶνες οἰνωτροὶ τὸ γένος. ἡ μὲν οὖν τῶν συσσιτίων τάξις ἐντεῦθεν γέγονε πρῶτον· ὁ δὲ χωρισμὸς ὁ κατὰ γένος τοῦ πολιτικοῦ πλήθους, ἐξ αἰγύπτου· πολὺ γὰρ ὑπερτείνει τοῖς χρόνοις τὴν μίνω βασιλείαν ἡ σεσώστριος. σχεδὸν μὲν οὖν καὶ τὰ ἄλλα δεῖ νομίζειν εὑρῆσθαι πολλάκις ἐν τῷ πολλῷ χρόνῳ, μᾶλλον δὲ ἀπειράκις. τὰ μὲν γὰρ ἀναγκαῖα τὴν χρείαν διδάσκειν εἰκὸς αὐτήν. τὰ δ' εἰς εὐσχημοσύνην καὶ περιουσίαν, ὑπαρχόντων ἤδη τούτων, εὔλογον λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. ὥστε καὶ τὰ περὶ τὰς πολιτείας οἴεσθαι δεῖ τὸν αὐτὸν ἔχειν τρόπον. ὅτι δὲ πάντα ἀρχαῖα, σημεῖον τὰ περὶ αἴγυπτόν ἐστιν· οὗτοι γὰρ ἀρχαιότατοι μὲν δοκοῦσιν εἶναι· νόμων δὲ τετυχήκασι καὶ τάξεως πολιτικῆς. διὸ δεῖ τοῖς μὲν εἰρημένοις ἱκανῶς χρῆσθαι, τὰ δὲ παραλελειμμένα πειρᾶσθαι ζητεῖν. ὅτι μὲν οὖν δεῖ τὴν χώραν εἶναι τῶν ὅπλα κεκτημένων, καὶ τῶν τῆς πολιτείας μετεχόντων, εἴρηται πρότερον· καὶ διότι τοὺς γεωργοῦντας αὐτῶν ἑτέρους εἶναι δεῖ· καὶ πόσην τινὰ χρὴ καὶ ποίαν εἶναι τὴν χώραν. περὶ δὲ τῆς διανομῆς καὶ τῶν γεωργούντων, τίνας καὶ ποίους εἶναι χρὴ, λεκτέον πρῶτον. ἐπειδὴ οὔτε κοι-

ſtris in Aegypto huius inſtituti legisq; auctor fuerit, ut aiunt: Minos in C[illegible] Videtur autem & conuiuiorum ſeu ſodalitiorum ordinatio uetus eſſe & ea quidem, quæ in Creta uſurpantur [illegible] nos regnum obtinente, uſu recipi cœpta eſſe: quæ uerò in Italia celebrantur, multo his eſſe antiquiora. aiunt enim ex [illegible], qui illic habitant, uiri docti & eloq[illegible]tes, & rerum antiquarum ſcriptores, Italum quendam Oenotriæ regem fuiſſe: à quo, nomine mutato, Italos pro [illegible] trijs eſſe appellatos: & hanc Europæ o[illegible]tam, quæ ſinu Scyllatico & Lametico continetur [illegible] hoc nomen eſſe conſecutam. diſtant enim hæc loca inter ſe diei dimidij itinere. Hunc igitur Italum ferunt Oenotros, qui paſtores & nomades erant, agricolas feciſſe, & cum al[illegible]eis leges ſcripſiſſe, tum uero ſoda[illegible] conuiuiaq; publica lege ſanxiſſe ac confirmaſſe. Quapropter etiam nunc nonnulli ex ijs, qui ab illo orti ſunt, et ſodalitijs utuntur, & nonnullis alijs legibus. Habitabant autem in ea quidem parte, quæ à mari Tyrrheno [illegible]luitur, [illegible]pici, qui & olim cognomento Auſones dicebantur, & nunc [illegible]tem dicuntur. In ea uerò quæ Iapygium & Ionium attingit, quæ Syrtis appellatur, Chaones. Erant autem etiam Chaones genere Oenotri. Sodalitiorum igitur ordinatio hinc primùm nata eſt. Multitudinis uero [illegible]uilis per genera de[illegible]ptio ac diſtributio ex Ae[illegible]ypto. multis enim ſeculis Seſoſtris regnum Minois regno antiquius eſt. Oportet igitur etiam alia fere exiſtimare ſæpenumero, atq; adeò infinitis uicibus longo temporis interuallo eſſe inuenta. nam rerum quidem ad uictum cultumq; neceſſariarum utilitatem ac neceſſitatem [illegible] magiſtrã fuiſſe credibile [illegible]: ijs uero quæ ad ſpeciem & ornatum ad magnificos denique & ſuperuacaneos apparatus pertinent, has iam repertas incrementum dediſſe probabile eſt. Itaque etiam ea, quæ ad rerumpublicarum adminiſtrationes pertinent, ita ſe habere putanda ſunt. Antiqua porrò eſſe omnia, Aegyptiorum leges inſtitutaque indicant. nam cum hi mortalium omn[illegible] antiquiſsimi eſſe uideantur, leges & [illegible] ſcriptionẽ ciuilis ordinis conſe[illegible] Quocirca oportet [illegible] ijs qui[illegible] lerabiliter inuenta & tradita [illegible]: quæ uerò ſunt prætermiſſa nondu[illegible] reperta, quærere. Agrum igitur [illegible] rum eſſe debere qui arma gerunt [illegible] eorum qui reipub. admini ſtrationi[illegible] participes: & agricolas alios ab [illegible] oportere, & quantus ager eſſe [illegible], & qualis, dictum eſt ſuprà. De agri autem diuiſione & ijs, qui agrum colunt, quos & quales eſſe oporteat primo loco dicendum eſt: quandoquidem neq; bona

comunẽ affirmamus eſſe oportere poſſeſsionẽ bonorũ, quemadmodũ qdã uoluerunt, ſed uſu amicorũ more fieri cõmunem: neq; quẽpiam ciuium, unde alatur non habere. De publicis cœnis, probatur omnib. cõducere bene inſtitutis ciuitatib⁹ adeſſe illas: quã aũt ob cauſam probatũ à nobis, poſtea trademus. Oportet aũt cõmunicare his oẽs ciues: non facilè aũt eſt, egentes de ſuo conferre, qđ definitũ eſt, & ſuppeditare reliquæ domui. Adhuc sũt ſumptus, qui fiunt in deos immortales, cõmunes sũt totius ciuitatis. Neceſſe igiť eſt in duas partes diuisũ eſſe agrũ, & hunc qdẽ eſſe publicũ, hunc sũt priuatorũ: & utrũq; horũ diuidi rurſus bifariã. publici qdẽ alterã partem ad munera, q̃ pertinẽt ad deos: alterã aũt ad ſumptum, qui fit in cœnas publicas. agri aũt priuatorũ alterã partẽ, quę uergit ad extremos fines: alteram aũt uerſus urbẽ, ut duob. agellis unicuiq; tributis amborũ locorũ cuncti participes ſint: ita enim & æquale cuſtodietur, & iuſtũ & ad bella aduerſus uicinas urbes maior cõſenſus animorũ. ubi.n. res nõ ſe habet hoc pacto, hi qdem finitimorũ inimicitias parui ducunt: hi aũt ualde curãt, & pręter dignitatẽ. Quare apud nonnullos popolos lex eſt, eos qui eis sũt finitimis, no adhiberi ad deliberationes de bellis aduerſus eos, tanquã ob proprias utilitates nõ ualeant rectè cõſultare. agrũ igitur neceſſe eſt diuiſum eſſe hoc modo ob cauſas iam dictas. Qui agros autẽ culturi ſunt, maximè quidẽ, ſi opus eſt ad uotũ, ſeruos eſſe, neq; omnib. illis eiuſdẽ nationis, neque ꝓnis natura ad animũ. ſic.n. ad op⁹ faciendũ eſſent utiles, & uacuos à metu nos tenerent, ne qd noui molirẽtur. ſecundo aũt loco barbaros colonos, ſimiles ingenio dictis: horũ aũt ꝓprios quid in proprijs agris eorum eſſe, qui rem habẽt: publicos autem in publicis. quo autẽ modo decet tractare ſeruos, & ſatius eſſe ſerui ſpræmium propoſitam eſſe libertatem, poſtea dicemus.

κοινὴν φαμὲν εἶναι δεῖν τὴν κτῆσιν, ὥσπερ τινὲς εἰρήκασιν, ἀλλὰ τῇ χρήσει φιλικῶς γινομένην κοινήν· οὔτ' ἀπορεῖν οὐθένα τῶν πολιτῶν τροφῆς. περὶ συσσιτίων τε συνδοκεῖ πᾶσι χρήσιμον εἶναι ταῖς εὖ κατεσκευασμέναις πόλεσιν ὑπάρχειν· ἣν δ' αἰτίαν συνδοκεῖ καὶ ἡμῖν, ὕστερον ἐροῦμεν. δεῖ δὲ τούτων κοινωνεῖν πάντας τοὺς πολίτας· οὐ ῥᾴδιον δὲ τοὺς ἀπόρους ἀπὸ τῶν ἰδίων τε εἰσφέρειν τὸ συντεταγμένον, καὶ διοικεῖν τὴν ἄλλην οἰκίαν. ἔτι δὲ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς δαπανήματα κοινὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐστιν. ἀναγκαῖον τοίνυν εἰς δύο μέρη διῃρῆσθαι τὴν χώραν· καὶ τὴν μὲν εἶναι κοινήν, τὴν δὲ τῶν ἰδιωτῶν. καὶ τούτων ἑκατέραν διῃρῆσθαι δίχα πάλιν. τῆς μὲν κοινῆς, τὸ μὲν ἕτερον μέρος, εἰς τὰς πρὸς τοὺς θεοὺς λειτουργίας· τὸ δὲ ἕτερον, εἰς τὴν τῶν συσσιτίων δαπάνην. τῆς δὲ τῶν ἰδιωτῶν τὸ ἕτερον μέρος, τὸ πρὸς τὰς ἐσχατιάς· ἕτερον δέ, τὸ πρὸς τὴν πόλιν. ἵνα δύο κλήρων ἑκάστῳ νεμηθέντων, ἀμφοτέρων τῶν τόπων πάντες μετέχωσι. τό τε γὰρ ἴσον οὕτως ἔχει, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας πολέμους ὁμονοητικώτερον· ὅπου γὰρ μὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, οἱ μὲν ὀλιγωροῦσι τῆς πρὸς τοὺς ὁμόρους ἔχθρας, οἱ δὲ λίαν φροντίζουσι, καὶ παρὰ τὸ καλόν. διὸ παρ' ἐνίοις νόμος ἐστὶ, τοὺς γειτνιῶντας τοῖς ὁμόροις, μὴ συμμετέχειν βουλῆς τῶν πρὸς αὐτοὺς πολέμων· ὡς διὰ τὸ ἴδιον οὐκ ἂν δυναμένους βουλεύσασθαι καλῶς. τὴν μὲν οὖν χώραν ἀνάγκη διῃρῆσθαι τὸν τρόπον τοῦτον, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. τοὺς δὲ γεωργήσοντας μάλιστα μὲν εἰ δεῖ κατ' εὐχὴν δούλους εἶναι, μήτε ὁμοφύλων πάντων, μήτε θυμοειδῶν. οὕτω γὰρ ἂν πρός τε τὴν ἐργασίαν εἶεν χρήσιμοι, καὶ πρὸς τὸ μηδὲν νεωτερίζειν ἀσφαλεῖς. δεύτερον δὲ βαρβάρους περιοίκους παραπλησίους τοῖς εἰρημένοις τὴν φύσιν. τούτων δὲ τοὺς μὲν ἰδίους ἐν τοῖς ἰδίοις εἶναι τῶν κεκτημένων τὰς οὐσίας· τοὺς δὲ, ἐπὶ τῇ κοινῇ γῇ, κοινούς. τίνα δὲ δεῖ τρόπον χρῆσθαι δούλοις, καὶ διότι βέλτιον πᾶσι τοῖς δούλοις ἆθλον προκεῖσθαι τὴν ἐλευθερίαν, ὕστερον ἐροῦμεν.

bona uolumus eſſe cõmunia, quemadmodũ quidã dixerũt: ſed liberaliter & amicorũ in morẽ uſum eorũ eſſe cõmunem, neq; quẽquã ciuiũ alimẽto uictuq; egere. Tũ de ſodalitijs & cõuiuijs publicis uno ore cõſentiũt oẽs, ea eſſe utilia ciuitatibus omnibus bene cõſtitutis. propter quã porrò cauſam idẽ nobis quoq; uideatur, poſterius dicemus. Oportet aũt inter omnes ciues horũ eſſe cõmunionẽ. At egẽtib. non facile eſt id, q. præfinitũ ac præſtitutũ eſt tributũ in eas cõcœnationes de ſuo cõferre et cæteros ſumt⁹ rei familiaris tueri ac ſuſtinere. Præterea uerò ſumtus in deos & deorũ religiões, totius ciuitatis sũt cõmunes. Neceſſe igitur eſt agrũ in duas partes eſſe diuiſum: atque alterã quidẽ partẽ eſſe cõmunem & publicã, alterã uerò propriã et priuatã: & harũ partiũ utrãq; rurſus ſectã eſſe bifariã, ut publicæ partis altera pars in piorũ munerũ functiones, & cultus deorũ cõſeratur: altera in ſodalitia & publica cõuiuia inſumatur: partis priuatorũ pars altera poſita ſit in extremis totius agri finibus, altera ſit ſuburbana, ut binis portionib. unicuiq; tributis, oẽs utriuſq; loci ſint participes. ſic.n. & æquitas iuſtitiaq; ſeruatur, et maior eſt ciuiũ ad bella cũ finitimis ſuſcepta concordia. Nã ubi nõ fit hoc modo diſtributio, alij quidẽ inimicitiarũ cũ finitimis ſuſcipiendarũ ſecuri ſunt: alij de ijs nimis ſolliciti præter honeſtũ ac decorũ laborãt. Quapropter apud nõnullos lex eſt, ne, q uicini sũt finitimis, adhibeãtur in id cõſiliũ, in quo agitur de bello eis inferẽdo, tanquã propter metũ & curã rerũ priuatarũ minus rectè cõſultare poſſint. Agrũ igitur ita diuiſũ eſſe neceſſe eſt propter eas cauſas, quæ antè expoſitæ ſunt. Eos aũt qui agrũ colẽt, maximè quidem optandũ eſt, ſi optare fas eſt, ut ſerui ſint, neq; oẽs unius gentis, neq; animoſi. ſic enim & ad opus ruſticũ faciẽdum fuerint utiles, & metuendũ non ſit, ne quid rerũ nouarũ moliantur: quòd ſi hoc non cõtingat, at ut ſint accolæ barbari, ſimili ingenio præditi, atq; ſuperiores. Atque ex his ſanè ij quidẽ, qui priuatos agros colent, priuati & proprij ſint oportet eorũ, qui bona poſſidẽt: ijs uerò, qui cõmunes & publicos, cõmunes & publici. Quomodo autem ſeruis utendum ſit, & quamobrẽ ſeruis omnibus libertatis præmium eſſe propoſitum melius ſit, poſterius exponemus.

COMMENTARIVS

Videtur aũt) Cõfirmat ſententiã ſuã auctoritate antiquorũ, quos docet idẽ, quod ipſe præcepit, uidiſſe, atq; optimũ eſſe iudicaſſe. Vtitur autẽ teſtimonio laudatorũ populorũ, & qui plurimũ ſtudij poſuerunt in expolienda ciuitate, principibus, eorũ inſtitutorũ ſapientib. uiris, ijſdemq; principib. earũ gentiũ. Non ſue igitur ætate, neq; temporib. ipſi uicinis, teſtatur id inuẽtũ & inceptũ uſos partiri diuidi inquam, diſtinguiq; ciuitatẽ per genera hominum, qui in ea uiuunt, atq; aliud eſſe quod militiæ deſtinatũ eſt, & quod in agris colẽdis uerſatur. nã in Aegypto id uſq; ad ſuam ætatẽ ſeruatũ affirmat, cũm à Seſoſtri uetere rege eius telluris ortũ habuiſſet: & in Creta itidẽ, cũm illic quoq; à Minoe rege inſtitutũ fuiſſet. Narrat ſanè Herodotus in Euterpe, non longe ab extremo libri, Aegyptiorũ extare ſeptẽ genera, quæ appellat ſunt aũt hæc, ſacerdotes, milites, bubulci, ſubulci, caupões, interpretes, gubernatores: nec tamẽ tradit, auctorẽ fuiſſe horũ diſtinctionis perſonarũ Seſoſtrin. quẽadmodũ ãs, neq; multo antea in eodẽ libro, ubi cõmemorat, quæ geſta fuere ab ipſo, dũ regnauit: ſolùm autem, quod ad regio-

nem pertinet, tradit eum diuiſiſſe agrum, & æqualem menſuram ſingulis Aegyptijs tribuiſſe, quam ſorte ducti poſſiderent.

Antiquus autem) Cœnas publicas, quæ auctoris ætate in uſu maximè Laconum erant, docet fuiſſe multo uetuſtiores [illegible] turosq; pro eius eos, qui arbitrarentur principes fuiſſe huius instituti Cretas. Morem ſanè hunc, cibum unà plures [illegible] capiendi, ex inſula Crete perductum Lacedæmonem conſtat: neque tamen uerum eſt, Cretas auctores ipſius extitiſ[illegible] moſque cœpiſſe conuiuia hæc agitare. Vt enim narrat, in Italia prius ipſa frequentata ſunt. Primùm igitur narrat con[illegible] hæc in Crete eſſe cœpta regnante Minoe, non paruo ſanè antea tempore in Italia uerò multis antea [illegible]. Quod [illegible] cutus fidem nonnullorum diſertorum uirorum, qui ſua ætate in hac noſtra tellure manebant. illos enim affirmare narrat [illegible] titiſſe olim Italum quendam, regem Oenotriæ, quæ non magna ſanè pars fuit regionis huius, uocatæ nunc Italiæ, à [illegible] cepto nomine Italos uocatos, qui prius appellabantur Oenotri: eamque demum eam omnem, ut commemorat, E[illegible] pro Oenotria appellatam Italiam. Totam autem hanc ueterem hiſtoriam tetigiſſe Virgilium, notũ eſt, qui cecinit [illegible]

Eſt locus, Heſperiam Grai cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ,
Oenotrij coluere uiri, nunc fama minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.

Deſcribit autem ueterem Italiam Ariſtoteles, fineſque ipſius monſtrat. litus namque omne intra ſinum Scylleticum & alterum ſinum Lameticum, ita uocatum tradit à Scylla, quæ è regione Siculæ charybdis poſita eſt, uocetum priorem ſi[illegible] m ap- paret. Lameticus unde appellatus ſit, non noui, neque etiam locum ipſum indicare auſim: ſpatio uerò unius di[illegible] diſtare inter ſe hæc loca, narrat: quare cognoſti tũs fines Italiæ erãt, quæ poſtea creuit interuallo magno, atq; id uas[illegible]b.

Hunc autem) Illos, quos ſignificauit, diſertos uiros, commemorat auctor dicere, Italum hunc ornaſſe populum ſuum, [illegible] meliorem multis modis reddidiſſe. Cùm enim Oenotri prius paſtores forent, mutarentq; ſæpè loca, utilitatibus pecoris ſeruientes: traduxit illos ad cultum agrorum, legeſque multas ſcripſit, in quibus erat hæc, quę cogebat eos ſimul u[illegible], quas [illegible] mones cœnas ille primus inſtituit. quod Ariſtoteles ſigno confirmat, ueſtigioque ſatis certo huius antiqu[illegible] dini [illegible] cit enim, uſque ad ſua tempora nonnullos, qui ab eo profecti ſunt, cœnas has publicas colere, ue[illegible] em [illegible] ſerua[illegible] neque ſolùm legem hanc, uerum etiam alias nonnullas, quas idem It[illegible] tulit.

Habitabant autem) Pergit deſcribere ſitum eius regioni[illegible], nominaq; gentium exponit, quibus ſuo tempore uocarent[illegible]. H[illegible] bitaſſe igitur commemorat partem eius telluris, quæ uergit Tyrrheniam uerſus, Opicos p[illegible] pul[illegible], quos [illegible] radit ſuperi[illegible] tem pore co[illegible] omen nactos Auſonum, quod extaret uſque ad ſuam ætatem. nam tractum illum omne[illegible] appellatu[illegible] etiam Auſoniam, omnes nouerunt. Cùm autem terminum earum iſtarum oſtenderet auctor, non nominauit au[illegible] Rom[illegible], aut Tyberim: etſi clara iam ipſius ætate ciuitas hæc erat & fluuius, quia non peruenerat ad aures ipſius gl[illegible] horum [illegible] rum. Plutarchus tamen teſtatur, noſſe Ariſtotelem Romam captam fuiſſe à Gallis: quamuis, cùm hoc monim[illegible] manda ret, lapſus ſit in prænomine ei[illegible], qui è manibus hoſtium ipſam eripuit. Lucium enim hunc fuiſſe narrauit, cùm M[illegible] ille uocetur ſit. Tyrrhenorum autem fama Græcis magis nota erat, quæ natio ante Romanum imperium florens, & [illegible] plinaq; domeſtica ualde illuſtris fuit, cùm mari quoque propinquo nomen impoſuiſſet uocato etiam infero, [illegible] quem tenet: quo nomine diſtinguitur à ſupero. Indicat etiam contrari[illegible] fines, dicitque alteram ex parte terminare [illegible] quam deſcribit Iapygiam promontorium, & Ionium mare, quam terram incolerent Chones populi uocati[illegible] enim [illegible] dum arbitror, non Chaones. quis enim neſcit, Chaoniam Epiri regionem eſſe? ſed in o[illegible] quoque translati [illegible] appa- rent huius meæ lectionis. Eximit autem omnem ſcrupulum, qui reſtaret in animo al[illegible], locus S[illegible]abonis, [illegible] Appollodorum è libro, quem ſcripſit de nauibus Philoctetis, ubi mentio fit horum populorum. Narrat igitur [illegible] quoſdam, qui literis prodiderint, Philoctetem, cùm in agrum Crotoniatem perueniſſet, inſoluiſſe Crimi[illegible] pro[illegible], atque illic urbem Chonin condidiſſe, à qua Chones, qui oram illam incolerent, uocati eſſent cum uerò tra[illegible] A[illegible], Syrtim [illegible] ille uocata: non memini, me hos alibi legiſſe. idem etiam narrat, Chonas Oenotriorum gentem [illegible] ſſe.

Ordo igitur) Cùm multa de Italia commemoraſſet, ueteribuſque ipſius nominibus atque inſtitutis [illegible] redit [illegible] canda, quorum cauſa digreſſus aliquantum fuerat à materia, & inquit, morem inſtitutumque publicarum [illegible] fluxiſſe (id eſt ex Italiæ parte illa, de qua tunc loquebatur) quemadmodum diſtinctionem generum [illegible] ex Aegypto de his namque duobus rebus initio differebat. Primùm autem de hac diuiſione partium [illegible] inde intelligi tradit: quia Seſoſtris, Aegypti rex, longo temporis interuallo anteceſſit regnum Minois, q[illegible] auctor fuerat inſtitutorum horum in ea tellure, atque eam multis modis ornauit.

Fermè autem) Hoc ualet ad confirmandam auctoris ſententiam, eſtque præterea documentum utile ad omn[illegible] intelligendas, quas ſæpè multi falſo putant nouas, modò que inuentas: eſtque demum ſimile Terentia[illegible] lit, N[illegible] *dictum, quod non dictum ſit prius.* hoc enim tantùm intereſt, quod illic de uocibus, hic de rebu[illegible] utiſq; ſermo eſt. Inq[illegible] igitur, exiſtimari debere alia quoque multa in longo præterito tempore ſæpè inuenta fuiſſe. Vel potius infinitè, quæ recentiores ſua ætate à quopiam excogitata falſo arbitrantur: quia ueteres auctores earum ignorantur, ipſaque [illegible] aliq[illegible] fuêre. unde poſtea naſcitur falſa illa opinio de nonnullis, qui cùm renouent ipſa, inuentores eorum [illegible] redo[illegible]tur. C[illegible] uellit optimus magiſter hunc errorem eripere hominibus, differit diligenter de hac rerum inue[illegible] ou[illegible] ær pr[illegible] us in lucem uenerint declarat. Affirmat enim, res uitæ neceſſarias, & ſine quibus uiui nullo pacto poterat, a[illegible] inde cepiſſe: quæ autem porrò ad ornatum commodaque uitæ, cum ſuperiora illa iam parata forent con[illegible] creuiſſe, magiſque ſtudioſe quæri incœpta eſſe. quare addit, rationem concludens: Putare oportet, q[illegible] iam[illegible] eodem pacto ſe habere, ac ſequi cæterarum rerum conſuetudinem.

Eſſe autem) Probat, quæ dixit de inſtitutis reipublicæ antiquitus repertis, uera eſſe, argumentaturque à ſigno [illegible] namque in Aegypto ſunt, indicium ſunt huius rei. Hi namque uetuſtiſ[illegible] exiſtimantur eſſe omni[illegible] ijdem [illegible] nacti ſunt leges & ordinem reip. gubernandæ. quare addit: Quæ commodè ab illis excogitata ſun[illegible], ſi no[illegible] ſunt inde ſumenda, ipſiſq; uti debemus: quæ uerò illi non potuerunt uidere, & ingenio ſuo indag[illegible] inueſtiganda: quædam enim omiſerunt. Eniti autem nos debere inquit, illa addere: multumque ope[illegible] p[illegible] difficilia eſſe intellegis. uel potius, ut declinet culpam arrogantiæ.

Oportere igitur) Oſtendit, quæ modò abſoluerit. Oportere enim, inquit, agros eſſe ordin[illegible] illius qui arma te[illegible] at, & re[illegible] rum qui participes ſunt reipublicæ, dictum iam eſt: nec non requiſi etiam, ut qui agro[illegible] hoc. neque enim committenda eſt reſp. [illegible] omneſque ſtudium ſuum in glebi[illegible] ſub gendi po[illegible] declaratum eſt, quanta qualiſque regio eſſe debeat.

De diſtributione.) Cum iam oſtendiſſet, quæ ſunt ueræ partes ciuitatis, & quæ nullo modo tales hab[illegible]dæ, etſi ab imper[illegible] falsò putantur in partibus enumerandæ, reieciſſetq; à gubernaculis ciuitatis agricolas & tenues op[illegible] rere nun[illegible] de diuiſione agrorum & cultoribus ipſorum, qui potiſſimum & quales eſſe debeant. hos enim [illegible] affirmat. *Nunc* cùm dixit, uidetur intellexiſſe, cuius generis atque loci: *Nunc* uerò ſignificat, qual[illegible] ingenio ac mun[illegible] tos. Non poſſe autem à ſe omitti accuratam harum rerum diſputationem inquit, quia non probat e[illegible] neque agros uult omnes publicè poſſideri. Cuius ſententiæ fuit Plato, affirmans inde na[illegible] bene[illegible] tiues, pelliquę procul è ciuitate lites ac diſcordias, quæ oriuntur, cùm bona certos dominos haberent. [illegible] quod nunc etiam repetit, cùm in II. horum librorum diligenter contra ſententiam han[illegible] argumen[illegible] inſerere legibus tantam benignitatem in pectora ciuium, ut patiantur fructus agrorum eſſe c[illegible] mmune[illegible] lùm dominos poſſeſſoreſq; fundorum, ſed etiam alienos. Addit præterea, ſe cogi hoc uidere ſubtiliter quia nu[illegible] quempiam eſurire, & rebus ad uitam neceſſarijs carere.

De publi[illegible].) Primùm narrat I[illegible] ſtitutum cœnarum publicarum magno conſenſu exiſtimari ab [illegible] accom[illegible] eſſe ciuitatibus bene conſtitutis, debereque o[illegible]nino illic locum habere, à quorum iudici[illegible] on di[illegible] ſam t[illegible]men quæ facit ut morem hunc probet, poſ[illegible] erat ſe alio loco edicturum. quid tam[illegible] & cui difficultati ipſarum remedium adhiberi debet. Cùm enim oporteat frequentare ipſ[illegible] conſuet[illegible] ſent communes [illegible] autem ſit egentes à ſui[illegible] ambus bonis in illas conferre, qu[illegible] quæ domi reſtat, c[illegible] ue parare, quæ domui diſpenſandæ neceſſaria ſunt: uide[illegible] ponit prius tamen ſumptum aliũ oſtendit, & ipſum publicum, quo uidentur paupertas leuandi.

Aliu

Alibus autem.) Præterea, inquit, ſumptus qui fiunt in rebus ad deos immortales pertinentibus, id eſt, in fanis ſacrisq; ædibus ædificandis, & ipſis poſtea ornandis & inſtruendis, cæterisq́ue rebus parandis, quæ ad cultum deorum remq́; diuinam faciendam ſpectant: communia ſanè totius ciuitatis ſunt, & non nulos aut plurium nedum unum quoq;. quare niſi publicè prouideretur, non poſſent hæc onus à ſe depellere, cui ferendo pares non ſunt.

Neceſſe igitur) Vt conficiantur ſine magno incommodo pauperum, quæ docuit, id eſt, ut celebrentur cœnæ illæ publicæ, & debitus cultus tribuatur dijs: neceſſarium eſſe, inquit, in duas partes agrum partiri: quarum una publica ſit, altera uero priuata. Non contentus autem hac diuiſione, cenſet oportere rurſus ambas partes bifariam ſecari & illius quæ communi ciuitatis aſſignata eſt, alteram partem conuerti in ſumptus faciendos in deorum cultum: alteram uerò in eos, quos requirunt cœnæ publicæ, ne domus ciuium exhauriantur. Agrum uerò priuatorum non eodem pacto diuidi uult, id eſt minimè, ut in ſuperiorib. factum eſt, fructus ipſius diſtribui, ſed agrum ipſum poſſeſſionemq́; eiuſdem diuidi ita, ut ſinguli ciues agri ſibi legibus aſſignati & ut Græci loquuntur, cleri ſortisq; partem habeant propinquam urbi, partem autem in extremis partibus ſui imperij finibusq; regionis poſitam cuius ſui iudicij ſententiæq; ſtatim cauſam afferet. *Eſchaties* fines regionis alicuius extremasq; ipſius partes appellari notum eſt, quo uetere nomine hodie etiam uocantur Italiæ partes propinquæ Siciliæ quaſi poſtremæ ipſius & illius deniq;, quæ unde hoc uocabulum fluxit, magna Græcia olim dicebatur, opulentæ quondam & omni copia bonorum refertæ terræ.

Vt duobus agellis) Quid boni fit in hac ſua diuiſione exponit, quæ præterea fuit ab alijs. Inquit enim, ſibi hoc placuiſſe, ut duobus agellis ſingulis ciuibus aſſignatis cuncti participes fiant utrorumq;, locorum, ſimulq; bonorum ac malorum quæ in illis ſunt: additq;, ita æquum & iuſtum omnes adepturos. quod non fieret, ſi alteri eorum agros propinquos urbi poſſiderent: alteri uerò remotos, & multis caſibus periculorum expoſitos. Adiungit autem huic æqualitati ac iuſtitiæ, quæ ita ſeruatur, tertium quoddam non minus bonum affirmat: ſi inquam, hoc inſtitutum receptum fuerit, ciuitatem futuram magis concordem in bellis aut ſuſcipiendis, aut non gerendis aduerſus finitimas ciuitates. cuncti enim magno conſenſu aut arripient ipſa, aut declinabunt. Eodem enim pacto ipſa ſiue omnes iuuabunt, ſiue prement atq; affligent. Confirmat autem, hoc malo indicato, quod naſcitur in locis, ubi hoc non cuſtoditur. illic enim, ut narrat, alteri eorum, qui ſcilicet agros poſſident uicinos urbi, ſine metu ullo exercent inimicitias cum finitimis, non expectantes aliquid maioris mali ab illis: alteri autem, in finibus poſitos agros habentes, ualdè metuunt ipſorum odia & omnem potius publicam iniuriam tolerarent, quàm arma caperent aduerſus ipſos, timentes ſuis priuatis bonis, ne ſtatim diriperentur, prædaq́ue fierent hoſtium.

Quare apud.) Hoc quaſi corollarium eſt: ualet autem ad confirmandam ſententiam ſuam, diuiſionemq́ue illam agrorum, quam probat. Inquit enim, lege cautum eſſe in quibuſdam locis, ut cum deliberetur de bello ſuſcipiendo contra finitimos populos, qui agros habent propinquos ipſis, non adhibeantur ad eas deliberationes, neque participes fiant eorum conſiliorum. arbitrantur enim, non poſſe illos, aut nolle recta conſilia dare, timentes ſuis proprijsq; fructibus. Nam primi ipſi, ac fortaſſe ſoli, incommoda inde caperent, quæ ſecum fert bellum. Hoc etiam accepi, aliquando ſeruatũ eſſe in noſtra uetere repub. Cùm enim multi noſtri ciues mercaturis rem quærerent, negotiaq; gererent in regno Neapolitano, aut in Gallis. mos erat, cùm deliberabatur de bello ſuſcipiendo contra eas gentes, arcere inde cunctos ſuſpectos, ne ob metum rerum ſuarum non fidelia conſilia darent, potiusq́ue propriæ quàm publicæ utilitati conſulerent. Concludit ijs omnibus de cauſis Ariſtoteles, neceſſe eſſe hoc modo, quem monſtrauit, diuidere agrum: quod ſi fiat, uitabuntur hæc mala.

Qui agros) Quos qualesúe probet agricolas, oſtendit. Primùm autem ſignificat, ſe iudicare idoneos operibus ruſticis faciendis ſeruos homines: huicq; hominum generi tradendam potiſſimùm curam glebarum ſubigendarum putat: ſi facultas ipſius eſſet, poſſentq́, ſemper à nobis obtineri, quæ optamus. Verùm quia non hoc omni tempore ac loco contingit, qui poſt hos ſint cæteris anteponendi, docebit. Quid autem cuſtodiri in hic parandis opus ſit, admonet. in primis enim uidendũ cenſet, ne omnes ſint eiuſdem gentis: poſtea, ne ſint ingenio feroces, plenіq; animi ac ſpiritus. Cauſam autem ſtatim affert ſui conſilij. Ita enim, inquit, ad opus faciendum erunt ualde idonei, neq; detrectabunt imperia, cùm ſint alienæ poteſtatis. neq; etiam periculum erit, ne rebus nouis ſtudeant. Poſt hos probat barbaros, ruſticos homines, qui natura ſint pares iam expoſitis, id eſt mites ac lenti, nec ſpiritus magnos gerant. Hos autem aliter diuidit, addidit que ſuperiori nouam diſtinctionem: quos enim priuatorum agros colant, propria priuataque mancipia eſſe uult dominorum eorum agrorum: qui uerò publicam tellurem exarent, publicos ſeruos oportere eſſe cenſet. Quomodo autem ipſis uti debeant, & quo pacto tractandi ſint, poſtea docebit in ſtatu deſtinatorum (quæ ſanè quæſtio magna eſt) ſimulque confirmatorum conſilium ſuum, qui exiſtimat, præſtare omnibus ſeruis, ponere præmij loco libertatem.

a τῶν ἐγχωρίων κομᾶς, &c. al. τοῖς μὴ ἀμφίοις, mendosè.

CAPVT XI.

VRbem autem oportere cõmunem eſſe continentis & maris, & regionis totius ſimiliter, quantum res patitur, dictum eſt prius. Ipſius autem ad ſe met ipſam poſituram optare debemus adipiſci, ad quatuor reſpicientes. Primùm quidem, ut neceſſe eſt, ad corporis ſanitatem: quæ namque ad auroram uergit, & ad uentos, qui flant ab ortu, ſalubriores ſunt. deinde ad aquilonem: hæ namque hyeme commodiores ſunt. Reliquorum autem ad ciuiles & bellicas actiones commodè ſe habere. ad bellicas igitur ipſis quidem facilem ad exeundum eſſe oportet: hoſtibus autem difficilem acceſſu, & talem, ut uix cingi capique poſſit. Aquarum autem & amnium maximè quidem adeſſe domeſticam copiam. ſi uerò hoc inuentum non eſt, parare ipſam fabricando rece-

ΤΗΝ δὲ πόλιν, ὅτι μὲν δεῖ κοινὴν εἶναι τῆς ἠπείρου τε καὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τῆς χώρας ἁπάσης ὁμοίως, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων εἴρηται πρότερον. αὐτῆς δὲ πρὸς αὑτὴν εἶναι τὴν θέσιν εὔχεσθαι δεῖ κατατυγχάνειν, πρὸς τέτταρα βλέποντας. πρῶτον μὲν, ὡς ἀναγκαῖον, πρὸς ὑγίειαν· αἵ τε γὰρ πρὸς ἕω τὴν ἔγκλισιν ἔχουσαι καὶ πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πνέοντα ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, ὑγιεινότεραι. δεύτερον δὲ, κατὰ βορέαν· εὐχείμεροι γὰρ αὗται μᾶλλον. τῶν δὲ λοιπῶν πρός τε τὰς πολιτικὰς πράξεις, καὶ πολεμικὰς, καλῶς ἔχειν. πρὸς μὲν οὖν τὰς πολεμικὰς, αὐτοῖς μὲν, εὐέξοδον εἶναι χρὴ τοῖς δὲ ἐναντίοις, δυσπρόσοδον καὶ δυσπερίληπτον. ὑδάτων τε καὶ ναμάτων, μάλιστα μὲν ὑπάρχειν πλῆθος οἰκεῖον. εἰ δὲ μὴ τοῦτό γε εὕρηται, διὰ τοῦ κατασκευάζειν ὑπο-

VRbem porrò terræ continentis quidem, & maris et agri totius ſimiliter, quantum loci natura patitur, communem eſſe oportere, ſupra demonſtratum eſt. [a] *Eius uerò per ſe conſideratæ ſitus talis optandus eſt, ut quatuor res ſpectemus. primùm quidem ualetudinem, tanquam rem neceſſariam. urbes enim ad orientem uerſus, & ad uentos ab ortu flantes poſitæ, ſaluberrimæ ſunt: ſecundùm has eæ, quæ ad aquilonem ſpectant. hæ enim ad hyemem ſalubrem excipiendam ſunt appoſitiores. deinde, quòd ad reliqua attinet, ut & ad ciuileis actiones & ad bellicas ſit opportuna. Atque ut ad bellicas quidem actiones ſit apta, eam ciuibus oportet exitus habere ad exercitum educẽdum faciles atq; expeditos: aduerſarijs acceſſus difficiles, & circumſedendi eam impeditam. poſtremò, aquarum partim ſtantium, partim manantium et perennium copia maximè quidem propria & natiua ſuppetat oportet:* [b] *ſin minus, at certè excogitatum tali incommodo remediũ eſt, conſtruẽdis multis & magnis rece-*

receptacula pluuialibus aquis & plurima & ampla, ut nunquam deeſſe poſsint, cum agro arceantur propter bellum. Quia autem oportet curę habere ualetudinem eorum, qui illic habitāt: hoc autem manet in hoc, ut locus ſitus ſit in tali, & ad ſalem rectè. ſecundum autem eſt, ut utātur aquis ſalubribus, huius quoque rei opus eſt cogitationem ſuſcipere nó negligenter. quibus enim plurimis utimur ad corpus, & plurimum, hæc plurimum conducunt ad corporis ſanitatem: aquarum autem & uenti poteſtas ac uis huiuſcemodi naturam habet. Quare in ciuitatibus, quæ prudentes ſunt, oportet diuidi, ſi non omnes fuerint ſimiles, neque copia extiterit harum, quæ ſponte fluunt, aquarum, ut ſeorſum, quæ ad alendum aquæ, & quæ ad alium uſum habeantur. De locis autem munitis, non omnibus eodem pacto ſe res habet rebuſp. ceu arx paucorū & unius dominationi accómodata eſt. planus autem & æquus locus ſtatui multitudinis: optimatibus autem neutrum, ſed magis firma loca plura. Priuatarum autem ædium forma iucundior putatur & aptior ad alia facta, ſi fuerit eleganter diuiſa, & ad recentiorem, & Hippodemium modum: ad tutam autem urbem reddendam ab hoſtibus, contrà, ut ſe habebant antiquitus: illa namque difficiles exitus habet peregrinis, & ab inſidiatoribus uix poſſunt ægrè indagari. Quare opus eſt ambarum harum rationum urbem participē eſſe: obtineri enim hoc poteſt, ſi aliquis ita conſtruxerit, ut in rebus ruſticis ſunt, quos appellant ordines uirium. Et uniuerſam non facere urbem eleganter diuiſam, ſed partibus tantùm quibuſdam & locis: ſic enim & tuta ſimul & ornata ſatis erit. De muris aūt, qui negāt oportere habere ciuitatem, quę uirtutem amplectitur, antiqui homines ſunt: præſertim cum uideant re factiſque confutatas eſſe, quæ illo modo decus ſectantes, ſe ornant. Eſt enim non ſatis honeſtum, aduerſus pares, & non ualde numero præſtantes eniti ſaluos eſſe murorum firmitate. quia autem contingit etiam & uſu uenit, ut longè maior ſit exuperantia eorum, qui

ὑποδοχὰς ὀμβρίοις ὕδασιν ἀφθόνους καὶ μεγάλας. ὥστε μηδέποτε ὑπολείπειν, εἰργομένους τῆς χώρας διὰ πόλεμον. ἐπεὶ δὲ δεῖ περὶ ὑγιείας φροντίζειν τῶν ἐνοικούντων· τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἐν τῷ κεῖσθαι τὸν τόπον, ἔν τε τοιούτῳ καὶ πρὸς τοιοῦτον καλῶς, δεύτερον δὲ ὕδασιν ὑγιεινοῖς χρῆσθαι. καὶ τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἔχειν μὴ παρέργως· οἷς γὰρ πλείστοις χρώμεθα πρὸς τὸ σῶμα καὶ πλειστάκις, ταῦτα πλεῖστον συμβάλλεται πρὸς τὴν ὑγίειαν· ἡ δὲ τῶν ὑδάτων καὶ τοῦ πνεύματος δύναμις τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν. διόπερ ἐν ταῖς εὖ φρονούσαις δεῖ διωρίσθαι πόλεσιν, ἐὰν μὴ πάνθ᾽ ὅμοια, μηδ᾽ ἀφθονία τούτων ἢ ναμάτων, χωρὶς τά, τε εἰς τροφὴν ὕδατα, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἄλλην χρείαν. περὶ δὲ τόπων τῶν ἐρυμνῶν, οὐ πάσαις ὁμοίως ἔχει τὸ συμφέρον ταῖς πολιτείαις· οἷον, ἀκρόπολις, ὀλιγαρχικὸν καὶ μοναρχικόν· δημοκρατικὸν δὲ, ὁμαλότης· ἀριστοκρατικὸν δὲ, οὐδέτερον· ἀλλὰ μᾶλλον ἰσχυροὶ τόποι πλείους. ἡ δὲ τῶν ἰδίων οἰκήσεων διάθεσις, ἡδίων μὲν νομίζεται, καὶ χρησιμωτέρα πρὸς τὰς ἄλλας πράξεις, ἂν εὔτομος ᾖ, καὶ κατὰ τὸν νεώτερον καὶ τὸν Ἱπποδάμειον τρόπον· πρὸς δὲ τὰς πολεμικὰς ἀσφαλείας, τοὐναντίον, ὡς εἶχον κατὰ τὸν ἀρχαῖον χρόνον· δυσέξοδος γὰρ ἐκείνη τοῖς ξενικοῖς, καὶ δυσεξερεύνητος τοῖς ἐπιτιθεμένοις. διὸ δεῖ τούτων ἀμφοτέρων μετέχειν· ἐνδέχεται γὰρ, ἄν τις οὕτω κατασκευάζῃ, καθάπερ ἐν τοῖς γεωργοῖς, ἃς καλοῦσί τινες τῶν ἀμπέλων συστάδας. καὶ τὴν μὲν ὅλην μὴ ποιεῖν πόλιν εὔτομον, κατὰ μέρη δὲ, καὶ τόπους· οὕτω γὰρ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ κόσμον ἕξει καλῶς. περὶ δὲ τειχῶν, οἱ μὴ φάσκοντες δεῖν ἔχειν τὰς τῆς ἀρετῆς ἀντιποιουμένας πόλεις, λίαν ἀρχαίως ὑπολαμβάνουσι, καὶ ταῦθ᾽ ὁρῶντες ἐλεγχομένας ἔργῳ τὰς ἐκείνως καλλωπισαμένας. ἔστι δὲ, πρὸς μὲν τοὺς ὁμοίους, καὶ μὴ πολὺ τῷ πλήθει διαφέροντας, οὐ καλὸν τὸ πειρᾶσθαι σώζεσθαι διὰ τῆς τῶν τειχῶν ἐρυμνότητος. ἐπεὶ δὲ καὶ συμβαίνει καὶ ἐνδέχεται πλείω τὴν ὑπεροχὴν γίγνεσθαι τῶν ἐπιόν-

receptaculis ad excipiendam aquam pluuiam, ut ne unquam deficiat eos aqua, ſi forte propter bellum ab agro prohibeantur. Quoniam aūt eorum qui in urbe habitant, ualetudinis ratio & cura habenda eſt: hoc autem primum in urbis ſitu conſiſtit, ut et in ſalubri loco ſita ſit, & ſalubrem cœli partem ſpectet: ſecundo loco in uſu aquarum ſalubrium certā in hac re diligentia præcipue [illegible] adhibenda. Quibus enim rebus larg[illegible]mè & plerunque utimur ad corpus alendum & tuendum, hæc maximo ad ualetudinem ſunt adiumento. at aquarum et uentorum uis tali natura prædita [illegible]ſt. Quapropter in ciuitatibus prud[illegible]tibus & cordatis, ſi omnes aqu[illegible] ſimiles, & ſi non ſit harum a[illegible] ennium copia. oportet [illegible] ad uictum opportunæ & [illegible] lium uſum comparatæ uni[illegible] uatas eſſe ac diſtinct[illegible]. De loci[illegible] tis autem non omnibus per[illegible] tibus eadem expediunt: exem[illegible] arx edita atq; excelſa oli[illegible] narchiæ propriè conuenit: loci[illegible] litas uero democratiæ: ariſtocratiæ n[illegible] trum, ſed potius loca firma [illegible] complura. Priuatorum porro æd[illegible] rum deſcriptio ſuauior ill[illegible] qui [illegible] habetur, & ad alias actiones util[illegible], ſ[illegible] gula eorum loca ſint explicata a[illegible] aperta, & more hoc recētiore, & eo, cuius inuentor fuit Hippodamus, ædificata: ad munitiones uerò [illegible] et ad pericula belli propulſanda contrario modo, & quo modo ædificabant ueteres. habebat enim illa ædificandi ratio exitus impeditos externis, & latebras ad ſcrutandum difficiles iis, qui impetum aut impreſsionem facere conarentur. Quapropter oportet utramq; rationem in æd[illegible]ndo ſeruari. fieri enim in hoc poteſt, ſi quis ita ædificet, ut in ruſticis ea, quæ appellant nonnulli in reb. [illegible] uitium iuga ſiue ſyſtadas, perinde ac ſi dicas uitium conſtitutiones. & totam quidem urbē ita extruere, ut non ſit tota latis uiis explicata atq; exporrecta, ſed in quibuſdam partibus ac lo[illegible]is: ſic enim & a periculo erit tuta ac mun[illegible], & ad ornatum ſpeciemq; præclar[illegible] muros autem urbibus qui negant ciuitates eas habere debere, quæ ſe uirtutē colere [illegible] ſimulant, eiusq; poſſeſsionem ſi[illegible] uer[illegible] cant ac mordicus retinent: ne illi [illegible] de antiquè hac de re exiſtimāt, idq; c[illegible]m uideant re & factis eas refelli quæ ſe [illegible] glorioſè uenditabant. Et uerò aduerſus ſimiles, neque admodum n[illegible]ro præſtanteis, in murorum præſ[illegible] ac munimento ſalutem coll[illegible]care, non eſt honeſtum. Sed quando euenit & fieri poteſt, ut qui adori[illegible]ntur & impetum faciunt uirtute humana, eaque, qua

qui incurrũt, quæ & humana, & quæ in paucis eſt, uirtute ſuſtineri poſsit, ſi decet cõſeruari, & nõ incomoda accipere: neq; ludibrio eſſe inimicis, maximè tutam firmitatẽ murorũ exiſtimare oportet utilẽ eſſe maximè in bello, præſertim hoc tempore, cũ inuẽta ſint miſsilia & machinę, fabricatæq; exquiſitè ad expugnãdas urbes. Simile namq; eſt, muros nõ eſſe urbib. circũagendos arbitrari, atq; regionẽ quærere apertã, & locos montuoſos tollere: eodẽq; pacto priuatis domibus parietes nõ circũagere, tanquã ſi id fiat, futuri ſint, qui illic habitãt, ignaui. Atqui neq; hoc opus eſt nos fallere, licere cinctã muris habentib. urbẽ ambob. modis uti urbibus, & ut habentib. muros, & ut nõ habentibus: urbib. aũt, quæ carẽt muris, nõ licere. Si iam res hoc modo ſe habet, nõ ſolũ ſunt circũagẽdi, ſed in his cura magna ponenda eſt, ut ad ornatum etiam ualeant ciuitati, ut decet, & ad bellicos uſus, cæteroſq; & hos, qui modò inuenti ſunt: ut enim quęrũt diligenter, qui aggrediuntur uias omnes, per quas res ſuas meliores reddãt: ita his, quæ inuenta ſunt, uti oportet, qui ſe defendunt, & noua quærere ac ſubtiliter indagare: initiò enim nõ aggrediũtur laceſſere, quos paratos, & omnib. reb. inſtructos nouerunt.

ἐπιόντων καὶ τῆς ἀνθρωπίνης, καὶ τῆς ἐν τοῖς ὀλίγοις ἀρετῆς, εἰ δεῖ σώζεσθαι καὶ μὴ πάσχειν κακῶς· μηδ' ὑβρίζεσθαι, τὴν ἀσφαλεστάτην ἐρυμνότητα τῶν τειχῶν οἰητέον εἶναι πολεμικωτάτην. ἄλλως τε καὶ νῦν εὑρημένων τῶν περὶ τὰ βέλη, καὶ τὰς μηχανὰς εἰς ἀκρίβειαν πρὸς τὰς πολιορκίας. ὅμοιον γὰρ τὸ τείχη μὴ περιβάλλειν ταῖς πόλεσιν ἀξιοῦν, καὶ τὸ τὴν χώραν εὐέμβολον ζητεῖν, καὶ περιαιρεῖν τοὺς ὀρεινοὺς τόπους. ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς οἰκήσεσι ταῖς ἰδίαις μὴ περιβάλλειν τοίχους, ὡς ἀνάνδρων ἐσομένων τῶν κατοικούντων. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε δεῖ λανθάνειν, ὅτι τοῖς μὲν περιβεβλημένοις τείχη περὶ τὴν πόλιν, ἔξεστιν ἀμφοτέρως χρῆσθαι ταῖς πόλεσι· καὶ ὡς ἐχούσαις τείχη, καὶ ὡς μὴ ἐχούσαις· τοῖς δὲ μὴ κεκτημένοις, οὐκ ἔξεστιν. εἰ δὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, οὐχ ὅτι τείχη μόνον περιβλητέον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελητέον, ὅπως καὶ πρὸς κόσμον ἔχῃ τῇ πόλει πρεπόντως, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας· τάς τε ἄλλας καὶ τὰς νῦν ἐπεξευρημένας· ὥσπερ γὰρ τοῖς ἐπιτιθεμένοις ἐπιμελές ἐστι, δι' ὧν τρόπων πλεονεκτήσουσιν, οὕτω τὰ μὲν, εὕρηται τὰ δὲ. δεῖ ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν, καὶ τοὺς φυλαττομένους· ἀρχὴν γὰρ οὐδ' ἐπιχειροῦσιν ἐπιτίθεσθαι τοῖς εὖ παρεσκευασμένοις.

quæ in ciuibus numero paucis ineſt, ſint ſuperiores ac potentiores: ſi ſalutis ratio habenda eſt, et non ultrò accipienda detrimenta, & perferendæ contumeliæ: ut quæq; munitio ſtabiliſſima et tutiſsima eſt: ita habenda eſt ad bellum accommodatiſsima, præſertim cùm hodie reperta ſint telorum, & tormentorum, & machinarum genera ad urbium oppugnationes exquiſitiſsima & perfectiſsima. Simile enim eſt, urbes muris nõ eſſe cingendas cenſere, atq; ſi quis regionem quærat incurſionibus hoſtium expoſitam atq; opportunam, & loca montoſa circumcidat: itemq; domicilijs priuatis parietes non circumdet, tanquam habitatores propterea ignaui ſint futuri. Iam uerò ne hoc quidem ignorandum eſt iis, quorum urbes mœnibus ſeptæ ſunt, utroq; modo urbibus uti licere, & ut muros habentibus, & ut non habentibus: quorum uerò urbibus muri non ſunt circumdati, iis hoc idem non licere. Si igitur hæc uera ſunt, non ſolum mœnibus urbes ſepiendæ ac muniẽdæ ſunt, uerùm etiam curandum eſt, ut hæc ad ornamentum urbis ſint magnifica ac decôra, & ad uſus bellicos, tum alios, tum nunc proximè repertos, accommodata atque opportuna. Quemadmodum enim iis, qui adoriuntur & inuadunt, curæ eſt excogitare, quibus modis omnia aut aliqua habeant ſuperiora: ita & iis qui ſibi cauent, alia iam inuenta ſunt, alia ipſi quærere, & acerrimo ſtudio inueſtigare debent: non ab initio ne conantur quidem in eos impetum facere, qui præmuniti ac præparati ſunt.

COMMENTARIVS.

Vrbem autem.) Præcipere uolt de ſitu poſitureque ciuitatis, qualem optare debeant, qui illic uiuunt, ut fruantur, quoniam res patitur, commodis uitæ: primũ tamen repetit, quæ ſuprà tetigit de ſede ipſius, referens cuncta illic ad ea, quæ extra ipſam poſita ſunt. Inquit igitur ſe oſtendiſſe, oportere urbem eo loco conditam eſſe, unde capiat facilè utilitates, quæ deuehuntur è terra, & è mari, & quaſi communem eſſe utriuſque loci. Quod continget, ſi aut in littore ædificetur, aut in propinquis littorũ locis: ita enim quoq; iiſdem commodis abundabit. Eodemque pacto exiſtimat in medio ipſam collocatam eſſe ſuorum finium. uerùm quia intelligit hoc quibuſdam in terris obtineri non poſſe, ideò addidit, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων id eſt, quantum natura eorum locorum patitur.

Ipſius autem.) Incipit nunc alter de poſitura urbis cogitare, non ad externa ſpectans, ſed ad partes ipſius in ſe conuerſus: qua etiam in re uidet ualde arduum eſſe adipiſci locum omnibus iis bonis inſtructum, quę ornant ciuitatem, & explent undique ipſam. quare, inquit, hoc potius uotis à Diis immortalibus petendum, quàm ſine ipſorum benignitate ſperandum. Quatuor igitur eſſe oſtendit, quæ cumulant ipſam, & ad quę conſiderare oculos docet, qui urbem omnib. dotibus refertam amant: quæ bona enumerat. Eorum autem primum eſt bonam ualetudinem, quam neceſſariam putat, primumq; uidendam illi, qui urbem condit. ut enim ſapientes uiri cenſuerunt ſingulis mortalibus primùm optandam corporis ſanitatem, anteponendamq; hanc eſſe cæteris omnibus, quæ ipſos iuuant: ita etiam exiſtimandum eſt magnæ curæ ipſorum, ac ciuitatis demum. Monſtrauit etiam, quæ ſedes forent plerunque ſalubriores. nam quibuſdam certis locis talibus eripit hoc bonum, aut uicina palus, aut aperta uia flatibus peſtilentibus, aut aliquid huiuſcemodi. inquit igitur: Sedes, quæ uergunt ad auroram, & ad uentos ſpirantes ab ortu ſolis, eſſe ſalubriores: deinde (hoc enim alterum eorum eſt) quæ expoſitæ ſunt aquiloni, cuius etiam rationem reddit: Hyeme namque cùm uenti urgent, tempeſtatesque magnæ ſunt, illic degi melius poſſe. nam quàm infeſti ſint auſtri, corporibuſq; noſtris noxij, notum eſt. unde extitêre, qui Græco ſermone putarint, à morbis quos important his flatibus nomen impoſitum eſſe.

Reliquorum autem.) Quod ſuprà fecit aliquo modo, hic etiam ſeruat. quaſi enim coniungit duo quatuor illorum, quæ ſuprà propoſuit. tertium enim eſt, quòd tradit, urbem idoneo opportunoq; loco conditam eſſe debere ad munera publica obeunda: non tamen oſtendit, quæ ſint munera hæc ſacta quæ ciuilia, quæ intelligit (ut facit) de altaris illic ſuqueos, quæ bellica militariaq; uocat. ipſa namq; explicat inquit enim, oportere poſitã eſſe iis, qui manent in ea, ita ut paruo negotio inde, cùm opus eſt, exirent cum copiis ſuis ad hoſtes laceſſendos, detrimentaque ipſis importanda hoſtibus autem difficilem aditu ad bellum inferendum irrumpendum in fines ipſorum: ac demum talem, ut uix expugnari capique poſsit. Quartum autem ultimumq; eſt, quod nunc attexit huic, oportere illic eſſe, ubi urbs conditur, aquarum fluuiorum copiam ſuam propriamq; illius terræ, ſi obtineri hoc ullo modo poteſt: ita enim aquæ firmiores erunt. Quòd hoc beneficio loci inuentum illic non ſit, opus eſt ſibi illud parare, conſtruendis tanquam uaſis quibuſdam, ciſternis uocatis, & illic quidem multis ac magnis, quibus recipiatur magna uis aquæ pluuiæ: ut præter cotidianos ipſius uſus, ſi quando contigerit obſeſſa urbe prohiberi agens, qui illic uiuunt, aquæ non deſint, priuati enim illa, neceſſariò in hoſtium poteſtatem uenirent.

Quia autem.) Poſtquam, inquit oportet conditorem urbis ſuſcipere magnam cogitationem de ualetudine hominum, qui illic

illic habitaturi ſint, ſeduloque uidere, quæ hoc mirificum bonum præſtent: manet autem ipſum magna ex parte in poſitione loci & uſu aquarum. quod etiam ſuprà monſtratum fuit. Primùm enim ſignificat, polliceri non bene uobis poſſe, ſi elegeritis locum huic rei natura aptum, id eſt, qui ſua ui ſaluber ſit. uacuuſque ab omnibus iniurijs, quæ cœlum uiolent. hoc enim urbi primò ualere, quod inquit, *ἐν τῷ πρώτῳ*. quod enim ſequitur, *ὑγιεινότερον*, ſignificat, locum ipſum talem ſua ſponte uergere etiam debere ad ſalubrem locum. Nam ſi propinquus locus inſaluber foret, illius quoque ipſius elementiam propter uicinitatem contaminaret, & inſalubrem eum redderet: ceu ſi propinquam paludem haberet, ac neorum aliqua ſui parte peſtilentē exciperet. quod memoriæ proditum eſt, contigiſſe Agrigento, ſortunatæ olim urbi Siciliæ. unde Empedocles, cuius ipſius, qui remedium illi malo inuenit, uentoque peſtilenti uiam abſtruxit, *κωλυσανέμας* uocatus fuit. Alterum, inquit, quod multum pendet eidem rei, eſt, ut in niſta ciuitatem ſalubribus aquis: in quam rem nopere toto animo incumbere conditorem urbis, & qui ciuitatem regit. ita enim loquitur optimus auctor, ut apertè oſtendat magni momenti hoc eſſe, nec poſſe negligenter ullo pacto geri. pendet enim inde ſalus uitaque omnium. Verum autem hoc eſſe, quod dixit de uentis & aquis, oſtendere uolens, & requirens hanc rem inſiuitam cauſam, inquit: Quibus enim multis otimur in uita corporeque tuendo, & multum. Sæpe enim uſus uenit, ut utendum nobis ſit aqua, & flatus ipſos uentorum cõtinenter quaſi guſtamus & ore excipimus. hæc plurimum conferunt ad bonam ualetudinem. Quæ autem ille ſint, ipſe in extremo, concludens rationem, ſignificauit. aquarum enim ac uenti uim & poteſtatem, talem naturam habere affirmauit, ut crebrò cogamur ad illa confugere. Initium Odes Pindaricæ, quo cecinit ſummi ingenij Poeta, aquam eſſe optimam: exiſtimaſſe noſtrum, hanc uim habere notum eſt nullaq; alia de cauſa tantum ipſi tributum, uiſi quia multos magnosq; uſus uitæ noſtræ ferret. Animaduertendum autem eleganter hic locutum ſummum doctorem, ornareque orationem uoluiſſe ter repetita, parum immutata, eadem uoce intelligo, quod inquit, *πλείστοις, πλειστάκις, πλεῖστα*.

Quare in ciuitatibus.) Præcipit, quod magnos fructus fert tranquillis etiam temporibus, exemploque prudentium ciuitatum hortatus, ut reliquæ omnes idem faciant: quæ, ſi ue non omnes aquas habent pares, & eodem pacto ſalubres, ſed quaſdam corpori utiles: contrà autem, alias inutiles, ſiue ſalubrium tantam uim non habent, ut inde cuncti ſumant ad omnes uſus uitæ. illas enim ciuitates commemorat diſtinguere ipſas, uetareque ſalubrium uſum cæteris omnibus in rebus, iubereq; ipſas cuſtodiri potui & cibis coquendis: in primis autem potui, ad cætera autem commoda otiæ, quæ ſunt multa, quemadmodum corpori lauando, & ueſtibus ac uaſis, beluisq; itidem paſcendis adhibere minus puras.

De locis.) Quia in ciuitatibus multis loca quædam ſunt, aut natura aut arte munita, quæ non eodem pacto cunctis rebuſpublicis diuerſiſque ſtatibus ciuitatum conducunt, cuidam etiam aduerſantur: quid uerum ſit, probariq; debeat, oſtendit. Primùm igitur inquit, arcem accommodatam eſſe dominatui paucorum, & ijs omnibus, qui ſinguli in ſua poteſtate uniuerſam ciuitatem uolentem etiam habere uolunt. ſedem autem urbis planam & æquabilem conuenire ſtatui multitudinis. Optimorum autem ſtatui affirmat neutrum ſuperiorum aptum eſſe, id eſt neq; arcem, neque omnia complanata: ſed potius loca firma, & quæ non facilè capi poſſint ab aduerſarijs, plura. Quod ad arcem pertinet, idem etiam priſcis illis temporibus, quorum uitam moresque eleganter deſcribit, ſeruatum fuiſſe cecinit Lucretius his uerbis:

Condere cœperunt tum urbem, arcemq; locare Præſidium reges ipſi ſibi, perfugiumq;.

Non ſine cauſa autem miraretur aliquis, Athenienſes, quibus in primis ſtatus multitudinis gratus acceptusq; erat, arcem habuiſſe: etſi enim, ut ueriſimile eſt, illa ædificata fuit à ueteribus tyrannis, qui in ea urbe antiquitùs regnarunt: tamen debuit euerti exactis illis, ut Syracuſani fecerunt magno impetu, ſtatim ut beneficio Timoleontis ſuas leges libertatemque recuperarunt. Sed Athenienſes etiam à rege aliquando increpiti ſunt, ſtulteque feciſſe dicti, qui ipſum ingredi, pedemque ponere in eam paſſi forent. quòd enim inde cum ſalus abiſſet, ſuæ fidei ac liberalitati acceptam referri oportere: non illorum errori, atq; animi ſimplicitati. ijdem etiam inferioribus temporibus, cùm fractæ ſuæ poteſtatis, occupata arx fuiſſet à Caſſandro rege, multum laborarũt, ut eriperent ipſi eam è manibus, nec iugum illud ferre ullo pacto poterant. Tanto magis igitur admiratione dignum eſt, ipſos id malum aluiſſe, & corpori ſuæ reipub. diutius hærere, tùm demoliri poſſent, paſſos eſſe.

Priuatarum autem.) Quærit nunc de modo rationeque ædificandi priuatas domos, non tamen ſpectant commoda utilitatesq; dominorum ædium: ſed totius ciuitatis ac ſedis ipſius, in qua condita ſit urbs. inquit igitur, formam ædiumq; priuatarum ædificiorum, & (ut arbitror) uiarum ipſarum iucundiorem exiſtimari, utilioremq; ad alia facta ciuium, ſi fuerit diuiſa rectè atq; arte diſtincta, & demum ad recentiorem rationem ædificandi redacta. cuius auctor fuit & monſtrator Hippodamus architectus, cuius anteà meminit: & qui etiam, ut erat acuti ingenij uir, non contentus illis in rebus conſilijs inuentisq; maiorum, auſus eſt etiam remp. fingere, & rationem quam putabat optimam eſſe regendæ ciuitatis, oſtendere. Contrà autem dicit, elegantem hanc rationem ædificandi urbem, itineraq; ipſius dirigendi, minimè aptam ad ciuitatem tutam ab hoſtibus præſtandam: ſed meliorem tutioremque eſſe ueterem illam rationem, ſi ratio uocanda eſt, cùm omnia fierent confuſè, &, ut ſingulis, qui illic uiuebant, accommodatum erat. confirmat autem iudicium ſuum, dicens: Modus enim ille priſcus talis erat, ut peregrini & hoſpites exeundi illinc non facilè rationem inuenirent propter flexas uias & inextricabiles, & ab illis qui urbi inſidias ſtruerent, ægrè, nec ſine multis erroribus ac periculis poſſet eò penetrari. neq; enim uias apertas directaſq; muniebant: quare incerti ingreſſiq; in eorum errare cogebantur: nec perducebant ad exitum ſuum conatum, ſed potius flexibus illis, quaſi tenebris inuoluti, facultatem dabãt illis, quibus periculum creabant ſe opprimendi. Vetus tralatio perſpicitur libros ſecuta, in quo legerunt, *κατὰ τὸν ἀρχαῖον τρόπον*: ita enim omni ex parte reſpondiſſet auctor ſuperiori illi, *κατὰ τὸν νεώτερον τρόπον*.

Quare opus eſt.) Viam quandam mediam monſtrat, rationemque ædificandi, quæ particeps ſit utriuſque boni, id eſt, ſimul conſulat & ſaluti ciuitatis, & dignitati: non eſſe autem hanc difficilem affirmat. Quod ſi quis imitari uoluerit diligentiſſimos agricolas, hoc profectò ſine magno labore conſequetur. illi namq; in uitibus ſerendis hoc ſeruant: ordines enim quoſdam ipſarum cuſtodientes, & iiſdem ſemper ſpatijs eas terræ mandantes, proſpiciunt eodem tempore & utilitatibus earum, & oculorum uoluptati. nam de commodo fructuq;, quem inde capiunt arbores, ſi fuerint ita ſatæ, & in quincuncem directæ, diſſeruit etiam ſubtiliter & eleganter Virgilius in 2. ſuorum Georg. quòd enim inquit hic noſter doctor, *ἐν γεωργίᾳ* arbitror ualere in rebus ruſticis, non in effectoribus eorum operum & colonis, ut plerunque capitur hoc nomen. Auditum hic fuit *ἐν τῇ γεωργίᾳ* ab Ariſtotele, ut ab Iſocrate in Areopagitico, *ἐν ταῖς συνουσίαις*, ubi fert in cœlum uitam moreſque ueterum Athenienſium: quorum etiam adoleſcentes rectè moderatoq; uiuebant: accuſatq; iuuenes ætatis ſuæ, qui totos dies tererent in alea & lupanaribus, cæteriſq; huiuſcemodi infamibus gregibus. de quo modo loquendi memini me multo anteà diſſeruiſſe.

Et uniuerſam.) Quod ſimiliter iam ſignificarat: nunc, manens in re ipſa, magis explanat. Suadet enim conditoribus urbium, ne uniuerſam ciuitatem diuidant ſeceneq; ut Hippodamus, decori ſeruiens, & ab artificio ſuo non diſcedens, fieri oportere cenſuerat. illa namq; in ea rè ſplendorẽ & elegantiam ſibi propoſuerat, ſed tantùm partes quaſdam ipſius, & certos quoſdam locos, id eſt illuſtres, & in conſpectu poſitos: in cæteris autem retineat ueterem conſuetudinem ædificandi urbem quæ rudis & confuſa erat. Conſtituens autem iudicium ſuum, addit: Si namq; hoc fiet, ciuitas bellè ſe habebit, nec culpæ ulli affinis erit. magis namq; tuta ab hoſtibus inſidiatoribuſq; erit, & dignitatem ſpeciemq; aliquam retinebit.

De muris.) Quid ſentiat de muris ciuitatum & omni munitione ipſius, aperit. Non enim omnes de hac re eodem pacto exiſtimabant: ſed inueniebantur, qui putarent ciuitatem, quæ uirtutem coleret, fortitudinemq; complexata eſſet, non debere cingi muris. & Spartiatæ non ſolùm huius opinionis erant, uerùm etiam re ipſa præſtiterant, urbemque ſine muris habebant. arbitrabantur enim, Spartæ murum eſſe fortitudinem animi, diſciplinamque militarem, in qua iuuentutem continenter exercebant. Irridet autem opinionem hanc ſapiens magiſter, ditq; ualde antiquos homines eſſe ac rudes, qui ita ſentirent: præſertim cùm uiderent rebus ipſis factiq; redargutas ciuitates, quæ hoc probaſſent, & in hoc poſitam ſuis dignitatẽ ſalutemq; ſuam falsò putaſſent. uictæ namq; illæ & captæ ab hoſtibus fuerant, cognoueruntque cum ſuo magno malo errorem animi. Confirmat conſilium noſtri doctoris, quòd illa ipſa fortiſſima ciuitas, quæ præter cæteras muros turres; improbauit, huc aliquando deſcendit, itaque ſalutem ſuam expediuit: ut cùm Pyrrhus Cleonymum, regem Laconum, extorrem patria, reducere conatus eſt. tunc enim non uidentes Spartiatæ, quomodo aliter hoſtes arcerent, diffidentes uirtuti ſuorum, ob copias ingentes aduerſariorum: foſſam ſubitò parti urbis, cui imminebant hoſtes, duxêre, cuius latitudinem altitudinemq; ueteres ſcriptores diligenter literis prodiderunt in quo etiam opere magno animo, & contra infirmitatẽ ſui corporis Lacænæ fœminæ egregiè ſe geſſerunt, tertiamque partem ipſius ſuo labore confecerunt, ut non paruam laudẽ inde conſecutæ ſint. [illegible]od

tempua

tempus & ipſum, ut aliud, quod ſuo loco tetigi, non parum ualet ad deleudam eam maculam, quæ à philoſopho ipſis inuſta eſt: quod duris temporibus ipſæ, quamuis uetitæ ſemper in ſtudijs militaribus, nihilo meliores forent cæteris mulieribus ſed hoc mortuo iam ipſo factum eſt.

Eſt enim.) Concedit aliquid aduerſarijs, ut facilius eus refellat, cùm oſtendat eie id ſemper non obtineri. Inquit igitur, contra ſimiles hoſtes, pareſque uirtute, & contra illos etiam, qui non multum ſuperent numero, non eſſe ſane honeſtum quærere ſalutem mœnibus ac propugnaculis, eludereque impetum hoſtium præſidio locorum munitorum. uerùm, quia uſu uenit aliquando, & contingit ut utucamur ab illis, qui incurrunt in fines noſtros, uiribus ac numero, tãto interuallo, ut nulla humana uirtus, & quæ in paucis exiſtat, par ſit illis ſuſtinendis: ſi opus, inquit, eſt conſeruari è manibus inimicorum, & non incommoda magna ab ipſis accipere, demumque, quod peſſimum omnium eſt, nun uexari contumelia. Ponit enim ea, quæ aperte ſunt, & dubitationem nullam habent: quin quarunque rationes declinanda ſint, firmam, & maximè tutam murorum altitudinem, exiſtimandum eſt mirificè conuenire bello gerendo, nec maculam ullam inurere ijs, qui hac ratione aperiunt ſibi uiam ad ſalutem: præſertim addit, hac noſtra ætate huc contingendum eſt, & ſummo ſtudio loca muniendum, cum inuenta ſint, quæ ad urbes expugnandas ualent, & ſagittæ & tormenta bellica, & tanto artificio fabricata & exquiſita ſint, ut ipſi addi nihil poſſit. Quare conſtat, par ſtudium collocandũ eſſe in ciuitatibus muniendis, nec requiri tantum muros ciuitatibus defendendis uerum etiam illos exquiſita cura & arte corroborandos. Quæ autem exiſtimauit Ariſtoteles inſtrumenta orbium expugnandarum, cum uiueret, ad ſummum perducta ea collata cum ætatis noſtræ machinis, ludibria ſunt & contemni facile poſſunt. Nam quòd iacula & ſagittas ſuo in genere perfectas & abſolutas tunc fieri cœptas eſſe inquit. Nota uox eſt Laconis illius, qui cum ſpectaſſet telum, quod baliſta iaciebat, & ſpatium loci magnum exclamauit, Perijt uiri uirtus. ita enim ab ignauo homine facile fortiſsimus quiſque interimitur. Quanto autem uerius hoc ab Archidamo edi potuiſſet inferiore multo tẽpore, quo inuentæ ſunt aheneæ machinæ quibus, præter quam quòd nulla firmitas murorum reſiſtere diu ualet, interiecto etiam maiore ſpatio loci, ſummi duces cæli ac dilac . . . antur. Quod, ut alios taceam, contigit etiam publico magno incommodo totius Italiæ, & tunc maximè, rùm tellus hæc conſilio & fortitudine animi ipſius egebat. Ioannes Medici, frementi curſum ſæuarum nationum ad Romam diripiendam, ac latara ſua corpuſque opponenti furori illarum ac rapinæ.

Simile namq.) Argumento ducto à ſimili, ſententiam eorum contemnit. Simile enim inquit, eſt cẽſere non eſſe muris cingendas ciuitates, atque in ſitu urbis capiendo regionem quærere, in quam facile irrumpant hoſtes, & ſi qua illic ſint loca montoſa & aſpera, ipſa tollere & complanare. Errorem autem hunc magnum uidit etiam atque exagitauit noſter politiſsimus poeta, cum in grandiore illo carmine, quo deplorauit ſtatum Italiæ ſuæ ætatis, recinit naturam rerũ mirificè conſuluiſſe olim ſaluti Italorum, cum alpibus hanc tellurem muniuit, & ipſis, tanquam aggere quodam ac caſtello, tectam defenſamque uoluit à gentibus feris & immanibus: quod tamen eximium bonum poſtea Itali ipſi ſua culpa & auaritia corruperunt, iter ſibi illac facientes ad urbes, locaque tranſalpina. unde factum eſſet ut Ital . . . efficeretur peruia illis nationibus, & tanquam ſinus & commune nobiſcum domicilium barbarorum. Nun contentus autem uno ſimili Ariſtoteles, alterum affert: quod & ipſum ſtultitiam aduerſariorum declarat. Eodem etiam, inquit, pacto perrerrt atque ille, qui priuatis domibus parietes non circundaret, ſecutus iudicium hoc, quod ſi hoc factum foret, qui ipſas habitarent, futuri eſſent ignauiores.

Atqui neq.) Hoc tertium argumentum eſt, quo docet, conſilium ſuum non impedire uirtutem militarem, neque aduerſari magnitudini animi. Quaſi enim, inquit, non ualeant, qui munitam operibus ciuitatem habet, exire ex urbe, & conſerere manum cum hoſtibus. illis enim, qui in muris cincta ciuitate uiuunt, licet ambobus modis ipſa uti. &, cum uolunt, ut munita cinctaque mœnibus. & contrà eadem, ut aperta & ſine muris. Duobus igitur modis poſſunt regere & ſequi rationem eam, quam meliorem tunc putarint. quod nequeunt facere, qui uiuunt in nudata, & à muris uacua: quin autem præſtet, duas uias habere ſalutis expediendæ, quàm unam tantum, non eſt dubitandum.

Si autem res) Cùm iam oſtendiſſet, conſilium ſuum uerum eſſe, fretus rationibus illis: concludit, oportere diligenter in hanc curam incumbere: & non ſolum ædificare muros, uerum etiam uidere, ut decus afferant urbi, & ad bellicas utilitates ſint accommodati, reſiſtantque modis ueteribus oppugnandarum urbium, & machinis inferiore ætate inuentis. Excitat autem præfectos & defenſores urbium ad hanc rem toto animo adminiſtrandam, exemplo eorum qui inſidiantur alienæ libertati, ſtudentque ſubigere uicinas ciuitates. Vt enim illi non contenti antiquis inſtrumentis oppugnandarum urbium, noua quædam excogitarunt, demumque omnia parant, quibus ſuperiores ſint: ita, inquit, hi debent & antiquis iam inuentis rationibus ipſarum cuſtodiendarum, & nouas quaſdam indagare, adhibitoque ſummo ſtudio capere. Quòd ſi ſtudioſe antea factum fuerit, non ſolùm poterunt impetus aduerſariorum eludere, conatuſque eorundem irritos facere: uerum etiam ſtatim in principio conſilia illorum frangere. Neque enim, inquit, homines cõſueuerunt aggredi, quos ſciunt eſſe ad uim repellendam inſtructos. Qui mœnibus olim urbem noſtram cinxerunt, ſummo ſtudio utrique rei prouiderant. nam & crebras & celſas turres excitarant, præſertim autem portis ciuitatis ingẽtia propugnacula impoſuerant: quæ ut firma erant, ita etiam amplitudinem & ſpeciem non paruam præ ſe ferebant. Venit poſtea tempus, cum oppugnari illa, à quibus minimè decebat, cœpta eſſet quo, quæ prius & præſidio & ornatui erant, exiſtimata ſunt à peritis militiæ ducibus, mutata ratione ac uia belli gerendi, expugnandarumque urbium, magis aduerſari, quàm prodeſſe defenſoribus. quare paucis exceptis, magno labore ac tumultu dirutæ ſunt, cùm opus ualde firmum ac ſolidum foret. Videri igitur potuit amiſſo ſplendore ſuo illis, qui prius ornatam ipſam uiderant, manca ac debilis, & à quibuſdam etiam talis dicta eſt: ut agricola quoque, cuius repente oculis ipſa ita deformata obiecta eſt, dixerit, Florentiam ſibi uideri redditam mennam (ſic enim nos appellamus homines impotentes) liceat mihi nunc in rebus grauibus iocari. Rectè igitur ac iure bono inquit Ariſtoteles, ad decus quoque reſpiciandum eſſe in munienda urbe, præſertim ampla & magnæ dignitatis atque imperij, qualis noſtra eſt.

a αὐτοῖς δὲ, &c. al. αὐτῶν δὲ, &c.
b εἰ δὲ μὴ, τοῦτο γε πειρᾶσθαι, &c. nam mendoſe alij libri habent, πειρᾶται, &c.
c ἐχυρὰς τόπους, mendoſe. alij, ἰσχυρὰς. d ἐν τοῖς φρουρίοις.

CAPVT XII.

QVia autem oportet multitudinem ciuium in cõmunes cœnas diſtributam eſſe, muros autem diſtinctos propugnaculis & turribus per loca opportuna: apertum eſt, ipſa cohortari paratas habere quaſdam harum cœnarum in his propugnaculis: & hæc quidem aliquis hoc modo exornaret. Tecta uerò diuinis naturis aſsignata, & maximè ratas magiſtratuum communes cœnas

ΕΠΕὶ δὲ δεῖ τὸ μὲν πλῆθος τῶν πολιτῶν ἐν συσσιτίοις κατανενεμῆσθαι, τὰ δὲ τείχη διειλῆφθαι φυλακτηρίοις καὶ πύργοις κατὰ τόπους ἐπικαίρους· δῆλον ὡς αὐτὰ προκαλεῖται παρασκευάζειν ἔνια τῶν συσσιτίων ἐν τούτοις τοῖς φυλακτηρίοις· καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον ἄν τις διακοσμήσειε τὸν τρόπον. τὰς δὲ τοῖς θεοῖς ἀποδεδομένας οἰκήσεις, καὶ τὰ κυριώτατα τῶν ἀρχείων συσ-

QVoniam autẽ ciuium quidem multitudo per ſodalitates & cõcœnationes publicas diſtributa, muri uerò propugnaculis & turribus in locis idoneis diſtincti atque intercepti eſſe debẽt: ſcilicet ea res hortãtur & inuitant, ut nõnullis conuiuia in his propugnaculis apparentur atque adornentur. Atque hæc quidẽ hoc modo diſponenda atque ordinanda eſſe uideantur. Sed ea, quæ rebus diuinis attributa & conſecrata ſunt, domicilia, & ea quæ ſunt ampliſsima magiſtratuũ ſodalitia, tri-

cœnas, cõuenis locum accommodatum habere, & eundem, exceptis fanis, quæ lex ſeparat, ſiue oraculum, quod reſponſa edat. Eſſet autem huiuſcemodi locus omnis, qui conſpectum habet ad uirtutis poſituram talem, ut ſatis ſit & ad uicinas partes urbis firmiter. Decet autem ſub hoc loco huiuſcemodi fori ſedem eſſe parem illi, quod in Theſſalia uocant liberũ. hoc autem eſt, quod putum eſſe oportet, uacoumq; à rebus cunctis uenalibus: neque minutũ artificem, neque agricolam, neque alium quempiam huiuſcemodi uirum eò commeare, niſi uocatum à magiſtratibus. Foret autem uenuſtus locus, ſi loca, ubi corpus exercent ſenes, hic ordinem haberent: decet enim per ætates diuiſum eſſe hunc quoque ornatũ, & apud iuniores præfectos quoſdam manere: ſeniores autem apud magiſtratus. cùm enim magiſtratus ſunt ante oculos, inſeruntin animum uerum pudorem & metum ingenuorũ uirorum. Forum autem rerum uenalium diuerſum ab hoc eſſe oportet, & ſeiunctum loco: ſedemque habere, in quam facilè recipiantur, & quæ mari mittuntur, & quæ tellure cuncta. Quia autem multitudo ciuitatis diuiditur in ſacerdotes, in magiſtratus: decet quoque, ubi ſacerdotes ſimul cœnant, ſedem eſſe propinquam ſacris ędibus. Magiſtratuum autem, quicunque curæ habent contractus & ſcripturas litium, & uocationes ad ſe, atque aliam huiuſcemodi adminiſtrationẽ: adhuc autem agoranomiam & aſtynomiam appellatum, prope forum oportet & conuentum quendam communem fabricare. Huiuſcemodi autem eſt locus, qui eſt circa forum neceſſarium: ſuperius enim oo lumus eſſe, ubi ociosè degatur, hõc autem neceſſarijs factis aſsignamus. Diſtribui autem oportet dicto ordine illa etiam, quæ in agro fiunt: illic enim quoque magiſtratibus, quos appellant hi quidem hyloros, hi uerò agronomos, & propugnacula & cœnas communes ad cuſtodiam neceſſe eſt eſſe: præterea fana per agrũ eſſe diſtributa partim dijs, partim heroibos.

σίτια, ἁρμόττει τόπον ἐπιτήδειόν τι ἔχειν καὶ τὸν αὐτόν· ὅσα μὴ τῶν ἱερῶν ὁ νόμος ἀφορίζει χωρὶς, ἤτοι μαντεῖον ἄλλο πυθόχρηστον. εἴη δ' ἂν τοιοῦτος ὁ τόπος, ὅστις ἐπιφάνειάν τε ἔχει πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς θέσιν ἱκανῶς, καὶ πρὸς τὰ γειτνιῶντα μέρη τῆς πόλεως ἐρυμνοτέρως. πρέπει δὲ ὑπὸ μὲν τοῦτον τὸν τόπον τοιαύτης ἀγορᾶς εἶναι κατασκευὴν, οἵαν καὶ περὶ Θετταλίαν ὀνομάζουσιν, ἣν ἐλευθέραν καλοῦσιν. αὕτη δέ ἐστιν, ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι τῶν ὠνίων πάντων· καὶ μήτε βάναυσον, μήτε γεωργὸν, μήτ' ἄλλον μηδένα τοιοῦτον παραβάλλειν, μὴ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. εἴη δ' ἂν εὔχαρις ὁ τόπος, εἰ καὶ τὰ γυμνάσια τῶν πρεσβυτέρων ἔχοι τὴν τάξιν ἐνταῦθα. πρέπει γὰρ διῃρῆσθαι κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ τοῦτον τὸν κόσμον. καὶ παρὰ μὲν τοῖς νεωτέροις ἄρχοντάς τινας διατρίβειν, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους παρὰ τοῖς ἄρχουσιν· ἡ γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀρχόντων παρουσία μάλιστα ἐμποιεῖ τὴν ἀληθινὴν αἰδῶ, καὶ τὸν τῶν ἐλευθέρων φόβον. τὴν δὲ τῶν ὠνίων ἀγορὰν ἑτέραν τε δεῖ ταύτης εἶναι, καὶ χωρὶς, ἔχουσαν τόπον εὐσυνάγωγον, τοῖς τε ἀπὸ τῆς θαλάττης πεμπομένοις, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας πᾶσιν. ἐπεὶ δὲ τὸ πλῆθος διαιρεῖται τῆς πόλεως εἰς ἱερεῖς, εἰς ἄρχοντας, πρέπει καὶ τῶν ἱερέων συσσίτια περὶ τὴν τῶν ἱερῶν οἰκοδομημάτων ἔχειν τὴν τάξιν. τῶν δ' ἀρχείων, ὅσα περὶ τὰ συμβόλαια ποιεῖται τὴν ἐπιμέλειαν, περί τε γραφὰς δικῶν, καὶ τὰς κλήσεις, καὶ τὴν ἄλλην τὴν τοιαύτην διοίκησιν· ἔτι δὲ περὶ τὴν ἀγορανομίαν, καὶ τὴν καλουμένην ἀστυνομίαν, πρὸς ἀγορᾷ μὲν δεῖ, καὶ συνόδῳ τινὶ κοινῇ, κατεσκευάσθαι· τοιοῦτος δ' ὁ περὶ τὴν ἀναγκαίαν ἀγοράν ἐστι τόπος. ἐνσχολάζειν μὲν γὰρ τὴν ἄνω τίθεμεν, ταύτην δὲ πρὸς τὰς ἀναγκαίας πράξεις. νενεμῆσθαι δὲ χρὴ τὴν εἰρημένην τάξιν καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν· καὶ γὰρ ἐκεῖ τοῖς ἄρχουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ μὲν ὑλωροὺς, οἱ δὲ ἀγρονόμους, καὶ φυλακτήρια, καὶ συσσίτια πρὸς φυλακὴν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν. ἔτι δὲ ἱερὰ κατὰ τὴν χώραν εἶναι νενεμημένα τὰ μὲν θεοῖς, τὰ δὲ ἥρωσιν.

clinia dico, in quibus ea celebrantur, conuenit locum idoneum habere, unóque & eodem loco templa omnia eſſe poſita, niſi uel lex aliqua, uel aliquod oraculum Apollinis, uel aliquod aliud uetat ſeparari. Talis autem fuerit locus & ad efficiendam ª ſitus præſtantiam ſatis illuſtris atque eminens, & præ uicinis partibus ciuitatis tutus ac munitus. Decet autem huic loco talis fori ſtructuram eſſe ſubiectam, quale in Theſſalia ᵇ uſu receptum eſt, quod liberum uocant. hoc porrò ſignificat ab omnibus rebus uenalibus purum & sincerum eſſe oportere, neque quenquam ſordidum atque illiberalem artificem, neque agricolam, neque alium quemquam talem huc irruere, aut omnino aſſtrare, niſi à magiſtratibus arceſſatur. Fuerit autem hic locus lepidus ac uenuſtus, ſi etiam ſenum gymnaſia hic fuerint locata. Decet enim etiam hoc ciuitatis decus atque ornamentum pro ætatibus eſſe diuiſum ac diſtinctum: & inter adoleſcentes quidem magiſtratus aliquos, inter magiſtratus uerò ſenes uerſari. magiſtratuum enim præſentia ante oculos poſita, uerum pudorem & liberalem metum in animis ingenerat. Forum autem rerum uenalium aliud ab hoc eſſe oportet, & ſeorſum poſitum in loco & ad eas res, quæ e mari aducbuntur, & ad eas quæ ex agro importantur, unà excipiendas opportuno. Iam uerò quoniam ciuitatis multitudo diuiditur in ſacerdotes & magiſtratus, decet triclinia, in quibus ſacerdotes conuiuia inituri ſunt, ad ædeis ſacras eſſe collocata. Magiſtratum uerò, quicunque rerum contractarum iudicijs, & actionum intentionibus, & in ius uocationibus, & talibus alijs curationibus præſunt, & præterea ædilium minorum, ſeu annonæ præfectorum, & ædilium maiorum, qui res urbanas procurant: horum omnium ſodalitia ſeu potius triclinia, in quibus conuiuia agitent, ad forum & conuentum aliquem publicum ædificata eſſe oportet. talis autem eſt locus, in quo rerum neceſſariarum mercatus inſtitutus eſt. nam forum illud ſuperius ocioſum eſſe ponimus, hoc uerò rebus neceſſarijs deſtinamus. Ea autem, quæ extra urbem ſunt, conſtitutionem & deſcriptionem à nobis expoſitam imitari debent. Illic enim magiſtratibus, quos alij ſyluarum cuſtodes, alij agri præfectos appellant, & loca ubi cuſtodias agant, & triclinia, ubi unà epulentur, & conuiuia agitent, comparata ſint neceſſe eſt: & præterea templa per agrum diſtributa, alia dijs, alia heroibus dedicata. Verùm

Verùm terere nunc tẽpus, exquirentes & dicentes de his, ſuperuacaneum eſt: non enim huiuſcemodi intelligere arduum eſt, ſed potius efficere. dicere namq; optati eſt opus, contingere aũt fortunæ. quare de huiuſcemodi rebus plurib. diſſerere omittatur modò.

ἀλλὰ τὸ διατρίβειν νῦν, ἀκριβολογουμένους καὶ λέγοντας περὶ τῶν τοιούτων, ἀργόν ἐστιν· οὐ γὰρ χαλεπόν ἐστι τὰ τοιαῦτα νοῆσαι, ἀλλὰ ποιῆσαι μᾶλλον. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, εὐχῆς ἔργον ἐστί· τὸ δὲ συμβῆναι, τύχης. διὸ περὶ μὲν τῶν τοιούτων τό γε ἐπὶ πλεῖον ἀφείσθω τανῦν.

rium longius eſſe nunc in harum rerum explicatione ſubtiliore, & diſputatione accurata atque arguta, ſuperuacaneum eſt. talia enim intelligere difficile non eſt, ſed facere potius. nam de his uerba facere, optantis eſt: ea autem euenire, fortunæ. Quare de talibus nunc plura dicere omittamus.

COMMENTARIVS.

Quia autem) Præcipit nunc, quid præterea requirat ornatus ciuitatis, pertinens ad ædificia & illa quidem, quæ uſibus maioribus ſeruiant, & unde ipſa abſolutior fiat. Primùm autem publicis, deinde priuatis. Habent autem documenta hæc ſola & fundamenta nonnulla, quæ iam probata & conſtituta fuerant, ut ſtatim primum hoc. inquit enim: Quia opus eſt multitudinem ciuium tributam conſectamque eſſe in plura loca, ubi ſimul cibum ſumant. neque enim una eademq; ſede caperet tantam uim mortalium, & ualde inde remotis fuiſſet nimis moleſtum in ea loca confluere. Præterea, inquit, quia opus eſt muros ciuitatis diuiſos eſſe diſtinctoſque propugnaculis & turribus, in quibus commodè maneant cuſtodes ipſorum, quæ propugnacula ſita ſint locis opportunis, atque hac de cauſa ſint aliquando longinqua: non dubium eſt, inquit, quin oporteat fabricare quædam tecta in ijs ipſis locis, ubi unà defenſores illi ſimul ueſcãtur: & ſanè loca ipſa, utilitateſque eorum, ut hoc faciamus, nos hortari uidentur, & aliquo modo inuitare. addit autẽ: Et hæc quidem, quæ adhuc tradita ſunt, conſtrui debent ratione, quæ monſtrata eſt. quorum fabrica, quia decus etiam atque ornatum adiungit urbi, ideo de ipſa dixit, διακεκοσμημένα.

Tecta uerò.) Cùm in ciuitatibus neceſſe ſit fana & ſacras ædes exiſtere, ut ſemper ante oculos habeant ciues, quæ renouent in animis eorum memoriam deorum immortalium, & maxima beneficia, quæ inde acceperunt, ne deſint loca, quò ſe conferant, cùm gratos & memores illorum ſe oſtendere uolunt: docet nunc, qua potiſſimum in parte urbis ædificanda ſint. Quia enim à benignitate deorum omnia bona, quibus expleti ſumus, obtinemus, ideo decet nos gratias habere illis, cùm referre non ualeamus, & iuſtũ honorem dijs exhibere. loca autem ipſis dicata exiſtimantur huic rei apta eſſe. Iubet igitur illis deligi locum ualde idoneum, & qui congruat mirificè his rebus, quæ requiruntur in ipſis colendis & uenerandis: & ſi hoc obtineri poſsit, unum eundemq; non ſeiunctum, nec ualde remotum. Quærendũ autem eſt, an uelit uno in loco ædificata eſſe cuncta deorum domicilia. an potius mandet ædificari in uicino propinquoq; loco & templa ipſa & domus, in quibus ſummi magiſtratus unà diſcumbunt: hoc enim ueriſimilius eſt. Conuenire enim magis uidetur, ut fana ſacellaque ſint per totam ciuitatẽ ſparſa: & ſanè hoc magis accommodatum foret uſibus ciuiũ, & in omnibus ſanè urbibus frequentatur. ſed tamen, quæ ſequuntur apud auctorem ipſum, uidentur ſignificare, de fanorum tantum uicinitate ipſum locutum. Cùm enim excipiat quædam ædificia, quæ non debent in propinquo condita eſſe, quæ lex fanorũ ſacraque uetet, ſiue oraculum aliquod reſponſo ſuo: non ſine cauſa putaret aliquis de ſacris tantum ſedibus, dicatiſque alicui Deo auctorem locutum. Eſt etiam ſcrupulus in illis uerbis, τὰ συσσίτια τῶν ἀρχείων ἔνιά, qui oritur à uarietate lectionis. cùm enim excuſi prius libri habeant ἀρχῶν, non ἀρχείων: plures calamo exarati, quos uidi, ἀρχείων habent. quam ſcripturam exprimit quoque uetus tralatio, in ea enim legitur Antiquorum: cui tamen lectioni non uidetur hic locus eſſe, unde ex ea factum eſt ἀρχαίων, quæ uox ualet ſedes domiciliaque magiſtratuum. Cùm uerò hæc lectio probata receptaque ſit, tamen totã rem ueritatemque huius loci aperire uolui. Legem autem fanorum appellat, quia exiſtimandum eſt, multa quæ ſeruari debebant in fanis extruendis, lege definita fuiſſe: μαντείαν uerò, πυθόχρηστον uocat. cùm enim plura genera diuinationis eſſent, uariaque itidem ſacella, quæ res futuras indicarent: non cuncta tamen oracula reſponſaque edebant.

Eſſe autem.) Oſtendit, qui locus idoneus ſit his ſedibus, id eſt talis, ut illic commodè apteque conſtruantur & fana & domicilia primorum magiſtratuum, in quibus unà cibum capiant: duoque ſpectari oportere teſtatur. Primum eorum eſt, ut habeat ſplendorem & dignitatem tantam, ut illic figatur rectè, collocetur que ſedes uirtutis. Verè autem uocauit uirtutem, pietatem, quæ tribuitur dijs immortalibus, & munera magiſtratuum: qui ſi præſtare uolunt, quod proprium eorum eſt, iuſtè ſanctèque de cauſis controuerſijſque ſemper exiſtimabunt. Alterum eſt, ut ſumatur locus editior munitiorque, ut non facile ciuium loca & ſeditioſi homines, qui in ipſis oriuntur, uiolare fana & ſpoliare ualeant, & uim afferre magiſtratibus.

Decet autem.) Quid uellet cuſtodiri de locis uicinis ſedi, quã demonſtrauit, indicat, id eſt ſacris ædibus & domibus, in quibus primores magiſtratus cibum ſimul caperent. Inquit enim, quadrare magnopere, & ad dignitatem commodaque ciuitatis pertinere, ſub ut illo ipſo loco ædificetur forum: forum tamen uacuum ab omnibus rebus, quæ contaminare ipſum ualeant, & turbare otium honeſtum. Interpretatur autem ipſe cuiuſmodi forum intelligat, id eſt in quo nullæ res uenales exponantur, & ad quod non liceat adire obſcoris tenuibuſque opificibus, neque agricolis, neque alij ulli mortali eius generis, niſi accerſantur à magiſtratibus. Sed etiam exemplo declarat, qualem hunc locum intelligat: quod fecit prius quam ipſe magis ſenſum animi ſui aperiret. Dixit enim, ſe probare ipſum tale quale eſt apud Theſſalos. Vnde tradit ipſos uocare illud ἀγορὰν ἐλευθέραν, ſiue, ut eſt in alio quopiam exemplari, ἐλευθερίαν, id eſt liberum ſolutumq; ab illis moleſtijs, ſiue aptum accommodatumque liberis atque ingenuis hominibus.

Foret autem.) Cùm futurum affirmet locum elegãtem a cõpoſitum, non intelligit hoc ſolùm forum, quod modò deſcripſit, uerum etiam uniuerſam partem illam urbis, quam uellet undique exornari, in qua extructa ſint fana deorum, & ea quæ iam monſtrauit. Addit igitur, ualiturum etiam multum ad ornatum perfectionemque illius, ſi gymnaſia ſeniorum illic conſtituta fuerint: aſsignat enim ipſis locus, ubi apertè illi ætati corpus exerceant, prope ſedes magiſtratuum, & illa ipſa domicilia, quæ ſuprà ſignificauit. Reddit autem rationem ſui conſilij, dicens, conuenire maximè, ut hic ornatus ciuitatis, pulcerrimuſq; ordo diuidatur per ætates, & apud iuniores, cùm dant operam his corporis exercitationibus, ſemper ſint præfecti quidã, qui ipſos ſeruent: ſeniores uerò ipſi prope magiſtratus ſedeſque eorum maneant, incumbentes in eadem illa ſtudia. Addit autẽ, quod utilitatem huius inſtituti declarat. Cùm enim magiſtratus præſentes adſunt, aſpectus eorum ante oculos poſitus, inſerit in animos omnium, qui ſunt in poteſtate ipſorum, uerum pudorem, & qui reuocat ab improbis factis: & metum etiam, qui laudatur congruitque liberis hominibus non illum, qui meritò ſemper accuſatur, & remotus eſſe debet à pectoribus ingenuorum. Vim uerò magnam eſſe honeſtæ ſenectutis, non ſolùm in adoleſcentibus coercendis, uerum etiam in magiſtratibus in officio retinendis: declarauit factum Appij illius cæci, qui aduentu ſuo fregit ſententiam ſenatus, inclinantis ad pacem & fœdus cum Pyrrho rege faciendum: quæ pax, cùm turpis eſſet, & contra ueterem morem eius populi probata, inuſſiſſet non paruam maculam nomini Romano. Quem autem uocat hic auctor ingenuorum timorem, intelligit illum, cui Lacedæmonij ſacellum ædificarant prope ſedem ephororum ciuium: inquã legum, & pœnam propoſitam omnibus, qui ipſæ contempſiſſent, cùm arbitrarentur in primis remp. metu contineri. ut teſtatur Plutarchus in uita Cleomenis: quo tamen in loco mendum ſcripturæ eſt. in excuſis enim legitur, contra antiquorum librorum fidem, τὴν πολιτείαν μάλιστα συνέχεσθαι νομίζοντες cum pro νόμῳ, legi prorſus debeat φόβῳ.

Forum autem.) Cùm ſit neceſſe in ciuitate locum definitum eſſe, in quo res uenales exponantur, forumque tale oſtendit. qui locus huic foro accommodatus ſit: primumque remouet eum, diiungitque ab altero illo foro: ſedemque habere uult, in quã facile conuehantur, quæ mari eò mittuntur, & eodem pacto, quæ comportantur eodem terra, atque ex agro propinquo. ita enim mercatores ſine magno labore ac ſumptu forum illud frequentabant. Nam cùm uelit forum hoc ſeiunctum eſſe nõ paruo interuallo à ſuo, quod aſsiduè premunt honeſti & politi uiri: cur id faciat apparet, ne in ipſum penetret ob uicinitatem in ipſum aliquid ex altero foro, quod perturbet otium & liberales ſermones eorum qui illic uerſantur.

Quia autem.) Vbi debeãt extrui domicilia, in quibus ſacerdotes & magiſtratus unà epulentur, docet. Cùm enim hi duo ordines ſint partes ciuitatis, & honeſtiores quidem partes: res poſtulat, ut locus commodus aptuſque muneribus proprijs rum obeundis ipſis tribuatur. Veterem autem tanquam ſolo ac fundamento huius nouæ præceptionis diuiſione ueterè partitus enim fuerat multitudinem ciuitatis in ſacerdotes & in imperium in ea habentes: omittit namque nunc priuatas perſonas. Inquit igitur decere, ut loca aſſignata cœnis illis communibus ſacerdotum ſint prope fana & ſacella, quæ ipſi ſtudio ſuo colunt. ἔχειν enim τάξιν, quemadmodum paulo ſuprà locutus eſt: ſignificat illic conſtituta & dimenſa eſſe. Cùm enim frequẽter ipſos oporteat eſſe in fanis illis, ut ſeruiant officio ſuo, quod ſine ſcelere deſeri non poteſt: facilius id præſtabunt, ſi explebunt deſideria corporis propinquo in loco. Monſtrat poſt hoc ſtatim, quæ ſint opportunæ ſedes cæterorum magiſtratuum: ubi ſcilicet & ipſi commodè ſimul ueſcantur, nec longè abſint à perſonis, quarum lites & controuerſias, iure ſuæ poteſtatis, componere debent, & præſtò ſemper ipſis eſſe.

Magiſtratuum autem.) Primum enim appellat magiſtratus, qui curam gerunt litium, quæ naſcuntur ex contractibus iiſque, quæ aliqui pepigerunt inter ſe, exiſtimantes de illis, ſententiamque ferentes. Nominat autem partes harum curarum. primi enim ueniunt, qui queruntur de pactis non ſeruatis, aliotque ſe aliqua in re læſos eſſe. unde uocare oportet in iudicium eos, qui inſimulantur: aliaque huiuſcemodi nonnulla, quæ reticet, propria muneris eorum eſſe loquit. Indicat etiam alios duos ſuo loco magiſtratus, quos coniungit cum ſuperiore in eo, quod nunc tradit: id eſt, eum quem uocabant ἀγορανόμον, quia curarent, quæ ad modeſtiam fori pertinebant, uiderentq; ne quid illic improbè gereretur: nec non alterum, qui appellabatur ἀστυνόμος. Nomen oſtẽdit, poſteriorum horum auctoritatem legemque ampliorem fuiſſe. at enim illi ſolius fori, ita hi totius urbis, quaſi lex & columen erant. Horum igitur omnium domicilia extrui debere affirmat prope forum & locum urbis, ubi cogatur uis magna hominum, & undique eo concurrant. quis autem plerunque huiuſcemodi ſit, declarat. Inquit enim [illegible] eſſe locum, qui cingit forum neceſſarium: quod forum ita uocat, quia ciuitas nulla carere ipſo poteſt. neceſſe namque [illegible] ea ſedem eſſe, ubi exponantur res uenales, & quibus homines uitam ducunt. Ne quis autem putet, intelligere ſe alterum illud forum, quod frequentant ingenui homines, ut ſimul de re publica & priuata loquantur, non ducti ſtudio emendi aut uendendi aliquid, hoc teſtatus. Eodem pacto uocat facta neceſſaria, quæ adminiſtrantur in altero foro, quo accedunt ciues, ut domum inſtruant, aut quæſtui ſeruiant.

Diſtributis autem.) Admonet, ut quæ in agro ciuitatis fiunt (illic enim quoque & præfecti quidam eſſe debent, & domicilia ipſis extrui, & ad cibum unà ſumendum, & ad fines tuendos accommodata) eodem ordine rationeque diſpenſentur, atque ea quæ in urbe ipſa diſtribui oportere ſignificauit, torque ſe referant ad præcepta illa ac normam ipſorum. Eos autem, qui in agro imperium habent, ac regunt in eo rempublicam: notat is tradit à nonnullis ὑλωρούς, quaſi ſyluarum cuſtodes: ab alijs autem ἀγρονόμους. quia ſint tanquam lex quædam eorum, quæ geruntur extra urbem. Tradit igitur, ædificari oportere in agro caſtella quædam ad arcendos hoſtes, locis opportunis ſita & domos etiam, in quibus unà uescantur. Præterea ſacella quædam, natiuis locis in agro condita eſſe debere affirmat, dicata partim dijs, proprijs ruſticorũ, ut Faunis, Pani, & cæteris: partim excellẽtis uirtutis uiris, quos ueteres illi uenerabantur, atque ipſis hoſtias immolabant. Cum prius autem hic legeretur [illegible] & in excuſis libris & in ſcriptis, quos uidi, malui tamen excudi [illegible]: cuius ſcripturæ ueſtigia certa ex[…] in uetere tralatione. Non ſine cauſa autem puto me multum ipſi tribuere, cùm eius ope olim plurimos locos reſtituerim. quare fides eius iam mihi explorata omnibus eſſe debet. Mouit etiam me, quod infrà ab hoc ipſo uerbo ductũ nomen eſt [illegible]: ſed etiam non multo ſuprà idem uerbum uſurpatum fuit, cum præpoſitione iunctum. Conuenit autem mirificè [illegible] notio ipſius, ut contrà non ualde mihi quadrare ei uidetur, quod reieci. non ſatis enim aptè imitari, ut opinor, de hac [illegible] dicitur. D. quoque Thomas hanc lectionem ſequitur.

Verum tenere.) Conſtituit officium ſuum contra illos qui criminari ipſum expeterentur, quod copioſe ſubtiliterque de his rebus non præcepiſſet. Inquit enim, diutius uerſari nunc in expoſitione harum rerum, exquiſiteque omnia docere, eſſe nimis otioſum: quia nihil negotij ſit huiuſcemodi omnia excogitare, & animo uidere. difficile enim potius eſſe illa efficere & parare. Cuius ſui iudicij rationem reddit, dicens, unius muneris eſſe, optareque præripere de ipſis. de tam minutis enim rebus quilibet poteſt, ſuum conſilium ſecutus, commodè ſtatuere. fortunæ autem & caſus proprium eſſe, ut illa obtineantur. niſi enim ager factus erit ad hæc accipienda, & niſi erit, unde ſumptus illi fiant, nunquam ea exitum habebunt. Concludit igitur rationem totam hoc pacto: Quare de huiuſcemodi rebus omittamus nunc pluribus diſputare.

a [illegible] ἱεροῖς ἀφωρισμένα uulgò τοῖς ἀφωρισμένοις, mendoſe.
b [illegible] al. [illegible], mendoſe opinor.
c [illegible], mendoſe. uulgò, [illegible].

CAPVT XIII.

DE repub. aũt ipſa, ex quibus & qualibus oportet cõſtare ciuitatẽ, quæ futura eſt beata, recteq; debet adminiſtrari, dicendũ eſt. Quia autem duo ſunt, in quibus exiſtit laus omnibus rebus: horũ autem unum manet in eo, ut propoſitũ conſtitutũ ſit, & finis actionũ rectè; unũ aũt inuenire actiones, quę perducũt ad finẽ. Contingit enim hæc & diſcrepare inter ſe, & cõſentire: aliquãdo enim finis expoſitus eſt rectus, in agẽdo aũt ab ipſo adipiſcendo aberrant. quandoq; aũt adipiſcuntur cuncta, quæ ad finẽ faciunt, ſed finẽ malũ ſibi propoſuerũt: eſt etiã, qñ ab utroq; aberrant, ueluti in medendi arte: neq; .n. quale oportet eſſe corpus ſanũ exiſtimant aliquãdo bene: neq; cõſequuntur res, quæ ſint efficientes termini, quem ſibi propoſuerũt. opus autem eſt in artibus

ΠΕΡΙ δὲ τῆς πολιτείας αὐτῆς, ἐκ τίνων καὶ ἐκ ποίων δεῖ συνεστάναι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι πόλιν μακαρίαν, καὶ πολιτεύεσθαι καλῶς, λεκτέον. ἐπεὶ δὲ δύ' ἐστιν, ἐν οἷς γίγνεται τὸ εὖ πᾶσι· τούτοιν δ' ἐστὶν, ἓν μὲν ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κεῖσθαι, καὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων, ὀρθῶς· ἓν δὲ τὰς πρὸς τὸ τέλος φερούσας πράξεις εὑρίσκειν· ἐνδέχεται γὰρ ταῦτα καὶ διαφωνεῖν ἀλλήλοις καὶ συμφωνεῖν. ἐνίοτε γὰρ ὁ μὲν σκοπὸς ἔκκειται καλῶς· ἐν δὲ τῷ πράττειν τοῦ τυχεῖν αὐτοῦ διαμαρτάνουσιν· ὁτὲ δὲ τῶν μὲν πρὸς τὸ τέλος πάντων ἐπιτυγχάνουσιν, ἀλλὰ τὸ τέλος ἔθεντο φαῦλον· ὁτὲ δὲ ἑκατέρου διαμαρτάνουσιν. οἷον περὶ ἰατρικήν· οὔτε γὰρ ποῖόν τι δεῖ τὸ ὑγιαῖνον εἶναι σῶμα κρίνουσιν ἐνίοτε καλῶς· οὔτε πρὸς τὸν ὑποκείμενον αὐτοῖς ὅρον τυγχάνουσι τῶν ποιητικῶν. δεῖ δ' ἐν ταῖς τέ-

DE ipſa autem repub. adminiſtrande forma, ex quibus, & ex qualibus eam ciuitatem, quæ beata futura eſt, & rectè adminiſtrabitur, conſtare oporteat, dicendum eſt. Quoniam igitur duo ſunt, in quibus poſita eſt omnium hominum per[illegible] præſtantia: horum autem unum in eo conſiſtit, ut ſcopus & finis actionum ſit rectus, & rectè propoſitus: alterum in eo, ut homo actiones ad finem pertinentes & conferentes inueniat (fieri enim poteſt, ut hæc & diſcrepent inter ſe, & conſonent. interdum enim ſcopus quidem propoſitus eſt rectus atque honeſtus: ſed in agendo ab eo aberrant: interdum cõtra, ea quidem omnia, quæ ad finem pertinent, aſſequuntur, ſed finem ſibi propoſuerunt malum ac prauum: aliquando ab utroq; longe [illegible] rãt: quod genus in arte medendi, neque quale eſſe oporteat corpus ſanum, rectè interdum iudicant, neq; ad finem ſibi propoſitum accommodata ſcientia naneiſcuntur. in artibus [illegible] te n

ribus & ſcientijs hæc ambo teneri, finē & actiones, quæ ſeruiunt fini. Omnes igitur bene uiuere & beatitudinem expetere perſpicuū eſt: ſed hęc his quidē adipiſci licet, his aūt minimè, ꝓpter fortunā aliquā uel naturā: eget enim copia quadam honeſtè uiuere. hoc autem paociore quidē opus eſt, melius affectis: pleniore aotē, deterius. Hi autem ilico non rectè quęrunt oitam beatā, etſi facultas adeſt. Quia autem propoſitum eſt nobis optimā rep. uidere: hęc autem eſt, per quam optimè regeretur ciuitas: optimè aūt regeretur, per quā maximè licet ciuitatem beatè uioere: apertum eſt oportere nō fallere nos beatitudinē, quid eſt. Dicimus autem & in libris de Moribus, ſi quid adiumenti capitur ex illis diſputationibus, actum eſſe, & uſum uirtutis perfectum: atq; hunc non ex ſuppoſitione, ſed ſimpliciter. Dico autem ex ſuppoſitione res neceſſarias: ſimpliciter autē, quod honeſtè: ueluti, quę fiunt in honeſtis factis iuſtæ ultiones & animaduerſiones: à uirtute enim proficiſcuntur. neceſſariæ autē, & quod honeſtæ ſunt, à neceſsitate habēt: experibilius enim nulla huiuſcemodi re egere, neq; uirū quēpiam, neq; ciuitatē. quæ autem ad honores & ubertates ſimpliciter ſunt honeſtiſsimæ actiones: alterum enim mali cuiuſdā optio eſt: huiuſcemodi autem actiones contrà. cōſtructiones enim bonorum ſunt, & generationes. Vteretur autē uir ſtudioſus & paupertate & morbo, & alijs aduerſis caſibus rectè: ueruntamen quod beatum eſt, in cōtrarijs manet. Hoc enim definitū eſt diſputationib. de Moribus. huiuſcemodi eſſe ſtudioſum uirum, cui oirtutis ui bona, ſunt ſimpliciter bona. Perſpicuum autē eſt, & uſus neceſſariō ſtudioſos & honeſtos eſſe hos ſimpliciter. quare arbitrantur homines, beatitudinis cauſas eſſe bona extra nos poſita, tanquam ſi utendi cithara clarè & rectè cauſam uelit eſſe aliquis lyram, potius quàm artē. Neceſſe igitur eſt ex his, quę dicta ſunt, hæc quidem oportere adeſſe: hæc autem comparare legiſlatorem. quare uotis expetimus coagmentationem bonorū, quorū fortuna domina eſt:

χναις καὶ ἐπιστήμαις ταῦτα ἀμφότερα κρατεῖσθαι, τὸ τέλος, καὶ τὰς εἰς τὸ τέλος πράξεις. ὅτι μὲν οὖν τοῦ τ' εὖ ζῆν, καὶ τῆς εὐδαιμονίας ἐφίενται πάντες, φανερόν· ἀλλὰ τούτων τοῖς μὲν ἐξουσία τυγχάνει· τοῖς δ' οὔ, διά τινα τύχην, ἢ φύσιν. δεῖται γὰρ καὶ χορηγίας τινὸς τὸ ζῆν καλῶς· τούτου δὲ ἐλάττονος μὲν τοῖς ἄμεινον διακειμένοις· πλείονος δὲ τοῖς χείροσιν. οἱ δ' εὐθὺς οὐκ ὀρθῶς ζητοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν ἐξουσίας ὑπαρχούσης. ἐπεὶ δὲ τὸ προκείμενον ἐστὶ τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἰδεῖν. αὕτη δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἄριστ' ἂν πολιτεύοιτο πόλις· ἄριστα δὲ πολιτεύοιτο, καθ' ἣν εὐδαιμονεῖν μάλιστα ἐνδέχεται τὴν πόλιν, δῆλον ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν δεῖ τί ἐστι μὴ λανθάνειν. φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, ἐνέργειαν εἶναι καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείαν· καὶ ταύτην οὐκ ἐξ ὑποθέσεως, ἀλλὰ ἁπλῶς. λέγω δὲ ἐξ ὑποθέσεως, τἀναγκαῖα· τὸ δὲ ἁπλῶς, τὸ καλῶς· οἷον, τὰ περὶ τὰς δικαίας πράξεις αἱ δίκαιαι τιμωρίαι. καὶ κολάσεις, ἀπ' ἀρετῆς μὲν εἰσὶν· ἀναγκαῖαι δὲ, καὶ τὸ καλῶς ἀναγκαίως ἔχουσιν. αἱρετώτερον μὲν γὰρ μηδενὸς δεῖσθαι τῶν τοιούτων, μήτε τὸν ἄνδρα, μήτε τὴν πόλιν. αἱ δ' ἐπὶ τὰς τιμὰς καὶ τὰς εὐπορίας ἁπλῶς εἰσὶ κάλλισται πράξεις. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον, κακοῦ τινος αἵρεσίς ἐστιν· αἱ τοιαῦται δὲ πράξεις τοὐναντίον· κατασκευαὶ γὰρ ἀγαθῶν εἰσι καὶ γεννήσεις. χρήσαιτο δὲ ἂν ὁ σπουδαῖος ἀνὴρ καὶ πενίᾳ, καὶ νόσῳ καὶ ταῖς ἄλλαις τύχαις ταῖς φαύλαις, καλῶς· ἀλλὰ τὸ μακάριον ἐν τοῖς ἐναντίοις ἐστί. καὶ γὰρ τοῦτο διώρισται κατὰ τοὺς ἠθικοὺς λόγους. ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὁ σπουδαῖος, ᾧ διὰ τὴν ἀρετὴν τὰ ἀγαθὰ ἐστι, τὰ ἁπλῶς ἀγαθά. δῆλον δ' ὅτι καὶ τὰς χρήσεις ἀναγκαῖον σπουδαίας καὶ καλὰς εἶναι ταύτας ἁπλῶς, διὸ καὶ νομίζουσιν ἄνθρωποι τῆς εὐδαιμονίας αἴτια τὰ ἐκτὸς εἶναι τῶν ἀγαθῶν. ὥσπερ εἰ τοῦ κιθαρίζειν λαμπρὸν καὶ καλῶς αἰτιῷτο τὴν λύραν μᾶλλον τῆς τέχνης. ἀναγκαῖον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, τὰ μὲν ὑπάρχειν· τὰ δὲ παρασκευάσαι τὸν νομοθέτην· διὸ κατ' εὐχὴν εὐχόμεθα τὴν τῆς πόλεως σύστασιν, ὧν ἡ τύχη κυρία·

tem & ſcientijs hæc utraque tenenda ſunt, finis & actiones, ſeu effectiones ad finem conferentes.) Omnes igitur & bene uiuendi, & beatitudinis cupiditate affectos eſſe, perſpicuum eſt: ſed alij eam aſſequi poſſunt, alij per fortunam quandam aut naturam non poſſunt. adiumentis enim & facultatibus extrinſecus ſuppeditatis ad bene uiuendum opus eſt: ſed ijs, qui animo melius affecti ſunt, paucioribus: qui deterius, pluribus. alij autem ſtatim ab initio beatitudinem non rectè quærunt, quamuis eius obtinendæ facultatem habeant. Quoniam autem propoſitum nobis eſt optimam reipub. adminiſtrandæ rationem uidere: hæc porro eſt, ex qua ciuitas optime gubernari atq; adminiſtrari poſſit: optimè uerò ciuitas ex ea adminiſtratione regi atque adminiſtrari poſſit, ex qua maxime beata eſſe queat: quid ſit beatitudo ſcilicet, non eſt ignorandum. Dicimus autē etiam in libris de Moribus (ſi quis eſt librorū illorum fructus) eſſe muneris functionem & uſum uirtutis perfectum. eumq́; non ex conditione, ſed ſimpliciter & abſolute. Ea porro ex conditione dico, quæ neceſſario fiunt: ſimpliciter, quæ bene. exempli cauſa, in iuſtis actionibus, pœnæ & caſtigationes à uirtute illæ quidem proficiſcuntur, ſed neceſſariæ ſunt: & quod honeſte fiunt, id habent neceſſario. eſt enim optabilius nulla re tali opus eſſe neque homini neque ciuitati. Quæ uerò in honoribus & copijs bonorum externorum uerſantur actiones, eæ ſimpliciter ſunt pulcherrimæ atque honeſtiſſimæ. Illud enim alterum, ſupplicia dico, & animaduerſiones in improbos, mali cuiuſdam electio eſt, ut aliud malum tollatur. tales uerò actiones, contrà. bonorū enim ſunt quaſi ſtructura, ſeu machinationes, & procreationes. Poſſit autem uir bonus quidem, & paupertate, & morbo, & alijs fortunæ caſibus aduerſis pulchre et recte uti: ueruntamen in contrarijs beatitudo poſita eſt. hoc enim definitum ac deciſum eſt in libris de Moribus, uirum bonum eſſe talem, cui, quæ ſimpliciter bona ſunt, bona ſunt. In promptu autem eſt etiam, hos uſus neceſſario bonos & honeſtos eſſe ſimpliciter. Quapropter bona externa beatitudinis cauſas efficientes eſſe, exiſtimant homines: ut ſi quis cauſam clarè & bene cithara canendi lyræ potius, quàm arti aſcribat. Ex ijs igitur quæ dicta ſunt, alia ſuppetant, alia legum ſcriptor præparet ac ſuppeditet neceſſe eſt. Quocirca in conſtituenda ciuitate eas res omnibus precibus oramus & optamus, quæ ſunt in poteſtate & arbitrio fortunæ. eam enim harū rerum arbitram ac dominam ponimus:

dominā enim ipſam ſtatuimus eſſe. ſtudioſam uerò eſſe ciuitatē, non amplius fortunæ opus, ſed ſciētiæ & electionis. Atqui ſtudioſa ciuitas eſt, quia ciues, qui participes ſunt reipublicæ, ſunt ſtudioſi: nobis autem cuncti ciues participes ſunt reipublicæ. hoc igitur conſiderandū eſt, quomodo uir efficitur ſtudioſus. etenim, ſi cunctos contingit eſſe ſtudioſos, non ſingulos autem ciues, ſic expetibilius foret: comitatur enim ſingulos & omnes. Atqui probi utiq; & ſtudioſi fiunt ui triū. tria autem hæc ſunt, natura, mos, ratio. Primum enim oportet naſci, ueluti hominem, & non aliud quodpiam animal: deinde qualem corpore atque animo. Quædam enim naſci nihil prodeſt: conſuetudines enim gignunt mutatione. quædam enim ſunt, quæ cum natura in utramq; partem prona ſint, conſuetudine feruntur ad deterius & melius. Cæteræ igitur animantes maximè quidem naturæ uiuunt: paucæ autem quędā & moribus: homo autem & rationi. ſolum enim rationem habet. quare opus eſt hæc conſentire inter ſe: multa enim gerunt præter illa, quibus aſſueti ſunt, & præter naturam: per rationē, ſi perſuaſi fuerint aliter melius eſſe. Quales igitur natura eſſe oportet, qui ſe faciles præbituri ſunt ad obtemperandum legiſlatori, definiuimus prius. Quod reſtat autē, opus iam eſt diſciplinæ: quædam enim diſcunt, aſſueſacientes ſe: quædam autem, audientes.

κυρίαν γὰρ αὐτὴν ὑπάρχειν τίθεμεν. τὸ δὲ σπουδαίαν εἶναι τὴν πόλιν, οὐκ ἔτι τύχης ἔργον, ἀλλ' ἐπιστήμης καὶ προαιρέσεως. ἀλλὰ μὴν σπουδαία πόλις ἐστὶ, τῷ τοὺς πολίτας, τοὺς μετέχοντας τῆς πολιτείας, εἶναι σπουδαίους· ἡμῖν δὲ, πάντες οἱ πολῖται μετέχουσι τῆς πολιτείας. τοῦτ' ἄρα σκεπτέον, πῶς ἀνὴρ γίνεται σπουδαῖος· καὶ γὰρ εἰ πάντας ἐνδέχεται σπουδαίους εἶναι, μὴ καθ' ἕκαστον δὲ τῶν πολιτῶν, οὕτως αἱρετώτερον· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ καθ' ἕκαστον, καὶ τὸ πάντας. ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίγνονται διὰ τριῶν· τὰ τρία δὲ ταῦτά ἐστι, φύσις, ἔθος, λόγος. καὶ γὰρ φῦναι δεῖ πρῶτον, οἷον, ἄνθρωπον. ἀλλὰ μὴ τῶν ἄλλων τι ζώων οὕτω, καὶ ποιόν τινα τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. ἔνιά τε οὐθὲν ὄφελος φῦναι· τὰ γὰρ ἔθη μεταβαλεῖν ποιεῖ. ἔνια γάρ ἐστι διὰ τῆς φύσεως ἐπαμφοτερίζοντα διὰ τῶν ἐθῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ βέλτιον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν ζώων μάλιστα μὲν τῇ φύσει ζῇ· μικρὰ δ' ἔνια καὶ τοῖς ἔθεσιν· ἄνθρωπος δὲ καὶ λόγῳ· μόνον γὰρ ἔχει λόγον. ὥστε δεῖ ταῦτα συμφωνεῖν ἀλλήλοις· πολλὰ γὰρ παρὰ τοὺς ἐθισμοὺς καὶ τὴν φύσιν πράττουσι διὰ τὸν λόγον, ἐὰν πεισθῶσιν ἄλλως ἔχειν βέλτιον. τὴν μὲν τοίνυν φύσιν, οἵους εἶναι δεῖ τοὺς μέλλοντας εὐχειρώτους ἔσεσθαι τῷ νομοθέτῃ, διωρίσμεθα πρότερον. τὸ δὲ λοιπὸν ἔργον ἤδη παιδείας· τὰ μὲν γὰρ ἐθιζόμενοι μανθάνουσι, τὰ δ' ἀκούοντες.

ſed bonam eſſe ciuitatem, non iam fortunæ, ſed ſcientiæ & conſilij munus atque opus eſt. Atqui eo bona ciuitas eſt, quod ciues, qui reipub. adminiſtrandæ ſunt participes & conſortes, boni ſint. nobis autem ciues omnes reipub. adminiſtrationis ſunt conſortes. Hoc igitur conſiderandum eſt, quo pacto uir bonus fiat. Nam ſi fieri poteſt, ut omnes ciues ſint uiri boni, non ſinguli, ita optabilius eſt. [b]... eodem poteſt. omnes enim ciues eſſe uiros bonos, ſequitur illud, ut origine prius unumq; quemque eſſe bonū. Fiunt porrò ... & probi tribus rebus. tria autem hæc ſunt, natura, conſuetudo, ratio. Etenim naſci oportet primùm, uerbi cauſa, hominem, & non aliud aliquod animal: [c] deinde certo quodam modo conformatum, & corpore & animo. Nonnulla autem ſunt, quæ non ſatis eſt à natura eſſe tributa: mores enim & conſuetudo ea immutant. quædam enim ſunt in utramque partem propenſa natura, quæ conſuetudine in deterius aut in melius ſic trahuntur. Aliæ igitur quidem animantes maximè quidem uiuunt natura. nonnullæ uero aliquantum etiam more & conſuetudine: homo autem etiam ratione. hoc enim ſolum ex omnibus animalibus ratione præditum eſt. itaque hæc oportet inter ſe concinere & conſpirare. multa enim agunt homines præter conſuetudinem & naturam rationem duce conſecuti, ſi perſuaſum eis fuerit aliter agere melius eſſe. At quali iam ingenio qualiq; natura præditos eos eſſe oporteat, qui legum ſcriptori futuri ſint morigeri & tractabiles, diſtinctè explicauimus antea. Reliquum iam nobis munus eſt, ut de inſtitutione & diſciplina ciuium diſſeramus. alia enim diſcunt conſueſcendo, alia audiendo.

COMMENTARIVS.

De repub. autem.) Cum copioſe diſſeruiſſet de his, quæ requiruntur ad conſtituendam optimā rempublicā, finem ipſi ... nantibus, referentibusq; ſe ad illum perficiundum: oſtendit ueniſſe tempus, ut præcipiat, ex quib. quelibus ... oportet conformatam eſſe ciuitatem, quæ bea... futura ſit, ſtatumque ſuum recte ord. neque adminiſtraturā. Et numer... terum, quæ præſtent hoc, & earum ip... ac im... & natura demonſtranda eſt. plurimum namque ualeat ad hoc eximium bonum gignendum. Statim autem, hoc declarato, incipit explicare, quod propoſuit, iacitque fundamentum huius præceptionis: q... od eſt, duo extare, ex qu... bus ... conſtatur hominibus & priuatim & publice, quod integrum eſt & undique perfectum. D... rum autem illorum unum eſſe dicit, ſi ultimum ... qu... tius ... ſumptum fuerit rectè, ut ab om... labe uacuum ſit, quò peruenire ſtudeat. Alterum autem, ſi quis potuer... re adipiſcique facta, quæ perducunt eò. Neq... enim extremum poteſt obtineri, niſi prius quædam gerantur, unde ... manat. Significat autem, opus eſſe, ut illa ſibi reſpondeant. aliter enim bonum illud ipſum è manibus elaberetur. Duobus namque modis in uita peccatur. aliquādo enim fin... ipſe ... rus eſt, deijciuntur autem ab eo homines, dum gerunt, quæ inde alie... ſunt, nec ipſum pariunt: aliquādo autem, inq... t, naſciſcuntur præclarè cuncta, quæ ualent ad illum ſibi propoſitum finem gignendum, ſed finis ipſe malus eſt. quare ita quoque peccatur, nec poteſt impetrari, quod rectum eſt.

Veluti in medendo.) Simili, quod dicebat, illuſtrat. eſt autem hoc apertum, atque oculis cernitur. Idem igitur uſu uenire ... quit in arte medicorum. peccant enim ipſi quoque duobus modis, qui modò alterutri culpæ ſunt. Siue enim non exiſtima... rectè, quale debeat eſſe corpus, quod curant, & quod ſanum appellari poſſit, redduntque ipſum tale ſtudio ſuo, quale ſibi uoluerunt, non tamen à morbo uacuum. Hi igitur apertè labuntur in fine ipſo, ſiue non utūtur remedijs aptis ad morbum depellandum. hoc enim ualet. Non adipiſcuntur, quæ ſunt efficientia terminis illius, finiſque, quem ſibi propoſuerunt. Simi... autem poſito, atque ita confirmata ſua ſentētia, concludit rationem ipſam, affirmatque cuſtodiri hoc in omni arte & ... tia: ut qui uacuus ab omni errore eſſe uelit, det operam ut utraque teneat. Declarauit etiam, quid accipi uelit hoc nomine Vtraqua, finem inquam, & illa quæ perducunt ad finem ſine errore ullo.

Omnes igitur.) Mortales cunctos ſine diſcrimine ullo cupere bene uiuere, ſeque beatos eſſe affirmet ... ſati... planum hoc eſſe tradit, non tamen omnes eodem pacto poſſe cōſequi, quod cupiunt. quibuſdem enim licere illu... ip... , cuius deſide ... ſperant, impetrare: quia ſcilicet ornati inſtructique ſint ijs omnibus, quæ præſtare id debent. alijs ... tem nonnullis min... . Cuius rei cauſam eſſe dicit fortunam cauſamque, nec non naturam illorum ipſorum Fortunam cūm dixit aduerſari, ... a illi

illi beati ſint: intellexit, ſi deſtituti fuerint maiorem in modum iis bonis, quæ fortunæ dilargitur hominibus: id eſt, ſi inhoneſtam faciem habuerint, corpuſque deprauatum aut infirmum, ſiue humili admodum loco nati fuerint, aut ualde pauperes eſſe cœperint: naturam autem parum aptam, ſi tardo ingenio fuerint, & moribus propenſis ad uitia. Horum enim eſt moderari iis naturis, nec uidentur huiuſcemodi homines compotes fieri poſſe tanti boni. Cauſam ipſe afferens ſui iudicii, inquit, propterea quod nos uideamus bene beateque uiuere ubertate quadam bonorum. Adiungit autem, non tamen omnes eodem pacto illa ipſe egere, cùm quibuſdam minor copia ſatis ſit ad uitam beatam conſequendam, qui ſcilicet melius inſtructi ſunt à natura, factique ad illam aliquo modo: aliis uerò nonnullis maior copia neceſſaria ſit, illis inquam, qui alieni ab ipſa ſunt. Accommodata huic loco eſt uox Pelopidæ Thebani, qui cùm caſtigaretur ab amicis, quòd rem familiarem pecuniamque deſpiceret, rem prorſus neceſſariam: Sanè inquit Nicodemo huic. monſtrauit enim digito cæcò quendam ac claudum, eadem ratio eſt uitæ beatæ.

Hi autem ideo.) Indicat tertium quoddam genus hominum, quod cùm inſtructum ſit iis omnibus, quæ uitam beatam efficiunt, ſua culpa ipſa caret, erroreque magno errant. Non enim ueram uiam ipſius indagandæ ingrediuntur, ſi petentes illi aliquantum progrediuntur in ipſa, hi uerò ſtatim, initioque ſui curſus ab ea depelluntur. poſitam enim eſſe arbitrantur in rebus, à quibus ipſa longiſſimè abeſt exempli cauſa, in corporis uoluptatibus, in falſa & inani gloria [illegible] quod [illegible] ſignificare uoluit M. Cicero, cùm in primis Philippica, conuertens uim ſuæ dictionis in C. Dolabellam, inquit [illegible] illud magis [illegible] ne ignorem meum tecum gloriæ, glorioſum putes, plus te unum poſſe, quàm omnes: & metui à ciuibus tuis, quam [illegible] lis, & quæ ſequuntur.

Quia autem.) Oſtendit operam nobis dandam eſſe, ut ſciamus quid ſit uita beata, & in quibus maximè rebus poſita ſit. ſi namque ignoretur, unà cum ipſa ignorari etiam quæ ſit optima reſpublica, neceſſe erit. poſitis autem [illegible] hæc declarat. inquit enim Quia autem propoſitum [illegible] noſter eſt uidere, quæ ſit optima reſpublica. Optima autem [illegible] ſa eſt ea, quæ uim & poteſtatem hanc habet, ut ciuitas optimè gubernetur: optimè autem gubernabitur ciuitas [illegible] ſuum pulchrè obibit illa, cuius [illegible] factiſque, facultas datur ciuibus, ut beati ſint. Vnde ſequitur (hoc enim eſt quod [illegible] Quia, quod initio poſitum fuit) id ſcire nullo modo nos debeat, quid beata uita ſit non poſſemus namque peruenire, quò uolumus, ſi hæc cognita nobis non eſſet, ut patefactum eſt.

Dicimus autem.) Affert definitionem uitæ beatæ, & quid inuolutum in hac omnino ſit, aperit. Cùm enim tanta uis ipſius ſit, quantam docuit: oportebat oſtendere diligenter, quid ipſa ſit, unde non contentus beatitudinem definiſſe, definitionem etiam ipſam explicat. Inquit igitur, ſe in libris, quos ſcripſit de Moribus, explanaſſe, uitam beatam eſſe actum & uſum uirtutis perfectum. atque ipſum non conditione aliqua lata, fundatumque in ipſa, ſed ſimpliciter. quæ uerba quid ualeant, ne quis ſcrupulus exoriatur, ſtatim declarat. Cum autem de libris illis ita loquatur, dicatque, Si qua utilitas inde capi [illegible] utare debemus, ipſum tam male ſentire de ipſis, ut uereatur ne fructum aliquem ferant: ſed (ut opinor) ſenſus eorum eſt. [illegible] quid inde huc transferri poteſt. non enim conſueuerunt philoſophi, quod geometræ paſſim faciunt, ut [illegible] rebus, aliis [illegible] temporibuſque, à ſe probatis: ſed uniuerſam quæſtionem ſono explicare, parteſque eius omnes conſtituere, tanquam ſi noua [illegible] & [illegible]

Dico autem.) Docuit ipſe, poſitis exemplis illuſtribus, quomodo accipi debeat, quod dicitur ſimpliciter, [illegible] in extremo ſecundi libri Topicorum: quod nunc etiam facit, cùm hic quoque, [illegible] poſtulatae explicationem harum uocum diligentem. Vitæ autem contrarium eius, quod eſt ſimpliciter, [illegible] quia poſito quopiam, quod [illegible] dum eſſe debet, illud quoque tale habendum, quod aliter non contingeret. neque enim ſua ui tale eſt. Sed aliquot [illegible] huic loco, [illegible] poſſumus, addam ſi. inquit igitur auctor, ſe uocare expoſitione, [illegible] quibuſdam, ed quæ ipſa afferuntur, quæ ſunt neceſſaria, [illegible] non quia omnino placeant, ſed ut finem illum teneamus. Contrà autem, ſimpliciter ſe uocare dicit, quod honeſtè fit, & propter dignitatem, omneſque in ſe numeros bonitatis habet. Exemplis autem hic quoque illuſtrat, quod tradit. loquitur enim Cuſtodi ſunt ea, quæ geruntur in iuſtis factis adminiſtrandis, iuſtæ ſcilicet in aliquos animaduerſiones. cùm ulciſcimur iniurias improbè nobis illatas, aut pœnæ ſumitæ ab aliquibus ſceleratis hominibus. Hæc namque, addit, ſunt iuſta facta, quippe cùm à uirtute proficiſcantur: ſed tamen neceſſaria. Libenter enim ipſis, ſi honeſtè tacere poſſemus, ſuperſederemus: & quod honeſtè fit illis, naſcitur à neceſſitate ipſa. Vt enim teſtatur, optabilius eſſet, nulla huiuſcemodi re, quaſi medica [illegible] egere aut ſingulos homines, aut ciuitatem quampiam. nam ſupra, cùm inquit, [illegible] uidetur intellexiſſe non ſolum cùm [illegible] magni hominum [illegible] acceptum dolorem, ſed etiam cùm certi quidam priuati [illegible] mortales. Verùm, inquit, quæ referuntur ad honores conſequendos, & ubertatem bonorum, ſunt honeſtiſſima facta ſimpliciter. Confirmat autem, quod dixit de utroque genere his uerbis. Prius enim genus ipſorum, inquit, [illegible] eſt electa illa, [illegible] ria, ſunt mali atque incommodi [illegible] actione. ſumimus enim malum, moleſtiamque aliquam primò inde [illegible] Id tamen facimus, ut depellamus à nobis [illegible] Contrà autem, inquit, uſu uenit in poſteriore hoc genere. ſunt enim ipſa fabricationes quædam bonorum & ortus, uacuæ [illegible] licet ab omni labe, ac puræ.

Vteretur autem.) Aperit iudicium ſuum de his rebus, teſtaturque, cuiuſmodi putet eſſe in primis beatum uirum & ciuitatem uniuerſam. Concedit enim, tantam eſſe uim uirtutis, ut ſolatium eſſe poſſit illorum malorum [illegible] aliquo modo ex ipſis: ſed tamen ueram beatitudinem in contrariis rebus ſitam affirmat. neque enim dubium eſt, quin mala, quæ dicit, uiolenter palam contaminent que uitam beatam. inquit igitur: Vt ſane ſtudioſus [illegible] gerere poſſet, quamuis premeretur & paupertate & morbo, & aliis huiuſcemodi incommodis, honeſtè: uerùm tamen, quod beatum eſt, in contrariis rebus poſitum eſt. Plenè enim uereque beatus is eſt, qui cùm inſtructus ſit omnibus bonis, non tamen incidit in res ualde aduerſas: neque caret iis, quæ corporis ſunt bona, & illis etiam quæ uocantur externa.

Hac enim definitum.) Dubitari non poſſe inquit, quin ſtudioſus uir rectè uſurus ſit hac ubertate, quam intelligit. Si namque aliter faceret, ſtudioſus non foret. deprauare enim animos imperitorum conſueuit copia externorum bonorum, non ſapientium. De hoc igitur ait ſe diſſeruiſſe in libris de Moribus, ita inquam inſtructum eſſe eum, qui meritò uocetur ſtudioſus: ut ui uirtutis, quæ in ipſo eſt, quæ ſimpliciter omninoque bona ſunt, ei bona ſint, ipſi unique ſe tueantur: quod non contingit in inſipiente homine, experte uirtutis, carenteque [illegible] illa, quæ ornat ſapientes, facitque ne ipſi aliquid in hac re peccent.

Perſpicuum autem.) Perſpicuum eſſe inquit, futuros omnino uſus horum bonorum in illis ſtudioſos, & plenos dignitatis, atque id ſimpliciter ac ſine ulla exceptione. ornati enim ſunt uirtute, habentque illam ducem omnium ſuorum factorum. Refellit autem, cum iam hoc comprobaſſet, errorem multitudinis, quæ falsò putat, cùm reſpiciat ſtudioſos illos, & eoſdem fortunatos, bectos eſſe bona externa, quibus ipſi abundant, cauſam eſſe illius uitæ beatæ, nec uerum cernum ipſius uidet uirtute enim maxime ex parte hoc [illegible] ipſis præſtat ac molitur. illa autem tanquam inſtrumenta ſunt, quod declarat ſimili, quod ponit. Eſt autem ualde aptum ad ipſos refellendum ac ſtultè ſentire oſtendendum. inquit igitur cum contemptu quodam: Perinde atque ſi quis uellet citharam potius quam artem, quæ utitur cithara, cauſam eſſe cur citharœdus clarè beneque ſonorem illum edat.

Neceſſi igitur.) Perſpici poſſe inquit ex iis, quæ ſuper tradita ſunt, non omnia, quæ ornant ciuitatem beatamque, ipſam efficiunt, unius generis eſſe, ab eodemque quaſi fonte hauriri: ſed è diuerſis locis peti. Significauit enim & homini beato & ciuitati itidem beatæ, præter uirtutem ipſam, quæ plurimum ad hanc rem ualet, adeſſe oportere bona corporis, & extra etiam corpus poſita. Quomodo autem hæc obtineantur, declarat. inquit enim, oportere ut ciuitas beata undique ſit, partim bonum adeſſe iam: partim autem ſtudio & opera eius, qui informet ipſam, legeſque ipſi ſcribat, comparari. Vnde, inquit, ſolemus optare ac uotis expetere, ut ciuitas inſtructa ſit iis bonis, quæ ſunt in poteſtate fortunæ. ita autem loquor, inquit, ſecuturus [illegible] conſuetudinem conſenſumque mortalium. facimus enim fortunam dominam horum bonorum, quæ inhærent in corpore, & eorum etiam quæ extra corpus poſita ſunt. Contrà autem adiungit, ciuitatem ſtudioſam eſſe, uirtutemque colere, non eſt fortunæ munus, neque decet hoc ab ipſa expectare: uerùm proprium eſt diſciplinæ, & animorum, ad ipſam propenſiorum. Cognitio earum rerum, quæ ciuitatem erudiunt, accipitur ab auctore optimorum inſtitutorum: illi autem ipſi qui inſtituuntur, undique debent, non debent abhorrere, & prorſus alieni eſſe à præceptis illis. Vix enim, ſi tales forent, excoli poſſent & imbui uirtute.

Aliqua ſtudioſa.) Quomodo dicatur ciuitas aliqua ſtudioſa, declarat: talemque eam eſſe affirmat, cuius ciues, non omnes ſcilicet (ut quidam accipiunt) ciues, ſed qui participes ſunt reipublicæ, & tenere legibus poſſunt gubernaculum ciuitatis, ſtudioſi ſunt. Nobis autem, inquit, id eſt in ea republica, quam amamus, omnes ciues perueniunt aliquando ad honores. quam

uiderentur omnes ſtudioſi eſſe debere. Reſtat igitur ut uideamus, qua ratione atque uia homo ſtudioſus fiat, & quæ neceſſaria ſint ut præclarum hoc opus efficiatur. Si contingit enim, & aliquo pacto obtineri hoc poteſt, ut omnes ſcilicet ſtudioſi ſimul efficiantur, & non tantùm ſinguli ſeorſum ſic profectò melius erit magiſque expetandum, quàm altera illa ratione. Illi, qui ciuitatem regi uolebant ab uno aut à paucis, ſatis erat unum illum aut paucos erudire, quibus clauum reip. committebant: hoc autem noſtro, qui nullum reijcit à gubernaculis ciuitatis, non eſt ſatis. Docet autem id obtineri ſtudio ac diligentia, ut facilitet nulli ciues expertes ſint illius inſtitutionis et uirtutis. ſi namque ſeorſum ſinguli imbui poſſunt, omnes quoque poterunt. Comitatur enim, inquit ei, quod diximus ſingulos omnes, neque ſeiunctum inde eſt ita namque nullus excipitur.

Atque probi.) Cùm oſtendiſſet, opus eſſe uidere, quo pacto homo fiet probus ac ſtudioſus. & quæ requirantur ut exiſtat, qui uerè talis appelletur. id ipſum nunc facit, affirmatque tria oportere concurrere, ut efficiatur hic ipſe, aut minorem autem rerum præſtare tam eximium opus. quæ ſint tria hæc commemorat naturamque eſſe dicit, & conſuetudinem, & rationem. quæ ſtatim, ſecutus ordinem ipſarum, declarat, docetque quomodo accipi debeant.

Primum enim) Primum quod ad hoc ualet, à natura proficiſci dicit, ipſiuſque quaſi donum eſſe: illud autem eſt naſci talem, ut particeps uirtutis ſit, id eſt (ut ipſe interpretatur) hominem naſci, non beluam cæteræ enim animantes expertes huius ſunt boni ſunt nec tamen exiſtimandum eſt, excipere ipſum pecudes tantùm, uerum etiam homines nonnullos, pecudibus ſimiles. Non ſolùm autem oportere naſci hominem adiungit, uerum etiam ita ornatum corpore & animo, ut res poſtulat. neque enim omnis hominis animus uirtutis compos eſt, & corpus etiam magis hoc, quàm aliud uirtutem recipit, ſine qua nihil geritur. quod ſi hoc perpetuum non eſt, plerunque tamen ita fit.

Quædam enim) Confirmat, quod dixerat, conſuetudinem etiam requiri: quæ cùm bona melaque fit, ſi mala ſequatur, corrupit bonũ naturæ, contaminatque ſemina illa uirtutis, quæ ab ipſa accepimus. Inquit igitur, hoc probare uolens, ſat non eſſe, nec fructum ferre magnum poſſe, natum eſſe (exempli cauſa) temperantem, fortem, iuſtum: quantumque harum uirtutũ extinguere nobis natura, tenere. cõſuetudinem namque hæc immutare, & hos quaſi igniculos quoſdam uirtutum maximarum, extinguere. Inquit uerò ipſe, in hominum natura quædam eſſe, à natura ipſa mortalibus data, quæ facile mutantur, deteriora que fiunt: & in contrarium etiam tranſeunt, ſi nacta fuerint conſuetudinem malam, cùm prius bona fuiſſent ... & meliora fiunt Qui autem dixit primus conſuetudinem eſſe alteram naturam: hoc profectò ſignificauit, & uim conſuetudinis ipſius egregiè expreſſit. etiam in alterum genere. Quæ namque natura nobis adeſſent uitioſa ac praua, moribus & conſuetudine emendantur,

Cætera igitur) Cùm tria eſſe affirmaſſet, quæ requiruntur ut homo perfectus ſit, & quænam forent illa, oſtendiſſet: tradit nunc non eadem dim habere ipſa in moribus cunctarum animantiũ uariandis, cum tertium eorum, id eſt ratio, penitus locum non habeat in magna parte ipſarum, id eſt in beluis. quid igitur ſequantur illæ declarat. ergo inquit Reliquæ animantes præcipuè in uita naturam ſequuntur. Non omnino autem hoc ipſas, ſempérque, facere inquit uia exiſtunt nõnullæ, quæ aſſueſcunt nõ pauca facere, aliena à natura ſua: ſed paucas ipſas eſſe affirmat quę duci ... & ſtudio diligentiaque adhibita perdiſcunt aliqua. Paucas autem animantes dixi, & ſi apud auctorem eſt ... apparet enim, hic μικρὰ pro ὀλίγα ſumtum. Huiuſcemodi autem manifeſtò ſunt aues quædam, quæ ſermonem humanũ accipiunt: & quadrupedes etiam, quæ doctæ faciunt non pauca, à quibus ingenium ipſarum abhorret: cùm ... ſuu riot etiam, qui leones manſuefecerunt, ac iugum ferre tam ferã & generoſam beluam, docuerunt. Sed hi ... libris, quæ ſatis nota ſunt, cùm Plutarchus etiam in libello, quo quæſiuit, utræ animantes prudentiores ſint, quæ ... terra degũt, an quæ in aquis. multa & magna exempla poſuerit huius rei. inquit Ariſtoteles, ſolùm hominem præter duas has res, id eſt naturam & conſuetudinem, ſequi etiam rationem, cùm ſolus rationem à natura obtinuerit. Quare addit, opus eſſe, ut conueniant hæ ſibi ipſis, nihilque controuerſiæ in ſe contineant nam ſæpè minimè conſentire apparet, quia gerunt in uita homines multa contra naturã conſuetudinemque, ſecuti rationem. cùm perſuaſi fuerint occaſione aliquius, cognouerintque, illud, ad quod impelluntur, eſſe melius. Hoc uerò uſuueniſſe Polemoni Academico, memoriæ proditũ eſt: qui cùm procliuis ad libidinẽ natura foret, & intemperantes etiam multos annos uixiſſet, totus immutatus eſt una Xenocratis diſputatione, qua luxuriã uituperauit, cũ unà cũ grege ſibi ſimiliũ in ſcholã eius temulentus irrupiſſet.

Quales igitur.) Opus fuiſſe ducere, niſi prius hoc feciſſet, quales ui naturæ forent illi, qui materia ... futuri eſſent optimæ reipublicæ, ſeque præbituros eſſent faciles ad accipiendas utiles leges: quare omittit nunc hoc, tranſitque ad id reliqua duo. Quod enim reſtabat, accommodatum ad expoliendos ciues: inquit proficiſci, expectarique debere à diſciplina inſtitutione que uitæ. nam homines meliores fiunt partim conſuetudine, partim monitis præceptiſque alicuius.

a Legandum, ἐν δὴ ἐν τῷ τὰς, &c. b ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται. hoc totum deſideratur in libris uulgatis.

b ὄντα, &c. quidam libri uulg. habent, ὄντα, mendoſe.

CAPVT XIV.

Ἐ ΠΕΙ δὲ πᾶσα πολιτικὴ κοινωνία συνέστηκεν ἐξ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, τοῦτο δὴ σκεπτέον, εἰ ἑτέρους εἶναι δεῖ τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἀρχομένους, ἢ τοὺς αὐτοὺς διὰ βίου. δῆλον γὰρ ὡς ἀκολουθεῖν δεήσει καὶ τὴν παιδείαν κατὰ τὴν διαίρεσιν ταύτην. εἰ μὲν τοίνυν εἴησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἅτεροι τῶν ἄλλων, ὅσον τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἥρωας ἡγούμεθα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, εὐθὺς πρῶτον κατὰ τὸ σῶμα πολλὴν ἔχοντας ὑπερβολὴν, εἶτα κατὰ τὴν ψυχὴν, ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι καὶ φανερὰν τὴν ὑπεροχὴν τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν ἀρχόντων· δῆλον ὅτι βέλτιον ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς τοὺς μὲν ἄρχειν, τοὺς δὲ ἄρχεσθαι καθάπαξ. ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν, οὐδ' ἔστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησι Σκύλαξ, εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομέ-

QVia autẽ omnis cõmunio ciuilis cõſtat ex ijs, qui imperium habent, & ex ijs, qui parent: hoc iam conſiderandũ eſt, ſi diuerſos eſſe oportet, qui imperant, & qui parent, uel eoſdẽ, donec uiuũt. planũ enim eſt, futurũ etiã, ut oporteat comitari diſciplinã huic diuiſioni. Si igitur fuiſſent tantũ diſcrepãtes alij ab alijs, quantũ deos & heroas arbitramur diſcrepare ab hominibus, ſtatim primũ corpore multã exuperantiã habentes: deinde animo, ut certa foret atque aperta præſtantia eorum, qui imperant in eos, qui parent: perſpicuum eſt, melius futurum, ut ſemper ijdem, hi quidem imperent, hi autem ſemel pareant. Quia autem hoc non facilè eſt obtinere, neque licet, ut ait Scylax apud Indos, reges tantùm antecellere ijs, qui parent: manifeſtum

QVoniam autem ſocietas omnis ciuilis ex ijs qui imperant, & ijs qui ſub imperio ſunt, conſtat: ergo hoc uidendum eſt, utrum eos qui imperant, & eos qui parent imperio, diſsimiles ac diuerſos eſſe oporteat, an eoſdem, per omne uitæ tempus. Perſpicuum enim eſt, ex hac diuiſione diſciplinam etiam pendere, ut qualis huius quæſtionis diſtinctio fuerit, talem etiam diſciplinam eſſe oporteat. Si igitur alteri tantum alteris antecellerent, quantum deos heroas hominibus præſtare exiſtimamus: ut primum ſtatim corpore longè eſſent proceriores, deinde animo multo excellentiores, ita ut in controuerſa, & in promptu poſita eorum, qui imperant, præ ijs qui ſub imperio ſunt, excellentia: perſpicuum eſt ſatius fore ſemper illos quidem præeſſe atque imperare, hos uero imperio parère omnino. Quando autem non hoc inuentu aut paratu facile, atque ita euenit, ut ait Scylax, apud Indos fieri eſſe tantopere ijs, qui ſub eorum impe-

re

feſtũ eſt multis de cauſis neceſſe eſſe, ut cuncti ſimiliter cõmunicent uiciſsim imperio atque obſequio. Aequale enim idẽ ſimilibus: & difficile eſt manere rempublicam, conſtitutã præter iuſtum: adplicãt enim ſe ad eos, qui parent, cupidi rerũ nouarũ, cuncti qui in agro uiuunt: tot autem numero eſſe, qui rẽp. regunt, ut ſuperiores ſint his omnibus, unum quoddã eſt eorũ, quę fieri non poſſunt. Atqui oportere, qui imperium habẽt, antecellere ijs, qui parent, citra cõtrouerſiã eſt. Quomodo igitur hæc erunt, & quomodo participes erũt, opus eſt uidere legumlatorẽ. dictũ autẽ eſt prius de ipſo: natura enim optionem dedit, cũ fecerit ipſum idem genere: hoc quidẽ e iuniorib. hoc autẽ è ſeniorib. quorũ unis parẽre conuenit, alteris autem imperare. ſtomachatur autem nemo, cui per ætatem imperatur: neq; arbitratur ſe meliorẽ eſſe, præſertim cũ hoc præmiũ recepturus ſit, cũ res tulerit, iuſta ætate. Eſt igitur quomodo eoſdẽ imperare & parẽre affirmandũ eſt: eſt autẽ & quomodo alios. quapropter quomodo & diſciplinã eandẽ eſſe neceſſe eſt: eſt autẽ quomodo aliã. eũ enim, q debet rectè imperare, paruerit primũ aiunt oportere. Eſt autẽ imperiũ quemadmodũ in primis diſputationibus dictũ eſt, hoc quidem imperantis cauſa, hoc autẽ parentis: horum autẽ unũ quidem erile eſſe affirmamus, alterũ aũt liberorũ. Quædã aũt è numero eorũ, quę mandantur, diſcrepant, non operibus, ſed fine. quare multa operũ illorũ, quæ uidentur propria eſſe miniſtrorum, & adoleſcentium, honeſtũ eſt liberis hominibus adminiſtrare: ad honeſtũ enim, & non honeſtũ, non tam diſcrepãt actiones per ſe, quàm fine, & cuius cauſa. Quia autẽ ciuis & imperiũ habentis eandẽ uirtutẽ eſſe affirmamus, & optimi uiri: eundem autem parentẽ oportere fieri prius, & imperantẽ poſterius: hoc à legum latore curãdum eſt, ut uiri boni fiant, & per quæ ſtudia, & qui ſit finis optimæ uitæ. Diuiſę autẽ ſunt duæ partes animi: quarum una rationẽ habet per ſe, altera aũt non habet per ſe, quę ualeat tamen audiẽs eſſe rationi: qua-

νον, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. τό, τε γὰρ ἴσον ταὐτὸν τοῖς ὁμοίοις, καὶ χαλεπὸν μένειν τὴν πολιτείαν, τὴν συνεστηκυῖαν παρὰ τὸ δίκαιον. μετὰ γὰρ τῶν ἀρχομένων ὑπάρχουσι, νεωτερίζειν βουλόμενοι, πάντες οἱ κατὰ τὴν χώραν. τοσούτους τε εἶναι τοὺς ἐν τῷ πολιτεύματι τὸ πλῆθος, ὥστ' εἶναι κρείττους πάντων τούτων, ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ τοὺς ἄρχοντας διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀναμφισβήτητον. πῶς οὖν ταῦτ' ἔσται, καὶ πῶς μεθέξουσι, δεῖ σκέψασθαι τὸν νομοθέτην. εἴρηται δὲ πρότερον περὶ αὐτοῦ. ἡ γὰρ φύσις δέδωκε τὴν αἵρεσιν, ποιήσασα αὐτὸ τῷ γένει ταὐτό. τὸ μὲν νεώτερον, τὸ δὲ πρεσβύτερον· ὧν τοῖς μὲν ἄρχεσθαι πρέπει, τοῖς δ' ἄρχειν. ἀγανακτεῖ δὲ οὐδεὶς καθ' ἡλικίαν ἀρχόμενος, οὐδὲ νομίζει εἶναι κρείττων· ἄλλως τε καὶ μέλλων ἀντιλαμβάνειν τοῦτον τὸν ἔρανον, ὅταν τύχῃ τῆς ἱκνουμένης ἡλικίας. ἔστι μὲν ἄρα, ὡς τοὺς αὐτοὺς ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι φατέον· ἔστι δὲ ὡς ἑτέρους, ὥστε καὶ τὴν παιδείαν ἐστὶν ὡς τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον· ἔστι δ' ὡς δ' ἑτέραν εἶναι. τόν τε γὰρ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον. ἔστι δὲ ἀρχή, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται λόγοις· ἡ μὲν τοῦ ἄρχοντος χάριν, ἡ δὲ τοῦ ἀρχομένου. τούτων δὲ τὴν μὲν δεσποτικὴν εἶναι φαμέν, τὴν δὲ τῶν ἐλευθέρων. διαφέρει δ' ἔνια τῶν ἐπιταττομένων, οὐ τοῖς ἔργοις, ἀλλὰ τῷ τίνος ἕνεκα. διὸ πολλὰ τῶν εἶναι δοκούντων διακονικῶν ἔργων, καὶ τῶν νέων τοῖς ἐλευθέροις καλὸν διακονεῖν. πρὸς γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ μὴ καλὸν, οὐχ οὕτω διαφέρουσιν αἱ πράξεις καθ' αὑτὰς, ὡς ἐν τῷ τέλει, καὶ τῷ τίνος ἕνεκεν. ἐπεὶ δὲ πολίτου καὶ ἄρχοντος τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναι φαμέν, καὶ τοῦ ἀρίστου ἀνδρός· τὸν δ' αὐτὸν ἀρχόμενόν τε δεῖν γίνεσθαι πρότερον, καὶ ἄρχοντα ὕστερον, τοῦτ' ἂν εἴη τῷ νομοθέτῃ πραγματευτέον, ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνωνται, καὶ διὰ τίνων ἐπιτηδευμάτων· καὶ τί τὸ τέλος τῆς ἀρίστης ζωῆς. διῄρηται δὲ δύο μέρη τῆς ψυχῆς, ὧν τὸ μὲν ἔχει λόγον καθ' αὑτό, τὸ δὲ οὐκ ἔχει μὲν καθ' αὑτό, λόγῳ δ' ὑπακούειν δυνάμενον·

rio ſunt, præſtantes: nimirum propter multas cauſas ciues omnes ſimiliter imperandi & parendi uiciſsim, & pro ſua quiſque parte ſint participes neceſſe eſt. nam & æquale ſeu æquum, eſt idem ſimilibus. & reſpub. adminiſtrandæ formam, quæ contra ius ſit conſtituta, manere difficile eſt. cũ ijs enim, qui ſub imperio ſunt, coniuncti ſunt & conſpirant omnes, qui in regione ſunt, rerum nouarum cupidi, & ut ij qui rempub. adminiſtrant, tot ſint numero, ut hos omnes ſuperare queant, unũ quiddam eorum eſt, quæ fieri non poſſunt. Verumenimuero quin ij, qui ciuitati præſint atque imperant, ijs, qui ſub imperio ſunt, antecellere debeant, nemo in controuerſiam uocat. Quomodo igitur hæc futura ſint, & quomodo reſp. adminiſtrationis conſortes ſint futuri, ſcriptori legum uidendum eſt. Dictum uerò eſt hac de re ſuprà. natura enim eligendi facultatem dedit, quæ fecit eorum, qui ſunt ijdem genere & numero, alios iuuenes, alios ſenes: quorum illos quidem decet parẽre, hos uero imperare. Nemo autem propter ætatem parens imperio, indignetur, neque ſe meliorem eſſe putet, præſertim qui ſit hoc munus uiciſsim accepturus, ubi iuſtam ætatem attigerit. Quodam igitur modo qdem imperare & parẽre imperio dicendi ſunt, & quodammodo alij: quare & quodammodo eandem diſciplinam adhibere neceſſe eſt, quodammodo aliam. Nam & ut is, qui bene imperaturus eſt, primum paruerit imperio, aiunt oportere. Imperium autem, quemadmodum tertio libro dictum eſt, aliud eſt eius, qui imperat, gratia: aliud eius, qui imperio paret. atque horum illud quidem, imperium domini in ſeruos, ſeu herile dicimus: hoc uerò, imperium in liberos. Differunt autem nonnulla eorum, quæ imperantur, non factis & muneribus, ſed fine. Quocirca honeſtum eſt etiam iuuenibus ijs, qui liberi ſunt, multa facta ac munera, quæ miniſtrorum propria uidentur, adminiſtrare atque obire. non enim tam per ſe differunt inter ſe actiones ad honeſtum & inhoneſtum, quàm fine & eo, cuius gratia obeuntur. Quoniam autem ciuis, & magiſtratus, & optimi uiri eandem uirtutem eſſe dicimus: eundem porrò & prius oportet imperio parẽre, & poſterius imperare: hoc negotium fuerit legum ſcriptori diligenter curandum, & quo modo uiri boni fiant, quibusq; ſtudijs: & quis ſit uitæ optimæ propoſitus finis. Duæ autẽ animi partes diſtinctæ ſunt: quarum altera ratione prædita eſt per ſe, altera non habet illa quidem rationem per ſe, ſed rationi obtemperare poteſt.

Atq;

ni: qoarum affirmamus uirtutes eſſe, per quas uir bonus dicitur aliquo modo. harum autẽ in utra magis finis, diuidentibus quidẽ ſic, ut nos uolumus, non incertum eſt quomodo dicendum: ſemper enim deterius melioris eſt gratia. & hoc perſpicuum eſt eodẽ pacto in his, quæ ſunt per artẽ, & in ijs quæ per naturam: melior autem eſt, quæ ratione prædita eſt. Diuiſa autẽ eſt bifariam, quo conſueuimus modo, nos diuidere: una enim actiua eſt ratio, altera cõtemplatiua. Eodẽ igitur pacto neceſſe eſt diuiſam eſſe & hanc partem, ſcilicet & actiones utique dicemus ꝓportione ſe habere: oportetque partis natura melioris expetibiliores eſſe ijs, qui ualent adipiſci: uel omnes, uel duas. ſemper enim cuiq; eſt hoc maximè expetẽdum, quod ſummum adipiſci ualet. Diuiditur autem & omnis uita in negotium & otium, & bellum & pacem, rerũ quæ aguntur: & hæ quidem in neceſſarias & utiles, hæ uerò in honeſtas. de quibus neceſſe eſt eandem optionem eſſe, quæ eſt in partibus animi, & actionibus ipſarum. bellum quidem, cauſa pacis, & negotium, otij: quæ autem neceſſaria ſunt & utilia, honeſtorum cauſa. Ad omnia igitur reſpicientem, decet uirum ciuilẽ ſcribere leges, & per partes animi & per actiones ipſarum: magis autẽ ad ea, quæ meliora ſunt, & fines. Eodem autẽ modo & circa uitas & diuiſiones rerum opus enim eſt, poſſe in negotio eſſe & in bello: potius autem pacem agere, & ocio frui: & res neceſſarias atque utiles gerere, honeſtas autẽ magis. Quare ad hos fines & pueros adhuc erudire oportet, & cæteras ætates, quæcunque egent diſciplina. Græci autem, qui nũc optimè putantur rempublicam regere: & legumlatores, qui has conſtituerunt reſpublicas, neque ad optimum finem perſpiciuntur condidiſſe, quæ ad reſpub. faciunt: neq; ad omnes uirtutes leges & diſciplinam, ſed importunè ad res, quæ utiles uidentur eſſe, & explendæ cupiditati eorum aptæ, declinarunt. Eodem autem pacto atque illi, & nonnulli, qui poſtea reſpublicas conſcripſerunt,

ὧν φαμὲν τὰς ἀρετὰς εἶναι καθ' ἃς ἀνὴρ ἀγαθὸς λέγεταί πως· τούτων δὲ ἐν ποτέρῳ μᾶλλον τὸ τέλος· τοῖς μὲν οὕτω διαιροῦσιν, ὡς ἡμεῖς φαμεν, οὐκ ἄδηλον πῶς λεκτέον. ἀεὶ γὰρ τὸ χεῖρον τοῦ βελτίονός ἐστιν ἕνεκεν· καὶ τοῦτο φανερὸν ὁμοίως ἔν τε τοῖς κατὰ τέχνην, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν· βέλτιον δὲ τὸ λόγον ἔχον. διῄρηταί τε διχῇ καθ' ὅνπερ εἰώθαμεν τρόπον διαιρεῖν· ὁ μὲν γὰρ πρακτικός ἐστι λόγος, ὁ δὲ θεωρητικός. ὡσαύτως οὖν ἀνάγκη διῃρῆσθαι καὶ τοῦτο τὸ μέρος, δῆλον ὅτι καὶ τὰς πράξεις δ' ἀνάλογον ἐροῦμεν ἔχειν· καὶ δεῖ τὰς τοῦ φύσει βελτίονος αἱρετωτέρας εἶναι τοῖς δυναμένοις τυγχάνειν, ἢ πασῶν, ἢ τοῖν δυοῖν· ἀεὶ γὰρ ἑκάστῳ τοῦθ' αἱρετώτατον, οὗ τυχεῖν ἐστιν ἀκροτάτου. διῄρηται δὲ καὶ πᾶς ὁ βίος εἰς ἀσχολίαν, καὶ εἰς σχολὴν, καὶ πόλεμον, καὶ εἰρήνην· καὶ τῶν πρακτῶν, τὰ μὲν εἰς τὰ ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα, τὰ δὲ εἰς τὰ καλά. περὶ ὧν ἀνάγκη τὴν αὐτὴν αἵρεσιν εἶναι, καὶ τοῖς τῆς ψυχῆς μέρεσι, καὶ ταῖς πράξεσιν αὐτῶν. πόλεμον μὲν εἰρήνης χάριν, ἀσχολίαν δὲ σχολῆς· τὰ δ' ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα, τῶν καλῶν ἕνεκεν. πρὸς πάντα μὲν τοίνυν τῷ πολιτικῷ βλέποντι νομοθετητέον, καὶ κατὰ τὰ μέρη τῆς ψυχῆς, καὶ κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν· μᾶλλον δὲ πρὸς τὰ βελτίω καὶ τὰ τέλη. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοὺς βίους καὶ τὰς τῶν πραγμάτων διαιρέσεις. δεῖ μὲν γὰρ ἀσχολεῖν δύνασθαι, καὶ πολεμεῖν· μᾶλλον δ' εἰρήνην ἄγειν καὶ σχολάζειν. καὶ τἀναγκαῖα καὶ τὰ χρήσιμα δεῖ πράττειν, τὰ δὲ καλὰ δεῖ μᾶλλον. ὥστε πρὸς τούτους τοὺς σκοποὺς καὶ παῖδας ἔτι ὄντας παιδευτέον, καὶ τὰς ἄλλας ἡλικίας, ὅσαι δέονται παιδείας. οἱ δὲ νῦν ἄριστα δοκοῦντες πολιτεύεσθαι τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν νομοθετῶν οἱ ταύτας καταστήσαντες τὰς πολιτείας, οὔτε πρὸς τὸ βέλτιστον τέλος φαίνονται συντάξαντες τὰ περὶ τὰς πολιτείας· οὔτε πρὸς πάσας τὰς ἀρετὰς τοὺς νόμους καὶ τὴν παιδείαν, ἀλλὰ φορτικῶς ἀπέκλιναν πρὸς τὰς χρησίμους εἶναι δοκούσας, καὶ πλεονεκτικωτέρας. παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ τῶν ὕστερον τινὲς γραψάντων ἀπεφήναντο τὴν

Atq; harum animi partium uirtutes eas eſſe dicimus, ex quib. uir bonus quodammodo dicitur. In utra aũt parte potius finis cõſiſtat, ſi quæratur: ijs quidẽ, qui animũ ita partiuntur, ut partiri dicimus oportere, non eſt obſcurũ quomodo reſpondere debeant. Semper enim quod deterius eſt eius, quod melius eſt, gratia eſt. Atq; hoc apparet ſimiliter in ijs reb. quæ natura ualent, atq; in ijs quæ arte conſtant. At quæ pars animi ratione prædita eſt, melior ea eſt, quæ non eſt. Rationis porrò duæ ſunt partes, quo modo nos quidẽ diuidere conſueuimus. altera enim in agendo uerſatur, altera in contẽplando.[2] Quoniam igitur neceſſe eſt actiones ad eundẽ modum eſſe diuiſas, quemadmodũ ea, quorũ ſunt actiones, diuiſa ſunt: hanc aũt animi partẽ ita oportet eſſe diuiſam, ſcilicet & harũ partis animi partiũ actiones ex proportione inter ſe reſpõdere dicemus: & partis animi melioris actiones etiã meliores eſſe neceſſe eſt, ijs qui poſſunt aſſequi, uel omnes, uel duas. ſemper .n. hoc cuiq; eſt optatiſſimũ, quod ad potiendũ eſt ſummũ, ſummoq; in gradu poſitum. Diuiſa aũt omnis uita eſt in negotiũ & otiũ, bellum & pacẽ. Tũ earũ rerum, quæ in actionẽ ueniunt, aliæ ſunt neceſſaria & utiles, aliæ honeſtæ: in quibus eadẽ adhibeatur electio neceſſe eſt, atq; in animi partibus, earumq; actionibus: nẽpe ut bellum pacis gratia ſuſcipiatur, negotiũ otij: neceſſaria & utilia honeſtorũ. Cum igitur uir moderandæ ciuitatis peritus in ferendis legib. hæc omnia intueri debeat, & ex animi partib. & ex earũ actionibus: tũ maxime oportet eum leges dirigere ad meliora, atq; ad fines. eademq; ratio in uitæ generib. & rerũ uarietatibus ac diſſimilitudinibus adhibenda eſt. Oportet enim negotia quidẽ, & bella gerere poſſe. ſed magis agitare pacẽ, atq; otiari poſſe: & rerũ quidem neceſſariarũ atq; utilium agendarum facultatem habere, ſed magis honeſtarum. Itaq; ad hos propoſitos fines & pueri quãdiu in ea ætate ſunt, & aliarum ætatum ciues, qui inſtitutionis indigẽt, erudiendi ſunt. At ij, qui nunc optimè omnium Græcorum rem ſuam publicã adminiſtrare exiſtimantur, & q legũ ſcriptores, qui has reip. adminiſtrandæ formas inſtituerunt, neq; eorũ, quæ ad reſpublicas adminiſtrandas pertinent, deſcriptionẽ ad meliorem finẽ: neq; leges & diſciplinam ciuitatis ad omnes uirtutes reperiũtur retuliſſe, ſed inepte ac ſtolide ad eas, quæ utilitatis ſpeciem præ ſe ferunt, & quæ ad opes amplificandas, imperiáque iniuſta obtinenda uidentur accommodatiores, deerrarunt. Similiter autem atque hi, quidam ex ijs, qui poſterius ſcripſerunt,

eandé ſententiam edidêre: laudes enim remp. Lacedæmooiorũ, probant propoſitũ legumlatoris, quòd cũcta ad uincendũ apta & ad bellum gerendũ legibus ſuis inſtituit. Quæ & ratione argumẽtiſq; nullo negotio refelluntur, & re factiſq; nunc confutata ſunt. quemadmodũ enim plurimi mortales ſuſpiciunt dominari multis, quia multa copia inde naſcitur bonarũ rerũ: ſic & Thibroo perſpicitur probaſſe legislatoré Lacedęmoniorũ, & cęteri oẽs, q́ ſcripſerũt de rep. ipſorũ, qđ per exercitationes in periculis ſubeũdis, imperiũ habebãt in multos. Atqui apertũ eſt, poſtquã nũc non amplius in manu ipſorũ eſt imperium, non eſſe eos bearos, neq; legislatorem eorũ bonum. Pręterea aũt ridiculũ eſt hoc, ſi perdurantes in legib. ipſius, & nulla re impediente, quin utantur legibus, amiſerunt honeſtã uitã. Non rectè autem exiſtimant neq; de imperio, quod oportet perſpici in precio habere legũlatorem: imperiũ enim liberorũ pulchrius eſt imperio erili, magiſq; cũ uirtute. Adhuc aũt non oportet ob hoc ciuitatem beatã exiſtimare, atq; legumlatoré laudare, quia firmauit illos exercitationibus ad imperium in uicinos: hęc enim continent in ſe magnum incõmodũ. quis enim dubitat, quin ciuis omnis, qui ualeat, hoc eniſurus ſit perſequi, ut poſſit in ſua propriaq; ciuitate dominari. quod quidẽ obijciunt Lacones Pauſaniæ regi, & ſi tantũ legib. honoré adeptus erat. Neq; iã ciuilis ulla huiuſcemodi ratiooũ & legum eſt, neq; utilis, neq; uera eſt. quę enim optima ſunt & priuatim & publicè, legumlatoré oportet inſerere hęc in animos hominũ. Bellicarũ aũt rerũ exercitationé nõ huiꝰ gratia decet meditari, ut in ſeruitutẽ redigãt indignos, ſed ut primũ ipſi non ſeruiãt alijs: deinde ut q̃rãt principatũ utilitatis cauſa eorũ q́ ſibi parẽt, ſed nõ ut dominent omnib. tertiũ aũt, ut domini fiãt eorũ, q́ digni ſunt, q́ ſeruiãt. Oportere aũt legũlatoré potiꝰ laborare, ut ſtudiũ, quod ponit in reb. bellicis oroãdis, & cætera omni inſtitutione, referat ad otiũ & pacé, oſtendũt q̃ fiũt, teſtimonioq; ſuo cõfirmãt rationes.

maior

αὐτὴν δόξαν. ἐπαινοῦντες γὰρ τὴν λακεδαιμονίων πολιτείαν, ἄγανται τοῦ νομοθέτου τὸν σκοπὸν, ὅτι πάντα πρὸς τὸ κρατεῖν, καὶ πρὸς πόλεμον ἐνομοθέτησεν. ἃ καὶ κατὰ τὸν λόγον ἐστὶν εὐέλεγκτα, καὶ τοῖς ἔργοις ἐξελήλεγκται νῦν. ὥσπερ γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ζηλοῦσι τὸ πολλῶν δεσπόζειν, ὅτι πολλὴ χορηγία γίγνεται τῶν εὐτυχημάτων, οὕτω καὶ Θίβρων ἀγάμενος φαίνεται τὸν τῶν λακώνων νομοθέτην· καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος τῶν γραφόντων περὶ πολιτείας αὐτῶν, ὅτι διὰ τὸ γεγυμνάσθαι πρὸς τοὺς κινδύνους, πολλῶν ἦρχον. καίτοι δῆλον, ὡς ἐπειδὴ νῦν γε οὐκέτι ὑπάρχει τοῖς λάκωσι τὸ ἄρχειν, οὐκ εὐδαίμονες· οὐδ' ὁ νομοθέτης ἀγαθός. ἔτι δὲ τοῦτο γελοῖον, εἰ μένοντες ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ, καὶ μηδενὸς ἐμποδίζοντος πρὸς τὸ χρῆσθαι τοῖς νόμοις, ἀποβεβλήκασι τὸ ζῆν καλῶς. οὐκ ὀρθῶς δ' ὑπολαμβάνουσιν οὐδὲ περὶ τῆς ἀρχῆς, ἣν δεῖ τιμῶντα φαίνεσθαι τὸν νομοθέτην· τοῦ γὰρ δεσποτικῶς ἄρχειν ἡ ἐλευθέρων ἀρχὴ καλλίων, καὶ μᾶλλον μετ' ἀρετῆς. ἔτι δὲ οὐ διὰ τοῦτο δεῖ τὴν πόλιν εὐδαίμονα νομίζειν, καὶ τὸν νομοθέτην ἐπαινεῖν, ὅτι κρατεῖν ἤσκησεν ἐπὶ τὸ τῶν πέλας ἄρχειν· ταῦτα γὰρ μεγάλην ἔχει βλάβην. δῆλον γὰρ ὅτι καὶ τῶν πολιτῶν τῷ δυναμένῳ τοῦτο πειρατέον διώκειν, ὅπως δύνηται τῆς οἰκείας πόλεως ἄρχειν· ὅπερ ἐγκαλοῦσιν οἱ λάκωνες παυσανίᾳ τῷ βασιλεῖ, καίπερ ἔχοντι τηλικαύτην τιμήν. οὔτε δὴ πολιτικὸς τῶν τοιούτων λόγων καὶ νόμων οὐθεὶς, οὔτε ὠφέλιμος, οὔτε ἀληθής ἐστι· ταῦτα γὰρ ἄριστα καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὸν νομοθέτην ἐμποιεῖν δεῖ ταῦτα ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων. τήν τε τῶν πολεμικῶν ἄσκησιν οὐ τούτου χάριν δεῖ μελετᾶν, ἵνα καταδουλώσωνται τοὺς ἀναξίους, ἀλλ' ἵνα πρῶτον μὲν αὐτοὶ μὴ δουλεύωσιν ἑτέροις· ἔπειτα ὅπως ζητῶσι τὴν ἡγεμονίαν τῆς ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ μὴ πάντων δεσποτείας. τρίτον δὲ τὸ δεσπόζειν τῶν ἀξίων δουλεύειν. ὅτι δὲ δεῖ τὸν νομοθέτην μᾶλλον σπουδάζειν, ὅπως καὶ τὴν περὶ τὰ πολεμικὰ, καὶ τὴν ἄλλην νομοθεσίαν τοῦ σχολάζειν ἕνεκεν τάξῃ καὶ τῆς εἰρήνης, μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα τοῖς λόγοις,

idem pronunciarunt. Nam Lacedæmoniorum reip. adminiſtrandæ rationem laudantes, finem legum ſcriptori propoſitum admirantur, quod leges omnes ad principatum obtinendum, rerumq; potiendum, & ad bellum direxit: quæ cum ratiõe facile coargui ac refe[illegible] ſunt, tum re & facto nuperrime [illegible] cta ſunt. Nam quemadmodum pl[illegible] mortales longe lateq; dominari fortunatum eſſe putãt, quia hinc magna rerum ſecundarum ſuppeditatur facultas: ſic & Thibro, & unuſquiſq; eorũ, qui de Lacedæmoniorum reip. adminiſtranda ratione ſcripſerunt, eorum legum ſcriptorem propterea uidentur eſſe admirati, quia aſſidua in laboribus & in periculis exercitatio eis imperiũ in multos populos cõciliauit atq; adiunxit. Atqui perſpicuum eſt, quandoquidem nunc Lacedæmonii deſierunt principatum obtinere atq; imperare, neq; eos eſſe beatos, neq; legum ſcriptorem bonum. Præterea uero hoc ridiculum eſt, eos in legibus permanentes, nulla re obſtãte, quo minus iiſdem legibus uterentur, honeſtæ uitæ fructum perdidiſſe. Nõ de principatu quidẽ & imperio rectè ſentiunt: quod aiunt legis ſcriptorem magni facere uideri oportere. Imperium enim in liberos, herili imperio iniuſtoq; dominatu honeſtius, magiſq; cum uirtute coniunctum eſt. Præterea non eò ciuitas beata exiſtimanda eſt, neq; legum ſcriptor idcirco laudandus eſt, quod ciues ad imperium in finitimos occupandum exercuerit. Hæc enim magnum detrimentum afferunt. ſequeretur enim ſcilicet, ut, quicunque ciuis poſſet, is conari deberet plus unus poſſe, quàm tota ciuitas, ſuaq; ciuitati ſeruitute oppreſſa imperare. Quod Lacedæmonii crimini dant Pauſaniæ regi, quamuis in tam alto honoris ac dignitatis gradu collocatus eſſet. Nec igitur ad ciuilem ſocietatem accommodata eſt talis ulla ratio taliſq; lex, nec utilis, nec uera. Debet enim legum ſcriptor quæ ſint eadem, & priuatim & publice optima, in animis hominum ingenerare atque inſerere: neque conuenit in res militaris ſtudio ea gratia oportet exercere, ut eos, qui ſunt indigni ſeruitute, in ſeruitutem redigant: ſed primum ut ipſi quidem nõ alijs ſeruiant: deinde ut principatum quærant, eorum, qui ſub imperio ſunt, utilitatis, non iniuſtæ in omnes dominationis cauſa: poſtremo ut dominentur in eos, qui ſeruitute digni ſunt. Legũ ſcriptori autẽ maiorẽ operam eſſe dandã, ut leges & eas, quæ ad res bellicas pertinẽt, et cæteras, otij & pacis cauſa inſtituat ac deſcribat, nõ bellis teſtimonio ſunt iis, quæ dicimus, ea, quæ fiunt.

Pleraq;

maior enim pars huiuſcemodi ciuitatũ, dum bellũ gerunt, conſeruantur: poſtquã autem potitæ ſunt imperio, pereunt: amittunt enim duritiem, tanquã ferrum, in pace uiuentes. cauſa autem huius eſt legumlator, qui non docuit, quomodo poſſent otio uti.

αἱ γὰρ πλεῖσται τῶν τοιούτων πόλεων, πολεμοῦσαι μὲν σώζονται, κατακτησάμεναι δὲ τὴν ἀρχὴν, ἀπόλλυνται· τὴν γὰρ βαφὴν ἀφιᾶσιν ὥσπερ ὁ σίδηρος, εἰρήνην ἄγοντες· αἴτιος δὲ ὁ νομοθέτης, οὐ παιδεύσας δύνασθαι σχολάζειν.

Pleraq; enim ex talibus ciuitatibus tantiſper quidem dum bellum gerunt, ſaluæ ſunt: petito autem imperio & principatu, occidũt. Nitorem enim & ſplendorem ſuum in pace deperdunt, inſtar ferri: cuius rei legum ſcriptor culpam ſuſtinet, qui hæc eos non docuit, ut otiari poſsint.

COMMENTARIVS.

Quia autem.) Conſiliũ auctoris eſt, oſtendere diſciplinam, qua imbuantur ciues. Cùm ast ciuitas omnis, cœtuſq; hominum, qui imitetur ciuitatem, conſtet è duobus generibus hominum quorũ alterũ imperat, alterũ paret (neq; enim manet communitas ulla, niſi ſit quis ipſam regat) quærit primum, an diuerſos oporteat eſſe hos, ut alteri ipſorum perpetuò imperium habeant: alteri ſemper ipſis dicto audientes ſint, nec unquam liceat illis peruenire ad imperium, ſiue iidem utrumque munus ſuſtineant uarijs temporibus, & nunc quidem imperium habeant, nunc uerò, depoſito illo, pareant. Neceſſe autem eſſe declarat, hoc prius uidere, quia diſciplina alia adhibebitur, ſi hoc pacto diſtinctæ fuerint partes ciuitatis: alia uerò, ſi alio. Planum enim eſt, non erudiri debere eodem pacto, qui priuati ſemper futuri ſunt: ut erudiuntur, quibus imperium ita datum eſt, ut nunquam reddant, neque eadem ambos diſciplina ornari.

Si igitur.) Puſillum aliquod diſcrimen inter eos non tantam eam habere dicit, ut pariat eam diſſimilitudinem, ut hi perpetuo clauum reip. teneant, hi uerò æquo animo patiantur ſe ſemper regi. ſed maxima. Monſtrare uerò ipſa uolens, qualia ſint, attulit ea, quibus maiora nulla eſſe poſſunt, ubique demum eſt in hac ra ὑπεροχῇ. inquit enim: Si igitur aliqui forent in ciuitate tanto præſtantiores cæteris, quantũ arbitramur deos immortales & heroas excellentiores eſſe hominibus: utenquã autem ſententiam abſoluat, explicat, quibus in rebus inueniat tanta præſtantia. Primùm enim inquit, quod ſtatim occurrit, & ante oculos eſt, in donibus corporis magno interuallo uincant alios: intelligit autem magnitudinem, ſpeciem, uires: deinde in animi bonis uirtutibuſque, ita ut dubitandum non ſit de præſtantia imperantium, ſi conferrentur cum his, qui parẽt, ſitq; illa aperta omnibus, & explorata. Planum eſt, inquit, oportere eoſdem ſemper idem munus obire: alterotque ipſorum imperium habere, alteros uerò ipſis dicto audientes, ſtatim à principio, quaſi lege hac lata, & omni cõtrouerſia de hac re ſublata.

Quia autem.) Oſtendit, melius eſſe, tutiuſque committere remp. cunctis ciuibus, participeſque ipſos facere ſine diſcrimine ullo publicorum honorum, ſi ſe dignos ipſi præbuerint: non quòd omnino hæc ratio anteponenda ſit, ſed quia alterum illud, quod præſtare dictum eſt, difficile inuentu eſt, ac penè unum eorum quæ effici non poſſunt. hoc igitur cõfirmans, inquit: Quia autem hoc, quod nos quoque probaremus, non eſt facile obtinere, neque uſu uenit in his noſtris ſedibus, quod Scylax narrat, peculiare eſſe apud Indos, ut maximo interuallo bonorum omnium & animi & corporis, uincant eorum reges priuatos homines: manifeſtum eſt, pluribus de cauſis debere ciues omnes eodem pacto partis pes eſſe imperij: non cunctos ſanè ſimul (nequa enim hoc exitum habet) ſed mutatis uicibus, uarijſque temporibus, quod etiam ſeruandum eſt in contraria re, ut omnes itidem, legibus coacti, aliquando dicto audiẽtes ſint magiſtratibus, neque exiſtat ulle aliquis, in quem hoc non aliquando cadat. Scylax, quem citat teſtem, confecit uolumen in alijs nõnullis, quo deſcripſit ſitum multarum terrarum, morelque etiam gentium, quæ ipſas habitarent: quæ ſcripta Græci uocabãt περίοδον γῆς. in hoc igitur arbitror ipſum. quod hic commemorat Ariſtoteles, memoriæ prodidiſſe. indicat, quæ fuerit patria ipſius, Suidas, nominatq; etiam reliquos librorum. Athenæus quoque multis locis eius meminit.

Aequale enim.) Exponit, quæ ſint cauſæ illæ, quas ſignificauit. Prima earum eſt, quòd dicit, æquum eſſe, ac neceſſitatem huius rei poſtulare, ut ſimilibus inter ſe æqualia ſint omnia & paria. Ductum igitur primum hoc argumentum eſt ab æquitate, ſecundum uerò ab infirmitate contrariæ reipublicæ. imbecilla enim prorſus eſt: uix enim poſſe illam manere tradit, quæ talis eſt. Refellit autem, quod dixiſſet aliquis, Qui imperium habent, facile frenare poſſe ſpoliatos omni auctoritate: quales ſunt, qui non attingunt partem ullam publicæ poteſtatis. inquit autem tum ipſis, Perturbare remp. aggredientibus, futuros eſſe auxilio ut caſtellanos: omneſque demum, qui in agris uiuunt, qui rerum nouarum ſemper cupidi ſunt. Intelligens autem optimus doctor, habere adhuc perfugium quoddam, qui ſibi aduerſari uelint, obſtruit ipſum. dixiſſent enim, poſſe participes fieri tot illius dominatus, ut facile cogant ſibi parêre cæteros oẽs, id eſt, & eos qui in urbe uiuũt, & eos qui in agris: quod negat exitũ habere ac fieri ullo modo poſſe. nõ enim magnũ numerũ recipere dominatꝰ hos, aperiũ eſt, ſatiſq; exẽplis cognitũ.

Atqui oportere.) Oſtendit ex altera parte difficultatem non paruam. etſi enim omnes æquales pareſque in ciuitate debent eſſe, tamen non eſſe dubitandum, inquit, quin eos qui imperium habent, oporteat præſtare priuatis. Si namque diſcrimen nullum inter ipſos fieret, non bene factum uideretur, ut hi aliquo modo regnarent inter illos, alij autem parẽrent.

Quomodo igitur.) Munus eſſe docet eius, qui leges ciuitati ſcribit, componere hanc litem, oſtẽditque quomodo hoc impetretur cuius remedij huius mali ipſa natura oſtendit. Quomodo igitur, inquit, hoc efficiatur, & quo pacto participes eſſent huius boni, id eſt publicæ poteſtatis, uidere oportet, qui ciuitatem informat, & optimis inſtitutis excolit. ſed [illegible] ſe q[illegible]; de [illegible] antea diſputatum eſſe, teſtatur. Quinetiam naturam ſpecimen nobis dediſſe huius rei affirmat, monſtraſſeque aliquo modo, quid ſequi & probare debeamus cùm molita ſit, feceritque eodem in genere, humano inquam, hoc quidem iuniores, alteros uerò ſeniores quarum duarum contrariarum ætatum docet alteram eſſe dicto audientem, alteram uerò excipere atque imperare. Docet autem, non eſſe quòd aliquis uereatur, ne qui minor ætate eſt, ægrè ferat ſtomacheturque ſeniorem imperiõ in ſe habere. Neque enim inquit, hoc aliquis facit, neque exiſtimat ſe meliorẽ dignumque qui illi anteponatur hic enim ſenſus eſt receptæ lectionis. Extitere tamen, qui arbitrarentur pro ἐὰν ᾖ κρείττων, legi debere κἂν ᾖ κρείττων. quod ualeret, quamuis etiam meliorem ſe putet, delectatus ualde aliqua ſua dote. Omnes enim reuerentur ſenectutem, atque ipſi cedunt libenter autem (ut addit) hoc faciunt, quia ſciunt uenturum aliquando tempus, cùm ipſi quoque donum illud præmiumq;, accipiẽt, cum ſcilicet ætas ipſorum huic muneri ſuſtinendo idonea erit.

Eſt igitur.) Concludit rationem, docetque apparere iam, & eoſdem & diuerſos inter ſe dici hos poſſe, totumque diſcrimen uerſari, quomodo illi accipiantur. Hoc autem ut perſonis ipſorum contingit, ita etiam in diſciplina, qua ornantur, uſuuenit. ipſa enim quoque & eadem aliquo modo & diuerſa uocatur. Confirmare uerò hoc uolens, ac uerum eſſe docere, utitur peruagata uoce, & quæ prouerbij loco fertur. illa autem eſt, Non poſſe rectè imperium adminiſtrare eum, qui prius imperio alicuius non paruerit. Perſpicitur igitur, eadem diſciplina cunctos inſtructos quondam fuiſſe, quæ uariatur poſtea, uariatis temporibus & muneribus, quæ ipſi obeunt in republica.

Eſt autem imperium.) Diuidit imperium, duoque genera ipſius eſſe oſtendit: quorum alterum exercetur in ſeruos, alterum in ingenuos liberoſque homines, ut plane a ſe declaratum eſſe ſignificat in alijs accuratè de hac re diſputationibus intelligit autem tertium horum librorum, in quo copioſe diſtinxit genera cuncta gerendorum hominum. Inquit igitur nunc, unũ horum imperiorum referri ad [illegible] unũ qui regit, commodaque eius procurare alterum uerò ſpectare utilitates eorum qui parent: quorum prius erile uocari uulgò tradit (habet enim eos, quos regit loco mancipiorum) poſterius autem imperium liberorũ. hi enim non recuſant huic obtemperare, & alterum illud oderunt, nec perpeti queunt. Quod ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις hic appellauit, eodam pacto locutus eſt in [illegible] libro de Cœlo: ubi tangit, quod accuratè in VIII. libro Naturalis auditionis [illegible] cuerat, nullum corporum naturalium, quæ mouentur, à ſemetipſo moueri: uerùm omne quod mouetur ab alio moueri. inquit enim: ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι, & quæ ſequuntur.

Quædam autem.) Cum diſtinxerit imperium, alterumq; ipſorum exerceri in ſeruos, alterum uerò in liberos oſtenderit: contingere uidens aliquando, ut ingenui homines honeſte uerſentur in muneribus propriis ſeruorum, neque e[illegible] cauſa

cauſa inquinare dignitatem ſuam. Quomodo hoc fiat, declarat, affirmans non tam opera immutare facta ipſa, quàm finem, cuius cauſa geruntur. Cùm autem ſumm hoc expoſuiſſet, inquit, quod inde adem ducit, factúq; planum eſſe intelligitur: multa ſanè, quæ primò prætereuntur ſeruilia officia eſſe, propriaque famulorum, poſſe ad munus etiam adoleſcentibus ingenuis ſine labe ulla ac dedecore. Ad æſtimanda enim, inquit, honeſta, & minimè honeſta facta, utrumq; iudicium de ipſis faciendum: non tam ualere facta illa ipſa, munaraque ſpectare per ſe, quàm finem ipſum, propter quē geruntur, & cuius denique rei cauſa labor ille, qui humilis ſordidusque uidetur, ſuſcipitur. Memoriæ proditum eſt, Cn. Magnum in miſera illa fuga poſt pugnam Pharſalicam, cùm Alexandriam nauigaret, nec ſeruos ſecum haberet, ſuis manibus cœpiſſe ſibi pedes lauare, & corpus ungere, quod cùm aſpexiſſet Fauonius, ille liber in primis ſenator atque æmulus M. Catonis, qui in eadem naui uehebatur, id paſſus non eſt: ipſeque eò accurrens, humili hoc officio, & honeſtè nihilominus aliis functus eſt. Qua humanitate, uel pietate potius, omni illo tempore uſus fuit. hoc autem, niſi laudi ipſi datum eſſet, literis mãdatum non fuiſſet. Recordor ego, cùm premeretur obſidione noſtra ciuitas, hoſtisque ad portas caſtra poſuiſſet, uniuerſam noſtram iuuentutem in operibus faciendis, muniendaque urbe occupatam fuiſſe. neque tamen eo tempore quicquam, quod nobilitati ſuæ non conueniret, geſſiſſe. non enim ob mercedem inde capiendam, ſed ob libertatem defendendam, id faciebat.

Quia autem ciuis.) Cùm oſtendiſſet in republica bene inſtituta, imperium habentis & obtemperantis ipſi, eandem diſciplinã eſſe oportere, certo quodam modo ſumptam, alio uerò diſcrepantem: propoſitum ipſi nunc eſt tradere, qua ratione ac uia, neque quorum documentorum, uiri probi fiant, finiſque optimæ uitæ qualis ſit: comitari autem bene præceptionem docet illa, quæ iam declarata à ſe ſunt, ordinemque uerum hoc prorſus poſtulare, quæ utitur illis, tanquam fundamentis quibuſdam huius nouæ conſtructionis, ita agens: Quia autem ciuis & imperium habentis eandem uirtutem eſſe uolumus, eandemque probi optimi uiri: nec non quia exiſtimamus, eundem eundemque prius debuiſſe parêre dictoque audientem eſſe magiſtratui, poſtea uerò imperium habere hoc profectò perſpicitur, curandum eſſe illi qui optimis moribus legibuſque informandã ciuitatem ſuſcepit, ut probi uiri illi efficiantur, uiamque ipſis monſtrandam, qua huc perueniatur (recta enim quædam illa, hoc præſtant) in primiſque indicare debet, qui ſit finis optimæ uitæ, & quid illa propoſitum habeat. Cum autẽ uſus fuiſſet initio huius comprehenſionis particula, quæ declarat, requirit quiddam, quod abſoluat ſententiam, id eſt ἀπόδοσις redditio illius eſt, τῷ ἐπεὶ ... nõ inducunt neceſſitatẽ hæ uoces, unde aduerbia ... uocatæ ſunt à grãmaticis Græcis.

Diuiſa autem ſunt.) Requirere hunc locum exiſtimauit, ut diuideret animum noſtrum, cùm de fine humanæ uitæ diſputaret. Etſi enim ex animo & corpore iuncti ſumus, tamen ad uitam beatam præſtandam plus ualent animi bona, quàm corporis. Idem autem fecit, cùm illic quoque uitam beatam, qualis foret, oſtenderet, in libris de Vita & moribus ad Nicomachum. in primo enim eorum librorum prope extremum uſus eſt eadem diuiſione: quo etiam in loco teſtatus eſt, debere politicũ cognitum habere aliquo modo omnem naturamque animæ. Diuidit igitur hic quoque ipſam, ut illic fecit, non exquiſitè omnino, ſed ſatis huic præceptioni ac diſciplinæ. Inquit enim, duas partes ipſius eſſe: quarum unam rationem habere tradit per ſe, id eſt, in ſe ipſa ac ſecum natam: alteram uerò minimè ipſam habere illo modo, ſed tamen talẽ eſſe, ut obtemperare rationi poſſit, auſcultareque ei, ipſam præcipientem aliquid: quod aliæ partes animi non faciunt, quæ penitus ſurdæ ſunt, orbatæque hac poteſtate. Harum autem partium uirtutes addiceſſe, quibus inſtructus aliquis, uir probus eſſe aliquo modo dicitur. Cùm uideret autẽ poſſe oriri ſcrupulum in animo alicuius, utræ uirtutum harum magis naturam habeant expoliendi hominis, ac probum ipſum reddendi: illæ ne, quæ rationis ſunt, cuiuſmodi eſt prudentia, ſapientia, cæteræ, quæ διανοητικαὶ uocantur, an quæ ſedem habent partem animi uacuam à ratione ſua ui, inquit, eos qui probarint diuiſionem ſuperiorem, ſtatutum habere poſſe, quæ ſecius hoc præſtare queant. eſt enim hoc ſatis apertum. Quod enim deterius eſt, factumque ad alterum explendum, tanquam inſtrumentum, ſemper inſeruit meliori: ita uerò ſe rem habere, ac uerum hoc prorſus eſſe, inquit apparere & ex his rebus, quæ ab arte quapiam fiunt, & ex iis quæ à natura: in quibus omnibus perſpicitur, quod inferius eſt, referri tanquam ad finem, ad ſuperius. Non putaſt autem dubitari, quin melior ſit pars, quæ in ſe poſitam rationem habet, non ab alia acceptam.

Diuiſa autem eſt.) Adiungit, diuidi quoque hanc animi partem, quæ in ſe poſitam rationem habet, ac diuidi bifariam: quam diuiſionem aliquarum rerum ſibi ſemper placuiſſe teſtatur. Vnam enim rationem uerſari dicit in rebus quærendis ponderandiſque, quæ ad facta hominum pertinent: alteram autem in illis cernendis, quæ propriæ ſunt contemplationis. neque enim ratio menſúa uocata eſt practica aut theoretica quia ipſa eget aut contemplatur: ſed quia ambæ harum uiã monſtrent illarum rerum tractandarum. Vt igitur hæ poteſtates animi diuiduntur, ita etiam diuidi ait, quæ ab ipſis prodeunt, quæ munera ſecutæ dici eandem rationem, ſi conſeruantur inter ſe, reſpondereque naturæ partium, unde manant. Planè autem ſatis, oportere facta, quæ à meliore parte proficiſcuntur, ſi meliore ipſa fuerit ſua ſponte & natura ipſius rei, magis expetenda eſſe: non omnibus tamen hominibus ſine diſcrimine ullo, ſed iis tantùm, qui ſtudio ac diligentia ſua adipiſci poſſunt cuncta illa, ſi plura fuerint: aut duo, ſi numerum duorum non exceſſerint. Confirmans autem iudicium ſuum, quod uſu hic uenire dixit, perpetuum eſſe, & eodem tenore fieri omnibus in rebus inquit. quare magis certum putari debere inquit igitur: Semper enim ſingulis hominibus hoc maximè expetẽdum eſt, quo nequeunt maius obtinere. eſt enim ipſum illud in excelſo loco poſitum, nec extat aliud quicquam melius bonum, quod cedet in conditionem eorũ, quod quis labore ullo impetrare poſſit. ſi namque extaret, magis illud ipſum ab ipſis expetendum foret.

Diuiditur autem.) Oſtendit, uniuerſam uitam hominum, & quæ geruntur ab ipſis, diuidi perinde atque diuiduntur partes animi, unde ſcilicet facta illa manant, & ortum ducunt. Diuidit autem ipſam, ſi & atque eius in duas contrarias inter ſe res. Inquit igitur, diuidi uitam omnem hominum in negotium & otium. aut enim occupati ſunt mortales in rebus agẽdis, aut requieſcunt, ſoluti curis illis laboribuſque. Eandem etiam diuidi adiungit, in bellum & pacem: quam poſteriorem diuiſionem non ſine cauſa putaret aliquis, quaſi declarationem quandam eſſe primis. bellum enim & incommoda, quæ ſecum fert, in primis digna ſunt quæ uocentur ἀσχολία: non ſinunt enim nos quietem capere. Contrà autem, tranquillitatem temporum permittere nobis ut ceſſemus, uerosque fructus ocii deguſtemus: hoc otium etiam in otium arbitror auctorem intelligere. Sequitur autem eodem pacto, actionum quæ geruntur in uita ab hominibus, quaſdam eſſe neceſſarias. cogimur namque ipſa tractare, quia ſine illis ſtatum noſtrum tueri uix poſſumus: quæ etiam tradit eſſe talia, ut uias aliquas nobis præſtare queant, ualeantque ad nos maiorum bonorum compotes faciendos: alia uerò eſſe dicit honeſta, & quæ expetantur propter dignitatem. Erga hæc autem & delectum omnem ipſorum affirmat oportere uacua animi motus eſſe, ut ſumus erga partes animi ac facta, quæ inde proficiſcuntur: bellumque ſuſcipiamus, ut poſtea pacem certam obtineamus: & impleamur negotiis, ut otio fruamur: nec pigeat nos facere, quæ uocantur neceſſaria, quæque ſeruiunt aliis rebus impetrandis, ut auxilio nobis ſint ad ea quæ ſunt honeſta, adminiſtranda.

Ad ſummam igitur.) Concludit, oportere ciuem, qui ſuſcepit curã optimis moribus & inſtitutis ornandi ciuitatem (is enim eſt, quem appellat πολιτικόν) ad omnia quæ dixit, reſpicientem fungi munere illo: legeſque ſcribentem ante oculos habere & partes animæ, & facta propria ipſarum partium, cuncta ſcire: ſed tamen maius ſtudium ponere in melioribus exprimendis: & quæ rationem finis habent, quàm in illis, quæ referuntur ad fines. Eodem pacto ſignificat debere illum diligenter uidere uitas hominum, diuiſioneſque factorum, quæ geruntur ab ipſis. Aperit autem conſilium ſuum, confirmatque quod præcepit, his uerbis: Opus enim eſt, cùm res ſcilicet poſtulat, poteſtatem habere ſuſtinendi labores ac moleſtias, & in bello ſe rectè ac fortiter gerere: præſtat tamen, anteponendumque illi eſt, honeſtè ſe gerere in pace, atque otio rectè. Sed etiam, inquit, non eſt cunctandum facere, quæ neceſſaria ſunt atque utilia: ſed tamen promptius, quæ ſunt plena dignitatis: illa namque plerũque meliora ſunt.

Quare ad hoc.) Cum oſtendiſſet, quæ potiſſimum ſunt gerenda, intelligeretque quantam uim habeat omnib. in rebus conſuetudo, admonet, ut à tenera ſtatim ætate ciues continuentur in illis ſtudiis atque exercitationibus, quæ perducunt paratum laborem ad fines probatos in ea republica: ita enim facilius multo, meliuſq; ea reddunt atq; efficiũt, quæ ſunt honeſta, & reip. accommodata. Non ſolùm autem oportere indicat pueros adhuc imbuere illa diſciplina, quæ fructum eum parit: uerum etiam (ut teſtatur) omnem aliam ætatem, quæ diſciplina eget, nec ita armata inſtructaque eſt, ut publicum bonum requirit. Nunquam igitur eſt dimittenda hæc cura, etſi maiores fructus gignit, cùm teneri adhuc animi informantur: euadunt enim ita perfectiores.

Græci autem.) Cùm, quod optimum eſſe arbitratur, oſtendiſſet: reprehendit reſp. nonnullas, quæ finẽ alium habere ab eo, quẽ ipſe maximè probat: & earũ ueteres conditores, in quibus reb. illi lapſi ſunt, ſignificans. Primùm igitur, quid ſentiat de rebus illis quæ in uſu tunc erant, liberè loquitur: deinde de fictis, & literis tantùm proditis. inquit igitur: Qui autem hoc tempore exiſtimantur è numero Græcorũ populorũ optimum ſtatũ ciuitatis habere, quiq; reſp. illas conſtituerunt: manifeſtò tenentur non ad meliorẽ finem direxiſſe inſtituta & cæteram reſpub. quibus illæ continentur: eodẽq; pacto iidem perſpiciuntur minimè ad omnes uirtutes conuertiſſe leges & diſciplinã ſuam, ſed declinaſſe, parua ratione reliquarũ habita, contumaciter ad eas, unde utilitates maximè uidentur capi, & quæ accilio ſunt ad uim adhibendã, & plus iuſta parte bonorũ poſſidendum. Intelligit autem fortitudinẽ militarem, patientiam laborũ, huiuſcemodiq; nonnulles bello accommodatas uirtutes. Lycurgum autẽ in primis notare uidetur, rempublicamq; Spartiatarũ ab eo conſtitutã. Perſpicitur uerò inde, etiã leges ipſius manis eũ habuiſſe, quia ſpatiis illis, & magna ex parte antiquatis, concidit omnis gloria Spartiatarũ: & qui prius maiores copias hoſtium facile uincebant, prędæ eſſe cœperant pauciorũ, crebraq; & magna detrimenta in bello accipiebãt. Cui turpitudini remediũ attulit Cleomenes, magni animi & conſilij rex, renouatis in uſum legibus Lycurgi: factũ enim eſt ui earum legum, & uirtute huius imperatoris, ut breui antiqua laus in pectoribus Laconum reuiuiſceret. quod planè declararunt multæ & magnæ uictoriæ, quas ille de fortiſſimis aduerſarijs adeptus eſt, quæ omnia memoriæ prodidit Plutarchus in uita ipſius.

Eodem autem pacto.) In eandem culpam docet incidiſſe nõnullos, qui poſterioribus, ætateq; ſua uicina, ſcripſerunt reſpublicas, docti uiri & ingenio præſtantes. ipſi enim quoq; eiuſdem opinionis extitêre. Cũ enim, inquit, ferant in cœlum ſummis laudibus remp. Lacedæmoniorũ: intelliguntur amare amplecti atq; propoſitum Lycurgi, qui leges ſuas omnes ordineſq; ciuitatis tales uoluit eſſe, ut ope illorum perueniretur ad imperium, aduerſarios ſubigendos, demumq; ad bellum fortiter gerendum.

Quæ & ratione.) Ducet fina cauſa inſuper laudatum fuiſſe à multis Lycurgum, inſtitutaq; ipſius in cœlum ſublata quæ inſtituta orationes argumentiſq; facile refelli poſſe affirmat, nec tanto honore digna eſſe oſtendi, ut quę in ſententia quædã contineant. ſed illa etiã re ipſa factiſq; confutata eſſe teſtatur, quia exitum eum non habuerũt, quẽ pollicebantur. Aperit autẽ quid impulerit ſummum amatorẽ Lycurgi Thibronẽ, ut ualde ipſum probaret, cæteroſq; qui de rep. Lacedæmoniorũ ſcripſerunt, eiuſdem animi ſententiæq; omnes cauſamq; illam non ſatis iuſtã eſſe docet, quare ipſi tantũ tribuerent, quippe quę fundata & extructa forent in opinionibus multitudinis, non rectè plerunq; de rebus exiſtimantibus. dicit enim noſter: Quemadmodũ enim magna pars mortaliũ laudat, atq; eximiũ bonum iudicat dominari multis, ſummamq; poteſtatem in illos habere, nulla alia de cauſa: niſi quia inde ubertas magna cõmodorum uitæ oritur, ac rerũ quæ reddunt homines fortunatos, ita illi probabant conſiliũ Lycurgi. Quia enim Lacones in militaribus laboribus exercitati erant, bellicisq; periculis ſæpius et caput obijciebant, imperiũ in multas gentes habuerunt, eoſq; ſibi, uictis armis, parêre coegerunt. Cùm plures hic auctor indicet ſcripſiſſe remp. Spartiatarũ: unum eorũ fuiſſe narrat Plutarchus in uita Lycurgi, Dioſcuridam quendam.

Atqui apertum.) Auctorem legũ Lacedæmonijs peccaſſe oſtẽdit, qui finẽ earum ſtatuerit, eſſa rem quæ amitti poteſt ſaluis illis legibus, & nullã in partẽ neglectis: quod declarauit tẽpus ipſum. Cùm enim uita beata eius reipublicæ, ſolùm ſuum fundamentũq; haberet imperium: extincto illo, ereptoq; è manibus ipſorũ, ſimul extincta eſt uita, quæ putabatur beata eorundẽ. Quare non erat illa beata, in eo ſtabili poſita: neq;, qui ſcripſit leges eas, functus fuiſſe munere ueri ſapientiſq; ſcriptoris legum, perſpicitur.

Præterea autem.) Inſimulauit ſupra Lycurgũ à fine legũ ipſius, qui lubricus, inſtabiliſq; foret: nunc autẽ eundem reprehendit ui legum ipſarũ ſpectata, neq; enim illæ uitam beatã præſtebant. Si namq; uis ea & poteſtas ipſarũ extitiſſet, donec illæ ſeruatæ fuiſſent, ſemper idẽ effeciſſent, quod nõ contingebat tunc: quia Lacedæmonij permanebãt in iiſdẽ legibus, nemoq; extabat, qui uetaret ipſis uſum earũ legum, ut inferioribus temporibus factũ eſt, dominantib. in ea ciuitate tyrannis multis, qui ipſas funditùs euerterunt: & tamen illi bene beateq; non uiuebant, quia ſpoliati fuerant imperio. meritò igitur dicit, ſtultũ & deridiculum eſſe, putare leges eas optimas eſſe, quibus manentibus, diligẽterq; cuſtoditis, non manat finis, quam pollicentur.

Non rectè.) Docet eoſdẽ illos, qui tantopere ferebant Lycurgũ, in hoc quoq; parum uidiſſe, quòd non cognouerunt cuiuſmodi eſſe deberet imperiũ laude atq; honore dignũ: & quod poſſet ſine culpa celebrari ab auctore quopiam legũ, & proponi illis hominibus exprimendũ, quos ſuſcepit inſtituendos. Imperium enim, inquit, quo reguntur uolentes liberi ingenuiq; homines, pulchrius eſt, quã illud, quod, adhibita ui, cogit ſibi ſeruire inuitos aliquos ac recuſantes, quia pares uiribus armiſq; non fuerint: & ut pulchrius eſt, ita aſſiduè magis uirtutẽ redolet: uerior namq; uirtus eſt, quæ hoc imperium ornat, quam quæ eſt illa, quod potius fulcitur ac regit ui atq; iniuria.

Adhuc autem.) Oſtendit aliud uitiũ, quod continerat in ſe ratio illa. Cùm enim probaret imperiũ ui partũ, putaretq; uitam beatã poſitam eſſe in finitimis ſubigendis: inſerebat in animos ciuiũ nimis magnũ amorem principatus. Necnon uidebãt publicè in maximo honore eſſe dominationẽ, ita ipſos uerſimile erat omnia facturos, ut in ciuitate dominarentur, unde naſceretur interitus legum ac reipublicæ. Non exiſtimat igitur eam omnino ciuitatem beatam putãdam, quæ hoc affiriat: nec auctorẽ eius diſciplinæ laudandum, ob timorem multum amittendæ libertatis. non enim dubiũ eſt, inquit, quin è ciuibus ille, qui fretus aut diuitijs aut copia cognatorum amicorumue, ſperarit ſe poſſe principatũ in ciuitate obtinere, in eam curam toto pectore incubiturus ſit. Exemplũ huius rei facit clarũ eſſe inquit, Pauſaniã illum Laconẽ, qui dux ſuarũ copiarum uictus fuit Xerxes. Etſi enim legibus rex erat in ea ciuitate, non contentus gradu illo honoris, ſtuduit iniuſtè dominari: nulli enim ſunt ciuiles honores, qui ſitim hanc dominatus adipiſcẽdi expleant. Non inquit autẽ Pauſaniam, quia deceret ipſum hoc facere, factumq; foret: ſed ut declararet ingentem cupiditatem huius rei quæ excitaretur in animis ciuium publico illo inſtituto.

Neq; iam.) Cum iam ſingillatim confutaſſet uitia praua illius rationis, mendoſamq; ipſam eſſe multis modis declaraſſet: nunc colligit mala, quę forent in ea ſequuti igitur: Illarũ profectò rationũ legumq; nullam eſſe neq; ciuilem, neque utilem ciuitati, neque ueram. & ut illarum ipſarũ, ita etiã aſſimiliũ partiumq;. Ciuiles ipſas nõ eſſe inquit, quia uis & iniuſtitia aliena eſt ab inſtituto optimæ ciuitatis: eſtq; inhumanũ prorſus, cogere inferiores uirib. ſibi ſeruire, cùm alijs rebus deteriores non ſint. Vtiles eaſdem non inquit, quia poteſt inde oriri tyrãnis. ueras itidem eſſe negat, quia iuſtæ non ſunt, nec funguntur munere uerarum legũ. Cum uerò cauſam afferret tantæ accuſationis ipſarum, dicit illas contrariũ efficere eius, quod proficiſcitur à bonis legibus. iubere namq; illæ debẽt, & inſerere in animos ciuium, quæ ſimul publicè priuatimq; bona ſint: non quæ priuatos iuuant utilitatibus, quas capiebant ex prædis ac rapinis obſint autem cõmuni reipublicæ, cùm deterior fiat, periculumq; ipſi ſubeat ueniendi in poteſtatem unius, qui curam diſſipet. Videtur ſanè hæc ſententia eſſe huius loci: non tamen negarim perturbatam ipſam apud auctorẽ. quod facilè cernere potest profectum inde, quia in uerbis aliquid uitij inoccurrat: primũ enim eadẽ uox repetita hic eſſe ſine cauſa uidetur: intelligo autẽ: quare extitêre interpretes, qui expreſſarint, tanquam ſi ſcriptum foret. quod mihi non diſpliceret, quàuis uerus ſcribendi modus etſi... Poſſet aliquis, ut opinor, ita accipere, nulla mutatione facta, exiſtimareq; Ariſtotelẽ tandem uocẽ iteraſſe, ut magis commoueret aduerſarios, quaſi exclamanſ. Hæc enim, quæ optima ſunt & priuatim & publicè, hæc inquam, & quæ ſequuntur. quod ſectari uolui, non quòd omnino probẽ: neq; enim ueritatem huius loci ſed errorẽ potius aliorũ monſtrarat. Cùm autẽ hic ualde liberè loquatur auctor, apertèq; uitia, quæ putat eſſe in legibus atq; inſtitutis Lycurgi: non tamen exiſtimari debet infenſus homini fuiſſe. Plutarchus enim quę cõmemorat, Ariſtotelẽ miris laudibus ipſum tuliſſe, ſcripſiſſeq; cùm magnos multoſq; honores ille Lacedæmoniis poſt obitũ conſecutus eſſet: multo maioribus tamen pluribuſq; dignũ fuiſſe. Sacellum autem ciues Lycurgo ædificarunt, & ipſi, tanquam deo, ſingulis annis immolabant.

Bellicarum autem.) Non reprehendit in libera ciuitate uſum exercitationemq; armorum, quippe cùm neceſſarium eſſe alicubi putet: ſed finẽ, quem in ea re habebant, quos inſimulat. Primùm igitur docet, finẽ eorum malũ iniuſtumq; fuiſſe: deinde accuratè oſtendit, quæ impellere debeat ſcriptorẽ legum ad inducendã hanc curam bellicarum ſtudiorum. In-

quit

quit enim, nullo modo oportere ciues exerceri in militaribus laboribus, ut ſubigant, ſeruireq́; ſibi inuitos cogãt minimè dignos quibus iugum imperator: ſed alijs de cauſis. Quarum prima eſt, ne ipſi, quod ignauis contingeret, ſuperatiq́; in bello, cogantur parere alijs. Altera uerò, ut nitantur ſibi comparare ſummũ l. cum in ſtudio illo uirtuteq́ue militari, ut proſint ſocijs, iiſq́; omnibus, qui ſunt in imperio ipſorum: non ut ſtudeant liberis, tanquam mancipijs, dominari, & omnes gentes armis illis premere. Tertia inquit eſt, dominari apud eos, imperiumq́; erile exercere qui digni ſunt qui ſeruiant. Iſocrates in Areopagitico, cùm ferret in cœlum mores inſtitutaq́, ueterum illorũ Athenienſiũ: dixit, eos exiſtimaſſe maximè neceſſariũ ac iuſtũ bellum eſſe, quod gereretur cõmuni animo omnium mortalium aduerſus feras crudeleſq́; animantes. ſecundũ autem, quod ſuſceptum foret conſpiratione omnium Græcorũ contra barbaros. quod congruit ſententiæ auctoris de tertia cauſa belli: barbaros enim dignos eſſe, qui Græcis ſeruirent, arbitrabantur. Accommodatũ ac ualde illuſtre exemplũ eſt ſecũdæ trium harũ cauſæ, cùm Romani T. Quinctio duce Græciam, acaptã è manibus Macedonum, liberarunt. unde, qui præſentes aderant, audita uoce præconis, admirantes tantũ beneficium, ac penè diuinum ipſis datũ, ut proditum memoriæ eſt ab optimo auctore, hæc uerba effuderunt: Eſſe aliquam in terris gentem, quæ ſua impenſa, ſuo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorũ. nec hoc finitimis aut propinquæ uicinitatis hominibus aut terris, continenti iunctis præſtet, maria traijciat, ne quod toto orbe terrarum iniuſtũ imperium ſit, & ubiq; ius, fas, lex potentiſſima ſint. Hac in parte, iudicio ueteris tralationis, perſpicitur, dum in quibuſdã libris (ſi non in omnibus) aliter legi olim ſolita, id eſt pro πολεμικῶν, quod nunc receptum eſt, πολιτῶν & pro ζηλῶν, tertia in ordine litera mutata, ζηλοῦν: quo uerbo paulo ſuprà uſus fuerat Ariſtoteles, cuiuſq́; notio huic etiam loco ualdè congruit: ut dicat, oportere admirari tantopere, & in honore ſummo habere imperiũ principatũq́; in rebus bellicis, ut hoc præclarũ opus efficiatur. Eodẽ pacto quis non uidet, locũ etiã eſſe antiquæ ſuperioris loci lectioni, ut perſonas attigerit, quæ exercentur, non res ſtudiaq́;, in quæ ſedulò incumbunt. quæ & ipſa, quamuis ob appellaretur, nota erant.

Oportere autem.) Iudiciũ ſuum de hac re, opinionemq́;, quam ſequitur, conſtituit, quaſi ſigno quodam euento contrarij conſilij, cùm ciuitates, quæ finem ſibi propoſuerunt dominatũ armis partũ nec ultra quicquam cogitauerunt, quã bellica uirtute perdomare gentes fortunatas, nulla cogitatione ſuſcepta de pace ac requiete, qua fruantur poſt obtẽtum imperiũ, citò amiſerint, quod magnis laboribus quæſiuere. nec tantũ ſpoliatæ ipſo reſtent. ſed etiã inciderint in res ualdè aduerſas, demũq́, interierint. Inquit igitur, oſtendere hoc uolens, oportere illũ, qui leges ſcribit, potius ſtudium ponere in hoc, ut ſcilicet leges ſuas, & quæ pertinent ad ſtudiũ militare, & cæteras omnes, ſcribat ſpectantes ad otium & pacẽ, teſtificantur (quæ plerunq; ſiunt) auctoritateq́, adferunt noſtræ ſententiæ ac diſputationi, quã de hac re habuimus. Bona namq; pars & magna ciuitatũ harũ, donec habuerunt, cum quibus pugnarent, ſaluæ incolumeſque fuerunt: cùm autẽ adeptæ ſunt imperiũ, extinctæ ſunt. Quomodo autẽ hoc effici potuerit, ut illæ cum tã firmæ forẽt, aduerſarioſq́, ſubegiſſent, perierint: declarat dicens, Amittunt enim in pace robur illud ſuũ, ut ferrum aciem perdit, quã adeptum fuerat aqua tinctum, ut moris eſt. ſimili enim, ut rem illuſtraret, utitur. Quod pace longa atq; otio ita languere fortiq́; tolidẽ dixit bellicam uirtutẽ, & amittere demũ uiriditatẽ ſuam. idẽ ſignificauit M. Cicero in Philippica XI. cùm inquit: Diu legiones Cæſaris uiguerũt, nũc uigẽt Panſæ uigent Hirtij, uigent Cæſ. filij, uigẽt Planci. in quo tamen aut uerũ non uidit, aut tempori ſeruiuit. neq; enim ueteranis illi partem ullam ſuæ uirtutis amiſerant, etiam in perpetuis penè armis retenti fuiſſent. Ἀφῆκε quod auctor inquit, ualet, la tempera, ut uulgo loquimur unde nos etiã tranſferre uerbũ conſueuimus, cũ loquimur de aliqua re, quæ ineruatior reddita ſit, multumq́, ſuarũ uirium amiſerit, Perduto la tempera. In extremo auctor inquit, fontẽ cauſamq́; huius mali extitiſſe, qui leges in ciuitati ſcripſit. neque enim, ut debebat, erudijt illã rectè, tradiditq́; ipſi diſciplinam utilem otio ineundo, uacuo ab hoc periculo contendi priſtinam uirtutem.

* Hic locus mendoſiſsimus eſt in libris alijs uulg. omnibus.

CAPVT XV.

QVia aũt idẽ finis eſſe perſpicitur & publicè & priuatim hominibus, & eundẽ terminũ neceſſe eſt eſſe optimo uiro, & optimæ reipublicæ: manifeſtum eſt oportere uirtutes, ad otiũ facientes, adeſſe. finis enim, ut ſæpè dictũ eſt, pax quidẽ belli, otiũ aũt negotij. Vtiles autẽ ſunt ad otiũ & animi remiſsionẽ uirtutes, quarũ in ocio munus eſt, & quarum in negotio: opus eſt enim multas neceſſariarũ rerũ adeſſe, ut liceat in ocio eſſe. Quapropter tẽperantẽ ciuitatẽ eſſe cõuenit & fortẽ, & ærumnarũ tolerantem: ut enim prouerbiũ eſt, Nõ otium ſeruis. Quia aũt nequeũt pericula fortiter expectare, ſerui ſunt inuadentiũ in ipſos. Fortitudine igitur opus eſt, & tolerãtia ad negotiũ: ſcientia aũt honeſtarũ artiũ ad ociũ: temperãtia uerò ac iuſtitia ambob. tẽporibus, magisq́; in pace atq; ocio etiã traducẽtibus. Bellum enim cogit nos iuſtos eſſe, & tẽperanter uiuere: quæ autem è rebus ſecundis percipitur lętitia, & ociũ cũ pace cõtumelioſos poti⁹ reddit.

ΕΠΕΙ δὲ τὸ αὐτὸ τέλος εἶναι φαίνεται καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸν αὐτὸν ὅρον ἀναγκαῖον εἶναι τῷ τε ἀρίστῳ ἀνδρὶ καὶ τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ, φανερὸν ὅτι δεῖ τὰς εἰς τὴν σχολὴν ἀρετὰς ὑπάρχειν. τέλος γὰρ, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, εἰρήνη μὲν πολέμου, σχολὴ δὲ ἀσχολίας. χρήσιμοι δὲ τῶν ἀρετῶν εἰσι πρὸς τὴν σχολὴν καὶ διαγωγὴν, ὧν τε ἐν τῇ σχολῇ τὸ ἔργον, καὶ ὧν ἐν τῇ ἀσχολίᾳ. δεῖ γὰρ πολλὰ τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχειν, ὅπως ἐξῇ σχολάζειν. διὸ σώφρονα τὴν πόλιν εἶναι προσήκει, καὶ ἀνδρείαν, καὶ καρτερικήν· κατὰ γὰρ τὴν παροιμίαν, οὐ σχολὴ δούλοις. οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι κινδυνεύειν ἀνδρείως, δοῦλοι τῶν ἐπιόντων εἰσίν. ἀνδρείας μὲν οὖν καὶ καρτερίας δεῖ πρὸς τὴν ἀσχολίαν· φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολήν· σωφροσύνης δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐν ἀμφοτέροις τοῖς χρόνοις· καὶ μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσι καὶ σχολάζουσιν. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος ἀναγκάζει δικαίους εἶναι καὶ σωφρονεῖν· ἡ δὲ τῆς εὐτυχίας ἀπόλαυσις, καὶ τὸ σχολάζειν μετ᾽ εἰρήνης, ὑβριστὰς ποιεῖ μᾶλλον.

QVoniam autem idẽ finis propoſitus uidetur eſſe hominibus et priuatim & publicè, eundemq́ uiro optimo atq́ optimæ reip. adminiſtrandæ rationis terminum conſtitutum eſſe neceſſe eſt: perſpicuum eſt, uirtutes ad otium pertinentes ſuppetere oportere. Finis enim eſt, ut ſæpe dictum eſt, pax belli, otium negotij. utiles autem ſunt ad otium & uitam in otio degendam, uirtutes & ea, quarum opus muniisq́ in otio uertitur, & ea, quæ in negotio munere ſuo funguntur. Multa enim res neceſſariæ ſuppetant oportet, ut quis otiari poſsit. Quocirca ciuitatem conuenit eſſe temperantem, & fortem, & laborum tolerantem ac perferentem. Nam ut eſt in prouerbio, Non eſt otium ſeruis. At qui fortiter periculum adire non poſsunt, eorum qui inuadunt, ſerui ſunt. Fortitudine igitur, & laborum tolerantia opus eſt in occupatione & negotio: philoſophia autem in otio & quiete: temperantia uerò & iuſtitia in utroq́ tempore: ſed magis tamen in pace & otio. Nam bellum quidem iuſtos & temperantes eſſe cogit: rerũ uerò ſecundarum tranquillitas ac iucunditas, otiúmque cum pace coniunctum, petulantes & contumelioſos reddit potius.

dit. Multa igitur iuſtitia, & multa tēperātia opus eſt illis, qui uidētur bene rē gerere, atq; omnibus reb. fruūtur, q̃ beatos homines efficiūt: ueluti, ſi q ſūt, quēadmodū poetę aiunt, in inſulis beatorū: maximè .n. hi egebūt ſciētia honeſtarū artiū, & tēperātia & iuſtitia, quāto magis ocioſè uiuūt in copia huiuſcemodi bonorū. Oportere igit̃ ciuitatē, quæ beata & ſtudioſa futura eſt, harū uirtutū participē eſſe, cōſtat. Cū .n. turpe ſit nō poſſe uti bonis, adhuc magis non poſſe in otio uti: ſed in negotijs quidē & in bellis perſpici eſſe probos, in pace autē mancipijs ſimiles. Quare oportet, nō quēadmodū Lacedęmoniorū ciuitas, uirtutē colere. illi nāq; non hoc differūt ab alijs, q̃a nō arbitrētur eadē, q̃ alij, maxima eſſe omniū bonorū: ſed magis, q̃a gigni hæc per quandā uirtutē exiſtimāt. Quia aut maiora hæc bona ſunt, quā bona belli, & fructū, qui capitur ex his, quā qui ē uirtutib. & q̃d per hāc, pſpicuū eſt ex his. Quomodo autē, & ui quarū reū exiſtet, hoc iam cōſiderandū eſt. Diuiſimus autē prius, opus eſſe natura, & conſuetudine, & ratione: horū autē quales natura eſſe oportet, explicatū eſt prius. Reſtat autē uidere, utrū erudiendi ſint ratione prius uel moribus: hæc enim oportet inter ſe conſonare optima, tanquam uocum concordia. cōtingere enim poteſt, ut ratio ab optimo propoſito aberret, atq; per ſimiles mores traducatur. Manifeſtū iam hoc utiq; primùm quidem, quemadmodū in alijs rebus, ortum ab aliquo principio eſſe, & finē ab aliquo principio alius finis: ratio autem nobis, & mens naturæ finis eſt. Quapropter ad hos ortum, & motum meditationem parare oportet. Deinde, quēadmodū animus & corpus duo ſunt: ſic & animi uidemus duas eſſe partes, & quæ uacua eſt à ratione, & quæ rationis eſt compos: & habitus horū duos eſſe numero, quorum unus quidē eſt appetitio, alter aūt mens. Quemadmodū autē corpus prius eſt generatione, quàm animus: ita & uacua à ratione rationis compote. manifeſtū autem & hoc. Ira enim ac ac uoluntas, adhuc aūt cupiditas, & pueris ſtatim ut nati ſunt, adeſt: ra-

πολλῆς οὖν δεῖ δικαιοσύνης καὶ πολλῆς σωφροσύνης τοὺς ἄριστα δοκοῦντας πράττειν, καὶ πάντων τῶν μακαριζομένων ἀπολαύοντας· οἷον, εἴ τινες εἰσὶν, ὥσπερ οἱ ποιηταί φασιν, ἐν μακάρων νήσοις· μάλιστα γὰρ οὗτοι δεήσονται φιλοσοφίας, καὶ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, ὅσῳ μᾶλλον σχολάζουσιν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν τοιούτων ἀγαθῶν. διότι μὲν οὖν τὴν μέλλουσαν εὐδαιμονήσειν καὶ σπουδαίαν ἔσεσθαι πόλιν τούτων δεῖ τῶν ἀρετῶν μετέχειν, φανερόν· αἰσχροῦ γὰρ ὄντος μὴ δύνασθαι χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, ἔτι μᾶλλον μὴ δύνασθαι ἐν τῷ σχολάζειν χρῆσθαι. ἀλλ' ἀσχολοῦντας μὲν καὶ πολεμοῦντας φαίνεσθαι ἀγαθοὺς, εἰρήνην δ' ἄγοντας καὶ σχολάζοντας, ἀνδραποδώδεις. διὸ δεῖ μὴ καθάπερ ἡ Λακεδαιμονίων πόλις τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐ ταύτῃ διαφέρουσι τῶν ἄλλων, τῷ μὴ νομίζειν ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ τῷ γενέσθαι ταῦτα μᾶλλον διά τινος ἀρετῆς· ἐπεὶ δὲ μείζω τε ἀγαθὰ ἢ τὰ τοῦ πολέμου ταῦτα, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τὴν τούτων, ἢ τὴν τῶν ἀρετῶν, καὶ ὅτι δι' αὑτὴν, φανερὸν ἐκ τούτων. πῶς δὲ, καὶ διὰ τίνων ἔσται, τοῦτο δὴ θεωρητέον. τυγχάνομεν δὴ διῃρημένοι πρότερον, ὅτι φύσεως, καὶ ἔθους, καὶ λόγου δεῖ. τούτων δὲ ποίους μὲν τινὰς εἶναι χρὴ τὴν φύσιν, διώρισται πρότερον. λοιπὸν δὲ θεωρῆσαι πότερον παιδευτέοι τῷ λόγῳ πρότερον, ἢ τοῖς ἔθεσι. ταῦτα γὰρ δεῖ πρὸς ἄλληλα συμφωνεῖν συμφωνίαν τὴν ἀρίστην· ἐνδέχεται γὰρ διημαρτηκέναι καὶ τὸν λόγον τῆς βελτίστης ὑποθέσεως· καὶ διὰ τῶν ἐθῶν ὁμοίως ἦχθαι. φανερὸν δὴ τοῦτό γε, πρῶτον μὲν καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἡ γένεσις ἀπ' ἀρχῆς ἐστι, καὶ τὸ τέλος ἀπό τινος ἀρχῆς ἄλλου τέλους. ὁ δὲ λόγος ἡμῖν, καὶ ὁ νοῦς, τῆς φύσεως τέλος. ὥστε πρὸς τούτους τὴν γένεσιν καὶ τὴν τῶν ἐθῶν δεῖ παρασκευάζειν μελέτην. ἔπειτα ὥσπερ ψυχὴ καὶ σῶμα δύ' ἐστὶν, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ὁρῶμεν δύο μέρη τό, τε ἄλογον, καὶ τὸ λόγον ἔχον, καὶ τὰς ἕξεις τὰς τούτων δύο τὸν ἀριθμὸν, ὧν μὲν ἐστιν ὄρεξις, τὸ δὲ νοῦς. ὥσπερ δὲ τὸ σῶμα πρότερον τῇ γενέσει τῆς ψυχῆς, οὕτω καὶ τὸ ἄλογον τοῦ λόγον ἔχοντος. φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο· θυμὸς γὰρ καὶ βούλησις, ἔτι δὲ ἐπιθυμία, καὶ γενομένοις εὐθὺς ὑπάρχει τοῖς παιδίοις·

Multa igitur iuſtitia, multaq; temperantia iis opus eſt, qui optime rem gerere [illegible]dentur, quique rebus omnibus, quæ fortunatæ habentur, perfruuntur: ut ſiqui ſunt, quemadmodum fabulantur poetæ, in inſulis fortunatis. Hi enim tanto magis philoſophiam & temperantiam, & iuſtitiam requirent, quanto magis in talium rerum copia & libertate otioſè uiuunt. Quamobrem igitur eam, quæ beata & bona futura eſt, ciuitatem, his uirtutibus oporteat eſſe præditam, in promptu eſt. Nam cum turpe ſit non poſſe bonis uti, tum multo turpius ſi in otioſa uita non poſſunt: ſed occupatos quidem, & bellum gerentes, ſe præbere uiros bonos: pacem agitantes uero, & otio diffluentes, mancipiorum ſimiles eſſe. Quapropter non quo modo Lacedæmonij, colere uirtutem [illegible]ortet. non enim illi ab alijs hac ratione [illegible]runt, neque alijs eo ſunt excellentiores, quod non eadem, atq; alij, maxima bonorum eſſe putent, ſed potius quod hæc aliqua uirtute parari exiſtiment. Quoniam autē maiora hæc eſſe bona, q[illegible]m bellica: meliusq; eſſe his frui, quam uirtutibus: & hæc eſſe per ſe expetenda, perſpicuum eſt. Quo modo & quibus uijs ad ea perueniri po[illegible]t, uidendum. Hac igitur partitione ſuprà uſi ſumus, ut diceremus, natura, conſuetudine, ratione iis, qui uiri boni futuri ſunt, opus eſſe. Atque ex his tribus, quali ingenio, qualiue natura præditos eſſe oporteat, antea definitum & conſtitutum eſt. Reſtat ut uideamus, utrùm ratione prius erudiendi ſint, an conſuetudine & moribus. Hæc enim oportet inter ſe concinere concentu optimo. fieri enim poteſt, ut & ratio aliquando ab optimo fine poſitio & [illegible] aberrari, & ſimili conſuetudine ſit educatus. Perſpicuum igitur primum hoc quidem eſt, quemadmodum in alijs, ſic & in hac re ortum a principio initium capere: & finem a[illegible] a [illegible] principio naſci, quod ipſum alius finis eſt. At ratio & mens nob[illegible] ſunt naturæ finis. Quare ad hæc oportet ortum noſtrū & conſuetudinis meditationem atque exercitationem parare. Deinde quemadmodum animus & corpus duo ſunt: ſic & animi duas eſſe partes uidemus, unam rationis expertem, alteram rationis participem: & duos harum partium habitus, quorum alter appetitus, alter eſt mens. Ut autem corpus animo origine prius eſt, ſic et pars animi [illegible]nis expers, parte rationis particip[illegible]r eſt. Licet autem hoc quoq; hinc in[illegible]ligere, quod animus quidam ardor ſeu excandeſcentia & uoluntas & præterea cupiditas, in pueris ſtatim in lucem [illegible] meſt.

eſt:ratio autem & mens ætate progredientibus natura innaſcitur. Quare primùm corporis curam neceſſe eſt eſſe priorem, quàm animi: deinde curam appetitionis. Gratia ſanè mentis ſam, quę eſt appetitionis: illam autem corporis, gratia animi.

ὁ δὲ λογισμὸς καὶ ὁ νοῦς προϊοῦσιν ἐγγίνεσθαι πέφυκε. διὸ πρῶτον μὲν τοῦ σώματος τὴν ἐπιμέλειαν ἀναγκαῖον εἶναι προτέραν, ἢ τὴν τῆς ψυχῆς. ἔπειτα τὴν τῆς ὀρέξεως. ἕνεκα μέν τοι τοῦ νοῦ τὴν τῆς ὀρέξεως, τὴν δὲ τοῦ σώματος, τῆς ψυχῆς.

eſt: ratiocinatio verò, & mens ætate progreſſu innaſci ſolet natura. Quocirca primùm quidem corporis cura animi culturam neceſſariò debet anteire: deinde proximè appetitionis, mentis cauſa tamen, cura habenda eſt: animi gratia, corporis.

COMMENTARIVS.

Quia autem.) Confirmat, quod dixit, carere non poſſe ciuitatẽ, quæ beata futura ſit, uirtutibus, aptis ad otium bonum & traducendũ, retinendaq; bona, quæ magnis cum laboribus periculiſq; parta fuerint. Vtitur autem ad hoc confirmandum ſententijs duabus, ſatis planis: quarũ prior eſt, eundẽ finem uitæ eſſe hominibus publicè & priuatim: id eſt, eadẽ ſtudia & eaſdẽ artes magnũ conuentum & gregẽ hominum ornare, quæ ornant & perficiant unũ quempiam mortalem. Altera autẽ, eundẽ terminũ oportere eſſe uiro optimo & optimæ reipublicæ, & non diuerſum, ut aliæ ſcilicet res ſint, quæ inſtruent optimum uirum, aliæ, quæ rempublicã totam. Loquit igitur, ex his quaſi fundamentis quibuſdam perſpici, inſtructã eſſe debere ciuitatẽ uirtutibus, quæ otio cum laude traducendo, neceſſariæ ſunt: eſt enim hoc redditio illius, quæ initiò poſita eſt particulæ iniá. Requiri autẽ oſtendit has uirtutes, cùm finis humanorũ conſiliorũ belliq;, quod ſuſcipitur ab ipſis aliquando, neceſſariò ſit pax, ut negotij laborumq; multorũ otium ac requies. quod ſæpè ſe teſtatũ eſſe cõmemorat. Planè autẽ hoc ſignificauit in X. libro de Moribus ad Nicomachum, cum inquit, uideri poſitam uitam beatam in otio: ſuſtuliſq; ea quæ repugnare uidebantur. Etſi enim, inquit, premimur aliquando laboribus multis, uerſamurq; in negotijs, id facimus, ut requieſcamus: eodemq; pacto bellum gerimus, ut pace fruamur.

Vtiles autem.) Indicat nunc, quæ uirtutes accõmodatæ ſint otio & oblectationi animorũ. Neq; enim ubi tantùm genus ipſarũ, propriæq; artes otij, otiũ ornant: ſed requiruntur etiã, quæ negotijs & turbidis temporibus idoneæ ſunt. Coniungi igitur ambo hæc genera earũ debere: cuius rei, ne quis hoc fortè miretur, cauſam adfert. Opus enim eſſe, inquit, humanæ naturæ multis quoq; neceſſarijs rebus, ne penuria ipſarum impediatur illud ſuũ honeſtum otium: in primis tamen multũ ad hoc ualens ueræ uirtutes, ut, concludens totam rationẽ, tradit. nã potius, ut planum hoc factum è ſuperiora diſputatione addens, inquit: Quapropter temperantẽ ciuitatẽ eſſe decet, & fortem & conſtantem, tolerantemq; laborũ: poſtremum uerò horũ requirit comprobat auctoritate prouerbij, quod eſt. non permitti debere ſeruis ut otioſi ſint. Vox peruagata loquebatur de plane ſeruis, quos otiũ & indulgentia dominorũ corrumpit. accommodat autẽ illam Ariſtoteles ad ingenuos, quibus etiam ualde obeſt otium. quod Veronenſis poeta ſignificauit, cùm cecinit: *Otium reges prius, & beatas Perdidit urbes.* Cùm autẽ otium nunc accuſet, quod ſuprà tantopere laudauit, mirari non oportet: longè enim aliud hoc otiũ eſt ab illo, ut apparet. Pyrrhus etiã, rex Epirotarum, cùm otium finẽ bellorum eſſe requietẽ: coactuſq; eſt id confiteri poſt multas & aſtutas interrogationes Cineæ illius ſui, quem dolebat, ipſam per tot caſus & pericula magna ad ipſam tendere, cùm in manu ſua poſitam haberet. Cùm igitur ut ſi quoque Pyrrhus probaret, crederetq; fructum eſſe maximarũ ærumnarum: non tamen, ut ſignificauit, id quod Ariſtoteles, otium intelligebat (longè enim melius & honeſtius eſt hoc) illo namq; fortunati omnes homines frui poſſunt, ac fortaſſe etiam non magnis opibus inſtructi uiri.

Quæ autem.) Docet, quæ potiſſimũ uirtutes quibus temporibus, & contrarijs etiam inter ſe, maximè conueniant. Primùm autẽ admouet ſtimulum hominibus, ut ſe muniant uirtutibus, idoneis ad pericula belli depellenda: ponẽs ipſis ante oculos malum, in quod neceſſariò incidunt, qui non ſunt illis, tanquam armis, tecti. fiunt enim præda inimicorũ atq; omniũ, qui in ipſos hoſtiliter incurrerint, niſi fortitudinẽ coluerint. Addit igitur, opus eſſe fortitudine & conſtantia, ut mala toleremus temporibus turbulentis, & cùm premimur moleſtijs atq; incõmodis: contrà autẽ ſtudijs ſapientiæ, & honis artibus, ad otiũ honeſtè traducendum. temperantia uerò ac iuſtitia ambobus temporibus: & in bello enim, & in pace utiles ſunt, uel neceſſariæ potius hæ uirtutes. Adiungit etiã, magis requiri ambas in otio & tranquillis rebus: non quia non magnos fructus ferant in negotio & in bello (tunc enim præcipuè decet nos remotos eſſe ab omni libidine atq; iniuſto facto) ſed quia duritiæ eorũ temporum, continentiaſq; labores nos erudiunt, taleſq; neceſſariò reddunt. Contrà autẽ, inquit, ubertas externorũ bonorum, & ſecuritas, nedum moderetur animis noſtris, potiùs nos deprauat ac contumelioſos reddit: niſi obſtruatur uia peſtibus animorũ, ne irrepant in noſtra pectora. Cùm tanquam certum & exploratum ponat, bellũ cogere nos iuſtos eſſe ac temperantes, non eſt dubitandum de ueritate huius ſententiæ: quamuis, ſi aliquis ſpectet mores & conſuetudinẽ noſtrorũ temporum, longè aliter exiſtimet de hac re, cùm tanta licentia inuaſerit animos militum, præſertim Italici generis, corrupta diſciplina militari. Ne autem magis accuſem noſtræ ſuperiorisq; ætatis mores, quod ſine dolore facere non poſſum, qui cogitare uoluerit, ut erit Romanæ militiæ inſtituta, & illius quæ poſtea ſecuta eſt, præſertim perpetuò imperantibus certis quibuſdam hominibus, qui pecunia ac dolis gradũ illum honoris, poteſtatemq́, ſibi peperêre: ita prorſus rem habere, facilè totũ liget.

Multa igitur.) Cum impendat nobis tantũ mali, niſi uti illis ſciamus, à magna copia bonorum, rebuſque admodum proſperis: monet nos, ut tunc maximè caueamus ipſa, totoſque nos conferamus ad remedia, quibus coerceantur: ducuntur autẽ illa ab excellenti quadam iuſtitia & temperantia, quibus ornati ſint oportet, qui habent uentos ualde ſecundos omnium ſuarũ rerum, potiunturq́, cunctis rebus, quæ uolgò putantur efficere homines beatos. Cum autem monſtrare uellet tertios bonis ea ſuſtinere bonis, & qui ſecuro penitus animo eſſe poſſint, inquit: Ceu ſi ſunt aliqui, ut poetæ ferunt eſſe in inſulis beatorũ, id eſt explati omnibus commodis uitæ, & remoti ab omnibus periculis: his in primis opus erit ſtudio ſapientiæ uirtutibuſque, quas appellarat: & tanto magis, quanto magis uincant cæteros in affluentia eorum bonorum, expluratumq; habent ſe illa nunquam amiſſuros. M. quoque Cicero in epiſtola quadam ad Atticum, cùm ſignificare uellet locum, ubi bene beatèq; uiueretur: eodem prouerbio eſt uſus, appellauitq; ne & ipſe μακάρων νήσους. Animaduertendus autem eſt modus loquendi infrequentior & durior, μακαριωτάτων δὲ τοὺς ἀγαθῶν: & aut dandi caſu, τοῖς ἀγαθοῖς. opinor autem eſſe Atticiſſimum: cuius ſermonis floſculos libenter decerpebat minimè impolitus ſcriptor Ariſtoteles.

Oportere igitur.) Oſtendit ſe illuſtraſſe, quod ubi uerum erat, ac multis ignotum: ſed etiam confirmat iudicium ſuum, aperitque quantopere peccaturi ſint, & in quam turpitudinem incurſuri, qui aliter faciant. Inquit autem, Oportere ciuitatem, quæ bene beatèque uictura ſit, eandemq; ſtudioſa futura, his uirtutibus inſtructam eſſe, perſpicuum eſt. poſt quod iam editum, ſtimulum, ut dixi, ciuitatibus admouens, ait: Cùm enim turpe ſit uti non poſſe bonis, quæ ſibi adſint, nec uerum fructum inde capere: adhuc magis turpe eſt, & dedecoris plenum, in otio pati illa ceſſare & langueſcere, quod naſci non poteſt, niſi à noſtra ignauia atque inertia. cunctę namque tunc curæ & impedimenta remota ſunt, quæ aſperis temporibus nos premunt, & cogunt in remedijs illorum malorum quærendis occupatos eſſe inurit enim nobis turpem notã, nos grauatos moleſtijs multis, & dum uerſamur in bello, perſpici eſſe bonos: cùm autem pace fruimur & otio, mancipijs ſimiles. otia enim illa, referta uoluptatibus, & quæ nullã cogitationẽ ſuſcipit de ſua dignitate, magis propria eſt ſeruis hominis, quã ingenui ac liberi.

Quare oportet.) Cùm uideret ciuitatem Spartiatarum aduerſam ſuo conſilio propter auctoritatem eius reipublicæ, ualde laudatæ: neceſſe habuit Ariſtoteles eius meminiſſe, teſtificarique non eſſe eo hoc ipſam imitandam, quia peccaret atque errori non paruo affinis eſſet. quare otium etiam huius erroris indicauit. Inquit autem, non debere ciuitates, quæ beatæ iam ſieri uelint, colere uirtutem, ut illa faciebat. nam ſedulò Spartam uirtutem exercuiſſe fatetur, neque in hoc diſcrepaſſe. quòd putaret alia quædam maxima bona eſſe, non quæ cæteri, qui ſaperent, æſtimarent. Sentiebat enim tùm ipſis in hoc, ac hea-

cam uitam in primis eſſe perſequendam cenſebat: ſed hæc eximia bona parari alia potiſſimum uirtute arbitrabatur, id eſt, bellica & fortitudine ipſa. concludit autem rationem hoc pacto. Quia autem maiora bona ſunt, quæ parantur uirtute propriæ pacis, id eſt quæ rationis ſunt, ac uerſantur in rebus contemplandis, quàm quæ gignit alterum genus uirtutum, illæ inquam, quæ à moribus appellantur. hæ namque magis utiles ſunt in bello, ut fortitudo & temperantia, ideo melius ſe exiſtimare de his dicit, quàm Lacones faciant. Quod facit ad uerba, quibus hic uſus eſt, rem obſcuriorem: illud dictum ſit. ἄλλα καὶ ζητεῖν δεῖ: opinor è ſuperiore loco huc traduci debere, ἐπιμελεῖν ut intelligatur, Lacones diſſenſiſſe ab alijs τῷ νομίζειν ζητεῖν, quemadmodum à me iam in declaratione ipſa ſignificatum eſt.

Quomodo autem.) Cùm docuiſſet, quis optimus ac uariſsimus finis ſit uitæ humanæ, quod ſequebatur nunc tradit, quonam modo ſit perueniendi ad eum, & quarum rerum ope id impetratur. reſtare igitur ſibi affirmat, ut hoc uideat, & quaſi manu doceat illos, quos perpulit, & compores tanti boni facere ſtudet, ad ipſum. Redigit autem in memoriam noſtram primùm ſuperiorè diuiſionem, qua complexus eſt, quæ requiruntur ad hoc præclarum opus efficiendum. illa autem ſunt tria, natura mos & ratio. Primum uerò eorum nunc minimè explicat, id eſt quales oporteat eſſe natura ingenioque, qui adipiſci queant hoc ſummum bonum, quia id factum à ſe iam fuerat: quærit igitur de duobus reliquis, quibus ambobus, cum opus ſit eiſdem eſſe, poſſe ambigi oſtendit, ab utro incipiendum ſit, id eſt utrum prius inſtituendi ſint ratione an moribus, & unde principium ſit ſumendum. Nam, quin conuenire debeant hæc inter ſe, dubitandum non eſſe affirmat: & conuenire non mediocri aliquâ ratione & concordia, ſed optima & perfectiſsima. Plurimum autem ſtudij in hoc ponendum eſſe, & hunc qui dictus eſt, conſenſum neceſſarium eſſe, ſignificat. Quod uſuuenire poteſt, & contingit aliquando, ut ratio aberret à ſcopo, atque ab optimo quaſi fundamento, quod iactum ſit alicuius honeſti facti: eodemque pacto depeanatam ipſam eſſe, rationem ſcilicet, contingit, moribus & conſuetudine mala, in qua diu aſſueta & educta ſit. Cum priore duorum horum modo incommodum nobis fit, ratio corrupta non eſt, ſed tantùm peccat: quia non conſequitur, quod uolebat. in poſteriore, tunc uitium ipſius fit. Cæterum exuſis quibuſdam libris hic ἐργῶν legatur pacto cain, numero multitudinis, quam lectionem in omnibus calamo exaratis ſcriptum offendi ἐργῶν. eſt ſanè locus omnis obſcurior: quod fecit errorem (niſi fallor) ut lectio incerta ſit. Nam plane etiam percipitur, quæ uis notioque ſit poſtremi uerbi, ualeat ne ἀγῶνι inſtitutam & quaſi ſoſormatam, ut ἀγωγὴ uocatur inſtitutio puerorum an perductam ad uitium & peccatum.

Manifeſtum iam.) Satis apertum eſſe dicit, unde initium ducendum ſit huius rei, id eſt inſtituendi uiri probi & ciuis optimæ reipublicæ. Incipiendum enim eſt à corpore: anteaque ſtudium ponendum in ipſo ornando, quàm in animo perpoliendo: eodemque pacto, cùm ad animum peruentum eſt, incumbendum prius in partes eius, uacuas à ratione, exercitandas, quàm in mentem & conſilium inſtituendum. Viam igitur, quæ tenenda eſt, apertam eſſe, inquit: idem cõtingere in hac ipſa re, quod in ceteris omnibus uſu uenit. ut enim generatio ipſarum proficiſcitur ab aliquo principio: ita finis quoque principij alius finis. Imitari igitur debemus in hac re inſtituta naturæ ipſius & artium etiam, quæ ſequuntur hæc rationem ac uiam. addit autem, quod conſiderabatur ad concludendum, Ratio autem nobis & mens finis eſt noſtræ naturæ: ſtatimque concludit ita: Quare ad hæc, generationem & morum curam, meditationemque præparare opus eſt: debemuſque cuncta quæ ante aedum inſtituere ita, ut hoc perficiendo, eius usque modo ſeruiunt naturæque ſunt, ualde aptæ accommodatæque ſint. Sed, cùm locus obſcurior ſit propter breuitatem, nec conati, qui declarare uoluerunt, eodem pacto acceperint: ſcrutum de ſententia ipſius diſputabo. Cum igitur duobus argumentis utatur, priorum huius uis (ut opinor) hæc eſt, quo, ut altero quoque probare oportere prius incumbere in uitam & mores, quàm in rationem ac mentem erudiendam, aſſi eam ſi ceteris omniumque eſt, perficere & abſoluere mentem. Videmus enim, inquit, hoc uſu uenire in multis rebus, ut originem ducat à principio remotiore, & non ſolum proximo ſuo, quia principium primum peperit aliquo modo non omnem, ſed plura. Eodem igitur pacto ſtudium perpoliendi mores, aditus atque ingreſſio eſt cultus & expoliendæ rationis ipſius ac mentis: nec commodè poterant inſtrui hæ, niſi antea uita moreſque purgati fuiſſent. Quare cum aſpirationi hoc contingere in alijs rebus, quæ à natura fiunt ab arte fiunt, ut initium ſumant ab inchoata quopiam atque imperfecto, tendantque ad integrum atque perfectum: mirari nõ debemus, ſi idem uſu uenit in hoc, de quo quærimus. Neceſſe autem ea dicere habuit mentionem facere ſeiò, quæ enim puſſ one naſci ab alia quoque ſorte ac non ſolum à ſuo principio, ut oſtenderet, ſimiliaque probaret, uerum eſſe, quod ordiri uult, ordinemque hunc iuuat rectum Inuenit namque potuiſſent, qui exiſtimarent, oportere ſtatim finem humanæ naturæ, id eſt rationem ac mentem excolere & ornare à principio ſuæ ipſorum procreationis illarum ipſarum, & non ab initio aliarum antecedentium rerum.

Deinde, quemadmodum.)Probat appetitionem, uacuam à ratione, exiſtere in homine, antequam mens in eo conſiſtat. etſi enim præſtantior mens eſt, nititurque dignitate appetitionem ſuperatur tamen ab ipſa tempore. Vtitur autè diuiſione frequẽ ter apud ipſum, & quam ſignificauit ſuprà ſibi uehementer placere, id eſt, quæ facit res bifariam. inquit enim, quaſi à capite ordiens: Quemadmodum anima & corpus duo ſunt, ita perſpicimus animæ partes duas eſſe: illam inquam, quæ ſine ratione eſt, & alteram quæ rationem in ſe continet. prætereà uidemus habitus harum partium diuerſos eſſe, numeroque itidem duos: quorum alter appetitio eſt qui flagrat cupiditate rerum, ſpeciem aliquam boni in ſe habentium: alter uerò mens, quæ moderatior eſt, conſilioque ſuis in rebus nititur addit etiam, ut efficiat, quod ſtudebat: Vt autem corpus, ſi ſpectetur ortu ipſius, prius eſt animo: ita pars animæ, expers rationis, tempore antecedit habentem in ſe rationem. corpus enim tanquam ſtat in eſt & materia: anima uerò ſpecies atque actus. Satis autem apertum hoc eſſe inquit, nulliuſque negotij intelligi poſſe ita ſe habere ab illis, qui habitus proprios harum partium cogitarint. Animus enim inquit, id eſt exandeſcentia & iracundia, nec non cupiditas, exiſtunt in pueris ſtatim ut nati ſunt. hæ namque in ipſis, in tenera etiam illa ætate, ſigna quædam niſuntur, ijdemque cognoſcuntur quædam ardentius cupere. contrà autem, inquit, ratio & mens gigni ſolet in ijſdem, cum ætate proceſſerint. hic enim eſt ordo naturæ. ἐπεὶ φύσει autem inquit, quia reperiuntur quidam tra tardi, ut cum creuerint, etiam ſimiles ſint puerorum. Cùm appellet hic auctor in habitibus animi, expertibus rationis, uoluntatem: planum eſt, ipſum in hoc ſequi conſuetudinem non iudicium ſuum, qui & in II. de Anima, & in primo de Arte dicendi, cùm diuideret appetitionem, ſtatuit uoluntatem eſſe appetitionem cum ratione. Sed M. quoq; Cicero uoluntatem etiam ſæpè fecit, unam è uitijs, expertem rationis. quod tamen minus mirari debemus.

Quare primùm.)Si ſtandum eſt, inquit, iis quæ tradita modò ſunt, neceſſe eſt prius curare corpus, quàm animum: adhibendaque diligentia & ſtudio conficere ipſum tale, ut propria ſua munera rectè obire poſſit. Cùm autem ipſum ornatum fuerit, ad animumque informandum iam ueniendum eſt, eundem ordinem ſequentes, incipiendi ab ijs quæ priora natura ſunt: incumbendum eſt in appetitionem moderandam, quæ duplex eſt. aut enim ita efferimus, nos ardenter quæ iocunda ſunt cupimus. Omnem autem operam noſtram in appetitioniſfrenanda anferri debere teſtatur ad mentem ipſam tuendam, ſuo in ſtatu conſeruandam. aliter enim labis multum & impedimenti ipſi adferrent uitia appetitionum, non cohibitarum: eodẽ pacto oportere nos tradit curam gerere corporis appetitionum cauſa, ut ſemper inferiores partes, cultuſque qui in illis adhibetur ſeruiat ſuperioribus ac melioribus.

• ἀλλὰ τῶν ἐν τῷ ὄρει χρῆσθαι. lib. uulgati, ἐργάζεσθαι, mendoſè.

CAPVT XVI.

SIquidem igitur ab initio legumlatorem uidere oportet, ut corpora eorum, qui aluntur, ſint optima: primùm quidẽ diligentia adhibenda eſt in matrimonio, quãdo & quales exiſtentes

ΕΙ ΠΕΡ οὖν ἀπ' ἀρχῆς τὸν νομοθέτην ὁρᾶν δεῖ, ὅπως βέλτιστα τὰ σώματα γίνηται τῶν τρεφομένων· πρῶτον μὲν ἐπιμελητέον περὶ τὴν σύζευξιν, πότε καὶ ποίους τινὰς ὄν-

SI igitur ab initio uidendum eſt legum ſcriptori, ut optima ſiant eorum, qui aluntur, corpora primo utique loco adhibenda in coniungendis maris & fœmina corporibus diligentia eſt, quo tempore, & quales

ſtentes nuptialem co[n]ſuetudinem inter ſe coire oportet. Opus autem eſt legem ferre reſpicientem circa hanc ſocietatem, ad ipſosque & uiuendi tempus, ut ſimul deſcendant ætatibus ad eandem temporis opportunitatem, & non diſſentiant facultates: uiro quidem adhuc facultatem habente generandi, fœmina autẽ minimè. Siue hac quidem, non autem uiro: hæc enim gignunt & ſeditiones inter ipſos, & lites. Deinde & ad liberorum ſucceſsionem. oportet enim neque ualde relinqui ætatib. filios à parentibus: nullum enim fructum ferret ſenioribus gratia, quæ proficiſci debet à filijs: itemque auxilium, quod à parentibus filijs, neque ualde propinqua eſſe debet: multam enim habet moleſtiã. pudor namque minus ineſt huiuſcemodi, tanquã æqualibus, & in diſpenſanda domo propinquitas hæc plena querelarum eſt. Præterea autem, unde incipientes huc trãſiuimus, ut corpora eorum, qui procreantur, ſint ad uoluntatem legumlatoris. fermè iam cuncta hæc exiſtunt per eandem diligentiam. Quia autem fixus eſt terminus gignendi, dico, quod ſenectuti uiris quidem ſeptuaginta annorũ numerus ultimus, quinquaginta autem mulieribus: oportet initium coniugij, quod ad ætatem pertinet, ad hæc tẽpora deſcendere. Eſt autẽ adoleſcentium copula ad liberos procreandos mala: in cunctis enim animantibus partus iuniorũ ſunt imperfecti, & fœminini generis frequẽtius, & puſilli corporis. Quare neceſſe eſt idem hoc uſu uenire etiã in hominibus. Signum huius rei eſt: in quibuſcunque enim ciuitatibus mos eſt adoleſcentes & uiriles & muliebris generis copulare, imperfecti & parui corpore ſunt. Adhuc autem in partubus adoleſcentulæ magis laborant, & plures intereunt. Vnde & oraculũ aiunt nonnulli editum fuiſſe Trœzenijs hãc ob cauſam, tanquam multę interirent, quia nuberent adoleſcentulæ, nõ propter fructuum cõparationem. Conducit autem & ad temperantiam, collocari in matrimonium grandiores: intemperantiores enim eſſe uidentur, cùm adoleſcentulæ uſæ fuerint

τας χρὴ ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τὴν γαμικὴν ὁμιλίαν. δεῖ δ' ἀποβλέποντα νομοθετεῖν περὶ ταύτης τῆς κοινωνίας, πρὸς αὐτούς τε καὶ τὸν τοῦ ζῆν χρόνον, ἵνα συγκαταβαίνωσι ταῖς ἡλικίαις ἐπὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ μὴ διαφωνῶσιν αἱ δυνάμεις, τοῦ μὲν ἔτι δυναμένου γεννᾷν, τῆς δὲ μὴ δυναμένης. ἢ ταύτης μὲν, τοῦ δ' ἀνδρὸς μή· ταῦτα γὰρ ποιεῖ καὶ στάσεις πρὸς ἀλλήλους, καὶ διαφοράς. ἔπειτα καὶ πρὸς τὴν τῶν τέκνων διαδοχήν· δεῖ γὰρ οὔτε λίαν ὑπολείπεσθαι ταῖς ἡλικίαις τὰ τέκνα τῶν πατέρων· ἀνόνητος γὰρ τοῖς μὲν πρεσβυτέροις ἡ χάρις παρὰ τῶν τέκνων, ἡ δὲ παρὰ τῶν πατέρων βοήθεια τοῖς τέκνοις, οὔτε λίαν πάρεγγυς εἶναι· πολλὴν γὰρ ἔχει δυσχέρειαν. ἥ τε γὰρ αἰδὼς ἧττον ὑπάρχει τοῖς τοιούτοις, ὥσπερ ἡλικιώταις, καὶ περὶ τὴν οἰκονομίαν ἐγκληματικὸν τὸ πάρεγγυς. ἔτι δ' ὅθεν ἀρχόμενοι δεῦρο μετέβημεν, ὅπως τὰ σώματα τῶν γεννωμένων ὑπάρχῃ πρὸς τὴν τοῦ νομοθέτου βούλησιν. σχεδὸν δὴ πάντα ταῦτα συμβαίνει κατὰ μίαν ἐπιμέλειαν. ἐπεὶ γὰρ ὥρισται τέλος τῆς γεννήσεως, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν ἀνδράσι μὲν, ὁ τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν ἀριθμὸς ἔσχατος, πεντήκοντα δὲ γυναιξί, δεῖ τὴν ἀρχὴν τῆς συζεύξεως κατὰ τὴν ἡλικίαν εἰς τοὺς χρόνους καταβαίνειν τούτους. ἔστι δ' ὁ τῶν νέων συνδυασμὸς φαῦλος πρὸς τεκνοποιΐαν. ἐν γὰρ πᾶσι ζῴοις ἀτελῆ τὰ τῶν νέων ἔγγονα, καὶ θηλυτόκα μᾶλλον, καὶ μικρὰ τὴν μορφήν. ὥστ' ἀναγκαῖον ταὐτὸ τοῦτο συμβαίνειν καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. τεκμήριον δέ· ἐν ὅσαις γὰρ τῶν πόλεων ἐπιχωριάζεται τὸ νέους συζευγνύναι καὶ νέας, ἀτελεῖς καὶ μικροὶ τὰ σώματά εἰσιν. ἔτι δὲ ἐν τοῖς τόκοις αἱ νέαι πονοῦσί τε μᾶλλον, καὶ διαφθείρονται πλείους. διὸ καὶ τὸν χρησμὸν γενέσθαι τινές φασι διὰ τοιαύτην αἰτίαν τοῖς Τροιζηνίοις, ὡς πολλῶν διαφθειρομένων διὰ τὸ γαμίσκεσθαι τὰς νεωτέρας, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν τῶν καρπῶν κομιδήν. ἔτι δὲ καὶ πρὸς σωφροσύνην συμφέρει τὰς ἐκδόσεις ποιεῖσθαι πρεσβυτέραις· ἀκολαστότεραι γὰρ εἶναι δοκοῦσι νέαι, χρησάμεναι ταῖς συ-

lem inter ſe matrimonio coniungi oporteat. Debet autem de hac ſocietate leges ferre, ſpectato & utroque eorum ipſorum, & uitæ tempore, ut ætatibus ad eandem opportunitatem temporis conueniant & concurrant neque uires & poteſtates diſcrepent, ut uir quidem gignere poſsit, fœmina non poſsit: aut fœmina poſsit, uir non poſsit. hæc enim diſcordias inter eos pariunt, & diſſenſiones. Secundo loco ſpectanda eſt filiorum ſucceſsio. Oportet enim neque nimis ætate poſteriores eſſe filios parentibus: (nam nec parentes natu grandiores nullum beneficij ſui fructum à filijs uiciſsim percipere poſſunt: ſic filij à parentibus nulla re iuuari, aut ſublenari queunt) neque nimis propè ad parentum ætatem accedere. multa enim in hac re inſunt incommoda. Nam & minor eſt erga tales filiorum uerecundia, tanquam æquales, & ex ætatum propinquitate in adminiſtratione rei familiaris querelæ & criminationes proficiſci ſolent. Poſtremò, unde initio huc degreſſi ſumus, uidendum eſt legum ſcriptori, ut corpora eorum, qui procreantur, ſint ad eius uoluntatem appoſita. Hæc igitur fere omnia una diligentia curáque continentur. Quoniam enim procreationis finis definitus eſt, uiris quidem ad ſummum, annorum ſeptuaginta numerus ultimus: feminis uerò, quinquaginta: oportet coniugationis principium, quod ad eorum ætatem attinet, ad hæc tempora concurrere. Eſt autem adoleſcentulorum copulatio & coniunctio ad liberorum procreationem inepta. nam in omnibus animalibus adoleſcentium fœtus imperfecti ſunt, & feminæ eduntur potius, quàm mares, & breui corporis figura. Quare neceſſariò hoc idem etiam in hominibus euenit. Cuius rei hoc argumento eſt, quod quibuſcunque in ciuitatibus hoc in more poſitum eſt, ut adoleſcentes cum puellis adoleſcentulis matrimonio iungantur, imperfectis & breuibus corporibus præditi ſunt. Præterea puellæ adoleſcentulæ & magis laborant in partu, & plures intereunt. Quapropter conſulto à Trœzenijs oraculo reſponſum eis eſſe quidam dicunt, illa incommoda ijs accidere propter talem cauſam, proinde quaſi multæ mulieres interirent: quia iuniores ac minores natu in matrimonium collocarentur, non quòd fructus ante tempus colligerentur. Præterea uerò & ad temperantiam adiuuat, elocare paulò ætate grandiores. uidentur enim eſſe intemperantiores ac libidinoſiores eæ, quæ ualde puellæ re-

fuerint uenere. Et corpora mariũ impediri uidentur ad incrementum, ſi, dum corpus augeſcit, coierint: eſt enim hui⁹ quædam definitum tempus, quod non ſuperat amplius augeſcẽs. Quare uirgines hac copula iungi circiter ætatem decem & octo annorum conuenit, uiros autem circa triginta & ſeptem aut paulo plus minúſue: in tanto enim tempore uigentibus corporibus coniugium erit, & ad pauſam procreandorum liberorum unà temporibus opportunè peruenient. Adhuc autem liberorum ſucceſsio, his quidem ineunte uiriditate fiet, ſi ſecuta fuerit ſtatim, ut conſentaneum eſt, generatio: his autem iam fracta ætate ad numerum ſeptuaginta annorum. De hoc igitur, quando decet coniugij initium fieri, traditum eſt. Tempeſtatibus autem uti oportet, quibus nunc multi utuntur rectè, re definita ratione, qui hyeme exercent hãc copulam. Opus autem & ipſos iam uidere ad procreationem, quæ à medicis dicuntur, & à peritis rerum naturalium. Medici enim tempeſtates corporibus aptas ſatis oſtendunt, & phyſici de uentis, Aquilonios quàm Auſtrales magis laudantes. Qualibus uerò corporibus exiſtentibus, hoc futurum ſit ijs qui procreantur, maximè accommodatum, differendum à nobis erit magis accuratè, ubi diſſeretur de inſtitutione liberorum: craſſo autem modo dicere ſatis eſt & nunc. Neque enim habitus athletarum utilis eſt ad corporis habitudinem, quæ requiritur in ciuibus: neque ad ualetudinem & liberorum procreationem: neque qui ſtudio medicorum inducitur, ac ualde multis laboribus partus eſt, uerùm medius horum. Laboribus igitur aſſuetum opus eſt habitum habere, laboribus autem non uiolentis: neque ad unum ſolùm, cuiuſmodi eſt habitus athletarum, ſed ad ingenuo homine dignas actiones. Eodem pacto decet hoc exiſtere in uiris & fœminis. Oportet autem & prægnantes curam gerere corporum, non deſidiæ deditas, neque alimento tenoi utentes. Hoc autem facilè erit legumlatori præſtare, ſi iuſſerit, ut ſin-

νευσίαις. καὶ τὰ τῶν ἀῤῥένων δὲ σώματα βλάπτεσθαι δοκεῖ πρὸς τὴν αὔξησιν, ἐὰν ἔτι τοῦ σώματος αὐξανομένου ποιῶνται τὴν συνουσίαν· καὶ γὰρ τούτου τις ὡρισμένος χρόνος, ὃν οὐχ ὑπερβαίνει πληθύον ἔτι. διὸ τὰς μὲν ἁρμόττει περὶ τὴν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἡλικίαν συζευγνύναι, τοὺς δὲ ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἢ μικρόν· ἐν τοσούτῳ γὰρ ἀκμάζουσί τε τοῖς σώμασι σύζευξις ἔσται· καὶ πρὸς τὴν παῦλαν τῆς τεκνοποιίας συγκαταβήσεται τοῖς χρόνοις εὐκαίρως. ἔτι δὲ ἡ διαδοχὴ τῶν τέκνων, τοῖς μὲν ἀρχομένης ἔσται τῆς ἀκμῆς, ἐὰν γίγνηται κατὰ λόγον εὐθὺς ἡ γένεσις· τοῖς δὲ ἤδη καταλελυμένης τῆς ἡλικίας πρὸς τὸν τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν ἀριθμόν. περὶ μὲν οὖν τοῦ πότε δεῖ ποιεῖσθαι τὴν σύζευξιν, εἴρηται. τοῖς δὲ περὶ τὴν ὥραν χρόνοις, δεῖ χρῆσθαι, οἷς οἱ πολλοὶ χρῶνται καλῶς καὶ νῦν, ὁρίσαντες χειμῶνος τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι ταύτην. δεῖ δὴ καὶ αὐτοὺς ἤδη θεωρεῖν πρὸς τὴν τεκνοποιίαν, τά τε παρὰ τῶν ἰατρῶν λεγόμενα, καὶ τὰ παρὰ τῶν φυσικῶν. οἵ τε γὰρ ἰατροὶ τοὺς καιροὺς τῶν σωμάτων ἱκανῶς λέγουσι· καὶ περὶ τῶν πνευμάτων οἱ φυσικοί, τὰ βόρεια τῶν νοτίων ἐπαινοῦντες μᾶλλον. ποίων δέ τινων τῶν σωμάτων ὑπαρχόντων, μάλιστα ὄφελος ἂν εἴη τοῖς γεννωμένοις, ἐπιστήσασι μὲν μᾶλλον λεκτέον ἐν τοῖς περὶ τῆς παιδονομίας· τύπῳ δὲ ἱκανὸν εἰπεῖν καὶ νῦν. οὔτε γὰρ ἡ τῶν ἀθλητῶν χρήσιμος ἕξις πρὸς πολιτικὴν εὐεξίαν, οὔτε πρὸς ὑγίειαν, καὶ τεκνοποιίαν, οὔτε ἡ θεραπευτικὴ, καὶ κακοπονητικὴ λίαν, ἀλλ' ἡ μέση τούτων. πεπονημένην μὲν οὖν ἔχειν δεῖ τὴν ἕξιν· πεπονημένην δὲ πόνοις μὴ βιαίοις· μηδὲ πρὸς ἕνα μόνον, ὥσπερ ἡ τῶν ἀθλητῶν ἕξις, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῶν ἐλευθέρων πράξεις. ὁμοίως δὲ δεῖ ταῦτα ὑπάρχειν ἀνδράσι καὶ γυναιξί. χρὴ δὲ καὶ τὰς ἐγκύους ἐπιμελεῖσθαι τῶν σωμάτων, μὴ ῥαθυμούσας, μηδ' ἀραιᾷ τροφῇ χρωμένας. τοῦτο δὲ ῥᾴδιον τῷ νομοθέτῃ ποιῆσαι, προστάξαντι

bus ueneres u[illegible] ſunt. Tum maſculorum [illegible]rpor[illegible]m nocere uidetur ad incrementum,[a] ſi adhuc corpore creſcente rebus uenereis dent operam. huius enim tempus quoddam eſt definitum, extra quod egrediens non amplius augeſcat. Quapropter fœminas quidem anno ætatis circiter duodeuiceſimo conuenit in matrimonium collocare: mares uero anno circiter triceſimo ſeptimo nuptijs alligare. Namque h[illegible] tempore facta coniunctio, & corroboratis florentibuſque ac uigentibus corporibus erit opportuna, & ad procreationis liberorum pauſam ac requiem tempeſtiuè in eodem tempore utriſque concurret. Præterea uerò ſucc[illegible]io liberorum & parentibus & liberis erit opportuna: his quidem ineunte ætatis robore ac uigore, ſi ſtatim pro ratione temporis nati fuerint: illis uero ætate iam decrepita, & ad annum ætatis ſeptuageſimum præcipitata. De coniugio igitur quo tempore ſit conciliandum, dictum eſt. Anni autem tempore eo utendum eſt, quo etiam nunc utuntur multi, idque pulchrè ac præclarè, bruma[b] huic congreſſioni faciendæ præſtituta. Oportet igitur etiam eos ad lib[illegible]rum procr[illegible]tionem ea iam cognoſcere, & [illegible]e à medicis dicuntur, & quæ à ph[illegible]cis. Nam & medici quibus pot[illegible]ſſimum temporibus corpora optimè ſint affecta, ſatis accuratè explicant: & phyſici, cùm de uentis copioſe diſputant, tum uentos aquilonareis auſtralibus anteponunt. Sed quomodo affectis parentum corporibus plurimum iuuentur, qui procreantur, in ijs quidem, quæ de puerorum inſtitutione dicentur, attentius & accuratius erit diſputandum: nunc autem ſatis erit adumbrata quadam forma dicere. Nam neque athletarum habitus ad bonam corporis conſtitutionem ciuili ſocietati conuenientem, ne[illegible] ad bonam ualetudinem, nec ad procreationem liberorum utilis eſt: neque is, qui remedijs & curationibus eget, quique ualde laborioſus & morbis exercitus eſt, ſed qui inter hos interiectus eſt. Habitus igitur corporis eſſe oportet laboribus perferendis durato atque aſſueſacto. [illegible]ed aſſueſacto laboribus non uiolentis, neque ad unum laborem exercitato, quemadmodum athletarum eſt habitus: ſed ad hominum liberorum actiones. Atque hæc ad uiros ſimiliter, & ad mulieres pertinent. Oportet autem & mulieres prægnantes ſeu grauidas ſuorum corporum curam habere, ne deſi[illegible]æ ſe dedant, neq; alimento utantur nimis tenui & ſubtili. Atq; h[illegible]c facile aſſequetur, ſcriptor legum, [illegible]iter aliquod

ut ſingulis diebus iter quoddã faciant, ad cultum dearum, quę ſunt ſortitæ honorem, ut opem ferant generationi: mente autẽ contra atque corpore ſedatius remiſsiusq; degere conuenit. apparet enim, quæ gignuntur, ad ſe ducere non parum ab ea, quæ in utero habet, pariter ac ſtirpes è tellure. De exponendis autem liberis & alendis, ſit lex, nihil mãcum debileq; alere. Propter multitudinem autẽ filiorum, ſi ordo gentium uetarit, nihil exponere eorum quæ genita ſunt: definitam enim eſſe oportet multitudinem procreandorum filiorum. Si autem aliquibus præter hæc copulatis exortum fuerit, antequã ſenſus ac uita exiſtat, abortum eo importare oportet. ſanctum enim & non ſanctum, definitum erit ſenſu ac uita. Quia autem initiũ ætatis uiro & uxori definitum eſt, quando principium facere oportet coniugalis copulæ, quanto etiam tempore congruit dare operam liberis definiatur: nati enim ſeniorũ, ſicut iuniorum, imperfecti oriuntur, & corporibus & mente: confectorum autem ætate, imbecilli. Quare cùm uiget mens: hoc autem eſt in pleriſq; (quod quidam poetæ dixerũt, metientes ſeptenario numero ætatem) circa tẽpus quinquaginta annorum. Quare quatuor uel quinque annis ſuperantes ætatem hanc, liberari oportet à procreatione liberorum, quæ palàm ſit. Reliquo autem tẽpore ualetudinis gratia, uel alicuius huiuſcemodi cauſę, opus eſt intelligi cõſuetudinem hanc colentes. De conſuetudine autem cum alia uel cũ alio, ſit quidem ſimpliciter non honeſtum, attingentem intelligi ullo pacto, quãdo iam uocatus fuerit ſponſus. Tempore autẽ, quo datur opera liberis, ſi quis perſpectus fuerit huiuſcemodi aliquid gerens, ignominia plectatur, quæ conuenit peccato illi.

καθ' ἡμέραν τινὰ ποιεῖσθαι πορείαν πρὸς θεῶν ἀποθεραπείαν, τῶν εἰληχότων τὴν περὶ τῆς γενέσεως τιμήν. τὴν μὲν τοι διάνοιαν τοὐναντίον τῶν σωμάτων ῥαθυμοτέρως ἁρμόττει διάγειν· ἀπολαύοντα γὰρ φαίνεται τὰ γινόμενα τῆς ἐχούσης, ὥσπερ καὶ τὰ φυόμενα τῆς γῆς. περὶ δὲ ἀποθέσεως καὶ τροφῆς τῶν γιγνομένων, ἔστω νόμος, μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν. διὰ δὲ πλῆθος τέκνων, ἐὰν ἡ τάξις τῶν ἐθνῶν κωλύῃ, μηδὲν ἀποτίθεσθαι τῶν γιγνομένων· ὡρίσθαι γὰρ δεῖ τῆς τεκνοποιίας τὸ πλῆθος. ἐὰν δέ τισι γίγνηται παρὰ ταῦτα συνδυασθέντων, πρὶν αἴσθησιν ἐγγενέσθαι καὶ ζωὴν, ἐμποιεῖσθαι δεῖ τὴν ἄμβλωσιν· τὸ γὰρ ὅσιον καὶ τὸ μὴ διωρισμένον, τῇ αἰσθήσει καὶ τῷ ζῆν ἔσται. ἐπεὶ δ' ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἡλικίας ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ διώρισται, πότε ἄρχεσθαι χρὴ τῆς συζεύξεως, καὶ πόσον χρόνον λειτουργεῖν ἁρμόττει πρὸς τεκνοποιίαν ὡρίσθω· τὰ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων ἔκγονα, καθάπερ τὰ τῶν νεωτέρων, ἀτελῆ γίνεται καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς διανοίαις· τὰ δὲ τῶν γεγηρακότων, ἀσθενῆ. διὸ κατὰ τὴν τῆς διανοίας ἀκμήν· αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τοῖς πλείστοις (ἥνπερ τῶν ποιητῶν τινες εἰρήκασιν, οἱ μετροῦντες ταῖς ἑβδομάσι τὴν ἡλικίαν) περὶ τὸν χρόνον τὸν τῶν πεντήκοντα ἐτῶν. ὥστε τέτταρσιν ἢ πέντε ἔτεσιν ὑπερβάλλοντα τὴν ἡλικίαν ταύτην, ἀφεῖσθαι δεῖ τῆς εἰς τὸ φανερὸν γεννήσεως· τὸ δὲ λοιπὸν ὑγιείας χάριν, ἢ τινὸς ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, φαίνεσθαι δεῖ ποιουμένους τὴν ὁμιλίαν. περὶ δὲ τῆς πρὸς ἄλλην ἢ πρὸς ἄλλον, ἔστω μὲν ἁπλῶς μὴ καλὸν ἁπτόμενον φαίνεσθαι μηδαμῇ μηδαμῶς, ὅταν ᾖ καὶ προσαγορευθῇ πόσις. περὶ δὲ τὸν χρόνον τὸν τῆς τεκνοποιίας, ἐάν τις φαίνηται τοιοῦτόν τι δρῶν, ἀτιμίᾳ ζημιούσθω πρεπούσῃ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν.

aliquod quotidianum ad cultum uenerationemq́ deorum eorum, quibus ſorte obtigit, ut præſint gignendis animantibus, iniunxerit ac mandauerit. Mẽtem uerò earum contrà, atq́ corpora, deſidioſius haberi in uita degenda conuenit, nam quæ procreantur, multa à matre contrahere cernuntur: quemadmodum & quæ ex terra naſcuntur, à terra. De exponendis aũt uel tollendis partubus, lex eſto, ne quid mancum & debile alatur. Propter multitudinem autem liberorum, ne plures ſint, quàm expediat, ſi gentium inſtituta & leges uetent procreata exponi: definitũ eſſe oportet procreandorũ liberorum numerũ. Quod ſi quibus inter ſe copulatis & congreſsis plures liberi, quàm definitum ſit, naſcantur, prius quàm ſenſus & uita inſidatur, abortus eſt fœtus inferendus. Quid enim pium ac religioſum ſit, quid non, ſenſu & uita circumſcriptũ ac definitum erit. Quoniam aũt ætatis initium uiro & uxori, quando conciliare coniunctionẽ nuptialem incipere oporteat, definitum eſt: etiam hoc definitum ſit, quandiu liberis procreãdis eos operam dare conueniat. Nam ut iuniorũ, ita & grandiorum natu fœtus, inchoatis atq́ imperfectis corporibus mentibusq́ naſcũtur: eorũ uerò qui ſenio cõfecti ſunt, ſoboles infirma atq́ imbecilla eſt. Quare id tempus præfiniatur, in quo mens maximè uiget ac floret. mentis aũt flos ac uigor in pleriſq́ eſt, quem quidã poetæ expoſuerunt: qui hominis ætatẽ ſeptenarijs numeris metiuntur, anno circiter quinquageſimo. Itaq́ qui hanc ætatem quadriennio aut quinquennio ſuperat, is debet à manifeſta procreatione ſolutus eſſe. De reliquis, ualetudinis gratia, aut propter talem aliquã cauſam, oportet eos uideri inter ſe cõmiſceri. De concubitu autem aut uiri cum alia femina, aut femina cum alio uiro, eſto abſolute turpe & flagitioſum, alium aut aliam ulla ratione ulloquè pacto tangere uideri, cùm & eſt & appellatur coniux. Quod ſi quis inter id tempus, quod procreationi liberorum præfinitum eſt, in tali aliquo facinore deprehendatur: tali infamia notetur, qualem peccati magnitudo grauitáſque poſtulat.

COMMENTARIVS.

Siquidem igitur.) Tradit, qua ætate deceat copulari uirum & uxorem, ut corpora filiorum firmiora ſint, erudianturq́, melius in ijs ſtudijs, quæ ciuitas ſulit. in primis autem laboribus militaribus. de corpora enim ciuium, ad uirtutem accipiendã componendo, primum agit: cuius rei efficiendæ exiſtimat oportere longè prouidere, utiturque hoc quaſi fundamentu quodã ſuæ præceptionis, dicens Si quidem igitur à principio ſtatim oportet conditorem legum uidere, ut corpora eorum qui aluntur optima ſint, aptiſsimaque muneribus obeundis, quibus publicè deſtinantur. primam diligentiam adhibere oportet in coniugio, qua potiſsimum ætate, qualesque ipſos qui iunguntur, eſſe deceat, cùm matrimonio copulantur à ſtirpe namque, in qua nati ſunt, parentibusque multa trahuntur, quę ad ſpeciem roburque corporis plurimum ualent. Cùm autem dixerit, Qui aluntur, non qui inde naſcuntur: arbitror ipſum ſignificare uoluiſſe, non omnes eſſe alendos. cùm legibus etiam interdictum eſſet quibuſdam in populis, ne manci debilesq́, alerentur. Cum enim parẽtibus liceret, ſtatim natos necare liberos, aut exponere: multo magis uidebatur concedi debere publicè, uel potius iuberi, eos inutiles futuri, quia capti eſſent membris reip.

reip. neceſſarijs, exponerentur. Huius opinionis fuit quoque Geneſius Sepulueda, qui ſubtiliter hoc uidit non animaduerſum à cæteris interpretibus.

Opus autem)Oſtendit multa, quæ conſtituere ſibi ante oculos debet ſcriptor legum, cùm ornat hunc locum: admonetque, quæ ſint ſeruanda, pertinentia ad hanc ſocietatem nuptialem. Primum autem eſt, ut conuertat mentem ad illos ipſos, qui copulantur, ac uiuendi tempus: ut dum unà uiuunt, conſentiant inter ſe, & iiſdem muneribus obeundis pares ſint. hoc enim ualet, Vt ſimul ætatibus procedant, & tanquam unà iter faciant ad poſtremum tempus & terminum uitæ. quod non contingeret, ſi eiuſdem ætatis forent: ad certum enim tempus ita deſiderijs profectò iiſdem tenerentur, ſed mulieris natura imbecillior eſt quare citius extinguerentur in ipſis eædem appetitiones & uires facultateſq́ matrimonij exercẽdi. unde, ut affirmat auctor, exorirentur inter ipſos querelæ & diſcordiæ magnæ: cui malo prouidendum cenſet. Diſcreparẽt poteſtates ipſorum, ut docet, ſi eorum alter gignere adhuc per ætatem poſſet: altera autem nullo pacto parere: quod contingit non ſolùm cùm grandior natu eſt uxor, quàm uir: uerùm, cùm æquales ambo ſunt, ac uir etiam ſuperat ipſam aliquot annis, ut ex termino, quem infrà figit huic copulæ, perſpicitur. oſtendit autem quando initium expoſtulationum naſcatur à uiro. Significauit item, quando iuſtam cauſam habet uxor increpandi uirum, cùm ipſa ſcilicet adhuc dare operam liberis poteſt: uir autem ſenex iam, & exacta ætate, nõ poteſt. indicia autem ueteris tralationis coguoui, olim ſcriptum fuiſſe hac parte, [illegible], non ſine præpoſitione, ut in excuſis erat: ſed ita quoque ſuprà inquit, [illegible].

Deinde & ad liberorum.)Reſpiciendum etiam, inquit, eſſe in hac copula ineunda ad ſobolem ſuſceptionemque liberorum: ut commoda quæ expectantur inde, capiantur, malaque ac moleſtiæ uitentur. quare uidendum eſſe, quantum humano conſilio fieri poteſt, ne filij ætate nimis longo interuallo diſtent à parentibus. Cùm enim ipſorum ſenum, imbecillorum factorum, beneficia compenſare debeant, non poſſent pueri adhuc, infirmoque animo ac corpore hoc præſtare. eodemque pacto, inquit, cùm deceat parentes liberis prodeſſe, auxilium hoc non debet ualde uicinum eſſe: non quia non ſemper liberis utile ſit iuuari à parentibus, ſed quia propinquitas hæc ſecum fert multa incommoda, odioſa parentibus. Duo autem enumerat, quæ inde abeſſe uix poſſunt. prius eorum eſt, quòd liberi minus uerentur parentes: nec pudet ipſos facere, quæ culpæ affinia ſunt coram illis, quaſi æqualibus ac ſodalibus potius, quàm maioribus. Alterum autem eſt, quòd dolet, filios grandiores tamdiu in poteſtate eſſe, uellentque ſe pecuniam domumque totam diſpenſare. quare naſcuntur ex hoc querelæ crebræ ac magnæ. Non ferre autem poſſe filius ſe corrigi à patribus, frenarique ſuam luxuriam, declarauit etiam Ctipho Terentianus: qui prætereà ualde commotus animo, culpam, cui falsò putabat affinem eſſe ſuum, hærere dixit pectoribus omnium parentum, cùm exclamarit. *Quàm iniqui ſunt patres in omneis adoleſcentes iudices*, & quæ ſequuntur.

Præterea autem.) Addit tertium quoddam, quod maioris adhuc momenti eſt: pertinet enim ad rempub. inſtitutaque ipſius ſeruanda: nec tantùm, ſi neglectum fuerit, lædit perſonas, quæ ſine conſilio ſocietatem hanc coierunt. Prætereà inquit, facit ad illud, quod quærebamus, cùm huc diuertimus, explicatoque loco illo, ad hunc tranſiuimus (accommodatum enim eſt ad conſilium publicum) ita enim corpora eorum, qui naſcentur ex eo coniugio, reſpondebunt menti latoris legum. firmiora uemque erunt, celſioraque, & ijs demum dotibus ornata, quæ requirit diſciplina ciuitatis. In extremo addidit, fermè hæc omnia commoda proficiſci ex eadem diſciplina, caputque ex ſtudio poſito in hac copula rectè ordinandaque facienda. Intelligit autem, ne exiſtant expoſtulationes inter uirum & uxorem, inter parentes & liberos: & ut, qui inde naſcuntur, pares ſint laboribus militaribus tolerandis, & alijs omnibus muneribus obeundis, quæ leges iuſſerint Farmè autem, inquit, quia fieri poteſt, ut hæc diligentia magis proſit uni alicui trium horum, quàm alteri: & non omnibus, ut ipſe ſignificauit, eodem tenore ac ſine ullo diſcrimine.

Quia autem.) Indicere uult ætatem maris ac fœminæ idoneam maritali copulæ. Vt autem hoc probet, ſeratione facere oſtendit, qui ſit terminus procreationis utroque in ſexu, atque ita moderatur huic rei, uſus hoc quaſi fundamento quodam. Quia enim, inquit, definitus eſt finis ac tremumque tempus, quo gignit homo ſi non omnino exquiſiteque, ſaltem in maiuerſo illo, quod uſu uenit ferè: eſt enim terminus hic in uiris LXX. annorum numerus ultimus, in feminis uero quinquaginta: oportet (hæc enim redditio eſt illius Quia, pendet que ab ea uoce) initium generationis, cùm ætatem attendimus, cæteris rebus poſthabitis, ita figi, ac uti peruenient ambo ad ætatem, qua minimè poſtea apti ſint huic operæ: & non ipſorum alter prius, alter uerò poſterius. Exempli cauſa, ſi uirgo ſedecim annorum nuberet uiro quinquagenario ſiue amplius: cùm magno interuallo uinceret uxoris ætas ætatem uiri: ut Demetrio illi Macedoni contigit, qui ab Antigono patre impulſus fuit Philam uetulam uxorem ducere, admonente, ut hoc faceret auctoritate Euripidis ſenarij: cuius tamen extremam partem immutauit. cùm enim apud tragicum illum ſit in Phœniſsis, [illegible], [illegible]: pro [illegible] ille [illegible] dixit. ipſius autem ita uariati ſententia eſt, quæſtus cauſa non eſſe cunctandum præter ætatem uxorem ducere.

Eſt autem)Hæc, quæ nunc adiungit, ualent ad oſtendendam utilitatem inſtituti, quod laudauit. Multa enim & magna bona in ſe continere ipſum docet, patefactis malis, quæ comitantur morem contrario. Primùm igitur teſtatur, Venerem concubitumque adoleſcentium idoneum non eſſe procreandis liberis, habetque in ſe uitia non parua, quæ enumerat. Probat autem id primum exemplo cæterarum animantium, quarum cùm multæ domi alantur, ut aues nonnullæ, quadrupedes: planè eſt hoc in illis ita contingere. & columbarum enim & gallinarum iuniorum partus tales ſunt, quales deſcribit, & [illegible]um etiam. imperfectos igitur eſſe, inquit, natos ipſarum, & potius oriri ex illis feminas, quàm mares, eoſdemque illos pu[illegible] eſſe minutosque. Quare inquit, neceſſe eſt idem contingere in hominibus, cùm ſequantur & ipſi in hoc naturam reliquarum animantium. Nequis tamen aduerſaretur, nec putaret hoc uerum, confirmauit idem argumento ducto à ſigno. Inquit enim, declarare id quod uſuuenit in omnibus ciuitatibus ac locis, in quibus mos eſt matrimonio iuuenes ſe copulare & iuuencas puellas & [illegible]ſcentes: homines enim illic ſunt imperfecti, puſillique corporibus, nec ad iuſtam menſuram corporis, firmitatemque [illegible] ueniunt. Hoc autem uulgò de plebe Gallorum dicitur, apud quos mala hæc conſuetudo inoleuit: unde notantur etiam [illegible], attendente erratum hoc ipſorum, terdenteque, breuitatem corporis eorundem & deformitatem. [illegible] quod inquit ualet, morem eſſe eius telluris & gentis, ut in comœdia Ariſtophanes locutus eſt, qui inquit [illegible]. in quo etiam animaduertendum eſt, ipſum dixiſſe [illegible], ut paulo ſuprà Ariſtotel. [illegible].

Adhuc autem)Alterum hoc incommodum eſt, quod exoritur ab eodem fonte: non tamen ipſum poſteris nocet, aut reipublicæ tantopere neque etiam offendit ambos, qui ita copulantur, ſed matres tantum. in partubus namque ipſas magis laborare inquit, multoque plures earum extingui, quàm grandiorum, eo tempore. Cauſæ autem frequentioris obitus feminarum aperta ſit corpus enim iuniorum, tenerum adhuc & molle, uireſque imbecillæ non perpetiuntur tantum dolorem, totiuſque corporis conuulſionem. Quod ſi, ut ait Myſis Terentiana, non ſatis tutum eſt committere cuilibet obſtetrici primo partu mulierem, quia res hæc plena eſt periculi: quanto magis partus idem periculoſus eſt tenero corpori ac molli, ætati nondum firmæ ad acerrimos illos dolores ſuſtinendos? Tangit autem hiſtoriam, acutamque quorundam reſponſi editi Trœzenijs interpretationem. cùm enim cæteri omnes putarent, admonuiſſe Apollinem, ne (ut arbitror) tam citò ſpargerent ſemẽ in agros, ſi uellent uberes fructus inde capere (peribant enim, antequam domum comportarentur) quidam aliter acceperſit, exiſtimaruntque admonuiſſe ipſos Pythium: quia in hoc peccarent: & ante tempus, properèque nimis uirile ſemen muliebri aruo mandarent. unde fiebat, ut multæ perirent: neque ipſarum, uti fructus terræ collecti, inchoati & exiles forent. In oraculum hoc nunquam incidi. quod ſi extaret, aliquid lucis afferret huic loco.

Conducit autem)Tertium beneficium hoc eſt, quod capitur è more inſtitutoque, quod celebrat, atque id quidem magnum: ita enim feminæ continentiores fiunt, ſi non ſtatim, ut nubiles ſunt, & ut iuris periti loquuntur, uiri patiẽtes, traditæ fuerint nuptui: cùm enim illa ætate, quæ incontinens eſt, feruetque libidinibus, aſſuetæ fuerint Veneri, intemperantiores euadunt. nec frenant poſtea ullam in partem ardentem ſitim coitus. unde quot mala gignantur, apertum eſt.

Et corpora.)Quartum hoc eſt, ultimumque, beneficium, quod inde capitur: uitatur enim ita non paruum incommodũ, quod exoriretur è contrario more. Illud autem eſt, quòd corpora marium, ſi frequenter, teneri adhuc, Venerem exercerent: non [illegible] le creſcerent, impedirentque, inde multum acciperent ad corporis augmentum. Tacitus quoque in libello, quem [illegible] ſit de moribus Germanorum ſui temporis, exiſtimauit adoleſcentium eorum continentiã cauſam eſſe proceritatis corporis ipſorum. uerba ipſius hæc ſunt. *Sera iuuenum Venus, eóque inexhauſta pubertas.* Si ſequimur lectionem hanc, dubitare non poſſumus, quin ſententia uera ſit: eſt certè plana illa & facilis, prætereà ſeruum habet ueterem tralationem. eſt enim mo-

leſtum,

lectum, quod in Aldino exemplari & quibuſdam etiam calamo exaratis, pro [illegible], legitur [illegible]. non deſunt itidem ſcripti nonnulli, à quibus utrumque nomen patrij caſus abeſt, tanquam accipi debeat, [illegible]. Putaret aliquis non omnino reijci debere, alienumque prorſus eſſe [illegible], ex illo quod infrà eſt, [illegible]. uidetur enim multitudinem magis copiamque, quàm quantitatem oſtendere: ipſe enim quoque hoc pacto utitur infrà, ubi de lactis ubertate loquitur. Sed hoc relicto explicat diligenter auctor totam rem, dicens: Si cùm uitiū corpus adhuc augeſcit, incumbunt in Venerem. ne crederetur ab aliquibus uanum, quod affirmaſſet, corpus creſcere: docet id profectò fieri, nec ante longum tempus ipſum integrum abſolutumque eſſe, qui terminus expectandus eſt, nec ullo pacto impediendus: quemadmodum etiam non ſperandum, ut ipſo tranſacto, corpus augeſcat.

Quare uirgines.) Indicat tempus opportunum huic copulæ. ſtantibus enim iis quæ iam tradidit, ſequitur ut uirgines collocari debeant in matrimonium, liberiſq; operam dare incipere xviij. annorum ætate aut propinqua (neq; enim certus omnino definituſque terminus eſt datum rerum) mares autem xxxvij. paulòue plus aut minus. Adfert autem cauſas, quibus maximè probet conſtituatque hanc legem, docens tantum temporis interuallum requiri, ut inde capiantur commoda, quæ narrat. Primum autem eſt, quòd tunc amborum corpora firma ſunt, atque ad uigoritatem peruenerunt: ita autem nunc uocemus [illegible]: nam participium, quo utitur, conformatum eſt. quod tamen in omnibus calamo exaratis libris idem poſitum non eſt, quod ſcilicet ad genus, numerum caſumque pertinet. in maiore enim parte ipſorum ſcriptum eſt [illegible], ut reſpondeat copulæ, quæ [illegible] uocata ab ipſo fuit. uetus tralatio perſpicitur, ſiue in exemplari [illegible] habuiſſe: neque tamen ſententiam uariat, ſiue dicantur corpora florentia eorum qui ita copulantur, ſiue copula ipſa florens uigensque appelletur. Alterum bonum, quod inde capitur, eſſe dicit, quòd ſimul quaſi progrediuntur, iterq; faciunt ad terminum cauſarum procreationis liberorum: concordes enim tempore, deſiderijſque conſentientibus: ſi deſideria quoque uocanda ſunt ceſſatio ac ipſorum, & quaſi interitus. Tertium eſt, quod adiungit, & ipſum magnum. inquit enim: Si hoc ſeruatum fuerit, futuri liberi ex ipſis nati, ſuccedent parentibus, & quaſi uicarij operæ illorum fient legitimo opportunoq; iam tempore. Si namq; ait, ut uerſimile eſt, orti fuerint, ſtatim ut parentes eorum copulati inter ſe ſunt, continget ipſos appropinquante iam uiriditate, uxores ducere: parentibus autem nec gerentibus iam ad obitum, & cùm peruenerint ad annum LXX. annorum, quaſi diuerſorio, in quo quieſcent, egentibus. [illegible] enim ualet requieſcere, & ut qui iter faciunt, ſolent in diuerſorium uenire, tunc enim motis eſt ſatis onuſaque diſſoluere.

De hoc igitur.) Oſtendit, qua tempeſtate anni deceat copulare marem ac feminam, ut inde proficiſcantur bona, quæ exponit. Cùm enim arbitretur (ut ſanè uidemus contingere in multis) ut primis illis diebus prægnantes faciant uxores: magni referre putat, omnia facere, ut primi partus mares fiant: quod obtineri poſſe ſperat, ſi prima illa ingreſſio matrimonij, apto item partu admiſſa fuerit. nam poſt ipſam, non uidetur facile eſſe impetrare à iuuenibus hoc copula, ſimulq; degentibus, ut ſibi temperent à coniugio reliquis anni partibus. Laudat autem conſuetudinem ſui temporis, ſequendamq; exiſtimat, qua multi morem habebant hyeme uxores domum ducere, tuncque primùm incipere liberis operam dare. Cùm uellet autem hoc ſignificare, quod apertis uerbis expoſitum, in pitudinis aliquid in ſe habere uiſum eſt: appellauit, uerbo ducto ab arte muſica, cantuque tibiarum, hunc congreſſum uiri & uxoris [illegible] quod iunctum uerbum propriè ualet, cùm duo tibicines eandem cantilenam canunt, concurdeſq; ſunt in eodem nomo, ut loquuntur. Ariſtophanes in fabula, cuius index eſt [illegible], eodem pacto, cùm intelligeret duorum coniugiorum ſtatum, qui ambo querebantur de iniquitate eorum: locutus eſt, fecitque alterum illorum dicentem, [illegible]. Adiungit autem auctor, concludens rationem: Quare opus eſt & ipſos, qui ineunt hanc copulam, præterea uidere præcepta medicorum, ut rectè ordinèque ſe gerant in re tanti momenti: ſed etiam phyſicorum, qui ſubtiliter ſatiùnem omnem naturæ contemplari, ſua de re multa pararunt, ualde huic rei apta. Medici enim, inquis, tempeſtates nouerunt aptas maloque corporibus gignendo, & quæ etiam ſalubres ſunt: phyſici autem uentorum etiam cognitam habent, laudantque magis flatus aquilonios, quàm auſtrales, quemadmodum ceteris corporum utilitatibus parendis. Ipſe, qui facilè illa omnia docere potuiſſet, cùm artis medicorum (ut ferunt) ualde peritus eſſet, & omnium conſenſu, ſummus phyſicus: noluit nunc incumbere in hanc curam. ne doctrinas uarias permiſceret, quod commiſit ſemper ſtudiò uitauit. Vel confugit in hoc ad auctoritatem aliorum, ne ſe oſtentaret. Laertius certè in eius uita, quam ſcripſit, tradit Ariſtotelem domi Amyntæ, Macedonum regis, uixiſſe, functumque apud eum eſſe munere medici atque amici [illegible]. etiam libro de Ortu animantium. teſtatus eſt, quòd hic ait illos dicere. mulieres, ſpirantibus aquilonibus, mares magis parere. quo etiam in loco addidit, paſtores affirmare nō ſolùm magni referre ad gignendum pecudum fœtus mares ſiue fœminas, ſi ineantur hoc aut illo flatu: uerum etiam ſi uerſæ fuerint, cùm ineuntur, ad auſtrum aut aquilonem.

Qualibus uero.) Docet qualia deceat eſſe corpora parentum, ut quæ naſcetur, firma ſit proles, aptéque magnopere publicæ utilitati. Etſi enim intelligit locum magis aptum eſſe huic diſputationi, ubi agitur de diſciplina huius ætatis: non alienum tamen arbitratur, nunc etiam aliquid attingere, proprium illius quæſtionis. Oſtendit autem, quæ corpora minimè accommodata ſint huic rei præſtandæ. inde namque cognoſcetur, quæ contrà, uacua ab omnibus uitijs, ſint idonea tam præclaro operi efficiendo. Primùm igitur reijcit hunc habitum corporis athletarum, id eſt ſummo ſtudio & infinita quadam cura partum: exponens, quæ uitia in eo ſint, affirmanſque ipſum minimè accommodatum eſſe ad bonam illam corporis habitudinem, quæ requiritur in ciuibus, uiriliſq; aſt muneribus propriis ipſorum obeundis, nec ad ualetudinem corporis tuendam, neque ad liberos procreandos. longū aūt carmen Euripidis e fabula, cuius inſcriptio erat Autolycus, legitur apud Athenæum in x. libro, in quo uituperantur athletæ, multis uitijs illius ſtudij accuratè demonſtratis: præcipuè aūt accuſatur, quòd nulla publica utilitas inde capitur. Etſi namq; infinitum eſt robur corporis ipſorum, illas tamen uires nullum fructum ferre tradit in bello, neq; ad fortiores ſunt contra hoſtes. Quæ conformantur illo, quod ipſi primum hic obijcitur ab optimo auctore. Quod hic ſecundo loco ponitur, non eſſe eoſdem habitus corporis ualetudini tuendæ aptos, notum eſt, Celſum idem affirmare, cauſas diligenter afferentem ſuæ ſententiæ. Tertium, quòd dicti ſunt, nihil etiā ualere illi habitus ad liberos gignendos. fortaſſe inde naſcitur, quòd cibus illa multus, quem capiunt, abſumitur totus in corpore augēdo, magnitudineq; eius, quæ ſuperabet ſtaturam cæterorum mortalium: ut etiam in illo, quem ſuprà indicaui loco, declarat Athenæus. Quemadmodum autem improbat noſter doctor habitudinem corporis athleticam: ita etiam, quæ arte medicorum curationibusq; aſſidue parantur, omnemq; damnat, quæ non ſine magnis laboribus confectationibusq; corporis comparatur. Mediam autem probare ſe dicit, quæ utitur exercitationib. corporis moderatis ſcilicet omnibus, eodem pacto iuſtā menſurā ſeruantibus.

Laboribus autem.) Cùm oſtenderit, qualem deceat eſſe ad liberos gignendos ualde accommodatam corporis habitudinem; id eſt medium interiectamq; inter duo extrema nunc declarat magis, quam intelligat, & quæ potiſſimum ipſa ſit: dicitq; ſe probare ſanè illam, quæ laboribus firmata eſt, ſed laboribus modicis, & minimè uiolentis. lædere enim magis quàm iuuare corpus ſolent exercitationes corporis uehementiores. Vitandas etiam dicit eas, quæ referuntur ad unum tantùm finem, qualis erant exercitationes corporis athletarum: duram enim illam exercitationem ſolùm ſumebant, ut uires augerent, in certaminibuſque illis & ſpectaculis ſuperarent aduerſarios: ipſe autem uult parari habitudinem aptam ad cuncta ciuilia munera ſuſtinenda, & quæ ingenuis uiris congruant. Adiungit autem in extremo oportere iiſdem præceptis inſtruere muliebre genus, nec pati ipſas ſegnes penitus ignauaſque eſſe: ita enim quoque erunt ad meliores partus pariendos aptiores habita tamen ſemper ratione corporis ipſarum modeſtiæ.

Oportet autem.) Cùm exiſtimet magni referre ad firmitatem corporum natorum, quanto maximè in infirma illa teneraq; ætate manare poteſt, qua ualetudine matres ſint, præſertim eo tempore, quo uterum gerunt (ſi quid enim uitij eſt in corpore ipſarum, facilè manat ad fœtus) admonet pauca, quæ ſeruanda ab ipſis putet. in primis autem utile arbitratur, prægnātes ſegnitiei deſidiæque [illegible] culpæ plerunque mulieres omnibus temporibus affines ſunt) ſedent enim domi, nec exercent corpus: quare neceſſariò excrementorum plenæ ſunt quæ res obeſt ualidè ijs, quos in utero habent. Præterea ſuadet ipſis, ne utantur uictu tenui, cibiſque qui ſucci parū firmitatiſq; in ſe contineant. Quia autē hoc arduū eſſe exiſtimaret aliquis, mutare ſcilicet mores hominū: oſtendit quomodo ſine magno negotio imperari id legū latori queat. remedium enim ait, medicabitur, huic malo religio, quæ in animis ipſarum magnam uim habere ſolet, ut Nauſiſtrata Tarentina fatetur, uteraque mulieres omnes ſuperſtitioſas. Vult igitur ipſum iubere, ut ſingulis diebus prægnantes accedant ad ſanum aliarum earum, quibus ueteres mortales tribuerunt hunc honorem ac poteſtatem adiuuandi parturientes, opemque ferendi doloribus illis oppreſſis,

oppreſsis, conciliatura ſibi animos earum. non enim dubium eſt, quin quod apud auctorē eſt, [illegible]: pertineat ad deos ipſos, non ad mulieres, eius ſecutas hoc decus, id eſt, quæ obierint proprium ipſorum munus, deſinantque maculam ſterilitatis, ut quidam acceperūt. Fieri autem opinionibus hominum uidetur Ariſtoteles ſignificare manſiſſe a iudicijs ipſorum, ut hi dij magis hanc rem, quàm aliam curent. Talis uerò, qualem deſcribit, erat ut notum eſt Iuno Lucina. Vt autem debere illas exercere corpus, ita contrà animum indicat habere oportere tranquillum uacuumque à moleſtijs ac ſollicitudinibus. ægritudines enim ac moleſtiæ longè pellendæ ſunt à mulieribus pregnantibus, præſertim cum iam partui propinquæ ſunt: operaque potius danda, ut hilares ſint, ac iucundæ: uiolentiaque id abeſſet magnopere his, quos in utero gerunt, labisque non parum afferret corporibus ipſorum, in quæ penetraret aliquid curarum ac triſtitiarum [illegible] tris, Valde autem premere atque affligere corpora hominum dolores & ſollicitudines, ſatis exploratum eſt. Ita arbitror locum accipiendum, non quemadmodum fecerunt, à quibus etiam ſuprà diſſenſi: qui uidentur putaſſe loqui hic auctorem de his, qui nati iam ſint, atque imbui diſciplina aliqua cœperint: quibus profectò requies & ceſſatio à corporis laboribus accommodata eſt. Vtilitatem in extrema expoſuit huius præceptionis. Inquit enim, infantes, quod apparet, trahere à matribus, quæ in utero ipſos geſſerunt, non parum earum & bonorum & malorum quæ illic extiterint, ut in corpore ita etiam in animo: quemadmodum inquit, quæ oriuntur è terra, à tellure ipſa, & eius natura ac ui. Venter igitur matris reſpondet potiſſimùm terræ, quæ & ipſa ſtirpes alit.

De exponendis.) Quid ſui iudicij ſit de more inſtitutoque ueterum illorum Græcorum oſtendit, quibus licebat exponere uel etiam liberos, ſi alere noluiſſent. neque ea res fraudi ipſis erat. plenæ ſunt fabulæ comicorum & tragicorum huius conſuetudinis. inquit igitur: De exponendis, ſiue in orca coniciendis alendiſque liberis à parentibus, figatur hæc lex, Nihil mancum debileque alendum nullo enim pacto uult orbatum ſenſu, membroque aliquo corporis, uſibus humanis neceſſario, ſine pluribus, ali. quod probabat antiquitas, quia hi reip. utiles nullam in partem ſunt (moleſti autem multis modis cæteris) ſed etiā quia illi ipſi nullum uerum fructum uitæ guſtant, conflictantur autem neceſſariò multis miſerijs. Noſtra pietas Chriſtiana hoc non tulit, tantumque concedit monſtra extingui, & partus, qui magis beluæ, quàm hominis ſpeciem referunt.

Propter multitudinem.) Aperit, quid faciendum putet, ut in malis, ab illis, quibus ſoboles nimis creſcat, in illis locis, ubi lege interdictum eſt, ne quis pater alat plures liberos, quàm lex patiatur. neque enim probat expoſitionem uetèremque eorum, qui procreati ſunt: ſed melius eſſe putat, huic malo prius remedium adhibere, & antequam editi in lucem ſint, ipſos extinguere ſi extingui illi dici poſſunt, qui perducuntur in utero matrum, antequàm ſenſus uitæque participes fiant. Concedit igitur abortionem: non omnem tamen, ſed ætatem illam & propinquam, conceptui liberorum: atque id, ut uitentur incommoda, quæ naſcerentur è nimia copia ipſorum. & ſane inſtituit ueterum Græcorum, hoc frequens & uſitatum erat. quod inde etiam perſpicitur, quòd licebat parentibus, editos iam ipſos interimere. Declarat idē locus Ciceronis pro A. Cluentio, qui laudat iudices quoſdam, qui Mileſiam mulierem, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis damnauerant. qui fortaſſe illam magis damnarant, quia mercede id feciſſet, quàm quod cōtra leges commiſiſſet. non enim oportuiſſet tantopere oratorem iudicium illud celebrare, ſi peruulgatum ipſum & cotidianum fuiſſet. Vt autem tolli ſuum ſuum conſtituat Ariſtoteles, doceatque nihil culpæ admiſſuros, qui id quod iubet, fecerint: inquit, uſque ad hunc [illegible] num poſſe id ſine ſcelere fieri: quia ſanctum id eſſe, ſiue non eſſe, ſed nefarium factum, definitum eſt ſenſu ac uita. Non eſt igitur homo fœtus, expers ſenſus atque uitæ: quare qui ipſum diſsipat, non homicida. Non eſt autē certe lectio huius partis duobus locis excuſſa enim liber ab Aldo diſcrepat ab exēplari, quod ſecuta eſt uetus tralatio: nā habet, [illegible], & uō [illegible], una plus tantùm litere, ſed ſenſu ualde diuerſu. & rurſus [illegible], prætereo, non indefinita tempore: & ſententia, quæ neceſſitatem oſtendat, [illegible]. ego, etſi diu multumque dubius in hoc fui, magis tamen probaui uetuſtam illam.

Quia autem.) Monſtrat tempus, quo putat deſiſtendum coniugibus eſſe à procreatione liberorum Cùm enim definierit primam ætatem aptam huic muneri rectè obeundo, quæ in uirginibus eſt, XVIII. annorū: in uiris, XXXVII. uidebatur ipſi ut eſſe pariter, ſiqui terminum aliquem ultimum eidem operi in quam rem nunc incumbit. Neceſſe autem eſſe, finem aliquem ſtatuere procreationi liberorum, inquit. Vt enim nati è nimis iuuenibus, imperfecti ſunt, imbecillumque corpus & conſilium habent. ita procreati è ſenibus, ſunt imbecilli. hic uidetur eſſe ſenſus huius loci: qui tamen non ualde planus eſt, niſi exiſtimemus non idem omnino ualere, [illegible] & [illegible] utitur enim uerbis ipſius Græcis rei explanandæ cauſa: cuius ſanè opinionis non ſum. Explanit autem, de iunioribus matrimonio inter ſe copulatis, loquens, inchoatos filios eorum eſſe & corporibus & animi parte illa, qua utimur in conſilijs capiendis, [illegible] uocata: de ſuſceptis autem à ſenibus tantùm inquit, ipſos eſſe imbecillos. hoc enim aperte ualet, [illegible]. quod uerbum potius oſtendit infirmitatem corporis, quàm animi: nec tamen me latet, [illegible] aliquando appellatam imbecillitatem conſilij: ſed debuit hoc loco apertè loqui, non uti uerbis tranſlatis. Quòd ſi ita locus accipiendus eſt, uideo dum cur non condonet eiuſdem uitij, puerique, laborare imbecillitate conſilij, ut corporis, natos à ſenibus: cum omnes conſentiāt, pueros hoc quoque eſſe ſenes pueris: & non minus qu[illegible]m illi habere, conſilium imbecillum habere. D. ſanè Thomas diſcrimen nullum inter ipſos notat: quod fecit, quia illa uerba, [illegible], de ſenibus prolata eſſe cenſet.

Quare cum etiget.) Aperit magis tempus idoneum huic rei, definitque, ipſum eſſe ætatem quinquagintà annorum, quam quaſi normam quandam elicit à ſuperiore animaduerſione: quod indicat, quod dixit, Quapropter declaratum enim fuerat, oportere firmam ac uegetam eſſe mentem. hac autem potiſſimum ætate contingere affirmat Vt autem facilius hoc probet, utitur teſtimonio Solonis. Is enim fuit, qui diſtinxit ætates numero ſeptenario. Poetam autem ipſum uocauit, quia ualde fuit deditus ſtudio pangendi carminis, non adoleſcens modò, uerùm etiam ſenex. Sed potuit quoque eundem ita uocare, quia hoc elegia quadam ſua Solon ſignificauit cuius plures uerſus leguntur apud Clementem Alexandrinum, Addit aut[illegible] in extremo, cùm prius teſtatus eſſet, non eos penitus ſolidum certumque uſſit, ſed ut ueniret in maiore parte mortalium: ad[illegible] tur, oportere, qui ſuperauerint hanc ætatem ſpatio quatuor uel quinque annorum, penitus ſe abſtinere à ſuſc[illegible] eris, quos alant, & loco filiorum habeant: ut uitetur malum, quod expoſuit.

Reliquo autem.) Non præcepit, ut ex ea die penitus ſibi temperent à coitu, miſcendiſque ſimul corporibus [illegible] atque ut ort quod nunc reſtituatur, ſed tantùm conſilio procreandi reip. liberos, quia eſſent inutiles. Quòd ſi (ut [illegible] ungit) commodum ipſis eſt aliquando hoc facere, alia de cauſa ad id impelli, id eſt, ut ſeruiāt ualetudini: ſiue ob aliud quip[illegible]am [illegible] à proprio munere, ita inter ſe coniugatorum, quod eſt dare operam liberis. Animaduertendum autem eſt, [illegible] noſtru doctorem, in illa etiam ætate Venerem aliquam iuuare corpus. leuat enim manifeſtò ipſum, electo humore ill[illegible] lo[illegible] in quib. copia ipſius collecta eſt. ſed hoc potius iuuare corpus iuuenum uidebatur, quàm ſenum. Quòd autē alias quoque cau[illegible] eſſe poſſe, inquit, huius concubitus, multæ poſſunt eſſe in quibus etiam illa, ut ita ſedentur, ſi quæ forte inter [illegible] uir[illegible] tæ ſint. nam hoc quoque optimum eſſe huius domeſtici mali remedium, ſignificauit Solon qui lege quadam [illegible] a coegit uiros ob id, ut ſaltem ter menſe rem haberent cum uxore: quam tamen neceſſitatem non omnibus impoſuit, uerùm [illegible] tantùm, qui domum duxiſſent hæredem paternorum bonorum: ut, ſi fortè illa putaſſet ſe negligi, cum ſua copia eum delereret

De conſuetudine.) Oſtendit, quomodo ſe gerere uir debeat, cum iam uxorem cepit, in hac ipſa re, de qua ſermo nunc eſt [illegible] eſt in uſu Veneris: abſtinereque ſe ipſum uult ab omni alienatio ne uoluptatis huius capiendæ. Pariter autem in duo [illegible] em[illegible] ra iniuriam, quam ſi fidem uiolaret, uir faceret uxori præceptumque; non par eſſe declarat ambob. temporibus, quare [illegible] pœna afficiendū. Tempora autem ſunt hæc, unū ſcilicet, ſtatim ut uir iunctus eſt hac copula cùm uxore. ſp[illegible] nſi[illegible] facta eſt: alterum, cùm ipſam domum duxit, liberisque operā dare cœpit. Cenſet igitur, uirum improbè facere, ſi poſtquam ſponſus iam appellatus eſt, intelligatur ab uxore alij alij Veneri operam dare. Exiſtimat enim, aditū quoque matrimonij integr[illegible] e[illegible] tere, & ab omni labe uacuū: inutileque putat eſſe, primis illis diebus offendere apud uxorem, aliter [illegible] ac animū ipſius & tamen eorum illam hanc culpam non dignam pœna arbitratur, ſed tantùm, inquit, honeſtum non eſſe hoc committere [illegible] ſte facturum ſponſum, qui penitus ſibi non temperat ab hac iniuria. Alterum tempus eſt, cùm uir iam [illegible] oper[illegible] ſe inceperit. quare ignominia uirū legibus affici iubet, notarique, maiore ipſa, aut minore pro ui naturaque, [illegible] tunc crimen eſt, magiſque odioſum hoc factum meritò uxoribus (putant enim ſe deſpici) ita autem omn[illegible] [illegible] accipiendum puto. nam quod iniſto inquit, [illegible]: fortaſſe non pertinet poſterior hoc ad uxorem inſtruc[illegible]: nec declarat, ipſam quoque ſe abſtinere debere à miſcendo corpore cum alio uiro. Nam præceptum hoc inſtruere uirum

Iam

lam iudico. quod indicant uerba, quæ ſequuntur, uirilis generis ἀνθρώπων, & πόσιν. Significare enim puto turpem & nefariam Venerem, quæ Græcis penè libera & conceſſa erat: additumq; ab auctore ad refellendos illos, qui exiſtimarent ita ſe minimè uxores lædere, neq; matrimonium uiolare, cùm in alio genere libidinis peccent. Declarat hoc, quod in Pharmaceutria Theocriti legitur. ubi enim uenefica illa exponit, ueniſſe ad ſe mulierem, quæ nunciaret ipſi Delphin aliò conuertiſſe animū ſuum; nec tamen compertum ipſi eſſe, cuius generis amor ille foret, inquit, Κὤτε γυναικὸς ἔχει πόθος, ὤτε καὶ ἀνδρός. Nec tamen me fallit uideri cuipiam eſſe Platonem in extremo VI. libro de Legibus aliter de hoc ſentire, qui apertè loquitur, uxorē quoque notandam, quæ conſuetudinem habuerit cum alieno uiro: id quod non repugnat, ut opinor, huic loco.

a Vetus codex habet, ἐὰν ᾖ ἐν τῷ σύμμετρον αὐξανομένων, &c. Vulg. τῷ ἀριθμητὸν αὔξειν. Quidam docti neq; σύμμετρον, neque ἀριθμητὸν in hunc locum recipiunt, ſed reijciunt. ego σύμμετρον retineo, cùm præſertim in libris antiquis reperiatur.

b τὴν συνουσίαν ποιῶνται. al. συνουσίαν, minus rectè.

c διαλαμβάνοντες γὰρ φαίνονται τὰ ἀποτελέσματα τῆς τεκνώσεως, &c. Vulg. τὰ ἀποτελέσματα τῆς ἰσχύος, &c. mendosè.

CAPVT XVII.

NAtis autē filijs putare oportet magnū eſſe diſcrimen ad corporū uires alimētū, quali utantur. Perſpicitur autē attendentibus, quæ fiunt in cæteris animantibus & gentibus, quæ ſtudent inducere bellicum habitū, lactis alimentū copioſum maximè accōmodatū eſſe corporibus: ſine uino aūt, propter morbos. Adhuc autē proſunt & motus, quos tantuli ferre poſſunt. Ne membra aūt diſtorqueantur, propter teneritatem, utuntur & nunc quædam gentes inſtrumentis quibuſdā, à fabris confectis, quæ non ſinunt corpora taliū diſtorqueri. Prodeſt autem ſtatim & contra frigora aſſuefacere à paruis pueris: hoc enim & ad ualetudinē, & ad bellica facta maximè accōmodatum eſt. Quare apud multos barbaros populos mos eſt, his quidem in flumen frigidum infantes mergere: his uerò paruū tegmen inducere, ueluti Celtis. Cuncta enim, quibuſcunque fieri poteſt ut aſſueſcant, ſatius eſt paulatim aſſuefacere. factus autē eſt natura habitus puerorū propter calorem ad frigorum exercitationē. Circa igitur primā prodeſt adhibere curam huiuſcemodi, & huic aſsimilem. Proximā autē huic ætatem uſque ad quinq; annorum, quam nondum ad rem aliquam perdiſcēdam rectum eſt admouere, neq; ad neceſſarios labores, ne corporum auctionē impediant: decet tantam motionem adipiſci, ut fugiat ignauiam corporū, quam opus eſt cōparare & per alia facta & per luſionē. Decet aūt luſiones eſſe neq; illiberales, neq; laborioſas, neq; remiſſas. Et de ſermonib. & fabulis, quales decet audire tantulos curēt præfecti ipſorū, quos uocāt pædonomos: cūcta .n. huiuſcemodi oportet munire uiā poſteriorib. ſtudijs. Quare luſiones multas oportet eſſe imita-

ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ δὲ τῶν τέκνων, οἴεσθαι μεγάλην εἶναι διαφορὰν πρὸς τὴν τῶν σωμάτων δύναμιν, τὴν τροφὴν, ὁποία τις ἂν ᾖ. Φαίνεται δὲ διά τε τῶν ἄλλων ζώων ἐπισκοποῦσι καὶ διὰ τῶν ἐθνῶν, οἷς ἐπιμελές ἐστιν εἰσάγειν τὴν πολεμικὴν ἕξιν, ἡ τοῦ γάλακτος πληθύουσα τροφὴ μάλιστα οἰκεία τοῖς σώμασιν· ἀοινοτέρα δὲ, διὰ τὰ νοσήματα. ἔτι δὲ κινήσεις ὅσας ἐνδέχεται ποιεῖσθαι τηλικούτων συμφέρει· πρὸς δὲ τὸ μὴ διαστρέφεσθαι τὰ μέλη δι᾽ ἁπαλότητα, χρῶνται καὶ νῦν ἔνια τῶν ἐθνῶν ὀργάνοις τισὶ μηχανικοῖς· ἃ τὸ σῶμα ποιεῖ τῶν τοιούτων ἀστραβές. συμφέρει δ᾽ εὐθὺς καὶ πρὸς τὰ ψύχη συνεθίζειν ἐκ μικρῶν παίδων. τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν, καὶ πρὸς πολεμικὰς πράξεις, εὐχρηστότατον. διὸ παρὰ πολλοῖς ἐστὶ τῶν βαρβάρων ἔθος, τοῖς μὲν εἰς ποταμὸν ἀποβάπτειν τὰ γιγνόμενα ψυχρὸν, τοῖς δὲ σκέπασμα μικρὸν ἀμπίσχειν, οἷον Κελτοῖς. πάντα γὰρ ὅσα δυνατὸν ἐθίζειν, εὐθὺς ἀρχομένων βέλτιον μὲν ἐθίζειν, ἐκ προσαγωγῆς δ᾽ ἐθίζειν. εὐφυὴς δ᾽ ἡ τῶν παίδων ἕξις διὰ θερμότητα πρὸς τὴν τῶν ψυχῶν ἄσκησιν. περὶ μὲν οὖν τὴν πρώτην συμφέρει ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν τοιαύτην τε καὶ τὴν ταύτῃ παραπλησίαν. τὴν δ᾽ ἐχομένην ταύτης ἡλικίαν μέχρι πέντε ἐτῶν, ἣν οὔτε πω πρὸς μάθησιν καλῶς ἔχει προσάγειν οὐδεμίαν, οὔτε πρὸς ἀναγκαίους πόνους, ὅπως μὴ τὴν αὔξησιν ἐμποδίζωσι, δεῖ τοσαύτης τυγχάνειν κινήσεως, ὥστε διαφεύγειν τὴν ἀργίαν τῶν σωμάτων· ἣν χρὴ παρασκευάζειν, καὶ δι᾽ ἄλλων πράξεων, καὶ διὰ τῆς παιδιᾶς. δεῖ δὲ καὶ τὰς παιδιὰς εἶναι, μήτε ἀνελευθέρους, μήτε ἐπιπόνους, μήτε ἀνειμένας. καὶ περὶ λόγων δὲ καὶ μύθων, ποίους τινὰς ἀκούειν δεῖ τοὺς τηλικούτους, ἐπιμελὲς ἔστω τοῖς ἄρχουσιν, οὓς καλοῦσι παιδονόμους. πάντα γὰρ δεῖ τὰ τοιαῦτα προοδοποιεῖν πρὸς τὰς ὕστερον διατριβάς. διὸ τὰς παιδιὰς εἶναι δεῖ τὰς πλ-

Liberis autē natis atq; editis, multum intereſſe exiſtimandum eſt ad corporis uires, quo cibo alantur. Apparet autem, ſiquis alias animantes & nationes, quibus cura eſt habitum bello aptum corpori inducere, animo percurrat: lactis naturam exuberantem, eſſe alimentum corporibus maximè accommodatum: ſed quod ſit uini expers, propter morbos. Præterea et tātas agitationes, quantas qui ſunt ea ætate, ferre poſſunt, adhibere prodeſt. Ne autem membra propter teneritatem diſtorqueantur, utuntur etiam nunc nonnullæ nationes machinis quibuſdam & inſtrumentis ſolerter excogitatis: quæ corpus eorum, qui ſunt id ætatis, à peruerſione & diſtortione tuentur. Prodeſt & ſtatim ab ineunte ætate pueros frigoribus aſſueſacere. hoc enim & ad bonā ualetudinem & ad actiones bellicas, utiliſsimum eſt. Quocirca multi barbari hunc morē retinent, alij ut pueros ſimul atq; nati ſunt, in frigidum flumē immergant: alij ut breui integumēto ueſtiant, quod Galli faciūt. Omnib. enim rebus, quibus aſſuefieri poſſunt, ſtatim ab ineunte ætate eos aſſueſacere melius eſt, dummodo ſenſim ac paulatim. facilè autem exerceri poteſt puerorum habitus natura ad frigora perferenda propter calorē. In prima igitur ætate talem diligentiam adhibere, & huic quàm ſimillimam, utile eſt. Huic autem proximæ uſq; ad annos quinque, quam nequedum ad ullam diſciplinam admouere, neque ad neceſſarios labores appellere par eſt, ne incrementum impediant, tantam agitationem conſequi debet, ut corporum ſegnitiem ac deſidiam effugiat: quæ agitatio cùm alijs rebus, tum ludo inducenda & comparanda eſt. Oportet autem ludos neque illiberales neque laborioſos, neque remiſſos ac diſſolutos eſſe. Quales autem ſermones qualeſq; fabellas audire debeant pueri id ætatis, ijs magiſtratibus, qui pueris regendis præfecti ſunt, quos pædonomos Græci dicunt, curæ ſit uidere. Hæc enim omnia debent præcurſionē quandā adhibere, uiámq; munire ad poſteriores uitæ degendæ cōſuetudines & diſputationes. Idcirco & luſiones pleræq; [a] eorum ſtudiorum, quæ poſterius ſerio ab

 eis tra-

imitationes eorũ, quę poſtea ſeriò agũtur. Contentiones autẽ puerorũ & ploratus nõ rectè prohibẽt, qui legibus uetant: proſunt enim auctioni: ſũt enim aliquo modo exercitatio corporibus. ſpiritus nanq; retentio parit uires laborãtibus: quod uſu uenit & pueris, cùm contendũt uocem, ac tenera ſua membra. Obſeruare autẽ debent pædonomi uitam horũ, & alia, & ut quamminimũ cum ſeruis ſint: hanc enim ætatẽ & uſq; ad ſeptẽ annos, neceſſe eſt domi cibum capere. Conſentaneũ igitur eſt reijcere ab auditionibus & ſpectaculis illiberalibus, & tantulos exiſtentes. Penitùs igitur obſcœnitatem uerborũ, ut aliud quippiam, oportet legum latorẽ exterminare: è licẽtia enim quodlibet turpè dicẽdi, prodit & facere, quod propè eſt. maximè igitur ab adoleſcẽtibus, ne aliquid dicant aut audiant huiuſcemodi. Quòd ſi aliquis cognitus fuerit aliquid dicere aut facere illorum quæ uetita ſunt, ingenuum quidẽ, nõdum autem probatũ, qui accũbat in cœnis publicis, ignominijs animaduertere in ipſum ac uerberibus: grandiorem autem hac ætate ignominijs illiberalibus, quia ſe gerit ut mãcipiũ. Quia autem dicere huiuſcemodi aliquid exterminamus, manifeſtũ eſt itidẽ & ſpectare uel picturas, uel fabulas obſcœnas. Diligentiam igitur adhibebũt magiſtratus, ne ſtatua ulla, uel pictura huiuſcemodi factorum ſit imitatio. Niſi apud huiuſcemodi quoſdam deos, quib. lex tribuit etiam laſciuiam: ad hos aũt permittit lex & pro ſemet ipſis, & pro liberis & uxoribus colere deos. Iuniores autẽ, ne ſint ſpectatores iamborum aut comœdię, lege ſtatuẽdũ eſt, antequã ad ætatẽ peruenerint, in qua poteſtas ipſis facta ſit communicandi iam accubatione & temulẽtia: diſciplinaq; reddiderit omnes tutos à detrimento, quod proficiſcitur ab his reb. Nũc igitur aliò properantes de his rebus locuti ſumus: poſtea aũt cũ in hoc ſteterimus, oportet magis explicare, ſiue nõ oportet primũ, ſiue oportet ſtudio ſe quærentes, & quomodo oportet. præſenti aũt tempore mentionẽ fecimus, ut neceſſe erat.

λὰς μιμήσεις τῶν ὕστερον σπουδαζομένων. τὰς δὲ διατάσεις τῶν παίδων καὶ τοὺς κλαυθμοὺς, οὐκ ὀρθῶς ἀπαγορεύουσιν οἱ κωλύοντες ἐν τοῖς νόμοις· συμφέρουσι γὰρ πρὸς αὔξησιν· γίνεται γὰρ τρόπον τινὰ γυμνασία τοῖς σώμασιν. ἡ γὰρ τοῦ πνεύματος κάθεξις ποιεῖ τὴν ἰσχὺν τοῖς πονοῦσιν· ὃ συμβαίνει καὶ τοῖς παιδίοις διατεινομένοις. ἐπισκεπτέον δὲ τοῖς παιδονόμοις τήν τε τούτων διαγωγὴν καὶ τήν τ' ἄλλην, καὶ ὅπως ὅτι ἥκιστα μετὰ δούλων ἔσται· ταύτην γὰρ τὴν ἡλικίαν, καὶ μέχρι τῶν ἑπτὰ ἐτῶν, ἀναγκαῖον οἴκοι τὴν τροφὴν ἔχειν. εὔλογον οὖν ἀπολαύειν ἀπὸ τῶν ἀκουσμάτων καὶ τῶν ὁραμάτων ἀνελευθερίας, καὶ τηλικούτους ὄντας. ὅλως μὲν οὖν αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ ἄλλο τι, δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν· ἐκ τοῦ γὰρ εὐχερῶς λέγειν ὁτιοῦν τῶν αἰσχρῶν, γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν σύνεγγυς. μάλιστα μὲν οὖν ἐκ τῶν νέων, ὅπως μήτε λέγωσι, μήτε ἀκούωσι μηδὲν τοιοῦτον. ἐὰν δέ τις φαίνηταί τι λέγων ἢ πράττων τῶν ἀπηγορευμένων, τὸν μὲν ἐλεύθερον, μήπω δὲ κατακλίσεως ἠξιωμένον ἐν τοῖς συσσιτίοις, ἀτιμίαις κολάζειν καὶ πληγαῖς· τὸν δὲ πρεσβύτερον τῆς ἡλικίας ταύτης ἀτιμίαις ἀνελευθέροις, ἀνδραποδωδίας χάριν. ἐπεὶ δὲ τὸ λέγειν τι τῶν τοιούτων ἐξορίζομεν, φανερὸν ὅτι καὶ τὸ θεωρεῖν, ἢ γραφὰς, ἢ λόγους ἀσχήμονας. ἐπιμελὲς μὲν οὖν ἔστω τοῖς ἄρχουσι μηθὲν, μήτε ἄγαλμα, μήτε γραφὴν εἶναι τοιούτων πράξεων μίμησιν. εἰ μὴ παρά τισι θεοῖς τοιούτοις, οἷς καὶ τὸν τωθασμὸν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος. πρὸς δὲ τούτοις ἀφίησιν ὁ νόμος τοὺς ἔχοντας ἡλικίαν πλέον προήκουσαν, καὶ ὑπὲρ αὑτῶν καὶ τέκνων καὶ γυναικῶν τιμαλφεῖν τοὺς θεούς. τοὺς δὲ νεωτέρους, οὔτ' ἰάμβων, οὔτε κωμῳδίας θεατὰς νομοθετητέον, πρὶν ἢ τὴν ἡλικίαν λάβωσιν, ἐν ᾗ καὶ κατακλίσεως ὑπάρξει κοινωνεῖν ἤδη, καὶ μέθης· καὶ τῆς ἀπὸ τῶν τοιούτων γιγνομένης βλάβης ἀπαθεῖς ἡ παιδεία ποιήσει πάντας. νῦν μὲν οὖν τοῦτον ἐν παραδρομῇ πεποιήμεθα τὸν λόγον· ὕστερον δ' ἐπιστήσαντας δεῖ διορίσαι μᾶλλον, εἴτε μὴ δεῖ πρῶτον, εἴτε δεῖ διαπορήσαντας, καὶ πῶς δεῖ. κατὰ δὲ τὸν παρόντα καιρὸν, ἐμνήσθημεν ὡς ἀναγκαῖον.

eis tractabuntur, imitationes eſſe debẽt. Vocis autem contentionibus & plorationibus non rectè pueris interdicunt, qui legibus eos uocem contendere & plorare uetant. nam ualent hæc ad incrementum. ſunt enim corporibus exercitationum loco. Nam ſpiritus & animæ compreſſio ijs, qui in aliquo labore uerſantur, uires ſuppeditat atque amplificat. quod & pueris uocem contendentibus accidit. Debent porrò ij, qui pueris moderandis præfecti ſunt, cum aliam horum uitæ degendæ conſuetudinem attendere, tum maxime operam dare, ut quàm minime cum ſeruis uerſentur. huic enim ætati etiam uſque ad annos ſeptem neceſſario domi uictus ſubminiſtratur. Ratio igitur poſtulat, ut, qui hac ætate ſunt, ab auditionibus & ſpectaculis illiberalibus longè arceantur. Cum igitur uniuerſe ſcriptor legum uerborum obſcenitatem ex ciuitate, ſiquid aliud, eijcere debeat: (ex eo enim quòd aliquis, quodcunque uerbum turpe in buccam ueniat, facilè proloquatur, naſcitur proxime ut faciat) tum maxime à puerorum auribus oculisq; remouere, ne quid tale uel loquantur uel audiant. Quod ſi quis comperiatur aliquem eorum, quæ legibus uetita ſunt, aut dicere aut agere, niſi liber ſit quidem ille, ſed nondum dignus qui in conuiuijs publicis interſit, habitus ſit, & ignominia afficiendus, & uerberibus caſtigandus eſt. ſin ſit hac ætate ſuperior, ignominijs illiberalibus coercendus eſt, propterea quòd ſe ſeruorum ſimilem moribus præbuerit. Quoniam autem tale aliquid proloqui uetamus, perſpicuum eſt etiam picturas & fabulas indecoras ac deformes ſpectare per nos non licere. Dent igitur operã magiſtratus, ne qua ſit uel ſtatua uel tabula picta, quæ tales actiones imitetur: niſi forte in templis quorundam talium deorum, quibus lex iocationem atque irriſionem ubobſcenam attribuit. Verũtamen hos deos permittit lex ijs, qui paulo ſunt ætate prouectiores, & pro ſe, & pro liberis, & pro uxoribus uenerari & omni cultus genere mactare. Iunioribus uero neq; iãbos neq; comœdias ſpectare ulla lege permitti debet, priuſquam eam ætatẽ attigerint, in qua & eis accubationis atq; ebrietatis cõſortibus licebit eſſe: & eos omnes à noxa ex his talibus proficiſcente incolumes atq; integros diſciplina ſeruabit. Nunc igitur hunc ſermonem curſim habuimus: poſterius autem attentius erit conſiderandum, pluribusq; uerbis explicandum, quærentibus primùm, utrum minime ſit faciendum, an ſit faciendum: deinde quomodo faciendum. In præſentia autem neceſſariò his de rebus mentionem nonnullam fecimus.

For-

erat. Fortaſſe enim nõ malè dicebat huiuſcemodi quiddam Theodor⁹, tragœdię actor: nulli enim unquã concedebat, ut ante ſe in ſcenã exiret, ne humili quidẽ hiſtrioni, ut conciliatis theatris primis auditionibus. Contingit autẽ idẽ hoc & erga cõſuetudines hominũ, & erga itidẽ rerum: cuncta enim prima magis amamus. Quare op⁹ eſt adoleſcentibus omnia efficere aliena, quæ culpæ alicui affinia ſunt: maximè autem è numero ipſorũ, quæcunq; continent in ſe ſcelus aut odiũ. Cùm tranſierint aũt quinq; anni, duob. uſq; ad ſeptem, oportet eos iam ſpectatores eſſe rerum, quas oportebit perdiſcere ipſos. Duæ autem ſunt ætates, ad quas neceſſe eſt diuiſam eſſe diſciplinam, poſt illã, quæ incipit à ſeptem uſque ad pubertatem: & rurſus poſt eam, quę à pubertate uſq; ad unũ ac uigeſimũ annum. qui enim ſeptenario numero diuidunt ætates, ferè non rectè dicunt. Decet aũt ſequi naturę diuiſionem: omnis enim ars & diſciplina nititur, qđ deeſt in natura explere. Primũ igitur cõſiderandũ eſt, deceátne ordinem aliquem conſtituere circa pueros. deinde utrũ conducit publicè ſuſcipere curã de ipſis, uel priuatim: quod fit & nũc in plurib. ciuitatibus: tertiò aũt, qualem oportet eſſe hanc.

ἴσως γὰρ οὐ κακῶς ἔλεγε τὸ τοιοῦτον Θεόδωρος ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής· οὐθενὶ γὰρ πώποτε παρῆκεν ἑαυτοῦ προεισάγειν, οὐδὲ τῶν εὐτελῶν ὑποκριτῶν, ὡς οἰκειουμένων τῶν θεατῶν ταῖς πρώταις ἀκοαῖς. συμβαίνει δὲ ταυτὸ τοῦτο καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀνθρώπων ὁμιλίας, καὶ πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων. πάντα γὰρ στέργομεν τὰ πρῶτα μᾶλλον. διὸ δεῖ τοῖς νέοις πάντα ποιεῖν ξένα τὰ φαῦλα, μάλιστα δ᾽ αὐτῶν, ὅσα ἔχει ἢ μοχθηρίαν, ἢ δυσμένειαν. διελθόντων δὲ τῶν πέντε ἐτῶν, τὰ δύο μέχρι τῶν ἑπτὰ δεῖ θεωροὺς ἤδη γίγνεσθαι τῶν μαθήσεων, ἃς δεήσει μανθάνειν αὐτούς. δύο δ᾽ εἰσὶν ἡλικίαι, πρὸς ἃς ἀναγκαῖον διῃρῆσθαι τὴν παιδείαν, μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἑπτὰ μέχρι ἥβης. καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἀφ᾽ ἥβης μέχρι τῶν ἑνὸς καὶ εἴκοσιν ἐτῶν· οἱ γὰρ ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντες τὰς ἡλικίας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λέγουσιν οὐ καλῶς. δεῖ δὲ τῇ διαιρέσει τῆς φύσεως ἐπακολουθεῖν· πᾶσα γὰρ τέχνη καὶ παιδεία τὸ προσλεῖπον βούλεται τῆς φύσεως ἀναπληροῦν. πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, εἰ ποιητέον τάξιν τινὰ περὶ τοὺς παῖδας. ἔπειτα πότερον συμφέρει κοινῇ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν, ἢ κατ᾽ ἴδιον τρόπον· ὃ γίνεται καὶ νῦν ἐν ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων· τρίτον δὲ ποίαν τινὰ δεῖ ταύτην.

Fortaſſe enim Theodorus tragœdus non male tale quiddam dicebat. nullum enim unquam, ne contemptum quidem hiſtrionem paſſus eſt ante ſe in ſcenam prodire: quòd exiſtimaret ſpectatorum aures, quæ prima audiũt, captas occupari. Quod idem uſu uenit & in hominum congreſſionibus, & in rerum tractationibus. Nam quæ prima nobis oblata ſunt, ea omnia ſunt nobis probatiſſima. Quare adoleſcẽtibus, cum mala ac uitioſa omnia ita debent eſſe incognita, quaſi peregrina: tum ea maximè, in quibus ineſt uel turpitudo, uel animi offenſio. Annis autem quinque exactis, biennium uſque ad annum ſeptimum confectum, debent iam diſciplinarum earum, quas eos diſcere oportebit, fieri ſpectatores. Duæ porrò ſunt ætates, ad quas neceſſario inſtitutio diuidenda eſt: altera ab anno ſeptimo ad pubertatem, altera rurſum a pubertate uſq; ad primum & uiceſimum annum. Nam qui ætates per hebdomadas partiuntur, magnam partem non rectè dicunt. ſequenda uero natura diuiſio eſt. Vult enim omnis ars omniſq; doctrina id, quod natura deeſt, ſupplere. Primum igitur uidendũ eſt, ſitne in puerorum inſtitutione aliqua ordinis deſcriptio adhibenda: deinde, utrum eorum inſtitutionis procuratio, publica, an priuata eſſe debeat pro cuiuſque arbitrio & modo: quod etiam nunc in pleriſque ciuitatibus fieri ſolet: tertio loco, qualem eſſe oporteat.

COMMENTARIVS.

Natis autem filijs.) Præcipit nunc, quomodo alendi ſint pueri, ut firmo corpore ſint, aptique, cùm creuerint, laboribus militaribus tolerandis. Incipit autem ab infantia, quæ tenera ætas quomodo alatur, magni referre putat ad firmandum corpus, ſolidumque poſtea faciendum: contra nonnullorum fortaſſe ſententiam, qui arbitrarentur, nullius ponderis hoc eſſe ad tam remotam ætatem muniendam. Ipſe autẽ contrà exiſtimat, iacienda eſſe fundamenta ualida huius publici boni. ci [illegible] enim dicat, Ad corporum uires roburque: non intellexit corpuſcula illa infantium, in quibus nec manere robur uerum poteſt, nec, ſi extiterit illic, fructum ullum ferre. Laudat autem copioſum lactis uſum, exemplo ducto à cæteris animantibus, & à moribus inſtitutiſque populorum, qui toti dediti ſunt militiæ. beluæ namque non ceſſant natis lac præbere naturæ inſtinctu, donec adulti ſint. quod ſeruant etiam gentes, quas dixit. Quia autem uinum & ipſum robur corpori adfert, reficitque à omnio labore, nequis putaret obijci etiam debere infantibus: tollit hoc, oſtendens graues inde morbos & perjculoſos naſci. quod ſeruatur etiam diligenter in noſtris moribus, quippe cùm, quantum fieri poteſt, caueatur, ne nutrices merum potent, modicoque, etiam temperato aqua utantur. Si uerum autem eſt, quod ab Ariſtomacho Athenienſi dicebatur, ferente in cœlũ ſummis laudibus cytiſum, ſi nutricibus, in defectu lactis, aridus præbitus fuerit, atque in aqua decoctus, potuiq; cũ uino iiſdẽ datus, fore ut firmiores celſioreſq; infantes ſint: deberet in magno honore eſſe, præcipueq; iuuaret uſus ipſius cõſiliũ noſtri auctoris. nã quin pabulum hoc magnã copiã lactis gignat, dubitandũ nõ eſt, cùm hoc uno ore affirment & medici ueteres oẽs & poetæ.

Adhuc autem.) Cùm oſtendiſſet, quali cibo infantes alendi ſint: tradit nunc, quæ ad firmandum ipſorum corpus, rectumque conſeruandum faciant. Quantum autem prodeſſe putet corporis exercitationes, hoc perſpicitur: cùm infantes etiã tantillos, quorum infirmum teneruſque ipſorum corpus patitur, exerceri uelit uerùm quia ambulare nequeunt, iubet, ut ipſis adhibeantur motus tot tantique, quod res poſtulat. ita enim, ſi quid eſt noxij humoris in corporibus eorum diſſipabitur, & calor proprius excitabitur, qui etiam ipſe ualde iuuat in omni ætate. Cùm ſit igitur conſuetudo matrum nutricumq;, cunas, in quibus infantes ſint, agitare, præſertim cum ipſos ſopire uolunt: exiſtimandum eſt, hoc olim inſtitutum fuiſſe non ſolum conciliandi ſomnum cauſa, uerum etiam, ut motu hoc fieret, quod proficiſci ab eo tradit optimus magiſter. Sequitur expoſitio remedij, quod adhiberent quædam gentes, ne membra puerorum diſtorquerentur, quia tenera ualde ſunt narrat enim, ipſas uti ſolitas inſtrumẽto quodã, ad hanc rem facto à fabro, quod uim hanc habat, faciatque ne crura mollia ipſorũ torqueantur. Sunt etiã in uſu horũ tẽporũ inſtrumenta hæc è ferro, quæ admouentur cruribus puerorũ, non omniũ ſed eorũ tantũ, qui diſtorta habere cœperunt, ad ipſa emendanda & dirigenda. uocabantur autem Latinè Serperaſtra, ut teſtatur M. Varro.

Prodeſt autem.) Admonet, ut ſtatim, primo inquam illo tempore uitæ, cùm parui pueri atiamnunc ſunt, aſſueſcant frigoribus perpetiendis: idque prodeſſe multum affirmat ad reliquam ætatem ab immoderatis illis defendendam, quæ ſi frigora corpus offenderent magis, morboſq; graues importarent, ſi noua, neque unquam antea guſtata, uenirent. Ad bellica etiã ſtudia id accommodatum affirmat, in quibus neceſſe eſt multis modis ipſa fortiter tolerare. Vt autem hoc probet, tangit morẽ multarum barbararum gentium, quæ olim incumbebant in hanc curam. Duobus autem inſtitutis ipſarum hoc declarat, quibus utitur tanquam ſignis. Prius eorum eſt, quòd narrat, quoſdam populos ſolitos ſtatim, ut orti ſunt, natos in frigidum

flumen mergere: alterũ autẽ aliorum nonnullorũ, in quibus ſunt Celtæ, quos cõmemorat, tenui panno, operimentoue corporis celli, tegere corpora liberorum: ita enim neceſſariò contra frigus futuri tẽporis muniuntur. Prioris moris meminit Virgilius, ubi facit Numanum, celebrantẽ firmitatem corporis Italorum, diſciplinamq́; ſuæ gentis, dicere:

Durum a ſtirpe genus, natos ad flumina primum Deferimus, ſæuoq́; gelu duramus & undis.

Confirmat autem, quod modò præcepit, addens: Præſtare ſtatim incumbere in ea ſtudia, à primisq́; annis incipere illis operam dare, quæ neceſſariò poſtea ſequeranda ſunt: ſed tamen, quia non omnia uſu meditationeq́; percipiuntur, hæc recipit, quod in libris etiam de Moribus, exemplo poſito, ſignificauit. Quomodo enim poſſet aliquis ſine cibo uitam ducere, quamuis multum ſtuduiſſet hoc rei, aut exercitatione magna impetrare, ut uolaret? hæc enim huiuſcemodiq́; multa ſunt, quæ intellexit. Oſtendit etiam, quo modo aſſuefieri debeamus illis rebus melius efficiendis, quæ obtinere ualemus, ſi meditati fuerimus: iubetq́; nos paulatim, non ſubitò in ipſas incumbere, ſemperq́; addere aliquid iam parto à nobis cura & diligentia præterita. hoc enim ualet. ... Adiungit quoque, quod facit ad idem comprobandum, habitum corporis infantium, propter calorem ſuum propriumq́; eius ætatis, factum eſſe ad frigus medicandum, corpusq́; ad ipſum euerrendum.

Circa igitur.) Significat ſe tradidiſſe, quæ faciant ad primam ætatem ornandam, & futuris temporibus cum laude traducendis, magnaq́; utilitate reip. parandam: & ſi qua reſtant, quæ uim eandẽ habeant, diligenterq́; ipſis admota, eaſdẽ idem præſtare: huiuſcemodi eſſe affirmat, & non magno negotio excogitari poſſe.

Proximam autem.) In quibus motibus corporis, exercitationibusq́; tenenda ſit conſequens ætas, & à quibus cohibenda, declarat. Vt autẽ primam ſpatio duorum annorũ definiri docuit, ita hanc trium. terminus igitur ipſius erit quintus annus abſolutus. Oportere igitur, inquit, hanc ætatem exerceri motu corporis tanto, quantus requiritur ad uitandã ſegnitiem atq; ignauiam, quam omnino opus eſt ab omni, quamuis tenui & molli corpore depellere: ſed rationibus illis motibusq́;, qui conueniunt tam infirmis uiribus. Antequam autem oſtendat, qui potiſsimum hi ſint, cauſam affert, cur non iubeat hanc ætatem literis erudiri, atteuá aliqua ingenua ad diſciplinas imbui, & duriocibus etiam laboribus admoueri, malo patefacto, quod inde naſceretur: grauarentur enim animi ipſorum, ſi cogerentur diſcere aliquid, & labores illi magni incrementũ corporis impedirent. Motum autem eum uitã mandat admoueri ipſis, & alijs quibuſdam factis, in quibus leniter teneantur, & luſionibus: quas etiam luſiones aperit quales probet, oſtendens quæ fugiendæ ſint. Primum enim tollit ſeruiles & libero homine indignas: deinde duras & laborioſas: tertium genus ipſarum, quas damnat, ſunt contrariæ his, id eſt remiſſæ nimis, etq́; eneruatæ.

Et de ſermonibus.) Notum eſt, paruos pueros uehementer capi auditione fabularum, conſueſſeq́; matres & nutrices in eis ipſos oblectare. Cum autem non omnes eodem pacto ipſis accommodatæ ſint, quæ potiſsimum adhiberi debeant, inquit, animaduerſurum magiſtratum eum, qui regit ætatem hanc, unde ... uocatur. Mandat igitur curæ ipſorum hanc quoq; rem, & tamen declarat ipſe cuius potiſsimum generis illæ debeant eſſe: in uniuerſum affirmans, cuncta puerilia ipſorum ſtudia patefacere aditum debere ad ea, quæ poſtea ab ipſis tractanda ſint, & quaſi leuiter eos in illis erudire, ne cùm tempus uenerit eorum gerendorũ, noui penitus & quaſi hoſpites in ipſis ſint. Quod tum intelligat quantopere proſit. præcipit etiam, ut luſiones & oblectamenta puerorum ſint imitationes & ſimulacra rerum, quæ matura ætate ab ipſis ſeriò fieri debent.

Contentiones autem.) Inſimulat quoſdã, ualdeq́; eos peccaſſe docet, qui uetabant legibus ſuis, quod potius laudare debebant, id eſt contentiones uocis ploratusq́; puerorũ: falſo putantes, hos niſus eſſe detrimentoſos, cùm, ut ducet ipſe, potius iuuarẽ incremẽtum corporis. eſſe namq́; dicit cunctus illos exercitationis quoddam genus. Quomodo autem efficiatur quod dixit, declarat, adiungens: Spiritus enim contentio uires gignit in corporibus eorum, qui magno cum labore aliquid faciunt: id eſt, aut onus ferunt, aut infligere plagam alicui uolunt. idem igitur uſu uenire, inquit, pueris in contentionibus illis, ut ſcilicet, uirium aliquid eo pacto imbecillo ſuo corpori comparent, unde ipſum creſcat. Quod hic tradit de ſpiritu, qui continetur: idem uſu uenire affirmat iiſdem penè uerbis in 11. libro de Ortu animantium: uires, inquam, huiuſ conatum corporibus admouere.

Obſeruare autem.) Tradit, magiſtratum eundem diligenter obſeruare debere conſuetudines puerorum, & cum quibus familiariter uerſentur, in primisq́ue arceat ab illis ſeruos. quare autem hoc tam ſedulò præcipiat, teſtatur dicens: Cùm enim ipſos neceſſe ſit uſq; ad ſeptimum annum domi ali, periculũ eſt, ne tenerũ eorũ animũ inficiãtur: ſi libarè in ipſos inſuſurrare mancipia potuerint, quæ & ipſa illic aſsidua ſunt. Iaquit igitur, id malum depellare ida uolens, iuſtumq́; hunc rimorẽ eſſe docere. Conſentaneum eſſe, pueros etiam puſillos, et penè infantulos, hauſturos eſſe aliquid ex auditionibus ſeruorum, factiſq́; illiberalibus, quæ uiderint paſsim ab ipſis geri. Chæreæ Terentiani accõmodatiũ exemplum eſt huius optimi documenti, cùm ipſa ſtudioq́; Parmenonis egeret ſuo ille in amore ſubito, quam operã ipſi pollicitus fuerat olim impurus ſeruus: egerat enim ita ſæpè cum eo, ut narrat: *Chærea, aliquid inueni modo, quod amem, in ea re utilitatem ego faciam, ut cognoſcas meam.*

Penitus igitur.) Complectitur paucis omnia, quæ putat uetanda, tanquam obſtantia bonis moribus, & magnam labem in ciuitatem importantia. Ne igitur, inquit, cuncta flagitia perſequar, uno uerbo decet legum latorẽ, omnem turpitudinem uerborum è ciuitate ejicere, nec pati ueſtigiũ aliquod ipſius in ea reſtare. Quod uerò addidit, ..., ne expreſſit quid illud eſſet: intellexit omnem rem aliam, quæ apertè uim poteſtatemque magnam haberet nocendi reipublicæ. Cauſam etiam attulit ſuæ tantæ ſeueritatis his uerbis: Qui enim aſſueti ſunt liberè omnia, quæ turpia obſcœnaq; ſunt, dicere, non metuunt etiam illa facere: inde enim oriuntur improba facta, quæ ſanè uerbis flagitij plenis, ut narrat, uicina ſunt. unde etiam ſapientes uir affirmamus, orationem eſſe ſimulachrum atque effigiem factorum. In primis autem præcipit in adoleſcentibus hoc cuſtodire, ne aut dicant aut audiant quippiam, quod ſimilitudinem aliquam habeat huius culpæ.

Quod ſi aliquis.) Qui non pareant his legibus, pœnis coercendos eſſe ducit: ut & ipſi, ſi fieri poteſt, emendentur, & ne exemplo ſint alijs peccandi. oſtendit autem, quibus potiſsimùm pœnis caſtigandi ſint. Liberum igitur hominem, & qui adhuc cõſecutus non ſit gradum hunc honoris, ut accumbat in publicis mẽſis propter ætatem, particepsq́; illarum epularũ ſit, iubet ignominia aliqua & uerberibus puniri: qui uir autem iam ſit, ac non paruo ſpatio ſuperauerit ætatem indicatam, ignominijs opprimere aſſiri exiſtimat ſeruilibus, quia colit uitã potius ſerui hominis, quàm liberi propriam. Non ſolùm autem ætas paru impediebat, ne aliquis peruenire ad menſas illas: uerum etiam alia quædã uirtutis facta, quæ aliquis adhuc non præſtitiſſet.

Quia autem.) Vrget adhuc magis hunc locum, dicens, dubitari non poſſe, quia oporteat interdici adoleſcentibus omni aut aſpectatione aut auditione rerum laſciuarum, & quæ poſſunt excitare animos illorũ infirmos ad aliquid turpiter faciendum. Vetat igitur ipſos eſſe ſpectatores aut picturarum aut fabularum in theatro impudicarum, & quæ habeant in ſe deformitatem aliquã. Quare, ut omnis occaſio huius mali auferatur, ſuadet magiſtratibus, ut uideant, ne ſtatua aut pictura ulla exiſtat in ciuitate, quæ ſit imago & imitatio turpium factorum, curentq́; diligenter, ut omnes huiuſcemodi res inde amoueantur. Vt autem ad eundem Chæream reuertar, cùm ille flagraret amore, & in domu meretricia foret: tamen fatetur ſibi animum auctum ad uitium uirgini afferendum à tabola picta, quam illic ſpectauit.

Niſi apud.) Concedit, ut formæ & ſimulacra horum teneriorum molliumq́; factorum relinquantur in fanis eorũ deorum, qui putantur à mortalibus his factis præeſſe: non quia hoc auctor probet, rectumq́; exiſtimet, ſed quia ſcit impetrari non poſſe ut tollantur. quæ namque religioni conſecrata ſunt, quamuis praua, non facilè è pectoribus hominũ uetirpantur. His igitur laſciuis dijs tradit, legem etiam tribuere licentiam uerborum & petulantiam. id eſt, ut qui uerſantur in eorum ſacris, liberè quibus uoluerint maledicant, & omne conuiciorum genus in eos iaciant. Vocabantur autem ipſos phallos & ithyphallos, & qui imitatores horum inſtitutorum erant, formaſq́; eorum deorum in theatrum ferebant, appellabantur ... Athenæus in XIIII. libro de his copioſe locutus eſt, qui etiam in extremo ſermone de illis, uſus eſt uerbo, quo hic Ariſtoteles. loquitur enim ... notum autem eſt, hũc noſtrum meminiſſe impudicorum poematum in libro, quem ipſius habemus de Arte poetarum. Addit autem hic, apud hos

permitte-

permitteret legẽ, ut ætas maturior uoce nũcupet pro ſua ſalute, & pro liberorũ ſuá atq; uxorũ, & omni honore ipſos afficiat.

Iuniores autem.) Vt docuit, legẽ poteſtatẽ facere ætati iam corroboratæ, ut colat eos deos, quos indicauit: ita ſple reijcit iuniorem ipſã ab omni ſpectaculo, auditioneq; molli & laſciua, & quæ poſſet mores eorum deprauare. Cùm autem perpetuum hoc eſſe non debeat, extremum mõſtrat huius ſeueritatis: expectariq; tempus debere affirmat, quo ipſi facultas detur accumbendi in conuiuio, & temulentiæ deguſtandæ. quod tempus cum uenerit, ut hæc quæ liberiora ſunt ipſi conceduntur: ita eidem tribui debere putat, ut ſpectent comœdias. Cuius rei cauſa eſt, quòd cùm imbuti ſint diſciplina publica, tuti uidetur ab omni labe detrimentoq;, quod important poemata tenera. Ita prorſus puto hunc locum accipiendum: & ut accubationem, ita quoq; ebrietatem exiſtimo moribus Græcorum conceſſam fuiſſe illi ætati, quam ſignificat, & eandem meritò pluribus de cauſis uetitam, etiamq; poeſis: neq; in declarandis ſententijs antiquorum ſcriptorum, neceſſe ſemper eſt inſtituta noſtra attendere, ad ipſaq; omnia referre, cùm ualde mutata ſint. Quis enim neſcit, non adeò probroſam exiſtimaſſe Græcos, politicos etiam & graues uiros, temulentiã, ut nos Itali facimus? Omnia igitur hæc quæ ponit, ſunt quaſi ſigna quædam temporis eius, quo uult iam licere adoleſcentib. ſpectare in theatro, & laſciua illa poemata & comœdias: id eſt, cũ iam permiſſum fuerit illi ætati, ut accumbant in lectulis, cibum ſumentes cum parentibus, & largius potent: & ut diſciplinæ acceptæ, nihil inde mali accipere poſſint, muniti ipſa. Cùm autem interdicat pueris comœdia, puto Ariſtotelem ſignificare priſcã illam comœdiam, quæ plena flagitiorũ erat, maledictorumq; in honeſtos etiã ac moderatos uiros: non nouã, qualis Menandri, Apollodori, Diphili fuit, quæ aut nondũ extabat, aut ipſius ætate in lucem uenit. Percauit autem manifeſtò Horatius, qui appellãs antiquæ huius comœdiæ auctores dixit illos ſolitos notare uexareq; contumelijs, qui digni forent, qui deſcriberentur, cùm paſſim innocentes & probos uiros læderent, nec dijs etiam parcerent: tum Ariſtophanes totã comœdiam in ſanctiſſimum uirum Socratem duxerit. Menandri aũt fabulæ caſtæ erant, & ab omni flagitio uacuæ, quod Plutarchi, grauiſſimi in primis auctoris, teſtimonio cognoſcitur, qui in collatione duorum horum comicorum diuerſi generis, ut alterum inſimulat, & magnis uitijs affinem eſſe declarat: ita Menandrum probat, & ſummis laudibus in cœlum fert. Cùm aũt iambi poematis genus, proprium maledictorũ exiſtimentur, & quo ſolitum conuicia in aliquos iacianrur: tamen uidetur ea hoc loco elici, iouentos etiã, in quibus forent ſententiæ laſciuæ atq; impudicæ: niſi aliquis putet, improbaſſe ipſos quoque auctorem, ut comœdias, quia dum inurerent aliquibus turpes notas, ipſorumq; ſcelera aperirent, obeſſe ualde poſſent puris integriſq; animis puerorum. Nos certè, cùm quempiam oſtendere uolumus, patrio noſtro ſermone ludere aſſociari, dicere conſueuimus ipſum uolare il giambo: hinc ducta uoce, cùm ſit notum, adiungere nos nominibus, quæ ab hac uocali incipiunt, literam g. Duxit autem multa uerba noſter à uetere Græcorum ſermone, quorum etiam quædam ſunt in uſu multitudinis, ac ualde uulgaria, ut aliàs exempla poſitis teſtatus ſum. Sed, quod paulò ſuprà uocatum fuit [illegible]: unde nos cognomine uocamus eum, qui uitio hoc crurum laborat, quod ſignificat Ariſtoteles. appellamus enim Stramba.

Hunc igitur.) Cùm attigerit hanc quæſtionem, quæ non eſt propria huius loci (neq; enim tempus adhuc uenit differendi de inſtitutione liberorũ) nec tamen eam abſoluerit: fatetur ſe digreſſum è propoſito, ſimulque oſtendit ſuo loco ipſam allaturum, pleneque perſecuturum: ſed etiam rationem aperit, quam tenere uult, cùm incumbet in hanc rem. Prius enim oſtendit, ſe quæſiturum, oporteatne publicè ſuſcipere hanc curam, ſeduloque pueritiam inſtituere, an non laborare de hoc & tùm patefactum fuerit, rectum hoc eſſe, oportereque diſciplina probata adoleſcentiam erudiri, pollicetur ſe declaraturum, quã uocam utilemque putet. hoc autem ipſo tempore tradit ſe meminiſſe ipſius tantùm, ut neceſſariæ.

Fortaſſe enim.) Valet hoc ad confirmandum, quod ſuprà præcepit, oportere pueros abſtinere ab omni ſpectatione & auditione rerum laſciuarum: quia firmè hærẽt animis, quæ prima audiuntur, capiuntq; ipſa ualde nos. Vtitur autẽ iudicio Theodori, nobilis tragœdi, qui non patiebatur actorem quempiam fabularum in theatrum induci ante ſe, fabulam recitaturum, quamuis humilem & nullius exiſtimationis præ ſe, illum eſſe intelligeret. hoc autem faciebat, quia exiſtimabat ſpectatores primis illis auditionibus, quas accepiſſent, beneuolos iam familiareſque factos, non facilè ullam aliam, quamuis meliorem, probaturos eſſe. [illegible] uidetur ualere, in ſcenam uenire ante ſe: ut [illegible] prolatum ſit pro [illegible], non permittebat alicui, qui hoc à ſe peteret, non ſinebat quempiam, cùm multum gratia ualeret, hoc impetrare à magiſtratu. [illegible] dixit pro [illegible], ut M. Cicero Theatra tota reclamant.

Coniugia autem.) Accommodat ſenſum opinionemq; ipſius ſuæ rationi, tradens idem uſu uenire in colloquijs hominum atque factis: homines enim ſolere, affirmat, cuncta quæ prima ad eos peruenerint, magis amare, magiſque cara habere. Quare concludit, non eſſe cunctandum, omniaq; quæ culpam aliquam in ſe continuerint, remouere ab oculis adoleſcentium, præſertim autem quæ ſceleri affinia ſunt, odioque ab omnibus habentur.

Cùm tranſierint.) Oſtendit quid facere oporteat pueros duobus conſequentib. annis, cùm iam quinq; præterierint, quæ tertia eſt ætas quã, ut potaſt, inſtruit. Vt aũt ſecundam ſedulò arcuit à ſpectandis rebus, quæ obeſſent: ita cõtrà tertiã hanc exiſtimat oportere iam uiſere ſpectareq; ea, in quib. poſtea firma facta exerceri debet. Vt enim citus illorũ aſpectus allexiſſet teneros animos ad ea amanda, quod pernicioſum fuiſſet: ita horũ animaduerſio amorem eorũ ſtudioſiſſime ſerit in illorum pectora, in quibus ſtudijs poſtea uerſari debent. Hinc igitur quoq; cognoſcitur, quantã uim habere putet optimus magiſter aſpectationẽ rerũ aliquarũ ad animos puerorũ aut inficiendos aut ornandos. Nam ſtudia quæ intelligit [illegible], uocat, quia illa ab adoleſcentib. perdiſcuntur: ſunt ferè rudimenta rei bellicæ, & exercitationes in armis tractandis, & laborib. ſuſtinendis, quorũ magnam partem in palæſtra diſcebãt, illa etiã tetigit Virgilius eodem illo in loco, quẽ ſuprà indicaui, cùm cecinit:

Venatu inuigilant pueri, ſyluaſq; fatigant Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.

Plato quoque in VII. de Republica affirmat, ducendos eſſe eadem de cauſa pueros ad bellum, impoſitos equis: & ſi hoc obtineri tutò poteſt, admouendos loco, ubi pugnatur, ut guſtent ſanguinem, tanquam catuli.

Duæ autem ſunt.) Venit iam tempus dicendi de diſciplina, qua pueri expoliri debeant. nam duobus proximè antecedentibus annis potius ſpectatores illos eſſe uoluit eorum, quibus grandiores inſtituuntur, quàm ipſos imbui diligẽter præceptis. Tradit igitur, ætates duas eſſe poſt ſeptimum annum, quæ diuerſa diſciplina inſtruendæ ſunt: quarum prior ab eo termino uſque ad pubertatem progreditur, altera uerò à pubertate uſq; ad uigeſimum primum annum. Cùm autẽ nunc primum attigerit numerum, quem ſemper ſpectandum eſſe putauit Solon (is autem eſt tertius ſeptenarius) anteaq; ipſo uſus non fuerit: reddit rationem ſui conſilij, affirmatq; illos qui ætatem diuiſerunt, ubi hoc numero, tanquam norma certa, plerunq; errasſe, cùm quædam ipſarum minores ſint hoc numero. Ipſe namq; ſpatium primæ hebdomadis in tres ætates partitus eſt: cùm hic non XIIII. annum nominauerit, qui eſt ſecundus ſeptenarius, ſed pubertatem declarauit: ita quoque ſe normam illam non probare. Etſi namque pubertas definitur in multis numero hoc annorum, hoc tamen ſolidum non eſt: quidam enim prius, nonnulli alij poſterius pubeſcunt. Apertè autem pòſt fatetur ſe auctoritatem Solonis non ſequi, oſtendens ueriorem uiam huius rei cognoſcendi. Dicit enim oportere ſequi naturæ diuiſionem, quæ raiò peccat: atque id, quia omnis ars & omnis diſciplina implere & abſoluere uult, quod inchoatum reliquit natura. Cùm igitur ætates illæ duæ, quas indicauit, ſint factæ, paratæq; ad ornatos illos, & quaſi uirtutes animi & corporis accipiendas: tunc adhibenda tunc ſtudia & præcepta ipſis perficiendis atq; expoliendis accommodata, dandaq; ſe opera, ut ſemina illa adoleſcant.

Primum igitur.) Hæc eſt quaſi forma quædam eorum, quæ ſequenti libro conſtituere cogitat: ordinem enim totũ nobis quæſtionum illarum proponit, & qui ſcrupuli in hac materia exoriantur, iam monſtrat. loquit igitur, primùm oportere uidere an debeat puerorum moribus inſtitutio aliqua adhiberi, quæ inſtruat illos & informet, ut ſint utiles reipublicæ, ſiue contrà nulla cura ſuſcipienda ſit de uita ipſorum. Deinde, ſi conſtet eſſe illos ſedulò erudiendos, utrum præſtat ipſos communiter una eademq; diſciplina ornari, an oporteat permittere parentibus, ut ipſi ſuos liberos ſeorſum erudiant. Quod, addit, uidemus ſeruari in plurimis ciuitatibus: non multæ enim tunc quoq; reperiebantur, quæ hoc inſtitutũ haberent. Tertia quæſtio erit, ſi communis diſciplina recipitur, quæ potiſſimum illa futura ſit: longè enim alij ſunt ſæpè fines diuerſarum ciuitatum.

a [illegible], &c. libri uulg. [illegible], &c. mendosè.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

ARISTOTELIS
DE REPVBLICA
LIBER IIX.
CAP. I.

QVin igitur legumlatori maximè cura adhibēda ſit in puerorum inſtitutione, nemo utiq; controuerſaretur. In ciuitatibus namq; non ſeruatū hoc, nocet rebuſpublicis: oportet enim aptè ad ſingulas uerſari in republica. Indoles nāq; uniuſcuiuſq; reipublicæ, ſua ac propria, & tueri ſingulas ſolet, & initiò conſtituere: uelut popularis indoles, popularē ſtatum: & paucorum dominationis, paucorum dominatum. Semper autem optima indoles ac mos cauſa eſt melioris reipublicæ. Amplius autem ad cunctas facultates & artes exiſtunt quędam, ad quæ opus eſt prius erudiri, & aſſueſieri aptè ad ſingula ipſorū opera. quapropter apertum eſt, oportere idem fieri in uirtutis actionibus. Quia autem unus eſt finis omni ciuitati, perſpicuum eſt diſciplinā unam quoq; & eandē neceſſe omnium eſſe: atque hanc curā publicè adhiberi, nō priuatim, quomodo nunc quiſque ſuorū filiorū curam gerit, priuatimq; & priuatam cognitionē, quam ipſi uiſum fuerit, tradens. Oportet autem cómunium cómunē quoq; eſſe exercitationem. Simul autem neq; exiſtimare oportet quempiam ciuiū ipſum ſuiipſius eſſe, ſed omnes ciuitatis: pars enim unuſquiſq; eſt ciuitatis. Cura autē ſtudiūq; ſingularum partiū ſpectare debet naturæ ordine ad curā totius. Laudaret autem aliquis in hoc quoq; Lacedæmonios: plurimū enim ſtudium adhibent in pueros, & hoc quidē publicè. Oportere igitur leges ſcribere de inſtitutione, & hanc cōmunem omnium faciendam, perſpicuum eſt.

ΟΤΙ μὲν οὖν τῷ νομοθέτῃ μάλιστα πραγματευτέον περὶ τὴν τῶν νέων παιδείαν, οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειε. καὶ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν οὐ γιγνόμενον τοῦτο βλάπτει τὰς πολιτείας· δεῖ γὰρ πρὸς ἑκάστην πολιτεύεσθαι· τὸ γὰρ ἦθος τῆς πολιτείας ἑκάστης, τὸ οἰκεῖον, καὶ φυλάττειν εἴωθε τὴν πολιτείαν, καὶ καθίστησιν ἐξ ἀρχῆς· οἷον, τὸ μὲν δημοκρατικὸν, δημοκρατίαν· τὸ δὲ ὀλιγαρχικὸν, ὀλιγαρχίαν. ἀεὶ δὲ τὸ βέλτιστον ἦθος βελτίονος αἴτιον πολιτείας. ἔτι δὲ πρὸς πάσας δυνάμεις καὶ τέχνας ἐστὶν, ἃ δεῖ προπαιδεύεσθαι καὶ προεθίζεσθαι, πρὸς τὰς ἑκάστων ἐργασίας. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ πρὸς τὰς τῆς ἀρετῆς πράξεις. ἐπεὶ δ᾽ ἓν τὸ τέλος τῇ πόλει πάσῃ, φανερὸν ὅτι καὶ τὴν παιδείαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι πάντων· καὶ ταύτης τὴν ἐπιμέλειαν εἶναι κοινὴν, καὶ μὴ κατ᾽ ἰδίαν, ὃν τρόπον νῦν ἕκαστος ἐπιμελεῖται τῶν αὑτοῦ τέκνων ἰδίᾳ τε, καὶ μάθησιν ἰδίαν, ἣν ἂν δόξῃ, διδάσκων. δεῖ δὲ τῶν κοινῶν κοινὴν ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἄσκησιν. ἅμα δὲ οὐδὲ χρὴ νομίζειν αὐτὸν αὑτοῦ τινὰ εἶναι τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ πάντας τῆς πόλεως. μόριον γὰρ ἕκαστος τῆς πόλεως. ἡ δ᾽ ἐπιμέλεια πέφυκεν ἑκάστου μορίου βλέπειν πρὸς τὴν τοῦ ὅλου ἐπιμέλειαν. ἐπαινέσειε δ᾽ ἄν τις καὶ τοῦτο Λακεδαιμονίους· καὶ γὰρ πλείστην ποιοῦνται σπουδὴν περὶ τοὺς παῖδας, καὶ κοινῇ ταύτην. ὅτι μὲν οὖν νομοθετητέον περὶ παιδείας, καὶ ταύτην κοινὴν ποιητέον, φανερόν.

QVIN legum ſcriptori igitur in adoleſcentium diſciplina maximè ſit elaborandum, nemo in controuerſiam uocarit. namq; hoc in ciuitatibus neglectum magna incommoda reip. administrandæ formis importat. accōmodatè enim ad unumquodq; reip. administrandæ genus ciuitatē adminiſtrare oportet. Nam uniuſcuiuſq; reip. adminiſtrandæ forma propria indoles, atq;, ut ita dicā, ingenium proprium & reip. adminiſtrandæ formā tuetur, & ab initio conſtituit: uerbi cauſa, indoles democratiæ conueniens, democratiā conſtituit & conſeruat: oligarchiæ conueniens, oligarchiā. Semper aūt ut quæq; indoles eſt optima, ita optimā reip. adminiſtrandæ formam parit. Præterea in omnibus facultatibus atq; artibus quædam oportet antè doceri, & quibuſdā antè aſſueſieri ad cuiuſq; opera muneraq; obeunda. Quare perſpicuum eſt etiam ad uirtutis actiones exprimendas quibuſdam ſtudijs & exercitationibus antecedentibus opus eſſe. Quoniam autem finis unus omnis ciuitatis propoſitus eſt, perſpicuum eſt etiam unam & eandem omniū neceſſariò eſſe diſciplinam, huiusq; procurationem publicam eſſe debere, non priuatam: quemadmodum nunc ſui cuiq; filij curæ ſunt, & priuatim & priuatam diſciplinam, quam cuiq; uiſum fuerit docere, ſuis filijs tradenti. Oportet autem rerum communium exercitationem quoq; facere communem: ſimulq; ciuem neminē exiſtimare oportet ipſum eſſe ſuum, ſed omnes ſe eſſe ciuitatis, particula enim unuſquiſq; eius ciuitatis eſt. At cuiuſq; particulæ procuratio, totius procurationē intueri ſolet natura. Atq; etiā in hoc Lacedæmonios in hoc laudarit. plurimū enim ſtudij in pueros conferūt, idq; communiter & publicè. Leges igitur de diſciplina & inſtitutione puerorū eſſe ſcribendas, atq; hanc communem & publicam eſſe oportere perſpicuum eſt.

COMMENTARIVS.

Quin igitur.) Oſtenderet iam, quomodo educenda foret ætas tenera, ut firma uegetaque fieret. neque enim adhoc expoliri poterat proprijs animi bonis propter imbecillitatem ſuam: ipſam aūt uſq; ad ſeptimum annum perduxerat, & eam quidem non ſimplicem, ſed expertem. Cùm aūt in extremo quærende ſibi quædam ſignificaſſet, ad ætatem, quæ ſequitur, pertinentia, quorum primum erat, ut oporteret illam erudiri, & diſciplina aliqua ornari: nunc ſtatim in aditu huius libri ſcrupulum hunc euellit, affirmatq; dubitari de hoc non poſſe, quin imprimis debeat, qui informat ciuitatem, ſcribitq; leges ipſi accommodatas, de hac curam ſuſcipere. Probat autem hoc exemplo ciuitatum earum, in quibus negligitur. illæ namque accipiunt inde mala incommodaq; non parua, cùm planum ſit oportere in ciuitate participes reipublicæ, uitam ducere, ſectam ad illum ipſum ſtatum ciuitatis, in omnibusque rebus accommodare ſe moribus naturæque ipſius, atque id quia (ut teſtatur) indoles ater.

naturaque propria ac ſua uniuſcuiuſque reipublicæ, & tuetur illam, & primo conſtituit eam, inquit, ingenium ciuium popularis popularem ſtatum conſeruat, & auidum dominandi dominatuio paucorum: nec tuetur ſolùm cuſtoditque, ſed à primo fingit. Quomodo autem, qui libertatem æquam omnibus amant, conſtituerent (inquam) poteſtatem, aut contrà. admonuit autem in extremo, ſemper meliorem indolem melioremque naturam, originem cauſamque eſſe melioris reipublicæ: quod è ſuperioribus perſpicitur neceſſario uſu uenire, cum omnes delectentur rebus ſibi ſimilibus.

Amplius autem.) Conſtituit idem ſimili facultatum atque artium in quibus omnibus tractandis affirmat extare quædam, quæ oporteat prius cognoſſe & ſiue à doctore aliquo didiciſſe, ſiue uſu & conſuetudine percepiſſe, ut opera illarum artium melius efficiantur, quæ rudis aliquis, ignarusque earum præceptorum, animaduerſionumque nullo pacto rectè conficeret. Quare, inquit, idem contingere exiſtimare debemus in factis uirtutum propriis, exquiſitius ſcilicet, integriusque illa geri & adminiſtrari ab inſtructis, & uſu diſciplinaq; doctis. Nam quòd etiam multum ualeat ad facultates arteſq; facilius percipiendas, & opera illarum abſolutius efficienda, à natura aliquo modo ad illas factum eſſe, dubitandum non eſt. uidemus enim quoſdam quaſi ſemina quædam habere à natura data ad artem dicendi capeſſendam: alios autem ad picturam, aliamúe quampiam artem. quare idem exiſtimandum eſt uſu uenire in ſtudio gubernandæ ciuitatis.

Quæ autem.) Hoc pertinet ad ſecundam earum quæſtionum, quas propoſuit in extremo antecedentis libri. Videndum enim eſt, inquit, ſi omnino ſtatutum fuerit oportere adoleſcentes erudiri, unáne omnes, eandemq; diſciplina ornandi ſunt, an uaria, & ut cuique priuatim commodum fuerit. Vtitur igitur quaſi fundamento quodam, huic rei declarandæ apto, ſententia hac recta. Vnum eundemque finem propoſitum eſſe oportere uniuerſæ ciuitati, & non ſingulas ipſius partes, in quibus diſſimilitudo aliqua ſit, ſuum propriumque finem habere è qua perſpicuum eſſe inquit, oportere diſciplinam unam & eandem eſſe, quæ referatur ad eum finem, atq; omnes ciues inſtruat ad eum iuuandum. Addit etiam, curam & diligentiam, quæ in illis inſtituendis adhibetur, publicam eſſe debere, & non priuatam ullo pacto. quomodo nunc, inquit, fieri uidemus, cùm & priuato conſilio adoleſcentes erudiantur, & priuata propriaque diſciplina imbuantur, quàm ſcilicet probarit qui docet, & quam parentes rebus ipſorum domeſticis accommodatam eſſe iudicarint: reſellit autem hunc morem, uel errorem potius, aſſirmans in uniuerſum oportere publicarum rerum publicam eſſe doctrinam atque exercitationem.

Simul autem) Valere ad idem comprobandum inquit, declararéq; diſciplinam, qua imbuuntur in ciuitate adoleſcentes, communem omnium eſſe debere non propriam ſi cogitatum fuerit hoc, quod exploratum eſſe debet, non eſſe quempiam ciuem ſuo omnino iuris ac poteſtatis, ſed cunctos ciuitatis, ab ipſaque quaſi poſſideri: atq; hoc, quia ſinguli ſunt pars, & quaſi membrum reipublicæ. pars autem toti ſeruire debet, atq; ipſum iure propriis muneribus adiuuare. Quod ſignificauit dicens, diligentiam, quæ adhibetur in ſingulis partibus ornandis, reſpicere debere ad ſtudium diligentiamque totius, non habere diuerſum alium finem. Hoc uidit etiam, atq; expreſſit M. Cicero, cùm obiecit C. Verri tanquam crimen publicum, quòd filium, non eum reip. iuuandæ, exemplo ſuo corrupiſſet: ita enim quaſi eripuerat ciuitati ea bona, quæ ipſa inde, niſi deprauatus fuiſſet, meritò capeſſiſſet.

Laudaret autem) Exemplo etiam excitare uoluit ad conſilium ſuum perſequendum, & in primis nobilis ciuitatis. tradit enim laude dignos eſſe Lacedæmonios, qui præter cæteros hominum populos plurimum ſtudij ponunt in liberis educandis, & ipſius quidem publici, communiſq; omnium. Non diſcrepabant igitur ullam in partem à iudicio noſtri doctoris, cùm & ipſos diligenter inſtituebant, & omnes eadem diſciplina erudirent, quæ publicè probata & definita legib. erat. hoc iam tradito, exponit ſe trium illarum quæſtionum priores duas abſoluiſſe: tractare autem tertiam, quam ſtatim aggreditur.

CAPVT II.

QVæ autem eſt inſtitutio hęc, & quomodo oportet inſtitui, opus eſt nos minimè fallere: nunc enim cõtrouerſia eſt de operibus. Nõ enim eadẽ cuncti putant oportere adoleſcentes diſcere, neq; ad uirtutẽ, neq; ad optimã uitã: neq; apertum eſt, utrũ ad rationẽ magis decet, ſiue ad animi mores. Ex inſtitutiõe enim peruagata, turbulẽta eſt animaduerſio: nihil. quæ inde planũ elicitur, utrum decet exercere res utiles uitæ, ſiue quæ tendũt ad uirtutẽ, ſiue res eximias. cũcta enim hęc nacta ſunt aliquos aſſertores. De his quoq;, quę referũtur ad uirtutem, nihil eſt omniũ conſenſu probatum: uirtutẽ enim ſtatim minimè eandẽ cũcti colũt. quapropter non ſine cauſa diſſentiunt etiã de exercitatione ipſius. Opus igitur eſſe rerũ utilium, eas quæ neceſſariæ ſunt, perdiſci, nõ eſt obſcurũ. Non omnes autem illas, diuiſis liberalibus operib. atq; illiberalibus, perſpicuum eſt: decet enim huiuſcemodi participẽ eſſe, quæcunque utilium rerum non reddent participẽ ipſarum ſordidum. Sordidũ autem opus eſſe oportet hoc exiſtimare & artẽ hac & doctrinã, quęcũq; ad uſus & actiões uirtutis efficiũt inutile cor-

ΤΙΣ δ' ἐστὶν ἡ παιδεία, καὶ πῶς χρὴ παιδεύεσθαι, δεῖ μὴ λανθάνειν· νῦν γὰρ ἀμφισβητεῖται περὶ τῶν ἔργων. οὐ γὰρ ταυτὰ πάντες ὑπολαμβάνουσι δεῖν μανθάνειν τοὺς νέους, οὔτε πρὸς ἀρετὴν, οὔτε πρὸς τὸν βίον τὸν ἄριστον· οὐδὲ φανερὸν πότερον πρὸς τὴν διάνοιαν πρέπει μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος. ἔκ τε τῆς ἐμποδὼν παιδείας ταραχώδης ἡ σκέψις· καὶ δῆλον οὐδὲν, πότερον ἀσκεῖν δεῖ τὰ χρήσιμα πρὸς τὸν βίον, ἢ τὰ τείνοντα πρὸς ἀρετὴν, ἢ τὰ περιττά· πάντα γὰρ εἴληφε ταῦτα κριτάς τινας. περί τε τῶν πρὸς ἀρετὴν, οὐθέν ἐστιν ὁμολογούμενον· καὶ γὰρ τὴν ἀρετὴν οὐ τὴν αὐτὴν εὐθὺς πάντες τιμῶσιν. ὥστ' εὐλόγως διαφέρονται καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν αὐτῆς. ὅτι μὲν οὖν τὰ ἀναγκαῖα δεῖ διδάσκεσθαι τῶν χρησίμων, οὐκ ἄδηλον. ὅτι δὲ οὐ πάντα, διῃρημένων τῶν τε ἐλευθέρων ἔργων καὶ τῶν ἀνελευθέρων, φανερὸν, ὅτι τῶν τοιούτων δεῖ μετέχειν, ὅσα τῶν χρησίμων ποιήσει τὸν μετέχοντα μὴ βάναυσον· βάναυσον δ' ἔργον εἶναι δεῖ τοῦτο νομίζειν, καὶ τέχνην ταύτην καὶ μάθησιν, ὅσαι πρὸς τὰς χρήσεις καὶ τὰς πράξεις τὰς τῆς ἀρετῆς ἄχρηστον ἀπεργάζονται τὸ

QVæ ſint autem diſciplinæ, & quo modo pueros & adoleſcentes oporteat erudiri, cognoſcendum eſt. nunc enim de factis ambigitur. nam non eadem adoleſcentibus eſſe diſcenda, omnes exiſtimant neque ad uirtutem neque ad optimam uitam comparandam: Et utrùm ad mentem & cogitationem, an ad animi mores diſciplina ſit referenda, obſcurum eſt. Tum huius rei conſideratio ducta ex diſciplina uſitata, & in medio atque in promtu poſita, turbulenta ac perturbata eſt: neque apparet, utrùm exercenda ſint ea, quæ uitæ ſunt utilia, an quæ ad uirtutem pertinent, an eximia quædam & ſuperuacanea. hæc enim iudicibus quibuſdam nituntur. Et de iis, quæ ad uirtutem pertinent, non conuenit inter omnes. Etenim uirtutem non eandem ſtatim omnes magni æſtimant. quare & de eius exercitatione ac ſtudio inter ſe diſſentiunt. Ex iis igitur, quæ uitæ utilia ſunt, neceſſaria eſſe diſcenda, non eſt obſcurum: ſed tamen non omnia. Nam cùm diſtincta ſint liberalia munera ab illiberalibus, licet uidere talia utilia adoleſcenti eſſe tractanda, quæ eum, qui tractet, non ſordidum, neq; illiberalem ſint redditura. Sordidum autem atq; illiberale munus hoc eſt habendum, & hæc ars, atq; hæc diſciplina ſunt illiberales iudicandæ, quæ ad uirtutis uſum & actiones, hominum liberorum aut

 corpus

corpus liberorū hominū aut animū aut mētē. Quare huiuſcemodi artes, quęcūq; paulatim efficiūt, ut corpus deterius affectū ſit, ſordidas uocam⁹, mercenariaſq; itidē operas: faciūt enim, ut extra otiū mēs ſit atq; humilis. Liberaliū etiam ſcientiarū quarūdā quodā tenus participē eſſe, non eſt illiberale: aſſiduos aūt manere in illis perfectè percipiendis, obnoxium eſt expoſitis incōmodis. Diſcrimē aūt magnū uerſatur in hoc, cuius gratia agit aliqs, uel diſcit: ſui enim ipſius cauſa uel amicorum, uel ob uirtutē, non eſt illiberale. Qui uerò hoc ipſum facit propter alios, is ſæpè mercenarium uel ſeruile quoddā agere uideretur. Peruulgatæ igitur nunc ſcientiæ, ut prius dictū eſt, in utramq; partem trahi poſſunt.

σῶμα τῶν ἐλευθέρων, ἢ τὴν ψυχὴν, ἢ τὴν διάνοιαν. διὸ τάς τε τοιαύτας τέχνας, ὅσαι τὸ σῶμα παρασκευάζουσι χεῖρον διακεῖσθαι, βαναύσους καλοῦμεν, καὶ τὰς μισθαρνικὰς ἐργασίας· ἄσχολον γὰρ ποιοῦσι τὴν διάνοιαν, καὶ ταπεινήν. ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐλευθερίων ἐπιστημῶν μέχρι μέν τινος ἐνίων μετέχειν, οὐκ ἀνελεύθερον· προσεδρεύειν δὲ λίαν πρὸς τὸ ἐντελὲς, ἔνοχον ταῖς εἰρημέναις βλάβαις. ἔχει δὲ πολλὴν διαφορὰν καὶ τὸ, τίνος χάριν πράττει τις, ἢ μανθάνει· αὐτοῦ μὲν γὰρ χάριν, ἢ φίλων, ἢ δι' ἀρετὴν, οὐκ ἀνελεύθερον. ὁ δὲ αὐτὸ τοῦτο πράττων δι' ἄλλους, πολλάκις θητικὸν καὶ δουλικὸν δόξειεν ἂν πράττειν. αἱ μὲν οὖν καταβεβλημέναι νῦν μαθήσεις, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον, ἐπαμφοτερίζουσιν.

corpus inutile efficiunt, aut animū, aut mentis agitationem. Quocirca & tales artes omnes, quæ corpus corrumpunt redduntq́ deterius, & operas mercenarias, illiberales appellamus, mentem enim occupatam atq; impeditam diſtinent, eamq́ humilem reddunt. Non eſt autem illiberale, nonnullis ſcientijs liberalibus uſq; ad aliquem finem inſtructum atq; ornatū eſſe: ſed in eas incumbere, ijsq́ affixum eſſe uſq; eò, donec ad perfectionem peruentum ſit, id ad ea incommoda, quæ à nobis commemorata ſunt, obiectum eſt. Præterea multum intereſt, cuius rei gratia quis aliquid agat aut diſcat, ſua enim cauſa, aut amicorū aut propter uirtutem diſcere, non eſt illiberale. Qui uerò hæc agat propter alios, ſæpè mercenarium quiddam & ſeruile agere uideatur. Quæ igitur nunc uſu receptæ & tritæ ſunt diſciplinæ, quemadmodum ſuprà dictum eſt, ancipites ſunt, & in utramque partem ualent.

COMMENTARIVS.

Quæ autem eſt)Reſtat, inquit, uidere, quæ potiſſimum apta diſciplina ſit, & quomodo tradenda, quas res nullo modo fallere nos debere affirmat: incumbendum autem nobis eſſe in eas toto animo oſtendit, quia hæc quæſtio perobſcura & perdifficilis eſt. Quod intelligi poteſt, quia magna controuerſia eſt de factis harum uerum, atque operibus, quæ inde manant: neque enim, inquit, omnes homines putant eadem oportere adoleſcentes perdiſcere, & in iiſdem ſtudijs ſedulò uerſari, ſiue ad uirtutem accipiendam, ſiue ad uitam optimam colendam. Non eſſe etiam planum apertumque dicit, utrum deceat nos magis ad rationem ornandam, mentem ſtudiaque conuertere, ſiue ad uitam ac mores perpoliendos. Tangit igitur ambo genera uirtutis, id eſt, quæ rationis ſunt, & Græcè διανοητικαὶ uocantur, & quæ in animi partibus manent, inflammatis ſæpè cupiditatibus, quibus illæ uirtutes moderantur, uocatæ ab iiſdem inde ἠθικαί.

Ex uiſitatione.)Occurrit ei, quod aliquis fortaſſe dixiſſet, poſſe iudicium fieri de hac re, ſpectata uulgari diſciplina, & quæ in uſu illius temporis paſſim erat: hoc enim ualet ἐκ τῆς ἐμποδὼν παιδείας. quod negat Ariſtoteles, nullòque modo uerum putat: quia talis de ipſa exiſtimatio confuſa obſcuraque admodum eſſet. neque liceret illo pacto uidere, utrum uerſari oporteat in ſtudijs, quæ fructum aliquem ferunt uitæ, ſeduloque ipſa exercere: ſiue ea quæ referuntur ad uirtutem morumque probitatem, ſiue cognitionem rerum eximiarum, cuiuſmodi eſt ſcientia rerum naturalium ac diuinarum: hæc enim uocantur à Græcis περιττά. Vnde autem oriatur hæc difficultas aperit, à uarijſque iudicijs hominum ipſam proficiſci teſtatur: quia cunctæ hę uitæ nactæ ſunt amatores, & qui iudicio ſuo ipſas conſtituerint. Ἀμφισβητεῖν enim hic ualet, inueniri ſapientes aliquos uiros, qui ipſis plurimum tribuerint, & anteponendas cæteris exiſtimarint: quemadmodum etiam loquutus eſt in primo libro de Anima quo loco tradit cuncta elementa adepta fuiſſe quempiam, qui dixerit ex ipſis ſinis conſtare animam, præter tellurem. Addit autem hic nihil etiam exploratum eſſe, & uno omnium iudicio comprobatum, de uirtutibus ipſis, in moribus poſitis: neque enim cuncti mortales eandem uirtutem amant. ex ipſis namque hi uirtutem hanc, alij uerò aliam admirantur ac colunt. Quare inquit, non ſine cauſa diſſentiunt inter ſe, quam potiſſimum exercere ac frequentare debeant.

Opus igitur eſſe)Vt à primis igitur ordiamur, inquit, non eſt dubium, quin ex ijs quæ fructum ferunt, utiliaq; uitæ ſunt, perdiſcere debeamus [illegible] rationes neceſſarias, & quibus carere uix poſſumus: ſine ipſis namque uitam ducere commodè nobis non liceret, quod expetimus, ac uitæ beatæ accommodatam ponemus. eodemque pacto inquit, planum apertumque eſt, non debere nos in omnia illa incumbere, unde fructus capiuntur, cùm ſeparata diſtinctaque ſint munera, libero homine digna, et contraria his, & quæ non cadunt in ingenuum uirum. debere igitur nos inquit attingere è numero fructuoſarum artium illas tantùm, quæ non reddunt hominem, exercentem ipſas, ſordidum: βάναυσον ipſe inquit, cuius nominis uim, & quomodo accipi uelit, ſtatim declarat. Βάναυσον enim opus & artem omnem, cognitionemq; rerum exiſtimare nos oportere dicit, quæ deprauant corpus, aut animum ingenuorum hominum, inhabilemq; aut hunc, aut illud efficiunt ad munera uirtutis obeunda, factaq; exprimenda, quæ inde proficiſcuntur. Liberorum autem inquit & ingenuorum. quia ſerui homines non fiunt illis de cauſis deteriores, minuſq; apti proprijs ipſorum officijs adminiſtrandis: neque enim intelligit corrumpi corpus, ſi mancum mutilumque factum fuerit: ita enim ſerui quoque ſuis munerib. non fungerentur, ſed ſi diu habitum fuerit in ſtudijs alienis ualde, contrarijſque ciuilib. officijs. quomodo enim ignaui homines, & qui ſemper ſedent in tabernis illis ſuis, militiæ idonei erunt? Eadem ratio eſt animi ipſius: corrumpitur enim, inutiliſque & ipſe redditur reip. gubernandæ, ſi nunquam aliquid amplum honeſtumque cogitat, ſed ſemper uerſatur in curis cogitationibuſq; humilibus. Cum uerò de uitijs corruptelisq; animi loqueretur, non ſatis ipſi fuit communiter animā appellaſſe: ſed partem ipſius addidit, qua utimur in conſilijs capiendis, utilitateq; factorum humanorum inquirenda. Concludens autem rationem, inquit: Quare huiuſcemodi omnes artes, quæ uſu ſuo ac tractatione, quaſi inficiunt corpus, paulatimque tale reddunt, ut deterius fungatur ſuis muneribus, ſordidas uocamus (natus eſt enim homo liber ipſis cum laude obeundis) eodem pacto, inquit, exiſtimamus eſſe curas illas omnes ſordidas indignaſq; ingenuo uiro, quæ ſuſcipiuntur ob quæſtum humiliter faciendum, mercedemque capiendam ſuorū operum. non ſinunt enim diſtentum animum illis uacuum tempus habere ad res honeſtas cogitandas, ſimulque humilem ipſum & abiectum reddunt. Quomodo enim poteſt, qui lucrum ſtudioſè ſectatur, totuſq; ne occupatus eſt in pecunia cogenda, non humiliter ſentire?

Liberalium etiam.)Docet, quomodo ſe gerere debeat is, quem informat, in ſtudijs artium liberaliū. Cùm enim cognitio earum honeſta ſit, & ingenuo uiro digna, tamen duobus modis ſignificat peccari in hac re poſſe. quorū prior eſt, ſi nimis magna opera in ipſis perſequendis adhibeatur: alter uerò, ſi incumbat in ipſas, non captus ſcientia pulcherrimarum illarum rerum, neque pura uoluptate, quam inde & ipſe capit, quaq; amicos oblectare poteſt, ſed ut quæſtus ipſi habeat. Statim autem oſtendit, uitij aliquid in ſe continere tractationem etiam harum rerum, quæ propter ſe laude dignæ ſunt, non ut ſuperiores, ſua ſponte tenues atque humiles (ponit enim terminum, quem tranſire non oporteat) neque omnino ſtudium ipſarū libero uiro indignum eſſe affirmat: ſed non indignum ipſo, neque illiberale. Præterea non complectitur omnes, ſed quarundā tantùm & ipſe moderatum uſum probat. Contrà autem apertè damnat infinitum ſtudium in illis poſitum, non quia deformis ſit,

me ſit, & culpæ magnæ affine: ſed quia non conueniat perſonæ ciuis, qui in rebus agendis uerſari debet, non otiū ſe totū tradere, quamuis honeſto. Inquit igitur, conſumere omne tempus in illis rebus obſcuris inueſtigandis, dareque operam, ut ipſas difficiles admodum, perfectè abſolutéque teneas: habere in ſe illa detrimenta, quæ monſtrata iam ſunt, id eſt contra officium eſſe, impedireque magnopere multos uſus ciuiles. Satis autem notum eſt, M. Ciceronem hoc nomine accuſatum fuiſſe à multis, quòd nimis magnum ſtudium poneret in philoſophia Latinis literis explicanda, nec ſeruiret dignitati perſonæque, quam ſuſtinebat, quod tamen ille ſemper ſedulò purgauit. Indicens autem alterum, quaſi uitium, inquit: Magni etiam referre, cuius gratia hæc tanta cura in ipſas conferatur, uariareque aliquo modo hoc naturam earum rerum. Sua enim, inquit, cauſa, uel amicorum, id eſt, ut delectētur, & amicos etiam delectes ſine ductus ſcientia earum artium id facias, minimè eſt illiberale. Qui autem, addit, hoc facit, ut ſeruiat alijs, ſtatimque à principio hunc finem habuit: ſæpenumero, inquit, rem humilem tenuemque gerere exiſtimatur. In extremo inquit, concludens hunc locum: Scientiæ igitur peruulgatæ, quaſque pueri diſcunt, non ſunt omnino certæ: neque uni tantùm rei præſtā deceptæ, ſed pro modo ipſarum nunc hoc, nunc contrarium efficiunt. Καταβεβλημένας uocans has artes, intellexit ſparſas & diſſeminatas, in uſuque demum communi poſitas: quemadmodum non multo pòſt appellet eodem ſenſu καταβεβλημένα παιδεύματα. In primo de Morib. ad Nicomachū, dicens, καὶ τοὺς πολλοὺς λόγους περὶ αὐτὰ καταβεβλημένους: oſtendere uoluit, repertos, qui multis argumentis res eas honore augere conati ſunt.

CAPVT III.

SVnt aūt quatuor ferè, in quibus erudire pueros cōſueuerūt, literæ, gymnaſtica, muſica: & quartā pingēdi artē quidam adhibēt. Literarū ſciētiā & pingēdi artem, ut utiles ad uitā, & qb. utimur multis in reb. gymnaſticā, ut cuius finis eſt fortitudo. Muſicā iā in cōtrouerſiā aliquis uocaret: nūc enim, ut uoluptatis gratia, plurimi participes ſunt ipſi9. Hi aūt initio collocarūt in diſciplina, quia natura ipſa quærit, quod ſanè ſæpè dictū eſt: non ſolùm in negotio rectè, uerūetiā in ocio honeſtè uerſari. hoc enim principium eſt omniū, ut & iterum dicam9 de ipſo. Si.n. ambo quidē oportet, magis aūt expetendū eſt ociū, quā negotiū: & omnino q̄rendū, quid in ocio agere oportet: nō enim ludere. Finē enim neceſſe foret eſſe nobis uitæ luſionem. Si aūt hoc fieri non poteſt, magiſque in negotijs utendum eſt luſionibus. Qui enim laborat, eget requiete: luſio autem gratia requietis eſt, negotium uerò tractatur cum labore & contentione. Quapropter oportet luſiones inducere, uſu ipſarū tēpore adhibito, tanquā medicamenti gratia admouentes: remiſsio enim eſt huiuſcemodi motus animi, & per uoluptatē requies. In ocio aūt degere, uidetur ipſum cōtinere in ſe uoluptatē & beatitudinem: beneq; ac beatè uiuere. Hoc autē non adeſt illis, qui negotijs premuntur, ſed qui in otio degūt: qui enim in negotio eſt, ob aliquem finē negotio ſe dedit, tanquā ille minimè adſit: beatitudo autem eſt finis, quam nō cū ægritudine, ſed cum uoluptate putāt omnes eſſe. Voluptatem ſanè hanc nō amplius eandem eſſe ſtatuunt, ſed ſinguli, quæ ſibijpſis ſuoq; habitui congruat:

ΕΣΤΙ δὲ τέτταρα σχεδὸν, ἃ παιδεύειν εἰώθασι, γράμματα, καὶ γυμναστικὴν, καὶ μουσικήν· καὶ τέταρτον ἔνιοι γραφικήν. τὴν μὲν γραμματικὴν καὶ γραφικὴν, ὡς χρησίμους πρὸς τὸν βίον οὔσας καὶ πολυχρήστους· τὴν δὲ γυμναστικὴν, ὡς συντείνουσαν πρὸς ἀνδρείαν. τὴν δὲ μουσικὴν ἤδη διαπορήσειεν ἄν τις· νῦν μὲν γὰρ ὡς ἡδονῆς χάριν οἱ πλεῖστοι μετέχουσιν αὐτῆς. οἱ δ᾽ ἐξ ἀρχῆς ἔταξαν ἐν παιδείᾳ, διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτὴν ζητεῖν, ὅπερ πολλάκις εἴρηται, μὴ μόνον ἀσχολεῖν ὀρθῶς, ἀλλὰ καὶ σχολάζειν δύνασθαι καλῶς· αὕτη γὰρ ἀρχὴ πάντων, ἵνα καὶ πάλιν εἴπωμεν περὶ αὐτῆς. εἰ γὰρ ἄμφω μὲν δεῖ, μᾶλλον δὲ αἱρετὸν τὸ σχολάζειν τῆς ἀσχολίας, καὶ ὅλως ζητητέον τί ποιοῦντας δεῖ σχολάζειν. οὐ γὰρ δὴ παίζοντας. τέλος γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ βίου τὴν παιδιὰν ἡμῖν. εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, καὶ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀσχολίαις χρηστέον ταῖς παιδιαῖς· ὁ γὰρ πονῶν δεῖται τῆς ἀναπαύσεως, ἡ δὲ παιδιὰ χάριν ἀναπαύσεώς ἐστι· τὸ δ᾽ ἀσχολεῖν συμβαίνει μετὰ πόνου καὶ συντονίας. διὰ τοῦτο δεῖ παιδιὰς εἰσάγεσθαι, καιροφυλακοῦντας τὴν χρῆσιν, ὡς προσάγοντας φαρμακείας χάριν· ἄνεσις γὰρ ἡ τοιαύτη κίνησις τῆς ψυχῆς, καὶ διὰ τὴν ἡδονὴν ἀνάπαυσις. τὸ δὲ σχολάζειν ἔχειν αὐτὸ δοκεῖ τὴν ἡδονὴν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ τὸ ζῆν μακαρίως· τοῦτο δὲ οὐ τοῖς ἀσχολοῦσιν ὑπάρχει, ἀλλὰ τοῖς σχολάζουσιν, ὁ μὲν γὰρ ἀσχολῶν ἕνεκά τινος ἀσχολεῖ τέλους, ὡς οὐχ ὑπάρχοντος· ἡ δ᾽ εὐδαιμονία τέλος ἐστὶν, ἣν οὐ μετὰ λύπης, ἀλλὰ μεθ᾽ ἡδονῆς οἴονται πάντες εἶναι. ταύτην μέντοι τὴν ἡδονὴν οὐκέτι τὴν αὐτὴν τιθέασιν, ἀλλὰ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἕκαστος, καὶ τὴν ἕξιν τὴν αὐτῶν· ὁ δ᾽

QVatuor autem ferè ſunt, quæ pueros docere ſolēt: literas & artem corporum exercendorum, quam gymnaſticam Græci uocant, & muſicam, & quod quartum eſt, nonnulli artem pingendi. Grammaticam quidem & artem pingendi, ut ad uitam utiles & multis utilitatibus atq; opportunitatibus refertas: gymnaſticam autem, ut ad fortitudinem pertinentem. De muſica porrò dubitauerit aliquis. nunc enim plerique tanquam uoluptatis cauſa eius ſtudio ducuntur. alij eam ab initio in pueritia diſcendam propoſuerunt: propterea quòd ipſa natura, id quod ſæpenumerò a nobis dictum eſt, uias omnes quærit non ſolùm negotij rectè gerendi, uerùm etiam otij honeſte rectéque ponendi. Hoc enim omnium rerum agendarum principium eſt, ut de hac iterum dicamus. Nam ſi utrumque adhibendum quidem eſt, ſed tamen otium negotio eſt anteponendum: etiam quærendum eſt omnino, quid ſit in otio faciendum. nō enim ludendum. alioqui finis uitæ hūmanæ propoſitus, neceſſariò ludus eſſet. At ſi hoc neſas eſt, potiusq; in negotijs & occupationibus ludo & ioco utendum eſt (nam ei, qui in labore uerſatur, requie opus eſt: & requietis cauſa ludus interponitur: negotium gerere autem, cum labore & contentione coniunctum eſt) iccirco ludus & iocus nobis adhibendus eſt, captato & obſeruato eis utendi tempore, proinde quaſi ea adhibeamus medicinæ faciēdæ gratia talis enim animi agitatio, remiſsio eſt, & propter uoluptatē requies expetitur. otium aūt ipſum uidetur uoluptatem, & beatitudinem, & uitam fortunatā ac iucundam continere. hæc enim non occupatis & negotio impeditis, ſed feriatis & ceſſantibus ſuppetere uidetur. Nā qui negotiū aliquod gerit, alicuius finis gratia negotium gerit, quaſi non præſto ſit neq; ſuppetat. At beatitudo finis eſt, quā nō cū dolore, ſed cum uoluptate coniunctam eſſe omnes arbitrantur. Hanc porro uoluptatem non iam omnes eandē ſtatuunt, ſed pro ſuo quiſque ſenſu atque habitu fingit:

optimus

ûir autem optimus optimá, & quæ ab honeſtiſsimis factis proficiſcitur. Quapropter apertum eſt, oportere etiam ad ocium uitæ quædam diſcere, & in illis erudiri: & hæc quidem præcepta & has doctrinas ſui gratia eſſe: quæ uerò ad negotium, & neceſſarias, & aliorũ gratia. Vnde muſicã, qui prius uixère, in diſciplinæ ordine collocarunt, non ut neceſſariam: nihil enim tale in ſe habet, quemadmodũ literæ ad rem faciendam, & ad domum adminiſtrandam, & ad doctrinas, & ad ciuiles actiões multas. Videtur autem & pingendi ars utilis eſſe ad exiſtimãda opificum opera melius: neque & ipſa, quemadmodum gymnaſtica, ad ualetudinem & robur corporis. neutrum enim horũ uidemus proficiſci à muſica. reſtat igitur, ut accommodata ſit ad uitæ curſum in otio, ad quam rem perſpiciuntur ipſam traducentes: quam enim putant eſſe liberorum hominũ uitam, in hac collocãr. Qua de cauſa Homerus ita cecinit:

Sed quale licet uocare ad epulas Thaliam.

& cum ſic locutus eſſet, alios quoſdam,

Qui uocant cantorem (inquit) *qui ſuauitate cunctos perfundat*

& alio loco ait Vlyſſes hunc eſſe optimum uitæ curſum, quando lætitia affectis hominibus,

Conuiuæ dum audierint cantorem ordine in menſa ſedentes,

Extare igitur diſciplinã quandam, quam minime, ut utilem tradunt filijs, neque ut neceſſariam: ſed ut liberalem & honeſtam, perſpicuum eſt. utrum autem ſit una numero, uel plures, & quæ nam hæ, & quomodo, poſtea dicendum erit de ipſis. nunc autem tantùm nobis præoertendo partum eſt, quod ductum à ueteribus teſtimoniũ quoddam nobiſcum habemus è peruulgatis inſtitutionibus: muſica namque hoc planum facit. Præterea utilium quibuſdam oportere inſtitui pueros, non ſolùm ob utilitatẽ, ueluti ſcientiam literarum: uerum etiam, quia multas contingit ope ipſorum comparari doctrinas alias. Similiter autem & pingendi artem, non ut in proprijs eius artis reb. emẽdis, ne labantur, ſed decipi non poſſint in emptione ac uenditione

ὁ δ᾽ ἄριστος τὴν ἀρίστην, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν καλλίστων. ὥστε φανερόν, ὅτι δεῖ καὶ πρὸς τὴν ἐν τῇ διαγωγῇ σχολὴν, μανθάνειν ἄττα καὶ παιδεύεσθαι· καὶ ταῦτα μὲν τὰ παιδεύματα, καὶ ταύτας τὰς μαθήσεις ἑαυτῶν εἶναι χάριν· τὰς δὲ πρὸς τὴν ἀσχολίαν, ὡς ἀναγκαίας καὶ χάριν ἄλλων. διὸ καὶ τὴν μουσικὴν οἱ πρότερον εἰς παιδείαν ἔταξαν, οὐχ ὡς ἀναγκαῖον· οὐδὲν γὰρ ἔχει τοιοῦτον· οὐδ᾽ ὡς χρήσιμον, ὥσπερ τὰ γράμματα πρὸς χρηματισμὸν, καὶ πρὸς οἰκονομίαν, καὶ πρὸς μάθησιν, καὶ πρὸς πολιτικὰς πράξεις πολλάς. δοκεῖ δὲ καὶ γραφικὴ χρήσιμος εἶναι πρὸς τὸ κρίνειν τὰ τῶν τεχνιτῶν ἔργα κάλλιον. οὐδ᾽ αὖ καθάπερ ἡ γυμναστικὴ πρὸς ὑγίειαν καὶ ἀλκήν· οὐδέτερον γὰρ τούτων ὁρῶμεν γιγνόμενον ἐκ τῆς μουσικῆς. λείπεται τοίνυν πρὸς τὴν ἐν τῇ σχολῇ διαγωγὴν, εἰς ὅπερ καὶ φαίνονται παράγοντες αὐτήν. ἣν γὰρ οἴονται διαγωγὴν εἶναι τῶν ἐλευθέρων, ἐν ταύτῃ τάττουσι. διόπερ Ὅμηρος οὕτως ἐποίησεν·

ἀλλ᾽ οἷον μέν ἐστι καλεῖν ἐπὶ δαῖτα θαλείην.

καὶ οὕτω προειπὼν, ἑτέρους τινάς·

οἳ καλέουσιν ἀοιδὸν (φησὶν) ὅ κεν τέρπῃσιν ἅπαντας.

καὶ ἐν ἄλλοις δέ φησιν ὀδυσσεὺς ταύτην ἀρίστην εἶναι διαγωγὴν, ὅταν εὐφραινομένων τῶν ἀνθρώπων,

δαιτυμόνες δ᾽ ἀνὰ δώματ᾽ ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ, ἥμενοι ἑξείης.

ὅτι μὲν τοίνυν ἐστὶ παιδεία τις, ἣν οὐχ ὡς χρησίμην παιδευτέον τοὺς υἱεῖς, οὐδ᾽ ὡς ἀναγκαίαν, ἀλλ᾽ ὡς ἐλευθέριον καὶ καλὴν, φανερόν ἐστι. πότερον δὲ μία τὸν ἀριθμὸν, ἢ πλείους, καὶ τίνες αὗται, καὶ πῶς, ὕστερον λεκτέον περὶ αὐτῶν. νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν εἶναι πρὸ ὁδοῦ γέγονεν, ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων ἔχομέν τινα μαρτυρίαν ἐκ τῶν καταβεβλημένων παιδευμάτων· ἡ γὰρ μουσικὴ τοῦτο ποιεῖ δῆλον. ἔτι δὲ καὶ τῶν χρησίμων ὅτι δεῖ τινα παιδεύεσθαι τοὺς παῖδας, οὐ μόνον διὰ τὸ χρήσιμον· οἷον, τὴν τῶν γραμμάτων μάθησιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πολλὰς ἐνδέχεσθαι γίγνεσθαι δι᾽ αὐτῶν μαθήσεις ἑτέρας. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γραφικὴν, οὐχ ἵνα ἐν τοῖς ἰδίοις ὠνίοις μὴ διαμαρτάνωσιν, ἀλλ᾽ ὦσιν ἀνεξαπάτητοι πρὸς τὴν τῶν σκευῶν ὠνήν τε καὶ

optimus autem optimam ſibi uoluptatẽ deligit, & à rebus honeſtiſsimis proficiſcentẽ. Quare perſpicuũ eſt, quædam ad partem uitæ degendæ otioſam accõmodata eſſe diſcenda, & talibus quibuſdam doctrinis pueros & adoleſcentes eſſe erudiendos: atque has quidem inſtitutiones & diſciplinas ipſorũ, qui diſcunt, gratia ſuſcipi: eas uerò, quæ ad negotium & occupationem referuntur, tanquam neceſſarias, & aliarum rerum cauſa, expeti. Quocirca & muſicam maiores noſtri inter diſciplinas numerarunt, non quòd ſit neceſſaria (nihil enim habet tale) neq; quòd ſit utilis, quemadmodũ ſunt literæ, ad pecuniam faciendã & ad tuẽdam rẽ familiarem, & ad artem mathematicas aliasq; diſciplinas, & ad multas ciuiles actiones: [a]*neq; ut ars pingendi (uidetur enim ars pingendi ad melius ſolertiusq; iudicandũ de artificũ operibus eſſe utilis) neq; uero, ut gymnaſtica ad bonũ ualetudinẽ & robur. neutrum enim horũ uidemus à muſica effici. Reliquũ igitur eſt, ut ſit ad liberorum hominum uitæ degendæ conſuetudinem utilis: ad quam rem & eam uidentur adhibere. quam enim liberis hominibus uitæ degendæ rationẽ conuenire putãt, in hac ei locum tribuũt. Quocirca Homerus ita cecinit:*

At decet ad lautas cantorem arceſſere menſas.

& quibuſdam alijs antè appellatis:

Cantorem arceſſunt (inquit) qui carmine mulceat aures.

Et alibi Vlyſſes ait hanc eſſe optimã uitæ degendæ rationem, cum delectantur homines:

Auditurq; ample conuiuis cantor in aula,
Ordine diſpoſitis longo.

Diſciplinam igitur eſſe aliquam, quam filij doceri debent, non tanquam utilem neque tanquam neceſſariam, ſed tanquam liberalem atque honeſtam, perſpicuum eſt. Vtrum autem una numero ſit, an plures, & quæ ſint hæ, & quomodo docendæ, poſterius ijs de rebus erit dicendum. Nunc hoc tantum nobis quaſi muniendæ ad ea, quæ dicturi ſumus, uiæ gratia, poſitum eſt, etiam antiquos id, quod dicimus, ex diſciplinis primis & uſitatis teſtimonio ſuo confirmare. Muſica enim hoc declarat. Præterea uerò etiam hoc perſpicuum eſt, diſciplinas quaſdam utilem docere pueros oportere, nõ eos ſolũ, quòd ſint utiles, qualis eſt grammatica & literarum cognitio: ſed etiam quod multa aliæ diſciplinæ earum adiumento percipi & comparari poſſint. Similiter & ars pingendi tradenda eſt, non ut ne in ſuis rebus uenalibus labantur aut titubent, ſed ut ne in uaſorum & ſupellectilis emptione & uenditio-

ne utenſilium. uel potius, quia reddit hominem ſpectatorem pulchritudinis corporum. quærere autem omnibus in rebus utilitatem, minimè conuenit uiris magnanimus atque ingenuis. Quia autem manifeſtum eſt utrum moribus, an ratione in inſtitutione utendum ſit, & circa corpus prius uel mentem: perſpicuum eſt ex his, tradendos pueros eſſe gymnaſticæ & pædotribicæ. Harum enim una gignit qualem habitum corporis, altera autem opera.

περιττῶν. ἢ μᾶλλον, ὅτι ποιεῖ θεωρητικὸν τοῦ περὶ τὰ σώματα κάλλους· τὸ δὲ ζητεῖν πανταχοῦ τὸ χρήσιμον, ἥκιστα ἁρμόττει τοῖς μεγαλοψύχοις, καὶ τοῖς ἐλευθέροις. ἐπεὶ δὲ φανερόν, πότερον τοῖς ἔθεσιν, ἢ τῷ λόγῳ παιδευτέον εἶναι, καὶ περὶ τὸ σῶμα πρότερον, ἢ τὴν διάνοιαν· δῆλον ἐκ τούτων, ὅτι παραδοτέον τοὺς παῖδας γυμναστικῇ, καὶ παιδοτριβικῇ. τούτων γὰρ ἡ μὲν ποιάν τινα ποιεῖ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, ἡ δὲ τὰ ἔργα.

uenditione decipi poſſint: ſeu potius quod in pulchritudine corporis cognoſcenda ſolertem efficiat atque intelligentem. Vbiq; autem utile quærere & fructum conſectari, minime conuenit uiris magnanimis & liberis. Iam uerò quoniam in promptu eſt, utrùm pueri conſuetudine, an ratione docendi ſint, & utrum prius ea, quæ ad corpus pertinent, quã quæ ad mentis agitationem, ac contrà: ex his cognoſcere licet, pueros arti corporum exercendorum, quam gymnaſticam appellant Græci, & arti puerorum uarijs certaminibus terendorum ac durandorum, quam pædotribicam uocant, eſſe tradendos. harum enim altera corporis habitum conformat, altera effectiones & munera.

COMMENTARIVS.

Sunt autem.) Quibus artibus adoleſcentes ſuos ueteres illi Græci erudirent, oſtendit: quatuor autem eas ferè fuiſſe narrat quod addidit, Quia tunc etiam inueniebantur, qui his aliquas adderent, aut numerum ipſarum minuerent: illæ autem erant, ut narrat, ſcientia literarum, ſtudium exercendi corpus, muſice, quibus tribus commemorat quoſdã adiungere conſueſſe picturam. magis igitur communes erant primæ tres. quod Terentius etiam ſignificauit, qui fecit Parmenonem, laudantem ſimulatum illum eunuchum, ita loqui: *Fac periculum in literis, fac in palæſtra, in muſicis, quæ liberum ſcire adoleſ. centem æquum eſt, ſolertem dabo.* γράμματα autem dicebant, quod expreſſit quoque Comicus, cùm rationem literarũ oſtendere Attici ſcriptores uolebant quod percipitur etiam ex Ariſtophane, quòd quem Cleum ſic loquitur, affirmãſe minimè aptum eſſe reip. gubernandæ, quia non eſſet inſtructus liberalibus ſtudijs. inquit enim: ἀλλ' οὐ μουσικὴν ἐπίσταμαι, πλὴν τῶν γραμμάτων. E numero quatuor harum tradit Ariſtoteles, recepiſſe illos grammaticen & picturam, ut uitæ humanæ utiles, & unde caperentur multi fructus. Quin hoc uerum ſit in cognitione literarum, nemo dubitat: neque enim intelligit reconditam illarum ſcientiam. Magis autem obſcurum eſt, quam utilitatem pariat pingendi ars: quare uidetur γραφικὴν nomine appellaſſe etiam deſcribendi quoque locum lineamentis facultatẽ acuim. ipſa namque liberali uitæ uſibuſque multis ciuium ualde accommodata eſt, ut facile intelligitur. Nam picturæ ipſius artem perceptam multum ualere ad æſtimanda opera artificum, ipſe infrà tradit. florebat autem in Græcia ætate noſtri doctoris hæc ars: tuliſſe uerò artem eoſdem exercendi corpus teſtatur, quia referretur ad militarẽ fortitudinẽ.

Muſicam iam.) Differit accuratius de ratione cantus, ſed etiam de reliquis artibus, quas ſuprà tetigit, ſubtilius pleniuſque agit. Mutatum igitur ſua ætate dicit uſum muſices, cùm plerique incumberent in eam tunc uoluptatis cauſa. Olim autem, quando primùm exorta eſt, loco diſciplinæ muſicam haberent, & ipſa tanquam inſtrumento uterentur ad mores informandos: quia natura ipſa hominum quærit, & in hanc curam ſtudioſe incumbit, non ſolùm in negotio rectè ſe gerere, nihilque in rebus gerẽdis peccare: uerum etiam traducere otium honeſtè, poteſtatemque eius rei adipiſci. quod, inquit, ſæpè à nobis ſignificatum eſt. Quòd uerò addidit, Hæc namque principium eſt omnium arbitror ipſum oſtendere uoluiſſe, naturam, quam prius appellarat. in poſtremis enim his uerbis nihil eſt, cui reſpondeat pronomen hoc αὕτη mulíebris generis: ut ſignificet naturam ſpectandam eſſe, ad eamque ipſam referre nos omnia debere. non enim uideo, quomodo accipi poſſit σχολή, quæ ſuprà nominata non eſt, ut interpretes fecerunt: in quorum præterea explicatione hoc ualde durum eſt, quod principium pro fine poſitum putarunt. Sed etiam iudicium meum adiuuat hoc ipſum, quod in extremo poſuit: Vt rurſus loquamur de ipſa, natura ſcilicet hominum, iteremuſque, quod iam traditum à nobis fuerat: abſoluiſſe enim ſibi uidebatur, quod ad eam ornandam pertinebat.

Si enim ambo.) Hoc quoque declarat, loqui hic auctorem de natura, ambobuſque de ſiderijs ipſius, non de altero tantùm eorum, id eſt de poſteriore tempore ac fine: quod tamen antepoſuit priori inquit enim. Si enim ambo quidem requiruntur, dandaque eſt opera ab hominibus, ut ipſa obtineant: magis autem expetendum eſt otium, quam negotium, aſt etiam accuratè uidendum, quid potiſsimum in otio & requiete à magnis moleſtijs gerere debeamus. Quòd ſi quis putaret, oportere nos concludere ac iocari, profectò erraret: ſequeretur enim ita, neceſſeque foret, finem uitæ noſtræ eſſe ludum ac iocum. Quod ſi, inquit, hoc exitum habere non poteſt, neque ullo modo probari, potiuſque in negotio ipſo, medijſque laboribus tempus ludendi captandum nobis eſt. quod probat dicens: Qui enim laborem capit, eget requiete: luſioque adhibetur, ut requieſcamus, uimque eam habet contrà autem in negotio cùm uerſamur, laboramus, & contento animo ſumus in tractatione illarum rerum. quare inquit, concludens rationem omnem: Non eſt cunctandum adhibere luſiones, tempus idoneum captantes illis: tuncque ipſas uſurpantes, cùm negotia non impediunt, uidemuſque corpus & animum refici recreatique debere. monſtrauit enim tempus, non ſolùm aptum luſioni, uerum etiam neceſſarium: ſimili, quo utitur ad hoc declarandum. Iubet enim admouere luſiones, tanquam medicamentum: non traditur autem medico corpus integrum ac ſanum, ſed ægrotum Relaxationem uerò huiuſmodi motum inquit eſſe, motationemque animi, id eſt uariare ſtatum ipſius, atque immutare: è qua immutatione proficiſcitur uoluptas, quæ uoluptas eſt fons atque origo requietis. Nam cùm ludebat, non erat omnino animus uacuus à labore. Cũ labore namque aliquo exercentur etiam luſiones: quæ tamen, quia iucundæ ſunt atque oblectant, uidentur nos recreare. Eodem autem hoc uerbo iuncto, quo hic utitur elegans ſcriptor, id eſt καιροφυλακεῖν, uſus quoque eſt Demoſthenes contra Ariſtocratem: apud quem ualet, tempus nanciſcendi ſeruare, & quaſi in inſidijs manere.

Otium autem.) Explicat bona, quæ in ſe habere creditur otium: primumque affirmat, exiſtimari ipſum refertum eſſe uoluptate, ac uitam beatam reddere, ſimilemque illi uitæ, quam, qui μάκαρες uocati ſunt, degũt (ita autem Græci deos immortales oſtendebant) quem aceruum maximorum bonorum nullam in partem obtinent grauati curis ac moleſtijs, ſed uacui ab ipſis, ut aſſeuerat. Confirmat autem ratione, expertem eſſe huius beatæ uitæ illos, qui premuntur laboribus: ea autem eſt, hominem, qui in negotio uerſatur, ſollicitari, ut adipiſcatur finem illum, quo putat ſe carere. niſi enim intelligeret, ſe expertem eſſe eius boni, non tantopere laboraret Contrà autem, inquit, uita beata eſt finis, quam uitam nullo pacto cum dolore, ſed cum uoluptate iunctam, omnes qui dexerunt quid ſe otiret, aperuerunt, ſemper arbitrati ſunt. Sed quemadmodum conſentiunt in hoc, ita inter ſe diſcrepant: quòd non eandem uoluptatem cuncti ipſi adplicant: ſed ſinguli, quam amant & quam intelligunt congruere rationi ſuæ habituique, ipſi adtexunt. Qui autem, addit, uir optimus ac perfectiſsimus eſt, is optimam ipſi annectit uoluptatem, & quæ ab honeſtiſsimis factis, prodit.

Quapropter apertum.) Perſpicuum eſſe, inquit, ex his quæ tradita ſunt, oportere nos quædam prius addiſcere, imbuique diſciplinis nonnullis, ut percipiamus inde uoluptatem, quam quærimus, illæ namq; notitiæ ſunt origo uoluptatis, quę coniuncta eſt uitæ beatæ, atq; explet ipſam. Cuiuſmodi autem eſſe debeant ſcientiæ & artes, quas intelligit, declarat: affirmatq; ipſas è genere illarum ſcientiarum eſſe debere, quæ expetuntur propter ſe, non quia auxilio nobis ſint ad alia quædam commoda obtinenda. Illæ namq; (ut adiungit) quæ utiles nobis ſunt in negotijs, adiuuantque fines propoſitos illis curis atque ærumnis, expetuntur ut neceſſariæ, & ut ope ipſarum aliquando impetremus, quod cupimus.

Vnde muſicam.) Oſtendit elici ex his, quæ modò tradidit, conſilium ueterum illorum Græcorum fuiſſe uerum, qui utebantur muſica ad uitam informandam, non ad uoluptates decerpendas è cantu & ſuauitate ſonorum: & demum non habebant ipſam loco rerum neceſſariarum, cùm (ut teſtatur) nihil in ſe huiuſcemodi babeat (poſſumus enim carere ſine damno ullo muſice hac) quæ aures oblectant, aut quæ uſui eſſent uitæ, ualerent ad alia bona nobis parienda, ut cæteræ, quas appellat. Primã autem ipſarum uocat, ut ſuprà fecit, literas, id eſt ſcire (ut loqui ſolemus) legere ac ſcribere: non enim intelligit exquiſitã harum rerum doctrinam, quam leuem attamen literarum cognitionem affirmat utilem eſſe ad rem quærendam, & ad domum recte adminiſtrandam, ut etiam ad artes perdiſcendas, multaque ciuilia munera obeunda: quæ ita poſſent à rudi penitus imperitoque literarum attingi. Secundam nominat artem pingendi, quam etiam in utilibus poni poſſe affirmat, cùm ualeat ad melius ſubtiliuſque exiſtimanda opera clarorum opificum. neq; rurſus utilè muſicam eſſe inquit, ut prodeſt multũ palæſtra, ratioq; exercendi corpora ad ualetudinem & robur corpori comparandum. neutrũ enim horũ bonorũ comparari dicit auxilio cantus Reſtat igitur, inquit, ut ualeat ad tempus in otio terendum, uoluptatemq; inde hauriendam: ad quam rem apparet ipſam traduxiſſe, motam uetere ſua ſede, quam apud priſcos tenebat, inferioris ætatis homines. Quam enim, inquit, putant eſſe debere uitam liberorum in otio, in hac collocant. Repetens autem quæ ſuprà dixit de inſtituto priſcorũ, commutauit, quæ uarietas potius locutionem, quàm ſententiam: pro enim ἀλλ᾽ ἀρχὴ inquit, ... eandem intelligens: & ... nunc, cùm ſuprà εἰς παιδείαν dixiſſet. nam ... indicat, quod expreſſi, ueriorem uſum fuiſſe muſices arbitrari auctorem apud antiquos, quàm apud inferioris ætatis homines, qui tanquam abduxerint ipſam è ſuo proprioq; domicilio.

Quæ de cauſa.) Citat Homerum teſtem huius nouæ conſuetudinis, qui plurib. locis indicauit, adhiberi ſuis iam tunc quoque muſicam in epulis ad animos oblectandos. quare docti uiri ſtudioſique dignitatis ipſius, purgarunt poetam, neque ullo modo putandum dixerunt exiſtimaſſe Homerum, muſicam ſolùm ualere ad delectandos homines, auresque ſuauitate uocum ſonorumq; perfundendas: neq; hoc ipſum oſtendere uoluiſſe uerſibus his omnibus, quorum ſententia eſſet altior, magiſque recondita, quàm aliqui iudicarant. ipſam autem explicat Plutarchus in extremo illo libro, quem ſcripſit de Muſica. Ariſtoteles tamen hic communem opinionem ſequitur. Non poſſum autem monſtrare locum apud poëtam, ubi ſententia hæc prioris uerbaque ſint: & non ſolùm non memini, me alicubi in eius monimentis legiſſe, ſed etiam, cùm quæſiui in ipſis, non reperi. Quare ſuſpicor hunc unum eſſe locorum illorum, qui à criticis poſtea inde ſublati ſunt. Notum enim eſt, multas uariaſque editiones huius ſummi poetæ antiquitùs extitiſſe, cùm plures in manus admouerint. Poſterior uerò quem citat, eſt in IX. libro Odyſſeæ.

Extare igitur.) Repetit, quæ modò confecit, ſignificatque ſe contra ſententiam quorundam (ut uidetur) minutorum hominum, oſtendiſſe inueniri eruditionem, ingenuo uiro dignam. Hoc autem confirmat, non alienum eſſe, dare operam muſicæ, & quaſi uiam munit cognitioni cantus, ut liberè ingrediatur honeſtam omnem ciuitatem, ac ſine metu, ne inde eijciatur. Inquit igitur, extare diſciplinam quandam, quam minimè, ut fructuoſam, tradere oporteat pueris: neque etiam ut neceſſariam, ſed ut liberalem & dignitatis plenam, perſpicuum eſt. Reſtat nũc uidere, ſit ne hæc una numero, an plures & ſi plures hu artes ſunt, expolientes & ornantes ingenuos uiros, quæ potiſſimum illæ ſint, & quomodo tradendæ, quod poſtea quæremus. Nunc tantùm nobis ſatis fuit, atque id hoc loco curandum putauimus, teſtimonijs ueterum comprobari, eſſe locum in bene inſtituta ciuitate huic diſciplinæ, quod perſpicitur ex ipſorum peruolgatis, & in uſu omnium poſitis ſtudijs. Muſica namque, quæ in uſu antiquorum erat, penitùs hoc declarat, planumque facit.

Præterea ut liam.) Cùm uelit expoliri pueros artibus ingenuis, addit, oportere eoſdem quædam etiam perdiſcere, unde fructus utiliareſque uulgò capiuntur: non tamen eodem omnino conſilio, quo cęteri faciunt, ſolùm ſequentes emolumenta & lucra, quæ inde oriuntur, in ipſa incumbunt: uerum etiam, quia illæ quæ fortunas noſtras augent, ſunt etiam utiles alijs ſcientijs perdiſcendis. cuiuſmodi eſt, inquit, cognitio literarum. Quomodo enim, qui legere ſcribereque neſciret, aut mathematicis ſtudijs imbueretur, aut cæteras doctrinas coleret? etſi Epicurus aiebat, poſſe Epicureum eſſe, qui neſciret literas. omnia enim ratus illos in uita moribuſque purgandis poſita eſſe, ſpernebatque ſtudia cuncta, quæ non ualerent ad ſapientiam perficiendam, & animos noſtros ab inanibus, ut arbitrabatur, timoribus liberandos.

Similiter autem.) Quod in notitia literarum uſuuenire ſignificauit, idem etiam nunc contingere affirmat in arte, quã à deſcribendis formis imaginibuſque uocat γραφικήν. Videtur autem hæc complecti plures artes, uel potius eſſe quaſi ſemen & originem ipſarum. nam & penicillo & ſcalpro exprimuntur imagines, ſed è cera etiam & luto ducuntur, quibus omnibus exercendis, & cum laude tractandis, requiritur hæc ipſa γραφική. Inquit igitur, hanc etiam uſus præbere, addiſcendamque eſſe non ſolùm, ne labantur & errent, cùm emere aliquid eius generis uolunt, quæ res ignorantia ipſis damnum afferret: uerùm, itaque, ne decipiantur, affineſque ulli errori ſint in rebus exiſtimandis, quæ paſſim emuntur aut uenduntur: in quibus itidem forma ſpectatur, quamuis nihil ipſorum intereſſet, neque inde incommodi aliquid acciperent. Quia extitêre qui falsò putarint hæc eadem dicere auctorem: neque enim, quid diſcriminis foret inter priorem & poſteriorem ſententiam uidere potuerunt: ideoque in uertendo hoc loco ſententiam alteram reliquerunt, ſed uerba etiam contaminarunt: ideo teſtari hoc uolui, aperireq; iudicium meum. cùm enim loquatur de arte hac adumbrandi lineis rem aliquam, non ut de utili, ſed ut de habente ... non parum dignitatis: non eſt dubium, quin inſtructus ipſa, ut ea poſſit ad alios iuuandos & à fraude aliena liberandos ... oſtendat ipſis, quanti pretij & æſtimationis res ſingulæ ſint. ... uerò hæc maxima ipſe uocat (in uaſis enim præcipuè ... oſtenditur forma ac ſpecies) commoditate neq; ipſius illa aut cara ſunt aut uilia. Sed tamen hoc nomine intelligit etiam reliqua utenſilia, quæ placent aut diſplicent ui formæ. Videns autem hoc etiam aliquo modo referri ad utilitatem, tanquam ſe contigit atque iniquè, eam potius percipiendam eſſe: quia reddit, qui ipſam didicit, elegantem ſpectatorem formarum humanarum. quam laudem ſibi arrogauit Chærea Terentianus. Quis autem dubitat, quin hi cuncti opifices melius exiſtiment uires ac uitia humanorum corporum, quàm rudes & imperiti harum artium? unde meritò contempſit Catullus illos, qui Quinctiam formoſam dicerent: quæ ſanè ſemina cunctas partes corporis, ſi ſeorſum ſpectares formoſas haberet: nec tamen illas ſibi reſpondentes in menſura & uera ratione, è qua iuſta debitaque menſura membrorum exiſtit uenuſtas & lepos. opifices autem hoc in primis ſummo ſtudio ſequuntur. Increpat in extremo illos, qui cunctis in rebus quæſtum perſequuntur: minimeque conuenire affirmat ſtudium tale magnanimo uiro ac libero, qualem fingit in his libris.

Quod autem manifeſtum eſt.) Docet oportere, cùm huius ætatis, quam monſtrauit, pueri fuerint, tradere illos erudiendos duabus artibus: quarum priorem Græci ab exercendi corporibus appellabant gymnaſticam (nudi enim in ipſa uerſabantur) alteram autem pædotribicam, quia eoſdem magiſtri ipſius quaſi contrerent, aſſiduoſque eſſe cogerent in illis ſuis ſtudijs. Conſtituit autem præceptionem hanc, tempus uenisse oſtendens, quo incumbere ... ætas debeat in has artes: quia patefactum ſuprà fuit, oportere prius pueros informare inſtitutis conſuetudinibus quàm ratione & exquiſita doctrina: nec non quia itidem cognitum eſt, decere prius corpus eorum, quàm animum excolere & confirmare. unde ſequitur, quod dixit: Qua autem in re diſcrepẽt inter ſe artes hæ, breui ſignificat ... huc, quia notum id tunc omnibus & perſpectum erat. Inquit igitur, alteram illarum reddere habitum corporis qualem, id eſt firmum ac uegetum, ad muneraque ipſius propria obeunda paratum: alteram uerò, id eſt quam pædotribicam uocauit, meliora reddere, & perfectiora munera, quæ ab ea ætate expectantur. tradit enim rationem uacam armis tractandi, & uſum omnem uariorum generum illorum: quæ cerni etiam Virgilius, cùm fecit Numanum, ferentem in cœlum diſciplinam Italorum, exprobrare mollitiam Troianis.

a ... boc tocum deſideratur in lib. uulg.

CAPVT IV.

NVnc igitur ciuitates, quę maximè uidentur curam gerere puerorū, hæ quidē athleticum habitū inſerunt in illos, corrumpentes formas & auctionem corporum: Lacones uerò non uerſantur quidē in hoc errore, feros aūt efficiunt laboribus, tanquam hoc ad fortitudinē maximè conducat. Atqui quēadmodū dictū eſt ſæpè, neque ad unā, neq; ad hanc potiſſimū reſpicientē, decet diligentiam adhibere. Si autem & ad hanc, neq; hoc inueniunt: Neq; enim in cæteris animantibus, neq; in gentibus, uidemus fortitudinem comitari maximè agreſtibus, ſed potius mitioribus & morib. leoninis. Multæ autem ſunt gentes, quæ ad cædem & ad humanas carnes comedendas pronæ ſunt, quemadmodum Pontum incolentiū Achæi & Heniochi, & Aſiaticarum gentium aliæ: quarum hæ quidem pariter atq; hę, alię uerò magis, quæ è latrocinijs quidem uiuunt, nullam autem partē fortitudinis nactæ ſunt. Amplius autem ipſos Laconas nouimus, donec ipſi aſsidui erant in laboribus, ſuperiores alijs fuiſſe: nunc autem & exercitationibus & bellicis certaminibus uictos eſſe ab alijs. Non enim, quod adoleſcentes exercent hoc modo præſtabant: ſed tantum, quod aduerſus non exercentes exercebāt. Quapropter quod honeſtū eſt, nō quod ferinū, oportet in certaminib. primum locū tenere: non enim lupus neq; alia ulla immanis belua ſubiret ullum honeſtum periculum, ſed potius uir probus. Qui aūt ualde relaxarūt ad hęc pueros, & nullā in partē inſtructos rebus neceſſarijs fecerunt, ſordidos reddunt: ſi uerè de illis ſentimus, ad unum tantū opus reip. utilib. illis redditis: & ad hoc, ut ratio dictat, deterius alijs. Oportet autem è priorib. factis exiſtimare, ſed ex huius ætatis: habent enim nūc aduerſarios & quaſi ęmulos diſciplinæ, prius aūt non habebant. Oportere igitur uti exercitatiōe corporis, & quomodo utendū ipſa, confeſſum eſt: uſq; ad pubertatē enim leuiores adhibēdæ ſunt exercitationes, uiolētū uictū & labores, neceſsitate illorū ferendorū impoſita, remouētes, ne im-

ΝΥ͂Ν μὲν οὖν αἱ μάλιστα δοκοῦσαι τῶν πόλεων ἐπιμελεῖσθαι τῶν παίδων, αἱ μὲν ἀθλητικὴν ἕξιν ἐμποιοῦσι· λωβώμεναι τά τε εἴδη, καὶ τὴν αὔξησιν τῶν σωμάτων. οἱ δὲ λάκωνες ταύτην μὲν οὐχ ἥμαρτον τὴν ἁμαρτίαν· θηριώδεις δ' ἀπεργάζονται τοῖς πόνοις, ὡς τοῦτο πρὸς ἀνδρείαν μάλιστα συμφέρον. καίτοι καθάπερ εἴρηται πολλάκις, οὔτε πρὸς μίαν, οὔτε πρὸς μάλιστα ταύτην βλέποντα ποιητέον τὴν ἐπιμέλειαν. εἴτε πρὸς ταύτην, οὐδὲ τοῦτο ἐξευρίσκουσιν· οὔτε γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, οὔτ' ἐπὶ τῶν ἐθνῶν ὁρῶμεν τὴν ἀνδρείαν ἀκολουθοῦσαν τοῖς ἀγριωτάτοις, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἡμερωτέροις καὶ λεοντώδεσιν ἤθεσι. πολλὰ δ' ἐστὶ τῶν ἐθνῶν, ἃ πρὸς τὸ κτείνειν, καὶ πρὸς τὴν ἀνθρωποφαγίαν εὐχερῶς ἔχει, καθάπερ τῶν περὶ τὸν πόντον ἀχαιοί τε καὶ ἡνίοχοι καὶ τῶν ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν ἕτερα. τὰ μὲν ὁμοίως τούτοις, τὰ δὲ μᾶλλον, ἃ λῃστικὰ μέν ἐστιν· ἀνδρείας δ' οὐ μετειλήφασιν. ἔτι δ' αὐτοὺς τοὺς λάκωνας ἴσμεν, ἕως μὲν αὐτοὶ προσήδρευον ταῖς φιλοπονίαις, ὑπερέχοντας τῶν ἄλλων· νῦν δὲ καὶ τοῖς γυμνασίοις καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι λειπομένους ἑτέρων· οὐ γὰρ τῷ τοὺς νέους γυμνάζειν τὸν τρόπον τοῦτον διέφερον, ἀλλὰ τῷ μόνον μὴ πρὸς ἀσκοῦντας ἀσκεῖν. ὥστε τὸ καλὸν, ἀλλ' οὐ τὸ θηριῶδες δεῖ πρωταγωνιστεῖν· οὐ γὰρ λύκος, οὐδὲ τῶν ἄλλων θηρίων τι, ἀγωνίσαιτο ἂν οὐθένα καλὸν κίνδυνον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνὴρ ἀγαθός. οἱ δὲ λίαν εἰς ταῦτα ἀνέντες τοὺς παῖδας, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπαιδαγωγήτους ποιήσαντες, βαναύσους κατεργάζονται κατά γε τὸ ἀληθές· πρὸς ἓν τε μόνον ἔργον τῇ πολιτικῇ χρησίμους ποιήσαντες, καὶ πρὸς τοῦτο χεῖρον ὥς φησιν ὁ λόγος, ἑτέρων. δεῖ δὲ οὐκ ἐκ τῶν προτέρων ἔργων κρίνειν, ἀλλ' ἐκ τῶν νῦν· ἀνταγωνιστὰς γὰρ τῆς παιδείας νῦν ἔχουσι, πρότερον δ' οὐκ εἶχον. ὅτι μὲν οὖν χρηστέον τῇ γυμναστικῇ, καὶ πῶς χρηστέον, ὁμολογούμενόν ἐστι· μέχρι μὲν γὰρ ἥβης κουφότερα γυμνάσια προσοιστέον, τὴν βίαιον τροφὴν καὶ τοὺς πρὸς ἀνάγκην πόνους ἀπείργοντας, ἵνα

NVnc igitur quibus ciuitatibus maxima cura pueri uidentur eſſe, earum alia athletarum habitum corporibus conciliant, & formas corporum corrumpentes, & eorum incrementis nocentes. At Lacedæmonij in hoc quidem non peccant, ſed pueros laboribus immanes & feros reddunt, proinde quaſi hoc ad fortitudinem plurimum ualeat. Atqui, quemadmodum ſæpenumero dictum eſt, neque una neque hac maximè uirtute ſpectata, cura in pueros eſt conferenda. Et ſi demus hanc etiam uirtutem eſſe ſpectandam, ne hoc quidem aſſequuntur. Nam neque in alijs animantibus, neque in alijs gentibus fortitudinem moribus immaniſſimis & efferatiſſimis comitem adiunctam eſſe cernimus, ſed manſuetiſſimis potius & leoninis. Multæ autem ſunt nationes, quæ ad necandos homines, & ad ueſcendum carnibus humanis ſunt faciles ac procliues, quemadmodum ex ijs populis, qui Pontum accolunt, Achæi & Heniochi: atq; ex gentibus mediterraneis aliæ nonnullæ partim ſimiliter atq; hæ omnes, partim deterius atq; immanius: quæ ad latrocinandum quidem factæ ſunt natura, ſed fortitudine nulla ex parte præditæ ſunt. Præterea uerò Lacedæmonios ipſos ſcimus, quandiu in ſtudio laborū aſſiduè uerſabantur, alijs præſtitiſſe: nunc autem & exercitationibus & certaminibus bellicis ab alijs Græciæ populis ſuperari. non enim eò quod pueros & adoleſcentes hoc modo exercerent, cæteris præſtabant: ſed eò ſolum, quod in eos, qui ſe non exercebant, exercerent. Quare primas partes honeſtum, non immanitas ferre debet. non enim lupus neque ulla alia fera, certamen ullum cum honeſto periculo coniunctum iniret, ſed uir bonus potius. Qui uero pueros ad hæc certamina ualde effusè ac diſſolutè ferri ſinunt, & ad res neceſſarias cuſtodes aut magiſtros eis non apponunt, ſordidos atque illiberales artifices eos reddunt, ſi uerum fateri uolumus, quippe qui eos ad unū opus duntaxat ſcientiæ ciuilis utiles efficiant: & quidē ad hoc deterius alijs cōparatos, ut ratio indicat ac declarat. Oportet autem non ex ſuperioribus factis, ſed ex præſentibus iudicare. Nunc enim habent aduerſarios, qui de diſciplina cum eis certent, antea non habebant. Vtendum igitur eſſe gymnaſtica, & quomodo ſit utendum, conuenit inter omnes. Nam uſque ad pubertatem pueri ad leniorem exercitationem ſunt admonendi: à uiolento uictu & laboribus à neceſſitate præſcriptis arcendi,

ne impedimento ſint corporibus augendis. Signum aūt non paruū, qđ uim poteſtatēq; habent huius rei efficiendæ: inter olympionicas enim duos tréſue inuenias, qui ijdem uicerint uiri ac pueri: quia cùm adoleſcētes ſe exercuerint, amiſerūt uires ob neceſſarias exercitationes. Quando aūt à pubertate tres annos alijs rebus perdiſcē dis incubuerint, tunc cōgruit, & laboribus & neceſsitate comedendi continentem ętatem occupare: ſimul enim & mente & corpore duriter laborare nō oportet. Cōtrariū .n. uterq; laborū horū naturā habet moliri: impediens corporis labor mētem, huius autem corpus.

μηθὲν ἐμπόδιον ᾖ πρὸς τὴν αὔξησιν. σημεῖον γὰρ οὐ μικρὸν, ὅτι δύναται τοῦτο παρασκευάζειν· ἐν γὰρ τοῖς ὀλυμπιονίκαις δύο τις ἂν ἢ τρεῖς εὕροι τοὺς αὐτοὺς νενικηκότας ἄνδρας τε καὶ παῖδας, διὰ τὸ νέους ἀσκοῦντας, ἀφαιρεῖσθαι τὴν δύναμιν ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων. ὅταν δ᾽ ἀφ᾽ ἥβης ἔτη τρία πρὸς τοῖς ἄλλοις μαθήμασι γένωνται, τότε ἁρμόττει καὶ τοῖς πόνοις, καὶ ταῖς ἀναγκοφαγίαις καταλαμβάνειν τὴν ἐχομένην ἡλικίαν· ἅμα γὰρ τῇ τε διανοίᾳ καὶ τῷ σώματι διαπονεῖν οὐ δεῖ. τοὐναντίον γὰρ ἑκάτερος ἀπεργάζεσθαι πέφυκε τῶν πόνων, ἐμποδίζων, ὁ μὲν τοῦ σώματος πόνος, τὴν διάνοιαν· ὁ δὲ ταύτης, τὸ σῶμα.

nequid impedimenti afferant corporis incremento. poſſe enim illa hoc efficere, non paruo argumento eſt, quòd in Olympionicis duos, aut ſummum tres reperias, qui ijdem & uiri & pueri uicerint, propterea quòd eis, interea dum pueri ſunt, immodicè ſe exercentib. neceſſaria & uiolenta exercitationis uires auferant. Cùm uerò à pubertate tres annos in alijs diſciplinis poſuerint, tum conuenit & laboribus neceſſarijs & uictus à neceſsitate præſcripto, quā anangophagiam Græci uocant, proximam ætatē alligare. Nam uno tempore & mente & corpore laborem ſufferre non oportet. uterq; enim labor recontrarias efficere ſolet naturæ: & corporis quidem labor, menti: mentis labor uerò, corporis impedimento eſt.

COMMENTARIVS.

Nunc igitur.) Antequam aperiat rationem, quam probat, ac ueram iudicat, præparandi pueritiam ad labores militares: refellit ut admixta magnis culpis instituta quarundam ciuitatum, & earum quidem nobiliſsimarum: quæ ſanè plurimam curam ponebant in exercendis corporibus ſuorum adoleſcentium: ſed ualdè in hoc peccabant. Primùm igitur reprehendit eas, quæ habitum athleticum, magno ſtudio adhibito in eam rem, inducebant in ſuos pueros. Ita enim, inquit, deprauari ſpeciem corporum, nec aduerſas tantum formæ hanc inſtitutionem: ſed etiam non ſinere corpora creſcere. atque id (ut opinor) propter immoderatos illos labores, in quibus continebant adoleſcentes. Grauabant enim ita ipſos duris exercitationibus & cibis, ut curſum impetumq; naturæ impedirent. ſed tamen literis proditum eſt, inuentos athletas nonnullos, qui miram magnitudinem corporis haberent. Nam de copia cibi, qua impoſita ipſis neceſsitate huius rei, alerentur, nihil opus eſt dicere, quæ, ut robur corporis efficiebat, ſi debitæ exercitationes adhibitæ forent: ita fortaſſe formam lædebat. & tamen Euripides in fabula quadam ſua, cum ſtudium hoc Græcorum uehementer accuſaret, dixit eos huic non rei factos eſſe, ſero inquam orando, cùm eſſent quaſi pulchra quædam ſimulachra & imagines. Exercitationes autem palæſtritarum propriæ ipſorum erant, id eſt curſus, ſaltus, diſci iactus, lucta, cæteraq; ea huiuſcemodi. Addit autem auctor, Lacones, qui ſanè longè aberant ab errore hic exagitato, peccaſſe alio pacto: reddebant enim ſuos adoleſcētes ob aſperos labores, duros & efferatos. Quod improbans, continereq; in ſe magnam mendam declarans, inquit: tanquam hoc multum prodeſſet fortitudini, præſtantémque hanc uirtutem magnopere adiuuaret. quod nullo modo uerum eſſe arbitratur noſter doctor. De more hoc Laconum, qui optimum eſſe cenſebant, firmare corpora adoleſcentium labore, quod inſtitutum in feminas etiam tranſtulerant commemorauit multa M. etiam Cicero in II. Tuſculana. Nam quod multum facit ad iudicium noſtri doctoris adiuuandum, idem quoque pro L. Muræna narrat, diſciplinam illam aſperam, quam probarunt hi ipſi Lacones & Cretes, non tuliſſe illis fructus, quos ſperabant. Quorum alteri, inquit, uno aduentu noſtri exercitus deleti ſunt: alteri noſtri imperij præſidio diſciplinam ſuam legeſque conſeruant. Eo autem loco tangit nonnulla de duritia legum illarum, & quantopere abhorrerent ab omni lenitate uitæ cultu.

Atque quemadmodum.) Erratum in hoc eorundem oſtendit, affirmatque non opus eſſe, ut illi faciebant, qui fortitudinem tantum colerant, unā ſolùm uirtutē ante oculos habere, atq; in ea obtinenda omnes neruos contendere. neque enim ipſa ſola ualet ciuitatē optimè regere, ac uitam beatā præſtare, ut teſtatur ſæpè à ſe antea declaratum eſſe. Addit autem, magis peccatum eorum aperiens, ſi una etiam ſola uirtus tantam uim poteſtatemque in ſe haberet, ut omnibus temporibus cum laude traducendis ſatis foret, atq; imperium legeſq; tueretur: illam non eſſe fortitudinē, ſed aliam quandam, quam tamen non appellat, nec quæ ſit, indicat.

Si autem.) Inſimulat eoſdem, quod aliter etiam peccaſſe dicit: quia ueram uiam illius ipſius uirtutis parandæ, quam maximè amabant, non tenebant: concedit enim aliquo modo ipſis, quod iā eripuerat. inquit igitur. Quòd ſi opus eſſet ad fortitudinem capeſſendam totos ſe conferre, neque etiam, quod ſtuduerunt, ipſam indagare potuère. quod probat ſimili beluarum & nationū quarundā immaniū. inquit enim: Neque enim hoc uſu uenire uidemus in animantibus expertibus rationis, neq; in nationibus, ut fortitudo comitetur, maximè agreſtibus efferatiſque: ſed potius illis, quæ manſuetioris ingenij ſunt, moribuſq; leoninis præditæ (quæ belua in primis fortis eſt ac generoſa) eadem tamen multa ſæpè ſigna dat ſuæ clementiæ, quæ nota ſunt, & literis etiam prodita. Tradit autem, multas exiſtere nationes, quæ ad cædem faciendam pronæ ſunt, & ueſcuntur etiam humana carne. ceu inquit ex Pontū incolentibus, Achæi & Heniochi, & quædam etiamè numero gentium illarum, quæ Aſiam incolunt: quarum nonnullæ, ut ſuperiores, ſæuitiam ſuam declarant, quia cædib. gaudent: aliæ autem ſunt, piraticam exercentes, mareque infeſtum habentes: in quarum tamen naturis ſpecimen nullum eſt fortitudinis: longè enim aliud eſt exuiſſe omnem humanitatem, ut illæ barbaræ prorſus nationes fecerūt, ac uera fortitudine imbutos eſſe. Nationes epiroticas cùm nominaſſet, intellexit feros nonnullos populos, qui Aſiam incolerent. illa enim quoque tellus Epirus uocata fuit, gentes, quas antea appellarat, ad Septentrionem uergunt.

Amplius autem.) Hoc itidem ualet ad declarandum, duram illam inſtitutionem, & infinitam patientiam in doloribus corporis tolerando, in qua tenebant adoleſcentes ſuos Lacones: non habere tantam uim, quantam nonnulli exiſtimabant ad fortitudinem gignendam, & uictoriam ex hoſtibus ſemper reportandam. Sed id tum factum fuiſſe, quòd illi exercitati, cùm in omni prælio ſuperiores erant, pugnabant cum minimè exercitatis. Non enim, inquit, præſtabant cæteris populis, quia pueros exercerent illo pacto quo dictum eſt, id eſt aſperè ac duriter: ſed quia res erat illis cū deſidibus & expertibus penitus exercitationum. Poſtquam autem cæteri Græci cœperunt & ipſi corpore exercere, quamuis meliore uterentur ratione, res mutata eſt: præter quam quòd illi multum remiſerunt ueteris illius ſuæ educationis, nec tantū ſtudij adhibere cœperunt in duris laboribus ſuſtinendis. Perſpicitur igitur, hoc quoque pacto illa inſtituta Laconum in adoleſcentibus exercendis meliora cæteris non eſſe, quæ præterea nocent animis, cùm mores adoleſcentium ferinos reddant.

Quapropter quod.) Concludit iam totam rationem, poſtquam ſibi uiſus eſt, quod uolebat comprobaſſe: nec tamē adhuc ceſſat magis declarare, quod uerum putat, uſus ſimili ferarum. inquit enim: Quapropter quod honeſtum eſt, & non quod beluæ proprium, & illius quidem feræ atque immanis, oportet primum dignitatis locum obtinere, & anteponi cæteris inſtitutis: neque enim lupus, neque ulla alia fera uerſaretur unquam in aliquo honeſto certamine, ſubiretque periculum plenum dignitatis, quare neque homo etiam ſimilis illis, & qui ferinum ingenium habeat: ſed uir probus, ac ueræ laudis ſtudioſus. Adiungit autem, nimis magnam curam poſitam in corpore exercendo, impedire alias diſciplinas, nec ſinere adoleſcentes imbui uirtutibus, uitæ ciuili neceſſarijs. Vnde etiam affirmat, populos, qui aſsiduos ipſos tenent in illis laboribus, ut dum expoliant adoleſcentes, potius (ſi quis uerè exiſtimat) reddere illos agreſtes ac ſordidos, cùm efficiant ipſos aptos uni tantùm operi præ-

ri peraſtando, quod ad remp. adminiſtrandam aptum ſit: & ad illud quidem non omnino rectè ac meliore uſe, ſed deterius etiam, quàm alij faciant, ut ſuperior ratio demonſtrauit. Πρωταγωνιστεῖν, quod dixit, tom primas partes tenere ſignificare uellet, uerbum duxit ab actoribus fabularum: qui enim ipſorum maiores partes agerent, πρωταγωνισταὶ uocabantur. ut qui ſecundas & tertias ſuſtinerent, δευτεραγωνισταὶ, & τριταγωνισταί.

Oportet autem.) Hue quoque pertinet ad Lacones: pertaturos enim oſtendit eos, qui exiſtimarent de inſtitutis ipſorum, ex ueteribus eius gentis factis, cùm facile cæteros, quibus cum bellum gererent, ſuperabant, & non ex nouis ac recentibus. Hodie enim, inquit, æmulos habent atque aduerſarios illius diſciplinæ, prius autem non habebant. nulli enim tunc Græci populi incumbebant in hanc curam, adoleſcentesque ſuos exercebant. Qui igitur ſtatuere uult, an diſciplina illa recta ſit ac digna, quæ anteponatur inſtitutioni reliquorum Græcorum, iudiciumque facere de ipſa ex factis, quæ inde manant: conferat res geſtas horum temporum inter ſe & illorum, & aduerſariorum, non ueterum: Nunc enim omnes exercent ſuos adoleſcentes: quare ita melior inſtitutio putanda eſt, è qua uictores nouorum certaminum proficiſcuntur.

Oportere igitur.) Concludit ſuperiorem diſputationem, declaratque, quid modò confectū ſit: explicat tamen ſimul, quæ breuius tradita fuerant, confirmans nouis argumentis, ſi quid non omnino planum illic erat. Inquit igitur exploratum eſſe, oportere exercere adoleſcentes: nec non qua diſciplina illi inſtituendi ſint. uſque ad pubertatem enim, inquit leuiores exercitationes ſunt adhibendæ, contrariæque a pueritia ab ipſis arcendæ: quas ſignificat dicens, uictum uiolentum & labores definitos, & uſque ad certam quandam menſuram perductos, eſſe ab illa tenera adhuc ætate remouendos, ne naturæ curſus impediatur, corpuſque ita creſcere non ſinatur. Notum autem eſt, athletis certum pondus cibi præberi ſolitum, quod ſ[illegible] mere cogerentur: & certas etiam definitaſque corporis exercitationes, quas implere itidem ipſis neceſſe erat. Extinguere autē impetum naturæ, uireſque extenuare immoderatos labores, & quos ætas illa non fert, argumento probat, ducto à poſteriore, id eſt ſigno, quod ſignum ualde aptum putat ad hanc rem illuſtrandam. Illud autem eſt, quod in magno numero pugilum qui uiciſſent Olympia, duo tantùm aut tres inueniebantur: qui ijdem & uiri facti & pueri, uictores eorum certaminum extitiſſent: atque id, quia cùm adoleſcentes ualde laboraſſent, amiſerant robur corporis propter illas immodicas exercitationes quæ impoſitæ ipſis forent à magiſtris, quaſque obire neceſſariò debebant. Quod optimus doctor probat exemplo pugilum, his noſtris temporibus, quibus honeſtæ ferè cunctæ corporis exercitationes omiſſæ ſunt, uerum ille intelligitur ſi[illegible] qui enim, pueri adhuc duro huic labori admoti ſunt, ferè non creſcunt, nec corpus ualidum ac firmum habent. Cùm autē præcipiatur hic de ratione corporum exercendorum, ipſeque nactus occaſionem ſim, queſtus ſim de iuuenum deſidia noſtri ſeculi: extitit uir eruditus ac diligens, Hieronymus Mercurialis ſummus medicus, & in omni genere politioris doctrinæ multùm uerſatus, qui remedium huic malo adhibere conatus eſt: ſcripſitque librum de Gymnaſtica, in quo complexus eſt, quæ aſſiduâ lectione ueterum auctorum, hoc facientia, inuenit. quæque Romæ atque in alijs locis monimenta huius artis in lapidibus numiſmatibuſque inueſtigauit, apta mirificè ad amorem huius nobilis uiliſque ſtudij in pectoribus adoleſcentium renouandum, ignauiamque inde pellendam. quare maxima ipſi gratia habenda eſt. Reſtant adhuc in noſtra ciuitate ueſtigia quædam huius artis, et fortaſſe plura, quàm in alia ulla Italiæ urbe: in qua tamen & ipſa quotidie magis deſtituuntur, & inertia luxuriaque huc inuecta, communi uitio huius temporis, negliguntur. Sed hoc relicto, ad curam, quam ſuſcepi, reuertar. Arbitror autem hic legi debere, νεωτέρων γυμνάσια accuſandi caſu numeri multitudinis, non generandi ſingularis. quod indicare uidetur aduerbium πρότερον, præter fidem ueteris tralationis. Adhibentur enim traduntur q; potius ex ratione adoleſcentibus, quàm ipſi dicantur admoueri exercitationibus: præterea conſuetudo eſt neutro genere uocare γυμνάσια, non γυμνασίας muliebri.

Quando autem.) Oſtendit, quibus in laboribus tenendi ſint adoleſcentes, tùm tres iam anni tranſierint poſt pubertatem, quòd triennium elapſum conſumpſerint in alijs ſtudijs diſciplinisque percipiendis: tradit que, conuenire iam ætatem hanc firmiorem, & quæ ſequitur eam, quam ſignificauit, occupare in laboribus corporis grandioribus: eandemque cogere uti certis quibuſdam cibis, & illorum etiam definitam quantitatem ſumere. & quam ſæpè, niſi uis adhibita foret, recuſarent: qui uictus & quantitate ſua & menſura accommodatus ſit ad uires roburque corporis comparandum. Confirmat autem unicuique iudicium ſuum, oſtendereque ſe nō ſine cauſa remouiſſe prius labores duriores à pueris, inquit: Non oportere uno eodemque tempore ualde laborare adoleſcentes animo & corpore: atque id, quia contrarium molitur in nobis uterque labor, cùm corporis defatigatio impediat tempretque animum, animi autem, corpus lędat, & curſum ipſius moretur. Cùm oſtenderim, quomodo locus accipiendus foret, niſi ſcrupulus ineſſet in uerbis ac ſententia, indicabo nunc, quæ me ſtea diu torſerint. Primū enim moleſtum eſt quòd non loquitur nunc de pugilibus, quibus ſane ſemper imponebatur neceſſitas ſumēdi plus cibi, quā uellent, & illum etiam ipſum, quem non amarent: ſed de adoleſcentibus, qui ad ciuilia munera erudirentur, quibusque uictus athletarum & labor nullo modo accommodatus eſſet, ut diligenter docuit. Hoc autem à Græcis paſſim ἀναγκοφαγία uocabatur. Non deerant tamen mortales nonnulli, qui ſibi neceſſitatē hanc imponerent, & ſponte ſua ſe huic legi aſtringerent: ut commemorat Philoſtratus in uitis, quas ſcripſit Sophiſtarum, Rufum Perinthium ſe gerere ſolitum in uita. inquit enim de illo. Ferebatur autem gymnaſtica ſolitus firmare corpus, neceſſitatem in cibo ſumendo ſibi imperans, & magnos illos labores ſuſtinens, pariter ac faciunt, qui cùm aduerſario certaturi ſunt. Accedit huic difficultati, quòd uetus tralatio perſpicitur exemplar ſecuta, in quo pro ἀναγκοφαγίας, fuerit ξηροφαγίας: cuius uncti itidem omnino interpretationem ſequitur D. Thomas hæc enim ipſius uerba ſunt: Et tunc etiam expedit eis magis adminiſtrare alimentum ſiccum, quod magis diſponit ad fortitudinem. De ueritate lectionis nunc unuſquiſque, ut ipſi commodum erit, exiſtimabit. Ego ſanè arbitror hanc eſſe ſcripturæ uarietatem unam illarum, quæ antiquitùs occuparunt monimenta huius noſtri doctoris: plurium autem huiuſcemodi meminere ipſi Græci interpretes meminerunt. Quin autem alimentum ſiccum ualeat ad corpus firmandum, dubium non eſt. quare, ut, quod ſentio, de quæſtione hac liberè loquar, ſententiam, quæ ſuadet ut præbeatur alimentum ſiccum, ſanè non alienam puto. Altera autem illa peruulgatæ lectionis ſuſpecta mihi eſt: uix enim poſſum credere philoſophum iubere uniuerſam iuuentutem more athletarum ali, cùm ſuprà improbarit hunc uictum. Quòd ſi intelligeremus illo nomine labores maiores ac uiolentos, quos depulerat à teneriore ætate, non tamen tam graues & duros quàm erant illi athletarum cibumque itidem uiolentum, etſi nomine proprio ipſorum uſus eſt, nihil habeo quod reprehendam.

CAPVT V.

DE muſica aūt, nōnulla quidem dubitādi modo diximus & prius: rectū autem eſt & nunc, repetita illa, ulterius producere, ut tanquam endoſimū fiant diſputationibus, quas aliquis haberet, enunciās de ipſa. Neq; enim quam uim ac poteſtatē habet, facilè eſt de ipſa diſtinguere: neq; cuius gratia oportet participē illius eſſe, utrū luſionis cauſa & requietis, quē admodū ſomni & temulentiæ. Hęc enim per ſe quidē, neq; rerū ſeriò tractandarum unæ aliquæ ſunt,

ΠΕΡΙ` δὲ μουσικῆς ἔνια μὲν διηπορήσαμεν τῷ λόγῳ καὶ πρότερον· καλῶς δ' ἔχει καὶ νῦν ἀναλαβόντας αὐτὰ προαγαγεῖν, ἵνα ὥσπερ ἐνδόσιμον γένηται τοῖς λόγοις, οὓς ἄν τις εἴπειε ἀποφαινόμενος περὶ αὐτῆς. οὔτε γὰρ τίνα ἔχει δύναμιν ῥᾴδιον περὶ αὐτῆς διελεῖν, οὔτε τίνος δεῖ χάριν μετέχειν αὐτῆς. πότερον παιδιᾶς ἕνεκα καὶ ἀναπαύσεως, καθάπερ ὕπνου καὶ μέθης. ταῦτα γὰρ καθ' αὐτὰ μὲν οὔτε τῶν

DE muſica autem quæſita quidem, & in dubiū uocata ſunt in hoc libro antea nonnulla, ſed par eſt etiam nunc ea repetita amplificare ac promouere, ut ueluti preluſiones quædam ſint ijs, quæ quis de ea dicere poſſit aſſeuerando ac pronunciando. Nam neque quam uim habeat, diſtincte explicare facile eſt, neque cuius rei gratia eam adhibere & aſſumere oporteat, utrum ludi & quietis, quemadmodum ſomnū & ebrietatem: (hæc enim ipſa quidem per ſe non ſunt in rebus bonis & honeſtis numeranda, ſed

ſunt, ſed iucũdę, & ſimul ſedãt curas graues, ut ait Euripides. Quare ordinãt in his ipſam, & utũtur omnib. his uno & eodẽ pacto, uino, & temulẽtia, & muſica. collocant aũt & ſaltationẽ in his. An magis putandũ eſt ad uirtutẽ nõnihil tẽdere muſicã, ut ualeat, quẽadmodũ gymnaſtica corpus quale cõficit: ita & muſica indolẽ ac mores, aſſuefaciẽtẽ ipſum tale, ut poſsit rectè gaudere. An ad uitã honeſtè traducẽdã aliqd cõfert atq; ad prudẽtiã: hoc.n. tertiũ ponẽdũ eſt eorũ, q̃ dicta ſunt. Oportere igit̃ adoleſcẽtes nõ luſiois cauſa inſtituere, ſatis cõſtat: nõ.n. ludũt, q diſcũt: cũ moleſtia enim eſt ois eruditio. Atqui neq; honeſtũ otiũ cõgruit pueris & ætatib. huiuſcemodi tradere: nulli nãq; impfecto cõuenit finis. Sed fortaſſe uideri poſſet cura ſtudiũq; puerorũ luſionis cauſa adhiberi, ut cũ uiri fuerint, atq; pfecti iam, ea utãtur. Sed ſi hoc huiuſcemodi eſt, qd eſt, cuiꝰ cauſa oporteat diſcere ipſos: & nõ, ueluti Perſarũ & Medorũ reges opera aliorũ, qui in hoc ipſum faciũt, participes fieri uoluptatis, & eruditionis? Neceſſe nãq; eſt, melius cõficere eos, qui hoc ipſum fecerũt opus & artẽ ſuã, quã illos, q tãtũ tẽporis in hoc cõſumſerũt, quãtũ ſatis eſſet ſolũ ad eã pdiſcendã. Si aũt opus eſt in huiuſcemodi reb. ipſos cũ labore uerſari, & artem etiã coquẽdarũ cõdiendarũq; epularũ oporteret ipſos ſibi parare: uerũ hoc abſurdũ eſt. Eadẽ aũt q̃ſtio eſt, ſi ualet mores meliores reddere quid.n. opus eſt hęc diſcere ipſos? & nõ, alios audiendo, recteq; gaudere, & uim poteſtatemq; habere exiſtimãdi? quẽ morẽ hñt Lacones. illi nãq; minime diſcẽtes, tñ poſſunt exiſtimare rectè (ut aiũt) qui boni, & qui nõ boni cãtus ſunt. Eadẽ autẽ ratio eſt, ſi ad res ſecũdas, & uitã liberalẽ uti ipſa oportet, quid opus eſt ipſos diſcere, & nõ alijs tractãtib. frui ſuauitate ipſius. Licet aũt nobis attẽdere qđ animo cõcepimus de dijs: nõ enim Iupiter ipſe canit, neque utitur cithara apud poetas: quinetiam conſueuimus uocare ſordidos huiuſcemodi homines, hocque agere non uiri eſſe putamus, niſi temulenti aut ludentis. Sed fortaſſe de his poſterius à nobis differendũ erit.

δαίων, ἀλλ' ἡδέα, καὶ ἅμα παύει μερίμνας, ὥς φησιν Εὐριπίδης. διὸ καὶ τάττουσιν αὐτήν, καὶ χρῶνται πᾶσι τούτοις ὁμοίως, οἴνῳ, καὶ μέθῃ, καὶ μουσικῇ. τιθέασι δὲ καὶ τὴν ὄρχησιν ἐν τούτοις. ἢ μᾶλλον οἰητέον πρὸς ἀρετήν τι τείνειν τὴν μουσικήν, ὡς δυναμένην, καθάπερ ἡ γυμναστικὴ τὸ σῶμα ποιόν τι παρασκευάζει, καὶ τὴν μουσικὴν τὸ ἦθος ποιόν τι ποιεῖν, ἐθίζουσαν δύνασθαι χαίρειν ὀρθῶς, ἢ πρὸς διαγωγήν τι συμβάλλεται, καὶ πρὸς φρόνησιν· καὶ γὰρ τοῦτο τρίτον θετέον τῶν εἰρημένων. ὅτι μὲν οὖν δεῖ τοὺς νέους μὴ παιδιᾶς ἕνεκα παιδεύειν, οὐκ ἄδηλον. οὐ γὰρ παίζουσι μανθάνοντες· μετὰ λύπης γὰρ ἡ μάθησις. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ διαγωγήν τε παισὶν ἁρμόττει, καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀποδιδόναι ταῖς τοιαύταις· οὐθενὶ γὰρ ἀτελεῖ προσήκει τέλος. ἀλλ' ἴσως ἂν δόξειεν ἡ τῶν παίδων σπουδὴ παιδιᾶς εἶναι χάριν, ἀνδράσι γενομένοις, καὶ τελειωθεῖσιν. ἀλλ' εἰ τοῦτ' ἐστὶ τοιοῦτον, τίνος ἂν ἕνεκα δέοι μανθάνειν αὐτούς, ἀλλὰ μὴ καθάπερ οἱ τῶν Περσῶν καὶ Μήδων βασιλεῖς, δι' ἄλλων αὐτὸ ποιούντων μεταλαμβάνειν τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μαθήσεως; καὶ γὰρ ἀναγκαῖον βέλτιον ἀπεργάζεσθαι τοὺς αὐτὸ τοῦτο πεποιημένους ἔργον καὶ τέχνην, τῶν τοσοῦτον χρόνον ἐπιμελουμένων, ὅσον πρὸς μάθησιν μόνον. εἰ δὲ δεῖ τὰ τοιαῦτα διαπονεῖν αὐτούς, καὶ περὶ τὴν τῶν ὄψων πραγματείαν αὐτοὺς ἂν δέοι παρασκευάζειν, ἀλλ' ἄτοπον. τὴν δ' αὐτὴν ἀπορίαν ἔχει, καὶ εἰ δύναται τὰ ἤθη βελτίω ποιεῖν· ταῦτα γὰρ τί δεῖ μανθάνειν αὐτούς, ἀλλ' οὐχ ἑτέρων ἀκούοντας ὀρθῶς τε χαίρειν καὶ δύνασθαι κρίνειν; ὥσπερ οἱ Λάκωνες· ἐκεῖνοι γὰρ οὐ μανθάνοντες, ὅμως δύνανται κρίνειν ὀρθῶς, ὥς φασι, τὰ χρηστὰ καὶ τὰ μὴ χρηστὰ τῶν μελῶν. ὁ δ' αὐτὸς λόγος κἂν εἰ πρὸς εὐημερίαν καὶ διαγωγὴν ἐλευθέριον χρηστέον αὐτῇ, τί δεῖ μανθάνειν αὐτούς, ἀλλ' οὐχ ἑτέρων χρωμένων ἀπολαύειν. σκοπεῖν δ' ἔξεστι τὴν ὑπόληψιν, ἣν ἔχομεν περὶ τῶν θεῶν· οὐ γὰρ ὁ Ζεὺς αὐτὸς ᾄδει καὶ κιθαρίζει τοῖς ποιηταῖς· ἀλλὰ καὶ βαναύσους καλοῦμεν τοὺς τοιούτους, καὶ τὸ πράττειν, οὐκ ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος, ἢ παίζοντος. ἀλλ' ἴσως περὶ μὲν τούτων ὕστερον ἐπισκεπτέον.

Prima

ſed iucunda ſunt: ſimulque ſollicitudines coercent & comprimunt. quocirca etiam ea in eodem ordine & loco ponunt: & his omnibus ſimiliter utuntur, uino, & ebrietate, & muſica. (In harum autem rerum numero etiam ſaltationem referunt) an uerò muſica aliquid exiſtimanda ſit ad uirtutem pertinere, quaſi poſſit, ut gymnaſtica corpus cuiuſdammodi reddit: ſic & muſica mores certo quodam modo conformare, an ad uitæ degendæ rationem & prudentiam ualere. hoc enim eorum, quæ dicta ſunt, tertium ſtatuendum eſt. Pueros igitur non eſſe ludi cauſa docendos, nemini obſcurum eſt. non enim ludunt, qui diſcunt. nam cum dolore diſciplina coniuncta eſt. Iam uerò certam uitæ degendæ rationem pueris, & talibus ætatibus præſcribere non conuenit. nulli enim rei imperfectæ finis conuenit. Sed fortaſſe uideatur alicui puerorum ſtudium ludi cauſa eſſe comparatum, cum ad uirilem ætatem peruenerint, & adulti perfectiq́; fuerint. At ſi hoc uerum eſt, quamobrem ipſos diſcere oporteat: & non, quemadmodum Perſarum & Medorum reges, per alios, qui id faciant, uoluptatem & diſciplinam percipere? Etenim neceſſe eſt eos melius rem aliquam facere, qui eius ipſius rei artem profitentur, quam qui tamdiu in ea re curam & diligentiam adhibuerint, quantum temporis in diſcendo fuit conterendum. Quod ſi ipſos in talibus rebus oportet elaborare, ergo etiam apparandorum opſoniorum artem ipſos diſcere, negotiumque tractare oporteat. At hoc abſurdum. Eandem autem res habet dubitationem, & ſi quis dicat eam ipſe mores meliores efficere. Nam cur hæc ipſos diſcere oportet, & non potius, dum alios audiunt, & honeſtam uoluptatem percipere, & rectè iudicare poſſe, quemadmodum Lacedæmonij faciunt? Illi enim, quamuis muſicam non diſcant, poſſunt tamen, ut aiunt, de modis & cantibus, qui boni ſint, qui non, rectè iudicare. Eadem quoque ratio quadrauerit, ſi quis dicat ad tempus diei iucunde hilariterq́; traducendum, & ad uitæ degendæ rationem liberalem, ea eſſe utendum. cur enim ipſos diſcere oportet, & non alijs utentibus percipere uoluptatem? Licet autem quæ ſit noſtra de dijs immortalibus exiſtimatio conſiderare. non enim Iupiter ipſe canit, & cithara pulſat apud poetas. quin etiam tales, illiberales & ſordidos artifices appellamus: & actio ipſa non eſt hominis eius, qui non ſit ebrius, aut qui non ludat. Sed fortaſſe hæc de rebus poſterius uidendũ eſt.

Prima

Prima autē quæſtio eſt, utrum minimè adhibenda ſit ad diſciplinam muſica, ſiue adhibenda: & quid prçſtare ualet eorū, quç in controuerſiam uenerunt, utrum diſciplinā, uel luſionē, uel curſum uitæ cum dignitate iucundū. Non ſine cauſa autē adhibetur ad omnia, perſpicitúrque in ipſis locum habere: luſio enim ob requietem recipitur. Requies enim iucunda ſit neceſſe eſt: medicina namque quædā eſt triſtitiæ, quæ naſcitur à laboribus. Curſum autem uitæ honeſto uiro dignum, omnium conſenſu decet habere in ſe non ſolùm dignitatē, uerum etiam uoluptatē uita enim beata ex ambobus his conſtat. Muſicam aūt cuncti affirmamus unam eſſe rerum iucundiſsimarum, & nudam ſimplicemq́;. & iunctam cum concentu. Affirmat certè Muſæus,

Mortalibus iucundiſsimum eſſe canere.

Quare ad conuentus hominū, & tempus cum uoluptate traducendum, cōportant meritò ipſam, ut quæ uim ac poteſtatē habeat lætitiā in animum inſerendi. Quare hinc etiā aliquis opinaretē debere iuniores muſica erudiri: cuncta enim, quæ ſunt innocua', è numero iucundorū, non ſolùm fini congruūt, uerumetiam requieti. Quia aūt in fine rarò contingit hominib. eſſe, ſæpè autem requieſcunt, & utuntur luſionibus, nō ut plus inde capiāt, ſed etiam propter uoluptatem: utile foret quieſcere in uoluptatibus, quæ proficiſcuntur ab hac. Accidit autem hominibus, ut luſiones finem faciant: continet enim fortaſſe in ſe uoluptatem aliquam etiā finis, ſed nō quālibet. Quærentes autem hanc, ſumūt, ut hāc, illam: quia cum fine actionum ſimilitudinem quandam habet. Finis namque nullius eorum, quæ futura ſunt, gratia expetendum eſt: & huiuſcemodi uoluptates nullius futuræ rei gratia ſunt, ſed factarum: ceu laborum & ægritudinis. Quam igitur ob cauſam beatitudinem exiſtere quçrunt per has uoluptates, hanc meritò aliquis opinaretur eſſe cauſam. De illo autem, quòd deceat communicare muſica, non propter hanc ſolam: uerumetiam, quòd utilis ſit ad requietes, ut uidetur. Nec tamen non quærendum eſt, num qui-

dem

ἡ δὲ πρώτη ζήτησίς ἐστι, πότερον οὐ θετέον εἰς παιδείαν τὴν μουσικὴν, ἢ θετέον, καὶ τί δύναται τῶν διαπορηθέντων τριῶν, πότερον παιδείαν, ἢ παιδιὰν, ἢ διαγωγήν. εὐλόγως δ' εἰς πάντα τέτακται, καὶ φαίνεται μετέχειν. ἥ τε γὰρ παιδιὰ χάριν ἀναπαύσεώς ἐστι, τὴν δ' ἀνάπαυσιν ἀναγκαῖον ἡδεῖαν εἶναι· τῆς γὰρ διὰ τῶν πόνων λύπης, ἰατρεία τις ἐστί. καὶ τὴν διαγωγὴν ὁμολογουμένως δεῖ μὴ μόνον ἔχειν τὸ καλὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡδονήν· τὸ γὰρ εὐδαιμονεῖν ἐξ ἀμφοτέρων τούτων ἐστί. τὴν δὲ μουσικὴν, πάντες εἶναί φαμεν τῶν ἡδίστων, καὶ ψιλὴν οὖσαν, καὶ μετὰ μελῳδίας. φησὶ γοῦν καὶ Μουσαῖος·

εἶναι βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν,

διὸ καὶ εἰς τὰς συνουσίας καὶ διαγωγὰς εὐλόγως παραλαμβάνουσιν αὐτὴν, ὡς δυναμένην εὐφραίνειν. ὥστε καὶ ἐντεῦθεν ἄν τις ὑπολάβοι παιδεύεσθαι δεῖν αὐτὴν τοὺς νεωτέρους· ὅσα γὰρ ἀβλαβῆ τῶν ἡδέων, οὐ μόνον ἁρμόττει πρὸς τὸ τέλος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν. ἐπεὶ δὲ ἐν μὲν τῷ τέλει συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ὀλιγάκις γίγνεσθαι, πολλάκις δ' ἀναπαύονται, καὶ χρῶνται ταῖς παιδιαῖς, οὐχ ὅσον ἐπὶ πλέον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἡδονὴν, χρήσιμον ἂν εἴη διαναπαύειν ἐν ταῖς ἀπὸ ταύτης ἡδοναῖς. συμβέβηκε δὲ τοῖς ἀνθρώποις ποιεῖσθαι τὰς παιδιὰς τέλος· ἔχει γὰρ ἴσως ἡδονήν τινα καὶ τὸ τέλος, ἀλλ' οὐ τὴν τυχοῦσαν. ζητοῦντες δὲ ταύτην, λαμβάνουσιν ὡς ταύτην, ἐκείνην, διὰ τὸ τῷ τέλει τῶν πράξεων ἔχειν ὁμοίωμά τι· τό, τε γὰρ τέλος οὐδενὸς τῶν ἐσομένων χάριν αἱρετὸν, καὶ αἱ τοιαῦται τῶν ἡδονῶν οὐδενός εἰσι τῶν ἐσομένων ἕνεκεν, ἀλλὰ τῶν γεγονότων· οἷον, πόνων καὶ λύπης. δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν ζητοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν γίγνεσθαι διὰ τούτων τῶν ἡδονῶν, ταύτην ἄν τις εἰκότως ὑπολάβοι τὴν αἰτίαν. περὶ δὲ τοῦ κοινωνεῖν τῆς μουσικῆς, οὐ διὰ ταύτην μόνην, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ χρήσιμον εἶναι πρὸς τὰς ἀναπαύσεις, ὡς ἔοικεν. οὐ μὴν ἀλλὰ ζητητέον, μή ποτε τοῦτο μὲν

Prima autem quæſtio eſt, utrùm muſica numeranda ſit in diſciplinis puerilibus, néene: & ex tribus illis, quæ in dubium uocata ſunt, cuius potiſſimùm uim obtineat, utrùm diſciplinæ, an ludi, an uitæ degēdæ ac traducendæ ætatis rationis. Meritò porrò in horum omnium ordine ac numero locatur, omniumq́ uidetur particeps. Nam & ludus reficiendi ex labore corporis relaxandiq́ animi cauſa comparatus eſt. Relaxatio autem & recreatio animi & corporis iucunda ſit neceſſe eſt: doloris enim eius, quem labores afferunt, medicamentum quoddam eſt. & uitæ degēdæ, ætatisq́ traducendæ genus ſine controuerſia debet habere non ſolum honeſtum, uerum etiā uoluptatem. nam beatitudo ex hoc utroq́ conſtat. At muſicam omnes eſſe dicimus è numero rerum iucūdiſſimarum, tum nudam ac ſimplicem, tum eam quæ cantu & modulatione conſtat. Ait itaq́ & Muſæus,

Dulcius eſſe nihil cātu mortalib. ægris.

Quapropter etiam ad conuentus & ad congreſſiones, uitæq́ traducendæ rationes & conſuetudines, eam meritò aſſumere ſolēt, quaſi delectādi uim habeat. Quare etiam ex hoc exiſtimare poſſit aliquis, adoleſcentulos ac pueros eā diſcere oportere. Omnia enim iucūda, quæ nullum detrimentū important, non modò ad finem appoſita & accommodata ſunt: uerum etiam ad quietem remiſſionemq́ animorum. Quoniam aūt rarò admodum contingit hominibus, ut ad finē perueniant: ſæpenumero autem requieſcunt, animosq́ a laboribus relaxant, & utuntur ludo & ioco non ſolum immoderato & ſupra modum, uerum etiam propter uoluptatē: utile fuerit in iis, quæ à muſica naſcuntur, uoluptatib. acquieſcere. Euenit aūt hominibus, ut iocum & ludum finē conſtituāt. habet enim fortaſſe uoluptatē nonnullam adiectā etiā finis: uerum nō quamlibet, neq́ forte fortuna oblatā, ſed longe maximā & egregiam. Homines autem dum hanc quærunt, pro hac illam ſumunt, propterea quod ea cum fine actionum humanarū ſimilitudinē quandam præ ſe ferat. Nam & finis nullius rei futuræ gratia optabilis eſt: & hæ tales uoluptates (eas dico, quæ ex muſica percipiuntur) nullius rei futuræ cauſa expetūtur: ſed præteritarum rerum gratia, nempe laborū & doloris. Quam ob cauſam igitur beatitudinem, & in his uoluptatibus quærant, & ex his uoluptatibus ſibi comparare ſtudeant, hanc quis eſſe cauſam probabiliter exiſtimare poſſit. De muſica autem, eam omnium eſſe communem nō propter hanc cauſam ſolum, ſed etiā propterea quia utilis ſit ad requiem & recreationem à labore, nemo in controuerſiam uocauerit, ut apparet. Verum enimuero quæ-

rendum

dem hoc accidit: maiore autem honore digna eſt eius natura, quàm ut recipienda ſit propter hunc uſum: & oportet non ſolùm participem fieri cõmunis uoluptatis, ꝓficiſcẽtis ab ipſa, cuius omnes ſenſum habẽt: cõtinet enim in ſe muſica naturalem uoluptatem. qua de cauſa omnibus ætatibus, & omnibus moribus uſus ipſius gratus, acceptusq́; eſt. Sed etiam uidere, nunquid ad mores quoq; pertinet, atq; ad animã: hoc enim foret manifeſtum, ſi qualitate aliqua, ui opeq́ue ipſius, afficeremur. Atqui fieri nos quales, & alijs multis rebus: non minimum autem & Olympi cantilenis, perſpicuum eſt. Hæ namque, aſſentientibus omnibus, efficiunt animos diuini furoris plenos: diuinus autẽ furor in ſedis animi motus eſt. Amplius autem homines, cùm audiunt imitationes, afficiuntur omnes iiſdem animi motibus, quibus illæ cõcitæ ſunt, ſine rhythmis etiam & cantib. ipſis. Quia autem contigit muſicam eſſe unã rerum iucundarum, uirtus autẽ manet in eo, ut rectè gaudeamus, itidemq́; diligamus & odio habeamus: non eſt dubiũ, quin oporteat diſcere, & nullã rem magis conſuetudine obtinere, quàm rectè exiſtimare & gaudere probis moribus & honeſtis actionibus. Sunt autẽ ſimulachra maximè ſecundũ ueras naturas in rhythmis & cantibus iræ & lenitatis: adhuc autem fortitudinis ac temperantiæ, & omnium rerũ, quæ ſunt contrariæ his, & cæterorũ pertinentium ad mores. Perſpicuũ autem hoc eſt ex operibus: mutamur enim animo, cùm audimus huiuſcemodi res. Conſuetudo autem in ſimilibus dolendi & gaudendi propè eſt, ut aliquis eodẽ modo ſe habeat ad ueritatẽ: ueluti, ſi quis gaudet imaginem alicuius ſpectãs, nõ aliam ob cauſam, ſed ob formã ipſam: neceſſe huic eſt & eandẽ ſpectationẽ, cuius imaginem libenter ſpectat, iucundam eſſe. Contigit autem è genere ſenſilium in alijs nullum exiſtere ſimulachrum morum, ſed in ijs quæ ſub aſpectum cadunt, remiſſè: figura enim huiuſcemodi ſunt. uerùm parum, cunctiq́; huiuſcemodi ſenſu communicant. Adhuc autẽ non ſunt huiuſcemodi

τὸ μὲν συμβέβηκε· τιμιωτέρα δ' αὐτῆς ἡ φύσις ἐστὶν, ἢ κατὰ τὴν εἰρημένην χρείαν· καὶ δεῖ μὴ μόνον τῆς κοινῆς ἡδονῆς μετέχειν ἀπ' αὐτῆς, ἧς ἔχουσι πάντες αἴσθησιν· ἔχει γὰρ ἡ μουσικὴ τὴν ἡδονὴν φυσικὴν, διὸ πάσαις ἡλικίαις, καὶ πᾶσιν ἤθεσιν, ἡ χρῆσις αὐτῆς ἐστὶ προσφιλής. ἀλλ' ὁρᾶν, εἴ πῃ καὶ πρὸς τὸ ἦθος συντείνει, καὶ πρὸς τὴν ψυχήν. τοῦτο δ' ἂν εἴη δῆλον, εἰ ποιοί τινες τὰ ἤθη γιγνόμεθα δι' αὐτῆς. ἀλλὰ μὴν ὅτι γιγνόμεθα ποιοί τινες, δῆλον διὰ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τῶν Ὀλύμπου μελῶν. ταῦτα γὰρ ὁμολογουμένως ποιεῖ τὰς ψυχὰς ἐνθουσιαστικάς· ὁ δ' ἐνθουσιασμὸς τοῦ περὶ τὴν ψυχὴν ἤθους πάθος ἐστί. ἔτι δὲ ἀκροώμενοι τῶν μιμήσεων γίγνονται πάντες συμπαθεῖς, καὶ χωρὶς τῶν ῥυθμῶν καὶ τῶν μελῶν αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ συμβέβηκεν εἶναι τὴν μουσικὴν τῶν ἡδέων, τὴν δ' ἀρετὴν περὶ τὸ χαίρειν ὀρθῶς καὶ φιλεῖν καὶ μισεῖν· δεῖ δηλονότι μανθάνειν, καὶ συνεθίζεσθαι μηδὲν οὕτως, ὡς τὸ κρίνειν ὀρθῶς, καὶ τὸ χαίρειν τοῖς ἐπιεικέσιν ἤθεσι, καὶ ταῖς καλαῖς πράξεσιν. ἔστι δὲ ὁμοιώματα μάλιστα παρὰ τὰς ἀληθινὰς φύσεις ἐν τοῖς ῥυθμοῖς καὶ τοῖς μέλεσιν ὀργῆς καὶ πρᾳότητος· ἔτι δ' ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τούτοις, καὶ τῶν ἄλλων ἠθικῶν. δῆλον δὲ ἐκ τῶν ἔργων· μεταβάλλομεν γὰρ τὴν ψυχὴν ἀκροώμενοι τοιούτων. ὁ δ' ἐν τοῖς ὁμοίοις ἐθισμὸς τοῦ λυπεῖσθαι καὶ χαίρειν, ἐγγύς ἐστι τῷ πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὸν αὐτὸν ἔχειν τρόπον· οἷον, εἴ τις χαίρει τὴν εἰκόνα τινὸς θεώμενος, μὴ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν μορφὴν αὐτὴν, ἀναγκαῖον τούτῳ καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν θεωρίαν, οὗ τὴν εἰκόνα θεωρεῖ, ἡδεῖαν εἶναι. συμβέβηκε δὲ τῶν αἰσθητῶν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις μηδὲν ὑπάρχειν ὁμοίωμα τοῖς ἤθεσιν· οἷον, ἐν τοῖς ἁπτοῖς καὶ τοῖς γευστοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς ὁρατοῖς ἠρέμα· σχήματα γάρ ἐστι τοιαῦτα, ἀλλ' ἐπὶ μικρὸν καὶ πάντες τῆς τοιαύτης αἰσθήσεως κοινωνοῦσιν. ἔτι δὲ οὐκ ἔστι ταῦτα ὁμοιώμα-

uendum eſt, utrùm per ſe, an ex euentu muſica relaxandi animi cauſa expetatur: uerendumque eſt ne hoc ei quodem euenerit, ſed honoratior eius natura ſit, quàm ut propter eam, quam diximus, utilitatem atq; indigentiam, expetatur: oportetque non ſolum communem ex ea uoluptatem, cuius omnes habent ſenſum, percipere (ineſt enim in muſica naturalis uoluptas, quocirca omnibus ætatibus omnibuſque moribus, eius uſus amœnus & gratus eſt) ſed num aliqua ex parte etiam ad mores & ad animum pertineat ac permanet, uidere. Hoc autem in promptu fuerit, ſi cuiuſdammodi moribus, id eſt certo quodam modo morati per eam efficiamur. At nos certo quodam modo moratos per muſicam fieri, cum ex alijs multis intelligere liceat, tum maximè ex Olympi carminibus modulatis. hæc enim ſine controuerſia animos afflatu quodam diuino permouent & concitant. At animi concitatio ex afflatu diuino nata, morum & affectionum animi perturbatio eſt. Præterea uerò omnes homines cùm imitationes audiunt, animi permouentur ex conſenſione & contagione natura, etiam ſine numeris & modis ipſis. Quoniam porro euenit, ut muſica ſit è numero rerum iocundarum: uirtus autem in eo uerſatur, ut quis rectè lætetur & amet & oderit: oportet ſcilicet nihil ita diſcere, nulliq; rei ſic aſſueſieri, ut his, nempe rectè iudicare, & probis moribus honeſtiſq; actionibus delectari. At in numeris & modis præter ueras naturas, inſunt maximè iræ, & lenitatis, & uero etiam fortitudinis, & temperantiæ, & omnium his contrariorũ habituum aliarumq; rerum moralium ſimulacra quædam expreſſa. Atq; hoc facta ipſa declarant: cùm enim talia audimus, animorum ſit in nobis mutatio & perturbatio. At aliquem in ijs, quæ ſimilitudine & imitatione ſunt expreſſa, aſſueſactũ eſſe dolere & lætari, non longe abeſt ab eo, ut eodem modo ad ceteras ſit animatus atq; affectus. uerbi cauſa, ſi quis alicuius imagine aſpicienda delectetur non propter aliã cauſam, quàm propter ſpeciem & formam ipſam: huic etiam ipſius aſpectus, cuius imaginẽ contemplatur, iucundus ſit neceſſe eſt. Euenit aũt, ut in alijs quidem rebus ſub ſenſum cadentibus, nullũ inſit morum ſimulacrũ: uerbi gratia, in ijs quæ tactum & guſtatũ mouent: uerumtamen in aſpectabilibus ineſt aliquantulum (tales enim ſunt figuræ) ſed parum admodum. tum omnium hominum tal. ſenſus communis eſt. Præterea uerò non ſunt hæc quæ ſunt, morum

modi ſimulachra morũ, ſed notę potius morũ, intelligo, q̃ ſiũt figurę & colores: & hęc exiſtũt in corpore, cũ eſt motib. perturbatũ. Veruntamẽ puſillũ illud, qđ intereſt circa harũ rerũ aſpectationẽ, oportet nõ Pauſonis opera ſpectare adoleſcẽtes, ſed Polygnoti: & ſi qs alius è pictorib. aut ſtatuarijs morũ eſt expreſſor. In cãtib. aũt ipſis ſunt imitamẽta morũ. & hoc pſpicuũ eſt: ſtatim .n. cõcẽtuũ natura diuerſa eſt: ita ut, qui audiũt, aliter afficiãtur, & nõ eodẽ modo ſe habeãt ad unũquẽq; ipſorũ, ſed ad nõnullos luctuoſè & contractè magis: ueluti ad illũ, qui mixolydiꝰ uocatur: ad alios aũt mollius animo, ueluti ad remiſſas: medio aũt habitu & cõſtãti maximè ad aliũ, cuiuſmodi quiddã facere uidetur Doricꝰ ſolus ex omnib. cõcẽtib. Diuino furore afflat Phrygiꝰ: hęc .n. rectè dicũt, qui in hãc diſciplinã incubuerũt: ſumũt .n. teſtimonia diſputationũ ſuarũ ab operib. ipſis. Eodẽ .n. pacto ſe res habet & circa numeros: hi nãq; mores hñt ſtabiliores, hi uerò pronos ad motũ, & è numero horũ hi quidẽ motꝰ hñt importuniores, hi uerò magis liberales. Ex his igitur apertũ eſt, uim ac poteſtatẽ muſicã habere efficiẽdi mores animi quales. Qđ ſi hoc pſtare ualet, nõ eſt dubiũ, quin tradenda ſit, oporteatq; in ipſa erudire adoleſcẽtes. Congruit aũt ingeniũ tale erudire muſica: adoleſcẽtes .n. ppter ætatẽ nihil, cui nõ ſit aſperſa ſuauitas aliqua, ſpõte ſua ferunt. muſica aũt ſua natura unũ quoddã eorũ eſt, q̃ ſunt cõdita ſuauitate, & quędã uidet̃ cognatio eſſe harmonijs cũ rhythmis. quare multi ſapiẽtes aiũt: hi quidẽ harmoniã eſſe animã, hi uerò habere ipſam in ſe harmoniam.

τὰ τῶν ἠθῶν, ἀλλὰ σημεῖα μᾶλλον τὰ γιγνόμενα σχήματα καὶ χρώματα τῶν ἠθῶν· καὶ ταῦτ᾽ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ σώματος ἐν τοῖς πάθεσιν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὅσον διαφέρει καὶ περὶ τὴν τούτων θεωρίαν, δεῖ μὴ τὰ Παύσωνος θεωρεῖν τοὺς νέους, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτου· κἂν εἴ τις ἄλλος τῶν γραφέων, ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστιν ἠθικός. ἐν δὲ τοῖς μέλεσιν αὐτοῖς ἐστὶ μιμήματα τῶν ἠθῶν. καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ φανερόν· εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν ἁρμονιῶν διέστηκε φύσις· ὥστε ἀκούοντας ἄλλως διατίθεσθαι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν ἔχειν τρόπον πρὸς ἑκάστην αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς μὲν ἐνίας ὀδυρτικωτέρως καὶ συνεστηκότως μᾶλλον· οἷον, πρὸς τὴν μιξολυδιστὶ καλουμένην· πρὸς δὲ τὰς μαλακωτέρως τὴν διάνοιαν, οἷον πρὸς τὰς ἀνειμένας· μέσως δὲ καὶ καθεστηκότως μάλιστα πρὸς ἑτέραν· οἷον δοκεῖ ποιεῖν ἡ δωριστὶ μόνη τῶν ἁρμονιῶν. ἐνθουσιαστικοὺς δὲ ἡ φρυγιστί· ταῦτα γὰρ καλῶς λέγουσιν οἱ περὶ τὴν παιδείαν ταύτην πεφιλοσοφηκότες· λαμβάνουσι γὰρ τὰ μαρτύρια τῶν λόγων ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων. τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον ἔχει καὶ τὰ περὶ τοὺς ῥυθμούς· οἱ μὲν γὰρ ἦθος ἔχουσι στασιμώτερον, οἱ δὲ κινητικόν. καὶ τούτων οἱ μὲν φορτικωτέρας ἔχουσι τὰς κινήσεις, οἱ δὲ ἐλευθεριωτέρας. ἐκ μὲν οὖν τούτων φανερόν, ὅτι δύναται ποιόν τι τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ἡ μουσικὴ παρασκευάζειν. εἰ δὲ τοῦτο δύναται ποιεῖν, δῆλον ὅτι προσακτέον καὶ παιδευτέον ἐν αὐτῇ τοὺς νέους. ἔστι δὲ ἁρμόττουσα πρὸς τὴν φύσιν τὴν τηλικαύτην ἡ διδασκαλία τῆς μουσικῆς· οἱ μὲν γὰρ νέοι διὰ τὴν ἡλικίαν ἀνήδυντον οὐδὲν ὑπομένουσιν ἑκόντες· ἡ δὲ μουσικὴ φύσει τῶν ἡδυσμένων ἐστί. καί τις ἔοικε συγγένεια ταῖς ἁρμονίαις καὶ τοῖς ῥυθμοῖς εἶναι. διὸ πολλοί φασι τῶν σοφῶν, οἱ μὲν ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχήν, οἱ δ᾽ ἔχειν ἁρμονίαν.

morũ figuræ atque hi colores, morum ſimulacra: ſed ſigna potius. et hæc inſunt in corpore, inter corporis affectus. Verumtamen quantacunque ſit in harũ rerum inſpectione differentia, oportet pueros & adoleſcentes non Pauſonis, ſed Polygnoti, & ſiquis alius pictor aut fictor moralis eſt, hoc eſt mores exprimit, picturas intueri. At in modis ipſis & cantib. inſunt imitationes aſſimulationesque morũ. atque hoc in promptu eſt. Tantum enim differunt ac diſtant inter ſe harmoniarum natura, ut, qui audiunt, aliter atque aliter afficiãtur, neque eodem modo ad unamquamque earum moueantur: ſed ad has quidam aliquanto mœſtius & contractius, ut ad eam, quæ mixolydia ſeu mixtolydia appellatur: ad illas mentibus remolleſcãt, ut ad remiſſas & molles: ad aliam moderati fiant, maximeque ſedati: cuiuſmodi quiddã efficere uidetur ſola ex harmoniis Doria. Phrygia autem ad mentem inſtinctu diuino concitandam ualet. hæc enim probe dicunt, qui in hac diſciplina ſtudioſè uerſati ſunt. Namque ex factis ipſis ſumunt eorum, quæ dicunt, teſtimonia. Eadem uerò & eorũ quæ ad numeros, qui a Græcis rhythmi dicuntur, pertinent, eadem ratio eſt. alii enim mores habẽt ſedatiores, alii ad mouendũ ualent: atque horũ alii motus habent ineptiores atque illiberaliores, alii politiores ac liberaliores. Ex his igitur perſpicuũ eſt, poſſe muſicam mores animi cuiuſdammodi efficere & conformare. Ac ſi hoc facere poteſt, ad eam ſcilicet pueri ſunt applicandi, eaque erudiendi. Eſt autem ad huius ætatis naturam accommodata muſica doctrina. Pueri enim propter ætatem ſua uoluntate nihil iucunditatis expers ferre poſſunt. At muſica ex earum rerum numero eſt, quæ iucunditate ac uoluptate condita ſunt, & aliqua nobis uidetur eſſe cum harmoniis & numeris cognatio. Quocirca multi ſapientes partim animum harmoniam eſſe dixerunt, partim ex harmonia conſtare.

COMMENTARIVS.

De muſica autem.) Cùm de muſica nonnulla iam tetigiſſet, non eo conſilio, ut iudicaret illa certa eſſe, ſed potius aperire ſtudens ſcrupulos quoſdam, qui in ea ſunt: ſignificat ſe hoc tempore, iiſdem illis repetitis, quæſtionem hanc ulterius perducturum: non tamen eo animo, ut ipſe eam abſoluat, ſed ut, quæ nunc addiderit, tanquam initium futura ſint exquiſitiæ diſputationis, quæ ab aliquo haberi poſſit, uerſato magis in hac arte, auxiliumq; ipſi præbitura. Quo in ſententia edenda transfert nomen ab hac ipſa arte, quam in animo habet ſubtiliter ponderare, & quid in ea boni utilitatiſque ſit oſtendere: appellat enim ἐνδόσιμον (ita autem muſici uocabant) quod interiectum eſt inter præludium ipſum ac uerum cantum: quod quaſi copulat connectitque tanquam proœmium ipſum cum cantilena, quam citharœdus ſibi propoſuit canere.

Neq; enim.) Requirere plurimum curæ ac ſtudij præceptionem hanc ſignificat: quia multa in ea ſunt ardua atque obſcura, quæ non ſine cauſa ſollicitant animos eorum, qui cogitationem aliquam de ipſa ſuſceperunt. exponit autem, quæ ſint illa, dicens: Neque enim procliue eſt uidere, quam uim ac poteſtatem muſica habeat, quidque à nobis cognita & percepta moliatur & efficiat: neque etiam cuius potiſſimum cauſa oporteat in eã incumbere, neque omnino rudes eſſe expertesque ipſius. Verùm, inquit, luſionis cauſa & requietis, ut facere conſueuimus de ſomno & temulentia, nam ambo hæc non ſunt ſua ſponte expetenda, neque ſtudio digna: ſed adhibentur tanquam medicina corporibus, & remedium mali. ſomno enim reficimus uires, ac uino ſedamus aut ſaltem ſopimus moleſtias & angores: & tamen ſuauitatem in ſe habere hæc auctor tradit. Nam de altero bono, quod inde capitur, citat teſtem Euripidem, qui uinum largè ſumtum mœrores ſedare dixerat. ſententia uerò hæc ipſius erat in una quapiam fabularum eius poetæ, quæ uetuſtate amiſſæ ſunt: non memini enim me alibi hæc uerba le-

guſta. Plato quoque in II. libro de Legibus, cùm penitus uinum uetaſſet pueros guſtare, uſque ad annum XVIII. niſi prius ſe exercere cœpiſſent ſequentiſque ætatis uſque ad [illegible] annum modicum eius uſum adoleſcentibus conceſſiſſet, quos tamen uoluit omnino ſibi temperare ab ebrietate, largioreque potu uini. idem tamen poſt XL. elargitus eſt copioſum uſum ipſius, ac tamulentiam, ut cùm ſimul in cœnis illis publicis epularentur, uocatis & alijs dijs, & Libero patre, rogarent ipſum, ut ad ſenum ſacrum illud & luſionem ueniret, quam cæteris omnibus mortalibus dono dediſſet, ut auxilio foret contra triſtitiam & auſteros mores ſenectutis, uino medicamento allato. Itaque nos ad pubertatem quaſi redeamus ſopiamusque mœrorem, quod uſu uenturum nobis declarat eleganti ſimili. Addit autem, [illegible] quorum narborū, ſi oacua ſunt à mando, quod uix puto, ſanſus eſt: Qua de cauſa recipiunt ipſam, & in ordinem locumq; cæterarum ceſarunt, quas concedunt. ſequitur autem: Et omnibus his utuntur eodem pacto & animo, uino inquam, ebrietate & muſica. Addere placet illis, quæ ſuprà à me dicta ſunt ex ſententia Platonis de temulentia, Proclum etiam Lycium locum illum attingere, ubi diſſerit in Commentarijs in Politiam, de his quæ à Platone ſcripta ſunt aduerſus Homerum & artem poetarum, ea de cauſa Athenienſem hoſpitem, & ebrietatem quidem putare eſſe eijciendam è ciuitate, quæ rectè adminiſtratur, propter ſcopum & impetum multorum ad eam. ſed tantùm indefinitam, & non caſtigatam. Adiungit auctor, homines ſui temporis ſaltationem tribus his, quæ modò nominauit, quaſi ſociam quandam adhibere ſolitos: quas omnes artes oblectandi ſui cauſa, & animi à curis reficiendi, frequentabant.

An magis)Hoc alterum eſt eorum, quibus exiſtimatus prodeſſe muſica, id eſt ualere ipſam ad animum uirtute informandum, quam utilitatem muſicam adferre ueriſimilius eſſe inquit. Simili autem utitur ad rem declarandam, Vt quemadmodò ſcilicet ars exercendi corpora corpus iuuat, qualeque opus eſt ipſum eſſe, tale reddit: ita canendi ars mores perpolit, indolemq; eius, qui uerſatus in ipſa fit cum laude, cùm aſſueſaciat gaudere, quibus decet, rectumque eſt gaudere: eijciatq; à pectore ipſius rationes oblectandi ſe improbè atque inhoneſtè.

An ad uitam)Tertium hoc emolumentum eſt. quòd putaret non ſine cauſa aliquis muſicam præbere ſtudioſis ipſius & ea de cauſa incumbendum in eam eſſe, quòd conferat nonnihil ad uitam honeſtè traducendam, & prudentiam gignendam. Videndum autem eſt, an accipiat hic [illegible], pro [illegible], & intelligentiam, ut alijs nonnullis locis facit: quemadmodum cùm uocauit artificium dicendi, facultatemúe oratoris, [illegible], in primo libro de illa ipſa Arte.

Oportere igitur.)Coarguit ſententias eorum, qui nulla uera de cauſa arbitrabantur addiſcendam muſicam à pueris Primùm autem, quæ muſices fructum eſſe rebatur luſionem ac iocum: atque ob id tradendam pueris ſedulò cenſebant, ut poſſent, percepta illa, ludere inter ſe. Argumentum, quo utitur ad id oſtendendum, hoc eſt. Si tantopere indulgent hi huic ætati, ut luſuque pueritiam oblectare, non deberent ſtatim ipſam conijcere in labores ac moleſtias: neque enim ſine labore ac uigilijs percipitur hæc ſcientia. Vt in cæteris autem artibus, quæ diſcuntur, ita in hac, cū moleſtia aliqua paritur cognitio ipſius.

Atqui neq;)Reijcit quod uetremum attulerat, non conuenire docens, honeſtum & plenum dignitatis otium (hoc enim ſignificat hic [illegible]) pueris ac teneræ ætati, quæ imbecillis, uel nullius potius conſilij eſt, & flagrat deſiderio corporis uoluptatum. Ratio huius rei eſt, inquit, quia finis, & quod perfectum abſolutumque eſt, non congruit imperfecto, quales ſunt manifeſtò pueri.

Sed fortaſſe.)Occurrit argumento, quo uteretur, qui probare uellet perdiſcendam muſicam pueris, ſtudiumque ab ipſis le[illegible] ponendum, non ob præſentem uoluptatem, neque ut ludere ipſa debeant, ſed ob futuram: quia ueniet tempus, quo erit ipſis utilis, cùm ſcilicet uiri iam facti fuerint, plenamque ac perfectam ætatem adepti ſint. contrà igitur ipſe inquit: Si hoc tale eſt, quale dicunt, ut poſſint ſcilicet tunc [illegible] ætatem grauem oblectare: quid opus eſt pueros in ipſa exercere, & non potius ſuauitate cantus perfundi alijs exercentibus illos ipſos, ſenes iam factos. Hæc autem exemplo confirmat, conſilium que ſuum uerum eſſe oſtendit, inſtitutis fortunatorum uirorum commemoratis, id eſt Medorum ac Perſarum regum. illi enimque morem habebant canentibus alijs, tractantibuſque omne genus muſicæ, participes fieri ſuauitatis, quæ inde naſcitur. Addit autem, ad idem conſtituendum aptum, neceſſe præterea eſſe multo melius artifices eos uerſari in illo ſuo ſtudio, gignereque maiorem uoluptatem, qui [illegible] eo occupati ſunt: nihilque aliud agunt tota uita, quàm, qui tantum curæ ponunt in ipſo, quantum neceſſe eſt ad modos illos percipiendos, ſuauitatemque cantus guſtandam. Neque enim omnes principes imitantur Neronem, affineſque ſunt tantæ culpæ ac flagitio, ut relictis omnibus rebus incumbant in artem muſicam, ut ille fecit, qui mallet bonus citharœdus, quàm bonus imperator haberi: & abiectis gubernaculis tanti imperij ſolùm cogitaret, quomodo plectrum rectè tractaret. M. quoque Cicero uidit non eodem conſilio artes omnes ſcientiaſque ab omnibus tractari: qui locus cùm ſententiæ noſtri doctoris ualde accommodatus ſit, è me huc è III. libro de Oratore transferetur: Omnes enim artes aliter ab ijs tractantur, qui eas ad uſum transferunt: aliter ab ijs, qui ipſarum artium tractatu delectati, nihil in uita ſunt aliud acturi, & quæ ſequuntur. ut enim ſcio totam illuſtraret, exempla poſuit. In extremo Ariſtoteles addit, quod uidebatur ad rationem hanc labefactandam ualere, atque id ſtatim inane eſſe & nullius ponderis declarat ad id efficiendū. dicerat enim aliquis Si opus eſt pueros hæc omnia, quæ fructum latura ſunt conſequentis ipſorum ætati perdiſcere, atque in ipſis accipiendis cum labore uerſari: oportebit etiam eoſdem in coquendis & condiendis dapibus maturè occupari, & artem illam totam percipere. ſed hoc, inquit, abſurdum eſt. Vt enim non inhoneſtum eſt incumbere ſtudioſè in artem coquinariam: ita in hanc turpe ac dedecoris plenum.

Eadem autem.)Quod adferri poſſe contra muſicam demonſtratum eſt, inquit, ſi illa dicatur ob animi uoluptatem & oblectamentum adhibenda eſſe. idem adferretur dubitandi modo, ſi ipſa eam uim & poteſtatem habeat, ut mores emendet ac meliores reddat. Quid enim opus eſt hæc ipſos diſcere, & non, cùm audiuerint alios eximios muſicos canentes, gaudere rectè, ſuauitateq; illa uocum delectari, facultatemq; præterea habere exiſtimandi de illis uocibus ac ſonis? quod, inquit, Lacones faciunt, & poſſe præſtare ipſos ferunt. Cum enim muſicam non perdiſcant, tamen, inquit, ualent exiſtimare, uerumq; iudicium ferre de bonis ac malis cantib. non addit auctor, Vt illi de ea prædicant: ut quidam locum acceperit. neq; enim [illegible] eſt hoc Lacedæmonios ſibi aſciſcere ſolitos, quemadmodum liberè fatebantur ſe ſcientiam muſicæ non tenere. quod teſtatus eſt Athenæus in XIIII. libro, uſus ijſdem penè uerbis. Nam eoſdem quamuis duces & agreſtes, non abhorruiſſe ab ea muſica declarauit etiam M. Cicero in II Tuſculana. Vt autem de muſica quærentes, ipſamq; in manibus habentes, hoc addamus, cùm Cicero uideretur contemnere inſtitutum hoc Spartiatarum, quaſi factum ad fortitudinem acuendam. Polybius contrà in IIII. libro Hiſtoriarum inquit, non debere putari, qui ſcripſerunt antiquitùs leges Cretenſibus & Lacedæmonijs. uiriſſe, qui tibiam & rhythmos uoluerunt eos in bellum aciemq; introducere pro tuba, quæ poſterioribus tēporibus in uſum uenit.

Eadem autem ratio)Quod dictum iam eſt in ſuperioribus duobus finibus muſices, idem inquit dici poteſt in tertio hoc, qui aſſerit eſſe ſi uelit ipſa multum ad res ſecundas ornandas, & otium honeſtè traducendum, adhibeantur potius eo tempore homines periti ipſius, qui oblectent, quam pueri ingenui perdiſcere eam cogantur: ita enim leuabitur ætas tenera hoc onere, nec tamen carebit ſenectus & lætitia, hoc quaſi condimento quodam ſuarum rerum bonarum. illi enim præſto erunt, qui etiam hoc melius & exquiſitius præſtabunt.

Licet autem.)Licet idem etiam uidere, inquit, adhibendos inquam eſſe alios, qui nos oblectent operibus huius artis: non oportere nos ipſos incumbere ſtudioſè in eam perdiſcendam, ex opinione, qua imbuti ſumus de dijs immortalibus, iudicioque, quod de ipſorum uita factiſque fecimus Neque enim arbitramur Iouem ipſum, principem deorum, canere utique muſicis inſtrumentis, cùm ſe oblectare uult: ſed tueri hoc munere apud ſuperos Apollinem, minorem deum, & cui magis conuenit hoc ſtudium. Hæc autem nata ſunt è fabulis poetarum, qui humana ad deos tranſtulerunt. quare rectè appellauit has opiniones: nihil enim certi & explorati habebant ueteres illi Græci de ſtudijs & inſtitutis deorum. Addit etiam, ad idem confirmandum aptum, relictis rebus cœleſtibus. Quin etiam nos muſicos, huiuſcemodique omnes artifices uocamus ſolummodo ſordidos: & hæc adminiſtrare, non putamus honeſti hominis proprium, nec cadere ullo pacto in eorum, niſi temulentus ſit aut ludat. Sed, inquit, de his poſtea accuratius diſputabimus.

Prima autem.)Incipit ex hoc loco diſſoluere nodos, quos propoſuit: antea tamen repetit, de quibus ſuprà quæſitum fuit: primamque ſuperiorum quæſtionum fuiſſe dicit, qua dubitatum eſt, an minimè referenda ſit muſica in numerum artium, quæ utiles ſunt pueris inſtituendis, ſiue ipſa quoque in illis ſit collocanda Quòd ſi recipiatur in eum gregem, quid potiſſimum efficiat ac præſtet eorum, quæ mouet credita eſt in animis noſtris innodis à uarijs amatoribus ipſius: utrùm [illegible] ut

ualeat

ualeat ad informandos pueros optima diſciplina, an hominibus, ludere uolentibus, apta ſit: ſiue ad ſecundas res ornandas adhiberi debeat, & ſit quaſi cumulus quidam uitæ beatæ ob dignitatem, quam ſecum fert.

Non ſiue) Incumbit nunc in quæſtiones has profligandas, rationeque fieri dicit, ut adhibeatur in cuncta hæc tria, fructumq; ferat omnibus his temporibus: cùm planum ſit, ipſam cuncta hæc bona, quæ dicta ſunt, in ſe continere. Incipit autem à luſione, quam ſpernendam non eſſe docet; quia requietis uim habat, reficitque animos noſtros à magnis laboribus. unde perſpectũ eſt, ſapientes etiam & graues uiros aliquando ſe oblectare puerilibus luſionibus. Addit autẽ; ad rationem concludendam aptũ, requietem neceſſariò iucundã eſſe, cùm ſit quaſi medicina quædam moleſtiæ atque ægritudinis, quæ oritur è laboribus corporiſque defatigationibus. Ita igitur, ut demõſtratum eſt, comprobauit, prodeſſe muſicam, ſi adhibeatur etiã ludendi animo. Nam quòd uerbo tranſlato uſus eſt in beneficio, quod inde capitur, iudicando: idem apud Græcum comicum fuiſſe exiſtimandum eſt loco illo, quem, eundem modum ſeruans, ita expreſſit Terentius. *Eius labore atq; eius dolore gnato, ut medicarer tuo.*

Curſum autem) Conſtituit nunc, eandẽ ualere ad res ſecundas quaſi condiendas, & ſuauitate ſua aſpergendas: eũ nitam illam conſtet, honeſtamque otij traductionem habere in ſe oportere non ſolùm dignitatem, uerum etiã uoluptatem. beata enim uita, inquit, ex ambab. his rebus conſtat, id eſt ex honeſtate ac uoluptate. uirtuſq;, quæ in primis ipſa conficit, nõ debet uacua eſſe à uoluptate, cõtra ſententiã, quam poſtea amauerunt Stoici. illam quidem prius eaortã, ſemper tamen ſpretam atq; irriſam à noſtro doctore. quod teſtatur etiam hic locus. Muſicã uerò ipſam omniũ conſenſu non ſolũ iucundam, uerũ etiam iucundiſsimã eſſe, intelligi poſſe affirmat: cumq; ſint duo genera ipſius, utrumque illorũ, id eſt muſica nuda, & ſine concentu. Videtur autẽ muſicã hic uocaſſe ſonorẽ muſicorum inſtrumentorũ, & illam etiam, cũ qua coniunctus eſt cantus, uoxq; humana ψιλὴν certe ualet, nuda et ſimplex: quemadmodũ uocauit tellurem ψιλὴν, ſegetẽ agrumq;, in quo nullæ arbores ſatæ forent. Quamuis autẽ muſicam omnio conſenſu ſuauiſsimã eſſe dixerit, tamen addidit, cõmuni de illa iudicio, teſtimoniũ auctoritatemq; Muſæi, priſci poetæ, cuius etiã uerba ponit: quæ ſunt poſterior pars dimidiati hexametri. Significant autẽ, mortalibus ſuauiſsimũ eſſe canere: ſed etiã inſtitutum morẽq; hominũ idem declarare oſtendit, qui conſueuerunt ipſam adhibere in cœtus omnes locaq;, ubi ſe honeſtè oblectent, perfundantq; animos lætitia. quod conſiliũ ipſorum laudat, qui uiderint muſicam gignere uoluptatẽ ac gaudiũ. Cùm plures autẽ fuiſſe, Muſæos uocatos, memoriæ proditum ſit: arbitror hunc eſſe, quẽ ferunt audiſſe Orpheum, ſcripſiſſeq; epicũ carmen. idem etiam oſtendere uidetur, fuiſſe inquam ipſum honeſtum uirũ & clarum poetam, teſtimonium Socratis, qui in oratione, quam habuit ad ſelectos illos iudices cùm affirmaret nõ malè omnino ſecum actũ eſſe, quòd capitis damnatus foret: dixit ſe in campis beatorũ cum optimis ingenijs ſermones collaturũ, in quibus enumerauit Orpheum, Muſæum & Homerũ. non intelligi enim hic debere puto Muſæũ, cuius extat lepidum poema & ipſum hexametris uerſibus confectum, de infelici amore Leandri atque Herois.

Quare hanc) Quod nunc adſert, tertiũ illud bonũ inde elici declarat. cùm enim dixiſſet, muſicã parere lætitiam, atque id cõprobaſſet, inquit nunc: Quapropter hac de cauſa crederet aliquis, oportere iuniores ipſam perdiſcere, id eſt quia gignat uoluptatem. cuius ratio eſt, ut docet, quod quæcunq; iucũda ſunt, eademq; innocua (nã eius generis, quæ moribus obſunt, ſunt fugienda, ſeduloq; ab hac in primis ætate arcenda) nõ ſolũm ad finẽ ultimũq; uitæ ornandũ faciũt, ſed etiã ad requietem animi. Adiungit autem, crebriores uſus eſſe muſices ed poſteriús hoc, quod inquit: Quia rarò cõtingit, homines in fine exiſtere, uitamq; adipiſci referã omnibus bonis quæ ipſam explent. ſæpe autẽ requieſcunt, ac luſionibus utuntur, res adhibentes, quæ ad delectandũ referuntur: utile eſt inquit, requieſcere in his, quæ à muſica oriuntur, uoluptatibus, indeq; auxilium petere ad hoc bonum obtinendum. Quia autẽ non omnes, qui uoluptates amant, impelluntur ad illas eodẽ animo (quidã enim non tam ipſas ſequuntur, quàm bonũ, quod inde naſcitur) ubi eãque quiddã ſpectant. quidã autem ipſis contenti ſunt, nec quippiã aliud ſibi proponũt, complexus eſt ambo hæc hominũ genera. Nam quod inquit, ὡς οὐκ ἐπὶ τέλει indicat aliquo modo illos, qui non utuntur uoluptatibus, tanquã cõdimento quodam uitæ beatæ, ſed contenti ſunt ipſis.

Accidit autem.) Vnde fiat, ut mortales multi finẽ ſuæ uitæ faciant luſiones, magiſq; ipſas ament, quàm deceat, aperit. Inquit igitur uſuuenire hominibus, ut cùm operã dent luſionibus, putent ſe adeptos iam uitam beatam: nec præterea ſibi quicquã aliud quærendũ exiſtiment, quod ſtatũ ipſorum augeat. quia continet in ſe finis ipſe uoluptatem (in quo peccant) non tamen quamlibet, ſed ſinceram ac puram. Cùm igitur (ait) quærant hanc, ſocentq; deſiderio ipſius huc, ſumunt uulgarem corporiſq; uoluptatẽ: & hanc, quia imaginem quandã habet finis actionũ noſtrarum, inſtarque ipſarum eſt. Similitudo autem inter ipſas hæc eſt: finis enim ultimus uteroſq; non expetitur ob ullã aliquam rem, quæ inde proficiſcatur: & hæ quoq; taleſq; corporis uoluptates nobis caræ non ſunt ob futuram ullam rem, quam inde expectemus: ſed quæruntur propter res præteritas & iam factas: quarum tamen reſtent in nobis uestigia quædam, id eſt propter laborem & dolorem. ſunt enim ut ſuprà indicaui, remedia & ſolatia horum malorũ. Quod inquit, non eſſe expertẽ uoluptatis finem hominũ, intelligens uitã beatam: declarant hoc uerſus elegi, qui Epaminondæ, ſummi imperatoris, nomine apud Strabonẽ leguntur, quibus ille prædicat honeſta ſua facta gloriæq; ſibi ducit, quòd Thebas patriam ex iniuſtis manibus Lacedæmoniorũ eripuiſſet, atq; alia multa ſumma laude digna geſsiſſet. Initium autẽ eius magnifici carminis expreſſit M. Cicero in V. Tuſculana, quo loco etiam poſuit principiũ ſimilis illi epigrãmatis P. Scipionis. Sed in libro etiã Plutarchi, qui docuit, ne iocundẽ quidem eſſe uitã, quam cõmendabat Epicurus: multa huius uoluptatis exempla poſita ſunt, nõ tantùm in bellicis factis illuſtriũ uirorum, uerũ etiam in ſtudijs optimarum artiũ. Quare non addidit hoc loco philoſophus fortaſſe, quòd de hoc dubitaret: ſed ualet illud ad eos incuſandos, & errorem ipſorum refellendum. his omnibus expoſitis, quaſi breui teſtari uoluit, quod modò fecerit, atque inquit: Quã potiſsimum ob cauſam homines ſtudent uitam beatam conſequi per hanc uoluptatem ac factis ipſarum, totoſque ſe illis tradant, hanc aliquis cauſam eſſe putaret.

De illo autem.) Videtur dicere, ſequi nunc ut quæratur, an profit moribus muſice, ualeatq; ad eos ornandos, & animũ ipſum expoliendũ, uerũq; hic finis muſices ſit. nam eandẽ efficere quæ dicta ſunt, non eſt dubiũ: quæ tamen non pares propriè, ſed ex accidenti. contingit enim inde illa proficiſci, cũ tamen maiori bono gignendo nata ſit. Inquit igitur, oportere peritũ eſſe muſices, non ob hanc cauſam ſolũm, quæ modò expoſita eſt, id eſt quia parit uoluptatẽ: uerum etiã quia ualeat ad requietẽ, reficimuſq; ipſa animos, quod uerũ eſſe, itaq; ſe prorſus habere non magno negotio intelligitur: ſed tamen, inquit, uidendo eſt, an hoc contingat ipſi. Hoc autẽ dicens, intelligit, capere nos ex ipſa uoluptatẽ ualereq; eandẽ ad reficiendos nos à laboribus præteritis, cùm ipſius natura propriaq; uis honeſtior ſit, quàm uſibus illis præſtandis: deceatq; nos non ſolùm cõmunis uulgariſq; uoluptatis, auxilio ipſius, participes fieri (quam uoluptatẽ cuncti deguſtant ac ſentiunt) uerum etiã longè maiorẽ quæ cuiuſmodi ſit exponit, & unde oriri exiſtimet, indicat. antè tamen confirmat, quod modò protulit, neminẽ mortalem ab ea uoluptate depelli, atque id meritò: quia continet in ſe muſice naturalem uoluptatẽ, non aliunde aſcitam: id quod demonſtrat etiã, ut teſtatur, quia uidemus ipſam omnibus ætatibus & omnibus moribus gratam atque acceptam eſſe.

Sed etiam.) Hoc eſt illud, quod arbitratur muſicã præſtare in nobis, magis præclarum opus. Cùm autem non omnino id planum eſſet, ita loquitur de ipſo: iubetq; uidere, an ſtudiũ hoc ad mores pertineat, atq; animũ & mores ſcilicet expolire ualeat, atq; omnẽ inde labem abſtergere: eodemq; pacto animũ meliorem reddere. Oſtendit etiam, quomodo cognoſcere nobis liceat hunc fructum ipſius perſpicuumq; futurum tradit, hoc quoque ipſam efficere, ſi operâ ipſius muſices uitam moreſque noſtros mutatos ſenſerimus, & quales optandum eſt, effectos.

Atqui fieri.) Quod nobis obſeruandum dixeret, ipſe ſtatim tradit planum eſſe, perſpicique nullo negotio poſſe multis indicijs huius rei: efficiunt itaq; nos quales, immutantq; enim nos noſtros multis modis. Quales autem, quod inquit, intellexit nũc hilares nunc triſtes, nunc iratos nunc mites: aliquando pronos ad libidinem, aliquando temperantes, & alijs itidem huiuſcemodi motibus, atque id ſtatim, auditis cantibus illis. In his indicijs ſunt, ut narrat, quæ non minus quàm alia argumenta ſignaque hoc declarant, cantilenæ Olympi. ipſas namque omnium conſenſu exiſtimari dicit, reddere animos hominum diuini furoris plenos, inſerereque in pectora ipſorum eos motus, quibus excitandis fabricatæ à poeta ſiue muſico ſiue utroque, illæ ipſæ cantilenæ fuerint: priſcis enim illis temporibus non diſtinguebantur hæc ſtudia, ijdemq; muſici ac poetæ erant.

Nam quid autem caliginis importarat hoc nomen aperuit quid ualet ἐνθουσιασμὸς: & inquit, ipſum eſſe motum naturæ moſtumue, in animo ipſo inflammando. inflammatur enim protinus animus eorum, qui audiunt ſententijs quibuſdam & numeris, ad hoc efficiendum aptis. Græco uerbo aliquando uſus eſt M. Cicero, ut in epiſtola quadam ad Q. fratrem, in qua ſe purgans, quòd non pangeret carmen, quod promiſerat, inquit: Sed abeſt etiam ἐνθουσιασμός. In oratione uerò pro Archia exprimere multis Latinis uerbis uim Græci huius nominis conatus eſt: ubi enim inquit, ſeiungens ſtudium poetarum à cæteris artibus: Poetam natura ipſa ualere, & mentis uiribus excitari, & quaſi diuino quodam ſpiritu afflari: extremis his uocibus hoc præſtitit. Olympus hic proprium nomen eſt celebris muſici, quem aiunt Marſyæ illius ueteris diſcipulum extitiſſe, ſcripſiſſeque νόμους lugubres, aptoſque ualde ad mœrorem inferendum in animos eorum, qui cantui illi præſentes adeſſent. Meminit ipſius Ariſtophanes in fabula Ἱππεῦσι, & Plutarchus in libro, quem ſcripſit de muſica.

Amplius autem.) Probat idem argumento ducto à fabulis rebuſque fictis, quibus expreſſi ſint mores factaque aliquarum perſonarum, & ipſis etiam ſpoliatis numeris his, quos rhythmos uocant, & uerſibus, quas res euoſtat incendere ui de animos eorū, qui ſpectant audiuntue, & trahere in eoſdam illos motus. hoc enim ualet, quod dixit, fieri illos qui audiūt, συμπαθεῖς, afficique, ut affectus uident eos, quos imitatores illi expreſſerant (tanta uis eſt imitationis) neque eſt quòd quiſquam putet id fieri beneficio numerorum aut pedum, qui admotæ ſint illis quaſi imaginibus ſimulachriſque rerum commentitiarum: ſignificauit enim, ipſa uacua penitus eſſe à rhythmis. Nam cantus etiam optimorum numerorum imitationes eſſe non eſt dubium, quibus præter condimenta numerorum, harmoniæ adiunctæ ſint.

Quia autem contigit.) Oportere nos tradit, hanc quaſi doctrinam quandam perdiſcere, dareque operam, ut hoc præclarè efficiamus, in nullam rem maiore ſtudio, quàm in hanc incumbentes. ut ſcilicet rectè poſſimus exiſtimare de rebus, gaudeamuſque probis moribus & factis honeſtis, contrarijs ſpretis ac repudiatis. Vt igitur hoc probet, ſumit duo ſatis plana, ad hoc confirmandum apta, & unde perſpicitur uerum eſſe quod præcipit, & ad quod nos impellit. Primum enim eſt, muſicam contuliſſe unam quampiam eſſe rerum iucundarum: quod iam manifeſtatum fuerat. Poſterius uerò, uirtutem manere in uoluptate capienda è rebus rectis uacuiſque ab omni labe: diligendiſque atque odio proſequendis itidem illis, quæ amore aut odio digna ſunt. ſunt enim hæc quaſi fundamenta optimi documenti, quod nobis dat. Redditio uerò illius ἐπεὶ, quo initio uſus eſt, aperta eſt, quod infrà poſuit, δῆλον ὅτι: quo nos hortatur ad omnes neruos contendendos, ut compotes fiamus huius eximij boni, quod prædicat.

Sunt autem ſimulachra.) Confirmat, quod poſterius poſuit, commoueri animos eorum, qui audiunt facta aliqua expreſſa à poetis, aliiſue dadiris ſtudio imitandi: adiungitque, quæ potiſſimum quaſi ſimulachra rerum, undequa profecta, quomodoque tractata, egregiè hoc præſtant: eſſeque potiſſimum illa inquit, quæ à ueris & acutis ingenijs exacta confictaque ſint, eademque in numeris ac cantibus collocata, imagines ſunt effigieſque iræ ac manſuetudinis: qui ſunt motus animorum & habituum etiam ac uirtutum: tum (ut inquit) fortitudinis ac temperantiæ omniumque etiam, quæ contraria his ſunt, ſiue motibus animorum appellatis, ſiue habitibus & aliorum quoque quæ pertinent ad mores. exprimuntur enim ſubtiliter ea ratione, qua dixit, uirtutes omnes ac uitia, & quaſi ante oculos conſtituuntur. Verum hoc eſſe, intelligi poſſe, inquit, ex factis ipſorum. Immutant enim planè nos, inſeruntque uarios motus in animos noſtros, tùm audiuntur hæ fabulæ ad ſimilitudinem aliquam noſtrorum morum conformatæ, præſertim cùm modis muſicis inſtructæ fuerint, ijſque omnibus ſuauitatibus conditæ.

Conſuetudo autem.) Quam fructum lateat ſit conſuetudo hæc, ſtudiumque poſitum in uoluptate capienda doloreue, è rebus fictis ad ſimilitudinem rerum uitioſarum ſiue integrarum, declarat: magnumque illum eſſe teſtatur, ac ualde uicinum ueritati eorum factorum. eſt enim hæc quaſi uia quædam, quæ ducit rectà ad ſedem ueritatis: fingitque nos paulatim tales ut nullo pacto poſtea poſſimus aliter gerere, & tanquam diſcedere à nobiſmetipſis. Simili etiam ratione, illuſtrare hunc uoluit: Ceu enim, inquit, ſi quis lætatur, imaginem alicuius ſpectans, capitque ex ea ex uoluptatem, natam ſanè illam ex aſpectu illius ipſius formæ, non ex alia quapiam re, ueluti è pulchritudine colorum ſiue eximio opificis artificio: neceſſe eſt, eundem gauiſurum eſſe aſpectu illius ueræ formæ, quo adumbratæ ac penicillo expreſſæ, cuius falſa imagine ſimulachroque delectatus eſt. Idem igitur in hac ipſa re contingere ſignificat. Qui enim aſſuetus fuerit gaudere rebus honeſtis, quamuis triſtes aliquantum illæ ſint, eademque conformatæ ingenio alterius: idem etiam gaudebit ijſdem rebus ueris ac ſtudijs, nec quæret alia dulciora. aut hæc, fugiens illam triſtitiam, repudiabit.

Contigit autem.) Pergit oſtendere, cantus ac ſonos facultatem magnam habere immutandi animum noſtrum, & in eos motus traducendi, quos inſatuunt in ipſum illi ipſi cantus: qui cùm genus quoddam ſenſilium ſint (excitantem enim hunc ſenſum, qui ſine ipſis nihil penitus ſentiret) tradit hoc facilè fieri, quia cótingit in his auditus ſenſilibus, quod uſu non uenit alijs. In illis namque ſimulachrum nullum exiſtit, quod referatur ad mores, ualeatque animos noſtros immutare. Appellat autem ſenſilia, tactus & guſtatus: neque tamen non odoratus quoque intelligit. nam in ijs quæ ſenſilia ſunt uiſus, exiliter id fieri concedit, ac lentè. Quomodo autem hoc uſu uenire in illis exiſtimari debeat, docens inquit: Figuræ enim, quas oculis cernimus, ſunt tales, habentque & ipſæ mores, id eſt impellunt leuiter nos, atque ita commutant non nimium mortalium una ulla namque diſcrimine hoc uſu uenit cunctis: & non ijs ſolùm hominibus, qui uigent ingenio, aut exercitati ſunt in hoc ſtudio. Hic autem locus obſcurus ualde fuerat, niſi nactus aliquo modo eſſet explicatorem auctorem ipſum, qui alio loco aperuit, quomodo accipi deberet. Quare fefellit etiam doctiſſimum interpretem, cui durum admodum uidebatur, quod affirmat hic Ariſtoteles, excepto ſenſili aurium, cætera non mouere animum noſtrum: cum planum ſit, hoc ipſa efficere. Vt igitur hunc quaſi ſcrupulum quendam uitaret, exiſtimauit ſemendum eſſe nihil, tanquam ſi parum dixiſſet: cùm tamen, ſi primus ille motus intelligitur, quem inferunt in animos noſtros ſenſilia. Cunctat non parum excitare nos ſiue colores, ſiue odores, ſiue ſapores, ſiue etiam ipſa corporum, quæ tangimus: ſed teſtatus eſt eo loco Ariſtoteles, ſe intelligere ſecundum quendam motum, qui comitatur priorem, uimque eam habet, quam dictum eſt. Exempli cauſa ſonus ſtatim ut acceptus auribus eſt, nos mouet atque excitat. hic eſt igitur primus motus, quem dicit, qui motus communis eſt omnium ſenſuum. Nam & color mouet uiſum, & odor nares, & ſapor guſtatum. ſed ſonum audientes, mouemur alio quodam motu, qui ſequitur illum primum. Hic uerò ſecundus motus eſt, qui ſimilitudinem in ſe continet noſtrorum morum, poteſtque nos formare, & eoſdem mores in nos inſerere, quibus ipſa inſtructus eſt, ſiue boni illi ſint, ſiue mali. Poſterioris igitur huius motus, proprij auditus, & qui in numeris, quos rhythmos uocant, & cantibus exiſtit: eſt ſpecies quædam in tabulis pictis & ſignis: ſed exilis illa ac tenuis (ut uaccat) in cæteris autem ſenſilibus prorſus nulla. Locus autem, quo ſenſum ſuum aperuit, & de hoc plenius diſſeruit: eſt quæſtio xvij. ſegmenti, quo explicuit multa, quæ ad rem muſicam pertinent.

Adhuc autem.) Addidit hoc ad confirmandum nouo argumento iudicium ſuum, qui uult in ſolis ijs, quæ percipimus auribus, manere ſimulachra noſtrorum morum. Etſi enim concesſit, idem quis inuenire quodammodo in ijs quæ luminibus cernuntur: nunc tamen aliquo modo id quod iam dederat, reuocat. dicit enim, illa quæ in tabulis pictis ſtatuiſque uidemus, ſigna potius indiciaque motuum uocari debere, quàm ſimulachra eorundem: & hæc apparere, inquit, in corpore, tùm commotum eſt, & turbidis moribus agitatum. Exempli cauſa, qui imaginem C. Marij ſpectabat, eximiè expreſſam ab opifice, qualem ſe uidiſſe Rauennæ narrauit Plutarchus in uita ipſius: aſpicere poterat in uultu eius illam aſperitatem ingenij, & mores huminis ſæuos & agreſtes. quare hoc præſtabat artificium opificis, ut cognoſceremus naturam C. Marij, non ut redderet nos tales, aut etiam exilitèr mores noſtros uariaret. Adiungit autem, ad rem magis explanandam, eandem etiam perſpici in corpore alicuius, qui commotus ita ſit, aut alio quopiam motu. Intelligimus enim ope horum motuum, quæ ſit indoles hominis, quæ antea nobis clam erat, cum reconditi mores ipſius forent: aperiuntur autem & patefiunt in illis motus. ut enim facta hominum ſignificant eorum indolem & ingenium, ita etiam motus hi animorum.

Verumtamen puſillum.) Etſi uerum eſſe putat, quod probauit, ut ſcilicet in imaginibus penicillo aut ſcalpro expreſſis, nō exiſtant ſimulacra uera morū, quæ ualeant nos informare, & in pectora noſtra inſerere eos motus, quorū [illegible], ſed potius notæ quædā, quæ indicēt illi ipſi, quales fuerint, tamē arbitratur, etſi non multū intereſt. quia [illegible] aliquantulū intereſt, ne illud ipſum amittatur, oportere potius adoleſcētes Polygnoti picturas ſpectare, in quib. mores uiſuntur, ac mores quidem honeſti, etſi qui alius extitit ſiue pictor, ſiue qui ex ære fingeret imagines, laudatus in eo ſtudio morum effingendorum.

quam

quam Pauſonis, qui caruit hac induſtria: nec ſenſus moreſque expreſsit eorum, quos imitaretur ſuis in tabulis. non enim loquitur de Pauſone, ut de pictore, qui turpia obſcœnaque argumenta imitatus ſit, ut nonnulli putarunt: ſed qui non affinxerit mores perſonis, quas pingebat.

In cantibus autem.) Vt in ſtatuis & tabulis pictis non exiſtere ſimulachra morum docuit, ita nunc contrà in cantibus ipſis tradit illa manere, facta prorſus ad imitationem ipſorum: de quo, quin ita ſe habeat, non dubitandum inquit, cùm apertè intelligatur hoc naſci mutationibus, quæ fiunt in nobis, uariatis cantibus ijs, quos auſcultamus. Nam rationes cantuum, legeſque diſsimiles inter ſe eſſe conſtare dicit: atque ita ſaepè diſcrepantes, ut eos qui audiant, aliter afficiant: & non omnes uno & eodem pacto, uarijs modis auribus acceptis. Iudicat igitur, hoc maiorem fructum capi ad informandos animos noſtros è uocibus ſonoribuſque, quàm ex aſpectu ſignorum & picturarum: ex illis namque puſillum, ex his uerò magnum profectò duci. Vocat uerò hic (ut opinor) μιμήματα, id eſt imitamenta, quæ ſuprà appellauit ὁμοιώματα. Declarat autem hoc, quod inquit in problemate, cuius memini, de poſteriore illo motu, ipſum continere in ſe ὁμοιώματα, id eſt imitamenta & quaſi ſimulachra quædam, expreſſum in rhythmis & ordine ſonorum acutorum & grauium.

Sed ad non.) Exempla ponens, atque ita illuſtrans quod tradit, inquit, ad nonnullas naturas cantus effici eos, qui audiunt, pronos ad mœrorem, plorandaque ſua mala, & contractos denique ceu inquit ad harmoniam eam, quæ uocatur mixolydiſti: quia non ſit pura neque ſincera Lydia, ſed mixta temperataque cum alia harmonia. Ad alias autem quaſdam, inquit, reddi animo languidiore ac magis tenero: ceu ad illas omnes, quæ remiſſæ ſunt, & repudiarunt multum contentionis illius ſummæ in cantu. Medio autem quodam modo ſe habere tradit, & interiecto inter ſuperiores illas, in primiſque ſtabili & quaſi ſolido, ad aliam quampiam: ceu ad quod, inquit, moliri & efficere uidetur in animis noſtris, ex omnibus harmonijs, quæ Dorica uocatur, fluxitque è moribus & inſtitutis grauium eorum populorũ. Commotos autem ualde animo, & quaſi afflatos diuino furore reddere eos qui audiunt, inquit, cantum Phrygium, quæ cuncta de ui & poteſtate ſuperiorum harmoniarum, cùm iam edidiſſet: oſtendit unde ſumpſerit, ſimulque probè illa, eruditeque prolata affirmat. Inquit enim, hoc iudicium de ipſis feciſſe illos, qui incubuerant in hanc ſcientiam, ac uerè de ipſa exiſtimare poterant: quam etiam rationem ijdem ſecuti, ſtatuerint hoc pacto de uiribus ipſarum, adiungit, inquit enim, ipſos uti tanquam teſtibus quibuſdam, factis quæ inde manant. cùm enim diligenter attēderint, quomodo nos afficiant ſingulæ illæ, perſpexerintque ſemper eas motus, quos ſignificauit, in animis noſtris excitare: cognouerũt ita poteſtatem ipſarum. Quod affirmat hic philoſophus, moliri in animis noſtris Dorium & Phrygium cantum: idem in quæſtionibus ſuis de harmonia tradit, efficere uariatis omnibus hypodorium & hypophrygium: cùm tamē concentus hi longè alij ſint ac ſuperiores illi, quibus initio particula ὑπὸ adnexa non eſt. Quare non ſine cauſa diſcrimen hoc, quod non tam exile eſt, ut uidetur: uarietaſque lectionis, negotij non parum attulit Hieronymo Meio, docto uiro, multumque cùm in omni philoſophia, tum in ſtudijs mathematicis, uerſato. Veretur igitur, ne commiſſum hoc ſit culpa librariorum, & cùm certam eſſe atque exploratam putet huius loci, quem habemus in manibus, lectionem: ſuſpectam ualde habet alteram illam problematum. Cùm uerò uiderit eam & in excuſis & in calamo exaratis libris conſtanter manere, & expreſſam quoque eſſe à Theodoro: in hanc opinionem uenit, ut, ſi nulli prorſus maculæ affinis ſit, poteſt ita ipſam accipiendam, ut acciperetur, ſi abeſſet inde præpoſitio. id quod multis & non contemnendis argumentis comprobat. Teſtari hoc ego uolui, cùm ipſius utilis hic atque iucundus labor nondum editus ſit, ut accommodatum magnopere huic loco illuſtrando, acceptum è IIII. ipſius illorum librorum, quos ſcripſit de Vetere muſica, & epiſtolis etiam eiuſdem confirmatum eſt enim amicus meus ſummus, diligoque uehementer hominem, ut egregiis morum probitate ac fide præditum, doctrinaque (ut dixi) & uaria & recondita excultum.

Eodem enim.) Quod efficere oſtendit in animis noſtris cantus muſicos, ut, uariati ipſi, uarient magnopere animos, & aliter atque aliter afficiant: idem nunc teſtatur facere numeros illos, quos Græci uocant rhythmos, & omne quidem genus ipſorum. ſunt enim, ut conſtat, in oratione, unde uocatur, quæ aptos complectitur, oratio numeroſa. τὸν ῥυθμὸν [a] huiuſcemodi concinnitates Iſocrates appellauit, qui multum & ſcitè ipſis uſus eſt. Sunt etiam in alijs rebus, quæ ſonũ aliquem ſtrepitumque edunt, quibus in omnibus menſura motus illius appellatur numerus. Inquit igitur auctor, certos quoſdam numeros continere in ſe, & in alijs etiam excitare mores ſedatos indolemque ſtabiliorem (id eſt, quæ uergat ad ſtatum ac requietem) alienaque ſit à motu omni concitato. Alios uerò contra inueniri tradit, qui ſint pronū motum, uimque habeant commouendi, è ſtatuque priſtino eijciendi animos eorum, ad quos perueniunt. Quos etiam motus, excitatos ab ipſis, tradit non unius uniuſque generis eſſe, ſed magnopere inter ſe diſcrepantes: cùm quidam ipſorum ſint importuniores, quidam uerò liberaliores ac magis ingenuo uiro digni. His uerò omnibus expoſitis, concludit ſuperiorem diſputationem, declaratque à ſe factum, quod præſtare ſtuduit. apertum enim iam eſſe, inferere mores in animum noſtrum cantus, genuſque omne muſicæ, præditamque ipſam eſſe hac facultate: quare qui adhibebunt ad hoc præclarum opus afficiendum, non errabunt. Plutarchus quoque in libello, cuius index περὶ μουσικῆς, idem de rhythmis & de harmonia ſignificauit: & qui rhythmus quæque harmonia ita commouerent animum, ut penè incenſi ipſi inſanirent, declarauit. Inquit enim, quoſdam ſedare ſaltationes, & tripudia bacchantium, & famulorum Cybeles, mutato rhythmo è trochæo & concentu è Phrygio, atque ita furorem illum extinguere.

Quod ſi.) Cùm declaraſſet iam, ualere multum muſicam ad mores informandos: addit nunc, non eſſe dubitandum, quin utile ſit deducere ad ipſam adoleſcentes, ipſoſque diligenter in ea erudire. Quod enim id præſtat, non debet ab ipſa ſemotum eſſe: omnes enim adhibendæ ſunt machinæ, ut hoc eximium bonum obtineamus. Valet autem hic locus ad opinionem meam confirmandam, qua ſignificaui, ἀκροατὰς γυμναστικῆς numero multitudinis, accuſandique caſu legi debere: non dandi, ἀκροατῇ γυμναστικῇ. utitur enim alio uerbo hic, ubi ſignificat oportere perducere adoleſcentes ad muſicam perdiſcendam, aptoque huic rei oſtendendæ. Illic enim, ubi de muſica tradenda ipſis, & ad ingenia ipſorum excolenda comportanda loquebatur, uſus eſt uerbo παραδοτέον: hic autem inquit, ἀκτέον. quo loco admonet, admouendos ipſos eſſe muſicæ, & ad magiſtros doctoreſque ipſius, ut eam perdiſcant, eſſe mittendos.

Congruit autem.) Docet, quod ualde iuuat, faciliorem que reddit omnem præceptionem, ſi hoc fecerimus, noſtiouitatos eſſe adoleſcentes ad rem ualde acceptam gratamque animis eorum: quia perceptio muſices congruit mirificè ingenio tali, quale eſt ingenium puerorum, cùm perpeti nihil poſſint, quod expers ſit uolptatis, niſi coacti, neceſſitateque ipſis illius rei ferendæ impoſita, abhorreantque ijdem toto animo à rebus triſtibus. muſica autem una earum rerum eſt, quæ conditæ ſunt plurima ſuauitate. Quod autem de muſica prolatum eſt, idem etiam de rhythmis numeriſque dici uerè poteſt (ut narrat) propter coniunctionem harum rerum inter ſe.

Quare multi.) Cùm affirmaſſet, muſicam aptam eſſe ad puerorum animos perpoliendos, eaqueuſq; uarios prius docuiſſet uariare mirum in modum animos noſtros: addit, idem confirmare uolens, propter affinitatem hāc, quam habet concentus omnis cum animo noſtro: extitiſſe ea de cauſa multos doctos uiros, qui unum idemque aliquo modo eſſe ambas has res aſſeuerarint: quos tamen diuidit, cùm ipſorum alij prorſus dixerint animum eſſe harmoniam, alteri uerò eum cōtinere in ſe harmoniam conceſſerint, etſi non omnino unum idemq́, ambas eſſe arbitrati ſunt. Eodem autem pacto locutus eſt in I. de Anima de mentis munere, cuius uerba ſunt: ἁ δή καὶ τοῦτο φωνηθεῖν τις, ἢ μὲν αὐδὴ φωνήσεως. & de amicitia initio ſtatim VIII. libri: ἐστὶ γάρ ἀρετή, ἢ μετ᾽ ἀρετῆς. Ariſtoxenum muſicum, eundemque philoſophum uoluiſſe animum eſſe harmoniā, narrauit etiam M. Cicero, tùm id apud Platonem literis proditum inueniſſes. Sed Ariſtoteles quoque in eodem libro de Anima opinionem hanc confutauit, cùm ipſam primis temporibus, quibus exorta eſt, ualde placuiſſe non negaſſet.

a Per numeros hic ſignificat Ariſtoteles motus corporis, & maximè pedum, numeroſos per modos, cantos: ut in libro περὶ ποιητικῆς. appellat autem Græcè hos μέλη, illos ῥυθμούς.

CAPVT

VTrū aūt oportet diſcere ipſos, canētesq́; & manu inſtrumēta tractātes, ſiue nō, de quo q̄ſitū eſt prius, nūc dicēdū eſt. Nō eſt autē obſcurū, magni intereſſe, ut fiāt in omni re quales, ſi aliquis cōmunicauerit operibus: unum enim quoddam eſt eorū, quæ fieri non poſſunt, aut ſaltem difficilia ſunt, ut qui operibus nō cōmunicarint, exiſtimatores fiant boni. Simulq́; op⁹ eſt pueros habere aliqd, in quo libēter uerſentur: & Archytę crepitaculū putare rectè inuentū eſſe, qđ tradūt infantib. in man⁹, ut hoc utētes, nihil frāgāt eorū, q̄ domi ſunt. Nō .n. ualet, qđ iuuenile eſt, qeſcere. hęc igiť eſt infātib. apta luſio. Diſciplina aūt inſtar crepitaculi eſt adoleſcētib. grādiorib. rectū igitur eſſe tradere muſicā ſic, ut cōmunicent operib. patet ex his. Quid aūt deceat, uel nō deceat ętates, nō arduū eſt definire, ac ſoluere aduerſus eos, q aſſeuerāt ſordidā eſſe hāc tantā curā. Primū .n. qa exiſtimandi gratia op⁹ eſt participē eſſe operū, ob hoc oportet, dū adoleſcentes ſunt, fungi operib. ſeniores aūt factos operib. qdē liberari, uim aūt & poteſtatē habere exiſtimādi de honeſtis cātib. & rectè gaudēdi, ope illius cognitiōis, q̄ parta eſt in iuuentute. De culpa uerò, quā nōnulli ipſi obijciunt, tāquā muſica reddat ſordidos: nullus labor eſt diſcutere, ſi cōſiderauerimus, quaten⁹ operib. cōmunicare debeāt. q ad ciuilē uirtutē inſtituūtur, & qualib. cātib. qualibusq́; rhythmis cōmunicare ipſos deceat. Amplius aūt in qualib inſtrumētis diſcere debeāt: etenim hoc intereſſe ueriſimile eſt. in his nāq; manet diſſolutio eius, q incuſant: nihil .n. phibet: qn modo quodā muſicę efficiāt, qđ dictū eſt. Perſpicuū igitur eſt, oportere pceptionē ipſius nihil impedimēti afferre ad futuras actiones: neq; corp⁹ efficere ſordidū & inutile ad bellicas & ciuiles exercitatiōes: ad uſus quidē ſtatim. ad pceptiones aūt poſtea. Cōtigeret aūt hoc in diſcēdo, ſi neq; elaborauerint in his q̄ referūtur ad cōcertationes cū artificibus: neq; ex operū genere, q̄ ſunt admirabilia atque exîmia,

CAPVT VI.

ΠΟΤΕΡΟΝ δὲ δεῖ μανθάνειν αὐτοὺς ᾄδοντάς τε καὶ χειρουργοῦντας, ἢ μή, καθάπερ ἠπορήθη πρότερον, νῦν λεκτέον. οὐκ ἄδηλον δὲ ὅτι πολλὴν ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ γίγνεσθαι ποιούς τινας, ἐάν τις αὐτὸς κοινωνῇ τῶν ἔργων· ἓν γάρ τι τῶν ἀδυνάτων ἢ χαλεπῶν ἐστι, μὴ κοινωνήσαντας τῶν ἔργων, κριτὰς γενέσθαι σπουδαίους. ἅμα δὲ καὶ δεῖ τοὺς παῖδας ἔχειν τινὰ διατριβήν· καὶ τὴν ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι καλῶς, ἣν διδόασι τοῖς παιδίοις, ὅπως χρώμενοι ταύτῃ, μηδὲν καταγνύωσι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν. αὕτη μὲν οὖν ἐστὶ τοῖς νηπίοις ἁρμόττουσα τῶν παιδίων· ἡ δὲ παιδεία πλαταγὴ τοῖς μείζοσι τῶν νέων. ὅτι μὲν οὖν παιδευτέον τὴν μουσικὴν οὕτως, ὥστε καὶ κοινωνεῖν τῶν ἔργων, φανερὸν ἐκ τῶν τοιούτων. τὸ δὲ πρέπον, καὶ τὸ μὴ πρέπον ταῖς ἡλικίαις, οὐ χαλεπὸν διορίσαι. καὶ λῦσαι πρὸς τοὺς φάσκοντας βάναυσον εἶναι τὴν ἐπιμέλειαν. πρῶτον μὲν γὰρ, ἐπεὶ τοῦ κρίνειν χάριν μετέχειν δεῖ τῶν ἔργων, διὰ τοῦτο χρὴ νέους μὲν ὄντας χρῆσθαι τοῖς ἔργοις· πρεσβυτέρους δὲ γενομένους τῶν μὲν ἔργων ἀφεῖσθαι, δύνασθαι δὲ τὰ καλὰ κρίνειν καὶ χαίρειν ὀρθῶς διὰ τὴν μάθησιν, τὴν γενομένην ἐν τῇ νεότητι. περὶ δὲ τῆς ἐπιτιμήσεως, ἥν τινες ἐπιτιμῶσιν, ὡς ποιούσης τῆς μουσικῆς βαναύσους, οὐ χαλεπὸν λῦσαι, σκεψαμένους μέχρι τε πόσου τῶν ἔργων κοινωνητέον τοῖς πρὸς ἀρετὴν παιδευομένοις πολιτικήν, καὶ ποίων μελῶν, καὶ ποίων ῥυθμῶν κοινωνητέον. ἔτι δὲ ἐν ποίοις ὀργάνοις τὴν μάθησιν ποιητέον· καὶ γὰρ τοῦτο διαφέρειν εἰκός. ἐν τούτοις γὰρ ἡ λύσις ἐστὶ τῆς ἐπιτιμήσεως· οὐδὲν γὰρ κωλύει τρόπους τινὰς τῆς μουσικῆς ἀπεργάζεσθαι τὸ λεχθέν. φανερὸν τοίνυν, ὅτι δεῖ τὴν μάθησιν αὐτῆς, μήτε ἐμποδίζειν πρὸς τὰς ὕστερον πράξεις· μήτε τὸ σῶμα ποιεῖν βάναυσον καὶ ἄχρηστον πρὸς τὰς πολεμικὰς καὶ πολιτικὰς ἀσκήσεις. πρὸς μὲν τὰς χρήσεις ἤδη, πρὸς δὲ τὰς μαθήσεις ὕστερον. συμβαίνοι δ' ἂν περὶ τὴν μάθησιν, εἰ μήτε τὰ πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοὺς τεχνικοὺς συντείνοντα διαπονοῖεν, μήτε τὰ θαυμάσια καὶ περιττὰ τῶν ἔργων, ἃ νῦν ἐλήλυθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας·

VTrum autē pueros ita muſicam diſcere oporteat, ut ipſi canant, & muneribus operibuſque muſicæ manus admoueant, necne, quemadmodum ſuprà dubitatum eſt, nunc eſt dicendum. Non eſt porro obſcurum, ualde referre ad id, ut cuiuſdammodi homines fiant, ſi quis ipſe in muneribus operibuſque fungendis uerſetur. Nam fieri non poteſt, aut uix quidem certè, ut qui non fuerunt munerum atque operum participes, boni iudices artis fiant: ſimulq́; pueros oportet aliquod uitæ traducendæ atque occupandæ genus habere: & Archytæ crepitaculum præclare eſſe comparatum exiſtimare, quod pueris dare ſolent, ut, dum hoc utuntur, nihil eorum quæ domi ſunt, perfringant. quod enim puerile & iuuenile eſt, quieſcere non poteſt. Atque hoc quidem ludicrum pueris infantibus conuenit: diſciplina uerò pueris grandioribus crepitaculum eſt. Sic igitur muſicam pueros eſſe docendam, ut muſicæ muneribus fungantur, operumque ſint participes, ex his intelligere licet. Quid deceat porro ætates, quidnon, difficile non eſt definire, & quod quidam obijciunt, ſtudium eſſe ſordidum atque illiberale, diſſoluere. Primum enim, quoniam iudicandi gratia operibus fungendum eſt, idcirco oportet eos, dum pueri ſunt, opera tractare: ubi uerò adoleuerunt grandioresq́; facti ſunt, opera quidē miſſa facere: recta uero iudicare, & rectè lætari poſſe, propterea quod in pueritia muſicam didicerunt. Deinde uerò quod quidam muſicam uituperant, tanquam ſordidos efficiat atq; illiberales artifices, non erit difficile eos refellere: ſi cōſiderauerimus, quatenus ij, qui ad uirtutē ciuilē erudiuntur, muſica operibus fungi, et quales modos cātusq;, & quales numeros tractare, præterea quib. in muſicis inſtrumentis ſeu organis muſicā diſcere debeāt. Nāq; hoc aliquid intereſſe probabile eſt. in his enim reprehenſionis ac uituperationis diſſolutio poſita eſt. nam modos quoſdā muſica id, quod dictū eſt, efficere nihil uetat. Perſpicuū igitur eſt, oportere eius ſtudiū ac diſciplinā neq; poſteriores actiones impedire, neq; corpus illiberale, et ad bellicas ac ciuiles exercitationes inutile reddere: ad exercitationes quidem iam, ad diſciplinas uero poſterius. Aptè autem & conuenienter pueri muſicam diſcant, ſi neq; in eis quæ ad artificum certamina pertinent, elaborent, neq; admirabilia & eximia, atq; exquiſita opera magno labore ſuſcepto perdiſcant,

qoæ nunc in certamina, & è certaminibus in inſtitutionem uenenerunt. Sed & huiuſcemodi, donec potuerint gaudere honeſtis cantibus & rhythmis: & non ſolùm commuoi moſicæ, ueluti cæterarum animantium quædam: itidemq; mancipiorum & puerorum multitudo. Patet autem ex his, & qoalibus iuſtrumentis utendum ſit: neque enim tibiæ iu diſciplinam ſunt comportandæ, neq; aliud quippiam inſtrumentùm, proprium artificũ: ueluti cithara, & ſi quid huiuſcemodi aliud eſt: ſed quęcunq; ipſorum reddent auditores bonos, uel muſicæ, uel alius diſciplinæ. Adhuc aũt tibia non eſt inſtrumentum factũ motib. expoliendis, ſed potius animis inflãmandis. Quare huiuſcemodi temporibus ipſa utendum eſt, in quib. opera ſtudiumq; conſumitur, potiua in animo purgaudo, qoàm in diſcendo. Addamus, qood uſu uenit ipſi cõtrarium eius, quod requirit diſciplina, & quod nõ ſinit oratione uti, qui inflat ipſam. Quare pulchrè eiecerunt uſum ipſius priores ab adoleſcẽtib. & ingenuis hominibus, etſi uſi fuére primùm ipſa. Cùm enim nacti eſſent plus otij propter copiam booorum & maioris animi facti ad uirtutem capeſſendam: adhuc autẽ & prius & poſt res geſtas cõtra Medos, ex factis illis auctis ipſorum ſpiritibus omnem ſcientiam attigerunt, nullo habito delectu, ſed ultrà conquirentes: quare tibiarũ quoq; inflationem adduxerunt in ordinẽ eorũm, quę diſcerentur. Etenim Lacedęmone quidã choragus ipſe tibias inflauit choro, & Athenis adeò peculiaris erat, ut fermè multi ingenuorum participes forent ipſius. Plsnum sutem eſt hoc è tabula, quam dicauit Thraſippus, cùm choragi munere functus eſſet Ecphantidæ. Poſtea autem improbata eſt periculo ipſius facto, cùm exiſtimare melius poſſent, quod ad uirtutem, & quod minimè ad uirtutem faceret. Eodẽ aũt pacto & multa ueterũ inſtrumẽtorũ repudiata ſunt, ut pectides & barbari: atq; ea, quæ ad uoluptatẽ eorũ qui andiunt, tendunt utentib. ipſis, heptagona, & trigona, & ſambucæ, ac cuncta, quæ ſcientia egeot manu ipſa tractantium. Conſentaneũ aotẽ eſt, & quod de tibijs à ueteribus in morẽ fabulæ memoratum eſt. Aiunt enim Mineruam, cùm reperiſſet, abieciſſe tibias.

ἐκ δὲ τῶν ἀγώνων, εἰς τὴν παιδείαν. ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα μέχρι περ ἂν δυνῶνται χαίρειν τοῖς καλοῖς μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς· καὶ μὴ μόνον τῷ κοινῷ τῆς μουσικῆς, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἔνια ζῴων. ἔτι δὲ καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων καὶ παιδίων. δῆλον δ' ἐκ τούτων καὶ ποίοις ὀργάνοις χρηστέον· οὔτε γὰρ αὐλοὺς εἰς παιδείαν ἀκτέον, οὔτ' ἄλλο τεχνικὸν ὄργανον· οἷον, κιθάραν, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερόν ἐστιν, ἀλλὰ ὅσα ποιήσει αὐτῶν ἀκροατὰς ἀγαθούς, ἢ τῆς μουσικῆς παιδείας, ἢ τῆς ἄλλης. ἔτι δὲ οὐκ ἔστιν ὁ αὐλὸς ἠθικόν, ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιαστικόν. ὥστε πρὸς τοὺς τοιούτους αὐτῷ καιροὺς χρηστέον, ἐν οἷς ἡ θεωρία κάθαρσιν μᾶλλον δύναται, ἢ μάθησιν. προσθῶμεν δέ, ὅτι συμβέβηκεν ἐναντίον αὐτῷ πρὸς παιδείαν, καὶ τὸ κωλύειν τῷ λόγῳ χρῆσθαι τὴν αὔλησιν· διὸ καλῶς ἀπεδοκίμασαν αὐτοῦ οἱ πρότερον τὴν χρῆσιν ἐκ τῶν νέων καὶ τῶν ἐλευθέρων, καίπερ χρησάμενοι τὸ πρῶτον αὐτῷ. σχολαστικώτεροι γὰρ γενόμενοι διὰ τὰς εὐπορίας καὶ μεγαλοψυχότεροι πρὸς ἀρετήν· ἔτι τε πρότερον καὶ μετὰ τὰ μηδικὰ φρονηματισθέντες ἐκ τῶν ἔργων, πάσης ἥπτοντο μαθήσεως, οὐδὲν διακρίνοντες, ἀλλ' ἐπιζητοῦντες, διὸ καὶ τὴν αὐλητικὴν ἤγαγον πρὸς τὰς μαθήσεις. καὶ γὰρ ἐν λακεδαίμονι τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ· καὶ περὶ ἀθήνας οὕτως ἐπεχωρίασεν, ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος, ὃν ἀνέθηκε Θράσιππος ἐκφαντίδῃ χορηγήσας. ὕστερον δ' ἀπεδοκιμάσθη διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, βέλτιον δυναμένων κρίνειν τὸ πρὸς ἀρετὴν καὶ τὸ μὴ πρὸς ἀρετήν, συντεῖνον. ὁμοίως δέ, καὶ πολλὰ τῶν ὀργάνων τῶν ἀρχαίων· οἷον, πηκτίδες, καὶ βάρβιτοι· καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν συντείνοντα τοῖς ἀκούουσι τῶν χρωμένων, ἑπτάγωνα, καὶ τρίγωνα, καὶ σαμβῦκαι· καὶ πάντα τὰ δεόμενα χειρουργικῆς ἐπιστήμης. εὐλόγως δ' ἔχει καὶ τὸ περὶ τῶν αὐλῶν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων μεμυθολογημένον· φασὶ γὰρ δὴ τὴν ἀθηνᾶν εὑροῦσαν ἀποβαλεῖν τοὺς αὐλούς.

quæ nunc in certamina, ex certaminibus in diſciplinam introducta ſunt: ſed talia uſque ad eum finem diſcant, quoad elegantibus & honeſtis modis ac numeris delectari poßint, & non ſolùm genere muſicæ communi, quemadmodum & nonnullæ aliæ animantes: præterea uerò & mancipiorum ac puerorũ multitudo. Apparet autem ex his, etiam quibus organis ſit utendum. Nam neq; tibiæ in puerorum inſtitutionem introducendæ ſunt, neque aliud organum artificum proprium, qualis eſt cithara, & ſiquod aliud eſt huiuſmodi: ſed ea ſola, quæ efficient eos bonos auditores aut doctrinæ muſicæ, aut alius. Præterea tibia non eſt organum ad mores moriores exprimendos aut inſerendos aptum (ethicum Græci appellant, nos moralem dicamus) ſed potius ad animos furore quodam Bacchico ſtimulandos accõmodatum. Quare talibus temporibus eo utendum eſt, quibus eius uſus ualet ad animos expiandos potius, ac luſtrandos ſeu purgandos, quàm ad erudiendos. His accedat, tibiam hoc habere inſtitutioni & doctrinæ aduerſarium, quòd tibiæ cantus prohibet ratione uti. Quocirca rectè ueteres eius uſum in pueris ac liberis hominibus improbarunt, cùm antea eo uſi eſſent: otium enim uberius ex omnium rerum copia nacti, maioreſque animos ad uirtutem conſecuti, tum ſuperioribus temporibus, & poſt bellũ Perſicum ex rebus fortiter & præclarè geſtis ferociores & elatiores effecti, omne diſciplinæ genus attigerunt, nullum delectum adhibentes, ſed aliam atque aliam inſuper indagantes. quapropter etiam artem tibia canendi ad diſciplinarum numerum aggregarunt. Etenim Lacedæmone quidam, qui ludorum ſumptus ſuppeditabat (choragum appellant Græci) ipſe choro tibiam inflauit: & Athenis ita increbuit, ut ferè plerique liberi & ingenui homines tibia canerent. Atque hoc ex ea tabula apparet, quam Thraſippus is, qui Ecphantidæ ludorum ſumptum ſuppeditârat, dedicauit. poſterius uerò ſpreta atque improbata eſt periculo eius facto: cùm iam melius, quid ad uirtutem ualeret, quid non, iudicare poſſent. Similiter & multa organa uetera, ut pectides & barbiti, & quæ ad uoluptates eorum pertinent, qui cantores audiunt eis utentes: cuius generis ſunt ſeptangula, quæ heptagona nominant Græci, & triangula, quæ trigona, & ſambucæ, & omnia, quæ ſcientiam in manuum opere munereque poſitam deſiderant. Habet autem rationem probabilem & ea de tibijs fabula, quam confinxerunt ueteres. aiunt enim Mineruam tibias à ſe repertas, abieciſſe. Cùm igi-

Non inſulſum igitur eſt dixiſſe, propter deformitatẽ oris hoc feciſſe deam ſtomachatã. Verũtamẽ magis uériſimile eſt, quia nihil facit ad mentem cognitio artis tibiarum: Mineruæ autem nos ſcientiam & artẽ tribuim⁹. Quia autẽ & inſtrumentorũ & tractationis ipſorum improbamus intelligentiam propriam artificum: propriam autẽ ipſorum eſſe uolumus, quæ ſeruit concertationibus. in hac enim, qui agit, non ſuę propriæ uirtutis gratia id attingit, ſed eorum qui audiũt uoluptatis & ipſius importunæ. Quare minimè liberorum hominũ exiſtimamus eſſe tractationẽ, ſed penè mercenariã, & uſu uenit fieri ſordidos. ſcopus. n. malus eſt, ad quẽ ut ad finem feruntur. Spectator nãq; importunus exiſtẽs, morẽ habet mutare muſicã. quare & artifices ad eum meditationes ſuas cõuertẽtes, & ipſos quales efficit, & corpora eorundẽ propter motus.

οὐ κακῶς μὲν οὖν ἔχει φάναι καὶ διὰ τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ προσώπου τοῦτο ποιῆσαι, δυσχεράνασαν τὴν θεὸν· οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον εἰκὸς, ὅτι πρὸς τὴν διάνοιαν οὐθέν ἐστιν ἡ παιδεία τῆς αὐλήσεως· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ τὴν ἐπιστήμην περιτίθεμεν καὶ τὴν τέχνην. ἐπεὶ δὲ τῶν τε ὀργάνων καὶ τῆς ἐργασίας ἀποδοκιμάζομεν τὴν τεχνικὴν παιδείαν· τεχνικὴν δὲ τίθεμεν τὴν πρὸς τοὺς ἀγῶνας· ἐν ταύτῃ γὰρ ὁ πράττων, οὐ τῆς αὐτοῦ μεταχειρίζεται χάριν ἀρετῆς, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς, καὶ ταύτης φορτικῆς. διόπερ οὐ τῶν ἐλευθέρων κρίνομεν εἶναι τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ θητικωτέραν. καὶ βαναύσους δὴ συμβαίνει γίγνεσθαι· πονηρὸς γὰρ ὁ σκοπὸς, πρὸς ὃν ποιοῦνται τὸ τέλος· ὁ γὰρ θεατὴς, φορτικὸς ὢν, μεταβάλλειν εἴωθε τὴν μουσικήν. ὥστε καὶ τοὺς τεχνίτας, τοὺς πρὸς αὐτὸν μελετῶντας, αὐτούς τε ποιούς τινας ποιεῖ καὶ τὰ σώματα, διὰ τὰς κινήσεις.

gitur hoc quoque liceat dicere, deam, quòd oris deformitate offenſa eſſet, hoc feciſſe: tum uerò probabilius eſt, propterea quòd tibiarum inflandarum diſciplina nihil ad mentis agitationẽ conferat: Mineruæ autem ſcientiam & artem tribuamus. Quoniam porrò tractandorum organorum et fungendi muneris muſici diſciplinam artificum propriam ſeu artificialem improbamus: artificialem autem ſeu artificibus conuenientem ſtatuimus eam, quæ ad certamina pertinet: (in hac enim is, qui agit, nõ uirtutis ſuæ, ſed eorum qui audiunt, uoluptatis, huiuſq; ineptæ ac putidæ cauſa muſicam tractat) ideirco ingenuorum eſſe nequaquam indicamus operis huius functionem, ſed mercenariorum hominum. Itaq; euenit, ut euadant artifices illiberales. finis enim, quẽ ſibi proponunt, & quem intuentur, malus eſt. Nam ſpectator, qui ineptus & indoctus eſt, muſicam mutare conſueuit. Itaq; etiam artifices, qui ſeſe ad eum meditando componunt, tum ipſos eiuſdemmodi efficit, tum eorum corpora propter motiones.

COMMENTARIVS.

Verum autem.) Percipiendam eſſe adoleſcentibus ſuauitatem cantus, iam tradidit. Sed quis hoc uno eorum modo obtineatur, (nam & ipſi canere poſſunt, tibijsq; uti, & ſibi temperare ab uſu: tantumq; de cantibus muſicorum exiſtimare, uoluptatemq; inde capere) quærit nunc, utrum horum magis honeſtis hominibus aptum ſit (quam quæſtionem ſuprà attigerat) nondumq; hanc diſſoluit. Χειρουργικῶν uerò legi debet, non, ut olim in excuſis erat, χειρουργημάτων, quod uerbum ipſe quondam ſuſtuli, præterquàm quòd infrà auctor ita loquitur. Plutarchus in lib. de Muſica appellauit χειρουργικὸν μέρος muſices partem eam, quam qui eam artem habent, tractant. Idem etiam alibi in eodem libello uocauit χειρουργίαν [illegible].

Non eſt autem.) Euellit ſcrupulum à ſe modò indicatum, quem ſanè non ualde moleſtum eſſe affirmat: quippe cùm obſcurum non ſit (ut narrat) magni referre ad animos noſtros aliqua arte ornandos, & omnes ipſos quales cupimus eſſe efficiendos, utrum aliquis tractet opera, ſiue contentus ſit ratione ipſa præceptisque eius artis, nec unquam aliquid proprium ipſius attingat. Eſt igitur hoc [illegible], quod auctor hic affert, rei quam in manibus habebat, declarandæ ualde aptum. Confirmat autem ſententiam ſuam, addens unum eorum eſſe, quæ effici non poſſunt, uel ſaltem ualde ardua ſunt: illos ipſos, qui factu non aggrediuntur, nec uerſantur in rebus gerendis, bonos exiſtimatores eſſe munerum illorum, diſtinguereque poſſe, qui bene aut perperam inſtrumentis illis utantur. Non ſine cauſa igitur Hannibal eum riſit Phormionem illum peripateticum, qui cùm nunquam hoſtem, nunquam caſtra uidiſſet: diſputauit tamen, ſe adſtante, copioſè de officio imperatoris, & de omni re militari.

Simulq; opus.) Hoc alterum argumentum eſt, quo probat, non alienum eſſe pueros erudiri in cantu ac fidibus. inquit enim, adiungi bono, à ſe inde naſci ſignificato: quod cùm neceſſe ſit ætatem illam oblectari, habereque aliquid in quo libenter uerſetur, hoc ſtudium erit ipſi accommodatiſſimum. nam tunc lætitiam afferet, & poſteà proderit. Hoc facere, inquit, inſtrumentum ab Archyta Tarentino inuentum. Cùm enim uir ille ſapiens uideret pueros non poſſe quieſcere, delectarique ualde ſonore: ac niſi haberent aliquid, quod pariat ipſis hanc uoluptatem, fracturos eſſe uaſa menſæ inſtruendæ facta: excogitauit platagen, inſtrumentum ſono reddendo factum, atque inde etiam appellatum: & ita ſimul impleuit animum puerorũ, & domeſtica uaſa conſeruauit. Meminit platages, unde etiam percipitur quid ipſa ualeret, Apollonius in ſecundo libro Argonauticõ: quo loco commemorat, quomodo Hercules fugauerit Stymphalidas aues. ſonitu enim ipſius perterrefactas, eas longè ſe remouiſſe ab oculis eorum delectarum iuuencum cecinit. Fuit igitur quaſi crotalum quoddam, quod & ipſum Græcum uerbum notum eſt Latinis poetis & oratoribus. Videmus enim, apud nos morem hunc manſiſſe: præbentur enim infantibus nobilibus hodie inſtrumenta, quibus à ſono ſermone noſtro nomen impoſitum eſt. Oportuiſſe autem aliquid huiuſcemodi ipſis tradere, declarat auctor: quia quicquid tenerum eſt atque adoleſcit, naturæ ipſius impulſu non poteſt quieſcere. Cùm autem iam tradidiſſet uim platages huius, & quem fructum ferat infantibus oſtendiſſet: confert ipſius uſum cum commodo, quod capit conſequens firmiorque ætas è eruditione muſicæ, & inquit, à genere luſionum omnium oblectamentum illud platages maximè conuenire infantibus. Studium uerò, quod ponitur in cantu, cognitioneque illam artis muſicæ, inſtar eſſe platages ætati, quæ ſuccedit. quia cùm grandiores iam pueri ſpernerent inſtrumentum illud, inuenta eſt muſica, in qua ſe oblectarent. Concludens autem totam rationem, inquit: Planum factum eſt argumentis, quibus uſi ſumus, rectum eſſe, ita erudire adoleſcentes in arte muſica, ut diſcant etiam ipſi canere, & uti inſtrumentis proprijs ipſius. hoc enim ſignificat, imbui ipſo ita illos, ut participes eſſe ualeant operum muſicæ.

Quid autem) Intelligens Ariſtoteles non conuenire omni ætati, nec fortaſſe etiam omni ordini ac fortunæ uſum muſices, nec deeſſe præterea qui hoc reprehendant, ſi fiat: uoluit quoque hoc tangere. Quare inquit, quid attendere in hoc oporteat, ut cuſtodiatur quod decet, & ne committatur aliquid contra dignitatem perſonarum ac decus, non eſt difficile uidere, & ſimul refellere, quod obiectum ipſi eſt à nonnullis, qui aiunt, omnem uſum tractationemque ipſius eſſe rem humilem ac ſordidam. ἐπιμέλεια enim ualet hic ſtudium ipſius, operamque in ea poſitam. Narrauit Plutarchus initio uitæ Periclis, Philippum Macedonem aliquando increpitaſſe Alexandrum filium, quòd ſcitè in conuiuio quodam fidibus cecinisſet, præceptis omnibus eius artis ſeruatis: erubeſcereque illum debere ea de cauſa affirmaſſe quo ſapiens rex perſpicitur, nõ damnaſſe muſicam & cantum in illo: ſed nimis magnum ſtudium in ea arte perdiſcenda adhibitum, cùm id non deceret regem magnum futurum. Sed etiam grauis ille ſcriptor addidit, contentum eſſe debere opulentum uirum, ſi otium habeat audiendi alios pſallentes, ſpectator ipſe, non manu inſtrumentum aliquod attingens.

Primum

Primum enim) Probat conſilium ſuum uerum eſſe, qui præceperit ut pueri canere diſcant, ac pſallere. neque enim ſe unquã cogitaſſe dicit, ut uterentur muneribus his tanquam fine, neque uoluiſſe ut perpetuò in ipſis occupati ſint: ſed cenſuiſſe, pro ea ætate percipere muſicam, ut melius poſtea de ipſa exiſtimarent. Hanc enim certam ueram [illegible] rationem eſſe putauit cognoſcendi uitia ac uirtutes, quæ committerentur in cantibus: neque poſſe rectè hoc præſtare, niſi illos, qui ſtudioſe [illegible] forent in operibus ipſis, ſateſſeque ſe protinus, narrat, huius animi, ut cùm uergere iam cœperint ad ſenectutem, non amplius tractent munera illa, ſed exiſtimationem tantùm ſibi re ſeruent, facultatemq; diſtinguendi laude dignos cantus à contrarijs, capiendique uoluptatem ſine errore nullo ex ipſis, ob intelligentiam eius artis, qua imbuti fuerint in adoleſcentia. niſi enim tunc didiciſſent, peccarent multis modis, in ſine fructuque huius artis decerpendo.

De culpa uero) Confutat nunc, quod maledicti loco à quibuſdam in ipſam dicebatur: occurritque alteri illi, quod ſuprà oſtenderat, uituperatores ipſius adferre, qui aiebant reddere muſicam eos, qui operam ipſi darent, ſordidos homines, & mercenariorum ſimiles. inquit igitur, nullum negotium eſſe liberare muſicam hoc crimine, ſi cogitare homines uoluerint, quouſque decet incumbere in ipſius opera eos, qui inſtituuntur, ut futuri utiles ciuitati: quique ornari debent uirtute propria ciuium. Nam eſt profectò terminus huius rei, neque oportet tantum ipſius adſumere, quantum faciunt, qui ſtudium illud habituri ſunt, nec quicquam in uita aliud acturi. Pertinere etiam huc, admonet, cantilenarum uarietatem, & rhythmorum: ut enim quædam ſunt idonea, ita contrà quædam aliena.

Amplius autem) Præterea uidendum inquit diligenter, cùm pueri diſcant, in quibus potiſſimum muſicis inſtrumentis erudiuntur, compotesque earum præceptorum fiunt. magni enim hoc referre tradit ad exiſtimationẽ ac dignitatem, nec exiſtimari ſanè de hoc aliter poſſe. Illuſtre exemplum huius documẽti indicabo, quod proditum eſt literis de Alcibiade: qui cùm puer in muſice erudiri cœpiſſet, ſpreuit uſum tibiarum ut ſordidum & illiberalem, quæ tibiæ illa ætate Athenis in magno honore erant, antepoſuitque ipſis fides: quarum fidium bona dignitatemq; celebrauit, & incommoda uitiaq; tibiarum ante oculos poſuerat, acutis ac lepidis; argumentis uſus, quæ apud Plutarchum in ipſius uita leguntur: tantumq; præſtitit rationibus illis & gratia, qua apud Atticam iuuentutem florebat, ut illæ penitus repudiarentur, & exciderent è manibus nobilium adoleſcentium. Hoc igitur eſſe puto, quod ſignificare uoluit Ariſtoteles: qui tamen infrà hoc planè ſignificauit. Poſt hæc autem adiungit, Valere: non protulit ad diſſoluenda, quæ obiecta muſicæ fuerant, poſſeque defendi his argumentis dignitatem ipſius. nã, quin modi quidã muſices obſint, gignantq; incõmoda, quæ aduerſus ipſam dicta ſunt, ſe inficiari negat.

Perſpicuum igitur) Quam ualde laudauit, pueriſque ediſcendam cenſuit, cùm ante ipſa ſit, ualeatque. perperam adminiſtrata, multum mali parere, ex his quæ iam expoſita ſunt, planum eſſe inquit, quomodo tradenda ſit. Primùm igitur docet, quæ pars ipſius ſit à pueris depellenda, atque id in uniuerſum: omnem inquam talem, at uacuum ab his magnis uitijs, id eſt impedimenta non futuram factis, quæ expectantur à futura ætate, neque redditurã corpus iners & imbecillum, minimeque aptũ ad bellicas & urbanas exercitationes. Cùm autem muneribus obeundis, proprijs duarum ætatum, hoc non ſtatuum oportere exiſtimet: diuidit hoc, indicatque, quid lædat illo ipſo tempore, & quid poſtea, aduerſari uſibus, loquit, inædo [illegible] enim, cùm adhuc pueri ſunt, ad intelligentiam autem & cognitionem poſterius: uiri enim iam facti & ſenes ſunt exiſtimaturi de cantibus, ac uerum iudicium de ipſis facturi. ſi namque uerſati prius fuiſſent in prauã diſciplina, non hoc probè [illegible].

Contingeret autem) Quomodo hoc obtineatur, monſtrat, quod facit ad perceptionem intelligentiamque, quam dixit, ſi pueri non incubuerint in ea cognoſcenda, quæ faciunt ad certamina contentionesque de arte ipſa. Muſici enim inter ſe acriter pugnabant, ut citharistæ ac tibicines de præſtantia illius artis, & omnes neruos in eo contendebant, ut ſuperarent aduerſarios. Omnia igitur illa præcepta, quæ erudiebant hos, taleſque reddebant, ut è contentationibus his palmam facilè reportarent exiſtimat prudens ſummus doctor, eſſe ab inſtitutione horum puerorum amouenda, ne contererentur in rebus perdiſcendis, unde proprium fructum non caperent. Quemadmodum autem putat hæc ab ipſis aliena, ita minimè exiſtimat eiſdem perdiſcendos cantus quoſdam (hos enim intelligit, opera dicens eius artis) illos inquam, qui admirationem in animis eorum qui audiunt, gignant, raros [illegible] atque exquiſiti ſint quos cantus, inquit, muneraque muſices, ſua ætate ueniſſe in certamina illa, quæ ſignificauit, atque inde profecta, malo conſilio doctorum eius artis, in inſtitutionem puerilem. Cum enim uiderent ipſa in certaminibus prodeſſe, cauſamque eſſe uictoriæ: tranſtulerunt illos cantus, exercitationeſque ad eos, qui minimè ipſis egebant, cum longè alium finem haberent.

Sed & huiuſmodi) Modum etiam quendam dicit eſſe horum, quæ propria ſunt inſtitutionis puerilis: nec debere pueros inſtrui in illa ad perfectum, ne dum deceat eos occupari in minimè neceſſarijs, & nullum fructum laturis futuræ uitæ: [illegible] significans puta, quæ ſunt ipſis documenta accommodata. nam ſuperuacanea, ne guſtanda quidem arbitratur. cognoſcenda igitur hæc exiſtimat uſque quò gaudere poſſint pulchris cantibus & numeris, diſtinguantque ipſos à contrarijs, quos longè à ſe pellere debent. Nam ſi, inquit, rudes penitus forent, expertesque muſices, ſic etiam poſſent cantu delectari, ſed bono illius tantum: quod capiunt inde etiam beluæ quædam, tum ſit commune penè omnibus, quæ aures habent: & ut beluæ, ita etiam turba omnis mancipiorum atque infantium. Turpe autem eſt, eos qui reip. erudiuntur, politique homines futuri ſunt, non plus iuuari cantu muſicaque omni, quàm expertes rationis animantes faciunt. nam has deliniri cantu, nouerat etiam M. Cicero, cuius hæc uerba ſunt pro Archia poeta: *Beſtiæ ſæpè immanes cantu flectuntur.* Porphyrius quoque in III. eorum librorum, quibus deterruit à ueſcendis carnibus, affirmauit & elephantos & equos demulceri fiſtulis ac tibijs. quod prædicari etiam dixit de piſcibus nonnullis. nam quòd ſentire ſuauitatem tantum ac numerorum, inquit, [illegible] les etiam homines ac ſeruos, ſignificauit idem M. Cicero his uerbis: *Hiſtrio, ſi paululùm ſe mouit extra numerum, aut ſi uerſus pronunciatus eſt ſyllaba una breuior aut longior, exſibilatur, exploditur: in theatrum enim turba omnis et plebs confluit.*

Patet autem) Cùm in uniuerſum, quid ſeruare in cantibus oporteat, oſtendiſſet: uenit nunc ad certa inſtrumenta huius artis ponderanda, dicens ſuperiorem diſputationem de hac re admonere nos potuiſſe, quibus muſicis inſtrumentis utendum ſit in diſciplina hac pueris tradenda, & in quibus denique ipſi exerceri debeant: neque enim nunc præcipit de ijs, quæ poſtea à firmiore iam ætate impunius uſurpantur. Primum igitur non probat, tibias perduci in portatis ue ad illud munus neque aliud quippiam inſtrumentum, quod requirat plurimum artificij: qualis, inquit, eſt cithara, & ſi quod aliud eſt huic ſimile inſtrumentum. Hoc autem, ut arbitror, præcepit: quia hæc duo operoſa ſunt, & magis conueniunt hominibus oblectandis, qui iam didicerint, quàm pueris inſtruendis, ac bonis moribus imbuendis. Quod facit ad citharam, in qua minimè uult exerceri pueros. uidendum, an idem ſignificet, quod eſt apud Plutarchum in Erotico, arduum eſſe certamen citharœdorum. Vt autem hæc remouit ab ipſis, ita iubet admoueri pueris (cum præceptis huius artis imbuuntur) illa, quæ reddent eos, qui didicerint bonos, ut puto, exiſtimatores munerũ operoſorũ eius artis, ſiue etiã aliter, & peritos horũ offi[illegible] tũ præſtãdorũ.

Ad hæc autem) Confirmat idem argumento, ducto [illegible] ui poteſtateque tibiæ, cuius ſonum aptum minimè putat ad mores informandos, & quaſi animum componendum, ſed ad ipſum, potius commouendum, & furore quodam impellendum [illegible] & eius generis furorem, qualis eſt feminarum, ſtimulis Liberi patris agitatarum, cuius ſacra uocabantur Orgia: ſiue etiam iuuenum incitatorum artificijs Magnæ matris ſacerdotum tibiam enim in uſu fuiſſe ipſorum, ut tympana & cymbala, ſignificauit etiã Catullus in carmine de Berecinthia & Atti. appellatis enim ſuperioribus duobus inſtrumentis, addidit: *Tibicen ubi canit curuo graui calamo.* id quod ante ipſum fecerat Lucretius, cùm ambo contenderint ſonum etiam horum inſtrumentorum uerbis exprimere: quod, ut erant ſummo ingenio præditi & ſingulari facundia, eximiè præſtiterunt.

Addamus, quod) Nouis argumentis conſtituit tibiam arcendam à pueris, quia habet in ſe, quod non conuenit illi ætati, uel potius inde omnino alienum eſt, repugnatque diſciplinæ puerili, cum impediat uſum eius orationem. Vetat enim, qui inflant eam, dicere aliquid ſimul aut canere, cum obturet os, nec ſinat ullo pacto tibicines loqui: inſtituuntur autem ore [illegible] monſtroque magna ex parte adoleſcentes. Hoc uerò alterum eorum fuit, quæ attulit Alcibiades, [illegible] cum accuſauit tibiarum uſum. Quare Plutarchus id commemorans, inquit [illegible]. cuius uerba hic poſui, quia declarant, uehementer pertaſſe illos, qui putarunt ualere apud Ar[illegible] hoc loco λόγον, rationẽ: neq; tamen conuenit auctori noſtro cum Alcibiade in hoc, quòd probauit Alcibiades [illegible] quam ipſe non recipit: neq; tamen negari poteſt, quin ipſa non impediat uſum ſermonis. Sequitur apud Ariſtotelem [illegible] probè [illegible] prio res uſum eius improbarunt, et fugarunt longè ab adoleſcentibus, & liberis hominibus [illegible] ipſos tibijs uti, & admouere uti hoc inſtrumentum. Neque enim dicit auctor, remouiſſe illos tibiæ ſonum ab auribus eius ætatis, noluiſ-

ſeque ullo pacto nos auditores effecturi eſſe: ſed tantùm non admouere manum illi muſico inſtrumento pueros: etſi non negat fuiſſe tempus, quo morem haberent ipſi quoque tractare tibias.

Cum enim.) Narrat, quomodo factum ſit, ut antiquitùs receperint ſonum tibiæ, uſumque eius pueris concesserint. inquit enim, eos, cùm abundare cœpiſſent, potuiſſe magis otio indulgere. Ob id igitur, & quia animis magnoperè eorundem erant ad uirtutem amplexandam: & aliquanto ſanè prius ipſos, & poſt uictoriam, quam adepti fuerant è Medis ex fortiſſimis illis factis plenos ſpiritus, ac magnificè de ſe exiſtimantes, omnem attigiſſe doctrinam nullo diſcrimine habito rerũ, quæ conuenirent optimæ inſtitutioni: ut qui adhuc rectè exiſtimare poſſent, ſed eas tùm ſtudiosè conquirerent, quæ ſplendorem aliquem in ſe habere uiderentur. quare inquit: Non multum in hoc uidentes, & errore ducti ſtuduerunt, ut pueri tibias inflare diſcerent. & unam hanc eſſe uoluerunt diſciplinarum illarum, in quibus teneram ætatem magiſtri erudirent.

Etenim Lacedæmone.) Confirmat, quod dixit, exemplis Lacedæmoniorum & Athenienſium, oſtendens in quam illos Græcos ſolitos uti tibijs, nec indignam ſe putaſſe tractationem ipſarum. Primum igitur extitiſſe Lacedæmone choragum (hoc erat curam eorum habendi & inſtruendi gregem cantorum, iudicque poſtea chorum hoc ipſum ducendi mandabatur honeſtis uiris & locupletibus) qui ipſe inflauerit tibias, & functus ſit munere tibicinis, dum gregem ſuum duceret. Deinde commemorat, Athenis conſuetudinem illam canendi ingenuos uiros tibijs ita propagatam fuiſſe, ut liberi homines participes ipſius fierẽt, ac ſedulò artem illam perdiſcerent. Declarare autem hoc oſtendit, ac planè teſtari uerum eſſe, tabulam, quam dicauit Thraſippus, cùm chorum duxiſſet dignitatis cauſa Ecphantidæ: uiri autem nomen hoc fuerit, an aliud hic oſtendat, compertum non habeo Ecphantes ſanè dictus eſt à Suida proauus fuiſſe Muſæi illius antiqui poetæ: priſcas uerò res memoriæ ueterum, cùm aliter non poterant, huiuſcemodi indicijs conſtituebant. Nam à Plutarcho idẽ hic noſter traditus eſt probaſſe ætatem, qua uixit Lycurgus, diſco, dicato Olympiæ, in quo nomen ipſius notatum erat. Quia autem in illuſtri loco tabula hæc poſita erat, & tota res ualde nota: ideò, ut opinor, quod inſcriptum notatu re dignum foret, non narrauit. Idem autem, quod hic commemorat de uetere dignitate huius ſtudij, affirmat etiam in quæſtione quadam de harmonia: qua narrat, antiquitùs ingenuos pueros ſolitos canere in choris.

Poſtea autem.) Quam prius non ſanè probatam (neque enim exiſtimare adhuc poterãt de uirtute ipſius) ſed receptã ſolùm docuit, eandem poſteà improbatam fuiſſe narrat: uſus enim erudiuit ipſos, oſtendit[illegible] plus ei tribuiſſe, quàm debebant. factũ enim tempore eſſe dicit, ut melius uiderent exiſtimerentq;, quod ad uirtutem referretur, & quod minimè ipſam adiuuaret: quare errore ueteri cognito, repudiaſſe illos tibiam dicit. Addit autem, quemadmodum hanc improbarunt, ita etiam non pauca alia uetera inſtrumentorum, quorum etiam nomina ponit. Primùm autem appellat pectidas uocitatas & barbitos: deinde que omnia illa, quæ finem haberent perfundere uoluptate eos, qui audirent aliquos utentes illis inſtrumentis: qualia, inquit, ſunt appellata heptagona & trigona à numero angulorum, formaq; ipſorum inſtrumentorũ: nec nõ etiã ſambucæ, & cuncta eadem, quæ requirunt ſcientiam propriam eorum, qui ipſa tractant, operamque manuum ſubtilem & exquiſitam. Appellauit nonnulla horum inſtrumentorum Plato quoque, ut pectidas: cuius etiam inſtrumenti meminit Lucianus in ſermone, quem finxit habitum à Doride cum Galatea irridente amatorem ipſius Polyphemum, utentem ipſo, & contemnente quoque inſtrumentum: quod eius rei ſimile foret, non ſanè eleganti declaret.

Conſentaneum autem.) Intelligens Ariſtoteles adiuuare conſilium, ualereque ad eximendum ſonum tibiæ ueterem fabulam, meminit ipſius. eſt autem illa, ut paucis exponit: Mineruam cùm inueniſſet tibias, abieciſſe ipſas. Non reprehendit autẽ eos, qui dixere hoc ipſam feciſſe, quia aſpexit uſu ipſius uultum ſuum deformatum quare ægrè hoc ferens, ſtomachans repudiauit. Non enim, inquit, negari poſſe, quin hoc tibia efficiat, deformetque faciem: ſed tamen ait, uerisimilius eſſe, Mineruam tibias abieciſſe, quia inflatus ipſarum nullam in partem ualet ad animum expoliendum: omneque ſtudium, quod ponitur in ſcientia ipſius perdiſcenda, irritum eſt, quod facit ad mores ornandos, melioreſque reddendos: Mineruæ autem, inquit, nos tribuimus doctrinam omnem & artem. Credi igitur poteſt, repudiatam eſſe tibiam à ſapiente Dea hac de cauſa. hæc eſt interpretatio magis acuta noſtri ſingularis doctoris Apud Athenæum in 14. libro citatum eſt teſtimonium Melanippidis medici, in quo accuſatur ars tibiarum, mentioque eſt huius fabulæ. ſed etiam uerba leguntur Mineruę, quibus facit ipſam uſam, cùm abiecit tibiam: nec tamen non eodem loco leguntur uerſus Teleſtis, hanc fabulam reprehendentis, ac parum uerisimilem eſſe ſignificantis, demumque quo laudatur ſtudium tibiarum.

Quia autem.) Corripit ſtudium eorum, qui colerent muſicam, non ſui alicuius ornatus cauſa, neque ut animum expolirent: ſed tantùm ut uoluptatem his qui audiunt, parerent: neque eſſe illos imitandos docet, colligens uitia, quæ in ea re ſunt. ſequit igitur, quaſi fundamentum iaciens ſuæ ſententiæ, atque eius quod tradere uolebat Quia autem muſicorum inſtrumentorum & omnis tractationis eorum improbamus diſciplinam eruditionemque artificialem: ſequenti autem impleret ſententiam, aperuit quomodo accipi uellet, quam diceret artificioſam doctrinam. inquit enim, ſe ita illam nominare, quæ apta eſt certaminibus contentionibuſque illis, quibus pugnant inter ſe artifices huius, contendentes de laude & ſummo loco.

Affert autem ſtatim cauſam, cur improbet hoc tantum ſtudium, dicens, in hac eruditione, qui gerit aliquid, attingitque partem ipſius, non propoſitum habere ſuum propriumque bonum, neque, ut ipſe uirtutem adipiſcatur, laborare: uerùm gignendæ tantùm uoluptati alijs ſtudere: & illi quidem re importunæ, quæque uacua à culpa non ſit. Cum incepiſſet autem de uitio ipſius diſputare, patefacere uoluit totum conſilium ſuum: quare corollarij loco accuſat eam, aperitque mala, quæ gignit: ut doceret, ſe non ſine cauſa uilem hanc humilemque muſicam improbare inquit igitur: Quapropter minimè liberorum hominum cenſemus eſſe tractationem muſicorum inſtrumentorum, propoſito ſibi hoc fine: ſed mercenariorũ, & qui ſunt mancipiorum ſimiles. Addit etiam, eos qui toti occupantur in hoc ſtudio, ſolere fieri ſordidos, atque id rectè: quia finis ipſorum, propoſitumque eſt prauum, ad quod intendunt animum, manumque ſuam. prauum autem finem ipſum eſſe probat, quia ſpectator auditorque importunus cauſa eſt ut muſica uarietur. Quare adiungit, opifices muſicosque, qui placere ipſi ſtudent, meditanturque in ſtudio illo ſuo tractando, quod gratum ei eſſe poſcit, fieri ab ipſis quales: immotesque & animo & corpore propter mutationes illas artis, quas dicit Quæ expoſita ſunt huc uſque ab eo loco, quo cœpit declarare, quæ foret diſciplina, quam uocaret artificem propriam: apta ſunt inter ſe, atque omnia hoc inculcata, antequam, quod propoſuit, abſoluat.

CAPVT VII.

Differendũ adhuc eſt de iis quę harmoniarũ & rhythmorũ ſunt, & ad diſciplinã faciũt, utrũ omnib. uti deceat harmonijs & rhythmis, an diuiſione utẽdũ ſit. deinde incũbẽtib. ad diſciplinã, utrũ eandẽ deſcriptionẽ ponemꝰ, ſiue opꝰ eſt tertiã quãdã aliã. Poſtquã uidemꝰ muſicã ꝑ cantꝰ, modos & rhythmos cõſtare: horũ aũt utrũq; fallere nos nõ oportet, quã uim & poteſtatẽ habet ad diſciplinã: &

Σκεπτέον δ' ἔτι περί τε τὰς ἁρμονίας, καὶ τοὺς ῥυθμούς, καὶ πρὸς παιδείαν, πότερον πάσαις χρηστέον ταῖς ἁρμονίαις, καὶ πᾶσι τοῖς ῥυθμοῖς, ἢ διαιρετέον. ἔπειτα τοῖς πρὸς παιδείαν διαπονοῦσι, πότερον τὸν αὐτὸν διορισμὸν θήσομεν, ἢ τρίτον δεῖ ἕνα ἕτερον. ἐπειδὴ τὴν μὲν μουσικὴν ὁρῶμεν διὰ μελοποιίας καὶ ῥυθμῶν οὖσαν· τούτων δ' ἑκάτερον οὐ δεῖ λεληθέναι τίνα ἔχει δύναμιν πρὸς παιδείαν.

Quod ad harmonias autem, & numeros, & diſciplinam pertinet, uidendum eſt, utrum omnibus harmonijs, omnibusque numeris utendum ſit, an aliqua adhibenda ſit diſtinctio. Deinde ad eos, qui in inſtitutione puerorum elaborant, utrùm eandem definitionem accommodemus, an tertiam quandam aliam afferre oporteat, quoniam muſicam in cantu & numeris conſiſtere uidemus: horum autem utrumque quid ad inſtitutionem & diſciplinam puerilem ualeat, nõ eſt ignorandũ: &

& utrum anteponenda ſit muſica, quæ cantu ſuaui conſtat, ſiue quę ſuauitate rhythmorũ delectat. Cùm igitur exiſtimauerimus multa rectè de his reb. dicere quoſdã huius ętatis muſicos, & profectorũ è philoſophia, illos qui periti ſunt eruditionis muſicæ, exquiſitã diſputationẽ ſingulariũ partiũ: relinquemus quęrere, qui cupidi eius fuerint ab illis. Nunc autẽ ex opinione multorũ diuidamus, formis tãtùm traditis ipſarũ. Quia autẽ probamus diuiſionẽ cantuũ, ut diuidunt quidã ex ijs, q uerſati ſunt in philoſophia: qui ſtatuerũt, hos quidẽ eſſe morales, hos aũt actiuos: nõnullos factos ad inferendũ in animos furorẽ, & harmoniarũ naturã ad horũ unaquęq; ſuam ac propriã, aliam ad aliam partẽ eſſe uolunt. Affirmamus autẽ, non unius tantùm emolumẽti cauſa uti oportere muſica, ſed plurium gratia: nam & diſciplinę cauſa, & purgationis utendũ eſt ipſa. Quid autem uocamus purgationem, nunc quidem ſimpliciter: rurſus autem in ijs, quæ ſunt de Poetica, planiùs dicemus. Tertium autem ad uitam cum honeſta uoluptate traducendam, ad relaxationem & ad requietem à contentione animi. Perſpicuum eſt, omnibus uti oportere: non eodem autem modo cunctis, ſed ad diſciplinam ijs, quæ ſunt maximè morales: ad auditionem autem alijs operantibus, & actiuis, & furorem excitantibus. Affectus enim, qui in quibuſdam animis ualidè aliquando excitatur, hic in omnibus exiſtit, eo tantũ, qđ minus aut magis eſt, diſcrepat: ueluti miſericordia & metus. amplius autem furor diuinus: ab hoc enim motu quidam oppreſsi ſunt. Ope autem ſacrorum cantuum uidemus quoſdam, cum uſi fuerint cantibus, qui uim habent animum deliniendi, ſedatos & compoſitos, tanquam nactos medicinam & purgationem. Idem iam hoc neceſſe eſt pati & miſericordes, & formidoloſos, demumque ualde pronos ad aliquos affectus: cæteros autem, quantum attingit ad ſingulos huiuſcemodi motuum, & omnibus contingere quandam purgationem, leuariq; ipſos cum uoluptate. Simili aũt modo & cantus, qui uim habent purgandi, afferunt hominibus gaudium inno-

καὶ πότερον προαιρετέον μᾶλλον τὴν εὐμελῆ μουσικὴν, ἢ τὴν εὔρυθμον. νομίσαντες οὖν πολλὰ καλῶς λέγειν περὶ τούτων, τῶν τε νῦν μουσικῶν ἐνίους, καὶ τῶν ἐκ φιλοσοφίας, ὅσοι τυγχάνουσιν ἐμπείρως ἔχοντες περὶ τῆς μουσικῆς παιδείας, τὴν μὲν καθ' ἕκαστον ἀκριβολογίαν ἀποδώσομεν ζητεῖν τοῖς βουλομένοις παρ' ἐκείνων. νῦν δὲ νομικῶς διέλωμεν, τοὺς τύπους μόνον εἰπόντες περὶ αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ τὴν διαίρεσιν ἀποδεχόμεθα τῶν μελῶν, ὡς διαιροῦσί τινες τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ μὲν ἠθικὰ, τὰ δὲ πρακτικὰ· τὰ δ' ἐνθουσιαστικὰ τιθέντες, καὶ τῶν ἁρμονιῶν τὴν φύσιν πρὸς ἕκαστα τούτων οἰκείαν ἄλλην πρὸς ἄλλο μέρος τιθέασι. φαμὲν δ' οὐ μιᾶς ἕνεκεν ὠφελείας τῇ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων χάριν· καὶ γὰρ παιδείας ἕνεκεν καὶ καθάρσεως. τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς· πάλιν δὲ ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς ἐροῦμεν σαφέστερον. τρίτον δὲ πρὸς διαγωγήν· πρὸς ἄνεσίν τε καὶ πρὸς τὴν τῆς συντονίας ἀνάπαυσιν. φανερὸν, ὅτι χρηστέον μὲν πάσαις ταῖς ἁρμονίαις· οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον πάσαις χρηστέον, ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν παιδείαν ταῖς ἠθικωτάταις· πρὸς δὲ ἀκρόασιν, ἑτέρων χειρουργούντων, καὶ ταῖς πρακτικαῖς, καὶ ταῖς ἐνθουσιαστικαῖς. ὃ γὰρ περὶ ἐνίας συμβαίνει πάθος ψυχὰς ἰσχυρῶς, τοῦτο ἐν πάσαις ὑπάρχει· τῷ δὲ ἧττον διαφέρει καὶ τῷ μᾶλλον· οἷον, ἔλεος καὶ φόβος. ἔτι δὲ ἐνθουσιασμός· καὶ γὰρ ὑπὸ ταύτης τῆς κινήσεως κατακώχιμοί τινές εἰσιν. ἐκ δὲ τῶν ἱερῶν μελῶν ὁρῶμεν τούτους, ὅταν χρήσωνται τοῖς ἐξοργιάζουσι τὴν ψυχὴν μέλεσι, καθισταμένους, ὥσπερ ἰατρείας τυχόντας καὶ καθάρσεως. ταὐτὸ δὴ τοῦτο ἀναγκαῖον πάσχειν καὶ τοὺς ἐλεήμονας καὶ τοὺς φοβητικοὺς, καὶ τοὺς ὅλως παθητικούς· τοὺς δ' ἄλλους καθ' ὅσον ἐπιβάλλει τῶν τοιούτων ἑκάστῳ, καὶ πᾶσι γίγνεσθαί τινα κάθαρσιν, καὶ κουφίζεσθαι μετ' ἡδονῆς. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μέλη, τὰ καθαρτικὰ, παρέχει χαρὰν ἀβλαβῆ τοῖς ἀνθρώποις. διὸ ταῖς μὲν τοιαύταις ἁρμο-

& utra muſica ſit optabilior ea, quæ in cantu conſiſtit, an quæ in numeris. Cum igitur exiſtimemus, nonnullos huius ætatis muſicos & quoſdam philoſophos, quicunq; fortè ea doctrina, quæ ad muſicam pertinet, eruditi ſunt, multa his de rebus rectè diſputata tradidiſſe: ſubtiliorem quidem & accuratiorem de ſingulis ſermonem eos, qui plura cognoſcere uelint, ab illis petere ſinemus: nunc autem [a] generaliter rudi quadam duntaxat et adumbrata deſcriptione expoſita de ijs diſſeramus. Quoniam autem cantuum partitionem, quam philoſophi quidam faciunt, probamus, qui cantus alios moraleis, alios ad actionem pertinenteis, alios ad animos inſtinctu diuino concitandos ualenteis ponunt, & harmoniarum naturam ad unumquemque horum accommodatam aliam ad aliam partem faciunt: dicimus autem non unius utilitatis cauſa uti muſica oportere, ſed plurium: (inſtitutionis enim, ſiue diſciplinæ & luſtrationis ſiue expiationis gratia ea utendum eſt: quid autem luſtrationem ſeu expiationem appellemus, nunc quidem ſimpliciter, alias autem in libris de Arte poetica planius exponemus) deinde uerò ad ætatem traducendam, uitamq; degendam: poſtremò ad remiſsionem animorum, & ad requiem ac recreationem à contentione et labore. Quoniam igitur hæc ita ſunt, perſpicuum eſt, omnibus harmonijs utendum eſſe: uerùm non eodem modo omnibus utendum, ſed ad inſtitutionem quidem ac doctrinam ijs, quæ maximè ſunt morales: ad eos uerò audiendos, qui manus organis admouent, operéque muſico funguntur, ijs quæ ad actionem, ijsq; quæ ad animos afflatu diuino concitandos ualent. Qui enim affectus in aliquibus animis exiſtere ſolet ualidè & acriter, hic in omnibus ineſt: ſed eò differt, quòd in alijs magis, in alijs minus ineſt: quod genus eſt, miſericordia & metus, & præterea mentis concitatio ex afflatu diuino. Etenim ex hac agitatione & permotione nonnulli concitati feruntur, ſed hos uidemus ſacris cantibus tranquillari ac ſedari: cùm utuntur muſici cantibus animum furore leuantibus ac purgantibus, proinde quaſi curationem & purgationem conſecuti ſint. Hoc igitur idem accidere neceſſe eſt & miſericordibus & timidis, & omnino ijs, qui alio aliquo affectu facile commouentur: cæteris autem quantum talium motionum ad quenque attinet ac peruenit, atque omnibus purgationem atque expiationem quandam contingere, omneſq; non ſine uoluptate leuari. Similiter uerò & cantus ad purgandos atque expiandos animos ualentes, lætitiam afferunt hominibus damni &

innoxium. Quare huiuſcemodi harmonijs, & huiuſcemodi cantibus ſpectandi ſunt actores eos, qui ſectantur muſicam theatralem. Quia autem ſpectator eſt duplex: unus quidem liber & expolitus, alter autẽ importunus, è ſordidis artificibus & mercenarijs, huiusque generis hominibus concretus, tribuendæ ſunt contentiones & ſpectationes ijs quoq; ad requietem. Sunt autem, ut ipſorum animi diſtorti ab habitu naturali, ſic & harmoniarũ deprauationes: & cantuum intenſi, & è uero colore eiecti. Parit autem uoluptatem ſingulis, quod eſt proprium & accõmodatum naturæ ipſorum. Quapropter tribuenda eſt poteſtas certantibus, ut ad huiuſcemodi ſpectatorem utãtur huiuſcemodi quopiam genere muſices. Ad diſciplinam autẽ, ut dictum eſt, moralib. cantib. utendum eſt, atque harmonijs huiuſcemodi: huiuſcemodi autẽ eſt Dorica, ut ſuprà diximus. Recipere autẽ oportet & ſi cuius alius admittendæ auctores nobis fuerint, qui uerſantur nobiſcum in ſtudijs philoſophiæ, & diſciplinæ muſices. Socrates autem in republica nõ probè relinqt Phrygiam ſolã cum Dorica, præſertim cùm improbarit ex inſtrumẽtis tibiam. nã habet eandem poteſtatẽ in genere harmoniarũ Phrygia, quã tibia in inſtrumentis: ambo enim ſtimulos admouent atque excitant motus animi. Declarat autem poeſis: omnis enim debacchatio, & omnis huiuſcemodi motio, ex inſtrumentis maxime exiſtit in tibijs, ex harmonijs autem in Phrygijs cantibus cõſequũtur hæc, id quod decet: ceu dithyrambus omnium cõſenſu Phrygius eſſe uidetur, atque huius rei multa exempla afferunt, qui uerſantur in hoc ſtudio. Aliaq; & Philoxeni, qui cùm aggreſſus eſſet dithyrãbũ pangere in Dorica, nequiuit: ſed naturæ ipſius ui decidit in Phrygiã, cõgruentẽ ipſi, harmoniã, unde diſceſſerat. De Doria aũt oẽs cõſentiunt, eſſe ipſam maximè ſtabilẽ, indolẽq; in primis habere uirilẽ. Amplius aũt, quia mediũ exuperãtiarum laudamus, & oportere ſequi affirmamus: Dorica aũt naturam hanc habet, collata cũ cæteris harmonijs, perſpicuũ eſt decere magis iuniores inſtituere in Doricis cantibus.

ἁρμονίαις, καὶ τοιούτοις μέλεσι θεατέον τοὺς τὴν θεατρικὴν μουσικὴν μεταχειριζομένους ἀγωνιστάς. ἐπεὶ δ᾽ ὁ θεατὴς διττός, ὁ μὲν ἐλεύθερος καὶ πεπαιδευμένος, ὁ δὲ φορτικὸς ἐκ βαναύσων, καὶ θητῶν, καὶ ἄλλων τοιούτων συγκείμενος, ἀποδοτέον ἀγῶνας καὶ θεωρίας καὶ τοῖς τοιούτοις πρὸς ἀνάπαυσιν. εἰσὶ δέ, ὥσπερ αὐτῶν αἱ ψυχαὶ παρεστραμμέναι τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως, οὕτω καὶ τῶν ἁρμονιῶν παρεκβάσεις εἰσὶ· καὶ τῶν μελῶν τὰ σύντονα, καὶ παρακεχρωσμένα. ποιεῖ δὲ τὴν ἡδονὴν ἑκάστοις τὸ κατὰ φύσιν οἰκεῖον. διόπερ ἀποδοτέον ἐξουσίαν τοῖς ἀγωνιζομένοις πρὸς τὸν θεατὴν τὸν τοιοῦτον, τοιούτῳ τινὶ χρῆσθαι τῷ γένει τῆς μουσικῆς. πρὸς δὲ παιδείαν, ὥσπερ εἴρηται, τοῖς ἠθικοῖς τῶν μελῶν χρηστέον, καὶ ταῖς ἁρμονίαις τοιαύταις. τοιαύτη δ᾽ ἡ δωριστί, καθάπερ εἴπομεν πρότερον. δέχεσθαι δὲ δεῖ κἄν τινα ἄλλην ἡμῖν δοκιμάζωσιν οἱ κοινωνοὶ τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς, καὶ τῆς περὶ τὴν μουσικὴν παιδείας. ὁ δ᾽ ἐν τῇ πολιτείᾳ Σωκράτης οὐ καλῶς τὴν φρυγιστὶ μόνην καταλείπει μετὰ τῆς δωριστί· καὶ ταῦτα ἀποδοκιμάσας τῶν ὀργάνων τὸν αὐλόν· ἔχει γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἡ φρυγιστὶ τῶν ἁρμονιῶν, ἥνπερ αὐλὸς ἐν τοῖς ὀργάνοις· ἄμφω γὰρ ὀργιαστικὰ καὶ παθητικά. δηλοῖ δ᾽ ἡ ποίησις· πᾶσα γὰρ βακχεία, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη κίνησις, μάλιστα τῶν ὀργάνων ἐστὶν ἐν τοῖς αὐλοῖς, τῶν δ᾽ ἁρμονιῶν ἐν τοῖς φρυγιστὶ μέλεσι λαμβάνει ταῦτα τὸ πρέπον· οἷον, ὁ διθύραμβος ὁμολογουμένως εἶναι δοκεῖ Φρύγιον· καὶ τούτου πολλὰ παραδείγματα λέγουσιν οἱ περὶ τὴν σύνεσιν ταύτην. ἄλλα τε, καὶ διότι Φιλόξενος ἐγχειρήσας ἐν τῇ δωριστὶ ποιῆσαι διθύραμβον τοὺς μύθους, οὐχ οἷός τ᾽ ἦν· ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξέπεσεν εἰς τὴν φρυγιστὶ, τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν πάλιν. περὶ δὲ τῆς δωριστὶ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς στασιμωτάτης οὔσης, καὶ μάλιστ᾽ ἦθος ἐχούσης ἀνδρεῖον. ἔτι δὲ ἐπεὶ τὸ μέσον μὲν τῶν ὑπερβολῶν ἐπαινοῦμεν καὶ χρῆναι διώκειν φαμέν, ἡ δὲ δωριστὶ ταύτην ἔχει τὴν φύσιν πρὸς τὰς ἄλλας ἁρμονίας, φανερὸν ὅτι τὰ δώρια μέλη πρέπει παιδεύεσθαι μᾶλ-

& uoxæ expertem. Quapropter in talibus harmonijs, talibusque modis & cantibus certatores ij ſpectandi ſunt, qui muſicam theatralem tractant. Quoniam autem ſpectator eſt duplex: alter liber & eruditus, alter indoctus & ſtolidus, ex illiberalibus & mercenarijs hominibus, & talibus alijs concretus & conflatus: dandi ſunt etiam ijs, qui tales ſunt, certamina & ſpectacula ad requiem & remiſsionem animorum. Quemadmodum autem eorum animi ex habitu naturæ conſentaneo deprauati ac detorti ſunt: ſic & harmoniarum & cantuum quædam deprauationes ſunt: eos cantus dico, qui nimis contenti ſunt, & indecoris quaſi coloribus infuſcati. Affert autem unicuique uoluptatem id, quod cuiuſque naturæ accommodatum eſt. Quapropter permittenda ijs qui certant, licentia eſt ad talem ſpectatorem talis cuiuſdam muſicæ generis uſurpandi: ſed ad inſtitutionem & diſciplinam, quemadmodum dictum eſt, cantibus mores exprimentibus, quos morales diximus appellari, utendum eſt, & talibus harmonijs. talis autem eſt Doria, ut antè diximus. Recipienda porrò eſt & ſiquam aliam probent ij, qui nobiſcum ſocietate philoſophiæ in uita degenda, & artis muſicæ diſciplinæ coniuncti ſunt. Socrates autem in libris de Republica adminiſtranda non rectè Phrygiam harmoniam cum Doria relinquit, idque cùm ex omnibus organis muſicis tibiam improbarit. nam eandem uim habet in harmonijs harmonia Phrygia, quam in organis tibia. utrumque enim ad animos inſtinctu diuino concitandos, & ad affectus commouendos ualet. quod poeſis declarat. Omnis enim bacchatio, omnisq; talis motus ex omnibus organis in tibijs eſt maximè: ex omnibus uerò harmonijs & cantibus, hæc organa cantibus Phrygijs maximè ſunt decora. exempli cauſa, dithyrambus ſine controuerſia Phrygius uidetur eſſe. cuius rei cum multa alia exempla commemorent ij, qui huius ſcientiæ ſunt intelligentes: tum hoc Philoxeni proferunt, qui in fabulis Doria harmonia dithyrambum facere conatus, non potuit: ſed ab ipſa natura in Phrygiã recidit, conuenientẽ harmoniã. De Doria aũt ſic oẽs uno ore ſentiũt, eam eſſe maxime ſedatã, & mores habere maximè uiriles. Præterea uerò quoniã q. mediũ eſt inter duo extrema, laudamus & ſequi dicimus oportere, Doria aũt harmonia huius naturæ eſt cũ alijs harmonijs cõparata: perſpicuũ eſt, cantus Dorios diſcere magis, quàm ullos alios pueros decere.

cantibus. Duo autē ſunt nobis ante oculos cōſtituenda, & quod fieri poteſt, & quod decet: oportet enim ſingulos aggredi magis, quę fieri poſſunt, & quę decet. Sunt autē hęc definita ætatibus, ceu illis, qui per ætatē relanguerunt, nō facilè eſt canere intenſas harmonias, ſed remiſſas natura prębet talibus. Quare rectè obijciunt & hoc Socrati muſici quidā, quod remiſſas harmonias improbaſſet ad diſciplinā, ſumens ipſas, ut ad temulentiam factas, nō ſecundū uim ac poteſtatem temulētiæ (pronum.n. ad Baccheos motus uinum magis efficit) ſed remiſſas. Quapropter ad futurā ætatem, ſeniorum inquam, opus eſt huiuſcemodi harmonias attingere, & cantus etiam huiuſcemodi. Amplius aūt, ſi qua eſt huiuſcemodi harmonia, quę cōuenit puerorum ætati, quia ornatum ſimul & diſciplinam in ſe continet, quale ex harmonijs maximè perſpicitur Lydia habere. Planū eſt, hos tres terminos facere oportere ad diſciplinā, mediumq́;, & quod fieri poteſt, & quod decet.

λον ταῖς νεωτέραις. εἰσὶ δὲ δύο σκοποί, τό, τε δυνατὸν, καὶ τὸ πρέπον· καὶ γὰρ δυνατὰ δεῖ μεταχειρίζεσθαι μᾶλλον, καὶ τὰ πρέποντα ἑκάστοις. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὡρισμένα ταῖς ἡλικίαις· οἷον, τοῖς ἀπειρηκόσι διὰ χρόνον οὐ ῥᾴδιον ᾄδειν τὰς συντόνους ἁρμονίας, ἀλλὰ τὰς ἀνειμένας ἡ φύσις ὑποβάλλει τοῖς τηλικούτοις. διὸ καλῶς ἐπιτιμῶσι καὶ τοῦτο σωκράτει τῶν περὶ τὴν μουσικήν τινες, ὅτι τὰς ἀνειμένας ἁρμονίας ἀποδοκιμάσειεν εἰς τὴν παιδείαν, ὡς μεθυστικὰς λαμβάνων αὐτὰς, οὐ κατὰ τὴν τῆς μέθης δύναμιν· βακχευτικὸν γὰρ ἥγε μέθη ποιεῖ μᾶλλον, ἀλλ' ἀπειρηκυίας. ὥστε καὶ πρὸς τὴν ἐσομένην ἡλικίαν τὴν τῶν πρεσβυτέρων, δεῖ καὶ τῶν τοιούτων ἁρμονιῶν ἅπτεσθαι, καὶ τῶν μελῶν τῶν τοιούτων. ἔτι δ', εἴ τις ἐστὶ τοιαύτη τῶν ἁρμονιῶν, ἣ πρέπει τῇ τῶν παίδων ἡλικίᾳ, διὰ τὸ δύνασθαι κόσμον τ' ἔχειν ἅμα καὶ παιδείαν· οἷον, ἡ λυδιστὶ φαίνεται πεπονθέναι, μάλιστα τῶν ἁρμονιῶν, δηλονότι τούτους ὅρους τρεῖς ποιητέον εἰς τὴν παιδείαν· τό, τε μέσον, καὶ τὸ δυνατὸν καὶ τὸ πρέπον.

decere. Sunt autē duo ſpectanda, quod fieri poteſt, & quod decet. Etenim ea quæ fieri poßunt, & quæ quemque decent, tractanda ſunt potius. Definita porrò ſunt hæc quoque ætatibus (uerbi cauſa) ijs, qui annis confecti & ætate defeßi ſunt, haud facile eſt contentas & acres harmonias canere, ſed remiſſas natura ſuggerit ijs, qui id ætatis ſunt. Quocirca rectè etiam hoc nomine Socratem reprehendunt nonnulli ex ijs, qui in muſica uerſantur, quod remiſſas harmonias in inſtitutione ac diſciplina puerorum improbarit: eas accipiens tanquam temulentas & ebrioſas, non ex ui & poteſtate ebrietatis, quaſi ebrios item efficiant (maiorem enim uim habet ebrietas ad furorem Bacchicum incutiendum) ſed tanquam languidas, fractas ac defeßas. Quare & ad ætatem futuram, grandiorum natu dico, oportet tales harmonias, & tales cantus adhibere. Preterea ſi qua talis harmonia eſt, quæ puerilem ætatem deceat, quia poßit ornamentum ſimul & doctrinam afferre, qualis ex omnibus harmonijs Lydia maximè uidetur: in promtu eſt, treis fines ac ueluti terminos in inſtitutione ac diſciplina eſſe conſtituendos: quod medium eſt, quod fieri poteſt, quod decet.

COMMENTARIVS.

Differendum adhuc) Hanc puto redditionem eſſe illius ἐπεὶ, quo initio uſus fuit, & ſi ualde remota eſt à particula ſententiaque, unde pendet: ſed hoc non nouum eſt apud auctorem. Neceſſe autem habuit multa in medium iuſcere, ut iudicium ſuum conſtitueret, & probaret ſe non ſine cauſa à muſica hac operæ alienum eſſe: ideoque coactus eſt poſt tantum interuallum occurrere illi uoci, ſententiamque abſoluere. Cùm igitur exturbaſſet è genere inſtrumentorum tibias, quae uocenle artificiales, uſumque ipſarum, quia propria illæ forent magiſtrorum huius artis, qui inter ſe contenderent, oſtentandi ingenij cauſa, gloriæque inde aucupandæ: ſignificet nunc, opus ſibi eſſe idem ferere in diſtinguendis cantibus numeriſque, qui facerrat ad diſciplinam & mores eneruendos, ab illis, qui ſeruirent uoluptati. Inquit igitur, reſtare, ut ſubtiliter uideat, quod dictum eſt, utrum ſine diſcrimine ullo omnibus uti deceat cantibus, & eodem pacto cunctis numeris, an diſtinguere ipſos opus ſit. Deinde, inquit, oportere uidere, utrum ponendus ſit idem terminus, & eadem quaſi deſcriptio illis, qui uerſentur in hoc ſtudio propter diſciplinam inde hauriendam, moreſque expoliendos, ſiue tertius ſit addendus: ut non ſolùm duobus temporibus ipſis utentur, uerumetiam adhibeant muſicam tertiam quandam: quod quale ſit, infrà demonſtrabit.

Poſtquam uidemus) Iudicat, quæ ſint ſedulò à nobis indaganda, & omni ſtudio comparanda: atque id, quia ſine intelligentia ipſorum nullum uerum fructum ceperemus è muſica. Sequitur autem morem ſuum, ut primùm ponat, unde illa quæ præcipit, cognoſcantur requiri, inquit enim: Quia uidemus muſicam exerceri cõliq́ue & per cantus & per numeros: neque enim alia ulla ratio eſt, qua ſuauitatem ipſius deguſtemus. ὁρῶμεν autem inquit, quia omnibus hoc planum & apertum eſt, & quaſi ante oculos poſitum μελοποιΐας nomine complectitur etiam muſicorum inſtrumentorum ſonum, & non ſolùm concentum uocum: non eſt inquit committendum ullo pacto ut ignoremus, quam uim poteſtatemque utrumque horum habeat ad inſtituendos nos, & quid præſtare ualeat in moribus noſtris expoliendis, hoc uerò eſt, quod aptum eſt è ſententia primorum illorum uerborum. Vt autem, quod dixit, percipi oportere teſtatus eſt: ita etiam utrum magis probare debeamus cantuum ſonorumque omnium ſuauitatem, an muſicorum numerorum, & utra harum dignior ſit, quæ alteri anteponatur.

Cum igitur) Aperit conſilium ſuum, & quam uiam ſequi uelit in his tradendis, exponit. Significat enim, ſe nihil præceptorum eſſe de uarijs rationibus rerum exquiſitè: ne tamen, qui huius plenæ intelligentiæ cupidi ſunt, non haberent unde hauriant expleantque ſitim ſuam, indicat unde accipiant ipſa. Inquit igitur: Cùm ſuetimus huius ſententiæ, ut multa dixerint de his rebus probè nonnulli huius ætatis noſtræ, qui profitentur hanc ſcientiam, & præterea è numero doctorum uirorum ſapientiæ qui ſtudioſorum, illos qui periti ſunt artis muſicæ, accuratam cognitionem harum rerum, & quid de ſingulis partibus ipſius exiſtimandum ſit: ab ipſis petere iubebimus, qui ſubtiliter omnia ſcire uolent. Nos autem, inquit, nunc diuidamus ex opinionibus multorum, expoſitis tantùm formis craſſioribuſque modis ipſorum. Quin autem typi craſſiores modi ſingularum rerum tractandarum uocati ſint, dubium non eſt: unde παχὺς ὢν, pingui Minerua uelit. Illud magis incertum eſt, quid ualeat hic νομικῶς. quomodo ſanè legitur in omnibus, quos uidi libris & excuſis & ſcriptis: & quomodo etiam perſpicitur ſcriptum fuiſſe in exemplari ueteris tralationis: Legaliter enim reddidit. Vt igitur, quid de hoc ſentiam, apertam, cùm plures ſint huius nominis νόμος, notiones, in quibus etiam eſt, ualere ipſum opinionem multorum: ita puteus conſonetum ab eo deductum, eſſe accipiendum. Cùm priſci illi phyſici putarent nihil explorati nos habere de ſenſilibus, idque uoce aſſeuerarent: dicebant νόμῳ χροιήν, νόμῳ γλυκύ, eodemque pacto cætera eius generis, ut memoriæ proditum eſt à Laertio. quod cùm exprimeret M. Cicero, inquit, Opinionibus & inſtitutis omnia teneri, nihil ueritati relinqui. νόμος quoque hoc ſignificare oſtendit Ariſtoteles, ubi in V. de Moribus ad Nicomachum de ratione huius nominis νόμισμα diſſerit: præterea in Sophiſticis elenchis docet, adueſſeri illi, quod eſt κατὰ φύσιν, hoc ipſum κατὰ νόμον: quo loco certè ſignificat νόμος, quod aptum eſt ab opinionibus multitudinis.

Quia autem) Tradit, non unum eundemque fructum eſſe, qui capitur ex arte muſica, cùm ſingulæ partes ipſius propijs bonis gignendis factæ ſint. Ducit autem hoc ex diuiſione partium muſicæ: cuius diuiſionis auctores fuerant, ut commemorat, philoſophi quidam, qui delectati ſunt huc ſtudio. Intelligere non inſulsè putaret aliquis, Ariſtoxenum, qui incubuit in artem muſicam: idemque ualde deditus fuit ſtudio ſapientiæ, atque præter egregiam ipſius ſcientiam harum rerum, ut ornaret auditorem ſuum. numeratur enim Ariſtoxenus in his, qui ab Ariſtotele eruditi ſunt, etſi alijs, antequàm ad eum ſe conferret, doctoribus uſus fuerat: ſed hoc relicto, fundamenta iaciens eius quod ſtruere uolebat, inquit: Quia autem diuiſionem illam probamus cantilenarum, cuius auctores extitêre nonnulli philoſophi: ita enim diſtinxerunt ipſas, uocarentque quaſdam morales, quaſdam uerò practicas, rebuſque agendis aptas: & nonnullas itidem accommodatas eſſe diuinè inflammandis animis, diuinoque furore implendis: eodemque pacto, inquit, naturam harmoniarum rationemque cantus ſuam propriamque ſingularum illarum eſſe ſtatuerunt, ut ſcilicet hæc harmonia nata ſit his cantilenis parendis, alia alijs: affirmamus, ipſam ſcilicet ſecuti, iudiciumque eorum, non eſſe capeſſendam muſicam, neque in eam ſedulò incumbendum, unam tantùm ob utilitatem, uerùm ob plures, quas inde nos hauſturos non ſine cauſa nobis polliceri poſſumus. Ipſas autem exponit, & inſtitutionis enim cauſa, inquit, & diſciplinæ rectæ, & uel non purgationis incumbere in ipſam debemus. Cum autem tertium genus cantilenarum & μελῶν, ἐνθουσιαστικὸν uocatum dixerit, quia inſerit in animus eorum qui audiunt, motum aliquo modo diuinum & certum quendam furorem. Plutarchus in libello, quem ſcripſit de Amore, atque ἐρωτικὸς uocauit, cùm de motione illa turbida ſubtiliter diſputaret, tradidit tria genera furoris inueniri: quorum primum eſſe docuit, quo è poteſtate aliqui exeunt, & aliena loquuntur ob morbum corporis: quæ inſania etiam quomodo gignaretur, accuratè docet. Alterum genus furoris eſſe dicit minimè uacuum à diuinitate, & quod nullo modo, ut ſuperius, exiſtimari poteſt domi natum: ſed importatum & peregrinum, cùm ſit afflatus quidam & peruerſio partis eius, quæ ratione utitur ac ſapit, à meliore poteſtate initium ducens, & motum: huius autem, quod commune eſt, ἐνθουσιαστικὸν πάθος uocari dicit: cuius etiam ἐνθουσιασμῷ, diligenter poſitis exemplis, conformationis eius nominis cauſam affert. Vult autem illum conſtare ſocietate & communione diuinioris poteſtatis. Cùm uerò ſint eius plura genera, quod à uatibus nomen accepit, nominaturque μαντικὴ, ab Apollinis afflatu inſpiratioueque proficiſci dicit, & quod βακχικὸς à Libero patre. ſed huius etiam generis eſſe narrat, quod à famulis Magnæ matris, κορύβαντες uocatis, prodit, cùm ſacra Cybeles ipſos & dei Panis affinia ſint Liberi patris inſtitutis ac ſtimulis. Tertium furoris genus eſſe narrat, quod à Muſis manat, & excitat inflammatque in animis quorundam mortalium appellatam partem eorum poeticam & muſicam, cùm iuuet ipſa, foueatque poetarum ſtudium, & ad omnem artem Muſarum inſtruat. ſed hæc minimè aliena ab hoc loco, plenius illic traduntur, ubi tamen manca & mendoſa leguntur.

Quid autem) Cum poſterius hoc commodum, quod inde capitur, non omnino eſſet notum: ſignificat ſe nunc ſimpliciter de purgatione hac turbidorum animi motuum diſputaturum, monſtratque locum, in quo accuratius planiuſque de ipſa diſſeret: is autem eſt Opus, in quo præcepit de arte Poetarum. Malè autem factum eſt, quòd cùm tres libros de ipſa ſcripſerit, primum tantùm eorum habemus, reliquos uetuſtate amiſimus. Nam cùm polliceatur, ſe ubèrius illic, quàm hic fecerit, purgationem hanc explicaturum: multo plura ſunt, quæ hoc loco de ipſa tradit, quàm illa quæ in primo eorum librorum tetigit, ut qui locum repetiaret, huic rei plenè abſoluteque docendæ magis accommodatum: qui cùm uenerit, ereptus nobis eſt iniquitate temporum ſuperiorum, & ignoratione eorum hominum. Cùm autem expurgatio hæc duobus nominibus à Græcis notaretur, & κάθαρσις enim & ἀφοσίωσις appellatur: diſcriminis hoc inter ipſa exiſtere puto, ut κάθαρσις potiſſimùm dicta ſit, cùm minuatur animus, turbidis motibus inde aut penitus eiectis aut extenuatis, qui magnopere obturbaturi erant, ſi diutius illic manſiſſent, atque id naturali aliqua uia: ἀφοσίωσις uerò, cùm ſcelus ſiue morbus aliquis inuectus, re diuina facta, ſiue huiuſcemodi quapiam ſacra ratione expiatur. quod, ut hic auctor oſtendit, ſanctis quibuſdam cantibus efficiebatur: nec tamen me fallit Proclum Lycium in politiam ſæpè uocaſſe ἀφοσίωσιν, quam Ariſtoteles nominat κάθαρσιν, ut alij quoque ueteres ſcriptores: ratio tamen nominis declarat, quod dixi uerum eſſe.

Tertium autem) Tertium emolumentum, quod capitur è muſica, eſſe inquit, quòd ipſa utilis eſt ad otium honeſtè traducendum, cùm facultatem eius nacti ſumus, incommodaque uitæ extenuanda, ſi non omnino extinguenda. Cùm enim neceſſe ſit mortales laborare, aliquandoque curis grauioribus ſollicitari, ſolatium eorum malorum eſſet cantus. nam, quin honeſtè etiam ita oblectemur, dubium non eſt: res enim quoque ſecundas ornat, augetque animi lætitiam. Quod igitur pertinet ad gaudium ac lætitiam, continetur uerbo illo διαγωγῇ: quod ualet, ad remiſſionem laborum maximorum, requietemque capeſſendam, ijs quæ ſequuntur.

Perſpicuum eſt) Hæc eſt redditio illius partis, cùm inquit, ἐπεὶ δὲ τὴν διαίρεσιν: ipſa enim quoq., quemadmodum ſuperior omnium ſeiuncta eſt à loco, unde pendet. Stantibus igitur, inquit, illis planum eſt, uti oportere omnibus rationibus cantus. Neque tamen cunctis illis eodem pacto utendum eſt: ſunt enim accommodandæ ijs, quæ nobis propoſuimus, captamus: exempli cauſa, inquit, ad inſtitutionem, uitæque diſciplinam moralibus uti oportet. Ad auſcultationem uerò ſuauitatemq; quæ percipitur è cantu, ut rarum tamen ſolidumque ſit, adhibendos hoc tempore muſicos, & alios qui pariant nobis ſtudio ſuo hanc uoluptatem: & nullo pacto à nobis manum admouendam huic operi & ijs harmonijs, quæ ab agendo, quod præſtant ſignificatæ ſunt, & ijs quæ aptæ ſunt animis inflammandis, id eſt reliquis duobus generibus cantilenarum.

Affectus enim) Oſtendit, cantus hos, qui purgant animum, eijciuntque inde motus immoderatos, aut ſaltem conterunt ipſos & extenuant, ualde utiles eſſe, uel potius neceſſarios. neq. ſolum illis ipſis, qui magnopere oppreſſi ſunt his turbidis motibus, uerum etiam cæteris hominibus, cùm ſit mortalis nullus, qui non pronus ſit in aliquem ipſorum, & quem non attingant: etſi non omnes uno eodemque pacto, cùm leuiter etiam quidam commoueantur. nec tamen non prodeſt moderari leuioribus, & ne creſcant, radiceſque maiores in nos agant, citò ipſas incidere aut coercere. inquit igitur, hoc probare nolens, omnibus aliquem accommodatam eſſe hanc, quaſi medicinam quandam. Quod enim in quorundam mortalium pectoribus uſu uenit uehementer, ut ipſi ſcilicet commotum animum habeant fortiter. idem exiſtit in omnibus animis leuius. hoc enim tantùm inter ipſos intereſt, quòd quidam magis, quidam uerò minus premuntur. Studio autem illuſtrandi, quod præcipit, id eſt oſtendendi, qui forent motus, quos intelligit, exemplis utitur. inquit enim: Cen miſericordia & metus: quibus duob. motibus omnibus, addi poſſe, inquit, afflatum illum diuinum, qui ἐνθουσιασμὸς uocatus eſt. Affirmat autem ſtatim, ſe non ſine cauſa ipſum ſuperioribus adnumeraſſe, cùm planum ſit quoſdam mortales ualde ipſo commoueri, & ita denique, ut penè è poteſtate cadant. hi enim ſunt, quos κατοκωχίμους uocat.

Ope autem) Vt confirmet purgationem hanc, quam dicit, id eſt alleuationem animi motuum grauiorum, exitum habere, ac fructum, quem pollicetur, ferrè: utitur ſimili, ſignificatq., eoſdem ualde inquam commotos animo & quaſi lymphaticos factos, curari ſacris quibuſdam cantilenis. Quod ita manifeſtum eſſe, ut nemo de hoc dubitare queat: ab omnibus enim hoc ita fieri animaduerti & ſpectari poſſe, diſcutique furorem illum, cùm uſi fuerint cantibus, expiando animo, frangendiſq; uehementioribus illis motibus aptis. hi autem cantus nulli alij ſunt, niſi quos ſacros uocauit. Quod uſu uenire affirmat, ut ſcilicet ipſi liberentur eo quaſi morbo, extenuatis illis motibus: quia ita, tanquam medicinam conſecuti ſunt, extenuationem leuamentumque eorum motuum.

Idem iam) Quod uſu uenire narrauit Deo plenis, & quaſi furentibus, ut leuentur ope quorundam ſacrorum cantuum, cùm nacti ſunt, qui adhibita ipſis ea ratione, ducta à uetere religione, pellant ex eorum pectoribus eam, tanquam inſaniam: idem contingere dicit miſericordibus & formidoloſis, id eſt ijs, qui ualde procliues ſunt ad hos motus: & quemadmodum his, ita quoque cæteris omnibus qui ita affecti ſunt, aliquibus motibus, ut inde meritò appellentur, ut ſcilicet ipſi quoque leuentur ui ac beneficio eorum ſacrorum cantuum, quaſi medicamenti cuiuſdam. Addit etiam, alios quoque eodem pacto iuuari, & facilius ſanè curari, qui non tam uehementer commoti ſunt: ſingulis enim oportere mederi exiſtimat pro uitiis ipſorum, & quaſi morbo. Omnibus igitur utilem eſſe tradit hanc expiationem, leuarique ipſos: quod in primis optandum eſt, & ſtudioſe quærendum in omni curatione, ſi obtineri poteſt, cum uoluptate. cantus enim illi quoque ſacri ſuauitatis nonnihil ſecum portabant.

Similiter autem) Vt cantilenas illas ſacras, quas docuit adhiberi ſolitas ſua ætate ad expiandos lymphaticos, præter furorem, quem leuant, affirmauit gignere uoluptatem: ita nunc teſtatur, cantus purgandis animis factos, qui tamen non opitulantur ope diuina ualde commotis animo, ſed concentu uocum ſonorumque, apto illis motibus proſunt, continere in ſe ſuauitatis plurimum.

plurimum. Eodem igitur pacto, inquit, ut in illis uſu uenire demonſtratum eſt, ita cantilenæ huic rei factæ, & quæ uim habent purgandi, præbent hominibus lætitiam, quæ minime nocet, ſed uacua eſt omni huiuſcemodi periculo ac malo. Hortatur igitur ad hanc curationem animorum ſuſcipiendam, ferentem ſecum non parum ſuauitatis: & rationem etiam tradit, qua commode hauriatur. non eſſe enim cunctandum, inquit, ſpectare actores fabularum hanc, accommodatam theatro, muſicam exercentes, & in harmonijs rationibusque cantus, & in cantilenis, moribus leuandis, & ita animis noſtris purgandis, aptis. Suſpicor autem uitium eſſe in nota hac θεατικὴν. uetus certè tralatio uidetur legiſſe, θεατάς.

Quia autem) Docet, quibus generibus cantus utendum ſit ad ſingula genera hominum iuuanda: locumque eſſe tradit in theatro cantilenis etiam quibuſdam non integris, quæ cantilenæ deprauatæ naturis hominum, & ipſis etiam deprauatis distortisque accommodatæ ſunt, non minus atque rectæ & integræ moderatis, & bene inſtitutis. Primùm igitur oſtendit, non eſſe penitus repudiandas, neque exturbandas è theatro nonnullas uitioſas. Vt autem hoc conſtituat, adfert quædam certa ac plana, quibus poſitis illa concedi debent. inquit igitur: Diſtinctis perſonis, quæ theatrum frequentant. Quia ſpectator duplex eſt, & non unius generis, cùm eorum alter liber ingenuusque ſit, idemque eruditus: alter uerò importunus, qui ſcilicet conſtat ex hominibus tenuibus, & ſordidas artes colentibus, pene que ſeruis: concedere oportet certamina ſpectaculaque etiam huiuſcemodi hominibus, ut ipſi quoque ita requieſcant, & ſolentur labores illos ſuos. Cum autem initio huius partis poſuerit ἐπεί, redditio ipſius, ſatis propinqua, atque ideo clara eſt, ἀποδοτέον, & quæ ſequuntur, ut ſuprà etiam ſpectator inquit, quaſi de uno loquens quæ locutio iis, qui ſcribunt res Græcas & Romanas utraque lingua, & poetis quoque familiaris eſt: cùm tamen multitudinem omnem, quæ theatrum frequentat, intelligeret.

Sunt autem) Addit, cùm requietem uoluptatemque eorum non negligendam dixiſſet, quemadmodum animi horum hominum ob miniſteria illa uilia, quæ tractant, deteriores facti ſunt, & ab habitu, qui ex natura eſt, diſceſſerunt: ita quoque harmoniarum quaſdam deprauationes inueniri, aptas horum ingenijs ac moribus: nec non cantilenas etiam quaſdam contentas, & quæ uerum colorem cantuum non ſeruant, ſed totæ ab eo auerſæ ſint. nam χρῶμα, colorem Græcis ualere notum eſt, quæ uox μεταφορικῶς de cantu uſurpatur.

Parit autem) Adiungit, ne quis putet hos cantus inutiles, & funditus remouendos, & qui ob uitium, quod in ſe continent, nulli hominum generi accommodati ſint, parere uoluptatem ſingulis hominibus: quod eſt ipſis ſecundum naturam aptum ualde ingenijs eorum. Quare, inquit, concludens rationem omnem, fieri debere poteſtatem iis, qui in theatro contendunt, placereque ſtudent huic etiam ſpectatori, quem ſignificauit, ut utantur hoc genere cantus. quod ſi, qui illic ſedent & audiunt, cuncti politi homines forent, inde auferri ſine dubio deberet.

Ad diſciplinam) Oſtendit nunc, qui cantus apti ſint inſtitutioni ueræ: cùm iudicarit, qui proſint reficiendis animis opificum, turbæque uilioris. Vtendum igitur eſſe, inquit, quod traditum à ſe iam narrat, cantilenis moratis, & ut cantilenis, ita etiam eiuſdem generis harmonijs: monſtrauit etiam, quæ potiſſimum ratio tantum præſter hoc, illamque Doricam eſſe dicit: ac ſuadet iis, qui perpolire mores ſuos uoluerint, ut hac utantur: neque ipſa ſolum, uerum etiam omni illa, quam probauerint, ſtudiuiſq; perſequendã eſſe cenſuerint ſodales ipſius. Nobiſcũ enim, inquit, uiuentes in ſtudijs ſapientiæ, & hac ipſa etiã muſicæ diſciplina. Videtur aũt eoſdẽ intelligere, quos ſuprà ſignificauit hoc ipſo in libro, & ut arbitror, in primis Ariſtoxenũ.

Socrates autem) Inſimulat Platonem, qui fecit in Rep. ſua, cùm inde pelleret rationes cantus, quas putaret inutiles ipſi ac detrimentoſas, cæteris omnibus exploſis, relinquere ſolùm Phrygiam harmoniam cum Doria. quod ualde miratur noſter, præſertim cum reiecerit è numero muſicorum inſtrumentorum tibiam, alienamque ab inſtitutis fineque eius ciuitatis, quã fingit, duxerit. Phrygiam enim tantum tradit, uim eandem poteſtatemq; habere in animis eorum, qui audiunt, commouendis, quam habet tibia. quare aut ipſam quoque repudiare Socrates debeat, ut tibiam fecerat: aut ſimul & tibiam & Phrygiã harmoniam retinere. Probare uerò uolens, quod dixit, de ſimilitudine ipſarum, inquit, Ambo hæc in furorem agunt. quod declarat, quia accommodata ſunt ſacris Liberi patris, quæ Orgia uocabantur ea de cauſa: eademque eſſe uehementer apta, adiungit, ad motus animi excitandos. Eſt autem locus, quem intelligit, in III. libro de Republica. Cùm enim Socrates ille oſtendiſſet, non oportere alere in ciuitate fabros certorum quorundam inſtrumentorum, quæ ſuprà etiam noſter appellauit: addidit, idem etiam ſeruari debere de fabris tibiarum, qui & ipſi quoq; unà cum tibijs ſuis ex oppido eſſent eijciendi. Omnis autem hæc controuerſia inter ſummos auctores non tam erat de ui poteſtateque inſtrumentorum, quàm de ingenijs moribuſque diuerſorum ciuium, ac materia diſſimili ciuitatum ipſarum. Optimis enim illis atque integerrimis uiris, & quibus ſolis remp. ſuam conditam eſſe uolebat Plato, nullo modo accommodata erant illa inſtrumenta, quæ inde pelluntur: noſter uerò in ſuam receperat diuerſa ingenia, & homines etiam agreſtes, deſtitutosque omni politiore arte. quibus humilibus uilibusque artificibus exiſtimat locum etiam eſſe debere in ciuitate. Diſcrimen ſolùm magnum eſt de ui naturaque tibiæ: de qua diſſentit apertè à Platone. Plutarchus autem in eodem libello de Amore, eiuſdem ſententiæ, cuius noſter doctor, eſt de tibia. indicat enim, ipſam hoc præſtare, exemplo utens eius, ut ad inſaniam impellentis, & furoris, quo afflatur Pythia, cùm reſponſa dat: ad ſignificandum, ob amorem agi quoſdam in furorem, & penitus è poteſtate exire.

Declarat autem) Probat uerum eſſe, quod modo dixit. utiturque ſigno, ad id confirmandum accommodato. Intelligo autem, eandem uim habere Phrygium cantum in harmonijs, idemque præſtare, quod molitur tibia in muſicis inſtrumentis. inquit igitur, declarare hoc ſtudium poetarum. cùm enim ipſi inducunt quoſpiam in furorem actos, motuſque uehementiores in animis aliquorum excitatos exprimere uolunt: conferunt ſe huc, adhibentque è genere omni muſicorum inſtrumentorum tibiam, & ex harmonijs Phrygiam: contingitque tunc, eos adipiſci quod deſet, præſtareq; quod ſibi undiq; reſpondet. Quod facit ad uocem, qua uſus hic eſt Ariſtoteles, oſtendentem motus corporis concitatiores, atque inſaniæ propinquos: eadem uſus eſt Plutarchus, cùm commemoraret lætitiam, qua perfuſus fuit Hyrodes rex Parthorum, & uniuerſa ipſius domus, delato illuc capite Marci Craſsi: in quibus etiam dixit, Iaſonem Trallianum, actorem tragœdiarum, ſumpto in manus capite illo, & motus addidiſſe, & uerſus cecinisse è Bacchis Euripidis, aptos illi rei ante oculos conſtituendæ: quos etiam uerſus narrat, ipſum quaſi afflatum numine diuino, cecinisse. Sed uerba ipſius hic ponam, atque eo magis, quia non ſolùm uerborum, uerum etiam harmoniæ huius accommodatum exemplum eſſe arbitror. [illegible] Sed idem etiam in uita Demoſthenis, ſignificans eum in dicendo aliquando quaſi è poteſtate exiſſe, [illegible] ipſum factum dicit. M. uerò Cicero in Bruto ſuo, cùm conſuetudinem M. Calidij oratoris exponeret, quem minimè ſolitum fuiſſe in dicendo, inquit, animos eorum qui audirent, inflammare: quæreretq; unde hoc oriretur, in alijs cauſis hanc etiam protulit ſius conſilio, quod eos, quorum altior oratio actioque eſſet ardentior, furere & bacchari arbitraretur. Non poſſum facere, poſtquam exemplo ſuprà Plutarchi uſus ſum, quin eum illum ſcrupulum, qui magnus illic reſidet. in fabula namque Euripidis, cuius nunc in excuſis libris index eſt βάκχαι, non leguntur, neque quæ ſignificat primùm, cùm extra foras adhuc eſſet, cecinisse Iaſonem, apud poetam ab Agaue, accuſante ſe, pronunciata, quòd Pentheum filium furens dilaniaſſet: neq; uerba, poſita hic à me, quæ Plutarchus narrauit, eundem tragœdum, traditis Penthei ueſtibus cæteriſque quæ habitum eius referrent uni cantorum, ut abſolueret, quem inceperat cantum, edidiſſe. Quare, quod ubi in legenda diligenter ea fabula notaui, admonere placuit, falſum uideri eſſe indicem huius fabulæ, quæ in manibus eſt: neque debere ipſam Bacchas uocari, ſed Pentheum, quemadmodum fanè illa inſcripta eſt in uetere exemplari: qui Pentheus cùm uetuſtate perierit (ut multæ aliæ huius tragici fabulæ, cauſa fuerit, ut nomen eius immutaretur. non diſſimile namq; argumentum erat ambarum tragœdiarum. Adiuuat ſuſpicionem meam, uel potius teſtatur, quod dici uerum eſſe, quod Apſinus, antiquus magiſter dicendi, capita περὶ τοῦ ἐλέου, cum doceret excitari miſericordiam, ſemet ipſum accuſando, alicuius flagitij quod admiſerit, inquit: ita apud Euripidem Agauem, Penthei matrem, uacuam à furore factam, cùm cognoſceret iam à ſe filium dilaceratum, accuſare ſemet ipſam qui locus non eſt in his, quas habemus, Bacchis. & infrà etiam idem rhetor, cùm alium locum oſtendiſſet, eidem motui excitando aptum, inquit: Hoc modo uſus eſt Euripides, miſericordiam mouere uolens ſuper Pentheo unumquodque enim Penthei membrorum mater manibus tenens, in ſingulis illis, deplorans quantum mali accepiſſet, excitat fletum: cuius itidem rationis in hic Bacchis ueſtigium nullum.

Cum dithyrambus) Vno carminis genere conſtituit, quod uult, ampliore quidem illo ac licentiæ pleno: quo potiſſimum in feſtis Liberi patris canendis utebantur, uocabantque inde Dithyrambum, ipſum enim omnium conſenſu, exiſtima-

tum

cum ſit Phrygium. Adiungit autem, adferre huius rei exempla multa eos, qui in hoc ſtudio uerſantur, quibus omnibus planum ſit, certam eſſe rationem inflammandi uehementer animos eorum qui audiunt. eam autem expoſuit, quiq́ue ipſam reliquerunt, lapſos eſſe ait. in illis uerò exemplis hoc eſt, quod Philoxenus melicus, cùm aggreſſus eſſet dithyrambum, facere in genere harmoniæ Dorico: non potuit ad exitum perducere conatum illum ſuum. paulatimq́; delapſus eſt in Phrygias modos natura ipſius impulſu: quæ in primis intelligit, quid cuique rei aptum ſit, ipſumq́; ab inuitis etiã extorquet, omne quod inde alienum eſt, repudians. Eſt autem moleſtum hac in parte, quod legitur in media ſententia accuſandi caſu [illegible] qui uox non ſatis conſtat unde ſit apta: magis tamen non perturbat uerborum conſtructionem, quàm ſententiam huius loci. Pluræ autem maculæ, quæ à me propinquo in loco extremum huius libri inquinaſſe monſtratæ ſunt, declarant, aliquo mod[illegible] unum eſſe maius malum: non multò enim pòſt ſequitur uulnus, quod ipſum confecit, ac penitus ualde bonam magnamq́, ut opinor, eius partem extinxit. Inceperat igitur prius fœdari, & quaſi tempeſtatibus quibuſdam labefactari, ut contingit plerunque omnibus in cahna.

De Doria.) Vt Phrygium cantum minimè idoneum docuit inſtitutioni puerorum: ita nunc nouis argumentis comprobat, Doricum ipſi ualde accommodatum, & quia maximè ſtabilis eſt, remotusq́ue à turbido motu: quod omnium, qui exiſtimare poſſunt de hac arte, conſenſu conſtare dicit, ut quia præter cæteros omnes habet uiriles mores propriosq́ue fortitudinis, cui uirtuti exercendæ in primis erudiuntur adoleſcentes.

Amplius autem) Accommodat etiam huic loco uetus perpetuumq́, iudicium ſuum, quod ſerit de ſede domicilioq́ue uirtutis poſitæ in moribus, quam omnem in medio ſitam eſſe declarauit: & illud quod omnium in rebus eſt, & illius quod parum. quare ipſum medium ſemper eſſe perſequendum exiſtimauit. Doricum autem cantum naturam hanc uimq́, habere affirmat, ut maneat in medio, interiectusq́ue ſit inter harmonias extremas. Concludit igitur, his poſitis, conuenire ut præcipuè inſtituantur adoleſcentes in hac harmonia Dorica, perdiſcantq́ue cantilenas proprias huius generis. Cùm autem initio poſterioris huius partis poſuiſſet [illegible], redditio ipſius aperta eſt: neq; dubitandum, quin illa ſit, quòd inquit, concludens rationem [illegible], & quæ ſequuntur.

Duo autem.) Significat, non omnes cantilenas, etſi è genere earum ſunt, quæ iuuant mores, ſine ullo diſcrimine uſurpandas: & quæ ſeruanda ſint oſtendit, ut peccati nihil in hoc admittatur. Duo enim quaſi capita ſpectanda dicit, & ante ocu[illegible] ponenda: quorum unum eſt, quod affici putaſt: alterum uerò, quod perſonas decet. Arbitratur igitur (quod ad p[illegible] pertinet) oportere ſingulos ea perſequi, quæ commodè tractare ualent: non quæ omnino illius generis ſunt, ut à quibuſdam efficientur. intelligit autem quæ illis ipſis facilia ſunt, ualde namque ardua, perinde ac ſi effici non poſſint, habenda. Eodem etiam pacto attendere iubet, quid deceat illos, qui incumbunt in hæc muſices genera. Ambo autem hæc definita eſſe [illegible] ætatibus diuerſis. Vt enim ætas firma ualidaque cantus quoſdam ſuſtinet, quos nullo modo, aut ægrè admodum, imbec[illegible] ita nonnulli ipſorum conueniunt certæ cuidam ætati, qui contrariæ minimè congruunt. Hoc autem ipſe ſimili declarauit [illegible] quit enim illis, qui uires corporis amiſerunt ob longam ætatem, procliue non eſſe genere harmoniae contentas et duras [illegible] natureſtem huius rei rationemq́ue obijcere his omnibus remiſſas ac languidas, & in quibus neceſſe non ſit, tantopere uocem ſpiritumque contendere. Quod autem uſu uenire optimus magiſter reddit in ætate graui ſenectuteque, idem contingere in iuuentute etiam infirma, exploratum eſt: & ut in cantu, ita etiam in dicendo cauſisque agendis. id quod exemplo ſuo teſtatus eſt M. Cicero. cùm enim in eo eſſet (ut narrat) ſumma gracilitas & infirmitas corporis, omniaq́ue ſolitus eſſet dicere ſumma uocis & totius corporis contentione: ut conſuleret ſaluti ſuæ, nec tamen artem deſineret, quod medici iubebant, mutauit genus dicendi, & remiſſione moderationeq́ue uocis uti cœpit. Planum autem eſt, auctorem egiſſe primum [illegible] ſine, c[illegible] nfirmareq́ue uoluiſſe ipſum ſedulò obſeruandum.

Quare rectè.) Cùm oſtendiſſet imbecillas uires, quales ſunt ſenum, requirere harmonias remiſſas & languidiores, ſcireťque contrà Socratem apud Platonem ipſas repudiare & penitùs excludere, ut inutiles pueris erudiendis: huius etiam ſententiæ meminit tantopere à ſuo iudicio diſcrepantis, præſertim cùm haberet ſecum nonnullos peritos muſices, quibus nullo modo probabatur opinio Socratis, libereq́ue ipſum reprehendiſſent. Inquit igitur, illos non ſine cauſa hoc feciſſe. meritoq́, hominem inſimulaſſe. In hoc autem uidebatur Socrates peccaſſe, quia acceperat eas, ut quæ ual[illegible] temulentiam inferre in animos noſtros, & quaſi ipſos extinguere ac ſopire. hoc enim temulentiam præſtare in nobis que ad ext[illegible] emon, & cum iam effeſcit, efficere, apertum eſt. Non igitur hoc facere illum, ſpectata uera ui ac poteſtate temulentiæ, inquit. quæ, etſi quin illud etiam efficiat ac moliatur, negari non poteſt: magis tamen excitat nos & inflammat, quaſi [illegible] furorem agens, eſtq́ue hoc magis proprium naturæ ipſius. Cùm igitur non ita ipſas acciperet, ſed ut remiſſas: ideò exiſtimatus eſt in hoc lapſus eſſe. Sed hæ quoque accommodatæ, remiſſæ inquam, ſed non cuſtodibus reipublicæ & militibus, uerùm ſ[illegible]bus, quorum ætati congruunt. Quare adiungit noſter, non eſt cunctandum etiam ipſis patefacere reciperaque eas in gregem reliquarum uniſum & harmoniarum & cantilenarum, ut ipſas quoque attingat & deguſtet adoleſcentia.

Amplius autem, ſi qua.) Duobus ſuprà propoſitis finibus explicatis, quos ante oculos ſemper habendos docui[illegible] magiſtris huius artis, & qui in ipſa pueros erudiunt ad uſum publicum: addit, uidendum reſtare, an exiſtat adhuc harmoni[illegible] qua congruens puerorum ætati, mirificeq́ue ipſi apta: quia eodem tempore ualeat ornatum ei adferre & eruditionem, id eſt, politiores ipſos reddere plenioresq́ue artium, quæ ingenuis pueris conueniunt, & ad uirtutem exercendam paratiores. qualem, inquit, uim poteſtatemq́. perſpicitur habere præter cæteras harmonias, Lydia uocata. Duobus igitur ſup[illegible] b[illegible] a tertios hic ſcopos adiungendus erit in tradenda diſciplina hac poetis. Quare nō erunt amplius duo, ſed tres: quos etiam ipſe in extremo huius libri enumerat. id eſt medius. incipit enim ab hoc, quem modò indicauit: medium uerò uocat, quia [illegible] ul & ad elegantiam ſplendoremq́, & ad optimam diſciplinam ualet, interiectusq́ue eſt inter hæc duo quaſi contraria. Alter eſt, quod fieri & ad exitum perduci poteſt. Tertius uerò, quod decet ſingulas ætates.

a [illegible] al. [illegible], minus rectè.

b [illegible] al. [illegible], &c.

Confeci curſum, quem mihi propoſueram, ad finemq́ue, Deo iuuante, perueni huius mei diurni laboris: qui etſi uerum, ut mihi longæq́, ætati meæ grauis & moleſtus ſæpe fuit, ita ſtudioſis honeſtarum artium utilis iucundusq́ue ſi[illegible] ne tamen ceſſaſſem, ſi reliquum huius Operis haberemus, omnes ingenij neruos contendere, ut ſi poſſem, aliquid lucis eis afferrem. Quod cum factum non ſit, magno meo cum dolore & communi incommodo hic deſinam. nam deſiderari multa, ſatis plurium apertumque eſt. quæ autem illa ſint, & quomodo reſarciri hoc damnum poſſit, alij maiore doctrina & iudicio præditi uidebunt: ſi partem ego aliquam huius laudis conſecutus ero, ut ſtudio atq́, opera mea profuerim aliquantulum ijs quæ reſtant, id mihi ſatis ſuperq́; eſt, contentusq́, eo ualde ſum.

FINIS VIII. LIB. POLITIC.

ERRATA CORRIGE, OMISSA SVPple, hunc in modum.

Folio 40. poſt Scholion, [illegible] inſere: [illegible]] *Lābinus legere mauult,* [illegible]. *Sed illud rectius.*

Fol. 41. poſt, [illegible] inſere: [illegible]] *Lambinus cenſet negationem delendam eſſe. uel ſic legendum,* [illegible], *Verum alij ſunt natura ſerui, alij liberi nec' ne, ex ijs, &c.*

Fol. 66. poſt, [illegible], lege: [illegible]] *Lambinus explicatius legit,* [illegible].

Ibidem poſt, [illegible] γὰρ ὁ χρόνος, *ſub finem adde: Lambinus etiam aliter interpretatur: Alternat enim utriuſque rationis pecuniæ quærendæ uſus, cùm ſit eiuſdem rei.*

Fol. 73. in Græco contextu ([illegible]) [illegible] 11. [illegible], &c. Ibid. nom. 23. deleatur [illegible].

Fol. 132. extremo Scholio (Proprium enim ſingulis) adde hæc:

Putaſſet olim aliquis, qui animaduertiſſet omne hoc, quod cōmemoratur hic de benignitate Laconū inter ſe, ſumptū fuiſſe à Xenophōte è libello de Repub. ipſorū, cùm ijſdem penè uerbis cætera omnia exponat, nec non huius nominis, ut à noſtro uſurpatū eſt, hoc loco infrequentior ſit, pro [illegible], *legi debere* [illegible]. *ita enim Attici ſcriptores uocant res ad uictū neceſſarias. & ita ſanè ipſe Xenophon illic appellauit, ubi morē hunc fuiſſe Laconū narrat: peccaſſet tamen, qui ſic exiſtimaſſet, auſuſq; eſſet lectionem uariare, quæ uera eſt. Vocant enim Græci* [illegible], *non ſolùm pecuniā, quæ itineri alicui faciendo ſeruit: ſed etiā cibaria ipſi obeundo accōmodata. atq; ita ſanè cepit hoc nomen Polybius pluribus locis, in excerptis ex ipſius libris, uetuſtate abſumptis, quibus loquitur de conſilio imperatorū, qui opprimere ſtudeant hoſtes, & inexpectati aliquò peruenire. iubent enim primis militibus, quorū opera uti uolunt in eo facto, parare, quæ uictus ſuo neceſſaria ſint, ad ipſum illud tēporis, quod requirit occultū illud iter: quæ cibaria, quia ſine illis ita fieri nō poſſet, conſiliūq; ducis expedire,* [illegible] *appellātur. In* [illegible] *igitur, quæ deprōpta fuēre olim è libro, hæc uerba ſunt:* [illegible]. *ſed etiā Plutarchus eodē pacto locutus eſt in uita Demetrij. Xenophontis autē totus locus, quo tradit morē illum fuiſſe Laconum, hic eſto:* [illegible]

Fol. 161. poſt, [illegible] inſere: [illegible]] *Lambinus legendum putat,* [illegible].

Fol. 162. poſt, [illegible] inſere: [illegible]] *Lambinus legit,* [illegible].

Ibidem poſt, [illegible] γὰρ inſere: [illegible]] *Lambinus ſuſpicatur legendum* [illegible], *uel* [illegible], *definiuit, diſtinxit.*

Fol. 191. poſt Scholion, [illegible] inſere: [illegible]] *Aliter quoque interpretatur Lambinus: Et ſi is deceſſerit inteſtatus, quem ille hæredem reliquerit, hic, cui uelit, collocat.*

Fol. 192. poſt Scholion, [illegible], inſerantur ſequentia ſex Scholia:

[illegible]] *Lycurgus XXIIX. in Senatum legit è toto populo, uiros optimos, adiunxit & duos reges. itaq; totus Senatus ex XXX. uiris conſtabat. Penes hos rerū deliberandarū & iudicandarū ſumma erat, neq; populo licebat quicquam contrariū dicere ſacerdotum. Itaq;* [illegible] *erāt, nec ad reddendā magiſtratus geſti rationē adigi poterant. Polydorus quotiā & Theopōpus reges rhetrā introduxēre: Si quando populus cōtra Senatus decreta concionē haberet, Senatus eā uti cōtrariā reip. ſua intercesſione ſolueret.*

[illegible]] *Seu quia illos à reddēdis geſtorū rationib. immunes facit, id metuens, ne ſi cenſura illorū inſtituatur, in facinore deprehenſi aliqui, totius ordinis dignitatem & auctoritatē in dubiū reuocēt. ſeu quia ipſos met eā dignitatē ambire uult, ut qui tamen prius admitti, quàm ciuitatis totius ſuffragijs approbati digniq; iudicati fuerint: quaſi ipſi ſemetipſos fallere queant, nedum alios.*

[illegible]] *Reſpondeat quis, Quinimò Senatores quoq; Ephororum magiſtratui ſubeſſe. At hoc præter Lycurgi inſtitutum, cùm Ephori poſterius tantùm introducti fuerint. Deinde non ita ſubſunt Ephoris, ut geſti magiſtratus rationem reddant, quam ſi comprobare nequeant puniantur: ſed tantum à Senatoribus ad Ephoros facta prouocatione, ſententia ab illis lata uel antiquatur, uel approbatur, nulla interim pœna ob iudicium peruerſum intentata.*

[illegible]] *Eligendorū acclamatione magiſtratuū morē puerilē eſſe, & uiris prudentib. atq; cordatis indignū, Ariſt. putat, tum quòd is qui deligendus eſt, ſemetipſum cōcioni offert, tum quòd per concionē tranſiens populi acclamatione excipitur, tū quòd iudices ſeorſum cōcluſi ex clamoris magnitudine ſuffragia populi colligūt: cùm fieri poſſit, ut unis aliqui pauciores, ſed Stentores acclamēt, alteri plures, ſed minus uocales: ut proinde is qui pauciora habet ſuffragia, ſed magis ſonora, magiſtratū præripiat alteri plura habēti ſuffragia. In puerilib. itaq; ludis tale quid locū habere poteſt: at in ſerijs uirorū negocijs modus alius maieſtati tātæ Reip. conuenientior introducēdus erat.*

[illegible] γὰρ] *Cùm uirtus corporis oculis & ſenſib. comprehendi nequeat, per pediſſequum ſuum honorem ſeſe ſpectandam uulgo exhibet. Hinc qui dominā Penelope nequeant potiri, ad ancillam conuertuntur. Etſi autem gloriæ ſtudium ſtimulus eſt ad uirtutem: at iniuria fit interim ipſi uirtuti, quæ propter gloriam à pleriſq; expetitur, cùm ipſa per ſe nullis concomitata bonis expetenda ſit. Lycurgus ergo primus illud inſtitutum populare ſecutus, gloriæ ſtudium ſuorum animis inſerere quocunq; modo ſtuduit uoluitq; adeò, ut quicunq; uirtuti ſuæ confiderent, ſi quando locus ſenatoris uacaret, eum audacter conſcientia & profeſſione libera ſuæ uirtutis peterent. Licuit hoc in ciuitate optimè morata, præſertim cùm hinc ad pulcerrimum certamen bene merendi de patria & bello & pace accenderentur. At quoniam non intra honoris ſtudium conſtitēre, ſed ad ambitionem ſenſim hac ratione ſunt delapſi: non ſatis bene uidetur Lycurgus Reip. ſuæ in hac parte conſuluiſſe. Quid ergo de ijs Rebuſpub. ſentiendum, in quibus omnia officia publica tam honoraria quàm utilia non niſi petentib. conferuntur, adeòq; non ambitioni tantùm, ſed & auaritiæ, duabus peſtibus exitialibus, occaſio datur ampliſſima?*

[illegible]] *Hæreditaria uidelicet ſucceſſione, Tiſameno Oreſtis F. regnante, cum Heraclidæ (ſic Herculis poſteros uocabant) in Peloponneſum poſtliminiò rediiſſent, Ariſtomachi liberi, Creſphontes, Temenus, et Ariſtodemus regnū inter ſe ſunt partiti. Et Temeno quidē Argos ſorte obuenit. Iis inter Creſphontē & Ariſtodemi (in reditu è Delphis occiſi) liberos arbiter delectus, fraudulenta ſortitione Creſphonti Meſſeniam, utpote feraciorem attribuit, Ariſtodemi liberis Laconia adiudicata, Euryſtheni ſcilicet & Procli: à quibus deinceps duæ familiæ regiæ ortæ, ab Euryſthene natu maiore, cui Agis F. ſucceſſit, Agidarū: à Procle uerò, quē Sous filius, & tertius Eurypon nepos ſecutus eſt, Eurypontidarum. Ergo ex qualibet familia rex unus erat, & is quidem filijs hæreditariū regnum relinquebat.*

Fol. 223. poſt Singulatim, lege: *An hæc deinceps conſideratio ad Principiata pertinet, quemadmodum in Diſpoſitione generali librorum notauimus? Turbationem reuera magnam, & caput 18. mutilum, & libri quarti initium generale, & anacephalæoſes ſequentes interiectæ, hiſce libris accidiſſe, ſatis arguunt. Videlicet de, &c.*

Fol. 247. poſt, [illegible], &c inſere. [illegible]] *Lambinus legit,* [illegible], *&c.*

Fol. 261. Ad finē referātur octo illa Scholia, quę fol. 265. & 266. habētur, & incipiūt à Scholio [illegible]. Iſtā deinde attexe nouū Scholion, quod tale eſt: [illegible]] *Lambinus addit copulā,* [illegible].

Fol. 265. Scholijs ad præcedens caput relatis, Victorij commentarijs ſubijce Scholion:

[illegible]] *Lambinus legit,* [illegible].

Fol. 288. poſt [illegible], &c. adde:

[illegible]] *Lambinus legit,* [illegible].

Fol. 33[illegible]

De Formæ Reip. ut genere egimus, ſpecies ipſas ex Materia primùm, deinde ex Forma, tandem ex Fine deduximus: tum verò etiam de Regno ſingillatim. Ne ſi videatur ordo turbatus, & hoc caput præponi debere capiti 14. & ſubnecti cap. 11. ut tractationem Finis ſtatim ſequatur tractatio Efficientis inſtrumentalis, Qua ratione Reſpub. optima fiat, & Cives optimi: ut quando ratione & Materiæ et Formæ differũt Reſpub. bonæ, at conveniunt ſaltem ratione Finis & Efficientis, ad bonũ publicũ referentes omnia, ut Virtutis ſtudio et exercitio incũbendo. Ergo Efficientem cauſam optimæ Reipub. & optimorum civium, Inſtitutionem eſſe, non aliam, quàm quæ in Ethicis tradita ſuit, Ariſtot. tali ſyllogiſmo videtur demonſtrare:

- Quæ virum bonũ faciunt, eadem quoq; bonum politicum & baſilicum faciunt:
  - Quæ bonam civitatem, eadem quoq; bonum politicum & baſilicum faciunt.
  - At quæ bonũ virum, eadem quoque bonã civitatem:
    - Si Reſpub. per ſolam virtutem talis eſt, eadem erunt efficientes cauſæ boni viri & bonæ Reip.
    - At Reſpub. bona per ſolam virtutem talis eſt. Nam
      - Genere quidem tres ſunt bonæ Reip. Num. 1.
      - Specie, optima harum ea eſt, quæ virtute regitur. Probatur:
        - Reſpublica optima ea eſt, cum cives ſunt optimi. Numero 2.
        - At quãdo vel unus vel pauci vel multi ob virtutis excellentiam imperant, & ad eiuſdem ſtudiũ eos quibus imperant traducere cupiunt, vitæ bene beateq; tranſigendæ ergò: tũc cives exiſtũt optimi. Num. 3. Ratio. Nam præced. c. 4. oſtẽdimus, eandem eſſe viri boni & boni civis virtutem. Num. 4.
        - Ergo quando ſecundum virtutẽ & imperant alij & parent, Reſpublica optima erit dicenda.
    - Ergo eadem erunt efficientes cauſæ boni viri & bonæ Reip. Num. 5.
  - Ergo quæ bonum virum, eadem quoq; bonũ politicũ & baſilicũ faciunt.
- At Inſtitutio & Aſſuetudo ſive Exercitatio Ethica virum probum faciunt.
- Ergo Inſtitutio quoq; & Aſſuetudo Ethica bonum faciunt politicum & baſilicum Num. 6.

F I N I S

PYTHAGOREORVM FRAGMENTA POLITICA,

Ad philoſophiæ Ariſtoteleæ de Rep. illuſtrationem plurimum conferentia,

ex IO. STOBAEI Theſauro excerpta nunc primùm à IO. SPONDANO conuerſa, & multis locis emendata.

CL. V. D. ZVINGERO MEDICO ET PHILOSOPHO PRÆSTANTISSIMO

IO. SPONDANVS [illegible]

*ECCVI potiùs euigilatas iſtas meas lucubratiunculas offeram, quàm tibi uir clariſſime,
qui mihi & author & hortator eas ſuſcipiendi fuiſti? Ac memini cùm primum ea de
re uerba mecum faceres, uſum te leuibus quibuſdam cohortationibus: quarum tamen il
lud fuit apud me momentum, ut non ſolùm tibi morem ſponte gerere non recuſarem, ſed
pro mero imperio quicquid à te diceretur acciperem. Id enim iamdiu didiceram, iubere
potentiores uiros cùm rogant. Ergo & quod rogabas & quod iubebas perfeci, ſed Apellis more
non Protogenis, quia manum de tabula, eandemq́; quod doleo, nondum poſtremam ſuſtuli. Quic-
quid tamen à me factum eſt, id ſpero à te boni conſultum iri, quòd tu mihi ſalebrarum ſis conſcius,
ad quas identidē in hoc Opere impingebam: & quas ut adaquarem, acriter deſudaui, quàm feliciter,
abſit ut ipſe iudicium feram ne dicatur οἴκοθεν ὁ μάρτυς cùm neq; mihi planè, immò ferè nuſquam ſa-
tiſfecerim. Ne eſſem tamen omnino ἀσύμβολος, contuli quicquid in me tam ſubitò excreſcere potuit.
Et ne ſit tota mea oratio ἀλληγορούμενος, hæc fragmenta Pythagorica, quibus in ueterum Ethnicorū
ſcriptis nihil elegantius, nihil excultius, nihil ſanctius, nihil diuinius me legiſſe memini, inſerta erant
locupleti illi Stobæi Theſauro Gnomologico, in quo gemmas ſplendidiſſimas radiare non negauero: ſed
ita tamen, ut ferè illa nihil aliud eſſe uideantur, quàm quæ de ingenti merce ſegmina quædam præci-
danea exhiberi ſolent, ut ad totius uidenda deſiderium alliciant. Id cùm aliás, tum ex his ipſis fragmen
tis manifeſtè collegi, ut ſæpe naufragium tam nobilium authorum, ex quibus tabula iſta tantùm ſuper
ſunt, miſerari & deplorare contigerit, adeò ut dubius ſim utrum laudandus, uel culpandus ſit Stobæi
labor: qui cùm ſanos & integros authores haberet, operam potiùs non dederit, ut ij ad nos tranſmitte-
rentur, & eos ſic illibatos relinqueret. Nam laudem quidem, immò & gratiam ſanè ei debemus, cuius
adhuc induſtria horum fragmentorum iacturam non fecimus: contra uerò culpam ex eo ipſo, quod to-
tum opus ab exitio non uindicarit, promeruiſſe mihi uidetur. Sed illud fruſtra querimur, & cùm non
ſit quod uolumus, uelimus ſaltem quod eſt, ὡς τὸ τῆ κωμῳδίᾳ γράφει τιμωρεῖν. Amplectamur ergo has
ſacroſanctas reliquias, immò ab iniuria temporis aſſeramus, ne commune damnum ſubeant. Proinde
amo tuum illud inſtitutum, quo propagari illas adhuc hac noſtra editione uoluiſti: amo, inquam, &
exoſculor immò uerò opem meam quoq; confero: ut nitore quodam qui uetuſto ſit ſplendidior, reful-
geant. Itaq; donaui illas noua Latinitate poſt ſummum illum uirum Conradum Geſnerum, cuius ma-
num illa ante noſtram ſenſerant, ſed, ut liberè dicam, non poſtremam, qualem neq; noſtram quoq;, ut
iam præmonui, agnoſci nolo. At uerè latinitate donari non poterant, niſi πρότερον Græcum emen-
daretur. Sed méne tam arrogantem eſſe, ut iam pro altero Ariſtarcho & Critico me uenditem? Hoc er
go ut à me remouerem, placuit textum ipſum Græcum integrū relinqui, in quo nihil immutarem, ſed
marginis tantùm iudiciū meum apponerem. Volebam autem ſeorſim meas emendationes excudi paul
lò ſcilicet fuſiores quàm in margine fieri potuerit, ubi rationem ſuam omnibus ſubieciſſem: ſed cùm
operarij urgerent, quia in præſentes nundinas, quæ iam inſtant, hoc, quicquid eſt, exiret, mihi inſtitu-
tum exequi meum non licuit, cùm etiam intermiſſa lucubrationes Homericæ & alia quæ molior,
iam me reuocarent. Intereà facile erit tibi & Lectori meam diligentiam in hoc opere obſeruare, tum
in cōferenda uerſione, tū quia Geſneri emēdationes ac meas, illius tantū appoſito nomine, diſtingui ab
operarijs iuſſi. Hoc in præſentia peto, ut ad unum, imperiti tonſoris more, omnia ne reſeces, ſed hanc
meam ad horum fragmentorum illuſtrationem ſymbolam tanquam à paupere uiro collatam inter-
pretêris: quam ego tamen tibi pro meo in illam iure, do, dono, addico. Vt autem tibi grata futura ſit,
ualde non laboro. Perſpectior enim & exploratior mihi eſt tua humanitas, quæ me iamdiu honorificè
complecteris, quàm ut eam nunc in dubium reuocem. Ea ipſa igitur uirtute hoc munuſculū accipies.
quod ſi aut tibi minus pro ſua exiguitate arrideat, aut te indignum cenſeas, at tamen ex grato & de-
uincto tibi multis modis animo proficiſcitur, quem neſcio quis Pythagoreorū noſtrorum, quos iam ex-
hibemus, in pari negotio inſpiciendum eſſe admonet. Vale uir clariſſime, & me, eadem
qua ſoles amicitia foue. Baſileæ 24 die Auguſti, qua noſtris Gallis ante decen-
nium fuit funeſtiſſima, Anno ſalutis reſtauratæ*

CIↃ IↃ LXXXII.

PYTHAGOREORVM FRAGMENTA POLITICA.

DE RERVMPVB. DIVISIONE.

HIPPODAMVS lib. de Repub.

EGO uerò cenſeo uniuerſum ciuitatis ſtatum in tres partes diuidi: quarum prima eſt bonorũ qui publica negotia moderantur: altera eorum qui uiribus pollent: tertia uerò eorum qui ſupplendis ac ſuppeditandis neceſſarijs occupãtur. Primam autem multitudinem appello conſiliariam, ſecundam auxiliarem, tertiam mechanicam. E` quibus priores eorum eſſe proprias ſtatuo qui ingenuam & liberalem uitæ conditionem uiuunt: tertiam uerò eorum qui labore ſibi uictum quæritant: & conſiliariam quidem omnium pręſtantiſsimam, mechanicam deteriorem, auxiliarem uerò, mediam. Conſiliariam porrò pręeſſe & imperare oportet, mechanicam imperio ſubijci, auxiliarem uerò & imperare & ſubijci imperio. Illa enim quid faciendum ſit prius conſulit: auxiliaris uerò quatenus propugnat toti mechanicæ turbæ imperat, quatenus uerò ab alijs prius capiuntur conſilia, imperio ſubijcitur.

Trium autem harum partium ſingulę rurſus in tres diuiduntur. Cõſiliariæ enim partis alia quidé eſt quæ præſidet, alia quæ regit, alia quæ de publicis negotijs ſtatuit. Atq; ea quidem quæ præſidet ea eſt quæ prior cõſidet & de rebus deliberat, de quibus poſtea ad Senatum refert. Ea uerò quæ regit, ea nimirum eſt quæ uel nunc regit, uel iam antea eo munere eſt defuncta. Eius aũt quæ de publicis negotijs ſtatuit, alia multitudo eſt quę à priori parte propoſita excipit, ſuffragijſq; & authoritate ſua ea quæ iudicio ſuo commiſſa ſunt confirmat. Vt autem de ijs omnibus apertè & ſimpliciter dicam, oportet quidem præſides negotia ad Senatum referre: Senatum uerò per Prætures ad Comitia. Sic quoq; alterius partis quæ auxiliaris uel potens dicitur, alia eſt pars quæ regit, alia quæ propugnat, reliqua & maior pars gregalis & militaris. Pars ergo quę regit eſt ex qua principes exercitus, centuriones, manipulares, & anteſignani conſtituuntur, & in uniuerſum omnes qui principatum aliquem obtinent. Altera uerò pars quæ propugnat ex fortiſsimis, animoſiſſimis, & audaciſsimis quibuſque conſtat. Reliqua uerò multitudo eſt promiſcua & militaris. Tertiæ autem partis quæ mechanica eſt & uictum labore quæritat, alia pars eſt agricolarum, & eorum qui in excolendam regionem operam ſuam impendunt: alia in artificijs occuparur, tum inſtrumenta tum machinas ad uitæ negotia ſuppeditans: alia in peregrinationibus, & mercaturis obeundis uerſatur, quæ ea quidem quibus ciuitas abundat in peregrinam regionem transfert, & ex peregrina regione in ciuitatem. Conſtitutiones igitur ciuilis ſocietatis ex tot & talibus partibus conficiuntur: ſequitur ut de earum coniunctione atque unione dicamus. Cùm uerò tota ciuilis communio lyræ omnino comparari poſsit quatenus inſtrui & concinnari eam oportet, & denique ab aliquo quodammodo tractari ad uſum uidelicet Muſicæ, de

ΦΑΜΙ' δὴ ἐγὼ εἰς μοίρας τρεῖς διῃρῆσθαι τὰν σύμπασαν πολιτείαν. καὶ μίαν μὲν εἶμεν μοῖραν τῶν ἀγαθῶν, κυβερνώντων τὰ κοινά· δευτέραν δὲ τῶν δυναμένων· τρίταν δὲ τῶν ἐκπλαρώσει καὶ χορηγίᾳ τῶν ἀναγκαίων. ὀνομάζω δὴ τὸ μὲν πρᾶτον πλῆθος, βουλευτικόν· τὸ δὲ δεύτερον, ἐπίκουρον· τὸ δὲ τρίτον, βάναυσον. καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἐλευθέραν βιοτὰν ἐχόντων οἰκῆα φαμὶ ἦμεν· τὸ δὲ τρίτον, τῶν βιοπόνων. καὶ τὸ μὲν βουλευτικὸν, ἄριστον ἦμεν· τὸ δὲ βάναυσον, χείριστον. τὸ δὲ ἐπίκουρον, μέσον. καὶ τὸ μὲν βουλευτικὸν, ἄρχεν δεῖ· τὸ δὲ βάναυσον, ἄρχεσθαι· τὸ δὲ ἐπίκουρον, καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι. τὸ μὲν γὰρ καὶ τί δεῖ πράττειν προβουλεύει· τὸ δὲ ἐπίκουρον, τῷ μὲν προπολεμεῖν, ἄρχει τῶ βαναύσω παντός· τῷ δὲ προβουλεύεσθαι, ἄρχεται.

Ταύταν δὲ τᾶν μοιρᾶν ἑκάστα πάλιν εἰς τρία τέτμηται. τῶ τε γὰρ βουλευτικῶ μέρεος τὸ μέν ἐστι πρόεδρον· τὸ δὲ, ἀρχοντικόν. τὸ δὲ, κοινοβουλευτικόν. πρόεδρον μὲν, τὸ προσυνεδρεῦον, καὶ τὸ προβουλευόμενον περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ ὕστερον ἐπαναφέρον ἐπὶ τὰν βουλάν. * ἀρχοντικὸν δὲ, τὸ ἤτοι ἄρχον, ἢ γεγναμένον ἀρχοντικόν. κοινοβουλευτικὸν δὲ, τὸ ἄλλο πλῆθος τὸ * περιδεχόμενον τὰ προσυνεδρευμένα, καὶ ἐπιψαφιζόμενον καὶ ἐπικυροῦν τὰ ἐπὶ κρίσει. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, δεῖ τὼς μὲν προέδρως ἐπὶ τὸ κοινοβουλευτικὸν ἀναφέρεν· τὸ δὲ κοινοβουλευτικὸν, διὰ τῶν στραταγῶν ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶ ἐπικούρω, καὶ τῶ δυναμικῶ μέρεος, τὸ μέν τι ἐστιν, ἀρχοντικόν· τὸ δὲ προμαχατικόν. τὸ δὲ λοιπὸν καὶ πλεῖον μέρος ἀγελαῖον, καὶ στρατιωτικόν. ἀρχοντικὸν μὲν ὤν ἐστιν, ἐξ * ὧν στρατοπεδάρχαι, καὶ ταξιάρχαι, καὶ λοχαγοὶ, καὶ πρόμαχοι καθίσανται, καὶ καθόλου πάντες οἱ ἁγεμονίαν ἔχοντες. προμαχατικὸν δὲ, τὸ τῶν ἀνδρικωτάτων, καὶ θυμικωτάτων, καὶ τολμαλικωτάτων, πᾶν γένος. ἀγελαῖον δὲ καὶ στρατιωτικὸν, τὸ λοιπὸν πλῆθος. τῶ δὲ βαναύσω καὶ * βιοπαλικῶ, τὸ μέν ἐστι γεωπόνον, καὶ περὶ τὰν κατεργασίαν τᾶς χώρας κατεσχολημένον. τὸ δὲ * τεχνατικὸν, ὄργανα καὶ ἐπιμαχανήματα τοῖς τῶ βίω πράγμασιν ἐκπορίζομενον· τὸ δὲ μεταβαλικὸν καὶ ἐμπορικὸν, ὃ τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει περισσάζοιτα ἐπὶ τὰν ξέναν διάγεται, τὰ δὲ ἀπὸ τᾶς ξένας ἐς τὰν πόλιν. τὰ μὲν οὖν συστάματα τᾶς πολιτικᾶς κοινωνίας, διὰ τοσούτων καὶ τοιῶνδε μερίων συμπέπληρωται· ἑπόμενον δὲ περὶ ἁρμογᾶς καὶ ἑνώσιος αὐτῶν ῥηθῆμεν. ἐπεὶ δὲ πᾶσα πολιτικὰ κοινωνία * λύρας παντελῆ * ἀποτέοικε, τῶ ἐξαρτύσιός τε δεῖται καὶ συναρμογᾶς, καὶ τὸ πλευστεῖον ἐπαφᾶς λύεσ καὶ προσχρήσιος μωσικᾶς· περὶ μὲν

* Videtur locus corrupt. G: Nos tamen ex eo aliquem ſenſum elicuimus D. Zuing. ſuggerente.

* περιδεχ. G.

* fortè ὧν.

* fortè βιοπόνω, ut ſuprà.

* τεχνατικό. G.

* Ergo λύρη παντελῶς τοιοῦτοι. G.

* Forſan ἀπέοικε. G.

οὖν ἐξαρτύσιος πολιτείας ἐκ τίνων καὶ πόσων συνέστηκεν, εἴρηταί μοι καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· περὶ δὲ συναρμογᾶς καὶ ἑνώσιος αὐτῶν, πειρασοῦμαι νῦν λέγειν. φαμὶ δὲ ἔγωγε τρισὶ τούτοις συναρμόζεσθαι τὰν πολιτικὰν κοινωνίαν· λόγοις, ἐπιτηδεύμασιν ἐθῶν, νόμοις· καὶ διὰ τριῶν τούτων παιδεύεσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ εὐδαιμονέστερον γίγνεσθαι. τοὶ μὲν γὰρ λόγοι διδασκόντι, καὶ ἐπιθυμίας ἐμποιοῦντι, προτρεπόμενοι πρὸς ἀρετάν· τοὶ δὲ νόμοι τὰ μὲν φόβοις κατέχοντες, ἀποτρέποντι, τὰ δὲ τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς δελεάζοντες, ἐκκαλέονται. τὰ δὲ ἔθη, καὶ ἐπιτηδεύματα, πλάσσει καὶ κηροχυτεῖ τὰν ψυχάν, φυσίωσιν ἐμποιοῦντα διὰ τὸ συνεχὲς ἐνεργείας. δεῖ δὲ τὰ τρία ταῦτα συντετάχθαι, ποτί τι τὸ καλόν, καὶ τὸ συμφέρον, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν, εἰ μὲν δυνατόν, στοχάζεσθαι πάντων· εἰ δὲ μή γε, δυοῖν ἢ ἑνός· ὥστ' εἶναι καὶ τὸν λόγον καλὸν καὶ δίκαιον καὶ συμφέροντα, καὶ τὸ ἔθος, καὶ τὸν νόμον. προτιμῆσθαι δὲ πρᾶτον τὸ καλόν· δεύτερον, τὸ δίκαιον· τρίτον δέ, τὸ συμφέρον· τὸ καθόλου δὲ πειρᾶσθαι διὰ τούτων, ὡς ἐπὶ μάλιστα ποιεῖν τὰν πόλιν, ὅπως *ὁμολογήσῃ καὶ σύμφωνος τοῖς αὐτᾶς μέρεσιν, ἀλλὰ μὴ στασιάζωντι, καὶ διαμαχόμενα. ἐσσεῖται δὲ τοῦτο, αἴκα τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς παιδευθῇ τῶν νέων, καὶ ἐς τὸ μέτριον ἀγαγῆται, ταῖς ἁδοναῖς τε καὶ λύπαις· καὶ αἴκα περὶ τὰς ὠσίας μέτρια, καὶ ἀπὸ γεωπονίας *ἔχοντι τὰν πρόσοδον. καὶ αἴκα τὰς ἀρχὰς ἄρχοντι, τὰς μὲν ἀρετᾶς δεομένας τοὶ ἀγαθοί, τὰς δ' ἐμπειρίας τινὸς τοὶ ἔμπειροι· τὰς δὲ προοχᾶς τινὸς καὶ δαπάνας, τοὶ εὔποροι. καὶ τούτοις πᾶσι κατὰ τρόπον ἀρχὰς ἐργασίας κατ' ἀξίας ἀρχὰς διανέμοντι τὰς τιμάς. ἐπεὶ δὲ τᾶς ἀρετᾶς αἰτίαι τυγχάνοντι τρεῖς, φόβος, ἐπιθυμία, αἰδώς· δύναται δὲ τὸν μὲν φόβον ὁ νόμος ἐμπαρασκευάζειν· τὰν δὲ αἰδῶ, τὰ ἤθεα· τοὶ γὰρ ἐθισθέντες καλῶς αἰδέονται τὰ αἰσχρὰ πράσσειν. ὁ δὲ λόγος τὰν ἐπιθυμίαν ἀγωγοί, γὰρ τὰς αἰτίας ἀποδόσεις ἅμα, καὶ ἐφελκυστικὸν τᾶς ψυχᾶς, ἄλλως τε δὴ καὶ γιγνόμενον μετὰ προτροπᾶς. διὸ φρατρίας, καὶ συσσίτια, καὶ συσκανίας, καὶ συναγελισμώς, τὰ μὲν στρατιωτικώς, τὰ δὲ καὶ πολιτικὼς ἐγκατασκευάζειν δεῖ τὰς τῶν νέων ψυχαῖς, συναρμόζειν δὲ καὶ τὰς τῶν πρεσβυτέρων ἤθεσιν αὐτοῖς. ἐπειδή περ τοὶ μὲν νέοι δέονται σωφρονισμῶ, καὶ κατερτύσιος· τοὶ δὲ πρεσβύτεροι, φιλοφροσύνας, καὶ διαγωγᾶς ἀλύπω.

Ἐπεὶ οὖν διὰ τριῶν ἐλέγομεν ἀποτελεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον εὐδαίμονα, διά τε τῶν ἠθέων, καὶ τῶν νόμων, καὶ τῶ λόγω, σκεπτάζεσθαι δεῖ, πῶς τε διαφθείρεσθαι πέφυκε τὰ ἤθεα, καὶ πῶς διαμένει. εὑρήσομες δὴ τὰ ἤθεα φθειρόμενα κατὰ δύο τρόπως· ἢ γὰρ δι' αὐτώς, ἢ τὼς ἐκτός. καὶ διὰ μὲν αὐτώς, ἤτοι διὰ τὸ φεύγειν τὰς λύπας, ἢ διὰ τὸ αἱρεῖσθαι τὰς ἡδονάς. διὰ μὲν γὰρ τὸ φεύγειν τὰς λύπας, τὼς πόνως οὐχ ὑπομένοντι· διὰ δὲ τὸ διώκειν τὰς ἡδονάς, τὰ ἀγαθὰ τοὶ ἀποβάλλοντι· ἐργάζονται δὲ τοὶ μὲν πόνοι τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις· ταὶ δὲ ἁδοναί, τὰ κακά. ἀκρατέες ὦν καὶ μαλακοὶ γιγνόμενοι, θηλύτεροι γίγνονται τὰς ψυχάς, καὶ ποτὶ τὰς ἀναλώσιας πολυδαπανώτεροι. διὰ δὲ τὼς ἐκτός, αἴκα ξενικὸς *ἐπίδαμος ὄχλος γίνηται εὐαμερίαις ἐμπορικαῖς χαίρων, ἢ καὶ τοὶ ἀστυγείτονες φιλάδονοι καὶ τρυφακοὶ ἐόντες, μεταδιδόντι τοῖς πλασιάζουσι τᾶς περὶ αὐτοὺς ἰδέαν· διὸ δεῖ τὼς νομοθέτας, καὶ τὼς ἀγελάρχας ἐπιμελῶς παρατηρεῖν, εἰ ἐπιμελῶς * παρασκευάζηται τὰ ἤθεα, καὶ ὁμαλῶς πορεύεται διὰ πάντων· ἦν δ' εἰ τὸ γνάσιον, καὶ τὸ αὐθιγενὲς πλῆθος τᾶς πολιτείας διαμένει ἀκέραιον.

*ὁμόλογον ᾖ.

*ἔχοντι.

*ἐπίδαμος.

*παρασκευά-σται, G.

ſtructione quidẽ ciuilis ſtatus ex quibus & ex quot conſtituatur, ſatis etiã in ſuperioribus docui. De eius autem concinnatione ac unione nunc conabor exponere. Ac quidem ciuilem communionem ex his tribus concinnari ſtatuo, diſciplinis, inſtitutis conſuetudinum, & legibus. atq; horum trium beneficio inſtitui hominem, ac meliorem fieri. Diſciplinæ enim docent, & affectus inijciunt concitantes ad uirtutem. Leges uerò partim metu detinentes cohibent, partim honoribus & donis inescantes, inuitant. Conſuetudines uerò & inſtituta formant & in ceræ modum liquant animum, cui per cõtinuam actionem naturam quandam imprimunt. Porrò hæc tria oportet tum ad honeſtum, tum ad utile, tum ad iuſtum conſtitui: & in ſingulis eorum, ſiquidem fieri poteſt, omnia collimando aſſequi: ſin minus, duo ſaltem aut unicum. Vt tum diſciplinæ, tum conſuetudines, tum leges, & honeſtæ, & iuſtæ, & utiles ſint. Pluris autem eſt primùm faciendum nempe honeſtum, ſecundò iuſtum, tertiò utile. Atq; in uniuerſum per hæc enitendum eſt, ut quantum fieri poterit, ita cõſtituamus ciuitatem, ut in eius partibus conueniat ac conſonet, neq; ſeditionibus ac contentionibus cõflictetur. Quod accidit, ſi in iuuenibus animi affectus inſtituantur, & in uoluptatibus ac moleſtijs ad mediocritatem reducantur: deinde ſi mediocres facultates habeãt, & reditũ ex agricultura: item ſi magiſtratus gerant, eos quidem qui uirtutem poſtulant boni, qui uerò experientiam aliquam, periti; qui autem largitionem & ſumptus, diuites, & his omnibus in earum adminiſtratione ſeſe, ut decet, gerentibus, dignos magiſtratu illo honores tribuantur. Tres ſunt porrò ad uirtutem inducentes cauſæ, timor, deſiderium, pudor. Poterit autem lex quidem timorem inijcere, pudorem uerò conſuetudines: qui enim honeſtis rebus ſunt aſſueti eos pudet turpe quippiã patrare. Diſciplinæ uerò deſiderium. Cauſæ enim expoſitio adducit immò etiam attrahit animum cum aliàs tum maximè, ſi cum adhortatione fiat. Ideó curias, ſodalitates, contubernia & conuentus tum militares tum ciuiles in animis iuniorum inſtruere ac concionare oportet, ſed ipſis tamẽ ſeniores adiungere. ſiquidem iuniores prudentia, atq; inſtitutione egẽt, ſeniores uerò hilaritate & cõuerſatiõe moleſtiarũ experte.

Cùm ergo iam docuerimus tribus hominem probum perfici, conſuetudinibus, legibus, & diſciplinis: uidendum eſt, qua ratione ſoleant conſuetudines labefactari, & quomodo inuiolata permanere. Duobus ergo modis labefactatas conſuetudines inuenimus. Vel à nobis ipſis, uel ab exteris. Et à nobis ipſis quidẽ, uel quòd moleſtias uitemus, uel quòd uoluptates cõſectemur. Nam quod moleſtias uitant, labores non ſuſtinent: quod uerò uoluptates ſequantur, abijciunt bona. Atqui labores bona hominibus comparant, uoluptates uerò mala. Itaq; qui incontinentes & molles deueniunt, effœminantur animis, & ad expenſas ſumptuoſiores fiunt. Ab exteris uerò ſi peregrinos nobiſcum habitans populus mercatoriæ negotiationis felici ſucceſſu exultet: aut etiam uicini ciuitatis qui uoluptates & luxus ament, mores ſuos ad uicinos quoq; tranſmittant. Proinde oportet legiſlatores & præfectos populo ſtudioſe ac diligẽter animaduertere, utrũ cõſuetudines diligenter exerceantur & æqualiter per omnes incedant. Inſuper utrum germani & indigenæ

ciuitatis incolæ ab alia gente integri & impermixti permaneát: & utrum facultatum copiæ in eodem ſtatu perſeuerent, neque modum excedant. Cùm enim ſuperflua poſsident, ſimul etiam ſuperfluis adhuc inhiant. Et hac quidem ratione conſuetudines tutó ſtabiliri oportet. Quod autem ad diſciplinas attinet (ijdem legiſlatores) ſophiſtarum genus probent ac examinēt, an ad leges & ciuilia inſtituta & ad priuatā uitæ rationem utilia præcipiant. Neq; enim paruam, ſed quam maximam infœlicitatem hominum animis ſophiſtarum diſſertationes injiciunt, ſi quid audeant mouere, præter cõmunem ſenſum, uel in diuinis uel in humanis: quare nulla poteſt tum cõtra ueritatem, tum contra ſecuritatem, tum cõtra gloriam eſſe perniciosior: ſed & caliginem ac cõfuſionem in uulgus hominū infert. Tales ſunt autem diſputationes omnes, quæ ſtatuunt uel nõ eſſe Numen, uel etiam ſi fuerit, nõ ita ad genus humanum eſſe affectum, ut illud reſpiciat, & de eo curam gerat, ſed deſerat & contemnat. Etenim hæc ita ſemel recepta opinio ſtultitiam & iniuſtitiam in hominibus gignit, quantá facile non ſit explicare. Vtendum eſt ergo ciuili oratione & graui, quæ propriè cum dicentis animo congruat, non autem ſimulatè. Ita enim oratio dicẽtis mores ac ingenium patefaciet. Ex legibus autem ſecuritas ſic inferetur, ſi compoſitus ciuilis ſtatus uel etiam concinnatus ex alijs omnibus fuerit, non ex ijs, ut ego ſentio, quæ præter naturam, ſed quæ ſecundum naturam conſtitutæ ſunt. Tyrannidis enim nullus eſt uſus ciuitatibus, ut neq; ferè paucorum dominatus. Inſtitui ergo primùm oportet regnum, ſecundò optimatum dominatum. Regnum enim res eſt Dei imitatrix & quæ difficilè ab humana mente ſeruari ac cuſtodiri poſsit: citó enim per luxum & contumeliam immutatur. Vbi enim quilibet hominum diſſoluta imperio licẽtia impletur, ac ſubmiſſum excuſsit metum petulanter laſciuit & exultat, legesq; tranſgreditur ac uiolat. Proinde non eſt eo prorſus utendum, ſed quantum fieri poterit & ciuili ſtatui erit utile. Dominatus uerò optimatum magis in eo eſt inſerẽdus, eo quod plures ſint qui regant, & ſe inuicem æmulentur, ac ſæpe magiſtratus inter ſe permutent. Adhiberi quoq; popularem ſtatum omnino eſt neceſſarium. Ciuem enim cùm pars ſit uniuerſę ciuitatis, aliquod etiam ex ea præmium & decus par eſt reportare. Videndum eſt autem ut uulgus ualde cohibeatur ſiquidem tum audax tum præceps ac temerariū eſſe ſolet.

χέρατον, καὶ ἀπαράμικτον ὑπάρχον ἀπὸ τῶν ἄλλων γενεᾶς· καὶ αἱ τὰ μεγέθεα τῶν βίων ἐν τοῖς αὐτοῖς διαμένῃ, καὶ μὴ παρὰ πολύ. ἅμα γὰρ τῷ τὰ πλείοσα κτᾶσθαι, καὶ τὰ πλείοσα μαστεύοντι. καὶ τὰ μὲν ἔθεα οὕτως ἀσφαλίζεσθαι χρή. τὼς δὲ λόγως, τὸ τῶν σοφιστῶν γένος ἐπικρίνοντας καὶ δοκιμάζοντας, αἰ ποτὶ τὼς νόμως καὶ τὰ πολιτικὰ δόγματα, καὶ τὰς ἰδίας οἰκονομίας τῶν βίων ὠφέλιμα λέγοντι. οὐ γὰρ τὰν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μεγίσταν κακοδαιμοσύναν ἐντίκτοντι τῶν σοφιστῶν λόγοι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς, αἱ καταπολμῶσι * κινεῖν, παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἢ τῶν θείων, ἢ τῶν ἀνθρωπίνων. * οὐδὲν ποτ' ἀλάθειαν, οὐδὲ ποτ' ἀσφάλειαν, οὐδὲ ποτὶ δόξαν * κύριόν ἐστι· ζόφωσιν δὲ καὶ σύγχυσιν ἐπιφέρει τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων. τοιοῦτοι δὲ λόγοι τυγχάνοντι εἶ πάντες, ὅσοι μὴ * εἶμεν τὸ θεῖον, ἢ καὶ ἐόν, μὴ ἔχειν οὕτως ποτὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὥστ' ἐπιβλέπειν αὐτὸ καὶ φροντίζειν, ἀλλ' ἐᾶν καὶ καταλιγωρεῖν. καὶ γὰρ ἁ τοιαύτα παραδοχὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀφροσύναν καὶ ἀδικίαν ἐντίκτει. * ὅσον οὐδ' εἰπεῖν δηλυμένοις εὐμαρές ἐστι. * (πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ἀναρχίας πλαρωθεὶς, καὶ τὸν ὕπαρχον ἀπωσάμενος φόβον, σκιρτᾷ τι καὶ παρανομεῖ.) πειθὼ δ' ἀπὸς γενόμενος χρῆσθαι δεῖ ὦν τῷ λόγῳ πολιτικῷ καὶ σεμνῷ, καὶ οἰκείῳ τᾶς διαθέσιος τῶ λέγοντος, ἀλλὰ μὴ προσποιητῷ. οὕτω γὰρ ἁ λέξις ἰσεῖται τὸ τοῦ λέγοντος ἦθος ἐμφαίνοισα. ἐκ δὲ τῶν νόμων δεῖ τὰν ἀσφάλειαν οὕτως ἐπιφέρεν, εἰ καὶ σύνθετος ἁ πολιτεία, ἃ καὶ συντεταγμένα ἐκ πασᾶν τᾶν ἄλλαν· λέγω δὲ οὐ τᾶν παρὰ φύσιν, ἀλλὰ τᾶν κατὰ φύσιν. τυραννίδος γὰρ οὐδεμία χρεία ταῖς πόλεσιν, εἰ μή πω καὶ τᾶς ὀλιγαρχίας ἐπὶ βραχύ. δεῖ τοίνυν βασιλείαν πράταν ἐντετάχθαι, καὶ δεύτερον, ἀριστοκρατίαν. βασιλεία μὲν γὰρ θεομίματον πρᾶγμα, καὶ δυσφύλακτον ὑπὸ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς· ταχέως γὰρ ὑπὸ τρυφᾶς καὶ ὕβριος ἀλλάσσεται. * διόπερ οὐ δεῖ κατὰ πᾶν αὐτᾷ χρῆσθαι, μέχρι δὲ τῶ δυνατῶ καὶ ποτὶ τὰν πολιτείαν χρησίμω· τὰν δ' ἀριστοκρατίαν ἐπὶ πλεῖον ἐμπλέκεν, τῷ πλείονας * εἶμεν τὼς ἄρχοντας, καὶ φιλοζήλως διατίθεσθαι ποτ' αὐτὼς, καὶ πολλάκις ἀντιμεταλαμβάνεσθαι τὰς ἀρχάς. δαμοκρατίαν δὲ ἀναγκαῖον μὲν ἦμεν παντῶς. δεῖ γὰρ τὸν πολίταν μέρος ὑπάρχοντα τᾶς συμπάσας πολιτείας φέρεσθαί τι ἀπ' αὐτᾶς γέρας. * ἐπιτύχεσθαι δ' ἱκανῶς αὐτὰν δεῖ. θρασὺ γὰρ καὶ προπετὲς τὸ πολὺ πλῆθος.

* addo τό.
* addo ἢ.
* Lege κύρειον.
* ἦμεν.
* addendo ὅσον.
* Inclusa parentheſi in hũc locum erant temere translata quæ in transpositione Gesneri circa hæc .eta. Itaq; reieci illa ad inferiora in hanc notam *
* ὑποπλαδῶντι
* ἦμεν.
* for. ἐπιτύχεσθαι. G.

DIOTOGENIS EX LIB. DE SANCTITATE.

Leges autẽ non oportet domibus ac oſtijs concludi, ſed in ciuium ingenijs. Quod nam eſt ergo uniuerſæ ciuitatis principiū? Iuuenum educatio. Neq; enim uites fructum ullum utilem producent, niſi diligenter ac bene excolãtur: nec equi egregij fient, ſi pullorū educationem neglexeris. Recentes enim fructus planè ijs à quibus apprehenduntur & ad quem propè accedũt, ſpeciem ſimillimam accipiunt. Homines curam de uitibus diligenter gerunt, prout illas putari & curari oporteat. De ijs uerò quæ homines ipſos maximè attingunt, negligenter & temerè prouident. Atqui neq; uitis neq; uinum ciuitatem regũt, ſed homo & anim⁹ hominis. At uerò plantis digniorem ſolemus pręponere, & eum qui earum curam geret non minoris quàm duàbus minis (id eſt ducentis drachmis) conductum. Iunioribus uerò Illyrium quempiam uel Thracem nullius pretij ho-

* Τὼς δὲ νόμως οὐκ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐπιμεμενᾶν δεῖ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τῶν πολιτευομένων. τίς οὖν ἀρχὰ πολιτείας ἁπάσας; νέων τροφά. οὐ γὰρ μή ποκα τὸν καρπὸν ἐναισιφόρον ἄμπελοι γενήσωνται, μὴ φυτοτροφηθεῖσαι καλῶς· οὐδ' ἵπποι μή ποκα * γενῶνται καλοὶ πωλοτροφίας παρέντες. τὰ γὰρ νεόχνησα τῶν σιτίων μάλιστα τοῖς ἁψαμένοις καὶ πλασιάζοντι ὅμοιον τὸ σχῆμα λαμβάνει. τοῖς ἀνθρώποις περὶ καὶ ἀμπέλων, πῶς χρὴ τμαθῆμεν τι καὶ ἐμφυτευθῆμεν, πεφροντισμένως ἔχοντι. τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀμελέως τε καὶ εἰκαίως· καίτοι οὐχ ἁ ἄμπελος, οὐδ' οἶνος τᾶς πολιτείας ἁγεμὼν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος καὶ ἁ ψυχὰ τῶ ἀνθρώπω. καὶ τᾷ μὲν φυτῷ πλέονος εἰώθαμες ἄξιον παρακαθιστάμεν, καὶ τὸν ἐπιμεληθησόμενον, οὐ μεῖον ἢ δύο μναῖν ἄξιον. τοῖς δὲ υἱέσι, Ἰλλυ-

* Idem dicit infra. At hyeus p. g. sequen u... a finem.
* γένωνται. G.

ἐλὸν ἢ Θρᾷκα, οὐδενὸς ἄξιον. εἰ δ' ἐξ ἀρχᾶς νομοθέται, τὸ μέσον τῶν ἀνθρώπων στάσιμον, οὐκ ἂν δυνάμενοι ποιῆσαι· κινάσιος δὲ μόνας καὶ τάξιος *κεκοινωνηκυίας παρακατέζευξαν ὄρχησιν καὶ ῥυθμόν· ἐπὶ δὲ παιγνίας τὰς μὲν ἐς κοινωνίαν προτετραμμένας, τὰς δ' ἐς ἀλάθειαν καὶ ὀξύτατα ψυχᾶς. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ μέθας ἢ πλησμονᾶς φαῦλόν τι καταπράξασιν, τὸν αὐλὸν καὶ τὰν ἁρμονίαν, *ἐς ὃ τὰς συνέσιας *κατέσπεξαν, ὅπως πεπαινόμενον τὸ ἦθος, δύναιτο κατακοσμῆσθαι.

* κεκοινωνηκυίας. G.
* ἴδη.
* κατέπρεξαν G. Ego retineo κατέσπεξαν.

minem præficimus. Porrò primi legiſlatores ſtabilē hominum mediocritatem efficere non potuerunt, proinde motus ſolius & ordinis participē admiſcuerunt ſaltationem & rythmum: inſuper ludos qui partim ad communionem adhortarentur, partim ad ueritatem & acumen ingenij. Similiter etiam ijs qui præ ebrietate aut crapula mali quippiam commiſiſſent, tibiam & harmoniam, quod mentibus inſtillarūt, ut maturius ac mollius factum ingenium melius poſſet ad decorum informari.

ARCHYTÆ EX SCRIPTIS DE LEGE ET IVSTITIA.

Φαμὶ δὴ ἐγὼ πᾶσαν κοινωνίαν ἐξ ἄρχοντος καὶ ἀρχομένω συνεστάμεν, καὶ τρίτον νόμων. νόμων δὲ ὁ μὲν ἔμψυχος, βασιλεύς, ὁ δὲ ἄψυχος, γράμμα. πρῶτος *ὦν ὁ νόμος. *τούτω γὰρ * ὁ μὲν βασιλεὺς νόμιμος, ὁ δ' ἄρχων ἀκόλουθος, ὁ δ' ἀρχόμενος ἐλεύθερος, ἁ δ' ὅλα κοινωνία εὐδαίμων. καὶ τούτω παραβάσει ὁ μὲν βασιλεὺς, τύραννος, ὁ δ' ἄρχων, ἀνακόλουθος, ὁ δ' ἀρχόμενος δοῦλος, ἁ δ' ὅλα κοινωνία κακοδαίμων. συναρμόζονται γὰρ αἱ πράξιες ἐκ τοῦ ἄρχεν, καὶ ἐκ τοῦ ἄρχεσθαι, καὶ τρίτον ἐκ τοῦ κρατῆν. τὸ μὲν ὦν ἄρχεν τῷ κρέσσονος οἰκῆον, τὸ δ' ἄρχεσθαι τῷ χερήονος, τὸ δὲ κρατὲν, ἀμφοτέρων. ἄρχει μὲν γὰρ τὸ λόγον ἔχον τᾶς ψυχᾶς, ἄρχεται δὲ τὸ ἄλογον, κρατῦντι δὲ τῶν παθέων ἀμφότερα. γίνεται γὰρ ἐκ τᾶς ἑκατέρων συναρμογᾶς ἀρετά. αὕτα δὲ καὶ ἀπὸ τᾶν ἁδονᾶν καὶ ἀπὸ τᾶν λυπᾶν ἐς ἀρεμίαν καὶ ἀπάθειαν ἀπάγει τὰν ψυχάν.

* leg. ὦν.
* aliàs, malè τούτων.
* Supplendum uidetur & ex ipſius Geſneri uerſione τηρεῦσι.

αὐτόθι

*Συμφέροντα δὲ τᾷ πολιτικᾷ κοινωνίᾳ, αἴκα μὴ μόναρχος ᾖ καὶ ἰδιωφελὴς ὁ νόμος, κοινωφελὴς δὲ, καὶ διὰ πάντων διατείνων. δεῖ δὲ καὶ ποτὶ τὰν χώραν, καὶ ποτὶ τὼς τόπως ἀποβλέπεν τὸν νόμον. οὔτε γὰρ γᾶ τὼς αὐτὼς καρπὼς, οὔτε ψυχὰ ἀνθρώπων τὰν αὐτὰν ἀρετὰν παραδέξασθαι δύναται.

* συμφέροντι.

αὐτόθι

Δεῖ δὲ τὸν νόμον τὸν κάρρονα καὶ τὰν πόλιν ἐκ πασᾶν σύνθετον εἶναι τᾶν ἄλλαν πολιτειᾶν, καὶ ἔχεν τι δαμοκρατίας, ἔχεν τι ὀλιγαρχίας, ἔχεν τι βασιλείας, καὶ ἀριστοκρατίας· ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι. τοὶ μὲν γὰρ βασιλέες, τᾶς μοναρχίας· τοὶ δὲ γέροντες, τᾶς ἀριστοκρατίας· τοὶ δὲ ἔφοροι, τᾶς ὀλιγαρχίας· ἱππαγρέται δὲ καὶ κόροι, τᾶς δαμοκρατίας. δεῖ *τὸν νόμον μὴ μόνον ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἦμεν, ἀλλὰ καὶ ἀντιπεπονθέναι τοῖς αὐτῶ μερέεσσιν. οὗτος γὰρ ἰσχυρὸς καὶ βέβαιος. τὸ δ' ἀντιπεπονθέναι λέγω αὐτῶ, καὶ ἄρχεν καὶ ἄρχεσθαι τὰν αὐτὰν ἀρχάν, ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ εὐνομωτάτᾳ Λακεδαίμονι. τοῖς μὲν γὰρ βασιλεῦσιν οἱ ἔφοροι ἀντικάθηνται, τούτοις δ' οἱ γέροντες, μέσοι δ' οἱ κόροι καὶ ἱππαγρέται. ἐφ' ὃ γὰρ ἀρρέψωντι πλεονεκτέοντες τῶν ἀρχόντων, οὗτοι τοῖς ἄλλοις ὑποτίθενται.

* addo, δεῖ.

Δεῖ τὸν νόμον τὰ περὶ θεὼς καὶ δαίμονας καὶ γονέας, καὶ ὅλως τὰ καλὰ καὶ τίμια πρᾶτα τίθεσθαι. δεύτερον δὲ τὰ συμφέροντα. τὰ γὰρ μήονα τοῖς μέζοσιν ἀκολουθεῖν πρέπει· καὶ μὴ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐνῆμεν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τῶν πολιτευομένων. οὐδὲ γὰρ ἐν Λακεδαίμονι τᾷ εὐνομωτάτᾳ, πλάθει γραμμάτων ἁ πόλις διοικεῖται· πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς τρόποις

Sentio uerò uniuerſam communionem ex eo qui imperat & ijs qui ſunt imperio ſubiecti conſtare, cui tertium accedit, ſcilicet leges. Legum autem alia eſt animata, nempe rex: alia inanimata, ſcriptum. Prima igitur lex. Quæ ſi obſeruetur Rex erit legitimus: magiſtratus uerò, conſentaneus: ſubditus autem, liber: porrò tota communio felix. Sin uerò uioletur è Rege tyrānus fiet, magiſtratus in munere ſuo defungendo minus idoneus, ſubditus uerò, ſeruus: unde tota communio infelix futura eſt. Actiones enim quæ ex imperando, obediendo, & uincendo proficiſcuntur inter ſe cohærent. Ergo imperium præſtantioris eſt proprium, obedire deterioris, uincere utriuſq;. Imperat enim pars illa animæ quæ rationem habet, paret quæ ratione deſtituitur, utraq; uerò perturbationes uincit. Fit enim ex utriuſq; coniunctione uirtus: ipſa uero à uoluptatibus & doloribus in tranquillitatem & perturbationum immunitatem animum abducit.

Ibidem.

Vtile eſt autem ciuili communioni, ſi non monarchicæ ſint leges, & priuatorum commodis proſpiciant, ſed ad omnium utilitatem comparentur, ac in omnes ſeſe extendant. Lex etiam cum regionis tum locorum rationem habere debet. Neque enim terra ipſos eoſdem fructus, neque animus hominum ipſam eandem uirtutem ſuſcipere poteſt.

Ibidem.

Oportet uerò legem præſtantiorem, & ciuitatem ex omnibus alijs rerumpublicarum generibus eſſe conflatam, ita ut aliquid dominatus popularis, aliquid paucorum, aliquid regni, aliquid optimatum in ſe complectatur. Vt eſt in Lacedæmone uſitatum. Reges enim unius imperium tenent: Seniores optimatum dominationem: Ephori paucorum poteſtatem: Hippagretæ uerò & iuniores popularem ſtatū. Porrò legem non ſolùm bonam & honeſtā eſſe oportet ſed ut ſuis partibus inuicem opponatur. Sic enim firma & conſtans futura eſt. Oppoſitionem autem illam intelligo, cùm idem magiſtratus tum imperandi tum obediendi partes ſuſtinet, ut in bonis legibus ornata ciuitate Lacedæmone. Ephori ſiquidem Regibus opponuntur. Ephoris uero ſeniores: inter quos medij ſunt iuuenes & Hippagretæ. Hi ſiquidem, cùm potentiores magiſtratus in unam partem inclinant, alijs ſubijciuntur.

Hoc eſt legis officium ut de ijs ante omnis ſtatuat quæ Deos, Dæmonas, & parentes ſpectant, & in totum quæ honeſta ſunt & egregia: ſecundò de utilibus. Decet.n. ut minora maioribus poſtponantur & ſuccedant: neq; domib ac oſtijs cōtineri debet, ſed in ſubditorum animis. Siquidem neq; in Lacedæmone ciuitate alioqui optimis legibus ornata, ſcriptorum multitudine ciuitas adminiſtratur, ſed potius ſubditorum

torum moribus. Vtile autem ciuili cõmunioni fuerit, ſi lex ſola nõ imperet & in priuatorum commodum, nõ potiùs in publicam utilitatem inſtituatur & ad omnes pertineat, ac pœnam ad dedecus & igoomioiam referat, non ad bonorum iacturam. Nam ſi pœna dedecoris infligatur, elegantiſsime & optimè dant ciues operam, ut in pœoam quæ legibus comprehenditur non incidant. Sin uerò pœna illa pecuniaria fuerit, fiet ut ciues multi pecunias æſtiment, cùm cenſebunt eas ſibi optimo peccatorum remedio olim futuras. Optimum itaq; erit totam ciuitatem ita conſtitui, ot nollius externæ rei indigeat, ſiue quoad oirtutem, ſioe quoad robur, ſiue ullam aliam ob cauſam. Sic enim corpus, domus & exercitus optimè conſtitutus fuerit qoi in ſe ipſo ſalutis cauſam babeat oon aliunde, & quidem corpus robuſtius, familia uerò bene compoſita, exercitus uerò qui oeq; mercenarius neq; inexercitatus fuerit. Quæ enim ita ſunt conſtituta alijs ſunt longè præſtantiora, immò & libera quidem & minimè ſerua, non quæ ad toleranriam non multis indigent ſed paucis iiſq; paratu facilibus. Sic enim quiſpiam robuſtus onus, nudus uerò frigus euincit. Caſibus enim ac calamitatibus homines exercentur. Siqois prętereà ſobrius fuerit, & tam corporis quàm animi laboribus ſubactus, quilibet cibus illi ac potus ſuauis eſt, ac cubile ex frondibus. Ei uerò qui in luxu & mollitie diffluentem uitam degere inſtitoerit, oe magni quidem Regis apparatus aut alius quiſpiam placere illi poterit. Legem igitur in animis & inſtitutis ciuium inſculpi oportet. Cioes enim ſuis rebus contentos efficiet, & ſuum unicuiqoe pro dignitate diſtribuet. Sic enim etiam Sol per circulum Zodiacum uectus omnibus quæ in terra ſunt ortus, alimenti, & uitæ conuenientem partem, quaſi æquitatem, optimam anni temporũ conſtitutionem adminiſtrans diſtribuit. Vnde Nomius & Nomeius Iupiter appellatur, & *νομεὺς*, id eſt opilio, qui alimenta ouibus impertitur: & citharœdorum cantus *νόμοι* nuncopantur: illi ſiquidem animam compoount harmonia, rythmis, & menſuris decantati.

τῶν πολιτευομένων. συμφέροντα δὲ τᾷ πολιτικᾷ κοινωνίᾳ, αἴκα μὴ μόναρχος ᾖ καὶ * ἰδιοπολὴς, κοινωφελὴς δὲ καὶ * διαπαντὸς διατείνων ὁ νόμος. καὶ τὰν ζημίαν ἐς τὰν αἰσχύναν καὶ τὰν ἀτιμίαν ἀναφέρῃ, μὴ ἐς τὰν τῶν χρημάτων ἀποβολάν. ἐκ μὲν γὰρ τῶ τᾷ αἰσχύνᾳ ζαμιοῦσθαι, κοσμιότατα καὶ χρηστότατα σπουδάζοντι, ὅπως τὰν ἐν τοῖς νόμοις ζαμίαν ἀκοινώνατον ἔχωντι. ἐκ δὲ τῶ χρήμασι, χρήματα περὶ πλείστου ποιησοῦνται, μέγιστον φάρμακον ὑπολαμβάνοντες ἦμεν τῶν ἁμαρτημάτων. ἄριστον μὲν ὦν τὰν ὅλαν πόλιν οὕτως συντετάχθαι, ὥστε μηδενὸς ποτιδεῖσθαι ἔξωθεν, μήτε κατ' ἀρετὰν, μήτε κατὰ δύναμιν, μήτε κατ' ἄλλαν μηδεμίαν αἰτίαν. οὕτω γὰρ σῶμα, καὶ οἰκία, καὶ στράτευμα * συντετάχθαι καλῶς, τὸ ἐν αὐτῷ ἔχον τὰν αἰτίαν τᾶς σωτηρίας, ἀλλὰ μὴ ἔξωθεν· σῶμα μὲν τὸ καρτερὸν, οἰκία δὲ συγκειμένα καλῶς, στράτευμα δὲ τὸ μὴ μισθοφόρον μηδὲ ἀγύμναστον· κρέσσονα γὰρ τὰ οὕτως συνταχθέντα γίνεται τῶν ἄλλων· καὶ ἐλεύθερα μὲν καὶ ἀδούλωτα, οὐ πολλῶν ποτιδεόμενα ποτὶ τὰν διαμονὰν, ὀλίγων δὲ καὶ * εὐπορίστων. οὕτω γὰρ αὖ ὁ μὲν ἰσχυρὸς τῶ βάρεος, ὁ δὲ * γυμνάτας τῶ ῥίγεος περιγίνεται. γυμνάζοντι γὰρ ταὶ τύχαι καὶ ταὶ συμφοραὶ τὼς ἀνθρώπως. ἐπεὶ καὶ τῷ σώφρονι, καὶ διαπονηθέντι καὶ σώματι καὶ ψυχᾷ, καὶ τροφὰ ἁδεῖα φαίνεται πᾶσα, καὶ ποτὸν, καὶ εὐνὰ διὰ μετὰ φυλλάδος. τῷ δὲ τρυφᾶν καὶ συβαρίζειν προαιρημένῳ, καὶ ἁ τῶ μεγάλω βασιλέως παρασκευὰ δυσάρεστος, καὶ ἀλλοτρία. τὸν νόμον ὦν ἐν τοῖς ἤθεσι, καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν πολιτῶν ἐγχαράζεσθαι δεῖ. τὼς γὰρ πολίτας αὐταρκείας θήσει, καὶ διανεμεῖ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ τὸ ἐπιβάλλον. οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἅλιος φερόμενος διὰ τῶ ζωοφόρω κύκλω διανέμει τοῖς ἐπὶ γᾶς πᾶσι, καὶ γενέσιος καὶ τροφᾶς καὶ βιοτᾶς τὰν ποθάκουσαν μοῖραν, οἷον εὐνομίαν, τὰν εὐκρασίαν τῶν ὡρᾶν παρασκευαζόμενος. διὸ καὶ Νόμιος καὶ Νεμήϊος Ζεὺς καλεῖται, καὶ νομεὺς ὁ διανέμων τὰς τροφὰς τοῖς οἴεσιν· καὶ τὰ τῶν κιθαρῳδῶν δὲ ἄσματα νόμοι. σωτήριοί ἐντι γὰρ καὶ ταῦτα τὰν ψυχὰν, ἁρμονίᾳ καὶ ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ἀειδόμενα.

* ἰδιωφελὴς ut paulo ſuperius G.
* διὰ παντὸς ut ſup. G.
* συντέτακται.
* καὶ εὐπορίστων G.
* Γυμνήτης eſt miles leuis armatura, & qui penè eſt nudus.

DE MVTATIONIBVS RERVMPVB.

HIPPODAMI ex lib. de Rep.

OMNIA quidem mortalia naturæ neceſsitate in mutationibus uerſantur. quorum nimirum alia ex deteriori ſtatu in præſtantiorem mutaotur, alia uerò ex prȩſtantiore in deteriorem. Quę enim naſcuntur, augentur, aucta uigent: ubi uiguerunt conſeneſcont, tandem denique omnino pereunt. Quæ quidem à natura generantur, ab ipſa eadem natura ad ignotum ejus limitẽ redacta & rurſus ex ignoto illo termino ad mortalitatem rurſus conueniunt geoerationis reciprucatione, & interitus redditione, hac rurſus in circolum retrogradiente. Partim oerò præ bomana inſipientia, iniuria & ſatietate feruente, domus & urbes à magnis felicitatibus in altum ſublatæ, & multis facultatibus locupletatæ, ſimul cum laudatiſsimis ſuis bonis perierunt. Porrò uerò etiam accidit uniuerſum regendi ſtatum tribus temporibos terminari. Vno quidem ac primo quod acqoiſitionẽ, ſecundo quod fruitionem, poſtremo uerò qood

ΠΆΝΤΑ μὲν ὦν τὰ θνατὰ δι' ἀνάγκαν φύσιος ἐν μεταβολαῖς κυλινδεῖται, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν χερηόνων ἐπὶ τὰ βελτίονα μετατροπὰν λαμβάνοντα, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν βελτιόνων ἐπὶ τὰ χερήονα. γινόμενα γὰρ, αὔξεται τὰ πράγματα· καὶ αὐξηθέντα ἀκμάζει, καὶ ἀκμάσαντα γηράσκει, καὶ τέλος ὕστατον φθείρεται. τὰ μὲν ὑπὸ φύσιος γινόμενα, δι' αὐτᾶς τᾶς φύσιος ἐς τὸ ἄδηλον αὐτᾶς περαιούμενα· καὶ πάλιν ἐκ τῶ ἀδήλω, ἐς τὸ θνατὸν ἐπισυνερχόμενα ἀμοιβᾷ γενέσιος, καὶ ἀνταποδόσει φθορᾶς, κύκλον αὖ ταύτας ἀναποδιζοίσας. τὰ δὲ καὶ ὑπὸ ἀφροσύνας ἀνθρωπίνας, ὕβρει καὶ κόρῳ ζεοίσας. οἰκίαι τε καὶ πόλιες ὑπὸ μεγάλων εὐτυχημάτων ἀερθεῖσαι, καὶ βίον βαθὺν πλουτεῦσαι, ἅμα τοῖς μακαριζομένοις ἀγαθοῖς, ἐς τὸν ὄλεθρον ἔβασαν. * οὕτω δεῖ καὶ συμβαίνει πᾶσαν ἁγεμονίαν τρισὶ χρόνοις ὁρίζεσθαι. ἑνὶ μὲν κατὰ τὸν πρᾶτον περιέχοντι τὰν κτᾶσιν. δευτέρῳ δὲ, τῷ τὰν ἀπόλαυσιν· τελευταίῳ

* οὕτω δέ. Geſ. uel fortè εἶναι δεῖ.

δε, τῷ τὰν ἀπώλεσιν. τοὶ μὲν γὰρ πρᾶτοι ἀτυχέες ἐόντες, ἐκτήσαντο· τοὶ δεύτεροι εὐτυχέες γινόμενοι, διέφθειραν. τὰ μὲν ὦν ὑπὸ θεῶν διοικημένα, ἄφθαρτα δὲ ὄντα, ὑπὸ ἀφθάρτων, τὸν ἀεὶ χρόνον πέφυκε σώζεσθαι. τὰ δ' ὑπ' ἀνθρώπων θνατὰ ὄντα, ὑπὸ θνατῶν ἐπιδέχεται ποικίλαν ἀεὶ μεταβολάν. κόρος μὲν γὰρ καὶ ὕβριος πέρας, ὄλεθρος· ἀπορίας δὲ καὶ στενοχωρίας πέρας, ἀνδραγαθία βίω ἀνθρωπίνω. (τὸ καὶ * ἀφ' ἑτέρων αὐτὸν περαίνεσθαι.)

* lego sic, ὃ καὶ ἀφ' ἑτέρων αὐτοῖς περαίνεται.

interitum complectitur. Primi enim cum infelices eſſent, acquiſierũt. Secondi uerò fortunati facti, perierũt. Quæcunq; igitur à Dijs admioiſtrantur, ac incorrupta ſuot, ab incorruptis æternùm ſeruantur: quę uerò à mortalibus mortalia, à mortalibus uariam ſemper mutationem ſuſcipiunt. Satietas enim ac petulantia interitu, inopia uerò & anguſtiæ rerum probitate uitæ homanæ terminantur, quæ etiam ab alijs rebus finam ſortitur ſuom.

DE REGNO DIOTOGENIS in lib. de Regno.

Βασιλεὺς κ' εἴη ὁ δικαιότατος. δικαιότατος δὲ ὁ νομιμώτατος. ἄνευ μὲν γὰρ δικαιοσύνας, οὐδεὶς ἂν εἴη βασιλεύς· ἄνευ δὲ νόμω, δικαιοσύνα. τὸ μὲν γὰρ δίκαιον, νόμω ἐστί. ὁ δὲ γινόμενος αἴτιος τῶ δικαίω. ὁ δὲ βασιλεὺς ἤτοι νόμος ἔμψυχός ἐστι, ἢ νόμιμος ἄρχων. διὰ τοῦτ' ὦν δικαιότατος καὶ νομιμώτατος. ἔργα δὲ βασιλέως τρία, τό, τε στραταγὲν, καὶ δικασπολὲν, καὶ θεραπεύεν θεώς. στραταγὲν μὲν ὦν καλῶς δυνασεῖται, πολεμὲν καλῶς ἐπιστάθεις. δικασπολὲν δὲ καὶ * διακρίνεν πάντων τὼς ὑπ' αὐτὸν, φύσιν δικαίω καὶ νόμω καλῶς ἐκμαθών. θεραπεύεν δὲ τὼς θεὼς εὐσεβῶς καὶ ὁσίως, φύσιν θεῶ καὶ ἀρετὰν ἐκλογισάμενος. ὥστε ἀνάγκα τὸν τέλειον βασιλέα, στραταγόν τε ἀγαθὸν ἦμεν, καὶ δικαστὰν, καὶ ἱερέα. ταῦτα γὰρ καὶ ἀκόλουθα καὶ πρέποντα ἐντὶ βασιλέως ὑπεροχᾷ τε καὶ ἀρετᾷ. κυβερνάτα μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ, τὰν ναῦν σώζεν· ἀνιόχω δὲ τὸ ἅρμα. ἰατρῶ δὲ τὼς νοσέοντας· βασιλέως δὲ καὶ τῶ στραταγῶ τὼς ἐν πολέμῳ κινδυνεύοντας. ὧ γὰρ ἕκαστος ἁγεμών ἐντὶ συστάματος, τούτω καὶ ἐπιστάτας καὶ δημιουργός. καὶ μὰν τό, τε δικασπολὲν καὶ διανέμεν τὸ δίκαιον, ξυνὰ μὲν καθόλω, ἴδια δὲ ἐστὶ ἔργον οἰκῆιον βασιλέως. * (οὗτος γὰρ ὥσπερ θεὸς ἐν τῷ κόσμῳ, ἁγεμών τε καὶ προστάτας ἐστί) ξυνὰ μὲν τὸ ποτὶ μίαν ἀρχάν τε καὶ ἁγεμονίαν τὸ ὅλον ξυναρμόσδεν· καθ' ἕκαστον δὲ τὸ ἐν τᾷ κατὰ μέρος ποτὶ τὰν αὐτὰν ἁρμονίαν τε καὶ ἁγεμονίαν συναρμόζεσθαι. ἔτι δὲ ἐν τῷ ποιὲν εὖ καὶ εὐεργετὲν τὼς ὑποτεταγμένως ὁ βασιλεὺς ἐστὶ. ταῦτα δὲ οὐκ ἄνευ δικαιοσύνας καὶ νόμω. τό γε μὰν τρίτον, λέγω δὲ τὸ θεραπεύεν τὼς θεὼς, βασιλέως ἀντάξιον. δεῖ γὰρ τὸ ἄριστον ὑπὸ τῶ ἀρίστω τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἁγεμονοῦν ὑπὸ τοῦ ἁγεμονεύοντος. τῶν μὲν ὦν φυσικῶς τιμιωτάτων ἄριστον ὁ θεός. τῶν δὲ περὶ γᾶν καὶ τὼς ἀνθρώπως, ὁ βασιλεύς. * ἔχει δὲ καὶ ὡς θεὸς ποτὶ κόσμον, βασιλεὺς ποτὶ πόλιν· καὶ ὡς πόλις ποτὶ κόσμον, βασιλεὺς ποτὶ θεόν. ἁ μὲν γὰρ πόλις ἐκ πολλῶν καὶ διαφερόντων συναρμοσθεῖσα, κόσμω σύνταξιν καὶ ἁρμονίαν μεμίμαται). ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχὰν ἔχων ἀνυπεύθυνον, καὶ αὐτὸς ὢν νόμος ἔμψυχος, θεὸς ἐν ἀνθρώποις παρεσχαμάτισται.

* διακρίνεν πάντας τως.

* Parentheſis in luſa nõ ſunt huius loci, ſed potius uidetur infra eſſe reponenda ad hãc notam * uel ſi mauis, ad fine.

αὐτόθι

Ὀφείλει δὴ τὸν βασιλέα μὴ νενικῆσθαι ὑφ' ἁδονᾶς, ἀλλ' αὐτὸν νικᾶν ταύταν· μὴ δὲ ὅμοιον ἦμεν τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ ἐπὶ πολλὸν διαφέροντα τούτων· μὴ δὲ ἔργον * ἁγεῖσθαι τὰν ἁδονὰν, ἀλλὰ μᾶλλον τὰν ἀνδραγαθίαν. ἅμα δὲ καὶ πρέπον τὸν ἑτέρων ἄρχεν χρήζοντα, τὸ ἐν ἑαυτῷ πάθεων πρᾶτον δύνασθαι ἄρχεν. περί γε μὰν τᾶς * πλεονεξίας, ὧδε λέγος. δεῖ γὰρ ἐς τὸν ποτιπᾶξ τὰ

* addo αὐτῷ. G.

* πλεονεκτείας. G.

Rex ille eſto, qui iuſtiſsimus fuerit: iuſtiſſimus uerò, qui legum obſeruãtiſsimus: nam ſine iuſtitia Rex eſſe nullus poſsit, aut ſine legibus, ioſtitia. Iuſtũ enim legis eſt, quæ iuſti eſt cauſa. Rex autem uel lex eſt animata, uel legitimus princeps. Vnde ſequitur eum iuſtiſsimum & legum obſeruantiſsimũ eſſe. Tria ſunt autem regis officia, exercitum ducere, iura adminiſtrare, & Deos colere. Ducere autem exercitum rectè poterit, ſi bellum optimè gerere ſciuent. Iura oerò adminiſtrare & omnes ſuos ſubditos regere, ſi naturam iuſti & legum probè exploratam habuerit. Deos autem piè & ſanctè colere, ſi naturam & uirtutem Dei apud ſe cogitando expenderit, adeò ut perfectum & abſolutum Regem neceſſe ſit, tum optimum Ducem exercitus, tum Iudiceio, tum Sacerdotem exiſtere. Hæc enim excellentiã Regis ac uirtutem ſequuntur & decent. Etenim gobernatoris officium eſt, nauem ſeruare, aurigæ nerò currũ, medici ægrotos· Regis autem & Ducis exercitus eos qui in bello periclitantur. Cuioſcunq; enim rei quiſpiam principatũ ſuſcipit, eidem eſt præfectus & eios effector. Et quidem iudicare & ioſtu adminiſtrare generaliter quidem res eſt cõmunis, ſpeciatim uerò proprium eſt Regis munus. (Hic enim tanquã Deus in hoc mundo, dux atq; præſes exiſtit) generaliter quidem ut ad unius imperium & præfecturam totum cõcinnè reducatur: ſpeciatim oero ut particularia ad eandem harmoniam & præfecturam eadem concinnitate quadrent & conueoiant. Inſuper Regis qooque partes ſunt ſubditos beneficijs ſuis afficere, & hoc quidem non ſine iuſtitia ac legibus. Porrò tertiũ, quod eſt de Deorũ cultu, Rege maximè eſt dignum Oportet enim optimũ ab optimo honore affici, & id quod imperat ab eo etiã q imperat. Eorũ ergo q́ natura ſunt pręſtãtiſsima excellit bonitate Deus: eorũ oerò q́ circa terrã ſunt & ipſos hoĩes, Rex. Vt porrò Deũ mũdi reſpectu cõſideramus, ſic Regẽ reſpectu ciuitatis· & ut ciuitatẽ rõne mũdi, ſic Regẽ Dei reſpectu. Ciuitas .n. ex multis & diuerſis cõcinnè cõformata, mundi cõſtructionẽ & harmoniã eſt imitata. Rex uerò q imperiũ nemini obnoxiũ obtinet, q & ipſe lex eſt animata, Dei ſpeciẽ ioter hoĩes figuratè refert.

Ibidem.

Quocirca oportet Regem noo uinci à uoluptate, ſed eam ab illo uinci: neq; ſimilẽ eſſe plebi, ſed longè ea præſtantiorem: neq; rem ſibi conſentaneam exiſtimare uoluptatem, ſed potius probitatem: ſimul etiam decere eum qui in alios ueli ius imperij uſurpare, ot prios ſuas proprias perturbatiooes regere poſsit. Cæterùm de auaritia ita ſtatueodum eſt. In hunc enim finem bona poſſideri

deri oportet, ut beneficia amicis conferri, egeni etiam ſoſcipi poſsint, ac de inimicis iure oindicta ſumi. Suauiſsimum enim eſt felicitate cum uirtute frui: eadem autem ratio de illu faſtigio regio. Cùm enim reliquos uirtute antecellat, decet etiã ſecundum illam iudicium de imperio facere: non ſecundum dioitias, aut robur, aut oim armorum. Primum enim quibuſlibet è uulgo commune eſt: ſecundum etiam brutis eſt commune animantibus: tertium uerò tyrãnis quoq; commune. Illud uerò, nempe uirtus, bonis tantùm uiris eſt peculiare: ut quiſqois Regum temperans qnidem fuerit circa uoloptatet, circa pecunias liberalis, ac prudens & fortis circa regnum, hic oerè Regis nomen ſibi poſsit oendicare. Habet uerò populus eandem rationem uirtutum & uitiorũ quam hominit animæ partes inter ſe habẽt. Auaritia enim in principa animæ parte accidit. Rationalis anim eſt cupiditas. Ambitio uerò & feritas circa partẽ illam, quæ eſt iræ ſedes. Hæc enim eſt feruens ac robuſta animæ pars. Amor autem uoluptatum, circa partem concupiſcibilem, quæ eſt effœminata & mollis pars animę. Iniuſtitia uerò quę eſt abſolutiſsima nequitia & cópoſita, circa totam animam naſcitur. Proinde Regis eſt ciuitatem bonis legibus inſtructam lyrę inſtar coaptare ac concinnare, ſi modò prius finem iuſtiſsimũ, & legis ordinem in ſe ipſa primùm conſtituerit: intelligens populi, cuius imperium ipſi conceſsit Deus, concinnitatem ad ipſum oportere concinnari. In concionibus autem bonnm Regem decet diſpoſinones ac habitus conuenientes cóſtituere, cioiliter ſe gerendo ac ſolerter, ut neq; aſper nideator uulgo, aut ſui pariat ipſi contemptum, ſed tum ſuauis tum facilis. Horum autem fiet compos, ſi primum qnidem uenerabilis uideatur tum uidendo, tum audiendo, tum ſe dignum imperio oſtendendo: deinde uerò benignus exiſtat in cógreſſu, in aſpectu, & in beneficentia: tertiũ uarò ſeuerus ac formidabilis in improbitatis odio, in ei⁹ animaduerſione, & in conficiendi celeritate, & deniq; in peritia & uſu ipſius regnandi poteſtatis. Illa anim ueneranda grauitas cùm ret ſit diuinitatis æmula, poteſt eum admirandum & honorandum plebi exhibere. Benignitas nerò dilectum & amabilem. Seueritas autem terribilem & inuictum aduerſus hoſtes, magnanimum uerò & ſecurum erga amicos. Oportet autem uenerandam illam grauitatẽ circa cum conſtitui, nihil humile ac abiectum inſtituentem, nec quod uulgo cóferatur: ſed iis qoæ admirationi ſunt, & quæ imperio & ſceptru conueniunt: nunquam cum minoribus decertantem, neq; cum æqualibus, ſed cum maioribus: & exiſtimãtem pro ratione magnitudinis imperij eas eſſe maximas uoluptatet, quæ ex honeſtis & magnis facinoribus, non quæ ex rebus ad fruendum idoneis percipiuntur: ſeparátem quidem ſeipſum ab humanis perturbationibus, ſed Dijs appropinquantem nó faſtu, ſed animi & uirtutis inuicta magnitudine: denique qui ſe hoc decoro & imperij maieſtate circuminduat, tum oiſu, tum ratiocinationibus, tum cogitationib⁹, tum natura ingenij, tum actionibus, tum motu & geſtu corporis: ut qui ipſum reſpiciunt, ornamentum recipiant illiti pudore, temperantia & ad decorum diſpoſitione. Nó enim minos quam tibia & harmonia boni Regit intuit⁹ animos intuentiũ cóuertere debet. Ea de ueneranda quidem illa grauitate hactenus. De benignitate núc ſubijciam. Omnis ſiquidem Rex

χρήμασιν, ὥστε φίλως εὐεργετεῖν, καὶ δεομένως ὑπολαμβάνειν καὶ ἐχθρὼς δὲ κατὰ δίκας ἀμυνάσθαι. ἁδίστα γὰρ ἁ μετ' ἀρετᾶς ἀπόλαυσις τᾶς εὐτυχίας· ὁ δ' αὐτὸς τρόπος καὶ περὶ τᾶς ὑπεροχᾶς. ἀεὶ γὰρ καθυπερέχων τὼς ἄλλως ἀρετᾷ, καὶ κατ' αὐτὰν ἄξιον κρίνεσθαι τὸ ἄρχεν, ἀλλὰ μὴ κατὰ τὸν πλοῦτον, ἢ τὰν δύναμιν, ἢ τὰν ῥώμαν τὰν τῶν ὅπλων. ὁ μὲν γάρ τι κοινόν ἐστι καὶ τῶν τυχόντων· τὸ δὲ κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ὁ δὲ κοινὸν καὶ τῶν τυράννων· τὸ δὲ μόνον ἴδιον τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων. ὥστε ὅστις βασιλεὺς, σώφρων μὲν ἐστὶ περὶ τὰς ἡδονὰς, * κοινωνικὸς δὲ περὶ τὰ χρήματα, φρόνιμος δὲ καὶ δεινὸς περὶ τὰν ἀρχάν, οὗτος κ' εἴη κατὰ τὰν ἀλάθειαν βασιλεύς. ἔχει δὲ καὶ ὁ δᾶμος τῶν μερέων τᾶς τοῦ ἀνθρώπου ψυχᾶς τὰν ἀναλογίαν ταύταν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν. ἁ μὲν γὰρ πλεονεξία γίνεται περὶ τὸ ἀγούμενον μέρος τᾶς ψυχᾶς· λογικὰ γὰρ ἁ ἐπιθυμία. ἁ δὲ φιλοτιμία καὶ θηριότας, περὶ τὸ θυμοειδές· ἔστι γὰρ ζέον καὶ δυναμικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς. ἁ δὲ φιληδονία, περὶ τὸ ἐπιθυμαλικόν· ἔστι γὰρ θῆλυ καὶ ὑγρὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς. ἁ δέ γε ἀδικία, πλεωτάτη κακία, καὶ σύνθετος ἐοῖσα, περὶ ὅλαν γίνεται τὰν ψυχάν. ὅθεν ὡς λύραν καὶ πόλιν εὐνομημέναν δεῖ συναρμόσασθαι βασιλέα, ὅρον δικαιότατον, καὶ νόμον τάξιν ἐν αὐτῷ πρᾶτον καθεστασάμενον, εἰδότα διότι τῷ πλάθεος, ὧ δέδωκεν ὁ Θεὸς αὐτῷ τὰν ἁγεμονίαν, ἁ συναρμογὰ ποτ' αὐτὸν ὀφείλει συναρμοσθῆμεν. ποτὶ δὲ τοῖς ἀγορευομένοις, δεῖ καὶ θέσιας καὶ ἕξιας ἐπιπρεπείας ἐπιτάδεσθαι τὸν ἀγαθὸν βασιλέα, πολιτικῶς αὐτὸν πλάσσοντα καὶ * πραγματωδέως, ὅπως μήτε τραχὺς φαίνηται τοῖς πλάθεσι, μήτ' εὐκαταφρόνατος, ἀλλὰ καὶ ἁδὺς καὶ ἀμφιστραφής. τεύξεται δὲ τούτων, αἴκα πρᾶτον μὲν σεμνὸς ᾖ, καὶ ἐκ τῶ ἰδεῖν, καὶ ἐκ τῶ ἀκοῦσαι, καὶ ἐκ τῶ ἄξιος ἐπιφαίνεσθαι τᾶς ἀρχᾶς. δεύτερον δὲ χρηστὸς καὶ ἐκ τᾶς ἐντεύξιος, καὶ ἐκ τᾶς ποτιβλέψιος, καὶ ἐκ τᾶς εὐεργεσίας. τρίτον δὲ δεινὸς καὶ ἐκ τᾶς μισοπονηρίας, καὶ ἐκ τᾶς κολασίας, καὶ ἐκ τᾶς ἐπιταχύσιος, καὶ ὅλως ἐκ τᾶς ἐμπειρίας καὶ τριβᾶς τᾶς περὶ τὸ βασιλεύειν. ἁ μὲν γὰρ σεμνότας θεόμιμον ὑπάρχουσα πρᾶγμα, δύναται θαυμαζόμενον καὶ τιμώμενον αὐτὸν παρέχεσθαι τοῖς πλάθεσιν· ἁ δὲ χρηστότας, φιλεύμενον καὶ ἀγαπαζόμενον· ἁ δὲ δεινότας, φοβερὸν μὲν καὶ ἀνίκατον ποτὶ πολεμίως, μεγαλόψυχον δὲ καὶ θαρσαλέον ποτὶ φίλως. δεῖ δὲ * τὰν σεμνότατα καθεστᾶσθαι περὶ αὐτὸν μηδέν τι παιδιὸν ἐπιτηδεύοντα, μηδὲ τῶν πολλῶν ἀντεχόμενον, ἀλλὰ τῶν θαυμαζομένων, καὶ τᾶς ἁγεμονίας καὶ σκαπτουχίας ποτιφυῶν, ἁμιλλώμενον ἀεὶ μὴ τοῖς μείοσι, μηδὲ τοῖς ἴσοις, ἀλλὰ τοῖς μεζόνεσι· καὶ κατὰ τὸ μέγεθος τᾶς ἁγεμονίας, ἁδονὰς ὑπολαμβάνοντα μεγίστας ἦμεν, τὰς ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἔργοις καὶ μεγάλοις, ἀλλὰ μὴ τὰς ἐπὶ τοῖς ἀπολαύσεσι χωρίζοντα μὲν ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων παθέων, συνεγγίζοντα δὲ τοῖς Θεοῖς οὐ δι' ὑπεραφανίαν, ἀλλὰ διὰ μεγαλοφροσύναν, καὶ μέγεθος ἀρετᾶς ἀνυπέρβλατον, τοιαύταν αὐτῷ ἐπιπρέπειαν καὶ προστασίαν ἀμφιβαλλόμενον, καὶ κατὰ τὰν ὄψιν, καὶ κατὰ τὼς λογισμώς, καὶ κατὰ τὰ ἐνθυμάματα, καὶ κατὰ τὸ ἦθος τᾶς ψυχῆς, καὶ κατὰ τὰς πράξιας, καὶ κατὰ τὰν κίνασιν καὶ κατὰ τὰν θέσιν τῶ σώματος. ὥστε τὼς * ποτ' αὐτὸν μὲν ὡς αὐτὸν κατακοσμηθῆμεν κατὰ τὰν ἁγεμόνος αἰδοῖ, καὶ σωφροσύνᾳ τι καὶ διαθέσει τι περὶ τὰν ἐπιπρέπειαν. οὐ γὰρ μεῖον αὐλῶ καὶ ἁρμονίας, τῶ ἀγαθῶ βασιλέως * ποτιώψασις ὀφείλει τρέπειν τὰς ψυχὰς τῶν * ποτ' αὐτόν. καὶ περὶ μὲν σεμνότατος, ἅλις εἰρήσθω· περὶ δὲ χρηστότητος νῦν ὑποθήσασθαι πειρασοῦμαι. χρηστὸς γὰρ ἐστὶ τᾶς βασιλείας,

* κοινωνητικός. G.

* πραγματώδε, vel πραγματικῶς.

* τιν.

* fortè περὶ αὐτὸν vel [illegible], ut infrà. G.

* τοιαῦ.

* fortè περὶ αὐτόν. G. Ego legerem [illegible] : quia ſequitur [illegible], ſic etiã infrà: poſteà lego, [illegible], ut alios.

* ποτιαγαζομένως, ut ſup.

λεύς, τὸ μὲν καθόλω, δίκαιός τε ὢν καὶ ἐπιεικὴς καὶ εὐγνώμων. ἔντι γὰρ ἁ δικαιότας κοινωνία συνεκτικὰ καὶ συναγωγικά, καὶ μόνα γε ὧν πρὸς τὼς πλατίον ἁ τοιαύτα διάθεσις ἅρμοσται τᾶς ψυχᾶς. ὃν λόγον περιέχει ῥυθμὸς ποτὶ κίνασιν, καὶ ἁρμονία ποτὶ φωνάν, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον δικαιότας ποτὶ κοινωνίαν. κοινὸν γὰρ ἀγαθόν ἐντι καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, εἴγε δὴ συναρμοστικά ἐντι κοινωνίας πολιτικᾶς. ἁ δὲ ἐπιείκεια, καὶ εὐγνωμοσύνα, πάρεδροί τινες ἐντὶ τᾶς δικαιοσύνας· ἁ μὲν (τὸ ἐπιεικές. ἁ* γὰρ) τὰ ἀπότομα τᾶς βλάβας μαλθάσσοισα· ἁ δὲ τοῖς ἐπὶ ποσὸν ἀμπλακίσκουσι, συγγνώμας ἀπομερίζουσα. δεῖ δὲ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα *μαθηματικόν τε ἦμεν τῶν δεομένων, καὶ εὐχάριστον δέ. βωθηεῖν δὲ μὴ καθ' ἕνα τινὰ τρόπον, ἀλλ' ὅπως ἂν δυνατὸν ᾖ. εὐχάριστον δὲ ἦμεν δεῖ, μὴ ποτὶ τὸ μέγεθος ἀποβλέποντα τᾶς τιμᾶς, ἀλλὰ ποτὶ τὸν τρόπον, καὶ τὰν προαίρεσιν τῶ τιμῶντος. ἀβαρέα δὲ δεῖ ἦμεν ποτὶ πάντας ἀνθρώπως, μάλιστα δὲ ποτὶ τὼς μήονας καὶ ἐνδεεστέρως τὰς τύχας. οὗτοι γὰρ ὥσπερ τοὶ νοσέοντες τοῖς σώμασιν, οὐδὲν ὑπομένειν δύνανται τῶν βαρέων. ἔχοντι γὰρ τὰς διαθέσιας τοιαύτας καὶ οἱ θεοί, καὶ μάλιστα ὁ κρατίων πάντων Ζεύς. καὶ γὰρ οὗτος, σεμνὸς μέν ἐντι καὶ τίμιος διά τε τὰν ὑπεροχάν, καὶ τὸ μέγεθος τᾶς ἀρετᾶς. χρηστὸς δὲ διά τε τὸ εὐεργετικὸς τε ἦμεν, καὶ ἀγαθοδότας, ὅκως δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶ Ἰωνικῶ ποιητᾶ, ὥστε εἴη πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. δεινὸς δὲ διά τε τὸ κολάζειν τὼς ἀδικέοντας, καὶ κρατὲν, καὶ κυριεύειν πάντων. ἔχει δὲ καὶ τὸν κεραυνὸν μετὰ χεῖρα, σύμβολον τᾶς δεινότατος. ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις μναμονεύεν δεῖ, ὅτι θεόμιμόν ἐντι πρᾶγμα βασιλεία.

*Imò illud τὸ ἐπιεικὲς, uidetur gloſſema eſſe. & ſic illud ἁ γὰρ quod ſequitur, erit expungendum, incluſa parentheſi nihil ad ſenſum conferunt, G.

*malim βωθατικόν, G.

Homerum intelligit.

benignus erit generaliter quidē ſi iuſtus, æquus & clemens fuerit. Eſt enim iuſtitia cōmunio quæ continet & in unum cogit, & hic ſolus animi affectus proximis conuenienter ſeſe accommodat. Quæ enim eſt ratio rythmi ad motum, & harmoniæ ad uocem, eandem habet iuſtitia ad communionem. Siquidem commune eſt eorum qui imperant & ſubditorum bonum, quandoquidem ciuilem commonionem coadaptat & concinnat. Æquitas uerò & clementia quaſi aſſeſſores quidā ſunt iuſtitiæ. Illa quidem rigidam & ſeueram nimis noxæ pœnam emolliens: hæc uerò iis qui aliquatenus delinquūt, ueniam impertiens. Bonum autem Regem oportet egenis auxiliari, & gratum eſſe. Auxiliari uerò non uno quidem modo, ſed quaqua fieri poterit ratione. Gratum autem eſſe oportet non inſpecta honoris magnitudine, ſed ingenio & uoluntate honorantis: Minimè moleſtum autem eſſe oportet erga quoſlibet, ſed maximè erga inferiores & uilioris fortunæ. Hi enim tanquam corporibus ęgrotantes, nihil graue poſſunt pati. Similes enim affectus habent etiam ipſi Dij, ac potiſsimùm omnium imperator Iupiter. Hic ſiquidem uenerabilis quidem eſt & honorandus propter eminentiam & magnitudinem uirtutis: benignus uerò tum quòd beneficus ſit & bonorum largitor, ut ab Ionico Poeta dicitur eſſe pater hominum & Deorum. Seuerus autem & formidabilis, quòd iniuſtos punit, regnumq́; ac imperium in omnia obtinet. Geſtat etiam manu fulmen, ſeueritatis ſignum. Hęc ergo omnia cogitando meminiſſe oportet Regnum ad Dei imitationem maximè eſſe comparatum.

STHENIDAE LOCRI EX LIB. DE REGNO.

Χρὴ τὸν βασιλέα σοφὸν ἦμεν. οὕτω γὰρ ἐσσεῖται ἀντίμιμος καὶ ζηλωτὰς τῶ πράτω θεῶ. οὗτος γὰρ καὶ φύσει ἐντὶ καὶ πρᾶτος βασιλεύς τε καὶ δυνάστας· ὁ δὲ γενέσει καὶ μιμάσει. καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ· ὁ δὲ ἐπὶ γᾶς. καὶ ὁ *μὲν τὰ ἀεὶ τὰ πάντα διοικεῖ τε, καὶ ζώει, αὐτὸς ἐν *αὐτῷ κεκτάμενος τὰν σοφίαν· ὁ δὲ ἐν χρόνῳ, ἐπιστάμαν. ἄριστα δὲ καὶ μιμέοιτό τοι τοῦτον, εἰ μεγαλόφρονά τε, καὶ *ἁβρὸν, καὶ ὀλιγοδεία παρασκευάζοι αὐτόν, πατρικὰν διάθεσιν ἐνδεικνύμενος τοῖς ὑφ' αὐτῷ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μάλιστα καὶ *νενομίχθαι τὸν θεὸν, πατέρα μὲν θεῶν πρᾶτον, πατέρα δὲ ἀνθρώπων ἦμεν, ὅτι ἤπιος πρὸς πάντα τὰ ὑπ' αὐτῷ γινόμενά ἐστι, καὶ μελόμενος τᾶς προστασίας οὐδέποκα παύεται, οὐδὲ ἤρκεσεν τῷ ποιητὰς μόνον πάντων γεγονέναι, ἀλλὰ καὶ τροφεὺς διδάσκαλός τε τῶν καλῶν πάντων καὶ νομοθέτας πέφυκε πᾶσιν ἐπίσας. τοιοῦτον *ἐπιστᾶμεν καὶ τὸν ἐπὶ γᾶς, καὶ παρ' ἀνθρώποις ἁγεμονεῖν μέλλοντα βασιλέα, οὐδὲν δὲ ἀβασίλευτον καλόν, οὐδὲ ἄναρχον. ἄνευ δὲ σοφίας καὶ ἐπιστάμας, οὔτε μὰν βασιλέα, οὔτε ἄρχοντα οἷόν τε ἦμεν. μιματὰς ἄρα καὶ ὑπηρέτας ἐσσεῖται νόμιμος τῶ θεῶ ὁ σοφός τε καὶ βασιλεύς.

*μὲν.

*αὐτῷ.

*leg. σοφὸν. G. Ego uerò retineo τὸ ἁβρὸν, quia etiã σεμνὸν ſignificat.

*malim νενόμισθαι G.

*lege χρὴ ἦμεν. G.

OPortet Regem eſſe ſapientem. Ita ſiquidē honore uiciſsim afficietur, & primi illius Dei, erit ęmulos. Ille enim natura primus eſt Rex ac princeps, hic uerò & ortu & imitatione: atq; ille in toto & uniuerſo, hic in terra: & ille quidem ſemper omnia adminiſtrat, & uiuit ipſe in ſe ipſo ſapientiá poſsidens: hic in tempus ſcientiam. Optimè autem illum imitabitur, ſi ad magnimitatem, grauitatem, & paucorum indigentiā ſeſe comparauerit, ſubditis ſuis patrium affectū exhibens. Hanc enim ob cauſam præcipuè exiſtimatum eſt Deum primum quidem Deorum parentem, & hominum eſſe, quòd erga omnia quæ ſibi ſunt ſubiecta manſuetus exiſtat, & imperij ſui moderationem nunquam intermittit: neq; ei ſufficit ſolùm omnium creatorem illum fuiſſe, ſed & nutritor, bonorumque omnium præceptor & legiſlator ex æquo eſt omnibus. Talem eſſe eum oportet Regem qui in terra & hominibus imperaturus eſt. Nihil autem pulchrum eſt, quod imperij ac regni legibus ſolutum eſt. Sine ſapientia autem & ſcientia neq; Rex neq; princeps quiſpiam eſſe poteſt. Imitator ergo & miniſter legitimus Dei erit, quiſquis ſapiens & Rex erit.

ECPHANTAE LIB. DE REGNO.

Ὅτι μὲν ἅπαντας ζώω φύσις, ποτί τι τὸν κόσμον ἅρμοσται, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, πολλοῖς μοι δοκεῖ τεκμαρίοις φανερὸν ἦμεν. συμπνεῖσα γὰρ οὕτω καὶ συνδεδεμένα, τὰν ἀρίσταν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν ἀκολουθίαν ἀποδέδωκε, ῥύμᾳ τῶ παντὸς περὶ *αὐτὸν γενομένᾳ, ποτί τε τὰν κοινὰν εὐκοσμίαν καὶ ποτὶ τὰν ἰδίαν ἑκάστω διαμονάν. παρὰ καὶ τῷδε κόσμῳ περιχορεύεται καὶ ἐντι τῶν ἐντων

*αὐτὰν γενομένα. G.

*forte γενομένω.

QVòd quidem omnis animalis natura & ad mundum accommodata ſit, & ad ea quæ ſunt in mundo, multis mihi argumentis uidetur eſſe perſpicuum. Sic enim conſentiens & colligata optimam ſimul & neceſſariam ſeriem ſequitur, impetu totius circa ipſam factum ad communem omnium ornatum & ad peculiarem uniuſcuiuſq; perpetuitatem. Vnde & illud [illegible]

id eſt

id eſt mondos appellatur, & eſt omnium anima-lium exiſtentium abſolutiſsimum. In eius uerò partibus, quæ tum multæ ſunt, tum natura inter ſe differunt, eminet aliquod animal ſiue inter ea quæ maximè diuina ſunt, ſiue inter terrena, quod magis Numine participet. Et in illa quidem æterni Dei natura, quæ primam & maximam habeat ſeriem, planetæ ſtellæ ſalutantur. In regione autem ſublunari, ubi directè incedunt corpora, Dæmonis natura uerſatur. In terra uerò & apud nos præſtantiſsimos quidem natura eſt homo, diuiniſsimus autem Rex, & in communi natura meliore abondans: tabernaculo quidem id eſt, corpore reliquis ſimilis, quaſi nempe ex eadem materia ortus, ab optimo autem artifice factus, qui ipſum fabricauit, ſeipſo uſus archetypo. Itaq; hic Rex unicum eſt & ſolum (quorundam reſpectu) ſupremi illius Regis opus, quod ipſi factori quidem ſemper eſt familiare, à ſubditis u. tanquã in lumine, in Regno conſpicitur. Illud enim examinatur & probatur, ut præſtantiſsimum aliuum omnium aquila, Soli oppoſitis oculis. Eademque eſt de regno ratio, quod diuinum eſt, & propter eximium ſplendorem uix poſsit uideri, quam à germanis & legitimis oculis. Folgores enim multi & tenebricoſæ uertigines quaſi in alienam altitudinem aſcenderint, ſpurios arguunt. Qui uerò conuenienter propter ſuam ad illud neceſsitudinem eò peruenerint, illud incolere poſſunt, & commodè uti. Igitur regnum res eſt ſincera & incorrupta, & propter eminẽtiam diuiniſsima, quæ uix ab hominibus adiri poteſt. Eum ergo qui in eo ſit collocatus, natura puriſsimum & ſplendidiſsimum eſſe oportet, ne rem clariſsimam maculis ſuis obſcuret: ut etiam ſanctiſsima loca quidam inquinauerunt, & impuri quidam eos quibus facti ſunt obuiam. Regem uerò qui cum hominibus cõuerſatur, incontaminatæ naturę oportet eſſe participem, ac intelligere quanto ſit reliquis diuinior, & cætera quę ipſi adſunt, quibus ſe prout decet inſtruens, tum ſeipſo tum ſubditis ſuis optimè utatur. Et alijs quidem hominibus, ſi delinquant, ſanctiſsima eſt hæc purgatio, principibus ſuis aſsimilari, ſiue lex ſiue Rex eorum ſtatum adminiſtret. Neque enim mundum quæſiuerit aliquis, cùm in eo ſit & pars illius: neque qui alios rogat, illum à quo regitur ignorabit. Hic autem ornatus magnus eſt, & quòd nihil poſsit reperiri, quod Imperium non ſentiat. Regem etiam moribus ſuis regnum inſtituere decet. Eluceſcit enim illico eius uenuſtas, ſi qui imitatur per uirtutem, ei charus ſit, quem imitatur (nempe Deo) & multo magis ſubditis: neq; enim quiſpiam Deo dilectus, hominibus odio eſſe poteſt: ſiquidẽ neque ſidera, neq; totus mundus odio Deum perſequitur. Nam ſi Ducem ſuum odiſſet, nunquam ei obediret. Ipſa autem bene imperandi ratio, cauſa eſt cur & ſubditi benè pareant. Porro cenſeo hunc terrenum Regem nulla uirtute poſſe eſſe illo cœleſti Rege inferiorẽ. Sed ut ipſe res eſt quædam peregrina & externa, ut quæ cœlitùs ad homines promanarit: ſic etiam eius uirtutes quiſpiã Dei opera exiſtimet, & per eum ipſi adeſſe. Ac tibi ab ipſo principio rem cõſideranti, ueritas meæ orationis comprobabitur. Principe enim & neceſſaria communione, hominum genera poſsidet noſter Rex. Poſsidet uerò etiam, qui in hoc toto omnia adminiſtrat. Fieri enim non poteſt, ut ſine amicitia & communione conſteet. quod

ζώων πληθύοντα· ἐν δὲ τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, πολλοῖς τε ὄντεσι, καὶ διαφόροις τὰν φύσιν, * ἐξάρχει τι ζῷον * καὶ οἰκειότατον ἐν γρονοῖς, καὶ διὰ τὸ μετέχειν πλέον τῶ θείω. καὶ ἐν μὲν τᾷ τῶ θεῶ ὄντος ἀεὶ φύσει, τὰ τὰν πράταν καὶ μεγίσταν ἀκολουθίαν ἔχοντα, * ἀσπάζεται οἱ πλανᾶτες ἀστέρες. ἐν δὲ τᾷ χώρᾳ τᾶς σελάνας ὑπερθεν, τὰ δι' εὐθείας ἰόντα σώματα, ἃ τῶ δαίμονος φύσις ἔχει τὰν διεξαγωγάν. ἐν * δὲ τᾷ γᾷ καὶ παρ' ἁμῶν, ἄριστον φύσει τὸ μὲν ἄνθρωπος, θειότερον δὲ ὁ βασιλεύς, ἐν τᾷ κοινᾷ φύσει πλεονεκτῶν τῶ κρείσσονος, τὸ μὲν σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιος, οἷα γεγονὼς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑπὸ τεχνίτα δ' εἰργασμένος λώστω, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτόν, ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ· καὶ σκευασμα * ἐστὶν ὁ βασιλεὺς ἓν καὶ μόνον (ἐν οἷς τινος) τῶ ἀνωτέρω βασιλέως· τῷ μὲν πεποιηκότι γνώριμον ἀεί, τοῖς δὲ ἀρχομένοις ὡς ἐν φωτὶ τᾷ βασιλείᾳ βλεπόμενον· ποτί τε γὰρ κρίνεταί τε καὶ δοκιμάζεται, ὡς τὸ κράτιστον ἐν πλαναις ζῷον αἰετός, ἀντωπὸν ἁλίῳ γινόμενον. οὕτω τὸ τᾶς βασιλείας διὰ λόγως αὐτᾶς θείας τε * ἐάσας καὶ δι' ὑπερβολὰν λαμπρότατος δυσοράτω, * ἃ μὴ τοῖς γυμνασίοις. μαρμαρυγαί τε γὰρ πολλαὶ καὶ σκοτοδινιάσιες ὡς ὑφ' ὕψεος ὀθνεῖον ἐπιβαίντας τὼς νόθως ἀπήλεγξαν. τοῖς δὲ προσηκόντως κατ' οἰκειότατα πρὸς αὐτὰν ἐπὶ ταῦτα ἀφιγμένοις, οἰκήσιμος * καὶ χρῆσθαι δυναμένοις. αὐτὰ μὲν ὦν βασιλεία, χρῆμα εἰλικρινές τι καὶ ἄφθαρτον ἐστί, καὶ δι' ὑπερβολὰν θειότατον, δυσέφικτον ἀνθρώποις. δεῖ δὲ καὶ τὸν ἐς αὐτὰν καταστάντα, καθαρώτατόν τε ἦμεν καὶ διαυγέστατον τὰν φύσιν, ὡς μὴ τὸ λαμπρότατον ἀφανίζῃ ἐν σπίλοις τοῖς ὑφ' αὐτῶ, καθὼς καὶ τὼς ἁγιωτάτως τόπως ἐκηλίδωσάν τινες, καὶ τὼς ἀπαντῶντας ἐνίοι μιαροὶ τὼς ἀντιτάξαντας αὐτοῖς. βασιλῆα δὲ τὸν ὁμιλήσοντα φύσιός τε ἀχράντω δεῖ μετέχειν, ἐπιστάμενόν τε αὐτὸν ὅσῳ τῶν ἄλλων ἐστὶ θειότερος, ὅσα τε ἄπερ αὐτῷ, τοῖς οἷς δεῖ κατὰ λόγον ἀπεικάζων ἑαυτόν, ἄριστ' ἂν ἑαυτῷ τε χρῷτο, καὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις, αἴκα ἁμαρτάνοιεν, ὁσιωτάτα καθαρσις, ἐξομοιωθῆμεν τοῖς ἀρχόντεσσιν, αἴτε νόμος, αἴτε βασιλεὺς διέπει τὰ κατ' αὐτώς (οἱ δ' * εἴ τι τῶ κρείσσονος δέοντο διὰ τὰν φύσιν ἀμπλακόντες, οὐ μακρὰν οὐδ' ἀπῳκισμένως οἰχεῖ θεῶ μὲν εὐθὺ τᾶς ὠφελείας τυγχάνεν) οὔτε γὰρ τὸν κόσμον δεδοικοίη ἄν τις ἐν αὐτῷ τε ὢν καὶ μόρος ἐκείνω, οὔτ' ἂν ἀνόητος εἴη τῶ διέποντος αὐτὸν ὁ ἑτέρων αὐτὸς ἄρχων. ἃ δ' εὐκοσμία πολλά, καὶ τὸ μηδὲν ἄναρχον εὑρεῖν δυνάσθαι. καὶ τῶ τρόπῳ τὰς ἀρχὰς διδάσκαλον. ἐκλάμπει γὰρ αὐτᾶς εὐθὺ τὸ καλόν, ἂν ὁ μιμασάμενος δι' ἀρετὰν αὐτῶ τε φίλος, ὃν μεμίμαται, καὶ πολὺ πλέον τοῖς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις. οὐ γὰρ ἄν τις θεοφιλὴς ὢν μισοῖτο ὑπ' ἀνθρώπων. ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ἄστρα, οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος ἐχθαίρει τὸν θεόν. αἰ δὲ καὶ ἐμίσει τ' ἀγεμονεύοντα, οὐκ * ἄν ποτε ἂν πειθόμενος αὐτῷ. τὸ δ' ἐκεῖνον ἄρχεν εὖ αἴτιον τῶ καὶ τώσδε ἄρχεσθαι καλῶς. ἐγὼ μὲν ὦν ὑπολαμβάνω καὶ τὸν ἐπὶ τᾶς γᾶς βασιλέα, δύνασθαι μηδεμιᾷ τᾶν ἀρετᾶν ἐλαττοῦσθαι τῶ κατ' οὐρανὸν βασιλέως. ἀλλ' ὥσπερ αὐτὸς ἀποδαμόν τι ἐστὶ χρῆμα καὶ ξένον ἐκεῖθεν ἀφιγμένον πρὸς ἀνθρώπως, καὶ τὰς ἀρετὰς ἄν τις αὐτῶ ἔργα ὑπολάβοι τῶ θεῶ, καὶ δι' ἐκεῖνον αὐτῷ. σκοπεῖσθαι δ' ἀρχᾶθεν ἀλαθέα λέγοις κοινωνίᾳ τε γὰρ πράτᾳ τε πάντων καὶ ἀναγκαιοτάτᾳ, * τὰς τῶν ἀνθρώπων * γενεᾶς μετέχει μὲν ὁ παρ' ἁμὶν βασιλεύς, μετέχει δὲ καὶ ὁ ἐν τῷ παντὶ πάντα διέπων. συνεστάναι γὰρ χωρὶς φιλίας καὶ κοινωνίας, ἀμάχανον. σκοπείη δὲ ἄν

τις

* ἐξέχει.
* ἢ, Voces καὶ οἰκειότατον dicti, ac Vtrumque ἀπόδοσις eſt manifeſta in ſequentib. Sed primum membrum, τὸ ἔοικεν τί, duas habet partes, aſtra & dæmones. Vel etiam κατ' οἰκειότατα ipſo. nam ad excellentiã uni', ſequuntur illa ἐξέχει eccedentes, quã in Rege paulo poſt explicat.
* forte ἀσπάζονται.
* Eadẽ ſuprà in ſermone de Monarchia. G.
* ego δυσορατ. G.
* ἐάσας.
* οἰ μοῦ γεγενοῦς G.
* καὶ χρῆσθαι δυναμένοις ἐστι.
Incluſa parentheſi non intelligo neq; ipſe Geſnerus. Itaq; illa etiam in uerſione omiſi.
* ἄν.
* malim ἄν. G.
* τοῦ.
* γένη uel τὰ γένεα.

τις ταύτας καὶ ἐπὶ τῶν συμπολιτευομένων, ἐξελὼν τῶ λόγω ταὶ κατὰ συνάθησιν κοινωνίαν. ἐλάττων γὰρ αὕτα τᾶς τε θείας φύσιος καὶ τᾶς βασιλικᾶς. οὐ γὰρ δέονται ταὶ τοιαύταν δέησιν· ἀλλ' ἄλλων * καθαμένων ἐκπορευῶντες τῶν * ὑστέρων, ἀναπληρῶντι κοιναὶ ταὶ βοήθειαι. τέλειοι γὰρ κατ' ἀρεταί. ἁ δὲ ἐν πόλει φιλία κοινῶ τινος τέλεος ἐχομένα, τὰν τῶ παντὸς ὁμόνοιαν μιμᾶται. ἄνευ δὲ τᾶς περὶ τὰς ἀρχὰς διατάξιος, οὐδεμία αὖ πόλις οἰκοῖτο. ἐς δὲ ταύταν νόμων τε δεῖ, καὶ τινος προστασίας πολιτικᾶς τό τε ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον, * εἴπερ σώζοιτο δὲ αὐτό. ἐκ τούτων κοινὸν ἀγαθὸν εὐαρμοστία τις, καὶ τῶν πολλῶν ὁμοφωνία μετὰ πειθοῦς συνῳδήσασα. ὁ κατ' ἀρετὰν ἐξάρχων καλεῖται βασιλεὺς, καὶ ἐστὶ, ταύταν ἔχων φιλίαν τε καὶ κοινωνίαν ποτὶ τὼς ὑπ' αὐτὸν, ἅνπερ ὁ Θεὸς ἔχει ποτί τε τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. ὅλαν δὲ τὰν εὔνοιαν χρὴ παρασκευάζεσθαι, πρῶτα μὲν παρὰ τῶ βασιλέως ἐς τὼς βασιλευομένως· δεύτερον δὲ παρὰ τῶνδε, ἐς τὸν βασιλέα· ὁποῖα γεννάτορος ποτὶ υἱέα, καὶ ποτὶ ποίμναν νομέως, καὶ νόμω ποτὶ χρώμενον αὐτῷ.

* for καθά ἐντι. G.
* ὑστερεῦντα. G.
* ἀποσώζοιτο. G.

Μία γὰρ ἀρετὰ πρὸς τὸ ἄρχεν ἀνθρώπων, καὶ πρὸς τὸν αὐτῶ βίον. χρῆσται δὲ οὐδενὸς δὴ ἔνδειαν ἐπιλαμβάνων ἐς ὑπηρεσίαν τὰν αὐτῶ * αὐτῷ ἄλλως κατὰ φύσιν συνεργῶν. κοινωνίας γὰρ * ἰάσας, οὐδὲν ἔλαττον ἕκαστος αὐτάρκως βιωσεῖ καθ' αὑτόν. δοκεῖ μὲν γὰρ ὁ αὐτάρκης μηδενὸς αὖ ἄλλω πρός γε τὰν αὐτῶ διεξαγωγὰν ποτιδεῖσθαι. αἱ δ' ἄρα διὰ βίον ἐνεργὰ ζῶσα, δᾶλον ὡς καὶ ἕτερα αὖ προσλάβοι, οὐδέν τι ἔλαττον αὐτὸν αὐτάρκεα ποιοῖ. φίλως τε γὰρ ἕξει διὰ τὰν * αὐτῷ ἀρετάν· καὶ τοῖσδε χρώμενος, οὐ κατ' ἄλλαν ἀρετὰν χρήσεται, ἢ * ἅπερ καὶ ποτὶ τὸν αὐτῶ βίον. ἀνάγκα δὲ ἀκολουθὲν καὶ τᾷ τοιᾷδε οὐχ * ἀτίμως τινὸς ἐξαιρέτω ποτὶ αὐτὰ παρεσκευασμένως. χ' ὁ μὲν Θεὸς οὔτε διακόνως ἔχων, οὔτε ὑπηρέτας, οὔτ' αὖ προστάξει τινὶ χρώμενος, οὐδὲ στεφανῶν ἢ ἀναγορεύων τὼς πειθομένως, ἢ ἀτιμάζων τὼς ἀπειθέοντας, * οὕτως αὐτὸς ἄρχει * ποτὶ τοσῆνδε μέγεθος ἀρχᾶς. ἀλλ' οἶμαι παρέχων ἀξιομίματον * ὤυτὸν, ζᾶλον ἐντίθησι πᾶσι τᾶς αὐτῶ φύσιος. ἔντι δὲ αὐτὸς μὲν ἀγαθὸς, καὶ τόδε μόνον τε καὶ ῥᾴδιον ἔργον αὐτῶ. οἱ δὲ μιμεύμενοι τῶν αὐτὸν, κρέσσον τῶδε πάντα ἐργάζονται (ἁ δὲ ὁμοίωσις, καὶ ἕκαστον τῶδε αὐτάρκεας ἐντι) οὐ γὰρ ἄλλα μὲν ἀρετὰ ποιεῖ τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ, μιμεῖται δὲ αὐτὸν ἑτέρα. ὁ δὲ ἐπίγειος ἁμῖν βασιλεὺς, πῶς οὐχ ὁμοίως αὐτάρκης; ἀπεικάζων τε γὰρ αὐτὸν ἐνὶ αὖ ἀπεικάσει τῷ κρατίστῳ. ἐ * πᾶς ἑωυτῷ πειρώμενος ὁμοιῶν * αὐθ' ὅς ἐστι· * τὰ δὲ ὅσα βίας καὶ ἀνάγκας τὰς τῶν ὑποτεταγμένων, ἐνεστὶ ἑκάστω ταὶ περὶ ταὶ μιμασιν * προθυμία ἀφαιρέεται. χωρὶς εὐνοίας γὰρ ἀμάχανον ἐξομοιωθῆμεν, ἃ μάλιστα πάντων ἀφανίζει τὸ φοβερόν. ὡς εἴθε ἦν τὰς ἀνθρωπίνας φύσιος δυνατὸν ἀφίμεν, καὶ τὸ πειθοῦς τινος * δέχεσθαι. τόδε γὰρ τᾶς ἐπιγείω φαυλότατος τὸ λείψανον, καθ' ἃν ἐπίκαιρον ὂν τὸ ζῷον, ταύτας οὐκ ἀμοιρεῖ. ἐπειδὴ πειθὼ ἔργον τί ἐστι παρειπεῖν ἀνάγκα. πρᾶτα γὰρ ἀφ' αὐτᾶς αὐτὰ κατεργάζεται, τὰ παρ' ἐκείνας διέφυγεν. ὅσα δὲ αὐτοφυῶς τῷ καλῷ χρῆται, τούτοις οὐδεμία πειθοῦς αἰδώς· ἐπειδὴ περ οὐδὲ φόβος ἀνάγκας. ἐνεργάσαιτο δὲ αὖ μόνος ὁ βασιλεὺς ἀνθρώπω φύσει καὶ τόδε τὸ ἀγαθὸν, ὡς διὰ μιμάσιν αὐτῶ τῶ κρέσσονος ποτὶ τὸ δέον ἕπεσθαι. τὼς δὲ ὥσπερ ὑπὸ μέθας διεφθαρμένως, καὶ διὰ κακὰν

* αὐτῷ.
* ἐάσας.
* αὐτῷ.
* for. ἅπερ G.
* for ἀτίμως τινὸς ἐξαιρέτω ποτ' αὐτοῖς παρεσκευασμένως. G.
* οὕτως.
* ποτὶ.
* ὤυτόν.
Videtur corruptum exemplar Græcum. G. Inclusa parenthesis otioſa ſunt.
* lego πάλιν. Locus corruptus. G. Ego legerem ἀγαθὸς [illegible]. [illegible]
* lego προθυμίαν. G.
* διεξ lego, ut ſupra in ſermone de monarc. G.

ipſum inter ciues qu[illegible] ſit cogitatione communionem quæ ex co[illegible] dine conſtat exemerit. Ipſa ſiquidem di[illegible] & regia natura longe eſt inferior. Illæ enim minimè hac indigentia laborant: ſed alijs per animum exeuntes indigentium, commune explent auxilium. Virtute enim perfectæ ſunt. Amicitia autem quę eſt in ciuitate, cui communis quidam finis eſt propoſitus, concordiam Totius imitatur: ſine ſola uero magiſtratuum diſpoſitione, nulla ciuitas habitaretur. ad illam uerò leges ſunt neceſſariæ, & alicuius ciuilis imperij tum is qui regit tum is qui regitur, ſi per ſe conſeruetur. Ex his commune bonum concinnitas quędã & plebis conſenſus cum ſuadela concordi. Qui uirtute excellit, Rex nuncupatur, & talis eſt ſi talem habeat amicitiam & communionem cum ſuis ſubditis, qualem Deus habet cum mundo & ea quæ in mundo ſunt. Omnem autem beneuolentiam inſtrui oportet, primùm quidem à Rege erga ſubditos, deinde a ſubditis erga Regem: qualis parẽtis erga filium, & paſtoris erga gregẽ, & legis erga eum qui ea utitur.

Vna enim uirtus ad imperium hominis, & ad eius uitam. Vtetur uero nemine, inopia eũ a[illegible] ſens ad miniſterium, quod ipſe ſibi aliter ſecundũ naturam ſufficiat. Cùm enim ſit communio, nihilominus unuſquiſq; ſufficienter per ſe ipſum uiuet. Qui enim ſatis per ſe inſtructus eſt, nemine alio ad uitam tranſigendam uidetur in[illegible] per m[illegible] gere. Quòd ſi igitur actiua uita ſit uiuend[illegible] ſtat etiam ſi alia aſſumpſerit, nihilominus eum ſu[illegible] tentum effici. Amico[illegible] enim propter propriam uirtutem babebit, & his utens, non ſecundum aliam uirtutem utetur, quàm ea qua uitam ſuam inſtituit. Neceſſe eſt enim huiuſmodi uirtutẽ ſequi, cum nihil ipſa pręſtantius adſtrui poſsit. Et Deus quidem neq; miniſtros habet, neq; ſeruos, neque inſuper imperio quodam utens, neq; coronans, neq; denuncians obedientes, aut ignominia a[illegible] ciens immorigeros, ſic ipſe ſolus tam magn[illegible] perium adminiſtrat: ſed, ut credo, exhiben[illegible] ſe dignum imitatione, omnibus deſiderium in[illegible] it ſuę naturæ. Eſt autem ipſe quidem bonus, & in hoc ſolùm opere, eoq; facili occupatur. Qui autem ipſum imitantur, eo melius omnia operantur. Non enim alia eſt uirtus, quæ Deo grata facit, alia quæ illũ imitatur. Terrenus uero noſter Rex quom[illegible] do non pariter ſe ipſo contentus ſit. Vni enim optimu ſe aſsimilauerit, & omnes ſibi ſimiles reddere, enitẽs bonus erit. Quæcunq autem uim [illegible] ferunt & cogunt ſubditos, interdum ſingulis [illegible] critatem illam, qua ad imitationem ducuntu[illegible] au ferunt. Nam ſine beneuolentia aſsimilatio [illegible] e-ri non poteſt. quæ quidem beneuolentia una omnium maximè terrorem tollit. Atq; utinam [illegible] ud hominum ingenium tolli poſſet, neq; perſuaſi[illegible] e ulla indigeret. Hæc enim eſt terrenæ prauitatis reſiduum, qua temporarium hoc animal [illegible] deſtituitur. Siquidem perſuaſio res eſt propin[illegible] qua neceſsitati. Ipſa enim prima ab [illegible] la perficit ea quæ ipſam (neceſsitatem) effugerunt. Quæcunque autem natura propria boni [illegible] ſuum admittunt, in illis nulla eſt perſuaſionis reuere[illegible] ſiquidem neq; neceſsit[illegible] s metu tene[illegible] tur. P[illegible] o ſolus Rex in humana natura hoc etiam b[illegible] m poſsit operari, ut per eius quod melius eſt, imitationem decorum cunſe[illegible] aretur. Q[illegible] uer[illegible] tanquam ebrietate corrupti ſunt, & ob prau[illegible] n cationem in eius obliuionẽ inciderunt, aſſum[illegible] ta

o[illegible]

oratio confirmat eos & ægrotātes ſanat, & ipſam obliuiuuem quæ ex prauitate in ipſis habitat aijciens memoriam intus collucat, ex qua Pytho illa oritur. Ita ex prauis ſeminibus illa initiuin ſumens, aliquid buni producit terrenam habitantibus regiooem, in qua propter naturæ noſtræ imbecillitatem oratiu in hominum colluquijs uſitata explet illud qđ prauitate noſtra nobis deficit.

Ibidem.

Quiſquis ſacram & diuinam habet cogitationem reuera Rex eſt, bac enim perſuaſus, bonorū quidem omnium authur erit, nullius autem mali. Imò uerò futurum eum iuſtum quòd ad communiunem ſit cumparatus, cuius eſt manifeſtū. Communio anim eſt ſita in æqualitate, & in eius diſtributione, præcedit quidem iuſtitia, communiu uerò participat. Neque enim fieri poteſt ut quiſpiam ſis iniuſtus, æqualitatem autem diſtribuat, aut diſtribuat ęqualitatem, ueque ad communicationem ſit comparatus. Quomodo autem quiſpiam eum cuntinenté non exiſtimauerit qui ſuis rebus sautùm fuerit cuntentus? Siquidē ſumptuoſitas, marer eſt incūnnentiæ, hęc uerū petulātię, ex qua sam multa in homines mala deriuātur. Frugalitas aūt non domatur per ſumptuoſitatē, uel per reliqua quæ ab ipſa prouenīūt, ſed quaſi ipſa quędam princeps exiſtat, omnia quidem regit, à nullu aūt regitur. Quud eſt quidē propriū Dei, ſed & ipſius Regis imperare quidem (unde etiā αὐτάρκης uocasur) nullius aūt imperiū pati. Quod autē hæc ſine prudentia non fiant, certū eſt. & hoe apparet Deū eſſe mundi prudentiā: ſiquidē eleganti urnatu & decenti diſpoſitiune cōtinetur: quod ſine mente fieri nuu puſſet. Neq; etiā ipſe Rex ſine prudentia his eſſet præditus uirtutibus, nēpe iuſtitia, continentia, cōmunione, & quæcunq; bis ſunt affinia.

τεσφὰν ἐς λάθαν ἐμπεσόντας *αὐτῷ περιλαφθεὶς ὁ λόγος, ἐπέρρωσέν τι καὶ κάμνοντας ἰάσατο, καὶ τὰν ἐκ τᾶς κακίας ἐνοικεῦσαν αὐτοῖς λάθαν ἐκβαλὼν, τὰν μνάμαν συνῴκισεν, ἐξ ἇς ἀπετέχθη ἁ καλεομένα πειθώ. καὶ ταὶ ἀρχαὶ ἐκ φαύλων σπερμάτων λαβῶσα αὕτα, τι σπουδαῖον ἐκφύη ταὶ ἐπίγειον *οἰκεῦσαν χώραν, ἐν ᾇ δὴ ἀσθένειαν τᾶς ἁμῶν φύσιος ὁ λόγος ἀνθρώποις ὁμιλέων, ἀναπληροῖ τε *τῶν διὰ κακίαν ὑστερευμένων.*

αὐτόθι

Ἅπερ ἱερὰν καὶ θείαν ἔχων ἔννοιαν, τῷ ὄντι βασιλεὺς ἐστί. ταῦτα γὰρ πεπεισμένος, ἀγαθῶν μὲν πάντων αἴτιος ἐσεῖται, κακῶν δὲ οὐδενός. οὐ μὰν, ἀλλ' ὅτι γε δίκαιος ἐσεῖται κοινωνικὸς ὤν, παντὶ τῷ δᾶλον, ἐν ἰσότατι γὰρ ἁ κοινωνία, καὶ ἐν τᾷ ταύτας ἀποδιανομᾷ. ἐξάρχει μὲν ἁ δικαιοσύνα, μετέχει δὲ ἁ κοινωνία. οὐ γὰρ δυνατὸν ἄδικον μὲν ἦμεν, μεταδιδόμεν δὲ ἰσότατος· ἢ μεταδιδόμεν ἰσότατος, μὴ κοινωνικὸν δὲ ἦμεν. ἐγκρατέα δὲ πῶς οὐκ ἂν ὑπολάβῃ τις τὸν αὐτάρκη; ἁ γὰρ πολυτέλεια, μάτηρ τᾶς ἀκρασίας· αὕτα δὲ τᾶς ὕβριος, ἐξ ἇς τὰ ἐν ἀνθρώποις κακῶν τὰ πολλά. ἁ δὲ αὐτάρκεια, *οὐδ' αὐτὶ, καὶ πολυτέλειαν, οὔτε τὰ ἀπ' αὐτᾶς. ἀλλὰ αὐτά τις οὖσα ἀρχά, πάντα μὲν ἄγει· ἄγεται δ' ὑπ' οὐδενός. ὅπερ ἐστὶ μὲν τῷ θεῷ, ἔστι δὲ καὶ τῷ βασιλῆ, αὐτῷ μὲν ἄρχεν (ἀφ' ὅπερ καὶ ὁ αὐτάρκης καλέεται.) ἄρχεσθαι δ' ὑπ' οὐδενός. ταῦτα δὲ, ὅτι μὲν φρονάσιος χωρὶς οὐκ ἂν γένοιτο, δᾶλον. ὅτι δὲ ἁ τῶ κόσμω φρόνασις ὁ θεός ἐντι, φανερόν. συνέχεται γὰρ εὐκοσμίᾳ τε καὶ τάξει τᾷ δεούσᾳ. νόω δὲ χωρὶς, οὐκ ἂν αὐτὰ γένοιτο. οὐδ' ὁ βασιλεὺς δὴ χωρὶς φρονάσιος πάντας ἂν ἔχοι τὰς ἀρετάς· δικαιοσύναν φαμὶ καὶ ἐγκράτειαν καὶ κοινωνίαν, καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά.

* ſolitos τῶ περιοτον. G.
* leg. οἰκεῦσι. G.
* ὥστε ἔχῃ.
* Videtur aliquid deeſſe. G. Ego ita lego poſſe arbitror τὰ διὰ κακίαν ὑστερεύμενα.
* Hunc locum ita reſtituo: οὐδ' ἀμᾶξαν πολυτέλειαν ἂν ὑπομείνῃ ἀπ' αὐτᾶς.

LEGES ARCHYTAE.

LEGES Deorum non ſcriptæ improbis conſuetudinibus aduerſantes, malum fatum & pœnam immurigeris conſtituentes: parentes & duces ſcriptarum legum & conſtitutionum quæ ſunt hominibus impuſitæ.

ΠΟΝΗΡΩ͂Ν ἀθέων νόμοι θεῶν ἄγραφοι ἀντινομιζόμενοι, πονηρὰν μοῖραν καὶ ζημίαν τοῖς μὴ πειθομένοις διδόντες, πατέρες καὶ ἡγεμόνες τῶν γεγραμμένων νόμων, καὶ δογμάτων ἀνθρώποις τεθέντων.

LEGES DIOTOGENIS IN LIB. DE SANCTITATE.

HOneſtum boc inſuper Deum initiu cœnę & prandij inuucari, nun quaſi ipſe aliquo hurum indigeat, ſed us animus tantum ornamentū ex hac recordatione accipiat. Cū enim ab ao ſimus, & Numinis facti participes, decet nus illud huuore proſequi. Cùm autem Deus iuſtus ſit æquum enam eſt nos iuſtè umnia facere. Inſuper quatuor ſunt cauſæ quæ omnia conſummant & ad finem perducunt, Natura, Lex, Ars & Furtuna. (Ac Natura quidem omnium quæ exiſtuut generaliter eſt principium.) Eorum uerò quæ ex muribus ad concordiam ciuilem adducunt lex præſes eſt ac effectrix. At eurum quæ humana prudentia perficiuntur ars meritò mater ac principium nuncupetur. Eurum autem quæ temerè ac prout contigit ſponte ſimiliter prubis & imprubis accidunt, Fortunam cauſam eſſe pronunciamus: quæ ſine modo ac ſine ullo concinnata ac inſipiens omnia conficit.

*ΚΑλῶς δὲ καὶ τὸ τὸν θεὸν ἐν ἀρχᾷ τῶ δείπνω καὶ τῶ ἀρίστω ἐπικαλεῖσθαι, οὐχ ὡς δεόμενον τινὸς τῶν τοιούτων· ἀλλ' ὡς τὸ μνασθέντα κατακοσμηθῆμεν τὰν ψυχάν. ἐπειδὴ γὰρ ἀπ' αὐτῶ ἐσμὲν, καὶ κεκοινωνήκαμεν τῶ θείω, (*κρέσσονα ἄμμες· διὸ καὶ βουλόμενα) δικαίως ἂν ἅπαντα ἁμᾶς ἐπιτελέειν δικαιοπραγέοντας. ἐπεὶ γὰρ τέτορες αἰτίαι τὰ σύμπαντα περαίνοντι, καὶ ἐπὶ τέλος ἐπιτίθεντι, φύσις, καὶ νόμος, καὶ τέχνα, καὶ τύχα. καὶ τῶν μὲν *ἐξ ἄθεος ποτὶ συμφωνίαν πολιτικὰν φερόντων, νόμος ἐπιστάτης καὶ δημιουργός. τῶν δὲ διὰ φρονήσιος ἀνθρωπίνας τελεσθέντων, τέχνα λέγοιτο δικαίως, μάτηρ τε καὶ ἡγεμὼν ἦμεν. τῶν δὲ εἰκᾷ τε καὶ ὡς ἔτυχεν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ὁμοίως συμπιπτόντων τοῖς χρηστοῖς τε καὶ πονηροῖς, τύχαν τῶν τοιούτων αἰτίαν φάσκομες. ταύταν δὲ οὔτ' ἐν μέτρῳ, οὔτ' ἐν ὅρῳ *τεταγμέναν, *καὶ πεφρονηκυῖαν ἑκάστα
*ποιεῦν.

* Καλόν.
Parentheſi incluſa obſcura ſunt. Apparet autem aliquid deeſſe, quoniam de natura nihil dicit. G. Ego uero exiſtimabā poſſe legi δι' ἃ κρέσσονα ἁμᾶς. δικαίως δ' αὐτῶ ὄντος δικαίω ἄν.
* Quod de natura deeſt ex ipſius Greſneri ſententia ſupplemus: τῶν μὲν ἄρχουσα ἁ φύσις πρῶτον ἀρχά. τῶν δ' ἐξ ἄθεος [illegible]
* [illegible] G. [illegible]

Τοὺς βουλευομένους καὶ πράττοντάς τι, ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι χρή. τὸ γὰρ ἄριστον, ὥσπερ ἁ παροιμία φατὶ, τὸν θεὸν ἦμεν αἴτιον πάντων τούτων. ἔτι δὲ φαύλων πράξεων ἀπέχεσθαι, καὶ μάλιστα διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ξυμβουλίαν. οὐδεμία γὰρ ἀδίκου θεῷ κοινωνία. βοηθεῖν δὲ ἕκαστον ἑαυτῷ, καὶ παρακελεύεσθαι κατ' ἀξίαν τῶν δικαίων μεταλαμβάνειν καὶ πράσσειν. τὸ γὰρ ὑπὲρ μικρῶν καὶ μεγάλων ὁμοίως διατείνεσθαι, ἄγαν μικροπρεπὲς δοκεῖ ἦμεν καὶ ἀνελεύθερον. διὸ φροντίζειν, τῷ μὴ * σφόδρα ἐς τὰ μάκιστα καὶ τὰ μεγάλα ἐμπίπτειν· ἀλλὰ κατ' ἀξίαν τὰν ἑαυτῶ καὶ δυναμίαν, μετιόντα ἑκάστῳ πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, ὅπως τίμιος ᾖς καὶ σεμνός.

* ὑπερσφόδρα ἀναγνῶναι. G.

Ἀδίκῳ ἀνδρὶ, ἢ γυναικὶ, κεκριμένοις ὑπὸ πόλεως, ἐπαρωγὴν μὴ ποιεῖσθαι, μηδὲ ὁμιλεῖν μηδένα, ἢ ὀνειδίζεσθαι ὡς ὄντα ὅμοιον, ᾧ ὁμιλεῖ. τοὺς δὲ προκεκριμένους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἀγαπᾶν, καὶ συντυγχάνειν αὐτοῖς, τελεῖσθαί τε τὴν μεγίστην καὶ τελειοτάτην τελετὴν, ἀνδραγαθίαν μιμουμένους ἐπ' ἀληθείᾳ καὶ κτωμένους τὴν ἀρετήν. οὐδεὶς γὰρ ἀνὴρ τέλειος ἄνευ ταύτης. πολίτῃ δὲ ἀδικουμένῳ βοηθεῖν, καὶ οἴκοι, καὶ ἐπὶ ξένης. ξένον δὲ πάντα, τὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι σεβόμενον, καὶ κατὰ τοὺς οἰκείους νόμους, εὐφήμως καὶ οἰκείως προσδέχεσθαι, καὶ ἀποστέλλειν, μεμνημένους Διὸς ξενίου ὡς παρὰ πᾶσιν ἱδρυμένου κοινοῦ θεοῦ, καὶ ὄντος ἐπισκόπου φιλοξενίας τε καὶ κακοξενίας.

Ἡγεῖσθαι δὲ καὶ παραγγέλλειν πρεσβυτέρους νεωτέροις * τῷ αἰδεῖσθαι, καὶ αἰσχύνεσθαι τὰ κακὰ, φανεροὺς ὄντας αὐτοὺς αἰσχυνομένους καὶ αἰδουμένους. ὡς ἐν αἷς τῶν πόλεων πρεσβύτεροι ἀναισχυντοῦσι, φύονται παῖδες αὐτῶν καὶ παίδων παῖδες ἀναίσχυντοι. ἀκολουθεῖ δὲ ἀναισχυντίᾳ καὶ ἀναιδείᾳ, ὕβρις καὶ ἀδικία· τούτοις δὲ ἔπεται ὄλεθρος. μηδεὶς δ' ἔστω ἀναιδὴς, ἀλλὰ σωφρονείτω ἕκαστος, ὡς τούτῳ τευξόμενος * θεὸν ἵλεων καὶ σωτηρίας. οὐδεὶς γὰρ κακὸς θεοφιλής. τιμάτω δὲ ἕκαστος τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ μισείτω τὸ αἰσχρὸν, καὶ τὸ ψεῦδος· ταῦτα γὰρ ἀρετῆς σημεῖα καὶ κακίας. διὸ χρὴ συνεθίζειν ἐκ παίδων κολάζοντας μὲν τοὺς φιλοψευδεῖς, φιλοῦντας δὲ τοὺς φιλαληθεῖς, ἵν' * ἐμφυσιοῦται ἑκάστῳ τὸ κάλλιστον καὶ γονιματώδέστερον τῆς ἀρετῆς. προσποιείσθω δὲ ἕκαστος τῶν πολιτῶν, σωφρονεῖν μᾶλλον, ἢ φρονεῖν· ὡς ἡ προσποίησις τοῦ φρονεῖν, μέγα σημεῖον ἀπειροκαλίας καὶ σμικρότητος. ἔστω δὲ ἡ προσποίησις τοῦ σωφρονεῖν, ἀληθής. μηδεὶς γὰρ πλαττέσθω γλώσσῃ καλὰ ἔργα, πράξεως καὶ διανοίας στερόμενος ἀγαθῆς.

* τῶ.

* Θεῶν. G.

* forte etiam ἐμφύεται.

Χρὴ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλάττειν, καθάπερ πατρικὴν, εὐπειθοῦντας καὶ σεβομένους. ὡς ὁ μὴ διανοούμενος οὕτω, λήσει δίκην κακῆς βουλῆς δαίμοσιν ἐστιούχοις. ἄρχοντες γὰρ ἑστιοῦχοι πόλεως, καὶ πολιτῶν σωτηρίας.

Χρὴ δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας δικαίως προεστάναι τῶν ἀρχομένων, καθάπερ τέκνων ἰδίων, ἔχθραν καὶ φιλίαν, καὶ θυμὸν ἐν τῷ κρίνειν κοιμίσαντας.

Ἐπαινείσθωσαν δὲ καὶ εὐδοκιμείσθωσαν, ὅσοι ἂν ὄντες εὔποροι τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπαρκῶσιν, ὡς τέκνα, καὶ ἀμυντῆρας σώζοντες τῆς ἑαυτῶν πατρίδος. ἐπαρκείτωσαν δὲ

Qui deliberant, aut quippiam agunt, à Dijs debent initium ſumere, ſiquidem optimũ eſt, ut parœmia dicit, Deum eſſe horũ omnium authorem. Inſuper à prauis actionibus abſtinere, & maximè propter conſiliũ quod cum Deo commune habemus: ſiquidem nullũ ſit Deo cum iniuſto commercium. Oportet prætereà quenq; ſibi auxiliari, & ſeſe ad capeſſenda & agenda iuſta quæ dignitati reſpondent incitare. Nam perinde tam in paruis, quàm magnis rebus æqualiter ſe gerere, nimis abiectũ & illiberale eſſe uidetur. Ideò diligenter aduertẽdum eſt, ne ualde in res amplas & magni momenti incidas: ſed pro ratione dignitatis ſuæ & uirium, ſingulis ponderatis, in rei adminiſtrationem incumbas, ut inde gloriam tibi, & grauitatem concilies.

Iniuſto uiro aut mulieri, qui iam ciuitatis iudicium ſubierint, nemo auxiliator, eiuſq; conſortio ne ſe adiungito, aut quaſi ei ſimilis qui cum uerſatur opprobrio afficitor. Qui autem præiudicio bonorum uirorũ opinionem ſibi cõpararunt amantor, cõuerſationemq; illorum nullus aſpernator, ac eorum probitatem uerè ac uirtutem imitando maximum hoc & abſolutiſsimũ ſacrificiũ obeunto. Sine illa enim nemo hominum eſt perfectus. Ciui qui iniuria ſit affect⁹ ſiue domi ſiue peregrè auxilium exhibetor: quiuis peregrinus, qui in patria ſua reuerentia afficiatur, idq; ſecundum leges domeſticas, bonis uerbis & familiariter excipitor, idemq;, hoc in memoriam reducto apud omnes communem Deum, Iouem Hoſpitalem eſſe conſtitutum, qui hoſpitalitatem & inhoſpitalitatẽ obſeruet, remittitor.

Præſint uerò iunioribus ſeniores, horrenturq; eos ut pudore & uerecundia à uitijs deterreãtur, quod fiet ſi eodem pudore & uerecundia ipſimet teneri uideantur. Siquidem in ijs ciuitatibus in quibus ſenes impudentes fuerint, liberi eorum & nepotes tales etiam naſcuntur. Impudentiam autem ac inuerecundiam petulantia & iniuſtitia comitantur: has uerò ſequitur exitium. Impudens uerò nemo eſto, ſed quiſque modeſtus & temperans, quaſi hoc pacto Deum propitiũ & ſalutem ſit conſequuturus. Nullus enim malos à Deo diligitur. Porrò honeſtatem & ueritatem ſinguli colunto, turpitudinem ac mendacium odio proſequunto. Hęc ſunt enim uirtutis & nequitię ſigna. Ideo iam inde à pueris aſſueſcendũ eſt ut mentiendi ſtudioſi caſtigentur, ueritatis uerò amatores diligantur, ut quod præſtantiſsimum & fœcundiſsimũ uirtutis eſt ſingulis inſeratur, ita ut quodammodo cum eorum natura coaleſcat. Porro ſinguli ciuium temperantiam potius quàm prudentiam profiteatur. Prudentię enim uendicatio magnum eſt ruſticitatis & anguſti animi iudicium. Temperantiæ uerò uendicatio uera nec fucata eſto. Nemo enim lingua honeſta facta fingat, cum alioqui effectũ illa nõ ſortiãtur & bona mẽte ſit deſtitut⁹.

Oportet etiã erga principes beneuolentiã conſeruare quaſi parentibus debitã, eos nimirũ obedientia & reuerẽtia proſequendo. Qui enim aliud cogitauerit praui conſilij pœnam dæmonibus ſeu ciuitatibus cuſtodibus luet. Principes enim ciuitatis & ciuium ſalutis tutelã ac dominiũ obtinẽt.

Oportet uerò & principes iuſtè præeſſe ſubditis, quaſi proprijs liberis, ôdium & amicitiam ac iracundiam in iudicando ſopientes.

Laudantur uerò & celebrantor, quicunque opibus affluentes egenis opitulantur, quaſi nimirum pueros & defenſores ſuæ patriæ conſeruent. Iis autem qui fortunæ culpa non ex ocioſa & intempe-

intemperante olta egeſtate conflictantur, ſuccurrunto. Fortona enim res eſt omnibus communis: uita autem ocioſa & intemperãs improbis hominibus peculiaris.

Porrò honeſtum cenſeatur indicare ſiquis eliũ iniuſtè qoippiam patrare reſcioerit ut ciuitas ſeruetur, quæ multos habet ſuæ concinnitatis cuſtodes, Qoi aotem indicat, etiamſi domeſticos ac neceſſarios denuociauerit pro pio habetor: nihil enim eſt nobis patria conionctius. Reuelantor autem oõ qoæ per inuitam imprudẽtiam facta ſuot, ſed quaotum ax deliberato quiſpiam peccauerit. Qoi autem detectus eſt, ſi ei qui indicauit, inimicum ſe gerat, odio omnibus eſto, ut pœnam ingratitudiois luat, qua ſanantem ſe priuat, ſanantem, inquam, à maximo morbo nempe inioſtitia.

Hæc autem pro maximis ſceleribus habentor, Deorum contemptus, ſponte parentes malis affici, magiſtratus & leges negligere, ſponte iuſtitiam uiolare. Iuſtiſsimus uerò & ſanctiſsim⁹ ciuis eſto, qui ea colit, & eos qui illa cõtemnunt apud ciues & magiſtratus indicat.

Pro patria mortem oppetere honeſtios eſt qoã ſtudio uitæ eam deſerere ſimul cũ honeſtate. Longè enim præſtantius eſt honeſtè occumbere quá turpiter & ignominioſè oiuere.

Oportet uerò & quenq; ex defunctis honore proſequi, nõ lacrymis, neq; luctibus, ſed bona recordatione, & ſingolis annis fructuum oblatione. Ingrati enim aduerſus terrenos dæmones quodammodo uidemur, ſi ſupra modum lugeamus.

Nequis autem ob iniuſtum damnum quempiã conuicijs proſcindat. Res eſt enim diuioior bene quam male de aliqoo loqoi.

Is oerò ꝓ meliore ciue exiſtimetur q̃ iram uincit, q̃ qui ꝑ eã delinq̃t. Qui fana & prætoria ſumptuoſitate priuatorũ antecellit, non laudator, ſed opprobrio afficitor. Nihil enim priuatũ magis magnificum ac præſtantius publicis eſſe debet.

Qui diuitijs & pecunijs ſeruit contẽnitor, quaſi poſillanimi & illiberalis, & obſtupefactus à ſumptuoſis poſſeſsionibus, uitaq; Tragica, ac ſimplici animo eſſa cenſeatur. Qui enim eſt magnanimus longè ante omnia humana præcogitat, ac à oullo horum cùm acciderit, conturbetur.

Nemo turpia loquetur, ne cogitatione ad turpia opera pruprius accedat, & animũ impudentia & ſceleribus repleat. Quæ enim honeſta ſunt & amabilis proprijs nominibus & à lege cooſtitutis nuncupamus. Quæ uerò odio proſequimur, eorũ etiam nomenclaturam propter turpitudinem explodimus. Sit uerò & turpe, rem turpem eloqui.

Vxorem quiſq; legitimam diligat & ex ea prolem ſuſcipiat. In nihil aotem aliud ſuorum liberorum ſemen immittat: nec quod natora & lege preioſom eſt, illegitimè expendat, & flagitium perpetret Natura enim ad liberos geoerandos, non ad libidinem ſemen procreat.

Vxorem aũt caſtam eſſe oportet, neq; impium coitum aliorum uirorũ admittere, quaſi iuſta iracundia Dæmonum incolas eijcientium & odia creantiom occurrente.

Qui liberis nouercam ſoperinducit laudem nõ conſequatur, ſed opprobrijs afficiatur quaſi domeſticæ diſſenſionis author.

Cæterùm oportet ea quæ prædicta ſunt obſeruare: qui ea uiolauerit ciuili execrationi oboxius eſto.

τοῖς διὰ τύχην πενομένοις, καὶ μὴ διὰ βίον ἀργὸν καὶ ἀκρατῆ. ἡ μὲν γὰρ τύχη, πᾶσι κοινόν· ὁ δὲ ἀργὸς καὶ ἀκρατὴς βίος, κακοῖς ἀνδράσιν ἴδιος.

Καλὸν δὲ ἔστω καὶ μηνύειν ἐάν τις τινα εἰδῇ ἀδικοῦντα, ἵνα ἡ πολιτεία σώζηται, πολλοὺς ἔχουσα τῆς εὐκοσμίας φύλακας. ὁ δὲ μηνύων, εὐσεβὴς ἔστω, κἂν τὰ τῶν οἰκειοτάτων ἐξαγγέλλων· οὐδὲν γάρ ἐστιν οἰκειότερον πατρίδος. ἐμφανιζόντων δὲ μὴ τὰ δι᾽ ἀκούσιον ἄγνοιαν γιγνόμενα, ἀλλ᾽ ὅσ᾽ ἂν ἐκ προνοίας τι ἁμαρτάνωσιν. ὁ δὲ ἐμφανισθεὶς, ἂν ἐξελεχθῇ τῷ μηνύσαντι, μισείσθω ὑπὸ πάντων δίκην διδοὺς ἀχαριστίας, ἧς ἀποστερῇ τὸν ἰατρεύοντα μεγίστην νόσον ἰατρευόμενος ἀδικίαν.

Ἔστω δὲ μέγιστα ἀδικήματα, Θεῶν καταφρόνησις, καὶ γονέων κάκωσις ἑκούσιος, καὶ ἀρχόντων καὶ νόμων ὀλιγωρία, καὶ ἑκούσιος ἀτιμία δικαιοσύνης. δικαιότατος δὲ ἔστω καὶ ὁσιώτατος πολίτης, ὁ ταῦτα τιμῶν, καὶ ἐμφανίζων πρὸς πολίτας, καὶ ἄρχοντας, κατὰ τῶν καταφρονούντων.

Τὸ ὑπὲρ πατρίδος ἀποθνήσκειν σεμνότερον ἔστω, ἢ γλιχόμενον τοῦ ζῆν ἐγκαταλιπεῖν αὐτὴν, καὶ τὸ καλόν. κρεῖττον γὰρ τεθνάναι καλῶς, ἢ ζῆν αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως.

Χρὴ δὲ καὶ τῶν τελευτώντων ἕκαστον τιμᾶν, μὴ δακρύοις, μηδὲ οἴκτοις, ἀλλὰ μνήμῃ ἀγαθῇ, καὶ τῇ τῶν κατ᾽ ἔτος ὡραίων ἐπιφορᾷ· ὡς ἀχαριστίας οὔσης πρὸς δαίμονας χθονίους, λύπης ὑπὲρ τὸ μέτρον γιγνομένης.

Βλασφημείτω δὲ μηδεὶς ἐπ᾽ ἀδίκῳ βλάβῃ περὶ μηδενός. θειότερον γὰρ εὐφημία κακηγορίας.

Νομιζέσθω δὲ πολίτης ἀμείνων, ὁ τῆς ὀργῆς κρείττων, μᾶλλον τοῦ διὰ ταύτην πλημμελοῦντος.

Ὁ ἱερὰ καὶ ἀρχεῖα ὑπεραίρων τῇ πολυτελείᾳ τῶν ἰδίων, μὴ εὐδοξείτω, ἀλλ᾽ ὀνειδιζέσθω. μηδὲν γὰρ ἔστω ἰδιωτικὸν, μεγαλοπρεπέστερον καὶ σεμνότερον τοῦ δημοσίου.

Ὁ πλούτῳ καὶ χρήμασι δουλεύων, καταφρονείσθω, ὡς, μικρόψυχος ὢν, καὶ ἀνελεύθερος, καὶ καταπεπληγμένος ὑπὸ κτημάτων πολυτελῶν, καὶ βίου τραγῳδουμένου, καὶ εὐτελὴς εἶναι τὴν ψυχὴν ὑπολαμβανέσθω. ὁ γὰρ μεγαλόψυχος προδιανοεῖται πάντα παρ᾽ ἑαυτῷ τὰ παρ᾽ ἀνθρώποις, καὶ δὴ οὐδενὸς θορυβεῖται τούτων, ὅταν παραπίσῃ.

Αἰσχρορρημονείτω δὲ μηδεὶς, ὅπως ἂν μὴ προσοικοίη τὴν διάνοιαν ἔργοις αἰσχροῖς, μηδὲ ἀναπιμπλῇ τὴν ψυχὴν ἀναιδείας καὶ μιασμάτων. τὰ μὲν γὰρ εὐσχήμονα καὶ φίλα, τοῖς οἰκείοις ὀνόμασι, καὶ κειμένοις ὑπὸ τοῦ νόμου, προσαγορεύομεν. πρὸς ἃ δὲ ἐχθρῶς ἔχομεν, ἐξιστάμεθα καὶ τῆς προσηγορίας διὰ τὸ αἰσχρόν. ἔστω δὲ καὶ αἰσχρὸν, εἰπεῖν τὸ αἰσχρόν.

Γυναῖκα δὲ τὴν κατὰ νόμους ἕκαστος στεργέτω, καὶ ἐκ ταύτης τεκνοποιείσθω. εἰς ἄλλο δὲ μηδὲν προϊέσθω τέκνων τὴν αὐτοῦ σποράν· μηδὲ τὸ φύσει καὶ νόμῳ τίμιον, ἀνόμως ἀναλισκέτω, καὶ ὑβριζέτω. ἡ γὰρ φύσις τεκνοποιίας ἕνεκεν, οὐκ ἀκολασίας ἐποίησε τὴν σποράν.

Γυναῖκα δὲ σωφρονεῖν χρὴ, καὶ μὴ προσδέχεσθαι συνουσίαν ἀσεβῆ παρ᾽ ἄλλων ἀνδρῶν, ὡς ἀπαντώσης νεμέσεως παρὰ δαιμόνων καὶ ἐξοικιστῶν καὶ ἐχθροποιῶν.

Ὁ μητρυιὰν ἐπιγαμῶν μὴ εὐδοξείτω, ἀλλ᾽ ὀνειδιζέσθω, ὥσπερ αἴτιος ὢν οἰκείας διαστάσεως.

Χρὴ δὲ ἐμμένειν τοῖς εἰρημένοις, τὸν δὲ παραβαίνοντα, ἔνοχον εἶναι τῇ πολιτικῇ ἀρᾷ.

Προςτάσσει δὲ ὁ νόμος, ἐπίςασθαι τὰ προοίμια τοὺς πολίτας ἅπαντας, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ τοὺς παιᾶνας λέγειν, ᾧ ἂν προςτάσσῃ ὁ ἑςιάτωρ, ἵν' ἐμφυσιῶνται ἑκάςῳ τὰ παραγγέλματα.

Iubet autem lex, ut hæc procœmia à ciuibus omnibus teneantur, & in feſtis poſt pæanas mamorentur, ab eo cui id conuiuator iniunxerit, ut præcepts illa ſingulorum ingenijs inſerantur.

ZALEVCI PROOEMIVM LEGVM.

Τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, πάντας πρῶτον πεπεῖσθαι χρὴ, καὶ νομίζειν Θεοὺς εἶναι, καὶ ἀναβλέποντας εἰς οὐρανὸν, καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν, καὶ τάξιν. οὐ γὰρ τύχης, οὐδ' ἀνθρώπων εἶναι δημιουργήματα. σέβεσθαι δὲ τούτους καὶ τιμᾶν, ὡς αἰτίους ὄντας ἁπάντων ἡμῖν ἀγαθῶν, τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων. ἕκαςον οὖν ἔχειν καὶ παρασκευάζειν δεῖ τὴν αὑτοῦ ψυχὴν, πάντων τῶν κακῶν καθαράν. ὡς οὐ τιμᾶται Θεὸς ὑπ' ἀνθρώπου φαύλου, οὐδὲ θεραπεύεται δαπάναις, οὐδὲ τραγωδίαις τῶν ἀναλισκομένων, καθάπερ μοχθηρὸς ἄνθρωπος· ἀλλ' ἀρετῇ καὶ προαιρέσει τῶν καλῶν ἔργων καὶ δικαίων. διὸ ἕκαςον δεῖ εἰς δύναμιν ἀγαθὸν εἶναι, καὶ πράξει, καὶ προαιρέσει, τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι θεοφιλῆ· καὶ μὴ φοβεῖσθαι τὰς εἰς χρήματα ζημίας μᾶλλον τῶν εἰς αἰσχύνην τεινόντων· καὶ πολίτην ἀμείνονα ὀνομάζειν τὸν τὴν οὐσίαν προϊέμενον μᾶλλον τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου. ὅσοις δὲ μὴ ῥᾴδιον πρὸς ταῦτα τὴν ὁρμὴν πεπεῖσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν ἔχουσιν εὐκίνητον πρὸς ἀδικίαν, ὧδε ἡμῖν παρηγγέλθω πᾶσι τοῖς τοιούτοις πολίταις, καὶ πολίτισι, καὶ ξυνοίκοις, μεμνῆσθαι Θεῶν ὡς ὄντων, καὶ δίκας ἐπιπεμπόντων τοῖς ἀδίκοις· καὶ τίθεσθαι πρὸ ὀμμάτων τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐν ᾧ γίνεται τὸ τέλος ἑκάςῳ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ ζῆν. πᾶσι γὰρ ἐμπίπτει μεταμέλεια τοῖς μέλλουσι τελευτᾶν, μεμνημένοις ὧν ἠδικήκασι, καὶ ὁρμὴ τοῦ βούλεσθαι πάντα πεπρᾶχθαι δικαίως αὐτοῖς. διὸ δεῖ ἕκαςον παρ' ἑκάςην πρᾶξιν ἀεὶ συνοικειοῦν τὸν καιρὸν τοῦτον, ὡς δὴ παρόντα. οὕτω γὰρ ἂν μάλιςα τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου φροντίζειν. ἐὰν δέ τῳ παραςῇ δαίμων κακὸς τρέπων πρὸς ἀδικίαν, διατρίβειν πρὸς ναοῖς, καὶ βωμοῖς, καὶ τεμένεσι, φεύγοντα τὴν ἀδικίαν, ὡς δέσποιναν ἀσεβεςάτην καὶ χαλεπωτάτην, ἱκετεύοντα τοὺς Θεοὺς συναποτρέπειν αὐτήν. ἰέναι δὲ καὶ πρὸς ἄνδρας δόξαν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ, ἀκουσόμενον περὶ εὐδαίμονος βίου, καὶ κακῶν ἀνδρῶν τιμωρίας, ἵνα ἀποτρέπηται τῶν ἀδίκων ἔργων. * Δεισιδαιμόνων δαίμονας, ἀλάςορας. πάντας δὲ * τιμᾶν Θεοὺς τοὺς οἰκοῦντας τὴν πόλιν, καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις τοῖς πατρίοις * τοὺς Θεούς. πάτρια δὲ εἶναι τὰ κάλλιςα. πείθεσθαι δὲ τοῖς νόμοις ἅπαντας· καὶ τοὺς ἄρχοντας αἰδεῖσθαι, καὶ ἐξίςασθαι, καὶ ποιεῖν τὸ παραγγελλόμενον. ὡς μετὰ Θεοὺς, καὶ δαίμονας, καὶ ἥρωας, γονεῖς τε καὶ νόμοι καὶ ἄρχοντες παρεγγύς εἰσι τῶν τιμῶν παρ' ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσι, καὶ σωθησομένοις. πόλιν δὲ φιλαιτέραν μηδεὶς ἄλλην ποιείσθω τῆς αὑτοῦ πατρίδος, ὡς Θεῶν πατρῴων νεμεσώντων. ἀρχὴ γὰρ προδοσίας φύεται τοῖς τοιαῦτα βουλομένοις. ἔςι δὲ χαλεπώτερον, τῆς οἰκείας γῆς ςερόμενον, ζῆν ἐπ' ἀλλοτρίας. οὐδὲν γάρ ἐςιν οἰκειότερον πατρίδος. μηδὲ ἐχθρὸν ἀκατάλλακτον μηδεὶς μηδένα νομιζέτω τῶν πολιτῶν, οἷς ἐφήκασιν οἱ νόμοι μετέχειν τῆς πολιτείας· ὡς ὁ τοιοῦτος οὔτε ἄρξαι δύναιτ' ἂν, οὔτε δικάσαι καλῶς, τὸν θυμὸν ἔχων κυριώτερον τοῦ λογισμοῦ. μηδεὶς δὲ λεγέτω κακῶς, μήτε κοινῇ τὴν πόλιν, μήτε ἰδίᾳ τὸν πολίτην, ἀλλ' οἱ τῶν νόμων φύλακες ἐπιμελείσθωσαν τῶν πλημμελούντων, πρῶτον μὲν νουθε-

* Locus eſt mutilus at δεισιδαιμόνων, & cohæret ſuperioribus. Ego ita exiſtimaui poſſe legi, δεισιδαιμόνων δαίμονας ἀλ. πάντας δὲ τιμᾶν.
* Has uerba hinc expungo, quæ paulò ante inſerui, ubi in libro Geſneri duplex erat lacuna integrum locum, ut iam dico, reſtituendo.

QVi ciuitatem & regionē incolunt eos omnes oportet eſſe perſuaſos, & cenſere eſſe Deos, reſpicientes in cœlum, & mundum & rerum in ipſis concinnam diſpoſitionem, & ordinem: neq; enim fortunæ, neq; hominū eſſe opera. Ipſos uerò colere & honorare, ut qui ſint nobis authores omnium bonorum quæ aliqua ratione accidūt. Oportet ergo unumquenq; animam ſuā habere & ita cōparare ut à uitijs ſit pura. Etenim non honoratur Deus à prauo homine, neq; colitur ſumptibus, naq; tragicis impenſis ut uitioſus quiſpiam: ſed uirtute & inſtituto actionū quæ honeſtę & iuſtæ ſunt. Proinde oportet unumquenq; pro uiribus ſtudere, ut bonus ſit, tum actione, tum uoluntate, ſi Deo acceptus eſſe uelit: neq; magis reformidare mulctas quæ pecuniæ, quàm quæ honori infliguntur: & eum pro præſtantiore ciue appellare qui mauult bonorū, quàm honeſtatis & iuſtitiæ iacturam facere. Iis autem quos non eſt facilè ad hæc perſuaſione impelli, ſed ad iniuſtitiam procliues feruntur, ſalia à nobis denunciata ſint. Omnes huiuſmodi ciues uiri & fœminæ, & cociues meminerint Deos exiſtere qui iniuſtos iuſtè plectāt: ponantq; ob oculos tempus illud, in quo futurus eſt unicuiq; uitę exitus. Omnes enim morituros inuadit pœnitentia, cùm recordantur eorum quæ iniuſtè commiſerunt, & tamen uellent à ſe omnia iuſtè fuiſſe facta. Idcirco unumquenq; in ſingulis actionibus de hoc tempore tanquā præſente cogitare debet: ita enim fiet ut cum maiore diligētia honeſtatem & iuſtitiam exerceant. Si uerò cuipiam malus Dæmon affuerit à quo ad iniuſtitiam conuertatur, ille ad templa & aras, & ſacella commoretur, fugiens iniuſtitiam, tanquam dominam impiam maximè & moleſtiſsimā, Deosq; oret ut ſibi ad eam propulſandum auxilium ferāt. Ad eos etiam accedat qui ob probitatem ſunt illuſtres de beata uita & prauorum hominum ultione auditurus, ut ab iniuſtis actionibus deterreatur. Malos porrò genios ſolùm reformidabit: eos autem Deos colat quos ciuitatis etiam incolæ & alijs patrijs ritibus, quos ritus præſtātiſsimos cenſeat. Omnes etiā legibus obtemperent: Magiſtratus uereantur, ijs aſſurgant, & eorum mandata exequantur. Etenim poſt Deos, Dæmonas, & Heroas, parentes, leges, & magiſtratus proximos honores ſortiūtur apud homines qui ſanæ ſunt mentis & ſeruari uolunt. Ciuitatem autem chariorem nemo aliam faciat ſua patria, quaſi hoc Dij patrij iniquè ferant. Initium enim proditionis in ijs qui talia cupiunt innaſcitur. Inſuper grauius eſt eum qui patria ſua deſtituitur in peregrina uiuere. Nihil enim eſt nobis patria coniunctius. Nemo etiā quempiam è ciuibus quem leges participem ciuitatis eſſe patiuntur hoſtem irreconciliabilem ſibi habēdum eſſe exiſtimet. Si quidem uir eiuſmodi neque imperare, neque iudicare rectè poſsit, in quo ira ratione ſit potentior. Ne quis autem uel ciuitati in commune, uel priuatim ciui maledicat. Sed legum cuſtodes diligenter eos qui delinquunt obſeruent, primùm quidem ferendo leges,

deinde

deinde ſi non paruerint illos puniendo. Ex latis autem legibus ſi quæ non bené lata uideatur, in melius transſeratur: ubi uero manent omnes obtemperanto. Conditas enim leges ab hominibus ſuperari, neq; honeſtum eſt neq; códucibile: ſi quis uero à meliore lege uictus contineatur, & honeſtū eſt & utile. Eos autem qui hæc tranſilierint puniri oportet, quaſi ciuitati maximorū malorum cauſam inobedientiam aſtruentes. Magiſtratus uero præfracti ac intractabiles ne ſint, neq; ad offenſionem iudicent, neq; cúm iudicant aut amicitiæ, aut odij, ſed ſolius iuſti meminerint. Ita enim iudicia, quam iuſtiſsima ferent, digniq; erūt magiſtratu. Ergo ſeruos decet timore iuſtum aliquid facere, ingenuus uero ac liberos pudoris & honeſtatis cauſa. Ideó tales oportet eſſe magiſtratus, ut eos ſubditi dignos cenſeant, quorum pudore teneantur. Si quis autem quondam ex iam cóſtitutis legibus monere uoluerit, aut aliam inducere, ceruice in laqueum ſublata, de ea populum commonefaciat: & ſi collectis ſuffragijs uideatur ſoluendam eſſe legem, aut eam quæ infertur amplectendam, illæſus eſto: ſi uero prior rectior & melior uideatur, aut quæ infertur iniuſta ſit, is qui aut eam mouit aut hanc induxit, conſtricto laqueo moriatur.

τῶντες· ἐὰν δὲ μὴ πείθωνται, ζημιοῦντες. τῶν δὲ κειμένων νόμων ἐάν τις δοκῇ μὴ καλῶς κεῖσθαι, μετατιθέμεν ἐπὶ τὸ βέλτιον. μενόντων δὲ πάντας πειθαρχὲν* ὑπ' ἀνθρώπων μὲν ἡττᾶσθαι τὼς κειμένως νόμως. οὐ καλόν, οὐδὲ συμφέρον· ὑπὸ δὲ νόμω * βέλτιον ὡς ἡττώμενον καὶ κρατεῖσθαι, καὶ καλὸν καὶ συμφέρον. τὼς δὲ ταῦτα παραβαίνοντας χρὴ κολάζειν, ὡς κατασκευάζοντας τῇ πόλει μεγίστων κακῶν ἀρχάν, ἀναρχίαν. ἄρχοντας δὲ μὴ εἶναι αὐθάδεας, μηδὲ πρὸς ἐπήρειαν κρίνειν, μηδὲ μεμνῆσθαι κρίνοντας φιλίας, ἢ ἔχθρας, ἀλλὰ τῶ δικαίω. οὕτω γὰρ ἀποδώσουσι τὰς κρίσεις δικαιοτάτας, καὶ τᾶς ἀρχᾶς ἔσονται ἄξιοι. τὼς μὲν οὖν δούλως πρέπει διὰ φόβον πράττειν τι τῶν δικαίων, τὼς δὲ ἐλευθέρως δι' αἰδῶ καὶ τὸ καλόν. διὸ χρὴ καὶ τὼς ἄρχοντας εἶναι τοιούτως, ἵν' ἔχωσιν οἱ ἀρχόμενοι τὼς ἀξίως αἰσχύνης. ἐὰν δέ τις βούληται τῶν κειμένων νόμων κινεῖν, ἢ ἄλλον εἰσφέρειν νόμον, εἰς βρόχον εἴρας τὸν τράχηλον, λεγέτω τοῖς πολίταις περὶ αὐτῶ. καὶ ἐὰν μὲν διαψηφιζομένοις δόξῃ λελύσθαι τὸν νόμον, ἢ ὑπάρχειν τὸν εἰσφερόμενον, καὶ αὐτὸν ἀθῷον ἦμεν. ἐὰν δὲ ὁ προϋπάρχων μᾶλλον δοκῇ καλῶς ἔχειν, ἢ ὁ εἰσφερόμενος ἦ ἄδικος, τεθνάμεν τὸν κινοῦντα, ἢ εἰσφέροντα νόμον, ἐπισπασθέντος τῶ βρόχω.

* addo οὐ. G.

* lego βελτίονος ἡττώμενον. G.

DE OECONOMICA ADMINISTRATIONE. CALLICRATIDÆ LACONIS, EX LIBRO de Familiarum fœlicitate.

HOc igitur uniuerſum exiſtimandum eſt conſtitutionē eſſe cómunionis cognatę ac naturalis. Omnis aūt cóſtitutio ex diſſimilib. quibuſdā contrarijs cóſlatur, & ad unū aliquid quod ſit optimum cóponitur, ac ad cómune emolumentū refertur. Qui enim Chorus appellatur, conſtitutio quædā eſt Muſicæ cómunionis, & ad cómune aliquid refertur, nempe cócentū. Præterea etiā conſtitutio corporis circa nauē ex quibuſdā diſsimilib. & cótrarijs cóſtituitur, & ad aliquid qđ ſit optimū cópoſita eſt, nēpe gubernatorem, & ad cómunē utilitatē refertur, nimirū felicē nauigationé. Sic etiā familia, cū ſit cóſtitutio naturalis cómunionis ex quibuſdā diſsimilib. conſtituta eſt quæ ſunt ꝓpriæ eius partes, & ad unum aliquod optimū cópoſita eſt, nimirū patréfamiliás: ac ad cómunē utilitatē refertur, nēpe cócordiā. Et ut paucis dicá, omnis familia, nó ſecus ac muſicū organū his tribus indiget, inſtructione, concinnitate, & cótrectatione quadá ac uſu muſico. Inſtructio igitur eſt, cópoſitio omnium eius partium, ex quibus cópletur uniuerſa ac tota cóſtitutio naturalis cōmunionis. Partium aūt illius duæ ſunt primę & maximæ. Homo, & ipſa poſſeſsio, nempe id quod regitur, & uſum præbet. Vt ipſius animalis primæ & maximę partes ſunt, anima & corpus: & anima quidē eſt, ea quæ moderatur ac utitur: corpus uero id quod moderationem & uſum ſui exhibet, ac concedit: Et opes quidem ac facultates inſtrumentum eſt aſcititium uitæ humanæ: corpus uero natiuum & cognatū animæ inſtrumentum. Hominum uero qui familiam abſoluunt, alij quidem cognati, alij uero affines: Et cognati quidem ij ſunt qui ab eodem ſanguine producuntur, aut qui eandem habent originem, ex ijs qui primi genus illud diſſeminarunt: Affines uero cognati aſcititij qui initiū ex cōmunione cóiugij accipiūt.

ΤΟ μὲν ὦν ὅλον ὑπολαπτέον ἦμεν σύστημα κοινωνίας συγγενικᾶς. σύστημα δὲ πᾶν ἐκ τινων ἐναντίων ἀνομοίων σύγκειται, καὶ ποτὶ ἕν τι τὸ ἄριστον συντέτακται, καὶ ἐπὶ τὸ κοινὸν συμφέρον ἐπαναφέρεται. ὅ, τι γὰρ ὀνυμαινόμενος χορὸς σύστημά τι ἐστὶ κοινωνίας ᾠδικᾶς, καὶ ποτὶ ἕν τι κοινὸν ἐπαναφέρεται τὰν συνῳδίαν. ἔτι καὶ τὸ σύστημα τῶ σώματος περὶ τὰν ναῦν ἔκ τινων ἀνομοίων καὶ ἐναντίων συνέστακε, καὶ ποτὶ ἕν τι τὸ ἄριστον συντέτακται τὸν κυβερνάταν, καὶ ἐπὶ τὸ κοινὸν συμφέρον ἐπαναφέρεται τὰν εὔπλοιαν. οὕτω δὲ καὶ ὁ οἶκος, σύστημα κοινωνίας συγγενικᾶς ὑπάρχων, ἔκ τινων ἀνομοίων συνέστακε τῶν ἰδίων μερέων, καὶ ποτὶ ἕν τι τὸ ἄριστον συντέτακται τὸν οἰκοδεσπόταν, καὶ ποτὶ τὸ κοινὸν συμφέρον ἐπαναφέρεται τὰν ὁμοφροσύναν. * ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶς ὁ οἶκος καθάπερ ψαλτήριον τριῶν τούτων χρῄζει τυχὲν, ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἁφᾶς τινος καὶ χρήσιος μωσικᾶς. ἐξάρτυσις μὲν ὦν ἐστι, ἁ σύνθεσις τῶν * αὐτῶν μερέων ἁπάντων, ἐξ ὧν συμπληροῦται τὸ, τι ὅλον καὶ τὸ πᾶν σύστημα τᾶς συγγενικᾶς κοινωνίας. τῶν δὲ μερέων * αὐτᾶς, δύο πρᾶτα καὶ μέγιστα· ἄνθρωπος, καὶ κτᾶσις τὸ κυβερνώμενον, καὶ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρεχόμενον. ὥσπερ δὲ καὶ ζώω τὰ πρᾶτα μέρεα καὶ μέγιστα, ψυχὰ καὶ σῶμα· καὶ ψυχὰ μέν ἐστι τὸ κυβερνῶν καὶ χρεώμενον, σῶμα δὲ τὸ κυβερνώμενον, καὶ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρεχόμενον· καὶ ὁ μὲν βίος, ὄργανον ἐπίκτητον ζωᾶς τᾶς ἀνθρωπίνας· τὸ δὲ σῶμα, ὄργανον σύμφυτον καὶ συγγενὲς τᾶς ψυχᾶς. τῶν δὲ συμπληρούντων τὸν οἶκον ἀνθρώπων, τοὶ μὲν συγγενέες τοὶ δὲ οἰκεῖοι. καὶ συγγενέες μὲν, ἀπὸ τῶ αὐτῶ αἵματος γενόμενοι, καὶ τὰν αὐτὰν ἀρχὰν ἔχοντες, ἐκ τῶν κατασπειράντων πράτων τὸ γένος. οἰκεῖοι δὲ ἐπίκτατοι συγγενέες, ἀπὸ τᾶς τῶ γάμω κοινωνίας λαμβανόντες τὰν ἀρχάν.

* αὐτῶ.

* αὐτῶν. G. Ego αὐτῆς ut sup.

ὅσοι δὲ τυγχάνοντι, ἤτοι πατέρες, ἢ ἀδελφοί, ἢ ματροπάτορες, ἢ * πατροπάτορες, ἢ ἐν γένει τούτων ἔχοντες τι ἐκ τῶ γάμω συνελθέντων. εἰ δὲ καὶ τὸ τῶν φίλων ἀγαθὸν ἐπὶ τὸν οἶκον ἐπαναφέρεται (μέζων γὰρ οὕτως γίνεται καὶ μεγαλοπρεπέστερος, οὐ μόνον οὐσίᾳ καὶ συγγενείᾳ πληθυνόμενος, ἀλλὰ καὶ φίλων πολυπλαθείᾳ.) φανερὸν ὡς καὶ τοῦτο μέζονα ποιεῖ τὸν οἶκον, τὸ ἑταιρικὸν εἶδος τᾶς φιλίας, συγκαταριθματέον ἐν τᾷ συμπληρώσει τῶ οἴκω. τᾶς δὲ κτάσιος, ἃ μὲν ἐντὶ ἀναγκαία· ἃ δὲ ἐλευθέριος. ἀναγκαία μέν, ἃ ποτ' αὐτὰς ἐξυπηρετοῦσα τὰς τῶ βίω χρείας· ἐλευθέριος δέ, ἃ ποτὶ κόσμον καὶ διαγωγὰν ἄγοισα τὸν ἄνθρωπον, ὥστε μὴ ἑτέρων δέεσθαι. ἃ δ' ὑπερβάλλοισα κόσμον ἐλευθέριον καὶ * διεξαγωγάν, κατάρχα ὕβριος καὶ ὀλέθρω ῥιζοῦται τοῖς ἀνθρώποις. ἀνάγκη γὰρ τὼς πολλὰ ἔχοντας, τετυφῶσθαι πρᾶτον, τετυφωμένως δὲ ἀλαζόνας γίνεσθαι· ἀλαζόνας δὲ γενομένως, ὑπερηφάνως ἦμεν, καὶ μήτε ὁμοίως μήτε ἴσως ὑπολαμβάνεν τὼς συγγενέας, καὶ ὁμοφύλως, καὶ φυλέτας· ὑπερηφάνως δὲ γενομένως, ὑβριστὰς ἦμεν· ὕβριος δὲ πάσας ἔσχατον καὶ πέρας, ὄλεθρος. ἐπεὶ οὖν ἐν οἴκῳ καὶ πόλει περιουσιάζῃ τὰ περιοττά, τὸν νομοθέταν δεῖ περικόπτεν καὶ περιτέμνεν, ὡς ἀγαθὸν γεωργὸν τὰ φύλλα μὴ ἀνιέντα τᾶς κτήσιος. τῶ δὲ συγγενικῶ καὶ οἰκιακῶ μέρεος τῶ ἀνθρώπω τριττὸν εἶδος. τὸ μὲν γὰρ ἐντὶ ἄρχον· τὸ δ' ἀρχόμενον· τὸ δὲ ἐπίκουρον τῶ οἴκω καὶ τᾶς συγγενείας. καὶ ἄρχει μὲν ὁ ἀνήρ· ἀρχόμενον δὲ ἁ γυνά· ἐπίκουρον δὲ τὸ γενναθὲν ἐκ τούτων.

* προπάτορες. Geſ. Sed lectio in texto recepta conuenit ſenſui.

* διαγωγάν. G.

Hi uerò ſunt, uel patres, uel fratres, uel aui materni, uel aui paterni, aut aliquid tale horum habens qui nuptijs coniunguntur. Si uerò etiam amicorum bonum ad familiam refertur (hoc enim pacto maior fit & magnificentior, nō ſolùm ſubſtantia & cognatione adaucta, ſed etiam amicorū numeroſa multitudine) manifeſtum eſt ex hoc ipſo familiam ampliorem fieri, ſociale genus amicitiæ in familiæ abſolutione connumeranda eſt. Poſſeſsionis uerò alia eſt neceſſaria, alia liberalis. Neceſſaria quidem, quæ uitæ neceſsitatibus ſubminiſtrat: liberalis uerò quæ ad ornatū & oblectamentum deducit hominem, ut alijs non indigeat. Quæ autem ornatum liberalem & oblectamentum excedit, ad initium contumeliæ & exitij inter homines radices agit. Neceſſe enim eſt eos qui multa poſsidēt primùm intumeſcere: ubi uerò intumuerunt faſtuoſos fieri: Vbi faſtuoſi facti ſunt ſuperbire, & neq; ſimiles, neq; æquales exiſtimare cognatos, gentiles ac contribules ſuos. Vbi uero ſuperbiores facti ſunt, cōtumelioſos ac proteruos eſſe. Contumeliæ autem ac proteruiæ omnis extremū eſt ac finis, exitium. Cùm ergo in familia ac ciuitate facultatum erit ſuperfluitas, officium eſt legiſlatoris ſuperflua reſecare & amputare, inſtar periti agricolæ frondes nimium luxuriantes. Cognatæ uerò & domeſticæ partis hominis tres ſunt ſpecies. Prima enim imperat: altera paret: tertia auxiliaris eſt familiæ & cognationis: & imperat quidē uir, paret uxor: auxiliatur uerò, quod ex utroque progenitum eſt.

αὐτόθι

*Ἐντὶ τᾶς πρακτικᾶς καὶ κατὰ λογισμὸν ἀρχᾶς, ἃ μὲν ἐστὶ δεσποτικά, ἃ δὲ ἐπιστατικά, ἃ δὲ πολιτικά. καὶ δεσποτικὰ μὲν ἐντί, ἃ τῶ ἰδίω συμφέροντος ἄρχοισα, ἀλλ' οὐ τῶν ἀρχομένων. ταύταν γὰρ ἄρχει τὰν ἀρχὰν ὁ μὲν δεσπότας, τῶν δούλων· ὁ δὲ τύραννος, τῶν ὑποτεταγμένων. ἐπιστατικὰ δὲ ἕνεκα τῶν ἀρχομένων, ἀλλ' οὐχ * αὐτᾶς. ταύταν δ' ἄρχοντι τὰν ἀρχὰν τοὶ μὲν ἀλεῖπται, τῶν ἀθλητῶν· καὶ τοὶ ἰατροί, τῶν νοσεόντων· καὶ τοὶ διδάσκοντες, τῶν διδασκομένων. οὐ γὰρ * αὐτοῖς τὸ συμφέρον, ἀλλὰ τοῖς ἀρχομένοις ποτιποιοῦντι· τοῖς μὲν καμνόντεσσιν, τοὶ ἰατροί· τοῖς δὲ σωμασκεῦσιν, τοὶ ἀλεῖπται· τοῖς δὲ ἀνεπιστάμοσιν, οἱ ἐπιστάμονες. πολιτικὰ δέ ἐντι ἀρχά, ἅτις τέλος ἔχει, τὸ κοινᾷ συμφέρον καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων. κατὰ γὰρ ταύταν τὰν ἀρχάν, ἐν μὲν τοῖς ἀνθρωπίνοις, ὅ, τε οἶκος καὶ ἁ πόλις συνάρμοσται· ἐν δὲ τοῖς θείοις ὁ κόσμος, μίμαμα δ' οἶκος καὶ πόλις, κατὰ τὰν ἀναλογίαν τᾶς τῶ κόσμω διοικήσιος. ἀρχὰ μὲν γὰρ τὸ θεῖον, τᾶς φύσιος, ὅτι τὸ * ἐκείνων συμφέρον σκοπούμενον, οὔτε μὰν τὸ ἴδιον ἀπολελυμένως, ἀλλὰ τὸ κοινᾷ. καὶ διὰ τοῦτο ποταγορεύεται ὁ κόσμος, ἀπὸ τᾶς τῶν πάντων διακοσμάσιος, ποθ' ἓν τὸ ἄριστον συντεταγμένος. τὸ δ' ἕν ἐστιν ἄριστον αὐτός, ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὰν ἔννοιαν, ζῷον οὐράνιον, ἄφθαρτον, ἀρχά τε καὶ αἰτία τᾶς τῶν ὅλων διακοσμάσιος. ἐπεὶ ὦν καὶ ὁ ἀνὴρ * ἀρχὰ τᾶς γυναικός, ἤτοι τὰν δεσποτικὰν ἄρχει ἀρχάν, ἢ τὰν ἐπιστατικάν, ἢ τό γε ἔσχατον, τὰν πολιτικὰν * ἀρχήν. οὔτι μὰν δεσποτικὰν ἄρχει· κάδεται γὰρ καὶ ἐπιμέλεται τᾶς αὐτῶ γυναικός. οὔτι τὰν ἐπιστατικὰν καθάπαξ· καὶ αὐτὸς γὰρ μέρος ἐντὶ τᾶς κοινωνίας. ἀπολείπεται οὖν, τὰν πολιτικάν, καθ' ἃν τίθεται ὅ, τε ἄρχων καὶ ὁ ἀρχόμενος τὸ κοινᾷ συμφέρον. διόπερ καὶ ὁ

* ἐντι τα.

* αὐτᾶς.

* αὐτοῖς.

* ἑκάστων.

* ἀρχά.

* hoc ἀρχὰ uel præcedens uidetur redundare.

Ibidem.

Ad hæc actiui & rationalis imperij aliud eſt herile, aliud præfectoriū, aliud ciuile. Ac herile quidem eſt, quod ad ſuum, non ad ſubditorum cōmodum imperat. Iſta enim ratione dominus quidem ſeruis, tyrannus uerò ſubditis imparat. Præfectorium uerò ſubditorum non uerò propriam utilitatem ſpectat. Et eo genere imperij imperant aliptæ athletis, medici ægrotis, præceptores diſcipulis. Neq; enim in ſuam, ſed in ſubditorum gratiam totam utilitatem procurāt: ægrotantium quidem medici, corpus uerò exercentiū aliptę: indoctorū denique docti. Ciuile autem imperium eſt, cui finis eſt propoſitus communis utilitas, tam eorum qui imperant, quàm qui ſubditi ſunt imperio. Secundum enim hoc genus imperij in rebus humanis, tum familia, tum ciuitas concinnatur: in diuinis autem mundus. Familia autem & ciuitas ſecundū cuiuſq; proportionem adminiſtrationem mundi imitantur. Numen enim naturæ eſt initium, quod neq; illius commodum, neq; proprium ſeparatim ſed cōmune ſpectat. Et idcirco appellatur κόσμος, (id eſt mundus) à concinna omnium rerum diſpoſitione, ad unum aliquod bonum conformatus. Illud autem ipſum bonum eſt ipſe Deus qui eſt ſecundum cogitationem animal cæleſte, corruptionis expers, principium & cauſa concinnæ omnium diſpoſitionis. Cùm ergo uir regat mulierem, nimirum aut herili regit imperio, aut præfectorio, aut denique ciuili. Atqui herili imperio non imperat, curam enim eamque ſedulam ſuæ uxoris gerit: neque omnino præfectorio, nam & ipſe pars eſt communionis. Reliquum eſt ergo ut ciuili utatur imperio, ſecundum quod tùm is qui imperat, tum is qui eſt ſub imperio, communem utilitatem ſtatuunt. Itaque & coniugium ad uitæ commu-

communionem cōſtituitur. Qui ergo ex uiris heriliutûtur imperio odium uxorum ſibi cócihant: qui præfectorio, negliguntur. Viderentur enim quaſi uxorum appendices uel aſſeclæ, & adulatores. Qui uerò ciuili, & admirationi ſunt, & diligũtur. Virunq; autem erit, ſi tum uoluptate, tum grauitate conditum quiſpiam imperium exerceat: & uoluptatem quidem in amando: grauitatem uerò nihil uile, aut humile committendo.

Ibidem.

Qui autem uxorem ducere cupit ducat eam oportet pro ratione ſuæ ſortis: ut neque facultate ſua maiores neque minores nuptias contrahat ſed pro ratione propriæ facultatis. Qui enim ſupra ſuam facultatem contrahunt de principatu contendunt: Ea ſiquidem quæ diuitijs & genere ſuperat maritum regere præoptat: ille uero indignum cenſet præterq; naturam cedere. Qui uerò minores ſua facultate, dignitatem & amplitudinem familiæ ſimul tollunt. Muſicum autem imitari oportet, qui cum proprium tonum uocis noſcat, ita conatur mediam conſtituere, ut & acui & deprimi ſufficienter poſsit, & neq; rumpatur, neque intenſionem relinquat. Pari ratione oportet nuptias côtinuare ad proprium tenorem animæ, ut coniuges non ſolùm in ſecunda ſed etiam in aduerſa fortuna conſentiant. Qui ergo nuptias affectat, oportet eum tutorem, dominum, ac præceptorem ſuæ uxoris eſſe: ac tutorem quidem in eius rebus diligenter curandis: dominum uerò in regendo & dominando: præceptorem ac doctorem ea docendo quæ decet. Hoc autem maximè continget, ſiquis probitate parentum explorata puellam florentem annis duxerit. Quæ enim primò nubunt facilius informari, & inflecti poſſunt, & ad diſcendum ingenioſæ ſunt ac acutæ, & ad timendos diligendosq; maritos ſuus.

γάμος ἐπὶ βίῳ κοινωνίᾳ συνίσταται. οἱ μὲν ὦν ταὶ δεσποτικαὶ ἄρχοντες ἀρχὰν τῶν ἀνδρῶν, μισοῦνται ὑπὸ τᾶν γυναικῶν· οἱ δὲ τὰν ἐπιστατικὰν, καταφρονέονται. παραθῆκαι γὰρ αὖ φαίνοιντο τᾶν γυναικῶν, καὶ κόλακες. οἱ δὲ τὰν πολιτικὰν, καὶ θαυμάζονται καὶ φιλέονται. ἀμφότερα δὲ ταῦτα ἐσσεῖται, αἴκα ἁδονᾷ καὶ σεμνότατι κεκραμέναν περιφέρῃ τις τὰν ἀρχάν, τὰν μὲν ἁδονάν, ἐν τῷ ἀγαπεῖν περιφερόμενος· τὰν δὲ σεμνότατα, ἐν τῷ μηδὲν εὐτελὲς, μηδὲ ταπεινὸν πράττειν.

αὐτόθι.

* Γαμίσκοντας δὲ δεῖ γαμέν, ποτὶ τὰν * αὐτῶ τύχαν, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὰν δύναμιν, μήτε μήονα τᾶς δυνάμιος τὸν γάμον ἐπάγηται, ἀλλὰ ποτὶ λόγον τᾶς ἰδίας δυνάμιος. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ταὶ δυνάμιν ἐπάγοντες, στασιάζοντι διὰ τὰν ἁγεμονίαν. ἁ μὲν γὰρ τῷ πλούτῳ καὶ τῷ γένει καθυπερέχοισα τὸν ἄνδρος ἄρχεν προαιρεῖται, ὁ δὲ ἀνάξιον ἁγεῖται, καὶ παρὰ φύσιν συγχωρέν. οἱ δὲ μήονα τᾶς δυνάμιος, τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μέγεθος τῶ οἴκω συναιρεῦντι. δεῖ δὲ τὸν μωσικὸν μιμεῖσθαι, ὃς τὸν ἴδιον τόνον τᾶς φωνᾶς ἐκμαθὼν, οὕτως πειρῆται τὰν μέσαν καθιστάμεν, ὅπως καὶ ἐπὶ τὰ ὀξεῖα, καὶ ἐπὶ τὰ βαρεῖα διαρκέσαι δυνάται, καὶ μήτε ῥήξῃ, μήτε ἀπολίπῃ τὸ τάσιν. οὕτως ὦν δεῖ καὶ γάμον συναρμόζεσθαι ποτὶ τὸν ἴδιον τόνον τᾶς ψυχᾶς, ὅπως μὴ μόνον ἐν εὐτυχίᾳ συνεπιτρέχεν ἀλλήλοις δυνατοὶ ὦντι, ἀλλὰ καὶ ἐν δυστυχίᾳ ποτὶ λόγον δὲ μασευόμενον τὸν γάμον, δεῖ καὶ ἐπίτροπον καὶ κύριον καὶ ἐπιστάταν τᾶς αὐτῶ γυναικὸς ἦμεν. ἐπίτροπον μὲν, τῷ φροντίζεν τῶ ἐκείνας. κύριον δὲ, τῷ ἄρχεν καὶ κυριεύεν· διδάσκαλον δὲ, τῷ διδάσκεν τὰ δέοντα. ἔστω δ' ἐσσεῖται μάλιστα, αἴκα τις ἀγαθῶν προγόνων σκοπασάμενος, παρθένον ἀκμάζοισαν γαμίσκῃ. καὶ γὰρ εὔπλαστοι, καὶ εὐάγωγοι τυγχάνοντι πρατογαμούμεναι καὶ ποτὶ τὸ μαθὲν εὐφυῶς ἔχοντι, καὶ ποτὶ τὸ φοβηθῆμεν, καὶ ἀγαπάσαι τὼς αὐτῶν ἄνδρας.

* γαμισκόντα.
* αὐτῷ.

Incluſa parentheſi addidi: Geſnerus in ſua uerſione & notis in Græ. in putamine eſſe ſupplendum.

PERICTYONES EX LIB. DE MVlieris concinnitaté.

HArmoniã, mulier, idoneè inſtituere oportet prudentia & temperantia plenã. Oportet enim omnino ſapere animam ad uirtutem. Quocirca erit, & iuſta, & fortis, & prudens, & frugalitate decorata, ac gloriæ inanis inimica. Ex his enim actiones honeſtę oriuntur uxori, tum erga ſe, tum erga uirum, & liberos, & familiam: ſæpe etiam erga ciuitates, ſiquidem ciuitates, aut gentes talis regat, ut in Regno uidemus. Si ergo cupiditatem & iracundiam uicerit, diuina etiam fiet illa harmonia. Itaque neq; illegitimi amores illam perſequentur, ſed maritum, liberos, & totam deniq; familiam amabit. Quæcunq; enim aliena cubilia amant, ipſæ etiam omnes qui ſunt in familia tam liberos, quàm ſeruos odio proſequuntur, & ſtruũt dolos marito, & ei mendacia aduerſos omnes confingũt, ut ſolę uideãtur beneuolentia pręſtare, & familiam regãt, ocij amantes. Ex his enim exitium ijs omnibus contingit quæcunq; ipſis & marito communia ſunt. Et hęc quidem hactenus. Corpus uerò ad moderationem naturæ ducendum eſt, quod alimentum, ueſtes lauacra, unctiones, capillorum poſituram, & quæcunque ex auro & gemmis ad ornatum comparatæ ſunt ſpectant. Quotquot enim ſumptuoſa omnia edunt, bibunt, induunt, & geſtant mulieres, ad nequitiæ

THν ἁρμονίην γυναῖκα ἰκνῶσθαι δεῖ φρονήσιός τε καὶ σωφροσύνης πλείην. κάρτα γὰρ ψυχὴν πεπνῦσθαι δεῖ ἐς ἀρετήν, ὥστ' ἔσται καὶ δικαίη καὶ ἀνδρηίη, καὶ φρονέουσα, καὶ αὐταρκείῃ καλλυνομένη, καὶ κενὴν δόξαν μισέουσα. ἐκ τουτέων γὰρ ἔργματα καλὰ γίνεται γυναικὶ ἐς αὐτήν τε καὶ ἄνδρα, καὶ τέκνα, καὶ οἶκον· πολλάκις δὲ καὶ πόλεις, εἴ γε πόλιας, ἢ ἔθνεα ἡ τοιήδε κρατύνοι, ὡς ἐπὶ βασιλήιης ὁρέομεν. κρατέουσα ὦν ἐπιθυμίης καὶ θυμοῦ, θείη καὶ ἁρμονίη γίγνεται. ὥστε οὐδὲ ἔρωτες αὐτὴν ἄνομοι διώξουσιν, ἀλλ' ἐς ἄνδρα τε καὶ τέκνα, καὶ τὸν οἶκον ξύμπαντα, φιλίην ἕξει. ὁκόσαι γὰρ ἐράστριαι τελέθουσιν ἀλλοτρίων λεχέων, αὗται καὶ πολέμιαι γίγνονται πάντων τῶν ἐν τῇ οἰκίῃ ἐλευθέρων τε καὶ οἰκετέων. καὶ * συντίθεται δόλους ἀνδρί, καὶ ψεύδεα κατὰ πάντων μυθίζεται πρὸς τοῦτον, ἵνα μούνη δοκέῃ διαφέρειν εὐνοίῃ, καὶ τῆς οἰκίης κρατῇ, ἀργίην φιλέουσα. ἐκ τουτέων γὰρ φθορὴ γίνεται συμπάντων ὁκόσα αὐτῇ τε καὶ τῷ ἀνδρὶ ξυνά ἐστι. καὶ ταῦτα μὲν ἄχρι τῶνδε λελέχθω. σκῆνος δὲ ἄγειν χρὴ πρὸς μέτρα φύσιος, τροφῆς τε πέρι καὶ ἱματίων, καὶ λουτρῶν, καὶ ἀλείψιος, καὶ τριχῶν θέσιος, καὶ τῶν ὁκόσα ἐς κόσμον ἐστὶ χρυσοῦ καὶ λίθων. ὁκόσαι γὰρ πολυτελέα πάντα ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, καὶ ἀμπέχονται, καὶ φορέουσι γυναῖκες, ἐς ἁμαρτίην

* Ego numerũ plurali in uerſione continuè poſui.

ἐπιμαίνεται κακίης συμπάσης, ἔς τε λέχεα καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἀδικοπρηγίας. λιμὸν ὦν καὶ δίψαν ἐξακέεσθαι δεῖ μοῦνον, κἢν ἐκ τῶν εὐτελέων, * κἢν ῥῖγος, κἢν νάκος, κἢν σισύρη. βρωτῆρας δὲ εἶναι τῶν τηλόθεν, ἢ τῶν πολλοῦ πωλεομένων, ἢ τῶν ἐνδόξων, κακίη οὐχὶ μικρὰ πέφανται. * ἢ διαφανέα εἵματα εἰκότα λίην, καὶ * ποικίλην ἀπὸ θαλασσίης βαψῆς τῆς κόχλου, ἢ ἄλλης χροιῆς πολυτελέως, μωρίη πολλή. σκῆνος γὰρ ἐθέλει μὴ ῥιγέειν, μηδὲ γυμνὸν εἶναι, χάριν εὐπρεπείης, ἄλλου δ' οὐδενὸς χρηΐζει. δόξα δὲ ἀνθρώπων μετὰ ἀμαθείης, ἐς τὰ κενεά τε καὶ περισσὰ ἵεται. ὥστ' οὔτε χρυσὸν ἀμφιθήσεται, ἢ λίθον Ἰνδικὸν, ἢ χώρης ἐόντα ἄλλης· οὐδὲ πλέξεται πολυτεχνίῃσι τρίχας, οὐδ' ἀλείψεται Ἀραβίης ὀδμῆς ἐμπνέοντα· οὐδὲ χρίσεται πρόσωπον λευκαίνουσα, ἢ ἐρυθραίνουσα τοῦτο, ἢ μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμούς, καὶ τὴν πολιὴν τρίχα βαφαῖσι τεχνωμένη, οὐδὲ λούσεται θαμινά. ἡ γὰρ ταῦτα ζητέουσα, θηητῆρα ζητεῖ ἀκρασίης γυναικηΐης. κάλλος γὰρ τὸ ἐκ φρονήσιος, οὐχὶ δὲ τὸ ἐκ τούτων, ἁνδάνει τῇσι γεγονυίῃσιν εὖ. ἀναγκαῖα δὲ μὴ ἡγείσθω εὐγενίην καὶ πλοῦτον, καὶ μεγάλης πόλιος πάντως γεγονέναι, καὶ δόξαν, καὶ φιλίην ἐνδόξων καὶ βασιληΐων ἀνδρῶν. ἢν μὲν γὰρ ἔῃ, οὐ λυπέει· ἢν δὲ μὴ ἔῃ, ἐπιζητέειν οὐ ποιέει. τούτων γὰρ δίχα φρονίμη γυνὴ ζώειν οὐ κωλύεται. κἢν * ἔῃ δὲ ταῦτα ἀπὲρ λελόγχαται, τὰ μεγάλα καὶ θωμαζόμενα, μή τι διζέσθω ψυχή· ἀλλὰ καὶ * ἄπωθεν αὐτῶν βαδιζέτω. βλάπτει γὰρ μᾶλλον ἐς ἀτυχίην ἕλκοντα, ἢ ὠφελέει. τούτοις γὰρ ἐπιβουλή τε καὶ φθόνος, καὶ βασκανίη προσκέεται, ὥστε ἐν ἀταραξίῃ οὐκ ἂν γίνοιτο ἡ τοιήδε. θεοὺς δὲ σέβειν δεῖ, ἐς εὐελπιστίην εὐδαιμονίης, νομοισί τε καὶ θεσμοῖσι πειθομένην πατρίοισι. μετὰ δὲ τούτους μυθέομαι τοὺς γονέας τιμᾶν καὶ σέβειν. οὗτοι γὰρ ἴσα θεοῖσι πάντα πλέουσι, καὶ πρήσσουσι τοῖς ἐγγόνοισι. πρὸς δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς, ζώειν ὧδε δεῖ νομίμως καὶ κρηγύως, μηδὲν ἐννενοημένην ἰδίῃ, ἀλλ' εὐνὴν τηρεῦσαν καὶ φυλάττουσαν, ἐν τούτῳ γὰρ ἐστὶ τὰ ξύμπαντα. φέρειν δὲ χρὴ τῷ ἀνδρὸς πάντα, κἢν ἀτυχῇ, κἢν ἁμαρτῇ, κατ' ἄγνοιαν, ἢ νοῦσον, ἢ μέθην, ἢ ἄλλῃσι γυναιξὶ συγγένηται. ἀνδράσι μὲν γὰρ ἐπιχωρέεται ἁμαρτίη αὕτη· γυναιξὶ δὲ οὐκέτι, τιμωρίη δὲ ἐφέστηκεν. ὡσαύτως οὖν τὸν νόμον δεῖ, καὶ μὴ ζηλοτυπέειν. φέρειν δὲ καὶ ὀργὴν καὶ φειδωλίην καὶ μεμψιμοιρίην, καὶ ζηλοτυπίην, καὶ κατηγορίην, καὶ ἤν τι ἄλλο ἔχῃ ἐκ φύσιος, καὶ τοῦτο ζηώσεται πάντα, ὅκως φίλον ἐστὶν αὐτέῳ σωφρονέουσα. γυνὴ γὰρ ἀνδρὶ φίλη οὖσα καὶ τἀνδρὸς πρήσσουσα κρηγύως, ἁρμονίην ὑπάρχει, καὶ οἶκον τὸν ξύμπαντα φιλέει, καὶ τοὺς θύρηθεν εὐνόους τῷ οἴκῳ ποιέει. ἢν δὲ μὴ φιλέῃ, οὔτε οἶκον, οὔτε παῖδας τοὺς ἑωυτῆς, οὔτε θεράποντας, οὔτε θυσίην ἐόντα ἐθέλει σόα ἐσιδέειν, φθορὴν δὲ πᾶσαν ἀρᾶται, καὶ εὔχεται εἶναι, ὡς πολεμίη ἐοῦσα, καὶ τὸν ἄνδρα εὔχεται τεθνάναι ὡς ἐχθρόν, ὅπως ἄλλοισιν ὁμουρέῃ, καὶ ὁκόσοις ἀνδάνουσι τουτέῳ, ἐχθαίρει. * ἐρέει δὲ αὐτὴν ὧδε δοκέω, εἰ πλέως τελέθει φρονήσιός τε καὶ σωφροσύνης. οὐ γὰρ μοῦνον * ἐθελήσει τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ παῖδας καὶ συγγενέας καὶ δούλους, καὶ τὴν οἰκίην ξύμπασαν, ἐν ᾗ καὶ κτήματα, καὶ φίλοι, πολιῆταί τε καὶ ξένοι εἰσί· καὶ ἀπεξεργάζοιτο σκῆνος διὰ ξὺν τουτέων, λεσχηνεῦσά τε καὶ ἀκούουσα καλά· καὶ ἀκολουθέουσά τε αὐτέῳ, καθ' ὁμοδοξίην τῆς ξυνῆς βιοτῆς, καὶ οἷς ἐκεῖ-

* forte, ἢ ῥῖγος κἢν ἐκ νάκεος κἢν ἐκ σισύρης.

* for. κ. διαφανέα G.

* ποικίλα.

* addo μὴ. G.

* mal. ἄπωθεν. G. † go. ex αὐτ.

* mal. ἀρμόνιον. G.

* φιλοῦσι.

omnis crimina procliues ſunt, & circa lectos & alia iniuſtè ſe gerunt. Famem igitur & ſitum ſolum depellere oportet quantumuis tenui ſubſidio. & frigus, ſiue pelle ſiue rhenone. At cibis è longinqua regione conquiſitis ueſci, aut qui charè uæneunt, aut eximijs, non exiguum eſt uitiũ. Ac ueſtes nimis decentes conquirere, eaſdemq́; marini oſtri cruore immerſas picturare, aut alio precioſo colore magna eſt ſtultitia. Corpus enim uult frigus propellere, & tegi decoris cauſa, cæterùm nulla alia re indiget. Opinio uerò hominum iuſtitiæ coniuncta ad inania & ſuperuacanea fertur. Itaq; neq; auro induetur, neque gemma Indica, aut ex quauis alia regione: neque uario artificio capillos innectet, neq; ſe odoratis Arabicis unguentis, nec faciem unget uel ut candidiorem uel ut rubicundam efficiat, nec denigrabit ſupercilia & oculos, nec canos alijs coloribus ornabit, neq; balneis frequenter utetur. Quæ enim illa quærit, ſpectatorem muliebris ſuæ incontinentiæ quærit. Nam pulchritudo quæ prudentia, non ijs modis conciliatur, bene natis mulieribus placet. Neceſſaria autem ne exiſtimet nobilitatem ac diuitias, & ex ampla ciuitate ortum, & gloriam, & illuſtrium ac regiorum uirorum amicitiam. Si enim adſint, moleſtiam non pariunt: ſin uerò deſint, ualde ſui deſiderium non mouent. His enim priuata prudens mulier uiuere non impeditur. Et ſi uerò adſint ea quæ diximus ampla & admiranda, animus ea ne appetat, ſed ab iis longè recedat. Magis enim lædunt, quod ad infortunium trahant, quàm iuuent. His enim inſidiæ, inuidia, & calumnia adiacent, ut talis mulier in tranquillitate eſſe non poſsit. Deos porrò colere oportet, ad ſpem felicitatis, & ut legibus & ritibus patrijs obtemperet. Poſt Deos autem parentes honorare & colere oportet. Hi enim pares Dijs per omnia ſunt, & æqualia faciunt ratione liberorum. Erga maritum autem ſuum ita eam uiuere oportet legitimè & ſincerè, ut nihil ſibi peculiare cogitet, ſed lectum ſeruet & cuſtodiat. In hoc enim ſunt ſita omnia. Omnia autem quæ uiro contingunt ferre patienter oportet, ſiue infeliciter rem gerat, ſiue delinquat imprudenter, aut per morbum, aut per ebrietatem, aut aliarum mulierum utatur concubitu. Viris enim hoc delictum indulgetur: mulieribus uerò minimè, ſed pœna eis eſt impoſita. Lex igitur æquo animo ferenda eſt, & zelotypia exuenda: ferenda inſuper eius ira, tenacitas, reprehenſio, zelotypia, accuſatio; & ſi quid aliud à natura habet, & ad eius nutum uitam inſtituet, quantum ei placet temperantiam obſeruans. Vxor enim quæ uiro chara eſt & uerè uiri negotia adminiſtrat, harmoniam conſtituit, & totam familiam amat, & externorum huic familię beneuolentiam conciliat. Quod ſi neque domum, neque liberos ſuos, neque miniſtros amauerit, neque ullum ſacrificium felix uidere cupit: omne autem genus exilij adducit & imprecatur, quaſi hoſtis, & maritum mori exoptat ut hoſtem, ut aliorum fruatur commercio, & quotquot ille amat, illa odit. Harmonicam autem ipſam eſſe exiſtimo, ſi plena prudentiæ & modeſtiæ fuerit. Non enim uirum ſolùm amabit ſed etiam liberos, cognatos, ſeruos & totam familiam, in qua & poſſeſſiones & amici & ciues & peregrini continentur. & ſine ullo fucu eorum corpora ornabit, honeſta & loquens & audiens. Atque ipſi ſe adiunget comitem ſecundam eandem communis uitæ ſuſceptionem, & quibus

ipſe

Ipſe fauet cognatis & amicis acquieſcet: atq; ſuauia & amara exiſtimabit eadem quæ maritus niſi omnioo harmoniæ fuerit expers.

νος αὔξεν συγγενέσι τε καὶ φίλοισι ξυνομαρτέουσα· καὶ ποτὶ ἡγεομένη γλυκέα τε καὶ πικρὰ τἀνδρὶ, ἢν μὴ ἀνάρμονι@ εἰς τὸ πᾶν εἴη.

DE CVLTV PARENTVM.

Ex Ariſtoxeni ſententijs.

POST Numeu & Dæmonas plurimi fieri parentes & leges, non ficto ſed uerè ſeipſum ad ipſa comparantem, nimirum in ſeruandis patrijs moribus & legibus comprobaui, licet aliquaotulum alijs fuerint deteriores.

Ibidem lib. 4.

Poſt hæc honores, qui uiuis parentibus deferuntur. Itaq; fas eſt, eum qui debet prima & maximà debita debitorum omniũ antiquiſsima rependere, præterea exiſtimare quæcunq; poſsidet ac habet omnia eorum eſſe qui genuerunt, & aluerunt, ut ea præberet in ſubſidium ipſis, pro ſuis uiribus: initium ſumendo à bonis, ſecondò ea quæ ſunt corporis, tertiò ea quæ ſont animi quaſi mutuum perſoluendo, nimirum curas & dolores ueteres eorum qui in eorum iuuentute elaborarunt quaſi ad uſuram traditos, rependendo maioribus qui in ſenectute egeſtatem patiãtur. In omni præterea uita eos eximiè oportet bonis uerbis parentes ſuos perſequi. Siquidem leuium & uolatilium uerborum, grauiſsima eſt pœna. Iis enim ſpeculatrix conſtituta eſt nuntia Iudicij Nemeſis. Itaque iratis cedere oportet, & indignationi ſatisfacere, ſiue in uerbis, ſiue in rebus tale quippiam faciant, agnoſcentem, iure admodum patrem in filium, licet uideatur iniuſtè facere, ualde excandeſcere. Vbi uerò mortui ſunt parentes, ſepultura quidem quæ modeſtiſsima fuerit optima eſt, faſtum ſolitũ non excedendo neq; imminuendo ea quæ primi parentes ſuis genitoribus ſtruxerũt. Eorũ quoq; qui iam finem uitæ ſortiti ſunt curas aonuas quæ ſunt ornamento retribuere oportet. Ne autẽ prætermittatur memoria perpetua hoc antiquius nihil eſt habendum, ſumptuum qui à fortuna ſunt ſuggeſti partem laborantibus diſtribuendo. Hæc igitur ſi fecerimus, & ſecundum illa ſinguli per ſe & ſingulatim uiuant digna à Dijs & ab ijs qui nobis ſunt præſtantiores referemus, pluriuuum uitæ tempus in bona ſpe tranſigentes.

ΜΕΤΑ' τὸ θεῖον καὶ δαιμόνιον, πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον γονέων τε καὶ νόμων, μὴ πλαστῶς, ἀλλὰ πεπιστευμένως ἑαυτὸν πρὸς ταῦτα παρασκευάζοντα τῷ ἐμμένειν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νόμοις, ἐδοκίμαζεν, εἰ καὶ μικρῷ χείρω τῶν ἑτέρων εἴη.

αὐτόθι βιβ. δ

Γονέων δὲ μετὰ ταῦτα περὶ ζώντων, ὡς θέμις, ὀφείλοντα ἀποτίνειν τὰ πρῶτά τε καὶ μέγιστα ὀφειλήματα χρεῶν πάντων πρεσβύτατα. νομίζειν δὲ ἃ κέκτηται καὶ ἔχει, πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων καὶ θρεψαμένων, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις κατὰ δύναμιν πᾶσαν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς οὐσίας, δεύτερα τὰ τοῦ σώματος, τρίτα τὰ τῆς ψυχῆς ἀποτίνοντα δανείσματα, ἐπιμελείας τε καὶ ὑπὲρ τηνικαῦτα ὠδῖνας παλαιὰς ἐπὶ νέοις δανεισθείσας, ἀποδιδόντα ἐπὶ παλαιοῖς ἐν τῷ γήρᾳ σφόδρα κεχρημένοις. παρὰ δὲ πάντα βίον, ἔχειν τε καὶ ἐσχηκέναι χρὴ πρὸς αὐτοὺς γονέας εὐφημίαν διαφερόντως. διότι κούφων καὶ πτηνῶν λόγων, βαρυτάτη ζημία. πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη, δίκης Νέμεσις ἄγγελος. θυμουμένοις γε οὖν ὑπείκειν δεῖ, καὶ ἀποπιμπλάναι τὸν θυμὸν, ἐάν τε ἐν λόγοις, ἐάν τε ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον, συγγιγνώσκοντα, ὡς εἰκότως μάλιστα πατὴρ υἱὸν δοξάζων ἀδικεῖσθαι θυμοῖτ' ἂν διαφερόντως. τελευτησάντων δὲ γονέων, ταφὴ μὲν ἡ σωφρονεστάτη, καλλίστη, μήτε ὑπεραίροντα τὸν εἰθισμένον ὄγκον, μήτε ἐλλείποντα, ὧν οἱ προπάτορες τοὺς αὐτῶν γεννητὰς ἐτίθεσαν. τάς τε αὖ κατὰ ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων ὡσαύτως ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι. τὸ δὲ μὴ παραλιπεῖν μνήμην ἐνδελεχῆ παρεχόμενον, τοῦτο μάλιστα ἀεὶ πρεσβεύειν, δαπάνης τῆς διδομένης ὑπὸ τύχης τὸ μέτριον τοῖς κεκμηκόσι νέμοντα. ταῦτα οὖν ποιοῦντες, καὶ κατὰ ταῦτα ζῶντες ἑκάστοτε ἕκαστοι, τῆς ἀξίας παρὰ θεῶν, καὶ ὅσοι κρείττονες ἡμῶν κομιζοίμεθα, ἐν ἐλπίσιν ἀγαθαῖς διάγοντες τὸ πλεῖστον τοῦ βίου.

PERICTYONES EX LIB. DE MVLIERIS HARMONIA.

NEq; uerbo oeq; re ipſa lædendi ſunt parentes, & ijs ſiue mediocris ſiue melioris fuerint cõditionis obediẽdum: in omni uerò animi, corporisq; fortuna & externarũ rerũ, & in pace aut bello, & in ſanitate, & diuitijs & egeſtate, & gloria, & ignominia, & priuatis, & magiſtratib. propè adeſſe oportet, nec unquã fugiendũ. obediendũ etiã ipſis propemodũ in inſania. Hæc. n. pij prudẽter & rectè præſtãt. Qđ ſi qs parẽtes cõtẽpſerit hoc genere malorũ tã in uiuis quã in defunctis hoc peccatũ apud Deos damnatur, ut hoies illud oderint, & ſub terra cũ impijs in eodẽ loco æternũ puniatur à Iudicio & infernis Dijs, q ad has actiões inſpiciẽdas cõſtituti ſunt. Diuinus. n. & honeſtus eſt parẽtũ aſpect᷒: & eorũ cõtrectatio & obſeruãtia tãta quãta neq; Solis, neq; omniũ aſtrorũ quæ cœlũ colluſtratũ in choreę modũ circũuoluit: & ſi quid aliud mai᷒ eſſe uideri põt eorũ q poſſum᷒ cõtẽplari. Exiſtimo uerò Deos nõ negligere quũ hæc fieri uidẽt. Viuos ergo & defunctos colere oportet

Ὅτι λέξαι δεῖ κακὸν γονέας, ὅτε ἔρξαι· πείθεσθαι δὲ μικροῖσί τε καὶ μεγάλοισι γονεῦσιν. ἐν πάσῃ δὲ ψυχῆς τε καὶ σώματος τύχῃ, καὶ τῆς ἔξωθεν, καὶ ἔν τε εἰρήνῃ ἢ πολέμῳ, καὶ ὑγιείῃ, καὶ πλούτῳ καὶ ἀπορίῃ, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίῃ, καὶ ἰδιώτῃσι καὶ ἄρχουσι, ἐμμενέειν δεῖ, καὶ φεύγειν μηδέποτε. πείθεσθαι δὲ μονονουχὶ καὶ μανίῃ. πεπεισμένα γὰρ ταῦτα καὶ χρήγυα τοῖσιν εὐσεβέουσιν. εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέει, ἰδίῃ κακῶν ταύτῃ καὶ * ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτία παρὰ θεοῖσι γράφεται, ὑπό τε ἀνθρώπων μισέεται, καὶ ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν τῷ αὐτέῳ χώρῳ δι' αἰῶνος κακοῖσιν ἀπόλλυται ὑπὸ δίκης καὶ τῶν ἔνερθεν θεῶν, οἳ τούτων ἐπίσκοποι ἐτάχθησαν τῶν πρηγμάτων. θείη γὰρ καὶ καλὴ ὄψις γονέων. καὶ ἡ τουτέων * ὄψις καὶ θεραπείη, ὁκόσην οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει, ἢ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μέζον εἶναι, * καὶ θεωρίην * ἐχόντων. δοκέω δὲ μὴ θεοὺς * φθονέειν, ὁκότε τούτους ὁρέωσι γηρασκομένους. καὶ ζῶντας οὖν καὶ ἀποιχομένους σέβειν

* ζώσει καὶ θανούσει.

* Geſ. legit ἀψεῖ.

* Locus apparet corruptus. G. Ego legerẽ τῶν θεωρίαν ἐχόντων.

* fortè ὑπερφρονέειν.

βειν χρὴ, καὶ μηδέν ἔτι ἀντιλεγχαίνειν. ἀλλ' ἢν καὶ ἀγνοῶσι νόσῳ, ἢ ἀπάτῃ, παρηγορεῖν καὶ διδάσκειν, ἐχθραίνειν δὲ μηδαμῆ. μεῖζον γὰρ ἁμαρτίη καὶ ἀδικίη ἀνθρώπων οὐκ ἂν γένοιτο, ἢ ἐς πατέρας ἀσεβεῖν.

& ijs nunquam refragari. Quin etiam ſi quid igno rent aut morbi aut erroris culpa, hortari & docere, odiſſe uerò minimè. Nullũ enim poteſt maius delictum aut maior iniuſtitia ab hominibus committi quàm impiè ſe in parentes ſuos gerere.

De cvltv parentvm, Pempeli.

ex lib. de Parentibus.

Τοκέων ἀμελὲν οὔτε δαίμων, οὔτε ἄνθρωπος σύμβουλος ἅμπακα γένοιτό τινι σύμμετρον, ψυχᾶς κεκτημένος ἐπιστάμαν. Διόπερ οὔτ' ἂν * θεῶ ξόανον, ἢ ἱερὸν ἔχοιμεν ἐν χρημάτων κτήσει τιμιώτερον ἢ καὶ προπάτορος γήρᾳ παρεμένων, ἢ καὶ ματέρων τᾶν * ἰδίαν δύναμιν ἐχόντων. ὁκόταν γὰρ ἀγάλλῃ τις γέρασι καὶ τιμαῖς τὼς γενέτορας, ἀγαθὰ τίθητι Θεός. καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἐπάκοος εἴπελεν αὐτῶ. σεμνὸν γάρ τι καὶ θείας φύσιος πεπαμένον ἁμῖν τὸ τῶν φιτυσάντων ἵδρυμά ἐστι, καὶ ζωόντων πολὺ * μαλλότερον, ἢ τῶν * ἀμεμφίκτων ἱδρυμάτων. τὰ μὲν γὰρ καλλωπιζόμενα καὶ λαμπρυνιζόμενα ὑφ' ἁμέων ἑκάστοτε συνεύχεται ἡμῖν δωτῖνας ἀγαθάς· σκυβαλιζόμενα δὲ, τὠναντίον. τὰ δὲ οὐδ' ὁκότερα τούτων δὲ ἔρδει. ὥστε αἴκα δεόντως τις χρῆται πατρὶ καὶ ματρὶ, καὶ προπάτορι, καὶ ὅλως τοῖς ὁμοιορύσμοις, πάντων ποτὶ θεοφιλῆ μοῖραν πέπαται ἀγαλμάτων κυριώτατα. πᾶς δὴ νόον ἔχων τιμήτω καὶ σεβέτω καὶ δεδιέτω γονέων εὐχὰς ἢ κατάρας, εἰδὼς πλείοσι πλεονάκις ἐπιτελέας συμβεβηκυίας. τούτων οὖν οὕτως φύσει διακεκοσμαμένων, τοῖς μὲν ἔμφρεσι καὶ νοσμίοις τῶν βροτῶν * ἑρμαῖοι προγενέτορες γηραλέοι ζῶντες μέχρι τᾶς ἐσχάτας βιοτᾶς, καὶ ἐφέρποντες αἰζηοῖς υἱοῖς ποθεινοί, * ῥωμαλέοι ψυχᾷ σφόδρα ποθεινὼ ἰόντες διὰ τὸ πολλὰ εἰδέμεν. τοῖς δὲ φλαύροις καὶ ἀσυνέτοις εὖ μάλα φοβερώδεες καὶ ζοφεροί. εἰ δέ τινα φάμα ἀμύητος ὤτων παρακώφωσιν κατέχει τῶνδε λόγων, εἰδύλλεται ὡς καὶ δαίμοσιν ἐχθρὸς πέλει καὶ ἀνδράσι, τοῖς ποτὶ συνέσιος ἑρπύζοισιν ἀτραπόν.

* πρὸς θεῶν τιμιώτερον apud Platonem. lib. 11. de legib. Vbi eadem quæ hic dicuntur, ſed breuius aliquantulum.
* αὐτῶ.
* μᾶλλον.
* ἀψύχων. G.
* ἑρμαῖοι. G. Si ἑρμαῖοι, Græcum eſſet, ita legerim. forſan ergo ἑρμαῖοι. Sed apud Plat. legitur ἕρμαιοι.
* for. ῥωμαλέα. G.

Parentes negligere neq; Dæmon neq; homo unquam ulli conſuluerit qui uel tantillũ animo ſapiat. Idcirco nullum delubrum aut ſacellũ habere poſsimus precioſius in noſtris bonis poſſeſsiõe patris aut etiã aui ſenio cõfecti aut etiã matrum quæ peculiarem habẽt poteſtatem. Cùm enim quiſpiã munerib. & honorib. parentes exornauerit, uiciſsim bona repẽdit Deus: alioqui eos nõ exaudiret. Venerandũ enim & diuinæ naturæ particeps nobis eſt parentum ſimulacrum, & uiuentium quidem magis, quàm inanimatorum. Illa enim ſi ornentur & illuſtrentur à nobis frequenter, optima dona nobis comprecantur: ſi uero cõtemnantur, contrà. Hæc uerò neutrum horum faciunt. Itaq; ſi quis decenter ſe in parentes auum, & omnino in alios eiuſdem generis geſſerit ille ad ſortẽ q̃ Deo placeat omniũ maximè propria poſsidet ſimulacra. Quiſquis igitur ſana mente eſt præditus honoret, colat, & reformidet parentum preces uel execrationes, ſciens multas ſæpe earũ exitũ eueniſſe. Cùm hæc ergo ita ſint à natura diſpoſita prudentibus quidem & modeſtis hominibus amabiles ſunt parentes ſenes dum uiuunt uſq; ad extremam uitam, & adrepentes uegetis liberis iucundi, animo pollentes & ideò ſui excitantes deſiderium quòd multa ſint præditi ſcientia. Improbis uerò & ſtultis maximè formidabiles & atri. Si quis uerò opinione profana ad hos ſermones obſurduerit, conſtat ijs qui ſagacitatis & iudicij uiam inſiſtunt, eum & Dijs, & hominibus eſſe odioſum.

DE OFFICIO MVLIERIS, PHINTYOS FIlia Callicratis Pythagoræ dogmatum ſtudioſæ, ex lib. De temperantia mulieris.

Τὸ μὲν ὅλον, ἀγαθὰν δεῖ ἦμεν καὶ κοσμίαν. ἄνευ γὰρ ἀρετᾶς, οὐδέποκα γένοιτό τις τοιαύτα. ἑκάστη γὰρ ἀρετὰ περὶ ἕκαστον γινομένα, τὸ αὐτᾶς δεκτικὸν ἀποδίδωσι σπουδαῖον· ἁ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν τὼς ὀφθαλμώς· ἁ δὲ τᾶς ἀκοᾶς, τὰν ἀκοάν· καὶ ἁ μὲν ἵππω, τὸν ἵππον· ἁ δ' ἀνδρὸς, τὸν ἄνδρα· οὕτω δὲ καὶ γυναικὸς, τὰν γυναῖκα. γυναικὸς δὲ μάλιστα ἀρετὰ σωφροσύνα. διὰ γὰρ ταύτας, τὸν ἴδιον ἄνδρα καὶ τιμᾶν καὶ ἀγαπᾶν δυνασεῖται. πολλοὶ μὲν ἴσως δοξάζοντι, ὅτι οὐκ εὐάρμοστον γυναικὶ φιλοσοφεῖν, ὥσπερ οὐδ' ἱππεύειν, οὐδὲ δαμαγορέν. ἐγὼ δὲ τὰ μέν τινα νομίζω ἀνδρὸς ἦμεν ἴδια, τὰ δὲ γυναικὸς, τὰ δὲ κοινὰ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, τὰ δὲ μᾶλλον ἀνδρὸς ἢ γυναικός· τὰ δὲ μᾶλλον γυναικὸς ἢ ἀνδρός. ἴδια μὲν ἀνδρὸς, τὸ στραταγὲν, καὶ πολιτεύεσθαι, καὶ δαμαγορέν· ἴδια δὲ γυναικὸς, τὸ οἰκουρὲν, καὶ ἔνδον μένειν, καὶ ἐκδέχεσθαι καὶ θεραπεύεν τὸν ἄνδρα. κοινὰ δὲ φαμι, ἀνδρείαν, δικαιοσύναν, καὶ φρόνασιν. καὶ γὰρ τὰς τοῦ σώματος ἀρετὰς ἔχεν πρέπον καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικί, καὶ τὰς ψυχᾶς, ὁμοίως. καὶ ὡς ὑγιαίνεν τῷ σώματι ἀμφοτέροις ὠφέλιμον, οὕτως ὑγιαίνεν τᾷ ψυχᾷ. σώματος δὲ ἦμεν ἀρετὰς, ὑγίειαν, ἰσχύν, εὐαισθησίαν, κάλλος. τὰ δὲ μᾶλλον ἀνδρὶ καὶ ἀσκὲν καὶ ἔχεν οἰκεῖον ἐντί· τὰ δὲ μᾶλλον γυναικί. ἀνδρότατα μὲν γὰρ καὶ φρόνασιν, μᾶλλον ἀνδρὶ, καὶ διὰ τὰν ἕξιν τῶ σώματος, καὶ διὰ τὰν δύναμιν τᾶς ψυχᾶς. σωφροσύναν

Omnino bonam eſſe oportet & modeſtam: ſine uirtute enim, io talẽ nunquam euaſerit. Singulæ enim uirtutes ſingulis adhærentes, id quod eas ſuſcipit, probatum efficiunt. Et uirtus quidem oculorum, oculos: auditus, auditum: equi, equum: Viri aũt uirum: Sic etiã mulieris mulierẽ. At uirtus maximè mulieris, eſt temperãtia. Huius enim beneficio, proprium uirum, & colere, & amare poterit. Multi quidem certè exiſtimant, nõ decere mulierem philoſophari, ut neq; equitare, neq; cõcionari. Ego uerò quædam cenſeo uiri eſſe peculiaria; quædam mulieris: quædam utriq; cõmunia: quędam potiùs uiri quàm mulieris: quædam uerò potius mulieris quàm uiri. Peculiaria quidem uiri exercitum ducere, ciuitatem regere, cõcionari: Peculiaria mulieris, ædes cuſtodire, domi incluſam manere, excipere uirũ, & ei miniſtrare. Cõmunia uerò dico fortitudinem, iuſtitiam, & prudentiam. Etenim corporis uirtutes tam uirum quam uxorem decẽt, & animi ſimiliter: Et uelut utriq; bona corporis ualetudo utilis eſt, ſic ſanitas animi: Corporis aũt uirtutes eſſe ſanitatẽ, robur, integrã ſenſuum facultatẽ, formæ elegantiã. Quædã uerò magis propriè uir exercet & habet: quædã uerò mulier. Fortitudinẽ enim & prudẽtiã potius uirtum ꝓpter habitũ corporis, tũ ꝓpter animi facultatẽ.

Tempe-

Temperantiam uerò mulier. Cognoſcendum ergo eſt ei quæ mulierẽ ſit inſtructura temparantia, & quot & qualibus hoc bonũ mulieri accidat. Nimirum inquam ex his quinq;. Primùm quidem ex ſanctitate ac pietate circa lectum. Secundo ex ornamentis corporis. Tertiò ex excurſibus è proprijs ædibus. Quartò abſtinẽdo à Bacchanalibus & à matris Deorum ſacrificijs. Quintùm ut in ſacrificijs quæ Numini fiunt, canta ſit & moderata. Ex his autem illud maximè temperantiam producit & cõtinet, circa lectum eſſe intemeratã, & extero homini non ſe commiſceat. Primùm enim hac parte leges uiolans Deos natalitios offendit, ut pote quæ familiæ, & cognationi non genuinos auxiliatores, ſed ſpurios præbeat. Offendit etiam naturæ Deos, per quos iurauerat ſe cum parentibus & cognatis ſuis ad communionem uitæ & liberorum procreationem legitimè conuenturam. Sed & patriam ſuam offendit, ut quæ eius ſtatuta non obſeruet. Præterea in ijs peccare quibus maxima pœnarum conſtituta eſt, nempe mors, propter ſceleris magnitudinem, uoluptatis cauſa peccare, & iniurioſum eſſe, nefarium eſt, & uenia maximè indignum. Omnis autem iniuriæ terminus, eſt exitium. Atq; illud quidem cogitandũ eſt, cum nullum remedium purgatorium delicti inuenturum, ut cùm ad templa & aras Deorum acceſſerit, ſancta ſit & Deo accepta. Huic enim delicto minimè omnino Deus ignoſcit. Præſtantiſsimum autem ingenuæ mulieris ornamentũ teſtari per formam liberorum ſuorum cõtinentiam, quam uiro ſeruat, ſi characterem ſimilitudinis parẽtis ſui repræſentẽ. Et de lecto quidẽ ita res ſe habet. Quod autem ad ornatum corporis attinet, uidetur mihi illam candidas ueſtes & ſimplices ac minimè ſuperfluas decere. Quod fiet ſi nõ tranſlucidas, neq; uariegatas, neq; ex bombyce contextas ad tegendum corpus adhibeat ſed moderatas & coloris albi. Sic enim nimium ornatum, luxum & cultũ ſuperfluum uitabit, & prauam inuidiam alijs non inijciet. Aurum uerò & ſmaragdum planè non induat. Nam & multi eſt precij, & ſuperbiã erga populares demonſtrat. Oportet uerò ciuitatẽ quæ optimis legibus fuerit inſtitute totam per omnes partes diſpoſitã eodẽ pacto affici & ijſdem uti legibus. Operarij ergo qui talia faciunt, ab urbe arceantur. Colore uerò ornari faciem nõ aſcititio ac alieno, ſed germano corporis, ſolaq; aqua elotam eſſe oportet, ac magis pudore ornari. Nam hac ratione tum cõuictorem ſuum (id eſt maritum) & ſe ipſam uenerabilem exhibebit. Exeant uerò ædibus mulieres populares ſacra facturæ Deo tutelari ciuitatis, in ſui, mariti & totius familiæ gratiã. Prętereà neq; ſurgentibus tenebris, neq; ueſpera, ſed repleto foro palàm egrediatur mulier aliquid ſpectandi gratia, aut emendi, ab unica ancilla aut duabus ad ſummum concinnè deducta. Sacrificia autem frugalia Dijs offerat & pro ratione facultatis. Bacchanalibus autem & matris Deûm ſacris quæ domi fiunt abſtineat. Lex enim communis arcet hoc à ciuitate, nec hoc à mulieribus peragatur, tum aliàs tum quia illi ritus ebrietates ac mentis alienationes inducunt. Matrem autem familiâs, quę domui adminiſtrãdæ pręfecta eſt, temperantem & intemeratam eſſe oportet.

φρονεύσαν δὲ γυναικί. διὸ δεῖ περὶ σωφροσύνας πεπαιδευμέναν γνωρίζεν, ἐπ᾽ ὅσων τινῶν, καὶ ποίων τὸ ἀγαθὸν τοῦτο τᾷ γυναικὶ παραγίνεται. φαμὶ δὴ ἐκ πέντε τούτων. πρᾶτον μὲν ἐκ τᾶς περὶ τὰν εὐνὰν ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας. δεύτερον δὲ ἐκ τῶ κόσμω τῶ περὶ τὸ σῶμα. τρίτον ἐκ τῶν ἐξόδων τῶν ἐκ τᾶς ἰδίας οἰκίας. τέταρτον δ᾽ ἐκ τῶ μὴ χρέεσθαι τοῖς ὀργιασμοῖς καὶ * ματρωσμοῖς. πέμπτον δ᾽ ἐν τῷ θυσίας τᾷ πρὸς τὸ θεῖον εὐλαβέα ἦμεν καὶ μετρίαν. τούτων δὲ μέγιστον αἴτιον καὶ συνεκτικώτατον τᾶς σωφροσύνας, τὸ περὶ τὰν εὐνὰν ἦμεν ἀδιάφθορον, καὶ ἄμικτον θυραίω ἀνδρός. πρᾶτον μὲν γὰρ εἰς τοῦτο παρανομοῖσα, ἀδικεῖ γενεθλίως θεώς, οἴκῳ καὶ συγγενείᾳ οὐ γνασίως ἐπικούρως, ἀλλὰ νόθως παρεχομένα. ἀδικεῖ δὲ τὼς φυσίως θεὼς κατ᾽ ἐπομόσσασα μετὰ τῶν αὐτᾶς πατέρων τε καὶ συγγενῶν συνελεύσεσθαι ἐπὶ κοινωνίᾳ βίω τε καὶ τέκνων γενέσει τε, κατὰ νόμον. ἀδικεῖ δὲ καὶ τὰν αὐτᾶς πατρίδα, μὴ ἐμμένουσα τοῖς ἐν διατεταγμένοις. ἔπειτα ἐπὶ τούτοις ἁμπλακίσκεν, ἐφ᾽ οἷς τὸ μέγιστον τῶν προστίμων ὥρισται θάνατος, διὰ τὰν ὑπερβολὰν τῶ ἀδικήματος, ἀδονᾶς ἕνεκεν ἁμαρτάνεν, καὶ ὑβρίζεν, ἔκθεσμον, καὶ * ἀσυγγνωμονέστατον * ἦμεν, ὕβριος δὲ πάσας πέρας, ὄλεθρος. κἀκεῖνο δὲ χρὴ διαλογίζεσθαι, ὡς οὐδὲν καθάρσιον εὑρίσκεται τᾶς ἁμπλακίας ταύτας ἄκος, ὥστε ἐς ἱερὰ θεῶν καὶ βωμὼς ποτερχομέναν, ἦμεν ἁγνὰν καὶ θεοφιλατάν. ἐπὶ γὰρ ταύτᾳ τᾷ ἀδικίᾳ μάλιστα καὶ τὸ δαιμόνιον * ἀσυγγνωμόνατον γίνεται. κάλλιστος δὲ κόσμος γυναικὸς ἐλευθέρας * πρατίστα, εὖτ᾽ εἶδος τὸ διὰ τῶν αὐτᾶς τέκνων ἐπιμαρτύρεσθαι τὰν σωφροσύναν τὰν ποτὶ τὸν ἄνδρα, αἴκα τὸν τύπον τᾶς ὁμοιότατος ἐπιφέρωντι τῶ κατασπείραντος αὐτὼς πατρός. καὶ περὶ μὲν εὐνᾶς, οὕτως ἔχει. περὶ δὲ τῶ κόσμω τῶ περὶ τὸ σῶμα, δοκεῖ μοι * οὕτω δεῖ λευχείμονα ἦμεν καὶ ἁπλοϊκάν, καὶ ἀπερίεργον. ἐσσεῖται δὲ τοῦτο, αἴκα μὴ διαφανέσιν, μηδὲ διαποικίλοις, μηδὲ ἀπὸ βόμβυκος ὑφασμένοις χρᾶται τοῖς περὶ τὸ σῶμα ἀλλὰ μετρίοις καὶ λευκοχρωμάτοις. οὕτω γὰρ τὸ μᾶλλον κοσμεῖσθαι καὶ τρυφὴν καὶ καλλωπισμὸν φεύξεται, καὶ ζᾶλον οὐκ ἐμποιησεῖ μοχθηρὸν ταῖς ἄλλαις. χρυσὸν δὲ καὶ σμάραγδον ἁπλῶς μὴ περιτίθεσθαι. καὶ γὰρ πολυχρήματον, καὶ ὑπερηφανίαν ἐμφαίνεν ποτὶ τὰς δαμοτικάς. δεῖ δὲ τὰν εὐνομευμέναν πόλιν, ὅλαν αὐτὰν δι᾽ * ὅλας πεπραγμέναν, συμπαθέα τε καὶ ὁμοιόνομον ἦμεν. ἀπερύκεν δὲ καὶ δαμιουργὼς ἐκ τᾶς πόλιος τὼς ἐργαζομένως τὰ τοιαῦτα. χρώματι δὲ φαιδρύνεσθαι τὰν πρόσωπον, μὴ ἐπακτῷ καὶ ἀλλοτρίῳ, τῷ δ᾽ οἰκηΐῳ τῶ σώματος δι᾽ αὐτῶ τῶ ὕδατος ἀπολουομέναν, κοσμὲν δὲ μᾶλλον * αὐτὰν αἰσχύνᾳ. καὶ γὰρ τὸν συμβιῶντα καὶ αὐτὰν ἔντιμον παρέξεται. τὰς δὲ ἐξόδως ἐκ τᾶς οἰκίας ποιεῖσθαι τὰς γυναῖκας τὰς δημοτελέας θυηπολεύσας τῷ ἀρχαγέτᾳ θεῷ τᾶς πόλιος ὑπὲρ αὐτᾶς καὶ τῶ ἀνδρός, καὶ τῶ παντὸς οἴκω. ἔπειτα μήτε ὀρφνᾶς ἀνισταμένας, μήτε ἑσπέρας, ἀλλὰ πληθυούσας ἀγορᾶς καταφανέα γινομέναν τὰν ἔξοδον ποιεῖσθαι θεωρίας ἕνεκά τινος, ἢ ἀγορασμῶ οἰκηΐω, μετὰ θεραπαίνας μιᾶς, ἢ κατὰ τὸ πλεῖστον δύο εὐκόσμως χειραγωγουμέναν. τὰς δὲ θυσίας λιτὰς παριστάμεν τοῖς θεοῖς, καὶ κατὰ τὰν δύναμιν. ὀργιασμῶν δὲ καὶ * ματρωσμῶν τῶν κατ᾽ οἶκον ἀπέχεσθαι. καὶ γὰρ ὁ κοινὸς νόμος ἀπερύκει τᾶς πόλιος ταύτας τὰς γυναῖκας ἐπιτελέν, καὶ ἄλλως, καὶ ὅτι μέθας καὶ ἐκστάσιας ψυχᾶς ἐπάγοντι ταὶ θρησκεύσιες αὗται. τὰν δὲ οἰ-
κοδέσποιναν καὶ προκαθιζομέναν οἴκω δεῖ σώφρονα καὶ ἀνέπαφον ἦμεν.

F I N I S.

* Geſn. inf. legit ματρωασμοῖς: forte legendum eſt βακχισμοῖς: quod eſt genus ſaltationis, ut docet Pollux: ſed nihil commodo, quia ſupra hæc lectio non quadraret.

* ἀσυγγνωμόνατον. Apud Geſnerum autem hic anfractus alio modo legitur ego ordinem uerborum mutaui propter ſenſum, ni fallor, commodiorem.

* ἦμ.

* ἀσυγγνωμόνεστον. G.

* Geſn. legit in ſua uerſione ἀγατον.

* maxim. ὅτι. aut poſt πρωτίστα notetur. G.

* forte ὅλα: ſup. πόλιν.

* forte αὐτάν, ut referatur ad πρόσωπον.

* forte ματρωασμῶν. G.

IN

ARISTOTELIS POLITICA, ET PYTHAGOREOS INDEX.

Obſeruabit Lector, paginam quamuis ſecundùm longitudinem in quinque partes æquales diuiſam fuiſſe: ita quidem ut A primam & ſummam, B ſecundam, C tertiam, D quartam, E quintam & extremam partem denotet. Eo compendio uti uoluimus, ne ſi paginarum numeris numeros uerſuum coniunxiſſemus, nimia diligentia legentium oculos & animos perturbaremus.

A

Ἀβελτερία 468 b
abortus fœtus quãdo inferendus 561 b
abſolutionis litera 174 b
Accuocta 589
in Accuſantes falſo pœna maxima ſtatuenda 489 d
ἄχολον 311 b
acquiſitio mercenaria 86 e
acquiſitio rerum cur fiat 88 e
acquiſitionis inſtrumentorum duplex 86 a. & ſeq.
actio quid 25 a
actio nulla præclara ſine uirtute 506 a
actoarij 490 b
Adraſti binæ cædes 400 a
adoleſcentes in 4 artibus erudiri olim 573
quibus laboribus teneodi 578. 579
adoleſcẽtes ne cuncti eadem diſcere debeant 571
adoleſcentium fœtus imperfecti fœminæ potius 559 d
adoleſcẽtium indignatio magna 454 b
Adoleſcentibus uitioſa debent eſſe incognita 567 a
adoleſcentulorum copula ad procreationem inepta. pagina 559 a
adulterium flagitioſum 561 d
adulterij pœna 561 e
Aedificia priuata ut habenda 538 a
ædiles minores 498 e. 542 a
ædiles maios 497 e. 542 e
æditui 503 a
Aegyptij medicinæ ſtudioſiſſimi 322 c
medicis curandi modum præſcripſere 320 a. 322 c. 323 a
Aegyptij muliebria agunt 92 c mortalium antiquiſs. 534 d
Aegyptiorum ſeptem genera 535 e
Aelianus 191 d
æqualitas duplex 402 a
æqualitas in Repub. ſeruanda 302 b nobilibus moleſta 159 d
æqualitas ut ſeruari poſsit in democratia 480 a
æquitatem quærũt infirmiores 481 a
ærarium 501 a
ἀέρα 140 b
æs ſignatum quis intulerit 66 d
Aeſymnetæ 371 b
Aeſymnetarum regnum 315 a
Aeſchines 39 b. 40 d. 104 b. e
Aeſchylus 26 a
Aeſopi mores 416 a
ætas diuiſa 495 b. 567 b
in Aethiopia ratione magnitudinis tribuuntur magiſtratus 346 a
Agamemnonis patientia 312 b. 314 b
ἀγαμίας 188 a
ἀγανακτεῖν 124 e
qui Agere dicantur 515 d
ἄγε 418 a
Ageſilaus comis erga ciues 246 b. 247 b
agri quorum eſſe debeat 534 e
ager ... 531 a
agri forma 522 b
diuiſio 535 b
natura 521 e. 528 a. & ſeq.
in tres partes diuiſio 171 b. 175 b
agri prouentus communis ne eſſe debeat, agri uerò poſſeſsio propria: aut contrà 136 d
agrorum curatores 497 e
cultores 535 d
agros colendi duplex modus 131 e
agricolæ 350 b
maximè neceſſarij 354 e
non neceſſariò ciuitatis pars 177 d
agricolæ optimum populum conſtituunt 482 e
agricolarum conſtitutio Platonica reprehenditur 141 a. & ſeq.
agricolarum Reſpub. optima 481 a
agricolas magis quàm cuſtodes diſcordes eſſe præſtat 135 d
agriculturæ ſimilis pecuaria 484 c.
agriculturæ ſtudioſi ut reddendi 483 a
ἀγωγή 370 b
ἀγορανόμον 395 d. 498 d
ἀγορανόμοι qui 544 b
agrarij 159 b
agripetæ ibid.
ἀγχιστεία 544 b
... 311 a
... 313 e. 315 a
... 318 b
Alcetes Laco ob amorem urbem amiſit 97 c
Alcæus poeta lyricus 313 a
Alcibiades tibiarũ uſum accuſauit 591
Aldus 99 a
Alexander 98 b. 377 a. 496 c. 528 a
Alexander ignotum pecunia donauit 467 b
Alexandri Magni continentia 101 e
alimentum ſiccum corpus firmat 579
alimenti diuiſio 288 b. 290 a
alimenti appetitus & uſus naturalis 58 c
alimenti præcipua cura naturæ 770 a
ἄλυπος 159 e
ἀπαλλαγῆς diuiſio 46 e
... 312 a
Amaſis regis calliditas qualis 98 a. c
D. Ambroſius 75 c
ambulatiõe delectabatur Socrates 496 b
ob Amatoriam rem Reſpub. mutata 414 a
amicitia quid 875 c. 878 e
amicitia perfecta ad ſummum ciuitatis bonum confert 126 a
ad Amicitiam ſocietas & cõmunio pertinent 373 b
amicorum fortunas debere eſſe communes 131 e. 135 d. 137 d
amicorum opera regnum ſeruatur 459 b
amicis nõ fidere tyranni proprium 459 b
amatores cunnaſci penitus capiunt 126 b
amans uel ſeipſum uel alium amat 125 a
amor ſui ipſius duplex pagina 137 d
amor cum iracundia reconciliatus 918 a
ampla domus & puſilla ciuitas non diſcrepant 3 b
ἀναγκοφαγία 579
ἀναστάσεις 86 b
ἀναρχία 411 b
ἀνατολικὸς 75 c
ἀνδριάντα 580 d
Andria 135 e. 188 b
Androdamas Rheginus legiſlator 220 d. 221 d
Angelus Seguina 347 c
animi ardor in modò natis 556 a
animi motus prauiores per cantum alleuiari 596
animi culturam corporis cura anteire debet 557 e
animi ſedes 537 e. 568 a
partes duæ 549 e. 556 a
animi uis duplex 18 a
anima ciuitatis uiri optimi 307 a
animæ facultates duæ potiſs. 102 a
animam eſſe harmoniam, uel ſe habere harmoniam 583. 587
animalis ſpecies 349 d
animalia homini ut commodent 53 d
animalia duplicem ſenſum à natura habent 12 e
animalia duplicia 33 d
animalium generatio 53 e
alimentum uita uaria 57 a differentiæ triplices 52 a
animalibus orientibus ut natura de alimento proſpicit: ortis item quomodo 58 a
animantes cum fœtu alimentum parientes 51 a
animantium uarius cibandi modus 51 b
animo prius corpus 556 a
annonæ præfecti 543 d
ἀνομαλότης 328 a
ἀνταποδόσεις 91 e
antiqua recentioribus minus expolita 305 d
Antiſthenis fabella 302 c. 307 a
anulorum ornatus ſiors 510 d. 513 a
Apaturiorum dies 211 c
Apheliotes 347 b
ἀφοσιοῦν & ... ut diſtarant 596
Aphytæi omnes agricolæ 484 b
Aphytæorum lex 481 b
ἀφθόνως 487 e
... 162 a
ἀπόδειξις 581 e
ἀπολαύειν 416 e
ἄπολις 10 a. 11 a
Apulia mancus 584
Apollonius Rhodius 302 d. 304 c. 465 b. 590
Apolloniatæ noda 413 b
appetitus uenereus naturalis 11 d
Appianus 161 d
Apſines rhetor 597
aqua multa minus putreſcit 324 b
aquarum copia urbibus ſeperetur 537 a
aquas diſtinguendas, pagina 537 b
Aratus 95 d

arbi-

arbiter quis 176 a
arbiter honorarius fidiſsimus 179 d
Arcanum habitatio 113 c
Archelai mors 454 d
Archiuius 502 a
Archytæ Tarentinus 590
ἀρχὴ politica 250 d
ἀρχικὴ 393 d
ἀρχαὶ 403 d 405 a
Archontes Athenienſium 161 b. 500 c
Areopagitarum conſeſſus Solone antiquior 320 a
ἀρετὴ 246 e
ἀρετὴ pro calliditate 39 b
ἀρετὴ politice 250 e
Aretinus 131 b. 304 d. 335 c. 480 d. 492 b
Argeſtes 348 b
ἀργυραμοιβικὴ 89 c
ἀργυρώματα 501 e
Argonautæ 308 a
Argus cenſoculus 370 e
Areopagus à Solone conſtitutus 318 c
Ariſtocratia 267 e quæ 363 c
Ariſtocratia non durabilis 282 a oligarchiæ ſpecies 345 c. 438 a
Ariſtocratiæ genera 363 b. finis 365 e proprium 365 c. 435 e
Ariſtocratiæ ne regnum præſtet 324 e
Ariſtocratiæ genera 363 b. & ſeq.
Ariſtocratiæ aliquæ cur maneant 433 c
Ariſtocratiæ à politijs quo diffeſant 418 d
in Ariſtocratijs unde ſeditiones 417 c 428. 429
Ariſtocratica multitudo 337 b
Ariſtocratici magiſtratus creatio 393 e
Ariſtophanes 9 a 74 a 75 b. 97 c. 119 b. 124 a. 126 b 362 d 370 a. 411 b. 427 c. 562 d. 563 b. 575. 586
Ariſtoteles artis medicæ peritus 563 c
Ariſtoteles reprehenditur 324 d
Ariſtotelis liber 7. Polit. quorſum præcedere debet 347 e
Ariſtotelis libri duo poſteriores de Arte poetica emiſſi 596
Ariſtotelis locus mēdus 336 d
Ariſtotelis locus obſcurus, ambiguus 356 e. 357 a. 411 e. 435 b. 444. d. 454. b. 465 b. 473 b. 543 c. 564 c. 579. 58 b
Ariſtotelis locus correctus, auctus, mutatus 9 a. 25 a. 30 c. 74 c. 75 b. 82 a. 93 d. 99 c. 113 c. 132 d 134 c. 171 a. 172 c. 190 e. 192 b. 204 d. 205 c. 212 b. 219 e. 226 e. 244 b. 245 d. 246 c. 247 a. 254 d. 275 e. 302 c. 311 e. 329 c. 335 d. 343 d 349 c. 355 b. 358 d. 359 c. 360 a. 362 e. 363 b. 364 e. 367 d. 370 e. 376 c. 378 d. 384 d. 390 a. e. 395 e. 396 c. 397 d. 398 a. 400 d. e. 404 e. 405 e. 412 a. 427 c. 432 c. 440 c. 444 c. 445 c. 454 e. 457 d. 465 e. 469 c. 480 d 481 a. d. 485 e. 491 b. 493 a. 494 d. 497 e. 504 d 509 a. 514 a. 516 d. 527 d. 537 c.
541 d. 544 c. 548 e. 555 a. 558 e. 563 a. 579. 590. 597. 598
aratari ſemper incedebāt Græci 173 b. 174 d
ars ne fortunans requirat 84 e
ars ſedentaria 350 b
ars herilis χρηστική eſt: non operoſa, non multæ dignitatis 47 d
ars ἐργαστική βάναυσος · θητική · δουλική 87 a. & ſeq.
ars κτητικὴ & œconomica natura ne eadem 55 b. & ſeq.
κτητικὴ & χρηματιστικὴ eadē 88 c.
artes ἐλευθέριαι 47 c
τεχνικώταται. τυχικαί 84 d
βαναυσίαι 99 d
ſordidæ quæ 573
artium differentiæ à ſubiecto 56 e finis in infinitum 70 c
artium perfectio in quo 323 a
in Artibus alia ad cognitionem, alia ad actionem pertinent 234 c
in Artibus inueniendis qui ingenioſi 526 e
artibus omnibus finis 64 c
quibus adoleſcentes erudiri 573
artificialis χρηματιστικὴ 67 4. & ſeq.
arx oligarchiæ & monarchiæ conueniens 538 c. 540 b
ἀσχολία 555 d
Aſiam incolentes quales 526 a
Aſiatici ſeruili ingenio cur ſerui 516 b
aſſentator ubi in pretio 459 c
aſſentatores apud tyrannos plurimum ualent 353 c
oligarchiam perdunt 412 e
aſſentatores munus 459 d
ἄστυ 427 b
Aſtynomi 498 d. 544 b
aſtynomus qualis magiſtratus 497 c. 501 d
Atarnea urbs 160 c. 163 a
Athenæus 41 b. 46 a. 186 b. 191 b. 552 c. 563 d. 584. 592
Athenienſis Reipub. adminiſtratio 330 d
Athenienſium præfecti 162 b
Athenienſium Reſpub. uetus qualis 324 d
Athenienſium & aliorum Reſpub. conſiderantur 218 uſq; ad 222 a
athletarum habitus ad procreationem nō utilis 560 d
athletis cibi certum pondus præbebatur 579
athleticum habitum nocere 577. 578
ἀτίμητος 255 a
ἀτεχνία 159 e
auaritiæ frenandæ ratio 435 a
auaritia reddit nitæ amor immodicus 71 d uoluptas etiam 72 a. & ſeq.
Auerroes 288 a
aues ſolitariæ ſæuæ ſunt 10 b
rapaces αὐτίαι dicūtur 13 b
aues noctē tui generis audientes fugiunt 10 c
αὐλητικὴ 246 d
A. Gellius 191 e
aurum in ærarium illatū 192 e
Auſoniæ nomen 526 b
αὐτάρκεια finis eſt, propter quā ciuitas 17 e. 305 c
αὐτάρκεια optimum eſt 17 d
αὐτάρκεια natura ſpectat 17 d
αὐτεξούσιος 122 a
αὐτογνώμονες 188 d
αὐτοκράτορες 199 c 311 e
αὐτοπολῖται 86 a
αὐτόφυες 51 d
αὐτόχθονες Athenienſes 174 d
ἀξιόλογος 121 e
ἄζυξ 10 b
ἄζυγας λέγομεν 10 b
ἄζυγες qui ibid.
ἄζυγες γάμοι 247 a

B

Babylonis ambitus 238 e
Balia 188 d
Βαναυσία 596
Βαναυσίας 245 e
Βάναυσοι 81 e. 83 d. 354 d. 572 e. 573 (8 e
Barbari à Græcis qui uocati
Barbari ſerui Græcis 43 c
Barbaricum regnum 315 c. 316 c. & ſeq.
Barbitus 589
Βαρυθυμία 313 b
Βασιλείας origo 425 e
βάσις 133 e. 135 e
βαφὴ 555 c
beatitudo ſummum bonum 529 b ὁ βίος τέλειος 275 e
beatitudo actio eſt 514 d finis eſt 573 ætonomiæ finis 70 a
beatus quis Platoni 236 d uerè 547 d
bellum ſacrum 415 a. 417 b
belli ceruus 87 e ducis ſtudium 495 b
belli uictoria inſolentes 318 d
belli ne perpetuus profectus habendus 311 e
in Bello oligarchiæ mutatio fit 423 e
ad Bellū quatuor utiles 494 e
bella ſacra ſæua 526 e. 528 d
bella ferenda à tyrannis 459 b
bellorum finis requies 557 e
bellica incommoda Rempub. mutant 418 e
bellicoſæ gentes luxurioſæ 191 c. 195 c
belluæ manſuetæ meliores feris 31 b
beluarum uita uaria 57 b
bene uiuere ciuitatis finis a78 e mortales cupiunt 545 a
beneuolētia multitudinis colligenda 490 e
beſtias immanes cantu flecti 591
bilis ἀνατολὴ 218 b
βίος 82 b
βίος ἀλιευτικὸς · γεωργικὸς 57 d
λῃστρικὸς · νομαδικὸς 57 c
θηρευτικὸς 57 d ληστρικὸς 57 c
βλάβη 175 b
blanditia popularis duplex 421 d
Βοηθεία 52 b
bona actio & beatitudo idem 514 c
bona animi bonis corporis anteponenda 506 c
bona externa beatitudinis cauſæ efficientes 545 c
bona quæ ſint inter ſe comparari non poſſunt 296 d
qui Bona ſua communia fecerint 232 a
bonorum triagenera 505 c
bonorum poſſeſsio ciuitatis nulla pars 529 e
bonorum æqualitas qualis re-
quiratur 163 a
bonis nō poſſe uti turpe 556 b
ſine Bonis reſpub. eſſe nequit 295 e
bonos ex bonis non ſemper naſci 199 a. & ſeq.
bos apud Heſiodum pro ſeruo 8 a
βοσκήματα 8 a
βουλαρχοι 376 b
βουλὴ 396 e 410 e
βουλὴ peculiare populi 392 b
Budæus 82 d. 191 b. 404 e

C

Caeſar 113 a
calcei duplex uſus 62 e. 67 d
ſine Calceis Socrates ambulabat 355 a
Caminus urbs 105 c
Canephoræ 454 a
canere mortalibus iucundiſs. 581
cantus ſingulis uoluptatem pariunt 594
cantus ac ſoni facultatem magnam habēt immutandi animum 586
cantus qui purgant animum 593. 594
cantuum diuiſio 593
cant bus moralibus ad diſciplinam utendum 594
in Cantibus morum imitamenta 583 quarum rerum ſimulachra 588
cantilenæ olympi 581. 585
cantilenas non omnes tine diſcrimine uſurpandæ 595
uitioſas non penitus repudiandas 597
cantor quis 574
capiſtra ciuctū 513 a
capite cenſi 231 a
capſarij 46 b
carne humana qui uſcantur 577
cerui ū primos uſus 530. 540
Carolus quintus 443. d
Carolus Sigonius 220 d. 228 e 360 e
Carthagienſium reſpublica proponitur & examinatur 210. uſque ad 215 d
caſtella in agris ædificanda 542 e
Catullus 416 e 576 598
cauponaria 63 d cum uirtute non coniuncta 484 d
caupones unde dicti 9 a
χειροτονεῖν 189 c
χειροτέχναι μισθ. 590
χειροτέχναι 218 b
Celtæ qui 191 b
Celtarum ſcelus 186 b. 191 b 195 c
cerdones qui 83 c
Ceralis dua ob libidinē ferè exercitum amiſit 97 e
Ceralis ducis incontinentia 443 e
χερνῆτες 245 e. 247 a. 250 b
Chaones 534 c. 536 b
Charondas 8 e. 14 e. 219 b. e. 221 e. 222 a. 330 e. 374 c. 381 e
chorea 133 e
chorus comicus à tragico diuerſus 238 c. 240 e
choragi 436 e. 439 e. 598
choragi inter magiſtratus non numerandi 390 d
cibus porus 286 d. utilis: inutilis 286 d
cicadæ aureæ Athenienſiū

ornatos 174 d
Cicero 9 b. 10 a. & ſeq.
Cicero quo habitu prædi-
tus 598
Cimon Athenienſis agros
ſuos communes eſſe uo-
luit 138 a
citharistę ac tibicines de præ
ſtantia ciuiſes pugnarunt
591
cithara plurimum artificij
requirit. ibid.
in Cithera pueros non exer
cendos 589
ciuilis quis 3 b
ciuilis communio duplex 230
c. & ſeq.
ciuilis uita in quo 238 a
ciuilis & herilis ſocietas di-
uerſa 47 a
ciuilis ſocietas 113 a
ciuilis ſocietas optima 16 b.
373 d. cauſa τοῦ ζῆν in-
ſtituta 178 d. humanæ
naturæ propria: ratio hu-
ius 18 a. & ſeq. ex quibus
conſtet 548 d.
ciuilis ſocietatis finis bonū
5 a. 16 c. 159 d
ciuilis prudentię munus 35 a
ciuilis & regij natura ne
eadem 4 c
ciuilia iudicia 398 e
ciuilium turbationum quæ
initia 406 c. & ſeq.
ciuis quis 228 b. 278 a. c. 230 a.
& ſeq. 231 d e. 232 b. & ſeq.
258 a. 302 a
ciuis tres ſpecies 255 e
ciuis factus 228 a. 235 d na-
tus 235 a
ciuis ueri conditio 230 a ab
alijs ut diſtinguatur 232 e
ciuis, magiſtratus & uiri o-
ptimi uirtus eadem 549 e
ciuis magiſtratum gerentis
quæ facta 519 b
ciuis liberi ſtudia duplicia
557 a
ciuis boni & uiri boni uir-
tus eadem 247 e. 251 a
ciuis uirtus 245 c. 247 d. 249
d cotconueniat 256 d
ciuis otioſum habet pro-
priam 248 b pars ciuita-
tis 231 c. 57 a
ciuis cognitio Politico ne-
ceſſaria 229 c. & ſeq.
ciuis communione ἀρχῆς de-
finitur 232 e definitio
difficultas aſsignatur 231
e notio accidentalis 235
a ſeq.
In Ciuem ſine modo hono-
res conferri non debent
434 e. 435 a
ciues ſecundum quid 230 d
ciues qui dici nō poſsint 226
c. & ſeq. 227 a. & ſeq.
ciues duplices 235 a. & ſeq.
in duas partes diuiduntur
232 b
ciues ſubiecta ſpecie diffe-
runt 231 b
ciues Athenienſium 238 c
Romanorum 238 a
ciues Romæ quinquēnio ſin
gulo cenſebantur 438 b
ciues ciuitatis materia 248 d
Reipublicæ partes proxi-
mæ 123 d non ſuppſius,
ſed ciuitatis 57 a
ciues Reipub. adminiſtrati-
onis conſortes 546 a
ciues de rebus ſtatuere po-
pulare eſt 385 b
ut Ciues deliberationibus
participent, quatuor mo
di 385 c. & ſeq.
ciues ne res inter ſe commu
nes habeant 109 a. & ſeq.
ciues qui maximē conſerue-
tur 373 e
ciues ex genere nati 157 e
beneuolos eſſe debere
489 d qua natura præ-
diti eſſe debeant 585 e.
586 a. & ſeq.
ciuium ſpecies 257 a. & ſeq.
ciuium claſſes quatuor Solo
nis 152 b. 161 c. 163 b. 218 e.
219 b. 221 a diſtributio
quando orta 534 c
ciuium ſit communio 535 a
communitas quorum 307
a munera duo 355 d
ciuium uirtus eadē eſſe ne-
quit 248 d
ex Ciuium multitudine in-
gentis quæ mala 519 c
ciuitas quid 16 a. 139 b. 216 c.
228 a. 231 c. 239 d. 260 c. 268
d. 275 c. 278 e communio
quædam 5 a
ciuitas cur ſit 178 a quæ dica
tur quę uere appellanda
ſit: cur primò condita 9 d.
339 b
ciuitas natura conſtat 10 a
ut conſtituenda 8 a un-
de ſuum eſſe habeat 231 c
ciuitas beata, ubi 506 c. 509
b 532 a optima quæ 372 d
pulcherrima 518 d uera
ubi 266 d
ciuitas quæ benè adminiſtre
tur 373 d
ciuitas uelut ſubiectum Po-
litici 339 e natura prius
domo & ſingulis morta-
libus 10 c. & pago 19 c
propoſitum habet bonū
3 c. 5 a
ciuitas per genera diſtribu-
enda 533 e
ciuitas ex quo conſtet 378 e
ex quibus hominibus 350
b. & ſeq. ex triplici ho-
minum genere 372 d
ciuitas ſine quibus eſſe non
poſsit 529 c. & ſeq. ſine
magiſtratu eſſe nequit
497 b ex ſolis pauperi-
bus: uel ſeruis conſtare
nequit 295 d qualem
multitudinem hominum
requirat 518 a
ciuitas multitudo eſt: ex ſi-
milibus conflari non po-
teſt 111 c. 115 beata magna
ne eſſe debeat 517 e nu-
meroſa non benè legibus
regitur 518 e
ciuitas ne una & eadem pro
pter incolas eaſdem 240
d quomodo una uel di-
uerſa 239 d. 240 a. & ſeq.
ciuitatis appellatio 108 c o-
rigo 354 e cauſæ 18 a
ciuitatis forma 239 d. 249 b
Politia 228 d uiri opti-
mi 307 e
ciuitatis materia 239 b. 248
b materia domo 13 c na
tura 373 b finis 275 c.
277 c. 278 e 305 e 519 d
ciuitatis optimæ fundamen
ta 517 d. 518. 519 diſpoſi-
tio quæ optima 509 c. &
ſeq. 510
ciuitatis opt. ſtatus 371 b. &
ſeq. 372 a. & ſeq.
ciuitatis diuiſio ſecundū ani
mæ facultates 150 a
ciuitatis pars ciuis 570
ciuitatis partes 232 a. 345 a
partes duæ 463 a 481 b
partes tres 398 a. 399 d
partes plures 349 d. 350 a.
& ſeq.
ciuitatis partes domus 20 e.
21 e.
ciuitatis ſtudia quæ præcla-
ra 511 d uirtutes 555 d
ciuitatis uita Reſpub. 372 d
ciuitatis multitudo diuiden
da 541 c
ciuitatis communio quo eſt
ſita in ſocietate 278 b
ciuitatis ſedes ſeditionū cau
ſa 410 b
ciuitati omni finis unus 570
ciuitatem bonam eſſe, ſcien
tiæ opus 546 a non poſ-
ſe condi ex pauperib. 294 d
qui regere debeant 531 b
in Ciuitate optimi impera-
re debent 366 c
in Ciuitate cōtouerſię quā
do oriantur 401 d
ciuitates cur libentes Regi-
bus peruenire 95 c. & ſeq.
ciuitatum cur plura genera
519 b
ciuitatibus diuitiæ priuatæ
utiles 294 d
ciuitatibus eſt magnitudinis
modus 518 d. 519 a
Claudianus 213 e
clauus clauo pellitur 459 d
Clemens Alexādrinus 219 b
clerus 183 c
Cliſthenes Athenienſis 278 b.
472 c 473 c. 485 c. 488 d
cœlibatus præter naturā ne
Cœlius 136 b
cœnæ collatæ 288 b
colonia & pagus idem 9 c
colonia domeſtica 15 c
cogitationes πρακτικαί 517 a
cognati cur dicti neceſſarij
11 d
collybus 89 e
comitia 475 d quando habe
bantur 385 d
commodatum 85 a
ub Communis quàm propria
maior contentio 138 c
communio duplex 230 d
communio bonū affectat bo-
num præſtantiſsimum 5 a
ciuitatis finis 277 c Rei-
pub. forma 109 a
communio iudiciorum non
facit ciues 230 c
communio ueram ſolis ciui-
bus conueniens 231 a.
& ſeq.
De Communione uxorum &
liberorum quæ reprehen-
dat Ariſtoteles 123 b. & ſeq.
114 a. & ſeq.
communitas ciuium in quo
266 d Reipublicæ genus
108 d
communitatis ſpecies uaria
109 c. 133. 134
communitatem uxorum & li-
berorum multa abſurda ſe-
qui 125 b. & ſeq. nullis con-
uenire poſſe 126 a. & ſeq.
commutatio duplex 81 e
propria 86 a
commutatio fuit ante omnē
inuenta 66 c
commutatio rerū unde orta
67 c & ſeq. non eſt contra
naturam 68 b inter quos
exercebatur 63 a
commutationes qui uocentur
66 c
commutatoria 90 e
quæ Comparari inter ſe poſ-
ſint 196 d
compoſitionis ordo in Poli-
ticis 4 e
concio 390 d
concionis ius electionis & cē-
ſuræ non permittendū 390
b. & ſeq.
in Concione conſultabatur
apud Græcos 381 b
concordia publica quādo ma-
ximè foueatur 166 a
ad Concordiam publicā quæ
opus 166 c
concubitus iniuriarum dome
ſticarum remedium 564 a
condemnationis litera 174 b
conditores urbium ἀρχῆς di-
cuntur 510 b
conductio 86 d
confœderatio 13 a auxilij cau
ſa inſtituitur 115 c
confœderatorum ciuitas non
una 278 b
de Coniugio 558 c. uſque ad
561 e
coniugij anni tempus 559 c tempus
560 a
coniunctio hominum cur in-
ſtituta 13 c
coniunctio naturalis apud Bar
baros non 14 d
conſilium infirmum 97 c pu-
blicum 500 a
conſultandi munere abeuntes
ut eligendi 386 a
conſultatio 332 c cui inuen-
ta 391 b
conſultatio popularis quid eſt
393 b popularis munus
391 e
conſulibus Romæ ſyluarum
cura demandata 501 a
contemptus cauſa interitus mo
narchiæ 449 b. & ſeq.
ut ſeditionis cauſa 418 b
continentia, ducis quantus u-
ſus 97 d
de Contractibus paruis iudi-
cium 398 a
contrariorum efficientia in
contrariis 433 a
conuictus finis 263 b
conuiuia publica Lacedæmo-
niorum Creteſium 196 d
conuiuiorum ordinatio 534 a.
536 a
contumelia quomodo ſedi-
tionum cauſa 407 d
contumeliarum multa ſunt ge-
nera 447 e
copiæ naualis utiliſs. 524 b
copula uiri & uxoris nomi-
ne Græco caret 11 a
coquinariæ inuentor 46 a
χορηγία dupliciter ſumitur 418 a
χορηγεῖν 244 a
χορηγία 39 c. 40 a
corpus anima prius 556 a
corpus temperatū quod 152 e
corporis humani principia
129 c
corporis cura animi antea
debet 557 e
corpo-

corpora morboſa errata nisi ma ferre non poſſunt 493 d
Corſus Donati petronus ma lorum 432 b
a uro ſenſum habere 10 c
Coſmus Medices 502 a
Coſmi 203 e.204 e.206 b
Coſmi Cretenſium 207 a. & ſeq.
corycæi 465 a
non Credendum temerè 433 c
crepitaculū Archytæ 588.590
Creta ἑκατόμπολις dicta 381 e
Cretenſis Reſpublica, Spartanæ uelut peſens 205 e.206 a. & ſeq.
Cretenſium Reſpublica proponitur & examinatur 203 uſque ad 207 a
χρήματα 22 a unde dicta 67 b
χρηματίζεσθαι qui 64 d
χρηματιστικὴ 21 b propriè dicta duplex: ſiue naturalis 66 d.67 d. 70 a.& ſeq.74 d ſpecies 52 d naturalis: artificialis 77 a. & ſeq. artificialis & naturalis differentiæ 67 b
χρηματιστικὴ alimentaria 56 d. hæc earia 57 a.& ſeq. μεταβλητικὴ 67 a.& ſeq.82 e
χρηματιστικὴ compoſita 84 a. & ſeq.
χρηματιστικὴ ſimplex, quæ duplex 85 a.& ſeq.
χρηματιστικὴ œconomiæ non propria 75 d.76 a.& ſeq. œconomiæ baſis 22 e
χρηματιστικῇ διακονικὴ comitatur 23 d eadē cū κτητικῇ 67 a
χρηματιστικῆς οἰκονομικῆς muonæ: methodos 85 a.& ſeq.
χρηματιστικῆς uoce uariè utitur Ariſtoteles 52 a
χρηματιστικῆς ſubiectū χρήματα & κτήματα 56 a ſpecies 75 c finis ſuſcitus 70 d
χρηματιστικῆς methodus practica 84 a.& ſeq.
χρῆσις œconomi eſt 75 a
χρηστικὴ herilis ſcientia 47 d
χρῶμα 597
croralum 590
cumæ uariæ 174 d
cunarū uſus cur inuētus 507 a
cuncti uox duobus modis capitur 118 c
cupido θυμὸς 467 d
cupiditas ro mo dò natie 556 c
curæ ſordidæ 572
curæ Reipub. ornandæ cauſa 390 d
curatoras Sacrarū rarū 509 b
cuſtodes qui Platoni 136 a. 140 b
cuſtodes regum & tyrannorum diuerſi 312 d
cuſtodibus proprium 516 c
Cynoſarges 254 e
Cyphæ 457 c
Cypſalidæ 465 c.472 d
Cypſelydarum tyrannis cur diuturna 469 e.471 d

D

Dædali opera 25 b.26 a.27 c
Dæmagogi 220 c.221 d. 351 e.353 a.420 b.459 c
Dæmagogi cauſa exitij Reipub. 418 c
Dæmagogia 446 c
δῆμος 313 a
δημιουργὸς 75 c.86 d
Daures 40 b.64 a.413 b.417 a.541 b.
dediſcere quàm diſcere difficilius 340 b.342 a
deliberandi modi inter ſe diſcrepantes 386 e
deliberandi modi multitudinis proprij 385 a.& ſeq. oligarchiæ proprij 386 a. & ſeq.
delicias & amores quas Latini uocent 454 a
Democratia 267 d.270 d quid 346 c.& ſeq 347 b unde orta 401 c quæ optima 482 d.483.484 a.& ſeq. quæ mala 485 a.& ſeq.
Democratia duobus definita 442 e quibus conueniat, 379 a ſtabilior oligarchia 374 b tutior eſt oligarchia 343 b
Democratia & tyrannis contrariæ 450 d
Democratiæ finis 365 e proprium 368 c.478 a
Democratiæ quid conueniat 435 e
Democratię & oligarchiæ diſcrimen medium 368 a
Democratiæ oligarchiæ contraria 475 a
ad Democratiam qui aſſumatur 485 a
ex Democratia cur tyrannis 419 b
in Democratijs quæ ſeditionis authæ 410 b cur tyrannides 434 a
Democratiæ plura genera 352 c.& ſeq 353 a.& ſeq.360 c.& ſeq 475 b cur plures 476 a quatuor 482 d.uſque ad 485 e
Democratiæ ut conſtituendæ 489 a.& ſeq.490 a.& ſeq. ut muniantur 418 c.& ſeq.
Democratici deliberandi modi 385 a & ſeq.
an Democraticos an Ariſtocraticos imperare præſtet 289 a.& ſeq.
Democratia bona ubi facilè inſtitui poſsit 484 d ut conſeruanda 436 b
Democratia non omnis inſta 211 b
in Democratia quorum ratio habenda 436 b
Democritus 63 e
Demoſthenes 39 b.
Deus cæcus apud Lacedæmones 370 b
Deus cur beatus 506 d
Deo non ſunt externæ actiones 515 a
Deū ut uociterit Plato 520 b
Dijs humana forma tributa 9 d.15 d
Dijs gratia habenda 543 b.
in Deos ſumptus communes 535 b
Inter Deos regia reſpub. 15 e
διαιρεταὶ ſocietas 21 b.& ſeq. 22 d
διαιρετικὴ μέθοδος 3 c
Diacrij 421 b
διαιτητικὴ γυμναστικὴ 46 a
διανοητικαὶ uirtutes 572
dictatoris curatiæ 280 d
dictatoria ſumma 314 b
dignitas ſo imperante 276 d
dij laſciuiæ 568 e
δημαγωγία 311 c
δημιουργοὶ unde 11 d
δημαγωγοὶ 192 c.197 e
δημιουργὸς 286 c.291 b
δημιουργὸς κόσμου 510 b
δημοκρατία 147 d
δῆμος 150 c.262 c
δῆμος 397 a
Diodorus Siculus 26 a
Diogenes cynicus 10 a
διαιτήζειν 453 c
Dionyſiaci ludi 500 a 504 c
Dionyſius ſpatio 40 dierum potauit 455 e filium à conſuetudine hominū remouit 466 d
Dionyſius Halicarnaſſ. 496 d 528 b
Diophantes 162 b.a
Dioſcorides Rempub. Spartanam ſcripſit 554 b
diſciplina eadem informans probum uirum & ciuem idoneum gubernationi 336 b
diſciplina adoleſcentibus ſuſtat crepitaculi 588
diſciplina naturam ſupplet 567 c
diſciplina una ciuitatum 570
diſciplina aliqua ut liberalis filijs traditur 574
diſciplinarum ſpectatores ruenes quando 567 b
diſcordiarum inteſtinarū ſontes 401 d
diſcordiarum principio occurrendum 414 b
diſcordias inter ciues faciat tyrannus 458 e
dithyrambus 594.597
diuinum quid Platoni 93 d
diuinus furor 582.586
diuitiæ œconomiæ finis 50 e oligarchiæ finis 365 e priuatæ ciuitatibus utiles 294 d. ueræ quæ 64 a
diuitiæ cui inſeruiant 54 c. & ſeq. quale inſtrumentū 14 c.52 d non infinitæ 59 a quæ terminatæ 54 c ueræ pecunijs non conſtāt 64 a
diuitiæ ex quibus rebus conſtent 52 c
diuitiarum nomen quæ mereantur 59 b
diuitiarum uariæ ſpecies 163 e
diuitijs cur ſtudeant homines 71 d.72 a.& ſeq.
diuitias ciuibus adeſſe oportet 531 a nobilitas ſequitur 366 b
circa Diuitias duo hebicuum genera 151 d
diuites imperium ſibi deberi contendunt 305 b
diuites impedit res familiaris in Repub. 361 a
diuitum onera 405 c
δημοσιάρια 288 c
dolium perruſum 490 a
dominari in quos oporteat 511 c
dominari & ſeruire iuſtum eſt 41 e iniuſtum: præter naturam: uiolentum 23 b
dominationis ſcientia, & quæ: an à Politico tractanda 23 a
dominium & ſeruitus animali ſecundum naturam ineſt: eidem conuenit ſecundum partes principes 35 b.36 quib. naturaliter inſit 36 c
dominij & ſeruitutis diſtinctio inter Barbaros nulla 14 d
dominus qs dicatur 45 c.46 d
dominus prius ſeruus fuerit neceſſe eſt 246 b.250 d
dominus & ſeruus formis diſtincti 46 a
dominus & domina 51 d
domini & ſerui mariti & uxoris: patris & liberorum, uirtutes peculiares 103 c
domini eſt ſeruum inſtituere 105 a
domus pro familia 347 c
domus principia 14 a.& ſeq. natura 14 e cur inſtituta 31 d.14 e
domus ciuitatis materia 3 e. 21 c. ciuitatis partes 20 a.21 e
domus è duabus ſocietatibus conſtat 8 e 14 e
domus cognitio in quo 22 d
de Domo in Politicis cur agatur 4 a.21 e
domorum tres primæ partes 12 c
donario 86 c
Dorica harmonia laudatur 594
Dorici cantus natura 598
in Doricis cantibus iuniores inſtituendi 595
δωδεκάπολις 275 d
Draco Athenienſis legiſlator 220 c.221 b.222 c.134 c
Draconis leges ſanguine ſcriptæ 221 b
duodenarij myſterium in confœderationibus 113 b
dux libidinoſus quantum incommodet 97 c
δυνάστεια 9 c.359 a.385 e.388 c
dynaſtia oligarchiæ ſpecies 125 c 107 c
dynaſtæ qui 494 c
δυνάμεις 66 e
δυσχερεῖς res quæ 101 b
Dyrrhachium urbs 161 c.162 b

E

Ebrietas cui ætati conceſſa 566 c.569 a
ebrij plures quàm medici longæui 138 d
ebriorum duplex pœna 220 c.222 d
ab Ebrietate ſibi temperandū uoluit Plato 584
ἐδωδὴ 513 d
Edoardus Vottonus 52 c
egentes in democratijs ipſis locupletibus plus ualent 477 a
egeſtas 295 a
ἐγκράτεια 501 b
εἰσφοραὶ 502 a
ἑκατόμπολις Sparta dicta 193 b
ἐκκλησία 479 a
elephantes demulceri fiſtulis 591
ἐλευθέριος 346 b
educare ætate grandiores ad temperantiam facit 559 a
ἐμμελεῖς 133 e
embrionem expellere non eſt homicida 564 c
Empedocles 40 a.540 a
ἐμπορεία 66 c.86 b
ἔμπορος 354 d
emptio 86 c
ἐνδελέχεια 313 e
ἐνθουσιασμὸς 579.583
entia animata duplicia 33 b
in Entibus uegetantibus ſeruitutis & dominij ueſtigia 33 b
ἐνθουσιασμὸς quid 586
ἐνθουσιαστικοῦ ſpecies 596

[illegible] quid 39 b
Epaminondas 100 a
Ephesi conditor 415 e
Ephialtes poma è ſuis cubi-
bus concessit 132 a
Ephialtes Rhetor 221 d
Ephori 206 b
Ephori Lacedæmoniorũ 207
a.& ſeq.
Ephororum electio 188 d ori-
go 192 b uſus 404 e
Ephoros qs ſuſtulerit 404 e
ephoria 149 d.188 b.500 a
ephoria Reipublicæ contenta
197 e
[illegible] 525 d
Epicurus 54 a eius mors 405
a.512 e.585
Epicuri ſtudium 576
Epidamnus urbs 161 c.162 b
Epidamnus Dyrrhachium po-
ſtea dictum 328 e.330 d
[illegible] 161 b.287 d
[illegible] 303 a
[illegible] 51 a
[illegible] 394 d. diuiſio 390 d
Epimenides 9 a.12 e.14 e
[illegible] 326 e
Epirotica natio 578
epiſtatæ 498 b.502 b
[illegible] 358 a
[illegible] & [illegible] ſerui ad uir-
tuté traducendi 105 b.& ſeq.
[illegible] 518 a
[illegible] 45 e
[illegible] 412 e
[illegible] quæ dicantur 131 b
equa iuſta appellata 119 e
equis qui populi uſi potius.
347 e.349 e
equos qui alere debeãt 494 e
equites Hierosolymitani 501 e
equites Solonis qui 161 c
[illegible] 51 d.160 a
[illegible] 412 b
[illegible] ibid.
[illegible] qui, ibid.
[illegible] 314 b
[illegible] 527 e
Eubuli calliditas 160 e.161 a.
164 e
[illegible] 446 d
[illegible] 405 e
[illegible] 512 d
[illegible] 367 a
[illegible] 173 a
[illegible] 517 a
[illegible] 133 a
Euripidis tragœdia Bacchæ,
male inſcripta 597
Europæi, liberi magis alijs
526 a
Europæi libertatis cupidi.
316 e
Europam incolentes quales
526 a
[illegible] 587
eurus 348 b
[illegible] 523 a
Euſtathius 26 a
[illegible] 497 b.501 e
[illegible] 236 d
[illegible] 400 b
excandeſcentia maior aduer-
ſus familiares 528 a
exercitatione corporis uten-
dum 577
exercitiũ infantulorum 565 b
[illegible] 396 d

F

Fabius Beneuolentius 454 e
fabros tibiarum urbe eijcié-
dos 597
factum honeſtum 506 e
facti ciues 230 a
factio quid 25 e
falſi teſtimonij cauſa 219 e
famulis quibus maximè ira-
ſcamur 131 e
fenus 86 d.89 e
Feſtus 11 d.75 e
feudi principium 53 h
fideicommiſſum 85 e
fides inſtrumentum 591
fides nõ uiolanda 237 d.238 d
filiuzum ne eædem, quæ paren-
tum uirtutes 101 b
in Finnico pueri nati mergan-
tur 565 e
fœdera quid 277 d
fœlicitas maxima 3 e
fœmina à ſexuu diſtincta 8 e
fœmina elocãdæ anno 18.560 a
fœminarum cur frequentior
obitus 559 e.561 e
fœminas agros colere, quæ ab-
ſurda ſequãtur 135 a.& ſeq.
fœneratoris 90 b.d
fœneratores cur [illegible]
dicti 74 e
fœneratorum ſtudium peſſi-
mum 74 d
fœnus quid 74 e.75 e
unde dictum 78 b
fonies ſi deſint, aqua ut com-
paranda 538 a
fortes fortibus naſcũtur 41 b
fortitudo audacia fit 449 e
fortitudo ſola non colenda
577
fortitudo alia domini, alia
ſerui conuenit 100 d
fortitudo num Spartanorum
540 e
fortitudinis finis 72 e
fortitudine ubi opus 555 a
fortuna quorũ domina 545 e
fortuna à beatitudine ſecer-
natur 545 a
fortunámne ars requirat 84 e
fortunæ mediocres expeten-
dæ 377 a
cum Fortunarum incremen-
to cupiditas creſcit 161 a
foſſores 350 b
forum quid 354 d
forum liberum 541 a
foro locus accommodatus
541 e
foro præficiatur magiſtratus
497 e
foſſa Spartiatarum 540 e
fratres plures ad magiſtratum
non admittebantur 422 e
frigus facilè perferunt pueri
565 b
frigori aſſuefaciẽdi pueri 565 e
Frontinus 61 a
in Fructuoſas artes ut incum-
bendum 578
frugalitas 295 a
funambuli Romæ 504 e
fures non examinata cauſa ſu-
ſpenduntur 178 b
furoris tria genera 596

G

Galenus 312 e.513 d
Galli cur breues ſtatura
561 d
Gallorum mos circa infantu-
los 565 e
[illegible] ſocietas 21 b 21 d
[illegible] imperium cur politi-
cum 93 e
Garamantæ communes ha-
bent uxores 119 e
gaza 186 e
[illegible] 411 e
gentes 314 b
[illegible] 287 b
Germanorum mores 527 b
Germanorum proceritas un-
de 562 e
Germanos à Gallis & Italis
malè reprehendi 12 a
[illegible] 147 e
gladius Delphicus 8 c.12 b
gloria monarchiam perdidit
450 a
[illegible] 347 e
[illegible] 575
[illegible] multas artes comple-
ctitur 576
Græcanicum regnum 315 e
Græci oppida puſilla conde-
bant 321 e
Græci liberi natura 43 e
Græcorum cibos è terra & ma
ri 74 b
Græcorum natio qualis: inter
ipſos differétia 526 b.527 d
Græcos loæ Barbaris impera
re 14 e
gymnaſia ſenum 542 b
[illegible] 504 b
Gymnaſtica cur dicta 341 a
Gymnaſticæ primus quis ope
ram dederit 266 b
finis 573 officium 341 b
[illegible] Aegyptij
92 e
[illegible] 504 h
Gynæconomus 394 d

H

Habitus qui procreationi u-
tilis 560 d
habitus ad finem propoſitũ re-
ferendi 72 e
Hannibal popularis 492 d
harmonia duplex 346 a
Dorica ad inſtitutioné e-
quorum, 594
harmonia quæ diuerſa 240 a
harmoniæ tres ſunt 598
harmoniæ uariæ 583.587
harmoniarum cum rhythmis
cognatio 583
hæreditatis diuiſio ſeditionis
cauſa 414 e
hæreditate non alijs dilargié
dæ 436 d
Harpocration 81 d
[illegible] 175 b
[illegible] 124 b.e
Heliæa Athenienſium 402
d 404 e
Heluetij baſtis longis uti cœ-
pêre 149 h
Heluetij ut diſtincti 113 h
Hephæſtia 314 e
Heptagona 589.592
herilis ſcientia [illegible] 47 d
herilis uirtus 104 e
herilis & ciuilis ſocietas & ad
miniſtratio diuerſa 47 a
in Herili imperio finis ité, eſſe
ctus uarius 263 e
herile imperium monarchia
quædam 47 h
Hermogenes 133 d
Herodotus 31 e
heroicum regnum 315 e.0
heroici regni ſpecies 315 e
Heſiodus 8 e
Heſychius 170 e.219 e
Hieromnemones 498 b.
502 h
Hieronymus Melus 587
Hieron. Mercurialis 579
Hippocrates 31 e
Hippocratis liberi ſoleiſsi-
mi 40 b
Hippocratis ſceptor 266 a
Hippodamus 161 e architectus 538 e nouitatis
ſectator 178 a
Hippodamus magnus fuit:
quæ inuenerit: quib. mo-
ribus præditus 170 e.171 a.
174 b 175 a
Hippodami reſpublica per-
pendicur 170 e.179 e
[illegible] 84 b
[illegible] 501 e.544 b
homicida nõ eſt, embryonẽ
expellens 564 e
Homerus ſummus poëta P.
Victorio 9 b. & ſeq.& a-
libi.
Homerus 9 h
homo natura animal politi-
cum 11 a
homo omnibus alijs antecel
lit 33 e omnis creaturæ
dominus 53 e omnibus
imperare debet 35 d ſo-
lus ratione præditus 546 c
homo homini ſeruit 12 b
homo unus ab alio ut diſcre
pat 10 d in quo animan-
tia uincat 10 h
homo quid proprium habe-
at. ibid. d
homo ne ſolus bonum atq;
malum ſentiat. ibid.
homo optimus quis: peſſi-
mus quis 16 e
homini honeſti non eſt mu
ſicum agere 580
hominis liberi uita alia à ci-
uilis 514 b
hominem unũ imperare nõ
decét 332 & ſeq.
homines ut diuidantur 41 a
homines diuerſi generis, ſe-
ditionis cauſa 409 d re-
rum ſuarum mali æſtima-
tores 273 a
homines ne bonos impera-
re expediat 323 e.324 a
homines aliqui nulla cura
erudiri poſſunt 470 e
homines ad fortitudiné mi-
litarem legibus exatui 513
e magni ſpiritus è me-
dio tollendos 458 b te-
nuet facilè in officio reti-
nentur 483 b
hominum duo genera ab a-
lijs diuerſa 11 a.161 a quę
genera ciuitatem conſti-
tuant 350 b.& ſeq. mul-
titudine ciuitas inſtructa
eſſe debet 517 e.518 a
hominum tres partes di-
uiſio 171 b.175 b
hominum cauſa animalia ge
nita 51 a
hominum perfectio in duo-
bus 544 d
hominum fines uarij 101 a
hominum diuerſa genéra, di
uerſus etiam cultus re-
quiritur 594
honeſtum in certaminibus
præualeat 577
honorarium quid 85 e
honor ut ſeditionis cauſa
407 e
honos ariſtocratiæ finis 366 e
honoris cauſa paucos peri-
culo ſe obijcere 450 b
Horatius 11 e
Horatius notatus 569 b
hoſpitalitas olim gratoita
66 e

qui Ho.

qui Hoſtem non occiderat, ignominioſa afficiebatur 510 a
Hottomanous 140 d. 83 e
ὕπαρχος 376 c
ὑπαρχούσης Reſpublicæ 108 b
ὑποτριηράρχης 416 c
ὑφηγημένοι μαθηταὶ 3 e
humani uictus cōparatio duplex 51 d
Hybrides qui 257 d
hyemis cōniugij tempus 560 e
Hypodorium 588
Hypophrygium 587

I

IAmbi poemat. genus 569 b
Iapyges qui 411 d
Iaſonis uox 545. b. 549 c
Iaſon Tralliaaus, tragœdiarom actor 597
Ichthyophagi Aethiopes 53 b
idiotæ qui 155 c
ἱερωσύνη 503 e
ἱερατεία 530 d
ἱεροποιοὶ 437 e
Ilotæ qui 134 c. 136 a. 139 d
de Ilotis 193 d
in imaginibus morum ſimolachra non exiſtuot 586
ἱματιοπώλης 32 e
in imperatore bellico uſus magis ſpectādus quàm uirtus 440 a
imperans & parens in quo cōueniant: in quo differant 100 b
imperantis munus 519 b
imperantes na & parentes diuerſi eſſe debeant 548 d
quos imperare præſtat 189 a & ſeq.
imperare ciuit præcipuū munus 254 a
imperare magiſtratus ꝓpriū 390 a
imperare optimi debent 306 e
imperare multos magnis nō præter rationem 590 a
imperandi uariæ ſpecies 47 a
imperandi atq; parendi uarij ordines 102 b
imperaturus prius rectè paruerit oportet 549 c
imperium animi eſt 30 a
imperium & ſeruitus necesſaria & utilis: inter entia naturalia ſecundum naturam 346 & ſeq.
imperium cui iure conueniat 380 e. 381 a. & ſeq. potius multitudini quàm uni conuenit 324 a. & ſeq.
imperium multitudinem habere præſtat 285 d peues leges eſſe debet 188 d plurium bonorum uirorū μοναρχίας præferant 333 a & ſeq.
imperium qui habent, præſtare oportet priuatis 549 b
imperium politicum & ariſtocraticum natura præfertur regno 325 a. & ſeq.
imperiō qui ferre nolint 372 e
imperij ius quibus conueniat 295 d. 296 b
imperij ſpecies 280 e
diuiſio 549 d
tria genera 516 d
imperij regij ſpecies perfectisſima 93 d
imperij uiciſsitudo inter maritum & uxorem 93 e
imperij ne ſocietas de ratione eſſentiali ciuis ſit 255 e
& ſeq. 256 a & ſeq.
de Imparij ioie qui certare poſsint 305 a. & ſeq. 306 a. & ſeq.
imperio unius plurium bonorum præferendum 333 a & ſeq.
imperfectus quis 11 e
imperfecto finis non conuenit 580
improbitas armata pernicioſisſima 16 c
improborum cupiditati nihil ſatis 266 b
ad incrementum placatus ualet 566 a
inſulæ fortunatæ 556 a. 557 d
incrementum quorundā mutationis reip. cauſa 408 d
indoles optima, melioris reipub. cauſa 570
infans à belua parum differt 9 a
infinitum aliquid duob. modis dicitur 51 e
inimicitiæ doloris expertes 471 e
iniuria ſeditionis cauſa 409 b
iniuriarum ortus 378 a
differentiæ 365 a
tria genera 171 c. 175 b
iniuriarum domeſticarū remedium concubitus 564 e
inopū propriū inuidere 373 b
inquilinus unde 155 b
inquilini ſeditionum cauſæ 409 d
de Inſtitutione puerorum leges ſcribendæ 570
inſtrumentum uni inſeruiens, melius quàm multis 14 e
inſtrumenta omnia duplicia ſunt 27 a
animata duplicia: inanimata 27 b
inſtrumenta uulgi ut differāt ab inſtrumentis doctorum 25 c
inſtrumenta cur uaria requirantur 17 d
inſtrumenta muſica quæ conueniant. quæ non 589. 590
inuidere proprium inopum 373 b
Io. Geneſius 81 d. 319 e. 562 a
Iul. Leo 174 b. 336 d
ὑποτιθέμενος 516 d
ἴσον 318 c. 319 a
ira cum dolore iuncta 451 e
cum ira pugnare difficile 462 e
ira dominante, non eſt facilè ratiocinari 451 e
iræ & lenitatis ſimulachra in cantibus 588
ἰσότης laudatur 261 d
Iſocrates 421 d. 444 a. 454 e. 503 d. 540 d. 557 a. & ſeq.
Iſocratis pater 546 e
eius ſtudium erga filium 366 c
Italiæ ueteris deſcriptio 534 b & ſeq.
Italus Oenotriæ rex 534 e. 536 a
Itali pro Oenotrijs appellati 534 a unde dicti 536 a
Italici belli cauſa 411 a
ἰδιωτικαὶ uirtutes 572
Ithyphalli 568 e
ineundum uni, alteri non 51 b
iucūda quæ, innocua ſunt 581
iudex periurus 176 c
iudicatiu 438 e
iudicium arbitrarium: forenſe 176 a
eius genera 400 a
iudicia cōſtituendi uarij modi 399 a. & ſeq.
iudiciorum genera 175 e 384 a. 385 a uicto genera 398 c
iudiciorum differentia in tribus 398 b
iudicum conſeſſus quot modis eſſe poſsit 399 a. & ſeq.
iudicum domeſtica ubi extruenda 542 e
iuniores comœdias ne ſpectent 566 d
Iupiter non canit 580
Ius in quo 16 d
ius quò communius, eò malius 270 a
ius quid dici debeat 276 b
ius neceſsitatis 41 a
populare 477 d
uulgaris 42 b
ius politicæ bonum eſt 295 e
ius ciuitatem non corrumpit 281 b
ius imparij in ciuitate qui meteantur 377 a
qui ius dicat, requiritur 350 a
iuris æqualitas reſpectu perſonarum 276 d
Iuſtinus 53 b. 191 d. 238 a
iuſtitia requiritur in magiſtratu 440 d
iuſtum quid 481 a. & ſeq.
iuuenes parēre debent 549 e
iuuenile quieſcere non poteſt 588

K

KAθαρμοὶ ſacra 124 e
καθαρμοὶ & ἀφοσιώσεις ut differant 596
καθυπέρτερον 146 b. 150 a
καταφρονησις 575
κατηγορίας 188 a
κηρύκειον 444 a
κοινωνία 147 b
κοινοπραγία 313 b
κολοκυνθα 97 b
κοινὸν quid 9 a
κοινὸν propriè 86 a
κοινωνίας unde 9 a. 354 d
κοινωνικὸς 65 d. 90 b
etymologia 66 c
eius ſpecies 52 a
unde ortum habuerit 68 c
& ſeq.
κεκτημένη auaritiæ miniſtra: cōtra naturam eſt 77 d
mercenario indigna 70 a
opulentiæ ſordidæ mater 70 c
κεκτημένη num eſt μεταβλητική naturalis 67 e
nullū terminū habet 71 e
κεκτημένης natura 69 a & ſeq. 70 b. & ſeq.
κρεωφάγοι 53 a
κινηματοχίμενοι 186 c
κοινοπολιτεία 147 a
κυβερνήτης 509 a
καὶ δίκης 275 b
κλῆροι idem quod οἶκοι 147 c
κλῆροι qui 195 b
κληροῦχοι 195 b
κόσμιοι 146 b. 150 a. 355 a
κυβερνήται 596
κρίσεις 455 a
κυβερνήσεις 455 a
κυβερνήτης 244 a
κυρτὸς 246 e
πολυμήχανος Empedocles 540
κώμη unde 12 e
κτῆσις 35 c. 27 a. 33 a. 28 e. 66 a
κτήματα & χρήματα ut differant 88 d
κτηματικὴ 58 c
κτῆσις 27 a
κτῆσις prior χρήσει 88 c
κτῆσις pars domus eſt 83 d
κτῆσις & χρῆσις ut differant 56 a
κτητικὴ qui 134 b. 510 b
κτητικὴ 65 d
κτητικῆς diuiſio: ſubdiuiſio 46 e
prædatoria naturalis 58 d
pars œconomiæ 23 e
κτητικὴ ſcientia domino non conuenit 47 e
κτητικὴ an œconomiæ famula 55 e
κωμῳδοποιῶν 287 b

L

LAc alimentum puerorum 565 b
Lacedæmonij mechanicas artes contemnebant 162 b
plurimum laboris ponunt in educandis liberis 570
Lacedæmoniorum reſpublica examinatur 185 uſq; ad 200
Lacedæmoniorum & Cretenſium diſcrimen 205 b
Lacedæmoniorū ſtudia 136 a
Lacenæ mulieres incontinentes 186 b
imperantes 187 a. 191 b 195 d
Lacones bonis habebāt tages 249 d uſi ueſte uſi 370 b
breuitatem orationis amabant 124 d
Lacones ut exercuerint liberos 577
Laconicum regnum 315 e. 316 a. & ſeq. uarias rempublicam 331 a
Laconica 340 a
Lactantius 11 e
Laertius 82 d. 192 a. 405 a. 454 e. 563 e. 595
λαμπαδαρχίας 36 c. 439 e
legati inter magiſtratus non numerandi 390 d
lex duplex 331 e
lex oxylis: Aphytæorum 484 b. 487 b
lex Agraria 161 d
lex eſt medium 331 d
lex anima reipublicæ 307 e
Dei imago quædam 338 d
ordo eſt 318 e
regina mortalium 40 d
regis magiſtra 323 d
lex æqualis eſſe debet 307 a
lex recta ut ponenda 307 b
lex prior & dignior rege 323 e
lex qualis imperare debeat 288 e quid 340 e. 341 e
legis finis 178 c. 310 c. 305 d
legis imperium quàm regis melius 323 e
legem imperare decet 331 d
cum Lege rex imperare debet 323 d
leges unde 367 b
quibus ponantur 307 b & ſeq.
leges ubi non imperant, non eſt politia 353 e
leges quàm homines imperare, utilius ne 331 b. & ſeq. 333 e
leges ne optimas imperare expediat 323 e & ſeq.
leges a primis uiris non poni 307 b. & ſeq.

leges ne à maioribus acceptæ permutandæ 176 e 178 a. 179 a. & ſeq.
ſecundum Leges reipub. poteſtas eſſe debet 361 b
legum mutatio 443 e
uſus 365 d
legum cuſtodes ad Ariſtocratiam 511 e
legum inſtitutio recta ad concordiam facit 166 e
legũ mutatio periculoſa 174 a 176 a
legũ imperium [illegible] præferunt 331 b. & ſeq.
legibus ne imperium debeatur 281 e
legib. malis etiam parêre poſſunt 365 d
legiſlator ne leges ſuas omnibus debeat accommodare 306 d. 307 a. & ſeq.
legiſlatoris ſcopus 151 a. 165 a. 550 e. 551 d.
legiſlatoris ſtudium 511 d
legiſlatores antiqui 219 b. & ſeq. 221 a. & ſeq. 221 e. & ſeq. 222 a. & ſeq.
legiſlatores optimi ex ciuium numero 374 b
Leæna 314 c
leo clementiæ ſigna dat 478
leoniſcarulus in ciuitate non alendus 431 e
lexiarchiæ tabulæ 221 b
Liber pater ad cœnae uocabatur 434
liberalitas in quo 151 a. 149 e
liberalitas quæ actiua 490 b
liberalium ſcientiarum quatenus participio eiſs conueniat 570
liberi & ſerui domum conſtituunt: ſunt ciuitatis partes 28 a
liberi nobilibus pares 314 e
liberi de imperio contendunt 305 e
liberorum duæ ſpecies 43 e
liberis intererit quo cibo alantur 565 e
libertas democratiæ baſis 277 e. 477 d
democratiæ finis 365 e
libertatis genera 477 d. & ſeq.
[illegible] 104 d
literar ignorans Epicureus eſſe poteſt 576
lites apud Hebræos ut componantur 174 c
lucatio 16 c
[illegible] 503 b
[illegible] qui 503 b
[illegible] quis 171 e
[illegible] unde 18 e
[illegible] duplices 194 e
Lucrorum tria genera 159 a 161 d. 219 b. 221 e
locupletum ſi maior numerus, oligarchia oritur 379 b
Lucianus 132 e. 591
L. Regius 152 b. 161 e
lucri cupidius, quàm honoris uulgus 413 a
lucri ſtudium moderchos perdidit 449 d
lucro inhians, ad magiſtratũ non aptus 215 b
ludus animos reficit 585
ludus motus eſt & mutatio animi 575
ludo exercendi pueri 565 e
ludi quales concedendi 565 e
luſio infantibus apta 588
luſionis finis 573
luſioni tempus aptum 575
luſiones an aliqui uitæ finem faciant 581
Lycophron 274 d. 277 d
Lycurgus legiſlator, non rex erat 374 c. 377 e
Lycurgus ſine cauſa laudatũ 551 a. & ſeq.
Lydia harmonia pueris etiam conuenit 595
lymphatici ſacris curãtur cantilenis 596
Lyricus, poeta uetuſtiſsimus 314 e

M

Magiſtratus diuiſio 227 b
duplex 289 e
magiſtratus duplex conſideratio 290 d
triplex 206 b
magiſtrat⁹ ciuilis ſpecies 497 uſque ad 500 b
magiſtratus criminalis 498 b
cui committendus 499 a
magiſtratus in Aethyopia ratione magnitudinis tribuitur 346 e
magiſtratus geſti iudiciũ cuius 291 e
magiſtratus qui cuſtodit, ali⁹ qui gerit 498 e
magiſtratus omnium neceſſarius 498 b. & ſeq.
magiſtratus proprium 390 e 314 e
magiſtratus prudentia 251 d
magiſtratus unus non muneri aſsignandus 391 b
magiſtratus electio populo non committenda 290 e
delectus ut habẽdus 440 e
magiſtratus in oligarchia qualis 495 d. & ſeq.
magiſtratus ut ſibi quæſitu geratur 436 b
magiſtratus Carthaginenſium 211 a
magiſtratus ſemeſtris quando utilis 433 e
magiſtratus Græcorum poſt reges 312 d
magiſtratum qui creent 393 a
magiſtratum ſummum qui regit, tria habere debet 440 c
penes Magiſtratum imperiũ eſſe debet 211 d
magiſtratu ineunte, ſacrificiant 495 d
in Magiſtratu quæ requirantur 218 e
magiſtratus qui appellandi 390 d
magiſtratus nomina 497 uſque ad 501 b
magiſtratus tres præcipui ſunt qui creentur 393 e
ſorte creantur in democratia: electione in oligarchia 368 a
magiſtratus olim non ambiebantur 204 a
magiſtratus quot & quales neceſſarij, ut ſit ciuitas 391 b. & ſeq. ubi pauci, ubi multi requirantur 497 b
magiſtratus qui criminentur, eoſdem euertunt 353 d
magiſtratus quibus reb. præficiendi 497 e
magiſtratuũ præſcotia 541 e
magnanimi in iniuriam faciendam aſperi 326 e
magnetum duo genera 347 d
[illegible] 575
maleficiorum ad cædes genera 398 d
malam initio noſſe, non cuiuſlibet 434 e
malum paruum non cernitur 435 e
mancum non alendum 561 a
[illegible] 596
mare uõ omne piſcibus abundat 51 e
è Maris propinquitate quæ commoda 520 c
mas fœmina naturæ præſtantior 33 e
mas fœminæ imperare debet 33 e
mas & fœmina inter ſe cõſentiant 559 a
maris & fœminæ coniunctio quis finis 8 e 11 e
coniunctio à natura 14 a
mares natura meliores fœminis 31 b
mares ut ſint primi partus 563 b
maſculorum corporibus immatura Venus nocet 561 e
M. Craſſus mancipia erudiri curauit 96 e
Martialis 288 c
Martianus 411 d
Maſsiliæ urbs 496 e
matris uenter terræ reſpõdet 561 e
à Marte multæ contrahuntur 561 a
in Matrimonio diligentia adhibenda 558 e
mechanica & œconomicæ inſtrumenta fines habent diuerſos 17 e
mechanici contempti 247 e
mechanici ne è ciuium numero 256 a
ubi pro ciuibus habeãtur: ubi uerò non 249 a. & ſeq.
mechanico cuius uirtus nõ eſt neceſſ 256 e
mediaſtini 46 b
medicæ artis finis 64 b 72 e
medicina noua à ueteri differt 174 c. 178 e
medicina & utilis & damnoſa 266 b
medicus à medico tantùm iudicari poteſt 291 b
medicus architectonicus 286 e. 291 e
medici nomen quis mereatur 291 b
medici ægrotantes ſibi nõ fidunt 331 e
doub. nudis peccãt 544 e
medicorum tria genera 286 e
medicorum mos Ariſtotelis tempore 319 c
medicorum Aegyptiorum rogandi modus 321 e
medicis condocibilius, leges quàm opiniones ſuas ſequi 331 c
mediocre optimum 378 d
melior deteriori in natura imperat 34 c
mellis uſus ueteribus maior 81 b
membrorum uenuſtas 576
Menander 112. 569 b
mendacium 394 e
menſarij 63 d
mens quando maximè uigeat 561 c
mente & corpore ſimul non laborandum 578
mercatoria 90 e
mercatura quatenus utendũ 523 e
mercaturæ differentiæ 86 b & ſeq.
mercaturæ partes tres 81 e
mercenaria 90 c
mercenaria acquiſitio 86 e
mercenarij 351 e
mercennarij operę remp. mutant 419 b
mercenariorum munera cum uirtute nõ coniuncta 414 d
Meſſeniorum decennalis obſeſsio 191 d
[illegible] 52 e. 60 b
quid 61 b. & ſeq.
inter quos locũ habeat ib.
ſpecies 67 e
duplex 77 a. & ſeq.
cum natura an pugnet 61 a & ſeq.
metallum res commutationi idonea: ut æſtimatum 61 d
metalla unde nomen 66 d
pro Metallorum uarietate ingenia diuiſa 136 c. 140 a
methodus ad quid conducat 3 e
metus ſeditionis cauſa 401 b
monarchas perdidit 409 a
Mida rex auro exitium ſibi parauit 64 a. 66 d
in Militaribus laboribus non exercendos ciues 531 a
milites qui oligarchiæ conueniant 494 e
qui democratiæ 495 a
milites in inſidijs [illegible] dicti 513 e
militum Platonicorum numerus 151 e
militum præfecturæ 499 d
[illegible] & [illegible] idem 587
Mineruæ tibias abiecit 590 592
Minos 215 e
[illegible] 130 c
[illegible] 330 c
[illegible] 66 c. 77 e. 80 e. 86 e
Mixolydius 585. 587
moderatores puerorum & fœminarum ad ariſtocratiam pertinent 392 d
mœnia qualia requirantur 539 e
mœnib. urbes ſepiendæ 539 b
monarchia 31 e
monarchia rerumpub. prima 315 a
monarchiæ omnis cautio 462 b
monarchus 353 d
à Monarcha quid requiratur 515 b
monarchæ apud Græcos qui 371 b
monarchiarũ euerſionis cauſæ 445 d. uſque ad 452 b
monarchis inſidiæ cur factæ 447 d. & ſeq.
[illegible] 587 d
[illegible] 586. 587 d
monſtra extinguenda 564 b
[illegible] quid 81 b
mortuum ſimulachra in quibus maneant 583
motus cõmunis animum ſollicitum 586
mulier quando uiri imperio ſubiecta 11 a
mulier

mulier ne à uiro natura differat 8 d
mulieris uirtus 103 a. eiue propriam 246 c. 251 c
mulieres apud Thraces ſeruilia obeunt 8 d
mulierũ Lacedæmone liberos ſuis uberibus alabant 370 e
mulieres ad fanum dearum accedere debent 560 e
mulieres legibus non obtemperantes 186 e. 187 a. imperandi auidæ 463 e
mulieres exploratrices 464 e. 465 a
mulieres foſſam confecerunt 540 e
mulierum conſilia quid impediat 97 e
mulierũ Laconicarũ libertas 194 b. & ſeq. 195 a. & ſeq.
mulieribus os ſeruis Turcę & Moſcouitæ utuntur 12 c
multitudo contenta conſultandi poteſtate 483 b
multitudinis quatuor partes. 494 e
multitudini, inordinatè uiuere iucundius 485 e
mundus ortus ſecundum Lucretium 173 d. ſecundum Platonem 174 d
in Mundo nullæ extrinſecæ actiones 515 e
munera non tam ſpectanda quàm finis 553 a
muros ne habere debeat urbs 538 e. 539 a. & ſeq. 540 e
in Muris ſalutẽ collocare non honeſtum 538 a
Muſæus 581. 585
muſcas metuit 505 d
de Muſica 573. 574. 576. 580. 581
de Muſica ubi egerit 586
muſica theatralis 594
muſica ad quid ualeat 580. 581 una rerũ iucundiſs. 581 iuuitam condica 583
muſica adoleſcentibus tradenda 583
muſica cur etendum 593
muſica animum oireere inſonarad uitam honeſtè traducendam conſere 580
muſica ad res ſecundas conducendas ualet 581
muſica per quæ conſtet 592
muſica moribus ne proſit 583
muſica in diſciplinis ordine. 574 (582
muſices peritum eſſe oportere
muſices ſpectator duplex 594
muſicæ acceptio 585
muſicæ uſus omnibus ætatib. gratus 583
muſicæ quantum immorandum 590
muſicæ perceptio alias actiones futuras ne impediat 588
muſicæ utilites 573. 574. 576
muſica inſtrumenta 589
muſici ac poetæ olim iidem. 585
muſici ſordidi 580
mutuum 85 e

N

Νaſτίλαϛ 503 e
naſturtij natura 370 e
natalia quid 40 d
natura quod bonum ſpectat 34 a. quod melius agit 14 b. nil facit fruſtra 18 b. 52 d
naturę fines ratio & mẽs 596 d
à Natura aliena non honeſta. 515 b
ναυαρχία 218 e
ναύαρχοι 503 b
ναυκληρία 81 c. 86 b
nauis ſalus non ab uno 247 d
naues ingentes 521 a
nautarũ propria officia 244 b. 247 c
nautica turba minimè ciuitatibus utilis 524 e
ναυκληρικὸν 377 e
neceſſarij cur dicti cognati. 11 d
quod Neceſſarium & utile, id ſecundum naturam 34 a
νεόφιλοι 74 e
Neco bonus citharœdus, quã bonus imperator maluit eſſe 584
Nero uirtutem excidit 466 e
nobiles qui 401 a
nobiles ab Imperio conſentiunt 305 c. digniores ciuibus 305 a
nobilium differentiæ 345 b plura genera 352 e
nobilium contentiones legibus coercendæ 434 e ſeditio in uniuerſam ciuitatem penetrat 414 c. & ſeq.
nobiliores ſolum Apolloniæ magiſtratus adipiſcuntur. 347 a
nobilitas in paucis 403 e
nobilitas res præclara 301 b diuitias ſequitas 366 b
nomophylacas 387 a
νομοφύλακας requiri 333 d
νόμοι θετικοὶ 219 e. 222 b
νομοθέτης qui 312 d
νόμος plures habet notiones. 595
νόμοι lugubres 586
νομισμα cur pecunia dicatur. 63 c
Nannæ 429 e
nuna nomina non imponenda 50 e
nudæ choreas ducebant Spartanæ 191 d
numerus exuperant, ordinis non particeps 518 d
numerorum duplex ſubiectũ 135 e
nomella 434 c
nummularia 66 d
nummus cur inuentus 63 d unde ortum habeat 61 c. & ſeq.
nũmos καπηλικῶς materia ſubiecta 69 a. 70 b
nummus octam opulentiam unum conſtituit 69 c. & ſeq.
nummularius ſubiectum 72 a
ex Nuptijs ſeditio 414 d & ſeq. 415 a 417 e
Nymphodorus 410. c

O

Obedientia uirtus pueri. 103 b
obeliſci 510 e
obeliſcolychnia 391 e. 395 e
ὀβολοστατικὴ 52 e. 66 c. 90 b. eius ſubiectum 71 a
ὀβολοστατικὴ penitus contra naturam 78 a & ſeq.
ὀβολοστατικῆς etymon 474 e
in Obſcuris inueſtigandis laborare, nimium detrimentoſum 572
Octaulanos Ferrarios 260 e
œconomus cuius rei cognitionem habere debeat 87 a
pædotribes 561 b circa quæ uerſetur 100
œconomicos in καπηλικῶς incidant 71 b
œconomo χρηματιστικὴ ueconueniat 76 c. & ſeq.
œconomica ars & quæſtuariæ eædem ne 55 a. & ſeq.
œconomica imperia eſſentialiter differunt 102 d
œconomica inſtrumenta 26 c hęc cum mechanicis ut conueniant 27 a. & ſeq.
œconomica uita ciuilis præſtantior 19 a. & ſeq.
œconomicæ χρήσεως duo munia 75 a
œconomicæ operatio χρῆσις. 55 d
œconomicæ diſciplinæ quatuor partes 13 c
œconomicę & quæſtuariæ operationes diuerſæ 55 d
œconomicorum inſtrumentorum diuiſio 25 a
œconomicarum perſonarum uirtus 100 e. & ſeq.
œconomia tota in duobus. 101 b
œconomia regnum domeſticum 314 e
in Oeconomia qui parere debent, differunt 102 e
œconomiæ baſis χρηματιστική. 21 c
œconomiæ forma 100 b & ſeq. finis diaitiæ 50 e
οἰκέται 520 b
οἰκογένειαι 25 c
οἰκονομικὸς 416 a
οἰωνοὶ aues rapaces dicuntur. 13 b
ὀλιγαρχία 147 d
oligarchia 167 c. 170 d. quid 346 d. 347 b. unde nata 401 e
oligarchia non omnis inſta. 281 d
oligarchia optima quæ: peſſime quæ 493 b
oligarchia quibus definatur. 478 a
oligarchię quibus conueniat. 379 b. ut ſit conſeruanda 436 b
oligarchia conſentiens non facilè interit 413 c
oligarchia minus ſtabilis democratia 403 e
oligarchię ualida ubi conſtituatur 494 e 495 a
in Oligarchia quorum ratio habenda 436 c
oligarchiæ propriam 154 a & ſeq. 360 e. 368 c genera plura 358 d. & ſeq. 361 b & ſeq. finis 365 e
oligarchiæ ex quibus conſtet 365 c. ut conſtituendæ 493 a. & ſeq ut maneant 421 a 422 a. & ſeq. 423 e. & ſeq. 424 a
oligarchiæ aliquæ cur maneant 433 c
oligarchiæ & democratię diſcrimen 368 a
oligarchiæ & tyrannidi molta communia 447 b
in Oligarchijs ut conciliandi animi multitudinis 387 a
in Oligarchijs quis ſeditionũ cauſa 410 e
in Oligarchijs cur tyrannides 434 a
oligarchici magiſtratus creatio 393 d
oligarchici deliberandi modi 386 a. & ſeq.
ὄλαι 50 d
ὀλιγαρχικοὶ 246 d
ὄλμος 234 a
Olympus muſicus 586
ὁμιλία quid 11 d
omniuora animalia 51 a
ὁμοῖοι 9 a
ὁμογάλακτες 9 a. 12 e. 13 a. 15 a
ὁμοκάπνοι 9 a. 12 e. 14 a
ὁμομήτριοι 12 a
ὁμοιώματα & μιμήματα idem. 587
ὁμόλογοι 9 a
ὁμόσιπυοι qui 8 e. 12 e. 14 e
ὁμοπάτριοι 12 a
ὁμότιμοι 12 e
ὀμφαλὸς 53 a
ὁμώνυμα quæ 19 a
Onomacritus legiſlator 219 b 221 a. 222 b
ὀπτανεῖον 53 d
opici 534 b. 536 b
opifices Reipub pars 176 c
ὅπλα 147 a
oppida puſilla condebãt Græci 321 a
optimates ne an populus imperare debeant 289 c
optimos plures melius quam unum imperare 324 a
opulentia oligarchiæ baſis. 277 e
opulentiæ finis 71 a
opulentiæ ueræ mater οἰκονομική 70 e. ſordidæ mater καπηλική 70 c
opulentiæ utriuſque comparatio 71 a. & ſeq.
opulenti à ciuitatibus relegati 405 a
opulentos contentos eſſe debere auditu muſices 590
opum duo mala: remedia 151 c
opum inæqualitas tumultum excitat 164 e
ὀργανικὸν 181 a
oratio hominibus data 11 d
orationis etymon 18 c
orationis genere quali utendum erga uxorem: ſeruum: puerum 102 c. finis 18 c & ſeq.
orationem impedit tibia 589
orbis in duas partes diuiſio. 314 b
ordo ad quid conducat 3 e
ordo compoſitionis in Politicis 4 e
orgia 597 ſacra 598
ὄρθιοι 11 e
ὀρθότητος νόμος 301 a
orto poſterius, natura prius 13
oſtraciſmus 280 d. 302 e. 308 a
oſtraciſmi inſtitutio an laudanda 305 e
oſtraciſmi etymon 304 c
ὄστρακον 465 a
ὀστρακοφορία 458 e. 465 a
otium magis expetendum 573
otium non eſt ſeruis 551 d
ad Otium otiæ quædam diſcenda 574
ad Otium honeſtè traducendum muſica utilis 593
otio cor upus 551 c
Ouidius 32 e. 66 d. 113 e
oxylis lex 484 a. 487 b

P

Pædonomi 394 d. 565 e
παιδονόμοι 519 a

pædotribica 576
pæderaſtia abominanda 186 b.191 b.195 c.206.e
pagus & colonia idem 9 c
pagus prima communio 9 a
παγος 12 e
paguictus 9 b cauſæ 15 e
παιδικά 454 a
palæſtritarum exercitationes. 578
παλιγκάπηλος 86 b
παμβασιλεία 314 a
panathenæa 314 c
πάντως dupliciter dicitur 120 a
pandectæ 502 a
παρα ὄγκον factus quid 597
parali 421 b
παραζύγας 147 a
παραγγέλματα χειρὶ quid 40 d
παρασκευή 81 c.86 b
parere & imperare ſecundum naturam animaliū 33 e
parentes domini cur dicantur 91 b
ne Parentes liberos agnoſcerent, uoluit Plato 119 b
ex Parentib. ſapientiſsimis filij nequiſsimi 40 b.41 b
παρεισι 228.e
Paris Troianorum formoſiſsimus 32 e
parricidiorum homicidiū grauius 125 b
pars hominis quid 212 a
parthenia 428 a
de Partib. collendis lex 561 a
ex Paruis reb. ſeditiones 413 e
paſtores, populus optimus. 484 b
paſtorum uita non omnino à latronum ſeiuncta 51 e
paſtoricia uita, militari in multis ſimilis 484 b
pater & filius in magiſtratu non erant 421 c
patris in liberos imperium ſimile regio 92 e
patrifamilias cui plus iocundum 96 e
patres familias cur iubent pecuniæ 64 d.e
à Patribusfamilias quid requiratur 74 c
πατρικὴ ſocietas 21 d.22 d
πατρικὴ & γαμικὴ ſocietas ut conueniāt:ut differant 92 a 93 a. & ſequenc.
πατρικὸν imperium cur regiū 93 e
patrimonij duplex uſus 62 d
patrimonia æqualia uoluit Phaleas 163 a hoc refutatur ibid.& 164 a.& ſeq.
patrimoniæ ne communia eſſe ao cōtrà cōueuientius 136 c & ſeq. 137 a.& ſeq.
patrimoniorū cōmunitatē oppugnat 138 a. & ſeq. 139 a & ſeq.140 a.& ſeq.
patrimoniorū abſumptio oligarchiam mutat 423 b
patrimoniorū perpetietas cōmoda 137 b.& ſeq.
Φαῦλοι 161 b.287 d
Paulus Iuriſ. 63 a
pauperes ſi plures democratia natura cōſtituitur 379 a
pauperes etiam Rempub. adminiſtrant 360 e
pauperes cum diuitibus permiſcendi in Repub. 435 c
in Pauperes quæ conferenda 489.490 a.& ſeq.
ex Pauperibus ciuitatem non poſſe cundi 294 d.295 d
pauperib. ſummus magiſtratus non cōmittendus 197 b
paupertas improbitatem parit 152 c
paupertatis amās Sparta 294 d.295 a
pax potius ſectanda 55 d
in Pace oligarchię mutatio fit 424 a
peccatum in principio 414 b
pectides 589.592
pecunia Græcis χρήματα 68 e
pecunia à pecore 66 d
cur νόμισμα dicatur 63 e
pecunia eſt νεῦρον 63 e. & nerui belli 87 e.164 e
pecuniæ finis 78 a
uſus 65 a
pecuniæ cogendæ ratio unde 63 e. & ſeq. immodicè cumulatio unde 71 d.& ſeq.
ſine Pecunia Reſpub. adminiſtrari non poteſt 355 e
pecuaria res agriculturę ſimilis 484 c
pecuarij ut pecus ſequantur. 53 a
pedis acceptiones 133 c
Φειδίτια 135 e.139 b
pediacæ 421 b
Pelopides pecuniam deſpexit. 547 a
Peloponeſi urbes 238 a
πενέσται 134 e.136 b.185 d.190 e
pentacoſio medimni 218 a 219 a
πεντηκοντάρχης 211.e
πεπαιδευμένοι 286 a.287.288 c 291 b
πεφρονηματισμένοι 430 d
peregrini in ciuiū numerō recepti 409 e
Pericles 220 e.221 d.234 d 515 a.467 a.518 b
perioeci 203 c.205 c.d. 206 a 207 a
περίοικοι 531 b.533 c
περίοικοι 194 c.203 d
Periander 302 d.464 b.472 d
πίστις 146 b.150 d
peſtilentia ut auerſa 261 c
petaliſmus 280 d. 304 c
P.Victorius carpitur 83 c.99 e
Φαλλοφόροι 568 a
Phaleæ patria 161 c
Phaleæ reſpublica 162 uſq. ad 166 d. comparatur cum Platonicis duabus 162 d
phalli 568 e
phiditia 188 b.189 c.203 e 206 a
Philemon 32 b
Philippus rex cur occiſus 448
Φυλαρχίας 503 b
Φύλαρχος 376 b.402 d
Φιλαυτία 137 d
Φιλαυτία & φιλεῖν ἑαυτὸν nō eſſe eadem 137 a
Φίλαυτοι qui 132 c
Φιλία 119 b
Φιλίτια 139 b
Philolaus Corinthius legislator 219 c.220 a.222 b
Φιλοχρηματία & τὸ φιλεῖν χρήματα differunt 137 d
Φιλοχρήματος 132 a
philoſophi quid eximij præ cæteris habeant 304 c
philoſophia in otio opus 555
Philoſtratus 579
Φλαῦρα 234 d
Φωνὴ quæ 81 b
Φωνὴ 487 e
Phocylides 149 b.373 c.377 a
Phrator 119 b
phratria 119 b.275 b.unde 12 e 119 d. quid 397 a
Φράτορες 345 b
picturæ inhoneſtæ uetandæ. 566 d
piſcatorum copia ubi 352 b
Pittacus Mytilenæus legislator 220 e
Pittacus 220 c.221 b.222 d.313 a 314 c.318 a.330 d
Pindarus 40 d
pingendi artis utilitas 574
πίνακες 12 e
platagen 590
à Platone in legibus quæ inuenta 220 b
Platonica reſpublica examinatur 113 uſque ad 154
Plautus 99 d. 113 a. 158 d. 162 d
plebs plus ucij quā diuites habent 360 c.362 c
plebiſcita 352 e.353 a.& ſeq.
pleonexia 407 e
πλεονεξία 525 d
ploratus poetis non interdicendus 566 a
corporibus exercitationis locu 566.a
πλῆθος unde 69 a
pueſis pictura inquens 51 c
ποιεῖν & πράττειν differunt. 28 a
ποιητικὰ 226 d
ποιητικὰ & πρακτικὰ inſtrumenta differunt 18 a
Φιλία 488 d
Polemarchi 499 c
πολεμικὴ ſpecies eſt prædatoriæ 58 e
Poliæous 161 a.322 d
Poliorcetes Demetrius dictus 245 e
politeuma quid 260 b.261 a 265 c.266 e
πόλις unde 15 e
etymon 112 e
πόλις reſpectu quorum dicatur 239 c
πόλεως acceptio uaria 240 a
nomen cui conueniat 239 a & ſequent.
πόλεως cognitio Politico neceſſaria 239 a
πολιτεία & πολίτευμα an idem 265 c.266 b
politia eſt ipſum πολίτευμα. 261 b
politia & πόλις ſe conſequuntur 239 b
politia 147 d.228 d.& ſequen. 364 a.365 a.& ſeq.
πολιτεία quid 226 c.262 a 342 d.345 d
politia quid dici debeat 366 b
quæ eximiè dicta 267 b
unde denominetur: quorſū ſic 239 b
politia ciuitatis forma 248 b
politia quinta Reipub. forma 363 b
politia mala quæ 267 d
politia præceptis & exemplis indiget 87 e
politia non eſt, ubi leges non imperant 353 e
politia miſtio eſt oligarchię & democratiæ 365 b
politia quomodo ex democratia & oligarchia conſtituatur 368 a.& ſeq.
politiæ plura genera 248 a
politiæ ſubiectū ciuitas. pag. 239 e
politiæ ſubiecta bona 277 b
politiæ ne forma una 262 a
politiæ effectus in quo. pag. 263 d
politiæ finis 263 a.295 b
politiæ ut inter ſe differant. 262 d
politiæ ſpecie differunt 231 a
politiæ ne regni præſtet 324 b & ſeq.
politiæ, ueteribus democratię 382 e
politiæ cur diſſoluātur 418 d 419.& ſeq.
politiarum malarum differentiæ unde ſumantur 270 b
πολιτικοί 466 c
politica cum Ethicis quid ſimile 3 e
politica compoſitio ordine tradita 4 c
politica principes quæ 4 a & ſequenc.
politica ſocietas omniū optima 16 e
politica multitudo 337 b
politica facultas princeps. 295 b
in Politica ſocietate ſtatus cōmutatio 61 b
politicæ bonum ioe 295 c
materia domus 3 c
in Politico imperio utilitas omnium ſpectatur 263 e 264 a
politici legem quærunt, non medium 331 a
politici magiſtratus creatio. 393 d
politiſsimus poeta Dantes. 133 a
πολιτῶν acceptio uaria 240 a
πολιτοφύλακες 171 e. 432 a 426 b
Pollux 133 a.397 a
Polybius 9 a. 113 b. 124 d 189 d. 190 c. 192 d. 219 a 413 d.564.a. 513 b.
pomis agreſtibus ueteres uſi. 51 d
Pomponius Mela hiſtoricus. 119 c.190 e
πονηροί 488 d
πονηρόφιλον eſſe tyrannidem. 466 b
πονηρόπολις 275 d
popularis ſocietas 413 a
populus belua multorum capitum 185 a
populus optimus quis 481 e
populus ne,an optimates imperare debeant 219 e
populo non conuenit magiſtratus correctio uel electio 291 a. & ſeq.
populo quæ poteſtas danda. 290 a.& ſeq.
populi plura genera 352 a & ſeq. bellicoſi 510 d
populi quæ debeat eſſe autoritas 387 b
Porphyrius 591
Φορτία 81 a
Φορτηγία 81 c.86 b
Poſidonius 42 b
potagogidæ 458 d.464 e
potentia, tyrannidis baſis. 277 e
poteſtas magiſtratus Ariſtot. quid 394 a
præcones inter magiſtratus nonnumerandi 190 d

præcones

Digitized by Google

præcones, qui apud ueteres
præconſultatores ad Oligarchiam 501 a
præconſultores 387 a. 392 b conſultatoribus oppoūtur 392 c
præconſultores democratię nō conueniunt. ibid. b
præconſultores pauci ſint: oligarchiæ proprij. ibid. c
prædator primus 54 a
prædiorum uendandorū lex apud Locranſes 163 e
præfecturæ rerum neceſſariarum tres 497 e
præfectus an unus modeſtię aſſe debeat 391 a
prægnantes quæ curara debeant 560 e
propter Præſtātiam ſeditio oritur 408 a
[illegible] & [illegible] differūt 58 a
prima cuncta amamut 567 a
principatus digniori debetur 37 a
princeps exēplar uitę 249 b
principi quid propoſitū eſſe debeat 463 b. & ſeq.
principes quales, tales ciuat 212 e
principes à ſubditis differre ut debeant 151 a ſuperſtitioſi non ſint 462 a. 468 a
principū cōſtitutio Platonica impugnatur 140 e
principium dimidium totius 414 b
principia uitæ practicæ traduntur in Ethicis 99 e
[illegible] 389 c. 392 b. 500 a
probus quis 245 a
Proclus 39 c. 580. 596
procreandorum liberorum numerus ſtatuēdus 561 b
procreandis quamdiu opera danda 561 c
procreatiōis terminus 559 c finis annos LXX uiris, fœminis L 559 e
[illegible] 569 c
[illegible] 357 d. 440 b
[illegible] 389 a
Prolctarij 281 a
Prometheu 314 c
[illegible] 400 a
[illegible] 86 a
[illegible] 86 a
propria poſſidere iocundiſſimum 137 e
propylæa 468 a
[illegible] 416 c
[illegible] 826 c
[illegible] 579
Proxenata quis 86 a
prudens pro callido 13 e
prudentes uiros uacandos 447 b. 453 d
prudentia cui propria 246 d ſenectutis 533 b
prudentiæ bellicæ finis 72 d
Prytania 419 c. 500 c. 561
[illegible] 585
[illegible] 358 e
pubertatis annus 569 e
pueri ut alendi: frigori aſſuefaciendi 565 a. & ſeq. 566 & 567. per totum.
pueri ad bellū ducendi 569 d quinquēnes diſciplina nō imbuandi 565 d
pueri minimè cū ſeruis uerſandi 566 b
puerorum alimentum lac 565 b
pyramides Aegypti cur ædificata 459 a. 465 c
Pythagorei 166 b. 266 a. 494

Q

Quæſtores 498 a
quæſtus tria genera 83 e honeſtiſſ. quis 65 e
quæſtus quomodo ſeditionum cauſa 407 d
quæſtus è Repub non faciēdus 435 d
ſine Quæſtu magiſtratus ut gerendus 436 b
quæſtuaria unde 88 a
quæſtuaria naturalis 56 e
quæſtuariæ cauſæ 88 a ſpecies duæ 56 c. & ſeq. 89 a. & ſeq. 90 a. & ſeq.
quæſtuariæ operatio [illegible] 55 d
Quinquemodiales Solōni qui 161 e
Q. Curtius 538 e

R

Ratio & mens naturæ fines 156 d
rationis partes duæ 550 b
ratiocinatio natura inaſcitur 557 a
receptæ medicæ 330 e
receptores 501 e
ractum quid 303 a
regius qui 3 b
regij & ciuilis naturā ne eadem 4 c
regia multitudo 337 b
regium honorem qui conſequebantur 446 d
regnum 267 a. 343 a cur nr rum 445 e
regnum duplex 314 e barbaricum, græcanicum, laconicum 315 e heroicum. ibid. c. e plenum 314 a dafinirum, indefinitū 315 e. 316 a & ſeq.
regnum ſpecies huius Reip. 314 d reſpub. diuiniſs. 343 b
regnum ne melior alia Reipub. forma 314 d policia ne præter 324 b. & ſeq.
regnum bonum ne ſit 321 e
regnum ne hæreditariū eſſe debeat 325 d
regnum Ariſtocratiæ congruit 445 d 446 d.
regnum ut conſeruetur 457 d amicorum opera ſeruatur 459 b
regnum quibus de cauſis intereat 451 d. 452 a
regnum in quibuſdam tolerari, in quibuſdam nō debere 336 c 337 a. & ſeq.
regni ſpecies 314 d. 315 a. & ſeq. 316 a. & ſeq. quinque genera 313 e 314 a
regni & tyrannidis differentia 314 e. 371 b. 447 a
regum natura quale imperium præferatur 315 a
regna [illegible] 318 e
regna cur non exiſtant 451 d
requies medicina moleſtiæ 581
rei poſſeſſæ duplex uſus 67 e
de Rebus ſtatuendis modi uarij 385 b
res multæ, eidem in paruo magiſtratu mandari poſſunt 391 c
res ſecundę petulantes reddunt 555 a
res ſecundas ferre nō cuiuſuis 435 a. 436 a
reſpublica quid 226 c 262 b duplex 108 d
reſpublica Athenienſium & aliorum cōſideratur, proponitur 218. uſq; ad 222 e Carthaginenſium examinatur 210 uſq; ad 215 d Cretenſium examinatur 203 uſq; ad 207 e Hippodami perpenditur 170 e. uſque ad 179 e Lacedæmoniorū examinatur 185. uſq; ad 200
reſpub. Lacedæmoniorum democratiana an oligarchia 368 d. 369 a. & ſeq.
reſpublica Phaleæ examinatur 162. uſq; ad 166 d Platonica in duas ſubcōtrarias ciuitates diuiſa 140 a. 145 e
reſpublica Platonica in XII de Legibus tradita examinatur 150 e. 154 d
reſpub. ciuitatis anima 375 e diuiniſs. regnum 343 b optima quæ 152 a. 373 e. 509 d. 531 b. 547 b
reſpub. optima ut cōſtituēda 368 a. & ſeq. ſine quibus eſſe nequeat 517 e ſine bonis eſſe nequit 295 a
reſpub quæ ſtabilior 379 e
reſpubl. qualis inſtituenda 330 a. 540 a. & ſeq. ut ruenda 443. 448
reſpub. uera & recta 266
reſpub. regia inter Deos 15 e
reſpublica media cur rara 374 d
reſpub. animal est 307 e
reipub. partes proximæ, remotæ 103 d
reipub. forma 109 a quinque formæ 363 b bonæ, malæ 149 d termini 372 d. tres formæ rectæ, harum labes 342 d. 344 a optima quæ 383 a
ad Reipub. formam cognoſcendam quid requiratur 379 a. & ſeq.
reipublicæ qualis ordo 340 d 341 c
reipub. terminus 375 d 372 d
reipub. adminiſtrandæ cur plures formæ 345 a ex quibus conſtare debeat 387 b
reipubl. adminiſtratio cum multitudine communicāda 495 e
reipub. adminiſtratio ciuitatis otia 372 d
reipublicæ recta conſtitutio ex qua pendeat 195 a beatitudo ex quo pendeat 140 d
reipub. benè conſtitutæ indicium 218 d
reipub. cines non aſſe utiles extremos 372 e. 373 a
reipub. popularis fundamētum 477 d
reipub. unius formæ ſit mutatio in aliam 470 e 471 a
de Reipub. mutatione Platonis opinio. ibid b. a
reipublicæ Platonicæ duplicit collatio 152 a, & ſeq.
reipub. Platonis incōmoda 113 d argumenta eius refutantur 114 a uſq; ad 148
reipub & aliarum ſpecierū diſcrimen 365 c
reipublicæ cuſtodes 119 e
in Reip. cuſtodia & quæſtorę uirtus ſpectanda 441 a
de Reipub. æqualitate tria controuerſantur 366 a
rempub. reprehendit 550 a. 551 a. & ſeq.
rempub. ciuibus cōmittere turius 548 c. 549 a quid maximè tuetur 435 c
ad Rempub. perturbandam aliquos factos 406 a
de Republica uera diſſerit 364 e 365 a & ſeq.
in Repub. gubernanda uirtutis ratio habenda 277 e
in Repub. recta quid requirarur 369 b
In Republica imparij æqualitas per ſimilitudinē eſt inſtituenda 116 e
reſpub. ex quibus principijs finguntur 475. 476
reſpub. duæ potiſſ. 345 a. 358 e. ueterum quales 382 a examinarut 113 d. & ſeq.
reipublicæ quæ minus diuturnæ 469 c. 470 a. & ſeq.
reſpub. nō omnes rectæ 403 e ut immutantur 402 a. & ſeq. 416 a ut diſſoluantur 430 b
rerump. quæ priores: quæ poſterior 325 a. & ſeq.
rerump. differentiæ ex fine 395 b. & ſeq. 396 a
rerump. ſpecies examinātur 270 a. & ſeq. 276 a
de Rerump. ſpeciebus 266 b. & ſeq. 267 a. & ſeq. ſalutare 433 a. & ſeq. uſque ad 436 e
rerumpub. omniū tres partes 384 e
rerumpub. commune præceptum 434 e
rerump. immutationis quæ ſemina 401 b. & ſeq 405 a & ſeq. perturbandarum cauſæ 406 e. & ſeq. 408 a. & ſeq 409 a. & ſeq. 414. 415
inter Reſpub. cur ſeditiones commoueantur 401 d
in Rebuſpub. conſtituendis quinq; numero muliūtur contra plebem 381 b
rex legis correctot: cuſtos 323 e. 446 a
rex ex quibus componatur 445 e ſine lege imperare non poteſt 323 c ſatelitum ne potentia indigeat 325 b
regis officium 446 a
regi bonaſtū propoſitū. ibid.
regem ne ut primum imperare expediat 333 a. & ſeq.
reges primi unde 315 b à Romanis tyranni 453 d
reges ſacrorum 500 c
reges rem diuinam faciebāt 313 d. 314 c. 315 c
reges olim eligebantur uel formoſiſs. uel ualidiſſimi 493 e pulcherrimi creabātur apud Medos 348 a
reges duo apud Lacones 189 d indemnati occiſi 438 a

regnum

Regum apud Græcos poteſtas 313 c.315 c
Regum & tyrannorum cuſtodes diuerſi 312 d
Rhegiũ qualẽ oppidũ 474 e
Rhodij plebem amicam habuerunt 115 d
rhythmi in animis noſtris quod cãtus muſici efficiũt 583
[illegible] 135 a
Romanorum ſenatorium inſignia 92 c

S

Sabinus 83 e
Sacerdotes inter magiſtratus non numerandi 390 d
ſacerdotium in ciuitate requiritur 529 d
ſacri coetus 593
Salluſtius 63 a
ſalteriones 580
Sambucæ 589
Sardanapalus mollis 455 c
[illegible] 53 a
ſcelus Sybariticum 409 a. 411 a
ſceptri ſublatio 315 c
ſcientia herilis [illegible] 47 d
ſcientia ſeruilis quæ 47 c
ſcriptio legum ſcribendarum munus 511 e
ſcopum non ſemper aſſequimur 544 a
ſcrutinium quid 359 a
Scylax geographus 548 c. 552 e
ſecundæ res aliquando Reipub. incitant: & contrà 415 a. & ſeq.
ſedentaria uita 350 b
ſeditionum cauſæ in Repub. 407 a 408 a. & ſeq. cur moueãtur quæ initiis 406 e
ſeditiones ex paruis, non de paruis rebus oriuntur 413 a
ſeditiones frangit permiſtio pauperum cum diuitibus 435 c
[illegible] 466 b 467 d
Senatus 290 d [illegible] Cicaconi 15 c
Senatus ad democratiã 501 e
Senatus Lycurgicus qualis 198 a. & ſeq. Platonicus 148 a
Senatores Lacedæmone ut creabantur 189 b Cretenſes Lacedæmonij 107 b
Seneca 31 b.148 e
ſenectutis honeſtæ uis magna 543 c
ſenes imperare debẽt 549 c
ſeniorũ naſi imbecilles 561 c
ſententiæ antiquitus ut latæ 171 c.174 b & ſeq.175 c
ſeptimo anno pueri diſciplina inſtruendi 567 b
Sepulueda 3 e
ſermones quos audire debeãt pueri 565 a
Serpentaſtræ inſtrumenta ferrea 567 e
ſeruilis ſcientia quæ 47 e
ſeruilis artificis huius 104 a. & ſeq. officia 105 a. & ſeq.
ſeruitium corporis eſt 30 e
ſeruitus & ſeruus iure duobus dicitur modis 41 c
ſeruitus duplex 41 d ſecundũ naturam 41 e præter naturam 44 a. & ſeq.
ſeruitus præter naturã quis: hæc inutilis: iniuſta 44 b.
ſeruitus bellica eſt iure gentium 41 d hæc lege cõſtat 43 a uel iuſta an iniuſta 42 b. 43 a lege conſtans iuſta 41 d
ſeruitus ne aliqua iuſta & ſecundum naturam 33 a
ſeruitus quo iure conſtet 40 a
ſeruitus & dominiũ homini ſecundum naturã iuſt 33 e
ſeruitutis ſpecies 33 a. & ſeq.
ad Seruitutem qui procliores 318 c.316 c
ſeruitute indignus iure tamẽ belli ſeruus non eſt 43 e
ſeruus ne aliquis naturæ 33 a natura quis 31 c.36 a. & ſeq.
ſeruus quis 45 d.46.e
ſeruus eſt inſtrumentum [illegible] 28 e præcipuum inſtrumentum œconomicum 26 d
ſeruus eſt [illegible]: non eſt inſtrumentũ mechanicũ 28 c mechanicis organis antecellit 28 a. & ſeq.
ſeru⁹ eſt pars heri familiaris 55 a ſocius noſtræ uitæ 98 d
ſeruus etiam eſt alterius 36 a
ſeruus facultate conſultandi caret 97 a
ſeruus ſeruo honeſtior 45 d. 46 b
ſeruus haud ut ſeruiet: uirtute quatenus indiget 104 e
ſerui facultas: naturæ 26 c. & ſeq. uirtus 103 b
ſerui & beluæ diſcrimen 31 e
ſeruo conducens etiam domino condocere debet 44 e
ſerui eiuſdẽ gentis plures non habendi 114 e blandius nõ tractandi 193 e
ſerui & liberi domum conſtituunt: ſunt ciuitatis partes 21 e
ſerui, pueri frequentius honeſtis ſermonib. audiẽdi 105 c
ſerui, Cretenſes quid uterdicant 134 c.140 e
ſeruis libertas ſit propoſita 535 e
cum Seruis non ludendũ 193 e
ſeruorum genera 245 d duæ ſpecies 43 c
ſeruorum urbe 275 d ciuitas non datur 278 a
Sicyonia tyrannis cur omnium diutiſ. ſteterit 469 c
[illegible] 227 d
[illegible] 465 b
ſilentium decus mulierum 98 c.103 a.246 c.247 b
[illegible] Iouis Amphitryo 9 e
[illegible] 431 d
ſimile relinquere naturale 8 b
[illegible] 113 b
Symplicius 411.d
[illegible] 476 e
[illegible] 85 e
[illegible] 381 b
[illegible] 563 b
[illegible] 160 a
[illegible] 412 a
[illegible] quid 8 e.11 a
[illegible] 203 c.206 d
[illegible] 394 d
[illegible] 576
[illegible] carminis genus 314 c
[illegible] 53 d
ſocietas prima uocans 15 e
ſocietas prima inter duos 11 d
ciuilis: popularis 113 a
ſocietas [illegible] alia [illegible] 103 a
cauſa inſtituitur 14 a
ſocietas ciuilis maximè naturalis 17 a. & ſeq. herilis reliquarum baſis 13 a hæc an ſecundum aut præter naturam 13 a. & ſeq.
ſocietas politica omnium optima iuris magiſtra 16 e
ſocietatis ſpecies 113 e domeſticæ ſpecies 91 d herilis forma 46 d
ſocietatem herilẽ conſtituentes perſonæ 26 c
ſocietates tres 21 d
ſocietatibus duabus domus conſtituitur 14 d
Socrates 3 b
Socrates ut libidinoſus inſimulatus 527 b
Socratis in temulentos factũ 161 a
ſodalitates 417 b
ſodalitiorum ordinatio unde orta 134 c
ſolitaria uita ciuilis præſtantior 69 d
Solon 52 e
Solon ætates numero ſeptenario diſtinxit 564 d
Solon poeta fuit ibid. elegias ſcripſit 374 a
Solonis laus 36 c 118 b
ſolus uiuens naturam non ſequitur 19 e
Sophocles 98 c
ſordidi qui redoliti 577
Sparta paupertatis amãs 294 d.295 e
Spartani ab omni opificio abſtinebant 46 c
Spartanorum puerorum educatio: reſpublica quamdiu floruerit 149 d
Spartiatæ libidinoſi 186 c. 187 a.191 b.195 b. & ſeq.
ſpeculatores in tyrannide requiri 458 d
Stentoreæ 519 e
Stephanus 205 c.219 b
Stobæus 52 a.174 b.528 d
Stoici 507 c.508 d.585
Strabo 31 b
[illegible] 319 e
Strembe 569 b
Strategi 499 c
Strebæus 3 e
Struthophagi 53 b
Stymphalides aues .590
ſubauſcultatores olim 458 e
ſubditorum prudentia 151 d
Suetonius 31 c 145 b
Suidas 162 a 170 e.275 d.553 c.595
ſupellectilis nomine quid intelligatur 88 e
Sybaris à quibus cõdita 413 e
Sybaritæ mechanicos eijciebant 162 b
Sycophantæ proprium 172 e
ſyluarum cuſtodes 497 e
Symphonia 135 e
Syntagmatici libri 261 e
Syros 134 c
Syſſitia 135 a.139 d.192 c.368 e
Syſſitia muliebria 221 c

T

Tabularius Romæ 502 a
tabulis publicis præfecti 498 b
in Tabulis pictis uiſa, ſigno morum uocari debent 583
taciturnitas muliebris ornatus 103 a
Tacitus 97 c
taliones pœna 111 a
[illegible] 501 e
[illegible] 383 a
Tarentina Reipub. et mutata: clades 408 a.411 d
[illegible] 8 d
[illegible] 501 d
[illegible] 83 b
[illegible] ſocietas 21 d 11 d
temeritas floretis arabis 533 b
temperantia ubi opus 555 e
temperantiæ à pulchris abſtinere 138 a
templa non ædificanda 247 e
templa ubi ædificanda 54 e e 541
templa per agrum diſtributa duplicia 541 a
temulentiam quadragenarijs concedit Plato 584
temulentia quando concedenda 566 a
tenuitas 295 a
[illegible] 304 b
Terentius 30 d
terræ, uxoris matris reſpondat 561 e
[illegible] 219 e
[illegible] 211 b
[illegible] quid 451 d
[illegible] qui ibid.
tibia ut tympana & cymbala in uſu fuit 591
tibia orationem impedit 2 cur repudiata 589
tibiæ ui · buius ſonus et receptus 589
tibiã adhibent poetæ tje qui in furorem acti ſunt 597
tibiam Plato reiecit 597
tibiæ non uſurpandæ 589
tibias abiecit Minerua 590. 591
Tibullus 349 a
[illegible] 527 e
[illegible] diuiſio 46 c
[illegible] 319 e
Titanes centipedes 330 e
[illegible] 257 b
[illegible] 219 a
Thalamagus nauis 511 e
Thales Mileſius 83 d.119 c. 221 b
Thales omnia torcularia conduxit 81 d.83 d 87 c
Thebanorum Reſpub ut extincta 411 e
Themiſtocles 342 a exercitu inſeruiuit 191 c inſolentiũ factus 170 c.1 a
Theocritus 12 c.467 d.565 e
Theodectes tragicus 40 a. 43 d
Theodorus 587
Theodorus tragœdus 567 a. 568 e
Theognis 53 e.54 e.164 c
Theophraſtus 319 b.341 b. 400 b 403 a.512 d
Theoph. Paracelſus 288 b
Thetæ qui Soloni 161 c
Thare inſula 349 b
[illegible] 66 c.86 d
[illegible] quod fœnus 74 e 78 c.86 d 89 a
totum prius partibus 19 b
totum ex partibus cognoſcitur 13 e
tragœdiæ magnitudo 511 d
tragœdiæ ludi Dionyſiaci dicti 504 c
[illegible] 50 b

tribunal 190 d
tribunatus plebis 446 c. 501 a
tribules 119 b
triclinia 542 a. d
triduana media 322 c
trigona 589. 592
triremes plurimi Athenis 352 b
triumuiri Romani 502 e
τροφεύς 370 b
Turcæ regia porta dicitur 464 e
... ibid.
tyrannicum imperium per ſe non iuſtum 281 a
tyrannicu commenta popularia 485 d
tyrannicidæ præmijs affecti à Græcis 160 b. 162 a. 165 e
... 267 c quid 371 d triplex ibid. a
tyrannis propriè deterrima 343 b
tyrannis principatus inuoluntarius 371 c ex oligarchia & democratia componitur 445 d
tyrannis ex prytania 419 e
tyrannis quæ mala ex democratia ducat 453 e
tyrannis & oligarchiæ & democratiæ uitia cōtinet 453 a
tyrannis iniuria maximu 165 e quibus perniciosa 445 d ut conſeruetur 458 a. & ſeq. 459. 460. 461. 462. 463 d. quib. de cauſis intereat 450 c. & ſeq. 451 a
de Tyrannide cur agendum 370 a
tyrannides ut conſtitutæ 446 a. & ſeq.
tyrannides olim magis quàm nunc 419 c
tyrannus ex quibus 445 e. 446 a in quæ incumbere debeat 461 e
tyranni uox regem ſignificabat 322 b
tyranni proprium amicis non fidere 459 b
tyranni propoſitum 446 a
tyranno quæ faciendu 461 e
tyranni quibus gaudeāt: quos oderunt 459 d. 460. 461
tyranni improbis gaudēt 459 d. & ſeq.
tyrannorum uoluntas ad tria reuocatur 460 a
... 487 d

V

Valerius 174 b
ualetudinis cauſa concumbendum 561 d
ualetudinis rationem habeat urbis conditor 538 a. & ſeq.
uas perforatum 491 e
ubertas ut diuturna ſit, in democratia uidendum 490 b
uectigalia ſi non ſint 489 d. & ſeq. 490 e
uenandum quid 511 e
uenator primus 53 b
uenatus quis uerus 51 c
uenditio 86 b
Venetorum Reſpub. 349 b
uenti duplices 345 e
uenti aquilonares commodi copulæ 560 c
Venus quæ malorum cauſa 448 a. & ſeq.
Venerē in ſenibus iuuare corpus 564 d
à Verberibus quot mala 448 e
uerborum obſcœnitas extirpanda 566 b
Veſpaſiani habitus & uictus 370 c
Veſtæ 503 e
uetita faciens puer, caſtigandus 566 c
uiarum curatores Romę 501 d
uictus comparatio à natura pendet 58 a. & ſeq.
uictus ut cura habenda 54 d
uicus cauſæ 15 e
uinum mœrores ſedat 583
uiuoi ad annum 18. Plato uetauit 584 infantibus non cōuenit 565 b & cur 567 d
uini origo 54 a
uir bonus qualis 545 d quomodo bonus fiat 546 b. 556 c
uir ... 97 b
uir bonus & bonus ciuis in Ariſtocratia idem 363 d
uiri boni uirtus 249 d bone ſti officium 528 c
uiri proprium 246 c. 251 e
uiri boni & ciuis boni uirtus eadem 247 e. 251 a. & ſeq.
uir fœmina ad imperandum aptior 93 a
uiri imperium in uxorem quale 91 c. 92 e
uiri & uxoris copula Græco nomine caret 21 a
uiri & uxoris eadē ſtudia Plutoni 99 c
uiri uirtus perijt 541 b
uiri optimi ex urbibus pelluntur 507 d. 508 a. & ſeq.
uiri optimi ciuitatis animu 307 c
uirorum magnorum expulſio ſit ne iuſta 308 c. & ſeq.
uiris optimis leges non ponu 307 b. & ſeq.
uirtus quid 100 e in quo 582 boni maximè cōmune 305 e
uirtus ethica omnibus communis 99 c
uirtus in paucis 403 a
uirtus imperantis: parentis 31 a
uirtus ne eadem eius qui imperat & qui paret 101 b. & ſeq. ſoni uariæ 102 d
uirtus politica duplex 251 a
an eā uiri boni uirtute eadem 250 e. 251 a. & ſeq.
uirtus ne uiri boni & ciuis boni eadem 247 b. 248 a. & ſeq. 249 a & ſeq.
uirtus & iuſtitia requiritur in magiſtratu 440 d
uirtus ſola beatum facit 507 e ueram nobilitatem gignit 367
uirtutis definitiones 98 b
uirtutis ſedes 598 duo genera 572
uirtutis cōmunio uera 277 b
uirtutis ratio habēdu in Repub. gubernanda. ibid. c
propter Virtutis actionet ciuitus eſt 278 e
uirtuti cū uitiis maximu diſſenſio 411 c
uirtutē extādit Nero 466 c
ad Virtutē ſerui ... & ... traducendi 105 b
uirtutem eandē omnes non coluut 571
ad Virtute præſtantiſs. imperium pertinet 306 e
uirtute præſtantes honorandi 462 b
de Virtute ſerui: uxoris 101 a
uirtutes octo accommodatę 555 d
quæ Virtutes quibus inſint 103 b & ſeq.
uita beata quæ 372 c quid 545 b 547 b ex quibus conſtet 581
uita beata Epicuri 511 e
uita beata cum uirtute coniuncta 532 a
uita ciuilis prior œconomica & ſolitaria 19 a. & ſeq.
uita fortunata à beata diuerſa 506 d
uita hominis optima 372 c. 515 c quæ magis expetenda 509 c. 510
uita libera melior herili 516 b perfecta quæ 278 e ruſtica uliorū princeps 57 e
uita uera ... eſt 375 c
in Vita quædam iniuſtè faciendu 516 d
uitæ diuiſio 550 e duo genera 45 c principia 372 e
uitæ humanæ finis 264 a
uitę cauſa ciuilis ſocietas nō inſtituta 278 c
uitæ cuius optimæ 574
uitæ finem cur aliqui luſiones faciant 581
uitæ amor immodicus auaros reddit 73 d
uitæ ratio a ciuibus Athenienſibus poſcebatur 439 a
quæ Vitæ utilia perdiſcenda 575
uitam beatam qui uiuant 505 a
ad Vitam beatam quæ neceſſaria. ibid. d
de Vita beata opiniōes tres. ibid. e
uitæ hominum uariæ ob uarietatem ciburum 51 c
uitæ quæ colitur præcipuè. ibid. d. 5- d
uiuendi cupiditas hominib. innata 260 e. 263 b
Vlpianus 83 c
undecimuiri Athenis 505 e
uni ne in Repub. omnis poteſtas relinquenda 328 e
unitas, ciuitatis finis Platoni 113 e refutatur 114 c & ſeq. 115 a.
unitas ciuitatem tollit 115 a
unitatis cauſam efficientem Platonicam refutat Ariſtoteles 119 e. 120 a. & ſeq. 121 a. & ſeq.
uoluntas in modò natis 556 a expers rationis 558 d
uoluptuariam uitam qui ſequantur 72 a
uoluptas auarorr reddit 72 a
uox cuius rei nota 10 c
uocis uſus 18 c
urbanis rebus magiſtratus præficiendus 497 d
urbs ut ædificanda 538 d
urbis primus ortus 9 d
urbis cuſtodia 499 b
urbis partes ſpecie differunt 115 e ſitus qualis 512 c qualis optandus 537 d. 538 a. & ſeq.
urbes cur cōditæ 275 c quæ ſaluberrimæ 537 d
orbes primæ regio imperio uſæ 15 a
in Vrbibus tres ciuitatis partes 372 d
ex Vrbibus optimi pelluntur 308 a
uſus rerum duplex 65 a
utile ua aliorum iudicio pendere 483 d
ut lib. pueri inſtituendi 574
Vulcani tripodes 25 b. 26 a. 27 c
uxorem ab altero emere 178 b communes qui habeāt 119 d communes eſſe uoluit Plato 111 b
uxorū cōmunitas plurimas difficultates habet 113 d
uxorum contumeliæ tyrannides euertere 461 d

X

Xenelaſia Lycurgi 192 a
Xenium qui 466 c
Xenophon 3 b
ξηροφαγία 579

Z

Zaleucus 219 b. 221 a. 222 a
Zacynthus inſula 523 a
Zephyrus 348 b
Zeugitæ 218 c. 219 a
Zeugitæ Solonis qui 161 e
Zeuxidis pictoris diligentia 283 b
ζητεῖν 378 e
ζωοφάγια 53 a

F I N I S.

